Verbum, continetur, denotat aliquid eſſe tale ex propria ſignificatione, & an iſtud ſit regulariter verum. nu. 47.
In exorbitantibus fit extenſio ad caſum qui ex lata ſignificatione vocabuli poterat comprehendi, & quando procedat hoc.
Vbi non competit actio, datur officium iudicis.
Vbi ille, qui agere prohibetur, poteſt implorare officium iudicis.
47 *Ex diuerſis non fit illatio.*
In ſtatutis verba debent propriè & ſtrictè capi.
Filiorum appellatione non comprehenduntur nepotes: ſecus appellatione liberorum,
Officium iudicis eſt quædam æquitas à iure conceſſa.
Ius, & æquitas ſunt diuerſa.
48 *Clementina, ſi ſine liberis deceſſerit, prolata in materia odioſa, filios naturales non comprehendit appellatione liberorum, ſecus in materia fauorabili.*
Actio realis eſt impropria cum nullam preſupponit obligationem.
Appellatione actionis largo modo venit omnis perſecutio etiam extraordinaria.
Officium iudicis habet ſe ad inſtar actionis realis quo ad effectum. ibidem.
49 *An exceptio dicatur perſecutio.*
Quare ponitur in textu verbum, perſequendi, ibidem.
Exceptiones ſunt arma reorum. ibidem.
Reus excipiendo dicitur actor, & quomodo. ibidem.
Actio, hic largè definitur. ibidem.
Appellatione perſecutionis omne remedium ordinarium, & extraordinarium comprehenditur. ibidem.
Exceptio dicitur eſſe duplex ſimplex, & duplex ibidem.
50 *Quare in definitione actionis iſta verba in iudicio ponuntur.*
An actus extra iudiciales dicantur actionis. ibidem.
In diſpoſitione fauorabili verbum, actio, capitur pro quocunque remedio quo conſequi poſſum rem meam. ibidem.
Iudicium extraordinarium dicitur iudicium. ibidem.
51 *Neceſſitas, ob quam actus extra iudicium expeditur, ſupplet ſolennitatem iudicij.*
Quando aliquid ponitur in aliqua diſpoſitione cauſa maioris frequentiæ, non tamen excluduntur caſus vnius frequentati quominus comprehendantur. ibidem.
Definitio non comprehendens tam caſus multùm frequentatos, quàm caſus vnius frequentatoris non valet tanquam deminuta. ibidem.
52 *An licitè capi poſſit fur diurnus, vel nocturnus, vel occidi, & quando, & an etiam à clericis, & quibus iuribus. & nu. 56.*

Non licet priuato propria auctoritate ius dicere, ibidem.

33 *Vbicúque lex eſt nutritiua peccati, & repugnat fini æterno, licèt defendat aliquem in foro fori, nõ tamen in foro poli.*

Lex, Gracchus. C. de adul. defendens maritum à pœna homicidij vxoris propter adulterium, non defendit eum à pœna æterna. ibidem.

Leges permittentes vindictam. vbi agitur de peccato, non valent, ſed attenditur diſpoſitio canonum. ibidem.

Intellectus ad l. j. & ij. C. quando liceat ſine iudi. ſe vind. ibidem.

Diſpoſitio. c. ij. de homi. non faciat quẽ tutum in foro conſcientiæ.

Non omnis diſpoſitio canonis facit quem tutum in foro conſcientiæ.

34 *An ſit licitum contrahentibus ſe inuicem decipere. & nu. 56.*

Licitum eſt laicis propria auctoritate ſe vindicare, & quomodo & quando. ibidem.

An valeat ſtatutum, quòd bannitus poßit impune occidi. & an talis homicida ſit tutus in foro conſcientiæ.

35 *In clericis maior debet eſſe puritas, quam in laicis.*

Presbyter in altari miniſtrando ſi ſe defendendo aliquem occidit, nihilominus poteſt ſacrificium perficere. ibidem.

Pro parua re non eſt licitum furem occidere. ibidem.

Quæ res dicatur parua, ſeu vilis. ibidem.

36 *Animus, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*

Actio furti datur pro ouo. ibidem.

Actio furti eſt infamatoria. ibidem.

Fama, & vita æquiparantur. ibidem.

A bonis viris timor infamiæ pluſquàm mors timetur ibidem.

37 *Quare ſicut pro re minima datur actio furti etiam nõ datur actio de dolo pro duobus aureis. & nu. 59.*

Quando aliquid non eſt fundatum ſuper quantitate rei, ſed ſuper iniquitate, & iuſtitia, tunc modicum à magno non differt.

Pro minimo grauamine ita appellatur, ſicut pro magno.

Appellatio non eſt fundata ſuper quantitate grauaminis, ſed ſuper iniuſtitia & iniquitate iudicantis.

38 *Quid eſt dolus.*

Furtum non ſolùm eſt malum, quia prohibitum, ſed etiam prohibitum, quia malum.

Locupletari cum alterius iactura eſt contra ius naturale.

Dolus aliquando eſt permiſſus.

Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt.

Inſidiæ nefandißimi hominis non facilè prenidentur.

39 *Poſſumus debitorem fugitiuum capere declarando, ampliando, & limitando vt hic latè. 61, cum ſequenti. & nu. 59.*

Intellectus. l. ait Pretor. §. ſi debitorem, quæ in fraudem creditorum. ibidem. 3.

Limitata cauſa limitatũ producit effectum. ibidem.

Debitor ſuſpectus de fuga poteſt compelli præſtare cautionem. ibidem.

60 *Obligatus ſub conditione vel in diem non dicitur obligatus neque, debitor, vel creditor.*

Verba ſimpliciter prolata propriè capi debẽt. ibidem.

Verba cum effectu intelligi debent. ibidem.

In odioſis ſtricta debet fieri interpretatio in fauorem reorum. ibidem.

61 *Licentia capiendi aliquem per ſeipſum extenditur ad patrem eius. nu. 61.*

Statutum permittens offendere offenſorem, debet intelligi per ſe, non per alium. nume. 62.

Multa licent cum adiumento, quæ alias non licerent.

62 *An clericus debitor fugitiuus, & ſuſpectus de fuga poßit capi à creditore etiã laico. nu. 60. & 61.*

Laicus non poteſt clericum repertum in flagranti crimine cum conſanguinea capere, & ducere ad iudicem.

Honor magis ponderatur, quàm vita.

64 *Malignandi occaſio permitti non debet ſub iuris clypeo.*

Non debent naſci iniuriæ vnde iura naſcuntur. ibid.

Non inconuenit quod aliquando minus malum tolleretur, vt euitetur maius. ibidem.

Verecundia eſt maxima pœna. ibidem.

Verecundia non conſideratur in vilibus perſonis.

65 *Miles armatæ militiæ non poteſt capi pro debito ciuili.*

Doctor non poteſt capi pro debito ciuili.

Iudex faciens incarcerari doctorem pro debito ciuili debet puniri pœna capitis.

Ceſſante remedio ordinario, competit extraordinarium.

Miles celeſtis militiæ & terreſtris æquiparantur in caſibus à iure expreßis.

Debitor aufugiens ad eccleſiam an ibi capi poßit. nu. 63.

Delinquens fugiens ad eccleſiam conſequitur immunitatem.

In criminalibus puniendis vertitur intereſſe reipub. ibidem.

In teſte magis toleratur obliuio temporis, quàm loci. ibidem.

66 *Quomodo probatur ſuſpicio fugæ, & quibus diebus, & coram quo iudice.*

An ſufficiant præparatoria ad fugam quoad hoc, vt poßit capi debitor vide remißiuè ibidem.

67 *Ille, qui tenetur reali actione, non dicitur propriè debitor, ſed largo modo.*

An ſtatutum, quo quis per decennium excluditur, ſi non petierit debitum, intelligatur etiam de debito ex actione reali, an tale ſtatutũ valeat per totum.

Verba in ſtatutis propriè capi debent non largo modo.

68 Statutum

68 *Statutum inducens periculum animæ, non valet.*
Quando procedat præſcriptio propter negligentiam vel debitoris, vel creditoris. ibidem.
69 *An, ſi teſtator legat liberationem omnibus debitoribus ſuis, intelligatur etiam legata debitoribus actione reali.*
Intellectus. l. Aurelius. §. Meuia. de liberati. leg. ibidem.
In ſtatutis non excluditur caſus, qui ſub lata ſignificatione vocabuli poteſt comprehendi. ibidem.
Statutum loquens de actione comprahendit officium iudicis. ibidem.
In definitionibus verba propriè capi debent. ibidem.
Mens teſtatoris eſt in dubio minus velle grauare heredem, quàm poßibile eſt. ibidem.
Mitiùs, & largiùs agitur cum lege, quàm cum homine. ibidem.
70 *An hîc definiatur actio realis.*
Non eſt inconueniens, quòd in definitione omittatur aliquis caſus, qui in aliquo differat à caſu proprio.
Natura verbi eſt regulariter in proprietatem rei definitæ, & eſſentiam ponere.
71 *Actio realis eſt ſpecies actionis.*
Ad poſitionem generis ſequitur poſitio cuiuslibet eius ſpecici.
Definitur hic actio vt genus.
72 *Appellatione actionis omnis actio continetur.*
Natura huius verbi, continetur, eſt veritatem, & proprietatem importare.

SVPEREST. Diuiditur
hoc principium in tres par-
tes principales. In prima po-
nitur continuatio. In ſecun-
da definitio. In tertia diuiſio-
nes actionum. ſecunda ibi:
actio autem. deinde illa tertia
pars ſubdiuiditur in tres par-
tes principales, prout ſex ponũtur diuiſiones prin-
cipales actionum, quas enumerat gl. in §. ſunt præ-
tereà. infrà eod. de quibus omnibus Deo daute, ſuis
locis dicetur. Hoc principium non ſummatur:
quia vbi ponitur definitio communiter, non fit
ſummatio, vt dicit Alex. in l. v. §. ſtipulatio. ff. de
verb. oblig. Ratio eſſe poteſt, quia ſummarium
debet fieri ex materia longiùs euagata, & compen-
dioſa, quòd omnia membra principalia compræ-
hendat. l. in ſumma. vbi no. Mod. ff. de cond. inde.
& l. j. ff. de rer. diuiſ. cum ſimil. vt per Geor. Natan.
in repe. cle. ſæpe. §. quę omnia. de verb. ſigo. ſed quia
definitio eſt quædam breuis narratio ſubſtantiæ
ipſius rei, vt tenet Car. in repe. c perpendimus. de
ſentent. excomm. cum concor. vt per Mod. Bono.
in quadam dialectica iuris in cap. de loco à defini-
tione igitur ſummari non debet. In text. *ſupereſt*.
1 not. vltra ſcriben. † quòd iſtud verbum, *ſupereſt*,
ſignificat complementum totale, & rei deminutæ:
patet, quia Imperator ſuprà. in §. fin. de iur. natu.
dicit, quod omne ius aut ad perſonas pertinet, aut
ad res, aut actiones, & tamen de perſonis dixit vſq;
ad titulum de rerum diui. & ab illo titulo vſque ad
titulum de obli. dixit de rebus. modo quia quædam
erant adhuc circa obligationes dicenda, vt in to-
tum adimpleatur quod in d. §. ſi decreuerat (cuius
omiſsio argueret diminutionem partis) ideo Impe-
rator hîc ponit titulum de actionibus, & vtitur
verbo, ſupereſt, per quod datur intelligi, quod iſtud
verbum ſignificat implementum totius actus prin-
cipalis, & acceſſorij. Ad idem facit tex. infrà de off.
iud. in prin. Tamen in contrarium videtur tex. in l.
deducta. §. fin. ff. ad Treb. vbi, ſi tibi relinquo, quod
ſupereſt ex hereditate, illud verbum, ſupereſt, deno-
tat diminutionẽ, non augmentum: & ſic nõ venient
fructus, qui proceſſerunt ex hereditate, ſed ſolũ ipſa
pars hereditatis. quod per alia iura probat Guido
Papę in deciſionib. parlamen. Delph. deci. ccccxx.
inci. teſtator. & de hoc verbo habes tex. in l. ſi cùm
dotẽ. §. j. ff. ſol. ma. & in §. ſi. Inſt. de perp. & tẽp. act.
Sed poteſt reſponderi, ꝙ ideo hoc eſt ibi, vt minus
grauetur heres. & breuiter hoc ſecundũ ſubiectam
2 materiã regulatur. ar. c. rogo. xj. q. iij. † In tex. ibi,
loquamur. no. ibi, ꝙ per ſcripturam dicimur loqui:
concor. tex. in l. inter claras, ibi ſcripturę loquũtur.
C. de ſum. tri. facit quod dicit Alex in l. non ſolùm.
§. morte. nu. 9. ff. de ope. no. nun. & alibi dicit text.
quod paria ſunt aliqua in voce, vel per nuntiũ, ſiue
ſiue epiſtolã proferre, l. non figura. ff. de act. & obl.
cum ſimil. vt per And. Sicu in repe. l. cũ acutiſsimi.
C. de fideic. & Corſetus in ſingu. ſuis in ver. citatio.
quod facit ad q. quã ponunt Are. & Mod. Senen. &
alij in l j. ff. de ver. obl. an per epiſtolã poſsit fieri ſti
pulatio inter preſentes, de quo dic, vt ibi p eos. In
tex. ibi actio. &c. no. quod actio eſt ius, in tãtũ, quod
3 non eſt factũ, vt dicit Bar. † reprobando opi. vltrã-
monta. ꝙ ita exponebant in l. cum mota. in fi. C. de
trãſ. ꝙ qualiter intelligatur, dicã infrà in gl. aliud, &
4 in gl. quã ius. † In tex. ibi nihil, hęc dictio eſt vniuer
ſalis negatiua, quę in totũ negat actum, & potentiã,
l. ſi is, qui. §. verũ. ff. de re. du. no. Alex. & alij in l. qui
vſumfructũ. ff. de ver. obl. cũ cõcor. vt per gl. in l. ſa-
crilegi. la j. in ver. condẽnatus. ff ad leg. Iul. pec. Nã
iſta dictio, nihil, idem importat, quod nullum, vt in
l. ſi. C. de nat. lib. & ĩ. de ſuc. lib. in prin. vbi glo. ita
5 exponit. † Nã inducit canonẽ latæ ſententiæ, id eſt,
annullat actũ ipſo iure, vt dicit Are. poſt Bal. in l. ſi
ff. de lib. & poſth. & eſt bonus tex. in c. prudẽtiã. in
prin ibi nihil egiſſe, &c. de off. deleg quẽ ibi Barb.
dicit eſſe meliorẽ de iure, & reaſſumit Corſe. in no.
6 ſuis. in verb. nihil. nu. 191. † No. ibi nihil aliud eſt,
quàm ius, ꝙ licet iſta dictio, quã plures habeat ſigni
ficationes, de quibus per Arch. in c. aliquãdo de cõ-
ſec. diſt iiij. Tamẽ hic ponitur pro, niſi: pro qua ex-
poſitione eſt tex. in l. conſulta diualia C. de teſta. &
ſecũdũ hoc verificatur quod hîc no. Iaſ. ex iſto tex.
poſt Nic. de Nea. quia dictio, niſi, ponit, & nõ pri-
uat. Sed tu aduerte pro declaratione iſtius notabilis
antequã ad alia, quæ hîc infert Iaſ deſcẽdamus quòd
eſt differentia maxima, an iſta dictio, niſi, ponat, aut
priuet: quãdo ponit, dicitur exceptiua regula, & fir-
mat, exceptionẽ in contrariũ, ſiue oratio pręcedens
ſit negatiua, ſiue affirmatiua: dũ tamẽ illa dictio, niſi
exceptiuè dicatur de regula. exẽpli grã, ſi dico nullus
homo currit, niſi Petrus. iſta dictio, niſi, ponit, & fir
mat actũ curtẽdi Petro, & denegat in aliis, & loqui-
tur in terminis regulę: quia loquitur de hoĩe. habes
exẽplũ in c. peccati venia, de reg iur li. vj. & in l ex-
traneo. ff. de ven. ĩ poſ mit. & in l. ſi feriatis. ff. de fer.
& in caſu affirmatiuo habes tex. in l. quo tutela. ff. de
reg. iur. Et iſto modo intelligitur tex. hîc: quia actio
nihil aliud eſt, niſi ius. Ponit igitur iſta dictio, niſi,
ꝙ actio ſit ius, & nihil aliud. Secus verò eſt, quando
iſta

iſta dictio, niſi, priuat. Et dicitur tum priuare, quando continet idem, quod prima diſpoſitio: ſed reſpectu actus variatur, & ſic in effectu, quando continet actum dubium qui ponit, & non ponit. habes exemplum in c. peccatum de regul. iur. lib vj. & in l. Titia. §. fin. ff. de manum. teſta. nam dicitur in d. c. peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum. iſta dictio, niſi, ibi priuat & non ponit actum dimiſsionis peccati, licet reſtituatur res: quia requiritur vlterior ſolemnitas, prout ibi declarant Dyn. & alij. & ſic per iſtam exceptionem non alteratur, neque immutatur regula, ponit tamen reſpectu rei reſtitutæ, quia in regula præſupponitur rem eſſe ablatam ad quam recuperandam competit mihi actio, quæ per reſtitutionem ceſſat, quantùm attinet ad ipſam rem, ſed quantùm ad pœnam quæ extrinſecus venit, illa reſtitutio ſola non liberat aliquem à pœna peccati, ſed requiritur abſolutio vlterior, vt ibi dicit Dyn. & communiter alij & ſic iſto reſpectu illa dictio, niſi, priuat regulariter, tamen in definitionibus prout hîc in tex. noſtro illa dictio ponit, quia aliàs ius definiret ſuper incerto, quod eſſe non debet, vt tradunt doct. in l. j. ff. de teſtam. & in l. in ambiguo. ff. de reb dub. Nam lex debet tradere doctrinam certam, aliàs non obligat, vt tradunt nouiſsimi in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & poſth. per glo. ſuprà de oblig. quæ ex quaſi delic. in princ. & habetur C. de no. co. ta. in princ. & ibi glo. in verſic. inſidiantem legem, & per Mod. in c. erit autem. iiij. diſt.

7 † Iſtis ſic prælibatis, Iaſ. hîc infert ad quæſtionem, ſi promittam nulli alij vendere certam rem, niſi tibi, vtrum poſsim eam alteri vendere? Et videbatur dicendum per iſtum text. quòd non, ſed quòd poſsim cogi tibi vendere, etiam ſi alteri vendere nollem: quia cum dictio, niſi, ponat actum contrarium regulæ, videtur me compellere ad illum actum ponendum, ſ u faciendum Tamen hîc concludit contrarium, videlicet, quod poſſum alteri vendere, non obſtante illo pacto, licet tenear ad intereſſe, per glo in l. ſi eũ. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. per text. in l. ſi ſterilis. §. fin. ff. de act. emp. & breuiter iſta eſt communis opi. vt tradit latè hîc Iaſ. & idem Iaſ. in l. actione. C. de tranſact. & Mod. in c. præterea, el ij. de appell. & Io. de Monteferrato in repe. c. j. de conſti. lib. vj. Et Henrycus Boych celebris doct. antiquus in cap. de quarta. in j. diſt. extrà de præſcript. & alibi ſæpe doct. Non obſtat iſte text. quia loquitur quando dictio, niſi, profertur à lege; ſecùs ſi ab homine.

Tamen aduertendum eſt, quòd iſta opi. non videtur ſine dubio, quia ſi illi qui vendere promitit mihi, & non alteri, poteſt liberè alteri vendere, ſequeretur, quòd iſtud pactum fuiſſet fruſtratorium: quod eſt abſurdum: cùm nõ præſumatur quis velle

8 facere actum fruſtratorium. l. iij. ff. de teſt. mil. cum ſimil. vt per And. Sicu. in c. volentes. num. 3. de off. leg. & Rom. no. xv. incip. quòd ſi delegatur: & quia verba dicunt aliquid operari. l. ſi quãdo. C. de inoff. teſta. c. ſi papa. de priui. lib. vj. l. j ff. quod met cauſa. Et hoc maximè in contractibus attenditur, in quibus nullum verbum debet eſſe fruſtratorium, & ſine miniſterio aliquid operandi, vt dicit Bald. in rub. C. de contrah. empt. quem ad hoc allegat, & ſequitur Fel. in c. j. de reſcript. & Iaſ. in l. centurio. num. 51. ff. de vulg. & pupill. & Io. Crot. in repe. l. re coniuncti. de leg. iij. & Riminaldus in l. j C de pact. & Alex. in conſi. lij. inci. circa hanc. volum. iiij. & conſi. lxxxv. animaduerſis. eod. lib. & conſi. xcviij. viſo, & conſiderato, eod vol. & conſi. ex ſtante ſtatuto. eod. vol. Et hanc opi. tenet Bal in c. cum acceſſiſſent. extra de conſtitut. vbi adducit in ſimili, quia ſi dico in iudicio, non confiteor, niſi probetur: certè ſi probatur illud, quod ego nego inducetur ex hoc geminata probatio. ſ. confeſsionis, & teſtium: & ideo licèt confeſſus tãtum poteſt appellare: iſto tamen caſu appellari nõ poterit: cùm confeſſus, & conuictus non appellet. l. ij. & l. abſtinendum C. quorum appell non reci. Nec ob. ſi dicas, ꝙ ſatis operatur iſtud pactum, ex quo ſi vendis alteri, potero agere ad intereſſe, quia dico, ꝙ non ſemper accidit, quod mea interſit, vt patet ex adductis per Bal in l. ad comparandas. C mand. & Bar. in l. qui autem. §. illud ff ſi quis cautio. & ſic negari non poteſt, quod ſaltem, quando non intereſt, quòd illud tale pactum redderetur inutile, quod non eſt dicen

9 dum quod vlteriùs ſuadetur, quia clarũ eſt, ꝙ † promiſsio de aliquo dando, & dare à pari procedunt. l ſi C. ad leg Fal. cũ concor. vt per Dec. in l. vt liberis. in v no C. de col. & in c veniens. in ſi gl. j extrà de reſti. per Alex. in l. ſi donatione. C. de colla. cum aliis ſim. & per Mod Bono. in repe. l. frater à fratre. ff. d. cond ind. dum per hoc allegant tex. in l. ſi patronus, in prin ff. de do & l. j §. an poteſt. ff. de cõſti. pecu. Ita videtur hîc dicendum, quod promiſsio de vendendo, & ipſa venditio ſit idẽ: ſed in caſu in quo eſſet celebratus contractus venditionis, vẽditio alteri facta impediretur, per tex. in l. quotiẽs. C de rei ven. & l. ſiue autem §. ſi duobus. ff. de public. eodem modo, & quando promittis mihi vendere, iſtud pactum impediret, ne alteri vendere poſsis, facit pro hoc quod dicit in ſimili Io An in add. ad Spe. in tit. de teſte. § j ver ſed quid ſi teſti. quẽ ſequitur Alex. in l. j §. j. in add ad Bar. ff. ad leg Cor. de fal. vbi dicit, ꝙ pœna illius legis, quæ vult quòd teſtis dicens teſtimoniũ propter pecuniam, puniatur pœna falſi, procedit etiam ſi teſtis pecuniam non accepit, ſed promiſsionem tantùm. Et idem, ſi teſtis nondum teſtimoniũ dixit, ſed promiſit dicere: quia talis tenetur pœna illius legis per dictũ Bal. in l. data opera. C de accu. Et ꝙ pactum de vendendo ſit venditio, tenet Bar in l. iuris gentium. in prin. ff. de pact. facit pro iſta parte, quod vult gl. in c. ſi quis diuinis. xxx. quæſt. v. & ibi Arch. & Hoſt in rubr. de ſpon. ſub rubr. de ma. §. qualiter. ver. quid, ſi dicat, iuro, & verſic. ſi dixerit. vbi tenent, quòd ſi dico alicui mulieri, promitto, quòd non habebo aliam vxorem, niſi te: per iſta verba dicitur contractum matrimonium cum ea: quia dictio, niſi, ponit, & tollitur mihi facultas cum alia contrahendi. ita videtur in propoſito dicendum, quòd per verba ſuprà dicta ſit initus contractus venditionis, & contractum vinculum neceſsitatis. l. ſicut. C. de actio. & oblig.

Tamen his non obſtan. prima opi. quę eſt cõmunis, videtur verior, quàm vltra prædicta ſequitur Ang. conſi clxxxiiij inci. ex forma. Alex. in cõſi. clij. viſo proceſſu. in v. vol. Prępoſitus in c. ex parte. el j. de ſpon. Corſe. in reperto ſuo ad Abb. & Alberi. in dictio. ſuo, in verbo, niſi, & firmat eam Io. de Imo. Alex. & alij in l. qui Romę. §. coheredes. in j. notab. per illum text. ff de verborum obligationib. cum ſimilib. vt per repe. in l. qui ſe patris. C. vnde lib.

Non obſtant modo adducta in contrarium. Et primo quod ſequeretur, quod tale pactum eſſet fruſtratorium, quia non eſt verum ſimpliciter, cum ex huiuſmodi contractu ſemper intereſt. nam aliàs quis empturus non fuiſſet, vt tradit Specul.

Specul.in tit.de fructib.& inte.§.vlt.ver extra rem & ſequen.& ſic ſufficit quod aliquo caſu poſsit eſſe tale pactum proficuum, vt dicit Domi.de ſan.Gemini.notabiliter declarando text.in cap.ſi papa.de priui. lib.vj. in cap.cui de non ſacerdotali. de præben. lib. vj. allegat not. per glo. in cap. ſi duo. de procu. eod. tit. faciunt ea, quæ tradit Bart. in l. j. ff.ad leg.Falci.& in l.j.ff.de condict.ex lege,cum ſi. vt latè congerunt Moder.repe. in cap.j. ſuper glo. facti.de conſti.lib.vj. vbi latè dixi,vel ſi ſit fruſtratorium, eſt imputandum partibus,quæ ita pactæ ſunt. l.ea lege. C.de cond.ob cauſam.neque inconuenit,quod aliquando pacta ſint fruſtratoria. l.qui bis idem. ff. de verbor. obligat. l.certi condictio. §.quoniam.ff.ſi cer.pet. Et ad illud quod promittere, & donare à pari procedunt, reſpondetur eſſe verum per quandam fictionem, verè tamen aliud eſt dare,aliud promittere,vt dicit Io.And.in cap.j. de teſti.lib.vj.& declarat notabiliter Bar.in l.quod nomine.ff.de cond.inde.quæ omnia in caſu noſtro non procedunt: cùm venditio verè fieri debeat ex traditione rei,& precio numerato,vt in § venditæ. ſuprà de rer.diui.& §.precium.ſ.de empt.& vend. & ſic non fictè, neque ſimulatè. l.imaginaria. ff.de reg.iur. l.quod nudi. de contrah.empt. & per hoc reſoluitur dictum Bal.in d. l. data opera, qui non ſe firmat, ſed diſtinguendo procedit: quia in caſu illo vtroque modo ſiue teſti ſit data pecunia,ſiue ei promittatur pecunia, teſtis dicit teſtimonium falſum, & reſultat idem effectus, quod ceſſat in caſu noſtro, maximè quia clauſula eſt in contrarium,
10 †quòd promiſsio de dando, & vendendo non eſt venditio.l.j.C.de pact.pign.glo. in l.in bonæfidei. ff.de eo,quod cer.loco,tradit Pau.de Caſt.in conſi. cxxxviij.inci.dicta donatio.lib.j. Barb.in conſi.lj. ſcripſit ſapien.num.16. in j.vol. cum ſimil. vt per nouiſsimos repe.in l.ij. C.de pac.in emp.& ven.& per Alex. qui plura allegat in apoſtil.ad Bart. in l. Iulianus.§.offerri.in ij.addi. ff.de act.empt.& hoc idem tenet Decius in cõſi.lxxviij. inci.in caſu propoſito,num.2. in ij.parte. & Alex.conſi.lxxvj.viſis dubitationibus.in v.volum. Nam aliud eſt vendere,& aliud promittenti de vendendo conſentire,vt concludit Cornæus conſi.cciij.in hac in iiij.parte. Nec obſtat dictum Bart.in d.l.iuris gentium. quia dictum ſuum intelligitur, quando promiſsio eſt reſpectiua ad certam cauſam, vel conditionem, quæ ex parte alterius impleta eſt, tunc enim talis promiſsio bene obligat ad vendendum, vt declarat Bal. in l.quamuis. in fin. C. de tranſact. & pro hoc facit quod not.Io.And.in cap.fi.de ſpon. Non obſtat etiam quod dicebatur per glo. in d.c.ſi quis diuinis, cum ſimil. quia illa opp. non procedit indiſtinctè, vt patet ex adductis per Spec. in rubr.de ſponſa.& per Alex.in d.conſi.clij.& latiùs per Præpoſi.in d.c. ex parte. vbi concludunt contrarium, quod magis communiter tenetur. Iſta tamen concluſio limitatur primò vltra doct. niſi in illo pacto eſſet appoſitum iuramentum, ita limitat Albert.Bru.in conſi.lxvij. inci.dum dubitatur. Et vltra ipſum pro iſta limitatione faciunt ea, quæ late adducunt nouiſsimi repe. videlicet quidam Thomas Parpaliæ in repe. l. ſi quis maior,xvj. notabili. verſic. limitatur per Moder. C.de tranſact.

Sed mihi iſta limitatio non ſatisfacit,& adduco in terminis doct.Inno. Hoſtien.& Abb.in contrarium, in cap.dilecto. de præben. quos ibi communiter omnes ſequuntur, vbi poſt Ioan.And. in regula quod ſemel, de regul. iur. concludunt, quòd quamuis tibi promittam nulli vendere certam rem,niſi tibi: quòd ſi alteri vendidero, valet venditio,licet ſim periurus. Et pro iſta parte facit tex. in c. ſicut ex literis, & in capitulo,de illis, de ſpon. facit quòd dicit Abb. in cap. j. de iureiuran. & in cap.j. de ſpon.duo. & in terminis eſt doctri. Abb. in cap.intellecto. de iureiur. Et pro hoc facit glo. notabilis in cap.fin.in verbo, reuocatus. de procu. lib.vj. cum ſimil. Tamen acutius cogitanti adhuc prima opin.videtur verior: pro qua eſt deciſio in puncto Aret. in l. ſi ita quis. §.ea lege. ff.de verb. obligat. vbi poſt relatos Innoc.& alios in d. cap. dilecto, dicit ſibi videri iſtam partem veriorem per illam regulam, quæ habet quod iuramentum obligat quem preciſè ad factum, glo.ſingu. in l. ſi pecuniam, in princ. ff.de cond. ob cauſam. quam plures ſequuntur, quos refero in §. item ſi quis poſtulante.in j.nota.in iij.effectu. infrà eod.& maximè quando illud factum poteſt adimpleri ſine interitu ſalutis æternæ, quia tunc omnino ſeruandum eſt. cap.ſi verò. de iureiur. nam iuramentum obligat quem in forma ſpecifica, neque ſufficit per æquipollens adimplere. cap.ad noſtram. el j de iureiur. & in caſu noſtro iſta facultas datur in venditore, igitur preciſè obligatur. Non obſtant modo allegata in contrarium,quia quamuis prædicti doc.non reſpondeant,poteſt tamen ita reſponderi quòd omnia iura dicentia,ꝙ actus videlicet contra iuramentum procedunt in actibus,quæ dependent à voluntate vnius, per quos alteri obligatio, ſiue ius non acquiritur, prout quando conſtituo procuratorem,& iuro non reuocare,vt loquitur gl. in d.cap.fin.de procur.lib.vj. vel quando facio teſtamentum,& iuro aliud non facere:quia in iſtis non poteſt quis ſibi imponere legem à qua non liceat recedere,prout dicit Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti. de legat.iij. & habetur per nouiſsimos in l. pacta nouiſsima. C.de pact. nam tales actus ſunt infirmi & de facili ex aliquo accidenti tolluntur, vt in l.ſi aliquis. ff.de donat.cau. mor. & not. Dyn.in regula j.in v.quæſt.de reg.iur.lib.vj. Secus verò in actibus dependentibus à voluntate duorum in quibus à principio eſt voluntarium contrahere, ſed poſt contractum eſt neceſſarium obſeruare. l.ſicut. C.de actio. & obligat. & hoc propter intereſſe, & præiudicium quod poteſt prætendere pars, cum qua contractum eſt, prout in caſu noſtro. & ideo iuramentum debet obſeruari. Et pro iſta diſtinctione facit doct. Abb. in c.cum M.& ibi Moder. de conſtit. & glo.in capit. j. de conſtit. lib.ſexto. Et per iſta patet quòd ſuprà dicta concluſio procedit, ſiue ſit iuratum, ſiue non. Limitatur prædicta concluſio ſingulariter alio modo, videlicet, quòd non procedat, quando ſtipulans reſeruaſſet ſibi ſuper illa re, quæ promittitur ſibi, & non alij vendi ius reale,puta hypothecæ & venditor ſe conſtituat ex tunc ſuo nomine poſsidere: quia tali caſu venditio facta alteri non valeret: caſus eſt ſingularis in l.ſi debitor. §.fina. ff.de diſt. pign. quem ad hoc multum commen. Abb. in capit. cum non liceat. de præſcript. Angel. Imol. & poſteri. in l. qui Romæ. §. coheredes. de verborum obligationibus. Alex. in l.ſi filio. §.fin. ff.ſolut.matr. Andr. Sicu.in cap. cum acceſsiſſent.num.17.de conſtit.cum ſimil.& ille fuit text. ſuper quo acriter iurgati ſunt Bart.& & Bald. vt dicit Alexan. in d. l. ſi filio. §.fin. adeò vt

vt opus fuerit recurrere ad Pandectas Piſanas, vt dicit Bart. in l. ſi debitor. §. fin. & idem Bart. in d. l. filiusfa. §. diui. in rep. de leg. j. nam Bal. in libro ſuo habebat dictionem *vllam*, Bart. vero, *nullam*, & vt quidam dicunt ſuper hoc Baldus fuſtigatus fuit, quia corrupetat codices, & de iſta contentione Bartoli & Baldi meminit Præpoſitus Car. Alexan. in ſumma. xix. diſt. & in c. in memoriam. ead. di.

Vlterius aduertēdum eſt circa vnum antequàm deſcendamus ad glo. quia videtur, quod iſta definitio actionis non ſit bona, cum in ea non ponatur ſubſtantia ipſius actionis, ſed actus ſiue effectus agendi, qui eſt iſta proſecutio in iudicio, ergo non

11 eſt bona: quia † ea per effectum non debet definiri ſecūdum Bar. in l. j. in prin. ff. de appel. vbi per hoc repræhendit definitiones appellationis datas per Placenti. & Azo. Sed ad illud poteſt reſponderi ex iis, quæ tradit Decius in rub. extra de probat. vbi dicit, quòd illa doctr. Bart. in d. l. j. procedit, quando effectus eſt ſeparat⁹ à cauſa, qui nō ſtatim producitur, ſed ex interuallo, prout eſt in appellatione de qua loquitur Bart. ſecus vero ſi effectus immediate ſequitur ex ipſa cauſa: quia talis effectus bene conuenit definitioni. pro quo Decius allegat tex. hic, quem ita intelligit, & text. in l. iij. § bonorum. ff. de bon. poſ. & ideo videmus, quòd reſponſione inſeparationis iſte effectus, de quo hic, bene conuertitur cum cauſa ſiue definito. Poteſt tamen hæc reſponſio euitari, quia imò actio non immediatè producit ſuum effectum: probatur, quia ſtant iſta ſimul quòd mihi competit actio & quòd eam non proſequar, ſed ita demum, cùm voluero. l. purè. §. fin. de excep. doli. vel quia debitor nō habet, vnde ſoluat, vnde contra cū cōpetit mihi actio, quā prohibeor proſequi, donec redeat ad pinguiorem fortunā. l. ſi. §. fin. ff. quæ in frau. credi. caſus eſt in. c. olim el. j. extra de reſt. ſpo. iuncto. c. Odoardus. de ſolu. & l. j. de ceſ. bo. vel in obligatione in diem, vbi eſt nata actio, ſed nō poſſum illam perſequi, niſi adueniente die. l. cedere. ff. de verb. ſignifi. ergo non eſt verum, quod effectus ſit inſeparabilis à cauſa, & per conſequens actio non eſt ius perſequēdi. Et ideo magis conſonat illa expoſitio, quòd hic ius pro facultate accipiatur vt infrà latè probo ſuper glo. in verbo, ius, tenendo tamen quod dictū eſt nō eſt inconueniens, vt dicamus, quòd iſtæ non ſunt propriè diffinitiones, ſed quædā deſcriptiones: vel ſi diffinitiones ſunt, ponuntur de iis quæ cōmuniter accidunt & iſto modo ad argumentum reſpondetur, quòd licet aliquando actio ad exercitium nō deducatur, communiter tamen accidit quod eā proſequimur. & iſtud conſideratur in diffinitione, vt tradit notabiliter Alex. in rub. ff. ſolu. ma. nu. xxvj. & tenet Areti. in l. j. ff. de teſta. & Deci. poſt Moder. in rub. de conſue. Tamen contra ipſos facit text. in l. j. ff. de dolo. Et ideo non immeritò dicitur in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. quod omnis diffinitio in iure periculoſa eſt. Et propterea dico, quod ſiue effectus ſit ſeparatus à cauſa, ſiue coniunctus, diffinitio in iure poteſt fieri ab effectu. l. v. §. ſtipulatio. ff de verb. ob. & l. libertas. §. ſeruitus. ff. de ſta. ho. per quæ iura ita concludit, & tamen Decius in rub. extra de iudi. & ante ipſum notabiliter declarat Soc. in rubr. ff. de condit. & demon. vbi allegat commentatores in præludiis Ethicorum qui defendunt duas diffinitiones Platonis ab effectu, & ibi allegat tex. hic, quod no. Gl. j. in verbo ſupereſt, diuiditur in duas partes. in prima declarat per modum quæſtionis inſtitutionē Imperatoris: in ſecunda continuat iſtum titulum ad præceden.

12 ſecunda ibi vel dic. † Pro declaratione primæ partis quæro vltrà Doc. quid ſibi velint hæc verba gl. ſupereſt forma. Iaſ. hîc dicit, quòd voluit dicere ſuprà viſū eſt de perſonis toto primo libro, ſupererat videre de rebus: verùm quia res quædam ſunt corporales, quædam incorporales, de corporalibus dixit in lib. ij. vſque ad titu. de obligationibus: de incorporalibus incepit ibi dicere, & in tit. noſtro. Sed aduertatis quia iſta non fuit mens glo. vt patet ibi, vel dic, & ſi quidem fuit, non eſt vera ex duobus, primo quia Iaſon præſupponit quòd vſque ad tit. de obligationibus non ſit dictum niſi de rebus corporalibus: hoc tamen eſt falſum, vt patet in tit. ſuprà de vſufructu. & de vſu & habi. de bonorum poſſeſſionibus & aliis, quæ ſunt res incorporales vt dicit tex. in. §. j ſuprà de reb. corpora. & incorpo. ergo non eſt vera iſta continuatio. Secundo, quia ſi fiat diuiſio, vel continuatio eo modo quo dicit hîc Iaſ. nō eſſent niſi duæ ſpecies reorū poſitæ, cum Imperator in. §. fin. ſuprà de iure naturali. propoſuerit tres, de perſonis, & de rebus, & de actionibus. Si vero dicimus, quod appellatione rerum comprehendantur actiones, & obligationes, quia res dicitur corporalis, & incorporalis, iam eſſet diminutus Imperator in. d. §. ſi. ponens iſta tria, vt diuerſa. Et ideo dicas, quòd non fuit iſta mens gl. Nam licet verum ſit quod obligationes, & actiones appellatione rerū incorporalium veniāt. l. rei appellatione. ff. de. verbo. ſignificat. tamen aliud eſt ius incorporale perſequēdi in iudicio, quod in iure verſatur, vt ſunt actiones, & obligationes: aliud eſt ius, quod in facto cōſiſtit, prout ius vſusfructus, & ſimilia: & licet de illis incorporalibus ſuprà dictum fuerit in ij. lib iſta tamē incorporalia, quæ circà iudicia verſantur eſt alia ſpecies diuerſi ab illa, de quibus in ij. lib. dictum non fuit, & reſpectu iſtius diuerſitatis diuerſi tituli ſituantur, argu. l. ſi idem. C. de codicil. & de iſta diuerſitate intellexit Imperator in. d. §. ſi. ſuprà de iure natu. dum diſtinxit actiones ab ipſis rebus, licet pro comperto habuerit, quod appellatione rerū aliàs cōprehendebantur, quę omnia teneméti. Et ideo pro vera declaratione iſtius gl. quam nullus bene declarat, ego dico, quod iſta verba dupliciter intelliguntur. primo quod glo. hîc ponat opinio. vltramōtanorum, qui volebant, quod actio eſſet quædam forma, ſeu contextus verborum, vt in l. edita actio. C. de eden. & patet infra in glo. aliud eſt, per quam formam, ſeu conceptionem verborum deducebam in iudicio, quod mihi ex obligatione debebatur. Et ideo dicit glo. viſum eſt ſupra de obligationibus, ſupereſt modo, quid ſupereſt? vt videamus de forma petendi, & deducendi ius obligationis in iudicio, quæ vocatur actio. Et iſta videtur eſſe prima declaratio glo. Sed non teneatis eam, quia non eſt verum, quòd actio dicatur forma: cùm hodie illa ſolemnitas exacta ſit ſublata vt in l. j. & ij. C. de formu. ſubla. Et iſtam expoſitionem vltramontanorum expreſsè reprobat Bar. in l. ſi pater, la iij. ff de adopt. nam ibi glo. exponebat actionem pro forma, quēadmodùm hîc: & tamen dicit ibi Bart. quòd non eſt verum, quia actio non eſt forma, ſed ius perſequendi. & allegat ibi Bart. text. noſtrum hîc & ita etiam eum intelligit Bart. in l. agraria. ff. de termi. moto. & videatis omnino per Moder. poſt Cy. in auth. ſacramenta puberum in q. ij. C. ſi aduer. vendi. Vel ſecundo

ſaluando

ſaluando glo.hic dicatis, quòd gl.appellat hic for-
mam, finem tractatus Imperatoris.nam ex quo in
§.ſi.ſuprà de iur.natu.propoſuit in vltimo tractare
de actionibus,dicitur poſitus hic tractatus tãquam
forma, vel vt adimpleatur forma ibi tradita,cum
15 † finis cuiuſque rei ſit forma.l. Iulianus.ff.ad exhi-
ben. Et ita videtur iſtam glo.intelligere Decius in
rub.ff.de reg.iur.in ver.ſed tamen.Et hoc exemplo
materiali oſtenditur. Nam clarum eſt, quòd ſi ali-
quis ex terra cõficiat vas,requiritur priùs,vt mate-
riam præparet ex terra,& aqua:& rurſus illi maſſæ
detur forma vaſis, qua data, nihil aliud ſupereſt.l.
quęſitũ.§.illud fortaſſe.de leg.iij.Ita vult hic dicere
gl.ſ.viſum eſt de perſonis,itẽ de rebus,& obligatio
nibus,verũ quia reſtat,qđ illæ res,ſiue obligationes
deducant ad aliquẽ finẽ, ſupereſt vt de actionibus
loquamur,quæ actiones ſunt formę & finis obliga-
tionis:quia per eas deducunt in iudicio obligatio-
nes.Et pro iſta opi.& intellectu videt eſſe gl.verſi.
in ſimili.infrà de offi.iudi.in prin.in verbo,ſuper-
eſt,quę iſto modo videt illũ tex.intelligere.Et dico
formæ,prout differt ab illa conceptione verborũ,
ſiue ſolẽnitate,de qua intelligebant antiqui vltra-
montani. Et ita videmus q dialectici prædicatũ ap-
pellãt formã:quia eſt in fine ꝓpoſitionis, & cõplet
ꝓpoſitionẽ,&hac de cauſa dicit nobilius ſubiecto,
qđ ponitur in principio tanquã materia, vt in hoc
exẽplo,homo eſt animal,ſi animal eſt,prædicatũ,&
ſic forma, & illa dictio,homo, eſt ſubiectũ,& ma-
teria. Et hac de cauſa videmus etiam in creatione
mundi,vt Geneſis.c j.& ij.q poſtquã Deus cuncta
creauit,videns,qđ fruſtra eſſent creata niſi daretur
forma, & finis ad quẽ ille res, vel maſſa mundialis
creata fuit,vt in §.in pecudũ.ſuprà de re.diui.fecit
Deus hominẽ tanquã formã omniũ rerũ, ad cuius
finẽ omnia diſponerẽtur.& hoc eſt, qđ dicit tex.in
§.fi.ſ.de iure natu.quẽ allegat hic gl.Et ſic habes,q
iſte titulus de actionibus,ponit hic in fine tanquã
forma, vt oĩa, quæ in ſuperioribus titulis tractata
ſunt,ad iſtũ tit.tãquã ad formã dirigant,& ſine qua
fruſtra fuiſſet obligationes ponere, niſi forma,ſiue
actio daretur, per quã in iudiciũ deducerent:& ſic
forma dat eſſe rei.d.l. Iulianus. & à fine formali
omnia denominãtur:cùm ꝓpter ipſum facta ſint&
per ipſũ declarent l.an inutilis.ff.de accep.& l.ius
ciuile.ff.de iuſti.& iur.quæ ad hoc Ang.adducit in
conſi.cxiiij.incip.quidã petur,in fin.facit l.ſed & ſi
quis.§.interdũ.ibi,nã numeratio declarabit cui ſit
acquiſita ſtipulatio rerũ.ff.de vſufructu,ſecũdũ qđ
ibi declarat Flori.& tradit notabiliter Bal.in rub.
14 ff.de iuſti.& iur.verſi.itẽ not.& ſic actio † eſt meta,
finis,& terminus,per quem declarat aliquẽ eſſe,vel
non eſſe obligatũ per illũ tex.& tradit Cornæus in
ſimili in cõſi.ccxcv.inci.videt,vo.iiij.Poſuit igitur
iſtũ titu.Imperator in vltimo,quia ea,quæ vltimò
audiũtur, melius memoriæ mandant c.liquidò.de
cõſecra.di.ij.& difficiliora in fine poni debent,vt
ibi dicit gl.poſt Tulliũ in Rhetoricis.& tenet Ioan.
Leriet in tract. de primogenitura lib.x.q.xxiiij.&
facit.ſ.de inſti.& iur.§.his igitur. poſuit igitur hic
iſtũ tit.tanquã ſigillũ omniũ obligationũ. Et ideo
mouet Specula.& dat notabilẽ cautelã litigãtibus
in titu.de diſputa.& alle.§.poſt hæc autẽ.in finali-
bus verbis,videlicet,q innitendũ eſt totis viribus,
ac curandũ,vt in iudicio ſimus vltimi in loquẽdo:
quia verba vltimò ꝓlata, vltra hoc, q meliùs me-
moriæ mandantur,vt ſuprà eſt dictũ, nullo gladio
percuſſa,nullóq; telo vulnerata præſtantiora ſunt:
nam per cõtradictionẽ res dubia efficit.l.iij.C.qui-
bus ad li.procla. non licet. quia dum vltimus lo-
queris,nõ ſolùm potes rationes tuas iuribus com-
probare,fulcire, & colorare,ſed etiam quod ex ad-
uerſo propoſitum eſt,annullare, & decolorare: ita
ibi Specula. Ex quibus omnibus manifeſtè colli-
gitur,quæ fuerit mens,& intentio glo. In ſecun-
da parte glo.continuat in præcedentibus iſtum ti-
tulum.ſuprà viſum eſt de obligationibus, & ſic de
matre:modò videndum eſt ordine ſucceſſiuo de fi-
lia.Sed quidam hic(vt refert Iaſ.) dicunt hanc con-
tinuationem procedere reſpectu actionis perſona-
lis,non autẽ realis,quæ nullã præſupponit obliga-
tionem.§.j.infrà eod. Et ideo continuatio debet
ſuppleri hoc modo.ſuprà viſum eſt de acquiſitione
dominiorũ,& aliorũ iuriũ, quæ ſunt matres actio-
nis realis. l.vnica. C. de alie.iu.mu.cauſæ fac.l.in
rem.ff.de rei vendi.Item viſum eſt de obligationi-
bus, quæ ſunt matres actionis perſonalis.l.licet.§.
ea obligatio.ff de procura.ideo ponitur hic titulus
de actionibus. Aduerte modo quia omnia iſta
videntur ſomnia præſupponere, q in his rebus in-
corporalibus actio ſit filia, & quod obligatio ſit
mater. Nam iſtæ ſunt abuſiones, quæ fingũtur per
docto.vbilibet : quod ita probo, quia ſi obligatio
eſſet mater actionis perſonalis , ſequeretur, quod
poſita matre, poneretur filia,& econtrà, cùm ſint
correlatiua.l.fin.ff.de acceptila hoc etiam eſt fal-
ſum,quia poteſt dari obligatio vbi non ſit actio &
econtrà.ergo illa dicta non ſunt vera.Quod detur
obligatio ſine actione patet in l.niſi & l.ſi tutor.
la ij.§.fin.ff.de tutel.& ratio. diſtrah.vbi ſtatim,q
tutor incipit adminiſtrare, eſt obligatus:& tamen
non eſt orta actio tutelæ,niſi finita tutela,ad idem.
l.ij §.hanc autem.ff.rem pu.ſal.fo. Et ideo dicas,
quòd quemadmodum actio perſonalis oritur ex
obligatione, ita & realis oritur ex obligatione.de
hoc eſt doctri. Bart. in l.j.nume.20.verſi quid di-
ximus.C.de actio.& oblig.Non obſtat text.in d.l.
licet.§.ea obligatio.qui communiter ſolet allegari
ad illud propoſitum : quia reſpondeo, quòd illud
verbum.parit, non ponitur ibi propriè & verè,vt
debeat fieri talis ſimilitudo propagationis huma-
næ: vt patet in l.ſi bene collocatæ.ff.de vſur.ibi,v-
ſuras pariunt. & idem videtur de iſto verbo ori-
tur. vt in c. ſi perfodiens.de homi.& in l.ij.ff.de
per.he.& ff.de pri.deli.l j.in fin.& idem dicendum
de hoc verbo , naſcitur.vt in c.dilecto.de præben.
cum ibi ius naſcitur per hæc tamen , quòd iura ſi-
milibus verbis vtuntur, non debemus ilico ſimili-
tudinem inducere patris,& matris,ſed ſufficit dare
cauſam ſiue propinquam, ſiue remotam, ex qua a-
ctiones naſcantur:vt in l.certi condictio. in prin.
ff ſi cert.pe.& ideo videtur mihi quòd cõtinuatio
gloſ. hæc bene adaptetur ad vtramque actionem
abſque aliqua ſuppletione. Vel poteſt fieri conti-
nuatio hoc modo:ſuprà viſum eſt de variis ſpecie-
bus iuris in titu.præced.in ſpecie , & ſingulariter,
modo ſequitur videre de omnibus generaliter.
quare in iſta rubr. hic in fin ponitur ſicut titu.ge-
neralis ad omnes materias pro iſta continuatione
facit quod dicit Abb.in rub extrà de reg iur.eod.
titu.lib.vj.& Bart.in rub.ff.de iu.om.iu. In glo.
actio, ibi pro actu. adde,vltra gloſ. & docto pro
iſta expoſitione duos text. videlicet in l.iiij.ff.de
adopt.& in l.iij.ff.de offic. procon. & leg.tamen
in contrarium facit text.in c.per venerabilem.ex-
trà qui fil.ſint leg.vbi vt diuerſa ponũtur actio,&

actus ibi,dum dicit, vt qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones,circa ſeculares actus illegitimus re-
16 maneret,&c. † Sed tamẽ põt reſpõderi,ꝙ ibi actio accipit pro operatione ſpirituali, prout differt ab actu tẽporali,non tamẽ per hoc infert,ꝙ actio pro actu etiã exponi nõ poſſit. nã propterea ꝙ exponi poſſit alio modo differẽti ab actu,nõ negatur potẽtia quòd ſecundũ ſubiectã materiã aliter exponi poſſit. Habes igit ex gl.ꝙ actio tribus modis accipit.Iaſ.hic poſt Fabrũ, & alios addit aliũ caſum, ſcilicet,ꝙ aliqñ capit ꝓ adminiſtratione.allegatur lex.j. §.iurandũ aliàs.§ ſi verò aliquib', in auth.vt iu.ſine quoq.ſuf.& l.act'.in prin.de admi.tu. Tamen aduertẽdũ eſt ꝙ ille tex non probat hæc,imò cõcor cum primo capite gl.noſtrę,ſcilicet,ꝙ actio pro actu accipiatur & ita gl.in d.§. Iul.exponit.& alle.ibi tex.in §.ſancimus. in auth.de non alie.quã ad hoc gl.noſtra hoc alle.& tex.in d.§.iuſiu.cũ hac expoſitione cõſonat. nam dicit ibi qđ ſi literæ, ſeu codicilli mittant à principe aliquib' ex ꝓuincia,vt præſides fiant, debẽt illi corã epiſcopo metropolitano iuſiurandũ præſtare. & ita ſinguli ſuſcipiẽt actiones,glo.ibi exponit actiones,id eſt,actus:quaſi velit, qđ qualiter præſidiũ actorũ ſuſcipiet actũ de hoc. ſeu inſtrumẽtũ,vel codicillos illos à principe miſſos ad faciendũ fidẽ in poſterũ,iuxta ea,quæ no. Bal.in l.pene.in pri.C.de ſen.quę ſi.cert.quãti.& ꝓ hoc videt eſſe caſus in auth.vt ord præfict.in prin. vbi tex.facit mentionẽ de illis codicillis,id eſt,literis Imperialibus,quas illi,qui ad dignitatẽ aliquam eligebant,ſuſcipiebãt.& ſic illud priuilegiũ erat in ſignũ honoris,vt not gl.in §.ſed ex cõſtitutione.in ver.illico.Inſti.quib.mo.ius pa.po.ſol.& de illa ſolẽnitate loquit tex.in auth.de man.prin.in prin.& § .j.& in l.quoniẽs.§.ſedẽdi.C.vbi ſena.vel cla.& l. fi.C.de cõſuli.li.xij.Et ſic ex pręmiſſis patet ꝙ licèt dictũ Iaſ.in ſe põt eſſe verũ,tamẽ cõcludẽter in illo tex.non probatur,imò totũ oppoſitũ & qđ ibi pro actu, ſiue priuilegio(vt dixi)capiat,probat ibi ver. ſequẽs,ibi,codicilli tranſmittãtur:& ibi vt ipſe qui accepit cautionẽ,&c.& ſic loquitur de actis.& hac ratione prob t. nam ali s ſi iſta acta dictus præſes non accipiat,nõ creditur ei,iuxta.c.cum in iore.de offic.deleg.Secũdo tex.in d.l.actus.non ꝓbat,quia de actione non loquit.ſed de actu qui pro adminiſtratione capit iuxta naturã ſub titulo,ſub quo illa lex ponit.dictũ in ſe verũ eſt per iura per me ſuperius alle.quib' adde tex.in c.tres ſunt.de pœn.diſt.j.

Ego vero vltra Iaſ. & oẽs alios ſcriben.addo ſex alios caſus in quibus hic verbũ,actio,in alio ſignificatu capit.primò capit pro libello.tex.eſt quẽ ibi ita Bar.alleg.& oẽs intelligũt in l.edita actio.C.de eden.& ibi Deci.in prin.alia iura alleg.& ita illã.l. intelligit.& ad hoc alle.Alex in l.ſcite debemus.in prin ff.de verb.obl.& ſic pro libello ſeu petitione capitur in c.j.de fo.cõpe.& in c.de mu.pe.per quæ iura põt ſuſtineri cõmunis intellectus ad d.l.edita. qui vult,ꝙ actio pro libello capiat,quãuis doc.ibi per aliqua iura cõcludẽtia non probẽt & vide quę ibi dixi.Secundo modo capit pro oblig.vt l.ſi quis presby.in fi. C. de epi.& cle. & ſic licèt obligatio, actio,& cõtractus ſint inter ſe diuerſa,vt eſt gl.magiſtra.in §.fi.Inſti.de obli.in gl.fi.tamẽ non inconuenit qđ aliquãdo pro eodẽ capiant ſecundũ ſubiectam materiã.& ita gl.in d.§.fi.limitati poteſt.Tertiò actio accipit pro operatione,& vita ſecunda.vt in illo eccleſiaſtico, Actiones noſtras quæſumus,
17 domine.& hinc ſolet dici,ꝙ † omnis actio Chriſti noſtra eſt inſtructio.c. Deus omnipotẽs.ij.q.j.c.ſignificaſti.de elec.& pro iſta expoſitione eſt text.in c.per venerabilẽ.in prin.qui fil.ſint le.& bo.tex.in c.nos ſi incõpetẽter.§.his ita.ij.q.vij. Quartò accipitur pro acceptione.vt in l.eos.C.de diuer.præd. li xj.vbi qui prius emit prædiũ à repub. & actione prima fundorum poſſeſſores effecti ſunt,perpetuò debẽt in eis ꝑmanere nec euelli poſſunt etiã ſi alij meliorẽ conditionẽ attulerint.& ſic ibi actio pro acceptione prima accipitur.Et finaliter hoc verbũ, actio,qđ licèt auxiliũ cõprehẽdit, vt in l. elegãter. in pri.ff.de dolo. Quintò hoc verbũ,actio,accipit ꝓ tractatu,ſiue cõſenſu habito, in c. vel cõcilio.vt e text.& ibi no.gl.i c.j.de maio.& obedi. Sexto accipit ꝓ ſatisfactione, vt eſt text.in c in actione, de pœn. di.j.& in c.ſi quis cõtriſtatus.xc.di.& in c. ſunt qui opes.xvij.q iiij.Septimò exponit pro quæſtione:vt in c diſpẽdia.de reſcri.li.vj.Octauo exponitur,pro cauſa.ita dicit And. Sicu.in c.fi.xij col. de reſcri.alle.ꝓ iſta expoſitione text.in c.j.de cõſti. Sed aduerte quia talis expoſitio non videt ver.,ex eo,quia actio & cauſa ſunt diuerſa,vt eſt gl.in l.j.in prin.ff.de eden.quã ibi ſequit Bart.col.fi.ver.vidimus de re & cauſa,&c.Et ad tex.in d.c.j.põt reſpõ. qđ ibi propriè capiat illa dictio,actionibus.vel etiã dicas qđ Doc.Bar.& gl.procedant proprie.improprie tamẽ non incõuenit vt actio pro cauſa exponatur,ſicut mutuũ exponitur,id eſt, cõmodatũ.& econtrà vt in l.ij.C.de his qui.ex pu.ra.pe.nu.ac.li. xij.& tutor procuratore.vt in l.pater Seuerinã.ff. de cõdi.& de.& no.Iaſ in l.qđ dicitur ff.de ver.ob. & ita põt defendi expoſitio And Sic.Nonò capitur pro iudicio,vt in l.j.& ibi no gl.ff.re.amo.& l.age cum Geminiano.C.de tranſi. In ea.gl.ibi quandoq; pro accuſatiõe criali,&c.Iaſ.hic no.ex hac gl.
18 qđ † actio ꝓprie accipit pro accuſatione criali.& ideo gl.cum miſterio dixit etiã ali.nã ciuilis non diceret propriè accuſatio. ita tenet Alex.in l qui accuſare.in fi.C.de edẽ.qui ad hoc põderat iſtã gl.& Deci.in rub.de iud.& pro iſta expoſitione,qđ actio ꝓpriè pro accuſatione criali exponit.Iaſ.hic alleg. text.in d.l.qui accuſare Aduertendũ eſt in primis antequã vlterius ꝓcedatur,qđ quãdo Iaſ. hic alleg. tex in d.l.qui accuſa.videt ſentire,ꝙ ille tex.intelligatur de actiõe criminali,ꝓpriè tamẽ hoc eſt falſum:quia ille text.qui ſimpliciter loquit ita ꝓcedit ꝓpriè in actione ciuili,quẽadmodũ in criminali:vt tenet ibi gl.Bar.& alij,à quibus nõ diſſentit ibi Iaſ. quia ratio illius tex.æquè militat vtroq; caſu.nam quẽadmodũ qui accuſat,probatiões habere debet: ita & qui ciuiliter agit, aliàs reus abſoluit.& licèt tex.ibi dicat illo verbo accuſat,non tamẽ declarat an criminaliter,vel ciuiliter. Dictũ tamẽ in ſe verũ eſt,licèt ibi non ꝓbetur,qđ iſtud verbũ,accuſatio, propriè de criminali intelligat vt ibi tradit Alex. & eſt gl.infrà de pub.iudi.in prin.& tenet Alex.in l.viro,atq; vxori.ff.ſo.ma.& ſequitur Barb.in c.dilecti.in iij.no.extrà de iudi.hoc tamẽ procedit qñ in materia criali hoc verbũ profertur. ſecus tamẽ in materia ciuili:quia tunc iſtud verbũ, accuſatio, improprie acciperet pro actione,vt cõcludit Fede. de Se.in cõſi.xxiij.inci.Titi': pro quo eſt bo tex.ſecundũ qđ ibi declarat gl.in l.ex iudiciorũ.ff.de accu.Et dicit ſecundũ Iaſ.agi ciuiliter,vel criminaliter quãdo pœna venit applicãdi parti vel fiſco:nã quãdo applicatur fiſco cauſa dicit crialis,etiã ſi ſit pecuniaria:quãdo vero parti,dicit ciuilis vt no.gl. in l.iij.in princ.in ver.aureorum.ff.de ſep vio.cum concord.vt hic per Iaſo.& idem tenet Lanfran.in tract.de arb.in ver.compromiſſum.in prin.fol.iiij.

& hanc

& hanc eandē opi.tenet Iaſ.in l.j.nu.7.C.de eden.
Ex iſtis dictis Iaſ.duo colligunt,primō qđ tunc iu-
diciū dicitur criminale,cum pœna venit fiſco ap-
plicanda etiā ſi ſit pecuniaria.cauſa vero ciuilis di-
citur cū applicatur parti.de hoc eſt gl.ſing.quā ibi
ſequit᷑ Bart.in l.iij.ff.de ſep.vi.& ad hoc citat ſing.
Alex.poſt Bal quē ibi refert in l.à diuo Pio.§.ſen-
tentiā in vj.col.nu.x.ff.de re iudic.& hanc opi.per
prædictā gl.ſequitur Io.de Ana.poſt alios quos ibi
alle.in conſi.xxj.inci.videt᷑.& hæc videt᷑ magis cō-
munis opi.vt dicit Io.de Pla.in l.ij.C.de his qui ex
pu.ra.pe.nu.ac.li.x.& Lanfr.in trac.de arbi.in ver.
cōpromiſſum.in prin.fol.iiij.& eam tenet Alex.in
conſi.lxvj.viſo puncto.in prin.in j.vol.& cōſi.8 a.
in cauſa vertente.in fi.eo.li. Bar.in l.fi.ff.de priua.
deli.& in l.j C.de his qui.vt indi. Abb.in c.veniēs.
vet.in criminalib⁹.de accu.domi.in c.j §.j.de cler.
cōiu. Arc.in c.ſup his.de accu. Sed tñ iſta cōcluſio,
videtur dubia:nam in primis contra eam eſt gl.in
d.l.ij.C.de his qui ex pub.ra.li.x.& glo.in l.j.C.qñ
acti.ciui.cri.præiu.quā alleg.Bar.in l.iij.ff.de ſe.vi.
nec eam reſoluit,vbi vult dicta gl.qđ quādo pœna
eſt pecuniaria tūc dicit᷑ cauſa ciuilis,& in hoc co-
gnoſcitur à criminali: quia in cauſa criminali eſt
pœna corporalis,& ita ſentit gl.in l.qui ſepulchra.
C.de ſepul.vio.& gl.in l.ſi qua per calumniā.C.de
epi.& cle.cū plurib⁹ aliis allegatis per Io.de Pla.in
d.l.ij. Et iſta differētia probat᷑ vltra ipſos per tex.
in l.j.in princ.ff.de teſti.vbi dicit text.qđ adhiberi
poſſunt teſtes non ſolū in criminalibus cauſis,ſed
etiā in pecuniariis,ergo datur intelligi ꝙ quādo de
pœna pecuniaria agitur,nō dicat᷑ cauſa criālis cum
ibi iſta vt diuerſa ponant᷑:ad idē eſt tex. clarus in l.
à interrogari.C.de quæſtio.& in l.tūc cōuenit.C.de
accu.& in l.fi.C.de requir.reis.ergo nō eſt verū,ꝙ
dicit Iaſ.qđ cauſa dicit᷑ criālis cum pœna applicat᷑
fiſco,etiā ſi ſit pecuniaria,quia dico,ꝙ ſi pecuniaria
ſit.licèt fiſco applicet᷑,dicit᷑ ciuilis,& ita de hoc eſt
tate, qua hodie proſequimur, illa tamen informis
petitio pro actione habebatur, & iſtud credo ve-
riſsimum quicquid dicant Bart.& ſequaces: & iſto
38 modo conſeruatur regula,quæ habet,quòd †cauſa-
tum ſapiat naturam cauſæ. § prædictis. in auth. vt
lic matri,& auiæ.& ſic oblatio quæ eſt de iure gen.
pariet actiones. & ſic filias ſibi ſimiles natura, &
origine: nam naturaliſsimum quippe eſt generare
vnum tale,quale eſt, vt dicit Ariſt. in ij.de Anima.
& eſt bo.tex.& ibi gl.in l.quod ſi nolit § qui man-
cipia. ff de edil.edic. & alibi dicit glo.quod pater
prudens prudentẽ,& nobilis nobilem generat glo.
in l.nullus.C.de decu.lib.x. imò mirabilius voluit
glo.in l.fi.in ver.conſequentia C.de natu.lib.quòd
filius ſpurius ſpurium generat, & ſic ſimile produ-
cit ſuum ſimile: ſed obligatio parit actionem, vt
omnes dicunt, l.licèt. §.ea obligatio. ff.de procur.
ergo debet parere ſimilem,vt quemadmodum obli
gationes ſunt de iure gen.ita & actiones ab eis pro-
ductæ. Et pro hoc dico eſſe caſum, quem ibi not.
Bald.in l.eas ff de cap.dimi. vbi ex quo contractus
dotis eſt iuris gent. eodem modo & actio ab eo
producta dicitur iuris gen.pro quo etiam facit tex.
in l.cum amplius.§.is natura. ff.de reg iur. Secun-
da eſt ſol.Bart. quod ibi intelligatur de iure gent.
addita tamen actione de iure ciuili: ſed tamen hæc
etiam ſolutio eſt diuinatiua, vt fatetur etiam Iaſ.
Vnde mihi videtur,quòd ille tex.probet aliter non
faciendo vim in illa dictione, condici, vt debeat
exponi pro actione, vt volunt doct.hic, ſed potiùs
pro exercitio actionis:& ſic erit ſenſus,quòd quan-
do vxor ſubtraxit marito aliquas res de iure gentiũ
condici poterit actione rerum amotarum. & ſic
actio ibi & condictio ponuntur vt diuerſa: quia
condictio ponitur pro exercitio actionis quod
conſiſtit in facto:actio verò eſt ius:& ius,& factum
ſunt diuerſa,vt in rubr.de iuris,& facti ign.& dico
ſuprà in glo. verius tamen videtur quod ſuperiùs
dixi. Secundò, pro iſta parte adducit text. in l.ſi
mandauero tibi. §.ſi cuius. ff.manda. vbi deporta-
tus retinet actiones,cui denegantur ea,quæ ſunt iu-
ris ciuilis. l.quidam. ff de pœnis. ergo actio eſt de
iure gentium. Reſpondet ad iſtum text.Bar.in l.ex
hoc iure.ff.de iuſt.& iur. quòd actiones ibi depor-
tato competunt non principaliter, ſed in conſe-
quentiam contractus per eum celebrati, quo caſu
39 †multa in conſequentiam conceduntur,quæ prin-
cipaliter prohibentur.l.j. in prin.ff.de auct.tut.ſed
actiones principaliter ſunt de iure ciuili: ergo de-
portato principaliter non competunt. Sed hæc ra-
tio non eſt vera:quia ibi principaliter datur actio.
& iſta reſponſio eſt contra illud,quod ipſemet Bar.
tenet in d.l.ex hoc iure. dum dicit, quòd vtilitas
iſtius inueſtigationis,an actio ſit de iure gen.vel ci-
uili eſt in hoc: quia ſi ſunt de iure ciuili deportatis
negantur. Si verò fuerint de iure gent.concedun-
tur,& attenta iſta ratione Bart.diceremus,quod ex
omni contractu deportati poſsint agere,cùm actio
in quocunque contractu veniat in conſequentiam,
quod eſt falſum,vt probatio, & contra ipſum eun-
dem Bart. in d.l.ex hoc iure. qui tenet, quod non
poſsint agere. vnde tanquam doctrina doctoris
contrarij non eſt tenenda, vt dicit Abb. de inno.
in cap.

in cap.extirpandæ. §.quia verò. de præben.& præſertim quòd illa regula, quòd multa in conſequentiam, &c. non ſemper eſt vera, vt patet in l.pupillus.§.ſed ſi per interpoſitam. ff.de aucto.tuto.& in l.qui ſaccum.ff.de fur. & in l.non debet.ff.de contrahen.empt. & in l.quia proinde. ff.ad Treb.l. vt tradit idem Bar.in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.Tamen eſto, quod neque Bart.ſibi aduertetur, & quod regula ſua de plano procedat.Ex alio illa ſolutio,ſiue intellectus ad illum text.non poteſt ſtare,quia ego
40 habeo , quòd † excommunicatus æquiparatur deportato,glo.in §.minor.Inſtit.de capi.demi.& glo. in cap.paſtoralis.de appell.tenet Bar. in l.ex facto. §.ſi quis rogatus.el ij.ff.ad Treb.& in l.cùm pater. §.hereditatem. de leg.ij. & tamen licèt excommunicatus poſsit contrahere, quemadmodum deportatus,eo quia contractus ſunt de iure gentium,quæ deportatis,& per conſequens excommunicatis non denegantur. d.l.quidam.& tenet Abb. in cap.veritatis. num.35. per totum. de dolo & contum. per tex.in d.l.quidam. & Fel.poſt Abba.in cap.ſi verè. de ſentent.excomm. tamen excommunicati non poſſunt agere ex eo contractu , pendente excommunicatione, nec principaliter,neq; in conſequentiam, vt in c.intelleximus.de iudi. & ibi latè Mod. ergo eadem ratione neque deportatus debet poſſe agere,neque principaliter,neque in conſequētiam. Ratio eſt , ne ſit melioris conditionis delinquens, quàm bonus.arg.cap.eum qui, de præben. in vj. & l.ſeruus. ff.quod vi aut clàm. quæ ratio militat in deportato : quia æquiparatorum eadem debet eſſe ratio,& conditio. l.j. §.lex Falcidia.ff.ad leg.Falci. cum ſimil.& tamen,attenta opin.Bar.ex quo actio venit in conſequentiam,eſſet dicendū contrarium, quod eſt falſum ſpeciali ratione,vt crimina puniātur:alius ergo eſt ſenſus illius tex. Dico igitur,quod text.in d.l.ſi mandauero tibi. .in cuius. malè allegatur per Bar. & alios,quòd ibi deportato competat actio etiam ſi ſit de iure gentium : quia text. ibi non loquitur in deportato,ſed in eo cuius bona publicata ſunt , quo caſu non ſequitur bona alicuius publicata ſunt , ergo eſt deportatus , quia poſſunt iſta ſimul eſſe , quod alicuius bona publicentur & quod ſtatus ſuæ perſonæ maneat ſaluus, & illæſus. caſus eſt de hoc ſingularis quem ibi not. Bart. in l. certa forma.C.de iure fiſ. li. x.facit tex. in l.Caius. ff.ad Sillani Nec ob.ſi dicas quod opi. Bart.poſſet ſuſtineri per tex. in l.ſi victum. quem ibi dicit ſingularem Alex.ff.de re iudic.vbi condemnato datur actio:quia,dico, quod illud ideo eſt: quia denegantur alimenta,quo caſu reſpectu alimentorum,bene datur actio vt ibi dicit Alex.alia iura adducens : & vltra ipſos facit bene tex. in l.ſeruos.ff.de aliment. & cib. leg. quem etiam ad hoc ponderat Lancilotus Decius in l.j.poſt glo.C.qui admit.quod igitur fauore alimentorum receptum eſt,non eſt trahendum ad ius commune, prout eſt caſus ſingularis in l. cum ratio. ff. de bo.dam. iuncta l.quiſquis. C.ad leg. Iul. maieſt. & ſic apparet quod ille text. nihil probat. Ex his igitur opi.contra communem accedentibus aliis fundamentis , quæ hîc referuntur,ad quæ non bene eſt reſponſum,manet defenſata: pro qua vltra prædicta accedant duo fundamenta. Primum eſt , quia videmus , quòd actiones dantur ad illud quod eſt meum , vel tuum. §.j. infrà eod. ſed
41 †meum , & tuum ſunt de iure gentium. §. ex hoc iure. ſuprà de iure naturali igitur & actiones ſunt de iure gent. ſed hoc arg.poſſet retorqueri per cap. quo iure. viij.diſt. Item quia non concludit ex eo, quia aliquo tempore potuit eſſe meum , & tuum, quo non erat actio, vt dum omnia manu regia adminiſtrabantur. Et aliquo etiam tempore datur actio ad nō meum,neque tuū,vt de depoſitario ad repetendum rem ſibi ab alio depoſitam. Secundò pro iſta opi.contra communem facit,quia quando medium participat de vtroque extremo , ſortitur naturam potentioris.l.quæritur.ff.de ſta.hom.not. Dyn.in regula,qui tacet.de regul.iur.lib.vj. & Bal. plenè in cap.j.de ſucc.feud ſed ius gentium dicitur eſſe potentius ipſo iure ciuili.§.ſed naturalia.ſuprà de iure natu. Item dicitur eſſe dignius , vt patet ex ordine rubricæ Inſtit. de iure natu.gentium,& ciuili : ergo actio participans de vtroque dicitur ſortiri naturam potentioris, vt latè Iaſ. hanc regulam probat in l. imperium. per illum text. ff.de iuriſd. omn. iud. ita de actione eſt dicendum . quod licèt participet de iure ciuili, attento etiam quod participat de iure gentium,quod debeat ab eo denominari. Sed ad hoc etiam reſpondeti poteſt,quod illa regula poſita in d.l.quæritur non procedit vbi datur diuerſa ratio concurrente diſpoſitione iuris, vt dicit notabiliter Abb.in cap.ſuper quæſtionum. §.ſi verò.de offic.deleg. quē ſequitur Rochus Curtius in Tract. iuris patro. in vij. quæſt. facit, quod idem Abb.in cap.fin.in fi.de iure patro.iuncto tex. in cap.cum dilectus eod.tit Et pro hoc bene facit text.in cap.Raynutius. extrà de teſta.vbi filius fuit denominatus à matre Clera,& non à patre,qui dicitur eſſe dignior,& cuius originem ſequi debet.l.j. ff.ad municipales : ita hic ex quo ius ciuile formaliter actiones introduxit, & forma eſt dignior materia , vt ſuprà dictum eſt per text. in l.an inutilis. ff. de acceptila.& tradunt Moder.in rub.ff.de verb. obligat.in illa quæſt. quare ſtipulatio potiùs denominatur à verbis,quàm à ſenſu,tenet Georgius Natan in repe.cle ſæpe. §.& quia.de verb.ſignific.debet actio denominari ab eo , dicto quod ius gentium dicatur eſſe potentius.Et ſic patet,quòd vtraque opi.in diſputationis congreſſu poſſet ſuſtineri. Alia plura poſſent pro hac opi.adduci. ſed quia ex his ſatis eſt comprobata,omitto. Vltimo pro iſta opi.contra communem videtur tex quem ibi ponderat Angel Aret in §. quotum. in fine. ſuprà in procem.iſtius libri. ſed ad illum text. ſubtiliter in-
42 tuenti patet reſponſio. † Quarta concluſio vltra alios colligitur ex iſta glo. iuncto text. quod ius municipale veniat appellatione iuris,probatur hic dum glo. dicit,quòd appellatione iuris venit ciuile, & tamen ius ciuile vocatur ius proprium cuiuſque ciuitatis.§.ius ciuile.ſuprà de iure natu. Vel ſecundo & meliùs probatur dum dicit, quòd appellatione iuris venit prætorium, & tamen ius prætorium dicuntur ſtatuta facta à Comitibus, vel Marchionibus,ſiue aliis in ſuis locis,vt tenet Bart. in l. ſtipulationum aliæ. circa fin. ff.de verb.oblig. Et ex iſto dicto glo.poteſt notabiliter inferri ad deciſionem claram illius quæſt. ſuper qua tam acriter cruciātur doct.in variis locis,quos refert Corſet.in repert.ad Abb.in verbo ius.ver.iuris appellatione, videlicet, An ſi facta ſit cōmiſsio, quòd arbiter,vel iudex procedat ſecundum ius, poſsit procedere,& iudicare ſecundum ius municipale, & conſuetudinis.Super quo articulo licèt infinita adduci poſsēt, quæ latiùs congerit Barb.in procem.cle.ſuper glo. in ver.iuris.& copioſiùs Moder.Hiſpani diſputantes in rep. §.his itaque. Inſtit.de iuſt.& iur. & Feli.

in cap.

in cap.j. de ſponſa.& latiſsimè Alber.Bru.in tract. de ſtatu.exclu.fœmi.in xij.quæſt.communis tamen opin.eſt iſta, quòd iudex taliter datus poterit non ſolum ſecundum ius commune, ſed etiam conſuetudinarium & municipale procedere,vt tradit Iaſ. in l.præſcriptione. C.ſi contra ius,vel vti. pub.pro qua opin.facit glo. hîc: nam appellatione iuris,de omni tali iure intelligitur,vt tenet Io.And.in rub. de reg iur.lib.vj. & ibi Philip.Franc. in fi. & inter alia allegatur pro iſta opin.tex.in §.conſtat. Inſtit. de iure natu.vbi appellatione iuris venit ſcriptum, & non ſcriptum,& ſic conſuetudo,& plura alia,de quibus ibi per eos: modò tota difficultas conſiſtit reſpondere ad text. in §. quotiens. cod.tit de iure natu.qui probat totum oppoſitum, ſcilicet, quòd cum iuris fit mentio, debet intelligi de iure ciuili Romanorum, de cuius intellectu modo videndum eſt plenè. nam reperio, quòd quatuor intellectus principaliter ad illum text.aſsignantur per doct.in varijs locis. Nam in primis Abb.in rubrica extrà de conſuet.dicit, quòd ille tex.procedit,quando in illa ciuitate non eſt aliud ius: ſecus, ſi eſſet aliud ius, prout præſupponitur in caſu noſtro. Et licèt hic intellectus impugnetur per præpoſitum Alexádrinum in cap.ius naturale.j diſtin.tamen eum defendit Decius in cap.licet cauſam.de prob.vbi dat alium,& ſic ſecundum intellectum ad d.§.videlicet quòd procedit quando illud ius commune Romanorum erat in viridi obſeruantia: nam tunc in dubio de illo debet intelligi: alias ſecùs, vt ibi latiùs per eum, quæ breuitatis cauſa omitto. Tamen iſte intellectus Decij impugnatur per Moder. loco ſupra allega. & dant ipſi tertium ſenſum, videlicet, quòd ille §. procedat, quando iſtud verbum, ius, profertur ab Imperatore Romano: nam tunc intelligitur de iure ſuo Romano: quia verba ſecundum qualitatem perſonæ debent intelligi, vt ibi per eum: ad quod accedat dictum Bal.in cap.cum veniſſent de eo qui mit.in poſſ.cauſa rei ſeruan.vbi dicit,quod ſi Rex Angliæ facit mentionem de iure intelligatur de iure ſuo Anglicano. Sed iſte intellectus etiam mihi nõ ſatisfacit:quia cum ius ciuile dicatur proprium ius cuiuslibet ciuitatis,vt in d.§. ius ciuile, ego non video, cur ille text. non æquè procedat in iure regio, vel comitis alicuius ciuitatis,cum ſimpliciter ille text.de iure ciuili loquatur, quod(vt dictum eſt)dicitur ius cuiuſlibet ciuitatis. Et ideo quartum intellectum etiam ſubtilem reperio dari ad illum §.per Fortunium Garciam Hiſpanum in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pact. videlicet,quod ille tex.procedit, quando nõ eſt facta mentio iuris ſimpliciter prout in caſu noſtro,ſed cum adiectione ciuilis, Vnde meritò appellatione iuris ciuilis de Romano intelligitur:ſecus appellatione iuris. Tamen iſte intellectus, licèt videatur coloratus,non mihi ſatisfacit:quia cùm ius cuiuſlibet ciuitatis ciuile dicatur, vt in §.nam quod quiſque. cod.tit de iure natur non video,quod illa adiectio aliquid faciat.cum ſit quædam qualitas,quæ poteſt adeſſe,& abeſſe citra ſubiecti corruptionem. l.falſa. ff de condit.& demonſtr. & videtur de hoc caſus in l. ij. §. hæc diſputatio. ff.de orig. iur. quia cùm ius etiam alterius ciuitatis,quàm Romanæ,dicatur ius cum illa adiectione, ciuile, vt ſ.eſt dictũ, non video rationem, cur potiùs de Romano intelligamus, quàm de alio. Neque obſtat quod verba in potiori ſignificatu ſunt intelligenda:quia eſt bene verum, quando aliter intelligi non poſſunt, vt dicit Bart. in l.ſi mater. §.eundem. ff.de except.rei iudic.ſed in caſu iſto poſſunt etiam aliter intelligi vt ſuprà dictum eſt. igitur generaliter de quocunque iure debet intelligi. Vnde mihi videtur, quòd alius intellectus poſsit,& ſic quintus accommodari ad illum text.vt dicamus, quod ideo princeps faciens in ſua commiſsione mentionem de iure, debet intelligi de iure communi Romanorũ, & non de alio particulari: quia princeps cenſetur ſua iura communia habere in pectore,& in dubio præſumitur ea ſcire:iura verò ciuilia particularia,vt ſtatuta & cõſuetudines cuiuſlibet ciuitatis, cenſetur ignorare.ideo cum ipſe princeps mẽtionem facit iuris, de illo intelligere debemus, quod ab omnibus obſeruatur & ſcitur, videlicet,de Romano, nõ de illo quod ignorat.tex.eſt de hoc clarus in c j.de conſti. lib.vj.& not.Bar in l.omnes populi. circa fin. ff.de iuſti.& iur.& pro hoc in propoſito habes nobilem deciſionem Abb. in cap.fin. ne cle.vel mona. cùm igitur ius Romanorum erat vniuerſale per totum orbem, princeps committendo cauſam,ſecundum iura debet de illo intelligi quod ſcit, non de alio iure particulari quod ignorat:& iſta videtur ratio. d.§.quoties. Quinta cõcluſio colligitur ex eadem

43 glo.ibi,ſed in facto potiùs hoc cõſiſtit,&c. † Quod officium iudicis eſt facti. Dy. hîc opponit quod ſit iuris de l ius dandi. ff.de tuto.& cura.dat.ab his. & de l.illicitas §.qui vniuerſas.ff.de offi præſi.vbi ius dandi tutores. Item ius in mittendi in poſſeſſionem dandi magiſtratibus competit & ſic officium eorum eſt ius. Iaſon hîc reſpondet quod gl.noſtra non dicit,quod ſit facti, ſed quod conſiſtit in facto & ſic in exercitio,&c. Aduerte quod hæc ſolutio Iaſon.non eneruat contrarium,nec ſoluat glo.ſed incidit in idem. Nam quod in facto conſiſtit, facti eſſe dicitur,nec videtur differre. l.j. per totum.ff.de iu.& fac.igno. vbi facti ignorantia, vel ignorantia in facto conſiſtens idem ſunt Et pro hoc quòd iſta verba facti, & in facto idem importent,eſt text. ad literam in cap.j.de conſtit.lib.vj. Et ideo glo.noſtra dicendo, quod officium iudicis in facto conſiſtit,videtur dicere quod facti ſit, quod ex alio colligitur. Nam negat officium iudicis eſſe actionem, quæ eſt ius, & dicit eſſe in facto: ergo datur intelligi, quòd velit firmiter tenere quòd ſit facti. Alia etiam expoſitio, quam facit Iaſ. in facto,id eſt, in exercitio,eſt contra gl. hic probatur,quia etiam actiones reſpectu exercitij dicuntur eſſe facti, vt latè concludit idem Iaſo.ſupra in princ.iſtius glo.& hoc glo.non negat poſt doct.omnes ibi,& tamen glo. dicit hîc, quòd officium iudicis non eſt actio: quia in facto conſiſtit.& ideo non poteſt gl intelligere officium iudicis eſſe facti reſpectu exercitij: quia eo modo non differt ab actione Vnde infertur neceſſariò quòd glo.intelligit, quòd ſit facti, & ſic quòd differat ab actione,prout eſt ius vt diffinitur. Et ideo tenendo, quòd nulla differentia, an ſit facti, vel in facto.Ad iura allegata per Dy.aliter poteſt reſponderi. Primò quòd vbi, ius,exponatur, id eſt, facultas,quæ in facto conſiſtit,vt ſuprà latè dixi in prin. huius glo. per text.in l.j.§.adeundi.ff.quando app. ſit,cum ſimil.vt ibi dixi. quibus adde tex. in c.cùm aliquibus.de reſcr.lib.vj & c.dilectus.el ij.de præb. & in cap.fin de ſecun.nupt. Et quod iſta expoſitio ibi neceſſariò conueniat, probatur. Nam ibi text. loquitur per gerundium genitiui, dum dicit, ius dandi, quo caſu habemus ſecundum communes concluſiones, quòd gerundia ſignificant factum,

non

non ius.l.vim facit.ff.de vi,& vi arma.cum ſimili-
bus. vt per Are. & Iaſ. ſuprà in rubrica huius ti-
tuli, & in rubrica C. de edend. tradit Corneus
in conſilio . ccxxiiij. in.iiij.libr. vt dixi ſupra in
rubrica. ergo ille tex. nou probat, quod officium
iudicis ſit iuris. Secundò reſpondetur, quòd il-
la iura non probaot: quia aliud eſt ius dandi tu-
torem, aliud eſt ipſum officium iudicis: quemad-
modum aliud eſt actio, & aliud eſt cauſa agendi,
vt colligitur in l.& ao eadem.§.actiones ff.de ex-
cep.rei iudi.& cōcludit gl.in ver.ius,ſuprà co.nam
quemadmodum ita dictio, homo,non eſt homo,
ſed ſignificat hominē, ita officium iudicis non eſt
ius ſed habet iuris adminiſtrationem:pro qua opi.
videtur eſſe notabilis deciſio Bald. in c.bonæ me-
moriæ.el j.de poſtu. prælato. vbi magiſtraliter lo-
quitur.Et ideo pro concordia prædictorum diſtin-
gue,quòd aut conſideramus officium iudicis de
per ſe, tanquam habens iuriſdictionem, & tunc
non eſt facti, ſed iuris: & ideo iudex dicitur à iure,
& iuſtitia.c forus.de verb. ſig. & tunc procedit o-
pinio Dy. Si verò conſideramus iudicis officium
quo ad executionem, & adminiſtrationem,& tūc
eſt facti.& procedit glo.hic.Et iſto caſu poteſt col-
ligi,an ſit actio,vel non:cùm etiam actio conſiſtat
in iure,& in facto diuerſis reſpectibus, vt ſuprà di-
ximus in prin. gl. Sexta concluſio colligitur in ea-
dem glo.ibi,nam debeo æſtimare, licet iudex poſ-
44 ſit refrænare &c. †Quod iodicis eſt æſtimatam in
iuriam refrænare,& pro arbitrio ſuo taxare. Adde
pro declaratione iſtius gl.qualiter æſtimatio fieri
debeat.optimam gl.& magiſtralem in capit. ſi ca-
nonici.in ver.damnis,de offi.ord.li.vj.vbi vult,quod
ita debet formari petitio, *potius vellem centum per-
didiſſe de meo,quàm hanc iniuriā pati*. hoc facto iu-
dex taxabit ne illa in infinitum iuret,alleg.gl.tex.
in l.cōſtitutionibus. ff.de iniuriis, allegat etiam.§.
iu ſumma,&.§.pœnæ,ſuprà de iniur. hic allega. in
glo.& illam glo.ſequitur Abb.io c.j.in fi. extrà de
iniuriis,& latè declarant domini de Rota in deci-
ſio.clij.incip.ad æſtimationem, in tit. de procura-
to.& iniuriis,in nouis. & latius reaſſumunt idem
domini de Rota in deciſio. cccclxxxvj. incipi. ad
æſtimationem, in tit.de iniurijs,in nouis.& ſequi-
tur dictum.gl.Feli.in c.ex tenore,ad ſenteut.excō.
& latius idem Feli.in c.ea noſcitur,eod.tit.tenet e-
tiam Alex. in conſil. ccx. viſis, & diſcuſſis. ij.lib.
Item non ſolum æſtimatio.vt ſuprà eſt dictum,ſed
locus & tempus in huiuſmodi libello debet etiam
poni,quo huiuſmodi iniuria æſtimatur,vt tenet ibi
dem Alex.Roma.in conſi. cxcj. inſtabo circa pri-
mum.in princip.cum cōcor.vt per Alex.in l.j.nu.
31.& 32.ff.de edend. & latè declarat Præpoſitus
in c.libellorum ij.q.viij.& ille tex.originaliter po
nitur in l.libellorum.ff.de accuſa.qui eſt tex.capi-
talis ad hoc.& hoc idem dicit Alex.poſt Bart.in l.
edita.C.de eden.& Cornæus conſ.ccv.incipi.vide
tur prima frōte,in ij.lib.per d.l.libellorum.quam
declara,vt per eundē Iaſo.in l.arbitraria.§. Ephe-
ſi.ff. de eo, quod cer.lo. vbi pulchræ dicunt circa
iſtam materiam,quæ,ne videar aliorum dicta trā-
ſcribere, non refero. Iſtud tamen vltrà ibi dicta
ego limitarem, niſi eſſet conſuetudo, quod locus,
& tempus non poneretur: quia tunc bene valeret
talis libellus,argum.eorum,quæ vult Bald.in l.ma
ioribus.in fin. C. com. vt iud. Et quia libellus ſe-
cundum conſuetudinem formari debet,gloſ. in l.
de quibus. in verſic. Inueterata. ff. de legib. tenet
Ange.in l.diuturna.de legib.& in l.j.ff.de offic.aſ-
ſeſſo. vbi prædictam gloſ. allegat. Tamen in con-
trarium facit, quia iſta conſuetudo eſſet in præiu-
dicium tertij, ex quo de loco, & tempore non
conſtaret. Vnde poſſet de facili ſequi criminalis
condemnatio.& ideo attendi non debet tanquam
nociua. c.cum dilectus. & ibi Abbas, de conſuet.
& quia in criminalibus debent eſſe probationes
luce meridiana clariores. l.ſciunt cuncti. C. de
probatio. & per conſequens tanquam irrationa-
45 bilis, & præiudicialis iuri communi illo caſu non
derogabit.argum.c.fin.de conſuetud. † Aduer-
tenduum eſt etiam ad aliud.quod licèt talis libel-
lus abſque loco, & tempore non valeat, intelligi-
tur tamen, parte opponente. Vnde, ipſa tacente,
valeret,vt latè concludit Soc.conſi cxlvj.viſo pro
ceſſu. tangit Cornæus conſilio lxxx. libr. iij. cum
alijs allega. ibi per eum ponderando text. in d.l.
libellorum.in verbo,aboletur.quod verbum præ-
ſupponit quod accuſatio valeret.allegat Bartol.in
in termini. tenentem, & ponderantem iſtud ver-
bum in l.j.§. accuſationem.ff.ad Turpil. Tamen,
quia communis opin. eſt in contrarium, vt patet
ex adductis ſuprà,& tenet Alexand in conſi.lxxij.
in fi.lib.j.& conſi.ſuprà allegato.& Cornæus con-
ſil.ccxlj.cum ſimilibus,non inſiſto. Iſta tamen
communis concluſio ſublimitatur notabiliter per
Fel.in c.ij.de libell. obla. niſi reus opponeret iam
liquidato crimine: quia iſto caſu comperto faci-
nore de apicibus iuris non eſſet diſputandum.
tunc enim omiſsio loci, & temporis non atten-
deretur.allegat Bald.in.l.edita. C.de eden. & alia,
de quibus ibi per eum.Confirmatur iſta limitatio,
quia verum eſt, quod expreſsio loci, & temporis
requiritur ad iſtum effectum, vt clare de illata in-
iuria,ſine crimine appareat.l.iniuriarum.ff.de in-
iurijs.& tenent omnes ſuprà dicti doct. ergo habi-
to fine ad quem introducta eſt illa ſolemnitas,non
curatur modus cle. cauſam.de elect. l.iij.C.de io-
ſti.& ſubſtitut.l.cum ſeruus.de verb. oblig.c.qua-
lis.j. quæſt.j. Hinc videmus, quod licèt citari de-
beat aduerſarius ad iudicium, tamen ſi in iudicio
præſens reperitur,non requiritur citatio: quia ha-
betur finis ad quem citatio inducta fuit. caſus eſt
de hoc in l. de vnoquoque.verb.præſentibus. ff.de
reiudi.& in l.in cauſæ.la j.§.cauſa cognita.in ver.
præſentibus.ff.de mino.bonus tex.in l.etiā.§.fi.in
ver.præſente,vel euocato, eod. tit.cum ſi. vt per
Feli.in c.cum oporteat.extra de accuſa.&idem in.
c.in præſentia.de probat. Tamen aduertendum
eſt, quod iſta limitatio non videtur ſine dubio:
quia ſi de forma eſt, quod locus, & tempus pona-
tur in libello,aliàs quod ſit nullus ipſo iure, parte
non opponente, vt concludunt præfati doct. &
Bartol.& omnes in dicta l.edita. de edend. igitur
illius omiſsio: quamuis habeatur facilior expedi-
tio, & effectus vitiatur, vt latè tradit idem Feli. in
c. cum dilecta.in verſi. geſta contra formam. de
reſcript. tenet etiam Iaſ. in l.ij. de iur.omu.iudic.
facit optimè tex.in l.iij.§. in bello. ff. de re milit.
Et dicit Bald.in l.omnes.ff.iuſti.& iur.quod ſi ſta-
tutum requirit tempus illo non obſeruato, non
valet actus.& multa alia quaſi in terminis noſtris
adducit Feli. in dicto c. cum dilecta.& Alexand.
& doct.in l.j.ff.de liber. & poſthum. Sed tenendo
primam opin. poſſet reſponderi diſtinguendo ſe-
cundùm quod dicit text. in c.ſtatutum. §. nullo
quoque,de reſcript.lib.vj.& in c.fin.§.fi.vbi Abb.

& alij.de offic.deleg. declarando vt latè dixi in c.
j.& c.diſpendia.de reſcript.li.vj.& refero in voce.

Vltimo vt nihil relinquatur intactum, aduer-
tendum eſt,inquantum Iaſon,& alij dicunt debe-
re fieri æſtimationem iniuriæ eo modo,quo ſuprà
dixi per gloſ.d.cap.ſi canonici. Hoc tamen eſt in-
telligendum de iuramento ipſius iniuriati, vt ſen-
tit.d.glo.Sed tamen Gandi.in tract.malefic.in ru-
bric.qualiter fiat accuſatio,tenet contrariũ:quem
latius ſequitur Cornæus in conſilio lxxx. incip.
conſuluit. in.iij. libr. poſt Soci. quem ibi refert.
mouentur igitur alia iſta ratione: quia cum æſti-
matio iniuriç ſit intereſſe ſingularis affectionis,eſt
difficilis probationis,vt concludit Cy.in l.vnica.
C.de ſent. pro eo quod intereſt.vnde debent te-
ſtes requiri,& tamen non probabunt: cum de cre
dulitate deponere debeant Bald. in l.ſiue poſſide-
tis,& habetur in c.quoties de teſti. etiam ſi ſtatu-
tum , vel conſuetudo eſſet in contrarium,prout
dicit ſingulariter Anton.de Butr.poſt Hoſt. in ca
pit.j.de appell. licèt ipſi non allegent quidem di-
cendum. Breuiter iſta videtur communis reſolu-
tio, quod cum iſtud intereſſe æſtimationis ſit dif-
ficilis probationi, vt ſuprà eſt dictum,admittun-
tur teſtes de credulitate,videlicet, quod homines
ſimilis conditionis ita exiſtimarent. & ita tenet
Bald. propter difficultatem probationis valere ta
le dictum in l. teſtium. C. de teſti. facit quod vo-
luit Alexan in conſil. viij.j vol. & in conſi.xxiiij.
in ij.libr.cum pluribus ſimilibus , vt per præfatos
conſulentes:& talis æſtimatio,vt communiter fie
ri ſolet,debet attendi. l. precia rerum. ff.ad.l.Fal.
& maximè quia poſt partis iniuriatæ iuramen-
tum,& depoſitionem teſtium de conditione per-
ſonæ,iudex debeat cognoſcere,refrænare, & taxa-
re quod iuſtum videbitur , vt hic dicit gl. videas
tamen circa hoc plures opi. quas in hac materia
æſtimationis iniuriæ refert Soc.in conſil.cxlvj.vi-
ſo proceſſu,in prim. volum. & ad quem recurras:
46 quia non eſt materia noſtra. †Septima conclu-
ſio colligitur, ex iſta glo. quòd officium iudicis,
prout imploratur a parte, non eſt actio. Iaſon ta-
men hic dicit , quòd imo videtur , quòd ſit actio:
quia ſtatutum loquens de actione compræhendit
officium iudicis. Primò hoc probat, quia offi-
cium iudicis dicitur perſecutio.l.pecuniæ.§.fin.ff.
de verb. ſignific. ergo dicitur propriè actio : quia
verbum , contineri , denotat aliquod eſſe tale ex
propria ſignificatione,vt dicit.Bartol.in l.cui eo-
rum.§.affinitates.ff.de poſtum. & in l. hæc verba.
ff.ad l.Iul.de adul.& iſtas eaſdem doct.Bartol. cir-
ca verbum, continetur , ſequitur idem Iaſon in l.
ſerui electione.§.Labeo.ff.de leg.j. & in l.j. num.
3. ff de vul. & pup. pro quo videtur eſſe tex.in §.
item Seruiana,infrà eod. Imò plus vult Alexand.
ſecũdùm ipſum in l.prima ff.de iur.om.iud. quod
dato ,quod officium iudicis non ſit propriè actio,
tamen compræhenderetur in ſtatuto loquente de
actione: motus, quia etiam in exorbitantibus fit
extenſio ad caſum qui ex lata ſignificatione voca-
buli poterat ſtatuto compræhendi. l. filium ha-
beo.ff.ad Macedon.cum concord.vt hic per eum.
& idem tenet Alexand.in conſi.cij.incip.viſo the
mate,nume.ij. in vj. volum. nouiter impreſſo : &
hoc maximè procedit quando ſtatutum loquere-
tur per verba prægnantia , vt puta vel alia queli-
bet actio,vt ibi declarat Alexand.alias propriè ca
piendo non dicitur eſſe actio, vt tradit idem Ale-
xand.in conſil.xl.in cauſa,& lite,in fin. in vij. vo-
lum.nouiter edito.Sed Iaſon his nonobſtantibus,
tenet opin.glo.& ad ſuprà dicta non reſpondet.
Alciates lib.2. Paradox.x.concludit officiũ iudi-
cis & actiunem eadem eſſe. quod hac ratione pro-
bat.Nam,inquit,cum actio ſit ius perſendi in iudi
cio quod ſibi debetur §.j.Inſtitut.de actio.& l.ni-
hil aliud eſt.ff.de actio.& oblig.& vtrobiq; docto
res quæ definitio conuenit huic officio iudicis , &
perſecutioni.Cur non,quod ex tali argumẽto pro
prie deduci dicamus?quòd ſi officiũ iudicis aliquã
obligationẽ nõ reſpicere reſponderis, non tamen
minus debitũ peti idcirco fatebimur. cũ in ea de-
finitione verbũ debere lato ſignificatione Accurſ.
fateatur, & ad huiuſmodi debitũ cõpetere officiũ
iudicis in confeſſo ſit. Et ideo pro declaratione
prædictorũ ad duo principaliter eſt aduertẽdum.
Primũ nunquid verum ſit,quod officiũ iudicis ſit
actio . Ex quo ſecundario erit videndũ, & correla
riè,nunquid cõpræhendatur in ſtatuto de actione
loquẽte. Circa primũ cõmunis opin.eſt,quod offi
ciũ iudicis non ſit actio , vt concludit Alex. vltra
huc adducta per doct.in l.j.§ ſublata.num.3.ff.ad
treb.facit dictum Bartol.in l.pri. §.parui.ff. quod
vi,aut clam.& tenet Andr. Sic.in rub. de iureiur.
in cle.fo.3. Et pro iſta opi.eſt text.in l.hæreditas.
in fin.& in.l.planè &.l.fin.de peti.hæred.vbi clare
probatur quòd vbi non competit actio, datur of-
ficium iudicis.ad idem eſt tex.quem ibi not.Bart.
in l.Quintus,de ann.leg vbi ille, qui agere prohi-
betur,poteſt implorare officium iudicis.ergo pa-
tet manifeſtè,quod actio,& officium iudicis ſunt
diuerſa:& appellatione vnius nõ venit alterũ.pro
bo hoc vlterius, quia ea , quæ ſunt varia origine,
ſunt varia etiam effectu. l.obligationũ. ff. de acti.
& obli.& §. primo, infrà eod. Sed officium indi-
cis,& actio ſunt varia origine ſecundum commu-
nes concluſiones : ergo non poſſunt eſſe idem. ar-
gum.l.fin. idem.C. de codicil. quod autem actio,
& officium iudicis ſint varia origine , patet quia
actio eſt de iure ciuili vt ſuprà dictum eſt.& tenet
Bartol.in l.frater.& in l.iulianus. de condi. inde.
& officium iudicis eſt de iure gentium vt tenent
Modern.in rubri. extra de accuſat.cum concord.
vt per Lancel.Galian.in rubric. ff.de verb. oblig.
ſi igitur ſunt variæ , vnum non eſt aliud , ſicut a-
ctio perſonalis non eſt realis ,nec ecõtra: cum ſint
origine variæ. Et per hoc poteſt ſecundo infer-
ri , quod ſi ſtatutum facit mentionem de actione
quod non veniet officium iudicis,neque largè,ne-
que ſtricte, & ſic opin.Alex.in dicta l.prima,ff.de
iur. omn. iudi. qui in hoc videtur ſibi contrarius,
non procedit:quia ſi ſunt diuerſa, vt ſuprà proba-
47 ui, †ex diuerſis non fit illatio vulg. l. papinia-
nus,de mino. maximè cum in ſtatutis verba pro-
priè,& ſtrictè capi debent,l.prima,vbi not.Bar.ff.
de fonte.l.quicquid adſtringendæ,de verbor.obli-
gat.cum ſi. Nec ob. l. filium habeo ad Macedon.
cum ibi allegatis per eum:quia ibi vlterius pro-
ceſſit diſponendo,videlicet,quòd illa prouiſio Ma
cedoniani , quæ loquitur de filio, ad nepotem ex-
tendatur , vt reſpondet in ſimili Bartol.ſin l. hoc
edicto.§. primo. ff. de publica . & hic modus re-
ſpondendi colligitur ex pluribus iuribus allega-
tis per Iaſ. in l. non dubium. verſic. tertio. limi-
to. C. de legib. & ita reſpondet idem Iaſon. ad
alia iura in l. filio , de legat. primo. Aretin. in
l. qui pignori. ff. de acquirend. poſſeſſ. Decius
in.c.

in cap. quoniam contra. in vlti. not. de probat. &
alibi ſępe doct. Et hoc ratione probatur quia alias
regulariter videmus, quòd ſi iorum appellatione
non compræhenduntur nepotes, licèt ſecùs ſit ap-
pellatione liberorum, vt eſt text. in §. quid ſi nepo-
tes. ſuprà qui teſta. tut. da poſſ. Et ideo niſi à lege
fuiſſet facta talis prouiſio in d l. filium habeo. illa
diſpoſitio Macedoniani, quæ de filio loquitur in
nepotem non haberet locum. & per hoc non bene
infertur de illo caſu ad propoſitum noſtrum maxi-
mè cùm hìc non concurrat eadem ratio ſed diuer-
ſa inter actionem, & officium iudicis, quod ex alio
clariſsimè demonſtro, quia officium iudicis nihil
aliud eſt, niſi quædá æquitas à iure conceſſa. l. quòd
ſi Epheſi. ff de eo, quod cer. loc. actio verò dicitur
ius vt hìc, ius vero, & æquitas ſunt diuerſa vt eſt
tex. in l. j. ff. de legit. ergo tanquam diuerſa appella-
tione vnius non venit aliud, & quia officium
iudicis eſt quoddam remedium extraordinarium
quod concurrere non poteſt cum actione quod eſt
remedium ordinarium l. in cauſæ. ff de min. tamen
pro prima opin. quæ videtur communior optimè
faciunt ea, quæ latè cumulat Iaſ. in l ij § prętor ait.
not. j. ff. de in ius voc. vbi declarat tex. in d l. filium
habeo & illam regulam, quæ ſolet communiter al-
legari, quod verba in ſtatutis debent propriè intel-
ligi. vide ibi per eum. Pro concordia tamen po-
teſt dici, quod aut ſtatutum loquitur in materia fa-
uorabili & tunc procedit dictum Alex. in d. l. j. cum
aliis per Iaſ. hìc adductis. Nec obſt. quod hic dicit
Iaſ. de verbo continetur: quia illa doctri. Bart. non
eſt vera, vt latè eam reprobat idem Iaſ. per bona
tota in l. ſi quis id, quod. de iuriſd. omn iudic. & in
l. emancipata. C qui admitti. & per eundem in l. j.
§. bonorum. num 6. ff ad Trebell. Aut verò loqui-
mur in materia odioſa, & procedat communis opi.
& glo hìc. & pro iſta concordia facit in ſimili di-
ctum Bart. in l. in poteſtate ff de his qui ſunt ſui vel
alie. iur. & bonus textus in l. ex facto. §. ſi quis ro-
48 gatus ff. ad Treb. vbi illa † clauſula, ſi ſine liberis
deceſſerit, ſi proferatur in materia odioſa, filij natu-
rales non compræhenduntur appellatione libero-
rum: ſecùs, ſi in materia fauorabili, prout ibi not.
per omnes. Tamen aduerte quòd adhuc mihi
vnum obſtat contra glo hìc videlicet doctri Bart.
in l. j in prin. ff. de except. vbi videtur velle, quod
hìc diffiniatur actio largo modo & vltra ipſum te-
net glo. in verbo debetur. infrà eod dum vult hìc
diffiniri realiter actionem, quæ eſt impropria cùm
nullam pręſupponat obligationem, &c. Sed appel-
latione actionis largo modo venit omnis perſecu-
tio etiam extraordinaria. l. actionis verbo. ff de
verb. ſignifi. inncta l. pecuniæ. §. pe. eod. tit. l dolus.
ff. manda. & l. actio in perſonam. de actio. & oblig.
ergo hìc compræhendetur ſub iſta diffinitione of-
ficium indicis. & hoc pro expeditio tenet Franc.
Aret. in conſi. lxxxij. incip. Deus pius. quod tamen
negat glo. hìc. ſuper quo cogita propter breuitatem
temporis. Finaliter veritas mihi videtur, quòd offi-
cium indicis habeat ſe ad inſtar actionis realis,
non quod ſit actio, ſed habet effectum: & ideo
vtrunque non pręſupponit obligationem vt in §. j.
infrà eodem. & vulg. l. qui per colluſionem. ff de
actio. emp. de hoc eſt doctri. Bart. in l iiij. §. Caro.
in iij oppoſi. num. 5. ff. de verbor. oblig. quem
ibi Iaſ ſequitur. Circa alia, quæ circa officium
iudicis tradit hìc Iaſ. dicas vt hìc per eum poſt
Ang. Are. quæ omnia latius reaſſumit Fel. in cap. ij.
de offic. iudic. vbi eſt videndum & per eundem
Iaſ. notabiliùs in l. ne quicquam. num. 7 a. ff. de
offic. proconſul. & quæ differentia ſit inter iudicis
officium nobile, & mercenarium, & quando in
vtroque libellus requiratur, vide notabiliter Bald.
in rubr. ff. de interrog. actio. Glo. in verbo, per-
ſequendi. vnico verborum conſtructu clauditur.
49 Ex qua collige vnum, quod † exceptio non dici-
tur eſſe perſecutio: quia iſtud verbum, perſequendi,
in text. poſitum ponitur ad differentiam exceptio-
num, & ita cum iſta gloſſa tranſeunt communiter
alij. Tamen aduerte quod iſta gloſſa videtur du-
bia: quia licèt exceptiones dicantur eſſe arma reo-
rum, nihilominus reus excipiendo dicitur perſe-
qui §. pen. ſuprà de iniur. l. filiusfa. §. veterani. ff de
procurat. cap ſignificauerunt. de except. cum ſimil.
Nam reus exceptione dicitur actor. l. j. ff de excep.
& ſic excipiendo agere dicitur, & licèt hoc ſit lar-
go modo, tamen ſub iſta diffinitione compræhen-
detur: cum hìc actio largè diffiniatur, vt tenet Bar.
in d. l. j. in princip. de except. & gloſſ. in verbo in
indicio. infrà eod. & ſic non eſt verum, quod di-
cit glo. quòd iſtud verbum, perſequendi, ponatur
ad differentiam exceptionum. Et iſta inueſtigatio
dependet ab hoc nunquid hìc in text. propriè, &
ſtrictè actio diffiniatur: nam ſi ſtrictè diffinitur
verbum dicit glo. Si verò largè non poterit pro-
cedere cum appellatione perſecutionis omne re-
medium ordinarium, & extraordinarium com-
præhenditur. l pecuniæ §. perſecutionis ff. de verb.
ſignific. l dolus. ff. manda. Et iſtud videtur verius
per ſuprà dicta. Sed circa hoc vlteriùs eſt conſide-
randum, quia quamuis text. hic poſſet intelligi de
actione largo modo, adhuc tamen regulariter ex-
ceptio ſimplex non compræhenditur. nam duplex
dicitur exceptio, vna mera, & ſimplex, & alia con-
tinens in ſe actionem, vel accuſationem: caſus eſt
in l. quoniam Alexandrum. & ibi omnes notant.
C de adult. tradit Iaſ. poſt alios in l. libertus. ff de
in ius vocan Nam videmus, quòd etiam bannito
permittitur excipere: & ſic ſe purè, & ſimpliciter
defendere cap. cum inter cum ſimil de except. age-
re verò vel reconuenire, vel excipere eo modo, vt
reconuentio ex exceptione reſultet non licet ſe-
cundum Innoc in cap. ſi verò. de ſenten. excomm.
Primo caſu intelligendo iſtum text. rectè procedet
glo. quòd actio ſit ius perſequendi, ad differentiam
ſimplicium exceptionum in ſe non continentium
aliquam ſpeciem perſecutionis, ſiue actionis: Se-
cundo caſu procedit contraria opinio, quod nota.
Glo. in iudicio. in prima parte glo. concludit,
50 quod † iſta verba, in iudicio, ponuntur ad diffe-
rentiam actuum extraiudicialium, qui non ſunt
actiones, vt cùm quis capit furem, vel militem de-
ſerentem militiam. l. iiij. ad legem Aquil. & l. j.
C. quando lib. ſine iud. ſe vindi. vel quando capio
debitorem fugitiuum, &c. cum iſta opi. glo. omnes
tranſeunt & iſtam glo. approbat etiam Decius in
rubr. de probat. & Andr. Sicu. in cap. Imperato-
rum. num. 10. de iur. cal. & ibi allegat text. hìc &
in cap. clericus. in princip. de foro compet. num. 2.
Sed antè, quàm ad diſcutienda dicta doct. deſcen-
damus eſt priùs aduertendum, quòd iſtud, quod
dicit gloſſ. cum qua videntur tacitè tranſire alij,
non videtur generaliter verum, quod iſti actus eo,
quia in iudicio non celebrantur, non dicantur
actiones: nam actio dicitur ius, ſiue facultas per-
ſequendi rem meam non dicantur actiones: nam

actio dicitur ius, ſiue facultas perſequendi rem meam, licèt non in iudicio vt hic, & continet quod licet auxilium, ſiue ordinarium ſiue extraordinarium. l.& eleganter. in princ. vbi Bart. ff. de dolo. l.actionis verbo.ff.de verb.ſignifi. ergo vbicunque rem meam perſequor, dicitur actio: cùm ius perſequendi competat arg.§.illud quæſitum. Inſtit.de rer.diuiſ. & licèt iſta perſecutio non fiat ordinario remedio & ſic in iudicio expeditur tamen, †neceſſitate vrgente extraordinario auxilio quòd quidem actio dicitur vt ſuprà dixi.& videtur de hoc doctr. Bar.in l.j.ff.de excep.vbi vult, quòd quando ſumus in diſpoſitione fauorabili hoc verbum, actio, capitur pro quocunq; remedio, quo conſequi poſſum rem meam, per d.l.& eleganter. ſed in caſibus allegatis hic in glo ſumus in diſpoſitionibus fauorabilibus ratione reipublicæ iux. l.ita vulneratus. ff.ad leg.Aquil. ergo illud verbum, actio, illas perſecutiones extraiudiciales compræhēdet maximè, quia vt ſuprà in glo, proxima diximus hîc diffinitur actio qualiter, & per hoc videtur eſſe text.in cap.j. extrà de conſtit.vbi verbum, actio, pro actu extraiudiciali ponitur, ibi in actionibus, & iudiciis quēadmodum ibi etiam vbi celeritas deſideratur.in multis cauſis, non proceditur ordine iudiciario, ſed extra ordinem, ſine tela, & figura iudicij, vt habetur per glo. ordinariam, vbi omnes in l.j. C.qui admitt. & nota.in cle.diſpendioſam.de iudiciis, & in cle.ſæpe. de verb.ſignifi. & tamen illud extraordinarium iudicium nihilominus iudicium dicitur, vt in cap.ad noſtram. ij.de iureiur. tenent doct. in
§ 1 rubr.de iudi.†neceſſitas enim, ob quam tales actus extra iudicium expediuntur, ſupplet calorem, & ſolemnitatem iudicij in tali perſecutione interueniſſe, arg.text.in l.licet.C.de pact.& l.ſi quis vxori. §.ſeruum fugitiuum. ff.de fur.vbi eſt caſus notabilis. & l.milites. C. de teſtam.milit. & l hominem. ff.mandat. iuncta l.diuus. la ij. ff.de fal.facit l.cum oſtendimus.§ fin.ff.de fideiuſſ.tutor.& cap.licet.de feriis. ergo eodem modo hîc ratione neceſſitatis, licèt actio in iudicio non perſequatur, non perdit nomen, vt non poſsit dici ius perſequendi. Nec obſtat quod text.hic dicit, quòd actio eſt ius perſequendi in iudicio, & ſic videtur excludere extraiudicialiter: quia dico, quòd illud verbum, in iudicio, eſt poſitum cauſa maioris frequentiæ: quia vt plurimùm actiones noſtras perſequimur in iudicio, non tamen per hoc excluduntur caſus minùs frequentati, & de raro contingentes, quo minùs ſub diffinitione compræhenduntur, vt eſt text. ferè in terminis. in c.j. iuncta glo. in verbo in iudicio. de iudi.lib.vj. facit etiam text.notabilis.in §.ſeruitus. ſuprà de iu.perſonarum. vbi diffinitur ſeruitus ſic: videlicet, quod eſt conſtitutio iuris gentium, &c. tamen datur alia ſeruitus, quæ non eſt de iure gentium, ſed de iure ciuili, vt quando quis ſe vendit ad pretium participandum, vt dicit text. in § ſerui. eodem tit. & tamen per hoc illa ſeruitus non deſinit eſſe ſeruitus, licèt in diffinitione non fuit expreſſa: ita dicendum eſt hîc, quod licet diffinitio, & diſpoſitio iſtius text.de iudicialibus perſecutionibus dicat, non excluduntur alij caſus perſecutionis extraiudicialis non expreſſi, argum. l.ob æs. C. de prædi. minor. quominus diffinitio ad illos adaptetur, vt tradit Alexan.in rubr. ff ſolut.matri. num. 27.& Decius poſt Abb.in rubr.extra de iudi. glo.magiſtra ab omnibus celebrata. in clem. j. in ver.præſidentes. vbi plenè ſcripſi. de reſcrip.quam ad hoc valde commendat Iaſ. in l.certi condictio. §.ſi nummos. ff.ſi certum petat.& Gerardus de Petra ſancta in ſingulari ſuo xij. & eſt alia de iure ciuili notabilis in l.vnica. in verſic. ſponſam. C. de rap.virg.cum infinitis aliis ſimilibus, quæ congerit Barbar. in commento. l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. aliàs diffinitio quæ non compræhenderet tam caſus multum frequentatos, quàm minùs frequentatos non valeret tanquam diminuta vt eſt optimus text.in l.j. ff.de dolo. Patet igitur ex his, quòd hæc glo. iij. ſui principio, & doct. ſequentes eam non bene dixerunt. Cogita. Secundò ex
§ 2 iſta glo.collige, quòd †licitè quis poteſt capere nocturnum, vel diurnum furem imò, ſecundum Iaſ. hîc etiam licitum eſt occidere per text. in d.l.iiij. §. j. ad leg.Aquil. hîc alleg. in glo. & facit etiam d.l.j. & ij.C.quando liceat ſine iu.ſe vind. Hoc tamen declaratur procedere in fure nocturno, ſecùs in diurno, vt eſt text. in cap. ij. de homi. de diurno autem quid fieri poſsit ſtatim dicā. Colligitur ergo ex his vnum, quòd quamuis fieri regula ſit, quòd priuato non licet propria auctoritate ius dicere.d.l.j & l.extat.ff.quod met.cau.fallit tamen in fure nocturno.quem non ſolùm compræhendere, ſed etiam occidere licèt. & ratio redditur, quia ex quo eſt ſuſpicio fugæ, ne delictum remaneat impunitum, datur talis licentia priuato: ita dicit Feli. in d.cap.ij. & glo.fin. ibi alleg. d.l.prima. & ſequitur Alexan.in conſi.cvij. pro inueſtigatione, lib. ij. dum alleg. d.l. j. & ij. C.quando liceat, &c. Tamen circa hoc eſt aduertendum, quòd opin. ſuprà dicta, ſcilicet, quòd licitum ſit furem interficere, non videtur tuta ex eo, quia habemus regulam traditam in cap.fin.de præſcript.& in cap.fin.de conſuet. quam latè proſequitur Felin. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ.verſic.limita.ij.de conſtitut.& Abb. in capit. j. de conſtitut. & ibi Deci.verſic. ij. eſt,
§ 3 quòd † vbicunque lex eſt nutritiua peccati, & repugnat fini æterno, illa lex licèt defendat aliquem in foro fori, non tamen defendit eum in foro poli, tex. eſt & glo. ſingularis de hoc in cap.inter hæc. xxxiiij.quæſt.ij. vbi diſponitur, quòd licèt maritus defendatur à pœna homicidij vxoris propter adulterium per diſpoſitionem. l.Gracchus. C.de adult. illa tamen diſpoſitio (vt dicit text. in dicto capit. inter hæc.) non defendit maritum à pœna æterna. & ita illum textum & gloſſ. ad hoc ponderat Abb. in capit. cùm eſſes. de teſtamen. imò fortius etiam in foro fori non excuſat, vt per Feli.in dicto capit.eccleſia. de conſtitut. ergo leges ſuprà dictæ permittentes vindictam (cum illis caſibus agatur de peccato) non valent, nec tenent, ſed attendetur diſpoſitio canonum. dicto capit.fina. & capit. nouit. de iudic. & capit. per venerabilem. qui fil, ſint legiti. & ita in terminis tenuit Rochus de Curte. in tract. conſuetudinum. vbi vult, quòd diſpoſitio d.l.j.& ij .C.quando lic.ſine iud.ſe vind. non procedat in foro eccleſiæ, neque Cæſaris tanquam nutritiua peccati. Non obſtat modo capit. ſecundū de homicid. vbi eſt diſpoſitio iuris canonici, & tamen permittitur fur nocturnus occidi. quia ego reſpondeo, quod dato, quòd ſit diſpoſitio canonica, non propterea ſequitur quòd procedat in foro conſcientiæ, vt dicamus, quod ſequentes illam ſint tuti quo ad Deum. Hoc probatur per text. in capit. cùm dilecti. & capit. ad noſtram. de emptio.& venditio. qui text. inſunt iuris canonici.& tamen per diſpoſitionem illorum

54 rum † permittitur contrahentibus ſe inuicem decipere vſque ad dimidiã,& ſic illa diſpoſitio canonis non procedit in foro conſcientiæ, vt tenet ibi Domi.& Ant.de Burg.alleg.Dynũ, Thomã & plures alios,quos ſequitur plura alia referens Do.Io. de Montefertato in c. ij. in j.notabili,de conſti.li. vj. licèt ibi aliter dixerim.Patet igitur,quòd licèt diſpoſitio d.c. ij. de homici. permittat homicidiũ furis nocturni , procedit in foro fori,non tamẽ in foro poli. Et ideo pro vera reſolutione puto poſſe ita opi.concordari,vt dicamus diſpoſitiones prædictarum legũm procedát reſpectu laicorum, quibus licitum eſt propria auctoritate ſe vindicare , & quantum ad hoc vt tales etiam in foro fori ſint tuti,requiritur quod illa vindicta fiat nõ zelo maliciç, ſed iuſticiç & reipublicç,à qua poteſtatem recipiunt:tũc enim licita eſt talis licentia: & tunc illę leges procedunt in foro conſcientiæ,iſta eſt doctri. Alex. in l.ſi plagij, in princ.ff.de verb. obli & ſequitur Deci. in c.quæ in eccleſiarum,de conſti. & eſt magis communis opi.dum volũt ibi quod valet ſtatu.quòd bãnitus poſſit impune occidi,& talis homicida erit tutus etiã in foro conſcientiæ:declarando tamen vt ſuprà dixi & quod tale ſtatn. etiam in foro conſcientiæ valeat, tenet per plura Pet. de ra in Alpha. iuris,in verbo bannitus,in fi. Et ſuprà dicta procedunt,quãdo rem meam aliter conſequi non poſſum,ſiue eam compenſando in æquiualenti,vel eandem recuperando prout declarat Foria.in l.itaque.ff. ad l. Aquil. & ſequitur Hypoli. de Marſi. in ſingulari.ſuis nu. 377. incip. maliciis per illum tex. inducendo vt per Moder.Taurinen.in l.vt vim. ff.de iuſti & iu. poſt Iaſ.ibi. Nã iſtis caſibus non eſſem tutus occidendo niſi eo caſu,quo aliter me defendere,vel res meas recuperare non poſſem , vt loquitur d.l.iiij. hic alleg. & hoc procedit in laicis. Si verò loquimur in clericis,& tunc,quia † in eis ratione di-
55 uinorum debet obſeruari maior puritas,tales non debent huiuſmodi vindictam ſumere, neq; furem occidere etiam ſi pallium, & bona perderent,vbi vitam aliter ſaluare poſſunt, vt eſt tex. in c. ſuſcepimus,de homici.Si verò bona,neque vitam(& ſic copulatiuè) aliter ſaluare non poſſent, tunc ſi occidãt, ſunt tuti in omni foro : ita eſt tex.quem ſic ibi declarat & intelligit Abb.in c.ſi perfodiens,de homici.& ita ibi Io.de Ana.ſentit hanc diſtinctionem inter laicos & clericos,& dixi latius in l.iiij. ad l.Aquil.il ſingularibus meis.&quod dictum eſt de bonis,& vita,idem eſt de vita tantum : ſi aliter ſe defendere non poſſunt.Nam etiam ſi preſbyter fuerit etiam in altari celebrando,poſſet iſto caſu ſi ſe tuendo interficeret,altaris ſacrificium perficere ſine conſcientiæ ſcrupule vt latè concludit Io.de Lignano in trac. de bello & repræſaliis.c.lxxxiiij. & tenet Ange. de Clauaſio in Sũma in verbo homicidium.iij. verſi ij.& D.Abb.in c.ij de vi.& hone.cle.& dixi in l.ſed & ſi quemcunque.ff.ad.l.aquil.in ſingularibus meis. Non obſtat illud quod dicitur de c.cum dilecti,de emp. & ven.quòd licitum ſit contrahentibus ſe decipere , etiam de iure canonico,& tamen illud non procedit in foro conſcientiæ,quia dico,quod illud non eſt verũ,& contrariũ tenuit Sal.in authẽtica ad hęc in xxi.q.C.de vſur. & declarat late Decius quòd hanc opi.tenet in l.ſemper in contractibus in fi. ff. de reg. iur.de quo late dixi in c.ij.de conſti.lib.vj.in j. notabili.

Stante concluſione ſuprà dicta ita declarata, limitatur hic per Iaſ. vt procedat vbi immineret periculum magnç rei,ſecus ſi paruç.nam tunc pro parua re nõ eſſet licitum furem occidere,per tex. no.in l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l.Aquil.Iſta fuit limitatio domini Matheſil. quem hic Iaſ. alleg. licèt corruptè in notabili ſuo. cxxxv.incipi. no.quòd leges,quem ad iſtud idem ſequitur idemmet Iaſ.in l.vt vim,verſi.dicitur autem.ff.de iuſti. & iur. & prius Felin, cuius verba tranſcribit Iaſ. eo tacito in c.ij.in princ.de homici. & ante ipſos hoc latè firmat Bapti. de ſan.Seueri.in trac de debito.fugi.in iij.q.princi. Et dicitur parua res,ſeu vilis quãdo eſt.infrà.duos aureos, vt dicit hîc Iaſ. &prius Feli.in d.c.ij.allegant l. ſi oleũ.§.fin.cum ſequen.ff.de dolo. Adde quod parua res , ſeu vilis dicitur quinque aureos vt in l.diuus.ff.de bo.dam. & in hoc non poteſt dari certa regula, & ideo arbitrio iudicis relinquitur, vt dicit Abb.in c.videtur,qui ma.accuſ.poſ. & Bart. in l. ſi conſtante in ij.q.ij.partis principalis.ff ſoluto matrimonio.

Tamen conſiderandũ eſt,quia ille tex. in §.tabernarius non probat id ad quod inducitur: nam ille tex. non loquitur de furto : quia in caſu illius legis,ille qui ſuſtulerat lucernam,reperit eam vacantem,&quaſi derelictam ſuper lapidem.quo caſu accepit eam vt ſibi luceret,neque ſciebat,cuius eſſet.& per conſequens eã accepit nõ animo furandi:patet, quia portabat eã incẽſam quod ex eo ibi colligitur, quia dicit tex.quod tabernarius eum conſecutus eſt,ex quo datur intelligi, quòd lucerna incenſa erat :.quia aliàs non poſſet de facili de nocte videre,& cognoſcere quis eam ſuſtuliſſet.& ideo ex hoc patet , quòd ille non animo furandi
28 beat obſeruari. † Et illa conſideratio Iaſ. quòd quando in ſtatuto non poteſt reddi niſi vna ratio quod cẽſeatur expreſſa,habet locũ quando illa ratio colligi poteſt ex verbis ſtatuti vel legis in dubio tamẽ nõ præſumitur: quod ſtatu.vel lex mota fuerint ex vna ratione tantũ,ſed plures pręſumuntur:licèt non appareant: & dicenti cõtrarium incumbit onus probandi:ideo prohibetur extenſio talis ſtatuti.ita nor ibiliter dicit Salv. in l. ſi ſerui veſtri in ix. col.C.de noxa quod dictum pro nota. refert & ſequitur d.Alex.in .l.ſi conſtãte in principio in.iij.col.ver.ſed quid ſi petẽti.ff.ſo. mat.& idem Iaſ.in aut.quas actiones col.vj. ver.adde idẽ eſſe.C.de ſac.ſanc.eccl.& in l.j.in iij.col.C.de ſuc. edic.nouiſsimi Taurinen.in repe. ru. ff. ſo. ma.in ij.colum. ver. cauete. & idem Iaſ.in d. l. quamuis ad fin. nam vbicunque ratio legis eſt dubia, non poteſt ad extenſionem procedi. quia tunc non dicitur ratio neceſſaria,ſed magiſtralis: vt dicit Bal. in l.maximum vitium.in iij.col.C.de libe.præ.Et proptereà dicit Bald. in conſil. ccccIxxiij. incipi. circa quæſtionem præcedentem in ij. col. in vlti. vol. quod ad iuſtificationem ſtatuti ſufficit rudis æquitas laicorum ex quo in lege ratio non eſt de ſubſtantia,quando non eſt expreſſa lege non omnium. ff. de legi. Sed in ſtatuto de quo loquitur Bartolus in dicta l. apud Iulianum. non præſupponitur aliqua ratio expreſſa: ergo vnica tantum reddi non debet:vt ex illa fiat extenſio ad ſimiles caſus per ea quæ ſuprà diximus. Vnde circa hoc aliam rationem aſsignat Io. de Imo.in rub de acquir.here.dicens quod in vero contractu poterat magis & facilius decipi mulier,quam in quaſi contractu:quoniã contractus pendet à voluntate plurium: aditio autem ſiue quaſi contractus non requirit niſi conſenſum vnius: proptereà ſtatutum ſtante hac ratione non vendicabit ſibi locum. Attende modo: quia iſta ratio non eſt vera: quia ſicut quis contrahendo poteſt decipi,ita & fortius

adeunde

adeundo:quia in hereditate multa latent incom-
moda,æs alienum & alia onera:vt in §. j. & ſuprà
de aucto.tu.l.fin.C.de iure delib.Et iſtam differen
tiam etiam videtur improbare.d. Alexan.in l. j.§.
fuit quæſitū in pe.col.ff.ad Treb.& propterea op.
contra communem poteſt defendi quam vlterius
ea probo vno notabili in ſimili,clarum eſt quod
fundus dotalis prohibetur à lege alienari fauore
mulieris:vt toto tit.ff.de fun. dota.& negari non
poteſt quòd talis diſpoſitio ſit exorbitans à regu-
lis iuris communis:vt in l.in re mãda. C.manda.
& tamen illa prohibitio legis extenditur ad quaſi
dotem.l. fundus.ff.de fun.dota.& eodẽ modo illa
prohibitio extenditur ad fundum datum pro ma
trimonio putatiuo: vt in l.dotali.§.heredi.eo.tit.
ita videtur dicẽdum in propoſito quòd licèt præ-
dictum ſtatutum exhorbitans ſit: quia prohibet
ne mulier poſſit libere contrahere & diſponere de
rebus ſuis: & hoc in fauorem eius:quòd tale ſtatu-
tum, licèt de contractu loquatur: tamen attenta
ſimilitudine rationis,ad quaſi contractum debet
extẽdi e.cum dilecta.de confir.vti,vel inuti.com-
probatur hoc ex dictis Areti.rub ff.de acqui.poſ.
col.pe & fi.ſed concordando opin. Circa hoc
poſſet dici non ſe reſtringendo ad vnicam ratio-
nem ſtatuti,vt voluit Iaſ. quod aut in quaſi con-
tractu militat omnimoda ratio & æquitas quæ in
quaſi contractu. & tunc ſtatutum prohibens con-
trahere compræhendit quaſi contractum: vt per
aliquas auctoritates probat Decius in l.qui cum
alio.de reg.iur col. fi. & ita procedãt ſuperius di-
cta.ſecus verò vbi omnimoda ratio non cõcurrit.
& iſto modo poſſent cõcordari opin. pro qua di-
ſtinctione optimè facit quod dicit in ſimili q.
Soc in l.poſſideti.in prin.in iij. col de acqui.poſ.
& in hoc ſubiecta materia attendi debet: vt dicit
Bal.in l j.C com de vſuca. Vel poteſt dici quòd
aut talis hereditas eſt opulenta & ſine aliquo de-
bito:tunc bene poteſt mulier adire nõ habito con
ſenſu conſanguineorum:ſecus ſi hereditas eſt gra-
uata.ita dicit Ange.tenẽdum in conſi.ſuo vltimo
quem refert & ſequitur And.Sicu.in l.mutum.§.
cum cui. in ij.col.& rationem aſſignat:quia quan
do hereditas eſt opulenta & ſine debitis,mulier re
peritur in lucro:ergo illud debet poſſe acquirere
ſine vlla ſolẽnitate ſtatuti:quod quidem ſtatutum
proſpexit vtilitati mulierum:ergo non debet iſto
caſu in earum damnum redundare l. quod fauore
C.de legi.Et pro iſto dicto Ang. videtur eſſe glo.
no.in l.ij.ff.de accepti. quæ vult quòd licet pupil-
lus obligari non poſſit ſine auctoritate tutoris,il-
lud fallit,niſi illi obligatio tẽdat in commodum
ipſius pupilli:quam gl.ibi Ange. multum no. pro
ſtatuto Florentino de quo hîc diſceptatur. & pro
hoc facit notabile dictum Bald.in l. contra iuris
ff.de pac in prin. qui vult quòd licèt eccleſia non
poſſit facere contractum ſine ſolẽnitate legis, fal-
lit niſi ſit ſibi vtile.ad idem facit gl notabilis in l.
quicũque.C.de bonis quæ libe.quam ibi multum
no. Bal. & facit quod dicit Nico. de neap.in l.o-
bligari.ff.de aucto tuto. & quod dictum eſt,bene
procedit in hereditate opulenta: ſecus in lucroſa.
per ea quæ habentur inſti.de aucto.tut in princ.&
tradunt nouiſſimi in rub.de verb.ob. in ix. char.
per gloſ.in l. ſi quis mihi.§.ſi quis ff. de acquiren.
her.& ita puto quòd opin. iſtę ad concordiam re-
ducantur. & vltra prædicta pro iſta quæſtione:vi-
de repe.in l.ij.de leg.j.& repe.in autheotica ſacra-
menta puberum.C.ſi aduer.vendi. & moder.Me-
diolauen.in l.ij.in ij.char de ver.ob vbi quæruot
nunquid ſtatutũ de quo ſuprà comprehẽdat dona
tionem cauſa mortis & ſtipulationem. dic vt ibi
per eos & per Roy.in d.l.ij.Ex quorum dictis iſta
materia latius extendi poſſet vltra ſuos terminos.
& ideo omitto. Et quamuis etiam per iſtam ra-
tionem contrarietas Bart. quam hic ponit Iaſon,
poſſet reſolui: tamẽ aliter poteſt declarari:quia in
d.l.mutum.Bar.nõ loquitur de ſtatuto prohiben-
te contractum,prout loquitur in d.l.apud Iul.§ fi.
ſed de ſtatuto prohibente obligationem.quo caſu
vera eſt eius opi. vt in illo caſu etiam quaſi cõtra-
ctus prohibeatur ex eo,quia obligationis verbum
generalius eſt ad contractum & quaſi. l. omnem.
vbi doc.ff.de iudic.& ſic quantum attinet ad d.l.
mutum.non eſt ſibi contrarius Bar.quia loquitur
in contractu:& ſic diuerſis terminis.Et hanc diffe
rentiam pro concordia Bar.ſequitur Matheſi.no-
tabili clxviij inci.no.quod eſt differentia & Ang.
Aret.in.§.heres quoque.in prin.Inſtit.de obl.quæ
ex quaſi contractu naſ.licet poſteà videatur varia-
re & ſe implicare cum illa ratione quam hic po-
nit Iaſ.neque etiam in d.l. more,meretur allegari
contrarius: quia ibi nihil firmat, ſed diſputat ad
vtranque partem:quo caſu, vt contrarietas euite-
tur,iuxta text.in c.cum tu.de teſti.& in l.vnica.C.
de inoffi. dona.eſt dicendum quòd illam opin.vi-
29 detur Bart.ibi tenere quam alibi firmauit: † quia
illa præſumitur opin. doc. vbi plenius ſcripſit. ar.
tex.notabilis in l.diui ff.de iur.pa. & tradit nota-
biliter Abb.in c. bonæ,el.ij.de poſtu præla.& per
hoc limitatur gl.in l.qui filium § Sabin⁹.ff.ad Tre
bel.Cum igitur Bar.alibi ſæpe teneat opi.prædictam
in d. l. apud Iulianum vt ibi tradunt doc. & eam
ibi deliberatè & conſultè firmauit. ſi poſteà repe-
ritur eam diſputare & vtranque partem tenere,
illam videtur amplexus per quam euitatur contra-
rietas, & de qua alibi eſt locutus per ſuprà dicta.
& tenet Fel.in c. propoſuiſti col. fin de probat.
imò fortius dicit Bal.in l.de tutela.C.de in integ.
reſtit. minor. quod doctor non eſt propterea ſibi
contrarius licèt hodie credat vnum,& cras aliud.
quotidie enim ex nouis motiuis nouæ generantur
opiniones:vt dicit Bald.in l.j.colum.ij. de his qui
ante aper.tab. Et ideo non debet tolli facultas vl-
terius conſiderandi: quod dictum valde com-
mendat Andr.Sicu. in c. niſi ſpecialis. in decima-
quarta columna num.xlv.de offic.leg.& in conſi.
vlt in j. vol. & dicit Bald. in c. ne innitaris. in fi.
extra de conſti. quod quis non prohibetur diſcu-
tere vtranque partem, & modo declinare in v-
nam & modo in aliam:quia,vt inquit diuus Pau-
lus Apoſtolus,cum erã paruulus, loquebar vt par
uulus: cum autem vir factus ſum, euacuaui quæ
paruuli erant.aliâs ſequeretur quòd opi.quas quis
in iuuentute firmauit,data maiori lectione non
poſſet eas diſputare: quod tamen eſt abſurdum:
quod in fortioribus terminis no.Antonius de Bu.
in capit, cum venerabilis de exception. vbi vult
quòd aduocatus poteſt hodie allegare vnam le-
gem ad vnum propoſitum & cras in alia cauſa di-
cere quòd illa lex non faciat ad propoſitum: &
tamen per hoc non dicitur ſibi contrarius: vt di-
cũt quidam Mod. Bononien.in §.his igitur,char.
x.in iij. col. ſuprà de inſt. & iur. pro quibus facit
quod dicit diuus Tho.ſecũda ſecundę.q.ex.art.iij.
quòd licèt aliquis vnã rem variè & diuerſimode

et citauerit

recitauerit, non dicitur mentiri, & ſic contrariari.
Et isto modo poteſt Bart. defendi. Iſta tamen
communis concluſio limitatur pluribus modis:
vt per Alex in d.l. apud Iulianū. in apoſti. ad Bar.
& in d.l. mutuum. & l. more. & in l. ſi quis mihi bo-
na. §. ſi coram. vt ibi per eum. Inter quas limita-
tiones ponitur illa de patre, videlicet quod tale
ſtatutum non prohibeat patrem contrahere vo-
lentem cum filia, etiam ſi non adſit cōſenſus con-
ſanguineorum: per dictum Bar. in l. pactum quod
dotali. in xxj. q. C. de tranſac. quod dictum vltra
adducta per Alexan. in dictis locis ſequitur & plu-
ribus ſimilibus cōprobat Iaſ. in l. præſes in ij. col.
in prin. & in l. tranſactionem. in ij. notabili. C. de
tranſa. Decius in d.l. pactum in fi. Alex. cōſil. cvj.
quo ad præſens. in fi. in j. vol. & alibi ſæpe. de quo
tamē dicto dicas, vt ſuperius dixi, quòd mihi non
videtur verum propter formam datam à ſtatuto.
In ea. glo. ibi item de interdictis omnibus, &c. ha-
bes ex iſta glo. quòd interdicta ſunt extraordina-
ria. Et per hoc dictum gloſ. optimè comprobatur
opi. Pau. de Ca. in l. j. §. hoc aūt. ff. de ope. no. nun.
dum aliter reſpondet ad opp. quam ibi facit Bart.
dum concludit quòd ideò remedium illius inter-
dicti de ope. no. concurrit cum interdicto quod
vi aut clam: quia alterum eſt ſpeciale, alterum ge-
nerale. ſed Pau. ibi dicit quòd iſta non eſt ratio:
ſed quia ambo remedia ſiue interdicta ſunt extra-
ordinaria, vt hîc eſt gl. quo caſu duo remedia ex-
traordinaria concurrere poſſunt: vt in l. quemad-
modum. §. magiſtratus. ff. ad l. aqui. cum ſimilibus,
30 quod no. pro intelligentia iſtius glo. † Glo. in
ver. inte. Colligitur ex iſta glo. vnum, quòd ille
qui tenetur actione reali, non dicatur obligatus:
per text. noſtrum. Contra tamen iſtam glo. oppo.
omnes doc. hîc: quia actio de peculio eſt in rem. l.
quæſitum. in prin. ff. de pecul. & tamen præſuppo-
nit obligationem. cum in ea poſſit interuenire fi-
deiuſſor. l. creditorem. ff. ad Mace. & tamen fide-
iuſſor non poteſt accedere, niſi vbi datur obliga-
tio ſaltem naturalis: vulg. l. fideiuſſor obligari. §.
fideiuſſor ff. de fideiuſ. Circa iſtud contrarium
docto. labrant: & certè miror quòd ita clauſis o-
culis ſuper hoc pertranſierint. Et ideò breuiter &
realiùs dicas negando aſſumptum, quòd actio de
peculio dicatur realis: imò eſt in perſonā. caſus eſt
de hoc expreſſus in §. in perſonam infrà eo. & in
l. ſumma cum ratione. §. ſi ff. de pecu. per quæ iura
ita tenet Bar. in repe. l. frater à fratre in vj. colum.
ff. de condictio. in de. & ita eſſe communem opi.
atteſtatur Iaſon in §. actiones aūt. nu. xxviij. infrà
eo. & inter perſonales in arbore ponitur. Et ideo
contrarium doc. in nihilum reſoluitur & extat
opi. gloſ. firma pro qua hîc eſt text. clarus. Non
ob. text. in d.l. quæſitum. quia dico quòd ille text.
probat contrariū, & non dicit quòd actio de pecu
lio ſit realis: ſed quòd intentatur rectè etiam ſi tēpore
propoſitionis nihil ſit in peculio: quòd priuilegiū,
dicit ibi tex. extenditur ad actionem ad exhiben-
dum & realem. per quod datur intelligi quòd a-
31 ctio de peculio nō eſt realis. ſed perſonalis. † In
ſi. gloſ. Concludit gloſ. quòd qui tenetur officio
iudicis, non eſt obligatus. pro quo eſt text. vulg.
in l. qui per colluſionem ff. de act. emp. l. quintus
ff. de an. leg. Iaſ. tamen hic dicit quòd licèt offi-
cium non præſupponit obligationem: tamen po-
teſt officio iudicis etiam non deſeruienti alicui
actioni accedere fideiuſſor: vt no. Bal. in l. Marcel-
lus. in ij. colū. ff. de fideiuſſo. & per text. in l. cum
quis. §. ſi quis pro reo. ff. de ſol. & eſt caſus ſecun-
dum eum in l. pecuniæ §. ſi. iuncto. §. pe. ff. de ver.
ſig. quem Iaſ. dicit optimè probare illo modo in-
ducendo. Nam fideicommiſſa de iure Digeſtorum
petebantur officio iudicis non iure actionis vt in
d.l. pecuniæ. §. pe. & ibi glo. & tamē pro fideicom-
miſſo accedit fideiuſſor eò, quia fideicommiſſa di-
cuntur debita: vt dicit text. in §. ſi. dicta l. pecuniæ.
ergo officio iudicis accedit fideiuſſor. Tu autē
dicas & tene mēti quòd ille qui tenetur officio iu-
dicis, bene tenetur realiter: quia officium iudicis
habet inſtar actionis realis. ita notabiliter dicit
Bar. in l. iij. §. Cato in iiij. oppo. nu. v. ff. de ver. ob.
& Bal. in c. j. in viij. col. de prob. facit text. in l. qui-
dam. §. is autem ff. de eden. & quod dicitur in d. l.
qui per colluſionem. nō preſupponere obligatio-
nem, poteſt intelligi de perſonali. & ſecundū hæc
plura dicta doct. defendūtur. nam fideicommiſſo
accedit fideiuſſor: licet petātur officio iudicis: quia
ſunt debita quæ dixi. Tamen circa hoc multū me
facit dubitare doctri. Bart. in l. ſi tertius §. ſi quis
prius. in pe. col. ff. de aqua plu. arc. Nam clarū eſt
ſecundum communē opi. de qua in l. j. C. de eden.
quòd editio fit officio iudicis, vt ibi probatur: &
tamen dicit Bart. in d. §. ſi quis prius, quòd ius e-
dendi eſt perſonale: & idem tenet Car. in cle. j. §.
cæterum in iiij. q. de vſur. Decius in c. j. in xxxix.
& xl. col. extrà de proba. Tamen poteſt dici quòd
illud officium iudicis, ſaltē quo ad ſingulares ſuc-
ceſſores, dicatur habere vim realis actionis. ex quo
datur quodāmodo ad inſtrumenta mea vt innuit
tex. in l. prætor ait in prin. ff. de edē. ibi. vt id quod
mei cauſa confecit, meum quodammodo eſt, &c.
de quo plura diſputādo admiſi in d. l. j. vbi videas.
& illud dictum Bar. in d. §. Cato. multū commen
dat & ſequitur ibi Iaſ. in x. col. nu. 26. Sed mo-
do ad plura eſt aduertēdum. Nam illud eſt in pri-
mis falſum quòd officio iudicis non inſeruienti
alicui actioni. & ſic officio nobili poſſit accedere
fideiuſſor: quod manifeſte oſtendo: nam officium
iudicis nobile competit per ſe: vt no. omnes doc.
vbi idem Iaſ. in l. j. ff. de iur. om. iudi. & vt hîc di-
cit, licèt ad aliud propoſitum Io. Fabri. eſt debile
& frigidum, nec præſupponit aliquam obligatio-
nem: vt ſupra eſt dictum, ergo non poteſt accede-
re fideiuſſor: vt eſt text. in l. creditorē. ff. ad Mace.
nam ſaltē naturalis debet obligatio dari l. j. l. fide-
iuſſor. §. fideiuſſor de fideiuſſo. ſed cùm Iaſ. & alij
dicant nullam præſupponere obligationem, ergo
neque naturalem: quia qui totum dicit, nihil ex-
cludit l. iul. de lega. j. c. ſolitæ. de maio. & obe. Et
hinc eſt quod in officio nobili quis ex interpella-
tione extraiudiciali non conſtituitur in mora: vt
tenet hîc Faber: & prius tenuit Cy. in l. j. C. de
alie. iu. mu. cau. fac. in v. q. in fi. Bal. & Bart. in l. j.
ff. de iuriſ. om. iud. & Ludo. Roma. in l. j. in ix. col.
ff de arbi. pro quibus eſt text. ſingularis qui ita in-
telligi debet in l. cum poſtulaſſem in princ. ff. de
dam. infe. vbi tex. loquitur in cauſa damni infecti
in qua debet implorari officium iudicis nobile
l. iiij. §. hoc autem iudicium. eodem titulo & ita
illum text. tenendo hanc opi. intelligit Iaſ. licèt
non ita declaret. in l. j. in pe. col. ff. de offi procon.
32 & clarus in l. vinum in vij. colum. ff. ſi cer. pe. † Se-
cus tamen eſt ſi aliquis conueniretur officio iu-
dicis mercenario. Nam ex quo deſeruit actioni
contrahitur quoddam vinculum propter vim &
virtutem

viriutem quam recipit ab actione. & ideo interpellatio iudicialis bene conſtituit in mora, prout dicit Cy. & alij ſuperius allegati: io iſto enim iudicis officio mercenario deſeruienti actioni, poſſet intelligi dictum Iaſ. hic. nam tale officiũ, licèt non præſupponat obligationem, præſupponit tamen quaſi obligatiooem, prout eſt gl. notabilis ſecundu Ange ibi in l. ſi ſeruum. §. fi. ver. peti poſsit. ff. de ver. ob. quam ibi commendat Alex. alia adducens. nã largo modo dicitur obligatus qui tali officio iudicis merceoario conueniri poteſt: tenet Bar. in l. fi. ff. de iniuriis. Alex. in l. j. in antèpe. col. ff. de iur. om. iud. Iaſ. ſuprà eo. io prin. in x. colum. nu. lxiij. Decius in l. j. in ix. colũ. C. de eden. & tali officio bene conuenit, vt fideiuſſor accedat, cum detur in eo aliquod fomentũ, quod non eſt in officio iudicis oobili: de quo tamẽ officio iudicis, vide Alex. in conſi. vij. col. penul. in ij. volu. & latiùs iu l. j. in xij. & ſeq. col. ff. de lega. j. & in l. j. §. j. ff. ad Trebel. Non obſt. inductio Iaſ. de l. pecuniæ. §. penul. & fi ff. de verb. ſig. quia ſalua eius pace dixerim ioductio eius eſt falſa. nã præſupponit vnum quod iure digeſtorum fideicõmiſſa petebãtur officio iudicis non iure actionis. hoc non eſt verum. nam caſus opi. eſt in cõtrariũ: vt habetur per Bar. in l. j. ff. de leg. j. vbi allega. in v. colũ. & ſequitur d. Lancelotus Decius dicẽs eã cõmunem in l. legatũ la. j. in j. col. ff. de leg. j. alleg. pro boc tex. vbi eſt caſus in l. ſi res. ff. de leg. iij. & ita per iſtum tex. hanc opi. tenet Iaſ. ſibi cõtrari' in d. l. j. in ij. col. de leg.
33 j. cogita. † Circa illud etiã quod dicit Iaſ. quod actio de peculio, de in rẽ verſo, & quod iuſſu &c. cum ſi. non ſiot actiones propriè ſed adiectiones ſiue qualitates. Adde glo. ſuprà in prin. iſtius tituli in ver. actio. in fi. vbi dixi. & hoc idem tenet gl. j. in §. actiones infra eo. vbi Iaſ. hoc repetit & ibi dicetur, & declarat notabiliter Iaſ. in l. centurio. in ix. col. nu. xxv. de vulg. & pup. Gloſſ. poſsideat, diuiditur in duas partes. in prima ponit requiſita rei vendic. ex parte actoris. in ſecunda ea quæ requiruntur ex parte rei. ſecunda ibi, item ex parte. Circa primam partem vide quę dico ſuprà in notabilibus & plura dicit hic Iaſon diſtioguendo hoc verbum dominium, vt hic per eum quæ prius omnia poſuit latè Alex ind. poſt Bart. & communiter doct. io l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſ. & latius nouiſsimi Papien. in repe. rubri de cau. poſ. & proprie. in ix. x. & xj. colum. In ſecunda parte glo. dicas breuiter, omiſſa diſputatione, quod glo. poteſt defendi abſque alia expoſi-
34 tione iſtius verbi quaſi dominiũ † nam illa expoſitio Bald. in c. j. de inueſti. rei aliter non probatur iure: & ideò tenenda non eſt: ar. gloſ. in l. j. C. de legi. neque valet arg. Iaſ. vtilis rei vendicatio competit emphyteutæ & ſuperficiario: ergo non dicitur quaſi dominus. hoc non concludit: quia modi agendi poſſunt variari. l. non debet. vbi Bart. ff. de dolo, dominium autem & quaſi domioium ſecus quo ad effectum actionis in rem: vt tradit Socin. poſt alios in l. ſi à te. §. ſi quis. ff. de excep. rei iudi. licèt poſſeſsio reſpectu rei conuenti poſſet mutari, vt ibi traditur: reſpectu autem actoris ſecus: alias excluderetur: vt no. in c. examinata. de iudi. patet quia tex. in d. l. j. §. quod autem. ff. de ſuperficie. dicit quaſi in rem actionem dari ſuperficiario. Et quo arguitur quòd ſit quaſi dominus: quia in hoc iura non reſtagantur, quæ de actione tantum vtili loquuntur. Nec ob. quod ſi eſſent quaſi domini, quod non daretur eis actio contra dominum: vt dicitur de publiciana, quod tamen eſt falſum: vt l. j. ff. ſi ager vectig. quia hoc non arguit: quia in argumeoto ſimili non requiritur quod talis ſimilitudo concurrat: vt tradit Abb. in c. tranſlato, de conſti. l. pe. & fi. C. de colla. c. conſtitutus. vbi Abb. de app. & tex io d. l. j. non dicit quod actio datur contra dominum, ſed contra municipem: tamen de hoc nõ curo cum reſpectu alterius effectus quaſi domini dicantur: neq; etiam placet quod dicit Iaſ. quod bonæ fidei emptori rei vendi. vtilis non competat, ex quo competit publiciana: quia hoc eſt falſum: nam exponendo rei vendicationem videtur includere publicianam, prout eſt tex. & ibi no. gl. in l. Marcellus ff. de rei vendi. cum ſi. Et per iſta cum laude Dei eſt expeditus iſte. §. extra gloſ plura hic congerit Iaſon in materia rei vendicatiooisquæ per te videas, & formam libelli proſequitur ſatis iouolutè. tu verò videas pro clara & notabili formatione libelli Hermandum io ſumma de libellis in princ. Et quamuis omnes practici ponant: ipſe tamen magis accommodate reaſſumpſit: vt declaro in voce: quoniam in ſcriptis non placet formas libellorum proſequi qui ad practicam pertinent, & plura ſuot tabulariorum ſcrinia atque hincinde practicæ diuerſorum doctorum & formulæ vagantur: & tamen proſequi & attingere intẽdo quæ ad theoricam & veram textuum & gl. intelligentiam pertinere videbuntur. Ludo. Gome. Hiſpa. Doctor.

SVMMARIVM SVPER §. ÆQVE.

1 *Quot ſunt genera ſeruitutum. & nu. 5.*
Quæ ſit ſeruitus perſonalis, & an ſit propriè ſeruitus. 2. & 5.
Seruitus de ſui natura debet eſſe formalis non cauſalis. & quomodo intelligatur hoc.
Res alicuius non dicitur ſibi ſeruire.
2 *Seruitutes de quibus in tex. ſunt ciuiles.*
Seruitus quæ conſideratur in ſeruis, eſt de iure naturali.
Seruitus quæ in ſeruis conſideratur, ortum habuit ab ebrietate.
Contra impedientem aliquem vti ſeruitute quam habet in ſeruis agitur in actione iniuriarum.
Seruitus perſonalis extinguitur morte illius cui debetur.
Seruitus quæ habetur in ſeruis morte habentis eam non extinguitur: ſed tranſmittitur ad heredes.
3 *Legatarius non eſt dominus ſerui: ſi ei legatus eſt vſusfructus, declarando vt hic.*
Beneficium reſtitutionis in integrum conceſſum minoribus eſt perſonale.
Priuilegia perſonalia poſſunt amitti abuſu.
In libero homine non cadit ſeruitus.
4 *An facultas capiendi ligna ex nemore tuo, vel aquam ex ciſterna, vel decoctio panis in furno tuo & ſimiles, ſint ſeruitutes ſeu obligationes perſonales.*
6 *Quæ ſit ſeruitus realis & qualiter cognoſcatur, &* an ſit

ſiue reales ſint de iure gen.vt videtur innuere tex.
in §.fin.in fi.Inſti. de vſu. & ha.Tamē ille tex. po-
teſt tolli ſecūdum expoſitionē glo. ibi in verb.ex-
poſuimus. Vltimò hoc manifeſtè ſuadetur.nam
videmus quòd de natura ſeruitutis perſonalis eſt
quòd extincta perſona illius cui debetur, ſeruitus
extingatur.l.ſicut.§.fin.ff.quib.mo.vſuſ.amit.l.nō
ſolum. §. tale. ff. de lib.leg. Sed iſta ſeruitus quæ
debetur nobis à ſeruis noſtris, morte noſtra non
extinguitur: quia tranſmittitur ad hæredes. §.
in fraudem. ſuprà qui & ex quib. cauſ. maio. non
poſſ. cum multis concor. igitur &c. Et pro-
pterea Ioan.Fab. hic fortè videns obſtacula dicit
quòd poſſet dari ſeruitus perſonalis quæ dicatur
vera ſeruitus, & formalis habens de per ſe for-
mam deſcendentem à dominio alterius,vt puta,
quando alicui legaretur miniſterium ſerui; quia
3 tunc eſt ſeruitus formalis:quod patet:quia † lega-
tarius non eſt dominus ſerui neque vſufructuari-
us, quod patet: quia tales operas tranſmittit ad
hæredes. l.ij. ff.de vſuf leg. Ang. tamen hic dicit
quod huiuſmodi miniſterium ſeruorum non eſt
ſeruitus, ſed quædam obligatio perſonalis. nam
cum huiuſmodi miniſterium ſerui non extingua-
tur morte d.l. ij. ergo non eſt perſonalis. & hinc
eſt quòd contra prohibentem tale miniſterium
non datur confeſſoria nec negatoria,ſed actio in-
iuriarū.vulg.l.qui pēdente.ff.de actio.emp & hāc
opin. dicit Ang. tenere Pe.& Cy.Bald & Saly.in
rub.C.de vſufr.ſed Iaſ. hic tenet contrariū,quòd
imò ſit ſeruitus. & idem quod Iaſon tenuit prius
Dy.& Io.Fabri.hic mouentur inter cętera per do-
ctri.Bart.in rubr.C.de vſufr.& quia titulus. ff.de
oper. ſeruo. ponitur inter ſeruitutes perſonales,
non ob. dicit ipſe quod non extinguatur morte.
d. l. ij quia eſt verum reſpectu illius cui debetur,
morte tamen ſerui bene extinguitur,aliter tamen
reſpōdet vt hic videas per eum. Et pro iſta opi.
Iaſ. facit: quia non eſt verum quod iſta ſeruitus
ſubſtantialiter in perſona fundetur, qua mortua
ceſſet: quia ſequeretur quòd viuente perſona ſer-
uitus non poſſet perire, donec moreretur: hoc ta-
men eſt falſum: vt in §.finitur, ſupra de vſufruct.
vbi Ang.patet etiam in beneficio reſtitutionis in
integrum conceſſum minoribus: nam eſt perſo-
nale: & tamen tranſmittitur ad hæredes.l. inter-
dum.ff. de mino. l. non ſolum. ff. de in integrum
reſti.patet etiam,quia etiam priuilegia perſonalia,
licet perſona non moriatur,poſſunt tamen extin-
gui abuſu:vt tradit Fe.Abb.& alij in c.cum acceſ-
ſiſſent,per illum text.de conſti. & l.j.ff. de nundi.
c.priuilegium.ij.q.iij.& habes aliud exemplum l.
fi ff de offi. proconſul. Tamen his non obſtan.
teneatis opi. Ang.quæ eſt communis pro qua effi-
caciter facit. nam in libero homine nō cadit ſer-
uitus.l.Titio centum. §. Titio centum,de condi.
& demon. & tamen miniſterium hominis legari
poteſt.l.iij ff.de vſuf. leg. accedat,quia in l j ff. de
ſeruitu. ti. generali non connumeratur hæc inter
ſeruitutes:& videtur de hoc eſſe caſus in l.j.de ope.
ſeruo. vbi dicitur quòd opera ſeruorum in facto
conſiſtit.ergo non eſt ſeruitus:quia ſeruitus eſt ius
l.via. in prin.ff.de ſerui. & Bart.in l.j.eo tit.& ita
etiam tenet Bart.Veron. in tract.ſerui.vrb. c. vij.
& atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem.
Nō ob.quod ſupra dixi: quia licèt aliter quàm
morte finiatur vſuſfructus: illud tamen ex facto
perſonę,quod aliquando accidit:mors verò regu-
lariter interuenit & extinguit vſumfructum, &
propterea conſideratio Aret.non tollitur, nec il-
lud ob. de beneficio reſtitutionis in integrū:quia
ad illud reſpōdet Ioan. An.in regula,priuilegium.
de regu.iu. lib.vj.videlicet quod illud eſt propter
4 rem in qua minor lædatur:vt ibi per eum. † Et
quod dictum eſt de miniſterio ſeruorum,idem eſt
de aliis obligationibus de quibus hic dicit Iaſ. vi-
delicet de facultate capiēdi ligna ex nemore tuo,
vel aquam de ciſterna cum aliis ſimilibus: nā hæc
non ſunt ſeruitutes,ſed obligationes quædam per-
ſonales:vt tenet Bal.in l.fi.C. de condi. indebi.&
in rub. C. de vſufr. & latiùs proſequitur Bar.Ve-
ronen. in prædicto tract.c. viij.& in effectu com-
munis opi. videtur iſta quam etiam tenet Bart.in
l.mella.§.fin. per illum text. ff. de alimen.& cib.
leg.licet aliter illum tex. retorqueat cōtra Bar.&
communem opin. Fran.Gammari. in tract.ſerui-
tutis.xv.q.prin.j.col.fol vj.dando nouum intelle-
ctū de quo ibi per eū: vbi finaliter cōcludit quòd
facultas capiendi aquam ex ciſterna, vel ligna ex
nemore tuo.vel decoctio panis in tuo furno, vel
calcis decoctio, ſiue fructuū perceptio,ſunt ſerui-
tutes perſonales principaliter per text.in d l.mel-
5 la.§.fi. † Ex iſtis igitur patet quòd non ſunt ni-
ſi duæ ſpecies ſeruitutis, videlicet realis & mixta,
quæ etiam perſonalis appellatur: vt tenet hic An-
gel.in ij.col.& prius Bal. in rub.C. de vſufr.& eſt
text.in l.j.ff de ſerui. titulo generali, & quia cum
perſona ſemper finiuntur.l.ſicut §.fin.ff.quib.mo.
vſuſf.amit.l.nō ſolū.ij § tale.ff.de lib.le. licet pro
priè mixtæ poti⁹ appellari debēt vt cōcludit Bar.
6 Veronen.in præfato tract.c.iij. † Realis autem
eſt illa quæ à re rei præſtatur,ſicut eſt vrbana vel
ruſtica:vt eſt caſus in l. vnus ex ſociis. ff.de ſerui.
ruſti.prædio.cum ſi.Qualiter autem iſta realis co
gnoſcatur effectus eſt maximus:nā triplex vtilitas
reſultat:& ideo pro notabili reſolutione iſtius co-
gnitionis & effectus vide prædictū Bart.Veron.in
prædicto trac. c. ij. in j.col. ver. ſed dubiū eſt pul-
chrū,quē non refero:ne de libris libros faciā,cum
cuilibet vidēdi pateat locus. Non tamen omit-
to quod iſta diffinitio realis ſeruitutis cōmuniter
tradita aliqualiter poteſt impugnari ex eo,quia nō
videtur propria ſpecies ſeruitutis: quia ille actus
dicitur proprius qui recipit extrema habilia:nā ſi
damus filium, eſt neceſſe quòd demus patrem,qui
vere vel fictione iuris ſit capax habitu vel actu ad
habendum filios.§.minorem.ſupra de adop.ſed in
caſu noſtro vnus fundus, qui eſt res inanimata,
non eſt aptus natus præſtare ſeruitium alteri fun-
do,cum ad hoc non ſint creati,ſed vt homini ſer-
uiret.§.fi.ſupra de iure naturali:ergo ſeruitus rea-
lis,non eſt propriè ſeruitus:ſed illa quæ debetur à
re perſonæ:& ſic illa quā doc.appellant mixtam.
7 † Mixtæ autē ſiue perſonales ſecūdum aliquos
in tres alias ſpecies ſubdiuidūt,in vſum videlicet,
vſumfructum,& habitationem.licet hic Iaſ.num.
xij incidenter dicat eas eſſe quatuor addendo mi-
niſterium ſeruorum,ſequutus gl. in l.ſi quis binas
ædes. ff. de vſufru. Sed ex ſupradictis patet quòd
communis eſt in cōtrarium:quia non eſt ſeruitus:
quæ autem ſint iſtæ ſeruitutes, & qualiter inter ſe
differant, vide not.& copioſè per præfatum.Bart.
Veronen in d.trac.ſerui.vrba.prædio.c.iij.& v.&
vj. ad quem recurras omnio & ex ibi dictis per
eum poſſent plures ſpecies ſeruitutum colligi: ſed
tamen omnes quo ad propoſitum noſtrum redu-

euntur ad duas ſpecies gener. videlicet ruſtica
aut vrbana : quæ qualiter intelligantur declarat
hîc Iaſon , & prius idem Veronen. cuius verba
tacito auctore ſibi aſſcribit Iaſnn. in prædicto
tract. c. xj. vbi poſteà ibi has ſubdiuidit in no-
minatas & in innominatas : de qnibus ibi per
eum. Iſte text. diuiditur & ſummatur , vt hîc
8 per Iaſ. † Nota primò ex iſto text. ibi æquè.
quod iſtud aduerbium æquè, eſt continuatiuum
caſus præcedentis , ita hîc ſimpliciter aduertit
Iaſ. in princip. licet nihil alleget : nam ſuprà di-
ctum eſt de actionibus realibus in §. omnium.
ſubdit poſtea tex. noſter, æquè ſi agat ius ſibi vten
di &c. ſupple, eſt etiam actio in rem: & ſic probat
quòd confeſſoria & negatoria dicãtur reales: ſed
aduerte quòd quamuis iſta continuatio fiat re-
ſpectu nominis, non tamẽ reſpectu rei: quia actio
nes reales de quibus ſuprà in §. omnium. dantur
ad res corporales. & ſic tu collige ex hoc, quòd
iſta dictio æquè, non coniungit caſus pariformi-
ter, ſed cũ diſparitate & diſsimilitudine: pro hoc
facit not. doctri Bar. in l. cum pater. §. dulciſsim⁹
de leg. ij. & in l. Lucius, in prin. ad Treb. & facit
bene tex. in §. poſt mortem. ſuprà de hære. quæ ab
inteſt. defe. nam iſtud verbum denotat hîc quali-
tatem actionis, non effectũ: vt eſt elegans doctri.
Bart. per illum tex. in l. ſi finita. §. ſi ante. in prin.
ff. de dam. infect. nam clarum eſt quòd iſtæ actio-
nes, de quibus hîc ſunt etiã reales : & ſic eiuſdem
qualitatis ſunt illę poſitę ſuprà §. proximo: ſed nõ
eiuſdem effectus. Et pro hoc facit text. in §. ſed &
ſi vſque, Inſti. qui. mo. tutel. fini. in contrarium ta-
men videtur notabilis caſus in l. interdũ. in prin-
cipio, ff. de hęre. inſt. vbi eſt caſus quod iſta dictio
ęquè, in totum parificat caſus non ſolum in qua-
litate, ſed etiam in effectu & ſubſtantia: per quem
tex. in pulchro caſu conſuluit Corneus in conſil.
ccxl. incip. Bonaura. in antepe. & penul. col. in ij.
lib. & Socinus in conſi. cviij. inci. caſus. in prin. in
iij. vo. Et idem Corneus. in cõſi. lxxv. incip. quan-
quam videtur. in fi. in j. vol. facit quę voluit etiam
per illum tex. Rom. in conſ. xcix. & Alex. in conſ.
clxx. incip. inſpectis verbis teſtamenti in j. col. in
v. vol. ad idem eſt text. not. in l. legata inutiliter.
§. fi. ff. de le. j. quẽ Bar. allegat in l. re coniunctim,
in vj. oppo. de leg. iij. Et ſecundum hoc bene ve-
rificatur põderatio quam facit Iaſ. in l. legato ge-
neraliter. in vij. notabili. ff. de leg. j. dum ibi pon-
derat dictionem æquè : licet pro ſua opi. nihil al-
legat. Sed breuiter poſſet dici quòd iſtud re-
gulatur ſecundum ſubiectam materiam: nam ali-
quando ſignificat paritatem caſuum in totum, vt
in iuribus ſuprà allegatis. & eſt bonus text. in l. in
uitus. ff. de fideicommi. liber. aliquando verò po-
nit diuerſitatem caſuum reſpectu effectus : vt in
§. noſtro. patet , quia non ſolum hæ actiones de
quibus hîc dantur ad iura incorporalia, vt ſuprà
dixi , ſed etiam primum exẽplum poſitum hîc in
tex. eſt ſeruitutis perſonalis, & non realis, dum di-
cit ius vtendi &c. vt in l. j. ff. de ſerui. pro quo e-
xemplo nõ competit directa confeſſoria, ſed vti-
lis. l. j. §. fi. de ſuperficie. vt infrà dicam: & ſic iſta
dictio æquè, variatur ſecundum varietatem ca-
ſuum. pro quo vide notabilem doctri. Bar in d. l.
ſi finita §. ſi ante, in fi. de dam. infect. vbi per hoc
infert ad concordiam teſtium : quòd dictum ſe-
quitur Roma. in conſi. cccj. in propoſita conſul-
tatione. in ij. colum. verſi. v. probatur. tenet Ol-
dra. in conſi. clxxviij. Nota ſecundò ibi, forte,
ſecundum Iaſ. hîc, quòd vbicunque lex vel ſtatu-
tum vtitur iſta dictione fortè, debet intelligi, vt
idem velint diſponere in eum in quo non eſt ap-
poſita iſta dictio forte , quia diſponit in eum in
quo eſt appoſita, cle. j. de appel. adde quod idem
no. Iaſ. in l. ſi ex falſis. in vltimo notabili. C. de trã
ſac. & prius Alex. in rubrica. ff. de acquir. hære. in
j. col. & idem Alex. in l. in ratione. §. quod vulgo.
nu. xiij. ff. ad leg. fal. vbi notabiliter voluit quòd
licet præſumptio iuris ſit cõtra hæredem non fa-
cientem inuentarium quòd ſubtraxerit bona hę-
reditatis : & ideò ſi non ſufficiunt creditoribus
bona hæreditaria , tenetur de ſuo propter talem
præſumptionem tãtum: quãuis conſtet hæredem
per confeſsionem legatariorum nihil ex hæredi
tate ſubtraxiſſe, nihilominus tenetur: quia tex. in
§. ſancimus. in aut. de hære. & fal. loquitur per di-
ctionem fortè, quæ inducit cauſam impulſiuã, de
cuius natura eſt idem diſponere in caſu in quo
ceſſat effectus quod diſponit in caſu in quo effe-
ctus conſideratur. & mouetur ibi Alex. per tex. in
d. cle. j. & pro hoc videtur mihi tex. in c. ij de ſpõ-
ſa. iuncto. c. requiſiuit. eo. ti. & eſt tex. in c. iuuenis.
eo. ti. quem ibi ad hoc no. Moder. poſt Hoſti. &
hoc dictum ſequitur Andr. Sicu. in repe. c. Raynal
dus. in xliiij. & xlvj. & liiij. & clxj. col. extrà de te-
ſta. tenet etiam Iaſ. poſt Alex. in l. in ſubſtitutio-
ne. uu. vj. de vulg. & pup. vbi ſolet communiter
allegari dictum Angeli ibi quòd doctor conſu-
lens per verbum fortè, nõ dicitur dubitatiuè reſ-
pondere, ſed aſſertiuè: quia per verbum fortè, reſ-
pondent ſæpe periti. l ſi duo. §. j. in gloſſ. ff. de ar-
bit. & hoc tenet gl. in c. ij in ver. fortè, de teſt. vbi
allegat illum dictũ ſacræ ſcripturę ſi cognouiſſe-
tis me, forſitan & patrem meum &c. & ita etiam
hîc capitur, hinc dixit ſingulariter Feli. in c. acce-
dens. el. j. col fi. vt lit. nõ cõteſta. quòd licet iudex
debeat proferre ſententiam certã & non dubiam
l. ij. & iij. C. de ſen. tamen ſi proferat per verbum
fortè, vt puta, condamno Titium Sempronio in
decẽ: quia forte eſt debitor : quod talis ſententia
valet, & perinde iudicatur, acſi illa dictio nõ eſſet
appoſita, pro quo alle. text. in l. cum quo, in j. col.
ff. ad l. falſi. vbi tenet quòd per iſtam dictionem
profertur deciſio certa & non dubitatiua , licet
contrarium tenuerit Cuma. in d. l. in ſubſtitutio-
ne. & malè ſecundũ ipſum alia adducens: & idem
tenet Felin. in c. cùm contingat. in fi ij colum. de
offi. delega. & Iaſ. in d. l. in ſubſtitutione. & quo ad
illud de ſententia idem tenet Deci. in c. ſuper li-
teris. in iiij. columna in gl. fin. de reſcrip. & in
notabili caſu tradit Soci. in conſi. xxxiij. inci. cir-
ca primum. in j. col. j. volum. Et ratio prædictorũ
videtur vltra iſtos eſſe ſatis clara ex eo , quia illa
dictio fortè, ponitur in deciſione iuris: nam quan
do verba de ſe dubitationem important , profe-
runtur à legiſlatore in materia iuris certitudinẽ
& veritatem important text. eſt de hoc in c. j. de
iudi. lib. vj. & ibi dixi in primo notabili nam ibi
probatur: & reſponſio facta à papa denotat certi-
tudinem & veritatem: vt dicit Andræ. ſicul. pon-
derando illum tex. in cle. gratiæ. in ij. col. de reſcr.
& tamen ibi papa reſpondet per verbum videtur.
quòd alius dubitationem importat. & hoc dicit
notãdum Iaſ. in l. clam poſsidere. §. qui ad nundi-
nas. in xj. colum. de acqui. poſ. dum allegat dictum
Bald. in c. bonæ. col. penul. de appella. Et ideò di-
cit

eit Domi.in d.c.j.in prin quòd per verbum videtur,reſpondent ſæpe periti. & ita hîc videtur dicendum quòd licet dictio forte,regulariter dubitationem importet: tamen ſi proferatur in materia iuris à iuriſperito, importat certam iuris deciſionem.Et hinc eſt quòd ſententia lata per verbum videtur,valet:vt in lege diui. §. j. ff. de liberali cau.not.Alex.& Iaſ. in l.j.col. fi. ff. de re iudi.& idem dicunt per verbū credo.per plura iura ibi alle.per eos:ergo eodem modo erit dicendum quòd valeat ſententia lata per verbum fortè.

† Sed aduerte vlterius quòd quātum attinet ad
9 iſtā dictionē fortè,negari non poteſt quin regulariter dubitationē importet:vt latè probat And.Sicu.in d.c.ſuper literis,in xxxj.col.nu. ccxlvij. per text.in l.j.iuncta glo.ff.de rei ven.& idem repetit in c.ij.in iiij.col.de teſta. & in d.c. veniens,vt lit. non conteſta.& eſt tex.in l.& ſi fortè.ff.ſi ſer.ven. Sed aliquādo improprietur ſecundū ſubiectā materiam,vt actus ſuſtineatur.quòd etiam in ſententia admittitur:vt l.& pntn.§.j.ff. famil.herciſc.& no.Iaſ.in l.ſed & ſi poſſeſſori. §.item ſi iurauero. ff.de iureiuran. in viij. no.& in l.ſi tibi. colum.j. ff.ſi cert.pet. Felin. in c auditis, de præſcrip. Barba.in c.pe in ij.colum.de emp. & ven.cum ſi.

Sed tamen vltra prædicta in hac materia poteſt colligi vna doctrina ex his quæ diſtinguendo ſcribit Barba.in repe.c. Raynaldus in ij. col. de teſta.& de iſta dictione fortè.& vltra ipſum vide latè Corſetum in repeti.ad Abb in ver. fortè, & vltra ipſum vide Barba.conſi.xiij.nu.x.clementiſsimi Dei &c.in iiij col.primo lib.& conſi.xxv. nu.ix.eo.lib.& conſi.lxxxix.num.iij.in iiij.lib. & Ant.de Prato in trac.de ſecun.nup.fo.xxv.col.ij.

10 † No. tertiò quòd aquæductus conceſsio eſt ſeruitus realis:quod eſt verum non ſolum ſimpliciter,quando conſtituitur de prędio ad prædium, vt in l.vnus ff.de ſerui.ruſtic.prędio.& in l.j.ff.de ſeruitu. cum ſimi. ſed etiam quando adiicitur pactum quòd non tranſeat ad hęredes ex parte recipientis.vt in l.ſeruitutes:quæ eſt l.iiij. de ſerui. & tenet hîc Iaſ. cuius verba latè poſuit prius Bar. in tracta.ſerui.ruſti.prædio.capitulo de ſeruitute aquæductus fo. lxiij.ſecundum paruam impreſsionem.à quo tacito auctore decerpit Iaſ.ea quæ hîc poſuit. Tamen circa vnum quod hîc dicit Iaſ. eſt aduertendum inquantum vult quòd quando conceditur ductus aquæ ad certā domum,& quocūque ille voluerit reſpectu iſtius adiectionis,iſta conceſsio non dicitur ſeruitus: ſed quædam obligatio perſonalis.l.Lucius.ff.de ſerui.ruſti.prædio. nam iſtud non eſt verum:quia tex.in d. l. Lucius. non ſe fundat in illa adiectione.quæ licet ibi expreſſa ſit,debet haberi pro ſuperuacua.arg.tex.in l.in vendētis.C.de contrahen.emp.& pro hoc facit dictum ſingulare Ioan. And.in addi.ad Specu. in rubrica de dona. circa med. vbi vult quod ſi cōcedo tibi ſeruitutem ad fundum meum & vnī ex filiis tuis quemcunque elegeris:quòd illa adiectio incerta vitiatur, & non valet reſpectu filiorum:quòd dictum pro ſingulari commendat Ludo.Roma.in nota.dxxx.incip.concedo tibi ſeruitutem: & tamen nemini dubium eſt quòd filij illius donatarij erant certi reſpectu relationis:ar.l. nominatim. ff. de lib. & poſthu. & l.certum.ff ſi cer.pet.& c.ex parte,de offi.delega. & tamen illa adiectio nō valet: à fortiori eſt dicendum in caſu noſtro, vbi illa adiectio in totū erat incerta.arg. tex.& quæ ibi no.in l.vbi autem.ff.de verb.obli. & in l.cùm poſt.§.gener.ff.de iur.dot.faciūt quæ no.Alex.in l.Gallus.in prin.ver. quæ autem.ff.de

11 li.& poſth.Si igitur talis adiectio non valuit:ergo non præſtabit impedimentū conceſsioni principali,neque eam aliquo modo immutabit,ſicut ſi non eſſet poſita regula,non præſtat.de regu.iur. lib. vj. nec ideò quia text.in d. l. Lucius appellat talem conceſsionem perſonalem, eſt dicendum hoc fuiſſe reſpectu illius adiectionis quaſi, quæ ſi non fuiſſet appoſita, eſſet ſeruitus realis.nā hoc non eſt verum:quia talis conceſsio etiam ceſſante tali adiectione non fuiſſet ſeruitus realis ex eo quia ſeruitus realis dicitur illa, quæ fit propter neceſsitatem fundi cui debetur ſeruitus.lege ergo.ff.de ſeruitute ruſticorū.præd. no. Bartolus in l.ſtipulationes non diuiduntur. in iiij.q. prin. & in l.iiij.§.Cato in vj.q.prin.ff.de verb.obligatione.& ceſſante tali neceſsitate non dicitur ſeruitus realis,vt dicit glo.in l.j.§ in prædiis.in glo. ij. ff. de ſerui ruſtic. prædio.Sed in caſu iſto talis conceſsio aquæductus non reſpicit commoditatem domus: quia non indiget irrigatione aquæ igitur non dicitur ſeruitus realis,dicitur tamen perſonalis:quia contemplatione perſonæ ille ductus aquæ conceſſus eſt principaliter vtputa: pro balneo vel ciſterna in domo conſtituenda: quæ omnia ſunt ad commoditatem perſonæ: & hac cauſa ibi textus hanc conceſsionem perſonalem appellat, conſiderans illud quòd principaliter intenditur:argum. §. purpuram.ſupra de re.diui. & l.ſi quis ne cauſam. ſi cert. pe. verùm quia iſta ſeruitus,licet ſecundariò cōſtituitur ad domum, ideo concludendum videtur quòd ſit potius ſeruitus mixta quam perſonalis, ſuper quod tamen

12 cogitabis. † Nota quartò quod pro ſeruitutibus ruſticis & vrbanis cuiuſcunque ſpeciei competit confeſſoria & negatoria:& hoc procedit in domino fundi dominantis & ſeruientis:ſecus in quaſi domino:quia tunc confeſſoria directa non competit:vt l.ij.ff.ſi ſerui.ven.ſed vtilis.l.j. §.fin. de ſuperficie. cum ſi. & idem pro quibuſcunque iuribus ſpecialibus:vt iure pręſentādi quòd competit patrono & ſimilibus:quia cōtra impedientem datur confeſſoria:& idem eſt pro decimis & iuriſdictione:vt dicit hic Io.Fab.& ſequit Iaſon, pro quo .aleg.Bald. in rubr. C. de vſufruct. Sed tamen gl.dicit contrarium in l.rem.§.loca ſacra. ff.de rei vēd. quę vult quòd ius patronatus debet peti condictione ex iure canonum, quam gloſſa, ibi ſequitur Bar.& Ang. Et quod non competat pro talibus iuribus confeſſoria tenet expreſſe Bal.in c.ſignificante in pe. col. extrà de ap.quod pro iuriſdictione & pedagio & ſimilibus officiū iudicis competat non cōfeſſoria vel negatoria & in iure patronatus.hoc tenet Bal.in c. quanto.de iudi.ſed And.ſicu.ibi in viij colum.no.xxvij.ver. quærit hîc etiam Bal. ſequutus gloſſam in d.l. in rem. §. loca. dicit quòd non eſt verum ſed quod competit vel condictio ex iure canonum, vel ex lege,vel rei vendicatio vtilis:per text.in c.examinata,de iudi.vbi hoc tenet Inn. & commēdat ibi Abb.in v.col.& idem Andræ.ſicu.in vj.& vij.col. quid dicendum? Breuiter teneas opin.Io. Fab. hîc quòd pro talibus iuribus detur confeſſoria & negatoria: quam opi.tenet Bald.in l.cum res.col.fi. verſic.item quaſi.C.de proba.& tenet Andr.ſicu. in c.examinata.in xvj.col.poſt gl.ibi & Imol.ex-

trà de iudi & Specu in tit. de cau. poſ. & proprietatis. ſ. nunc videndū. ver. ſi ego. de iure patronatus. in ti. de relig. domi. in j. col. & Inno. in c. inter quatuor in j. col. de ma. & obe. & tenet Pau. de ca. in l. vt pomum ff. de ſeru. in ſi. & vide Rochum de Curte in trac. de iure patro. in ver. ius. in iiij. col. ver. quæ autem actio. & vltra ipſos tenet expreſſe Old. in conſi. clxxxviij inci. quod proſequēs. pro qua opin. allego gl. in terminis in c. cum eccleſia ſutrina. in verbo quicquid iuris. de cau. poſ. & proprie. & dixi ſuprà §. pximo in tertio no. & pro hoc facit quod no. Deci. in conſi. lxxxi. inci. viſo puncto. in iij. col. lib. ij. Et hanc dicit eſſe communem opinionē Iaſ. in l. ſi prius. in j col. ff. de ope. noui,

13 nun. quæ omnia tene mēti. † Limitatur tamen iſta regula non procedere in bonæ fidei emptore habente ſeruitutem: quia non competit ei confeſſoria vel negatoria, ſed publiciana. l. ſi ego. §. j. ff. de publicia. ſecundum Pau. de ca. & declarat Iaſ. in d. l. ſi prius. in j. col. Tamen aduerte: quia videtur glo. magna in contrarium. infrà eo. nam ſi iſtæ actiones competunt domino vel quaſi: bonæ fidei emptor dicitur quaſi domin⁹: vt in §. ſequen. tenēt communiter omnes: tamen primum eſt verius: quod maximi eſt effectus ex eo, quia in ſeruitutib⁹ continuis & quaſi continuis præſcribendis ſufficiat tempus. x. anno. inter præſentes, & xx. inter abſentes, & in diſcontinuis tempus de cuius initio non eſt memoria in contrarium: vt dicit Bar. & alij in l. ij. C. de ſerui. & aqua. & gl. cum tex. in l. ſeruitutes. la grande, ff. de ſerui. & in l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. Et illa præſcriptio ita demum inducitur ſi conſtitutio ſeruitutis facta ſit à non domino: quia quando à domino, non eſt neceſſarium remedium præſcriptionis. l. clauibus. ff. de contrahen. emp. l. ſequitur. §. lana. ff. de vſuca. iſto caſu non haberet locum pręſcriptio tanti temporis de cuius initio, non eſſet memoria: etiam ſi eſſet ſeruitus diſcontinua: cum contra cōtrahentem publicianam non currat niſi cōmune tempus, videlicet. x. vel. xx. annorum: vt dicit Pau. de caſt. in d. l. ſeruitutes. colū. fi. ver. eſt & alius caſus motus per l. fi. C. de preſcrip. longi temporis. & per tex. in d. l. ſi ego, quod dicit ſup. & tenet etiam Faber hìc & Bar. Vero. in d. tra. ſerui. vrb. in xix. cap. col. fi. & moder. Taurinenſes in tracta. preſcriptio. in ſecunda parte quartę principa. in. x. q. in. ij. colum. Et ſic ſequeretur ex hoc quod non eſſet dare caſum ſeruitutis diſcontinuæ in quo procederet prædicta præſcriptio temporis de quo non eſt memoria: quia ſi talis ſeruitus conſtituitur à domino, non eſt neceſſaria præſcriptio: vt ſuprà eſt dictum, ſi à quaſi domino & ſic ab illo quem putabam eſſe dominum, ex quo tali caſu competit publiciana etiam prædicta præſcriptio non procederet: & per conſequens communis traditio doctorum redderetur inanis: niſi velimus reſtringere publicianam in caſibus oneroſis: ſuper quo tamen cogita. Alia tamen requiſita circa præſcriptionem ſeruitutum latius proſequuntur præfati moder. poſt Bar. Veronen. in prædicto tracta. ca. xia. & aa. vbi videndum eſt. Secundo limitatur prædicta regula tex. noſtri, quod non habeat locum in feudatario: quia illi non competit confeſſoria neque negatoria, ſed quaſi rei vendicatio vt concludit Iaſ. in §. ſequen. in xj. col. nume. lvij. ſuper quo tamen vide Specula. in loco ſuprà alle-

14 gato. † Tertio limita iſtum tex. procedere quando ſeruitus eſt conſtituta, tunc bene datur confeſſoria & negatoria ſi perturbetur: ſecus autem in ſeru tute conſtituenda: quia datur actio ex illo contractu; & ita tenuerunt quidam antiqui, & huic limitationi nihil eſt quod obſtet: quia tex. in l. corruptionem. C. de vſufruc. alle. hic per Iaſ. nihil facit: ſed potius pro hac parte, & iſta opin. videtur multū rationabilis. & per hoc remouentur multa cōtraria, & actionum vtilitas & locus conſeruatur. Quarto limita iſtum tex. procedere in confeſſoria & negatoria ſpeciali: ſecus in generali, limitat. Iaſon. in repe. l. quoniam. in x. col. nume. liiij. ff. de flumi. ſed iſta limitatio videtur dubitabilis ex eo, quia iure non probatur: & ideo non eſt tenenda: vt tradit idem Iaſ. in l. illam. C. de colla. & quia nulla videtur ſubſtantialis differentia inter confeſſoriam & negatoria ſpecialem & generalem, tamen notanda eſt hæc limitatio, maximè in practica: quia dū caſus accidit, magnū eſt habere deciſionem alicuius doctoris in terminis etiam ſine. l. loquentis: per ea quæ dicit Alex. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, columna ii. ff ſi quis cautio. & Iaſ. loquens de Paul. de caſt. in l. non eſt minus. col. fin. C. de procura. nam deciſiones quæ ſunt in terminis, ſunt ſecuriores, & ibi ceſſant omnia argumenta: vt dicit Albe. Brunus in tracta. de ſtatutis. arti. vj. q. ij. in fi. col. iij. & Io. ignei in repe. auth. ea cauſa. col. xix C. de libe. præte. & ideo dicit Ang. in conſi. xiiij. nos Carolus. col. ij. quod allegare regulas generales, vbi eſt deciſio in terminis, eſt pauperis doctoris: vt dicit Felinus in. cap. j. in. iiij. colum. de preſcriptio. & ideo in actu practico laborandum eſt, vt inueniamus deciſionem in terminis: quia talem inuenire eſt doctiſſimi doctoris: vt dicit idem Felinus in capit. cum ordinem. colum. iiij. de reſcriptis, & hoc volui dixiſſe, quamuis paululum extra rem: quoniam multos ſcio ſponſos Penelope, vt cum omnia ignorent, omnium ſapientes videri volunt: & niſi quòd ipſi cogitant, nihil putant rectum. Quintò limita, vt per Alexandrum in lege, ſi prius, in principio, Digeſtis. de operis nou. nun. ſecundum doctrinam Bartoli in lege, fina. digeſt. de alieni iud. mut. cau. fac. quem etiam ſequitur hic Iaſon: tamen iſta limitatio videtur dubia, ex quo ille text non loquatur de alienatione iuris, ſed rerum de quibus non bene argumentatur: vt dic. hic

15 text. † Nota quinto text. ibi proſpiciendum. quod ſeruitus proſpectus eſt illa quæ mihi conceditur, non vt cælum videam, vt feneſtra vel vt ad me perueniat claritas diei ſimili modo: ſed vt vtar amœnitate viſus ſecundum quantitatem & modum feneſtræ. Nam ſi feneſtra mea habebat proſpectum, non tamē ad cælum neque ad amœna, & tu concedis ſeruitutem proſpectus, intelligitur eo modo vt eſt: ſecus ſi de nouo & in genere proſpectus concedatur: quia tunc tam ex parte ſuperiori cæli, quàm inferiori hinc inde dari debet vt not. allegans plura iura declarat Barthol. Veronen. in tract. ſeruit. vrba. prædio. c. xxxiij. & ibi ponit cum duobus capitulis ſequentibus in quo conueniat hæc ſeruitus, & in quo differat à ſeruitute ſi proſpectui officiatur & a ſeruitute luminis, vel ne luminibus officiatur: videas ibi: nam omittam quia nihil addendum occurrit: declaro tātum ibi in voce. † Nota ſexto differentiam inter proijcere & immittere: de quo vide latè pręfatum doctorem Veronē. in d. trac. c. & iij. ſeq. vbi latius hoc declar.

17 declarat & per plures concluſiones diſcutit.

† Glo in vet. altius tollēdi. ibi & ita hic inſerit exemplum negatoriæ. Iaſ. & alij reprehēdunt hāc expoſitionem vt fatuam. Tamen dicas non eſſe inconueniens quod exempla in aliqua materia inſerantur etiam extranea: vt patet infrà §. ſed iſtæ, vbi imperator intendit tractare de realibus actionibus vſque ad §. in perſonam, & tamen inter illas reales immiſcuit aliquas perſonales: vt patet in §. inter. ſi quis in fraudem, infrà, eod. patet etiam in §. præiudiciales, infrà, eod. vbi imperator inter actiones prætorias ponit vnam ciuilem: vt dixi in §. actiones autem, in primo not. infrà, eod. ita hîc potuit inter confeſſoriam inſerere exemplum negatoriæ & econtra ſicut etiam videmus in pluribus locis quòd legiſlator ponit exempla impertinentia & non facientia ad propoſitum: arg. tex. in c. nouimus §. fi. & ibi no. omnes, de ver. ſig. ſic etiam videmus quòd aliquando iuriſlator vtitur ratione impertinenti. vt in c. non debet. de conſang. & affi. & ibi expreſſè no. Ant. de but. & alle. pro hoc tex. in c. quærenti, de offic. deleg. vbi hoc no. Barba. in ij. colum. & pro hoc eſt bonus tex. in c. pen. §. prohibemus. de offi. le. lib. vj. ſecundum quod eum ponderat Bernar. biſigne. in deciſio. rotæ antiquiori in tit. de conceſ. præben. deciſi. v. ſed poſſet dici quòd licet iſtud exmplum negatoriæ inter exempla confeſſotiæ poſitum ſit, ordine tamen intellectus cenſetur poſitus loco ſuo: vt eſt tex. no. in ſimili in c. cauſam. de reſcrip. facit tex. in l. ij. §. ſi prius. ff. de vul. & pup. nā exempla ponuntur non vt ita ſint. ſed vt ſentiant addiſcentes l. obligationum ſubſtantia in fi. ff. de ae. & ob. l. prætor. § videamus. ff. de colla. bo. & ideò regulam non reſtringunt vul. §. hactenus. ſuprà de gradi. l. damni infecti. ff. de dam. infe. & ita etiam videmus quòd aliquando etiam ponitur lex non faciens ad titulum: vt patet in l. aleatum vſus. C. de religio. & tex. in c. ex tuæ. §. fi. de cleri. non re-

18 ſid. & alibi ſæpe. In fi. gl. ibi vel pone hoc exemplum &c. iſtud exemplum ſequitur Dy. hîc Iaſ. declarando, vt hic per eum, & ſecūdum hoc iſtud verbū ſuas, poſitum in tex. debet exponi, id eſt vicini: non ſuas, id eſt proprias eius qui agit pro ſeruitute: & taliter exponendo ſi rectè conſideres etiam iſta verba comprehēdunt illum caſum oneris ferendi, quem excipit hic Iaſ. quia licet ille qui debet ſeruitutem, teneatur non ſolùm ad patientiam, ſed etiam ad factum. l. eum debere. ff. de ſerui. vrb. prædio, illud nihil habet commune cum actione: quia propterea confeſſoria non alteratur: nam ſi ago contra te, vt teneas altius ædificatum, vt onus feratur, vel vt tigna immittantur: ſiue ego ſiue tu teneamur ad ædificandum vtroque modo iſta verba ſuas ædes, id vicini, ſunt bene expoſita neque alterantur. Sed Areti. hic dicit quòd iſta expoſitio non ſatisfacit, vt exponat. ſuas. id eſt vicini: & idem tenet Faber: Iaſon tamen dicit eſſe congruam expoſitionem: imo ſi talia verba exponantur ſuas, id eſt proprias non vicini, adhuc opinio Dyn. ſtat: quia illud poteſt dici ſuum in quo ius habemus. lege, talem. §. ſi quis ita. ff. de hæredibus inſtitu. Sed tamen aduerte quod opinio Aretini mihi videtur verior: quia vbicunque iſtud verbum ſuas, in aliqua diſpoſitione ſimpliciter ponitur ſiue adiuncto, in dubio exponitur ſuas. id eſt aproprias non alterius, de hoc eſt tex. ſecundū quod ibi declarat Bar. in l. cum in teſtamento. ff. de auro & argento leg. & ita exponit textum in l. debitorem in princip. ff. ad Trebel. ad idem textus in l. Saluius. ff. de leg. præſtan. ibi patrem ſuum &c. tenet etiam Alex. in conſilio xxiij. conſideratis in j columna in ij. volu. & in conſilio lvj. in j. columna in j. volum. & ſequitur Hypolit. de marſil. in ſingu. ſuis nota. xxj. Andræ. ſicul. in c. iudicante. in ix. columna, de teſtamen. Sed in text. iſto hæc verba ædes ſuas, proferuntur ſimpliciter, & ſine adiuncto: igitur debēt exponi ſuas, id eſt proprias agentis confeſſoria. Nec obſtat d. l. talem. §. ſi quis ita. quia ibi ideò eſt, quia intentio teſtatoris erat inſtituere illum libertum quem ſciebat iam manumiſiſſe. & ſic illa verba recipiunt declarationem ex mente teſtatoris. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonſtratio. Et quamuis aliquando illud meum dicatur, in quo habeo ius: vt tradit Peruſinus in capitulo, ſi tibi abſenti. in tertio nota. de præbendis, libro ſexto. illud eſt largo modo. propriè tamen illud dicitur eſſe ſuum in quo quis habet plenam diſpoſitionem & dominium. de quo etiam per Bartolum. in lege, quintus. §. argento. ff. de auro & argento leg. & iſto reſpectu domus ſua dicitur quæ eſt alterius: vt in §. ſed & lex, ſupra de iniuri. & ſic vtraque opinio poſſet ſuſtineri inſpecta ſubiecta materia. Poſtremò dum Iaſo. hîc reprehendit vltimo loco exemplum Ioan. Fabri de ſtatuto vel conſuetudine, qua cauetur, ne domus poſſet niſi vſque ad certam menſuram eleuari &c. dic iſtud exemplum eſſe verum & communiter comprobatum hîc per doc. nec eſt verum quòd ipſe dicit quòd confeſſoria datur pro ſeruitutibus, non pro libertate: quia contrarium tenet idem Iaſon ſuprà in ſecundo nota. numero xxxv. dum vult quòd confeſſotia datur non ſolum pro ſeruitutibus, ſed etiam pro quocunque iure ſpirituali: vt puta pro iure patronatus, & iure præſentandi, in quibus clarum eſt quòd non agitur de ſeruitute, ſed de libertate: declarat aperte Speculat. in titulo de cauſa poſſ. & proprie. §. nunc videndum. §. ſi ergo, & alij plures quos retuli ſuprà in quarto notabili, & eſt communis opinio vt dicit idem Iaſon in lege, ſi prius. in prima columna. ff. de operis noui nunciatione, quia ſi tu impedis me vti quaſi poſſeſsione mea præſentandi: ago contra te confeſſoria: & eodem modo in iure decimarum: vt ibi latius dicitur: & in hoc non eſt dubium. † Gloſſa magna diuiditur, vt hic per Iaſonem in eadem ibi, videlicet dic non repeti: nam quamuis omnia quæ hic traduntur in gloſſa ſint modicæ vtilitatis: tamen vt aliorum veſtigia ſequamur concluſiuè & breuiter procedam. Iſtud igitur dictum gloſſæ reprehendit Iaſon hic dicens quòd imò iſta verba altius tollendi, poſita in textu, debent repeti, non quia ponuntur per dictionem item, de cuius natura eſt repetere omnes qualitates præcedentis orationis, quando oratio ſequens eſt imperfecta ratione verbi vel ſuppoſiti: vt notat Bartolus in l. à ſententia. ff. de appellatio. & in lege, prima. per illos textus. ff. de publica. cum ſimil. vt dixi in §. item ſeruiana. infrà eodem.

Sed tu defende gloſſam, quia ex quo textus in poſitione illius exempli non apponit illam dictionem. non vtique neque nos eam apponemus: vulgari capit. ad audientiam, de decimis. cum ſi.

Non ob. quod dicitur de dictione item: quia illud eſt verũ quando qualitas præcedentis orationis eſt neceſſaria in ſequenti, vel aliquo modo reſpectiua: tunc enim bene cenſetur repetita in ſeq. oratione: alias ſecus. ita dicit Barto. in l. in repetendis. colum. pen. de lega iij. & notabilius per eundem conſi. xxxix. incip. col. reliquit. vbi notabiliter dicit, quòd ſi aliquis reliquit vxori ſuæ aliquid, puta fundum, cum iſta dictione ſi caſtè vixerit: deinde dixit, item relinquo domum: in iſta oratione non cenſetur repetita illa conditio, ſi caſtè vixerit: ratio eſt: quia illa non eſt neceſſaria, & repetitio debet fieri in neceſſariis tantùm: ita ibi Bart. cuius conſilium in notabili caſu approbat Soci. in conſil. x. incipien. quamuis. in vj. col. lib. j licet ibi corruptè eum allegauit: & hoc idem tenet Cuma. in conſil. xxij. incip. teſtator. in x. col. Et ideò in tex. iſto fateor quòd verbum præcedentis orationis in iſto exemplo altius tollendi repeti debet: quia illud eſt neceſſarium ad perfectionem orationis: ſecus verò in illa dictione nõ: quia illa non eſt neceſſaria: & iſto modo de plano procedet exemplum negatoriæ hîc: quia ſi ego cõſtitui tibi ſeruitutem in domo mea, vt non liceret mihi altius tollere: poſtea ſi volo altius tollere, potero agere contra te negatoria, vt liceat mihi altius tollere: & ita negatoria erit cõcepta verbis

10 affirmatiuis: vt dicit poſtea glo. † In eadem gl. ibi, ſed quæritur quare nomina talia &c. Dicas breuiter quòd iſta eſt communis concluſio quòd negatoria verbis affirmatiuis, confeſſoria negatiuis proponitur. & opi. Placen. non eſt vera reſpectu expreſsionis faciendæ in libello, ſed tamẽ reſpectu intentionis: quia ille qui agit confeſſoria, intendit quòd aduerſarius patiatur & confiteatur ſibi debitam ſeruitutem: tunc iſte effectus reſultans ex confeſſoria bene eſt affirmatiuus, & ecõtra in negatoria. & ita iſtud dictum Placen. & gl. noſtræ concor. Bar. in l. ſi prius. in quinta oppo. ff. de ope. no. nun. quæ ibi ſequuntur communiter ſcriben. & ſequitur hîc Are. & alij: licèt ibi nouiſsimi Bononien. more ſuo quibuſdam vmbris veritatis aliter interpretentur dicta Bart. contra Iaſ. ſed eos non teneas: quia mittent te in errorem, quod plerunque contingit impugnantibus glo.

In eadem glo. ibi, item quare iſtæ dicantur &c. concludit gl. quòd confeſſoria intellige vtilis datur fructuario creditori & ſuperficiario ratione quaſi dominij. Iaſ. hîc impugnat in omnibus mẽbris dicens in primis quòd illud quod dicit glo. de creditore non eſt verum: quia ſi eſſet quaſi dominus, non poſſet in re illa pignus conſtitu, l. ſi ex ſextante. §. latius ff. de exceptio. rei iudic. cum ſi.

Sed tu tene glo. & dicas quòd non eſt verum quòd quaſi domino non poſsit in pignus dari illa res in qua quaſi dominium habet: per tex. ſecundum quod ibi declarat Bar. & Bald. in pe. col. in l. in rebus C. de iur. do. vbi declarant per hoc. d. §. latiùs: quia licet perfecto & pleno domino res ſua pignorari non poſsit. vt l. neque pignus. ff de reg. iur. Tamen non perfecto domino & reuocabili, vt eſt creditor, bene res illa pignorari poteſt: vt concludit Deci. in d. l. neque pignus. in prin. vt eſt text. in l. non quocunque. in princ. de leg. j. Et propterea creditori pro ſeruitute pignoris datur confeſſoria vtilis. l. ege, creditoris. ff. de oper. no. nun. l. ei qui pignori. ff. de ſeruitu. quæ cum actio ſit realis, non poteſt dari niſi domino vel quaſi, per ea quæ dicta ſunt ſuprà id eſt. §. proximo per illum text. & quòd creditor dicatur quaſi dominus: tenet expreſsè Io Fab in §. idẽ iuris. in prin. ſuprà de inuti. ſtipu. Et idem dicendum eſt in alio exẽplo gl. ſcilicet, in vſufructuario qui dicit quaſi dominus, quicquid dicat hîc Iaſ. per nut eſt gl. no. in l. proprietatis dominium. C. de proba. quę ſolet ad hoc ſemper allegari quòd vſufructuarius in vſufructu dicitur habere dominium: & de hoc eſt caſus ad literam in l. in venditione. ff. de bon. auctori iud. poſſ. & tenet Paulus de caſt. in conſilio ccxix. incip. viſis & ponderatis, in primo vol. ergo competit ſibi confeſſoria non directa, quia illa non competit niſi ſoli domino. l. ij. ff. ſi ſerui. vẽd. ſed vtilis, & ita procedit & declaratur tex. in l. vti frui. ff. de vſusfruc. pet. Et hanc opinio. tenet Bar. Veron. in trac. ſerui. vrba. pręd. in xiiij. col & ante ipſum Bal. in rub. C. de vſufru. & in l. ij. in fi. ver. extra quęrn. C. commu. de lega. Glo. neget, diſceptat circa intellectum iſtorum verborum per quam neget &c. Et breuiter dicas quòd licet prima ſolu. glo. ſit vera in ſe & communis, de qua dixi, ſuprà in §. proxi. tamen non congruit iſti literæ: quia text. non vult dicere illud quod dicit gl. & Iaſ. ſed hoc quòd licet in iuribus incorporalibus detur confeſſoria, negatoria: tamen iſtud genus negatoriæ in rebus corporalibus proditum non eſt: quia ille qui poſsidet, non agit contra dominum, dicens illi ius non competere, quia non reperitur: ſed bene quis agit ad talem rem, quia dicit eſſe ſuam, & ſic rei vendicatione, ſicut agitur confeſſoria: tamen iſta alia ſpecies actionis quæ dicitur negatoria non reperitur exemplata in rebus corporalibus quæ differat à rei vendicatione. & hoc eſt quod voluit dicere hîc tex.

SVMMARIVM SVPER § SED ISTÆ.

1 *Vtrum An iſte. §. incipiat ab iſto verſicu. an verò à verſi. aliæ. nu. 2. & 3.*

Non inconuenit aliquando leuia pertractare.

Leuia incitant ingenia iuuenum.

Leges abrogatæ ſunt inutiles; & eas allegans incidit in pœnam falſi, & quare addiſcuntur.

2 *Dictio ſed, quando ponitur in eadem materia, ponitur cauſatiuè: & ſic exponitur pro quia, reddẽs cauſam materiæ ſuperioris.*

Quando ſunt plura dicta in vna lege de eadem materia, illa dicta non debent notari ſigno. §. ſed ſigno verſiculi.

Quæ ſit differantia inter ſignum. §. & verſiculi.

3 *Authoritates plurimorum faciunt communem opi.*

4 *Quare hic. §. non fuit poſitus immediatè poſt. §. omnium. ſupra eo.*

Publiciana datur ad inſtar rei vendicationis.

In arbitrarijs qualitercunque faciat imperator non eſt redarguendus.

5 *Quare prætor non extendit rei vẽdicationem ciuilem ad caſum iſtius text. vt etiam competat illi qui emit à non domino, quem credebat eſſe dominum.*

Bonorum poſſeſſor habet maximam conformitatem cum herede. ibidem.

An

An ſtatutum loquens de hærede habeat locum in bonorum poſſeſſore. ibidem.

Dominus & non dominus ſunt cõtraria: & tamen dominium, & quaſi dominium non ſunt contraria. ibidem.

6 *Quæ ſit publiciana.*

Quare dicitur in diffinitione quod eſt prætoria.

Nunquid publiciana ſit actio directa vel non.

Quando actio producitur ex verbis & mente legis, dicitur directa.

Prætor non poteſt remedia directa inducere.

Publiciana datur ad inſtar rei vendicationis quæ cauſatur ex præſcriptione. x. vel xx. anno. per quam acquiritur vtile dominium.

7 *Quare in diffinitione publicianæ dicitur quòd eſt perpetua.*

Quare dicitur bona fide. ibidem.

Quare ponitur in diffinitione publicianæ iſta verba in re vel ad rem. num. 8.

Ille dicitur habere ius in re qui habet dominium ipſius rei. ibidem.

Ius ad rem habet ille qui habet quaſi dominium.

9 *Publiciana non competit domino.*

Ille qui actionem habet, dicitur rem habere.

Princeps non poteſt nobis tollere ſine cauſa actiones reales.

Ius ad rem de facili per principem tollitur.

Ius ad rem morte principis tollitur.

Ius ad rem non eſt conſiderabile.

Ius ad rem non dicitur quæſitum ſed quærendum.

10 *Quare dicitur in diffinitione publicianæ, traditione facta vel quaſi &c.*

Per venditionem rei ab alio poſſeſſæ, & conſignationem illius transfertur in emptorẽ dominium, non autem poſſeſſio, ratio diuerſitatis.

11 *In omnibus caſibus in quibus procedit vſucapio, habet locum publiciana limitando, vt hic. nu. 12.*

In furtiuis non procedit vſucapio.

Per ſeruum proprium acquiritur poſſeſſio domino ignoranti etiam quo ad vſucapionem ex cauſa peculiari: extra tamen cauſam peculiarem ſi acquiratur poſſeſſio per ſeruũ: non tamen acquiritur vſucapiendi conditio.

Licet poſſeſſio acquiratur domino ignorãti per procuratorem: non tamen vſucapiendi conditio, quæ ſcienti competit,

12 *Mala fides ſuperueniens de iure canonico impedit præſcriptionem, non tamen publicianam.*

Pro re furtiua empta bona fide cõpetit publiciana.

Quotieſcunque de aliquo quæritur, præſupponitur quod ex omni alia parte habilitas extremorum concurrat.

13 *Licet rei vendicatio detur contra poſſidentem cum titulo, non tamen publiciana declarando, vt hic latè. num. 14. & 16.*

Vigilare cuilibet licitum eſt pro commodo ſuo, etiam in alterius damnum. ibidem.

Quando aliquis habet cauſam ab eo quem poterat conuenire, non dicitur habere plus iuris quàm ille primus.

Pœna non habet locum niſi iure exprimatur. ibidem.

Paria ſunt dicere contra legem, vel ſine lege. ibidem.

Poſſumus iudicare contra communem quæ non habet legem pro ſe. ibidem.

Publiciana quibus caſibus detur contra titulo poſſidentem: ibidem.

Priuilegium poſſeſſionis maximum eſt. ibidem.

14 *Plura non deſiderata ſeu affectata proſunt.*

Nunciatio noui operis eſt perſonalis. ibidem.

15 *Nunquid publiciana detur contra poſſidentem titulo pro hærede.*

Argumentum quod lectura Iaſonis ſuper iſto titulo fuit Alexandri.

Titulus pro hædere eſt duplex, quidam erroneus ſine cauſa, alius cum cauſa.

16 *Nunquid contra poſſidẽtem titulo pro hærede cum cauſa detur petitio hereditatis.*

Concurrente veritate & fictione veritas debet attendi.

Agens publiciana fundat ſe in titulo putatiuo.

Poſſidẽs pro hædere fundat ſe in titulo putatiuo & poſſeſſione.

17 *Dictio aliæ, regulariter implicat.*

Dictio aliæ, quando ponitur inter extraneos, non implicat.

18 *Delegatus dicitur ille qui reuocari poteſt, & non habet propriam iuriſdictionem.*

Iudex ordinarius dicitur qui propriã iuriſdictionem habet à lege, & à quo non poteſt auferri.

Si lex vtitur iſto verbo delegamus, nihilominus iudex taliter datus dicitur ordinarius.

Delegati dantur ab homine.

Statutum vel lex loquens de iuriſdictione vel habente iuriſdictionẽ intelligitur de ordinariis, non de delegatis.

19 *Prætor poteſt ſtatuta condere.*

De natura iſtius dictionis ex ſua, eſt cauſam immediatam importare.

20 *In materia generali neceſſaria ſunt exempla per quæ mens legislatoris aperitur.*

Exempla regulariter ſunt de bene eſſe, quãndo materia poteſt alias cogitatione percipi.

21 *Quæ ſit natura iſtius dictionis plerumque.*

Dictio interdum, ponit exceptionem & denotat regulam in contrarium.

22 *Actionum quædam ſunt ciuiles, quædã prætoriæ.*

Quæ ſunt actiones ciuiles, & quæ prætoriæ.

23 *Vtrum actiones deſcendentes ex ſtatuto ducum, marchionum, & epiſcoporũ ſint ciuiles vel prætoriæ, & quæ vtilitas eſt hoc ſcire.*

Verba legis ciuilis præceptiua affirmatiuè producunt actionem & exceptionẽ: ſecus verò quando proferuntur à lege prætoris.

24 *Si per ſtatutum ducum, marchionum vel epiſcopo*

rum deferatur ſucceſsio alicui, cui de iure communi non defertur, puta ſi iudicatur, quòd agnati excludant matrem vel ſorores, tunc tales agnati excludentur à tali ſucceſsione per annum. Et quando procedit hoc.

Duces, marchiones ceteríque reges origine ſua ſunt ſubditi imperatori præter reges Hiſpaniæ.

Origo rei attendi debet.

Statuta ducum, marchionum &c. dicuntur ius prætorium.

25 *An accuſationes ſint perpetuæ vel temporales.*

De iure canonico vndecunque & quomodocunque crimina claruerint, debent puniri.

Accuſationes prætoriæ durant anno.

26 *In publiciana requiritur traditio vel quaſi, regula quæ vult conſequens vult antecedens quomodo intelligitur. ibidem.*

Extenſio fit in correctoriis. ibidem.

Diſpoſitio loquens de dominio habet locum in quaſi dominio. ibidem.

Ratio quare quemadmodum dominium acquiritur eccleſiæ ſine traditione, acquiratur & publiciana.

Rei vendica. vtilis quæ datur contra dolo deſinentem poſsidere, ciuilis eſt. ibidem.

27 *An actiones deſcendentes ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi: ex variis figuris eorum ſint de iure ciuili.*

Exempla non reſtringunt regulam, quomodo procedit.

Exempla ponuntur non vt ita ſint, ſed vt intelligant facilius addiſcentes.

Non debent impugnari tex. aut glo. per ſubauditiones & coniecturas limitando, vt hic.

Poſitio vnius eſt excluſio alterius.

28 *An petitio hæreditatis ſit actio prætoria mixta.*

29 *Si venditor tranſtulit quaſi dominium, datur publiciana, aliàs non.*

Si vēditor qui reputabatur dominus non poſsidebat rem, per traditionem illius non transfert quaſi dominium, & per conſequens nec publicianam.

Publiciana datur illi cui facta eſt traditio habilis ad vſucapiendum.

Nemo poteſt plus in alium transferre quàm ipſe habeat.

Qui tenetur ad tradendum debet tradere poſſeſsionem vacuam non ab alio occupatam.

30 *Venditor verus dominus per ſolam traditionem etiam rei non vacuæ transfert dominiū, ratio eſt.*

Dominium diuerſum eſt à poſseſsione.

Omnis requiſita ad publicianam, vide remiſsiue.

31 *An furtum connumeretur inter caſus fortuitos: numero 32.*

Dictio imò, quid importat. ibidem.

Dictio vis, idem eſt quod caſus fortuitus.

Dictio alia implicat ſimilia in qualitate & quantitate.

Furtum & incendium ſemper præſumuntur facta culpa cohabitantium.

33 *An imperator doceat mentiri. Et an & quando licitum ſit in iudicio mentiri. ibidem.*

Proprium aliquando dicitur quod aliquo iure ad nos pertinet.

Dictio quaſi: eſt nota diminutionis, tamen quando profertur à lege, veritatem ſignificat & augmentum: intellige vt infra.

34 *Iuramentum calumniæ non tendit ad hoc, vt quis iuret an verum in petitione dicat vel non: ſed quod calumnioſè non mouet litem.*

Iuramentum de veritate dicenda non tenetur quis ſubire niſi fuerit clericus.

Qualiter differunt iuramentum calumniæ & iuramentum de veritate dicenda, & quomodo in vtroque iuratur.

Scientia per credulitatem non habetur.

35 *Iuramentum debet interpretari ſecundum voluntatem iurantis.*

Illud dicitur eſſet noſtrum largo modo in quo ius habemus, licet non directum

Dominus propriè dicitur directus.

Libellus debet largiſsimè interpretari quo ad vim comprahenſiuam.

Verba libelli impropriantur vt ſuſtineantur.

Iuramentum interpretatur eo modo quo melius valere poteſt.

Valet libellus in mutuo formatus per verbum commodauit.

36 *Quando duæ actiones ſunt origine contrariæ, licet tendant ad eundem effectum conſequēdum, non poſſunt eidem libello cumulari.*

An publiciana & rei vendicatio ſint origine contrariæ.

Non poteſt quis ſimul eſſe bonus & malus.

In cōtrarijs vno poſito neceſſario aliud remouetur.

Ad poſitionem dominij ponitur quaſi dominium.

37 *Libellus alternatiuus ſeu diſiunctiuus an admittatur. num 38.*

Incertitudo vitiat.

Conſuetudo poteſt validare libellum licet de iure non valeat.

Inter libellum alternatiuum & diſiunctiuum eſt differentia maxima.

Aliquando iſta verba alternatiua & diſiunctiua confunduntur.

38 *Dictiones diſiunctiuæ ſunt, vt iſta dictio vel, & aut, quarum natura eſt diſiungere verba & ſignificatum.*

Ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram.

Dictiones alternatiuæ ſunt hæ, ſiue, & ſeu, quarū natura eſt verba diſiungere & coniungere ſignificatum in effectu.

Quæ ſit natura dictionis ſeu.

39 *Ad hoc vt detur publiciana, quid requiritur:*

Nunquid de iure authenticorum ſufficiat tantum bona fides ex parte emptoris, an verò requiratur

tur etiam ex parte venditioris, &c.

40 *Duplex eſt vitium, ſcilicet reale & perſonale.*

Duplex eſt ſucceſſor, quidam eſt vniuerſalis, alius eſt particularis.

Quid eſt vitium reale.

Vitium reale auctoris nocet omni bonæ fidei ſucceſſori donec res perueniat ad manus veri domini, intelligendo vt hic.

In rebus immobilibus furtum propriè conſiſtere non poteſt.

41 *Vitium reale quid ſit.*

Vitium reale auctoris nocet ſucceſſori tam vniuerſali quàm ſingulari.

Vitium perſonale auctoris non nocet ſingulari ſucceſſori bonæ fidei quò ad præſcribendum ex perſona ſua &c.

SED Iſtæ, &c. antequam ad text. deſcendamus operæpretium videndum eſt † nunquid iſte. §. incipiat ab iſto
1 ver. an verò à ver. aliæ. Et quãuis hæc inueſtigatio modicæ vtilitatis ſit: tamẽ non inconuenit aliquando leuia pertractare. nam, vt loquit Ant. de But. in c. iij. in ij. col. de vita & boneſta. cle. ſæpius de his interrogari eſt magis verecundum neſcire reſponſum, quinetiam, quia per hæc leuia ingenia iuuenum excitantur & ſolent hæc interdum facilius plurimorum animos mouere, quàm ea quæ penſate & vtiliter dicuntur: vt tradit in notabili caſu Bar. Veronenſis in tractatu cantel. cantel. lxvij. incip. ſunt multi poſt Ant. bns. in c. per tuas qui fil. ſint legi. Nam bonarum artium diſciplinæ non tam vtendi cauſa quàm propter ea quæ ſingulariter enumerantur in c. legimus. el. ij. xxxvj. diſtinctio. addiſcuntur, ac etiam vt ocium propulſetur: vt dicit text. in c. nunquam, de conſecra. diſt. v.

Hinc eſt quòd licèt leges abrogatæ inutiles ſint & eas allegans incidat in pœnam falſi: vt tradit Bar. per illum text. in l. fi. ff. de fal. cum ſimilibus: vt per Felinum in capitulo j. in iiij. colum. de conſtitutio. tamen permittitur earũ habere notitiam non vt eis vtamur: ſed vt plura ſciamus, vt dicit Ioan. de Anna. in rubrica de ſortileg. colu. j. ac vt eas aliquãdo valeamus confutare: vt dicit Domi. in d. c. legimus. el. ij. glo. no. in l. j in glo. j. in fi. ff. de coniug. cum emãci. libe. Et ideò hanc quæſtionem ſuper qua etiam antiqui patres rixati ſunt, decreui quã breuiſſimè attingere ſuper qua breuiter Iaſon hic concludit quod communiter iſte. §. allegatur in verſi. ſed iſtæ. Et ideo quod ab iſto ver. incip. §. & non in verſi. aliæ: rationibus de quibus hic per eum: quibus adde quod ita iſtum §. in verſi. ſed iſtæ alleg. gl. in. §. ſunt præterea. infrà eo. & Abb. in c. cùm ſuper in j. & ij co. de cau. poſſeſ. & proprie. & Alex. in apoſtil. ad Bar. in l. j. ff. quorum bonorum. & Bald. in l. nullo in fi. C. de rei vendicatio. cum pluribus alijs. Sed iſtis non obſtantibus teneas totum oppoſitum videlicet quod iſte. §. incipit ſecundum communem allegationem à verſi. aliæ. & non a ver. ſed iſtæ. quod ratione & auctoritatibus demonſtro. Primò probatur ex ſenſu & ex verbis iſtius verſic. ſed iſtæ. nam hic verſiculus dicit quod iſtæ actiones de quibus habita eſt mentio, ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendunt. & ſic eſt idẽ dicere quod ſunt de iure ciuili. & ad hoc allegat Iaſon ſupra in principio iſtius tituli, numero. xxxix in illa quæſtione, An actiones ſint de iure ciuili & ad hoc idem allegat. Bald. not. in tracta. dotis in. iij parte in prima. & Andr. ſicu. in rubrica de exceptio. in clemen. in. ij. colum. & tamen clarum eſt quod iſte ſenſus non congruit materiæ de qua intendit tractare imperator in verſi. aliæ, dum ſubdit, Aliæ autem ſunt quas prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet. & ſic à verſi. aliæ incipit ponere actiones proprias quibus non conuenit ſenſus
2 verſiculi, ſed iſtæ. neque etiam patiuntur verba: † nam illa dictio ſed, quãdo ponitur in eadem materia, ponitur cauſatiuè. & ſic exponitur ſed, pro quia, reddẽs cauſam materiæ ſuperioris. vt eſt tex. iuncta glo. in. l. Iulianus. §. fina. ff. ex quibus cau. maio. Item ex verbis ſequentibus ibi quarum mentionem habuimus &c. certum eſt quòd iſta verba non poſſunt niſi ad ſuperiora referri, & non ad ſequẽtia: ergo iſte verſiculus videtur continuatiuus. §. precedentis non autem principium, §. ſequentis. & pro iſta parte bene conueniunt ea quæ hic citramontani dicebant. vt refert hic Iaſon. Nec obſtat quod iſte verſicu. ſed iſtæ, ſignetur rubro vt §. quia non debet ſignari vt. §. ſed vt verſicu. Nam quando plura ſunt dicta in vna lege, de eadem tamen materia, illa dicta non debent notari ſigno verſiculi, vt dicit Præpoſitus ſancti Ambroſij Car. meritiſſimus in c. ſatyra. ij. diſt. pro quo dicit eſſe gl. notabilem in capitulo vnico. §. ſub ea. in verbo ſic ſcilicet &c. de poſtula. præla. lib. vj. ſecus verò vbi dicta diuerſa ſunt: quia tali caſu materia per §. diſtingui debet; vt no. Imo in l. iij. §. filius. in fi. ff. de libe. & poſthumis. & refert Decius in c. prudentiam. §. ſexta. in prin. extra. de offi. deleg. vbi per hoc infert cõtra communem quod. §. ad §. debet fieri continuatio. de quo ibi per eum. Et eſt differentia inter ſignum §. & verſiculi: quia §. ſignatur per lineam ductam in modum. C. in prin. ſui paulatim ingroſſat. Verſiculi vero ſignãtur per virgulam diuiſam ad modum crucis: vt colligitur ex his quæ dicunt ſupra-
3 dicti doctores. † Secundo hoc probatur auctoritate plurimorum qui cõmunem opi. ex numero & auctoritate facere videntur: iuxta ea quæ traduntur maximè per Abb. & Decium in. c. prudentiã. de officio delega. nam in pluribus iſtum §. in ver. aliæ. allegat Spec. in iij. de cau. poſ. & proprie. §. nunc dicendum. verſi. in reali & Barto. in l. j. ff. de publi. & ibi glo. & in l. inter omnes §. recte in j. colũ. ff. de furtis. & in l. celſus. in fin. ij. colum. ff. de vſucap. & in l. geris. in fi. & l. is poteſt in viij. col. ff. de acqui. hæredi. & in. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itine. actúque priua. & in repe. l. de quibus in iiij. q. prin. ff. de legi & in l. ſi maiet. §. eandem. verſi. quarto pone. ff. de excep. rei iudi. & Bal. in l. fin. in verbo oppo. C. de edic. di. Adri. tol. verſi. poteſt autem probari. & Corneus conſi. xxiij. in primo vol. in. j. & iij. col. & conſi. xxxv. in. viij. col. in fin. eo. lib. Io. Fab. ſuprà de inuti. ſtipu. in principio. Et iſto modo etiam allegat gl. magnam in §. item ſi quis in fraudem, infrà eodem. & gl. in. §. ſi quis in aliena tabula, ſuprà de rerum diuiſio. Et Roma. in conſilio. lviij. incip. viſis circa id. in ſecunda colum. Abb. in c. ex literis. in. iij. colum. numero. viij. de conſuetu.

& Ioan.de Ana.in capitulo,ſignificaſti.el primo, In ſecunda columna, de homicid. Alexand.in l.ſi finita.§. eleganter,in.ij. col.ff.de damno infecto. Feli.in capitulo ſecundo,in ſecund.i col.de libel. obla.Et Hypoli.de Marſi.in tractatu de fideiuſſo. in ſeptima colum.& glo.in.l.eum qui ,.ſi petenti in verſiculo duntaxat.ff.de publicia.& alibi ſæpe docto.Ex quibus manifeſte colligitur quod iſte.§. communiter allegatur in verſi.aliæ.non auté vt in verſi.ſed iſtæ:vt putat Iaſ. His breuiter præmiſsis Iaſon hîc querit de duabus queſtionibus.

4 † Prima eſt quare hic §. non fuit poſitus poſt §.omnium,ſupra eodem.quemadmodú in libris digeſtorum poſt titulú de rei vendicatio.ponitur titulus de publiciana, & ita deberet fieri.hîc ſoluit Iaſ.quod vtrúque factum eſt ratione.Nam attenta intétione Imperatoris,quæ eſt ponere prius actiones ciuiles, deinde pretorias:merito poſt.§. omnium . poſuit materiam ſeruitutum, quarum actiones ſunt ciuiles,& non bene poterat ibi poni.§.noſter:quia publiciana eſt prætoria.Ideo hîc fuit reſeruatus in diuiſione prætoriarú actionum. In libris verò digeſtorum iſta ratio non concurrit:quia ibi poſuit titulos ſecundum ordinem materiæ:qua attenta poſt titulum de rei vendica.bene ponitur publiciana: cùm detur ad inſtar rei vendicationis.l.eum qui.§.in publiciana.ff.de publici.ita concludit hîc Iaſ. Tamé aduerte quòd iſta conſideratio Iaſ.non videtur ſolida quia bene ratio ſua procederet , quando omnes actiones ciuiles poſitæ fuiſſent ſuprà. in §. omnium. & in §.æquè. Nam iſto caſu,reſpectu ordinis diceretur hoc poſſe ſuſtineri. Sed non eſt ita factum : quia videmus quod Imperator , infrà, ordine turbato ponit alias plures ciuiles:vt patet in §.ſequens,& §.Item mixtæ & §.actionú,infra cod.vbi ponuntur actiones communi diuidundo, item actiones mandati, petitio hæreditatis,& plures aliæ quæ ſecundum ordinem deberent poni vel ſtatim poſt.§.omnium. vel poſt.§.æquè, ſuprà eodem.& ſic inter ciuiles:cuius tamen contrarium videmus. Præterea ratio Iaſ.caſu quo eſſet vera, bene procederet reſpectu.§.æquè, ſuprà eodem. Sed illam non arguit quod iſte.§.potius deberet poni hic primus inter prætorias,quàm §.rurſus. & alij poſiti,infrà eodem,qui etiam de prætorijs actionibus loquuntur. Et ideò videtur dicendum quòd iſta ſint de arbitrarijs:vt in ſimili dicit Ioan.Andreæ.& Abb.in rubrica de exceptio. in quibus qualitercunque faciat Imperator, redarguendus non eſt vt tradit Alexan.in conſilio lxiiij.in principio in iiij.volum.& Decius in rubrica.C.de teſtamen.milit. Ná videmus quod in libris Digeſtorum, titulus de teſtamen.milit. eſt poſitus poſt titulum de teſt.cuius contrarium obſeruatur in libris Codicis. Item videmus quod etiam in libris digeſtorum prius poſuit iuriſconſultus tractatum ſucceſsionum ciuilium , deinde prætoriarum : cuius contrarium obſeruauit in lib.C. vnde concludenter non poteſt aliter dici, niſi quod ita ſibi placuit. Vel,vt dicit Rimi. in d. rubrica. C. de teſtamen. mili. & Moder. repe. in rubrica.C.qui admit.in viij.columna. & Galiaula in rubrica. ff. de verborum obligat. in prima colum. hoc factum fuit aliqua ratione tunc vrgente, quæ modo nó apparet:vt tradunt moder. in rubrica.C.de bo.poſ.contra tabu.per gloſſ.ibi & Alex.in conſilio.lv.in xiij.colum.in iiij.volu.

Et ſi aliqualis ratio in propoſito noſtro dari poteſt , iſta videtur magis colorata quòd ideo poſt §. omnium. & ſic poſt rei vendicationem poſitus eſt. §. æquè, continens materiam ſeruitutum ex eo, quia ſeruitutes etiam vendicantur: vt patet in rubro & nigro. ff. ſi ſerui. vendicetur:& toto titulo ſi vſusfru.pet. verùm quia etiá publiciana ad inſtar rei vendicationis datur d. l. eum qui §.in publiciana ff. de publicia. Ideo ponitur & ſituatur hîc. §. aliæ. quæ ratio non militat in aliis .§.prætoriarum actionum, ſicut in iſto. §.& ideò prius in ordine prætoriarum ponitur: ſuper
5 qua tamen interim cogitabis. † Secundo quærit hîc Iaſ. quæ eſt ratio quare prætor non extendit rei vendicatio. ciuilem ad iſtum caſum : vt etiam competat illi qui emit à nó domino, quem credebat eſſe dominum , ſicut extendit petitionem hæreditatis, quæ eſt ciuilis, & competit hæredi ad bonorum poſſeſſorem : vt in titulo ff. de poſ.hære.pet. Reſpondet hic Iaſ.poſt Ioan.Fab. quòd ratio eſt : quia bonorum poſſeſſor habet magnam conformitatem cum hærede : vt patet in l. in conditionibus §. ſi. patronus ff.de condi. & demon. & per dictum Bart.in l.j.§.bonorum, ff. ad Trebel. vbi vult quòd ſtatutum loquens de hærede, habet locum in bonorum poſſeſſore:hoc enim non eſt propter aliud , niſi propter maximam conformitatem quam habent inter ſe : ſed dominus & non dominus non habent conformitatem : imò ſunt contraria : & ideò rei vendicatiò quæ datur domino , non competit in caſu noſtro non domino , & ſic actui contrario. ita concludit hîc Iaſ. Tamen aduertendum eſt quòd Iaſ.hic malè loquitur inquantum vult quòd emptor bonæ fidei , de quo hîc , dicatur non dominus : hoc eſt falſum : quia dicitur quaſi dominus : vt dicit idem Iaſ.infrà , in ſequenti euidentiali dum diffinit publicianam : & ita debet agens publiciana exprimere in libello : vt tradit Barto.in l prima in princ.ff.de publicia. & notabilius in l.ſi mater. in §. eandem. in verſiculo quarto pone. ff. de exceptio. rei iud. & dicemus infrà in gloſſ. vnde licet dominus & non dominus ſint contraria: dominium tamen & quaſi dominium non ſunt contraria : vt in terminis tradit Specula.in titulo de can. poſ. & proprie.§. nunc dicendum reſtat. verſi. quid ſi reus. ſed habent inter ſe maximam conformitatem : vt in l. eum qui.§.in publiciana ff. de publicia.vbi in omnibus caſibus in quibus habet locum rei vendicatio, quæ competit domino, habet locum publiciana , quæ datur quaſi domino:per quod manifeſtè datur intelligi quòd inter iſta ſit maxima conformitas : quæ tamen non reperitur inter hæredem & bonorum poſſeſſorem . nam licet aliqualis ſimilitudo ſit : non tamen tanta , vt inter dominia & quaſi : vt patet ex adductis ſuprà, iunctis his quæ tradit Are. in l. ſtipulatio iſta habere licere . in princ. in quarto notabili. per illum text. ff. de verborum obligationibus. & ad text.in dicta l.in conditionibus.§.cum patronus allegat. hîc per Iaſo. reſpondet idem Iaſon ſibi contrarius in l.j.in ij.col.ff de vulg.& pupilla.vbi latè proſequitur illam quæſtionem , nunquid ſtatutum loquens de hærede habeat locum in bonorum poſſeſſore. præterea ex alio conſideratio Iaſ. procedit:quia licèt non debeat illi competere rei vendi. directa : deberet tamen vtilis competere,

ſicut creditori & vſufructuario : vt in l. qui.ff.de ſerui.& l. creditoris ff.de ope.noui nuntia. & l. j. §.item Iulia. ff. de remiſsio. & l. j.ff. ſi vſusfruct. peta.tamen videmus quòd inuenit publicianam, patet igitur ex iſtis quòd ratio Iaſo.non eſt vera. quid igitur dicendum? Cogitetis. quia temporis anguſtia non patitur in ſingulis immorari propter onus duarum lectionum, & interim magis placet opinio contra Iaſo. ex eo, quia prætores de more pleniora & duplicata remedia inducebant etiam in caſibus iam prouiſis à iure ciuili: vt patet in §.item ab inteſtato.& §.quos autem, ſuprà,de bo.poſ. & l. extraneum. C. de iure delib. vnde licet in propoſito noſtro rei vendica.poſſet videri ſufficiens, vt daretur bonæ fidei emptori: tamen abundans cautela non nocuit. Succeſsiuè Iaſ. hic proſequitur diffinitionem publicianæ, vt hic per eum: ſed breuius & melius ſic poteſt
6 diffiniri, † Quòd publiciana eſt actio in rem prætoria origine,vtilis,perpetua, competens alicui ratione iuris vel rei, bona fide quæſitis facta traditione vel quaſi à poſsidente quem putabam eſſe dominum ex titu.habili. Dicitur in diffinitione quod eſt prętoria origine:vt in l.j. ff. eodē. & hîc,ad differentiā actionum quæ à prætore per extenſionem dantur:vt in l.j.ff. de poſ. hære. pet. & l.j. ff. commoda. & ibi glo. cum multis ſimilibus.& per hoc poſſet dubitari nunquid hęc actio eſſet directa vel non: quod videbatur per ea quæ tradit Bart.in l. curatoris. C. de nego. geſt. cum vult quòd quando actio producitur ex verbis & mente legis, dicitur directa: ſed iſta eſt huiuſmodi,igitur, &c. Tamen communis eſt opin. quòd ſit vtilis:quod videtur probari per tex. hic, ſecundum quod infrà inducam, & ratione ſuadetur: quia prætor non poteſt remedia directa inducere. §. quos autem, ſuprà, de bo. poſſ. ſed hæc actio datur ad inſtar rei vendica. quæ cauſatur ex præſcriptione. x. vel xx. annorum, per quam acquiritur vtile dominium. gl.in l. j. ff.de pub. & in §. j. ſuprà de vſucap. & pro tali dominio competit vtilis rei vendicatio, non directa: cùm non ſit directus dominus: eodem modo & publiciana dicetur vtilis,cum competat illi qui adhuc non eſt directus, neque vtilis dominus. & ita conſeruantur ea quæ not. in l. nam & ipſum. ff.de legibus. Et ideò in diffinitione dicitur vti-
7 lis. † Item dicitur in diffinitione quòd eſt perpetua,quòd ex eo oſtenditur, quod quia eſt rei perſecutoria,& datur poſt annum: vt eſt tex.in l. in honorariis.circa fin.ff.de actio.& obliga. nam licet reperiantur actiones rei perſecutoriæ annales, illud eſt verum ſecūdum communes ſententias quando ſunt pœnales ex parte rei: vt tenet ibi Bart.& videtur tex.in l.huius actionis §.actiones,iuncta l.nouiſsimè. in fine princ. ff.quod fal. tuto.auto. Item ſunt annales quando dantur contra ius ciuile, vt eſt actio redhibitoria de qua loquitur tex. in dicta l. in honorariis,verſiculo, ſed cùm reciſa.quæ qualitates in iſta actione non concurrunt: & ideò eſt perpetua. Item dicitur bona fide:quia iſtud eſt principale requiſitum in hac actione:vt in l.traditionem,ff. eodem titulo. & hoc procedit etiam ſi emptio eſſet nulla: quia dum tamen adſit bona fides,competit publiciana l.eum,in principio.& §. ſi à minore,eodem titulo.& tradit Corneus in conſilio. xxiij. viſo puncto.in ij. colum. primo volu. Sed eſt modo videndum de illis duobus verbis in re vel ad rem poſitis hic per doct.in diffinitione, an poſsint ſuſtineri ſub aliqua legitima expoſitione. & Per. de Bellapert.hic exponit ius in re, propter ſeruitutem quam habemus in fundo, pro qua competit publiciana l.ſi ego.§. j.ff.eod. Ius ad rem dicitur quando ego non ago ad ſeruitutem,ſed ad aliam emptam ab illo quem credebam eſſe dominum. Tamen iſta expoſitio reprobatur hîc per Io.Fab.& Iaſo.& bene, iudicio meo:quia ille dicitur habere ius in re,qui habet dominium ipſius rei. Sed ius ad rem habet ille,qui habet quaſi dominium,l.ij. §. in hac,el ſecundo,ff.vi bono. rap. & tamen iſtud ius in re non cadit in habente ſeruitutem: imò dico quòd non video differentiam in iure reſpectu publicianæ in eo qui agit ad ſeruitutem,vel ad rem quam bona fide poſsidebat: & ideò illa expoſitio non congruit: per hoc tamen doctores hic non dant aliam expoſitionem
8 per quam declarentur dicta verba. † Et ideò ego retenta tali additione pro vera, exponerem iſta verba quatuor vel quinque modis:ius in re mobili in qua vſucapionis ius datur: ius ad rem in re immobili pro qua etiam competit publiciana: vt in l.ſi ego,§.fina. ff. de publi. In qua re immobili vſucapionis ius propriè non datur: vt ſuprà, de vſucapio.per totum ſed præſcriptio per quam nòn acquiritur directum, ſed vtile dominium tantum, vt traditur per omnes in l. traditionibus.C.de pact. Vel ſecundò,iſta verba intelliguntur, vt dicatur in hac actione habere ius in re ille qui poſsidebat & cecidit à poſſeſsione: quo caſu datur publiciana:vt hîc,& in l.j. §.fina. & per totum ff. eodem. Ius verò ad rem dicatur illum habere qui nunquam rei poſſeſsionem habuit,cui datur etiam publiciana:vt in caſu l.cum ſponſus §. is cui.ff.de publiciana.& in l. ſi ſeruus. eodem titu. cum ſimilibus: vt per glo.in l. quæcunque,in princ. eod. titu. Et pro iſta differentia quod habens poſſeſsionem, dicatur habere ius in re: ſecus ille qui poſſeſsionem non habet.eſt notabilis deciſio Felin. in cap.ad audientiam. el.ij. in viij.colum.verſicu. no.etiam.extra de reſcrip. dum allegat Io. An.in.cap.j.de re.permu.lib.vj.Et tradunt Moder.per illum tex.in l. ſciendum. §.ſi fundum. ff. qui ſatiſda. cog. Vel tertiò poteſt dici ius in re reſpectu domini, cui etiam competit publiciana: vt in caſu. l.ſi ego. §. ſi petenti. ff.eod.ius autem ad rem dicatur reſpectu non domini,& iſto caſu de plano diffinitio procederet.
9 † Tamen iſta expoſitio non poteſt ſtare: quia non eſt verum quòd publiciana competat domino ſecundum veras concluſiones quas ſeriatim refert Iaſon in xj.colum.nu.lix.vbi forte videbimus. Vel quartò & verius poteſt dici quòd illud verbum ad rem, poſitum in diffinitione non rectè ponatur ex eo, quia ille qui actionem habet, dicitur rem habere,l. qui actionem ff. de re. iur. & per conſequens dicitur habere ius in re: quod probatur.nam clarum eſt quòd princeps nō poteſt nobis tollere ſine cauſa actiones reales: vt dicit Alexand.& alij in rubrica ff.ſi certum peta. Non alia ratione, niſi quia in eis dicimur habere ius in re: quia ſi diceremur habere ius ad rem, illud de facili per principem tollitur:cap.fina.de conceſ.præbend.lib.vj.& not.Felin.in cap.in noſtra,in v. colum. de reſcrip. & ideò eſt quòd tale ius morte etiam principis tollitur: vt dicit Felin.

in cap.

in cap.conſtitutus col.penu.de reſcrip. Nam tale iu ad rem non eſt conſiderabile,l.quod autem.ff. quæ in frau.cre.not.Bald.in l.nemo martyres.C. de ſacroſan.eccl. cum concord. vt per Andream Siculum in cap. cùm olim,in v. colum. numero xxxv.de conſue.quod nõ procedit in actione reali nobis competenti,quæ dicitur eſſe in bonis noſtris l.bonorum ff.de verbo.ſignifica. Aliâs ſi contrarium diceremus,diffinitio eſſet contraria:quia ſuprà præſupponit in publiciana ius eſſe quæſitum:ergo non eſt in rem : quia ius in rem non dicitur quæſitum,ſed quærẽdum.d.c.fin.de conceſſ.

10 præben.lib.vj. † Item dixi in diffinitione, traditione facta vel quaſi à poſſidente: quia ſi non eſſet poſſidens qui venderet , non transfert quaſi dominium , & ſi publicianam, ſi me non inducit in vacuam poſſeſſionem : quod ſecus eſt in vero domino:nam per venditionem rei ab alio poſſeſſæ, & conſignationem illius transfertur in emptorem dominium:licèt non poſſeſſionem vt eſt text. notabilis & fortè ſingularis in l. ſi fundum, ff.de fun.dota.& ibi notat Odofre. circa finem.& hanc differentiam tradit etiam Corneus conſilio cx.incipi.licet videatur , in ij. columna,in primo volu. Et rationem diuerſitatis ponit notabiliter Odofre. in l.j.in ij. colum. ff. de publicia. & in l. cùm res.C.de rei vendicat.videas ibi per eum : & declaro infrà , in gloſa,ex cauſa : Et hæc eſt vera traditio.quaſi traditio dicitur quando res eſt penes me ratione alterius tituli , vt puta , commodati vel depoſiti: & eam à commodante emo, putans eum dominum : nam iſto caſu non fit corporalis traditio: verùm quia res reperitur penes me , habetur pro tradita , & ſic dicitur quaſi traditio: vt in l.ſiue autem.§.j.ff.de publicia.

11 † Secundò principaliter pro intelligentia materiæ præſupponit Iaſ.vnam regulam quòd in omnibus caſibus in quibus procedit vſucapio,in illis etiam habet locum publiciana l. eum qui.in princip.ff.de publicia. Iſtud tamen limitatur ſecundum Bald.in l.nihil.C.de vſucap.pro hære.& in l.j.in ij.colum.C.ſi plures vna ſen.procedere affirmatiuè : ſecus verò negatiuè : quia tunc regula non eſt conuertibilis:nam vbi non procedit vſucapio , poteſt competere publiciana : vt ibi per eum. Tamen Alexan.in d. l. nihil,in apoſtil.ad Bald. eius verba tacito auctore hîc ponit : Iaſon dicit quòd illud dictum Baldi non videtur verum per tex.in l.ſiue autem.§. hæc actio.ff.de publicia. vbi textus ſi loquitur negatiuè , & tamen procedit regula : nam in furtis vt ibi dicit text. non procedit vſucapio:& ideo non competit publiciana. Et pro iſta opi.vltra alios adde tu tex. in l.cum,§.bn nam fidem.ff.de publicia.Et melior tex.in l.traditionẽ.eo ti.quẽ ad hoc pro iſta opi. alleg.Corneus in conſi.cxxx.incip.in l.eleganter col.penul.in iiij.col.& latius in cclxxxviij.incip. quanquam.eod.li.& ante ipſum,illum textum ad hoc allegat Alex.in conſi.lxxxix.incip. excellentiſsimi in ij. col. lib. v. Sed his non obſtan. teneo opi.Bal.in d.l.nihil . pro qua dico eſſe caſum in terminis in l.ſi ſeruus.ff. de publiciæ. quem ita induco,clarum eſt quod licèt per ſeruũ proprium acquiratur poſſeſsio domino ignorãti,etiam quo ad vſucapionem ex cauſa peculiari , extra tamen cauſam peculiarem & ſi acquiratur poſſeſsio domino ignoranti per ſeruum,non tamẽ acquiritur vſucapiendi conditio.text.eſt in l.j.§.item acquirimus.ff.de acquiren.poſſ.iuncta.l.poſſeſsio quoque.§.& ſi poſſeſsio.illo eod. ti. vbi dicitur quod licet poſſeſsio acquiratur domino ignoranti per procuratorem,non tamen vſucapiendi conditio quæ ſcienti competit. Et tamen ego habeo quòd ſi res fuerit vendita & tradita ſeruo vel procuratori ignorante domino, quamuis non acquiratur vſucapiendi ſeu præſcribendi conditio:competit tamen publiciana,caſus eſt rotundus in d.l.ſi ſeruus.ergo opinio Bald. eſt vera quòd regula negatiua non procedit : quia poteſt competere publiciana,vbi vſucapio non habet locum. Sed affirmatiuè regula bene procedit,videlicet,competit vſucapio:ergo & publiciana,vt dicit Bar.qui hoc argumento vtitur in l.iij §.ex contrario.in prin. verſ.quæro quæ eſt poſſeſsio. ff. de acqui.poſſ.

12 † Confirmatur iſta opi. quia certum eſt quòd mala fides ſuperueniens de iure canonico impedit præſcriptionem.c.fina.de pręſcriptio.Et tamẽ non impedit publicianam , vt tradit notabiliter Bal.in l.inutile.in prima colum. verſi. ſed an per ius canonicum. C. de furtis. & eſt textus in ca. Abbate de re iudic. libro vj. Tertiò pro iſta opin.videtur eſſe caſus in l.cùm ſponſus. §. in vectigalibus. ff.de publicia.& licet gloſſa,ibi conetur ad illum text.reſpondere: non tamen ille textus tollitur quo ad propoſitum noſtrum,qui clarè & indiſtincte loquitur. Et hanc opinion. tenet Alex.ſibi contrarius in l.j.§. hæc quæ,in fin.ff.de acqui. poſſ.& in l. tertia. §.ex pluribus. in fin.eodem titu. Non ob.tex. ſuper quo ſe fundat Iaſ. & Alex.contra Bal.in d.l.ſiue autem.§.hæc actio. quia reſpõdeo quòd ibi ideo publiciana non cõpetit,quia emptor non erat in bona fide.pro quo intellectu eſt caſus ad literam in l. traditionem, eo titu.& pro iſta reſponſione videtur eſſe tex.ſecundum quod ibi intelligit glo. & Angel.in ver. ſciens,in l.nec vllam.§. omnibus. ff. de pet.hære. & ſic dico quòd licèt res furtiua vſucapi nõ poſſit:vbi tamen quis eam emit bona fide,ex quo eſt titulus & poſſeſsio , & ſic duo requiſita ad hanc actionem,competit publiciana.& d.§.hęc autem actio,procedit in emẽte cum mala fide, vt innuit tex.in d.l.traditionem.in verſi.ſciens.à contrario ſenſu prout in ſimili ponderatur text. per glo.in d.§.omnibus.& facit etiam text.in l. eum.§.prætor ait.ff.de publicia.licet illi tex.per gloſſam ibi corrumpantur. Sed nos loquimur in emptore bonæ fidei,quia quotieſcũque de aliquo quæritur, præſupponitur quod ex omni alia parte habilitas extremorum concurrat.l.ſi quæramus.ff de teſta. c.j de æta.& quali.li. vj. Poſſet tamẽ dici concordando opin.quòd aut vſucapio eſt prohibita propter vitium,vel impedimentum rei,tunc vera eſt concluſio Iaſo. hîc,quòd regula procedit tam affirmatiuè quàm negatiue. & ita procedat text. in d.§.hæc autẽ actio.facit tex.in l.cùm ſpõſus.§. ſi res.eo.titu. aut vero vſucapio nõ eſt prohibita propter impedimentum rei,vel vitium principaliter,ſed alio reſpectu. & tunc contraria opi.procedat,eſt tex.in d.§.in vectigalibus:fateor tamen quòd iſta diſtinctio poſſet etiam moderari.tamẽ ne in infinitũ decurramus, pro pręſenti lectione

13 iſta ſufficiant. † Vltimo præmittendum eſt ſecundum Iaſ. quod licet rei vendicatio detur etiã contra poſſidentem cum titulo l. officium.circa fi ff de rei vendi.publiciana tamẽ non datur contra eum qui poſſidet cum titulo. l .ſi autem. §. ſi

duobus

duobus.vbi Bartolus ff.de public. Sed aduerte quòd licet illud pro expedito habeatur per Iaſ. quòd rei vendicatio detur contra titulo poſsidentem:non tamen probatur in d. l. officium, concludenter: imò videtur textus innuere contrarium in verſic.aliquam exceptionem, quæ poſſet eſſe quando reus poſsideret & haberet iuſtum titulum, nec ob.text.in fi.vbi eum alle Iaſ.quia dico quòd licet depoſitarius & commodatarius habeant titulum: non tamen poſsident: vt ibi dicit text.& ſic deficit vnum extremum:& ideò poteſt conueniri.vbi autem darentur iſta duo, titulus & poſſeſsio, videretur dicendũ quòd ratio d.l.ſiue autẽ.§.ſi duobus.procedat etiam iſto caſu. Tamen pro opi.iaſ. quòd rei vendicatio detur contra titulo poſsidentem, videtur melior tex. in l.j. C.de alie.iu.mu.cau.fac. Sed etiam ad illum tex. poteſt dupliciter reſponderi :quia ibi textus non dicit quòd ille potentior, cui res fuit vendita, poſsidebat:ſed quòd res tradita ei fuit: vnde iſta ſunt diuerſa in ſe:vt patet in d. l. ſiue autem §. ſi duobus.dum ponit vt diuerſa.nã poteſt eſſe quòd alicui res tradita ſit,& quòd non poſsideat:vt not.in c.licet.el ſecundo, deprebẽ.lib.vj. & in l.ſi fundũ. ff.de iu.dot. Vel ſecundò & melius reſpondetur:nam dato quòd ibi ille potentior poſsideret ex titulo emptionis: tamen dico quod non illo reſpectu potuit conueniri:quia rei vendicatio detur contra titulo poſsidentem: ſed quia habemus regulam quam tradit Bar.in l. ſi rem & pretium. & in l.cogi.in fine.ff. de pet. hære. cum multis aliis, vt tradit iaſ.in l.j.C.de inoſ.teſt. quòd quando aliquis habet cauſam ab eo quem poterat conuenire, non dicitur plus iuris habere quàm ille primus:& iſta regula qualis eſt etiam quo ad publicianam & petitionem hęreditatis: vt ibi dicunt præfati doctores.cum igitur in d.l. j. ille qui alienauit in potentiorem, poterat à me conueniri:ideò ſi potentiori vendidit, dato quòd per illam venditionem emptor conſequatur titulum, & deinde poſſeſsionem:tamen ille titulus & poſſeſsio non plus iuris tribuunt, quàm venditor habeat:& ideo conueniri etiam poteſt. patet igitur quòd ille text. etiam non facit,& iſto modo poſſent alia iura reſolui, quæ adduci poſſent. Tamen non eſt recedendum à communi, quæ habet quòd rei vendicatio datur contra titulo poſsidentem : ſecus in petitione hæreditatis,& publiciana, & ratio redditur per Barto. & communiter omnes in l. hæreditatis. C. de pet. hæredit. quia agens petitione hæreditatis ideò excluditur à titulo poſsidente : quia agens fundat ſe in titulo,& reus in titulo & poſſeſsione.& licèt iſta ratio militare videatur in rei vẽdicatione, tamen rei vendicatio multum differt.quia agens rei vendicatione non fundat ſe in titulo,ſed in dominio quod eſt magni momenti: vt dicit ibi Bart.& ſequitur Iaſ.in §.actionũ.nu. ccxviij.in xxxiiij.col. ver.item datur. infrà eodem. vbi allegat alia, & dicit hanc eſſe communem opi.quamuis, vt ſuprà dixi,& tu etiam acutius poteris conſiderare, non multum videtur vrgens, neque quouis modo ſolida ratio illius:quia priuilegium poſſeſsionis maximum eſt:vt patet in.l.j.§.qui à me ff.de vi & vi arma.& in.c.in literis. de reſt.ſpo. &c. ſi à ſede. de præben. lib. vj. cum ſimilibus: vt per docto. omnes in. l.naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſ.ſi igitur poſſeſsio ſola multum iuuat, quantò magis quando eſt iuncta cum titulo, vt in caſu noſtro:de quo tamen cogitabitis.

Retenta tamen communi opi. pro vera declaratur, primò quod procedat quando actor haberet titulum ab vno,& reus ab alio:nam tunc non datur publiciana, neque petitio hæreditatis contra titulo poſsidentem: ſecus verò quando ambo haberent titulum ab eodem: quia tunc ille debet præferri cui res prius vendita eſt, & tradita:per not.in.d.§.ſi duobus.& l.quoties. C.de rei vendica.& ita in not. caſu declarat Decius in conſilio cxliiij incip. in caſu propoſito. in fine,in primo volum.& ante ipſum hoc idem ſentit Alexan.in conſi.xc.num.xxiiij.in.vj.volu.nouiter impreſſo. & Corneus in conſi.xxv.incip. circa primum. in xij.colum.in primo vol.per d.§.ſi duobus.& in conſil.ccj.licèt videatur.in.iij. colum.eodem lib. Alex.in conſil.lxxix.in ij.colum.in v.vol.quod tamen intellige & declara, vt dico ſupra in diffinitione. Sed aduertendum eſt, quia licèt iſta declaratio ab omnibus approbetur, dubia tamen videtur:quia ille videbatur iſto caſu præferẽdus cui primò res vendita fuit:licet incontinẽti non fuerit ſibi tradita:ex eo quia cõtractus emptionis ſolo conſenſu cõtrahitur:vt ſuprà de obligatio. quæ conſenſu. in princip. neque eſt de contractibus qui re contrahuntur: vt patet ibi,& ſuprà, quibus modis re contrahitur obliga. per totum. hinc eſt quòd ſola promiſsio de vendendo eſt venditio: vt tenet Barto.in lege, iuris gentium, in principio.ff. de pactis.ex quo talis contractus, vt ibi dicit Bar. non requirit ad ſui eſſe executionẽ rei,& quamuis ex poſt traditio requiratur, illud eſt quo ad effectum tranſlationis dominij:vt in §.traditæ: ſuprà de re. diui.Dico ergo quod ſi res prius mihi vendita eſt, deinde vendatur & tradatur alteri, quòd ego potior eſſe debeo: nam venditio tibi facta non valuit: neque traditio debet eſſe potentior ipſo contractu.cum ſit accesſoriũ ad contractum: argumen. l. in pupillari.ff.de vulga.& pupil.

Non obſtat textus in dicta l.ſi duobus.quia ad illum dupliciter reſpondetur : primò quòd text. ibi procedat quando eodem tempore facta fuit venditio duobus, neque apparet de prioritate tituli, ſed ſolum de prioritate traditionis : vt videtur probare textus in dicta l.quoties. & ideò ibi text.determinat quòd ille cui prius res tradita eſt, præferatur:ratio eſt : quia præſumitur quòd prius ſibi fuerit vendita:vt dicit Bald. in cap. ſi facta.ſi. de feud.fue. controuer.& in cap.licet : de probatio.& in cap.cæterum. de reſcrip. & in l.poſt ſententiam. C. de ſenten. Vel ſecundò reſpondetur quòd ibi prælatio conſideratur reſpectu publicianæ, non reſpectu contractus, qui potiorem dat titulum : ratio eſſe poteſt : quia in publiciana requiritur pro forma ſubſtantiali traditio : vt in l. traditionem, ff. de publici. & hic: ſed quo ad hoc, vt quis potior ſit, aliud eſt dicendum.& ita etiam reſpondetur ad dictã l.quoties. & ſecundum hoc illa iura ita intellecta bene procedunt de iure canonico.per quod iſta opinio iuſtificatur, vt patet ex his quæ dicit Imo. in element. j. in principio.de renũcia.poſt Hoſtien.& Ioan.And. in capitulo, cõtinebatur.de i.is quæ fi.à præla. & tenet Roma.in authen.ſimiliter.in ix.col C.ad l.falcid. & in conſi.lxx.& cccxviij. incip. circa præmiſſa.

Non tamen recedas à communi opinio.ſecundum quam in hoc eſt differentia inter vtrunque

lus, vt latius dixi in d. l. quoties. pro qua faciunt ea quæ dixi, ſuprà in prin. iſtius tituli numero x. & quæ dicit Thom. ferrarius cautel. xlviij. & ad prædicta poteſt colligi ſolutio ex his quæ Areti. adducit in conſil. xxviij. incip. dilig. in princip.

Limitatur ſecundo prædicta concluſio, niſi titulus eſſet procuratus. ita Barto. in d. §. ſi duobus. & ibi ſequitur Alexand. latè in apoſtil. de quo non facit mentionem Iaſon hic. & idem tenet Iaſon in d. §. actionum. vbi latiùs ponit, infrà eodem. & pro iſta limitatione vltra ipſos facit: quia plura non deſiderata ſiue affectata proſunt, quæ affectata nocent. §. tria. vbi docto. inſtitu. de excuſa. tutor. & ibi Chriſtophorus Porcus dicit quod ſi aliquis affectat gradū rectoratus per practicas, quod non excuſatur ab oneribus propter dignitatem. & hanc regulam latiùs proſequitur Iaſon vbi etiam hanc limitationem ſequitur in l. ſi verò, in principio, colum fina. ff. qui ſatiſdare cogantur. & ibi cumulat plures notabiles deciſiones. & ante ipſum latè proſequitur Alexan. in l. ij. §. ſimili modo per illum tex. ff. ſi quis cautio, & reaſſumit plenius Felin. in capit. fina. in prima colum. extrà de teſtibus. & ibi in ſpecie ſequitur hanc limitationem Bartol. pro qua benefacit, quod dicit tex. in l. contra qui publicam, C. de re milita. libr. xij. quòd ad commoda & honores non ambitione ſed labore vnumquemque conuenit deueniri: vt latè proſequitur Barto. Bologni. in repe. authenticæ, habita. colum. vj. C. ne fil. pro pat. & plura exempla ponit And. ſicu. in c. finali, in antepe. colum, nume. lxxix. de foro competen. & vltra ipſos latè etiam comprobát Modernio. repeti. videlicet quidam Thomas parpalia in l. ſi quis maior, in viij. notabi. colum. ix. C. de tranſactioni. & vltra ipſum hoc firmat Roma. in conſi. cccccxxiij. incip. circa propoſitum thema

Sed diligenter aduertẽdum eſt quòd iſta limitatio in propoſito noſtro publicianę non probatur aliquo iure. quo caſu per ſimilia diuerſa non debet induci pœna gloſſ. in capitulo fina. de iu. pat. neque priuari titulo poſsidẽs poſſeſsione ſua. facit tex. in. §. cùm igitur. ibi, non eſt lex tale quod dicens in authen. de non alie. & l. ſed & ſi quis §. diuus. ibi, pœnam in eum ſtatutum non eſſe, ff. de relig. & ſump. fune. cum ſi. quæ congerit Feli. in c. querelam col. j. de iureiur. cum igitur in caſu iſto non ſit lex dictans quod habens titulum procuratum & poſſeſsionem, poſsit conueniri publiciana: igitur ſtandum erit regulæ poſitæ. in l. ſiue autem, §. ſi duobus. ff. de publicia. & erubeſcimus, cùm ſine lege loquimur. l. illam. C. de colla. vbi fortiùs vult Iaſ. poſt Ant. de But. in c. tua nos. de vſu. quòd poſſumus iudicare contra communem opin. quando habet caſum legis pro ſe: quia paria ſunt loqui ſine lege vel contra legem, vt dicit Bald in c. in Geneſi. col. fi. de elec. quá ſequitur Iaſ. in d. l. illam. & in l. ſingularia. in vij. col. ff. ſi cer. pet. & ibi dixi. Nec ob. quòd in caſu noſtro poſsidẽs procurauit titulum, quia dico quòd hoc non debet iſto caſu ſibi nocere. ſi fuit diligens & vigilans quærẽdo defenſiones pro commodo ſuo contra alium. l. pupillus. ff. de his quæ in frau. cre. & l. fi. C. depoſi. nam talis non reperitur prohibitus: tamen nó recedas à communi male fundata, quoniam omnia eius fundamenta loquuntur in ti. procurato, non in defenſione iuris ſui, ſed ambitione. præterea pro iſta parte facit: quia præſumptio eſt pro poſsidente, quòd bene & legitimè poſſideat, neque curratur de tit. prædeceſſoris: vt notat Inno. in c. illud, de præſumpt. & in c. innotuit, de eo qui furt. or ſuſce. no. do. de ro. in deciſi. cix. in titu. de proba. in nouis: licet Alexan. in l. Pomponius, §. cum quis. vj. columna. ff de acqui. poſſ. & in conſi. lxxxix. iij. colum. lib. ij. Tertiò limitatur, niſi ille qui habet tit. & poſſeſsionem, illum conſequutus eſſet à fure, vel ab alio qui tenuiſſet cum vitio, ita limitat Bald. in l. inciuilem. C. de fur. & ibi Alexan. in apoſtil. ad eum, & Iaſ. hic & idem Iaſ. in l. rem quæ nobis. num. xv. ff. de acqui. poſſ. Alex. in conſilio. xc. numero xxiiij. in vj. volumine nouiter edito, cum pluribus aliis ſimilibus. Tamen conſiderandum eſt quòd iſta limitatio non videtur ſolida: per tex. in l. iij. §. opus. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. vbi arg. illius text. not. Bart. quòd ſi te poteram publiciana conuenire, quia eras in vitio arg. illius tex. ſi alienas rem in aliam, ex quo ille habet titu. & poſſ dicit Bar. quòd non potero eum conuenire: ſed debere agere actione in factum contra alienantem: & ſic videtur ibi deciſio contra iſtam limitationem. Sed pro defenſione aduerte quòd illud dict. Bar. non eſt verum, ſi ita intelligatur, nam in contrariũ eſt caſus in l. ij. C. de alie iu. mu. cau. fac. & facit regula ſuprà dicta, niſi ſaluando Bart. dicas quòd Bart. non loquitur quando alienans non fuit in vitio: quod tamen eſt dicere contra tex. ibi, qui præſupponit illum ſcientẽ qui conueniri poterat. attento quòd ei nouum opus nuntiatum erat: & ideò poteſt aliter dici, vt diſtinguamus inter ſcientem & ignorantem emptorem, vt primo caſu procedat regula ſupradicta, ſecundo caſu opi. Bar. vel tertiò dicas quod dictum Bar. non eſt verum, & illud reprobat Iaſ. in l. j. C. de inoffi. teſt. Non ob. text. in d l. iij. §. opus. quia, vt aliàs ibi dico, ideò ibi nuncians non poteſt agere contra emptorem: quia illi nuntiatum non erat: nam nuntiatio noui operis, vt ibi dicit Bart. eſt perſonalis, & non tranſgreditur perſonam. l. fi. ff. de contrahen. emp. Sed actio publiciana eſt realis, & ſequitur rem. præterea ratio Bar. & argumentum ex illo tex. non cõcludit.

41 Et quando, & in quibus caſibus petitio † hæreditatis detur etiam contra titulo poſsidentem, vide Socinum in tracta. regularum, fallentia. 256.

15 Et iuxta hoc quærit Iaſ. † hîc, nũquid publiciana detur contra poſsidentem titulo pro hęrede, & dicit quòd ſuper hoc aliàs multum dubitauit. Sed tamen idà Iaſ. hoc habet pro expedito: & cõcludit quòd ſic, in §. actionum, nu. 2 t 8. infrà eo. & licèt hîc dicat ſe nó reperiſſe alibi hanc. quæſtionẽ eſſe tactam: tamen non eſt verum: quia eam prius ponit Alex. in l. Neratius. in addi. ad Bar. ff. de acquir. hære. vbi dicit ſe aliâs ſuper hoc conſuluiſſe, & ſe remittit ad ea quæ dixit in §. actionum. infrà eo. vbi hoc tangit Iaſ. & ideò videtur probabile argumentum, quod lectura Iaſonis ſuper iſto titulo fuit Alexandri: vt ſolet vulgò dubitari: vt dixi in prin. iſtius commenti. Tamen quicquid ſit, videndum eſt in quo fundetur principaliter iſta opi. Nam Iaſ. hîc dicit quod poſsidens pro hærede nó habet tit. vt tenet Bar. & gloſſ. in l. pro hærede. in princ. ff. de peti. hære. & in l. j. ff. pro hærede. & per hoc dicit erraſſe in terminis quendam doctorem quem ſuper hoc dicit ſe interrogaſſe, & poſt plures dies reſpondiſſe quod publiciana non datur: quia poſsidens pro hærede dicebatur titulum habere:

quòd

quod falſũ eſt ſecũdum ipſum quod vlterius pro-
bar.quia videmus quod petitio hæreditatis non
datur contra poſsidentem titulo, vt ſuprà eſt di-
ctum:& tamen datur contra poſsidentem pro hę-
rede.l.pro hærede in prin.& l.eleganter.ff.de peti.
hære. Sed tamen ſuper hoc diligenter conſide-
randum eſt : quia credo quòd Iaſon hic grauiter
decipiatur, ductus errore viarũ: & ille doctor be-
ne ſibi reſponderit.Nam aduertendũ eſt quòd ti-
tulus pro hærede,eſt duplex : quidam erroneus &
ſine cauſa,alius eſt cũ cauſa.talis titulus ſine iuſto
errore acquiſitus non valet quo ad vſucapionem:
quia habetur pro nõ titulo.l.j.ff.pro hærede.& ita
procedunt dicta Bart. allegata per Iaſo. ſecundo
caſu,quãdo quis iuſto errore poſsidet pro hærede,
talis iuſtus error habet' pro ti.& iuuat ad vſucapio
16 nẽ.l.Celſus vbi Bart.ff.de vſucapio. † Eſt modo
dubium, nunquid contra poſsidentem tali titulo
detur petitio hæreditatis?& certũ eſt quòd ſic:ſed
non datur publiciana.& in hoc fuit deceptus Ia-
ſon.ratio diuerſitatis eſt:quia agens petitione hæ-
reditatis fundat ſe in titulo vero & poſſeſsione de
functi,quæ eſt antiquior,& tranſit ad hæredẽ,qui
eadem perſona cenſetur.l.cum miles. ff.ex quibus
cau.ma.& l.hæres , ff de vſucap.& l.ij.§.filium.ff.
pro hære.& ille qui poſsidet pro hærede,tuetur ſe
titulo putatiuo.ita dicit Alex. in l.fi.,in xxix.nu.
ver.in ea.C.de edic.di.Adri. tol.vnde cõcurrente
veritate & fictione,veritas debet attẽdi l.filio.vbi
Bart.ff.de libe. &poſthu.Bald.in l.iij.col.ij. C. de
hære.inſti.Et quòd talis iuſtus error qui ad vſuca-
pionẽ habetur pro titulo,nõ excludat petitionem
hęreditatis,tenet Bal.expreſſe in d.l.fi.in vij.col.in
oppo.verſi.attende.C.de edic.di.Adria.tol.&Bar.
in l.j.ff.quorum bono. iſta ratio non procedit in
publiciana,& propterea poſsidens cum tali titulo
putatiuo,bene excludit agẽtem iſta actione:vt di-
cit Alex.in apoſtil.ad Barto.in d.l.j. ff.quorũ bo-
no.quẽ ſequitur Ioan.Fran.Bal.in repe.l.celſus.in
fi.ij.notabilis.ff.de vſuca.poſita in ſuo fertili trac.
præſcriptio. Quod vlterius hoc tibi ratione for
tiſsima probo.quia clarum eſt quòd agens publi-
ciana fundat ſe in titulo putatiuo : vt hic , & in l.
eum qui.ff.eod. & poſsidens pro hærede fundat ſe
in titulo putatiuo & poſſeſsione : quæ duo ſimul
iuncta iſtam actionem publicianam excludunt: vt
eſt caſus in l.ſiue autem. §. ſi duobus. ff.de publi-
cia. Et ideo concludo quòd quamuis titulus pro
hærede non excludat agentem petitione hæredi-
tatis per ſupradicta: excludit tamen agentem pu-
bliciana. Pro qua opi. vltra prædicta videtur
doctr.Alex.in cõſi lxxxix.col.fi in prin. in v.vol.
& ſic opi.illius doctoris fuit vera,& dictum Iaſo.
non procedit. Quartò ego limito contra dictã
concluſionem vltra doctores hîc non procedere,
quando poſsidens habet cauſam ſiue titulum ab
eo,cui agenti non poſſet referri quæſtio dominij:
nam tunc bene competit publiciana contra titu.
poſsidentem.ita notabiliter limitat Bal.in c.j. de
contro.inter do. & emp.quod dictum pro ſingu-
lari ad iſtud propoſitũ approbat in notabili caſu
Soc.in conſi.lxxxix.incip. in cauſa agitata,col. fi.
lib.primo, his breuiter pro intelligentia materiæ
præmiſsis venio ad tex. Aliæ. videtur & ſum-
17 matur iſte tex.vt per Aret. † In tex.ibi,aliæ.no.
quod licèt iſta dictio regulariter ſimilitudinẽ ca-
ſuum implicet. vulg.authen. ſed nouo iure. & ibi
gloſſ.C.de ſer.fug. cum ſi.vt per Soci.in l.quidam
relegatus.per illum text.ff.de re.dubiis , & mod.
in c.ij.per illum tex. extrà,de iudi.& tenet Corn.
in conſilio xcj. in primo volu. cum ſi. Tamen
hoc limitatur,niſi talis dictio ponatur inter extra
nea:quia tunc non implicat.ita dicit Abb.in c.ſe-
des.in fi.de reſcri. & tenet Iaſ.in l. ſi quis poſthu-
mos,§.filium ff.de lib.& poſt.ad idem facit tex.in
authen.vt defuncto fu in princi.ibi,milites & ſer-
uos alios, & pro iſta limitatione eſt tex. hîc,vbi i-
ſta dictio ponitur in materia extranea origine &
ſpecie,videlicet inter actiones ciuiles & prętorias
quæ differunt à ciuilibus natura & origine. aliis
modis limitatur dicta regula , vt latiſsimè ſcripſi
poſt alios in clemẽ.j.de reſcr.quæ refero in voce.
18 † In tex.vbi ex ſua iuriſdictione.&c.Nota hîc
eſſe tex.pro opi. Bart. & moder.in l.j.in princi.&
in §.qui mandata, per illum text.in princip. ff de
offic. eius cui man. eſt iuriſdictio.& gloſſ. in l. &
quia. ff. de iur.om. iud. dum volunt quòd ille di-
citur delegatus qui reuocari poteſt , & non habet
propriam iuriſdictionem ſed demandatam. Ille
verò ordinarius qui propriam iuriſdictionem ha-
bet à lege,à quo non poteſt auferri : vt probatur
in d.l. j. in princ.ſecundum quod exponit Bart.&
Paul.de ca.& ibi Alexan.in iij.volu.quod proba-
tur ex verbis illius legis ibi , ſuam iuriſdictionem
mandant &c.nam ſi fuiſſent delegati, text non v-
teretur hoc verbo ſua. vt d. §. qui mandata:ergo
illi dicuntur ordinarij qui dantur à lege, nam
tunc dicũtur propriam iuriſdictionem habere, vt
hic text.concor.text. in §. in perſonam infrà, eo.
imo fortiùs ſi lex vteretur hoc verbo delegamus.
adhuc tales dati à lege ſub illa expreſsione dice-
rentur ordinarij : vt notabiliter concludit Iaſon
poſt Paul.de caſt.in l.à iudice.in fin.C. de iudi.ſe-
cus vero ſi à principe eſſent taliter dati : quia illi
dicuntur delegati qui dantur ab homine:quia ni-
hil proprium iuriſdictionis habent : ſed vice illo-
rum funguntur à quibus dantur. d.§.qui manda-
ta.Et hanc diſtinctionem inter iudices datos à le-
ge vel ab homine,ſequitur Alexand. in l. more,in
tertia columna,nume.xiij.ff de iu. omnium iudi-
cum,vbi hoc limitat. Et propriè in caſu noſtro
de prætore eſt text.in l.quarta §. duobus. ibi, ſuæ
iuriſdictioni reſeruauit &c. ff.de damno infecto.
quem ibi in hac materia adducunt Moder. vna
cum §.in perſonam. Et per hoc notabiliter Ia-
ſon in l. ait prætor.in principio,in prima colum-
na ff.de re iudic. infert ad ſtatutum quod loque-
retur de iuriſdictione propria,vel habentibus iu-
riſdictionem : quia debet intelligi propriè de or-
dinariis,non de delegatis ſecundum Inno.in cap.
tua , de offic. vicarii. & ita cognoſces quando
lex loquitur de ordinario vel delegato. Nam ſi
loquitur per iſta verba,ſua vel propria iuriſdi-
ctio, intelligitur de ordinaria: ſecus ſi de manda-
ta vel delegata , quod eſt maximæ vtilitatis ſci-
re propter effectus quos latè tradit Iaſon in l.ius
autem ciuile. in princ. ff. de inſtit. & in iij. ver-
ſic. effectus eſt magnus. Et alium effectum huius
differentiæ ponit Abba in capi.ceterum. in prin-
cip.nume. ij de iudiciis,videlicet quia iuriſdictio
ordinaria etiam quo ad caſum particularem pro-
rogari faciliter poteſt de loco ad locum : ſed non
ſic in prorogatione de perſona ad perſonam : ſed
in iuriſdictione delegata totum contrarium ob-
ſeruatur : vt latè declarat ibi Aretinus poſt Ab-
batem in capitu.j in fi. verſi not.ſingulariter.d

offi.delega. Præterea, quia iuriſdictio ordinaria delegari poteſt.etiam ſi competat de iure ſpeciali, vt dicit Ab.in d. c.cæterum,per illum text. Sed iſtud dictum confunditur per gl. in l.j.in ver.ſpecialiter,C. ne lic. potentio.quam ibi multum notat Iaſon poſt Paul.& alios.& idem Iaſ. in l. à iudice.in fin.C.de iudic. Or audi,quia illa gloſ.mihi non videtur vera per text.in l.j.in princi. ff. de offi. eius cui man.eſt iuriſdi. vbi ita demùm ordinarius in caſu ſpeciali delegari non poteſt, quando ille caſus ſpecialiter minoribus denegatur, & maioribus tantum conceditur: ſecus verò regulariter.Et hoc ratione fundatur ex eo, quia ille qui in caſu ſpeciali ordinarius eſt, non minus dicitur habere poteſtatem quo ad illum caſum ordinarium,quàm habet ordinarius generalis quo ad omnia. Nam argu. de toto quo ad partem valet in iuriſdictione:vt dicit per illum textum.in c. ſuper quæſtionum. §. nos autem.de offi.deleg.ad idem facit text.in c.paſtoralis.§.item cum totum.& ibi notat glo.in verbo,citationis,eod.tit.quem ad hoc allegat Decius.in l.cuius effectus.ff.de re.iur.& ſic opi.Abb.defendit contra omnes.Sed modo tu aduerte quòd quantum attinet ad iſtã differentiam, nulla eſt differentia inter ordinarium & delegatum in text. noſtro: quia cùm loquitur de iuriſdictione prætoris,prohibetur talis delegatio. vt dicit ſingulariter Barto.in l.iiij. §. ſi intra,in fin.ff. de dam.infec.quod dictum dicũt Iaſ. Imol.& alij quos refert.& in l à iudice.in iiij.ſing.verſi.iij.ibi. C.de iudi.& Decius in d. c.cæterum,in prima colũ.eſſe ſingulare, & aliũ multũ ſingularem effectũ ponit Bal.in l.præſcriptione.in penul.col.quæſtione viij.C.ſi cõtra ius vel vtilita. pub. quem ſequitur Iaſ.in §.omnium.nume.lxviij.ſuprà eo.quem videas omnino: licet aliàs de illo dicto dubitauerim in c.diſpendia.de reſcrip. libe.vj.vbi contra-
19 rium tenui. † Item habes etiam ex dictis verbis iſtius text. quòd prætor poteſt ſtatuta condere:probatur:quia hic dicitur quòd actiones prętor ex ſua iuriſdictione introduxit, & non approbatione iuris ciuilis: & ita ad hoc ponderant iſtum text.moder.Hiſpani in l.iuris gentium.§.prætor. in iiij.colum.ff.de pac.vbi allegant alia iura.

Et hoc ego comprobo per iſta verba text.dum vtitur dictione ex ſua,de cuius natura eſt cauſam immediatam importare. l. non dubium vbi Iaſ. no.C.de legibus.Et per iſtum text.ſic declaratum confunditur opi.omniũ moder.in rub.C. qui admit.dum volunt quòd prætores non poſſint ſtatuta condere per prius,ſed per poſterius:nã ſola propoſitio edictorũ nõ habebat vim legis niſi à populo recepta eſſent & approbata: & tunc dicebatur ius honorarium.& ideo eſt quòd prætor nõ facit quem directo hæredem: item præcepta eius ſunt annalia, & ſimilia, vt ibi:nam per edicta apparet quòd non ſunt vera: nam cum ex ſeipſis iuriſdictionem habeant, non eſt verum quòd habuerint approbatione populi:quod vlterius probatur per text.in §.prætorium.ſuprà de iure na. vbi ad literam dicitur.quòd ius prætorium non modicã habet iuris auctoritatẽ: quia magiſtratus qui honores gerũt,huic iuri auctoritatem dederũt,pondera igitur magiſtratus.l.prætores. vt in l. ij. §. eodem tẽpore.ff.de ori.iuris.ergo ſi ipſi auctoritatẽ dederunt:nõ igitur populus.facit tex.in §.ſed eas ſuprà
20 de bono.poſſeſsio. † In text.ibi neceſſarium eſt exẽplis &c.eo quod in materia generali neceſſaria ſunt exempla per quæ mens legiſlatoris aperitur, concordat tex.in §.item ſi in iudicio. infrà de excep.& ibi no.Are.& bonus tex.in l.vt reſponſum. ff.de tranſac. & licet aliâs ſint de bene eſſe,quãdo materia poteſt propria cogitatione percipi: tamẽ neceſſaria ſunt ad declarãdũ regulã: vt tradit Iaſ. in l.in actionibus.in l.ij.col.fi.ff.de in lit.iur.facit text.in l.prætor.§.iulia. ibi, vt exẽplo res manifeſtior fiat. ff.de col. bo. tunc enim pro inductione iuuenum poni debent:vt in §. hactenus, ſuprà de gradi.& propterea dici ſolet quòd talia exẽpla regulã non reſtringunt.d.§ hactenus.& l.dãni infecti.ff.de dã.infec.quod procedit quando ſimpliciter proferũtur:ſecus ſi geminata fuerint: vt eſt gl. no.in cle.j.in ver.diœceſanos. de iu.patr.quam ad hoc commendat Iaſ.in l. ſi conſtante.in xiiij.col. ff.ſolu.ma.moder.Hiſpani in l.iuris gentiũ.§.quin immo.fo.44.col.j.ff. de pactis.& Moder.in tract.
21 permut.in v.col. † In tex.ibi,plerumque,no.ſecundum Are.hic quòd iſta dictio plerumque, denotat regulam vniuerſalem eſſe in contrariũ.Sed tu aduerte quod text.eſt de directo in cõtrarium. in §.fin.ſuprà de legit.pat.tutel. & ibi no.glo.quæ vult quòd dictio plerũque, ponat regulam. & ita etiam expreſſè no.Bar.in l.j.in ij.lec.de tutel.& ij. diſt.tenet Soc.in l.ſi nominatim. in iiij.nota.ff.de condi. & demon. & per hoc videtur quòd ſecundùm iſtos caſus de quibus hîc cũ §.ſeq.prætor regulam introducat.pro quo videtur facere text. in c.j.de off.delega.lib.vj & hoc expreſſè firmat Decius per plura iura quæ ibi adducit in l.j.in ij.col. ver.iij.noto.ff.de regu.iur.ſed Are. poteſt defendi optimè:quia iſta dictio in iſto tex. facit exceptionem,habita conſideratione ad alias actiones reales,in quibus prætor non promittit, vt is qui agit dicat ſe quaſi vſucepiſſe, quòd non vſucepit: niſi ſolum in hac actione publiciana: quamuis in ea hoc ponatur pro regula: tamen reſpectu aliarum actionum quæ plures ſunt,erit exceptio.ar.gl.no. in l.iulia.§.j.in verſic. quanti minoris.ff.de actio. emp. quæ vult regulam conſtitu. debere ex pluribus caſibus,& ex paucioribus ſit exceptio.Et ideo dicas quòd iſta dictio de natura ſui ponit regulã in caſu frequenti & præſupponit exceptionẽ. l.iij. ff.de offi.præfec. vigil. licet aliquando ſecundùm ſubiectam materiã contrarium contingere poteſt vt hîc. Et hoc de plano procedit in dictione plerumque:ſecus in dictione interdum,quę operatur totum contrariũ: quia ponit exceptionẽ,& denotat regulam in contrariũ:ita concludit Iaſ.in l.iuris gentiũ.§.prætor ait.in viij.nota.per illum tex. ff. de pac. & ante ipſum hoc idem tenet Corneus in conſi.xiij.incip.videtur in præſenti.in j. col.in iiij.vol.allega. tex.in l.interdum, ff. de condi. indebi. quem ibi ad hoc not. Saly.& Fulgo.l.interdum.ff.de verb.ſig.Pau.de caſt.in l.legitimæ.ff.de pac.cum ſi.vt ibi per eum.& per Iaſo.in repe.l.admonendi.in primo no.nu.vij. in ij.col.ff.de iureiu.& vltra ipſos eſt bonus tex.in l.ſeruitutes.§.ſtilicidium.ff.de ſer.vrb.prædio.& in l.ſi vt certo.§. interdum. ff. commod. & ſecundum hoc dictum Ang.bene procederet in iſta dictione,& quod dictum eſt de dictione interdum, idem videtur dicendum de dictione aliquando, vt in l. aliquando, ff. ad velleia. quamuis etiam reperiatur quòd ponat regulam: vt ſuprà quib. mo. re contrahi. obligat. in principio,& notant nouiſsimi repet. in capitulo j. numero xlvij. extrà de iudi.

† Nota

22 † Nota primò ſecundum Iaſo. quòd actiones
quædam ſunt ciuiles, quædam prætoriæ. Ciuiles
ſunt illæ de quibus hic in text. Prætoriæ quas ex
ſua iuriſdictione prætor introducit. Iuxta hoc
quærit Iaſ. de vna quæſtione, vtrum actiones de-
ſcendẽtes ex ſtatutis ducum, marchionum, & epiſ-
coporum ſint ciuiles vel prætoriæ. & breuiter in
hoc communis concluſio videtur, quòd ex quo
talia ſtatuta ſunt prætoria, quòd ſint actiones etiã
prætoriæ, vt patet ex adductis hîc per Aret. & Iaſ.
Et vltra ipſos hoc idem tenet Alexan. in l. more.
in iiij. colum. ff. de iuri. om. iudicum. & latiſsimè
Rimiπal. probat & Moder. repe. in rub. C. qui ad-
mitt. in fin. & in principio cum ſimilibus: vt latè
diſputant nouiſsimi in l. iuris gentium. §. prætor
ait. in v. & vj. colum. ff. de pactis. & tenet Iaſ. in l.
à iudice. in iiij colum. verſi. iij. limita. C. de iudic.
Vtilitas eſt maxima ſecundum Areti. hîc: quia ſi
ſunt prætoriæ, finiũtur anno, ſecus ſi ſunt ciuiles.
quia erunt perpetuæ: vt infrà de perpe. & tempo.
23 act. in princ. † Adde vltra per eos adducta alias
notabiles vtilitates: quia ſi talia ſtatuta ſunt præ-
toria, prohibitio facta per talia ſtatuta non an-
nullat actum ipſo iure, ſed ope exceptionis, gloſ-
ſa eſt notabilis in l. iij. §. ſed vtrum. in ver. non pu-
ro. ad fi. ff. de mino. quam ad hoc multum com-
mendat iuncto tex. Iaſ. poſt Paul. de caſt. in l. non
dubium. in v. columna. verſic. v. & vlt. C. de legi-
bus. & ibi Iaſon dicit eſſe notandum pro ſtatutis
ducum, comitum & epiſcoporum. de quibus hîc
agitur. & per hoc facit gloſſa in lege, ſubſtitutio-
ne. ff. de vulga. & pupil. ſecus ſi prohibitio fiat à
lege ciuili. Sed conſidera: quia iſta differentia mi-
hi non ſatisfacit ex eo, quia aut ius ciuile expreſſe
probibet actum fieri, & tunc ex quo dat formam,
actus in contrarium eſt nullus: vt dicit Baldus &
docto. in lege, prima, ff. de liberis & poſthumi. &
iſto reſpectu non eſt differentia inter ius ciuile &
pretorium: quia etiam ſi ius pretorium conſtituit
aliquid fieri, dicitur induci forma & actus in con-
trarium non tenet. prout eſt caſus in. l. pretor. ff.
de colla. bono. & quod fortius eſt etiam ſi illa
forma fuerit leuis: tamen de iure prætorio annul-
lat actum: vt concludit Alex. in. l. ij. §. prius in x.
col. ver. paſſus. ff. de vulg. & pupil. vbi allegat. d. l.
prætor. & idem tenet Iaſ. in l. ij. §. j. in. iiij. col. ver-
ſic. in eadem gloſ. ff. ſolu. mat. & in l. cum quid. in
pe. col. verſi. adde etiam in ij. lec. ff. ſi cert. pet. &
in l. gallus. §. quidem recte. in q. col. & §. etiam ſi
parente in ſecundo. nota. ff. de libe. & poſt. &
Lancelo. Decius, in lege, ſi ergo, ad finẽ, ff. ſi cert.
peta. & Deci. eius frater, in conſi. xj. quoniam iu-
dicantium. in viij. col. j. parte. & idem Iaſ. in l. ſi is
qui pro emptore. col. xvij. ff. de vſuca. Alex. in l. fin.
in j. colu. fin. C. de iu. deli. Feli. in rub. de probat.
in ij. col. cũ ſimilibus. in quibus locis præfati doct.
concludunt per text. in d. l. prætor. per conditio-
nem ibi induci formam: & tamen illa diſpoſitio
erat prætoris: vt ibi patet. ergo quo ad hoc non
eſt differentia inter legem ciuilem, & prætoriam
prohibitiuè loquẽtes. Aut verò lex ciuilis prohib-
tiuè expreſſe nũ loquitur: & tũc nõ inducit annul-
lationem actus ipſo iure: vt eſt tex. i c. ſi capitulo,
de cõceſ. preb. lib. vj. & in c. dilectus, de preben. gl.
in cle. j. de iu. pa. & eodem modo eſt de iure præ-
torio, & ſic nulla eſt differentia. patet ergo quòd
illa ratio doct. non eſt vera. Non obſtat gloſſ.
in dicta lege iij. §. vtrum: cum ſi. quia illæ loquun-
tur quando prætor non loquitur prohibitiuè: &
idem eſt de iure ciuili tali caſu, vt eſt dictum. ad
prædicta bene facit quod tradit Abb. in ſtatuto,
in conſil. xcj. in ij. col. in j. parte & videtur eſſe ca-
ſus pro iſta æquiparatione edicti prætoris & legis
in l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. j. Secunda
eſt vtilitas vltra ibi adducta per eos: quia verba le-
gis ciuilis præceptiua affirmatiuè producunt a-
ctionem & exceptionem. text. eſt notabilis in l. ſi
ſtatuas. ff. de acqui. re. domi. ſecus verò quando illa
verba proferuntur à lege prætoria etiam cum iſta
dictione, omnino obſeruentur. caſus eſt notabi-
lis in l. pe. in verbo omnino obſeruãtur. C. de pac.
quam ad hoc ponderat Iaſ. in l. legem, in primo
notabili. C. eo tit. cuius verba formaliter poſuit
ibi prius Riminal. & ſequuntur Moder. Tau. &
hanc eadem differẽtiam ſequitur idem Iaſon. in l.
iuris gentium. §. prætor ait, in j. col. in iiij. nn. ff. de
pact. & in repe. authen. ſacramenta puberum. in
xxj. col. ſuper gl. in ver. cuſtodiantur. C. ſi aduerſ.
vendi. De quo tamen vltra eum vide latè per Bar.
in l. j. ff. de condi. ex leg. quę omnia tene menti vl-
tra doctores hîc, & vltra prædicta vide alium ef-
fectum quem pono infrà in glo. j. † Et per hoc
infert Aretinus hic quod ſi per ſtatutum iſtorum
deferatur ſucceſsio alicui, cui de iure communi
nõ deferretur, puta ſi ex forma ſtatuti diſponatur
quòd agnati excludant matrem vel ſorores: tunc
tales agnati excluderẽtur à tali ſucceſsiõe per annũ:
licet de iure ciuili aditio hæreditatis duret. xxx.
an. l. licet. C de iu. deli. quod dicit no. pro limita.
d. l. licet. Tamen Iaſ hic dicit quod in hoc non
mediocriter errat Are. Nam licèt verum ſit quòd
actiones deſcendentes ex talibus ſtatutis ſint præ-
toriæ, non tamen eſt verum quòd anno finiantur.
Nam ita demum finiuntur. ſi ſunt pœnales: ſecus
autem ſi ſunt rei perſecutoriæ. ita eſt text. in l. in
honorariis. ff. de actio. & obli. & ibi Bar. in l. fi. ff.
de pœn. Sed tu aduerte quod op. Angeli eſt i-
pſa veritas & Iaſ. labitur. Nam licet verũ ſit quòd
actiones rei perſecutoriæ inductæ à prætore ſint
perpetuæ: vt patet hic de publiciana & declaro
infrà in §. pœnales. tamen ſi tales actiones ſunt
contra ius ciuile, ſunt etiam annales. caſus eſt de
hoc expreſſus in d. l. in honorariis in verſi. ſed cum
reciſa &c. & pone exemplum & in §. ſequen. nam
reſciſſoria actio prætoria eſt: verum quia datur ad
reſcindendum vſucapionem, quæ eſt remedium
inductum à iure ciuili: vt in l. j. ff. de vſuc. durat an
no. d. l. in honorariis. & ita ad hoc ponderat d. l.
in honorariis. in l. fi. in fi. C. qui. ex cau. ma. ſed in
caſu noſtro iſtud ſtatutum, quo admittuntur a-
gnati & excluditur mater & ſoror. eſt contra ius
ciuile: vt patet ſuprà in titu, ad Tertullia. & in. §.
in noſtra. de hære. quæ ab ab inteſta. in quibus iu-
ribus manifeſtè probatur quòd ſorores & mater
præferuntur aliis maſculis vlterioris gradus, non
ita proximioribus, & admittuntur inſimul cum
agnatis in pari gradu propter æquitatem. l. maxi-
mum vitium. C. de libe. præ. quod tenent Mod. in
trac. quod ſtan. maſcu. filiæ fœminæ &c. in prima
parte: ergo actiones ex tali ſtatuto productæ, erũt
annales. & non perpetuæ: & hanc opi. ſimpliciter
firmat Io. de mõteferrato. in repe. l. omnes populi,
in vij col. ver. prima cõcluſio. ff. de iuſti & iu. licet
ſupradicta non adducat. & idẽ Ange. Aret. ſuprà de
diui. ſtip in fin. Quinimo poſſet dici quòd tale ſta
tutũ dicatur pœnale: ſed de hoc non curo. ex qui-

bus manifeſte apparet quòd reprehēſio Iaſ. nō eſt eſt vera. Imò etiam poſſet dubitari de validitate dicti ſtatuti, attento quòd cōmuniter concluditur in d. rub. C. qui admit. quòd prætores non poſſunt ſtatuta cōdere cōtra ius ciuile. vt ibi latè exordit. Bulgari. poſt Bal. & Pau. & reaſſumūt latiùs nouiſſimi repet. Et ſupradicta cōcluſio procedit ſecundum Iaſō. quando tales duces, & alij de quibus ſuprà ſuperiorem recognoſcunt: ſecus autem ſi ſuperiorem non recognoſcerent: quia tunc dicerentur talia ſtatuta ius ciuile: vt per Bart. in l. j. §. de qua re. ff. de poſtu. cum ſimilib⁹ hîc allegatis per eum, quibus adde quod hanc diſtinctionē ſequitur etiā Bar. in d. l. j. §. de qua re. ff. de poſtu. cum ſimilibus in l. hoſtes. ff. de capt. Deci⁹ in l. j. ff de officio eius. & latè Mod. in c. quæ in eccleſiarū in xij. col. de cōſti. cum ſimilibus. vt per Alex. in l. cēturio. in v. col. ff. de vulg. & pup. Quibus non obſtan. poteſt attentari in cōtrarium, quod etiam ſi tales duces, comites & alij, de quibus ſuprà, ſuperiorem non recognoſcant, tametſi ſtatuta eorum de iure loquēndo non dicantur ius ciuile: quia dato quod aliqui de præſenti ſuperiorem non recognoſcant: negari tamen non poteſt quin tales dignitates origine ſua dicantur ſubditæ Imperatori, quemadmodū & cæteri reges. vt eſt text. in c. volumus. xj. queſtione. j. exceptis regibus Hiſpanię qui regnum à faucibus infidelium eruerunt: & ſic non habuerunt ab Imperatore. vt dicit glo. ſingularis in c. Adrianus el. ij. lxiij. diſt. Cū igitur origine omnes tales dicantur ſuperiorem recognoſcere, ab origine, debent ſtatuta huiuſmodi & actiones denominari: vt dicit no. gl. j. infrà eo. & in l. j. ff. commo. nam ab originali cauſa, poſterior formatur euentus. l. j. C. de impo. lu. deſ. lib. x. & l. qui id quòd. ff. de dona. & iſtam diſtinctionem ſiue differentiam videtur etiam confutare Ange. Are. in d. tit. ſuprà de diui. ſtipu. in fi. & pro iſta opi. facit quod dicit Ange. in conſ. ccvij. in cauſa accuſationis, & tenēt hāc opi. Mod. repe. videlicet Lancelotus Galiaula, licet in alio propoſito in l. Centurio. fol. iiij. in ij. col. ff. de vulg. & pup. vbi alios conſulentes adducit. & hoc regulare eſt quòd origo rei attendi debeat quo ad iuriſdictionē & actus ſubſiſtentiam: vt no. caſu tradit Bal. in l. j. per illum tex. ff. de origi. iur. quam valde commendat Are. in l. ex ea parte, §. inſulam. ad fi. ff. de ver. ob. & proſequitur latè Iaſon, licet de Are. non meminerit in l. more. in vltimo no. ff. de iuriſ. om. iud. quibus adde notabile dictum Abb. in c. gradus in iij. col. ver. venio ad tertiam. de reſtitu. ſpo. & eſt gloſſ. magiſtra in c. ſtatutum. in ver. canonicis. de reſcri. lib. vj. & in not. caſu conſuluit Pet. de Anc. in conſi. cccxxxix. incip. pro maiore in ij. col. in prin. Suadetur hoc vna ratione: quia clarū eſt quòd quo ad effectum iuriſdictionis ſtatuendi tantam iuriſdictionē habet in ſuo teritorio comes ſubditus, ſicut non ſubditus in ſuo regno, & Imperator in vniuerſo: vt latè per plures auctoritates probat Deci⁹ in c. paſtoralis. in ij columna. de ap. & hoc in duce Mediolani firmat Pau. de caſt. in conſ. xxxiiij. ſuper primo dubio. in ij. vol. Feli. in c. quæ in eccleſiarum. in xij. col. de conſti. & Iaſ in l. ex hoc iure in iij. col. ff. de iuſt. & iur. Socin. in conſi. iij col. v. in iij. lib.

Oldra. tamen in con. lxix. inci. conſueuit dubitari, fuit in alia opi. videlicet quòd nullus dicatur recognoſcere de iure Imperatorē, de quo latè ibi diſputat, & tenēdo ſuā opi. quæ in puncto iuris etiam defendi poteſt, poſſet in ꝓpoſito noſtro fieri vna regula quòd actiones non expreſſæ hîc, vel in §. in perſonā, infrà eo. non dicātur prætoriæ, iſtam regulam pōnit Alex. in rub. ff. ſi cer. pet. in ij. col. & iſto modo actiones deſcēdentes ex ſtatutis iſtorum non dicerētur prætoriæ, cū hîc non reperiantur expreſſæ. Tamē quicquid ſit, mihi videtur, per ſupradicta quòd tales actiones dicantur prętoriæ: neque ob. quòd dicit Alex. quod poteſt illud negari cùm in tex. noſtro ſolum exēpla ponātur cauſa euidentioris declarationis: vt hîc dicitur: & ideo exēpla non reſtringūt regulam, vt ſupradictū eſt, & c. j. ne cle. vel mo. §. hacten⁹ ſuprà de gradi. & l. damni infecti. de dam. infec. non ob. etiā quæ adducit Old. quia dicta ſua non faciūt ad propoſitū noſtrum, cum loquantur de regibus qui fuerunt à Deo vncti & creati: vt in c. j. §. vnde in veteri. de ſacra vnctio. & tenet expreſſè per plura iura Pet. de Anc. cōſi. ccxxxix. incip. pro maiori diligentia, in prin. nos verò loquimur de ducib⁹, comitibus, & aliis inferioribus, quorū nomina deſcenderunt à iure ciuili, in quibus ita videtur cōcludendum, quòd ſtatuta eorum dicātur ius prætorium, neque poſſunt ſe æquare Imperatori poteſtate ſtatuendi: argu. tex. in c. dudū. de præben. li. vj. & cle. ne Romani de elec. cū aliis adductis per Mod. in c. quòd ſuper his. de ma. & obe. & per nouiſsimè repeten. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & iſta de iure videntur vera: licet de facto ſequamur tēpora noſtra: ſed quantum attinet ad ſtatuta epiſcoporum, mihi magis placet opi. cōtra cōmunem: vt ius ciuile dicantur ex eo, quia eorum iuriſdictio perpetua eſt: prætores verò erant temporales: quod ego ſic probo: quia clarum eſt quòd ſi epiſcopi ęquipararentur prætori ſicut comites & marchiones æquiparantur, dicerentur ſicut epiſcopi ſpectabiles, per ea quæ dicit Bar in l. j. ff. de offi. eius. ſed tamē hoc eſt falſum: quia dicuntur illuſtres: vt in c. fi. de re iud. in vj. & tenet Bal. in l. null⁹. C. de decurio, hinc eſt quòd ſicut illuſtres poſſunt proferre ſentētiam per alios vt in l. ij. C. de ſen. ex per. rec. eodē modo epiſcopus in d. c. fi. facit gl. in l. j. ff. de offi. præfec. pręto, quę æquiparat epiſcopū pręfecto prętorio, qui etiā illuſtris dicitur: & ideo epiſcop⁹ poteſt in cauſis mittere ꝓcuratorē ſicut illuſtris: vt in c. fin. v. q. iūcta. l. quæcūque. cū auth. ſeq. C. de procur. & plura alia priuilegia illuſtriū ponit Iaſ. in d. l. j. quę cōpetunt epiſcopo. ergo nō eſt verū quòd prætori æquipararetur, & ſic eius ſtatuta, ius ciuile dicentur, neque obſtat quod duces, comites & huiuſmodi habent etiam perpetuā iuriſdictionem. quia dico eſſe verū, tamen ex quo recognoſcunt ſuperiorem dicuntur habere iuriſdictionē temporalē. epiſcopi verò licèt papā recognoſcāt, illud eſt per viā obedientis religionis eccleſiaſticæ. non autem recognoſcūt reſpectu iuriſdictionis vel alicuius tributi: imò concurrūt in iuriſdictionē: vt in c. ſi à ſede. de preben. lib. vj. & hāc opi. videtur ſentire Alex. in rub. ff. de iuriſd. om. iudi. licèt iſta non adducat,
25 non tamen recedas à cōmuni. †Et dominus Iaſ. hîc dicit quod illud quod dictū eſt, quod actiones pœnales prætoriæ ſunt annales, eſt verū ſecūdum ipſum quo ad accuſationes. Accuſationes enim ſunt perpetuę ex quacūque lege vel edicto deſcendant: vt dicit Bald. in l. receptitia. in principio, C. de conſti. pec. Tamen tu aduerte quod iſtud dictum non eſt verū, neque iure probatur: imo patet contrarium in. l. adulter. C. de adul. vbi accuſatio

de adulterio finitur quinquennio. patet etiam in l.in cognitione.ff ad ſilenia.& in l.querelam.C.de fal.& in l.ij.C.de apoſta & l.peculatus.ff.ad l.Iul. pecul.cum ſimilib⁹ infinitis, quæ breuitatis cauſa omitto:in quibus iuribus facilimè probatur accuſationes ciuiles non eſſe perpetuas. illod tamē dictū bene procederet de iure canonico,de quo ſtatutū eſt quòd vndecunque & quocunque crimina clauerint,debēt puniri.c.admonere.& ibi not.gl. xxxiij.q.ij.tenet Abb.in c.licet,in x col.de probatio poſt Hēricum Boych ibi, qui latius loquitur.

Cogitabam ſi poſſet dici pro defenſione Bald. quòd regulariter de iure ciuili accuſationes dicantur perpetuæ,quādo agitur ciuiliter actione in factum:quia tunc tales accuſationes durarēt perpetuo,hoc eſt xxx.annis:iuxta l.ſi.C.de præſcri.xxx. vel xl.anno.vt dicit Abb.in c.cùm venerabilis.in gl.antepe.de excep.ſecus verò quādo ageretur criminaliter:per d.l.querelam.cum aliis ſupradictis. & quod vtroque modo poſsit agi,eſt caſus in l.qui nomine. ff. de falſ. & ſecundum hoc bene verificatur,quod dicitur in lege.qui falſum,§. accuſatio,eod.titulo de fal. & in l.ſi.de falſis. Hoc tamen fallit in accuſationibus prætoriis, quæ durāt anno:vt in l.ſi conuitij.C.de iniuriis.vbi actio iniuriarū prætoria durat anno: ciuilis verò,quę datur in tribus caſibus,eſt perpetua ſecondum opin. Marti.quam ponit gl.in l.ſed & ex.ſuprà,de iniuriis.cum qua trāſeunt magis communiter doc.vt ibi dicit Ioan.Fab.& ſequitur Saly.ſimpliciter in d. l.ſi conuitij, & iſto modo dictum Baldi poſſet ſuſtineri, exceptis tamen caſibus ſupradictis:actiones prætoriæ ſunt etiam perpetuæ: de quibus omnibus videas quæ dico in §.pœnales,infrà eodem,vbi eſt propriè locus.Dicit tamen Iaſ. poſſe vnum attentari,videlicet quòd illud quod ſupradictum eſt, actiones deſcendentes ex ſtatutis ducum,comitum & ſimilium eſſe annales. procedat quod eorum officium eſſet: annale: ſecus ſi perpetuum: vt regulariter comites & marchiones: nam iſto caſu poſſet dici, quòd actiones deſcendentes ex eorum ſtatuto,etiam ſi ſint pœnales, dicantur perpetuæ. & hoc videtur probari ſecundum eum infrà de perpe.& tempo.actio.ex ratione quam aſsignat text. Tu pro iſta opin. vltra ipſum dicas eſſe text. in c. memini. de offi. deleg. quem ibi in terminis noſtris ponderat And.ſicu. in vij.colum.in fi.& in viij.colum & ibi alia plura allegat & in v. & vj. colum. quæ faciunt ad omnia ſupradicta. Tamen veritas eſt in contrarium: quia licet prædicti iuriſdictionem habeant perpetuā,eam tamen recognoſcūt ab alio ſuperiore,ad cuius nutum eorū ſtatuta reuocari poſſunt, per ea quæ traduntur in cle ij. de reſcript. & in l. ſi anguſtæ,de le.ij.& quia inferior non debet eandem poteſtatem cum ſuperiore habere:vt in c.dudum. de præbend. libro vj. & ſicut ipſi ius ciuile condunt, & perpetuum: ita & comites,duces & huiuſmodi, & ideo iſta conſideratio procederet, quando prædicti ſuperiorem non recognoſcunt, per ea quæ ſuperi⁹ dicta ſunt: & vltra ibi dicta adde latè Feliu.in c. cùm non liceat.cum.iij.ſeq.vbi latè proſequitur qui recognoſcunt,& qui non: ex cuius dictis allegationibus, facilè iſto principali articulo vtraq; pars ſuſtineri poſſet,iūctis his quæ Firmianus tradit in ſuo repertorio, in verbo, comes,& Ioan.Fran.Balbus in tra.præſcriptio. in ſecunda parte ſextæ partis princ. in ij. quæſtione.

16 † Not.ſecundò ibi tradita fuerit, quod in publiciana requiritur traditio vel quaſi,ad idē text. in l.traditionē,& in l.j.ff.eod ſupple vel quaſi traditio:vt l.ſiue autem.in princ.& §.j.ff.eo. Et iuxta hoc occurrit dubium,nunquid ex quo dominium acquiritur eccleſiæ ſine traditione:vt l.ſi.C. de ſac.ſan.eccl.cum ſimili.vt per Alexan.in conſ. xxiij.& ſeq.in tertio volu.acquiratur etiam publiciana. breuiter ego teneo quòd ſic: nam clarum eſt quòd qui vult cōſequens,debet etiam velle antecedens l.illud,ff.de acqui.hær. & l. ad rem mobilem.ff.de procur. ſed fauore eccleſiæ inductum eſt,vt dominium fingatur trāſlatum in eccleſia.d. l.ſi.ergo etiam fingi debet quod poſſeſsio ſit tranſlata quæ eſt antecedens,per quòd dominium acquiritur:vt in l.j.in princ. ff. de acquir.poſſ.& habētur in l.traditionibus.C. de pac. facit pro hoc no. dictum Cōpoſtellani Io. An. in c.transmiſſa. de elect. quod refert & ſequitur Ro. in conſilio cccxxxvij.incip.quo ad primum.in prima col.vbi dicunt quòd miſsio in poſſeſsionem vel quaſi canonicatus, facta ab habente poteſtatem conferendi,habet vim collationis: quaſi quòd illud ſit neceſſarium antecedens.Præterea validum eſt argumentum de loco & perſona ad actum ſiue rē,c. ſicut:de conſe.diſt.j.& no.Bal.in l. precibus in xx. col.C.de impube.& aliis ſubſti. Sed diſpoſitio.d. l.ſi.quæ loquitur in eccleſia, extenditur ad ciuitatem,& deinde ad municipium & caſtellum: ergo eodem modo illa lex loquens de dominio,poterit extendi ad quaſi dominium, propter conformitatem & ſimilitudinē.l.cum qui.§.in publiciana.ff.de publi.bene facit gl. magna & ibi doc. in l.minor.§. j. ff.de euict. vbi vult quòd libellus loquēs de dominio poteſt verificari de quaſi dominiu,Bal.& gl.in l.per hanc C.de tēpo.app.& in c. fraternitatis in v.col.de teſti. accedat quod dicit. Cardi.& Ab.in c.bonę,de poſtu.prę̄la.vbi dicunt quòd ſi aliquis dicat ſe habere ius in re, licet intelligatur de dominio, vt in c. cū eccleſia.de cau. poſſ.& proprie.tamen etiā poteſt intelligi de poſſeſsione largo modo, cùm pluribus ſimilibus: vt per Iaſ.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero, ff. de iureiur. & ita videtur hic dicendum quòd diſpoſitio d.l.ſi. loquens de dominio, habeat locum in poſſeſsione, vt eccleſiæ competat publiciana.& pro iſta parte vlterius facit notabilis doctri.Abb.in c.eccleſia el.j. in prima col. ver.quæro igitur primò &c. vt lit. penden. qui vult quòd diſpoſitio authen.litigioſa.C. de litigio. quæ corrigit.l.ij.eo.ti.quæ loquitur de dominio,extēditur ad quaſi dominium: & idem tenet do.Anto.ibi & Inn.in c.eccleſia.in fin.de cōſtitu. cum ſimilibus. ecce quod lex correctoria loquēs de dominio extēditur ad quaſi dominiū:ergo à fortiori de eccleſia eſt dicendum,quòd diſpoſitio. d. l. fin. quæ de dominio loquitur, extendatur etiam ad publicianam, & ſic ad quaſi dominium.bene faciunt pro iſta parte ea quæ dixi,ſuprà in §. omniū.nu.xxvij. & vlterius pro hoc facit quod dicit Bald. nouel. in tracta. dotis in viij. parte in vj. ſpeciali in iiij. columna,vbi concludit quòd diſpoſitio l. in rebus C. de iu. dot. quæ loquitur de dominio, extendatur ad dominium etiam in odioſis. Tamen his non obſtantibus teneo cōmunem opinionem,quòd eccleſiæ non competat publiciana,niſi actualiter tradatur poſſeſsio. primo per textum in lege eum qui §. finali & lege ſequenti

10 in cauſa dotis:licet ſit fauorabilis. † Tamẽ vos tenere cõtrariũ, & pro vera cognitione iſtius articuli pręmittẽdũ eſt prius quod duplex eſt vitiũ: vnum reale,& aliud perſonale.l. vitia.& ibi no. C.de acqui. poſ.item duplex etiam eſt ſucceſſor: quidam eſt vniuerſalis, alius eſt particularis,textus eſt nota.in lege fluminum. §. adiicitur.ff. de de dam.infe.l.j.§.illud.ff.quorum lega.& latè tradit Felin.per regulas & fallentias in c.quia ſic. in fi.columnæ.de judi.Alexand & Iaſ. in l.quidam. §.nihil,ff. de eden.de quibus ſeriatim videndum eſt, quibus habitis & realiter cognitis facilè percipietur veritas iſtius articuli. Vitiũ igitur reale dicitur,vt violẽtia & furtiuitas intelligas de violẽtia,ex pulſiua,in his igit facias iſtã regulã,quod vitium reale auctoris nocet omni bonæ fidei ſucceſſori,donec res perueniat ad manus veri domini, & purget vitium ſuum, l.ſequitur §.quod autem,ff.de vſucap.& not.gloſſ. in d.l.vitia. Et iſtud quod dictum eſt,quòd tale vitium non purgatur niſi res perueniat & reuertatur ad manus veri domini intellige procedere in rebus mobilibus in quibus vſucapio habet locum & furtiuitas:ſecus in rebus mobilibus: quia in iſtis quo ad purgandum vitium violentiæ , propriè furtum conſiſtere non poteſt :ſed ſufficit quòd illa res reuertatur in poteſtatem poſſeſſoris expulſi,licet dominus non ſit:ita ſingulariter declarat Barto, in l. certe.§. Iulianus. per illum tex. ff.de preca. Et reaſſumit notabiliter Bald. in l. ſi partem. C. de vſucap.pro emp. & idem Bartolus in lege ſeq. §. ſi dominus. ff de vſucapio. Et iſta omnia de plano procedũt in rebus obtẽtis per vim expulſiuam : ſecus verò eſt in obtentis per vim compulſiuam, ſcilicet per metum . quia illa vis non afficit rem vitio reali,& ideo dicta authen.malæ fidei,de iſto caſu non habebit locum quò minus ſucceſſor bonæ fidei poſſit præſcribere : vt latè & magiſtraliter declarat Alexan. poſt Bartolum in l.ſibi vel metu: C. quod met. cauſ. & per hoc
41 ſit expeditum primum vitium. † Aliud eſt vitiũ perſonale, quod eſt quando aliquis mala fide poſſidet rem,non tamen per vim vel furtũ:item quando poſſidet quis clam vel precario : quia talis non poteſt præſcribere communi tempore, de quo eſt quæſtio noſtra, ſcilicet x.vel xx.anno. longiſſimo autem tempore bene poſſet de iure ciuili præſcribere:vt tradunt Bartol.& Alexand. in l.Pomponius.§.cum quis,ff.de acquiren.poſſ.

In iſtis igitur facias duas regulas & concluſiones : prima eſt quod vitium reale auctoris nocet ſucceſſori tantũ vniuerſali,vt eſt hęres qui ſuccedit in vniuerſum ius in defuncti ſiue fuerit ſingularis,vt bonæ fidei emptor, vel alius: vt in §.furtiuę,ſuprà de vſucapionibus,& iuribus ſupra allegatis. Secunda concluſio eſt quod vitium perſonale auctoris non nocet ſingulari ſucceſſori bonæ fidei quantum ad præſcribendum ex perſona ſua:ſecus ſi vteretur adminiculo poſſeſſionis auctoris ſui malæ fidei: quia tũc nec de iure antiquo Digeſtorum neque codicis poſſet præſcribere : vt latè declarat glo. per illum textum in l.an vitium.ff.de diuer.& tempo. præſcript,tamen de iure nouiſſimo authen.vt in d.authen.malę fidei. bene nocet: vt Andre. ſicul. concludit in conſilio iiij.columna pen. in tertio volumine, de quo ſtatim videbimus,ſi vero fuerit ſucceſſor vniuerſalis, habeas iſtam doctrinam quod regulariter mala fides auctoris, etiam ex vitio perſonali nocet hæredi qui dicitur eſſe ſucceſſor vitiorum.l. cum hæres.in principio, ff.de diuerſis,& temporum præſcriptionibus,& hoc ſiue hæres,velit vti acceſſione poſſeſſionis defuncti, ſiue non, ſecundum magis communes concluſiones : vt tenet Abbas in capitulo ſi diligenti.in ſexta columna, verſiculo,ſed circa prædicta,& in capitulo nihil, in ſecunda columna de præſcriptio.& iſtam opinionem dicit magis communem Iaſon in d. le. Pomponius.§.cùm quis.vbi planè attingit iſtum articulum poſt Alexandrum vbi pluribus modis limitant : de quibus ibi per eos. Ex ſupradictis habes claram cognitionem quando mala fides auctoris noceat ſucceſſori particulari,de quo nos loquimur quò ad præſcribendum. Tamen per hoc adhuc non habetur perfecta reſolutio,nunquid diſpoſitio dictę authenti.malæ fidei noceat quò ad publicianam. Et Iaſon hîc concludit quod per dictam authent.malæ fidei,non eſt correcta publiciana ex eo , quia ille textus non tollit præſcriptionem , ſed in longius differt. nam cum aliâs habens cauſam à bonæ fidei poſſeſſore præſcriberet per decem vel viginti annos : modò per illum textum inducitur quòd ſi auctor à quo cauſam habui in mala fide , fuerit in decem annis vel viginti,non ſufficiant,ſed xxx. vel xl, & ſic ille textus differt tempus præſcriptionis . cùm igitur non tollatur præſcriptio : ergo neque publiciana, facit pro iſta opinione Iaſon. illa regula , quòd illud quòd differtur , non aufertur. l. cùm furioſus. ff.de iudiciis, & §. itaque Inſtitutis ,de ſingul. re. per fidei religionem. Et hanc opinionem videtur tenere Angelus Aretinus in §. furtiuæ. columna penultima,ſuprà de vſucapionibus, vbi limitat d. authenticam malæ

fidei, duodecim modis, quos repetit hic idem Aret. in vij. colum. vbi eandem opin. tenet, de quo meminit Iaſ in §. item ſeruiana. in xxv. columna infrà eo, & latius reaſſumit Soci. in tract. ſuo regulatum, num. xxxiij. vbi xvj. limitationes ponit. inter quas duæ vel tres faciunt pro iſta opinione: & idem tenet Oldr. in conſilio xix. thema tale eſt circa fin. & iſta eſt communis opinio. vt atteſtatur Alexand. in conſilio xxxix. viſis ſcripturis. in ij. vol. & in l. Pōponius. §. ſi iuſſu. circa fi. ff. de acquir. poſſ. & in l. rem quæ nobis. colum. iij. eo. tit.

Sed contra iſtam opinion. obſtare, videtur vnum: quia tenendo communem regulam, quòd vbi non habet locum præſcriptio, non competit publiciana. vt in l. ſi ego. §. partus. ff. de public. nec in caſu l. cum ſponſus §. in vectigalibus. eod tit. iſta communis opinio. deſtrueretur cùm in d. authen. malæ fidei præſcriptio impediatur: ergo eodem modo, & cenſetur prohibita publicana: quòd in terminis tenet Bald. nouel. in tract. de dote. in viij. parte. in vj. ſpeciali. in iiij. columna. Niſi ſuſtiuendo communem ad iſta reſpondeas quòd arg. de vſucapio ad publicianam non procedit negatiuè, vt ſuprà dixi. & credo quod ſit magis communis opinio. & text. in d. authen. malæ. fidei, loqoitur de præſcriptione: nos autem loquimur in vſucapione, ex qua publiciana competit, & ille textus, in vſucapione non procedit: vt dicit Bart. cuius opinio. in hoc communiter approbatur in l. Pōponius. §. cum quis, ff. de acquir poſſ. & Alexa. in conſilio. cxxxiiij. incip. in cauſa & lite. colum. fin. lib. ij. concordando tamen opinio. poteſt dici quòd ſi habens cauſam ab auctore malæ fidei velit vti acceſsione temporis, iſto caſu procedat contraria opin. aut verò velit ex perſona tantum ſua incipere præſcriptionem, & tali caſu publiciana non corrigitur, iſta diſtinctio probatur in l. Pomponius. §. cum quis, ff. de acqui. poſſ. & iſta eſt veritas. In eadem gl. ibi, quod credat ſe hodie dominum nō eſſe &c. ex iſta gloſſ videtur probari vnum quòd agens publiciana poteſt eſſe in mala fide. & iſtud de plaoo procedit de iure ciuili in quo titulus à principio: & bona fides ſufficeret per ea quæ infra ſtatim dicam: ſed dubium eſt quid, de iure canooico, nam de illo iure expeditum eſt quòd ſi aliquo tempore præſcriptionis ſuperueniat mala fides, impeditur præſcriptio & vſucapio: prout communiter per omnes traditur in c. fi. de præſcrip. & in regula poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj. & non ſufficeret à principio habere titulū & bonā fidem: & ſecundum hoc publiciana etiam non habet locum: quia quo remouet ur præſcriptio & vſucapio, remouetur publiciana: per ea quæ ſuprà latè dixi in xj. num. contra Iaſ. qui tenebat ibi, quòd iſta regula procedebat negatiuè, non autem affirmatiuè: cùm tamen veritas ſit in contrarium: vt ibi latiùs probaui ratione & auctoritatibus. Tamē ad iſtud argumentum reſpondet hic Iaſ. ex mente Bar. in l. ancillæ. C. de fur. videlicet quòd licet de iure canonico præſcriptio neque vſucapio tali caſu non habeat locum, dabitur publiciana in qua diuerſa ratio concurrit quæ potuit eſſe ſecundum ipſos, quia præſcriptio eſt contra æquitatem, & præiudicat domino cum illi auferat ſaltem vtile dominium, lege, ſi quis emptionis. C. de præſcriptio. xxx. vel xl. an. adde textum quòd præſcriptio dicitur eſſe iniquum præſidiom, & contra æquitatem naturalem in §, habeat itaque. in authent. vt eccleſi. Roma. columna ij. quem textum ſummè not. Ang. in l. ſequitur. §. ſi viam ff. de vſucap. & in rep. l. j. circa fin. C. de iudi & Bald in l. j C. de præſcriptio xxx. ann. cum ſimi. ſi igitur tam exoſa eſt præſcriptio, meritò per ius canonicum fuit correcta: ſed illa correctio non debet extendi ad publicianam, quæ fauorabilis eſt, nec contra dominum datur: vt in l. penult. & fi. ff. de publicia. Sed iſta ratio nihil valet: quia eodem modo vſucapio deberet impediri, cùm per eam maius præiudicium dominis inferatur reſpectu directi dominij. l. traditionibus. C. de pact. & tamen circa illam non eſt facta correctio: quia eſt fauorabilis: & ideo vbi illa non procedit, non debet dari publiciaoa, & contra iſtam rationem etiam obſtant ea quæ hic Iaſ. adducit. & ideò ipſe Iaſ. aſsignat aliam rationem quam putat inconuincibilē, ſuper qua multum exaltat vocem ſuam: dicit enim quod licèt quò ad hoc vt competat publiciana, requiratur à principio bona fides & titulus, quæ poſſunt cauſare vſucapionem: tamen ſi tempore quo quis agit, ſit in mala fide quæ poteſt impedire vſucapionem: tamen non impedit publicianam, in qua ſufficit quòd à principio bona fides interueoit: quod ita probat: quia clarum eſt quòd publiciana ita demum cōpetit, ſi à poſſeſsione cecidit, alias non datur: vt hîc eſt text. ſed ſi cado à poſſeſsiooe, vſucapio interrumpitur: vt l. naturaliter. in princ. ff. de vſucap. & tamen competit publiciana: ratio eſt: quia ſemel potui præſcribere vel vſucapere.

Audi modo & aduerte, quòd iſta ratio Iaſ. de qua tantum gloriatur, nihil valet: neque tollit dubium. Nam quæſtio gl. noſtræ quā ipſe Iaſ. ponit, eſt. oūquid publiciaoa ſit correcta de iure canonico: & ratio ſua tendit ad probandum quòd non ſit correcta de iure ciuili: quia de iure ciuili fundamentum eius de plano procedit: quia ſufficit quòd bona fides adſit à principio præſcriptionis longi temporis: licet poſtea ſuperueniat mala fides. l. j. §. hoc tātummodo. C. de vſuca. transfor. l. ſequitur. §. de illo, ff. de vſucapio. Nam bona fides de iure ciuili regulariter attenditur tempore traditionis. l. ſi aliena res. in princip. ff. de vſuca. cum ſi. vt per Mod. in ſuo tract. præſcri. in ij parte. iij. prin. quæſt. vij. & propterea non eſt mirum quòd licet poſtea ſim in mala fide quòd publiciana competat: cum eo caſu præſcriptio habet locū. Sed de iure canonico hoc non procedit: nam in præſcriptione requiritur bona fides omni tempore præſcriptionis: & ſi in aliqua ſui parte ſuperueniret mala fides, interrūpititur præſcriptio & vſucapio. caſus eſt clarus in c. v. de præſcri. & ibi notant omnes & Bar. in l. naturaliter. col. ij. ver. quæro vtrum ſuperueniens. ff. de vſucapio. Bal. & Ang. col. verſi. dixi ſecundò. C. de præſcrpt. lon. temp. ſi igitur iſto caſu impeditur præſcriptio, & vſucapio: ergo & publiciana noo habebit locum ceſſante bona fide, lege eum qui. ff. de publicia. neque ratio Iaſon erit bona, quòd ſufficit quod à priocipio interuenerit, per ſupradicta.

Et ideo ego puto quod iſta difficultas poteſt tripliciter reſolui, & primo dico quod doctores. hîc non intellexerunt gloſſam noſtram quia gloſſa iſta non dicit quòd requiratur in publiciana quod agens ſciat ſe non eſſe dominum quando agit: quia malè diceret per ſuprà dicta,

ſed

ſed dicit quod debet credere ſe dominium non eſſe,& iſto caſu bene loquitur gl.Ná iſta ſunt multum diuerſa quòd aliquis ſit in mala fide tempore actionis competẽtis, vel quod credat ſe dominum non eſſe.quia in primo caſu impeditur præſcriptio:vt ſuprà dixi in ſecundo caſu per doctri. notabilem.Bar.in l.ij.§.ſed ſi ſub conditione,circa medium.ver.oppo.ff.pro empt.vbi vult quod in materia vſucapionis, licet quis nó putet ſe dominum: tamen dicitur eſſe in in bona fide ſi credidit dominum eſſe tradentẽ:allegat per hoc tex. in l.j.eo.ti.& in l.iij.ff de vſucap:& ita Bar.ibi ſequuntur Ang.& Imo.& hoc idem tenet Azo in ſumma.C.de vſuca.pro emp. in iij.col. & ſecundum hoc rectè procedit tractatus de publiciana: quia licet credam, ſiue quadam opinione exiſtimem me non eſſe dominum tantum, non impeditur vſucapio: neque per cõſequens publiciana, & iſto modo declarando reſultat ex iſtis vna notabilis limitatio ad tex.in d.c.ſi.de præſcriptio.

Vel ſecundò poteſt dici quòd non eſt inconueniens,quòd de iure canonico competat publiciana in caſu quo vſucapio non habet locum: per tex.expreſſum & ibi gloſſ. in c. Abbate ſanè, de re iud.lib.vj. Neque obſtat quòd publiciana regulatur ſecundum terminos vſucapionis,iuxta tex.in d.l.eum qui. quia latiùs ſuprà dixi, num. xj. videlicet quod regula d. l.eum. procedat affirmatiuè ſcilicet quod vbi habet locum vſucapio competit publiciana:ſed non valet negatiuè vt ſi prohibeatur vſucapio etiam publiciana per doctri.Bald.quam ibi latiùs comprobaui in l.nihil. C. pro hærede.& ratio eſt quia argumentum negatiuè de maiori ad minus non valet: vt no.in authen.multo magis C.de ſacroſan.ecc.& tenent Moder.in l.j ff.de off.eius.& ſentit gl.in d.l.eum. patet igitur quòd licet de iure canonico per ſuperuenientiam malę fidei prohibeatur vſucapio: non tamen denegatur publiciana, & ſi dicatur quod ius canonicum non debet permittere quòd quis teneatur in mala fide propter periculum animarum,per ea quæ traduntur in c.cum contingat.poſt glo.ibi de iureiur,& in c.ij.de conſtitut. lib.vj.vbi latè dicit poſt repetẽtes: quia dico tibi quod illud procedit, quando quis ex titulo lucratiuo præſcriptionis vel vſucapionis rem vellet defendere,quod non admittitur:ſecus ſi ex titulo oneroſo.nam cum eccleſia ſit cultrix iuſtitiæ nó putauit iuſtum eſſe vt emptor qui de ſuo pretium numerauit à principio cum bona fide, re ſua defraudatur,per hoc tamen non permiſit,vt eá poſſit præſcribere:& ideò dominus rei liberá viá habet ab iſto emptore vẽdicare rẽ, neque publiciana impediet eum,quod nó procedat de iure ciuili propter obſtaculũ præſcriptionis,vel vſucapioni quæ cõpleri poterat tali caſu:cõcludo ergo quod ius canonicum permittendo quod poſsit agi publiciana, propter hoc non tuetur malæ fidei poſſeſſorem:vt patet etiam in c. in literis.de reſtitu. ſpoli.vbi ius canonicum permittit quòd fur ſpoliatus poſſit agere interdicto recuperandæ poſſeſſionis,vt reſtituatur in totum:per hoc tamen nõ approbat poſſeſsionem eius : cum dominus liberè poſsit petere argumento eorum quæ notantur in capitulo,eum qui.de præbendis,libro ſexto.

Vel tertio poteſt aſsignari alia ratio , vt dicamus quòd gloſſa iſta malè loquatur & ſine lege & ideò non eſt tenenda.vnde Bartol. in l.nemo. C. de ſentent. reprehendit iudicantes ſecundum dictum gloſſæ quando non habet legem pro ſe. Nam eius auctoritas eſt probabilis & non neceſſaria. vt not.in l. prima. C.de legib. Dico igitur quòd agens publiciana quo ad hoc vt poſsit habere effectum, requiritur quod dubitet tempore quo agit an ſit dominus vel non : & tunc bene competit publiciana : quia ſi ſciat vel credat vehementi opinione , non poterit agere obſtante mala fide : per ea quæ traduntur communiter in d l.eum. & ſecundum iſtam rationem omnia dicta doctorum poterunt conſeruari. ratio igitur iſtius dicti eſt:quia ille qui à principio fuit in bona fide,ſi poſtea quando vult agere,dubitat an ſit in bona fide vel non : & ſic dubitat de dominio: poteſt non obſtante illa dubitatione finire & complere præſcriptionem vel vſucapionem de iure canonico. ita tenet gloſſ.& Inno.in c.ſi diligenti.& c.ſi de præſcrip.ſequitur Bartol. in l.naturaliter.columna ij.verſiculo circa ſi.ex hoc dico.ff.de vſucap.quia tali caſu reputatur in dubio eſſe bonæ fidei:nam æquiparatur dubitans ignoranti:vt dicit Iaſo.in l.quandiu.C. qui admit.per tex.notabilem in l.manifeſtiſsimi §. j. C.de fur. & idem Iaſon in l.prima,columna prima.& ſi.ff. de condi.indebi.Ange. Aretin.ſupra de vſucap.in principio , columna ſecunda. & iſtam dicit eſſet communem opin.Alexand.& Iaſon in l.poſsideri.§.ſi.in ij.columna ff.de acquirenda poſſ.declarando tamen eam & limitando , vt per Decium, in lege,qui cum alio numero a.ff.de regulis iuris. poſt Iaſon in lege, nec his §. hæres.in quinto notabili.ff. de acquir. hæredit. & in lege ſi per errorem.in prima not. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum,ſic ergo ſicut ignorans finire præſcriptionem poteſt,ita dubitans: ſi igitur præſcribere poteſt , poterit agere publiciana tam de iure ciuili quàm canonico : & ſic res de plano procedit. Et quamuis prima ratio poteſt ſuſtineri & videatur eſſe eadem cum iſta : tamen non eſt ideò multum diuerſa quoniam de illo dicto Bart. in dicta l. ij. in materia præſcriptionis de iure canononico multum dubitant Moder.in c.ſi.de præſcriptio. In eadem gloſſ. ibi cùm ſit de ſua conſcientia &c. gloſſ. communiter allegatur per doct. vbique ad hoc quod in conſiſtentibus in animo alicuius ſtatur eius iuramento, ita iſtam gloſſ. allegat Roma. in conſilio liiij. incipiente viſis circa id,&c.in ij. colum. & conſil.ccxxviij. pro pœna &c.& conſi lix.ad diſcutiendum in iij. columna,& conſilio cccccx. vt clarior,Alexand. in conſilio xix.in prima columna,ij. volum. Oldra.cõ.cclxxxvj.in electione.Pe.de anch.in cõſi. clviij. rationes quæ ſuperius in fin. & conſilio clxxuj.Lazarus,Abb. conſilio xxxv. videtur primo.in primo volumine.Decius in conſilio cclvj. aliâs eſt liij.incipi. in cauſa inquiſitionis,columna fin.in ſecunda parte.& eſt gloſſ.in regula præſumitur, de regul.iur.libro ſexto,& hác opi.Bar. in l.inter omnes.§.rectè, ff. de furtis.Abb.in capitulo,vidua , de regul. cum multis concordantiis quæ ponunt Moder. in capit. cognoſcentes. de conſtitut. vbi ad iſtam regulam duodecim limitationes ponuntur tam per apoſtillantes ad Abb. ibi, quàm per legentes & plures alias congerit hìc Iaſon.& ante ipſum fuerunt Pe.Rauen. in alphabeto iuris , in verbo ignorantia. Et plures alias limitationes cum magna congerie

allegationum ponit Hypolitus de marſi. in l. qui ignorans. in iij. & iiij. col. & in in l. qui falſam. in xj. col. ff. ad l. cor. de fal. vbi iſtã regulam ampliat, & limitat, & reaſſumit idem Hypolitus in repet. rub. de probatio. in xxvij. col. & in tracta. de fideiuſſo. in vij. col. & Moder. repe. in l. is poteſt. num. 316. cum ſeq. ff. de aequi. hære. per Iaſ. in l. conſtitutiones. C. de iur. & fac. igno. & per Felin. in c. quoſdam. de præſumptionibus in c. paſtoralis. de excep. & in c. ſignificaſti. de homi. & aliam ſingularem & peregrinam limitationem ponit Claudius de Aquis Moder. Taurinẽſis in l. j. §. per procuratorem ff. de acquir. poſſ. vbi declarat etiam limitationem quam ibi Alexand. ponit ad iſtam regulam. Ex quibus locis liceat pleniùs exhauriri materiam quam hîc Iaſ. ſcripſerit. Nam prædicti doctores plures notabiles deciſiones ponunt ad iſtam gloſſam tam in ciuilibus quàm in criminabus quæ non refero: quia fortè nihil ad rem, & onus duarum lectionum non patitur in ſingutalibus immorari.

SVMMARIVM SVPER §. RVRSVS.

1 ☞ *Quot ſunt ſpecies reſtitutionum in integrum & quæ ſit fauorabilior. & numero. 2.*

2 *Quæ eſt differentia inter iſtum. §. & §. ſupra proximum.*

Actiones rei perſecutoriæ quæ dantur contra ius ciuile finiuntur anno.

Hæres repreſentat perſonam defuncti.

3 *An remedium iſtius tex. habeat locum quando quis vellet reſtitui ad compellendum præſcriptionem.*

Præſcriptio habetur pro completa quando paucisſimi dies reſtant, limitando, vt hic.

In præſcriptione odioſa oportet vltimam diem eſſe ex toto completam: ſecus in alijs in quibus dies cœpta habetur pro finita.

4 *Quot ſunt genera abſentiæ: & quæ ſint nu. 5. 2. 6.*

Non minus defenditur patria literis, quam armis.

Cauſa ſtudij eſt multum priuilegiata.

Cauſa ſtudij præfertur cauſæ dotis.

5 *Duplex eſt vtilitas publica.*

Militia eſt minor ſtudio.

Doctor habet dignitatem.

7 *Abſens & præſens pluribus modis capi poſſunt. vide remiſsiuè.*

8 *Quæ ſit actio inſtitoria & reſciſſoria, & qualiter differunt inter ſe.*

Hodie non requiritur in reciſsoria remedium reſcindens.

Vbi competit actio, ceſſat officium iudicis.

Remedia iuris ciuilis ſubueniunt ipſo iure.

Remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium.

Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.

9 *Dictio rurſus, an ſit repetitiua pro vna vice tantum.*

Dictio rurſus, & dictio iterum, idem ſunt: de quo ibi latè vide.

10 *Dictio intra, includit vltimum diem.*

11 *An præſenti contra præſentem detur reſtitutio, & quo caſu.*

12 *An præſenti competat reciſſoria cõtra abſentem.*

Vna pars alternatiuæ per alteram declaratur.

Futura præcauenda ſunt.

13 *Ad hoc vt competat actio iſtius tex. requiritur quod præſens contra quẽ præſcripſit abſens, neminem poſſet conuenire.*

Citatio ad domum reddit citatum contumacem, acſi fuiſſet citatus perſonaliter.

Intellectus legis vt perfectius. C. de anna. excep. ibidem.

14 *Quomodo intelligatur iſta regula, quod impedito agere non currit præſcriptio. & de quo impedimento loquatur.*

Impedimentum iuris impedit præſcriptionem inchoari, ſed non inchoatam.

Impedimentum feriarum repentinarum eſt impedimentum iuris.

Opini. quæ reducit nos ad concordiam in dubio ſequenda eſt.

15 *An impedito impedimento iuris etiam culpa ſua currat præſcriptio.*

Non dicitur impeditus ille qui de facili impedimentum remouere poteſt.

Cauſa immediata vbi non mediata attenditur, ibidem cauſa originalis incipi debet, ibidem.

16 *Dictio tunc, denotat extremitatem temporis, & reſtringit diſpoſitionem ad illud tempus.*

In vulgari ſubſtitutione expreſsio vnius caſus ad alium porrigitur. fallit, vt hic.

17 *Res publica quæ dicatur propriè.*

Quid comprehendat illa clauſula prætoris, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. vide hic & remiſsiuè.

Conſanguineus & vicinus præſumuntur ſcire facta conſanguineorum & vicinorum. & qualiter intelligatur.

An priuilegia iſtius tex. competentia abſenti cauſa reipublicæ competant etiam abſenti pro caſtro vel pro iure alicuius municipij.

19 *An priuilegium conceſſum ciuitati extendatur ad caſtrum.*

In priuilegijs eſt prohibita extenſio ex identitate rationis.

20 *Abſens cauſa reipublicæ poteſt pro ſe rem præſentis pluribus modis vſucapere, vt hic.*

Ad præſcribendum quid requiratur.

Ciuilis poſſeſsio eſt potẽtior & nobilior naturali.

Qualiter amittatur ciuilis poſſeſsiõ.

Vitium perſonale non impedit præſcriptionem.

21 *Per alium poſsidendo, puta per ſeruum vel filium poſſumus abſentes præſcribere.*

Quæ eſt differentia inter abſentiam illius qui abeſt cauſa reipublicæ, & illius qui ab hoſtibus detinetur.

Qui poſsidetur, non poteſt poſsidere.

Poſſe

Poſſeſsio in facto conſiſtit.

22 *Qui dicantur propriæ hoſtes.*

An ſtante ſtatuto quod bannitus poſsit impunè occidi, filius poſsit occidere patrem bannitum.

Bannitus largo modo dicitur hoſtis, non autem propriè.

Caſus magis qualificatus non comprehenditur ſub ſimplici.

Maius eſt delictum comiſſum in ciuitate, quàm in rure.

Plus eſt veneno occidere quàm gladio.

Cautela ad liberandum filium qui commiſit crimen læſæ maieſtatis.

Si pater vellet delere patriam, poteſt filius armari contra illum: & an in foro conſcientiæ.

21 *Vbicunque lex vel ſtatutum repugnat fini æterno, eſt nullum, nec debet obſeruari.*

Lex temporalis debet eſſe ad ſimilitudinem legis Dei.

Deus conſtituit Imperatores, vt per ora eorum leges conderet.

23 *Quæ differentia ſit inter hoſtem, & reum crimine leſæ maieſtatis.*

Hoſtis poteſt eſſe ſubditus vel non ſubditus.

Nemo poteſt fieri reus criminis leſæ maieſtatis, niſi fuerit ſubditus. & quid in papa & epiſcopo. numero 24.

Quis dicatur infidelis & rebellis vide remiſsiuè.

24 *Omnes homines ſunt ſubditi papæ.*

25 *An illi qui muniunt hoſtes armis & alijs ingenijs belli, dicantur hoſtes.*

An piratæ ſint hoſtes & an poſſunt impunè occidi & derobari.

Piratæ quolibet anno in cœna domini excommunicantur.

Qualitas adiecta verbo, dicitur adiecta ad tempus verbi.

Finita cauſa odij finitur odium.

Inimicitia ſemel cauſata adhuc durare præſumitur.

26 *Verbum poteſtas, quid ſignificet.*

In dubio appellatione poteſtatis intelligitur de habente merum & mixtum imperium.

27 *An & quando priuilegiatus vtatur priuilegio contra priuilegiatum.*

Hæres inſtitutus & grauatus de reſtituendo, ſi deceſſerit ſine hærede. intrando monaſterium, dicitur habere hæredem.

Priuilegia conceſſa ſcholaribus per auth. habita C. ne fi. pro pa. non competunt ſcholari agenti contra ſcholarem.

28 *Si vſucapio ſit pro maiori parte completa in abſentia, & finita in preſentia, abſens reſtituitur in tempus quo fuit abſens.*

29 *Abſenti ex iuſta cauſa conſtituuntur. xx. miliaria diurna.*

Mille paſſus faciunt vnum miliare.

Quinque pedes faciunt vnum paſſum.

Quindecim digiti faciunt vnum pedem.

Eccleſia gaudet immunitate. xl. paſſuũ circũ circa.

30 *Quando eſt aliqua domus in confinio duarum parochiarum, & dubitatur de cuius parochia ſit, quomodo debet fieri commenſuratio.*

Si ſunt duæ domus proximæ quarum vna habet oſtium in vna via, & alia in alia, non dicuntur vicinæ.

31 *Abſenti ex neceſſaria cauſa ſubuenitur remedio iſtius text. ſecus ſi fuerit abſens ex iniuſta cauſa.*

An ſi abſens ex iuſta cauſa, ignorauit contra ſe eſſe præſcriptum, poſsit reſtitui.

32 *Annus ex quot diebus conſtat.*

Quot ſunt ſpecies anni.

Secundum hodiernam conſuetudinem. duplex eſt annus, videlicet legalis & naturalis ſeu communis vel vulgaris.

Legalis annus eſt ille qui conſtat ex 365. diebus.

Naturalis annus ſiue communis eſt ille qui incipit à natiuitate domini: & quare dicitur naturalis.

33 *In dubio de quo anno intelligimus, exemplificando, vt hic numero. 36.*

Libellus dicitur interpretari eo modo vt melius valeat.

34 *An appellatione anni intelligatur de biſſextili.*

35 *Quot dies faciunt menſem.*

Septimana à numero dierum dicitur.

Qualiter ſit computatio menſium, & quot ſeptimanæ faciunt menſem.

36 *In diſpoſitione prætoria in dubio appellatione anni intelligitur de vtili, ſed in diſpoſitione ciuili in dubio de continuo intelligitur.*

Quid ſit tempus continuum, & quid vtile.

Qualiter probatur quod quis non habet copiam iudicis.

37 *An liber Inſtitutionum fuerit compoſitus ante librum Codicis quem habemus.*

An reſtitutio de qua in tex. cõpetat etiã minorib⁹.

Ea quæ alienari prohibentur, vſucapi non poſſunt.

Res minoris quando poſſunt vſucapi.

1 RVRSVS. Pro intelligẽtia iſtius. §. & totius materiæ eſt primò præſupponendũ vltra alios quod duplex reperitur reſtitutio conceſſa à prætore. prima fuit minoribus de qua loquitur titulus ff. de mino. alia fuit conceſſa maioribus: vt patet toto titulo, ff. ex quibus cau. maio. quæ dicitur lõgè fauorabilior quàm illa quę cõceditur minoribus: vt eſt glo. notabilis quã ibi cõmendat Alex. aſsignans rationem diuerſitatis inter iſtas duas reſtitutiones in l. cùm quidam, in prin. ff. de acquir. hæredi. licet in hoc contrarium velit Soci in con. cliij quod eſt ordine primum in ij. volu. in ix col. & gl. in l. nec non. ff. ex quib. cau. maio. Ita tamen conceſſa maioribus habet duplicem cauſam: prima eſt ne abſentes à præſentibus lędantur, nam ſi caſu aliquo amiſi poſſeſsionẽ meam habitã bona fide, ſi tu eã occupaſti, mihi reuertẽdi datur actio publiciana: quæ licèt à nomine inuẽtoris ita nominetur, dicitur tamẽ reſciſſoria: vt dicit gl. in l. in

bono

honorariis.in verſic. redditur,ff.de actio. & obli-
gatio.quæ competit aduerſus te ex auxilio prȩto-
ris qui vult me quaſi vſucepiſſe quod non vſuce-
pi. & non vſucepi & ſic mediante iſta actione
reſtituitur mihi res: & de iſta reſtitutione viſum
fuit ſuprà §. proximo. Alia eſt cauſa de qua in
iſto §. quo modo præſentes ab abſentibus læduntur
quo caſu prodita eſt hæc actio quæ vocatur
reſciſſoria quæ datur ad reſcindendam vſucapio-
nem factam ab abſente cauſa reipublicæ vel alia
legitima de cauſa.nam quando reuertitur , datur
iſta actio ea ratione : quia tempore abſentiæ vſu-
capientis nõ habebat ille contra quem vſucapio
facta fuit.quem poſſet cõuenire:propterea à præ-
2 tore ſubuenitur. † Et ſic habes ex iſtis duabus
cauſis colligere differentiã §.ſuprà proxi.& iſtius
l.nam ſuprà in §.proximo datur actio , per quam
actor affirmat ſe vſucepiſſe,quod nõ vſucepit:hîc
verò in §. iſto datur actio per quam actor negat
alium vſucepiſſe quod vſucepit :& per hoc colli-
gitur etiam quòd iſta actio de qua in §. noſtro,ſit
realis:quæ omnia probantur ex principio iſtius §.
dum dicit rurſus ex diuerſo:quę quidẽ verba ſunt
roiteratiua eiuſdẽ caſus in qualitate ſub contra-
ria deciſione l.quicunque.C. de epiſ. & cleri.pro-
pter illam deciſionem ex diuerſo.quę verba opti-
mè probant quòd ſupradictum eſt. & facit tex.in
§.ſuprà proximo.verſi.ecce plerũque.& iſta actio
eſt tranſitoria ad hæredes l.cùm miles. in princi-
pio ff.ex quib.cau.ma. Et hoc videtur ſpeciale in
hac actione : quia cum regulariter ſit inductum
quòd actiones rei perſecutoriæ quæ dantur con-
tra ius ciuile, finiũtur anno,vt eſt caſus in termi-
nis:de iſta actione in l.in honorariis ff.de actio.&
obli.tamẽ licèt hæc actio ea ratione finiri debe-
ret cum per eam reſcindatur vſucapio inducta à
iure ciuili:& ſic contra hæredes dari non debuit:
tamen hæres repræſentat eandẽ perſonã defuncti
attenta continuatione poſſeſſionis quæ ad hære-
dem tranſit , & id præiudicium patit : Ideo datur
hęc actio. Sed aduerte:quia probabiliter dici po
teſt quòd d.l.in honorariis.loquatur de officio iu
dicis reſcindente , non autẽ de actione reſciſſoria
quæ realis eſt,& ſequitur rẽ vt hîc probatur.nam
iſta actio reſciſſoria non eſt noua actio : ſed illa
prior , quæ mihi competebat ad rem vendican-
dam quæ per præſcriptionem erat diſiuncta &
per officium iudicis reſciſſa vſucapione reſtitui-
tur : vt not. in l. in cauſæ §. fina. ff. de minor. &
per Cy in l.fin.quæſt.iiij. C. ex quib. cau. ma.

Vel dicas quòd text.in dicta l. in honorariis.
procedit quando actio ad quam me reſtituit præ-
tor , eſſet vſucapta : quia ex quo per vſucapio-
nem in totum actio extinguitur , ſi deinde præ-
tor me reſtituit , iſta actio quæ modò mihi cõpe-
tit eſt datiua & iſta bene erit annalis ſecus quan-
do talis actio non eſſet vſucapta ſed præſcripta:
quia tunc ex quo non eſt in totum ſublata actio
directo , ſed reddita fuit inefficax : tunc talis a-
ctio reſtituta à prætore dicitur natiua,ex quo ha-
bet præexiſtentem materiam , & talis dicetur
perpetua : quia ſapiet naturam illius in cuius lo-
cum ſubrogatur:iuxta not.in l.certi condictio.in
princip ff. ſi certum petatur. Vel tertiò dicas
vtroque modo eſſe annales : per dictum l. in ho-
norariis. tamen per lit. conteſta. efficiuntur per-
petuæ l.fina.de tempo.in integ.reſtit. pe.vt l.fina.
de præſcrip.xxx. vel. xl. anno. Item aduerte ad
aliam differentiam inter reſtitutionem de qua lo-
quitur iſte tex.& ff ex quib.cau.ma. & illam quæ
fit cauſa miſerationis : quia illa conceditur offi-
cio iudi.iuſta de cauſa , & eam concedit præſes:
illa verò quia cõceditur cauſa miſerationis,con-
cedit princeps. ita notabiliter Bartol. diſtinguit
3 in l.j.§. fina. ff. de quæſtio. † Item vlterius no.
pro intelligentia iſtius text. quòd remedia iſtius
§.& tit. ff. ex quibus cau. ma. quod non habeant
locum , quando quis vellet reſtitui ad complen-
dam præſcriptionem : quia certat de lucro ca-
ptãdo.gloſ.eſt notabilis in l.iiij.§. Labeo ff.de ac-
quir.poſ.& in l.j.C.de ann. excep. hoc tamen fal-
lit , niſi parum tempus ſupereſſet ad præſcriben-
dum , gloſ. eſt ſingularis in l. j. §. qui autem. in
ver.habiturus ff.de vi & vi ar.quæ ad hoc allegat
tex.in l.ſi fundum in fi.ibi ſi paucißimi dies ff. de
fundo do. vbi probatur quòd præſcriptio habe-
tur pro completa quando paucißimi dies reſtant
quam pro ſingulari alleg.Bald.in cap.fin.col.iiij.
de præſcrip.& facit tex.in l.rerum mixtura.§.La-
beo ff.de vſuca.nã iſtis caſibus interpellatio non
interrumpit præſcriptionem: quòd no.pro limi-
tatione l.vt perfectiùs. C. de anna. excep. de qua
dico infrà in pe.not. Et hanc opi.dicit eſſe com-
munem Alex.& notandum in practica in d. l. iij.
§.Labeo. Iſta tamẽ limita procedere in præſcri
ptione fauorabili:ſecus ſi in odioſa:vt eſt glo.no.
in l.in vſucapionibus ff.de diuer. & tẽpo.præſcri.
quam ſequitur Ro.in d.§.Labeo.& facit gloſ.in l.
iij.§.minorem ff.de mino. quæ vult quòd in præ-
ſcriptione odioſa, prout in illa xxx.anno.oportet
vltimam diem ex toto eſſe completam : ſecus in
aliis in quibus dies cœpta habetur pro finita d.l.
in vſucapionibus.& hanc concluſionem ſequitur
Alexan.& Iaſ.in dicto §.Labeo.& Feliu.in cap.il-
lud in fin.col.verſi.viij.concluſio.de præſcriptio.
4 † Secundo præſupponenda ſunt ea quæ dicit
Iaſ. hîc quòd quinque ſunt genera abſentiæ. qui-
bus adde glo.in l.aut religionis ff.de procur. quæ
dicit quòd ſunt tres tantum ſpecies:prima neceſ-
ſaria,vt in bannitis:alia probabilis,vt ſtudẽtium,
alia voluntaria,vt errantium.quam gloſ.ſequitur
Feli.in cap.conſultationibus in ſecundo notabili
de offi. dele. tenet quod ſunt quinque genera , vt
hîc dicit Iaſ. tenuit prius Spec. in titu. de ſenten.
§.iuxta verſi.eſt etiam nulla. & §.quoniam. verſi.
porrò vbi omnia quæ latè congerit Bartol. poſt
gloſ.in l.fin. in j.ij. & iij.colum. ff. de integ.reſt.
plenè diſcurientur.& dicta gloſ.in l.fin.videlicet
ſunt quinque genera abſentiæ.ſequitur Matthæus
de Afflictis Neapolitanus in trac. prothomiſeos.
fo.ij.colum.ij & Andreas ſicu. in capitu. conſul-
tationibus,in ſecunda columna de offic.deleg.Eſt
igitur prima quæ dicitur probabilis neceſſaria:vt
cauſa militiæ & alterius expeditionis. Secunda
probationis , vt ſtudiorum. Tertia neceſſaria
tantum , vt religionis. Quarta voluntaria ſi-
ne contumacia , vt cauſa mercantiæ. Quinta
eſt voluntaria cum contumacia : ita Iaſ. hîc poſt
Bartol.in dicta l.fin. Sed tamen aduertendum
eſt ad plura : quia non videtur verum quòd cau-
ſa ſtudiorum dicatur probabilis tantum : ſed e-
tiam materia quemadmodum cauſa militar:quia
non minus literis neceſſaria defendimus quam
armis l.nemini C.de aduo di.iudic. & ſic text.ibi
non plus militibus tribuit , quàm doctoribus:i-
mò ad regimen imperij hæc duo ſunt neceſſaria,
& videntur

videtur annexa:vt ſuprà in proe. in prin.& cauſa
ſtudij multum priuilegiata eſt : vt tradit Abb. in
c.fi.in fi.de iudi. vbi vult , quod adeò ſit publica
cauſa ſtudij, quòd præfertur cauſæ doris:quem ſe-
quitur quidam Pe.modernus in trac.de doc.in ij.
parte § xvij.vbi alia ponit in fauorem doctorum
& alia pluta priuilegia tradunt latiſsimè Moder.
in repe.auth.habita.C.ne fil.pro pa.& aliqui in l.
j.ff.ſo.ma. notabilius proſequitur Signorolus de
homodeis in trac. de præceden. doctoris & mili-
litis per totum. Et iſtam cauſam dicit iuſtam &
probabilem Decius in d. c. conſultationibus in
quinto notabili. Tertia etiã cauſa non videtur
vera:quia religionis ingreſſus magis accedit cau-
ſæ volontariæ,quam neceſſariæ.capitulo ad apo-
ſtolicam. de regu. & capitulo ſicut. & ideò vide-
tur quòd ad tres ſpecies poſſent iſta membra re-
duci ſecundum gloſſam in dicta l. aut religionis.
5 † Poſſet tamen iſta diuiſio ſuſtineri, ſi dica-
mus quòd duplex eſt vtilitas publica:vna princi-
paliter conſiderata vt militia, altera ſecundariò,
vt ſtudiorum.de prima poteſt probari quia mili-
tes principaliter propter rem publicam conſti-
tuuntur.hinc eſt quòd priuati non dicuntur , ſed
publici l. licet inter priuatos. C. de pactis.& l..
quiſque C.ad legem Iuliam maieſta.& tales alen-
di ſunt à republica : vt notat Speculator in titu-
lo,qui filij ſint legitimi.verſic. quid de adoptiuo.
& hoc reſpectu imperator non dedignatur ſe mi-
litem appellare : vt not Bartol. in rubrica. C.de
milit. teſta Sed cauſa ſtudiorum eſt ſecundariò
publica:vt no.Bartol.in l.j ff. ſo. mat. Sed etiam
iſtud non ſatisfacit : quia non video quòd aliquo
pacto militia maior ſit ſtudio , imò minor : cùm
doct.dicatur habere dignitatem : vt in cap.quan-
tò.de magiſt.vbi omnes notant : miles verò non
vt l. penulti. vbi latè Iaſ. C. de pact. & tradunt
moder. omnes in capitulo clerici.de iudi. inter
quos latè Felin. & Decius differunt , quinimo ſo-
la militia non eſt cauſa reſtitutionis , ſed occu-
patio circa exercitium militare : vt tradit Barto-
lus per illum text. in l. fin.C.de reſtitut. mili.

Hinc eſt quòd hodie milites noſtri temporis,
quia non ſunt in expeditione armorum , non
gaudent priuilogio text. noſtri , neque aliorum
priuilegiorum : vt dicit Bartolus per illum text.
in l.miles,ff ex qui.cau.ma.Et quòd cauſa ſtudio-
rum omni caſu ſit dignior militia , latiùs probat
Ludouic.Bologninus in addi. ad Signorol. in di-
6 cto tractatu de præceden. doc. & mili. † Alibi
tamen Baldus in margarita ſua in verbo ſenten-
tia , ver.ſententia lata in abſente , ponit quatuor
genera abſentiæ ſub diuerſo modo loquendi : di-
cit enim quod abſentia neceſſaria,iuſta, & fauo-
rabilis eſt illa quæ fit cauſa reipublicæ & teſti-
monij. Alia eſt neceſſaria & odioſa , vt eſt abſen-
tia bannitorum l. Papinianus exuli , ff de mino.
Alia voluntaria & fauorabilis , vt in l. nemo, ff.
ex qui. cau. maior. Alia voluntaria ſimplex non
fauorabilis nec odioſa , vt cauſa rei familiaris &
mercantiæ & ſolatij : de quo in l. fina. de in in-
tegr.reſtit. Sed omnis abſentia aut eſt neceſſaria
aut voluntaria : nam neceſſaria eſt duplex : quæ-
dam priuilegiata & vnica legis, quædam deteſta-
bilis & odioſa. Voluntaria eſt triplex : quædam
habens prærogatiuam , vt cauſa ſtudiorum : quia
rei publicæ intereſt , vt mundus peritis viris illu-
minetur:vt dicit text.in authent.habita. C.ne fil.
pro pa.vt deducit Alexand,& mod.in l.j. ff. ſolu.
matrimo.in penulti. colum. quædam odibilis &
contumax : quædam neutra , puta habens quan-
dam artem mecanicam , vt mercantiæ & ſimi-
lem artem vel cauſam : ita ibi Baldus , & deducit
Innoc. in capitulo querelam.de procurato. & fi-
naliter abſentia omnis regulatur ſecundum ſub-
iectam materiam : vt eſt gloſ. in authen. de fide-
7 iuſſo. in princip. in ver. præſentes. † Et tradit
plenè Feli.in cap.quoniam frequenter.colum.pe.
ver. circa ſeptem vt lit.non conteſtata . vbi ſub-
dit quòd licet præſens & abſens pluribus modis
capi poſsint,per adducta ibi per eum:tamen quo
ad proprietatem verbi , abſens dicetur ille qui
non eſt in ciuitate. quod facit ad ſtatuta de quo
etiam vide per Alex.in l. j. in princ. in ij.notabi.
vbi no.Moder.ff. de obligationibus. & notabili-
ter per eundem in l.ij.voluntatem.in ſecunda co-
8 lumna num.x.& xj.ff. ſolu. matrimonio. † Vlti-
mò circa prædicta aduerte:quia datur actio inſti-
tutoria & reſciſſoria : vt hîc declarat Iaſ. & iſta
differunt inter ſe ſecundum Nico. de Neap. quia
inſtitutoria datur ſine officio reſcindente: Iſta ve-
rò reſciſſoria ſecus.per text. in l. quamuis §.cum
eſſem.& l.debitrix §.j.ff ad Velleia. Iaſ tamen hîc
dicit quòd iſta iura nõ loquuntur in hac materia,
vt hic per eum. Tu breuiter dicas quòd iſta be-
ne probant in verbo ſtatim , quod hîc ponderat
Iaſon.& licet exempla hîc poſita non conueniant
non tamen reſtringunt regulam quominus in
hac materia adduci poſsint : imò dico tibi vnum
quòd hodie non requiritur in reſciſſoria iudi-
cium reſcindens : nam ex quo datur nobis à le-
ge hæc actio , vt in §. iſto. vbi competit actio
ceſſat remedium extraordinarium , ſcilicet of-
ficium iudicis : bene fateor quòd illo tempore
quo à prætore durante eius officio proponeban-
tur edicta ſimilia , requirebatur imploratio ſui
officij:modo autem . quia hæc edicta per viam a-
ctionis recepta ſunt à iure ciuili . & remedia ci-
uilia ſubueniunt ipſo iure.vt dixi ſuprà poſt alios
in §.ſed iſte. in primo notabili allegando gl.in l.
iij.§.ſed veſtrum,ff.de minor.& l.ſtatuas,ff.de ac-
quirend. rerum dominio. cum ſimilibus : vt per
Iaſ.in l.legem.in principio. C. de pactis.Ideò di-
cendum eſt quod ille cui competit actio de qua
hîc , ſufficit quòd abſque alia imploratione iudi-
cis conueniat aduerſarium, & ponat libellum in
quo facti ſeriem narret : quia tunc datis legitimis
probationibus aduerſarius condemnabitur iſto
remedio ordinario , quod facit ceſſare vt dixi il-
lud extraordinarium : vt in l.in cauſæ de minor.
Bartolus in l. prima §. j. in prima columna, ff.de
operis noui nuntiatio. quia non poſſunt ſimul
concurrere : vt ibi dicitur: & latè reaſſumit Bar-
tolus in l.in prouinciali. §. j. eodem titulo quic-
quid dicat hîc Iaſon & alij. Sed aduerte vlte-
rius,quia poteris tu replicare & dicere quòd per
diſpoſitionem iſtius text. non conceditur nobis
indiſtinctè actio : niſi ita demum prius reſcinda-
tur vſucapio , ſcilicet officio iudicis : probatur
ibi reſciſſa vſucapione.quæ verba. cùm ſint abla-
tiui abſoluti , reſoluuntur in conditione, id eſt, ſi
prius reſcindantur:vulga. l. à teſtatore, ff.de con-
ditio.& demonſtratio. dicam ibi infrà ſuper glo.
reſciſſa. Et inquantum Iaſ hîc nu. xij. vult quòd
aliquando officium iudic. dicatur remedium re-
ſciſſorium : vt quando præſcribitur officio iudic.
adde

adde circa hoc aliquid per eundem Iaſ. in §. fue-
rar, colum. viij. ioftrà eodem & in l. prætor. §. fio.
ff. de ope. no. nun. & Alex. io l. ſicut, io apoſtil. ad
Bar. C. de præſcrip xxx. vel xl. an. & latiſsimè per
Ioan. Frao. Balbum trac. præſcri. io iiij. parte. iiij.
9 partis prin. quæſt. xxx. † No. j. io tex. ibi rurſus.
quòd iſta dictio eſt repetitiua pro vna vice tan-
tum: ita Bartol. io l. eum qui certarum. §. fin. ff. de
verbo. oblig. tenet Iaſ. io l. quicquid aſtringendæ.
pen. colum. de verbo. oblig. per text. l. fideicom.
§. ſi quis decem. vbi etiam notabiliter Bartol. de
leg. iij. Adde ſimilem tex. per omnia in l. j. §. ſi cui
ff. vt lega. no. ca. & eſt bonus tex. in l. quicunque.
C. de epiſco. & cleri. & io l. j. §. rurſus. quando ap-
pel. ſit, & cap. rurſus. qui cleri. vel vouen. & rurſus
idem eſt quod iterum l. notabili §. j. ff. de peculio.
& ex hoc infertur quòd poteſtas data arbitro in
compromiſſo, vt ſemel & iterum compromiſ-
ſum prorogari poſsit: quod hoc pro duabus vi-
cibus iotelligitur: vt dicit Alexand. in l. qui bo-
na §. fi. de dam. infec. ſed etiam poteſtas data ar-
bitro prorogandi, pro prima vice intelligitur: ita
dicit Bald. in cap. fin. col. ix. verſi. ſin autem. de con
ſue. & in cap. olim ex literis. colum. ij. de reſcrip.
extrà, & prius Specul. in titu. de arbitris. §. exci-
pitur. ver ſed quid ſi fuerit. & finaliter iſtud redu-
citur ad illam regulam l. boues §. hoc ſermone ff.
de verbor. ſignific. videlicet quòd actus ſimplici-
ter prolarus intelligitur pro voa vice: quam per
plures deciſiones Iaſon proſequitur io l. duobus
§. ſi ei qui, in penultima columna ff. de iureiuran.
vbi etiam de prædicta doc. Specula. facit men-
tionem: & hoc non tam procedit reſpectu di-
ctionis rurſus, quam diſpoſitionis ſimpliciter pro
latę, quæ iſtam naturam habet: vt exorditur idem
Iaſ. io l. diuortio §. quod in anno. columna ij. ff.
ſolu. ma. & in l. decem in v. colum. ff. de verbor.
oblig. & in l. placet. in tertia colum. ff. de libe. &
poſthu. Alex. conſi. xvj. quarto volu. & latè Felin.
in c. fi. in prima & ſecunda col. de treu. & pace. &
ſecundum hoc nibil operatur iſta dictio rurſus,
cum ſine ea idem effectus reſultet ex ſimplici di-
ſpoſitione. præterea quia in terminis dictę dictio-
nis rurſus, videtur in contrarium text. in l. veluti
§. hæc vox, ff. de eden. vbi dictio rurſus, ſiue ite-
rum, quod idem eſt, non repetit ſemel tantum, ſed
in infinitum, & idem ſignificat quod toties quo-
ties: & ſic videtur quòd iſtæ deciſiones corruant.

Et ideò pro vera reſolutiooe iſtorum iurium
dicas quòd aut iſtud verbum profertur à lege, aut
ab homine. primo caſu procedat tex in d. l. veluti
§. hæc vox, cum ſimilibus: nam debet intelligi to-
ties quoties. & idem dicendum eſt in ſtatuto: vt
no. diſtinguit Bald. in l. j. verſi iiij. quæro. C. de his
quæ pœnæ no. ſequitur Alexan. in conſi. lxx. viſo
conſilio. lib ij. & ideò ſi ex forma ſtatuti compro-
miſſum debet fieri, intelligitur quòd toties debeat
compromitti quoties cauſa decidatur: vt tradit
Ro. in conſil. cccccìiii. inci. in caſu præpoſitæ rei
poſt Bad. in l. qui per ſalutem. in fin. ff. de iureiur.
hoc tamen declaratur, vt per Bald. in d. cap. fin.
col. ix. verſi. dubitatur inſuper. & in conſi. ccxlix.
nobiles viri. col. j. lib. j. ſecũdo caſu procedant iu-
ra ſuprà alleg. ita notabiliter declarat Alexan. li-
ce prædicta non adducat. in l. ſi cum dotem §. j. ff.
ſolu. ma. idem in l. qui bona §. fin. in prin. & in l. ſi
finita. in j. colum. num. iiij. ff. de dam. infec. & cum
hac diſtinctione Alexand. tranſeunt alij. Sed
mihi non videtur ſolida: quia text. in d. l. quicun-
que. & in l. ſi noxali, §. eſt autem ff. de peculio. &
in d. c. rurſus loquuntur quaodo iſtud verbum à
lege exprimitur: & tameo nou intelligitur niſi de
prima vice. Vnde mihi magis conſona & realis
videtur ſolutio Areti. in l. eum qui certarum §. j.
in ij. colum. ff. de verbo. obli. videlicet quòd hæc
metiri debeat ſecundum qualitatem præiudicij:
vt ibi latiùs exorditur & ſentit prius Bartol. in d.
l. fideicom. §. ſi quis decem. de leg. iij. & clarius in
d. l. j. §. ſi cui. vt leg. no. cau. neque obſtat quòd iſta
dictio rurſus, non eſt cauſa, vt actus pro prima vi-
ce intelligatur, vt ſuprà eſt dictum: quia reſpon-
detur quòd erit cauſa in caſibus in quibus ſim-
plex diſpoſitio pro pluribus vicibus intelligitur:
eo caſu nõ niſi pro prima vice intelligantur, quan
do eſt poſita dictio rurſus. & ſic in omoibus caſi-
bus poſitis per Feli. in d. cap. pe. de treu. & pac. il-
le effectus reſultabit: quòd uo. alia ſignificata ha-
bet hæc dictio rurſus, quæ videas per Brixienſem
in ſuo repertorio ſub eadem dictione, & Alberi-
10 cum in ſuo dictionario in verbo rurſus. † No.
ij. ibi intra, quòd iſta dictio regulariter includit
vltimum diem anni: ita eſt tex. in l. j. & ibi expreſ-
ſe no. Barto ff de offi. præfec. vrb. & in l. j. §. quòd
dicimus ff. de ſucce. edi. & hæc dictio poteſt intel-
ligi, quòd reſpiciat initium & finem temporis: vt
in l. iiij. §. ſi intra, ff. de dam. infec. quod facit pro
teſtibus deponentibus per iſtud verbum: de qua
dictione vide in l. ſi ita §. fin. ff. de ma. teſta. com
multis concor. vt per mode. Bononiẽ. in rep. l. ij.
in xiij. colum. C. de pac. in emp. & vend. & ibi la-
tè apoſtillãres. ad idem eſt text. in l. vxorem §. le-
gauerat. & §. codicillis. & §. coocubinæ. ff. de leg.
11 iij. † No. tertiò quòd præſenti contra abſen-
tem cauſa rei publicæ vel alia iuſta de cauſa præ-
ſcribentem datur actio reſciſſoria: vt hic, in text.
præſenti verò contra præſentem ſecus: quia talis
non reſtituitur ſecundum Iaſ. hic alleg. text. in l.
ab hoſtibus §. ſi damoi ff. ex quib. cau. maior.

Hoc tamen intellige non eſſe verum indiſtin-
cte: vt dicit Iaſ. ſed ita demum quamuis certus
eſt quòd res quæ præſcribitur eſt ſua: tamen igno-
rat eam poſsideri ab alio: ſecus verò ſi ignoret eſ-
ſe ſuam: quia tunc licèt eſſet præſens bene daretur
teſtitutio. ita tenet Bar. in l. Æmilius. col. fi. ff. de
mi. & declarat notabiliter Bal. in rep. l. fi. in xiij.
colum. ver. ſed iuxta hoc, C. de præſcri. long. tem.
Et de hoc videtur eſſe notabilis doctri. Bar. in l. j.
§. ſi quis autem propter ff. de iri. actúque priua. &
iſta ignorantia dicitur probabilis: vt cùm quis
ſuccedit alteri: vt notat Bartolus in l. ab hoſti-
bus. §. ſed quid ſimpliciter. in tertia columna ff.
ex quibus cauſis maior. dum allegat text. in capi-
tulo cùm quis. de regulis iuris, libro ſexto. Se-
cus ſi ignorantia eſſet ſupina: nam tunc non re-
ſtitueretur: vt tradit Imo in repet. capituli fin. in
xxxj. columnà, verſiculo, ſed hic eſt aduerten-
dum de præſcriptio. & tenet Alexand. in addi. ad
Bartol. io dicto §. ſi quis autem propter: & ſecun-
dum hoc procedit dictum Iaſo. hic. Et iſta de
plano procedunt in præſcriptione communi: ſe-
cus verò ſi eſſet decurſa præſcriptio xl. annorum.
tunc enim etiam ſi in iuſta ignorantia quis fuiſ-
ſet, non reſtitueretur, ſiue eſſet præſens ſiue ab-
ſens: ita notabiliter notat Fel. in capitulo vigilan-
ti. in ſecunda columna, de præſcriptionibus per
textum in l. fioa. C. de fund. pa. libro vndecimo.
& ante

& ante ipſum hoc tenet Alex.in conſilio clj. viſo
themate. & conſi. clxiij.viſo proceſſu cauſæ in ij.
vnl.alle.tex.in l.omnes in fi.C.de præſcri.xxx.vel
xl.anno.vbi dicitur quòd talis pręſcriptio prębet
pleniſsimã ſecuritatem. iſta enim verba pleniſsi-
mam ſecuritatem, impediunt reſtitutionem in
integrum.gloſ. eſt magiſtra in l. ait prætor §.per-
mittitur. in ver. imputandum ff. de mino. & ibi
plura alia allegat,quæ videas per eum,quæ latius
reaſſumit Decius in conſi. lxxix. & pro tenui fa-
cultate &c.in j. parte & ante ipſum Soci. conſi.
clxiiij. viſa bulla. & conſilio cxciij. ſubtiliter. in
iij colum.in j.parte:licet ſuper hoc ſint plures va-
rietates doctorum, & ideò pro nunc non firmo,
propter breuitatem temporis: quin etiam quia
non expedit in ſingulis immorari,quæ regulariter
12 non traduntur hîc per doc. † Iuxta hoc mouet
dominus Iaſon vnum contrarium: quia videtur
quòd illo modo competat iſti præſenti reſciſſoria
quia aut iſte abſens dimiſit in ciuitate procurato
res,aut alios conſanguineos & affines, quos ille
contra quem præſcribit,poſſet conuenire:aut nul
los dimiſit. Primo caſu non debet adiuuari ne-
que reſtitui,cùm poſſet agẽdo contra procurato-
res vel affines præſcriptionem interrũpere l.Item
ait §.fi.cum l.ſequẽti,ex quibus cau.maio.Et ideò
ſi nõ fecit,eſt ſibi imputandũ:& ideò reſtitui non
debet ſibi actio dictis iuribus. Aut verò nullos
dimiſit abſens: & tunc etiam non debet iſte præ-
ſens audiri,cùm potuit interrumpere præſcriptio
nem beneficio l. vt perfectiùs. C. de anna.excep.
videlicet per denuntiationẽ factam coram iudice
vel ad domum:vel ſi talis abſens de proximo non
ſperabatur redire,prouidere vt daretur illi abſen-
ti curator bonis,contra quem poterat procedere
ordinariè ad diffinitiuam ſentẽtiam & ad execu-
tionem l.ab hoſtibus.in principio ff.ex quib.cau.
maio.& ideò ſi huiuſmodi remedia nõ intentauit
non debet reſtitui.Iaſ.hîc reſpondet, vt per eum.
Nam quia eius reſponſio nõ eneruat contrarium,
& quia etiam non bene probatur,idò non refero
nam non eſt verum quòd remedia iſtius text.fue-
runt data principaliter, vt quis poſsit peruenire
ad ſuum,cùm ex ſua prima actione eſſet præſenti
conſultum ſatis: ſed principaliter iſta actio fuit
inuenta ad reſcindendum vſucapionem: quo ca-
ſu remanet præſenti libera actio prima, quæ ſibi
competebat, ad quam reſtitutus eſt, quæ voca-
tur cum illa adiectione reſciſſoria: ſic ergo prin-
cipalis intentio prætoris fuit interrumpere præ-
ſcriptionem. hic effectus habetur ex dicta lege,vt
perfectiùs. quia per remedium illius legis con-
ſeruatur quis in libertate ſuæ primæ actionis,
quemadmodum per remedium prætoris. Et ideò
videtur pari ratione quòd quemadmodum ne-
gligens reſtitui non debet ad hanc actionem,
cùm per eum ſteterit quò minus liberè poſſet vti
actione ſua: ita & in terminis dictæ l. vt perfe-
ctiùs, eſt dicendum. & ſic videtur quòd ad hoc
illa lex non ſit reſoluta: & forte hac ratione di-
cit Iaſ. quòd non quieſcit dominus ex illa ſua re-
ſponſione. Vnde mihi videtur quòd poſſet ad
l.vt perfectiùs, pluribus modis reſponderi. Pri-
mò quod text.in dicta l. vt perfectiùs, loquitur
de abſente vagabundo vel latitante, qui de faci-
li non ſperabatur reuerti, qui reliquerat domi-
cilium: vt videtur innuere gloſ. ſingularis in l.
cùm hæreditas ex trebelliano ff. ad trebellianum
quam ibi ſequuntur communiter ſcribentes &
Bal.in l.cum notiſsimi §.imò. C. de præſcriptio.
xxx. annorum. in fin. & Felin. in capitulo illud,
colum.penul.verſic.vij.concluſio.de præſcrip.de
quo vagabundo præſens non poterat certificari,
neque ſperabatur eius reditus: quo caſu præſenti
ſubuentum eſt per remedium dictæ l. vt perfe-
ctiùs.quod eſt ſubſidiarium, ſecundum Alexand.
in dicta l.cùm hæreditas. non autem procedit il-
la l. vt perfectiùs,in aliis abſentibus iſta de cauſa
qui ſunt reuerſuri, de quibus loquitur tex.noſter.
nam in talibus prodita ſunt remedia ſua, videli-
cet quòd ſi de proximo ſperatur, debet expecta-
ri, vt eo pręſente fiat defenſio:ſin autem non ſpe-
ratur antequam præſcribit, tunc debet procedi
iuxta ordinem traditum per Barto.in l.ignorare.
ad finem. C. de reſtitut. mili.attento quod habet
domicilium: vt etiam tradit hîc Iaſ. allegando
text.in l.pe.ff.de leg.ſed melius facit text .in l.aut
longa,ff. de procur. ſi verò non reliquit domici-
lium, tamen abſens ſperatur venire, quia non
eſt vagabundus: & tunc competit ſolum reme-
dium iſtius text. Et quòd iſtud ſit verum,quòd
text. in dicta l. vt perfectiùs. procedat in abſente
iniuſto qui tranſtulit alibi habitationem, vel va-
gabatur,patet: dum ibi dicitur vt nemini abſen-
tia vel potentia &c. & ſic remedia illius text.lo-
quuntur in caſu in quo aliquis non poterat con-
ſequi ius ſuum propter calumniam abſentis vel
potentis:& ita vna pars alternatiuè per aliam de-
claratur: vt not. Bartol. per illum text. in l. j. ff.
de reb.dubijs.& Decius in c.fin.de offi. deleg. &
iſtum ſenſum ad dictam l. vt perfectiùs. videtur
etiam ſentire Feli.in c.cùm,in xvj.colum.ver.ter-
tiò requiritur. extra de conſtitut. dum inter alia
requiſita illius legis, dicit quòd requiritur quòd
proteſtatio, de qua ibi contineat cauſas metus:
alias enim omnes leges & remedia text. noſtri
eſſent fruſtratoria & reuocata per illam legem:
quod non eſt dicendum, l. præcipimus. C. de
appellat. cum ſimilibus. & quia nullus eſſet ita
mentis inops, qui vellet expectare quòd abſens
præſcriberet, & poſt finitam præſcriptionem re-
ſtitit, cum ſibi conſuli poſſet via faciliori: dicta
l.vt perfectiùs.ad interrumpendum præſcriptio-
nem & obſtandum principiis, quod quidem fa-
cilius videtur quàm poſt cauſam vulneratam re-
medium prætoris quærere: vt dicit text. in l. fin.
C.in quibus cauſis in integrum reſtitut. & in l. j.
C.quando liceat ſine iudice ſe vindicare:futura e-
nim præcauanda ſunt l. qui bona §. cùm inter,ff.
de damno infec. cum ſimilibus. & ſic inutilia eſ-
ſent iſta remedia prætoris,niſi intelligatur, vt di-
cta l.vt perfectius,de abſente ex alia cauſa, puta
vagabundo, vel latitante, vel per potentiam
contendente, quo caſu tunc non habet locum
remedium iſtius text.quia vbi ſpecialiter eſt pro-
uiſum contra abſentem, ceſſat hæc actio.ita not.
dicit Bartol.in l.prima §.idem Pomponius. cir-
ca fi. ff. de dolo. Poſſet etiam dici quòd licet
præſens poſſet interrumpere præſcriptionem ex
remedio dictæ l. vt perfectiùs.tamẽ ſi non vtere-
tur illo remedio, poſſet habere iſtud prætoris,de
quo in text.noſtro:nec ex eo quod illud omittat,
excluditur ab iſto, argumen.text.in l.ſuum C.de
iure delibe.& l minor. §. ſi ſeruus ff.de euic. & l.
nec his §.hæres,ff.de acquir.hæredita. Non ta-
men omitto vnum verbum quod circa hoc dicit
Bald.in

Bald in l.cùm notiſsimi.in ſ.amò.in fin.C.de præ-
ſcrip.xxx.annorum. vbi dixit quòd remedium d.
l.vt perfectius, competit vbi poſſeſſor habet do-
micilium : aliàs ceſſaret remedium illius legis. &
ita tenet idem Bald.in d. l.vt perfectius.in princ.
vnde ego ex iſtis verbis colligo vnū intellectum
ad illam legem diuerſam à primis,videlicet quòd
in caſu text.noſtri & materiæ actionis reſciſſoriæ
non cōpetit remediū illius l. vt perfectiùs.probo:
13 quia † quo ad hoc vt competat iſta actio , requi-
tur vt præſens contra quem abſens præſcripſit
neminem poſſet conuenire,vt puta , quia non re-
liquerat abſens procuratorem , neque habebat
conſanguineos,neque domicilium.nam ſi procu-
ratorem, affines vel amicos habuit,ſi præſens non
procedat contra eos per miſsionem in poſſeſsio-
nem bonorum abſentis.iuxta l.ignorare C.de re-
ſti.mili.& l.item ait §. hoc autem. ex quibus cau-
ſis maio.poſtea non iuuatur. nam ſtante hoc re-
medio ceſſat reſtitutio , niſi minus ſufficiant bo-
na:iuxta text.& practicam quam ibi ponit Bart.
in l.ergo ff.ex quibus cauſis maio.aliàs non reſti-
tuetur iſte talis:& per conſequens actio reſciſſo-
ria locum non habebit : idem ſi abſens domici-
lium habet. nam debuit præſens facere citatio-
nem ad domum, etiam ſi nullus eſſet:quia citatio
ad domum reddit citatum contumacem , ſicut ſi
fuiſſet citatus perſonaliter: vt dicit Innocen.in c.
ex parte,de teſti.& mitteretur in poſſeſsionem:vt
in l.item ait,§.hoc autem,d.l.ignorare. nam in i-
ſto caſu ſufficit in valuis , ſiue oſtio domus quod
affigatur cedula citationis:vt tenet expreſſe Bal.
in d.l.vt perfectiùs.in fi.princip.& declarat nota.
Bart.in l.iiij. §. prætor ait,ff. de damno infect. &
tunc datur remedium miſsionis in poſſeſsionem.
vt l.item ait §. hæc autem,ex quibus cauſis maio.
igitur ſi præſens hoc non fecit,non debet reſtitui,
ergo quo ad hoc vt reſtitutio concedatur , & ha-
beat locum reſciſſoria , requiritur quòd iſte præ-
ſens non potuit agere aliquo remediorum prædi-
ctorum : quia non habebat domicilium vel pro-
curatores,vel alios:quo caſu remedia d. l. vt per-
fectiùs.tanquam ſubſidiaria tunc competūt, cùm
non habet locum hæc actio. nam ad illud reme-
dium d.l.vt perfectiùs. ſaltem requiritur domici-
lium : vt ſuprà eſt dictum. & ſic habes vltra om-
nes hanc materiam latiùs declaratam. Vlterius
circa dictam l. vt perfectiùs , vltra prædicta vide
Bal.in c.ſi autem.in princ.de reſcrip.Et ad l.igno
rare,quam hìc allegat Iaſ.C.de reſtitu.milit.& cir-
ca practicam dictæ l.ergo,cum ll.præceden. vide
Decium poſt Alex.& alios quos ibi allegat in ca.
conſultationibus.in antepe.colum. de offi deleg.
Vel etiam quartò poſſet reſponderi ad dictam l.
vt perfectiùs.quòd diſpoſitio tex.noſtri procedat
in caſibus in quibus illud remedium de quo in d.
l.vt perfectius,non habet locum :vt dixi ſuprà in
fi.primi præſuppoſiti. Et vltra prædicta circa in-
tellectum d.l.vt perfectius,vidēdum eſt per Alex.
ſuccinctè in l. ſi eum,§. qui iniuriarū in j.colum.
ff.ſi quis cautio.per Bart.in l.non ſolùm.§.morte.
in ij.col.ff.de ope.no nun.per Cat.conſi. cxxviij.
redemptoris poſtulato &c.in ij.colum. per Abb.
& alios in c.nihil.in ij colum. de præſcrip.& per
Ioan.de an. qui alium ponit intellectum in c. in
literis.prima colum.de raptori,& per Balbum in
tract.a.præſcriptio in tertia parte.vj.principalis,
in prima quæſtione,in v.col. Sed iuxta hoc ite-
rum opponitur : nam ſi requiritur quò ad iſtam
actionem reſciſſoriam quòd præſens non habeat
quem poſſet conuenire : tunc non debuit aduer-
ſus eum procedere vſuc pio , neque præſcriptio
per regulam communē.l.j.in fi.C.de anna.excep.
14 quòd † impedito agere non currit præſcriptio.
do.Iaſ.hic reſpondet quòd illa regula procedit in
impedito impedimēto iuris:ſecus in impedito im
pedimento facti: vt hìc.nam tunc ſi impedimen-
tum eſt iuſtum , licet agere non poſsit, currit ta-
men præſcriptio:ſed reſtituitur, l.& Atilius. vbi
Bar.ff.de ſer.ruſti.prædi.ſi tamen impedimentum
facti eſſet iniuſtum,tunc bene currit præſcriptio,
ſed non reſtituitur l. ij. §. ſi quis tamen,ff.ſi quis
cau.ita concludit latè Bart.in l.ſenatus ff. de offi.
præſi.cum ſimilibus:vt hìc per eum. Limitatur
tamen illud quod dictum eſt de impedimento fa-
cti,ſecundum Iaſ. quòd non procedat de iure ca-
no.quia taliter impedito etiam ſi impedimētum
peruenerit culpa ſua, non currit præſcriptio:tex.
eſt ſingularis ſecundum eum in c.diuerſitatem.de
conſ præben. hæc Iaſ. Ex cuius dictis plura col-
ligūtur.primum eſt quòd impedito impedimen-
to iuris non currit præſcriptio: & ita procedit il-
la regula tradita in d.l.j. C. de anna.excep. quam
ſimpliciter ſequitur Aret.in l.pacta nouiſsima.in
ij.colum. C.de pac. idem Iaſ.in §. item ſi quis in
fraudem.nume.87.infrà eod.& alibi ſæpe Corſe.
conſilio.cxcj incip.ſatis.in tertio vol. & conſilio
ccciiij. incipiente , videtur. & in penultima col.
eodem libro.ſequitur Alex.l.fin.§.donec.col.fin.
C de iu.delib. vbi vide. & Domi.in conſil. cxlij.
pro intellectu &c. Et melius cæteris & latiſsimè
ſuper hoc diſtinguit declarans omnia mēbra quę
poſuit Bart.in d.l.ſenatus,Henricus,Boich,in ca.
auditis in ij.diſtinctione,extrà de præſcrip.vbi o-
mnino vide. & vltra prædicta vide etiam Mat-
thæum de Afflictis in tractatu protbomiſeos,fo.x,
colum.j.vbi refert diſtinctiones omniū antiquo-
rum ante Bartol.& poſt Bar.circa iſtam mate-
riam Tamen tu audi diligenter, iſta regula ita
indiſtinctè intellecta, vt intelligit Iaſ.& alij ſu-
pradicti doc.videtur dubitabilis:quia ille qui
propter prætorem impeditur,vel propter repen-
tinas ferias inductas à principe non potuit agere,
eſt impeditus impedimento iuris.l j. & l.omnes.
C.de ferijs.& tamen contra eum currit præſcrip-
tio,licèt reſtituatur.caſus.eſt in.l.ſed & ſi per præ
torem. in prin.&. §.ſi feriæ.ff.ex qui.cau. ma.&
facit quod vult Bald. in repe. l.fi. col.xiiij.C de
præcrip.long.tempo.vbi vult quod impedimen-
tum iuris impedit præſcriptionem inchoari, ſed
non impedit inchoatam:& ſic contra Bat.& Iaſ.
ipſi tamen impedito iſto caſu dabitur reſtitutio:
vt vult ibi Bal.ſic ergo ex prædictis videtur quod
intellectus d. l.j. C.de an.excep.reddatur dubius.

Et ideò pro vera reſolutione illius tex.& iſtius
materiæ aliter diſtinguendum eſt ex mente Abb.
quæ mihi magis placet , in c.ex tranſmiſſa in fin.
col.antepe.nu.14.quē ibi latè ſequitur Feli.in fi.
col.de præſcri.& Balbus in trac.præſcri.fo.lxij.in
iij.col.videlicet quòd aut quis directè impeditur
ſeu inhabilitatur à iure ad agendum & ipſo facto
impeditur præſcriptio durante impedimento , ſi-
ue impedimētum acciderit à principio, ſiue poſt
inchoatam præſcriptionem.exemplum in filiofa-
milias durante patria poteſtate : vt loquitur. l.j.
C.de an. excep.& in muliere durāte matrimonio

in rebus

in rebus dotalibus.vt loquitur.l. in rebus. C. de
iu.do.quæ pro iſta regula vna cum d.l.j.de an.ex-
cep. ſolet allegari. Aut directè quis non inha-
bilitatur ad agẽdum, ſed extrinſecus venit impe-
dimentum:& tunc licet illud ſit veridicũ, tamen
currit præſcriptio.ſed datur reſtitutio:& ſic pro-
cedit contrarium de impedito propter ferias re-
pentinas.vel ſi per iudicẽ ſteterit.d.l. ſed & ſi per
prætorem. Et hoc verum, niſi vbi contrarium
reperiretur expreſſum quòd preſcriptio non cur-
reret:quia tunc ſeruandũ eſt illud ius:& ita con-
cludit Abb. loco vt ſuprà.cuius opin. mihi ſatis
placet. quamuis aliâs prioribus ſcriptis diſplice-
ret,verum quia pernicioſi vel potius inquieti in-
genij eſt cuncta inſequi,neque in aliquo ſatiſieri:
ideò illa tanquã paulò cauilloſa omittenda duxi.

Et vltra prædicta vide aliud fortiſsimum con-
trarium contra.d. regulam, quòd imò impedito
impedimento iuris currit præſcriptio: per Bald.
in l.quoties in j.col.C.de preci. impe.offe.& ſol-
ue vt ibi per eum. Secunda concluſio colligi-
tur ex dictis Iaſ. hîc quòd illud quod dictum eſt
de impedimento facti,quod non impedit perſcri-
ptionem,non procedit de iure canonico:nam ta-
liter impedito non currit præſcriptio etiam ſi il-
lud impedimentum venerit culpa ſua: ita eſt tex.
ſingularis ſecundum Iaſ. hîc in c. quia diuerſita-
tem,de conceſsio.præben. Adde vltra Iaſo quod
hanc eandem opin. dicens illum tex.ſingularem,
tenuit prius Alexa.in conſi.lviij.viſo & perfecto.
in fi.in v.vol.poſt Imo.in d.c. quia diuerſitate.&
Do. in conſil.xlij.quia reuocatur in dubium &c.
in fi.per illum tex.Et Barba.cõſi.lj.illud offeram
&c.in xj.columna, num. xvij. lib ij.vbi dicit eſſe
differentiã in hoc inter ius canonicum & ciuile:
& idem dicit Hyero. Zanetinus in tract. contra-
rietatum iuris canonici , & ciui . contrarietate
lxxxvj.& Rota in deciſionibus antiquoribus ſub
titulo de iure patro.deci.ij.cum ſimilibus:vt per
Rochum Curtium in tract.de iu.patro in ver.ius
q.xxvij.&ſequen. Tamẽ aduertendũ eſt ad duo
primò, nunquid verum ſit quòd tex.in d. c.quia
diuerſitatem ,ſupra alleg.loquatur in impedimẽ-
to facti:ſecũdo,poſito quod loquatur nunquid ſit
verum dictum Iaſ. Alexan.& aliorum quod pro-
cedat etiam ſi proceſſerit culpa impedimenti.

Circa primum reperio quod do.Feli.in c.cùm
inter.col.x.ver.limita ſecundo dummodo &c.ex
tra de excep.tenet quod d.c.quia diuerſitatem,lo-
quitur in impedimento iuris,& hoc ante eum te-
net expreſſè domi.Ant. in d. c.quia diuerſitatem,
in iii.col.ſuper gl.ſuſpenſionis.& ita Iaſo. hic re-
prehendit per illam doctrinam Feli.do.Balbus in
trac.præſcriptionum in prima parte ſextæ partis
princip.in xxij.caſu in iij.col.fol.lxiij.& vltra i-
pſum ita videtur intelligere.d.c.quia diuerſitatẽ,
do.Car.in conſi.cxxviij.incip.redemptoris poſtu
lato ſuffragio &c.in prima columna , dicit quod
impedito præſcriptio non currit. pro quo alleg.
d.c.quia diuerſitatem.& l. prima.C. de anna. ex-
cep.& d.l.in rebus.C.de iure doti.quæ iura,clarũ
eſt per ſupradicta quòd loquũtur in impedimen-
to iuris,& ad hoc idem allegat Rochus curtius in
tractatu. de iure patro. in verbo honorificum,in
xxvij.vij.quæſtione.j. & idem And.ſicu.in conſi-
lio xlj.circa dubium.in princip. dum loquitur de
impedimento feriarum repentinarum , quod i-
dem eſt impedimentum iuris:vt tenet Abb.clarè
in d.c.ex tranſmiſſa.de præſcriptio, vt ſupradixi-
mus , & tamen pro illo impedimento alleg. d. c.
quia diuerſitatem.ergo opi. Iaſo. & aliorum cir-
ca intellectum illius text.non eſt vera. Pro ſal-
uanda tamen opi.Iaſ.Alexan.& aliorum patrum
poteſt probabiliter dici quod d.c.quia diuerſita-
tem.loquitur de vtroque impedimento.& ita ibi
Abbas notabiliter declarat in tertio notabili di-
cens,quòd ille text.loquitur de impedimento iu-
ris in eo quod loquitur de excommunicatione &
ſuſpẽſione:in eo verò quod loquitur de tempore
quo ſtetit in curia propter abſolutionem , loqui-
tur de impedimento facti:& ſic ex iſta declaratio
ne poſſunt omnia dicta concordari: ſed iſta con-
ſideratio Abba.licet videatur colorata,non ſatiſ-
facit : quia in dicto capitulo quia diuerſitatem.
ſolum conſideratur impedimentum reſpectu ab-
ſolutionis ab excommunicatione,vel ſuſpenſione
quæ fuit cauſa impedimẽti :& remotio huius to-
tius impedimenti dependet à diligentia vel ne-
gligentia petendi abſolutionem. Nam vt ibi di-
cit tex.ex quo ille Archiepiſcopus non fuit negli-
gens in petenda abſolutione,quia fuit detentus
in curia: ideo ſibi non imputatur tempus confe-
rendi : & hoc eſt impedimentum dicti quod ibi
conſideratur : ipſa vero excommunicatio vel ſu-
ſpenſio non conſideratur quo ad hoc, vt ſint im-
pedimento petendi vel non petẽdi abſolutionẽ,
ſed potius ſtimulant,vt petatur,arg. tex.in c.j.de
excep. lib. vj.& ideo Abb. ibi malè conſiderauit
illum text. Tenenda tamen eſt opi.Abb.vt doct.
concordentur: nam inter opi.illa potior eſt , per
quam doct.ad concordiam reducuntur : vt dicit
Imo.in l.de pupillo.§.ſi.ff.de oper. no.nun.idem
in l.j.in prin.vbi alij,eo.titu.& in l.ſi finita.§. il-
lud.ff.de dam.infect.Moder.in l.cùm dotem.§. ſi
pater.ſolu.matrimo.& in l.centurio.ff.de vulg.&
pup.& glo.in c.ſcientes.in glo. magna,circa fi.de
cenſi.no. in c. contingit.de reſcrip. & alibi ſæpe,
vt per Chriſtophorum Nicellum in trac. contra-
rietarum Bar.in differentia cxxviij. † Secundò
15 eſt videndum, nunquid ſit verum dictum Iaſo.&
Alexan.in prædicto conſilio lviij.& aliorum do-
ctorum dicentium quod etiam ſi quis impeditus
ſit culpa ſua: tamen non currit præſcriptio:Iaſo.
hîc, vt vides, tenet quòd non currit præſcriptio:
& in hoc reputant ſingulare. d. c. quia diuerſita-
tem. & referr ita ſuper hoc conſuluiſſe famoſiſ-
ſimum canoniſtam do.Ioa.de Ana.& hęc eadem
verba formalia poſuit Alexander.prius in l. j. §.
ſi quis autem propter,in apoſtil. ad Bartol. ff. de
itine.actúque priua. Tamen breuiter in cõtra-
rium eſt communis opinio per gloſſ. in d.c.quia
diuerſitatem. in verbo ſuſpenſionis. nam ibi in
poteſtate alicuius culpa ſua impediti eſt remoue-
re impedimentum,& ſi non remouet,ſibi eſt im-
putandum: quia tunc bene currit tempus:vt per
plura concludit Felinus in c. ex tranſmiſſa . de
præſcrip.in x.colum.tenet expreſſè Bal.in c. j. in
fi.c.eod.titu.& ibi Abbas & Felin.in v.columna
per text.iuncta gloſſa in d.c.quia diuerſitatem.&
Abb.in c.fi.per illum tex.de elec. facit regula iu-
ris damnum.de regu.iur.lib.vj. & contrariam o-
pinio. Alexandri.& Iaſon. latè reprobat Balbus
in tracta. præſcriptio. in iiij. parte quartæ prin-
cip.in iij.quæſtione.in ij.colum.in fi.cum ſequen
vbi inter alia contra Alex. adducit tria conſilia
Romani,de quibus etiã per Feli.in locis vt ſuprà

dic vt ibi per eos:& vltra ipſos illam eádem opi.
Alex. in dicto conſi. reptobat Philippus Decius
in c.cùm inter. col.viij.ver.prædicta concluſio,
extra de excep.poſt Felin.in ix. col. ver.propter-
ea.vbi alia adducit. & vltra ipſum ita intelligit
And. ſicu.in conſi.viij.ſcribitur præclarè.in ij iij.
& iiij.col.lib.j. & hoc etiam tenet Feli.in c.vigi-
lanti.in iij. col. de præſcrip. & hæc concluſio in
iudicando & conſulendo tenenda eſt contra A-
lexand.vt dicit idem Balbus in prædicto luco in
fi.quæſt. Et hoc ratiune ſuadetur,nã qui poteſt
facere, vt cõditioni pareat,iã poſſe videtur l. qui
poteſt facere,ff.de re iu.per quẽ text.Bal.in l.ſed
& ſi per prætorẽ,§.j ver.ſed nec ad nos.ff.ex qui.
cauſa.ma. dicit quòd non dicitur impeditus ille,
qui de facili impedimentum remouere poteſt. &
idem Bald. per illum text. in l. quibus diebus.in
ptin. de condi.& demon.& conſi.cxcij. ſuper eo.
&c.in tertio lib.& eſt tex.vbi no.Abb. in c. fina.
de electio.ſed in caſu noſtro impeditus potuit re-
mouere impedimentum,igitur &c. Tamen pro
defenſione Iaſ. Alexandri & aliorum poteſt dici
quod eſt verum , quòd quando impedimentum
proceſsit culpa impediti immediata , quod cur-
rit præſcriptio : ſecus qoando illud impedimen-
tũ etiam proueniens culpa impediti ad hoc non
fuit ordinatum . ſed poſtea euenit mediante alio
Impedimento:nam tunc bene excuſat : quia talis
cauſa mediata non inſpicitur , ſed immediata. l.
ſed ſi plures.§,in arrogato.ff.de vul.& pup.&l.fi.
in C.de vſufr.& no.Bal.nouel.in tract.de dote,in
ſexta parte xxxvij.priuilegio, col.fi. & ita in ter-
minis noſtris nota.declarat Roma.in conſi.ix.in
cip.quod pars.ſequitur Feli.in c.j.in v. col. verſi.
ſed dum. Abb.de præſcri.allegat.gl.in c.ſtatutum
§.cum verò in ver.non audens.de reſcri.lib.vj.&
hoc idem Feli.tradit in c.quę in eccleſiarum.xxv.
colum.verſi.non ob etiam,& ibi Decius,de con-
ſtitu.poſt Bart.in l.ij.§.fi.ff.ſi quis cautio,& idem
Felin.in c. cùm oporteat in vj.colum.& in c.re-
pellãtur.col.ij.de accuſa.& in c.de cætero,de ſen.
excom.cum ſimi.vt per eundem in c.cùm iuris,in
x.colum.de excep.cum alus concor.vt per Clau-
dium modernum Taurinen.in l.naturaliter. co-
lum.vij.verſi.ſucceſsiuè quæritur, ff. de vſuca.&
iſtam declarationem ſequitur Rochus Curtius in
tract.de iure patro. in verbo competens.in ij. q.
octauæ princ.ſed aduerte, quia licet iſta dicta.vi-
deatur in ſe vera , non tamen ſatisfaciunt quan-
tum ad tex.in dicto.c. quia diuerſitatem. de quo
hic principaliter tractatur: quia licet ibi excom-
municatio vel ſuſpenſio non fuerit cauſa imme-
diata,vt ille Archiepiſcopus non poſſet beneficia
cõferre ſed tẽpore quo in curia fuit detẽtus,quod
in cauſa fuit vt abſolui non poſſet:& ideo ex quo
per eum non extitit tempus ſemeſtre datũ ad con
ferendũ,non illi imputatur: quia non fuit negli-
gens:per hoc tamen non infertur quòd excõmu-
nicatio non ſit principalis cauſa & originalis il-
lius impedimenti,quæ attẽdi debet:vt l.j.de orig.
iur.& ibi no. Bal.in pulchra.q. & Aret.in l.ex ea
parte.§.inſulam in fi.ff.de verb.ob. & Iaſon in l.
moræ.in vlti.ff.de iuriſd.om.iudi.vt latiſsimè di-
xi in d.l. j. Nam ille Archiepiſcopus ad iſtum fi-
nem excommunicatus fuit,vt debito ſatisfaceret
obediẽtiæ, quod per petitionẽ abſolutionis inni-
tur,quam ſi negligẽter omiſiſſet.clarum eſt,quòd
fuiſſet conferẽdi poteſtate priuatus:& illa priua-
tio propter excommunicationem principaliter
contingeret : cauſa ergo quare illa priuatio con-
ferendi non contiogit in dicto. c. quia diuerſita-
tem,fuit:quia Archiepiſcopus neg.igẽ, non fuit,
& in animo bene talem ſuſpenſionem vel excom
muoicationem timebat , & illis parebat: & ideò
illa excommuni. non poteſt producere effectum
non data contumacia & negligentia : ſed ſi ne-
gligens fuiſſet , bene illa erat in cauſa priuatio-
nis:per ea quæ no.Abbas,in c.j.de iudicis. neque
ob.quòd erat cauſaremota:quia dico quod cauſa
remota etiam attenditur , quando ex ea reſultare
poteſt aliquis effectus: vt eſt caſus in l.certi con-
dictio.& ibi no.Decius & prius Felin. in c.ſolitæ
de maio. & obe. & ante ipſos latè probat Soci.in
conſi.clvj.incip.pro fundamento.in v.col.ij.lib.
& tenet gloſſ.in d. c. quia diuerſitatem.in verbo
ſuſpenſionis.quam Feli.in c.cum inter. in ix.col.
verſi. cõſiderata.de excep.niſi ſoluendo,ſuprà di-
cta dicas quòd in d.c.quia diuerſitatem. ideò illa
cauſa remota ſiue culpa non ordinata ad impedi-
mentum,non conſideratur:quia non tendebat in
præiudicium tertij:alias eſſet conſiderãda, per ea
quæ Alex.tradit in l.quamuis. in ij.col. ff.ſo.ma-
16 tri. † Notatur quartò ex iſto text. quòd dictio
tunc, denotat extremitatem temporis & reſtrin-
git diſpoſitionem ad illud tempus.l.iiij.§.fi. ff. de
condi.& demon. cum ſi. vt hic per Iaſon.quibus
adde And.ſicul.in c.quoniam frequenter.§. por-
ro.in iij.columna,numero 8.vt lit.non conteſta.
& alia plura pro hoc alleg.quidam Anto.de pra-
to Moderous in c.peruenit.in xxviij.char.colum
na prima, de emptio. & venditio. in certo. ſuo
tractatu de ſecundis nuptiis.Item adde quòd per
iſtam dictionem tunc,in pulchro caſu conſuluit
Roma. conſilio cxxxj. incipit prima dubitatio,
quod cõſilium repetit in conſilio cxxxviij. noua
ſuperueoit.quos ſequitur Decius in capitulo, pa-
ſtoralis,in ſecundo notabili,per illum textum de
exceptioni. & vltra ipſum in pulchro alio caſu
conſuluit Corneus, coſil.xcvij.incipiente, licet
in hac col.fi.in iiij.vol.& per Philippũ Francum
in c.præterea,ſecundo in iiij. colu.de appellatio.
vbi ponit vnũ not.caſum de iſta dictione ex nuoc
pro vt ex tunc. pro quo vide quæ ſcripſit in cle-
mentina vnica in gl.ex tunc,de conceſsione præ-
ben.& notabiliter per Iaſ.in l.j.in fi. C. de codi-
cil.& remiſsiuè per Alexan.in l.lecta.poſt glo.ibi
ff ſi.cer. per. & notabilem quæſtionem diſputat
idẽ Iaſ.de iſta dictione ex tunc, in l. ſi is qui pro
empt.nu.ccliiij.in lxxix.col.ff.de vſucapionibus.
vide notabiliter per Alex.in l.huiuſmodi.in prin.
ff de ver.obl.& in l.in ſubſtitutione.in prio.ff.de
vul.& pup.de huiuſmodi dictione tũc,per Barba.
in conſi.xxj.præclarè dixit.nu.xvij. in ij.lib.& in
cõſi. lxxiij.incipiente magnanimus.in v.col.num.
viij.in iij.libro:vbi multa iura ad hoc allegat.&
Pau.de caſtr.in conſil. clxxxiij. incipiente, ex fa-
cto,in ij.colum.Raphael fulgoſi. conſilio l. inci-
pieote , quidam Raymondus. & Ro.in conſilio
liij.& conſilio cxxxj.Tamen vltra omnia ibi di-
cta nota vnum dictum ſingulare de iſta dictione
quod eſt multũ vtile pro ſubſtitutionibus : nam
nos habemus quòd licet in vulgari ſubſtitutione
expreſsio vnius caſus ad alium porrigatur. l. iij.
C.de hæredibus, inſtituendis. Tamen hoc fallit
quando io vno caſu expreſſo apponitur dictio
tunc . quia in ſolo caſu expreſſo ſubſtitutio re-
ſtringitur

ſtringitur,& ad alium caſum non ita porrigitur: notabiliter conſuluit Pet.de Anch in cõſi.ccclvj incip.in ſerie teſtamẽti.in ij.col.& reaſſumit Decius in conſi.cccxiiij.incipiente pro reſolutione. in ij.col.nu.v.in ſecunda parte.& in conſil.cclxxvij.in caſu ad me &c.in j.col. in eadem parte. & in conſil.lxxxix.viſo puncto,in,ij.col.in fi.nu.iij. & conſil. lxiij. & pro tenui facultate. in ij.col.in
17 prima parte:quod tene menti. † Glo.reipublicæ.Ex dictis glo.collige primò,quòd res publica dicitur tantùm ciuitatis Romanæ:tamen tu dic quòd etiam res publica poteſt dici aliarum ciuitatum:quia hoc verbum pluribus modis capitur, vt dicit Bart.in authen.de hære. & falci. in prin. in ij.col.propriè tamen bene loquitur gl. hîc ſed contrarium procedit largo modo: vt dicit Card. in cle.paſtoralis. in xv. nota. de re iudic.& idem dicit Bar.in l.cum rem.C.qui poti.in pig.habean. ſecunda ſit concluſio ex iſta glo. Quòd clauſula illa prætoris, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, comprehendit plura:de quibus remiſsiuè per Iaſ. vnum tamen tene menti vltra hîc adducta per eum & alios quod remedium ſiue beneficium talis clauſulæ nunquam competit,quando eſt conſultum læſo per aliam viam ſiue remedium:ita notabiliter tenet Bart.in l.j. §. idem Pomponius.ff. de dolo. Et generaliter tale remedium competit omnibus ſuccedentibus in ius alterius: vt notat Bart.in l.Aemilius col.fi.de mino. ratio eſt: quia beneficium illius clauſulæ datur ex iuxta cauſa, quam præſumitur habere ſucceſſor, vt in l.qui in alterius.ff.de regu. iur. etiam ſi ille ſucceſſor fuerit conſanguineus vel vicinus:quia licet talis præſumatur ſcire facta conſanguineorum & vicinorum.l.cognati.ff.vnde cognati.& c. quoſdam. & ſequenti.de præſcriptioni.quo caſu viderẽtur eſſe in iniuſta ignorantia,quibus per illã cauſam non ſubuenitur: tamen illa præſumptio ſcientiæ non tollit aliam præſumptionem fortiorem.d.l.qui in alterius.nam illud quod dicitur quòd cõiunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, eſt verum quo ad effectum cognationis & ſanguinis. ita loquitur d.l. octaui.& l.conati. ſecus verò quo ad alia extra affinitatem. dicit Bald. per illum text in l. quoniam.C.de iudi.delega. & ad aliud de vicino reſpondet etiam Bal.in l.j.C.de colu. deteg. poſt gloſſ.ibi,quod illud intelligitur in factis, quæ latere non poſſunt,vt puta,vicinam eſſe publicam meretricẽ: ſecus de his quæ oculis non ſubiiciuntur.concludas ergo quòd in omni caſu in quo dicitur iuſta ignorantia ſubuenitur lapſis ex æquitate illius clauſulæ:vt eſt glo.not.in l.ſi partam.§.j.in verſi.non vtendo.iuncto text. ff. quemadmo.ſeruit.amit.& glo.in l.j.C.de pa. pote.& tenet Bartolu. in lege ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter in iij. columna, ff. ex quibus cauſis maior. & eſt bona gloſſ in le.ij. gloſſ. fi. C. de iure emphyteu.
18 cum ſimi. Secundò † iſta gl.iunctis dictis Iaſon. hîc,colligitur ſecunda concluſio quod priuilegia reſtitutionis.& per conſequens reſciſſoriæ actionis,competẽtia abſenti cauſa rei publicæ competit etiam abſenti pro caſtro vel pro iure alicuius municipij. pro iſta concluſione Do. Iaſon adducit in ſimili doctrin. Bartoli in lege finali. in j. columna,C.de ſacroſanctis eccleſi.qui vult quod priuilegia illius legis fin. conceſſa ciuitati & eccleſiæ, vt ibi, competunt etiam municipio ſeu caſtro. Sed dicit Iaſon quòd Bartolus contra morem ſuum tenuit contrarium in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus,ff.de damno infecto.poſt gloſſ. ibi.nec aliter reſoluit iſtam contrarietatem, nec determinat quid tenendum. Et ideò pro clara & vera reſolutione dictorum Iaſo.& iſtius gloſſ. ad duo erit aduertendum. Primum erit dictum Bartoli,ſibi contrarij.& quæ ſi eius vetoir opi.

Secundò,nũquid priuilegium conceſſum ciuitati extendatur ad caſtrum ſeu municipium.

Circa primum communis concluſio eſt quòd priuilegia l.fi.C. de ſacroſan. eccle. competentia ciuitati competunt municipio: quam vltra doc. ibi dicit eſſe communem domi.Alexand.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.& idem Alexa.in conſi. j in iiij.colum. in princip. & colum. fi.iiij.lib.& hanc opin.tenet Bar. poſt aliqualem diſceptationem in authen.de hære. & falci. in princip. in ij. col. mouetur iſta ratione: quia ex quo tex.in d.l.fi. loquitur de beneficio principis,latiſsimè debet interpretari,l. fi.ff.de conſtit.principum. & propriùs ad glo.noſtram facit quod vult Alex.in d.§. ſi de vectigalibus. videlicet quòd reſtitutio, de qua in tex.noſtro,& in titulo ex qui.cau.ma.competens ciuitati.procedit etiam in caſtro,reprobata glo.quæ contrarium tenuit in l.res publica.C. ex quibus cau. ma. licet Iaſon hîc inaduertenter allegauerit illam pro opi.gl.noſtræ: & hanc opi. latè tenet Io.fabri hîc in penul.& fi.col.Et iſtam opin. dicit etiam eſſe communem & veram Balbus in tracta.præſcriptio.in iij. parte.v.principalis,quæſtione.ij.rationibus de quibus ibi per eos, faciunt quæ tradit Abb. in c.j.in iij. col.de reſti. in integr.& pro iſta opin. facit quia vbicunque militat eadem ratio, nũquam prohibetur extenſio: dato quòd maior ratio ſit in vno caſu quàm in alio,tex.notabilis in l j §.quod autẽ ff.de aleato Et iſto caſu argumentum de maiori ad minus bene procedit,ſiue de toto quo ad partem:vt tradit Abb.in c.paſtoralis.§. item cùm in totum.de offi.deleg.Bart.in l.iuris gentium.§.adeò in pen. oppoſitio,ff.de pac.cum ſimi.vt per Decium in l. cuius effectus.ff.de regu.iur.Or aduerte quòd videtur dicẽdum quòd diſpoſitio.d.l.fi.non habeat locum in municipio,ex eo quia inficiari non poteſt quòd diſpoſitio illius text. eſt correctoria iuris cõmunis:vt ibi concludũt omnes:tenet Abb. in c.eccleſia.el primo,vt lit.penden.ergo non debent extendi ad municipium,iuxta no.in authen. quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.& per Bart.in l ſi conſtante.in ix.quæſtione.j.partis.ff.ſolu.matrimo.præterea,quia diſpoſitio d.l.fi.cõtinet priuilegium,vt patet in l.priuilegia. eodem titu. de ſacroſan.eccl. & ſtatim dicam, ſed in priuilegiis prohibetur extenſio:igitur &c.Non obſt.dictum Bar.in d.auth.de hære.& fal.cum ſuperius allegatis:quia motiua ſua procedũt in beneficio ſiue indulgentia principis quæ non ſunt cõtra ius commune: nam tunc lata debet fieri interpretatio lege finali,ff.de conſtitutionibus principum. ſecus autem eſt in priuilegiis quæ ſunt contra ius commune:vt in d.lege finali, quia tunc talia priuilegia ad caſum expreſſum reſtringuntur:vt notat gloſſ.ij.in l.à diuo Pio.ff. de re iudic. & gloſſ. in l.bene à Zenone.in verſi.cum enim.C.de quadri præſcriptio.facit l.ius ſingulare. & lege quod vero.ff.de legi.cum aliis:vt per doctor.in capitulo,ſane,de priuilegiis.Hinc eſt quod priuilegium conceſſum vni eccleſiæ non habet locum in alia:

vt tradit Bald.per illum text.in l.non tantum.§.
non omnia.ff.de excuſ.tuto.& hoc idem pro re-
gula ponit Bal.in l.j in princi.C. de legi. & quod
de loco dictum eſt, idem eſt dicendum de perſo-
nis,etiam ſi detur identitas rationis:vt dicit text.
in d.c. ſanè. & ideò priuilegium conceſſum regi,
ad reginam non extenditur,neque ad filios, niſi
exprimatur:vt dicit Geminia.in c. ne aliqui. per
illum text.de priuileg.lib.vj.in iiij. no. & tradit
Cardi.in conſi.cxxxv.incipiente,pnto.in fi.& ad
prædicta bene faciunt quæ Ange.ſcribit in conſi.
cclxxij.incipiẽ.quoniam.Iſta igitur omnia in be-
neficio principis non procedunt, in quo lata ſit
interpretatio.& ita procedit doctri.Bar.& iſtam
differentiam inter beneficium & priuilegium ſe-
quitur Alexand. licèt in alio propoſito in l. quia
perſonale.ff.ſol.matri.& Mod.in d.l.fi.de conſti.
prin. Sed tamen puto omnia, iſta ſingulariter
declaranda,per quæ glo.in d.l.res publica, pote-
rit defendi:vt dicamus quòd communis opi.pro-
cedit in caſtris populoſis habentibus aliquod re-
gimẽ:ſecus verò ſi non eſſent populoſi,& ita pro-
cedat.gl.in d.l. res publica.& rationes in contra-
rium allegatæ. iſta fuit notabilis declaratio Ro-
ma. in conſi.cccexxiij.incipien.pro pleniori diſ-
cuſsione.in ſecundo dubio.ſequitur etiam domi.
Abb.in conſi.xcix.inci.in quæſtione quæ ad præ-
ſens vertitur.in j.colum.j.li & vltra ipſos de hoc
videtur eſſe in ſimili caſu in c.ſtatutum.in princ.
ibi in ciuitatibus & locis inſignibus, de reſcript.
libro vj. facit text.in c.tuæ. de cle. non reſi.& ad
idem eſt optimum conſiliũ Pau.de caſt.licèt præ
dicta non alleget.in conſil. xxx.incip.vt bene at-
tingatur in ij.volum.In nouiſ.& licet præfati do-
cto.contraria ſuprà dicta non adducant: poſſunt
tamen taliter reſolui,quod licet verum ſit, quod
priuilegia non extendatur de caſu ad caſum: hoc
eſt verũ,niſi fauore reipublicæ,quæ iſto caſu con-
ſideratur:per ſupradicta per doct.Bart.in l.quem-
admodum.C.de agri.& cen.li.xj.& in l.ſi cõſtan-
te.in ix.quæſtione,j.partis,ſol. ma.vel dicas quòd
illa regula procedit in paribus vel maioribus lo-
cis ſeu perſonis: ſecus in minoribus: quia ad illa
poteſt fieri extẽſio à paritate rationis, per ea,quæ
ſcribit Bald.in ſua margarita in ver.priuilegium.
ver.vij.& Roma.con.clxxx.& Baldus.in authen-
tica habita.in v.nota. C. ne fil. pro pat. & Abb.
in c.nonnullis.de priuileg.vel tertiò limitatur il-
la regula non procedere ratione communionis
maioritatis: per ea quæ Socinus tradit in conſi-
lio.xij incipi.quoniam.in vj.columna,in j.lib.&
reaſſumit latius Hypo.de marſi. notab. clxxx.in-
cipien plura &c.pro quo facit no. dictum Bald.
in l. fi. C. ad l. fla. de plag. Circa contrarieta-
tem Bar.quã refert hic Iaſ.& ſuprà retuli,eſt con-
ſiderandum quòd Ang in §.res fiſci.in principio.
ſupra de vſucap. de quo Iaſ.hîc nullã mentionem
fecit,poſuit prius hanc contrarietatem, & ibi ſe-
cundum Rom.concordat,& deinde impugnat.de
quo vide etiam per Alex.in d.§.ſi de vectigalibus.
Non tamen omitto quòd Nicellus in tract.
contrarietatum Bar.concor.vj.& in concor.lxij.
aduertit ad hoc contrarium Iaſ.hîc:& dicit quod
ſi rectè aduertatur,Barto.non eſt ſibi contrarius:
quia in §.ſi de vectigalibus.non tranſit cum,opi-
nio. gloſſæ,ſed aliam ſolutionem dat in qua reſi-
det ibi, dum dicit, ſed dic melius & planius. Et
poſtea idem Nicellus in contrarietate lxij, aliter
nititur cõcordare.ſed quia dicta ſua ſunt implici-
ta &cõtraria in his duobus locis,ideò ab ea ſolu-
tione recedit,quæ forte melior eſt prima. Sed tu
dic contra Nicellũ: quia licèt aliam ſolutionem
det Bar.in d.§.ſi de vectigalibus. tamen primam
etiam approbat pro vera, & dicit tenẽdam men-
ti,quo caſu aliter concordari puto. ex his quæ ſu-
prà vt fiat diſtinctio inter municipia populoſa
& non populoſa: nam ſecundum primum caſum
loquitur Bar.in l.fi. & iuxta ſecundum caſum lo-
quitur in d.§.fi.de vectigalibus,ſecundum conſi-
lium Roma. & aliorum quos ſuprà deduxi, quæ
omnia breuitatis cauſa non repeto: cum in fonte
19 eos videre poſsis. † Secunda quæſtio eſt, nun-
quid indiſtinctè priuilegium conceſſum ciuitati
extendatur ad municipium: in hoc Iaſon ſe re-
mittit breuiter.communis concluſio videtur iſta
quòd in fauorabilibus prout in beneficiis princi-
pum extendantur:ſecus eſt in priuilegiis odioſis &
ſtrictis.ita eſt deciſ. Roma.in d. §. ſi de vectigali-
bus. quam licet ibi quadam emulatione ductus
Alexander eam impugnat: vt patet ex his quæ
contra eum dicit in l.ſi cum dotem: §. eo autem
tempore.in j.colum. no.iiij.ff.ſol.ma.tam:n cum
Roma.videtur tranſire in d.l.ſi finita.§.ex hoc e-
dicto.de dam.infecto.licèt idem Alex.confuſe lo
quens videatur circa hoc contrariari ibi dictis in
rubr. ff. ſol. mat.vbi etiam circa hanc materiam
Bart.iterum fuit ſibi contrarius: perpendit Ni-
cellus & conatur concordare in d. tract. contra-
rieta.Bar.in contrarieta.ccxv.dic vt ibi per eum.
Et illam dictionem Roma.tenet d.Abb.in c.Ro-
dulphus.de reſcriptis.& ibi eam latiùs approbat
And ſicu in xv.col licèt quidam Moder.Hiſpani
in l.ciuibus. ff. de rebus dubiis, pro poſſe conen-
tur hanc cõcluſionem cõmunem infringere per
plures rationes de quibus ibi per eum: ſed tu te-
ne primam opini. quæ eſt verior,quam etiam ſe-
quitur latè And.ſicu.in cle.ne Romani.§.eo au-
tẽ,el.j.in antepe.col.& ſequẽ.de electio.& omnes
mod.in rubr.ff. ſol .ma. ex quorum dictis poſſet
fieri compendioſus tractatus,& ſunt plena reper
toria in verbo ciuitas. ad quæ curioſus data oc-
caſione recurrere poterit. Poſſet etiam dici
quod aut eadem ratio conceſsionis militat in ca-
ſtello ſiue municipio,quæ in ciuitate,& tunc be-
ne priuilegium ciuitatis extendetur ad munici-
pium:ſecus verò ſi ratio non militat: pro quo vi-
detur eſſe gloſſ.iuncto text.in c. ſicut antiquitus.
xvij.q.iiij. Obſtat tamen vnum:quia in priuile
giis eſt prohibita extenſio ex identitate rationis:
vt in c.ſanè.de priuileg.proinde recurrendum eſt
ad ſuprà dictam diſtinctionem: vt conſideretur
an priuilegium ſit fauorabile an odioſum, &
deinde fiat iſta ſubdiſtinctio paritatis rationis.
Gloſſ.abeſſet, diuiditur in duas partes:in pri-
ma ponit quomodo abſens poteſt per ſe vſucapere,
in ſecunda qualiter per alium.ſecunda ibi, item
per alium.ex qua duæ colliguntur concluſiones.
20 Prima eſt quòd † abſens cauſa rei publicæ po-
terit per ſe rem præſentis pluribus modis vſuca-
pere,vt puta,ſi ſecum detulit, vel domi reliquit,
animo tamẽ poſſedit.Ex iſta cõcluſione duo ſunt
notanda.primũ eſt quòd ad præſcribendũ requi-
ritur alterũ de duobus, videlicet poſſeſsio ciuilis
& naturalis,videlicet quãdo quis rẽ ſecũ detulit:
vel ciuilis tantũ,quæ animo retinetur: ita eſt hic
gl.Et circa hoc de ciuili eſt notandũ: nã adeò eſt
efficax

efficax iſta ciuilis poſſeſsio & potentior ac nobilior, quòd vincit naturalem poſſeſsionem, cõtra quam præſcribit: non tamen ecõtrà, naturalis ſola ſufficit ad præſcribẽdũ cõtra ciuiliter poſſidẽte niſi ciuilis poſſeſsio fuerit amiſſa per obliuionẽ x. annorũ: vt declarat Dy. in c. ſine poſſeſsione. circa fi. de reg. iu. li. vj. Abb. & Feli. in c. vigilanti. colu. iiij. de præſcri. Bart. & Alex. in l. ſi de eo. §. ſi fortè, ff. de acqui. poſ. & quod ſola ciuilis ſufficiat & non naturalis, eſt caſus ibi per omnes. in l. j. §. per ſeruum qui in fuga. ff. de acqui. poſſ. & notatur pleniſsimè per mod. in l. iij. § ex contrario. ff. de acquir. poſſ. & latè ſequitur Iaſon in l. j. in x. colum. nume. 44. C. de ſer. fugi. Adde Ang. Aret. in §. ſed aliquando, Inſtitut. de vſucapi. & per Iaſ. latè in d. § ex contrario, qui per quæſtiones diſtinctè hoc proſequitur: & amittitur ciuilis poſſeſsio negligentia longi temporis, vel animo: vt deducit Bart. in l. Celſus. in ij. colum. num. 13. ff. de vſucap. & alios modos amittendi refert Ang. in d. §. ſed aliquando. in fi. & ſequitur latè Alexa. poſt alios in l. ſi de eo. §. j. de acqui. poſſ. & plenè Feli. poſt alios in d. c. vigilanti. in penult. columna de de præſcrip. & iſtam eſſe communem atteſtatur idem Alexand. in conſil. cxiiij. viſis & ſæpius recenſitis in j. colum. lib. v. & tunc iſto caſu bene naturalis ſola ſufficit: vt ſuprà eſt dictum. Sed modo eſt aduertendum pro vera intelligentia prædictorum, & dicti Bar. in d. l. Celſus. dum vult quod ciuilis probatur animo. quod illud procedit quando ille qui ciuiliter poſſidebat, declarat animum ſuum: quo caſu cum aliter probari non poſſet eum amiſiſſe poſſeſsionem, vel nunquam amiſiſſe, dictum illius facit plenam fidem. ita ſingulariter voluit Arch. in c. põtifices. vij. quæſtione j. ſequitur Felin. in d. c. vigilanti. colum. fi. de præſcriptio. & in c. cauſam quæ, in prin. eod. tit. Et quod dicit Bart. etiam de negligentia longi temporis, intelligitur de decẽnio: licèt in hoc ſint variæ opinio. tamen communis eſt iſta quòd de decennio intelligatur: vt firmat Alexand. in conſil. ſuperius alleg. & in conſi. xxxiiij. ponderatis verbis. circa fi. iij. li. & firmat latè Cor. in conſi. xvj. incip. repetito. in iij. colum. ij. libro. Ad vnum tamen aduerte vltra prædicta, quòd licet abſens per ſe ciuiliter poſsideat, & illa ciuilis poſſeſsio vincat naturalem occupatam ab alio: tamẽ ſi iſte qui naturaliter poſsidet, vendiderit rem habenti bonam fidem, ille emptor poterit præſcribere: quia per occupationem naturalis poſſeſsionis factã per venditorẽ non cõtraxit vitium reale, ſed perſonale, quod non impedit præſcriptionem. ita eſt text. in l. ſi nulla. vbi omnes. C. de acquir. poſ. & text. clarus in §. quod autem, ſuprà de vſucap. & licet glo. ibi teneat illum. §. eſſe correctum per l. fin. C. vnde vi. tamen glo. in d. l. fi. tenet contrarium & communiter ibi approbatur: tamen iſto caſu debet ſeruari diſtinctio authenticæ malæ fi
21 dei. C. de præſcrip. longi temporis. † Secunda concluſio gloſſa eſt quòd per alium poſſidendo, videlicet per ſeruum vel filium, poſſumus abſentes præſcribere: vt in captiuo, &c. Aduerte pro intelligẽtia text. noſtri, gl. & terminorum, licet doct. hîc certè non abſque iniuria nihil dixerint, quod glo. iſta cum miſterio loquitur: nam vides hîc in tex. quod ponũtur plures ſpecies perſonarum abſentiũ, quæ præſcribere poſſunt ſiue vſucapere, quæ præſentes. vt in abſente cauſa reipublicæ, & capto ab hoſtibus &c. gl. hîc in prin. nihil dicit de captiuo abſente, ſed de abſente cauſa reipublicæ qui quidẽ non ſolũ per ſe animo tantũ vel animo & corpore ſimul poteſt præſcribere, ſed etiam per aliũ, dum gl. dicit per alium exẽplificat de captiuo, & nihil aliud dicit. Ideò pro vera reſolutione dicatur quòd inter abſentiã illius qui ab hoſtibus detinetur, & illius qui abeſt cauſa rei publicæ, eſt longua differẽtia: nã iſte qui eſt apud hoſtes non poteſt per ſe ipſum præſcribere, ſecundũ terminos iſtius glo. in prin. ratio eſt: quia cùm ab alio poſsideatur, nihil poſsidet. l. cum hæredes. §. in his. ff. de acqui. hære. ſed præſcribit per alium & ita procedit tex. in l. iuſto. §. fin. ff. de vſucapio. qui dicit captũ ab hoſtibus poſſe vſucapere. nam intelligitur per aliũ, non per ſeipſum. & ita illum tex. declarat Cy. in regula ſine poſſeſsione, de reg. iu. li. vj. vnde iſto caſu ſi redeat poſtliminio, videt omni tempore poſſeſsionem continuaſſe fictione poſtliminij, & eiuſdẽ fictiõis virtute vſucapionẽ: & per conſequẽs dominiũ per eã acquiſiuiſſe: ſed vbi poſsideret per ſe, & capitur ab hoſtibus, perditur poſſeſsio: & quamuis poſtliminio reuertatur, non extenditur fictio ad poſſeſsionẽ, quæ in facto conſiſtit, & conſequẽter ad vſucapionẽ, quæ ſolet ex poſſeſsione proficiſci: vt plene no. Bar. & ibi eſt tex. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. & Dy. in d. regula. ſine poſſeſsione. vbi dicit de hoc eſſe caſum in l. in bello. § factæ. ff. de capt. Et quæ ſit ratio diuerſitatis inter primũ & ſecundũ, vide text. quẽ ibi declarat Are. in ver. per omnia. in §. ſi ab hoſtibus, Inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. & prius Bar. in repe. l. ſi is qui pro emptore in iiij. col. ff. de vſucap. & latè Iaſ. poſt Alex. in l. cũ hæredes. §. in his ff. de acqui. poſ. & in d. l. ſi is qui pro emptore. vbi pro hoc ſeptẽ rationes diuerſas adducit, quarũ illa cõmuniter tenetur, quã ponit Bar. in d. l. cum hæredes, & ſupradicta habẽt locũ quãdo captus ab hoſtibus per ſeruũ poſsidebat ex cauſa peculiari: vt no. in l. iuſto, §. fi. & in d. l. ſi is qui pro emptore, de vſucap. & declaro in voce. Glo. in verbo in hoſtiũ diuiditur in tres partes prout tria dicta ponit diuerſa. ſecũda ibi, ſi ergo: tertia ibi, in hoc hiſ
22 ferũt. Ex prima parte colligitur quòd † illi dicuntur propriè hoſtes qui bellum populo Romano, vel populus Romanus illis indixerũt. d. l. hoſtes alle. in gl. & per hoc ego infero eſſe dubiã doctrinam Bar. in l. adulterium cum inceſtu. §. liberto. ff. de adult. vbi vult quòd ſtãte ſtatuto quòd bannitus poſsit impune occidi, filius poterit occidere patrẽ, ea ratione motus, quia bãniti hoſtes noſtri ſunt. & cõtra patrem hoſtẽ patriæ poteſt filius armari, & eũ occidere. l. minime. ff. de reli. & ſump. fune: vt ibi per eum. tamẽ ſecundũ iſtam gl. ſi hoſtes ſunt propriè illi qui populo Romano bellũ inducũt, certũ eſt quòd bãnitus, eo ſolo, quia bannitus cũ bellũ non indicet, hoſtis propriè nõ dicetur: & per conſequens in ſtatuto prædicto, quod cũ ſit odioſum, cõuenit reſtringere. regula, odia, de reg. iu. li. vj. nõ excludet filius, qui alia ratione prohibetur contra patrem venire, non ratione ſtatuti: vt in l. vtrum. de patri. & habetur in l. j. & ij. C. de patribus qui fi. diſtra. l. veluti. ff. de iuſt. & iu. & licet banniti dicantur hoſtes, illud eſt largo modo, non tamẽ propriè. & ideò in tali ſtatuto non compræhẽdentur. arg. l. j. ff. de fonte, quia propriè hoſtis eſt ille, cui publica voce bellum indicitur à populo Romano. l. hoſtes. & l. quo nos. ff. de verb.

ſigo. præterea quia licèt ille qui venit contra patriam Romanã,dicatur committere crimen maieſtatis.l.fallaciter.C.de abolitio. tamen ſi venit cõtra priuatam ciuitatem licèt ſit patria,non dicetur illud crimen incurrere,ex eo quia aliæ ciuitates excepta Roma,funguntur vice priuatorum. l.eum qui vectigal.ff.de verb.ſigni.glo.in l.j.ff.ad l.Iul.maie.quod eſt verum,niſi veniret ad delendam patriam: aliâs ſecus vt per plura concludit Nellus de ſancto Gemi.in tractatu de banni.in j. parte xvj.q.ij.temporis.ſi igitur in maieſtatẽ non committat.ergo tanquam hoſtis non poterit pater à filio trucidari:cum iſto caſu præpõderat ius ſanguinis.Nam illi qui ſunt hoſtes patriæ,cõmittunt crimen leſę maieſtatis:quod ſi in priuatis ciuitatibus haberet locũ , iam pœna teneret etiam filios:per l.quiſquis.C.ad l.iul.maie.quod eſt falſum.& ita etiam tenet Auguſti.de Arimi.in Apoſtil.Ang.de maleſi.in ver.che hai tradito.in j.col. & illam opi.Bar.in d.§. liberto latè repræhendit Deci.per viuam rationem,allegans etiam contra Bar.plures auctoritates in c. quæ in eccleſiarum. in v.col.extra de conſtit.& quidam nouiſsimi in d.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.et iu.Nam ratio eſt euidens,quare tale ſtatutum filium non compræhendat:quia ex quo ſtatutum de homicidio loquens non extenditur ad parricidiũ, quod qualitatẽ habet ſupereminẽtem.l.fi.ff.de parrici.& c.occidit. xxiij.q.viij inde ex hoc reſultat regula quæ habet quòd caſus magis qualificatus non compræhenditur ſub ſimplici. vt eſt text. in l. vim paſſam.§. præſcriptione,iuncta.l.mariti.§.hoc quinquẽniũ ff.de adul.facit tex.in c.ſtatutũ:de elct.li vj.& tradit in terminis Io.de Ana.in conſi.lxiij.facit pro hoc text.in l.commodiſsimè.ff.de li.& poſt.& c. ſuſceptum de reſcrip.li.vj.Nam in parricidio duplex cõmittitur peccatum,&homicidium & parricidium:& ita fit contra duo præcepta decalogi. cuius primum eſt vt parẽtes veneremur,alterum ne occidamus : ex quorum tranſgreſsione duo delicta reſultant :arg. l.plura dicta , ff.de actio. & obli.at in homicidio ſimplici iſta non concurrunt:ergo ſtatutum loquens de illo in parricidio non vẽdicabit locum,cùm verba ſtatuti non verificentur.ar.l.iij.§.toties.ff.de dam.infec.l.ita autẽ,in princ.ff.de admi.tu.facit pro hoc quod vult Pe. de Anc.in conſi.cl.inci.ex narratis. quem ſequitur Feli.in c.in quæſtionib⁹. col.j.ver.in contrariũ.de accuſatio.vbi vult quod diſpoſitio.c.cũ non ab homine.extra de iudi.nõ habet locũ in homicidio qualificato,vt in parricida & fratricida vel aſſaſino.vt in c.j.de homi.lib.vj.l.j.§.ait.

Item quia qualitas iſtius criminis non concurrit:ergo ſtatuti ratio ceſſabit.vt no. Bart.in l.j.§. ait prætor ff.ne quid in flu.pu.facit quod no.Io. An.in c.j de homici. lib.vj.Et quod qualitas iſta dicatur maior & debeat attendi, probatur vlterius in ſimili per ea quæ dicit Bal.in l.cum ancillis.in iij.col.C.de nup.vbi inquit , maius eſſe delictum commiſſum in ciuitate,quàm in rure:ergo eodem modo hîc eſt dicendum quòd valet ar. de loco ad perſonã.l.j.§. Offili⁹.ff. ne quis eũ.& pro iſta parte bene facit quod in ſimili dicit Alberi. in tra.ſtatu.in vlti.parte q xcviij.inci quid ſi ſtatutum.vbi notabiliter concludit quod ſtatutum concedens capienti bannitũ liberationẽ alterius banniti pro pari vel minori crimine,ille qui bannitum,qui armis aliquem occiderat , accepit & præſentauit,non poterit vigore talis conceſsionis liberare alium bãnitum pro homicidio cum veneno.ratio eſt:quia plus eſt veneno occidere quã gladio.l.j.C.de male.& math.quæ omnia nemini dubium eſt facere in propoſito noſtro, quia licèt iſte pater bãnitus ſit : non tamẽ propter hoc quo ad filiũ deſinit eſſe pater,licet indign⁹ vt dicit tex. in authen.de inceſt.nup.in fi.ptin. in ver.ſi verò contigerit. Et pro hoc facit ratio tex.in l.milites.la.ij.§.fi.ff.de re mili.& l.quicũque.§. filiũ.eo. ti per quæ iura notabilẽ cautel.tradit Bar.Veronen.in tract,cautel.prima in ordine,vbi refert in contingentia facti plures inſignes doctores obtinuiſſe,quod ſi filius commiſit crimen læſæ maieſtatis, quòd ſi vult pater quod liberetur , offerat eum iudici,ſi condemnetur:quia tunc non eſt ita puniendus propter charitatem paternam, qui in hoc maiorem habet prærogatiuam quam alij offerentes.vt ibi per eum cũ ſimi.vt per Feli.in c.j. col.ij.de offi.deleg.& in c.quæret͂i.in ij.col.eo.tit. & per Iaſ.in l.j.C. de his quib.vt indig. Hypo.in l.j.§.j.col.vj.de queſtio.& in l.vnius.§.ſeruus.col. ij.eo.ti. à contrario igitur eſt dicendũ in filio reſpectu patris:ar.l.nam & ſi parẽtibus.ff.de inoffi. teſt.iunctis his quæ Barba.adducit in repe.l.cum acutiſsimi.in vij.fo.de fideic.propter rationẽ intẽſiuã illorũ iutiũ:fateor tamẽ quòd ſi pater vellet delere patriã,illo caſu armari poteſt fili⁹.& procedit tex.in l.minimè.ff.de religio.ſed eo ipſo quòd eſt bannitus,non delet patriam,non ſuſcitat gentẽ:igitur ratio illa ceſſat in caſu noſtro:imò ſecundum forum conſcientiæ etiam illo caſu filius abſtinere deberet vt manus ſuas fœdaret ſangine paterno:cum poſt Deum Immortalẽ eiuſque religionẽ ponatur parentũ pietas & reuerentia in preceptis diuinis,cum ſecundũ Platonem,nullum perfectius Dei ſimulachrum in terris venerari poſſumus quàm parentes ipſos.& poſſet ex hoc inferri quòd cùm parentum reuerentia ab initio generis humani ortum habuerit,antequam ciuitates con diſcœperũt,quòd poti⁹ patri quàm patriæ ſit ſubueniendũ.ar.tex.in l.pe.ff.de poſtul.quia patria à patre,non pater à patria nomẽ habuit:cùm prius pater fuerit:tamẽ ſuper hoc non inſiſto:ſed quantum attinet ad caſum noſtrum , illa deciſio per prædicta redditur dubia:quamuis opinio.Bartoli communis ſit: vt atteſtatur Hypo. de marſi.in l.j.§.præterea in ix:colum. ver.alius eſt etiam. ff. de quæſtio.nam nullus præter ipſum,quem viderim,propter diuerſitatem opi. declarauit quæ ſit communis:quam opin. vltra deducta per eum & alios reperio eundem Barto. firmaſſe in d. l. minime.in l.poſtliminium §.filius. ff.de capti. & ibidem dicit quòd hæc quæſtio fuit de facto Tuderti,& ita fuiſſe deciſum. & tranſit etiam Alex. dicẽs ita eſſe deciſum in Baldazo in addi.ad Bartolum in dicto.§.liberto. ex mente Imo.& Ang. in l.triticum.ad fi.ff.de verborum ob.& ita etiam dicit fuiſſe determinatum per conſilium Peruſinum d.Angeli Aretini,in tractatu maleficiorum in clauſula ex interuallo.in fi.& vltra ipſos hanc eandem opinionem tenet Abbas in conſilio cvj. incipien.placet mihi,in j.volum.& Ang.conſilio ccxxiij.Io.An.in rub.de his qui fil.occ.& ibidem Pe.de anc.&Gerardus de Petra ſancta in ſingularibus ſuis ſingulari.ij. incipi. ru ſcis.pro qua opinione fait ratio : quia in qualibet materia ſemper intelligitur excepta patria : vt per plura iura probat

probat Andr.Sicu.in repet. l. cum acutiſsimi in
xcij.colum.C.fideicom.& cum iſta opin.videtur
tranſire Iaſ.in l.militem.in fi. C. de procura.vbi
limitat,vbi non ageretur contra patriam iure pu-
blico:vt ibi per eum , quæ omnia tanquam noua
adde ad Bart.per quæ videtur quod hæc ſit com-
munis. Tamen mihi nunquam placuit per ſu-
pradicta,& quia nimium dura aliâs latè reproba-
ni loco ſuo & inter alia vltra ſupradicta hoc pro-
babam vna ratione:nã vbicũque ſtatutum ſeu lex
repugnat fini æterno, eſt nulla , nec debet obſer-
uari:vt in epiſtola,inter claras. C.de ſum.tri. c. fi.
de preſcri.& hoc tex.in c.inter hæc xxxiij quæſt.
ij.c. erit autem lex iuſta iiij.diſt.facit bonus text.
in c.conſuetudo.j.diſt.& in c.non licet,cum qua-
tuor ſeq.x.diſt.ſed tale ſtatutum, etiam ſi expreſ-
ſe hoc concederet filiis,eſſet huiuſmodi:ergo &c.
quòd ſit huiuſmodi,paret. Nam ſecundum legem
Dei,ad cuius imaginem debet eſſe lex tẽporalis §.
cũq; hoc.vbi no.Ang.in proe.Inſti. nã ideo Deus
conſtituit de cœlo Imperatores ad hoc vt per ora
eorũ diuinitus leges cõderet §.quia igitur.in auth.
de inſtru.cau.& fi.ideò ab imparatore dicũtur le-
ges emanare diuino quodam motu l.fi. C.de præ-
ſcrip.lon.temp.cum igitur ſecundum legẽ Dei,fi-
lius tenetur patri obedire & honorẽ ei exhibere,
qui poteſtatẽ ſui habet.l.parentes ff. de in ius vo-
can.l.veluti.ff.de iuſt.& iu.& l.ij.& l.liberto,ff.de
obſequiis.qui poteſtatẽ ſui corporis nõ habet,ſed
pater l.j.& ij.C.de pa.qui fil.diſt. ergo lex vel ſta-
tutum obuians huic fini,non valet,cũ debeat eſſe
ſanctio ſancta iubẽs honeſta, prohibẽs contraria:
vt dicit text.elegans in l.nam & Demoſthenes,ff.
de legi. Et per hæc remanet notabile iſtius gl.de-
23 claratum. † Et vltra prædicta quæ differentia
ſit inter hoſtem & reum crimine læſæ maieſtatis,
ponit Bal.in l.nihil.C. de vind.lib.& in l.ij. C.de
fal. mone. quem ſequitur hic Iaſ. nã hoſtis poteſt
eſſe quicunque ſubditus & nõ ſubditus.ſed nemo
poteſt fieri reus crimine læſæ maieſtatis niſi fuerit
ſubditus.ita Bal.pro quo adde tex.notabil. in cle.
paſtoralis §.rurſus.de re iudi. quem no. Car. & I-
mo.& latè diſcutit Bart.in extrauag. qui ſunt re-
belles.in ver.rebellando. & in ver. rebellis. & in
ver.tenore.in quibus locis latè etiã declarat quis
dicatur hoſtis infidelis & rebellis.& reaſſumit De-
cius poſt Abb. & alios in c. ſanè,in iiij. notabili
24 de offi.deleg. † Hoc tamen quod dictum eſt de
crimine læſæ maieſtatis,de plano procedit in prin
cipibus ſecularibus:reſpectu verò papæ crederem
omnes machinantes in eũ eſſe tali crimino irreti-
tos & reos:cum illi ſit ſubdita vniuerſa caro : vt
tenet expreſſe Abb. in cap. quod autem. in j.col.
de pœni. & re. allegat text.in c. cuncta per mun-
dum.& cap.per principalem. ix. quæſtio. iij.facit
text.in cap. ſolitæ.de ma. & obe.& no.Inn. Abb.
& mod.in c.j.de cõſti.& hoc videtur ſentire Bar.
in d.extraua.in verbo rebellando.in j. col.& pro
hoc facit qualitas tex.in c. felicis. de pœnis.li.vj.
& cle.ſi quis ſuadente .eo. ti. pro quo facit quod
no. Ioan.de ana.in cap..qualiter. & quando.el.ij.
§.fi.in v.col.de accuſa. Amplia illa dicta Bald.
notabiliter quod procedant etiam in clerico,e-
piſcopo committente crimen læſe maieſtatis con-
tra principem ſecularem ſui domicilij vel origi-
ginis,qui licet non dicatur ſubditus principi ſe-
culari, etiam ſi vellet ſe ſubditum facere:prout
notabiliter concludit Signorolus de homodeis
in conſilio xxj. incipien. ſtatuto ciuitatis.col.ij.
tamen puniri poſſunt propter domicilium,quod
ſubeſt illi principi:vt notabiliter concludit Car.
Alex.in c.in primis.§.de perſona,in j. & ij. col.ij.
q.j.poſt Rom.& alios quos refert in cõſi. ccclxv.
moti per text.in c. ſi quis laicis. xxij. q. v. Sed
And.ſicul.in c.at ſi clerici.in fi.principij,extrà de
iudi.contrarium tenet.& ibi Decius per tex. in d.
cle.paſtoralis.§.rurſus. & per dicta Bal.in d.l. ni-
hil.& in d.l.ij.& reſpondet ad text.in d c.ſi quis
laicus,qui eſt palea: vt ibi per eum. & pro iſta o-
pinione ſua facit optimè tex.in c. cum non ab
homine ſecundum quæ ibi declarat Are. de iudi.
& gl.in c. ſatis peruerſum. lvj. diſtin. & iſtam o-
pin.dicit eſſe communem Car. vt ſuprà,quamuis
primam opin.teneat Abb. in d.c.at ſi clerici.&
plures alij: vt ibi per moder. ſed Card vt ſuprà
notabiliter diſtinguendo opin. concordat. Et
quod dictum eſt non ſubditum non committere
crimen læſæ maieſtatis, procedit etiam ſi ille ha-
buerit feudum à principe contra quem machina-
tur: dum tamen in terra ſua non habuerit domi-
cilium vel originem: vt dictum eſt ſuprà de epiſ-
copo. ita notabiliter dicit Card.Alex.vt ſuprà
in iij. colum. ver.rex Robertus.& inter alia alle-
gat tex.pro hoc notabilem in d.cle. paſtoralis.de
re iudic.quæ omnia tene menti: ſed tamen mihi
hæc opi.non ſatisfacit:quia ille qui feudum ab a-
lio accepit,tenetur illi fidelitatem iuratam ſerua-
re:vt in titulo de pace Conſtant. per totum. pa-
tet in c. j. de forma fidelitatis. ſi igitur machina-
tur in dominũ, à quo feudũ habet videtur quòd
ab eo puniri poſsit tanquam proditor , cui fides
rumpi poteſt l.j §.non fuit.ff.de dolo.& facit pro
iſta opin.bene tex.in l.fina.C.de dila. lib.x. & ea
quæ Barth.Veronen. tradit in conſilio xxxiiij.in-
cip.ſi vnquam.in iij.col.& Hypo.notabili.xvj.
25 † Et an illi qui hoſtes muniunt armis ſcutis &
aliis machinis belli dicantur hoſtes:dic quòd ſic,
vt tradit Ana.in c.ita quorundã.in ij.colum.ver.
quid autem. de iudæ. Et an piratæ ſint hoſtes
propriè,vide Ioan. de Ana. in capitulo ſecundò,
in ij col.ſuper glo.ij.de homici.vbi dicit quòd ta-
les poſſunt impunè occidi & derobari : & tales
quolibet anno in cœna domini excommunicãtur
vt tradit idem Ioan.de Ana.in c.iij.in ij. colu. de
rapto,vbi videas per eum. Iſta tamen declaran
tur procedere , dum durat tempus piratus: aliâs
ceſſat telis pœna. quia qualitas edicta verbo de-
bet adeſſe tempore verbi.l.in delictis. §. ſi detra-
cta.ff de noxa.cum ſimi. vt tradit Decius in con-
ſilio xiiij..in caſu in ij.columna & conſil.lv. viſis
his.colum.penul & conſil.lvij in princ.& conſi.
lxxiiij. & ſeq.in ij. parte. & Areti. ſuprà de legit.
ag.ſuc.in prin.nam finita cauſa odij finitur odiũ.
l.Titia.§.vſuras.de leg.ſecundo,& ibi notabiliter
Bar.infert ad quæſtionem quæ facit ad iſtud pro-
poſitum de qua ibi per eum.ad idem facit text.in
§.ſi verò quis dicat.in authen.de teſtib. vbi vſque
adeò infeſtus eſt,donec de crimine iudicetur &c.
hinc dicimus quòd ceſſante infamia ceſſat effe-
ctus eius.l.reus.ff.de mune.& hono.facit l.qui de
libertate ff.de lib cau. & ita iſtam limitationem
per plura firmat Soci. in conſilio cclxij. in cauſa
magnifici,in ij.colu. verſiculo quinimò in ij. vo-
lum. tamen mihi videtur dubia: quia certum eſt
quòd immicitia ſemel cauſata,adhuc durare præ
ſumitur.l.in ipſius.vbi not.Bal.C.fami.her.& idẽ

Bal.in authen.ſi dic itur.C.de teſti.tenet.Alex in
conſi. lxxviij. in cauſa & lite,j. lib. pro quo facit
text.in c.accuſatores.el.j.iij q. v.& quod per illũ
dicit gl.in c.per tuas.in ver. capitalis.de ſimo. &
idem Alex.in conſi.xcix.in cauſa inquiſitionis,j.
lib.col.j.& de hoc videtur eſſe caſus notabilis in
c. cùm P. manſconella de accuſa. ſed tenendo li-
mitationã Socini ad iſta reperio quòd reſpondet
Decius in c.j.in ij.notabili,in j.& ij.lectura,extra
de iudi. tamen illæ ſolutiones non releuant : quia
ad ſuprà dicta iura & auctoritates per me alle.nõ
reſpondet:quia fortè non vidit.Non ob. etiã tex.
in d.§.ſi verò.quia illa dictio donec,nõ implicat:
vt euitetur cõtrarium de d.c.cũ P.per tex.& quæ
ibi Abb.dicit in c.Ioſeph.de ver.ſig.ad d.§.vſuras
cum aliis allegatis,reſpõdeas quòd non loquũtur
præciſe in odio vel inimicitia cauſata,prout in ca
ſu noſtro,& ideò teneo firmiter opi.contra Soci.
quam vltra prædicta fundo vna ratione : quia ea
quæ ſolo temporis tractu non mutantur,ſemel in
eſſe poſitã ſemper præſumuntur l. ſi cui §.iiſdem
ff de accuſa.& l.non omnes §. à barbaris,ff. de re
mili.cum concor.quæ ad propoſitum noſtrũ tra-
dit Feli.in c. ſcribam. de præſump. Sed odium &
malitia ſolo temporis curſu nõ mutantur:quia ſe-
mel poſita ſemper durant,cùm ſint paſsiones ani-
mi:vt in c ſemel malus.de reg iur.lib vj.& tenet
expreſſè Bald. in l ex perſona igitur &c.præterea
facit,quòd ceſſante cauſa non ceſſat effectus cõn-
ſummatus , Bartol. in l. cùm lit. ff. iudi. ſol. co-
lumna prima.no.mod. in capitulo cùm ceſſante.
de appel. Gl.poteſtate.De ſignificatu huius ver-
26 bi vltra hîc deducta vide Fel. poſt alios † in ru.de
offic. delegat. col.fi.in dubio tamen appellatio-
ne poteſtatis , intelligitur de habente merum &
mixtum imperium.ita Paul.de caſt in l.eum,ff.de
iu.om.iudi.licet ibi Alex latè ſuper hoc diſputet
& de poteſtate contentioſa non voluntaria:gl.in
l.j.ff. de offi. præſi. ſed in iſto text. intelligitur de
poteſtate quę cõpræhendit proprietatem & domi
nium:vt no.etiam Bal.in l.præsbyteros.la j.C.de
epiſ.& cle.tu tamẽ circa ſignificatum iſtius verbi
vide vſque ad centum expoſitiones notabiles per
reuerendum do.Io.Fran.de Paninis in ſuo elegãti
tracta.de offi. & poteſtate capituli ſede vacante,
fol.v.in j.& ij.coſ.& ibi alleg. gl. iſtam cum plu-
ribus concordan.In fi.glo.dic vt dixi ſuprà in gl.
27 in verſic adeſſet. † Glo.in ciuitate & c.ibi,ff.ex
quib.cau.ma.l. fin. Ex iſta parte colligitur regula
quòd priuilegiatus vtitur priuilegio cõtra pariter
priuilegiatũ:cum tamen regula ſit in contrarium
in c.auditis,de reſti.in integ Ange.hic fatetur re-
gulam.& dicit quòd hîc ideo priuilegiatus vtitur
priuilegio cõtra priuilegiatum:quia aget de dam-
no euitando:quo caſu illa regula d.c.auditis,non
habet locum per tex.& ibi Bar.in l.verum § fi.ff.
de minor.Et iſtam opi.vltra ipſos tenet etiã Ro.
in cõſi cxvij.incip.ampliſsimè.in iij.charta ſecun
dum impreſsionem paruam:& hãc limitationem
tenet Bar.in l.maritũ in fi.ff ſol.ma. pro qua etiã
facit tex.in c.cum pro cauſis.de ſen. excom.& ibi
no Feli.tenet etiam Decius in conſi.clxvij.& pro
renui.in fi.in j parte.& conſil. lvij.inci.ſuperiori-
bus diebus.in fi.verbis in ij. parte. & tradit nota-
biliter Hyp.de mar.in ſingulari ſuo.xcix.inci.pri
uilegiatus. Fel.in c.dilecti. in iiij. col. in princ.de
exceptio. tamen Iaſ.hîc dicit quòd quo ad termi-
nos noſtros iſta conſideratio Areti.non eſt bona:
quia in caſu iſto ille abſens qui præſcribit contra
abſentẽ non eſt priuilegiatus in caſu quo præſcri-
bit,ſed bene ille contra quem præſcribitur : quo
caſu ceſſat regula. Vel ſecundò dicas ſecundum
Bartol.in d.l.fin.& in authen.quas actiones,C.de
ſacroſan. eccle. quòd ille qui præſcribit,eſt priui-
legiatus in genere propter abſentiam,non autem
in ſpecie : quia ex eo quod præſcripſit , ſibi non
competit priuilegium reſciſſoriæ: ſed ille abſenti
contra quem eſt præſcriptum, vnde competit i-
ſtud priuilegium:& ideò dicitur in ſpecie priuile-
giatus, quo caſu reſultat vna regula, quòd licet
priuilegiatus non vtatur priuilegio contra pari-
ter priuilegiatum.d.c.auditis.&.l.ſed & ſi milites
in prin.ff. de excuſa. tuto. cum ſimilibus. tamen
quando vnus eſt priuilegiatus in genere , alius in
ſpecie, tunc bene concurrunt:& ſpecies derogat
generi.Ita concludit Barto. in locis.ſuprà allega-
tis,licèt non ita ſpecificè. Cuius opinio. vltra ea
quæ dicit Iaſon in ſpecie ſequitur Pau. de mon.
pico.in repetitio l.Titia,§.Titia. in xxxij. colum.
ff.de lega.ij & Barba.in conſilio xxxviij.incip.dif
ficile eſt. in vij. colum. in tertio volumine. tenet
Abb.in d.c.auditis.in pe.nota.& in c.ad aures.de
præſcrip.Facit quod dicit Bal.in c. j. in ij.colum.
extra de proba. dum loquitur de fiſco contra fi-
ſcum in caſu editionis. Sed aduerte quòd ad-
huc videtur quòd iſta reſolutio ſit dubitabilis,
per textum in §. ſed & hoc præſenti. in authenti.
de ſanc.epiſco.vbi licet hæres inſtitutus & graua-
tus vt Titio reſtituat, ſi moriatur ſine hærede,in-
trando monaſterium dicatur habere hæredem.
Tamen vbi ſubſtituta eſſet alia eccleſia,monaſte-
rium non vteretur illo priuilegio contra eam.&
tamen nemini dubium eſt quòd illa eccleſia ſub-
ſtituta eſt priuilegiata in genere,& monaſterium
in ſpecie.Et pro iſta parte faciunt quæ dicit Bald.
in l.ſecunda per illum textum. C de priuileg. vbi
dicit quòd priuilegia quæ ſcholaribus tribuun-
tur per authenti. habita. C. ne fil. pro pat. non
competunt ſcolari agenti cõtra ſcholarem: & ta-
men clarum eſt quòd ſcholaris contra quem agi-
tur , eſt priuilegiatus in genere ſicut hîc ille ab-
ſens qui præſcribit , contra quem agit iſte alius
abſens in terminis dicta l.fina. Ad idem bene fa-
cit quod Old. dicit in conſilio cxix. Titius. in fi-
ne.& quod in notabili quæſtione tradit Ioannes
Andr. in regula in iudiciis. de regu. iur. libro vj.
& Petrus de ancha. in conſilio xxxvj. accedat
dictum Romanæ in repetitione authentici ſimi-
liter. in xl. ſpeciali vltimæ voluntatis. vbi tenet
quòd eccleſia hæres inſtituta non detrahit falci-
diam ex legato relicto alteri eccleſiæ. & idem te-
net Roma. in l. Marcellus. & ibi ſequitur Ale-
xand.ff.ad trebellia. & idem alexand. in l. j. §.ad
municipium ff. ad legem falcidiam. Et ideò
mihi efficatior videtur ſolutio Angeli Aretini
hîc quod ideò in caſu dictæ l. fina. priuilegiatus
vtitur priuilegio contra priuilegium : quia agens
certabat de damno euitando : vt dicta l.verum §.
fin.& ita tenet Bartolus in dicta l.maritum. cum
aliis ſuprà allegatis.idem tenet Baldus in authen-
rica perpetua. C. de ſacroſanctis eccleſiis Pet. de
Ancha.in conſilio xxxvj.incipiente contra Ioan.
in ij.columna Paul.de caſt.conſil. xxxvij. incipi-
vt bene attingatur in fine,ij. volumine. Vel ſe-
cundò reſponde quòd quando vnum priuilegium
competit in habitu, & aliud in actu , bene priui-
legiatus

legiatus vtitur priuilegio contra priuilegiatum: vt eſt caſus notabilis in capi. ſi parte, de reſcriptis, libro .vj. Et ſic ex diuerſis reſpectibus plura incompatibilia tolerantur quæ aliâs non poſſent ſubſiſtere: vt tradit Barto. in repeti. l. ſi is qui pro emptore. in penultima colum. ff. de vſucapio. & tradit Feli. in c. cum M. in vj. col. ver. nec obſtat prædictis. extra de conſtituti. & Moder. latè diſceptant in l. j. in ix. colum ff. ſolu. matrimoni. Et iſte conuerſus tali caſu toleratur, quando certatur in iudicio in quo actor & reus diſtinguuntur, vt in caſu noſtro. Nam actor agit vt prohibeat abſentem vti præſcriptione, præſcribens dicit ſibi licere. quia aliâs ſi non diſcuteret, non opus eſſet reciſſoria: quo caſu iſte vſus priuilegij contra priuilegiatum ex regula communi procedit, quæ habet quòd regula prohibitiua attendatur, non permiſsiua. l. tutor §. liberti. ff. de ſuſpec. tuto. Alexand. in l. ſi conuenerit, in prima columna numero. iiij. ff. de re iudicata. & in l. prima. §. primo, in fine ff. de operis noui nunciatio. præſertim iſto caſu quando præſcribens agit de damno euitando: quo caſu dicitur habere potentiorem cauſam quæ attendi debet: vt dicit Alexand. in conſilio. cxxj. in primo volumine. facit dicta lex verū. et pro hoc facit tex. & quod ibi notat Abb. in primo notabili in capitulo fina. de ordi. cogni. Accedat ad hoc: quia cùm cauſa iſta indiuidua ſit reſpectu actoris & rei. ſemper cauſa prohibitiua attenditur ex parte illius perſonæ pro qua iura maiorem inducunt fauorem. ita dicit Iaſ. in l. iij. per illum tex. circa fi. C. de inoffi. teſta. ſed clarum eſt quòd iura reo magis fauent: vt. in l. fauorabiliores. ff de reg. iur. igitur &c. Et de iſta materia vide per Iaſonem in dict. authentica. quas actiones. circa finem & text. in lege fiſcus. ff. de iure fiſci. & notatur per Angelum Aretinum in §. item ſi in iudicio. in vij. & viij. columna, infrà de exceptio. vbi circa iſtam regulam latè diſtinguit.

28. † In eadem gloſſ. ibi ab hoſtibus. circa iſtam quæſtionem quam hîc ponit gloſ. & Iaſon breuiter communis concluſio eſt iſta, quòd ſi vſucapio ſit pro maiori parte completa in abſentia, & finita in præſentia, quòd ille abſens reſtituatur tantū ad tempus quo fuit abſens, reliquū verò temporis cedat in vtilitatem vſucapientis. iſtam opin. dicit communem & verā Pau. de ca. Saly. poſt Bal. in l. quo tempore. C. de reſti. mili. & cum ea tranſit Ioan. Fran. Balb. in trac. præſcrip. in prima parte ſextæ partis principalis. nu. xxvj. fol. lxiij. Et iſtā q. latè & nouiſsimè diſputat ſolennis doc. Taurinen. Ioan. Ignei in repe. l. contractus. in lvj. col. cum duabus ſeq. ff de reg. iur. Et circa contrarietatem Bar. quā ſuper iſta quæſtione ponit hîc Iaſon vide concordiam poſitam per Chriſtophorum Nicellum in tracta. cōtrarieta. Bar. concor-
29 dantia. ix. † In eadem gloſ. ibi l. ſi cui. §. tandiu. iſtud tenetur communiter, quòd abſenti ex iuſta cauſa, puta reipublicæ, conſtituuntur ſibi. xx. miliaria diurna pro reuerſione: & ille text. facit pro oratoribus. & computatio miliarum ex numero paſſuum: vt hîc dicit Iaſ. & prius tradit Alexan. in l. j. ff. ſi quis cautio. & omnes concordant in hoc, quòd mille paſſus faciant vnum miliare, & v. pedes faciunt vnum paſſum. & xv. digiti faciunt vnum pedem: vt eſt gloſſ. nota in capitulo ſicut antiquitus xvij. quæſtione iiij. quæ declarat text. ibi, volens quòd eccleſia gaudeat immunitate quatuor paſſuum circum circa. nam ibi gloſ. declarat qualiter menſuretur paſſus, quod eſt vtile
30 ad multa. † Sed iuxta hoc nota. quæro: eſt vna domus in confinio duarum parochiarum, & dubitatur de cuius parochia ſit, vt decimas ſoluere poſsit: à quo loco debet fieri commenſuratio: Dicas breuiter quòd à ſitu oſtij ipſius domus, tanquam à nobiliori: & tunc domus erit illius parochiæ quæ proximior erit. ita not. colligitur ex dictis Bartoli in l. quòd conclaue. in fine, ff. de dam. infec. Sed quid ſi domus habet duas portas: dicit ibi Angel. quem ibi ſequitur Alexand. in apoſtil. ad Bart. quòd inſpicitur anterius oſtium tanquam nobilius: arg. l. cùm in diuerſis, ff. de relig. & ſump. fune. & no. in cap. eccleſiaſtico, iij. quæſt. ij. & dicit not. Bartol. in l. ſi quis in graui. §. ſurdus, ff. ad Sillania. quòd dato quòd duæ domus ſint proximæ: tamen ſi vna habet oſtium in vna via, & alia in alia, non dicuntur vicinæ. & facit ad quæſt. quam tradit Roma. in l. ſi tertius. de aqua plu. arcen. & iſtam ſequitur Felin. in cap. omnes. de maior. & obe. ar. text. in dicto cap. ſicut
31 antiquitus. † In eadem gloſ. in fi. habes ex gloſ. quòd abſenti ex neceſſaria cauſa ſubuenitur remedio de quo in text. hîc: ſecus ſi fuerit abſens ex cauſa iniuſta, vt puta pro commodo ſuo vel mercantia. ſed maius dubium eſt, nunquid retento eodem themate, quòd aliquis fuit abſens iniuſta de cauſa, an caſu quo ignorauerit eſſe præſcriptum contra ſe, poſsit reſtitui: de ſciente non eſt dubium. Bartol. ſingulariter in l. j. §. ſi quis autem propter, ff. de iti. actúque priua. tenet quòd ſic: & alibi ſæpe, vt refert Iaſ. cuius verba ſeriatim prius fuerunt Alex. in apoſt. ad Bar. in d. §. ſi quis autem. vbi plures doct. alleg. tenentes pro & contra Bartolum, & tandem ibi approbat & ſequitur opin. Barto. quamuis Iaſ. hîc non ſe reſoluat: ſed ſolum tranſcribit illam congeriem auctoritatum, & cum hac opi. Barto. tranſit Abb. in c. vigilanti. in vltimo nota. de præſcriptio. vbi Felin. poſt plures auctoritates dicit hanc eſſe communem opin. quam poſt longam diſputationem firmat etiam Soci. in l. cùm filius. §. in hac, de verb. obl. & pro iſta opin. pluries conſu'uit Alexan. in quibus pluries variauit, & reperitur contrarius: vt latiſsimè refert Io. Frā. Balbus in copioſo tracta. præſcript. in quarta parte quartæ partis principalis, q. xxix. vbi plenè infinita conſilia & dicta doct. refert & ampliat & limitat, quibus parū aut nihil poſſet addi, quin ibi virtualiter nō colligat, & ideò teneas interim iſtam opi. quæ eſt communis & approbatur latiſsimè vt ibi per eum. quam Felin. in dicto capitulo, vigilanti, limitat ſeptem modis, quos non refero: quia nullus hîc proſequi-
32 tur iſta. † Gloſ. annum. Diuiditur in duas partes principales. ſecunda ibi, hodie: ſed ſecundum Iaſo. diuide in quatuor: vt ibi per eum

In prima colligitur quòd appellatione anni, in dubio in diſpoſitione prætoris intelligitur de vtili, non de continuo. concord. gloſ. magis clara in §. primo, infrà de perpet. & temp actio.

33 † Vlterius aduertendum eſt & notandum ex iſta gloſ. in principio, quòd in diſpoſitione prætoria in dubio appellatio anni intelligitur de vtili, probatur. nam text. hîc ſimpliciter de anno loquitur: & tamen gloſ. exponit, id eſt, vtili. Et de hoc habes glo. no. & magis claram in §. j. in verſi. annum, infrà de perpe. & temp. actio. quam ſequitur Bal.

tur Bal.in l.genero.in ij.col.ff.de his qui not.infa.
Secus verò ſi annus eſſet poſitus in diſpoſitione
ciuili:quia in dubio de continuo intelligitur,niſi
de vtili exprimatur:vt eſt glo.in rub. ff.de perpe.
& temp.actio.& ibi no.Bar.quas glo.ad hoc mul-
tum commendat And. ſicul. in c. quærenti. in ij.
col.ff.de.offic.deleg.& in conſil. viij in iij.col.in
primo vol.& in conſi.xlj.in prin.in ij.vo.& vltra
ipſos eſt gloſ.Inſtit. de vſucap. in principio, quæ
alleg. text. in l.nunquam,§. in vſucapionibus,ff.
de vſucap. & ibi not. Paul. de caſt. & notabilius
per eundem in conſi. ccxx. incip. ego Paul. de
caſt.in ij. volum. Et quod dicatur tempus vti-
le & quod continuum declarat gloſ. magiſtra in
verſi.continuum cle.j. de reſti. in integ.quæ dicit
quòd tempus continuum dicitur quod continuè
currit diebus feriatis & non feriatis, in præſentia
ſiue in abſentia,ſiue ſit copia iudicis ſiue nõ.Tem
pus verò vtile non currit diebus feriatis, diebus
abſentię, & quibus non eſt agẽdi copia,& hoc eſt
quod dicit gloſ. hîc:pro quo allegat optimè text.
in l.j.ff.de diuer.& tempo.præſcrip.quem non al-
legauit gl.in d.cl.j.ad idẽ pro iſtis tribus requiſitis
in tempore vtili eſt tex.in l.ij.§.dies ff quis or in
bo.poſ ſer.& illam gloſſ.in d.cle.j.ſequitur Felin.
c.pe.in ij.col.verſi.no.tertio,de teſt. Et qualiter
quis probabit quod nõ habet copiam iudicis, no.
Bar.in d.l.j in fi.dicens quòd ſufficit quòd actor
ſe præſentet ante tribunal,ſeu in loco iuris ſolito:
neque neceſſe habet alibi iudicem perquirere : vt
eſt tex.no in l.j.§.adeundi.quando appel ſit.quod
tamen declara, vt per Moder.in c.conſuluit.per
text.illum & gl.ibi de offi.del.dum alleg.bonum
text.in §.ſedebunt.in authen.de iudi.quod annus
conſtet ex ccclxv.diebus d.l.cum hęres.§.Stichus.
Adde vltra deducta hîc per doc text. & ibi bona
gloſ.in c.quadrageſimæ.de conſec.diſtin.v.& glo.
magiſtra in cap.ſi propter.in verſi. primi anni.de
reſcriptis lib.vj.& ibidem Archidia.ponit multi-
plicem ſpeciem anni, videlicet naturalis, qui in-
cipit à quolibet die cõputando ccclxv.dies vſua-
les,vt de Ianuario ad Ianuarium : & hoc vtimur
apud latinos incipiens à ianua anni. c.ieiunium.
lxxvj.di.legitimus.vt de Aprili ad Aprilem ſecun
dum lunationes:& hoc eſt apud Hebræos & Græ
cos:vt in d.c.ieiunium. & cerimonialis,qui com-
putatur de feſto ad feſtũ:& hoc apud omnes gen-
tes:vt in c.j.de conſec. diſt. j. vt in computatione
paſcatis, corporis domini & natiuitatis. & emer-
gens, qui eſt ille annus in quo fit aliqua demon-
ſtratio magna vel factum inſigne:vt exitus de Æ-
gypto,deſtructio Hieruſalem:& ſecundum iſtum
annum emergentem variæ fuerunt computatio-
nes gentium, ſecundum quod illis magis conue-
nit. nam Iudei & Græci à prima olympiade, Ro-
mani computant ab vrbe cõdita. Chriſtiani qui-
dam ab incarnatione domini,quidam à natiuita-
te:vt tradit glo.in rub.C.de indictio.lib.x.& glo.
in auth.vt præpo.no.impe.in verbo authore.cum
ſeq.& vide Barto. in l.ſi quis ex argentariis §.ini-
tium.in iiij.col.in ij.lectu.ff.de eden. & per Abb.
in c.inter dilectos.in vij.col.de fide inſtru.& in c.
ij.eo.ti.vbi per moder.latè & ibi etiam videre po
teris qualiter inductio enumeretur. quibus adde
Præpoſitum in c.iuuenis.in j.col.de ſponſa. Se-
cundum tamen hodiernam conſuetudinem du-
plex eſt annus, legalis videlicet & naturalis.aliàs
communis appellatus ſiue vulgaris,de quo eſt de

ciſio Bar.in l.libellorum.in prin.in iij.col.nu xv.
ff.de accuſa. Legalis annus dicitur, qui conſtat
ex ccclxv.diebus:vt d.l.cùm hætes,§. Stichus. de
ſtatu.liber. Naturalis verò ſiue communis eſt
ille qui incipit à natiuitate domini : qui quidem
annus ideò naturalis dicitur : quia,vt dicit gloſſ.
in cle.j.ver.certam diem de reliqui.& ve.ſan. fuit
compoſitus ſecundum curſum ſolis reuertentis
ad eundem punctum:ob quam cauſam,cùm prius
non eſſent niſi decem menſes,additi ſunt duo. vi-
delicet Ianuarius & Februarius, de quo ibi per
glo. Sed modo vtilitas eſt videre in dubio de
quo anno intelligemus, vt ponamus rem in pra-
ctica:aliquis percuſsit Titiũ per aliquot dies ante
natiuitatem : demum libellum accuſationis per-
cuſſus porrexit poſt aliquos dies natiuitatis, & di
xit ſic:ego accuſo talem,quia hoc anno de menſe
decembris percuſsit me.nũquid ille libellus pro-
cedit?omiſsis diſputationibus veritas eſt quòd ta
lis libellus ſit validus.Ita tenet Bar.in l.j.§.annus
ff.de itinere actúque priua. & in d. l. libellorum.
vnde talis libellus debet intelligi de anno legali.
ſcilicet ccclxv. dierũ,& ita bene verificantur illa
verba libelli hoc anno, id eſt, infrà illos ccclxv.
dies.& ita etiam tenet Bald. in l. diuortio. in fin.
princ.ff ſol.ma.ſed intelligendo illa verba de an-
no naturali non poſſet procedere talis libellus:&
ideò debet interpretari eo modo quo melius va-
leat : vt dico ſuprà in §.ſed iſtæ.in gloſ. magna,&
ita in qualibet diſpoſitione videtur dicendum:
per textum in l. anniculus, la ſacunda ff.de ver-
34 borum ſignificatione. † Sed modo oppo. con-
tra glo.hîc vltra alios dicit hic gloſ. dum allegat
dictum §. Stichus. quòd appellatione anni non
intelligitur de biſextili. Nam prout in terminis
d. §. Stichus,'ſi relinquo libertatem ſeruo, ſi hæ-
redi per annum ſeruierit, dicitur ibi quòd tãtum
intelligitur de ccclxv.diebus, non de anno biſe-
xtili qui auget vnum diem:quia illo die non te-
netur ſeruire ſeruus & eſt liber Vnde erit magna
vtilitas propter hæreditates & alia ſibi relicta,quę
ſibi acquirentur, ſi eſt liber:ſecus ſi ſeruus. Op-
po. quia ſi illo anno contingat biſextus.illi duo
dies pro vno reputantur l.cum biſextus ff de ver-
borum ſignificatione. ergo malè ibi diſtinguun-
tur. Sed aduerte : quia reperio quòd gloſ. in
capitulo,quæſiuit §.fin. de verborum ſignificatio-
ne.reſpondet ad hoc dicens quòd text in dicto §.
Stichus. hîc allega. per gloſ. procedat in odioſis,
in quibus illi duo dies pro vno non reputantur.
& ſic limitatur text.in dicta l.cùm biſextus. con-
traria vero,ſcilicet dicta l.cum biſextus.& textus
in dicto capitulo quæſiuit, procedat in fauorabi-
libus, in quibus pro vno die reputantur. & ita
videtur etiam ſentire gloſ. in dicto §. Stichus. &
gloſ.in dicto §.ſi propter.de reſcriptis in ſexto.

Tamẽ hæc reſolutio non placet:quia tex.in di-
cta l.cùm biſextus.generaliter loquitur,nec diſtin
guit. & contrarium videtur ſentire gloſ. ponens
de hoc plures opinio. in l.ſecunda, ff de diuer. &
tempo. præſcrip. vbi Bartolus ſequitur opinio.
Hugo. poſitam ibi in gloſ.ſcilicet, vt fiat diffe-
rentia an terminus ſtatuatur per numerum die-
rum vel menſium:& tunc biſextus comprehendi-
tur dicta l.cùm biſextus. aut verò datur terminus
per numerum dierum,& tunc biſextus non com-
putatur:quia in veritate plures dies ſunt : vt ſta-
ſtim declarabo. Sed contra iſtã diſtinctionem
eſt text

eſt tex de directo in d.§.Stichus.qui loqnitur per numerum annorum : & tamen includitur biſextus. vnde circa hoc magis clarè diſtinguit Abb. in d.c. quæſiuit. in fi. vt dicamus quòd aut datur terminus per numerum dierum,vt puta quòd talis ſit ſuſpenſus per xl. dies, vel quòd ſeruiat : & tunc tam in fauoralibus quàm odioſis biſextilis computatur. Aut terminus datur per numerum annorum vel menſium.& tunc procedat gl.in d.
35 c.quæſiuit. † Et vltra prædicta ſcias quòd magna fuit altercatio inter antiquos in computatione menſium & hebdomadarum : nam quidam dicebant ſingulos menſes conſtare ex xxviij. diebus:& propterea dicebãt quatuor ſeptimanas facere vnum menſem,ſecundum vulgares. Nam ſeptimana à numero ſeptem dierum dicta eſt: vt tenet Domi.in c quam ſit.de electio.li. vj.& ibi alij.& hoc de ſe patet.pro quibus faciebat tex.in l. cum biſextus, ff. de verborum ſignificatione.

Alij dicebant menſem conſtare ex xxx. diebus cum dimidio:pro quibus allega.text.in l.vbi lex. ff de regulis iuris.vbi dicit quòd vbi lex facit mẽtionem duorum menſium,intelligitur de lxj die.

Alij pro xxxj.die menſem accipiebant:pro quibus eſt l.ſecunda.in ver.quòd ſi primo C.de tempo.& repa.appella.& text.in l.fin.eod.titu. Alij accipiebant menſem ex xxx. diebus: pro quibus ſunt plura iura: vt in l. ſcimus §. ſinautem C. de iure delibe.& in authen.iubemus.C.de iudi.& C. de adulter.l.ſi mariti,ff.eod.l.ſi maritus,§.hæc.& in l.ſi maritus. & in principio. & in l.miles, §.ſexaginta.eodem titulo.in l.ſi venditor,ff.de redhibi.& de ædil.edict.& in l.ædiles.la ſecunda §.primo.& l.quod ſi nollet §.ſi quis ita.& in §.fiat igitur.in authen.de hæredi. & falci. & in authen.vt cùm de appella.cogno.§.ſecundo.cum ſimilibus.

Et ideò propter iſtam diuerſitatem quidam dicebant recurrendum eſſe ad Kalendarium,alij dicebant relinquendum eſſe arbitrio iudicis,alij dicebant tenendum eſſe hanc vltimam opi.pro qua concordant plura iura. Finaliter iſta eſt communis concluſio quod aut aliquid promittitur habito reſpectu ad menſem currentem in quo fit promiſſio,vt pura promitto tibi centum hoc vel iſto menſe:& tunc debet fieri computatio menſis occurrentis ſecundum ordinem Kalendarij, videlicet quòd ſi promiſſio ſit facta menſe Februarij, quòd fit computatio xxviij. dierum ſecundum quod ponitur in Kalendario. Et hoc quando promiſſio eſſet facta in principio menſis:ſi verò eſſet facta in medio, debet haberi ratio computationis vtriuſq; menſis & præſentis & ſequentis: vt de quolibet accipiatur dimidium ſecundum numerum dierum eius poſitum in Kalendario:ſecus verò quando promiſſio non fit demonſtratiuè & reſpectiuè : ſed ſimpliciter,hoc modo, promitto tibi dare centum, vel facere veſtem intra duos menſes:nam tunc debet intelligi menſis pro xxx. diebus, per iura ſuperius allegata. Et hanc opi.dicit planiorem, minus ſcrupuloſam & communiter ſeruatam à vulgo Bald.in c. licet,de ſupp.neg.præla. vbi ſubdit quòd ſecundum hanc computationẽ quatuor ſeptimanæ faciunt menſem capiendo ſeptimanas duas pro xv. diebus. & hoc idẽ videtur tenere Car.in cle. j.§. ſane de ſta.mo.Et iſtã etiã opi.approbat Ant. de But.in d.c. licet.cuius lecturam vos qui eius volumina non habetis,reperietis inſertam in lec.Ab. panor.qui ſuper illis titulis no.legit.hanc etiam tenet Alex. in conſi.xlij in iij.volu.cum pluribus concor.quę breuitatis cauſa omitto:& per iſta poteris cõcordare & intelligere multa iura quæ de anno & mẽſe loquuntur,ſuper quibus memini quòd fuit alta contentio inter vos his diebus,quam ex prędictis
37 facilè decidere poteſtis. † In eadem gl.ibi hodie videtur hic ſentire gl.quòd hic liber Inſtitutionũ fuerit compoſitus ante librum Codicis quem habemus:quod Are.& Iaſ.hîc de plano fatẽtur moti per tex.in l.meminimus.C.de legiti.hære.tamẽ ille tex.iudicio meo nõ reſtringit:quia prout eſt in libro meo,ibi nõ fit mẽtio de Inſtitutionibus,ſed deCõſtitutionibus per eũ editis.quę verba poſſunt de aliis cõſtitutionibus intelligi poſitis in prima compilatione Codicis. Sed eſto quòd ille tex.de Inſti.mentionem faceret:nõ ſequitur per hoc conſequentia neceſſaria,quod liberCodicit fuerit poſterior probatur per tex.in § ſed dedititiorum ꝫ. de liberti.vbi expreſſè tex.facit mentionẽ de conſtitutione quadãCodicis poſita in ti.de lati.liber.tol.vt ibi declarat glo.ad idem eſt text.& gl.in §. ſed ea omnia ꝫ.de hæ.quæ ab inteſt.& in §.ſed noſtra,ſuprà de emp.& ven.vbi etiam fit mentio de cõſtitutione poſita in lib.Codicis & alibi ſæpe in hoc lib. reperitur facta mentio de conſtitu.ipſius Iuſtiniani,vt in §.idem iuris,infrà de excep. & in §.in perſonam infrà eo.ergo datur intelligi quòd hic liber fuit poſterior:ar.tex. in c.j.de cõſti.lib. vj.& in auth.ſi quis in aliquo. C.de edẽ.vnde per hoc nõ eſt cõcludens argumentũ fieri quod vnus liber poſterior vel prior ſit altero. Cũ videamur etiam in doctoribus noſtris quòd alter alterum ſe alleget.Nam Iaſ.in l.huiuſmodi §.ſi is cui,in ij. col.& in l.cùm tibi §.cum ſeruus de leg. j.& alibi ſæpe alleg.Feli.& Feli.alleg.Iaſ.in c.ex tenore. in iij.co.de reſcrip.& in c.ij.de libel. obla. in ij. col. & alibi ſæpe : & tamen fuerunt contemporanei. Quid igitur dicendũ?teneas opi.gl. pro qua dico eſſe caſum in terminis.C.de vet.iur.enuc.l.ij. ante finem. vbi dicit ibi Imperator quòd fecit librum Inſtitutionum , ſeu elementorum in tertio ſuo conſulatu : & tamen librum Codicis quem habemus fecit in iiij. conſulatu , vt dicit idem Imperator in §.fi.C.de emenda.iuſti.co.& ibi hoc no.gl.& iſta opi.eſt verior. quã tenet expreſſè gl. ſuprà in proe.iſtius libri in §.omnes.in ver adimpleuimus.quam ſequitur ibi Io.Fab.& alij & hoc expreſſè tenet Bar.in l.qui ſe patris. in ij. colum. un.ix.C.vnde liberi.Nec ob tex.in d.§.dedititiorum.cum ſi.quia illi tex.intelliguntur de cõſtitu. poſitis in prima cõſtitutione codicis quam non habemus,quæ prior fuit cęteris:vt ex illis iuribus clarè probatur.Tamen d.§.idem iuris, vrgentiur probat.nam ibi fit mentio de conſtitu. ipſius Iuſtiniani quæ hodie reperitur in codice. In eadem glo.ibi,ſed dico habes ex gloſ. quòd diſpoſitio iſtius text. circa annum vtilem non cenſetur correcta per l. fin.C de temp.in inte.reſti.quia illa lex loquitur de quadriennio conceſſo pro remedio reſcindente, quòd fit à iudice : text. verò noſter loquitur de remedio reſciſſorio. & iſta eſt communis opi.vt colligitur ex dictis doc.in d. l. fin.& hic Sed aduertendum eſt : quia videtur quòd iſta opi.nõ ſit vera:& quod hodie quadriennium competat læſis ſiue pro intentãdo remedio reſcindẽte ſiue reſciſſorio:quòd ita probatur:quia diſpoſitio dictę l.fi.emanauit ad tollendam diſceptationem

ptationem anni vtilis, quòd olim cõpetebat pro læſionibus reparandis tam ipſis minoribus quam maioribus: vt ibi dicitur. Sed in caſu noſtro iſta diſceptatio vtilis anni tota erat in iudicio reſciſſorio: vt patet hîc in tex. iuncta i.ta gloſ. ergo fuit ſublata per d.l.fin. ſi præterea & fortius: quia dicta l.fi. diſponit quòd illud quadriennium hodie competat non ſolum ad petendam reſtitutionem ſed etiam ad finiendam litem. & ita tenet Alex. in conſi.lxij. egregiè & eleganter. in vj.vo.nouo. ſed lis non eſſet finita, ſi adhuc poſt quadriennium poſſet intẽtari remedium reſciſſorium, per iſtum text. ergo vt illa verba verificentur, eſt neceſſariò dicendum quòd diſpoſitio iſtius text. ſit correcta. præterea quia dicta l. fin. ſubrogatur in locum remedij dati à prætore: ita dicit Iaſ. poſt Chriſtophorum de caſtel. in repe. l. admonẽdi. in v.col. in fin. ff. de iureiur. ſed remedium prætoris non reperitur aliud quàm iſtud, de quo in text. noſtro, circa annum vtilem, qui non niſi vnum tantum conceſſit & non duos annos vtiles: ergo diſpoſitio d.l.fin. ſubrogata in locum iſtius tollit iſtam: neque ob. quod non eſt facta expreſſa reuocatio: quia reſpondetur quòd non requiritur niſi de bene eſſe: ſed ſufficit quòd lex poſterior ſit contraria primæ: vt eſt caſus in c. j. de conſtit. lib. vj. imò in d.l.fin. ſatis colligitur expreſſa reuocatio ex verbis illius tex. & ideò concludo quòd hodie quadriẽnium de quo d. l.fi. ſit inductum tam pro remedio reſcindente quã reſciſſorio: quia videntur quodàmodo annexa, quicquid dicant gloſ. & doc. hîc. Gloſ. reſciſſa. Diuiditur, vt hîc per Iaſ. In gloſ. ibi, ſicut & minores petunt &c. ſentit hîc quod hæc reſtitutio quæ competit maioribus de qua hîc, etiam minoribus competat: quod tenet Iaſ. hîc nu. xcj. poſt Dy. quam refert & probari videtur vltra ipſos in l. in cauſæ. la. j. ſ. fi. ff. de mino.

Tamen in contrarium videtur text. in l. fin. C. in quib. cau. in integ. reſtitut. non eſt neceſ. vbi probatur quòd præſcriptio contra minores non currit. facit text. in fina. l. C. ex quib. cau. maior. ibi exemplo vtilis reſiſſoriæ &c. Nam regula eſt quòd ea quæ alienari prohibentur. vſucapi' non poſſunt l. ſi fundum ff. de fun. dot. & l. lex quæ tutores ff. de admi. tut. ſi igitur vſucapi non poſſunt, ergo non competit reſciſſoria, cum reſciſsio præſupponat habitum habilem ſcilicet vſucapionem, vt hîc eſt tex. & quia hoc remedium prætoris maioribus conceſſum eſt, & de minoribus nõ dicit: vt in rub. ff. & C. ex qui cau. ma. igitur minores non admittuntur, niſi ſpecialiter de illis caueatur. Teneas contrarium, quòd remedium reſciſſoriæ competit etiam minoribus, per d. l. in cauſæ. & per l. fi. C. de temp. in integ. reſti. pe. cum ſimi. Nam negari non poteſt quòd ratio quæ conſideratur in reſtitutione conceſſa maioribus in terminis iſtius text. militat à fortiori in minoribus, qui propter ætatem faciliùs labi poſſunt: ergo habebit locum eadem iuris diſpoſitio, etiam ſi maior ratio ſit in vno caſu quã in alio l. j. §. quòd autem ff. de aleato. & tradit in no. caſu Decius in conſi. liiij. alias cclviij. in caſu domini. in iij. columna in ſecunda parte & in conſilio lxxvj. aliàs cclxxviij. conſultus à reuerendo &c. eod. lib. Neque obſtat ſi dicatur quòd ex quo iſta ſunt priuilegia conceſſa maioribus, quòd non debent extendi de perſona ad perſonam cap. ſanè. de priuileg. quia reſpondetur quod illa regula non procedit vbi eſt eadem ratio reſpectu finis: vt patet per gloſ. & doc. in l. miles ff. de re iudic. per gloſ. in l. illud. in ver. alia cauſa. C. de ſacroſan. eccleſ. & ita tenent expreſſè Moder. in repe. in l. centurio. in ſexta columna, verſiculo ij. ff. de vulga. & pupil. Vel ſecundo reſponde quòd iſta ſunt priuilegia in corpore iuris clauſa. vt patet: & ideò de illis iudicandum eſt, vt de iure communi: vt dicit Prępoſi. Alexand. in capit. ignorantia. poſt Domi. ibi. xxxviij. diſtinct. & Car. in conſilio lij. columna ſecunda, & traditur in capit. cùm ordinem. de reſcriptis. & in authen. habita. C. ne fil. pro pat. Non obſtat etiam quòd in rebus minoris non procedit vſucapio: quia reſpondetur, quòd illud eſt verum quando non præceſsit titulus ſolemnis qui requiritur in alienatione rerum minorum. Secus verò vbi ſolemniter alienatio eſſet facta in qua reperitur læſus minor: quia tunc competit remedium iſtius text. ita dicit Cy. in l. fin. in quarta quæſt. C. ex quibus cau. maio. & nota in l. ſiquidem. de prædi. mino. vbi de hoc videtur tex. In eadem gloſ. ibi & ideò. collige duas concluſiones. prima quòd reſciſſoria non eſt proprium nomen actionis, & ita eſt communis opin. tamen in contrarium videtur text. in l. necnon §. in actione, ff. ex quibus cau. ma. qui text. ſuadetur ex illa regula. quæ habet quòd verba ſimpliciter prolata intelliguntur ſimpliciter eſſe talia, non ſecundum quid & qualificatiuè l. j. ff. dona. & dixi ſuprà in principio tituli, ad aliud propoſitum, & tenet Iaſ. in alio in l. j. ff. de re iud. Sed in dicto §. in actione eſt huiuſmodi: ergo talis actio non erit qualitas vel adiectio: ſed proprium nomen: pro quo conſidera: quia magna ex hoc reſultat vtilitas per ea quæ ſuperius dixi vobis in §. j. & dicetur in §. actiones infrà eodem.

Secundò collige ex iſta gloſ. quòd reſciſſoria dicitur actio vtilis. effectus eſt magnus, ex his quę dicit Bartol. in l. j. de actio. & oblig. & in l. curatoris. C. de nego. geſt. Et licèt ſuper hoc dubitet hîc Ioan. Fabri, mihi tamen videtur quòd ſit caſus in l. fi. C. ex qui. cau. maior. quòd iſta actio ſit vtilis. In fine gloſ. habes vnum, quòd reſciſſoria non competit, niſi præcedat iudicium reſcindens. iſta eſt communis opin. quam tenet Ioan. And. in regula indultum. de regu. iur. libro vj. in principio. Et licet ſuper hoc variauerit Bartol. vt ponit hîc Iaſon: tamen eius diuerſitas rectè concordatur per Nicellum in ſuo tractatu contrarietatum, differentia x. Iſta concluſio principaliter fundatur in iſta ratione, quam hîc ponit Iaſon quod text. iſte vtitur verbo reſciſſa vſucapione, quæ ſunt ablatiui abſoluti, qui reſoluuntur in conditionem l. à teſtatore. cum ſimilibus. de condit. & demonſt. & de natura conditionis eſt quòd adimpleatur præciſè l. qui hæredi eodem titulo igitur, &c. Or aduerte: quia iſta ratio non eſt ſufficiens: quia conſenſus iſtorum verborum text. eſt talis, quòd ſi vſucapio reſcindatur intra annum, tunc bene poterit res peti. text. non dicit quòd poſsit peti alia actione, ſed eadem: quia illa reſciſsio operatur hoc, vt fiat adiudicando à iudice probato dominio: vt ſuprà latiùs dixi: neque probatur contrariũ aliqua lege. Neq; obſtat illud de ablatiuo abſoluto: quia illud fateri poſſet eo modo vt dixi: licet illa regula patiatur alias limitationes quas ponit Iaſon in l. qui fidem. in principio ff. de tranſactionibus.

SVMMA

SVMMARIA §. ITEM SI QVIS IN FRAVDEM.

1 ☞ Quatuor ſunt remedia ad reuocanda alienata in fraudẽ credi. & quæ ſint, & qualiter cõpetãt.

2 Quæ eſt differentia inter alienationem ſimulatam ſiue imaginariam ex vna, & alienationem veram, ſed factam in fraudem,

Alienatio ſimulata ſeu imaginaria non valet, ſed quid ſi interponatur ſuper ea iuramentum, an valeat iuramentum.

Iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus ſuper quo interponitur.

Iuramentum debet habere tres comites.

Cognitio iuramenti pertinet ad iudicem eccleſiaſticum.

3 Iuramentum validat contractum aliás inualidum.

4 Alienatio vera facta in fraudem creditorum non eſt nulla ipſo iure: ſed venit annullanda limitando: vt hic numero 8.

Mitius agitur cum lege & Deo, quam cum homine. & qualiter intelligatur. ſ 67.

Offendens legem committit ſolum contra vnum: ſed offendens miniſtrum legis offendit duos, videlicet legem & hominem.

An arbiter ſit miniſter legis.

Arbitri procedunt ad inſtar iudicum.

Omnis ille qui habet aliquot exercitium vel curam circa adminiſtrationem iuris dicitur miniſter iuris.

5 Lex dat condemnatis quadrimeſtre ad ſoluendum.

6 Hommo quærit vindictam.

An commitens in ſana mente peccatum mortale, & deinde effectus furioſus moriatur non facta pœnitentia peccati, ſit damnatus.

An ille qui in ſana mente commiſit homicidium, deinde effectus furioſus debeat puniri.

7 Lex poteſt facilius actum annullare quam homo.

Factum contra præceptum hominis nõ eſt nullum, licet contrà faciens teneatur ad pœnam.

Si delegato committatur cauſa, vt iuſtitiam faciat, licet illa cauſa iuſta ſit à iure, tamen ſi exprimatur ab homine, inficit ipſo iure ſentẽtiam iniuſtam.

8 Excommunicatio lata non ſeruata forma à iure valet: ſecus ſi eſt data forma ab homine: quia ipſo iure non valet.

Si aliquis ex diſpoſitione l. tenetur facere certum actum cum conſilio alterius: ſi tamen ille actus fuerit factus ſine conſilio illius, valet: ſecus ſi ſi tale mandatum fieret ab homine.

9 Verbum fraus importat ſemper animum deprauatum.

Non datur fraus ſine dolo.

Datur dolus bonus & malus.

In Deo cadit dolus bonus.

Dolus ſe habet vt genus reſpectu fraudis.

10 Remedium iſtius tex. competit etiam ſi debitor in frau. cre. non ſolum rem tradiderit, ſed etiam ſi dominium in alium tranſtulerit. & quomodo procedit.

Ille qui eſt dominus, tradendo rem ſuam facit dominum accipientem.

Prohibita alienatione prohibetur translatio omnis iuris directi ſiue vtilis, ſiue cuiuſcunque alterius iuris.

11 Iſta dictio traditio, præſupponit contractum alienationis præcedere.

Traditio nuda & ſine cauſa non valet.

Qui non proceſsit actualiter ad traditionem, non dicitur alienaſſe.

An prohibita alicui alienatione alicuius rei, poſsit eam dare in pignus, vel in ea cõſtituere vſumfructum.

Conſtitutio vſusfructus eſt quædam conſtitutio ſeruitutis.

Qui vendit rem, dicitur alienare.

In venditione non requiritur quòd venditor transferat dominium, ſed quod ſimpliciter tradat. & quando procedit.

12 An ſi debitor non alienat in fraudem, competat actio de qua in tex.

Sæpe de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines.

Dicenti quem alienaſſe in fraudẽ incũbit probatio.

13 Habens rem titulo oneroſo à debitore alienante in fraudem, ita demum poteſt conueniri actione Pauliana, ſi de fraude participat limitando, vt hic. & ratio limitationis numero. 15.

Amplius iuris habet patronus in bonis liberti quàm creditor in bonis debitoris.

Facilius ius defendit aliquem in conſeruando ſuo, quàm ſibi debito.

14 Libertus poteſt donare & relinquere filijs in fraudem patroni.

Debitor non poteſt donare & relinquere filiis in fraudem creditorum: ratio.

Illud dicitur eſſe fortius ius quod eſt generalius & maioris comprehenſionis.

Actiones reales dicuntur fortiores & digniores perſonalibus.

Teſtamentum de iure communi eſt firmius teſtamento militis

15 Qui in vno grauatur in alium releuari debet.

An & quando patronus teneatur refundere pretium emptori, ſeu acipienti à liberto alienante in fraudem patroni.

Omnia remedia quæ dantur creditori, dantur patrono & econuerſo.

16 Habens rem titulo lucratiuo poteſt conueniri actione de qua hic, dato quòd de fraude non participet.

An ſit par ratio lucrum amittere, & damnum ſentire & quando procedit.

Aliud eſt lucrum extorqueri aliud damnũ infligi: ratio.

Damnum eſt diminutio patrimonij.

Licet amiſsio lucri radicati & acquiſiti non ſit propriè damnum: eſt tamen incommodum.

17 Lucrum radicatum per ſucceſsionem plurium perſonarum perdere, eſt damnum: ratio.

Poſtquam hæreditas eſt adita & acquiſita ipſi hæredi, mutat nomen hæreditatis & tranſfunditur in patrimonium ipſius hæredis.

18 Debitor alienãs oĩa bona, dato quod cõſiliũ fraudis non admiſerit: tamen lex præſumit eũ in fraudẽ alienaſſe, et ideò ſiue ſciuerint ſiue ignorauerint illi qui acceperunt, conueniuntur iſta actione, limitando & declarando. vt. 20.21.22.&.23.

Verbũ alienare, importat omnẽ modũ tranſlatonis.

In vẽditione omniũ bonorum præſumitur fraus ex parte vẽdentis, nõ autem ex parte emptoris, niſi probetur: etiã ſi venditio fuerit facta minori præcio quã valeant bona: limitãdo vt. infra. 19.

19 Quæ requiruntur ad hoc, vt contractus iudicetur ſimulatus.

Conſanguineus præſumitur à iure ſcire facta conſanguinei.

Intricatio rationum arguit fraudem.

Magnitudo rei penſatur ex affectione.

Pecunia cæteris rebus dicitur precioſior: ratio.

22 Ita nos grauant plura peccata minuta ſimul collecta, ſicut vnum grande peccatum.

Ab euentu res iudicatur.

23 Quæ incontinenti ſunt, videntur ineſſe.

Ex vicinitate actus dolus præſumitur.

Ille qui continuato propoſito ſæpius cognouit vxorem alicuius, non dicitur cõmiſiſſe niſi vnum adulterium: ſecus ſi ex interuallo.

Qui ſint modi præſumptionis doli. vide remiſsiuè.

24 Quo caſu ignorantia proprij patrimonij in actibus inter viuos toleretur.

Conſtituti in articulo mortis pro mortuis reputãtur declarando vt hic.

25 Spes omnis communis eſt.

Nullus eſt adeò cõfract⁹ virib⁹ & decrepita ætate grauat⁹, vt nõ adhuc credat ſe per annũ viuere.

Senes dicuntur eſſe in periculo mortis.

Senex & valde decrepitus præſumitur adhuc ſuperuenire per vnum annum.

Senes ſunt in periculo mortis. ibidem.

Obliuio præſumitur in articulo mortis non ſolùm de rebus proprijs, ſed de perſona.

Ignorantia proprij patrimonij quomodo præſumatur. ibidem.

Notarius omittens aliquid in ſcriptura, præſumitur potius errаſſe quam falſum cõmiſiſſe. ibidem.

26 Argumentũ à cõmuniter accidẽtibus attẽditur.

Velleianum non habet locum in donatione ibidem.

Diſpoſitio l. j. C. de ſac. ſan. ec. an procedat in ſano faciente teſtamentum. ibidem.

Obliuio præſumitur in actibus implicitis. ibidem.

Teſtamentum factum tempore paupertatis comprehendit bona poſt longiſsi. tempore acquiſita.

Præſumptio bonitatis non eſt facienda, vbi infertur tertio præiudicium.

27 Patronus tenetur egenti liberto alimenta præſtare alias priuatur iure patronatus.

Diſpoſitio iſtius tex. an habeat locum in legatis dolo relictis. ibidem.

Intellectus l. ſi vniuerſæ. C de legatis. ibidem.

28 Annullatur actus de facto, ſi contractus de facto proceſsit.

Sententia declaratoria requiritur in priuatione inducta ipſo iure. ibidem.

Actus nõ inſpicitur qualiter fiat, dũmodo fiat. ibi.

Finis rei attenditur non modus. ibidem.

29 Honor eſt decedere teſtatum.

Iniuria fit defuncto ſi bona eius venduntur à creditoribus. ibidem.

30 Creditorum appellatione qui veniant.

Creditor ex delicto an ſit propriè creditor. ibidem.

31 Lucrum perdere eſt incommodum ſentire.

Minimum præiudicium à prætore curatur.

32 Indultum conceſſum à principe vt debitores per quinquennium non conueniant, de quibus debitoribus intelligitur.

Conceſsio facta alicui intelligitur de habilibus. ibid.

Beneficium ne quis conueniatur vltra quam facere poteſt, non comprehendit alienantem in fraudem creditorum ibidem.

Iura loquentia de redimendis captiuis comprehendunt carceratos ex delicto.

Iudæi comprehenduntur in immunitate generaliter conceſſa ciuitati. ibi.

Culpa ordinata ad caſum qualiter attẽditur. ibid.

Pœna eſt lucrũ ex parte illius cui acquiritur. ibid.

33 Creditores in diem an ſint propriè tales.

Actus cum qualitate non dicitur propriè talis. ibid.

34 Abſolutio an præſupponat obligationem.

Communis vſus loquendi attenditur contra proprietatem. ibidem.

Reuocatoria actio de qua in tex. iſto an competat futuris creditoribus.

35 Si filia dolo diuertat, vt patrem dote priuet, & maritum lucro afficiat, perdit dotem.

Initium contractus conſideratur quò ad iſtam actionem. ibidem.

Qualitas iuncta verbo, debet adeſſe tempore verbi. ibidem.

Declaratur. l. ſi filia. ff. de diuor. ibidem.

Et l. cùm ratio. §. ex bonis. ff. de bo. dam. ibidem.

36 Subrogatus ſapit naturam ſubrogati.

Delictum comiſſum retrotrahitur. ad tempus cogitationis ibidem.

Intellectus, l. in fraudem. ff. qui & à quibus. ibi.

Dictio reſiduum quid importet. ibidem

Declaratur tex in l. fi. §. idẽ reſcripſerũt. ad muni.

37 Doctores ſæpe vtuntur hoc modo reſpondendi, quod lex procedit vlterius diſponendo.

Intellectus. l. ſi debitor. C. de iure fiſci. ibidem.

Quæ fiunt incontinenti, ineſſe videntur. ibidem.

38 Excuſsio præcedens requiritur in actione reuocatoria.

toria.
Conditiones ponunt formam.ibidem.
Ablatiui abſoluti expreſſam conditionem important & qualiter intelligitur.ibidem.
Forma in notorijs non debet obſeruari.ibidem.
Statutum quod de cicatrice non poſſit fieri ſententia niſi medicis adhibitis & de ea referentibus, qualiter intelligitur. ibidem.
39 Forma in notorijs debet obſeruari quando lex procedit annullando.
Actio reuocatoria de qua hic quãdo dicatur annalis, & quando perpetua.ibidem.
Actiones contra ius ciuile ſunt annales.ibidem.
Declaratur.l.ſi fideiuſſores.ff.de fideiuſſo.ibidem
40 Actio pauliana & in factum, an ſint idem.
Decipi poſſunt ad inuicem contrahentes.ibidem.
Vigilare cuilibet licet etiã cũ dãno alterius.ibidem.
41 Intellectus nouus ad.l.ſi debitor.quæ in frau. cre.
Scientia ſola in grauioribus non nocet ibidem.
Declaratio ad.l.ſi fundum.C.de euictio.
42 Regula qui non habet in ære, luat in corpus, quomodo intelligitur.
Viles perſonæ in corpus caſtigantur.
Nobiles an debeant caſtigari in corpus, ſi non ſint ſoluendo.ibidem.
Fraus & dolus nemini debet patrocinari. ibidem
Nobiles & egregij grauius ex eodem delicto puniri debent, quàm alij.ibidem.
Declaratur doctri. Bar.in l.deſertorem.in princi. ff.de re.inſti.ibidem.
43 Declaratur etiam.l.fi.quæ in frau. cre.
Intellectus nouus ad illum tex. ibidem.
Debitor qui dolo diſtraxit bona, incarceratur ibi.
Dictio quædam.ibidem.
Incarceratio facta de egẽti eſt nocius creditori.ibi.
44 Carcer de iure ciuili non eſt inductus ad pœnam.
Ceſſio bonorum non poteſt fieri ab alieuante in fraudem.ibidem.
Lex.j.C.qui bo. ced. poſ.qualiter intelligitur. ibi.
Subauditiones non debent fieri.ibidem.
Iudex poſtquam vnum elegit remedium, illo non ſufficiente, poteſt alium eligere.ibidem.
45 Actiones reuocatoriæ quot ſunt.
Caluiſiana actio an ſit vna vel duplex.ibidem.
Actiones reuocatoriæ an ſint perſonales. ibidem.
46 Actiones famil.herciſcundæ & finium regundorum an plures ſint
Actiões rei perſecutoriæ an ſint oẽs ſpeciales. ibi.
Actio ex maleficio vel quaſi qualiter oriatur. ibi.
47 Dolus an ſit delictum, & qualiter.ibidem.
Dolus an ſit maleficium. ibidem.
Contumacia eſt delictum & qualiter.ibidem.
Crimen, delictum, & maleficiũ an differũt.ibidem.
Argumentum de fraude ad dolum, & econtra an valeat.ibidem.
48 Actio reuocatoria quomodo oritur ex quaſi contractu.
Quaſi contractus quomodo fiat.ibidem.
Retentio bonorum debitorum per creditores in quo caſu fieri poteſt.ibidem.
49 Edictum de alie. iudi. mut. cauſa facti, quare non habeat locum in vltima voluntate facta dolo: ſecus eſt in actione reuocatoria.

ITEM ſi quis in fraudẽ. Circa iſtũ §.plura pręmittit hìc Iaſ.enumerãs omnes ſpecies alienationis factæ in
1 fraudẽ plurium perſonarũ. † Vos autẽ omiſſis ſuperfluis proprius ad materiã iſtius tex. accedẽdo præmittitis quatuor eſſe remedia prodita à iure tã ciuili quã prætorio ad reuocanda alienata in fraudẽ creditorũ. Primũ remediũ eſt actio pauliana de qua hic tractatur, quæ datur ad cõſequẽdas res mobiles ſiue immobiles corporales alienatas in fraudẽ creditoria per ipſum debitorẽ, participãte tamen in fraude ipſo emptore, quãdo titulus eſt oneroſus: vt infrà videbim⁹, pro quo eſt tex.in l.ait prætor.§.ita demũ, cũ duobus ſequentibus. ff.de his quæ in frau. cred. Secundũ remediũ eſt actio in factum, quæ datur ad reuocãda iura & nomina debitorũ, alienata in fraudẽ per ipſum debitorẽ de qua actione eſt tex.in l.in hac.ff.de his quæ in fraudem credi.

Tertiũ remediũ eſt interdicti fraudatorii, quòd propriè cõpetit quando quis alienat res, quæ non ſunt ſuæ, in fraudẽ creditorũ, vt in tutore pupilli accedẽte tamen fraude illius in quẽ fit alienatio, prout eſt caſus ſingularis in l.pupilli.in prin.ff.de ſolu.quẽ poſt Bar. ibi multũ cõmendat Iaſ.hìc & in l.qui ſeruãdarum.ff.de præſcrip.verb. vbi dicit quòd quẽadmodum de actione paſtus pecoris, de qua ibi, non habetur mẽtio in iure, niſi in d.l.qui ſeruandarũ.ſecundu Pau.de ca.eodem modo neque de iſto interdictu fraudatorio in caſu iſto nõ cauetur alibi, niſi in d.l.pupilli.quam etiam ꝓidem Iaſ.commendat.infra num.cj. & ad hoc idẽ commendat Baptiſta de ſancto Blaſio in ſuo epilogo actionum rubrica de interdicto fraudatorio. & Pe.de Rauen.in alpha.iuris in titulu de ſolu.& ibidem Ludo Bolog. in ſuis primis interpretationibus: & ante ipſos ponit Spe.in ti.de reb.ecc.nõ alie.in fi.& ibi proſequitur materiã iſtarũ actionum. Quartum remedium eſt, quãdo debitor in fraudẽ liberat aliquẽ debitorẽ ſuum deferendo ei iuramẽtum in fraudẽ: vt in l.nã & poſtea.§.ſed & ſi quis ff. de iureiurando. & iſto caſu creditori cõpetit vtilis actio aduerſus illum debitorẽ liberatum, prout erat directa quę cõpetebat illi debitori liberanti, l.nomen.C. quæ res pign. obligar. poſſ.& tradit Iaſ.per illũ tex.in d.§.ſed & ſi quis. in j.col. vbi eadem repetit quæ ponit hìc.de quibus omnibus in diſcurſu latius dicendũ erit. Secundo præmitte ſecundũ.Iaſ.hìc quòd differentia eſt inter alienationẽ ſimulatã ſiue imaginariã ex vna, & alienationẽ verã ſed factã in fraudẽ: quia prima non valet ipſo iure.l. nuda.ff.de cõtrahen. emp.cũ ſi.vt per Are.in §.j.in iij.col. infrà de excep.etiã ſi ſuper ea iuramentũ interponatur: vt dicit gl.no.in l.empt.C.plus valere quod agitur. Secũda verò valet: ſed reuocat̃ per remedia de quibus ſuprà, & ita Bar.in l.poſt contractũ in ij. col. ff.de de dona.quẽ ſequitur Iaſ.in l. non dubiũ.in j.col.nu.v.C.de legibus. Sed aduerte, antequam ad alia deſcendamus. quòd licet verũ ſit & expeditum, quòd alienatio ſimulata & imaginaria ſit nulla ipſo iure: tamen eſt dubium, nunquid iura-

mentum ſuper ea interpoſitum valeat. Et glo. in d. l.emptione.quã ſequitur hic Iaſon, tenet quòd non. Et vltra allegata hic per eum ſequitur eum Alex.in l.ſi donatione.in ij. col.C.de co la.& latiùs Corneus in conſil.cxxxv.viſis articulis,in iij. col.in j vol.& Soci.in conſil.lxv. circa primam. in vj. col.j.vol.& Iaſ.in l.cum ea.C.de tranſac.& & in d.l.non dubium cum ſi. vt ibi per eum.Ratio ibi redditur poſt Bald. in d.l.emptione. quia iuramentum regulatur ſecundum materiam con tractus ſuper quo interponitur. c. peruenit. & c. quemadmodum, de iureiuran.l.fin.C.de non nu. pecu.Sed ille contractus ſimulatus non habet fundamentum conſenſus : quia eſt tanquam corpus ſine ſpiritu. vt dicit Bald.in l.j. C. plus val.quod agitur.igitur iuramentum non valebit,cum nihil addat,niſi vinculum religionis.nam iuramentum debet habere tres comites,iudicium,iuſtitiam,& veritatem, quorum altero deficiente non valet: glo.& tex.in auth.quod eis.C.de impub. pro quo vide plura notanda per Soci.in d.conſil.pro quo eſt tex. in d.l.fin.quam allegat glo.in d.l.emptione.&dic,vt ibi latiùs per eos.& idem tenet Bald. l.j.i,.colum.verſicu.modò ſolet.C.de ope.libe.vbi plus ſubdit quòd cognitio talis iuramenti pertinebit ad iudicium eccleſiaſticum, iuxta text. in c.ſi.de fo.compe.lib.vj.ex quo non habet conſenſum neque ſpiritum,& idem tenet Bald. in l. nec patronus.in fi.eod.tit.& alibi ſæpe,& idem tradit Cor.in conſi.cxxj. incipi.duo obiiciuntur. in iij. col.in ij.vo.& Feli.no.in c.j.in xj col. de ſpõſa.in
2 ver.vlti.pro intelligentia. † Tamen in contrarium facit,quia iuramentum validat contractum aliâs inualidum.c.quamuis,de pact.lib.vj.& tradit latè Abb. in terminis noſtris in c. cùm contingat.ix.col.de iureiu.Alex.in conſ.xx.ponderatis.in ij.col.in iij vol.& in conſil. xxxviij. viſa.in iij.col.eo.li. Sed pro concordia prædictorum tu diſtingue,quòd aut iuramentũ ponitur ſimpliciter ſuper contractu ſimulato,nec apparet quod partes in eo voluerint:& tunc bene valet tale iuramentum propter vitãdam contradictionem,& ligat in foro iudiciali:ita Alex. in l.nemo poteſt. in iij.col.ff.de lega.j. vbi pro hoc allegat Imo. in dicto capitulo cùm contingat. & plures alios & Alex.ſequuntur ibi communiter Moder.maximè repet.Bononien. Tamen in hoc caſu contrariũ tenet Soci.in conſil.lxxxiij.incipi. pro certo,in j. colum.num.vj.in iij.volum. & Alexand. in d. l. nemo loquitur dubitatiuè. Tamẽ eius opi.ſequitur Anto.de Burgos,doctor Hiſpanus,in c.ad noſtram,iij.not. de emp. & ven. quæ videtur verior propter figuram iuramenti. & vide Felin. in c. ſi cautio.in xvij.col.ſi.de inſtr. & declarat Abb. in c.cùm contingat.& idem dicas ſi iuramentum eſſet poſitum taliter, ſcilicet iuramus contenta in inſtrumento eſſe vera:quia tunc tenetur ab obſeruandum iſtud iuramentũ:nec poſſunt venire con tra inſtrumẽtum dicendo eum fuiſſe ſimulatum. Ita tenet Anto. de Butri. in d. c. cùm contingat. quem refert & ſequitur cum pluribus aliis conſulentibus Marcus Anto.Bauerij.in tract.de virtute iuramenti,in lxiiij.ſpeciali. Tamen in hoc contrarium conſuluit Socin. in conſil. xxvij. incip viſis inſtrumentis.in vj.col.nu.xxvj. vſque ad fin.in iiij. vol.& ideò dicas quòd ſupradicta procedunt antequam plenè probetur de ſimulatione:quia tunc non eſt nullus contractus ipſo iure, propter iuramentum.probata tamen ea procedit dictum Socin.Et iſta ipſemet Socin.diſtinguit in conſi. xlviij. viſo inſtrumento.in fine,eodem lib. quamuis idem Socin. ſibi contrarius indiſtinctè teneat primam opinio. & firmat eſſe cõmunem, à qua dicit non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo,in conſil.lxxxij. ſuper quæſtionibus. in prima & ſecunda col.in iij.vol.quã tenet Imo. in d. l. nemo poteſt. & Abb. in ſua diſputatione incipi. ſtante ſtatuto, & iſta eſt communis quam firmat idem Soci.in conſil.lxxxiij.incip.pro certo.in j.col.nu.vj in iij vol. & dicit quòd iſto caſu gloſſ.in d. l.emptione. non procedit. Si verò apparet quod partes interpoſuerunt iuramentum hac intenſione, vt contractus ſimulatus ſeruetur: & tunc non valet per rationem de qua ſuprà. & procedit glo.in d.l.emptione.licet in hoc peti debeat abſolutio:vt tenet Federicus conſi. cclxxix. & ratio poteſt eſſe: quia ex quo apparet de clara voluntate iſtorum,ſi contractus eſt ſuſpectus,iſto caſu iuramentum facit magis ſuſpectum:arg.c.ſuper hoc.de renuntia.& eſt gl. notabilis quam ibi approbat.Bar.in l.ſi quis ſub cõditione.ff.de con di.inſti & pro iſta remanet perfectè declarata gl. in d. l. emptione circa quam vltra prædicta quæ altè tradit Ang.Aret.inſti.de excep.in prin. col. xxvj.cum ſeq.& ibi plura ponit in materia ſimulationis.& circa dictum gl.l. emptione,plura ponit Ioan. Bap. de caſtel. in allegatione ſua ſecunda, incipi. inquantum verò. poſita in fi. ſingularium Franciſci Cremenſis:ex quibus quàm facilime caſum omnem ſimulationis intelliges,ad vnũ tamen vltra ibi dicta attende:quia confert maximè ad declarationem multorum iurium, & dictorum per doc. Quod triplex dicitur eſſe ſimulatio: prima eſt apparitiua, quando ille qui vendit,manet in poſſeſsione rei venditæ.l. ſicut.§.ſuperuacuam.ff.quibus modis pign.vel hypote.ſol. & dicitur apparitiua reſpectu rei poſſeſſæ. alia eſt ſimulatio, quando contractus fit in veritate, ſed modico tẽpore eſt duraturus.vt l.iij.§. ſi ab ignoto. de ma. Tertio modo dicitur ſimulatio, quando contractus ſimulatus apparet factus,& de mente inter partes. igitur quod nihil fit : de quo loquitur. l. nuda & lex imaginaria. ſupra allegatæ. ita notabiliter habes tres ſpecies ſimulationis. declarat Bartolus in conſilio lxv. factum tale eſt Petrus Nicole. Et ſecundum hoc tu concordabis. l. emptor, de aqua pluuiali arcen. cum his quæ habentur in l.eleganter.§.primo, ff.de dolo. & per gloſſ.magiſtram & not. in l. apud Celſum. §.idem actotis.ff.de exceptione doli,dum in lege emptor probatur ſecundum Bartolum, quòd ex contractu ſimulato & ficto non transfertur dominium neque poſſeſsio. Et tamen in d.l. eleganter.& in d.l.apud Celſum probatur oppoſitum,videlicet quòd ex contractu nullo, cui dolus dedit cauſam,transfertur dominium.Nam tu concorda quod d. l. emptor. loquitur de vltima ſimulatone. ſed in duobus primis caſibus bene transfertur dominium.Et iſto modo declarantur multa dicta obſcura, quod notabiliter latiùs reaſſumit & declarat dicens menti eſſe tenendum Angel. Areti.de exceptio. in principio, in tertia columna.in fine verſiculi. ex quo not. & ibi aſsignat rationem:quã vide.Et iſta not.quia quotidie
2 accidere poſſunt. † Aut vero alienatio eſt vera, ſed facta in fraudem creditorum : & concluſio eſt

eſt quòd non ſit nulla ipſo iure:ſed veniat annullanda per remediũ iſtius tex. & alia ſuprà poſita.

Hoc tamen limitatur ſecundum Iaſ. hîc procedere quando alienatio eſſet facta in fraudem hominis:ſecus in fraudem legis:per tex.notabilẽ in l.ſi libertus,ff.de iure pat. & ibi not.Bart.cum ſimilibus: vt hîc per Iaſonem. quibus adde quod ita conſuluit in pulchro caſu per d. l. ſi libertus. Areti.in conſi.xlvij.incip.viſis & diligenter.col. finali. Tamen dicit hîc Iaſo. quòd contra hoc obſtat regula illa communis,quæ habet quòd mitius agitur cum lege,quàm cum homine.l.Celſus ff.de arbit.& l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio.cum ſimilibus.imò etiam nõ ſolùm cum lege ſed cum Deo mitius agitur , quàm cũ homine:vt dicit gl. in l.ſi quis rem.§.voto.ff.de pollicita & tenet Iaſon.in l.generaliter.in prin.ff.de verb.obligat.

Ad iſtud contrarium vt dicit Iaſ hîc reſpõdet Bal.in l.j.in j.oppo.C.ſi quid in frau.pa quod regula d. l. ſi. libertus, procedit quando fit contra legem,tunc enim duriùs agitur cum lege , quàm cum priuato,puta patrono: ſecus verò ſi fit contra miniſtrum legis non priuatum:quia tunc durius agitur cum miniſtro, & ita procedit d.l.Celſus,cum ſimilibus.& iſta ſolutio fuit Cyn. in l. ſi quis maior.C. de tranſac.& in l.in criminali. C. de iuriſdi.om.iudi. Et ratio eſt,quia qui offendit legem,committit contra vnum:ſed offendẽs miniſtrum legis,offendit duos, videlicet legẽ & hominem : & hanc dicunt veram eſſe rationem d.l. Celſus.domini de rot.in deci. xix. incipien.nota quàm non admittitur.in tit.de ſen.excom.in antiquis. Sed iſtam ſolutionem reprehendit Bar. in l amplius non peti.ff.rem rat.hab.in ij.colum. & in l.ſi inſulam.in viij.opp.in ij.col. ff.de verb. obli.dicens non eſſe verum . quòd arbiter ſit miniſter legis : quia habet ſimplicem actionem:neque oritur actio ex eius laudo. l. diem proferre. de arbit.cum ſimi. vt hîc refert Iaſ. Sed aduertendum eſt antequam ad reſpõſionem,quam dat Bar.veniamus,quòd iſta reſponſio nõ tollit conſiderationem Bal.nam inficiari non poteſt quòd ille magis contẽnit qui peccat contra duos,quam contra vnũ arg.tex.in l.iij.C.de epiſ.aud. & dum dicit Bar.quòd arbiter non eſt miniſter iuris,hoc eſt falſum , ſiue loquamur in arbitro iuris ſiue compromiſſario,qui procedunt ad inſtar iudicũ per l.j.ff de arbi.& l.ſi. C.de iudi.ſ cit. l.pe.C.de pac. & quæ ibi not. nam omnis ille dicitur miniſter iuris,qui aliquod exercitium vel curam circa adminiſtrationem iuris habet,§. ad hoc autẽ. in authen de non aliena.& iſto modo notarius etiam miniſter iuris dicitur:vt ibi dicitur.Nam iſtud eſt verbum generale comprehendens omne exercitium cuiuſcunque tam gubernatorum vel rectorum,quàm alterius:vt not. Archidia. in capitulo præſenti.columna fina. de offic. ordi. lib, vj.Et ſic videmus quòd ſimplex nũtius,licèt non habeat iuriſdictionẽ , dicitur tamen miniſter iuris:vt dicit Alexand.in l.hæres. columna ſi. ff.de acquir.hære. Nec obſtat quòd arbiter non habebat iuriſdictionem.neque dabatur actio ex ſua ſententia: quia dico quòd iſta ſunt à remotis , ex quibus non infertur : quia non valet conſequentia,aliquis non habet iuriſdictionem:ergo nõ eſt miniſter iuris:probatur in c. cùm miniſter xxiij. quæſt.v.& c.nõ ſolùm.cũ duobus ſeq. & l. ſi quis in hoc.C.de epiſ.& cle.& per d.Alex.in d.l.hæres.

Et ideò concludas quòd iſta ſolutio nõ eſt bona,& opi.Bal.reſtat firma,quam tenet Socin.in l. ait prætor.la ſecunda.§.ſed ſi quis.ff.de iureiurando.& videtur tenere idem Bar.ſibi contrarius in l.iij.col.ſi.verſi.& hæc materia.ff de lega. primo. Cuius doctri in d.l.iij.approbat Alex.in l.ſi inſulam.in vij col.ff de verb. ſig. Nec obſtat quod dicebat Iaſ:quia puto quod mitius agebatur cum miniſtro legis quàm cum lege, vt d.l.amplius nõ peti.iuncta.l.in ſeruitute.§.petiiſſe.ff.de bo.liber. cum aliis hîc allegatis per eum : quia reſpondeo quod d.l.amplius non loquitur de miniſtro iuris, ſed de priuata perſona:quo caſu ille tex potius facit pro opi.Bald. Vel præſuppoſito pro vero quòd ille tex.de iuris miniſterio loquatur,poteſt ſecundò reſponderi quòd tex.in d l.in ſeruitute.§.petiiſſe,cum ſi ſpeciali ratione procedit in fauorem libertatis,ne per ſolam litis conteſtationem turbetur ſtatus liberti,quòd eſt magnũ præiudicium:vt no in l.quia circa. ff. de proba.& in l.cùm proponas.C. de re.cre. Et ideò mihi videtur quòd alia ratione reſponſio Bal.non ſit vera:quia fateor quod faciens contra hominem miniſtrum legis peccat grauius,quàm faciẽs contra legem,quãdo præceptum hominis cõcurrit cum præcepto legis:quia tũc militat ratio Bald.quòd duo hîc contemnuntur & lex & homo.& quia etiam iſto caſu eſt fortior prohibitio : vt eſt doc. Bart.in l.ſi liusfa.§.diui ff.de leg.j. vbi dicit quòd ſi teſtator prohibet alienationem,non valet prohibitio.niſi inſeratur cauſa,per illum text. Tamen vbi reperitur facta prohibitio à lege , ſi illo caſu teſtator prohibet, nõ requiritur inſertio cauſę propter concurſum prohibitionum legis,& hominis,faciunt pro hac parte quæ adducit Dec.in c.perſonas ij.col.de appellatio.verſic.tertiò,concluſio prędictę &c.ſed in d.l.Celſus nõ concurrũt iſta : quia illud præceptum arbitri de ſoluẽdo intra calendas,non erat expreſſum in l.ſed erat volũtariũ ipſius arbitri:imò potius erat contra legẽ
5 quia † lex dat condemnatis quadrimeſtre ad ſoluendum l.ij & iij. C.de vſufr.rei iudi.& l.iiij.§.ſi quis,ff.de re iudic.& in c.quærẽti.de offic delega. & tamen arbiter in d l.Celſus,dat menſem. ergo nõ fuit illa ratio d.l. Celſus.quòd ideò ibi duriùs agitur cum homine:quia contẽnitur lex & homo: quia ex prædictis patet quòd non eſt verum.Imò attẽtari poſſet vnum,quòd in terminis d.l.Celſus non agatur durius cum homine quàm cum lege per text.in l.ob commiſſa.& in glo.C.de adulte. & no Bal.in authen.ad hæc.colum.pen.C.de vſu. & in l,diuus Mar.C. de inge.& ma.& in l.ſi ea,C. qui accuſ. non poſſ. vbi tenet quod in terminis legis non purgatur mora ſicut dicitur in dicta l, Celſus, de homine. & ſic non agitur ibi duriùs cum homine iſta ratione , vt ibi dicebat gloſſa, cum ſimilibus , vt traditur in lege,ſi inſulam,de
6 verborum obligatione. † Nec obſtat quòd durius agatur cum homine quàm cum Deo:vt d. l.ſi quis rem §.voto. quia illud non facit ad propoſitum. nam illo caſu diuerſa ratio concurrit: nam Deus eſt miſericors : de quo ſcriptum eſt: quotieſcunque ingemuerit peccator ,.non recordabor iniquitatum eius,de pœni.diſtinct. iij, ſcelerator.& pium eſt,cum multis ſimilibus. homo autem quærit vindictam : vt toto titulo ad Silleia. de his quib. vt indig. & bonus textus, in legẽ,milites §. ſocer. ff. de adulte. tenet Ange.in

conſilio 244.incipiente in ſplendiſsima,& Marcus Anto.Baue.in §.j.in iij. columna.inſtitui.de teſtamen.imò contra illam glo facit dnc. Barto. in l.nunquam.§.ſi vi aut clam.ff.de vſucapio.vbi dicit Bartol. quòd ſi aliquis in ſana mente committat peccatum mortale, & deinde effectus furioſus moriatur, non prius facta pœnitencia illius peceati, erit damnatus: & tamen ſecus eſt in ſententia hominis.vt tradit Alexand. in l. furioſum.C. qui teſtam. fa. poſſe.vbi dicit quòd ſi aliquis in ſana mente committit homicidium.deinde effectus ſit furioſus,nõ punitur,& illa eſt communis opin.& ſic vide quòd gl. illa quàm allegauit Iaſon videtur dubia. Sed tamé regula in ſe eſt vera quòd mitius cum lege agatur quàm cum miniſtro:per ea quæ latè adducit And.ſicu.in repe.c. Raynal.in c.j.fo.27.de teſta.vbi iſtá regulá cõprobat.xvij.motiuis,licet.nõ aliter reſoluat,& in re-
7 pe.rub.de teſta.in fi.col. †Sed Bar.in d.l.ampli° nõ peti.& in d.l.ſi inſulá. & l. ſi liberius.dat aliá reſolutioné reprobata,vt vidiſtis per eũ, illa ratione Cyn.& Bal.videlicet quòd aut pœna reſpicit annullationé actus, & durius agitur cùm lege quá cũ homine,qualiſcũque ſit ille homo:vt dicit hic Iaſ.ratio redditur:quia lex faciliùs poteſt actũ annullare quàm homo propter maiorem potentiam.l.non dubium.C.de legi.& ita procedit d.l. ſi libertus.aut pœna nõ cõcernit annullationem actus.ſed extrinſecus venit. & tunc procedit.d.l. Celſus & ita cum hac reſolutione. Bart. reſidet hîc Iaſon Adde tu quòd hanc reſolutionem Bart. ſequitur Bald.ſibi contrarius in c. ſicut.de coba. cler.& mulie.in ij.columna.vbi formaliter dicit quòd reſpectu annullationis actus, durius agatur cum lege: ſed ratione pœnæ contemptus durius agitur cum miniſtro legis:quia viua maieſtas vel viua auctoritas ei non debet eſſe ludibrio. d. l. Celſus.& iſta ſunt vera ſecundum ipſum, niſi in caſibus à iure expreſsis:& hoc idem tenet Andr. ſicul.in c.ſi diligenti.in xxvij.columna, numero 120.de fo.compet.ex iſta opin. allega.gloſſ.in l. ſuggerente.C.de offi.eius qui vi. alt.ge.& Baldus in authen.ſed nouo iure.C.de ſeruis fugiti. inducendo vt ibi per eum. & hoc etiam tenet Ioannes de Mnnteferrato in repet.ij.§.Cato.in v.columna, ff.de verborum obligationibus.& Felin. c.ſignificauerunt.in vltima columna, ver.in quo conſidera.de except. & iſtam opin. Barto.ſequitur Abb.in c.cùm olim. columna penult. numero vj.de arbi.& Ioan. de Mõteferrato in repe.l. nemo poteſt,in vij.colum.in princip.ff.de lega.j. Decius in l.imaginaria,in fi.ff.de regu.iur. ſequitur Felin.in c.paſtoralis §. fi.colum.penu.de offi. delega.& in c.cæterum.colum.xv.verſicu. reſtrictio.de reſcrip.& Præpoſitus in c. j.in iij.colum. quæ ſit prima cau.bene. amit.in ver.feudo. Tamen aduerte:quia Cardi.in cle.cõſtitutionem.§. inſuper in ij. colum.de elec.dicit quòd per illam rationem Bartol. non habetur adhuc clara reſolutio:quia Bartol.non aſsignat rationem diuerſitatum:quare quò ad actus annullationem,durius agitur cum lege quàm cum homine:& ideò dicit ipſe quòd ratio eſt: quia lex poteſt inducere formam ſubſtantialem. qua omiſſa actus non valet. c.quia propter.de elec.quod ſecus eſt in homine: quia factum contrà præceptum hominis non eſt nullum:licet contra faciens teneatur ad pœnam. c.dilectus.ij.de præben.ſed ſubdit ipſe, quòd adhuc iſta ratio non releuat, quando datur ab homine poteſtas cum forma: quia tunc etiam factum contra formam eſſet nullum.c.cùm dilecta de reſcrip.& cle.prima & ibi gloſ.de iu.pat. Et ideò ſubdit quòd tutius eſt tenere opi. Cyn. licet quandoque poſsint reperiri caſus diuerſi in iure. ita dicit ibi Car. Sed aduerte:quia iſta etiam reſolutio non tollit dubiũ,nec reſoluit difficultatem.d.l.Celſus:quia illa opi. Cy.ſuperius fuit reprobata: neque per hoc etiam iuſtificatur opinio Barto. Vnde mihi videtur quòd ex alio illa opin.Bart.non videtur vera. quia quo ad annullationem actus,ita durius agitur cum homine. Imò fortius quàm cum lege, probatur per doc. eiuſdem Bart.in l.diem proferri. §. ſtati.ff.de arbitr.vbi ſi data ſit facultas à partibus arbitro,cũ hoc vt pronuntiet ſecundum ius: licèt iſta clauſula inſit à iure:tamen exprimatur ab homine.& ſi arbiter pronunciet contra ius, ſententia erit ipſo iure nulla:ſecus verò ſi à iure.& ita illud dictum Bart.ſequitur & commẽdat Abb.in c.cùm dilecta in v.colum.de reſcrip.& Andræ. ſicul. in repe.c.Rainaldus in 102.colum.de teſte.& Feli. in c.ius generale. prima diſt. in ij. columna,vbi plures alios alleg.ſequentes illam opi.Bar. & hoc dictum ſequitur d.Anto.in c. quintauallis,de iu. iur.Fulg.cõſi.lxj.& Ioan. crotus de Monteferrato in repe.§.Cato.in repet.in v. col. ff. de verbo. oblig. Ad idem contra Bar.facit quod not.Hoſti.& alios quos refert in c. fi. de præb. vbi dicit, quòd ſi delegato committatur cauſa,vt iuſtitiam faciat,dato,quòd iſta clauſula inſit à iure: tamen ſi exprimatur ab homine committente cauſam, inficit ipſo iure ſententiam iniuſtam: & ſic plus operatur prouiſio hominis quo ad annullationé, quàm legis: quia vbi datus eſt ordo ab homine ipſo iure non valet, quod inordinatè factum eſt; vt dicit Bald.in l.j.in prima colum. C. de appel.
8 ſecus ſi à lege. † Ad idem facit quod no.Inno. & Ioan.de Imo.in c.piſanis.de reſtitu.ſpo.vbi dicit Innoc. quòd ſi excommunicatio lata eſt,non ſeruata forma à iure, valet: ſecus verò ſi eſt data forma ab homine: quia ipſo iure eſt nulla. Poſtremò contra doc.Bar.videtur in terminis deciſio Hoſtien.in c.cùm olim.de arbi.vbi vult quòd ſi aliquis ex diſpoſitione legis tenetur facere certũ cũ cõſilio alicuius: ſi tamé ille actus fuerit factus ſine cõſilio illius, valet & tenet actus:ſecus verò ſi tale mãdatũ fieret ab homine:quia tũc talis actus eſſet nullus ipſo iure.alle.in ar.d.l.Celſus.& iſtud dictum approbat Andr. ſicu. In c.cùm dilecta,in xviij.col.nu.caxviij.de reſcri.& in d.c.Rainald°, fo.xxvij.in ij.col.& in rubr.de teſta.col.fi. & alibi ſæpe. Ex quibus omnibus manifeſtè colligitur quod reſolutio Bar.non eſt vera,& adhuc contraria vrgẽt.quid igitur dicendum? Mihi videtur pro nunc propter breuitaté tẽporis quòd minus periculoſa ſit vna diſtinctio,quá ponit Abb. circa iſtam materiam in cap.dilectus.el.ij. col. fi.de præben.quem videas, quia latè loquitur, & delato in voce. eſt bene verum quòd niſi ſuppleas aliqua, illa diſtinctio poteſt morderi: poſtremò non inefficax mihi videtur æquius cogitanti illa reſolutio Bartoli in d. l. ſi inſulam.& in aliis locis ſupra relatis, ſi omnes caſus æqua lance librentur. Nam negari non poteſt quòd ſola prohibitio legis inducit actus nullitatem. textus eſt in l.non dubium,& ibi no.Iaſo.in ſeptimo nota.

C.de

C. de leg. & tamen ſecus eſt io prohibitione hominis: vt in c.ſi capitulo.de cooceſſ.præben.li.vj. illa tamen reſolutio Bar. debet reſtringi, quòd procedat quando lex affirmatiue præciperet: & ſecundum hoc bene loquitur Bartol. ſecus ſi negatiuè: quia tunc nulla eſt differentia inter prohibitionem legis & hominis reſpectu nullitatis: vt tradit Decius latius poſt Abb. declarando io c.penul.in pe.col.de conſti.& iſto modo concordari poſſunt opi.plura poſſent hîc dici: ſed modo eſtote cõtenti his paucis. Item quod dictũ eſt alienationem factam in fraudem creditorũ valere, ſed poſſe annullari. Limitatur hîc per Iaſ.niſi talis alienatio fiat per manumiſsionem ſeruorum: quia talis alienatio ſeu manumiſsio eſt nulla ipſo iure: vt ſu pra, quib.alie.licet vel non.in prin. ibi, nihil agit &c.& ita tranſit hîc Iaſ. poſt communiter alios.

Tamen aduertendum eſt quòd illa non videtur limitatio ad regulam quę ponitur in §.noſtro.ſed text.ille ſecundum regulam procedit: quia illa alienatio ſiue manumiſsio fuit ꝓhibita à lege probatur dum ibi tex.dicit quod lex Ælia ſentia impedit libertatẽ &c vnde ea ratione quia alienatio eſt facta cõtra prohibitionem legis, actus eſt nullus ipſo iure.d.l.ſi libertus, de iur.patr. ſecus ſi eſſet prohibitio hominis, videlicet prætoris: vt hîc: & hoc quia agitur reuocatoria: & ſic ille tex.non meretur allegari in propoſito. Abſolutis euidentialibus venio ad text. qui diuiditur & ſummatur vt hic per Iaſ.

9 † Nota primò ibi in fraudem, quòd prætor meritò hoc verbo vſus eſt: quia importat ſemper deprauatũ animum, neque fraus ſine dolo datur l.iuris gen.§.ſed ſi fraudandi. vbi no. omnes, ff. de pac. dolus verò datur bonus & malus: vt io l.j.§.nõ fuit. ff.de dolo.vbi dicit Bar. quòd etiã in Deo cadit dolus bonus. Et propterea dolus ſe habet vt genus & differt in hoc à fraude: vt tradit Alexan.in d.§.ſed ſi fraudandi. & Barb. in c. j. commo. & accommodare per Decium in l.generaliter, ff. de reg. iur. cum ſimilibus: vt hîc per Iaſ.& ideò prætor nõ vſus eſt iſto verbo: quia eſt incertum, quia eſt genus: vt habetur in l.incendium. C. ſi cer. pet. Tamen in contrarium eſt in gl.in c.j.in verſi. fraus lxxxj. diſt. quæ vult totum oppoſitum: ſed dicas illam glo.non eſſe veram vel

10 corruptam: vt ex prædictis patet. † Nota ſecundò ibi, tradiderit, ſecundum Iaſo.quòd remedium iſtius text. competit etiam ſi debitor in fraudem creditorum, non ſolum vt hic dicit text. rem tradiderit, ſed etiam ſi dominium in alium transtulerit: per text.in l.ſi ſciẽs, ff. de contrahen.emptio.

Tamen aduerte, quòd iſta ſuppletio Iaſ. non eſt neceſſaria: imò eſt ſuperflua: quia iſte text. non loquitur vt putat Iaſ.de ſimplici traditione: ſed etiã de tranſlatione dominij. patet ibi dum dicitur, rem ſuam alicui tradiderit. quæ verba clarè probant quòd tradens erat dominus: quia illa dictio ſua, denotat dominium, l. quintus.§. argentò.vbi Bart.ff de aur.& argento leg.tradit idem Bart. in l.cum res, col.fi.C. ſi res alie.pig. da. ſit.& alle qui dominus eſt, tradendo rem ſuam, facit dominum accipientẽ l.cùm manu ſata. ff. de cõtraben. emp. & no.Bartol.in l.j.ff. de actio emp. & Ange.in §. item pretium, ſuprà de emp. & vend. Dictum verò Iaſ. procederet vno caſu tantum & valeret quando text.hîc ſimpliciter de traditione loqueretur & re[illegible]æ tradi deberet, conſiſteret in ſpecie: ſecus verò in genere: quia etiam ſi de traditione ſimpliciter dictum ſit, intelligitur de ea per quam res accipientis fiat, & transferatur dominium.gloſ.eſt notabilis iuncto text.in l. qui delegato.in ver.darc. de lega. j. & tradit Bartol. in l. ex empto.ff.de actio. emp. Cùm igitur text hic clarè loquatur de traditione rei ſuæ, non eſt opus coniecturis l.continnus, ff. verbo. obligatio. Subdit Iaſ. quòd iſtud quod dictum eſt de traditione, procedit etiam ſi alienauerit: per text. inl.j. §.j.&§.fi.ff.de his quæ in frau. cre.nam prohibita alienatione prohibetur tranſlatio omnis iuris directi, ſiue vtilis, ſiue alterius cuiuſcunque iuris l.

11 fi.C.de rebus alienis non alienan. † Sed aduerte quòd etiam iſta ſuppletio ad iſtum text.eſt inepta ex eo quia iſtud verbum ſiue dictio traditio, præſupponit contractum alienationis præceſſiſſe tanquam neceſſarium antecedens, ad quem adimplendum requiritur traditio regulariter, l. traditiooibus. C. de pac. oam iſtud verbum generale eſt ad omnem ſpeciem alienationis: & quo ad hoc vt valeat, requiritur prius neceſſariò, vt dixi, quòd alienatio procedat: quia aliâs traditio nuda & ſine cauſa non valet l.nunquam nuda, ff.de acquirẽ.re.domi.tenet Iaſ.in l.ſingularia in quinta columna, ff. ſi certum petatur, vt not. Alexand.in l.à Titio, ff. de verborum obligationibus, & in l.ſi fundum.eodem titulo.cùm igitur Imperator hîc vſus ſit hoc verbo, neceſſariò debet intelligi ex cauſa habili præcedente.& ſic manifeſto per iſtud verbum comprehenditur & denotatur omnis ſpecies alienationis præcedentis, quæ traditionem requirit: aliâs ineptè hîc Imperator daret remedium, ſi non eſſet generale. Et hoc viua ratione comprobatur: quia quando non proceditur actualiter ad traditionem quis non dicitur alienaſſe: vt notabiliter tradit Baldus in capitulo primo, §. aut ſi libellario, columna fin. quib.mod. feu. amit. & in capitulo imperialem. in princ.inj.colum. verſicu. ſed nunquid ſi contrahat.de probi.feu.alie. per Fedc.& ſequitur Iaſ. in l.filiusfa.§.diui.in viij.col.de lega.j. & in l.fin. C.de iu.emph.ergo ſub iſto verbo tradiderit, comprehenditur omnis alienatio: eùm alienatio dici non poteſt, niſi fiat traditio, per ſupradicta: quod not.Et per hoc vides quòd iſta ampliatio Iaſon. hîc non eſt neceſſaria. Et dum Iaſ. poſtca ſubdit, quòd iſtud quod dictum eſt de prohibitione alienationis non procedat quando prohibitus alienare daret rem in pignus, vel in ea conſtitueret vſumfructum: per dictum Ang. in l. benignus ff. de legibus. Iſtud dictum mihi non videtur verum, & eſt contra illud quod hîc in principio iſtius notabilis dicit idem Iaſon.alleg. text. in l. fi.C.de re alie.dum ibi dicitur quòd prohibita alienatione prohibetur tranſlatio omnis iuris directi vel vtilis: ſed conſtitutio vſusfructus eſt tranſlatio vtilis dominij l.in venditione.ff.de bo. auctori.iu. poſſ. & eſt quædam conſtitutio ſeruitutis: vt ſupradictum eſt in §. æquè poſt Iaſ.in euidentialibus & tamen debitor in fraudem creditorum nũ ſolùm prohibetur alienare, ſed etiam ſeruitutem conſtituere, tex.eſt & ibi declarat glo. in verbo non vtendo, in l.alienationis, ff.de verb. ſignifi.quæ pro hoc alleg.d.l.fi.ergo dicendum eſt illud dictum non eſſe verum, neque illud quod dicit de pignore, videtur ſolidum: quia in contrarium eſt deciſio Bald. in l. manumiſsiones, ff. de iuſti.& iu.& in l.voluntas.C.de fideicom.Bart.in

l.multum

l.multum intereſt. ff. de verb.obl.Abb. in c.fi.de
reb.eccle.non alie.& in c.fi.de eccle.ædi.& vide-
tur eſſe text.in l.qui autem.§.apud Labeonem.ff.
de his quæ in frau.cre.cum ſimilibus: vt declarat
Feli.in c.ſi in iiij col.ver.verum autem videatur,
de accuſat. Minus etiam ſatisfacit quod dicit
Paul.de caſt.in l.in ambigua.ff.de legi. quem re-
fert & ſequitur hîc Iaſon.dum vult quòd non di-
catur quis propriè alienare, niſi transferatur do-
miniũ:quia hoc eſt falsũ. & ipſe Iaſ.hîc ſibi con-
trarius videtur innuere oppoſitum in princip. i-
ſtius notabilis,dum ponderat hîc verbum tradi-
derit,quod apertius ſuadetur:quia clarũ eſt quod
ille qui vendit rem,dicitur alienare.d.l.fi.&c.nul
li.de reb.eccle. non alie. & tamen ſecundũ com-
munes regulas in vẽditione non requiritur quod
venditor transferat dominium: ſed quòd ſimpli-
citer tradat quando venditio eſt facta de ſpecie,
vel vẽditor non eſt dominus l. ex empto.ff de a-
ctio emp.& per ea quæ dixi ſuprà,tamen clarum
eſt quòd per talem venditionem fraudatur credi
tor:quia res ſibi abeſt, & poteſt agere reuocato-
ria,de qua hîc,quæ datur quando alienatio eſt fa-
cta in fraudem: ergo iſta actio competit etiam ſi
non eſt tranſlatum dominium, ſed vſucapiendi
conditio Dictũ tamen Pau.de caſt.poſſet prò-
cedere,quando non eſſet facta traditio:per ea que
ſuprà dicta ſunt. quæ omnia ſunt bene notanda.
12 † Nota tertiò hîc ſecundum Areti.argumentũ
à contrario ſenſu,quod ſi debitor non alienat in
fraudem,non competit hæc actio:quod Iaſ. dicit
eſſe indubitatiſsimum:mihi tamen non videtur
verum: quia nullo modo poteſt colligi hîc tale
argumentum à contrario ſenſu: quia aut debitor
omnia bona in fraudem alienauit: & tunc dato
quòd hanc intentionem fraudandi non habuerit,
lex tamen præſumit conſilium fraudandi interue
niſſe ex illo facto,l.omnes §.Lucius.ff.de his quæ
in frau.cre.& iſto.caſu non poteſt conſiderari ca
ſus in quo ceſſat fraus,in quo ſi ceſſaret lex,præſu
mitur interueniſſe. aut debitor alienat partẽ, &
nõ prçſumitur quòd dolo vel fraude fecerit:quia
ſæpe de facultatib⁹ ſuis amplius quàm in his eſt,
ſperant homines.§ in fraudem,ſuprà qui ma.non
poſ.& dicenti alienaſſe in fraudẽ,incũbit proba-
tio:vt hîc dicit gl.j.per l.quoties.§.qui dolo.ff.de
proba.niſi reſidua bona non ſufficerẽt creditori-
bus præſentibus:quia tũc in dubio etiã fraus præ-
ſumeretur.& tex.in d.§. item ſi quis in fraudem,
non procederet duplici ratione. prima , quia ibi
non conſtat quòd debitores eſſent de prçſenti,&
quòd maiorem partem alienaſſet. ſecundò, quia
loquitur ille text.quando in vltima voluntate:vt
infrà videbimus:exceptis igitur iſtis duob⁹ caſib⁹
neſcio vbi tale argumentum poteſt fundari: quia
vltra iſta duo capita , vel omnium bonorum vel
partis , non datur medium:in vno præſumitur à
iure fraus in dubio.in alio non, niſi eo modo vt
dixi:patet ergo quòd Aret.& Iaſon.hîc errore la-
buntur,& fatua eſt iſto caſu expoſitio Iaſo. dum
vult quod iſtud dictum ſeu notabile Are.ſit indu
bitabile , quando non adeſſet fraus nec animo,
neque re,neque euentu:quia reſpõdet hoc eſſe im-
poſsibile , neque poſſe adaptari ad verba Areti.
ex eo quia Areti. loquitur de debitore alienan-
te:ergo dato quòd animum non habeat fraudan-
di, dico quòd reipſa fraus præſumitur , quia per
factum animus declaratur.c.dilecti de appella.&

l.pro hærede.ff.de acqui.hçre.& eo ipſo quod cre
ditores de prçſenti habet, debet cogitare illam a-
lienationẽ eſſe in fraudem , niſi tot habeat bona
de quibus nõ obſtãte alienatione pleniſsimè poſ-
ſet ſatisfacere.& de iſto caſu nõ eſt veriſimile A-
reti.intellexiſſe: quia eſſet fatuum hoc adnotaſſe.
& ideò teneas quod tibi placet : quia non eſt vis
in hoc. Gl.j. diuiditur in duas partes in prima
declarat text. in ſecunda ponit vna longuam di-
13 ſtinctionem:ſecunda ibi,& de hac fraude. † Ex
hac parte collige duo : primum eſt quòd habens
rem titulo oneroſo à debitore alienante in frau-
dem , ita demum poteſt conueniri actione Pau-
liana de qua hîc,ſi de fraude participet. d. l. qui
autem §.hoc interdictum,allegata in gln. Iſta
cõcluſio limitatur tribus modis per Iaſ. hîc poſt
alios:primò non procedere in accipiente à liber-
to in fraudem patroni:quia dato quòd ille qui ac
cepit titulo oneroſo , de fraude non participet,
poteſt agi reuocatoria:per l.j.§. ſi quid in fraudẽ.
ff.ſi quid in frau.pat.Hui⁹ limitatiõis duplex ratio
aſsignaẽ hîc per Doct.prima,quia pl⁹ iuris habet
patron⁹ in bonis liberti,quã creditor in bonis de
bitorũ §.in noſtra,ẽ.de ſucc. liber. & facilius iura
defendit aliquem in conſeruando ſuo quàm ſibi
debito. Iſta ratio diſplicet Iaſoni hic , non ta-
14 men dicit quare ſibi diſpliceat. † Mihi etiam
videtur inepta : quia non video quòd patronus
plus iuris habeat in bonis liberti quàm creditor:
probatur.quia libertus poteſt donare & relinque
re filiis in fraudem patroni.l.j.§.j.& §.ſi libertus,
ff.ſi quid in frau.pat.debitor autem non: quia æs
alienum antecedit etiam quartam filiorum,in cu
ius locum idẽ ſuccedit l.Papinianus. §.quarta.ff.
de inoffi.teſta.tradit latè Iaſ.in alio propoſito.in
frà num. 50. & l. quoniam nouella. C. de inoffi.
teſta. nam patrono ſolum dicitur debita tertia
in bonis liberti , non ſic creditori dicitur deberi
certa pars bonorum.ſed indiſtinctè habet omnia
obligata,ſed etiam ſi in hoc nulla videatur diffe-
rentia ratione obligationis,cum vtrique compe-
tat actio ad conſequẽdum ſuum debitum:ex alio
tamen videtur quòd creditor habeat fortius ius:
quia patrono competit actio certo caſu,videlicet
quando maior eſt centenario libertus, vel mori-
tur ab inteſtato ſine liberis d. §. ſed noſtra.credi-
tori verò indiſtinctè,& qualiter habet debitorem
obligatum ſiue ſit diues,ſiue pauper , ſiue habeat
liberos ſiue non,moriatur teſtatus , vel inteſta-
tus:quo caſu illud dicitur eſſe fortius ius , quòd
eſt generalius & maioris comprehenſionis: vt
tradit Alexander & modernio. in rubrica ff. ſi
certum petatur,vbi per hoc concludunt quòd a-
ctiones reales dicantur fortiores , & digniores
perſonalibus : quia magis comprehendunt : quia
dantur contra quemlibet poſſeſſorem : & pro-
pterea etiam teſtamentum de iure communi vi-
detur eſſe firmius quàm teſtamentum militis.
lege eius militis.§. militia miſſus. ff. de militari
15 teſtamento. † Vnde alia aſsignatur ratio:
quia patronus quando agit contra emptorem,
debet refundere pretium emptori. dicto § ſi quia
in fraudem. creditor verò ſecus: & ideò ſi in v-
no grauatur,in alio releuari debet l. eum qui,ff.
de iureiurando. Iſta ratio licèt approbetur
hîc per Iaſonem,tamen mihi non ſatisfacit:quia
non eſt verum quòd patronus in refundendo
pretium emptori grauetur : niſi quando emptor
fuerit

magis patronus priuilegiatus quàm grauatus: &
in hoc, iudicio meo, tanti patres grauiter in ter-
minis errarunt: nam iſta ratio bene procederet
quando patronus grauaretur refundere pre-
tium accipienti à liberto & participante in frau
dem, ſed hoc eſt falſum: nam patronus, ſi quo ca-
ſu verum ſit quod teneatur pretium refundere,
ita demum refundere pretium tenetur, quando
quis emit à liberto alienante in fraudem bona fi-
de & ſine dolo: quo caſu priuato creditori non
daretur actio aduerſus talem emptorem dicta l.
qui autem, §. hoc interdictum. datur tamen pa-
trono refuſo pretio & hoc in priuilegium: quia
cùm aliàs perderet rem, datur ſibi hoc remedium
ſpeciale: quia ſi ſua putat intereſſe rem habere,
vel quia eam fortiran affectionem habet, vel vi-
lius vendita eſt, ſubuenitur ſibi: vt dando pre-
tium emptori eam conſequatur: & hoc quando
emptor non participauit de fraude: ſi verò em-
ptor de fraude participaſſet, iſto caſu dico quod
omnia in patrono obſeruantur, quæ in creditore
dicta ſunt: vt hìc dicit gloſ. per l. patronus, ff. de
probatio. & facit bene text. in l. ſi libertus, ff. de
iure pat. Imò dico tibi fortius contra doctor.
quòd etiam iſto caſu quando quis emit bona fi-
de libertro alienante in fraudem patroni, quod
ſi iuſta venditio eſt, non auditur patronus etiam
propter particularem affectionem etiam oblato
pretio: vt ſuprà dixi ad reuocandum talem ven-
ditionem: ſed per omnia in eo prædicta iura ob-
ſeruantur ſicut in creditore. Non obſtat text.
in l. j. §. ſi quis in fraudem, ff. ſi quid in fraud. pat.
quia miror hos patres ad hoc allegaſſe illum text.
credo in veritate quòd de recenti non viderant:
vt dicit Abb. & Anto. de Butr. in cap. quia non-
nulli. de clericis non reſid. quia text. in dicto §. ſi
quis in fraudem. loquitur quãdo libertus in frau-
dem patroni vẽdidit rem vnius dimidia iuſti pre
tij bonæ fidei emptori de fraude creditorum i-
gnaro: vt ibi dicit text. patronus videns hoc, vult
agere beneficio l. ij. C. de reſcind. vend. quod re-
medium competebat etiam iure veteri. vt ibi pa-
ret. & probatur per iura allegata in gloſ. dictæ l.
ij. & in l. in cauſæ, ff. de mino. §. Pomponius. quem
tex. ita intelligit Barto. in l. poſt contractum. co-
lumna fin. ff. de dona. dicit igitur ibi iuriſcon-
ſultus, quòd tali caſu patronus poteſt admitti ad
petendam rem: & tali caſu erit in electione em-
ptoris ſupplere iuſtum pretium vel recepto pre-
tio à patrono rem reſtituere: vt preciſè dicitur
in dicta l. ij. ibi ergo non agebatur de remedio
tex. noſtri, neque erat in poteſtate patroni, vt iſti
putant compellere emptorem, vt recepto pretio
rem reſtitueret: cum hoc in arbitrio emptoris re-
linquatur: neque ibi emptor fuit in fraude: vt a-
pertiſsimè dicit text. patet ergo quòd ille text. ni-
hil facit ad propoſitum actionis, de qua text. no-
ſter loquitur, ſed de alio remedio reſcindendæ
venditionis propter deceptionem valoris rei quæ
incidit in contractum: quod quidem remedium
non fuit ibi ſpecialiter inductum in fauorem pa-
troni, quin non poſsit etiam competere credi-
tori: ſed ſolùm hac ratione text. ibi de patrono
dixit: quia videbatur in eo maius dubiũ, cum cer-
taret de lucro: de aliis verò non cauit: quia res
erat expedita. Concludas igitur quod omnia re-
media quæ ſunt data creditori, dantur patrono
& econtra. Et ſic infero quòd creditor poterit
agere contra bonæ fidei emptorem in caſu d. §. ſi
quis in fraudem. videlicet quando debitor mi-
nus iuſto pretio in fraudem vendidit, ſicut poteſt
agere patronus. ratio eſt: quia in eo quòd plus res
valet, reperitur emptor locupletior. & dicitur hìc
ex cauſa lucratiua. vt eſt text. notabilis quem ibi
exẽplificat gl. in l. apud Celſum §. auctoris autem,
ff. de excep. doli. facit tex. in l. j. §. ſi is quis quadrin
16 genta, ff ad Trebel. † Secunda ſit concluſio ex
gl. quòd habens rem titulo lucratiuo, poteſt cõue-
niri actione de qua hic, dato quòd de fraude non
participet l. penul. C. de reuo. his quæ in frau. cre.
cum alleg. in gloſ. ratio aſsignatur hìc per doc. &
Iaſ. quia non eſt par eadem ratio lucrũ amittere
& damnum ſentire, l. fi. §. licẽtia. C. de iu. delib. &
l. fi. C. de codicil. & bonus text. in l. Proculus, ff. de
dam. infect. Aduertendum tamen eſt quòd iſta
ratio militaret eo caſu tantum quo lucrum non
fuiſſet acquiſitum: vt cùm eſt in ſpe: quia tunc lu-
crum amittere, non eſt damnum ſentire: vt loqui-
tur tex. in l. qui autem. in prin. ff. quę in frau. cred.
ſecus verò eſt quando lucrum acquiſitum eſt &
radicatum: quia tale lucrum perdere, dicitur eſſe
damnum l. libetro octuaginta, ff. de bon. lib. com
multis concor. vt per Alex. in l. ſi fideiuſſor. §. in
fideiuſſorem. in ij. col. ff. qui ſatiſ. cogan. Et ſic
videtur quòd iſta concluſio gloſ. reſtringenda ſit:
quod eſſet nouum in hac materia. Tamen tu
aduerte quòd ratio text. in l. qui autem §. ſimi-
líque modo. & l. fi. § . licentia. hìc alleg. in gloſ. vi-
detur concludere etiam poſt lucrum acquiſitum,
dum dicunt aliud eſſe, dum lucrum extorquetur,
aliud dum damnum infligitur. nam illud verbum
extorqueri, denotat lucrum eſſe tranſlatum & ra-
dicatum. c. conquerente. de cle. non reſid. l. fi. C. ne
fil. pro. pat. & l. fideicommiſſa, § . ſi rem. de lega. iij.
Et ideò pro concordia iſtorum iurium poſſet
dici quòd licet amiſsio lucri radicati & acquiſiti
dicatur damnum, illud nõ eſt propriè: quia dam-
num eſt diminutio patrimonij, l. iij. ff. de damno
infec. quæ ratio ceſſat iſto caſu. Eſt bene verum
quòd licet damnum propriè non ſit: eſt tamen in-
commodum tale lucrum perdere. ita notabiliter
dicit Bart. in l. ij in gl. ſupectum, ff. ſol. ma. & de-
clarat ibi latiùs Alex. in iiij. col. & in hoc eſt diffe
17 rentia inter lucrum ſpe & re. † Vel ſecundò po-
teſt dici quòd illud quod dicitur lucrum radica-
tum perdere eſſe damnum, procedit quando di-
citur radicatum per ſucceſsionem plurium perſo-
narum: vt propriè loquitur d. l. liberto quia tunc
videtur mutare naturã lucri & transfundi in ſpe-
ciem propriorum bonorum: arg. l. Titius, & quod
ibi no. Bar. ff. ad Treb. & l. ſed & ſi plures §. filio,
de vulg. & pup. & tradit Bar. in rubrica, ff. de acq.
hære. in princ. in quibus locis habetur quòd poſt-
quam hæreditas eſt adita & acquiſita ipſi hæredi,
mutat nomẽ hæreditatis & trãsfunditur in patri-
moniũ ipſius hæredis, & ſic illud lucrũ aliter iu-
dicatur in perſona primi acquirẽtis, quàm in per-
ſona ſecũdi: & ita illũ tex. videtur intelligere Alex.
in l. ſi mihi & tibi. in prin. col. fi. de leg. j & ita ibi
reſoluit tex. in d. l. qui autẽ. & plures alios intelle-
ctus patitur ille tex. in d. l. liberto. vt ibi refert Ia-
ſon & moder. ampliatur illa conclu. xxvij. Iaſ. hìc
poſt Ang. Are. ꝙ procedat etiã ſi tẽpore cõtractus
iſte qui habet ex titulo nõ oneroſo, fuiſſet in bo-
na fide: dũ tamẽ tempore traditionis eſſet cõſcius
fraudis: mouetur per gl. quam dicunt ſingularem
in l. qu

in l.qui autem §. hoc interdictum. in verſi. ceſſare, ff. quæ in frau. cre. ſed ego multum miror de iſtis patribus facere differentiam iſto caſu: nam in primis gloſ.in d.§.hoc interdictum non loquitur in cauſa lucratiua in qua à fortiori eſt inductum, vt etiam ſi nunquam de fraude participer habens tali titulo:tamen reuocatur res ab eo per dicta iura l.penul.C.de reuo.his quæ in frau. cre. & illa differentia an quis fuerit in bona fide vel tempore contractus vel traditionis, adhibetur in contractu emptionis, & ſic in titulo oneroſo: vt tradit idem Angel.in §. ſi quis à non domino. in prima gloſ.ſuprà de re. diui.& in §.actionum. colum.ij.infrà eod.& eſt text.in l ſi exiſtimans,ff. pro ſoluto & l.ſi is qui pro emptore. §. fina. ff.de

37 mum.in fi. ff. de acquirenda hæreditate. † Et quia textus in d.§.idem reſcripſerunt. fauore publicæ vtilitatis vlterius procedit diſponendo in caſu illo, & pro iſta ſolutione in ſimili facit tex. in l.ſi quis in graui.§.vrtum. ff. ad ſilleia. facit etiam text. in l. j.§. bidoum.ff. quando appellandum ſit.& bonos textus in l.prima.§ finali.ff. de feriis, quos allegat ad hoc propoſitum cum pluribus aliis Iaſon in l.non dubium. in iiij. columna.verſiculo tertio limita iſtam regulam. numero xix.C.de legi.& iſto modo ſoluendi vtitur ſæpe Decius iuriſconſultus optimus, in c. meminimus.de appella. & idem Iaſon in l. filio, ſecunda columna.de lega.primo.& vtitur etiam Barthol. Veronen.in repetitio. authenticæ ſed nouo iure. in iij. columna C. de ſer. fugiti. & alibi ſæpe doctor. Pro parte verò negatiua quòd futuris creditoribus reſciſſoria non competat, adduco primò textum in l.debitor.C.de iure fiſci,vbi eſt caſus ferè in terminis, quòd ſi aliquis poſt alienationem bonorum cum fiſco contraxit,dicitur ibi quòd illa bona alienata non ſunt obligata fiſco creditori poſt alienationem aſſumpto, & ita ille textus allegatur per Paulum de Caſtro ibi quòd in generali obligatione bonorum non veniunt bona quæ per prius exiuerant patrimonum debitoris. Ad idem eſt bonus textus in l. ſi quis poſt hac.in principio.& §.j. C. de bonis proſcriptorum. Et hoc regulare eſt etiam in quolibet priuato:vt eſt text.in l. penultima.ff. quæ res pigno.obliga. poſſ. facit text.in l.fina. §. Lucios de dona.& facit in arg.text.in c.primo, ne ſede vacan. Sed ad iſta poteſt tripliciter reſponderi. primò quod loquantur quando debitor futurus alienans habebat alia bona reſidua, quæ ſufficiebant ad debita.vt patet in dictis iuribus. quæ loqountur tantum de vno fundo Vel ſecũdo poteſt dici quòd ideo ibi non fuit facta reſciſſio: quia nõ conſtitit de fraude:aliâs ſecus:vt habetur in l.prima.C.de iure fiſci,lib. x. Vel tertio poteſt in hac materia dari vna diſtinctio, quæ fuit Petri de bella pratica hic,videlicet quod aut quis incontinenti poſtquã alienauit, contraxit nouos creditores, & præſumitur quod in fraudem eorum ante alienauerit,ex vicinitate actus. l.ſi ventri.§.fi.ff. de priuileg. credi. Et quia quę incontinenti fiunt,ineſſe videntur.lege, lecta ſuprà dicta ff.ſi cer.pet. & iſto caſu bene competit reuocatoria,& ita per illa iura tenet Pau.de caſt. in conſi. cccxxxvij.incipien.primò quæritur in tertia col. primo volumine ſecundum nouam impreſſionem. Aut verò poſt alienationem ex interuallo, pòſt contraxit dictos creditores, & tunc reuocatoria non competit : & ita omnia iura poterunt
38 concordari. † Gloſſa poſſeſſis. Concluſio glo. eſt,quæ communiter tenetur, quòd antequam agatur reuocatoria, debet fieri excuſſio in bonis debitoris. Et licet circa hoc opinio. ſit inter antiquos:vt dicit Barto.poſt gloſſam.in l.prima.C. de reuoc. his quæ in fraudem credito. Tamen magis communis concluſio eſt, quod requiratur excuſſio: quam vltra alios ego per iſtum textum firmo, dum dicit,bonis à creditoribus poſſeſſis, quæ verba cùm ſint ablatiui abſoluti, denotant conditionem expreſſam : vt dicit Bartolus in l. prima.in vij.quæſtione principali.ff.de conditio. & demonſtrat. & ita intelligit text.in l.à teſtatore ff.de conditione & demonſtratione latè Iaſon in rubrica ſoluto matrimonio. Et conditio ponit formam. quæ ſi non obſeruatur, remedium prætoris non competit : vt eſt caſus notabilis in l.ait prætor. ff de collatio. bono. & notat Alexander in l. ſecunda,§.ſi prius. in prima columna. ff. de vulgar. & pupilla. & in terminis ablatiui abſoluti hîc tenet Decios, in conſilio xj. & pro renui.in quinta columna, verſiculo ſecundo

principaliter. in prima parte. Et maximè boc procedit in ablatiuis abſolutis prolatis à lege: ſecus verò ſi ab bomine: vt in l. ab emptione. ff. de pactis, licèt aliquando iſtud varietur ſecundum ſubiectam materiam: vt patet in capitulo tranſlato. de conſtitutio. & ibi notat Decius in ſecunda lectura. Et ſecundum boc poſſet attentari contrarium, videlicet quod iſta verba ablatiui, poſita in iſto textu non inducerent formam: quud ex eo patet: quia ſaltem quando eſt notorium debitorem nou eſſe ſoluendo, non requiritur excuſsio vt tenet blc Faber Aretin9, & Iaſon & latius reaſſumit Hypolitus de marſi. in tractatu de fideiuſſo. in ſecunda columna, & tamen ſi fuiſſet inducta forma, etiam in notoriis deberet obſeruari, argumeuto text. in l. tertia §. de illo, aliâs factæ. ff. de re milita. & capitulo fin. xxij. quæſtione ſecunda. Nec obſt. quod ablatiui abſoluti inducant formam: quia hoc negari poſſet: nam licèt importent conditionem: non tamen expreſſam, vt formam inducant: vt tradit notabiliter Paulus de caſtro in l. in ratione. §. penulti. ff. ad l. falci. & prius Bald. in rubrica C. de inſtitut. & ſubſtitutio. & clarius per Ioan. in §. huic proxima, inſtitut. de leg. Et per hoc dictum Bartol. in dicta. l. prima. in vij. quæſtione confunditur. Sed breuiter dicas quod dictum Bart. eſt verum, quod tenent nouiſsimi Papien. in rubric. ff. ſolu. matrimo. in principio Iaſou. iu l. cum mota. in quinta columna, C. de tranſa. & ibi latius per Claudium de Aquis modernum Taurinen. & Alexa. in conſilio cxix. in prima columna, iu primu volumine. Non ob. quando ablatiui abſoluti denotant formam reſpectu conditionis, & forma debet obſeruari: quia reſpondetur illud eſſe verum, niſi res ſit notoria: ita notabiliter dicit Bald. & Pau. de ca. in l. j. C. vt quæ deſunt aduo. vbi dicunt quod ſtante ſtatuto, quod de cicatrice non poſsit ferri ſententia, niſi medicis adbibitis, & de ea referentibus, ſi tamen notorium eſſet cicatricem eſſe remanſuram, dicunt quod valet ſententia, & iſtud dictum pro notabili approbat Feli. in c. cum dilecta, in xix. colum. vet. hoc limitat. de reſcriptis. & Decius in cõſilio. lxxiij. aliâs. cclxxv. incipieu. in cauſa. in iiij. columna, in ſecunda parte: tamen concor. vt per eundem Decium in cõſilio lxxiiij. in eodem caſu. eo. lib. vt igitur iſtud remedium competat, neceſſaria erit excuſsio. Hæc tamen communis concluſio limitatur multis modis: vt hic per Iaſonem. Et prius tradit Bartachi. in repertorio ſuo, in verbo diſcuſsio: & nouiſsime latius proſequitur & reaſſumit per plura Hypoli. de marſil. iu tractatu de fideiuſſo. in j. ij. iij. & iiij. columna, cum alijs: vt deducit idem Iaſon in l. decem, in textu & gloſſa. de verborum obligatione. Areti. & alij. in l. ſi ego. & l. fin ff. ſi cer. pet. & per Socin. in tractatu. regularum fallen. cxxxiiij. Et Corneus in conſilio cix. incipien. viſo in primo vol. vbi latè per eos: quæ omnia in ſpecie vobis non refero: quia limitationes communiter approbantur: & non duco denigrare papyrum & chartas ſuperuacuis implere. poteritis tamen vltra adducta hic per Iaſon. & alios ex ſuprà dictis locis dum expediet, pleniſsimè materiam exhaurire. Tantum modo vt propoſuimus, pertinentia & neceſſaria ad tex. & ad gloſſ. proſequar, reliquis prætermiſsis. ne Criſpini ſcrinia cõpilaſ-
39 ſe videar. † Non tamen eſt omittendum vnum circa prædicta, quòd in in caſibus ſuprà dictis ita demum toleratur, vt diſcuſsio omittatur, puta in caſu notorio: niſi lex vlterius procederet annullando: per ea quæ notanter Bald. tradit in l. prima, ff. de lib. & poſthu. & recentiores ibi tradunt. & idem prius Alexand. in d. l. prima, quæ deſunt aduoc. quod tene menti, propter ea quæ dicta ſunt de ablatino iuducente formam. Gloſſ. permittit. Ex iſta gloſſa, ſecundum declarationem Iaſonis ex mente Bartoli colligitur vnum: quòd actio, de qua hic, competit infrà annum aduerſum illum qui recepit in fraudem ad valorem pretij dati: ſi tamen res recepta plus duplo pretij numerati valeat, in eo quod eſt plus, datur actio in perpetuũ: per textum in l. ait. prætor: §. hæc actio hic allegato in gloſſa, quẽ ita ibi intelligit Bartolus. Or aduerte, quia opinio iſtorum patrum non eſt vera: & gloſſa iſta hoc non dicit, neque text. allegatus per eam: quia clarum eſt contrà, quòd eum qui recepit in fraudem ſiue ex cauſa oneroſa, ſiue lucratiua, datur iſta actio infrà annum. caſus eſt in l. quod autem. §. j. & fi. & per totum. ff. quæ in frau. cre. & ita verba edicti poſita in l. j. eod. tit. generaliter ſunant. & ratio eſt in promptu: quia ex quo iſta eſt actio prætoria, & venit ad reſcindendum actum iuris ciuilis, puta venditiones quæ iſto caſu approbantur à iure ciuili: vt in l. ſi ſciens. ff. de contrahen. emp. debet eſſe annalis, per regulam traditam per l. iu bnnorariis. ff. de actio. & obli. in ver. ſed cum reſciſſa. & ibi notat Bart. & ideò falſum eſt quod ſit perpetua. Nun obſt. text. in d. l. ait prætor. §. actio, quia dico quòd ille textus non dicit quòd actio ſit perpetua contra illum qui in fraudem recepit: ſed ſolum contra fraudatorem, & habẽtem eam cauſam ab eo, puta hærede vel bonorũ poſſeſſore. nam ſi aliquid ad iſtos peruenit poſt factam alienationem, vel dolo deſiit peruenire, ſicut prodita eſt actio contra recipientes in fraudem, ita & contra iſtos fraudatores: ſed diſsimiliter: quia prima eſt annalis, iſta eſt perpetua, ratio eſt clara: quia iſto caſu iſta actio eſt rei perſecutoria, & non tendit ad reſcindendum contractum approbatum à iure ciuili: & ideò eſt perpetua per regulam dictæ l. in honorariis. vt dixi ſuprà iu §. rurſus. & quòd iſta ſit mens iſtius gloſſ. probatur ex verbis dicti. §. actiu. dum ibi de fraudatore loquitur vel quolibet alio. Nam iſta verba de fraudatore, clarũ eſt quòd intelliguntur de ipſo debitore alienante in fraudem: vt in l. ſi fraudator. ff. quæ in frau. cre. & illa verba, vel quouis alio, intelligit de hærede illius vel poſſeſſore: quia dictio alius, ſecundũ communes regulas ſignificat ſimilitudinẽ. c. ſedes. de reſcri. gl. in auth. ſed nouo C. de ſer. fug. & certum eſt quòd nullus eſt magis ſimilis fraudatori, quam hæres eius & bonorum poſſeſſor. qui perſonã eius repræſentant. & ſic concludo quòd actio perpetua, de qua loquitur iſta gl. & tex. in d. §. actio. datur ſolum contra fraudatorem, & habentẽ ab eo cauſam: & ratio dubitationis erat in d. §. actio. quia videbatur nõ debere dari contra ipſum, arg. tex. in l. ſolita. C. de re. pig. tamen illa non ob. datur cõtra ipſum. Nec ob. l. ſolita. quia ibi fuit prius actum cõtra debitorẽ: & ideò bis eadẽ res extorqueri non debet: ſecus vero hic: quia licet poſsit agi cõtra recipiẽtes, poterit etiã iſta actiune perpetua agi cõtra fraudatores qñ bona reuocata nõ ſufficiũt: quia agit̃ cõtra diuerſas

diuerſas perſonas ad diuerſas res: niſi in caſu ſingulari l. ſi fideiuſſores, ff de fideiuſſor. quam multum extollit Alexan. in l. decem, ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. in v. colum. poſt Bald. in l. fi. in fi. & ibi moder. ff. ſi certa. pet. Præterea ex alio exemplo Bart. non procedit in terminis noſtris, ex eo quia ſi res vendita per debitorem valet ad duplum, plus non competit iſtud remedium extraordinarium, cùm detur ordinarium, videlicet reſciſsio alienationis: per tex. in l. j. §. ſi quis rem, ff. ſi quid in fraud. patr. quod quidem remedium generale eſt: vt in l. ij. C. de reſcin. ven. & pro hoc facit in ſimili quod dicit Bal. dum quærit de fiſco, in l. fi. C. de his quæ in frau. cred. vbi etiam videtur caſus pro opin. Iaſ. hîc, niſi prædicto modo reſoluat

40 prout ibi diſceptat glo. quod credo verius. † Gl. magna in verſicu. petere. Ex qua parte glo. colligitur quòd actio in factum & actio pauliana idem ſit: & quod illud verbum pauliana, ſit adiectio. idem tenet gloſſ. in l. in hac. hîc allegata in gloſ. & eandem opin. firmat gloſ. in l. j. ff. de his quæ in frau. credi. quam ſequitur Bartolus in dicta l. in hac. & in l. ij. ff. ſi quid in fraud. patr. Tamen Soci. in conſilio cviij. incipiente. in hac conſultatione, in prima & tertia & quarta columna, in primo volumine, videtur ponere vt diuerſa. & pro eo eſt gloſ. quæ videtur ponere vt diuerſa actionem in factum & paulianam. in l. debitor §. petant, ff. de his quæ in fraud. cre. & hæc opin. eſt verior & communis prout inferius dicam latiùs in iij. parte gloſ. In eadem gloſſ. ibi, etiam non reſtituto ei pretio. Colligitur ex gloſ. quòd reuocatoria competit creditori contra emptorem, bonorum alienatorum in fraudem, nullo ei reſtituto pretio. cum hac concluſione gloſ. docto. communiter tranſeunt quadam tamen diſtinctione adhibita: vt hîc per Iaſonem. Mihi tamen videtur quòd indiſtinctè emptori pretium. ſit reſtituendum, etiam ſi ſciuerit alienata eſſe in fraudem: vbi eſt totum dubium. Nam regula eſt communis quòd in emendo & vendendo deceptio & fraus interuenire poteſt l. in cauſæ. la ſecunda, §. Pomponius, ff. de mino. l. item pretio, ff. loca. capitulo cum dilecti. de emptio. & venditio. etiam cum damno alterius, vt ibi probatur: quia vnicuique vigilare licet pro commodo ſuo, etiam in alterius damnum l. pupillus. in fine & l. qui ante §. ſciendum, ff. de his quæ in fraudem credi. l. fi. C. depoſi. & talis dolus vel fraus etiam in caſu noſtro non impedit tranſlationem dominij. l. ſi ſciens, ff. de contrahenda emptione. Quod igitur fit lege permittente pœnam non meretur: vulg. l. gracchus. C. de adulteriis. alias ſequeretur quòd quis legis clypeo deciperetur: quòd non eſt dicendum l. prima in fine. C. de his qui ve. æta. impet. c. de viduis. xxvij. quæſt. ſecunda. nam inde iniuriæ naſci non debent vnde iura naſcuntur. capitulo qualiter, de accuſ. l. meminerint. C. vnde vi. dicendum eſt igitur quòd iſte emptor, etiam ſcienter emens, non debet pretium amittere cùm lex approbet talem venditionem dicta l. ſi ſciens & ideò pœnam ſentire non debet: cùm lege non caueatur, vt puniri debeat: ar. text. in l. at ſi quis §. diuus autem Marcus. ibi pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe, ff. de relig. & ſumpti fune.

Et pro iſta parte pondero textum in ratione ſui in l. prima. §. ſed ſi rem, ff. ſi quid in fraudem patro. dicitur ibi, quòd ſi libertus vendiderit rem in fraudem patroni, pretium autem rei alteri donauerit, quòd non poterit agere reuocatoria contra emptorem: ſed contra illum cui donauit: ratio ibi redditur: quia fraus patrono in pretio facta non eſt: ergo innuit clarè textus quòd emptor inquietari non debet, vt rem amittat non reddito pretio: nam ex quo pretium numerauit, non dicitur facere deteriorem conditionem creditoris ex quo lex approbat talem emptionem, & non annullat. Et pro hoc videtur facere text. in l. ex his, ff. quæ in fraud. credi. Non obſtat modò quæ in contrarium poſſent adduci: primò quòd ſi emptor ſcienter emens non perderet pretium, ſequeretur quòd fruſtra daretur creditoribus reuocatoria, cum nullum ex hoc emolumentum, ſed potius damnum conſequeretur, ſi pretium creditoris reſtituere deberent, quod forſan debitor alienans diſperdit: quia reſpõdetur quòd dupliciter erit ſubuentum creditori: primo caſu quando non inuenitur pretium quod debitor accepit, agat contra ipſum debitorem, vt incarceretur: iuxta l. fi. §. fi. ff. quæ in fraudem credi. & tali pœna afflictus confitebitur quòd de precio habito pro re factum fuerit. Nam ſi donauit, agetur contra donatarios habentes ex cauſa lucratiua: per d. l. j. §. ſed ſi rem. ſupra alleg. ſi verò abſconderit, poterit eum cõſequi. nam certum erit quòd duorum alterum eueniet: aut quòd illud occultauit, aut quòd donauit, & tunc de perſona conſtare poterit. Secundò erit proficua creditoribus hæc actio, quando alienatum fuiſſet ex cauſa lucratiua. Tertiò poterit agere contra emptores eo caſu quo rem minori pretio emerint ad ſupplendum iuſtum pretium iuxta l. j. §. ſi quis in fraudem, ff. ſi quis in frau. patro. aliâs autem non poterit emptor compelli, niſi ei reſtituatur pretium: cùm ſecundum ll. mercatus fuerit, nec dicatur fur, cùm ibi pretium abſit.

41 † Non obſtat text. in l. ſi debitor. hîc alleg. in gloſ. quia ideò ibi pretium reſtituere non coguntur: quia ille emptor non ſolùm ſimpliciter ſciens emit in fraudem: ſed dolus cauſam dedit contractui. & inducendo debitorem aliâs non commiſſurum dolum, neque minori pretio venditurum, argum. in l. eleganter, ff. de dolo. & ideò ſingula quæ non proſunt, multa collecta iuuant l. inſtrumenta. & l. rationes. C. de probat. cum ſimi. vt per gloſ. in l. ij. in princi. ff. de excu. tut. & glo. in capit. tres ſunt, de pœ. diſtinct. prima. & ideò ibi ponitur. & ita illum text. in l. ſi debitor. intelligit Imo. in l. poſt contractum, ff. de dona. aliâs quando dolus & fraus non dediſſet cauſam contractui, ex ſimplici ſcientia non cooperante dolo, non tenetur, per ſupradicta: vt facit tex. per locum à ſpeciali in l. hi qui. C. de reſcin. ven. nam ibi ſpeciale eſt quòd emptor emens ſcienter in fraudem reipublicæ perdat pretium: ergo in contrarium eſt ius commune l. j. ff. ad muni. Et hoc facit: quia ſola ſcientia non nocet etiam in grauioribus. eſt text. no. in clem. volentes §. notarij. de vſuris. facit quæ vult Bart. in l. j. §. ſed in eo, ff. ad Silleia. & firmat Felin. in cap. de cætero. columna fi. de re iudicata Hippolytus latè in ſingulari clxiiij. cum ſimilibus. Et hoc vlterius ſuadetur: quia ſi in pœnam fraudis emptor deberet amittere rem & pretium etiam eo caſu deberet emptor amittere quo pretium reperitur apud debitorẽ cum eo caſu adhuc non ceſſet fraus, neque ratio iſtius cõcluſionis: & tamen

tamen hoc eſt falſum per l. ex his, ff. quæ in frau.
cred.ergo patet quòd tex.in d.l.ſi debitor.non lo-
quitur in ſimplici ſciētia fraudis:ſed alia concur-
rebāt de quibus ſuprà. Non obſtāt alia iura quę
à ſimili induci poſſent:quia cùm ſint pœnalia, ad
iſtum caſum non debent extēdi:vt tradit Soci. la-
tè in conſi.cvij.in iij.col.lib.j.& ſunt iura clara in
l.quæ interpretatione. de pœ.c.odia.cum ſimi. de
reg.iur. & regula,quæ à iure communi. eod. titu.
& lib. Non obſtat text.in l. ſi fundum.C.de e-
uictio.quia ibi emit rem alienā : quo caſu dicitur
fur:vt eſt text.in l. ſi ſeruum. C. de fur. ſed hæres
erat debitoris alienantis:& ideò poterat vendi,d.
l.ſi ſciēs:ſecus in d.l.ſi fundum & ideo in pœnam
amittit pretium ,& applicatur fiſco. eſt gl.cōmu-
niter approbata in c.j.in ver.ex empto: de prohi.
feu.alie. per Fedc. & tamen in caſu noſtro ſi pre-
tium reperitur,fiſco non applicatur:ſed debet re-
42 ſtitui emptori d. l. ex his. † In eadem gloſ ibi
quo caſu in carcerem detruditur &c.collige vnū
quòd debitor,qui alienauit in fraudem,ſi non ha
bet in ære,luit in corpore:nā incarcerabitur l.fi.
§.fi.hîc alle.ad idem concodat lex finalis,ff.de in
ius vocan.c.finem litibus.de dolo & contuma.

Hoc tamen procedit quando eſt obligatus ex
maleficio vel quaſi:vt declarat do.Abb.in c.ij.per
illum tex.de maledi.tenet Iaſ.licet Abb.nō alleg.
in l.ſi idem cum eodem.in v.col.ff.de iu.om.iud.
& eſt de hoc glo.expreſſa in c.ſi res.in verbo cru-
ciatus xiiij.quæſt. vj. & hoc ſatis probatur hîc in
gl.dum innuit,quòd ſi iſte debitor pretium acce-
ptum non diſtraxiſſet in malos vſus , quòd puni-
retur in carcere:ſed ideò puniri debet , quia pre-
tium etiam dolo diſtraxit:vt innuit text.in d.l.fi.
& ſecundum hoc bene verificatur dictū gloſ. hic
circa fi.dum vult quòd iſta actio ex quaſi malefi-
cio oriatur,vt ibi dicetur:ergo iſte debitor & em-
ptor participans de fraude,qui ex quaſi maleficio
tenentur, debent puniri in corpus , iuxta prædi-
ctam regulam, quam etiam firmat idem Iaſon in
§.pœnales.ſuper glo.in gl. in eum infra eodem &
in §.fi.ver.eum quoque nume. xiij. ver.iiij.ſupra-
dicta infrà eodem. vbi hanc regulam xij. modis
limitat.Secùdo limita regulā iſtius gl. vt proce-
dat in vilibus perſonis debitoribus:ſecus in egre-
giis & nobilibus : nam tunc ſi non haberent in
ære,non luerent in corpus.ita tenet Sali. in l.& ſi
ſeuerior.in iij.col.C.de infa.tenet Feli.in c. ad li-
berandum. in j. colum. extra de Iudæ. & videtur
hoc tenere Bartol.in l.j.in fi. ff.de pœnis:quos la-
tè ſequitur Bart.Bologni.in repe. authen. habita.
in xij.colum.verſi.& ſtante.C.ne fil.pro pa.& vl-
tra ipſum tenet Hippo.de marſil.dum alleg.Bart.
in d.l.j.in l.diuus.in ij.colum.ff. de quæſtio. & il-
lam doct.Bar.ſequitur etiam Iaſ.in authen.ad hęc
in fi.C.de iudi. aliæ plures limitationes dātur ad
prædictam regulam quas ponit Iaſon in locis ſu-
perius allegatis.de quo aliquid plus dicam in d.§.
pœnales. ſed circa iſtam limitationem eſt aduer-
tendum quòd videtur quòd nobiles etiam puniri
debeant in corpus:licèt diſſimiliter,per illam re-
gulam quam habemus quòd in iudiciis nō debet
eſſe acceptio perſonarum c. nouit de iud.& in c.
in iudiciis,de regulis iuris, lib.vj. & hoc regulari-
ter procedit,niſi in caſib⁹ iure expreſſis: vt tradit
Alex.in l.fi.col.ij.verſi,& ad allegata.C.de edēdo.
Si igitur nobilis vel egregia perſona fraudat cre-
ditores ſuos,non eſt illi indulgendū:quia fraus &
dolus nemini patrocinari debet c.ſedes.de reſcri.
l.in fundo,ff.de rei vend.imò atrociori pœna de-
berēt puniri:quia,vt inquit Iuue. ſatyra. viij.Om-
ne animi vitium tantò conſpectius in ſe crimen
habet,quantò maior qui peccat,habetur.pro quo
eſt text.in l.presbyteri.C de epiſco. & cle.& in c.
ij.in fine,de tranſla.epi.& cle. ij. vbi Car. de vita
& honeſtate cle.Tamen quia in caſu noſtro taxa-
ta pœna eſt in d.l.fin.in fi. ideò illa imponi debe-
ret,cùm contrarium non reperiatur cautum. ne-
que obſtat huic opi.quæ Bar.dicit in d.l. deſerto-
rem,in prin.ff.de re milita.cū aggregatis per Feli.
in c.cùm quidam,de iureiur.vbi text. pro prædi-
ctis:quia illa dicta procedunt quando nobilis vel
egregia perſona poſſet pœnam corporalem pecu-
nia redimere:quia tunc mitiùs in corpore punie-
tur quam vilis:ſecus verò in caſu noſtro, vbi non
eſſet ſoluendo:quia tali caſu, ne fraus & dolus re-
maneāt impunita, & creditores damnum patian
tur,ego crederem quòd in talibus non fiat diffe-
43 rentia,per ſupradicta. † Et iſta concluſio & re-
gula gl.noſtræ procedit etiam ſi ille debitor alie-
nans in fraudem ceſſiſſet bonis : quia licèt ceſſio
bonorum aliâs cedentem à carceribus liberet l.j.
C.qui bonis cedere poſſunt.iſtum tamen alienan
tem in fraudem non liberaret iſto caſu.Ita eſt tex.
ſingularis ſecundum primum intellectum gloſ.
ibi quem ibi approbat Bar.in d.l.fi.§.fi. ff.quæ in
frau.cre.idem Bar.in l.alia §.eleganter.in fi.ff.ſol.
matri.cum aliis deductis hîc per Iaſ.Et vltra hoc
ipſum idē tenet Bart. Soci. in tractatu regularum
fallentia xlvj. & xlvij:faciūt quæ not. Bal.in cōſi.
xxxj. in v.parte. & declarat notabiliter excellens
vir dominus Vitalis de Cābanis in tractatu clau-
ſularum fo.cclxxxij. ſub clauſula ceſſionis bono-
rum. in prin.& d.l.fi.§.fin. ad hoc quidem excla-
mat ſingularem Ioan.de pla.in l.j.in fi.de iure fiſ.
lib. x. & latius cæteris perplura dicta hoc exor-
nat And.ſicu.in cap.quæ in eccleſiarum.in v.col.
nu.xv.& ſeq. de conſtitutio. Extat igitur con-
cluſio ex his dictis Iaſ. & doc. hîc quòd debitor
qui malo modo diſtraxit bona in fraudem,debet
incarcerari:neque iuuatur ceſſione bonorum.

Sed modo aduertendum eſt circa iſta. primò
quòd regula glo.noſtræ & doc. quòd debitor de-
beat incarcerari,nō probatur in d.l.fi.§. fi.ff.quæ
in frau. cred. videlicet quòd debitor exutus om-
nibus bonis poſſit in carcerem detrudi : imò ille
text. probat in contrarium. Nam dicitur ibi in
prin. d.§. fin. quòd iniquum eſt dari actionem in
eum cui bona lata ſunt : quia inanis eſt actio quā
inopia debitoris excludit l.nam his, ff.de dolo.&
poſtea dum text. dicit dari actionem quo ad pœ-
nam &c. loquitur quando debitor tantùm par-
tem bonorum alienauit, non omnia bona. patet
ibi dum dicit , ſi verò quædam de his diſperſiſſet
&c.& ſic tex.præſupponit quòd aliam partem oc-
cultaſſet,vel ſibi pro victu reſeruaſſet vnam par-
tem bonorum:iuxta l.pe. ff.de ceſſio. bono. quia
illa dictio quædam,eſt particularis,& ponit exce-
ptionem à regula l. quædam, ff. de iure codi.& l.
quædam,ff,de acqui.rerum do. c.cùm dilectus.de
dolo & contu.ob quam cauſam datur contra ta-
lem fraudatorem actio in pœnam,quod ſibi reti-
nuit,extorqueatur propter fraudem:vt hac pœna
affectus detegat vbi bona repoſuit,aliâs non con-
ſonat quod text.de exuto omnibus bonis loqua-
tur : cùm iſto caſu plus incommodi quam com-
modi

modi affert illa detruſio in carcerem creditori. Nam creditori tenetur eo caſu alimenta præſtare ipſi debitori carcerato, iuxta gloſ. in l. fi. in ver. agnoſcere. C. de eroga. mili. anno. quam ibi valde no. doc. & Angel. in §. fi. in fi. infrà eodem. quod tamen ceſſat quando non in omnibus debitor eſt exutus: quia tunc datur contra eum actio ad pœnam, videlicet quod cōdemnetur etiam non relicta ſibi veſte: vt dicit gloſ. in d. l. fi. §. fi. quam commendāt hîc omnes: licèt non in hoc puncto.

44 † Sed ex alio mihi videtur quòd doc. & gloſ. hîc grauiter decipiantur, quòd text. in d. §. fi. non loquatur de carcere prout gloſ. hîc & doc. dicunt probatur ibi dum dicit quod prætor dat creditori actionem in pœnam. illa enim verba in pœna non conſonant, vt pro carcere exponantur: vt dicunt docto. quia carcer de iure ciuili in pœna nō datur: vt dicit tex. ad literam in c. quamuis. de pœnis lib. vj. l. aut damnum, §. ſolent. ff. de pœnis. ſed illa pœna debet intelligi de illa de qua cauetur in l. ſeruorum. in fi. ff. de pœnis. vel de ſimili alia corporali. vel melius & verius de pœna, vt nihil ſibi relinquatur vnde poſsit ſuſtentari, quod videtur maxima pœna: vt in l. quiſquis. C. ad legem iuliam maieſtatis. Secundò principaliter aduertēdum eſt quòd non eſt verum, quod dicit Iaſ. & alij ſuprà relati, quòd ſi debitor, qui alienauit in fraudem, ceſſerit bonis. quòd adhuc poſsit incarcerari: cum ſit contra text. in l. j C. qui bonis cedere poſſunt. qui indiſtinctè loquitur: & per cōſequens non debet eius fauor per ſubauditiones reſtringi: vt dicit gloſ. ſingularis in capitulo cupientes, §. quod ſi per xx. in verbo petere. de electio. libr. vj. quam ad hoc etiam commendat Iaſon in l. fina. in iiij. columna. C. de ſacroſan. eccle. & Hippo. de marſil. in l. furem. in prima columna, de ſica. cum ſimili vt per And. ſicul. poſt Anto. in c. eam te. in xv. colum. de reſcrip. Sed potius illius l. fauor con uenit ampliari cap. odia de regu. iur. libro ſexto, & quia ceſsio eſt contraria detruſioni in carcerem. nam ad poſitionem vnius ſequitur: vt concludit Felin. in capitulo ex reſcripto. nume. xj. de iureiur. & text. in d. l. fin. §. fin. non patitur illum intellectum primum gloſſ. ibi cum in illo text. non fiat mentio de ceſsione. vnde dicere quòd ibi à debitore fuit facta ceſsio, eſt aperta diuinatio ad illum text. & lacerare. dicta l. j vt de hoc etiam perpendit Ludouicus Bologni. in primis interpretationibus ſuis. Tamen ab iſtis motiuis Iaſ. & alij poſſent defendi: quia licèt in dicta l. prima de illo remedio carceris non caueatur: hoc tamen nobis per aliam regulam iuris conceditur, qua cauetur quòd quando iudex vel pars vnum remedium eligit, & illud non ſufficit, poteſt alium eligere l. j. §. quid ergo, ff. de ven. inſpi. l. conſentaneum. & ibi hoc tenet Bartol. in fi. C. quomodo & quando iud. vbi vult quòd dato quòd in actorem ſit tranſlata poſſeſsio bonorum, poteſt tamen adhuc facere capi reum perſonaliter: quia donec ſibi plenè nō eſt ſatisfactum & actualiter, ſemper poteſt recurrere ad iſtud remedium: vt per plura probat Iaſ in l. j. in princ. in vj colu. nume. xxiij. ff. ſi quis ius di. non obtempe. Sed in caſu noſtro per ceſsionem non eſt plenè & actualiter ſatisfactum creditori: fraudato igitur, &c. & ideò ex alio mihi videtur quòd iſta regula ſupradictorum doctorum eſt falſa. Nam præſuppónūt vnū, quòd iſte debitor qui alienauit in fraudem, & ſic per conſequens tenetur ex maleficio: vt ſuprà dixi in ſecunda parte, & dicam infrà latiùs, vnà cum gl. poſsit cedere bonis, limitando per hoc l. primam. C. qui bonis cedere poſſunt. cùm regula communis ſit in cōtrarium, quam firmat idem Iaſon in terminis noſtris ſibi contrarius in §. fin. verſic. eum quoque, nume. xviij. in ix. limitatione infrà eodem & tenet Bald. in l. prima in v. quæſtione. C. ſi quid in fraudem patro. licet Iaſ. eum pro opinio. prædicta & male, allegauerit: & hanc eſſe communem cum multis concordan. firmat Barthol. Veronen. in conſilio ix. incipien. quidam ex delic. in fi. prin. & columna prima. ſi igitur iſte debitor non poteſt cedere bonis: ergo nulla eſt ſpecialitas, quòd poſsit incarcerari, præſuppoſito quòd hoc dicat dicta l. fi. §. fina. & ſic malè dicit Iaſon quòd per hoc limitatur dicta l. j. C. qui bonis cedere poſſunt. cogita.

45 † In eadem glo. ibi eſt & Fauiana, quę competit &c. Concluſio gl. eſt quòd tres ſunt actiones reuocatoriæ: vna quæ vocatur in factum Pauliana: ſecunda Fauiana quæ competit patrono: tertia Caluiſiana quæ competit tam patrono quàm creditori. Et licèt cum hac opinione gloſ. concor. Odofr. in libellis ſuis, folio quarto. Breuiter reſecatis opin. variis quæ reperiuntur circa hoc, de quo hîc latè per docto. communis opin. eſt contra gloſ. videlicet quòd ſint quatuor actiones reuocatoriæ: nam actio in factum & Pauliana ſunt duæ actiones diſtinctæ: vt dicit gloſ. hîc in principio: licèt poſtea ab illa opin, receſſerit: & hoc firmat eadem gloſ. ſibi contraria in l. debitor. in verſiculo petant, ff. de his quæ in fraudem creditorum, & aliæ duæ de quibus dictum eſt ſuprà. & ita eſſe communem atteſtatur Bartolus in lege finali, ff. ſi quid in fraudem patrono. Et vltra ipſum hoc prius firmat Specu. in titulo de rebus eccleſiaſticis. non alie. per totum, & ibi ponit formam libelli vniuſcuiuſque, & ſequitur Socinus, in conſilio centeſimo octauo, incipi. in hac conſultatione. in prima & tertia colum. in primo volumi. & Ioan. de ſancto Blaſio in tractatu ſuo actio xvij. & xviij. actione: idem tenet Ioan. Criſpus de Montibus in ſuo arbore & tractatu de terminis actio. & hæc opin. mihi placet: licèt de facili poſsit ſuſtineri opi. contraria. Aduertendum eſt ad aliud quòd dum doctor. omnes hîc concludunt dari aliam ſpeciem Caluiſianæ quæ dicitur vtilis, quæ competit filio arrogato contra recipientem à patre alienante in fraudem ſuæ partis debitæ à iure: vt in l. fi. ff. ſi quid in fraudem patro. videntur clarè præſupponere quòd ſolùm hæc actio ſit vtilis, aliæ verò ſint directę. Sed tamen in contrarium eſt caſus apertus in l. qui autem, §. qui neceſſarius. & l. ſi pignus. & l. ait prætor. §. ſi quid in fraudem, ff. quæ in fraudem creditorum. qui text. veniunt continuatiuè à l. prima, & appellat eam vtilem, igitur illa quæ datur arrogato non eſt ſpecies de de per ſe: ſed eſt communis, quæ competit etiam aliis creditoribus. cogita: quia eſt nouum. In eadem gloſ. ibi, ſed quæro quare ſunt hîc poſitæ &c. colligitur ex gl. quòd actiones iſtæ reuocatoriæ perſonales ſunt: & hæc eſt communis opi. Iaſ. tamen hîc poſt Nicolaum & Fabrum tenet con trariū, quòd non ſunt merè perſonales, ſed in rem ſcriptæ: quia illę dicuntur in rē ſcriptæ quæ à principio ſunt perſonales: quia oriuntur ex contractu vel quaſi, maleficio vel quaſi, ſed cum comitātur

rerum

retum poſſeſſores, dicuntur in rem ſcriptæ: & hic per eum, & declarat not. Bartol. in l. ſi tertius §. ſi quis prius, ff. de aqua plu. arcen. & latius reaſſumit idem Iaſ. in rub. ff. ſi certum petatur. Sed vos non recedatis à communi: pro qua eſt tex. in l. j. §. hæc actio, ff. ſi quid in fraudem patro. ibi, in
46 perſonam eſt non in rem. † Non obſtat quòd detur contra poſſeſſorem: quia hoc non infert de neceſsitate quòd ideò in rē ſcripta ſit: patet: quia actio finium regundorum dicitur perſonalis l. j. ff. fi. regun. & tamen datur contra poſſeſſores, vt ibi: & idem de actione fami. erciſ. vt in l. j. §. j. C. de anna. excep. & l. item Labeo §. familiæ, ff. fami. er. & tamen dantur ad inſtar realiū: vt tradunt Modet. in rub. ff. ſi certum petatur, patet etiam: quia hæc actio eſt perſonalis, & tamē datur contra poſſeſſores l. ait prætor §. hæc actio. & §. per hanc, ff. quæ in frau. credi. Et quia omnes in rem ſcriptæ enumerãtur per gl. magiſtram in l. iij. §. eſt autem perſonalis, in glo. j. ff. ad exhib. inter quas iſta non reperitur non alio reſpectu, niſi quia in iſta actione multa ſpecialia inducta ſunt quæ in aliis reperiũtur. patet: quia omnes perſecutoriæ reales ſunt §. ſequens, infrà eo. & tamen iſta eſt rei perſecutoria. vt ſupra eſt dictū. & ad idē eſt text. in l. ſi fraudator, §. ſi à ſorore, ff. quæ in frau. & tamen nō eſt in rem ſed in perſonam. faciũt alia ſpecialia quæ adducũt hìc docto. videlicet quòd cùm regulare ſit, quòd ceſsio bonorum excludat actionem, & reddat inanem: vt toto titulo. C. qui bo. cede. poſ. iſtam tamen actionem, præſuppoſita communi opi. pro vera, ceſsio non impedit: vt eſt tex. in l. fi. §. fin. ſecundum primum intellectum glo. ſingularem quem ſequũtur omnes, ff. quę in frau. credi.

Non obſtat, ſi dicatur, vt hìc dicit Faber in fi. iſtius §, quod iſta eſt in rē ſcripta ea ratione, quia in ea iuratur in litem: vt l. tenetur. §. fina. ff ſi quid in fraudem patro. Quia dico quod iſtud quòd iuretur in litem, venit ex officio iudicis etiam in conſequētiam, nō ex natura actionis: & ideò non debet attendi, vt ſpeciem nouam actionis producat: vt dicit gloſ. no. in §. rei perſequendæ: in ver. actiones, infrà eodē. & argu. text. in l. qui habet. ff. de tutel. & eorum quæ tradit Bart. poſt gloſ. in l. certi condictio. in prin. ff. ſi certum petatur dum alle. tex. in l. item veniũt, §. cùm prædiximus, ff. de petitione hæreditatis. Et quod iſtæ actiones dicantur perſonales, eſt caſus, & ibi apertè tenet Bar. in l. qui à debitore, ff. quæ in fraudem credi. quæ omnia tene menti. In eadem glo. ibi, ex quaſi maleficio & c. duo colliguntur. Primò quòd quando fraus cõcurrit ex vtraque parte, videlicet tam ex parte debitorū alienantis. quàm recipientis, tunc actio oritur ex quaſi maleficio. Secūdo, quòd quando ſolus debitor participat de fraude, non autem recipiens, oritur iſta reuocatoria ex quaſi cõtra-
47 ctu. † Circa primum Iaſ. hìc poſt Per. et quoſdam alios tenet cõtrarium, quod imò tunc concurrente dolo vtriuſque oriatur ex maleficio, motus principaliter: quia dolus eſt delictum: vt l. j. iuncta glo. crimine. quam ibi not. Barto. ff. de fideiuſſo. tuto. l. item exigit. ff. de dolo & l. j. §. ſi apud. ff. depoſiti. cum alijs, vt hìc per eum: quibus adde tex. magis expreſſum in l. prima. §. planè, ff. de tutel. & ra. diſt. & ibi Bald. per illum text. dicit quòd ſtatutum loquens de delicto, intelligitur de dolo: quia eſt delictum: per textum ibi quem ad hoc dicit meliorem de iure Iaſon in lege, ſi verò, in prima colum. ff. qui ſatiſda. cogantur. & ante ipſum alleg. Alexand. in l. ſi videtur. §. fi. in fi. ff. ſi quis ius di. non obtemp. & in l. ſi quis nec cauſam. in fine ff. ſi certum petatur. ad idem eſt text. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de mino. et bonus text. in l. iij. ff. de cri. pec. quem ad hoc allegat Corne. conſilio clxxxij. videtur in quarto volumine cum ſimilibus: vt ibi per eos. Sed tamē videtur quòd gloſ. iſta bene dicat, quòd actio de qua in propoſito noſtro, oriatur ex quaſi maleficio. Non obſtat, quod dicit Iaſ. quòd dolus eſt delictum, quia illud eſt verum, quando materia ſubiecta, ex qua oritur obligatio principalis, erat criminoſa: ſecus verò ſi obligatio principalis non oriebatur ex delicto, ſed ex bono titulo: nā tunc dolus poſtea obueniens non dicitur propriè maleficium. de hoc eſt docti. Bar. in l. omne delictū. in prin. ff. de re mili. vbi no. declarat illū tex. dum ibi probatur quòd contumacia eſt delictum, ea ratione, quia nō ſit ſine dolo: vt dicit Bar. in l. minor. la prima, ff. de mino. facit l. ex conſenſu, ff. de appel. & l. non poteſt, ff. de reg. iur. & tamen dicit ibi Bart. illud procedere quãdo materia ſubiecta vnde oritur illa cõtumacia, eſſet criminoſa: vt ibi per eum. Suadetur hoc: quia licèt dolus crimen dicatur: dicta l. prima. de fideiuſſo. tuto. alleg. per Iaſ. crimen tamē à delicto & maleficio diſtinguitur. & hæc tria inter ſe differunt: vt colligitur ex tex. & glo. in ver. delictum. in l. prima. C. ſi aduer. delic. & declarat Bar. in l. aut facta. in principio, ff. de pœnis. ſequitur Alex. in l. ſi mora. in quinta columna, nume. xiiij. ff. ſolu. matri. & eſt gloſ. ordinaria in regula peccatum. de reg. iur. libro ſexto. præſertim in caſu noſtro in quo velamentum contractus bonæ fidei pręcedentis operatur, vt non dicatur verum maleficium, ſed quaſi: vt dicit hìc Dyn. & Ioan. de Platea: pro quibus bene facit text. in l. cùm filius, §. hæres, ff. de lega. ſecundo. in fi. & ſic debet haberi reſpectus ad primæuam cauſam & originalem obligationis, arg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur. ſecundum quam temperari debet dolus commiſſus in alienando ſub illo velo: argu. text. in l. non debet. in fi. ff. de dolo: faciunt quæ in ſimili in pulchro caſu & quaſi in terminis dicit Aret. in l. continuus §. illud. in ſecunda columna, ff. de verborum obligatio. accedant quæ adducit Soci. in conſilio liiij. viſa breui narratione. in penultima columna. verſicu. ſi tanquam, in quarto volumine. & ita puto quòd opinio. gloſ. poterit ſuſtineri. Vel ſecundò dicas quòd iſtud argu. Iaſ. eſt à remotis: nam tempore arguit de fraude de qua loquitur hìc tex. & edictum prætoris ad dolum de quo nō loquitur: quia ſunt diuerſa: argumen. enim rectè procederet econtra: quia omnis dolus dicitur eſſe fraus. ſed non conuertitur: vt eſt gloſſ. nota. in capitulo primo. in verbo, fraus. lxxxj. diſtinct. quæ alleg. text. in l. iuris gentium §. ſi fraudandi. & ibi eſt gloſ. ff. de pactis. & ſequitur Areti. in §. præterea in ix. columna. verſiculo quæro quid differat, infrà eodem. Et ideò ex diuerſis non fit bona illatio, l. neque C. de
48 probationibus l. Papinianus, ff. de minor. † Secunda concluſio ex gloſ. colligitur quòd quando ex parte alienantis tantum dolus reperitur, non autem ex parte recipientis, quòd tunc actio reuocatoria oritur ex quaſi contractu: & hoc intelligi debet de recipiente ex cauſa lucratiua, contra quem etiam ſi de dolo non participet, reuocatoria

uocatoria datur:ſecus ſi ex titulo oneroſo: vt dictum eſt ſuprà poſt gloſ. primam & ſunt iura clara in l. qui autem §. ſimilique modo & l. ſi fraudator, ff. quæ in fraudem creditor. Et iſte quaſi contractus oritur ex interuentu rei: vt notabiliter declarat Bartol. in l. ſi tertius, §. ſi quis prius. columna prima, ff. de aqua pluuiali arcenda. Nam eoipſo quòd res peruenit ad emptorem vel legatarium, ex illa ſuſceptione inducitur quaſi contractus, ex quo oritur actio perſonalis: vt ibi dicit Barto. & hoc ratione ſuadetur: quia ille emptor ſeu legatarius directè non contraxit cum creditore agente, ſed in conſequentiam, eo ipſo quòd cum eius debitore contraxit ſuper illa re pro qua competit reuocatoria: & ideò ex quaſi contractu tenetur, & non ex contractu: vt hic dicit gloſ. In fine gloſ. colligitur quòd poſſeſſores bonorum alienantis vti poſſunt retentione. ſed breuiter, vt omnia contraria ceſſent, & habeatur reſolutio in hac materia, poteſt ita diſtingui, quòd aut ſunt plures creditores quibus competit reuocatoria, aut eſt vnus. primo caſu aut omnes agunt, aut vnus tantum & alij non. primo caſu quando omnes agunt, poterit poſſeſſor ſoluendo quod eis debetur vti retentione l. prima. C. qui potiores in pignore habeantur. & l. euictus, hîc alleg. in gloſ. & ratio eſt: quia tunc ceſſat præiudicium quod reſpectu pretij & pecuniæ conſideratur: vt dicit text. in l. prima §. ſed ſi rem, ff. ſi quid in fraudem patrono. Secundo caſu quando vnus agit, & alij non, & tunc ex quò tacitè quemadmodum videtur ius aliorum in iudicio deductum non poterit poſſeſſor ſoluendo iſti creditori agenti retentione vti, ne ius aliorum elidatur: ſub diſtinctione tamen text in l. ait prætor §. illud, ff. quæ in fraudem credi. Secundo caſu principali quando non eſt niſi vnus creditor, & tunc res de plano procedit, quòd vti retentione poterit dato illi quod ſibi debetur: & iſto modo breuiter reſecantur ea quæ hîc Iaſ. inuoluit, & per hæc ſit expedita hæc gloſ. reliqua extra gloſ. quæ proſequi non intendo, ne impediatur proceſſus, & implicetur in-
49 genium veſtrum, videatis per vos. † Sed iuxta prædicta quæro de noua quæſtio. habetis ex ſupradictis quòd debitor alienans in fraudem in vltima voluntate, puta legatum etiam ignoranti competit reuocatoria contra poſſeſſorem, dictis iuribus ſupra allegatis: quia illud edictum propter fraudem & dolum alienantis datur: vt in l. j. quæ in fraudem credi. Sed quæro cur non idem dicimus in alienatione doloſe facta in vltima voluntate in illo edicto de aliena. iudic. mu. cauſa fac. cum illud edictum etiam detur propter dolum alienantis ſiue cedentis in potentiorem in fraudem ſui aduerſarij: quo caſu competit actio in factum: vt in l. prima, ff. de aliena. iudi. mutan. cauſa facta. & tamen illa fraus & dolus non conſideratur, quando in vltima voluntate aliquid relinquitur ſiue legatur potentiori: vt l. ex hoc edicto §. ait prætor, ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. ergo pariter idem eſſet dicendum in caſu noſtro de quo patet contrarium in dicta l. qui autem. quæ in fraudē credi. nec poteſt dici, vt dicebat gloſ. in d. l. ex hoc edicto, quòd neceſsitate compulſus relinquit in illo caſu, cùm per mortem relicturus ſit: quia fateor: ſed nō in potentiorem, & ſic in fraudem: & illa ratio militat etiam in caſu noſtro Et ſi hoc dictum glo. admittatur, eadem ratione eſſet dicendū in hac materia quòd legatum non reuocaretur: & ideo adhuc deſideratur ratio diuerſitatis cur ibi non fuit prohibitum legare potentiori propter fraudem, quemadmodum hîc. cogitetis de bona ratione.

SVMMARIA §. ITEM SERVIANA.

1 ☞ *Quadruplex eſt pignus: de quibus hic remiſsiuè.*
Quid ſit pignus prætorium & quid iudiciale.
Quomodo differt pignus conuentionale à prætorio. vide hic plures differentias.
2 *An & quando procedat illa regula, quod factum iudicis cenſetur factum partis.*
3 *Quaſi ſeruiana, quæ hipothecaria ſiue pignoratitia dicitur, duplex eſt & quando competat.*
Pignoratitia ciuilis triplex eſt. & quando & quibus competat.
4 *Qualiter & in quibus differunt actio hypothecaria, prætoria, & pignoratitia ciuilis.*
5 *Quid requiratur ad intentandum hypothecariam & per quæ verba fiat conſtitutio pignoris, vide remiſsiuè.*
6 *Dictio item, eſt repetitiua ſimilium cum eiſdē qualitatibus.*
Dictio itē, quādo ponitur in oratione penitus diuerſa, nō repetit ſimilia cū eiſdem qualitatibus.
7 *Actio ſeruiana propriè tantum cōpetit pro rebus coloni ad penſionem obligatis: ſed quando agitur pro rebus alijs aliter obligatis, competit quaſi ſeruiana ſeu hypothecaria.*
Caſus ſimiles non cenſentur etiam per taxatiuam excluſi.
8 *Creditor habens rem debitoris pignoratā, ſi eius poſſeſsionem ammittit, poteſt agere ſeruiana.*
Octo & plures ſpecies colonorum: de quibus vide remiſsiuè.
Quantum ad tex. noſtrum, duæ ſunt ſpecies colonorum, videlicet conductij & partiarij.
Conductitij coloni ſunt illi qui nummis colunt: & qualiter hoc intelligatur.
Coloni partiarij ſunt illi qui lucrum & damnum cum locatore participant.
9 *An illata in fundum, etiam per colonum partiarium, ſint tacitè obligata domino.*
Colonus partiarius an ſit propriè colonus.
Colonus partiarius an dicatur ſocius. & nu. 10. 11.
Verbum colonus, eſt generale.
10 *Colonus dicitur qui non gratuitè habitat.*
De ſubſtantia emptionis eſt pretium in pecunia numerata.
Societas ſolo conſenſu, non ſola re, contrahitur.
11 *Cui competit definitio, debet competere definitum.*
Definitio coloni quæ ſit.
12 *Dictio quaſi, improprietatem denotat.*
Societas morte ſocij extinguitur: ſecus eſt in colono partiario.

13 Inuecta

13 *Inuecta tam per colonum iu fuudum quam per inquilinum in domum, ceuſentur tacitè hypothecata pro penſioue, declarando & ampliando vt hic. & un. 14. 15. & 16. & ſequeutibus.*

Fructus naturales etiam ſunt obligati pro penſione. ſed fundus vel domus empta ex pretio fructuum venditorum: quia non ſunt tacitè hypothecata, & ratio aſsignatur

14 *In hypothecata an & quando pretium ſuccedat loco rei.*

Res quæ in generali obligatione uon veniunt, non cenſentur tacitè hypothecatæ pro penſio. ponuntur exempla.

16 *Inuecta iu prædio ruſtico nou ceuſentur tacitè hypothecata, niſi dominus ſciuerit.*

Quæ dicantur prædia ruſtica, & que vrbana. vide remiſsiuè.

17 *Bona iuuecta quæ non ſunt couductorum, ſed alterius, non ſunt tacitè hypothecata pro penſioue. & numero 24. & 25.*

18 *Bona mobilia inuecta tantum ſunt tacitè hypothecata, uou autem uomina debitorum.*

19 *Inuecta & illata duntaxat eo animo, vt ibi ſint, donec finiatur locatio, ſunt tacitè hypothecata & qualiter hoc cognoſcatur.*

Res vendes innectæ & quando cenſeutur tacitè hypothecatæ pro penſione: & quid de pecunia, uumero. & 20. & 21. & 22.

Iu generali legato an & quādo veniāt res venales

20 *Pecunia uon circumſcribitur loco.*

Pecunia eſt de rebus quæ ſeruando ſeruari nou poſſunt.

In alienatioue pecuniæ uou eſt opus decreto. & de qua pecunia intelligatur.

In obligatione ſiue hypotheca generali res venalis comprehenditur: ſecus iu legatis.

Vbicunque aliquis eſt præſens alicui actui quem contradicendo poſſet impedire, ſibi præiudicat.

Permittēs aliquem teſtari de re ſua, ſi non contradicit, ſibi præiudicat.

25 *In præiudicialibus tacēs habetur pro cōtradicente.*

26 *Hypotheca expreſſa alienationem impedit & res tranſit cum ouere ſuo, ſi alienatur.*

Hypotheca tacita de qua iu text. noſtro alienationem rerum innectarum uon impedit: declarando vt hic.

Taciti & expreſſi eadem eſt virtus.

27 *Quomodo differt colouus ab inquilino.*

Communis vſus loquendi præualet et proprietati vocabuli.

Nobilis habitās villā ſuerns uō cenſetur ruſticus.

Locus uon nobilitat hominem, ſed virtus.

Nobilis patria reduudat filijs eius ad gloriam

Talis quis præſumitur, qualis eſt eius patria.

28 *Gens Sclauonum eſt deterior quàm ſit iu mundo.*

Quiſque naturaliter mouetur ad tuendos mores patriæ.

Patria ſua cuilibet eſt dulciſsima.

29 *Quæ requiruntur ad voluutatem tam de iure ciuili quàm canonico.*

Nobiliores dicuntur illi qui ſuut iu minori ciuitate, quàm qui ſunt in maiori: & ideò data paritate, debent tanquam digniores præferri.

30 *Incongruum eſt rei familiaris detegere vilitatem.*

Limitatur hæc ratio glo. in quantum dicit quòd ruſticitas &c.

Alia ratio quare inuecta in fundum ruſticum non cenſentur tacitè hypothecata,

In generali obligatione expreſſa omnium bonorum non cenſentur incluſa iuſtrumenta quæ ad agriculturam non conueniunt.

31 *Quando dicantur res receptæ in cuſtodiam nautæ cau. ſtab.*

An & quando ex bonis inuectis in cauponam vel nauim fuerit aliquid ſubtractum, ſtetur iuramento hoſpitis & damnum paſsi

32 *Iuuecta in fundum vrbanum etiam per ſecuudum couductorem conductoris ſunt tacitè hypothecata: & quid in fundo ruſtico.*

Exempla uon reſtringunt regulam.

Inſula propriè loquendo fuudus ruſticus eſt.

Iuſulæ iudicantur eſſe eiuſdem iuris quod prædium ſibi magis coniunctum.

Quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt.

33 *Seruiana & quaſi ſeruiana vnde dicātur. et nu. 34.*

Melius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere, etiam quo ad debitores.

Qui tenetur dare fideiuſſorē, dādo pignus liberatur.

Nou valet pactum quod liceat creditori vendere pignus, ratione de qua hic.

35 *Agens hypothecaria debet probare dominium: ſecus in ſaluiano interdicto: & quomodo intelligatur.*

Quæ requiruntur in agente hypothecaria.

Res dicitur in bonis, cuius dominiū verū habemus.

Natura genitiui eſt importare verum dominium.

Verba. l. in dubio proprie accipi debent.

36 *Hypothecaria dicitur petitorium iudicium non poſſeſſorium: interdictum verò ſaluianum dicitur poſſeſſorium.*

37 *Pignus an poſſit præſcribi. & quid in creditore, & quid in debitore. & nu. 38. & 39. & quid in hypotheca numero 40.*

38 *Aliena res bona fide & iuſto titulo poſſeſſa datur in pignus.*

39 *Facultas eundi per viam publicā uon præſcribitur.*

41 *Mobilia & immobilia corporalia, & incorporalia pignori obligari poſſunt: intelligendo vt hic.*

Iura quæ habet dominus iu vaſallos, & patronus in libertos obligari non poſſunt: etiā ſubditi non poſſunt alij domino ſe ſubijcere in præiudicium domini: limitando. vt nu. 42. & 44. 45. & 46. & 48. & 49.

42 *Si imperator faceret aliquam ciuitatem quæ ſua nou eſſet, confiteri eſſe ſuam, & ſibi iurare fidelitatem, non valeret tale iuramentum, &*

imperator

impêrator peccaret mortaliter. & ratio aſſignatur.

43 Propter bonum pacis receditur à regulis iuris.

Pro bono pacis poteſt liber homo obſes dari. & ſic loco pignoris aſſignari.

44 Princeps poteſt alienare terras ſuas vel donare propter remunerationem abſque aſſenſu ſubditorum: & quando procedat.

Propter remuneratioнē recedimus à regulis iuris.

Donatio remuneratoria propter ingratitudinē non reuocatur.

47 Prohibitus vendere, prohibetur pignorare.

30 Argumentum à ſimili eſt fallax.

31 An ſeruitus vrbana poſſit pignorari.

32 Vbicunque per aliquem cōtractum inducitur deformatio ædium, talis obligatio non valet.

Legatū tegulariū vel tigni alicuius domus nō valet.

Valet precarium ſeruitutis vrbanæ quando per illud non deformatur ædificium.

33 Quilibet in rebus ſuis cautus præſumitur

34 Quare potius cautum eſt per velleia. quod mulieres non poſſunt ſe obligare, quàm quod non poſſint donare,

Seruitutes non ſunt in bonis noſtris.

35 An pignus poſſit eſſe in re mobili.

Pignus dicitur à pugno.

36 Seruiana & quaſi ſeruiana ſunt actiones reales.

ITEM ſeruiana. Præmitte ad intelligentiā iſtius tex. ea quæ hîc Iaſon præſupponit, videlicet quod † quadruplex eſt pignus: prætorium, iudiciale, conuentionale, & legale, & 1 & has quatuor ſpecies poſuit glo. quam ibi no. Bar. in l. prima. C. qui po. in pig. habe. & notabilius & latiùs proſequitur idem Bar. ponens plures differentias in l. prima. ff. de pig. ac. & aliqua ſcribit poſt Abb. Feli. in c. cùm aliquibus. extrà de re iudic. & traditur per Bar. & omnes in l. à diuo Pio §. ſi ex conuētione. ff. de re iudi. & ponit Spec. in titulo de primo & ſecundo decreto. §. ſecundo & §. v. in principio. cum ſimilibus. & dicas vt ibi per eos. Ad vnum tamē aduertas quòd pignus prætorium appellatur quādo iudex nulla ſententia diffinitiua pręcedente, ſed ſolùm ratione contumaciæ procedit ad miſsionem in poſſeſsionem cōtra reum edicto prætoris, de quo in l. ſiue vnus. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. ea. iudiciale verò appellatur quando pro excutione definitiuæ, vt capiantur bona. & ita declarat Alexand. in l. à diuo Pio. §. in venditione. colum. penu. nume. xxxvij. ff. de re iud. licèt Iaſ. hîc ſibi attribuat tacito Alexandro. Tertia ſpecies pignoris dicitur conuentionale, de quo loquitur tex. videtur quòd differt à prætorio dupliciter: vt hic per Iaſ. Et vltra hîc dicta per eum, tu adde aliâs differentias quarum vnam ponit Iaſon hîc inter pignus conuentionale & prætorium: nam qui habet pignus conuentionale, habet illam rem ſibi obligatam, etiam ſi ad quoſcunque tranſeat. tamen non poteſt agere hypothecaria, & ſic actione de qua hic, niſi prius excuſſo principali debitore, authentica, hoc ſi debitor. C. de pignor. declarando, vt infrà dicam in ſecundo euidentiali. Adde Bartolum in §. primo. nume. xv. in authenti. de fideiuſſo. & in l. ſi creditor. §. primo. ff. de diſtract. pignor. & firmat Andr. ſicu. in c. quoniam. §. in aliis, nume. xlij. vt lit. non conteſta. hoc tamen procedit quādo vellem agere hypothecaria: ſecus verò ſi remedio l. fin. C. de acquiren. poſſeſſ. quia tunc requiritur excuſsio præcedens: vt declarat Ioan. Baptiſt. de ſancto Blaſio in arbore actionum, titulo, de quaſi ſeruiana. num. vij. & alia remedia ponit Bald. in d. authen. hoc ſi debitor. ſecus tamen eſt in prætorio pignore. quia poſſum non excuſſo prius principali debitore agere actione in factum aduerſus extraneos poſſeſſores, ad quorum manus res peruenit in cuius poſſeſsionem miſſus eram. Iſtud fuit ſingulare dictum Baldi in l. prima, columna prima, ver. ſed ego quæro. C. de his quæ in fraudem credi. & hanc doct. Bal. ſequitur Iaſ. & valde commendat in l. creditor. la. ij. in fin. ff. ſi certum pet. & ibi etiam reperit ſub breuibus has quatuor ſpecies pignorum, quas hîc refert ex illo tex. iuncta. l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic. colligitur vna alia differentia: quia in pignore conuentionali, qui accipit pignus non idoneum, non per hoc intelligitur renuntiaſſe reſiduo. d. l. creditor. ſecus verò in prætorio: vt in d. §. ſi pignora. item & tertiò iſtud pignus conuentionale quod conuentione partis fit, differt à prædictis aliis ſpeciebus in alio: quia iſtud poteſt fieri die feriato, ex quo in eo nulla requiritur iudicialis cognitio. l. ij. §. dies. quis or. in bo poſſeſſ. Sed in pignore iudiciali vel pręrorio, quod eſt quoddam decretum ſiue miſsio in poſſeſsionem, vt hic dicit Iaſon, requiritur tunc cognitio: & ideò in die feriato fieri non poteſt: vt in l. magis puto. §, ne poſſum, ff. de re. eorum, tenet Bart. & alij in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. ff. de re iud. cum ſimilibus: tamen ſi talis pignoratio non requirit cauſæ cognitionem, vnde poteſt fieri diebus feriatis: vt tradit Abb. & alij in c. fi. de iudi. & latius reaſſumit Guido papæ in decisione parlamēti. quæſtione ccxv. inci. an execu. Item differunt in alio: quia creditor habens pignus conuentionale, tenetur illud reficere. l. ſi ſeruus. ff. de pig actio. ſed ille qui habet pignus prætorium non tenetur niſi omiſsio caderet in dolum vel latam culpam, vel in miſsionē cauſa damni infecti: quia dominus eo caſu non poteſt ſibi imputare cum ipſe nō fulſerit: ita dicit Bar. in l. ſi finita. §. ſi quis dāni. ff. de dam. infec. Itē differūt in alio pignus cōuentionale & prætoriū: quia habens prætoriū pignus, ſi in poſſeſsionem cauſa rei ſeruādæ mittatur, & in poſſeſsione turbet. nō poteſt agere interdicto vti poſsidetis, quòd datur cōtra turbātes poſſeſsionē. caſus eſt expreſſus in l. ſi duo. §. creditores. ff. vti. poſsi. & ibi hoc not. gl. & ratio ibi redditur: quia creditores miſsi in poſſeſſionem, quod dicitur pignus prætorium, non poſſident, ſed detinent: vt ibi dicitur, & in l. iij. §. fi. ff. de acquir. poſſ. quod ſecus eſt in pignore conuentionali. l. qui pignori. §. j. ff. de acqui. poſ. & l. ſciendum. §. creditor. ff. qui ſatiſd cog. niſi actum eſſet inter partes quòd creditor haberet tantū tenutā, vt eſt gl. ſingularis in l. ſi ſeruus, quā ibi not. Bald. C. quod cum eo. Et declarat notabiliter Iaſo. in l. prima. §. per ſeruum corporaliter. per illum text. in principio, ff de acquiren. poſſeſſ. in vltimo notabili. & hoc idem prius tradit Baldus in conſilio cccxvj. quarto volumine. Non obſtat quòd factum iudicis cenſetur factum ipſius partis: vnde

quemadmodum debitor ex conuentione tradens pignus transfert poſſeſsionem naturalem & ciuilem in creditorem, eodem modo & ſi prætor ſiue index tradit: per regulam ſi ob cauſam: C de eniſtio cum ſimi. vt per Io. ignei in rep. l. contractus. in xlv. col ff. de regu. iur. Quia reſpondetur quòd illa regula procedit reſpectu dominij: ſecus autem reſpectu poſſeſsionis: ita declarat Alex. in l. peregrè. §. fi. ff. de acqui. poſſeſſ. alleg. l. licet. §. j. ff. depoſiti. iuncta l. intereſſe. ff. de acquir. poſſeſſ. & aliter iſtam regulam declarat Iaſ. in l. à diuo Pio. §. ſi emptor, in ij. colum. nume. iiij. ff. de re iudic. & in l. iuſte. in v. colum. nume. xx. ff. de acquir. poſſeſſ. & aliam declarationem ponit Bar. in l. prima. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Et licet pignus prætorium & conuentionale differant in pluribus, poſſunt tamen ſimul in eadé re concurrere, prout eſt caſus ſingularis quæ ad hoc notat Lancillotus Decius: & ita ſummat in l. fundus. ff. de annuis legatis. & ideò quemadmodum pro pignore conuentionali pignoratitia competit, vt vt hic: ita & pro pignore prætoris: caſus eſt de hoc in lege, is cui. §. quæri poteſt, ff. vt in in poſſeſsione lega. quem ibi ad hoc Bart. notat. & idem per illum tex tenet Bartn. in l. inquilino. in fi. ff. de dam. infect. & in l. prima, in prima col. nume. v. ff de pigno. actio. & eſt tex. quem ita ſummat Pau. de caſt. in l. ſi pecuniam, eodem ti. de pign. actio. cum ſimilibus: vt per Ang Aret. in §. actionum auté colum. ij. nume. lxxxj. infra eodem.

Quarta ſpecies pignorũ quæ non ponitur hic per Iaſ. licèt ab eo præmittatur, eſt pignus legale de quo loquitur totus titulus. ff. quib. mo. pignus
3 tac. contraha. & declaro in voce. † Secũdò pro intelligentia iſtius tex. & totius materiæ præſupponendũ eſt vltra alios, quòd quaſi ſeruiana, quæ hypothecaria dicit̃ ſiue pignoratitia, de qua text. noſter loquitur, eſt duplex: quædam eſt prætoria directa, alia prætoria vtilis, alia eſt pignoratitia ciuilis, quæ eſt triplex: hypothecaria ſiue pignoratitia prætoria directa, eſt illa quæ competit creditori prætendenti habere aliquod ius in bonis debitoris: & ideò agit ad rem ſibi pignoratam contra ipſum debitorem, vel eius hæredem tantum, non autem contra extraneum poſſeſſorem. hypothecaria vtilis prætoria eſt illa, quæ datur non ſolum contra debitorem principalem & eius hæredem, ſed etiam contra quemcunque poſſeſſorem. de vtroque eſt caſus in l. j. C. de ſaluia. inter. & in l. nomen. ibi, vtilibus actionibus. C. quæ res pign. ob. po. Pignoratitia ciuilis eſt triplex, quędam eſt directa quæ datur debitori contra creditorem, vt ſibi reſtituat pignus poſtquam ſatisfacit de debito. §. fi. Inſtituta. quib. mo. re contrahi. obl. & dicitur tunc ſatisfactum creditori, quãdo ei ſolutum eſt, vel accepto tulit quocunque alio modo conſtet creditorem velle à pignore recedere. l. ſi rem §. omnis, ff. de pigno. actio. Alia eſt contraria, que datur creditori contra debitorem multiplici de cauſa: vel quia aliquid vtiliter in pignore impendit. vel quia eſt deceptus à debitore re ipſa vel propoſito obligando ei rem alienam obligatam alteri, vel ęs vel ſtannum pro auro, de quo habetur in l. prima. §. ſi quis. & in l. tutor. §. contrariã. cum l. ſi quis in pignore. §. fi. ff. de pigno. actio.

Et quare dicatur directa & contraria, & quomodo cognoſcatur, habetis gloſ. no. in l. conſenſu. in verſicul. conſentire. in fi. ff. de actio. & obliga.

Alia eſt vtilis etiam ciuilis, quæ datur ei qui pignorauit rem alienam ſine conſenſu domini: & poſtea iſte pignorans eſt dominus pignoris effectus, l. rem alienam. in fi. ff. de pigno. actio. & l. j.
4 §. j. l. & Titio. cum ſequ. ff. de pig. † Differũt tamen hæ actiones, hypothecaria, prætoria & pignoratitia ciuilis in tribus principaliter, videlicet in natiuitate, vtilitate & vita: ita magiſtraliter tradit Bart. poſt gl. ibi in proœ. ff. orum. in §. parui. & reaſſumit Areti. in §. actionum autem. in xxvj. colum. infrà eod. cum concordan. quas congerit Alexan. in l. ſi tibi. §. de pignore circa fin. ff. de pac. natiuitate: quia hypothecaria naſcitur ex ſolo conſenſu. l. ſi tibi decem §. de pignore, & ibi Bar. ff. de pac. & ille ſolus cõſenſus producit actioné de iure prętorio vt ibi dicit Bar. Sed pignoratitia naſcitur rei interuẽtu. §. fi. Inſ. quib. mod re cõtrahi. obl. Et ratio differẽtiæ eſt: quia cùm directa pignoratitia cõpetat debitori ad repetendũ pignus poſt quam ſatisfacit: vt ſuprà eſt dictum, requiritur quòd rei interuentu præcedat traditio: aliàs autem non poſſet repetere quod non tradidit, quod ſecus in hypothecaria: quæ ſolo conſenſu contrahitur. Sed modo aduerte quòd poſſet dici quòd iſtud ideò eſt: quia iſtæ actiones in diuerſorum perſonis conſiſtunt: nam iſta hypothecaria datur creditori, ſed pignoratitia directa debitori: quo caſu ex diuerſitate perſonarum ius metimur. argum. textus in l. prima, §. primo, ff. ſi pars hære. peta. vt tradit gloſ. prima, in §. ſed iſtæ: ſuprà eodem. ſed data paritate perſonarum fortè differentia prædicta non procederet vt eſt in iſta hypothecaria, quæ datur creditori, vt dictum eſt, ad proſequendum pignus, & in pignoratitia contraria quæ datur etiam creditori quando res aliena ei pignorata eſt: vt ſuprà diximus: quo caſu poteſt agere, vt ſibi pignus conſtituatur, per ſupradicta: faciunt ea quæ notat Iaſon in d. l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pactis, dum iſta videtur confundi: ſed tamen vos non recedatis à communi. Vtilitate dicuntur etiam differre: quia pignoratitia eſt actio bonæ fidei: vt in §. actionum autem quædam. infrà eodem. hypothecaria verò eſt ſtricti iuris: quia illa non enumeratur. vt ibi tradit regula, gloſſa prima, & doc. Item etiam differunt: quia pignoratitia competit directa & etiam vtilis: vt ſuprà eſt dictum: ſed hypothecaria competit tantum creditori. ſed dic, quòd etiam hypothecaria eſt duplex, directa & vtilis: vt tenet Bartol. in l. rem. in prima columna, ff. de pignor. actione, & dixi ſuprà. In alio tamen differunt: quia pignoratitia eſt directa, ſed hypothecaria vtilis: quod probo per textum, & gloſſam ibi in l. prima. C. de precario & Sal. inter facit l. fi. & ibi gloſ. C. de hære. & ac. vendi. licet poſſet dici quòd ſit etiam directa: quia deſcendit ex verbis & mente prætoris. nam ita cognoſcitur vtilis à directa: vt tradit notabiliter Bartolus, & doctn. in l. curatoris. C. de negotiis, geſt. & in l. conſenſu. ff. de actionib. & obligationib. & per Cy. in regu. iur. lib. vj. & per ea quæ dixi ſuprà proximè, item quia actio pignoratitia competit tam pro pignore prætorio quàm conuentionali, Bartolus in lege, is cui §. quæri poterit. ff. vt in poſſeſſio. legato. ſed hypothecaria tantum pro conuentionali: vt. hic. in vita differunt: quia pignoratitia eſt ſemper perſonalis, hypothecaria in rem, cùm quælibet pignoris proſecutio

tio

tio eſt in rẽ.lege,pignoris.ff.de pignoribus l. con.
C.qui po.in pig.ha.l.iiij.§.Caro. in ij.col.de ver.
obl. nam datur contra quemcunque poſsi.etiam
extraneum:vt hic & ſuprà eſt dictum:licèt poſſet
de facili teneri quòd ſit perſonalis , cùm oriatur
ex contractu. §. omnium. ſuprà eo. ſed tene pri-
mam opi.& ad hoc reſponde per Bar.in l. pigno-
ris.C.de pig.vbi notabiliter declarat: ſed pigno-
ratitia ſolùm datur creditori & eius hæredi,con-
tra creditorẽ.l.ſi neceſſarias.§. pe.ff.de pi.ac.item
differunt in vita:quia pignoratitia,cum ſit perſo-
nalis,durat xxx.an.hypothecaria interdũ.xxx.in-
terdum.xl.interdum.x.interdũ.xx.vt latiùs dice-
tur ſuper gl. nihil intereſt.& no.in l.j.C.ſi aduer.
cre.& ita cum hanc diſtinct.Bar.in d.proœ.ffor ũ.
tranſeunt doc.d.l.ſi tibi.x.§.de pignore.ff.de pac.
cum concor.vt ibi per Alex.& ſequitur Feli.in c.
5 vj.de ſen.& re iu. † Et quid requiratur quò ad
intentandam hypothecariam,& qualiter proben-
tus,tradit latè Soci.in conſi.xcij.viſo proceſſu.in
iiij.vol.& Alex. in conſil. lxxviij. in cauſa & lite
circa fi.in vij.vol.nouiter edito & Bar.in §.illud,
nume.iij.in auth.de trien.& ſemiſ.& no.per eun-
dem in l. ſi fundus §.in vendicatione.ff.de pig.&
in l.rem alienã.ff.de pig.ac.de quibus dicã. infrà
in gl. Et per quæ verba fiat conſtitutio pigno-
ris,per Alex.in conſi.lvj.viſo inſtrumẽto.in prin.
in vj.vol.nouiter impreſſo:& an & quando cõpe-
rat hypothecaria ; & quando condictio indebiti,
vide Bar.in l.fin.§.& ſi præfatã.nu.iiij.C. de iure
6 deli. † No.primo ex iſto tex.item ibi ſecũdum
Ang.iuncta gl.hìc quòd iſta dictio item, eſt repe-
titiua ſimilium cum eiſdem qualitatibus. Bart.in
l.j.in prin.ff.de publi.cum aliis hìc per eum alle.
quibus adde Iaſ.pleniùs & quæ ibi poſt eum dixi,
in §.æquè.in ix.col.nume.xlv.ſuprà eo.ſed tu ad-
uerte: nedum eſt quòd quantum attinet ad iſtum
tex.non eſt verum quòd iſta dictio item , repetit
ſimilia cum eiſdem qualitatibus:quia §.præced.I-
tem ſi quis in fraudem. tractatur de actionibus
reuocatoriis, quæ perſonales ſunt. vt ibi cùm cõ-
muni opi.firmauimus ſuper glo.magna.in ver.po-
tere &c.ſed actiones de quibus hìc in tex. noſtro
tractatur,ſunt reales:vt ſuprà dixi in euidentiali-
bus,& tenent communiter ſcribẽtes,quæ penitus
ſunt diuerſæ natura,nomine, & effectu à reuoca-
toriis.§. præcedentibus. vnde potius eſt facienda
hìc regula contraria , quòd quando dictio item,
ponitur in oratione penitus diuerſa, non repetit
ſimilia cum eiſdem qualitatibus.: quam regulam
poſt Bart.in locis hìc per Ang. alleg.firmat Soci.
in conſi.x.incip.quamuis.in v.col.j.volum.& A-
lex.in conſi.xvij.incip.viſis,ſuprà narratis.col.fi.
lib.j.cum ſimi.vt dixi in d.§. æquè,in glo.magna.
7 † No.ij.iſtum tex.ſecundum Iaſ.hìc.quòd Ser-
uiana actio propriè tantum competit pro rebus
coloni ad penſionem obligatis:ſed quando agitur
pro rebus aliis àliter obligatis,actio quæ compe-
tit,dicitur quaſi Seruiana,quę eſt eadem quod hy
pothearia:&ſic quaſi Seruiana ſiue hypothecaria,
differunt à ſeruiana.ita iſtum tex.intelligit & de-
clarat Bar.in l.fin.ff.de ſal.interdict.quod alibi ſe
nõ legiſſe atteſtat Iaſ.hìc.Sed dic quòd hoc prius
colligitur ex dictis Pe.de Bella perti.& Iaco. hìc
ſuper gl.ij.quos latiùs refert Io. Fabri ſuper. d.gl.
ij.qui fortius volebant Pe.& Ia.quòd ex quo tex.
hìc dicit ſeruianam competere contra colonũ,nõ
idem eſt contra inquilinum.vt vult ibi gl.cùm de

inquilino text.hic nihil dicat : mori iſta ratione,
quia iura promiſcuè vtũtur iſtis vocabulis ſeruia
na,& ſaluiano interdicto:& tamen ſaluianum in-
terdictum nõ cõpetit niſi pro rebus coloni.l.j. ff.
de ſalui.interdic.ergo &c.& alia plura ꝓ hac par-
te adducũt:ex quibus, licèt in alio propoſito ſint,
bene tamen colligitur intẽtio iſtius opi.Iaſ. Imo
plus dicebãt,quòd ſi pro rebus coloni agerẽ hypo
thecaria,quòd ſuccũberẽ,& ecõtra:vt hic per eos:
licèt Faber teneat contrariũ :illo caſu in quo lo-
quũtur. Sed tamen aduertendum eſt quòd iſta
non videntur ſine dubio:nã licèt tex.noſter dicat
quod ſeruiana pro rebus coloni detur:pro hoc ta
mẽ nõ negat quin dari poſsit pro rebus aliis:nam
caſus ſimiles etiã per taxatiuã non cẽſentur exclu
ſi.vul.l.ob æs:& ibi gl. & Bart.C.de prædi.mino.
cum ſimi.vt latè tradit Iaſ.in l.j.in ij.col.ff.ſi quis
ius di.non obtemp. & contra Bar.& ſequaces eſt
caſus apertus in l.ſi creditor.ff.de pig.act.licèt gl.
ibi corrũpat tex.vbi dicitur quòd creditor,qui ha
bet rẽ debitoris pignoratam , ſi eius rei poſſeſsio
nem amiſerat,poteſt agere ſeruiana:& rectè dice-
tur eſſe actũ.ad idem eſt optimus tex.in l.acceptã
C.de vſuris.& ſic ſunt ibi tex.contra Bar.& Iaſ.&
contra Pe.de bella.& Iac.hic, volentes quòd ſer-
uiana ab hypothecaria in hoc diſtinguatur, quòd
agens tali actione ſuccũberet: quod eſt contra il-
lũ tex.volentẽ expreſſè poſſe agi ſeruiana : & hoc
pro regula traditur in l.ſi ab eo. ff.de pigno.ergo
opi.Bar.non eſt vera.& ita in hac opinione cõtra
Bar.videtur inclinare Faber hìc:licèt in alio pro-
poſito,dum allegat d.l.ſi ab eo.cum aliis legibus,
vt hìc per eum.ſuadetur hoc:quia actio quæ cõpe-
tit creditori pro pignore,dicitur hypothecaria,vt
hìc dicitur.ſed ſeruiana appellatur hypothecaria,
ſicut quaſi ſeruiana:vt eſt tex.in l.apud Celſum.§.
idem tracta.de doli exceptio.& d.l.acceptam,igi-
tur &c. Vlt.no.tex.ibi ſubſtantiã capiunt:quod
origo rei dicitur ſubſtantia rei:quod facit pro o-
pi.Bal.in l.j.ff.de orig.iur.& ibi dixi.ſed poti⁹ iſta
verba conueniunt formæ & ſic fini ipſius rei, qui
dicitur forma.l.Iulianus,ad exhib.dixi.ſ. in prin.
tituli.& ſic forma data in hac actione à prætore,
dicetur ſubſtantia rei , quæ dicitur forma: per ea
quæ Feli.adducit in c. cùm dilecta. in vij. col.de
reſcri.poſt Car.& Imo.in cle.cauſam,§. fi.de ele-
ctio.Tamen etiam iſtud non ſatisfacit,per ea quę
dicit Ang.in conſi.lxxxvij.in fi.vbi dicit,quod ea
quæ ſunt de ſubſtãtia, poſſunt interuenire poſt a-
ctũ:ſecus in his quæ ſunt de forma: ergo non ſunt
idem:& ideò prima expoſitio poteſt melius ſuſti-
8 neri. †Glo.in ver.quis.pro declaratione glo.&
materiæ eſt prius præſupponendũ quòd octo ſunt
genera colonorum:vt ponit glo. in rubrica C.de
agri.& cenſi.li.xj.& ea latè declarat Io.de Platea
in l.fi.eo.ti.& latiùs iſta genera proſequitur Abb.
in c.iudicatũ.de immuni.eccl.& reaſſumit Corſ.
in reperto.ſuo in ver.agricola. & vltra prædictas
octo ſpecies colonorum plures alias addit Iac.Al-
uarotus in præludiis feudorũ.in antepe.col.q. vij.
quem vide omnino:quæ omnia declaro in voce.
Sed quantum attinet ad propoſitum noſtrum,
duæ ſunt ſpecies colonorum quas ponit gl. & ibi
Bar.in l.ſi apes.ff.de fur.& ponunt Doc.in c.pro-
pter ſterilitatem.extra locati.& Abb. & alij in c.
tua.de deci.& Io.de Platea.in §.is vero ad quem.
ſuprà de rer.diui.primi ſunt qui vocantur condu-
ctitij,ſiue qui nummis colunt:vt in l.ſi merces.§.

ſequitur d.Petrus de Peruſio in prædicto tract.de duo fratribus in ix.parte,quæſtione ix. col.x.ver. item adde vbi,pro hoc quòd illa locatio transferatur ad hæredes,vltra Bal. alle.duo alia iura, videlicet. l. fundum. ff.loc.& l.nihil.§.fi.de le.j.

13 † Glo.coloni.Diuiditur in v. partes vt hîc per mod. ex prima parte colligitur vnum, quòd inuecta & illata tam per colonum in fundũ,quàm per inquilinum in domum, cenſentur tacitè hypothecata pro penſione: declarando tamen per gl.hîc in ver.eſt tamen ratio,& ibi dico.Et in hoc non eſt dubium,cùm tex. ſint clari allegati in gl. in ij.no.cũ ſi.ff.in quib.cau. pig.ta. cõtra. & propter paritatem rationis,de qua dixi ſuprà,in gloſ. proxima.& non ſolum talia bona inuecta ſunt obligata pro penſione domus vel fundi, ſed etiam pro eius refectione, quin etiam & fructus naturales fundi.l.in prædiis.hic alle.in gl.ſecus tamẽ eſt in fundo vel domo emptis ex pretio fructuum venditorum:quia ille fundus vel domus non cenſentur tacitè hypothecati.l.quãuis.C.in qui. cau. pig. ta. contraha.ſed quæ eſt ratio huius dicti,ſatis eſt dubium. Iaſ. hîc dicit quòd ratio eſt: quia
14 † in hypotheca pretium non ſuccedit loco rei:alle.tex.ſingularem in l.j.ff.de diſtrac. pig. Sed tamen aduerte quod iſta ratio non eſt ſimpliciter vera: qui hypothecaria in ſubſidium pretium bene ſuccedit loco rei,vt puta quòd res non inuenitur apud poſſeſſores: vt quia conſumpta vel præſcripta:nam tunc poteſt agere ad pretium.ita ſingulariter declarat Bart. illum text. ibi, & ad hoc dicit ſingularem Roma.in ſingulari. 609. incip. tu habes,& hoc firmat Alex.in cõſi.cviij inci. viſo,in ij.col.ver.alio fundamento.in v.vo.vbi notabiliter loquitur. ſed in caſu iſto veriſimiliter fructus vẽditi conſumpti eſſe poterunt penes poſſeſſorẽ,cùm ſint de rebus quę ſeruãdo ſeruari non poſſunt.§.conſtituitur.Inſti.de vſufr.igitur cõpeteret iſta hypothecaria in ſubſidium ad pretiũ. poſſet dici & ſecũdo quod d.l.j.loquitur in hypotheca expreſſa,nos loquimur in tacita:& ideo ratio Iaſ. duplici via poteſt declinari : & ideò mihi videtur quòd facilis ratio aſsignari poteſt. quòd ideò domus vel fundus empti ex pretio non ſunt tacite hypothecati pro pẽſione: quia non ſunt res quæ poſsint inuehi ſiue inferri in domũ vel fundum locatos,non quo ad inducendũ tacitam hypothecã requiritur.l.debitor. ff.de pig.& toto titulo.ff.in qui.cau.pig.ta.cõtraha.. Et ſupradicta cõcluſio procedit in his tantũ rebus quæ generali obligatione expreſſa veniunt.nã eædẽ res cenſentur in hac hypotheca tacita venire,ſecus tamẽ eſt in rebus quæ in generali obligatione nõ venirẽt: nam illa non cenſetur per illationẽ ſiue inuectionẽ in fundo vel domo tacitè hypothecata,vt ſuppellex,veſtis, & ea quæ ad vſum perſonæ neceſſaria ſunt, & ſimilia,quæ quis veriſimiliter nõ eſſet obligaturus : nam talia in obligatione generali nõ veniũt,l.in obligatione generali,C.de pig. ergo neque veniẽt in iſta tacita,ne plus operetur ta
15 citũ quàm expreſsũ.l.cùm quid.ff ſi cer.pe. † Secũdò prędicta cõcluſio procedit nõ ſolũ in primo inquilino:ſed etiã in inquilino inquilini. text.eſt notabilis in l.ſoluturũ.§.ſolutã.ff de pig.actio.ita notabiliter iſtã cõcluſionẽ declarat Soci.& eã.v. modis limitat in tract.ſuo regularũ,regula.cxcij.

Sed vltra ipſum aduertendũ eſt ad iſtã declarationẽ quòd contra eã eſt tex.ſingularis in l.ſi in lege.§.ſi colonus.ff.locati.quẽ tex.Lu.Roma.in ſingulari ſuo.ccclxxxvj.inci.inuecta. limitat regulã l.certi iuris.C.loca. & gl. noſtrũ.quòd nõ procedit in bonis inuectis per ſecundũ cõductorem,& ita Lud.Roma.ſequitur Iaſ. in l. itẽ quia,in j.col. ff.de pact. Et ideò audi diligẽter quòd licèt ad iſtud contrariũ ſint variæ ſolutiones: illa tamen verior ſolutio videtur quã approbat Bart. in d.§. ſi colonus. videlicet quòd ideò ibi bona ſecundi conductoris non ſunt tacitè obligata:primo quia fuerãt prius expreſſè obligata illi ſecũdo locanti domũ ſibi locatam:vnde validior eſt iſta expreſſa obligatio.Sed in d.§.ſolutam.non fuerãt ſecundò expreſſè obligata:ideò dicũtur j.dño tacitè hypothecata.Tamẽ licet iſta ſolutio cõmuniter approbetur,eã tamen dãnat Roma.in ſingulari. cccxcj.
16 inci.vnus veſtrũ. de quo dicã infrà gl. iſta. † Et vltra deducta ibi per eum eſt notãdum quòd alia quatuor requirantur quò ad hoc, vt dicta regula ſiue concluſio procedat, quæ colliguntur ex gl.in l.ſi non inducta.C.in qui.cau.pig.ta.cõtraha.Primum.quòd ſit prædiũ vrbanũ:nam in ruſtico, vt inferius dicit gl.& ibi dicetur,non procedit, niſi data ſcientia domini. Et quæ dicãtur prædia vrbana & quę ruſtica,declarat hîc Iaſ.poſt alios per tex.in l.vrbana.de ver.ſig. & latiùs tradit idẽ Iaſ.
17 in §.æque.in iij.col. nu.xxj. vbi dixi.S. eo. † Secũdò requiritur ꝙ illa bona ſint cõductoris:quia ſi eſſent alterius ſicut expreſſè nõ obligantur. l.rẽ alienã,de pig.actio.ita nec tacitè. d. l. cùm quod.
18 † Tertiò requiritur ꝙ ſit res mobilis:nã talia bene cẽſent tacitè hypothecata,ſecꝰ eſt in nominibꝰ debitorũ, quia non cẽſentur tacitè hypothecata pro pẽſione domus locatę.l.Gallus.& ibi no.Bal.
19 ff.de le.ij. †Quartò quòd eo animo ſint inducta vt ibi ſint,donec finiatur conductio:vt habet per gl.hic circa fi.& in gl.l.certi iuris.C. locati.quòd qualiter hoc cognoſcatur,ex qualitate rerũ deprehenditur:nam ſi ſunt res venales,propter earũ celerẽ & frequentẽ motum nõ cenſentur eo animo inductæ in domũ,vt ibi perpetuò ſint: & ideò nõ ſunt tacitè hypothecatæ:vt tenet Soci.in trac. regularũ.fallẽ.92.inci. inuecta.l. generali.§.vxori. ff.de vſufr.lega.& ita tenet Ang.inferiꝰ & Iaſ.Sed tamen ego hoc intelligerẽ vbi præter illa venalia eſſent aliæ bona in quibus tacita hypotheca ſuſtineri poſſet:aliàs bene iſta cenſerẽtur tacite hypothecata, caſum do ſingularem in l.pediculis.§ itẽ cùm quæreretur.ff de aur.& argen.le.iũcta gl.ibi, vbi licèt in legato generali nõ cõprehẽdantur ea quæ habentur cauſa mercandi,per d.l.generali.§. vxori.tamẽ vbi alia non eſſent,bene illa venirẽt. & ita illum tex.pro ſingulari notat ad hoc Rom. in notabili 419.alias.432.inci. in legato. & cõmẽndat Iaſ.in l.qui Romę.§.duo fratres.col.xxv. nu.101.ff.de ver.obl.vbi ad hoc alleg.ſex deciſiones,quas videas:& hoc idẽ tenet Lãcelotꝰ Decius in d.§.vxori.& idem latè tradit Iaſ.in d.l.qui Romæ,§. Calimacus. in iiij.col.eod.titu.quæ omnia addenda ſunt ad ea quæ idẽ Iaſ. dicit. infrà num. xliiij.col.vj.& regula d.§. cum quæreretur,à fortiori procedit in caſu noſtro,vbi agitur de dãno euitãdo:ar.gl.no.in §.item ſi quis in fraudem. in
20 gl.in prin. vbi dictum eſt ſuprà eod. † Et quod dictum eſt de rebus venalibus,idem eſſet in pecunia quæ non cenſeretur tacitè hypothecata: ratio eſt:quia pecunia non circunſcribitur loco. l. ſi fideicõmiſſum.§. tractatum.ff.de iudi. Et hoc pro-

cedit etiam ſi omnia bona obligata ſunt cum hac adiectione, nihil excepto l. ſi mihi Menia.§.fi.de leg.iij.quē ad hoc valde commendat idem Iaſ. in l.ſingularia.in x.col.nu.xxviij.ff.ſi cer.pe. Et hoc ſpeciali ratione inducitur: quia pecunia ad hoc habetur vt expendatur.l.j.ff.de cōtrahen. emp.& ideo pecunia enumeratur inter res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.§.conſtituitur.inſtitu.de vſufru.& in authe.nouiſſimè.C de admi.tu l.Ariſto. cum ſeq.ff.de iu. delib. Bar.in l.ſi ex legati. ff. de ver.obl.cum ſi. Et propterea in eius alienatione decretū non requitur.gl.ſingularis in l.j.§.quæſitum.ff.ad Treb.tenet Ang.in l.j.ff.quæ res pig.obli.poſ.tradit Abb.in c.nulli.in pe.col. nu.xj. de re.ecc.non alie.& declarat notabiliter Ang. in §.

21 & quia parum.in fi.auth. de nup. † Iſtud tamē quod dictū eſt, de plano procedit quādo pecunia in curſu eſt:ſecus tamē in pecunia quæ pro theſauro vel futuris calamitatibus reconditur:quia illa bene diceretur tacitè hypothecata cū veniat in legato generali l.ſi chorus.§.his verbis.de leg.iij nā iſto caſu,vt res immobilis iudicatur:vt ibi probatur,& in l.qui filiū.co.ri. & per iſta iura ita tenet Andr.ſicu.in c.nulli,col.fi.de reb.ecc.non alie.Et ita idem dicēdum eſt in pecunia quæ eſt depoſita apud cāpſorē & deſtinata ad emptionem prædiorum,& ſic rerū immobiliū,quia talis pecunia res immobilis dicitur,& inuehi nō poſsit ſiue induci cū illa reputatione.tex not.in l.iij.§.quis ergo.ff. de cōtrario iu.tute quē tex. pro ſingulari. ad hoc pōderat Roma.in ſingulari cv.inc.tu habes. Alex. & alij in l.cætera.§.ſed ſi parauerit.de leg.j.Cre.in ſingularibus ſuis notabili lix.inc.pecunia eſt.Corſet.in ſuis notabili.in ver.pecunia.& meminit Andreę.ſicu.in c.ſi quorundam.in iij.col.extra de ſol. & in c.poſſeſsiones in j.col. de reb.eccl.non alie. cum ſimi.vt latè ſcripſi in d.l.quintus. de auro & arg.lega.ſed omnia iſta procederent in l.vel conceſsione,ſecus verò in hypotheca:quia omnia in-

22 cluduntur,per ea quæ infrà dicā. † Modo circa prædicta aduertendū eſt:quia inquantum eſt concluſum venales non cēſeri tacitè hipothecata pro penſione domus:nam contra hoc eſt tex in l.cum tabernā.in prin.ff.de pigno.vbi tex.dicit.cùm in venditione ſimpliciter facta de taberna res venales veniunt.Bal.in l certi iuris.in vj. q reſpondebat quòd ideò ibi venales res comprehenduntur: quia expreſſe fuerant obligati.ſed hanc ſolutionē reprehendit hìc Iaſ.& quia eſt contra illū tex.ſed tu dicas quòd ille intellectus poteſt teneri qui optime probetur in d.l.cum tabernam.inducendo iſto modo.nam ibi tex.dicit quod debitor creditori pignori tabernam dedit:& tamē pro taberna ibi tex.non intelligit locum,ſed ipſas merces,quę taberna appellantur:& ſic capitur continens pro contento:& ita ibi intelligit Bar.& idem Bar.vbi hoc expreſſe firmat,in l.cùm pater.§.mēte.ff.de l. ij.& And.ſicu.in c.Indicante. in pe.& ſeq.col. de teſt.ergo expreſſè fuerūt illæ merces obligatæ:ſed dubiū ibi erat:quia ex quo illę merces expreſſè obligatæ diſtractæ tunc fuerunt,nunquid aliæ quæ poſtea comparatæ ſunt ,& in locum illarum tabernæ inuectæ cenſeantur obligatæ:& tex.ibi dicit quòd ſic ea ratione fortè, quia ſubrogatus ſapit naturam &c.l.ſi.§.ſi.ff. de condi. & demonſt. cum ſi.hoc etiam ſuadetur:quia tex.ibi dicit quòd creditor poteſt agere ad illas merces hypothecaria actione,ex quo præſupponitur manifeſtè quòd expreſſa fuerit obligatio, cum hypothecaria non niſi creditori pro expreſſa competit.Bart. in l. ſi. ff.de Saluia.interdic. & tenet Iaſ. ſuprà in primo no.probatur vlterius,quia tex.ibi dicit vtrum eo facto nihil fecerit,& ſic præſupponit obligationem expreſſam: tamen iſtæ intellectus mihi non ſatisfacit,quāuis ita cōprobauerim,ex eo, quia ſi clarum eſſet quòd illę merces expreſſè obligatæ fuiſſent,tex.ibi non dubitatur an tabernæ appellatione merces quæ in ea eant,viderentur obligatæ:cùm in claris non ſit opus dubitatione.l.j.§.ſi. ff.de dote præleg.l.continuus. ff. de verb.obli.Et expedito iſto primo dubio,poſtea ibi text.quærit de ſecundo , nunquid ſi res aliæ in loco priorum cōparatæ ſunt ſic,& ſic, & ibi text.videtur innuenere quòd tacitè illæ merces erant obligatæ, non ſolum primæ,ſed etiam in locum earum ſubrogatæ & ad enucleandum hoc dubium emanauit illa lex.Et ideò idem Bal.in rub.C.de ver.ſig.dat etiam ſolutionem dicēs quod d.l.generali.§.vxori cum ſi.quę dicunt quòd in legato generali nō veniunt res venales, procedunt in vltima voluntate:ſecus verò in contractibus.& ita procedit d. l. cum tabernam.Sed tamen Iaſ.hìc dicit quòd iſta ſolutio non eſt vera : quia potius eſſet dicendum contrariū propter fauores vltimæ voluntatis , vt hic per eum: ſed magis placet illa ſolutio quā expreſſe approbat Alex.in l.ſi conſtante.in ix.col.ff. ſol.ma.Et ratione hoc confirmari poteſt : quia ideò in hypotheca comprehenduntur venalia, & in legato non:quia agitur de grauiori præiudicio in legato:& ideò ſtrictius cōceditur.ar.tex.in l.ſi. C.quæ res pig.obl.poſ.iūcta l.ſi.§.j.de leg.ij.accedat in ſimili quod dicit Dyn. in regula poſſeſſor. in iij.q.ver.quare.de reg.iur.lib. vj. & Abb. in c. ſi vigilāti.in iiij.col.de præſcr.& bene facit quòd no.Bar.in l.ſi ita.col.ſi.de aur.& arg.leg. & pro iſta ſolutione eſt doc.Bar.in l.cùm pater.§.menſe. de leg.ij & Alex.etiam exemplo probat: nam in legato generali pecunia non comprehenditur. l. vxorem.§.legauerat.de leg.iij. ſecus tamē in generali hypothec. d.l cùm tabernam.§. ſi.quod verū quando pecuniam habui ab vno & alteri obligo res meas:ſecus verò ſi ab eodē cui obligo res meas pecuniā mutuo accepiſſem:quia illa pecunia non cenſeretur hypothecata.ita dicit notabiliter Roma.in ſingulari.605.inci. accipio à te,poſt quoſdam antiquos relatos ibi per eum alle.tex.à contrario ſenſu in d. l. cum tabernam. §. fina. & ita debes intelligere illud dictum Alexand.Vel vltra Alexand.ad d.l.cum tabernam.in princip.poteſt aliter reſponderi , quod ideò ibi in obligatione res venalis comprehenditur : quia erat ſubrogata in locum primæ obligatæ: & ideò ratione ſubrogationis eadem reputatur cum prima.l.ſi. §. ſi. ff.de condi.& demō.l.ſi donata.§.j. ff.de do.inter vir.& vxo.& ita tenet Io.deMōteferrato in repe. d.l.ſi conſtante.in xlix.col.ff.ſo.mat. Et licèt ipſe non dicat iſtam ſolutionem ſiue intellectū,prius fuit Socin.& ante ipſum Aret.in l.qui Romæ, §. Callimacus in ij. nota.ff de verb.obligationi.tamen mihi hæc ſolutio non ſatisfacit: quia reincidit cum prima:quia præſuponit quod in d.l.cum tabernā.res venalis per prius fuiſſet expreſſè obligata: quod eſt diuinare & facere differētiā an res venalis ſit ſubrogata in locū primæ vel nō.prout facit præfatus Io.de Mōteferrato,nō videtur ſollidū:quia vtroq; modo idē iuris eſſet,vt dicit Cor. in conſi.

In conſi j.in ij.col.in j.vol.eſt bene verum ꝙ iſta
ſolutio poſſet ſuſtineri, vt euitetur contrarium l.
debitnr.& l.in prędiis hic alle.in gl.& ſecūdū hoc
maxima erit vtilitas an res à principio.ſint tacitè
hypothecatæ vel non:licet Iaſ.hic dicat magnā ſi-
bi videri vtilitatē:quia ſi merces nō ſint venditæ,
vel extent alię in locum venditarū ſubrogatæ,cre
ditor habens in illis hypothecā præfertur aliis cre
ditoribus habētibus tantum actionē perſonalem,
l.eos.C.qui pot.in pig.hab Bar.in l.pupillus,ff.de
his quæ in frau.cre.tamen quia illa ſolutio nō po
teſt conuenire ad d.l.tabernā. per ea quæ. ſ. dixi:
Ideò hęc vtilitas eſſet ſolū reſtringēda in caſu quo
merces extarent. Et ideò ego puto quòd quarto
loco poſſet reſpōderi ad iſtū tex.quòd ideò res ve-
nalis cōprehenditur:quia nulla res alia reperieba
tur in qua ſuſtineri poſſet contractus.ar.tex.& gl.
in d.l.pediculis,§.item cùm quæreretur: quia tūc
res venalis comprehenditur: pro quo faciunt quę
tradit Gerardus de petra ſancta in ſingulari xxxv.
inci.dictum eſt.& declarat vltra ipſum Bald.in d.
§.meminiſſe.ſecunda tamē ſolutio ex iſtis omni-
bus mihi magis placet,quia eſt cōmunis: vt dicit
Iaſ.in d.§.Callimacus.in iiij col.num.ix.licet hîc
23 tenuerit cōtrarium, † & ſic facias regulā in obli-
gatione ſiue hypotheca generali res venalis com-
prehenditur:ſecus in legatis, quamuis etiam poſ-
ſet ad hoc replicari quòd d. l. cum tabernam. lo-
quitur de generali expreſſa obligatione. nos verò
de tacita, cum hoc non obſt. quia eadē eſt ratio
& d.l.cum tabernam in princ.de tacita loquitur:
24 vt ibi apparet. † Iuxta prædicta Iaſ.licet quærit
de pluribus quæſtionibus, quas, quia extra gloſ.
ſunt,non examino, tamen inter alias illa non eſt
omittenda, quia quotidiana,nunquid illud quod
dicitur hîc in glo. quòd inuecta & illata per con-
ductorem ſint tacitè hypothecata, procedant e-
tiam ſi res ſit aliena quæ præſente & tacente do-
mino inuehitur.& finaliter Iaſ.hic dicit commu-
nem eſſe opin. quòd non:vt per omnes doc. in l.
certi iuris.C.loc.contra glo. fin. quæ tenebat op-
poſitum:tamen ipſe tenet contrariū,motus per re
gulam quam tradit Bar.in l.quæ dotis.col.fi.ff.ſo.
ma.quod vbicunq; aliquis eſt pręſens alicui actui
quem cōtradicendo poſſet impedire, ſibi præiudi
cat:cū pluribus aliis gloſſis & auctoritatibus quæ
ad idē propoſitū adducit:vt hic per eum. pro qua
opi.vltra ipſum bene facit text.in l.ſicut.§.vendi-
tionis,ff.qui.mo.pig.vel hypo ſol.quæ eſt ſingula-
ris ſecundū Bald.in l quoties.C.de fideicō.& in l.
vēditioni.C.pro empto.& alibi ſæpe ad hoc quod
permittens aliquem teſtari de re ſua.ſi non cōtra-
dicit,ſibi præiudicat:ſed tamen his nō obſtan. te-
neo cōmunem opi.ꝙ illa taciturnitas tacenti nō
nocet,etiā ſi cōcurrat cum aliquo actu exteriori,
tex.eſt no.in l.Caius,ff.de pig.actio.ratio aſsigna-
tur per tex.in l.ſicut.§.nō videtur,ff.quib mo.pig.
vel hypo.ſol.quia lex cōſeruat ius ſuū:vt in ſimili
per illum tex.dicit Alex.in c. lectæ.in antepe.col.
ff.ſi cer.pe.& illa taciturnitas intelligitur ſaluo iu
re ſuo:& hoc procedit etiā reſpectu minimi præ-
iudicij:vt eſt gl.valde notabilis in c.cum olim.in
ver.præiudiciū.de conſue.quā multum commen-
dat Feli.in c.cauſam quæ.in ix.col.ver.interpreta
tio priuilegij de reſcript.& in c.ſuper. in ij col.de
offi.dele.& per hoc doc.Bar.in d.l.quę dotis.red-
25 ditur dubia,& regula generaliter firmatur,ꝙ † in
præiudicialibus tacens habetur pro cōtradicente:
vt traditur in regula Is qui tacet,de re.iu.li.vj.tra-
ditur in l.qui patitur,ff. man.Non obſt. text. in l.
ſicut §.venditiones. quia ille text. debet intelligi
quando interuenit expreſſa volūtas domini. aliàs
non valeret legatum factum de re mea me tacēte
ita expreſſè dicit Bal.in c. j. in prin.de prohi.feu.
alie.tenet Alexan.in conſil. xx. incip.ponderatis.
in vj.col.lib.iij.& ita intelligit illum text.Bar.in
l.cùm quis decedens,in prin.de leg.iij. & Iaſ. vbi
plura adducit in l.cum alienam,in ij.colum.C de
leg.& in l.cùm proponas.in ij.col. nu. vij.& in l.
fi.in viij.notabili. C. de pac. Et ideò concluden-
dum eſt quòd aliquis me præſente & tacente rem
meam in domum quam locauit,inuexit:quòd ni-
ſi expreſſè conſentiam vel poſtea ratificem, nihil
valet conſtitutio pignoris,l. ſi fundus, §. j. ff. de
pigno.& tenet Decius in l.ſemper qui non prohi-
bet.in ij.col.ff.de reg.iur.& iſtud manifeſta ratio-
ne probatur:quia ſi conſtitutio pignoris expreſſa
rei alienæ non valet:vt in l.qui filios.quæ res pig.
obli.poſ. & tenet gloſ.in ver.ſacram in ſingulari,
de inutili ſtip. in prin.ergo à fortiori neq; tacita,
iuxta ea quæ tradūtur in l.cùm quid, ff.ſi cer pet.

Alias quæſtiones quas hîc Iaſ.proſequitur,mà-
ximè illam de minore, vide eā latè diſputatā per
nouiſsimos Bononiē.repe.in l.ſi cōſtante. in xlix.
col.cum ſe.Et quid de rebus inuectis per emphy-
teutā,per Alex.in d.l.ſi conſtante.in x.col.reliqua
26 vide per te:quia ſunt extrauagantia. † Vlterius
aduertendum eſt,licèt hypotheca expreſſa aliena-
tionem impediat ex eo,quia res tranſit cum one-
re ſuo ſi alienatur l. ſi debitor.C de diſt.pig.ſecus
tamen eſt in iſta tacita hypotheca rerum inuecta-
rum in domum cōductam: nam cùm ſit tacita &
generalis,alienationē non impedit:ſed ita demum
poſtquam incluſio facta eſt,quæ per inuentarium
fieri debet,tunc demū poteſt fieri quando condu-
ctor eſt in mora ſoluendi: vt declarat hîc Iaſ.poſt
Bar.in l.eſt differentia.vbi eſt caſus,ff.in qui.cau.
pi.ta.contrahi. Sed tamē Marti.lau.vt refert Iaſ.
hîc ſuper glo.parua,nu.lxxviij.& in l.& quia,ff.de
pac.tenebat contrarium,quòd imò iſta tacita hy-
potheca alienationē impediret. Nec ob.l.eſt dif-
ferentia. quia loquitur in caſu ſpeciali libertatis.
pro qua ſolutione eſt tex.in l.licet, eod.ti.ergo in
contrarium eſt ius cōmune l.j.ad municip. Ad-
de pro iſta opi.quia taciti & expreſsi eadē eſt vir-
tus l.cùm quid.ſi cer.pet.& expreſſa impedit alie-
nationem: ergo & tacita. facit pro hoc par ratio
præiudicij quæ à iuriſconſulto multum pondera-
tur,dum dicit in l.j. ff.de alie.iu.mu. cauſa fac.ne
deterior ex alienatione cauſa fiat:quę ratio in ca-
ſu iſto militat: igitur &c. Tamen circa prædicta
aduertendum eſt: quia non videtur vera opin.
Mar.Laud. & Iaſon. hîc quòd in dicta l. eſt diffe-
rentia.ponatur ſpecialitas fauore libertatis. nam
ſi ita eſt, idem eſſet dicendum poſt incluſionem
ſeruorum : quod tamen text. ibi negat. Et ideò
ad text. in dictam l.eſt differentia aliter dicatis:
& quod ibi bene ponitur differentia inter ſpecia-
lem & expreſſam obligationem pignoris & iſtam
tacitam hypothecam generalem,quæ à lege indu-
citur:quia prima tanquam ſpecialis impedit alie-
nationem.vt ibi dicit tex.in principio,eo quia pi
gnus traditione conſtituitur:vt dicitur hîc in tex.
noſtro,& in §.fi.Inſtitu.quib.mo.re cōtrahi obli.
ga. & ſic eſt apud ipſum creditorem : in caſu verò
noſtro nulla fit traditio, & idē eſt in generali ex-
preſſa:

preſſa,ergo text.in d.l.eſt differétia,tunc procedit
quando diſputatur de ſpeciali expreſſa ad gene-
ralem tacitam,qui ſunt caſus diuerſi.ſed data æ-
qualitate caſus,puta generalem expreſſam & taci-
tam generalem,dico quod nulla eſt differentia,
cùm vtrobique militet eadem ratio.l.ab.eo.C.de
ſer. pign. da.ma. nam quemadmodum generalis
expreſſa nõ impedit alienationem. d.l.ab eo,ita-
que neque generalis tacita,quæ cauſatur ex indu-
ctione ſeruorum:vt d.l eſt differentia.& ſicut ſpe-
cialis expreſſa impedit alienationem d.l.eſt diffe-
rentia.in prin.ita & generalis tacita poſt conclu-
ſionem d.l.eſt differentia,quia talis concluſio ſpe
ciali hypothecæ æquiparatur : quia reſtringitur
& ſpecificè eo caſu ad res incluſas.ar.l.ij.ff.de lib.
& poſthu.c.ex parte.d offic.dele.Bart. in l.quæſi-
tum,ff.de fun.inſtr.& ita nouiter poteſt declarari
27 ille tex. ſuper quo tãtum dubitauit Iaſ. † In ea-
dem glo.ibi de acquir.poſ.l.re pignoris &c.colli-
gitur vnum quòd colonus differt ab inquilino:
quia colonus dicitur in villa , inquilinus in ciui-
tate:& idem dicit gloſ.in d.l.re pignoris. & tenet
Andr.ſicu in rubrica locati,extra eo.& in c. pro-
pter.in quarto notabili. eodem titulo,hoc tamen
procedit conſiderato comuni vſu loquendi:vt di-
cit Ioan.de Imo.in d.l.re pig.& ſequitur ibi Fran-
ciſcus Are.in j.colum.licet Ang.hîc ſibi attribue-
rit:ille tamen communis vſus loquendi qui pro-
prietati vocabuli prævalet, vt dicit Bart. in l.La-
beo. ff. de ſupel. leg probari debet per articulan-
tem,quod vigebat illo tempore contractus:vt la-
tè probat Alex.in l.v.in ij.col.ff.de verb.obli.nu.
ix.& tenet Soc.in l.gallus.§.ſi eius,col.fi.ff.de lib.
& poſth.Et iſto modo bene verificetur quòd dicit
Are.hic per l.nam ad ea.ff.de legi. Tamẽ ex alio
defenſio gloſ. facta per eum, cum quo tranſit Iaſ.
hîc,non mihi ſatisfacit:quia d.l.nam ad ea.non lo
quitur de his quæ tarò accidunt,contra naturam
& poſsibilitatem,prout eſt in caſu noſtro : ſed de
illis quæ per miraculum eueniunt.ad illam enim
l.non adoptatur.ita declarat Bar.in l.ſi maior.C
de legi.hære. & ideò tene quòd vſus loquendi de-
bet attendi,vt ſuprà dixi.aliâs ceſſante communi
vſu inquilinus dicitur ille qui conduxit domum
ſiue in ciuitate ſiue in villa.& idẽ in colono:quia
loca vrbana non diſtinguuntur à ruſtico ciuitate,
ſed villa,ſeu qualitate & genere,l.vrbana,in prin.
de ver.ſig.cum ſimi.vt tradit hîc Iaſ.& Aret.in d.
l.re pignoris.hîc alle.in gl. & propterea dicit Iaſ.
hîc quòd nobilis inhabitans villã ſiue rus nõ cen
ſetur ruſticus:quia nobilis à ruſtico,non loco,ſed
genere diſtinguitur,l.ſi prædium.C.de præd.min.
Et vltra Iaſ.facit optimus text. in c.illud.cũ duo-
bus ſeq.xl.diſt.vbi dicitur quòd locus non nobili
tat hominẽ,ſed virtus:nam nil paradiſo iucũdius,
neque cœlo ſecurius:& tamẽ extra paradiſum ho
mo factus eſt bonus,in paradiſo peccauit. & An-
gelus de cœlo cecidit:vt intelligamus non loci di
gnitate homines nobiliores fieri , ſed morum &
virtutis honeſtate.aliâs vt dicit text. in l.fi. C. de
alluuio.& palud.multum moleſtè & egrè ferrent
homines clari ſe impendiſſe operam in agris co-
lendis, ſi ex hoc deteriores aliis negligentoribus fa-
cti fuerint:quod ibi negatur. facit bene text.in c.
quo iure,viij.diſt.Inficiari tamen nõ poteſt quin
dignitas loci multum conferat ſplendoris & glo-
riæ.nam,vt dicit text.in l.ſi quis.C.de natu.li.no-
bilis patria redũdat filiis eius ad gloriam:& ideò

Vlpianus in l.j.ff.de cenſi. gloriatur ſe nobili or-
tum eſſe patria Fœnices. quamuis Raynu. dixerit
illum fuiſſe origine ruſticum, licèt ſcientia nobi-
lem:tamen Bart.eum defendit in l. excuſantur,§.
fi.ff. de excu.tuto. & concludit fuiſſe nobilem v-
traque qualitate.Hinc eſt quòd talis qualis præſu-
mitur qualis eſt eius patria:vt dicit Bart. in trac.
de guelfis & gebellinis , quem refert & ſequitur
Andr.ſicu.in repe.c.Raynal.in iiij.col.de teſt.alia
adducens,vt ibi per eum:ſic ergo locus vnde quis
naſcitur , multum attenditur : & ideò ſola patria
ſerui venditi cauſat redhibitoriam : vt dicit text.
in l.quòd ſi nollit,§.qui mancipia,ff.de ædi. edic,
ibi,natio ſerui aut prouocat, aut deterret empto-
rem.& ideò dicit Odof.in l.Iulianus,ff. de actio.
28 emp. † quòd ſi venderem tibi ſeruum, & ignora-
rem eſſe Sclauonũ , poſſem redhiberi propter na
tionem:quia eſt deterior gens quam ſit in mundo
ita Odof. & hoc ratione ſuadetur : quia naturali-
ter vnuſquiſque monetur ad tuendos mores pa-
triæ, l.veluti, ff. de iuſti. & iure. & hinc eſt quod
qui natus eſt ex partialibus,præſumitur partialis:
vt dicit Ange.in l.ſi fugitiui.C. de ſer.fugi. quem
ſequitur Andr.ſicu.in c.in præſentia num.xxx de
proba.& in c.ij.nu.xlvij.de conſti.nam patria ſua
cuilibet dulciſsima eſt, l. qui habebat. & in gl.de
leg.iij.tenet Ioan.And.in c.quòd alicui. in prima
colum.de regu.iur.in mercuria.& proſequitur la-
tè Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi.in xcij. colum,
C.de fideicom.Bar.Bolog.in repet.authent.habi-
ta.in j.colum.C.ne fil. pro pat. & hoc ſiue ſit ma-
gna,ſiue parua:vt dicit And.de Iſer in §.ſi verò.in
j.colum.de feu.gardię.tamen licèt patria multum
conferat ad ea quæ dicta ſunt:mihi tamen videtur
quòd ad nobilitatem nihil facit, vel illuſtris, vel
exigua ciuitas,vel villa:ratio eſt:quia ſolum repe-
29 rio quòd † tria hodie requirantur ad iſtam nobi-
litatem,ſcilicet virtutes,diuitiæ,& genus,l. nobi-
liores.C.de com. & merca.tenet. Bart. per illum
tex.in l.j.C. de digni. lib. xij. & proſequitur latè
Barba.in conſi.lvij.pręclarè.in ij.& iij.col.el.ij.&
in c. j. in prima col.de dona.licèt de iure canoni-
co virtus ſola quem nobilem faciat , per ſupradi-
cta. & ea latè cogerunt Moder. Brixien. in trac.
nobilita.in iij.parte.nume.lxxiij.& per text. in c.
venerabilis.vbi Abb.de præben.& in c.nunquam
56. di. inter quæ requiſita de patria nihil dicitur:
quamuis aliquando ius ciuile ſequutum philoſo-
phos patriam etiam conſiderauit d.l.ſi quis. quia
negari non poteſt quòd eò magis nobilius & illu-
ſtrius dicitur genus , quo nobiliori fuerit ortum
ſolo : iuxta illud Ouidij : Mantua Virgilio , gau-
det , Verona catulo &c. de quo vide ſingulari-
ter de origine locorum quantum conferat , Ari-
ſto.ſeptimo Polytico.& Iulium Maternum in A-
ſtronnmico, vbi diſſerit de quarundam gentium
nationibus quæ multum conferunt ad procrean-
dos bonos mores,ex quibus vera nobilitas gigni-
tur.& latè cõgerit Nico. Caputius in quodam o-
puſculo de mente & memoria.fo.v. Et ideò dicit
Andr.ſicu.in cle.ij.col.iij.verſi. tu adde,de reſcri.
quòd nobiliores dicũtur illi qui ſunt in maiori ci
uitate,quàm qui ſunt in minori.vnde data parita-
te debent illi,tanquam magis digni præferri,alle.
text.ſingularem,in §.interim.in auth.de defen.ci-
ui.& idem per illum text.tenet idem Barb. in c.j.
nu.clxix.de conſti. cum ſi. vt idem latè proſequi-
tur in conſi.lvij. præclarè ſcribitur,in ij.volu.per
totum

totum.& in c.j.col.fi.de iudi.& in c.j.in princ.de
do.& in c.accedens el.ij.vt lit. non conteſta. Ta-
men mihi videtur quòd ille text. nihil probat,li-
cèt dictũ in ſe ſit verum:quia in magna & peram-
pla ciuitate magna ſunt ingenia:vt inquit criſpus,
& eſt copia peritorum,c.ſtatutum.in princ.de re-
ſcri.lib.vj.ex quorum conuerſatione boni mores
procreantur vnde nobilitas prouenit.Et ideò di-
cit Bar.in l.j.C.de Alex. prima. lib. xj. per illum
tex.quòd melius eſt eſſe popularem vnius nobilis
ciuitatis, quam nobilem eſſe mediocris ciuitatis.
& ſic dictum And.ſicu.eſt verum in ſe.& illud di-
ctum Bar.in d.l.j.extollit Lud.Roma.in repe.l.ſi
30 verò.§.de viro.in xiij.fallentia , ff.ſo.ma. † In
eadem glo.ibi.eſt tamen ratio:quia ſancta ruſtici-
tas &c.iſtam rationem gloſ.ſequitur Bar.in l.hoc
iure,ff.in qui.cau.pig.vel hypo.ta.contraha.Et ibi
aſsignat aliam rationem quam ſibi Mod. hic at-
tribuunt,videlicet quòd ideo in vrbanis non requi-
ritur ſcientia:quia incongruum eſt rei familiaris
detegere vilitatem , l. ij. C. quando & qui. quar.
pars.lib. x. cum concor. vt per Domi. in c.quan-
quam,§.cęterum.in fi.de vſur.lib.vj. Sed tamen
iſtæ rationes non multũ cõcludunt:quia ſi hoc ea
ſit ruſticitas eſſet cauſa immediata & finalis quòd
inuecta non cenſeantur obligata , nulla deberet
fieri differentia inter ruſtica & vrbana prædia
conducta à ruſtico :quia vtrobique militaret ea-
dem ratio ſimplicitatis:quam glo.hîc ſanctam ru-
ſticitatem appellat : cuius tamen contrarium de-
terminatur per omnes.Et ideò tenendo commu-
nem ſententiam puto quòd taliter dici poſsint,
videlicet quòd communis opi. procedat in ruſti-
citate ſimplici & innocente:vt dicit tex in l.ij.C.
de defen.ciui.ibi, innocés & quieta ruſticitas &c.
ſecus tamen putarem de ruſticitate ſagaci & ma-
litioſa:quia illa aliâs excuſatur. gloſ. ſingularis in
l.athletę,§.de ruſticis,ff.de excu.tuto.quam notat
Bal.in l.j.C.de inter.ma.& in l.ij.C.de reſcin.ven.
And.ſicu.in conſi. lxxvj.illud in medium,colum.
fi.in iij.volu.& in c.ſuper literis. nu. lxiiij.& lxvj.
de reſcri.cum ſimi.vt per Alex. & Mod.in l.iuris.
C. qui admi.& per Iaſ. in l. ſi quis id quod, in vj.
colum.ff.de iuriſdic.om. iudic. & in l. venia. vbi
nouiſ.iatè.C.de in ius vocan.& per Thomam Fer
rarium in cautel.xvij. incip.magna eſt. in fi. imò
neque etiam ruſticitas innocens excuſatur niſi in
caſibus à iure expreſsis,l.fin.C.de iur.& fac.igno.
cum concor.vt per Iaſ.in l.ſi certis annis.in tertia
colum. C.de pac. Alia tamen prædictis poteſt ad-
di ratio , quòd ideò inuecta in fundum ruſticum
non cenſentur tacitè hypothecata:quia iura mul-
tum fauent agriculturæ,ea ratione, ne ruſtici ab
ea ſubducantur, quod eſſet damnoſum reipubli-
cæ.vt dicitur in l. prima. & in l. agricultores. C.
de agrico.& cenſi.lib.xj. vbi Ioá.de Platea ponit
eorum priuilegia ob hanc cauſam conceſſa. Et i-
deò voluit tex.in l.pignorum gratia.& in authen-
tica,agricultores.C.quæ res pignor.obli. poſſunt.
quòd in generali obligatione expreſſa omnium
bonorum non cenſentur includi inſtrumenta a-
gri colendi:vt ſunt ligones,aratra,iumenta &alia
id genus rerum quæ ad agriculturam pertinent:
vt etiam tenet Bartol.in l. executores. eodem ti-
tulo. Vnde eadem ratione poſſet attentari quod
etiam eo caſu quo domus ſit inducta : vt hic di-
cit glo.à fortiori non cenſentur obligata:cum iu-
ra loquentia de obligatione rerum ruſticarum
requirunt expreſſam & ſpecialem hypothecam,l.
prima & ſecunda , de Sal. inter. & l. debitor. de
pigno.Ratio eſſe poteſt : quia in generali obliga-
tione nunquam comprehenduntur inſtrumenta
& res per quas vtilitati publicæ conſulitur:vt eſt
gloſ notabilis in l.nepos Proculo,ff.de verborum
ſignificatione. ſed aratra & ligones ruſticorum
ſunt huiuſmodi, ſicut arma militum , & libri
ſcholarium:igitur,&c.Et pro hoc eſt deciſio Spe-
culato.in titulo primo & ſecundo decreto, §. re-
ſtat.verſiculo & ſcias. cum ſimilibus. & hoc faci-
lius defendi poteſt etiam aliâs latius diſputando:
probaui tamen non eſſe recedẽdum in hoc à com
muni per iura hîc alleg.in gloſ. Nec obſtat quòd
prædicta inſtrumenta non cadunt in obligatio-
ne : quia illud eſt verum,quando alia bona repe-
riuntur:ſecus ſi nulla alia:vt tenet gloſ. in dicta l.
executores.vide ibi.Contra tamen iſtam commu
nem rationem Iaſ.hîc opponit de l. eſt differẽtia,
10 An liber Inſtitutionum fuerit editus poſt compoſitionem Codicis.

11 Sufficit in aliquo tractatu capita principalia materiæ inſerere, & licet aliqua ſint omiſſa, non dicitur diminutus tractatus.

12 Dicto alioquin, quid denotet.

Dictio alioquin, facit quod conditio aliquid ponat in eſſe.

In beneficialibus de bono & æquo proceditur, nec rigor admittitur.

13 Quamuis aliquid alicui ſit ſuperadditũ, non propterea mutat nomẽ ſuum: & an ſemper ſit verum. vide numero. 16.

Tabellio factus doctor vel miles, an poſsit conficere inſtrumenta. numero 14.

Nobilis exercẽs artẽ mercãtiæ perdit nobilitatem.

Obligatio operarum perſonalium qua tenetur libertus patrono, ſupprimitur ſuperueniente dignitate in libertum

14 Doctoratus dicitur dignitas.

Dignitas operatur, vt quis excuſare ſe poſsit ab eo quod promiſit: exemplum ponitur.

15 Monachus qui ante monachatum erat obligatus, factus monachus tenetur ſoluere.

Monachus ſecundus epiſcopus non deſinit eſſe monachus quo ad ſubſtantialia.

Ille qui factus eſt cardinalis non perdit iura ſuccedendi.

Forma non mutat genus.

17 Superflua non ſunt in legibus inſerenda.

An & quando leges correctæ vel ſtatuta ſint allegandæ & qua pœna puniendi allegantes.

Mendacium nemini nocens, non eſt punibile.

18 Licet clericis audire leges ad faciliorem intelligentiam canonum.

Permittitur notitia ſcientiæ improbatæ.

19 An ſemper requiratur quòd conſtitutum fiat pacto nudo ad hoc vt producat actionem. nu. 20.

An & quando habens remedium ordinarium iuris communis poſsit intentare remedium extraordinarium, & ſic contra ius commune.

20 Propter fauorem teſtamenti legatario competunt plures actiones, etiã ſi illæ ſint incompaſsibiles.

Per poſteriorem legem tollitur conſuetudo contraria etiam nulla facta mentione de illa, quando per poſteriorẽ legẽ reuertimur ad ius antiquum quod fuerat per illam conſuetudinẽ reuocatum.

21 Actio ex cõſtituto quòd fit pacto nudo tunc competit quando præcedit debitum naturale & ciuile, vel naturale tãtùm: ſecus ſi ciuile tantùm. limitando vt hic & nu. 28. & . 29. & . 30.

22 Lex vel ſtatutũ generaliter recipit reſtrictionem de habilitate: limitando vt numero. 23. & . 24.

Iura loquentia de cautione intelliguntur de habili.

Iura loquentia de conſuetudine intelliguntur de habili & bona non autem mala.

Iudæi vel pagani non tenentur ad obſeruationem canonum.

Statutum dans premium capienti malefactorem intelligitur de capiente habili.

23 Leges non recipiunt reſtrictionem de habilitate perſonæ quando agitur de fauore reipublicæ: ponuntur exempla. & . numero. 24.

Lex non cenſetur aliquem habilitare, niſi expreſſè appareat.

Quando alienatio eſt in fauorem eccleſiæ non recipit reſtrictionem de ſolennitate.

Licèt autoritas ſuperioris requiratur in alienatione rerum eccleſiæ in ipſo actu vel incontinẽti pòſt: tamen quando emanauit ad vtilitatem eccleſiæ poteſt poſt ex interuallo interuenire.

24 Ad vtilitatem reipublicæ pertinet quòd quilibet admittatur ad defendẽdum præſtita ſatiſdatione: intellige vt hic.

Reipublicæ intereſt, vt crimina detegantur.

Non eſt recedendum à communi in iudicando & conſulendo.

25 Verba generalis legis vel ſtatuti debent interpretari & limitari ſecundum ius commune.

26 Qualiter fiat conſtitutum tam reſpectu ſolutionis quàm fideiuſſoris: & quid videatur promittere conſtituens alium fideiuſſorem.

27 An & quãdo teneatur ille qui cõſtituit ſe pro alio fideiuſſorum, ſi alius nolit fideiubere.

Duplex eſt ius ciuile.

Debitũ ex ſentẽtia an ſit de iure ciuili vel naturali.

30 Ad producendum vnum perfectum duo imperfecta concurrere debent.

Dictum vnius teſtis eſt nullius momenti.

31 Fideiuſſor in multis caſibus intercedit in quibus conſtitutus non habet locum.

32 An conſtitutum dolo vel metu extortũ ſit nullum ipſo iure: & an valeat, ſi fiat ſine cauſa. nu. 33.

An conſtitutum ſit ſtricti iuris contractus vel bonæ fidei.

35 Quid requiratur ad hoc vt aliquis dicatur contractus nominatus.

An conſtitutum ſit contractus nominatus.

Dare inconueniens in terminis remotis, non infert neceſſariò.

Diuerſa ratio pactum reformat.

36 An nudo pacto fieri poſsit fideiuſsio.

37 Quæ ſit differentia inter conſtitutum & alias obligationes.

38 Omnia quæ hic dicuntur de conſtituto procedunt

vbi quis ſimpliciter cõſtituit ſe ſoluturum quod ipſe vel alius debet ex cõtractu vel quaſi. ſecus ſi ex contractu pœnali:nã tale conſtitutum non valet.

39 *An ex pacto nudo de donando oriatur actio. numero. 42.*

Contractus donationis dicitur nominatus.num. 40.

40 *Contractus nominatus pœnitentia reuocatur.*

Illi ſunt contractus nominati qui ſolo conſenſu contrahuntur.

Contractus nominati eo ipſo quòd ſunt in eſſe producti, habent actionem.

41 *Donatio & pactum de donando an ſit vnum & idem.*

In ẽptione idẽ eſt promiſsio vẽditionis quod emptio.

Si promitto tibi me obligaturũ pro x. iſta verba inducunt obligationem, & ſtatim potes agere.

43 *Lex correctoria non debet extendi.*

44 *Quando ſtipulatio redditur inutilis ob aliquam cauſam, habet vim pacti nudi.*

Contractus dotis eſt nominatus.

45 *Ius diuinum & canonicum prohibet omni caſu vſuras..*

46 *In multis caſibus ex nudo facto oritur actio. vt hic, & 47.*

47 *Doctor contrarius debet repelli.*

48 *An & quando in ſtipulatione eſt certum, oriatur certi condictio ſpecialis ex ſtipulatu.*

Stipulatio eſt de iure ciuili.

§. IN PERSONAM. Diuiditur & ſummatur iſte text. vt hîc per Iaſ. Præſupponendũ eſt primò pro intelligentia iſtius tex. quod †tria fue-
1 runt tẽpora quibus obligatio, quæ ex nudo cõſenſu oriebatur, fuit variata. Primum tempus fuit iuris gent. quo ex pacto nudo producebatur actio. l. j. in prin. ff. de pact. cum ſi. verum quia paulatim ſuggerente malitia conuentiones nudæ non obſeruabãtur, ſuperuenit ſecundum tempus, quod fuit ius Romanorũ, & in ſubſidium infirmitatis humanæ inuenit ſtipulationem per quam conuentiones, veluti quodam ſtipite, munirent. hinc dicta eſt ſtipulatio quaſi ſtirma. vt ſupra de verb. obl. in prin. Et in ſimili ad iſtam variationem temporis facit tex. in c. & ſi Chriſtus. de iureiur. vbi dicitur quòd licèt præceptum domini ſit, quòd ſint promiſsiones noſtræ ſic ſic, non non: & quòd illæ ſufficiant ad obligandum, tamen propter hominum malitiam & incredulitatem, inuentum eſt ſubſidium iuriſiurandi per quod promiſsiones noſtrę firmentur, ita ibi textus. ſed tamen quia iniquum erat quòd verba quæ proceſſerunt ab hominibus probatis, fierẽt irrita, iuxta legem, conuentionum. ff. de pactis, ſucceſsit prouiſio prætoris, & ſic tertium tempus per quod. o. reuolauit ad a. id eſt extremitas ad principium: vt dicit text. in c. ab exordio, xxxv. diſtinct. Ex qua inductum eſt vt conſtituta & ſic promiſsiones quæ nudo conſenſu contrahuntur, conſeruentur: vt dicit textus in l. prima, ff. de conſtituta pecunia. Et de iure Romanorum ex pacto nudo actio non daretur: hoc tamen iure prætoris datur per quod reducimur ad primum tempus: & ideò iſta via fauorabilis eſt: vt dicit text. cum adductis latè ibi per moder. in l. ſi vnus, § pactus ne peteret, ff. de pactis, gloſſ. in cap. iij. in ver. numerandum, de præben. lib. vj.

a †Tamen circa rationẽ iſtius diſpoſitionis prætoriæ quare inductũ eſt quòd ex pacto nudo producatur actio, variæ fuerunt ſcribentium ſententię: vt hic breuiter exorditur Iaſ. illa tamen eſt communis, quòd cõſtitutum producat actionem propter geminationem quam ſequuntur ſcriben. moder. communiter in rub. ff. de verbo. oblig. & in l. legem. C. de pac. & alibi ſæpe. & plures alias rationes aſsignaui, infrà in gloſ. & iſtam dicit eſſe communem Iaſ. in l. pacto. C. de pac. & in l. ſi veritas. C. de fideicom. & in rub. ff de verb. oblig. in iij. col. & ibi Iaſ. in iiij. col. impugnat iſtam rationem vna ratione quæ prius fuit Bal. nouel. ibi in ix. col. de quo ipſe mentionem non facit. dicit enim quòd non eſt verùm quòd pactum nudum geminatum poſsit actionẽ producere ex eo, quia pactum nudum ex quo producit naturalem obligationem, habet ſe tanquam mater ad producendam actionem, & ciuilis obligatio tãquam pater: vt no. Bar. in l. j. ff de condi. inde. & in l. cum quis, C. de iu. & fac. igno. ſed impoſsibile eſt per naturam quòd duæ feminæ ſine maſculo generent: ergo idem erit incõueniens hoc dicere de iure, cùm ius imitetur naturam: vt in §. minorem, ſuprà de adoptio. Or tu aduerte quòd iſta ratio nihil valet: nam non eſt verum quòd in cõſtituto adſint duæ naturales obligationes ex eo, quia licèt primum pactum ſuper quo fit conſtitutum naturale contineat ipſum: nam conſtitutũ quod fit ex ſecundo pacto nudo, habet ſe ad primum pactum: vt obligatio ciuilis cõfomentetur à lege, & dicatur conuentio legitima: vt dicit Bar. in l. iuris gentium, §. igitur nulla. in fin. ff. de pac. vt infrà dicetur. prætetea poſita illa ratione pro vera dico quòd non eſt inconueniens quòd duę naturales producãt actionem nam videmus quòd ſola ciuilis: & ſic pater ſolum poteſt producere actionem, & ſic filiam ſine matre: vt patet in literarũ obligatiõe: de quo per Bar. in l. cùm quis. C. de iu. & fac. igno. idẽ in ſententia condẽnatoria ex qua oritur tantũ ciuilis: vt tenet Bar. in l. Iulianus verum, ff. de cõdi. & de. & in l. j. eo. ti. ſic ergo facilius debet admitti, vt duæ matres producant filiã, quàm ſolus pater ſine matre, & hoc quidem naturaliter eueniſſe legimus de quodam Merlino, quem plures & probatiſsimi auctores teſtantur fuiſſe genitum & cõceptum ex ſola fœmina ſine viro artificio dęmonis: vt teſtantur Sigiſbertus Vicẽ. & alij quos refert beatus Antonius in ſecũda parte hiſtoriarum, tit. xj. c. ij. §. j. de quo etiam per diuum Auguſt. in li. xv. de ciui. dei. c. xxiij. & legitur in lib. de naturis rerũ, fœminam quandam cõcepiſſe ex altera fœmina quam ardebat: illa enim fœmina, peracto coitu à maſculo & recepto in vulua ſemine, fertur illicò petiiſſe alteram fœminam à qua luxurioſè nimium diligebatur, & cum ea ardenter coiit ad ſimilitudinem maſculi & fœminæ taliter. vt ex illa mutua perfricatione adeò exarſerat, vt ſemen illud receptum à prima in matrice infuſum fuerit in vuluã alterius, & à matrice receptum, adeò vt conciperet. ſi igitur hæc & pleraque alia prodigia naturaliter fieri poſſe legitur. cur à fortiori nõ dicemus hoc fictè poſſe facere ius ciuile, vt vel ſolus pater fictè

ficte,vel ſola mater,hoc eſt vel ciuilis tantum vel
naturalis obligatio non producant actionem,vel
duæ naturale,imaximè quia etiam iſta ſimilitudo
patris & matris quæ fit in obligationibus,nunquã
mihi placuit; vt dixi ſuprà in vno §. quia ſunt
ſomnia doctorum,neque à iuriſconſultis vel im-
peratoribus in corpore iuris reperiuntur ſimilia
noua côceſſa obligationibus.& ad prędicta facit
dictum Bar.in l.j in iij.col.ver.item non eſt, ff de
pecu. Iaſ. tamẽ hic dicit quòd inter alia ſibi vide-
tur vna alia notabilior ratio & ſignanda , ꝙ ideò
in cõſtituto ex pacto nudo producitur actio:con-
ſtitutum dicitur eſſe contractus nominatus, cùm
habeat nomen ſpecificũ & elegans:vt no.Bar.in l.
iuris gentiũ,§.igitur nulla.in ti.ff. de pactis.igitur
producit de ſe actionẽ,ſicut alij contractus nomi
nati,& ſecũdum hoc nullum erit ſpeciale.& cum
iſta npi.tranſit idem Iaſ in l.ſi pacto quo pœná.in
j.col nu.vj.C.de pactis.& Alex.in apoſt. ad Bart.
in l.j.§.fi.ff.de conſti. pec. licèt poſtea ſuper gloſ.
nulla infrà iſto §. videatur variare Iaſ. Tamen
aduertẽdum eſt quòd iſta ratio poteſt cauillari,&
in primis negari poteſt:quia iure non fundatur:&
ratio illa quòd cõſtitutum habeat elegãs nomen,
non eſt ſufficiens:quia etiã videmus quòd permu
tatio habet elegans & ſpecificum nomen denotás
perfectionem,l.vrbana.§.pernoctare,ff.de verbo.
ſigni.& tamen non eſt contractus nominatus: vt
tenet Bal.per illũ text.in l.ſi permutationis.C.de
euictio. Bar.in l.j.ff.de rerũ perm.&in l.iuris gen.
in prin.ff.de pactis.neq; enim quò ad producẽdũ
actionem ſufficit quòd contractus ſit nominatus,
niſi hoc expreſſè detur à lege.patet:quia ſi fideiuſ.
ſio eſt contractus nominatus,vt cõcludunt mod.
Pap.in rubrica de ver.obli.tenet Io.Fab.ſuprà de
fideiuſſo.in prin.& Nicol.de Neapo.in §.de con-
ſtituta.infrà eo.Iaſ.in d.l.iuris gen.§.ſi cum nulla
ff. de pactis.& tamen non producit actionem ex
pacto nudo,niſi interponatur ſtipulatio, l.blãdi-
tus.C.de fideiuſ.tamen nõ recedas ab iſta ratione,
quæ videtur firmior cæteris quam tibi defendam
inferius ſuper d.gl.nulla.Sed pro alia noua ratio-
ne vltra alios videtur pró nunc dicendum quòd
propterea in cõſtituto ex pacto nudo producitur
actio,quòd iſta materia eſt magis propria, & par-
ticularis mercatorũ quàm alterius generis perſo-
narum:vt dicit Bald.in rubrica. C. de conſtituta
3 pe.& tenet hîc Iaſ.in princ. † Et ſpecialiter iſte
contractus conſtituti inductus eſt ex conſuetudi-
ne curiæ mercatorum propter æquitatem & bo-
nitatem quæ verſatur in ea:vt dicit Bar.in l.quin-
tus.& in l. fideiuſſor. §.quædam ff.manda.vbi di-
citur plus , quòd pactum nudum apud mercato-
rem nihil differt à ſtipulatione reſpectu obliga-
tionis:& ita notabiliter dicit Bal.in ca.ſi pro de-
bilitate.in ij col.verſicu.ij.dicitur. de offi.delega.
quod dictum commendat Alexan.in l. iuris gen-
tium,§.ſed cum nulla.in fi.ff.de pac. licèt ibi non
ponat pro conſtanti, Iaſ. tamen ibi hoc firmat in
ij.colum.verſicu.ſecundò fallit in curia mercato-
rum.& Idem Iaſ.ſequitur in l.lecta.in viij.colum.
verſi.quartus caſus.ff.ſi certum petatur. Feli.in c.
j.prima col.ver.caſus autem. de pactis.cum ſimi-
4 libus.Et propterea videmus quòd in † foro cano-
nico vbi etiam agitur de bono & æquo , pactum
nudum actionem producit.& breuiter vbicũque
æquitas obſeruatur ibi pactũ nudum obligat : vt
tradunt moder.in c.j per illum text.de proba.ne-

que obſtat ſi dicatur quod cõſtitutũ poteſt etiam
fieri per alios qui non ſunt mercatores : quia re-
ſpondetur quòd illud non eſt in conſideratione:
quia lex conſiderauit illud quod frequentius: ar.
gu.l.nam ad ea.de legib. pro quo eſt notabilis do-
ctri. Bald.in ſimili in l.ſi is qui.§.fin. in fin.ff.de
pigno.quamuis in alio propoſito,ſuprà in §.pro-
ximo de illo dicto dubitauerim. Vel ſecundò
poſſet dici quod conſtitutum ideò producit a-
ctionem ex pacto nudo:quia fomentatur ſpecia-
liter & adiuuatur à lege,argu.l. cùm oſtendimus.
§.fi.ff.de fideiuſſ. tut. vbi pactum nudum factum
in iudicio producit actionem,quia veſtitur calo-
re iudicij.vt tenet Alexand.& Aret.in l.j.in prin.
ff.de verb. ob. Bar.in l.tale pactum.§.qui prouo-
cauit.in vltima col.ff.de pac.& ſecundum iſtam
rationem dictum Bar.in d.l.iuris genti.§. igitur.
poterit procedere ex eo,quia Bart. non dicit ſim-
pliciter quod ex cõſtituto producitur actio, quia
contractus eſt nominatus : ſed ponit duo copula-
latiuè. ſcilicet , quia eſt contractus nominatus &
legitima conuentio, & ſic fomentata à lege. pro
quo bene facit lex, lege obligamur.ff. de actioni.
& obligationib. & contrarietatem Bartol. quam
hîc ponit Iaſon , concordat Nicellus in tractatu
contrarieta.Barto.concor. xij. vbi videas. Ad-
uertendum eſt vlterius pro declaratione mate-
riæ quòd hic.§. vſque ad ver. actiones. ponit pri-
mã actionem perſonalem prætoriã ex tribus hîc
enumeratis,quæ dicitur de conſtituta pecunia:&
licèt imperator hic de actionibus perſonalibꝰ prę
toriis tractatum poſuerit prius, tamẽ inter reales
quaſdã actiones perſonales poſuit,ſuprà in §.itẽ ſi
quis in fraudẽ, & ideò ordine cõfuſo hîc poſui de
perſonalibus,cùm vel omnes ibi vel hic poni de-
berẽt:quicquid tamẽ ſit, hic principalis tractatus
videtur: & quod in §.item ſi quis in fraudem , di-
ctũ fuit,incidenter ponitur,non tamen extra pro-
poſitam ibi materiam.arg.ſupra de leg. in princi.
cum de reſciſſoriis realibus prætoriis loquens,de
perſonalibus etiam reſciſſoriis ſiue reuocatoriis
cõgruũ fuit diſſerere.quæ hic non poterant adap-
tari ita commode:poſitæ igitur fuerant de per ſe,
& cur prius in ordine hic actio de conſtituta po-
5 natur quã reliquæ duæ aliæ actiones,† cum ordo
dignitatem arguat:vt tradit Iaſon & Decius poſt
alios in rubrica.ff ſi certum petatur. in capitulo
quæſtione , quare prius iuriſconſultus ibi poſuit
de realibus quam perſonalibus, & capitulo ſta-
tuimus. de matrimo. & obed . poſſet dici quòd
iſtud eſt de arbitrariis in quibus inſiſtendum non
eſt:vt dicit in ſimili Decius in rubrica. C de te-
ſtamento militis , Abbas poſt Ioan. Andr. quos
ibi ſequitur Decius in rubrica extrà de except.
cum parua aut nulla vtilitas ex hoc reſultet:quia
quocunque modo Imperator feciſſet, reprehendi
non debet:vt dicit Decius in rubrica de proba-
tio.in principio, vt rſicu. pro reſponſione. Vel
dicas quod Imperator non intendit hic tracta-
re de omnibus actionibus perſonalibus præto-
riis: quod patet hic dum dicit,& alias quàm plu-
res : quæ verba ponderat Iaſon. ad hoc idem in
§. præcedenti, in vigeſimaquinta colum. nu.cen-
teſimo vigeſimoprimo. dum gloſſ. ibi enumerat
decem actiones prætorias reales , & tamen in
text. non ponuntur niſi tres. ex quo videbatur
quòd imperator diminutè procederet , ſed ip-
ſe reſpondit ,vt ſuprà dixi , per iſtum text. & per

hoc ego confundo dictum Alexãdri in rubrica ff.
ſi certum petatur,dũ vult quòd illa verba ſi certũ
petatur, poſita in l. j. ff.de tritica.non eſt nomen
actionis prætoriæ: quia non enumerantur in iſto
§.tamen ex prædictis iſta conſequentia confuta-
tur.nam poſſet eſſe quod talia verba ſint nomen
actionis , & tamen quod hic non enumeratæ
ſint,cùm aliæ plures prætoriæ hîc non ponuntur.
6 † In tex.ibi,quoque,ſecundum Dy.no.quod iſta
dictio quoque,de ſui natura eſt cõtinuatiua caſus
præcedentis ita dicit Car.in cle. j. verſic. at prio-
ratu.,in ij.quæſt. de regula.& eſt text.in §. pœna-
les,infra.eo. & de ſui natura ſignificat ſimilitudi-
nem, quòd idem ſit in caſu ſequenti quod in præ-
cedenti: vt tradit Aret. per plura iura in l. quod
dicitur.in vj.col.ff.de verb.obli.l.ſeruum quoque
de proc.per quam legem idem tenet Bart.in l.La-
beo.ff.de pactis.quem ad hoc alleg.Iaſ.in l.j.in iij.
col. ver.iij. pondera. nu.xj.ff. de adoptio. & eſt
tex.in c.diſpendia.§.reus quoque.de reſcrip.li.vj.
& per Aret.in l.ſi pacto quo pœnam in ij. col.C.
de pac.& vltra ipſos eſt tex.& ibi glo.no.in l.ij §.
fi.ff.pro hærede.in c. quarundam.§.circa.de elec.
lib.vj.cum multis concor.vt per moder. Florenti-
nos in §.Cato.ſo xix.colum.j.ff.de verb.ob. Sed
tamen aduertendum eſt quòd iſtud quod di-
ctum eſt,nõ procedit in caſu tex.noſtri: quia non
reperit nec ſignificat:quia idem ſit in hoc §.quòd
in §. præcedenti: imò aduerſatur.cùm in §. præ-
cedenti dictũ ſit de realibus actionibus, hic verò
de perſonalibus tractatur. niſi dicamus quòd re-
perit idem reſpectu originis:quia omnes præto-
riæ ſunt.ſed primum videtur verius: nam hæc di-
ctio quoque,non ſemper eundem caſũ implicat,
ſed diuerſum,prout deducit Soci.in l.j.in princ.in
v.col.nu. xxxj. ff. de acquiren. poſſ. per text.in l.
manumiſsiones.ff. de iuſti.& iur. ponderando vt
ibi per eum.& vltra eum eſt text.in c.cùm ſpecia-
7 li.§.penul.de appella. † In text.ibi veluti, nota
quòd hæc dictio hic exemplificatiuè ponitur:vt
in l.veluti,ff.de iuſti.& iur.& ita ponitur in l.infa
men.ff.de publi.iudi.& in l.ſi is qui ducenta §. v-
trum.ff.de reb. dub. & ff.de eden.l. ſi quis ex ar-
gentarijs.§. fin.cum l. ſequenti. cum ſimilibus:vt
latè per Brixiẽſem.in reperto.ſuo,in verbo,velut.
alibi tamen fictitiè ponitur: vt in §. actiones au-
tem,infra eo.& ibi dico.& quæ differentia ſit in-
ter iſtam dictionem veluti, & dictionem velut,
ponit glo.in l.j. §. nunciatio fit,in verbo,vel,ff.de
no.ope.nun. nam iſta dictio veluti,eſt vna dictio:
ſed dictio velut,ſunt duæ.& dicit Bald. in l.ſi tu-
tor.in prima lectu.per illum tex. C. de interdict.
ma.quod dictio veluti, inducit præſumptionẽ iu-
ris de iure,contra quam non admittitur probatio
in contrarium,quod non reperitur in iſta dictio-
ne veluti: tamen aduertendum eſt, quia iſtud di-
ctũ Bald.non videtur verum:nam in iure non re-
peritur talis differentia.nec ob.d.l.ſi tutor.quia i-
bi illa præſumptio ſiue fictio nõ inducitur virtu-
te illius dictionis veluti,ſed ratione facti. ex quo
præſumptio doli colligitur,ſuper quam fingit ibi
imperator:& illa dictio veluti,ibi ſimilitudinatiè
ponitur,prout in l.ex caſtrenſi.ff de caſtren.pec.
& in l. in teſtamento. ff.de fideicom.lib.& hoc i-
dem eſt in dictione velut:vt in l.certi condictio.§
ſi nummos.ff.ſi cer.pe.& ſic videtur quòd inter ſe
iſtæ adictiones in effectu non,differant , prout e-
tiam in ſimili videmus in iſta dictione ſicut, & ſi-
cuti:quia non differunt in l. Lucius. ff.de fun.in-
ſtru.& in l.prædijs.§.Titio,de lega.iij.& in c.quo-
niam,de offi.deleg.& l.ſicuti. ff. de arbit. & illud
quod diſponitur in d.l. ſi tutor. eodem modo in-
duci poteſt,etiam ſi illa dictio veluti, nõ eſſet po-
ſita,ſed alia ſimilis:vt eſt caſus in effectu ſimilis in
§.ſancimus,in authen.de hæred. & falc.vbi diſpo-
nitur,quòd eo ipſo quòd hæres non fecit inuen-
tarium,præſumitur quòd ſubſtraxerit bona hære-
ditatis.& ideò tenetur vltra vires hæreditatis : &
licèt in veritate illud non fecerit::tamen quia lex
inducit præſumptionem iuris,& de iure , non ad-
mittitur probatio in contrarium: vt tenet Alex.
allegando illũ tex. in l.j. in ratione §. quod vul-
go.ff ad leg.fal.& tamen ibi illa præſumptio non
colligitur virtute dictionis,ſed ratione facti,&
ita videtur in propoſito dicendum : tamen dum
occurret caſus,tenebis menti illam doctri. Bald.
8 propter eius auctoritatem. † In text. ibi vide-
batur,iſtud verbum fictionem ſignificat,vt ibi pa-
tet:& regulariter ita eſt:vt tradit Bar.in l.ſi is qui
pro emptore.in iiij.col.num.v.ff.de vſucap.quem
ad hoc Soci.allegat in l j.§.per ſeruum. el primo.
in j.col.ff.de acquir. poſſ. & latiùs in repe. l. cùm
auus.col. xxxv. nu . lxviij.ff.de condi. & demon.
cum concor.vt per Iaſon.in l. clam poſsidere. §.
qui ad nundinas.in x.col.nu. lxiij.ff.de acquiren.
poſſ. & per eundem latiſsimè in d. l, ſi is qui pro
emptore.in xxvij.colum.nume.cviij.cum ſeq.vbi
plura dicit. quibus adde ea quæ ponit Bertachi-
nus in ſuo reperto. in ver. videtur,ſecundum im-
preſsionem & additionem nouam.vbi plura no-
ta.digna ex ibi additis colligi poſſunt: quæ per te
videas.& reaſſumit idẽ Iaſ.in l.qui liberis. §. hæc
verba.in iiij.col.in prin.de vulg.& pup.adde tex.
in clemen gratiæ.de reſcri.vbi docto.notãt quòd
iſtud verbum pariter ad veritatem & fictionem
adaptatur:ſuper quo diſceptat ibi Andr. ſicul. &
9 dixi in c.j.de iudi.lib.vj. † In tex.ibi, ex ſua iu-
riſdictione &c.not. iſtum textum. ad ea quæ dixi
ſuprà in §.ſed iſtæ.in prin.in ſecundo notabili:v-
10 bi ponuntur ſimilia verba. † In tex.ibi,iure ci-
uili tenetur. no.text. quod ſtipulatio à iure ciuili
dicitur inducta:& ita not.gloſſa, hîc & iſtum tex-
tum ad hoc ponderat Decius in c.j.in iij. colum.
extrà de prob.&quod habetur per moder.in l.ex
hoc iure.ff. de iuſti.& iure. In tex.ibi,ſed ex no
ſtra conſtitutione &c. nota argumentum quòd
liber iſte Inſtitutionum fuit editus poſt compoſi-
tionem Codicis,quem modò habemus:de quo ta-
11 men dic,vt dixi. ſuprà in §.rurſus in gloſſ. † In
tex.ibi,& alias quam plures.nota quòd ſufficit in
aliquo tractatu capita principalia materiæ inſe-
rere.& licèt aliqua ſint omiſſa.non propterea di-
minutus dicitur tractatus. ita ad hoc iſtum text.
no.Iaſ.in §.item ſeruiana.ſuprà eo.in xxv.col.nu.
cxxj.& vltra ipſum eſt text. melior.in §. penales,
ibi, & aliis innumerabiles. infrà eod. & per hoc
redditur dubium vnum dictum Alexand. in ru-
brica.ff.ſi cert.per.in ij.colum. dum vult quod il-
la verba,ſi certum petatur,poſita in l.j.ff.de triti-
ca.non ſunt nomen actionis prætoriæ:quia in iſto
§.non enumeratur illa actio:quia ex prædictis ha-
bes contrarium: nam ex quo hîc non enumeran-
tur omnes actiones,potuit illa eſſe de non enume
ratis quo caſu non concludit ſua conſideratio.
12 † Nota primo ex iſto tex.ſecundum Iaſ. ibi, a-
lioquin , quod iſta dictio eſt mirabilis ſecundum
Bar.

Bar,in l.ij.in iij.colum.verſic.quarto quaro,ff.de
condi.& demon.quia non facit orationem con-
ditionalem : ſed in ſeipſa continet diſpoſitionem
contrariam præcedenti diſpoſitioni ; & ſic expo-
natur alioquin,id eſt,ſi prædicta non fuerint,ita
Iaſ.hic & Bart.in d.l.j.& eſt text.vltra ipſos in d.
l.his igitur côtra.de iuſt.& iur.& in l.vnica.C.ex
delic.defunctorum.& in l.qui negocia.ff.manda.
& l.qui poſthumos,ff.ad Sillania. Sed pro clara
reſolutione iſtius notabilis dic tu clarius & facias
regulam quòd iſta dictio alioquin,de ſuo proprio
ſignificatu refertur ad omnia præcedentia aduer-
ſatiuè,& ipſa exponitur conditionaliter & diſpo-
ſitiuè,vt hic;nam ita demum erit conſtitutum,ſi
aliquis ſine ſtipulatione côſtituerit ſe ſoluturum
alioquin,id eſt,ſi ſtipulatio interueniat conſtitu-
tum non erit:& in hoc eſt mirabilis natura huius
dictionis : quia cùm conditio nihil ponat in eſſe;
& ſic nihil diſponat : vt habetur. in §. ex condi-
tionali,ſuprà de verbo.oblig. & no. Bart.in l.ita
ſtipulatus.de verbo. oblig. & hoc ſiue ſit expreſſa
ſiue tacita:vt no.Bal.in l. j. in fi. C.de cad. tol.&
Bat.in l.item quia, §.j.ff.de pac. tamen ex natura
iſtius dictionis,quæ in condictionem reſoluitur,
illa condictio diſponit & eodem tempore ope-
ratur conditionem & diſpoſitionem , & aduerſa-
tur dictis præceden. vt dictis iuribus. & ſequitur
Decius in l.mutuum damus in prin.in v.notabi-
li,ff.ſi cert. pet.alleg. l.milites, ff.de cuſto. reo.&
Bart.in d.l.j.cum aliis:vt ibi per eum , licèt non
ita declaretur. & vltra ipſum hoc prius tradit
Philippus Francus poſt do. in c.mandato. in pri-
ma col. verſic. ſed primam. de præb. lib.vj.alleg.
Bat.in d.l.j.& eſt gloſ.in c.vt circa.in verbo alio-
quin.de elec.eod.lib.quæ eſt magiſtra & notabi-
lis.&tenet idem Iaſ.infrà in v.col.nu.xxiij. Hoc
tamen ſingulariter limitatur vltra ſuprà dictos
doctores,niſi ex relatione ad omnia præcedentia
reſultaret abſurdum vel rigoroſum:nam tunc tan-
tum ad proxima debet referri, non ad omnia.ca-
ſus eſt de hoc ſecundum intellectum gloſ. ibi , in
ver.priuatum. in c.extirpandæ, §.fi. extrà de præ-
ben.ita per illum text. declarando doctri. Bat.in
d.l.j.conſuluit in notabili caſu Corneus in conſi.
cccxiij. incip. aliàs per me.& in iiij. volu.& vltra
ipſum tu extende hoc idem procedere in omni
cauſa beneficiali:vt notabiliter videtur colligi ex
ex dictis Domi.& Philippi Franc.in ca. mãdato,
declarando vt in voce. & hoc ratione ſuadetur:
quia in beneficialibus de bono & æquo procedi-
tur, ne rigor admittatur : vt declarat notabiliter
Lap.in alle.ſua lxxxix.incipiẽ. In Dei nomine fa-
ctum ſuper quo &c. in penult. colum. & retenta
iſta opin.pro vera quòd dictio alioquin , influat
tantum in proximè præcedentia , reſultat ex hoc
nouus ſenſus ad iſtum text. videlicet quòd ita de-
mum conſtitutum non valebit factum per ſtipu-
lationem , quando aliquis pro alio conſtituit : ſe-
cus ſi pro ſeipſo : quoniam illud eſt proximum
dictum ex præcedentibus,vt quis pacto nudo pro
alio poſſit conſtituere: quo caſu ſi non pacto nu-
do ſed per ſtipulationem côſtituit,non valet con-
ſtitutum:& ratio poteſt eſſe:quia talis promiſsio
facta per tertium eſt quædam ſpecies nouationis
quæ fieri non poteſt per conſtitutum, niſi expreſ-
ſe agatur, l. vbi quis. & ibi Bart.ff.de conſti. pec.
facit tex.in l.fi. C.de noua.Paulus de Caſtro , &
Alexand.in l.qui vſumfructum,ff.de verbo. obli.
cum ſimilibus ; vt per Firmianum in repertorio
ſuo in verbo nouatio.verſi.iij. quæ ratio non mi-
litat, quando quis pro ſeipſo conſtituit:de quo ta
men infrà dicemus:ſed tamen circa hoc obſtaret
text.in capitulo ſuper.in verſiculo alioquin.& ibi
Abb. in ſecunda columna,de re iudic. & ideò co-
gita , & vide quæ dixi in rep. capit. de multa , in
13 princ.de præben. † Nota ſecundò hîc text.in
ver.transfuſum eſt, ſecundum Iaſ. poſt Ange. hîc
quòd quamuis alicui ſit ſuperadditum,nõ tamen
propterea mutat nomen ſuum: per ea quæ hîc al-
legat Iaſ ſed vltra ipſum & alios pro iſta opi. ad-
de quatuor vel quinque deciſiones:primò pro iſta
parte eſt tex.in §.fuerat,infrà eodem ibi,in actio-
nem ex ſtipulatu tranſtulimus.& faciunt,quæ ibi
no.Iaſ.in j.col.& per hoc etiam ſingularis text.in
in l.falſa demõſtratio,§.ſed & ſi cui,ibi, nam bo-
nor eius auctus eſt non cõditio mutata,ff.de con-
di.& demonſt.per quem dicit ibi Bal.& alij quòd
tabellio factus miles vel doctor non deſinit eſſe
notarius.& ſic poteſt inſtrumenta conficere. ta-
men aduerte quòd licet cum iſto dicto tranſeant
ibi poſteriores, non tamen mihi ſatisfacit ex eo,
quia expedita eſt iuris regula , quòd habentibus
dignitatem prohibetur exercitium artis notariæ
tanquam viliſsimæ.l.vniuerſis.C. de decurio. lib.
x.& ibi Bat.inuehit contra aduocatos exercentes
huiuſmodi artem, quod dictum ſequitur Decius
in capitulo ex literis.columna penultima,de pro-
bat. & Bonus de Curtili.in trac. nobilita. nume.
cxxxviij.facit l.nobiliores.C.de cõmer.& merca.
in ſimili & ibi no. Bal. vbi colligitur quòd ſi no-
bilis exercet artem mercantiæ , perdit nobilita-
tem in ſpecie. not. Alexand. contra Venetos in l.
j.in apoſtilla ad Bartnl. C. de digni. lib. xij.facit
etiam pro iſta parte text.in l.interdum ff. de ope.
liber. vbi in fortioribus terminis ibi diſponitur
quòd obligatio operatum perſonalium de qua
tenebatur libertus patrono,ſupprimitur ſuperue-
niente in libertũ dignitate : ita eſt dicendum hîc
14 quòd per doctoratum,† qui dignitas dicitur,vt in
capitulo quantò. de magiſt. aboleatur ſeruile of-
ficium notarij.facit etiam pro hoc quod no. Bal.
poſt Iac. bu. in l. quiſquis in fi. verſiculo vltimo
dicit. C.de epiſ. & clericis videlicet quòd digni-
tas operatur,vt quis excuſare ſe poſſit ab eo quod
promiſit : ideò infert quòd ſcriptor qui promiſit
librum ſcribere,ſi poſtea rector efficiatur , excu-
ſatur: vt ibi latiùs per eum facit quòd dicit Bart.
in l.continuus,§.ſi ab eo, ff.de verborum obliga.
tamen prima opinio videtur verior poſt factum:
ſecus ante factum,pro qua facit tex. quem ibi no.
in capitulo officium,§.ad conſcribendas de here.
libro ſexto , per quem text. dicit Felin. in capi-
tulo , cum , i. & a. in quinta columna , in princ.
15 verſic.pro obligatione, extrà de re iudic. † quòd
quis per monachatum non mutat conditionem
priorem.nam ſi prius erat obligatus , factus mo-
nachus tenetur ſoluere : & hinc eſt quòd mona-
chus factus epiſcopus non deſinit eſſe monachus
quòad ſubſtantialia : vt latè tradit Iaſ. multa prò
& contrà allegans in authent.ingreſsi.in ſecunda
colum.num.viij.cum ſeq. C.de ſacroſan.eccl.pro
quo facit text.in cap.de monachis,xvj.quæſt.j.fa-
cit etiam quod dicit Bald. In titulo de pace Con-
ſtan.in iiij.colum. verſic. quarto nunquid ciuitas:
quòd ciuitas durans in nouis ciuibus nõ natura-
libus,ſed aduentitiis dicitur eadem , nec mutatur
de quo

de quo ibi latè per eum:nec qui factus eſt cardinalis perdit iura ſuccedendi:nam quo ad illa idem reputatur:vt latè pro & cōtrà diſputat And. ſicul. in trac. de præſtan. car. in iij. q. principali primæ partis & hæc omnia ad veram regulam reducuntur quod accidentia non mutant eſſentiam rei.l. qualiter.§.inde.ff. de fideicom.liber.cum ſimilibus: vt per Decium in c.ij. in j. colum.ver.in alia materia de conſti.& latè dixi poſt Decium in in c. poſtulaſti. in fi.de reſcri. ſicut fortuna nō mutat genus:vt inquit Horatius. & eſt tex.in l.nobiliores. C. de com. & merca. quem ad hoc notat quidam doctor Raynaldus in trac.nobilitatis fo. iij.in ij. col. & prius illum tex.ad hoc idem notat Andr. ſicul.in c.j.in j columna,de dona. & in cap. accedens.el. ij.in prima col. nu.ij. vt lit.non con-
16 teſta. † Et iſta regula multa contraria patitur in quibus additio vel qualitas ſuperaddita mutat naturam rei.l.ſi cui.de leg.iij.l.j. ff.de dona.& bonus tex.in c.ſtatutum. iuncto c. licet canon.de electio.libro vj. per quem text. traditur regula contraria quod qualitas obueniens enti qualificat ipſum ens, & reponit ipſum in diuerſam ſpeciem capit. cùm Marthæ.§.quæſiuiſti.de cele.miſſ. & iſtam regulam per d.c. ſtatutum. & c. licet.tradit And.ſicul.in repe.rubricæ.C.qui admit.in xv.col. & trac.de pręſtan. car.in xij.q. primæ partis in ij. col.cum alijs infinitis concor.vt ſcripſi in d. c. licet.& finaliter hęc materia brocardica videtur:vt patet ex adductis per Iaſ.in l.ius autem ciuile.vbi etiam colligitur dicta regula quòd additio reponit rem in diuerſam ſpeciem. ff.de iuſti. & iure.& idem Iaſ.poſt Alexād.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter. ff. de ver.obl. Et ex ſupradicto notabili Iaſ. hîc infert ad alias deciſiones ſatis extraneas,quas remiſſiuè complectitur in primis ad illud quod dicit quòd ſi regnū augmētetur, quòd debet ciuitas augmentata regi & gubernari conſtitutionibus & ſtatutis regni. Adde latiſsimè vltra Iaſ.hîc Alex. in conſi.clxxviij.inci.in occurrenti caſu per totū. lib.ij.vbi notabiliter limitat.niſi ex hoc inferatur præiudicium tertio. nam tunc locus auctus non debet eodem iure cenſeri quo vtebatur antequam augeretur: de quo dixit latiùs Imol.& Barba.qui plura ponit in cle.fi.in gl.creaium. vbi videas quæ ſcripſi de reſcrip.& latiſsimè ſingula capita quæ hîc ponit Iaſ. & quàm plura alia pertinentia ad omnem materiam in qua augmentum conſiderari poteſt.proſequitur per plures deciſiones & limitationes Albertus Brunus Aſtenſis in trac.ſuo de augmento,maximè in ix.& x. concluſione principali,& per Firmianum in reperto.ſuo in verbo comitatus.verſi.penul.& propter varietatem deciſionū quæ ibi congerit,vix poteſt certa regula colligi.& quid iuris etiā ſit in adæquatis,videlicet quādo vnum adęquatur alteri,nō eſt materia iſtius tex.& ideò vide latè Alexan.Iaſ. & alios nouiſsimos in l. prima. vbi ordinariè traduntur ea quę hîc de adæquatione ſcribit Iaſ.ff.de
17 legatis primo. † Nota tertio ſecundum Ang. & Iaſ.hîc in ver. ſuperuacua. & ibi à noſtris legibus receſſere.quod ea quæ ſunt ſuperflua, nō ſunt in legibus inſerenda tanquam nullius vtilitatis. facit l.ff.j.quod met.cau.& eſt bonus tex.& ibi no. Abb.in c.de multa.de præben. & in c. exir autem lex,iiij. diſt. & vtrobique dixi in repetitionibus meis editis Patauij in notabilibus cum multis concor.vt per Iaſ.in l.ait prętor.la j.in primo notabili ff.de iuſti.& iur. Et ex hoc in argumentum infert hîc Ang.quòd leges correctæ allegādæ non ſunt.& licet Iaſ.dicat quòd hoc nullo modo colligitur ex tex.noſtro,ſed eſt penitus extraneū, dicas tu quòd optimè colligitur:nā ratio quare lex correcta allegari non debet,eſt quia nullius vtilitatis cenſetur poſtquam correcta reperitur: vt in auth. de nauticis vſuris, ibi inualidam eſſe & vacare. hæc autem ratio colligitur ex tex.iſto:ergo attenta mente iſtius tex.illud argumen. Ang.hîc probatur,& quod dictum eſt de lege,idem dicendum eſt de ſtatuto correcto, quod non debet allegari: vt dicit Bald.& alij in §. hunc igitur.C.de iuſti. Co. confir.adde tex in l.fi.§.his itaque.C.de ve.iur. enu.ſequitur Præpoſi. in c.xix.diſt. gl. in ſumma xxv. q. ij. aliâs allegantes pœna cornelia de falſis tenentur.l.fin. vbi Bar ff.de falſis. & idem Bar.in l.omnes populi.in fi.ff.de iuſti.& iu. cū ſimilibus: latè congerit Marcus Anto.Baueri Inſti. de teſta. in prin.in ſecūdo notabili. Hoc tamen notabiliter declarāt vltra omnes procedere quando lex correcta allegaretur in deciſionibus cauſarum, & propter hoc alicui præiudicium eſſet illatū. nam tunc bene de falſo punitetur allegans, ſecundum quod declarat Bar. in d.l.fi. ſecus verò vbi ex illa allegatione nemini præiudicium infertur.gloſ.eſt de hoc notabilis iuncto tex.in l.damus.C. de fal. quam ibi no.doc.& idem tenet Bar.in l.ſi quis legatum.in ij.col.ff.eod.ti.& in l.j.§.qui in rationibus.eo.ti.gl.fi.vbi Imo.in c.quanto.de iureiur.tenet Alex.conſi.lxx.viſo proceſſu.col.pe li. x.& in conſi.lxxiiij.viſo teſtamēto. col.penul.in prin.eo. vol.cum ſimilibus,quæ ad d.l.damus.licèt non in iſto propoſito,cumulant nouiſsimi in reper. §.his itaque.in viij col. Inſti.de iuſti.& iu.quę tene mēti:quia nuſquā alibi collecta reperies: & ideò notabiliter voluit Bal. in l. ſi per illum text.ff.quod cum fal.tuto.quod mendaciū nemini nocens non eſt punibile:quia,vt inquit Saly.in authen.contra qui propriam.col.iij in prin. C. de nō num.pecu. mēdacium quod alteri non nocet, cenſetur nugatorium.Iſtud tamen declaratur vltra alios dupliciter.primò quòd procedat in allegāte leges correctas,aliâs compoſitas:ſecus autem ſi de nouo illas allegans fabricaret: quia iſto caſu licèt alicui non inferat damnum,debet tamē puniri de falſo: quia poſſunt damnum afferre. ita eſt notabilis deciſio Bal. per illum tex. quem dicit non eſſe alibi in l.ſi falſos C.de falſis.& ita eſt noua mea declaratio ad d.l.domus.& per hoc ſaluatur Bal.à contrarietate & motiuis Io.de Ana.in c.j.in v.col.extrà de cri.fal. Secundo procedit d.l.damus.quòd ad pœnam falſi quæ eſt grauiſsima.l.j.ff.eo.punietur aliter extraordinariè:quia eſt res mali exempli: arg.tex.in l. ſi quis ad.§. qui abortionis. ff.de pœnis. Et iſta de plano procedunt quando lex in totum correcta reperitur,ſecus ſi in parte.quia pars que correcta non reperitur impunè allegari poteſt.ita tenet Bal.in l.j.§.fin.ver.item not.C.de lati.liber. tol.facit l.derogatur. ff.de verb. ſignifi.

Item vlterius prædicta declarantur procedere quando lex correcta non fuiſſet inſerta in corpore iuris:ſecus aut ſi inſerta & incorporata in iure inueniatur:quia tunc poterit allegari. ita notabiliter dicit Bart. in l.ſi in fi ff.de fal.alleg.c.auctoritate,de conceſ.præben lib. vj. Sed tamen hoc dictum nō videtur tutum:quia licèt in c.auctoritate.lex abrogata per principem allegetur: nobis tamen

tamen non permittitur ita facere,cùm ſit diuerſa
ratio ex eo, quia princeps poteſt ſcienter inuali-
dum & infirmum validare,l. omniũ C. de teſta,
& l.quidam conſulebant,ff.de re iudi. homo hoc
non poteſt:vt dicit Abb.in c.nouit. in viij.colũ.
verſi.ij.poteſt ſolui, extrà de iudi. alleg.text.in l,
ij.§.& memini,C.de conſti.pec.Sed teneas opin.
Bart.quæ eſt communis,nec obſtat quòd in dictis
iuribus leges correctæ per principem allegentur;
quia dico quòd per hoc non tollitur nobis facul-
tas,niſi expreſſè prohibeatur, l. nec non,ibi, non
illud pollicetur reſtituturum ſi leges permittant,
ſed ſi leges non prohibeant, ff. ex quib. cau. ma.
cum omnis actio principis trahenda ſit per ſub-
ditos ad exemplum, c.in cauſis. de re iudi.& arg.
cap.qualiter el.ij.de accuſa.aliàs paucę admodum
leges, quæ per Imperatorẽ in caſibus emergenti-
bus dictatæ ſunt,poſſent allegari in deciſionibus:
quod eſt abſurdum:& ideò opi.Bart. in d. l.ſi ve-
rior,videtur.Et ibidem Bart.aliam limitationem
ponit ad regulam ſupradictam,quòd ll.correctas
non licet allegare,ſcilicet principaliter:ſed in ar-
gumentum bene licet : quam limitationem latè
proſequuntur moder.in c.j.ſuper glo.ij.de conſti.
vbi aliter hoc limitãt,quos videas:& dictus Mar-
cus Anto. in ſuprà alleg. loco. Sed iſta limitatio
mihi non ſatisfacit : quia quando lex correcta in
argumentum allegatur, idem effectus reſultaret,
ſi principaliter allegaretur : per ea quæ no. Abb.
in c.forus.de verb.ſign.& And.Sic.in c.tanquam,
col.ſi.de offi.deleg. Felin. in c. & ſi quæſtiones.de
ſimo.vbi dicunt, quòd idem in effectu eſt talis al-
legatio.nam negari non poteſt quia cauſa ita de-
cidi poſſit per text. facientes in argumentum ſi-
cut principaliter per ibi dicta,& per tex.in l.non
poſſunt, ff. de legi. facit quod not it Bartol. in l.
quod Nerua,in v.colum.ff.depoſi.ſi igitur lex ab-
rogata prohibetur principaliter allegari ad deci-
ſionem cauſæ iſta ratione,quia per eius allegatio-
nem præiudicari quis poteſt:eodem modo in ar-
gumentum prohiberi debet : nam iudex fortè fa-
ciliùs ex aliqua arguta & ſubtili inductione legis
mouebitur, quàm ex vulgari : per ea quæ tradit.
Bartho. Veronen. in cautela lxvij. incipien. ſunt
multi.poſt Anto. de Bur. in c.per tuas. qui ſi. ſint
leg. Et vltra prædictas limitationes adde vnum
alium caſum,in quo licitum eſt allegare leges cor
rectas:imò reprehenditur qui eas legerit, videli-
cet quando allegantur, vt videatur in quo ſunt
correctæ. Idem eſt ſi allegentur ad intelligen-
tiam noui iuris. ita dicit Angel. Areti.Inſtit. de
teſta.in princ. in prima colum. per illum text.&
in ſecunda columna, in gloſ. poſt Ioan. Fab. pro
quo eſt gloſ.prima no. in l. j.in fine, ff. de coniu.
cum eman. libe.tradunt moder.in l.illam. C. de
18 collat. † Et pro iſto vltimo dicto bene facit
quòd dicit Abb.in cap.ſuper ſpecula.extra ne cle.
vel mo.videlicet quòd licèt prohibitum ſit cleri-
cis audire ius ciuile, illud tamẽ fallit,niſi audiant
quo ad eruditionem canonum : per alleg.ibi per
eum,& eſt glo.no.in cap.epiſcopus,xxxvij.diſt.&
pro iſta opin.dico eſſe caſum notabilem in c.legi-
mus,el.ij.xxxvij.di. quem ad hoc ponderat Felin.
in c.j.in v.colum.de conſti.& in c.ſi epiſcopus.de
hære.vbi permittitur notitia ſcientiæ improbatæ,
propter tria de quibus ibi.& eſt tex.Inſti de teſta.
in princ. ibi, vt nihil antiquitatis penitus ignore-
19 tur &c. † Nota quartò quod quò ad hoc vt iſta

actio de cõſtituta,habeat locum,requiritur quòd
fiat pacto nudo : aliàs ſi per ſtipulationem fiat,
non competet actio ex conſtituto, ſed ex ſtipula-
tu:& ita hic tex. communiter intelligitur : & ita
intelligit Bart.in l.j.§.ait prætor. ff. de conſti.pe.
confirmatur hoc per tex.in authen.ſi quando.C.
eodem tit. vbi ideò in conſtituto imperſonalitas
vitiat ;quia fit pacto nudo : aliâs ſi per ſtipulatio-
nem fieret,non vitiaret : vt tenet Chriſtopho. de
Caſtellio.per optima fundamenta in l. ſtipulatio
iſta, §. ſi quis ita, ff.de verb.oblig. Tamen aduer-
tendum eſt quòd ſi iſta opin.eſſet vera,ſequeretur
quòd rarò,aut nũquam haberet locum iſta actio,
cùm communiter conſtituens interrogatus po-
tius à creditore,quàm vltro ſe offerens promittat
& ſe conſtituit ſoluturum per ſtipulationem : &
ideò Iac.de But,vt hîc refert Iaſ.recedebat ab iſta
opi.communi,dicens quòd non eſt inconueniens
quòd etiam in caſu in quo cõpetit remedium ci-
uile,competat etiam prætorium,§.item ab inteſt.
& §.quos autem,ſuprà de bono.poſ.l.extraneum.
C.de iur.delibe.neque ob.hic tex.in verſi. iure ci-
uili tenetur &c. quia illa verba non excludunt,
quin etiam teneatur actione de conſtituta:tamen
Pet.de bellaper. Faber,& finaliter Iaſ.hîc tenent
opi.cõmunem,moti principaliter per vnam regu
lam quæ habet,quòd habẽs remediũ ordinarium
iuris communis, non poteſt intentare remedium
extraordinarium:& ſic contrà ius cõmune l.quæ-
dam,ff.de eden.cũ ſimilibus:vt ibi per Iaſ in prin.
& licèt Iaſ.conatus fuerit prima fronte iſtud fun-
damentum reſoluere,poſtea tamen cum eo trãſit:
quia fortè nõ ei placuit reſolutio. Mihi verò pla
cet opi.Ia.But.in vno tãtum caſu,videlicet quan-
do conſtitutum fit à tertio per ſtipulationem,per
rationẽ de qua ſuprà dixi in primo notabili,pon-
derando dictionem alioquin, poſitam hic in tex.
ſecundũ hoc non obſtat fundamentũ Petri,& Fa-
bri:quia reſpondeo quòd quando remediũ extra-
ordinariũ eſt plenius & fauorabilius, tũc ordina-
rium non excludit extraordinariũ remedium. ita
dicit Bart.in l.in prouinciali,§.j.col.pen.ff.de no.
ope.nuntia.tenet Abb.poſt Imo.In c.ex parte.el.
ij.col.ſi.de reſcri.ſed in caſu noſtro nemini dubiũ
eſt ꝙ pinguius & fauorabilius nobis ſubuenitur
per iſtam actionem de conſtituta,quã per actionẽ
ex ſtipulatu:igitur &c.quòd ita ſit, patet:quia cũ
contractus conſtituti ſit nominatus,ſecundũ opi.
Bar.in l.iu.gen.§.igitur nuda,in ſi.ff de de pac.te-
net Alex.in l.j.§.j.in apoſtil.ad Bart. ff.de conſti.
pec.& Iaſ.in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pactis.
quamuis ſuprà in euidẽtialibus aliter dixerim in
alio propoſito: ergo actio competens ex tali con-
tractu erit pinguior,quàm actio ex ſtipulatu: per
ea quæ notantur in §.actionum, infrà eodẽ, nam
ſaltem negari non poteſt quòd talis actio datur ex
bono & æquo l.j.ff. eodẽ.ergo pinguius nobis per
eam ſubuenitur:argu.eorũ quæ no.Alex.in l.certi
cõdictio,in prin.col.ij.nu. xv.ver.fortiùs videtur,
ff.ſi cer pe.Et quia negari poſſet quòd iſta actio de
conſtituta,ſit contra ius commune: nam per hoc
quòd iſta actio competat,nõ excluditur actio ex
ſtipulatu propter fauorem & æquitatẽ contractus
20 conſtituti:arg.tex.in l.ij.C.cõmu.de leg.vbi † pro-
pter fauorẽ teſtamenti legatario competunt plu-
res actiones,etiam ſi illæ ſint incompaſſibiles : vt
etiam not. Alexand.in l.j. colum.ſi.ff.de lega.j &
hoc maximè dicẽdum eſt in iſto caſu in quo illud
remedium

remedium prætoris non conſtat eſſe contra ius, quod tollere uon poteſt: vt coucludunt omnes moder.iu rubric.C. qui admit. Præterea quòd illud remedium prætoris ſit fauorabilius, probatur: quia per illud reuertimur ad æquitatem antiqui iuris gentium, quo nihil apud mortales naturalius accidere potuit, quam fidẽ ſeruare. quod prætor iſto remedio pollicetur, talis ergo reſtitutoria antiqui iuris multum æqua eſt, vt & fauorabilis amplectẽda: vt dicit gl. per illum tex. in c. iij. de præben. lib. vj. dum alleg. c. ab exordio. xxv. diſt. & hoc latiùs proſequitur Iaſ. in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret. per illum tex. ff. de pac. pro quo facit notabile dictum Pau. de caſt. in l. de quibus. col. fi. ff. de legi. dum dicit quòd licèt per poſteriorem legem non tollatur conſuetudo prima contraria, niſi de illa fiat mentio, cum ſit facti: vt dicit text. in c. j. de conſti. lib. vj. tamen ſi per illam poſteriorem legem reuertimur ad antiquum iua, quod fuit per illam conſuetudinem reuocatum, talis conſuetudo tollitur nulla facta mentione. & illud dictum Pau. de caſt. commendat Felin. in c. nonnulli. in prin. in xxx. col. verſi. xiij. concluſio. de reſcrip. Rochus de Curte in repe. c. fin. in viij. quæſt. de conſue. Alexand. in l. ſi conſtante. in ij. col. ff. ſol. ma. cum ſimilibus: vt dixi in repe. d. c. j. ſic iu propoſito eſt dicendum, quòd licèt actio ex ſtipulatu ſuſtulerit de medio illam antiquam iuris gentium æquitatem, qua nephas erat fidem rumpere: ex quo tamen ius prætorium reducit noa ad obſeruantam illius, amplectendum magis eſt tanquam magis fauorabile: quamuis etiam uobis competat actio ciuilis ex ſtipulatu, quam tollere non potuit prætor: & ita videtur mihi concludendum in iſto paſſu. Non obſtat quòd ſupradictũ eſt per Chriſtophorũ Caſtellionum: quia dico quòd illud dictum reprobatur communiter: vt per Iaſ.
21 in d. §. ſi quis ita: in ij. col. † Et quòd dictum eſt, quòd quando conſtitutum fit pacto nudo, competit hæc actio, procedit quando debitum procedit naturale & ciuile, vel naturale tantùm: ſecus autem ſi ciuile tantùm: quia iſto caſu non competeret hæc actio, cùm non poſsit fieri conſtitutum l. j. §. debitum. & l. iij. §. ſi quis autem, ff. de conſti. pec. & no. infrà in glo. nuda. vbi de veritate iſtius dicti dicetur. Hoc tamen notabiliter limitatur, niſi conſtitutum fieret per ſtipulationẽ: quia tunc dato quòd non fiat niſi ſuper debito ciuili, valeret: cùm etiam illo caſu quo nullum præcedit debitum poteſt per ſtipulationẽ cõſtitui l. ſi diuortio, ff. de verb. oblig. & tenet Bart. in l. j. C. de conſti. pec. & pro hoc alleg. text. noſtrum. Intellige tamen hoc procedere quando ſtipulatio deducitur in conſtitutum ex interuallo ſequuta reſponſione: quia aliâs ſecundum communem opi. ſi ſtatim eſſet data reſponſio, non competeret actio ex conſtituto: ſed eſſet de nouo inductus contractus ſtipulationis, & daretur actio ex ſtipulatu: & ita intelligitur hic tex. in verſi. ibi, iure ciuili tenetur: requiritur ergo ad hoc vt dictum Bartoli procedat quòd intelligatur eo modo quo dixi: ſed tamen vnum obſt. quia ſi in dicta ſtipulatione, quæ fit animo conſtituendi, concurrat reſpõſio ad interrogationem ex interuallo, non erit ſtipulatio, l. j. §. ſi ita, ff. de verb. oblig. Dicas quòd verum eſt quòd non dicetur ſtipulatio quò ad hoc vt ex conſtituto detur actio: & ita defendi Bar. & hoc, vt dictum eſt, procedit quando illa ſtipulatio facta fuiſſet animo conſtituendi: aliâs autem ſi animo ſtipulandi, nec valeret vt conſtitutum: quia contrahẽtes hoc nolebãt, neq; vt ſtipulatio: quia non poterant facere quòd reſpõſio data ex interuallo faceret ſtipulationem d. l. j. §. ſi ita. de verb. oblig. iuncta l. nemo poteſt de leg. j. & l. non omnis, ff. ſi certum petatur, & ſic voluntate & propoſito ſibi mutuo aduerſantibus ſequitur regula, quod potui nolui, quod volui, adimplere nequiui: cap. cùm ſuper, de offi. deleg. l. multum. C. quando alteri vel ſibi. Et hoc de plano procedit, quando de animo conſtat: & ita intelligitur text. in l. j. §. eum qui, ff. de conſti. pec. ibi, eam vtiliter ſtipulari voluerit, non conſtitui ſibi &c. in dubio tamen valeret vt conſtitutum, per ſupradicta & d. §. eum qui à contrario ſenſu, niſi poſſet vallere ille actus dubius, vt ſtipulatio: quia tunc potius ſtipulatio argui debet quod ex hoc arguitur, cùm præcedit interrogatio & ſequitur reſponſio: licèt de ſtipulatione mentio facta non ſit cum contractus in dubio magis ex forma quàm à denominatione cognoſcatur. l. inſulam, ff. de præſcrip. ver. l. ſi vno. in princ. ff. loca. & declarat Areti. iu d. l. j. §. ſi ita, in quarto notabili. & pro hoc melius facit text. in l. iuris gentium, §. quod fere, ff. de pac. vbi ſi præcedit interrogatio, cenſentur partes voluiſſe ſtipulari, niſi contrarium probetur. & hoc procedit in dubio quando de animo non conſtat. conſtito tamen de animo, non inſpiciuntur verba, videlicet an dicat conſtituo, vel aliud verbum æquipollens quo ad hoc, vt ſit conſtitutum: vt paret in l. ſi Titius Seio l. eum qui, §. Iulianus. & l. quidem. & l. qui autem, §. fi. ff. de conſti. pec. quas ll. allegat Baptiſta de ſancto Seuerino in trac. de pactis, in xiij. quæſt. vbi vide. Sed tamen contra iſtam opin. facit text. iu l. ſi tibi. C. loca. vbi ſi dominus promittat pacto nudo, quæ pro colonis ſoluiſti, non datur actio de conſtituta: ſed dicas ad illum tex. ſecundum communem reſolutionem quòd ideò ibi non datur hæc actio, quia non fuit facta illa promiſsio animo conſtituendi: ita dicit ibi Bal. poſt gloſ. & Cy. & ſequitur Saly. & ſic res de plano procedit. de quo tex. latè diſputatur per modernio. in rubrica de verbo. obli. in v. char. in iiij. col. & per iſta habes declarata omnia dicta doctorum hic: & quæ ſit ratio fundamentalis quare ex conſtituto detur actio, dicam infrà, in glo. nuda poſt alios. Glo. j. diuiditur iu tres partes, ſecunda ibi, ſed & diſsimilis: tertia ibi, ſed hodie: ex prima & ſecunda parte colligitur concluſio, quod ſimilitudo ſiue argumentum à ſimili ſuffitiat quòd ex aliqua parte concludat: licèt ex alia parte plures ſint differentiæ. ita colligitur hic. & de hoc eſt tex. per quem ibi ponderat Abb. in ca. conſtitutus de appel. facit l. pe. & fi. C. de colla. vbi arguitur de caſtrenſibus vel quaſi aduentitia: & tamen inter ea eſt magna diſsimilitudo: patet: quia caſtrenſia & quaſi, ſunt io totum filij, etiam quo ad vſumfructum, & in eis habetur pro patrefamilias l. ij. ff. ad Maced. & in eis poteſt facere teſtamentum, l. fi. C. qui teſt. fac. po ſecus eſt in aduentitiis. ad idem facit text. in l. ex facto. in princ. ff. de vul. & pup. vbi arguitur de vulgari ſubſtitione ad exemplarem: & tamen inter eas eſt magna differentia: vt probatur in l. humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſti. & in §. in ratione. ſuprà de pupil. ſubſti. & ideò dicit Abb. in proœmi. decreta. in vij. col. in ver. j. noto &c. quòd valet ſimilitudo à remotis

remotis,& cum iſtis concordat Abb.in capitulo
tranſlato.de conſtitu.in capitu. quemadmodum.
de iureiur.nam vt dicit Bald.in l.prima, in fi. C.
de patrib.qui fil.diſtra. ſimilitudo eſt figmentum
rei propriè. & non propriè res ipſa : & ideò con-
uenit quòd ſint differentiæ : aliâs eſſet identitas.
ſequitur Iaſon in l.qui vſumfructum.in ij.colum.
per tex ff.de verbo.obligatio.in ſecundo notabi-
li.& facit notabile dictum Bal.in l.meminimus.
C.de legi.hære.& in l.qui literis.in prin. vbi Bar.
Ange.& moder.ad hoc no.ff.de vul.& pupi.ſecus
in contrarium facit text.quem ibi no. Bal.& Iaſ.
in l.j.C de iu.emph.vbi probatur ſecundum ipſos
quòd vbi plures ſunt differentiæ quam concor-
dantiæ,non dicitur ſimilitudo : nam illa quæ diſ-
ſimilia ſunt,videntur contraria:vt dicit Bal. in l.
filiæ C.de colla.& ideo dicit idem Bal. in c. cum
ſpeciali.in ij.col.extrà de appel. quod illa dicun-
tur ſimilia inter quæ ratio diuerſitatis reddi non
poteſt : vides ergo quòd per iſta redditur dubia
gloſſ iſta , & dicta ſupradictorum doctorum : ta-
men quia in hoc puncto alia plura dicta contra-
ria adduci poſſent , quæ breuitatis cauſa omitto;
Ideò poteſt nnuiter & probabiliter fieri talis di-
ſtinctio: videlicet quòd quando ſimile habet plu-
res differentias quàm cõcordantias.tunc propriè
dicitur ſimile: licet regulariter non eſt ſimile,ſed
quando ſimile habet plures concordantias quàm
differentias:tunc dicitur propriè ſimile.& regula-
riter pro iſta diſtinctio.facit gl.no.in l. Iulianus,
in verſi.offerri. quam ibi Odofre.notabiliter de-
clarat.ff.de actio.empt.& dicit notabilem Pet.de
Anch.in rubrica de re.iur.lib. vj. faciunt ea quæ
traduntur per docto.in l.prima, de leg j de æqui-
paratis per viam regulæ.& ſic in iſta diſtinctione
eſt maximus effectus:quia in primo caſu allegans
ſimile tenetur illud probare : ſecus ſecundò caſu,
quando ſimile habet plures concordantias : quia
tunc allegans ſimile habet regulam pro ſe:& ideò
tenetur illam probare,per ea quæ dicit Bart.in l.
ij.ff.ſi quis in ius voca.non iet.& Decius in l.j.col
j.ff.de re. iur. Glo. cum omnibus.ex iſta gloſſ.
colligitur primò quòd iura loquentia in conſti-
tuentibus intelligitur de habilibus , videlicet de
perſonis quæ aliâs ſunt capaces obligationis pro
ſe vel pro alio : & ex hoc regula ſumitur , quòd
a 2 † lex vel ſtatutum generaliter loquens recipit re-
ſtrictionem de habilitate:vt hic no. Angel.& Iaſ.
per text.in l.vt gradatim.§.& ſi lege, ff.de mu. &
hon.& latè vltra Iaſ. hic proſequitur Aret.diſtin-
guendo multa capita in §.ius autem ciuile. in vj.
& vij.columna,ſuprà de inſti. & iu. cum concor.
vt hic per Iaſon.quibus adde eundem Ange.Aret.
qui firmat hanc regulam per d. l. vt gradatim. &
gl.ibi in ver idoneũ.infrà de his per quos age.poſ-
ſu.in prin.facit gl.in l.huiuſmodi.ff.de leg.j dum
vult quòd iura loquẽtia de cautione, intelligatur
de valida.ad idẽ facit ſingularis text.in c cumana
de ele.quem ibi no.Abb.in ix notabili,quòd iura
loquentia de conſuetudine,intelligũtur de habili
& bona,non autẽ de mala: quem text.cum pluri-
bus ſimilibus pro ſingulari ad hoc alleg. Alex. in
l.de quibus.in prima apoſtilla ad Bar.ff. de legib.
& ibi Iaſon.in fi.comment poſt Feli. in c.cum.in
xviij.colum.de cõſti. & per hoc deſtruitur. gloſ.
in c.ſi in ver.vilis.de cõſue.quæ tenuit quòd etiam
de conſuetudine mala intelligatur:quam defende
& declara, vt per Rochum de Curte in tract. de
conſuetudine. in xxiij. & xxxiiij. col. quam non
diſcutio. quia non eſt propria materia iſtius gloſ.
& iſta principaliter reducuntur ad regulam l.iiij.
§.cõdemnatum.ff de re iu di. Sed ad terminos gl.
noſtræ propius redeundo,videlicet quòd iura lo-
quentia de perſonis,de habilibus intelligũtur. vi-
de Andræ.ſicul in repet rubricæ, C.qui admit.in
xvij.col.quem latiùs reaſſumit Iaſ.qui hanc regu-
lam glo.noſtræ per plures quàm xx notabiles de-
ciſiones & limitationes ornat in l.fideiuſſor.§.prę-
tor ait,per totum illum.§.ff. qui ſatida. cog.cum
alijs pluribus quæ remiſsiue tradit Feli. in c.in o-
mni negotio,in princi. de teſt. quem omnino vi-
deas : nam mei moris non eſt tranſcribere addu-
cta per alios,ſed ſolum referre principales docto-
res,qui plura allegãt,vt vtar verbis Feli: in c. Ro-
dulphus.in ix.col.verſi. & iſta faciunt,de reſcrip.
& ideò licèt in c.j.de cõſti. dicatur quòd canones
ab omnibus obſeruari debent:Iudęi tamen & Pa-
gani ad obſeruantiam eorum non tenentur:quia
habiles non reperiuntur:vt dicit ibidem Felin.in
xj.col.verſic.fallit quintò : & idem prius tradit I-
mo.in conſi j.in fin.vt latiùs proſequitur Iaſ.in l.
qui ſe patris.in v.col.in princi.C. vnde libe.& ex
hoc ibi And.ſicul. colligit regulam ſupradictam,
quam multis dictis fortificat. & vltra aducta per
eos pro iſta regula facit gl.ſupra de legatis.in ver.
quibuſcunque verbis,quæ exponit,id eſt aptis. a-
lia eſt.l.j.vbi eſt tex. ff.man & in l.à procuratore
ff eod. tit.& in l. prima C. de fide inſtru. Et ideò
ſtatutum dans præmium pro capiendo malefa-
ctore,de capiente habili intelligitur . vt commu-
niter dicit Bart.in l.ſi tertius.in fi.ff.de aqua plu.
ar ad idem eſt gloſ.quæ alleg.textum,in dicta l.vt
gradatim.pro iſta regula in l.vnica.C.vbi conue.
qui certum loc. da. promiſ.& per hoc dicit Bart.
in proœ.ffo rum.in §. hæc autem tria. in fi. quòd
epiſcopus dans examinato poteſtatem legendi v-
bicunque locorum , intelligitur de locis habili-
bus & idoneis. allega. dicta l. vt gradatim. & ita
per dictã l.vt gradatim.dicit gloſ.in §.loco.infrà
eo.quòd qui promiſit conueniri vbicunque loco-
rum,debet intelligi de idoneo.& facit glo.penul-
ti.in ij.de coniug. lepro. cum ſimilibus , quæ cu-
a 3 rioſus inuenire poteſt. † Iſta tamen regula no-
ſtræ glo & l.vt gradatim,vltra limitationes poſi-
tas per Iaſ.in d.l.fideiuſſor.§.prętor,limitatur ſin-
gulariter per Bartolum,in l. ſi quis in graui. §. v-
trum,verſiculo. hi quoque. per illum textum. ff.
ad Silleia. quòd non habet locum fauore reipu-
blicæ : quia iſto caſu leges non recipiunt reſtri-
ctionem de habilitate perſonæ : & ita iſtam li-
mitationem ſequitur Andræ. ſicul. in capitulo
primo, columna xxiiij.numero clx.de conſtitut.
& in capitulo.quæ in eccleſiarum.nume. quinto,
eod.titu.& in c.nouit. nume. ccxxxij: de iu. & in
rubrica. de reb. eccle. non alien. in quarta colu-
mna.numero xix.& columna lxxiij.numero ccv.
in fi.vbi pro hoc cõmendat text.in dicto §.verum
pro ſingulari: & pro illius ornamento ſiue iſta li-
mitatione plures notabiles deciſiones adducit:
quam etiam ſequitur & commendat Baldus no-
uel in tracta.dotis.in xvj. parte in xlviij. priuile-
gio,Alexand.in l. cum mulier. la prima. in j. co-
lum.num. ix.ff ſolu.mat. vbi dicit quòd licèt b n-
ſtius perdat beneficium ſtatuti ciuitatis : tamen
fallit niſi eſſet aliquod beneficium quòd concer-
neret publicam vtilitatem: quia illud non perdit:

per tex. notabilē. in d. l. ſi quis in graui. §. vtrum, idem Alex. poſt Pau. de caſt. in l. ſi filiusfa. in prin. ff. ſi cert. petat. dicit per d. §. vtrum, quòd ſi rex facit proclama, quòd qui ceperit talem malefactorem habeat tale caſtrum in feudum, quòd iſto caſu ex quo agitur de fauore publico, inhabiles admittentur, quod ibi ſequitur Iaſ. & alij. & idem Iaſ. hanc limitationem proſequitur in l. qui ſeruum. in iij. col. ff. de verb. obl. & idē per octo fundaméta comprobat & ſequitur in l. j. in ij. col. ſuper gl. j. C. de ſac. ſan. eccle. cum ſimilibus: vt latiſſimè ſcripſi in d. §. vtrum. & ſequitur Bal. in repe. l. cum mulier. in v. colum. ff. ſolu. mat. Sed modo aduertēdum eſt quòd iſta limitatio non videtur indiſtinctè vera, vt communiter doc. dicunt: quia tex. in d. §. vtrum, in caſu ſpeciali loquitur, videlicet in ſeruo qui alienatus erat cum conditione, vt manumitteretur ab emptore, & ſic ab homine. vnde non habet locum in prohibitione quæ induceretur à lege, quæ non cēſetur aliquem habilitare, niſi expreſſe appareat. gl. in c. ij. de ſciſma. facit quæ not. Bart. in l. qui ſeruum. ff. de verb. oblig. vbi vult quòd conuentio facta inter priuatos, qualis fuit in d. §. vtrū. non debet attendi, vbi de publica vtilitate agitur. & ita per plura verba impugnat iſtam cōmunem limitationem Decius in l. ſeruus reipublicæ. ff. de regu. iur. & magis latè in l. ſi filiusfam. ff. ſi cer. peta. in ſcriptis, non in impreſſis. Tamen iſta ſolutio mihi non ſatisfacit ex duobus, primò, quia non videtur verū quod in d. §. vtrum, ſit caſus ſpecialis: quia idē videtur in alijs plurib⁹ diſpoſitionibus hominis: vt ſtatim probabitur, & dum dicit quod actus priuatus nō attenditur vbi de vtilitate publica tractatur, hoc etiam verum non videtur. quantum ad primum eſt deciſio Bal. in contrarium in l. fi. in prima col. C. ſine cen. vel reliq. vbi in homine hoc pro regula ponit: idem colligitur ex dictis Bald. in c. Imperiale. in princ. de prohibita feud. alie. per Fede. vbi quòd ſi concedo emphyteuſim pro te & hæredibus tuis quibuſcunque: iſta verba non recipiunt reſtrictionem de habilitate: & hoc dictum approbat per plura Alexand. qui hoc in terminis dicit in l. ſi patroni. in princip. columna penultima. & fi. ff. ad Trebellian. contra ſecundum dictum Decij adduco: quia vbi de vtilitate publica tractatur, etiam actus priuatorum conſiderātur: per duo alia dicta Bald. notabilia: primum eſt in l. contra iuris. ff. de pactis, vbi colligitur quod quando alienatio eſt in fauorem eccleſiæ, non recipit reſtrictionem de ſolennitate, & idem tenet Baldus in l. cùm hi. §. eam tamen. ff. de tranſactio. ſecundò facit dictum eiuſdem Baldi in l. quæcunque. C. de bo. quæ libe. vbi dicit quòd licèt auctoritas ſuperioris requiratur in alienatione rerum eccleſiæ in ipſo actu vel incontinenti poſt: vt in c. primo, de reb. eccleſię non alie. lib. vj. tamen quando illa alienatio emanauit ad vtilitatē eccleſiæ: poteſt poſt ex interuallo interuenire. faciunt etiam pro iſta parte quæ dicit Barbatia poſt alios quos ibi refert, in rubrica de reb. eccleſi. non alie. numero ccxv. in fi. fol. cc. & plures alias deciſiones quæ faciunt ad propoſitum, cumulat Iaſ. in d. l. j in glo. j. C. de ſac. ſan eccleſi. ex quibus colligitur quòd etiam prohibitio hominis ratione reipublicæ attenditur: & patet quòd prædicta ſolutio poteſt morderi: vnde ego aliter & vltra omnes ſupradictos doctores contra iſtam limitationem oppono de lege alienam. C. de procurator. vbi videtur eſſe caſus in terminis contra iſtam limitationem Bartoli, quem ibi ponderat ad hoc contra Bartolum ſolemnis docto. dominus Anton. de Alexand. inducendo iſto
24 modo, clarum eſt quod † ad vtilitatem publicam pertinet quòd quilibet admittatur ad defendendum præſtita ſatisdatione, lege, ſeruum quoque. §. publicè vtile eſt. ff. de procuratoribus. l. exigendi. C. eod. & tamen illa generalitas legis quòd quilibet admittatur, recipit reſtrictionem ad perſonas habiles: vt eſt text. in d. l. alienam: & licèt ibi Iaſ. in primo notabili conetur reſpondere ad dicta iura: tamen quia illa ſolutio eſt diuinatiua, & ratio illius concurrit in dicta §. vtrum, vt ſtatim dicam dum allego l. ita vulneratus: & fortè hoc perſentiens Iaſon, finaliter videtur tranſire cum opinione Antonij de Alexand. ex eo quia contra dictam limitationem Bartol. alleg. duo bona iura. videlicet text. in l. nam reipublicæ. iuncto princip ſequen. quæ eſt l. de pupillo ff. de noui. oper. nuntia. vbi eſt caſus pro iſta opinione & d. l. nam reipublicæ cū l. ſeq. prius ad hoc pōderauit egregius doct. domi. Io. Campegij in d. l. alienā, licèt non habeatur impreſſus & Iaſ. in l. j. §. nuntiatio, in iij. col. nu. v. ff. de no. ope. nuntiat. & hanc etiā opi. videtur tenere Alex. in l. ſi ab hoſtibus. in prin. ff. ſol. ma. dum vult quòd ideò in d. §. vtrum, non ſit reſtrictio de habilitate perſonæ: quia ibi actus ſerui in arguendo occiſores, erat ex toto licitus: nimirum ſi quanquam aliàs ſeruus non eſſet habilis ad libertatem: tamen in caſu illo conſequitur præmium libertatis propter publicum fauorem: ſecus autem vbi actus eſſet aliàs prohibitus: quod eſt diligenter notandum ad limitationem dicti §. vtrum, pro iſta etiam opinione vlterius facit dictum Aretin. in capitulo, illa, ſecunda columna, de accuſationibus, vbi dicit quòd licèt contra clericum dilapidatorem bonorum eccleſiæ admittantur quicunque: vt dicit Abb. & moder. in c. ex parte Adr. de teſti. & Andr. ſicul. in c. ſi quis. in fi. de re. eccle. non alie. moti iſta ratione, quia vertitur in hoc vtilitas publica. quæ in ſacris conſiſtit: vt dicit glo. in c. conſtitutum. xvj. quæſtione j. & c. ius publicum prima diſt. & in l. iubemus. §. œconomos. & ibi gloſ. C. de ſac. ſan. eccle. tamen non obſtan. tali vtilitate publica, alia conſtitutio recipit reſtrictionem de habilitate, videlicet vt tantùm eccleſiaſticæ perſonæ admittantur, ita dicit Aret. in d. c. illa. motus per text. in c. non liceat. xij. quæſtio. ij. dicto c. ſi quis. & hoc dictum Areti. clarius & latiùs approbat Rochus Curtius in tract. de iure patro. in verbo, oneroſum. in prima quæſtione, in fi. pro iſta opi. eſt etiam caſus in l. prima, C. de ſac. ſanct. eccle. vbi text. loquitur etiam ſecundum tradita ibi per Bart. & tamen recipit reſtrictionem de habilitate: vt ibi dicit gl. communiter approbata. Suadetur hoc vltra prædicta: quia ille text. d. §. vtrum. videtur ponere caſum ſpecialem in ſeruo accuſante necem defuncti, propter quod conſequitur libertatem: ſuper qua videtur ſe ille text. fundare ibi, dum dicit, in commune vtile eſt ad libertatem peruenire &c. ergo in contrarium eſt ius commune. vulg. l. j. ad municip. & ſic d. §. vtrum, procedit fauore mixto tam libertatis, quàm etiam quia accuſauit. ſola enim illa cauſa accuſationis non eſt ſufficiens: licet ex ea

reſultaret fauor reipublicæ:quod probatur mani
feſte:quia certum eſt quod reipublicæ intereſt vt
crimina detegãtur.l. eum qui nocentem.in prin.
vbi poſt Bar.ſetipſi.ff de iniur.& detecta puniun
tur.vulg.l.ita vulneratus.ad l.acqnil. & declarat
Bart.in l.ij.§.exercitus.ff.de his qui no. infam.&
& tamen videmus quòd licèt interſit reipubli-
cæ, illa iura recipiunt reſtrictionem de habilita-
te:vt patet.l.prima,& l.qui accuſare.ff de accuſa.
l.non prohibentur.C. qui accuſa. non poſſ. ergo
non eſt verum quòd dictus §. verum,generaliter
procedat,ſed loquatur in ſuo caſu ſpeciali : & in
hanc opin. videtur inclinare d. Gerardus de pe-
tra ſancta ſubtilis doctor in ſingularibus ſuis,
ſingulari.xiij inci. licet ſi quis,licèt poſtea ibi in
fi. videatur concordare iura.videlicet quod.d. §.
verum,procedat quando inhabilitas eſt inducta
ab homine. quia tunc lex non recipit reſtrictio-
nem de habilitate : ſecus ſi à lege : nam tunc de
habilibus tãtum,intelligitur.d.l. vt gradatim.per
text.quem ipſe alleg.in l. iiij. §. in illis ff. de ma-
numiſsio.tamen iſta concor. cõfunditur per tex.
in l.fin.circa prin.ver.ſententia qualiſcumque.C.
de appel.& per l.ſed & ſi inſtrumẽta.in verſi.qui-
buſcunque,iuncta glo.quæ exponit,id eſt,idoneis.
C.de fide inſtru.lib.x. quæ iura loquuntur in in-
habilitate hominis:& tamen recipiunt reſtrictio-
nem de idoneitate : non tamen videtur receden-
dum ab illa opinio.quę communis eſt per allega-
ta per eum cum aliis quos vltra ipſum alle. Iaſ.
in d.l.qui ſeruum & in l.doli clauſula.in princ.ff.
de verbo.oblig. & ibi aliâs diai.& tenendo iſtam
opni.non ob.videlicet quòd in d. §. verum, pre-
mium quod datur eſt propter factum ſerui : quia
detegere malefactorem, vel bannitum capere eſt
facti : & tamen ſecundum communem opinio.
quando iuris diſpoſitio continet factum , recipit
reſtrictionem de habilitate : vt tradit Bald. in l.
rogaſti.ff.ſi cert.peta. quem appenbant nouiſsimi
Regin.ſiue Bononię.in l.j.§.nũtiatio.fol. lxxxvij
in ſcriptis,non in impreſsis.ff.de ope.no.nũ.tamẽ
tu aduerte : quia non dicunt verum quia licèt ca-
pere bannitum vel detegere ſit facti premium:ta-
men quod pro captura datur,eſt iuris,cum reſpi-
ciat capacitatem vel incapacitatem capientis:
per ea quæ notat Barto in l. ſi tertius.in princ.in
fin.verbis.ff de aqua plu.argu.facit text.in l.cum
lege.ff.de teſta.& quæ no in l.j.C.eod tit.& cla-
rum eſt etiam quod capiens principaliter mouet
ad illum finem. vt capere poſsit premiũ : quia o-
mne agẽs agit propter finẽ,& finis eſt qui mouetur
agentem.l.ſi pater.& l.cùm apud.C.de hære.inſti.
l.cam quam,vbi Bald. C de fideicom.tradit Bar-
batia in conſilio j in aiiij. colum.iij.volum.facie
bene quod not.Iaſ.in l.ſciendum.in princip.ff.de
verbor. obligation. concludas ergo quòd d. §.v-
trum.procedit ſpeciali ratione, vt ſupra dixi:quã
opi.finaliter teneo per iura ſuperius alleg quę ca-
uillari poſſent , vt loquantur de iure: non tamen
recedatis à communi in iudicando & conſulen-
do:vt dicit Alexand. in conſil.xvj. incipien. viſo
dicto themate,in j.colum.in ij.volumi. Aliis mo-
dis limitatur prædicta regula de qui vide latè
per Iaſon. in dicta l. prima §. nuntiatio.& in lo-
25 cis ſuperius allegatis. † Circa ſecundam regu-
lam quam hic colligit Iaſon. ex iſta gloſſa. quòd
verba generalia legis vel ſtatuti debent interpre-
tari & limitari ſecundum ius commune,vltra hic
adducta per eum vide xxiiij. deciſiones pro orna-
tu iſtius regulæ poſitas per Andre. ſicul. in c.
cùm dilectus.in ſexta colum.de conſue.per illum
text.& idem Andre.ſicul.in conſilio v.incipi.be-
ne etenim.in v.colum.in iij.volum.quæ addas ad
Iaſon.hic : quarum deciſionum aliquando non-
nullas reprehendi, quas modo tanquam imperti-
nentes omitto & vide ad dictam regulam Roma.
in conſi.cxx.circa primum.in prima colum.& in
conſi lxij.incip.Florentina conſtitutio,in princi.
& eundẽ Bar.in repe.l. cum acutiſsimi,in lxviij.
col.in fi.C.de fideicommiſ.& Decius.in c.ij.in v.
col.de conſti.& per Geor.Natam in rep.cle.ſæpe
in ij.col.de verb. ſigni. cum ſimilibus:vt per De-
cium in conſil.lxxvij incipi. non leuis.in iij.col.
verſic.nono quia valet &c.in ſecunda parte,& in
conſilio lxxx. viſo puncto. in ij. colum. nume.v.
ea parte,& conſi.lxxxij.incipi.& diligenter in iij.
colum.num.vj.& per Alexand.in conſilio xix. in
fi.in primo volum.& in conſi.xx.in ij. colum.eo.
li.& non ſolum verba debent intelligi ſecundum
ius commune,ſed etiam ſecũdum conſuetudinem
vigentem,vt latius exorditur Feli. in c. ex literis
in iiij.& v. col. de fide inſtru.& quod dictum eſt
de lege vel ſtatuto, idem dicendum eſt de verbis
teſtatoris, quæ ſecundum ius commune intelligi
debent:vt per plura concludit Iaſon.in l. cum fi-
lio.in vj.col.ff.de leg.j. & ibi repeten. in ſecunda
col.& ad hoc ſolet allegari cõmuniter text. & gl.
in l.ſi duo.ff.de acquis.hæ.cum cõcor. vt per De-
cium in conſi.aiij.aliâs ccxvij.incip. in caſu pro-
poſito.in a.col.parte ſecunda. & in conſilio liij.
incipien quæritur in ij. col. & in conſilio lxxvij.
aliâs cclxxiij.incip.non leuis.in iij. columna. eo.
lib.& quod dictum eſt de verbis teſtatoris, idem
dicendum eſt in verbis principis quæ dicunt in-
terpretari ſecundum ius, prout eſt text.quem ibi
põderat in quarto notabili.in l.ex facto, in prin.
ff.de vul.& pup concor.vt notiſsime per Alber.
Bru in conſilio.xij.in ij.col. verſic. prima ratio.
Prædicta tamen omnia intelliguntur quando ita
interpretando verba aliquid operantur: ſecus ta-
men ſi nihil operari poſſent , quia tali caſu inter-
pretari debent contra ius commune:vt per plura
concludit Feli.in rubrica extrà,de præſcriptio.in
ij.col.verſi. fallit ſecundo de quo aliâs plene dixi
in repe.cle.vnicæ.§.ſecus.de conceſ.præben.& in
l.ſi quando. de leg.j & vltra prædicta ad ſuperio-
rem regulã adde Barbatiam in reper.rubricæ C.
qui admitt. laxj. columna,plene per Alber. Bru.
in tracta.quod ſtan. maſcul. filiæ fœminæ non
ſucce. in quinto principali articulo. in tertia co-
lumna & per Bald.nouel.in tracta. dotis.in ſexta
parte in xxix. priuilegio. & iſta regula ſine re-
ſtrictione procedit,quando aliter interpretando
verba, fieret alteri graue præiudicium,vt dicit
Alex poſt Paul.de Caſt.in l.fin. §.in computatio-
ne,C.de iure deli.& in l.iiij. §.prætor. ff. de dam.
infect. & ad materiam vide Felin. in capit. can-
ſam quæ.colum.fi.de re iudi. & in c.cum Bertol.
in nona columna.eod.tit:& in rubrica de ſpon-
ſalibus.in princip.& in capit.qualiter,el primo,
in xiiij.columna,verſi.ſecundo limita. de accuſa-
tio.& ex ibi dictis per eum colligitur alia limita-
tio ad ſupradictam regulam : & latius circa hoc
dixi poſt Bartolum in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.
26 ad Trebellianum. † Gloſſ. in verſiculo conſti-
tuerit ponit duo. ex Prima parte colligitur for-

ma qualiter conſtitutum fiat:de qua hic per eam:
item illa forma conſtituti fieri etiam poteſt non
ſolùm reſpectu ſolutionis, ſed etiam fideiuſſoris:
vt quando aliquis pro eo quòd cōſtitueret Titiū
fideiuſſurum:nam bene valet tale conſtitutum:&
ille qui taliter conſtituit vniuerſaliter promittere
ſe facturum & curaturū:vt dicit hic Iaſ. poſt Bal.
in rubrica.C.de conſtit. pec. per text. qui non eſt
alibi ſecundum eum, in l. qui autem. §. ſed & ſi
quis,ff.de conſti.pec.quem ad idem Iaſ. exclamat
ſingularem in l.ſtipulatio iſta.in ij columna,ff.de
verbo.obliga poſt Alexand.ibi: & latè commen-
dat & examinat Areti.in l.ſi ita ſtipulatus, §. poſ-
ſum in prima columna, ff.de verbo. obliga. cum
ſimilibus:vt per Alexand in dicta l.qui autem. in
27 apoſt.ad Bart.& dicit non eſſe alibi † Ange. Aret.
in §.ſi quis eum.in ver.fallen.Inſti.de inutil. ſtip.
Sed quæri poteſt quid ſi ille nollet fideiubere:
nunquid teneatur iſte qui promiſit? Iaſ hic ſe re-
mittit ad illum text. tu tamen dicas quòd non te-
netur,ſi iſte qui conſtituit, fecit quicquid potuit.
ita conſuluit Fede. de Senis in cōſilio cxxij.incip.
Martinus promiſit ſe facturum &c. & Bartol. in
conſilio cccxxvj.incip.Martinus.& hanc opinio.
tenet Abb. poſt Anto. de Butr. & communiter
ſcriben.in capitulo genua.de ſponſa.Sed Alexan.
in dicta. l.qui autem,alleg. text. ibi, in verſiculo
quod tamen in contrarium,quòd teneatur & non
reſoluit: & ideò pro vera reſolutione illius legis
dicas quòd aut quis fuit in mora, & ſic in culpa
curandi vel faciendi quòd ille quem promiſit fi-
deiuſſurum fideiuberet, & ſic per eum ſtetit: &
tunc procedit contrarium de verſi.quid tamen.ſi
verò per promiſſorem non ſtetit:quia fecit quod
potuit: & tunc non tenetur: ita videtur ibi text.
diſtinguere.& tenent ſupra allegati doctor.& iſta
eſt communis opi.vt atteſtatur Areti in d. §. poſ-
ſum licèt ibi contrarium teneat, concludens
quòd etiam ſi conſtituens feciſſet quicquid po-
tuit,vt ille fideiuberet: ſi tamen noluit hoc face-
re,teneretur: quia à principio inerat illa difficul-
tas quam conſiderare potuit. & ideò non excuſat
per doctrinam Bartoli in l continuus, §.illud, ff.
de verborum obligationibus. Et hanc opinio-
nem Areti.contra canoniſtas per plura compro-
bat Iaſ.in l.ſtipulatio iſta in principio, in tertia
columna,num.v.eodē titu.Tamen tene commu-
nem.(à quo non eſt recedendū,ſiue in iudicando,
ſiue conſulendo.) pro qua conſuluit Idem Areti.
ſibi contrarius in conſilio cxliij. incipien. ex fa-
cto proponitur. in primo dubio,in iiij.columna.
& hoc defendit Felin.in capitulo ex reſcripto.co-
lumna penultima, de iureiuran. Thomas ferra-
rius in cautel. xliiij. incipien. anno præterito.Et
hanc opinionem tenet Abb. in conſilio nonage-
ſimo,incipien.videtur,quòd fideiuſſores:vbi vult
quòd fideiuſſores qui promiſerunt ſe facturos &
curaturos ſub pœna, non incurrunt pœnam, ſi
fecerunt quod potuerunt: & eandem opinin.
tenet Abb. in capitulo ſignificantibus. in fine de
officio delegati. Non obſtat quod Areti. dicit in
dicto §.poſſum quia dicta ſua intelliguntur quo-
modo conſtabat de voluntate partium quæ vo-
luerunt ſe obligari ad pœnam vel intereſſe in o-
mnem euentum, quod non fuiſſet ſatisfactum, vt
puta quando promiſerunt de indemnitate, vel
ſoluere de ſuo proprio.Et ita procedunt dicta ſua
& quod notat Socin.in conſilio clxxxvj. viſo in-
ſtrumento.& conſilio cclxxxviij.incipiente circa
primum, in quinta quæſtione. & in conſilio
clxxxix. teſtator. in ſecunda parte. & in conſilio
lxviij. in cauſa. facit quod ipſe dicit in conſilio
lxx. per totum in tertia parte. Nam quando ita
apparet de voluntate partium, videntur obliga-
ri ſub euentu conditionis: quo caſu quando quis
incipit à conditionis euentu, non conſideratur
mora:& ideò quis obligatur l.in illa, ff.de verbo-
rum obligationibus.Barto.in l.ſi homo mortuus.
eodem titulo.& in l.ſi duo, §.hæc verba,ff.de con-
ſtituta pecunia. Nam contractus ex conuentione
partium legem accipiunt. capitulo contractus de
regulis iuris libro ſexto, & quod in ſimili caſu
Abb.tradit in conſilio xliij.quidam.libro primo.
Aduertendum tamen eſt vlterius, quòd caſu
quo promiſſor fuiſſet in mora curandi,& eum de-
berem conuenire, quòd in libello non debet po-
ni, quòd talis non vult fideiubere: quia eſſet inе-
ptus: ſed debeo dicere quod per promiſſorem ſi-
ue conſtituentem ſtetit quominus Titius fideiu-
beret.ita inſtruit practicus Angel. Areti. in dicto
28 §.ſi quis eum. ſuprà allega. † In fine gloſ Col-
ligitur quòd debitum naturale & ciuile,vel natu-
rale tantùm,vel prætorium poteſt deduci in con-
ſtitutum: ſecus autem eſt in ciuili tantùm. quæ
tamen ſit ratio cum debito ciuili poſsit accedere
fideiuſſor,latè inſtitit hic Iaſ. Ex cuius dictis bre-
uiter tres rationes colliguntur. Prima eſt Baldi
in l penultima. C. de conſtituta pecunia, quæ ni-
hil valet: quia illa non tollit dubium: quare eſt
igitur quòd conſtitutum ſuper debito ciuili fieri
non poſsit: cum ratio aliqualis videatur ſuade-
re facilius debere poſſe fieri hoc caſu ratione cu-
iuſdam vnionis ciuilis & naturalis obligationis,
quæ ſe vt pater & mater habent ad producen-
dum actionem & tamen videmus quòd hæc vnio
per viam pacti fieri non poteſt.dicta l.iij.de con-
ſtituta pecun.hic allega. in gloſ. quæ eſt ergo ra-
tio illius deciſionis adhuc ex dictis Bal. deſidera-
tur:nam illa quam aſsignat,potius eſt quædam dif
ferentia inter fideiuſsionem & conſtitutum. Se-
cunda ratio redditur hic per Dyn.vt hic vide per
Iaſonem quæ ſuaderi poteſt vltra ipſum per tex-
tum optimum in l. liberi, ff de contrahen. em-
ptione.dum ſit differētia an emptor ſciuerit rem
venditam non eſſe in commercio, an ignoraue-
rit, ſicut hic adhibetur per Dyn. iſta diſtinctio,
an ille cui ſit conſtitutum ſciat tantùm eſſe debi-
tum ciuile, an verò ignoret: vt primo caſu non
valeat: ſecundo ſic: vt latius hic refert Iaſon.
Tamen etiam iſta ratio eodem morbo labo-
rat: quia non aſsignatur differentia ſiue ratio ſpe-
cifica quare quando creditor ſcit debitum tan-
tùm eſſe ciuile, non valeat conſtitutum. Et i-
deò tertia ratio aſsignetur per Ioannem Fabrum
quæ videtur plus habere coloris: videlicet quòd
conſtitutum poſsit fieri ſuper debito ciuili ſi-
cut & fideiuſsio. Tamen intereſt, quod ſit il-
29 lud debitum ciuile. † Nam quoddam eſt debi-
tum inefficax, & cui ius non aſsiſtit:vt eſt for-
te illud quod remanet ſublata naturali obligatio-
ne per pactum de non petendo: vt in l. Stichum.
§.naturalis.ff.de ſolutio. & tradit Bartolus in l.ſi
vnus, §.pactus,ff.de pactis & ſuper iſto debito ci-
uili, de quo voluit intelligere Ioannes Fabr. non
poteſt fieri conſtitutum:& ita procedunt iura al-
legata hic in gloſ. Quoddam verò eſt debitum
ciuile

ciuile efficax, & cui ius aſsiſtit: vt eſt debitum ex ſententia iuxta l. Iulianus. ff. de condictione indebiti. & tale debitum poteſt conſtitui. Ita hîc Faber, quem per longiora verba refert hîc Iaſon. Et hanc opi. tacito Fabro tenẽt nouiſsimi Senen. in rubrica de verb. obl. in decima charta, in quarta col. vbi illam ciuilẽ obligationem exẽplificant in literarũ obligatione, quæ eſt ciuilis: & per hoc concludunt quod debitum ciuile poſsit conſtitui: & reſpondent ad l. iij. hîc allegat. in gloſſ. vt hîc Faber. Tamen aduerte, etiam iſta ratio non tranſit ſine dubio: quia illa attenta ſequeretur quòd etiam ſuper debito naturali non poſſet fieri conſtitutum ex eo, quia pactum nudum non ſolum eſt inefficax ad agendum de iure ciuili: vt in l. legem. C. de pactis. ſed etiam de iure prætorio: vt in l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. & ſic illi ius non aſsiſtit. & tamen de illo poteſt fieri conſtitutum: vt hîc eſt tex. Et ideò per iſtam rationem Ioannis Fabri non dilucidatur iſta difficultas, neque aperitur ratio dictæ legis tertiæ allegatæ in glo. videlicet quare illud debitum ciuile, quodcũque ſit, non poteſt cõſtitui. Præterea quia non eſt verum quòd debitum quod oritur ex ſententia, ſit ciuile, ſed eſt de iure naturali. vt tradit Bart. & alij ſequuntur in dicta lege, Iulianus.

Quamobrem mihi videtur quod alia noua ratio dari poſſet in hac difficultate, ſcilicet quòd ideò debitum ciuile non poteſt in conſtitutum deduci: quia ratio ſuper qua fundantur leges in hac materia conſtituti, ſecundum communem ſententiam, non patitur, videlicet, vt nudum & ſimplex pactum producat actionem, niſi fuerit geminatum, & geminari non poteſt, niſi alterũ præ-
30 cedat: quoniam † ad producendum perfectum vnum, duo imperfecta concurrere debent eiuſdem naturæ: vt finge me probare velle debitum per vnum teſtem, nemini dubium eſt huius teſtimonium nudum eſſe imperfectum, & nullius roboris c. veniens. de teſtibus. l. teſtimonium. C. eodem. Sed ſi cum illo vnum alterum adiunxeris, fiet perfecta probatio c. licet, de teſtibus. Ita videmus etiam in naturalibus: nam ex coniunctione diuerſæ ſpeciei maris & fœminæ gigni aliquid vere nõ poteſt: vt ex cane ſiue equo, & muliere. Quod ſi vir & fœmina eiuſdẽ ſpeciei coniungantur, quod ſinguli non faciunt, ſimul commixti producunt; ita eſt in propoſito. Pactum enim nudum cùm de per ſe frigidum ſit, non habens veſtimentum, ſi poſtea adiungatur cum debito ciuili etiam de ſe imperfecto, non poteſt calefieri neque veſtiri, vt ex eorum calore aliqua actio naſcatur, cùm ſint imperfecta diuerſæ naturæ: cùm omne ſimile adauget & foueat ſuum ſimile: hinc eſt quod ciuilis tantum poſſeſsio quæ eſt de iure ciuili producit vſucapionem, quæ eſt de iure ciuili l. prima. ff. de vſucapio. ſecus eſt in naturali tantùm: vt tenet Dinus in regula, ſiue poſſeſsione. in principio, & in fine, de regulis iuris, libro ſexto. & aditio, quæ eſt de iure ciuili, & vſucapio producunt etiam dominia de iure ciuili, lege in rem. la ſecunda. ff. de rei vendicatione, cum his quæ notat. ſed ex diuerſis & diſsimilibus poteſt ſimilis effectus produci, nec ſit bona illatio, lege Papinianus ff. de minoribus. capitulo maiores, de Baptiſm. Iſta autem ratio non militat quando conſtitutum fit ſuper naturali obligatione, & ſic ſuper nudo pacto ſibi ſimili. Et ideò diuerſa producitur ratio;

quin etiam, quia illud quod debetur ex ciuili obligatione iure prætorio per exceptionem datam ab ipſo prætore non debetur, ſcilicet obſtante æquitate contra rigorem iuris ciuilis: ergo nec conſtitui poterit: quia conſtitutum eſt introductum ab eodem iure prætorio & eadem æquitate naturali, lege prima, in principio. ff. de de conſtituta pecunia, de quo dixi ſuprà in quarta notabili, vbi videas. Et quia prætor noluit niſi ſubuenire in caſibus in quibus æquitas prętoria à iure ciuili arcebatur, noluit autem actum iuris ciuilis alterare: iuxta ea quæ Senenſes tradunt in rubrica C. qui admit. Et per hoc poteſt ſolui alia dubitatio, videlicet quòd titulus de fideiuſſoribus, propter conſtitutum non dicitur ſuperfluus, neque ſublatus per iſtud remedium prætoris poſtea introductum: argument. legis quoties. ff. de actionib. & obligationib. & l. ſi te ſo-
31 lum. ff. de hæredib. inſtitut. † Et quia fideiuſſor in multis caſibus intercedit in quibus conſtitutum non habet locum: vt patet vltra adducta. hîc per Iaſon. in §. fideiuſſor. Inſtit. de fideiuſſor. vbi poteſt interuenire pro debito futuro: at in cõſtituto nõ niſi pro debito præterito, vel de præſenti contracto. l. prima. §. ait prætor. ff. de conſtituta pecunia. & notat gloſſ. in lege, ſi vero non remunerandi. in §. ſi poſt reconditum. ff. manda. cum
32 ſimilibus. † Ex alterius ſupradicta ratione quod conſtitutũ introductum ſit ex æquitate naturali: vt dicta l. prima, poſſet attentari vnum nouum in hac materia, quòd conſtitutum dolo vel metu extortum ſit nullum ipſo iure, etiam ſi de rigore iuris ciuilis valere poſſet: per textum in lege prima. ff. quod metus cauſa. & facit pro hoc vnum ſimile. nam certum eſt quod qui coactus eſt hæreditatem adire, efficitur hæres de iure ciuili: & tamen coactus agnoſcere bonorum poſſeſsionem non efficitur bonorum poſſeſsor. l. tertia. §. inuito. ff. de bonorum poſſeſsio, declarando vt per Decium in l prima. in prima columna, C. qui admit. & pro hoc doctri. Bartol. in l. ſi mulier. §. ſi dos, ff quod metus cauſa. ad idem facit lex, ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod metus cauſa. Ratio differentiæ eſt: quia ius ciuile defert hæreditatem volenti. lege pro hærede. ff. de acquirenda hæreditate, & tamen ille qui metu conſentit, dicitur verè velle. dicta l. ſi mulier. §. penultimo. Tamen æquitas non patitur, vt qui coactus eſt, poſsit acquirere bonorum poſſeſsionem: patet: quia datur contraria reciſ io. & ideò non quæritur, dicta l. tertia. Nec obſtat ſi dicas quòd conſtitutum eſt contractus ſtricti iuris cùm non enumeretur in §. actionum. infrà eodem. & contractum ſtricti iuris dolus vel metus non annullat ipſo iure, l. dolo. C. de inutili ſtipulatio. quia dico hoc eſſe verum in contractibus ſtricti iuris inductis à iure ciuili: ſecus ſi à iure prætorio, per ſupradicta. vel hoc poteſt negari quod ſit ſtricti iuris, imò bonæ fidei, per ea quæ dixi ſuprà in euidentialibus poſt Bartolum in lege iuris gentium. §.
33 igitur. in fine. ff. de pactis. † Et circa prædicta hîc etiam caderet dubitatio, nunquid conſtitutum factum ſine cauſa valeat vel non, quam quæſtionem latè proſequitur hîc Angelus, tu breuiter dicas quòd ſic. & vltra deducta hîc per Angelum, & Alexandrum & Iaſon. in lege à Titio. ff. de verborum obligationibus, tu in terminis noſtris vide latè Baldum nouellum in rubri

ca,de verborum obligationibus, in decima colum.& ibi nouiſsimi reaſſumunt in ſexta charta, & iſta dependent ab his quæ habētur per Bart.& alios in l.creditori.C.de pact. dum allegat.l.ij.§. circa.ff.de doli exceptione.per Alexandrum in l. petens.in iij.col.C.de pactis.Iaſon poſt Alexand. in l.ſi ad præſens.ff. ſi certum petatur, & Iaſ.in l. ſi duo.§.ſi quis iurauerit. in prin. ff.de iureiurando.per Bart.in l.j. in principi in iij.de operis noui nũ.cũ ſimilibus:vt per Fel.in c.ſi cautio.de fide inſtrumen.in xvj.columna, quæ non conueniunt materiæ proximæ iſtius text. & gloſſ. nam turpe quodammodo videtur, vt quicquid ex lectione contingat,vt multi faciunt, protinus in materia congerere. Gl.in verſiculo nulla,diuide in tres partes:vt hîc per docto.in prima parte ibi.l.eum qui &c.dic breuiter quòd imò iſta ratio gl.potiùs facit pro ratione.l promiſſor.ff.de conſtitu.pecuni.videlicet quæ ſit ratio quare obligato ex conſtituto dentur x. dies: cum obligatio pura ſtatim pariat actionem.l.eum qui kalendis. de verbo.obliga. poteſt reddi ratio iſtius gloſſ. quia ex quò ille qui cõſtituit in vno,grauatur.videlicet, vt ex pacto nudo teneatur in aliquo,debet releuari,ſcilicet vt dentur decem dies &c. hæc autem ratio non procedit econtra videlicet:quare eſt quod ex pacto nudo teneatur: cùm propter hoc quod tenetur,dentur illi decem dies:vnde meritò hęc ratio per docto.hîc communiter reprobatur.

34 † Quæ igitur ſit ratio fundamentalis,quare ex conſtituto detur actio.doc. hîc varias ponunt:de quibus hîc ſeriatim per Iaſon.& dixi ſuprà latè in euidentialibus.Omiſsis tamen aliis rationibus,illa prima facie videtur efficatior, & verior quam ponit Bartolus in lege iuris gentium .§. igitur nuda.ff.,de pactis, videlicet quòd ideò ex contractu conſtituti detur actio: quia eſt contractus nominatus.& licèt iſtam rationem Iaſon hîc improbet,ſatis debili fundamento,ad quod dicit nõ poſſe reſponderi: tamen idem Iaſon ſibi contrarius tenuit hanc rationem ſuprà,in princip.huius text.in euidentialibus, & in l.ſi pacto.in ſecundò notabili,numero ſexto.C.de pactis.& in §.ſi cum nulla,dicta.l.iuris gentium.in fine.& alibi ſępe.&
35 hoc vltra ipſum ſuadetur:quia quo † ad hoc vt dicatur contractus nominatus,ſufficit quòd habeat ſpecificum nomen vltra nomen conuentionis:& quòd ex eo producatur actio ſui nominis, & habeat formam.l.j.§.fina.ff.de pac. l.iuris gentium, in principio,eodem titulo. & per Bartolum in d. l.iuris gentium.§.quinimo.& ideò emptio & venditio & ſimiles,vt dicit ibi text.dicuntur contractus nominati:quia habent ſpeciale nomen extra conuentionem:& propterea à ſuo nomine ſpeciali actionem producunt: vt ex emptione actio ex empto,& ita de aliis:ſed contractus conſtituti eſt ſimilis: quia habet de per ſe nomen & formam datam à prætore, ex qua naſcitur actio de conſtituta: igitur dicitur nominatus. Non obſtat fundamentum Iaſon.hîc, ad quod dicit non videre reſponſum, & propterea tenuit contra Bart, quia fateor quòd fideiuſſio eſt contractus nominatus.quid ad rumbum?dare enim inconueniens in terminis remotis non tollit difficultatem: vt ipſe idem Iaſon dicit in l.finali.C. de pactis. & in l. j. in vndecima columna. ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdi. nam fideiuſsio eſt actus ciuilis & acceſſorius ad principalem non conſtituens ſpeciem de per ſe:ſed habet reſpectum contractum principalem ſine quo eſſe non poteſt. l. fideiuſſor obligari. § .fideiuſſor ff. de fideiuſſo. §. primo, Inſtitut.de fideiuſſoribus,cum ſimilibus. nec dicitur habere nomen antequam ſit in eſſe productus: & in eſſe producitur quando fit per ſtipulationem:vt dicunt nouiſsimi in rub. ff. de verb.obligationib. tenet Barto. in l.ſciendum.in principio.ff. de verborum obligationibus. & ſic ſtipulatio eſt cauſa efficiens & formalis fideiuſſionis: ſed conſtitutum bene poteſt ſtare abſque eo quòd præcedat debitum: vt puta quando fit à tertio pro alio, qui tertius nunquam fuit obligatus:vt patet hîc in §. noſtro. igitur conſequentia non valet,ex conſtituto oritur actio ſine ſtipulatione: ergo ita debet eſſe in fideiuſsione: quia diuerſa ratio pactum reformat: & ratio diuerſa patet ex prædictis & per Ioannem Fabri, Inſtitutis, de fideiuſſo.cum quo tranſit idem Iaſ. in l.iuris gentium. in princip. in verſiculo ſecundò limit.ff.de pactis.& quia arguere de actu iuris ciuilis in quo rigor cõſideratur, ad actum prętoris vt eſt cõſtitutus,in quo æquitate prætor mouetur eſt arguere de nigro ad albũ:vt habetur in l. placuit.C.de iudic.& in l. nulla.ff.de legib.& tradit Barba.in repetitione rubrica de C.qui admit. in vndecima col. ſic ergo argumentum de fideiuſſione,cùm ſit actus ciuilis,non obſtat:eum ibi at-
36 tēdatur rigor,vnde ex hoc infero quòd † data paritate terminorum etiam fideiuſsio poſſet fieri pacto nudo, nam vbi ageretur de bono & æquo,& ſic in caſibus in quibus æquitas prætoris attenderetur,prout de iure canonico,& etiam inter mercatores,vt deducit Iaſon in dicto §.ſed cum nulla,pacto nudo poteſt fieri fideiuſsio. & ita firmat Iaſon in l.ſingularia. in decima colum. ff. ſi certum petatur: & nouiſsimi Bononienſes in d. l.ſciendum.Sed vbi attēditur rigor meri iuris ciuilis,nõ poteſt fieri fideiuſſio ſine ſtipulatione. & ita procedit l. blanditus. C de fideiuſſo. & ita in terminis ad iſtam rationem quam dicit inſolubilem Iaſ.reſpondet,idem Iaſon tenendo opi. Bart. quam hic impugnauit.l.ſtipulationum aliæ. §.ſatiſacceptio, numero tertio, ff. de verborum obligationibus. & firmat latiſsimè idem Iaſon in rubrica de verborum obligationib.in iiij.colum verſiculo,tu ergo dic quòd ratio &c. & hæc opinio videtur verior,quicquid Iaſon hîc dixerit.Sed conſidera vlterius diligenter: quia videtur quòd iſta ratio non eſt vera quòd conſtitutũ ſit cõtractus nominatus. nam ille dicitur contractus nominatus,qui habet ſpeciale nomen, vbi tantum deſeruiens.dicta l.iuris gentium.in principio.ſed conſtitutum non eſt ſpeciale nomen,cùm conueniat cuicunque conuentioni factæ de ſoluendo: vt patet in l.j.per totum.& in l.tertia. ff.de conſtitut.pecunia.igitur &c.iſta conſideratio fuit nouiſsimorum Senenſium in repetitio.rubricæ.ff.de verbor. obligationi. in decima charta. Sed mihi non videt' vera. quia ex eo quòd conſtitutũ poſſit ſuper omni conuentione fieri,non deſinit eſſe nominatus.pręter quia ſtipulatio poteſt interponi ſuper omni contractu.l.ſtipulationũ aliæ.§.conuentionales.ff.de ver.obl.& tamē dicitur contractus nominatus:vt eſt caſus in l.j.§. fina. quem ibi notant omnes. ff. de pactis. iſta ergo ratio contra Bart.nihil valet.præterea quia ex hoc ipſo fit conſtitutum,ex quo ſuper debito fit, neque eſt dato

caſum

caſum,vt ſine eo fieri poſsit : nam propterea con-
ſtitutum dicitur,aliàs eſſe non poteſt:& ideò ſi du
natura ipſius contractus hoc habet,non debet ex
hoc inferri:vt illud faciant eſſe vel non eſſe nomi
natum : argumen.l.pacta conuenta, ff de contra-
benda emptione. Et inquantum Iaſon hîc im-
pugnat rationem communẽ, videlicet quòd ideò
detur ex conſtituto actio , quia eſt pactum gemi-
natum,dicas,idem.Iaſon ſibi contrarius tenuit il-
lam rationem in conſtituto,in l. lecta. in octaua
columna, numero duodecimo, ff. ſi certum peta-
tur. & docto.in l. legem. C. de pactis. & alibi ſæ-
pe.Sed breuiter circa iſtam inueſtigationem ra-
tionis aliter dixi, ſuprà in euidentialibus, vbi po-
37 ſui plures rationes quas vide. † Secunda ex iſta
prima parte collige quòd differẽtia ſit inter con-
ſtitutum,& alias obligationes:quia in conſtituto
dantur decem dies, l. promiſſor , ff. de conſtitut.
pecu.ſed in aliis obligationibus ſtatim debetur,
l.cum qui.hîc alleg.in glo. Hæc glo.reprobatur
communiter per docto.hîc:quia in hoc nulla eſt
differentia inter conſtitutum , & alias obligatio-
nes:vt latè adducit hîc Iaſon.& vltra adducta per
iſtum,ita tenet glo.& intelligit dictam l. promiſ-
ſor.in l.ſi debitori.& ibi dixi,ff.de iudic.& glo.in
§.omnis.in verſiculo confeſtim:& ibi notat Ang.
Areti.ſuprà de verborum obligatio. & gloſſ. in l.
quod dicimus,ff.de ſolutioni. Et ratio manifeſta
videtur, quia ratio communis quare illæ decimo
die dantur.eſt cauſa miſerationis : vt dicit glo.in
dicto §.omnes.& Alexand.in l.ſi mora. in quarta
colum.nu. xj. ff. ſoluto matrimo. vbi latè.ſed illa
ratio militat in omnibus aliis obligationibus:igi
38 tur &c. † Et hæc omnia quæ de conſtituto di-
cta ſunt , procedunt vbi quis ſimpliciter conſti-
tuit ſe ſoluturum,quod ipſe vel alius debet ex con
tractu vel quaſi:ſecus autem ſi ex contractu pœ-
nali:nam tale conſtitutum non valet.text.allega-
tur ad hoc ſcriptus in l.Titius, ff. de conſtitu. pe-
cuni. quem ad hoc valde commendat Iaſon in l.
ſi pacto quo pœnam.in prima colũna. C.de pact.
ſed tamen ſi rectè conſideretur ille text. vrgenter
non probat, quin non poſsit euitari : vt ibi latiùs
39 deduxi,quæ breuitatis cauſa omitto. † In eadem
glo.ibi.C.de donationi,l.ſi quis argẽtum.§ finau-
tem.Habes ex gl. quòd ſpeciale ſit quòd ex pacto
nudo de donando oritur actio.Ita tenet hîc gloſ.
cum aliis allegatis hîc per Iaſonem : quibus adde
Barto.in l.ſi tibi.in principio,ff. de pact.vbi dicit
quòd propter hoc quod in d. l. ſi quis argentum.
inducitur ſpeciale, quòd ex pacto nudo donatio-
nis oriatur actio:ille tex.non habet locum in do-
natione præſumpta, ne inducantur duo ſpecialia:
& iſtud dictum cum pluribus concordantiis ſe-
quitur Corneus conſilio xxiij. viſo puncto. in ij.
columna,primo volumine,& conſilio trigeſimo-
quinto, circa primum.in xj. columna , in eodem
libro.& videtur ſentire idem Corneus in conſilio
ccxxviij incipiente viſo.in iij. volumine.& Soci.
in conſilio cxliiij. incipiente viſo.in iij.columna,
primo volumine. & Alexander in conſilio cxiij.
perſpectis his.in vj.volumine nouo per totum.
Iſtam glo. in iſto exemplo reprehendit Bartol.
in l. legitima , ff. de pactis. dicens quòd ex pacto
nudo donationis non oritur actio:ſed propter pa
ctum oritur conditio ex lege. & ita intelligit di-
ctam l. ſi quis argentum Roma.conſi.cccclxxxvj.
incipiente,in caſu propoſito. vnde cum hîc quæ-
ramus exempla pacti nudi ex quibus oriatur actio
non rectè ſubiicitur exemplum donationis.& ibi
latiſsimè & notabiliter declarat quando actio di-
catur naſci ex pacto vel propter pactum:et ita ibi
eum ſequuntur communiter ſcribentes:& probat
text.in d.l.ſi quis argentum iſtam opinio. Bart.in
illis verbis,ex lege veſtra neceſsitatẽ impono &c.
Sed modo aduertẽdum eſt , quia videtur quòd
Bartol neque gloſ hîc ita per eum reprobata non
bene dicant:nam Barto.vult contra glo.hîc quòd
ex donatione detur condictio ex lege. gloſ. verò
hîc tenet quòd detur ex pacto nudo. Ego dico
quòd datur actio ex ipſo contractu donationis,
quemadmodum datur ex quolibet alio cõtractu
nominato : & ſic quòd non ſit aliquod ſpeciale.
quod ita oſtendo.certum eſt quòd cõtractus do-
nationis dicitur nominatus, eſt gloſ. in l. fina. &
hoc ibi tenet Alexander,ff de cõdictione ob cau-
ſam.Bartol.poſt gloſ.in l.in ædibus. §. j. ff.de do-
natio. quod vltra ipſos ratione probatur : quia
40 † contractus innominatus præſentia reuocatur:
quòd ſecus eſt in donatione : ergo eſt nominatus,
antecedens probatur in l.pecuniam, ff. de condi-
ctio.ob cau.conſequens in l. Ariſto. de donati. I-
tem quia vt dicunt prædictæ gloſ.in d. l. fina. illi
dicuntur contractus nominati qui ſolo conſenſu
contrahuntur:ſed donatio eſt huiuſmodi, vt patet
in dicta l.ſi quis argentum, §. fina.igitur &c. Ac-
cedat, quia donatio non ſtat in ſimplici nomine
conuentionis, ſed oritur ſpeciale nomen:quo ca-
ſu ſecundum regulam l.iuris gentium.in princip.
debet dici contractus nominatus : & ita tenet A-
lexãder.in l.qui Romę.§. Flauius.in iij.columna.
de verborum obligatio.& in d.l.iuris gentium.&
eſt communis opinio,tunc ſic,quando contractus
eſt nominatus, producitur actio ex natura & vir-
tute ipſius contractus, prout ſuprà dixi in princi.
gloſſ.nam vt dicit Bart. in d.l.iuris gentium,con-
tractus nominati eo ipſo quod ſunt in eſſe pro-
ducti,habent actionẽ:at iſte cõtractus donationis
ſtatim in eſſe producitur,quando declaro te velle
donarẽ talem rem : quia conſenſu perficiuntur
abſque aliqua traditione, §.perficiuntur. Inſtitu.
de donationi. nec placet diſtinctio Barto. in d. l.
iuris gentium. quod aliud ſit donatio , aliud pa-
ctum de donando. quem ibi ſequitur Alexander.
& Moderni.& etiam nouiſsimi reper. in l.ij.in ter-
tia columna, C. de pactis inter empto. & vendi-
to. & Bald.nouel.in tracta.dotium in tertia par-
te,in prima columna.cum aliis adductis per De-
cium in l.cum fundus , §. ſeruum. in prima,ff.ſi
certum petatur.& nouiſsimi Floren.rep. in §.Ca-
ro,numero clxxxj.cum ſequen.de verborum obli-
gatio.quia text. in dicta l.ſi quis argentum.de do-
41 natione loquitur.& † illud id quod eſt donatio,eſt
pactum de donando : quia qui donat in illo actu
qui conſenſu contrahitur,non illicò paratam ha-
bet rem,vt ſtatim donet:ſed refert ſe ad futuram
rei donationem, ſeu ſi mauis, traditionem : & ſic
ipſa promiſsio de donando , quæ nudo conſenſu
contrahitur,donatio eſt,quæ à ſui diffinitione ni-
hil aliud eſt quàm ſpontanea liberalitas.cap. pri-
mo,de donationibus. Et ita videtur hanc opinio.
ſentire Alexand.in conſilio cxiij.perſpectis his.in
vj.volumine nouiter impreſſo, vbi latiùs diſcutit
dictã l.ſi quis argentum ſuadetur hoc : quia ſi ve-
ra eſſet opinio Bartolus in dicta l. iuris gentium,
ſequeretur quòd nunquam daretur caſus in quo
actio

actio daretur ex donatinne : quia ſi traditio expe-
ctatur,tunc actione opus non eſt,quæ tunc demũ
competit cum donator adimplere recuſat , quod
promiſit:vt tradit in terminis Bal.in l.contra iu-
ris.in ſecunda lectura,circa finem,ff.de pactis. Et
hoc exemplo legali ſuadetur:nam vt in emptione
idem eſt promiſsio venditionis & emptio.nam ſi
promitto tibi vendere fundum pro x.iſta eſt ven-
ditio:patet per gloſ in l.in vẽdentis.C.de contra-
henda emptione. & talis illa eadem venditio eſt
pactum de vendendo facit notabile dictum Ale-
xandri in l.cùm fundus,§.ſeruus in j.col.ff.ſi cer-
tum petatur. vbi dicit quòd ſi promitto tibi me
obligaturum pro x. iſta verba inducunt obliga-
tionem , & ſtatim poteſt agi.quod dictum ſequi-
tur ibi Iaſon. & idem Iaſon. in l. dominus , ff. de
condictione indebiti.& nouiſsimi Florenti.in re-
peti.§.Cato.num.clxxix.& ſequen. ff.de verborũ
obliga.& Gozadinus in repetitione l. ij.in princ.
& in v.colum.C.de pac.inter empro. & vendito.
ita in donatione eſt dicendum. opinio ergo Batt.
procedit in contractibus qui re contrahuntur. &
ita etiam contra Batto.tenent Moderni in d.l.iu-
ris gentium.longo verborum ambitu.& declarãt
notabiliter nouiſsimi in rubrica ff. de verborum
obliga.in viij.charta.in.j. col. & eſt quidam Lan-
cellotus Galtaula , qui vltimus in illo articulo
ſcripſit,verum quia paruæ vtilitatis ſunt.& vt in-
quit textus in capitulo niſi, §. propter malitiam.
de renunciationibus. qui nimis emungit, ſangui-
42 nem elicit.ideò hæc †ſufficiant:non tamen à com
muni recedatur:quæ tamen tetèra limitatur pro-
cedere quando in pacto de donando deducitur
res vel quantitas:ſecus ſi deducatur factum : quia
tunc non datur actio,nec procedit d. l. ſi quis ar-
gentum,§. fina.quia cùm ſit correctoria, non de-
bet extendi.ita limitat Bar. d.l.ſi quis argentum,
in d.§.quinimo.in fine,ff.de pactis.& idem firmat
Bartol.in l.ſi vnus,§ pactus ne peteret. in iiij.col.
num.xij.eodẽ titulo. Ange.in repe.l.ſi certis.C.de
pactis.& Bald. in l.contra iuris. in ſecunda lectu-
ra.in fine.ff.de pactis.& in l.cùm virum. C. de fi-
deicommiſ.tamen conſiderandum eſt an iſta li-
mitatio ſit vera.& videtur firmius dici poſſe quòd
non:quia contra eam videtur caſus iuncta gloſ.in
l.ſi cùm mihi,ff.de dolo.vbi eſt tex.quòd quando
donatur res conſiſtens In facto, competit condi-
ctio ex d.l.ſi quis argentum. vt ibi tenet gloſ.quæ
communiter ibi approbatur. præterea, quia text.
in d.l.ſi quis argentum,§.fina.loquitur indefinitè
de donatione rei:quod verbum generale eſt adeò
quod eius appellatione factum continetur:prout
eſt glo.nota.in §.j.ſuprà de obligatio. quã ad hoc
ibi notat Bal.& Areti.ad idem eſt gloſ. in ver.ge-
nerale,ibi,facta quoque.in l.j.ff.ſi certum petatur,
ergo apparet manifeſtè quòd d.l.ſi quis argẽtum,
procedit in facto per iſtam nouam ponderatio-
nem.præterea hanc opinio.tenet Bald in l. pacta
quæ contra.C. de pactis. vbi hoc probat vna alia
ratione.nam promittens factum videtur promit-
tere intereſſe,ſi non faciat,l.ſtipulationes non di-
uiduntur.verſiculo Celſus.de verbo.obliga.& in-
tereſſe conſiſtit in dando, ſcilicet in pecunia, l. ſi
quis ab alio.In fine, ff. de re iudica. neque obſtat
quòd factum principaliter debet cõſiderari, non
intereſſe.argumento l.ſi quis ne cauſam.quia po-
teſt dici eſſe verũ,niſi ſit in mora promiſſor. Ta-
men finaliter iſta ratio. Bald. non ſatisfacit ex eo
quia quando illud quod venit in conſequentiam,
non poteſt ſimul compati cum illo quod princi-
paliter deductum eſt in promiſsione , attenditur
illud quod eſt principale:vt tradit notabiliter De
cius in l.rogaſti.in principio in ij.col.ff.ſi certum
petatur. & ad illam rationem Batto. in d. l.pacta
quæ contra.reſpondet aliter Alexander in d. l.iu-
ris gentium,§.ſed cum nulla.in j. colũ. vbi poſtea
ex mente eiuſdem Baldi & Imolę nititur concor-
dare opinio. Illa tamen concordia confunditur
per rationem quam ſuprà adduxi.& quia in obli-
gationibus facti non fit illa diſtinctio,cùm reſpe-
ctu intereſſe vniformiter concludatur per ea quę
dicit Spec.in ti.de primo & ſecundo decreto,§.x.
verſi.itẽ quæritur, in conditionibus verò bene fit
illa diſtinctio.in quibus requiritur merum & pu-
rum factum,l.Meuius,ff.de cond.& demon.tenet
Soci.in conſi.ccviij.cõſideratis.in penultima col.
verſi.ad tertium,ij.lib.& conſi.cclxxiij.in præſen-
ti.in ij.col.eod.lib. & iſtud merum factum etiam
conſideratur reſpectu traditionis, quæ facti eſt.l,
conſilio.ff.de cur.furio.quicquid dicat Alexan.in
d.§.ſed cum nulla.& ſic ex iſtis mihi videtur quod
iſta opi.contra Batt. ſit vera,quam tenet ibi Pau.
Fau.& Saly.in l.legem. in vj. quæſt. C.de pact.&
gloſ.in l.permiſiſti,ff.de præſcrip.verbis. Aliæ li-
mitationes colligi poſſunt ex allegatis ſuperius
quas per te colligas. Item circa illud quod dicit
Iaſon nunquid dicta l.ſi quis argentum, §.fi.pro-
cedat in donatinne cauſa mortis, vt poſsit perfici
pacto nudo,breuiter quia hoc eſt extrauagans,di-
catis quòd ſic:& iſta eſt communis opi.quam ſe-
quitur Alexan.In l.ſciendum.in ij.colum.ff.de le-
gatis primo.& ibi Iaſ.declarando tamen notabi-
liter vltra ipſos,vt per Corneum in conſilio cvij.
incipien.videtur, in ij. col, in iiij. volu. vbi tenet
communem & eam declarat.& licet nouiſsi.in d,
l.ſciẽdum.eam deſtruant leuibus ſatis fundamen-
tis,eam tamen firmat Alex.in d.conſi.cxiij.ſuprà
alleg.cum aliis ſimilibus:vt tradit quidam Petrus
Rauennas in Alpha.iuris.in ver.donatio. In ea-
dem glo.ibi & de rei vxo.actio,l.j.§ j.Iſtud exem-
plum glo.de d.l.j.improbat Batt. in d.l.legitima,
ff.de pac.quia ibi non eſt ea nudo pacto, ſed quia
fingitur ſtipulatio. Sed tu defende gl.quæ com-
muniter tenetur,quod ille tex.optimè probat,nec
eum bene inſpexit Batto. Text. enim ibi ponit
tres caſus.primus quando ſtipulatio non interue-
nit, & fingitur interueniſſe , vel quando interue-
nit,& tunc etiam competit actio. Secundus ca-
ſus eſt.& ibi probatur intentio glo.noſtræ, quan-
do ſtipulatio interuenit, ſed ſubtilis : & tunc iſto
caſu à lege roboratur , & producitur actio.ratio
44 eſt:quia †quãdo partes volunt ſtipulari,& tamen
ſtipulatio redditur inutilis ob aliquam cauſam.
tunc habet vim pacti nudi. l. an inutilis , ff. de
acceptila.Et quod per eam dicit Ang. in quodam
ſuo cõſilio quem refert Geor. Nat.in repe.cle.ſæ-
pe,§.& quia.iiij.col.de verb. ſigni. & licèt lex ro-
borauerit illam ſtipulationem,non propterea vo-
luit tollere antiquam competentem ex pacto nu-
do : niſi nominatim exprimatur antiquam velle
tollere l.quoties.vbi eſt caſus,ff.de actio.& oblig.
& l.ij.C.de pac.inter emp.& vend.& iſta fuit in-
tentio gloſ.& ita declaratur glo.in verſi.ſi certa,
ſuprà de verb.oblig.tit.in princip. dum alleg il-
lum tex. & ea quæ dicit Feli. in c. cum ordinem.
in prima columna.in princip.de reſcrip. aliâs ſe-
queretur

quæretur quod l.executionem, hic alleg. in gloſ.
eſſet ſuperflua: niſi intelligamus eo modo d. l.j.
quod ex pacto nudo illo caſu poſsit dari actio: vt
iura concordentur, c. cum expediat. de electio. li-
bro vj. de quo latiſsimè dixi in l.j. ſol.mat. vbi eſt
propria materia: & ibi per Moder. latè diſputatur
nunquid d.l. ſit correcta. Sed quia hæc ſunt modi-
ci momenti, teneas opin. quam velis. nam poſſet
teneri contra gloſ. ex alio capite, eo quia contra-
ctus dotis eſt nominatus: vt dicit Barto. in d.l. le-
gitima. vt dixi in d.l.j. ſoluto matrimo. post gloſ.
in verſi. ſemper quæ ad idem alleg. dictã l.j. § j. ad
quod hic allegauit: & ſic poſſet actionem ex na-
tura ſui producere per ea quæ traduntur in l. iuris
gentium. quæ non examino hic cùm non ſit pro-
pria materia. In eadem glo. ibi, item in nautico
fœnore. Et ibi in acceſsione frumenti. & ibi, item
in vſuris ciuitatis promiſsis, dicatis quòd omnia
iſta membra gloſ. hodie per ius canonicum ſunt
45 correcta. Nam ex quo † ius diuinum & canoni-
cum prohibet omni caſu vſuras: vt toto titulo,
extrà de vſuris. precipuè in cap. vigilanti. & cap.
nauiganti. & cap. ſuper eodem dicẽdum eſt quòd
ius ciuile etiam quo ad forum ſuum. & inter ſub-
ditos temporales non habebit locum iſto caſu. vt
patet in capitulo fina. de præſcriptio. latè tradunt
mod. in capi. eccleſia ſanctæ Mariæ. de cõſtitutio.
cum aliis ſimilibus. Tamen poteſt gloſ. ſuſtineri
dicendo quòd illa vſura in legibus hic allegatis
in gloſ. petitur ratione intereſſe. quòd peti poteſt
de iure canonico: & appellatur ibi vſura, prout
eſt gloſ. ordinaria in cap. conqueſtus. & ibi Abb.
extrà de vſuris. & hoc veriſimile videtur: quia cũ
Imperator proteſtetur ſe ſequi velle conſtitutio-
nes quatuor conciliorum, euangelia. & conſtitu-
tiones patrum. tanquam Chriſtianiſsimus. vt in l.
non reddentes. C. de ſumma trinitate non eſt di-
cendum quòd conſtitutionibus ſuis admittat il-
lam vſuram, quæ vtraq; pagina deteſtatur: ſed po-
tius illo modo interpretari debet. vt euitetur de-
lictum. argu. l. merito. pro ſocio. & ita iſta glo. po-
46 terit defendi. Et per hoc ſit finita iſta gloſ. † Alij
caſus ſunt extra gloſ. in quibus ex pacto nudo o-
ritur actio, qui ſerioſè ponuntur per Modernos
in d.l. iuris gentium. & aliquos enumerat & limi-
tat latè Soc. in fallentia ſua ix. vbi videas. Ponit
etiam hic plures caſus Iaſon in quibus ex pacto
nudo datur actio, ex cuius longo apparatu magis
notabiles proſequar vltra ſcriben. illos præſertim
in quibus maius dubium vertitur. Primus caſus
eſt ſecũdum me inter alios in l. inter ſocerũ. §. cõ-
uenit, ff. de pactis dot. vbi ſecundum Ioan. Fabr.
eſt caſus ſpecialis vbi ex pacto nudo detur actio:
& ante Ioan. Fabr. prius illum text. ad hoc notat
Bal. in c. ſi cautio. de fide inſtrumen. quem ſequi-
tur Soc. in trac. regularum, regula ix. in v. fallẽtia:
Iaſon tamen hic dicit quòd non eſt verum illud
quod hic dicit Ioan. Fabri. quòd in dicto §. con-
uenit ſit caſus ſpecialis, quòd ex pacto nudo oria-
tur actio: ſed quòd ille text. ſecundum regulas iu-
ris communis procedit: nam ibi in pacto nudo e-
rat deductum illud ad quòd quis tenebatur ex di-
ſpoſitione legis: vnde non eſt ſpeciale: vt ſuprà di-
xit in ix. col. numero xlv. & ita tranſit Iaſon, ſed
iſte intellectus ad d. §. conuenit prius fuit Roma.
in ſingulari ſuo. ccccxxij incipien. tu audiſti. vbi
formaliter dicit quòd licet ſoleat alleg. gloſ. ſin-
gularis & doctri. Barto. in l. legitima, ff. de pactis.
ad hoc quòd vbicunque per pactum nudum pro-
mittitur illud ad quod quis tenetur de iure com-
muni. quòd datur actio ex illo pacto: tamen ipſe
pro illa gloſ. allegat caſum ſingularem in dicto §.
conuenit. & ita tenent nouiſsimi repet. in rubri-
ca de verbo. obliga. & hoc idem tenet Iaſon vbi
alleg. text. concor. vltra Roma. in l. legitima. col.
fin. ff. de pactis. & idem tenet in l. ſi donatarius in
fine princip. ff. de condi. cau. da. Sed tamen ad-
uertendum eſt, quòd iſta nõ ſine dubio videntur:
quia idem Iaſon tenuit contrarium ponens d.l.
inter ſocerum, § cõuenit. vt caſum ſpecialem ex-
ceptum à regula in l. iuris gentium, §. ſed cum nul
la. in xiiij. limitatione, ff de pactis. & in l. lecta. in
vij. col. verſicu. primus caſus, ff ſi certum petatur.
47 Et ideò meritò tanquam † doctor contrarius de-
bet repelli: vt de Inno. dicit Abb. in cap. extirpan-
dæ, §. quia verò. in repet. in ij. colum. nume. lj. de
præben. Non obſtat motiuum ipſius ad d. §. con-
uenit quia ibi totum oppoſitum probatur: nam
ibi non dicitur quòd competat actio ex pacto, ſed
quod datur vtilis actio: & clarum eſt quod ſi com
peteret ex pacto eſſet directa actio præſcri. verbis
l. iuris gentium. §. & ideò. de pactis. & l. quoties,
ff de præſcriptis verbis. & l. cum mota. C. de tran-
ſactionibus. Et ita reſpondent ad §. conuenit, no-
uiſsimi in d. l. legitima. licèt prædicta non addu-
cant. Vel ſecundò tu potes reſpondere quòd in
d. §. conuenit. fuit pactum geminatum: primum
in præſentia, & aliud per literas: quod probatur
in illis verbis, pactum ad literas viri ſecuta &c.
quo caſu præſuppoſito quòd detur actio illa, com
petit ibi ex pacto geminato: & ſic competit ex ca
ſu ſpeciali excepta à regula, prout ponit Felin. in
cap. j. de pactis. & ſequitur Iaſon. in d. l. iuris gen-
tium §. ſed cum nulla, & in l. ſi pacto. C. de pactis:
ſi igitur ex caſu ſpeciali: ergo dictum Iaſ. hic non
eſt verum quo ad propoſitum illius §. conuenit.
An verò regula ſit in ſe vera, quòd illud quod le-
ge debetur, ſi promittitur per pactum, quòd de-
tur actio regulariter, non eſt materia noſtra: ſed
gloſ. in d. l. legitima. vbi Moder. latè inſiſtunt. Sed
recedendum non eſt ab opinio. Bart. magis com-
muni, & eam firmat etiam Bar. in l. non impoſsi-
bile, ff. de pactis. Secundus caſus eſt ſingularis in
quo pactum nudum producit actionem, videlicet
quando ille cui ex pacto nudo promiſſum eſt, pa-
teretur aliquod dãnum. Nam tunc deficiente alia
actione datur actio de dolo: caſus eſt ſingularis in
l. eleganter. §. ſeruus pactionis, ff. de dolo. quam
valde commendat ibi Bart. & Bald. & alij dicunt
ſingularem, de quibus hic per Iaſonem, cuius ver-
ba per omnia prius poſuit Alexander in Apoſtil.
ad Barto. in d. §. ſeruus. Adde quod illum tex. val-
de commendat dominus Alexander ad limitatio-
nem totius materiæ pactorũ. in conſilio xlj. inci-
pien. viſo puncto. in tertio volumine. & ad hoc di
cit etiam ſingulariter notandum do. Ioan. Bap.
Caccialup. in tractatu pact. quæſt. xiij. & dominus
meus in l. in bonæ fidei. C. de pactis. & commen-
dat etiam Alexan. in l. ſi conuenerit. in j. colum.
in quarta limitatione, ff. de iuriſdictio. omnium
iudicum. & reaſſumit Decius in cap. primo, in xv.
colum. verſiculo. circa primum. extra de iudi. &
Iaſon in l. lecta in vij. colum. ff. ſi certum petatur.
Sed tamen aduertendum eſt quòd ille tex. non vi
detur probare illud ad quod doc. allegãt: quia ibi
actio de dolo quæ generalis eſt, datur in quacunq;
materia

non cum matre.

De iure gen. patria poteſtas non conſideratur.

Pater filio obligatur naturaliter: quia naturalis obligatio eſt de iure gentium.

In foro conſcientiæ pater & filius eadem perſona non cenſentur.

10 *Pater deſtinatus executor in teſtamento ad diſtribuendum bona inter pauperes, nō poterit tanquam executor diſtribuere in filium. & quæ ſit ratio.*

12 *Vir & vxor reputātur eadē perſona & vna caro & qualiter intelligatur infra eo. nu. & ſequen.*

Vxor dicitur ſocia viri.

Affines non dicuntur neque propinqui neque proximi.

Pater habet maiorem affectionem ad filios quàm ad vxorem.

Vxores gaudent de morte maritorum.

13 *Vir pro vxore regulariter non obligatur, nec econuerſo: idem de alijs perſonis de quibus ſuprà.*

Quando pater vel dominus non eſt factus locupletior ex delicto vel quaſi, filij vel ſerui peculium non confiſcatur, ſed applicatur domino vel ſeruo: ampliando & limitando, vt hic.

14 *Quæ ſunt ſpecies peculij*

Peculium caſtrenſe quid ſit.

Donatio facta filiof. militi à coniūcto, ſumitur facta contemplatione militiæ.

Qualiter intelligatur regula quòd donatio facta à coniuncto, in dubio præſumitur contemplatione ſanguinis facta.

15 *Quotuplex eſt peculium quaſi caſtrenſe.*

Quid ſit peculium quaſi caſtrenſe.

16 *Quid ſit peculium profectitium.*

Nomen parentis non ius patriæ poteſtatis cauſat peculium profectitium.

Quæ vtilitas reſultat in cognoſcēdo an peculium ſit profectitium vel aduentitium.

In ſeruo non cadit peculium aduentitium.

17 *Peculium aduentitium quid ſit.*

Filius teſtari non poteſt de peculio aduentitio: & ratio datur.

Vſusfructus peculij aduentitij in quibus caſibus non acquiratur patri.

18 *Quæ ſit natura dictionis autem.*

An actio de peculio ſit realis vel perſonalis.

19 *Dictio aduerſus, quid ſignificet.*

20 *Dictio veluti, qualiter hic exponatur.*

21 *Quando dicatur pater vel dominus factus locupletior, quòd vt conueniri poſſit &c.*

22 *An diſpoſitio iſtius tex. habeat locū in monacho.*

Monachus & ſeruus in quibus caſibus æquiparentur. vide remiſſiuè.

An & quando monachus poſſit habere peculium.

Monachus & ſeruus æquiparantur in omnibus caſibus qui conſiderari poſſunt redundare in vtilitatem monaſterij.

23 *Actio de peculio in rem verſo inſtitoria quod iuſſu, & aliæ de quibus hîc non ſunt propria nomina actionum ſed adiectiones.*

24 *An valeat ſtatutū quòd pater pro filio teneatur.*

ACTIONES AVTEM. Præſupponēda ſunt in primis ad euidentiam iſtius ỹ. quædā ſubſtantialia aliter, & plenius quàm doctores dixerunt, videlicèt quòd licet hęres & defunctus reputentur eadem perſona: vt in authen.
3 de iureiuran. in prin. † Et filius & pater & dominus & ſeruus cenſeantur eadem perſona, l. fi. C. de impub. & aliis ſubſti. & §. ei qui. Inſti. de inuti. ſtip. & eodem modo vir & vxor c. gaudemus. de diuor. & cap. lex diuinæ xxxiij. quæſt. ij. tamen reſpectu obligationis diuerſo iure cenſentur. nam licèt hæres ratione ſupradicta teneatur ad omnes obligationes defuncti, ꝙ vltra alios, infrà declarabimus. vt toto titu. C. de hær. act. & l. vnica C. vt actio ab hære. & contra hære. pater tamen pro filio, & dominus pro ſeruo vir pro vxore, nec econtra ex obligationibus per eos contractis non tenētur: vt in rubrica C. ne fil. pro pa. & in l. dominium. C quod cum eo. & in rubrica. C. ne vxor pro marito. Et ratio prædictorum redditur hîc per Iaſ. quia illud quod hæres repręſentet eandem perſonam cum defuncto prouenit ex facto ſuo & ideò tenetur: quod ſecus eſt in patre & domino reſpectu filij vel ſerui, cum inuiti cogantur fictione iuris repręſentare eandem perſonam. Tamen iſta ratio nō mihi ſatisfacit: quia ſi ratio Iaſo. eſſet vera ſequeretur quòd quādo filius ex facto ſuo eſt eadem perſona cū patre, quòd pater teneretur de facto contra rubricam & per totum. C. ne fil. pro pat. Exemplum clarum eſt quòd filius emancipatus patri ingratus reuertitur in poteſtatem patris l. j. C. de ingra. li. & per conſequēs facto ſuo fit eadem perſona cū patre: ergo deberet pater obligari quod eſt ridiculum dicere. Itē in filio legitimato qui non poteſt legitimari, niſi cōcurrat conſenſus ſuus, & ſic factum, l. bonæ fidei, ff. de acqui. re. do. §. igitur in authē. quib. mo. natu. effi. ſui tamen de facto legitimatus tranſit in poteſtatē patris & fit eadem perſona: & tamē adhuc militat rubric. C.
4 ne fil pro pat. Vltimò ſequeretur † vnum, ſi iſta ratio eſſet vera, quòd ſi non ex voluntate ſua hæres adiret hæreditatē, ſed ex neceſsitate, quòd non eſſet obligatus, cum non veniat ex facto ſuo: vt in §. & quantū in auth. quib. mo. na. effi. ſui: & tamen nemini dubium eſt, quòd tenetur ex cōtractibus defuncti. Ad idem bene facit: quia hæreditas adiacens poteſt continuando poſſeſsionem defuncti vſucapere: vt in l. cœptam & l. nunquam, §. vacuū ff. de vſucap. & tamē illa vſucapio prodeſt hæredi ſicut prodeſſet defuncto ea ratione, quia cenſetur eadē perſona: vt formaliter dicit Dy. in regula ſine poſſeſsione. in ij. opp. col. ij. de reg. iu. li. vj & tamē illud non prouenit ex facto hæredis. Præterea cui dubium eſt, quòd vxor & maritus cenſentur eadē perſona facto & voluntate eorū. nā ſi in matrimonium non conſenſiſſent, nō reſultaret ille effectus identitatis: & tamē alter ex cōtractu alterius non tenetur: vt toto tit. C. ne vxor pro marito. Alia igitur mihi videtur ratio, quam infrà ſubiiciā in prima regula. Et iſtud quod dictum eſt, procedit, niſi pater vel dominus concedant tacitè vel expreſſè peculium filio vel ſeruo: vt in illo prohibito negotientur: nam iſto caſu ex quo videntur de voluntate eorum reſpectu conceſsionis factæ tacitè contraxiſſe,

contraxiſſe, tenetur ſiue ſcienter ſiue ignoranter
quatenus eſt peculium,& non in plus,l.ſi quis ſer
uum,§ fi.ff.de pecu.& declarat Bart.in l.j ff.eo.&
poteſt pater idem peculium pro libito reuocare:
vt ibi dicit Bart.ſed ſi poteſt, quare obligatur in-
3 uitus:vt dicitur in l. ſi quis ſeruũ.cogita. † Sed
vt habeatur ex ſupradictis clara & vera reſolutio
quæ vobis deſeruiet in omni materia, faciam
quatuor regulas. Prima eſt quòd hæres & defun-
ctus cenſeatur eadem perſona:quam regulam po-
nit per d.authen.de iureiur.in princ.Specu.in tit.
de teu.§.ij.verſiculo xxvij.idem in titu. de loca.§.
ij.verſicu.decimooctauo & in titul. de iu. calum.
§.ij. verſi. ſed nunquid. Et hoc intelligitur in his
quæ fecit defunctus in vita:ſecus autem in his quę
non fecit:vt eſt glo.nota.ſecundum Bald. ibi, in
l.ſi ſeruos fugitiuus.in verſic. extitiſſet. de condi.
fur.tenet Alexan.in l.in executione,§.ex parte,de
verb.obliga.& Dyn.in cap.rapium. colum. pen.
de reg.iur.lib. vj. ſecunda intelligitur pro ea par-
te qua eſt inſtitutus.glo.fin.in l.ij.ff.de prætor.ſti-
pul.& ſequitur Iaſ.in l.j.in prima col. nu. v. ff.de
acqui.hære.& in l.ſi quis filium,§. j. in. j. colum.
num.iij.eodem titulo,& in l. frater à fratre,in ij.
& iiij.ff.de condi.inde.l. cum à matre.vbi Bal.C.
de rei vend.Et ex hoc infertur ratio,quare eadem
perſona reputetur: & propterea obligetur.Nam
ratio eſt,quia apud eum res defuncti reperiũtur,
in quibus adminiſtrandis fingitur eſſe idem:ſecus
autem quando ad illum nulla res defuncti perue-
niret:nam tunc ceſſaret illa repręſentatio,quam-
uis facto ſuo adiret hæreditatem:vt ex d. glo.col-
ligitur,quemadmodum ceſſante patria poteſtate
filius & pater eadem perſona non cenſentur: vt
infrà in ſecunda regula dicam ,& propterea adi-
tione hæreditatis confunditur inter eos debitum
ante inſtitutionem contractum inter eos,l.credi-
tori.C.de pact.tradit Bart.in rubrica de aquiren.
hæred. quia propter hæreditatem eadem perſona
cenſentur:& eſt inconueniens quòd vnus & idem
ſit ibi obligatus,l.cum filio.de leg j. ſed vbi hære-
ditas ceſſaret,puta quod hęres eam vendidit,tunc
ceſſat illa repræſentatio eiuſdem perſonæ & de-
bitum , quòd remanente hæreditate penes hære-
dem aditione confuſum erat, reuiuiſcit ea vendi-
ta:vt eſt caſus not.in l.ij.§.fi.ff.de hære.vel ac.ven.
vel ſi nihil ad manus hæredis ex bonis defuncti
noſcitur perueniſſe , debitum non confunditur:
cum non reputentur eo caſu pro eadem perſona.
& iſta mihi videtur ratio firmior , non illa quam
hìc aſsignat Iaſ.quam ſuprà reprobauimus.vis er
go tota repręſentationis & identitatis defuncti &
hæredis eius conſiſtit in bonis: quibus demptis to
ta fictionis colligatio ſoluitur: argu tex. in c.quæ
in ipſis,xxxviij.diſt.& tex.in cap.dicat.in fi.xxxij.
quæſt.iiij.quia ſi te priueris,neque nomen habere
mereris,capit.cor epiſcopi vbi eſt gloſ. fin.lxviij.
4 diſtinc. † Tamen aduerte vlterius:quia ratio Iaſ.
poſſet vno caſu ſaluari:videlicet dum hęres adiret
hæreditatem damnoſam , & non feciſſet inuenta-
rium:quia eo ipſo obligatur & debet hæres de ſuo
ſoluere:vt in l.fi.in prin. C. de iure delib.Tamen
poteſt ad hoc reſponderi:quia licet hæres tali ca-
ſu teneatur , illud non fit propter repræſentatio-
nem eiuſdem perſonæ,quę non niſi ex acquiſitio-
ne bonorum defuncti cauſatur : vt ſuprà dictum
eſt: ſed hoc prouenit ex ſua imperitia, quæ voluit
ſe huic diſcrimini & pœnæ legali leuiter ſubiice-
re:arg.text.in l.imperatores,ff.de iure fiſci.& ideò
viam quam ipſe elegit,ipſa ſibi patet, l. ſi mulier,
ff.ad Velleia. tũc enim clarum eſt quòd facto ſuo
obligatur:tamen non fit eadem perſona cum de-
functo.Et ideò malè dicit Iaſon in hoc,& iſto ca-
ſu lucri & vitij defuncti ſucceſſor dicitur,l.an vi-
tium & l.cùm hæres,ff.de diuer.& tempo.præſcri
ptio. & ideo iſta ratione hæres etiam de iure ca-
nonico tenetur ad intereſſe pro delicto defuncti:
vt notanter dicit Bal.in l.j.col.fi.verſi. iij.autem
caſu.C.ne ex delic.defunc.& in l.furti actione.C.
de fur.quod ſignabis. Et dicit ſingulariter Pau.de
Caſtr.in l.poſtulante.in princip.per illum text.ad
Trebel.& ibi latè Alexan.quòd ſi ſtatutum diſpo
nat quòd inſtrumẽtum mittatur executioni con-
tra debitorem in eo deſcriptum,poterit fieri exe-
cutio contra eius hæredem:licèt non ſit nomina-
tus: quæ executio non fieret , niſi ad eum deueni-
rent bona defuncti:quod eſt ſingulariter menti te
nendum ſecundum Iaſ.in l.ſi cui legetur,§ fin.in
tertio notabili,ff.de leg j.& in l.Iulianus, in fine,
pric.ff.de verb.oblig.& idem Iaſ.valde commen-
dat & aliis notabilibus deciſionibus hanc ornat
regulam in l.diuortio.§.interdum in tertio nota-
bili, ff. ſolu.matr.Imò fortiùs vult Bart. & Alex.
in d.l.poſtulante.quod ſi ſtatutum dicit,quòd de-
bitor capi poſsit & carcerari , habet locum con-
tra hæredem. quod dictum pro notabili ſequitur
idem Alexan.in conſi.xxviij.attentis narratis. in
penul.colum.in v.volu. de quo vide omnino Iaſ.
in l.ſi deceſſerit.in ij.colum.& ibi Alexan. ff. qui
ſatiſda.cog.Barb.in rubrica de teſt. in iij. colum.
in c.fi.de arbi.Ang.in §. fuerat.in ij.col.infrà iſto
titulo.& per Peruſin. in cap. ex ratione. in xxvj.
colum.de appella.verſi ij.Adde limitando ,vt ibi
per eum,& per Alex.qui hoc aliter limitat in d.l.
poſtulante.col.fi.& quo ad hoc vt hæres teneatur
& fieri poſsit executio contra illum,requiritur ci
tatio,excuſsio,& alia de quibus per Decium in c.
qui.in ij.& iij.colum.de iudi.vide tamen Roma.
qui videtur tenere contra Bart. in conſi. cxx.ſed
quia nihil adducit,non infero: tamen contra iſtã
deciſionem facio vnum fundamentum: nam cla-
rum eſt quòd hæres & defunctus reputantur ea-
dem perſona fictè,vt ſtatim dicam : ſed in ſtatuto
pœnali fictio non admittitur : ſed debet intelligi
in caſu vero,prout dicit Bart.in l j. per illum tex.
ff.de fonte. tamen dici poteſt quòd hoc cõtingit.
quando bona reperirentur penes hæredem,& ma
litia ſeu dolo diſtulit ſoluere : ſecus ſi in veritate
non haberet bona. & in hoc teneo contra Alex.
& ſequaces in ſuprà dictis locis , qui contrarium
tenent ſi non fecit inuentarium , & pro prima
opin.facit text.in l.libertus §. Lucius. ff.de ali. &
ciba. lega. inducendo , vt in notabili caſu tradit
Felin. in cap. ad audientiam. el. ij. in iij. colum.
verſic.v.concluſio.de reſcrip.& ante eum Roma.
5 In conſi.cccxxxviij. incipien. † omnipotétis cum
ſimilibus : vt dixi. Et regula ſupradicta quòd hæ-
res ſit eadem perſona cum defuncto procedit lar-
go modo,& impropriè, ſicut loquitur d.authent.
de iureiuran.in prin. ibi quodãmodo eadem per-
ſona &c.quod quidẽ verbũ denotat improprieta-
tem,l.iiij.§.Cato.ibi Bar.in vj.oppo. ff.de verbo.
obligatio.& ibi Are.dicit ad hoc eſſe ibi text.me-
lioram de iure:propriè tamen & verè alia eſt per-
ſona defuncti,alia hæredis:vt dicit Iaſon in l.ſi ita
quis promiſerit,§. ea. lege. in xij.col. nũ.xlvij.de
verb.

verb.oblig.& prius Dynus in c.ratum.fol.vltimo
de regu.iur.li.vj.ſicut alia eſt anima vnius,& alia
alterius,vt notabiliter declarat Soci. in conſilio
lx.incipien.in præſentel.in penul.colum.in primo
volu.& ideò licet defunctus de calumnia iurauerit,
eius hęres iurare tenetur: quia in iſtis eadem
perſona non reputatur. & ita in quibuſcunque
rebus facti:ſecus in his quæ ſunt iuris.ita latè concludit
Maria.Socin.in c.fi.in a.col.de iu.cal: vbi
allegat plura & inter alia allegat. Dominic. In c.
ſecundo.in fi.& ibi Philippus Francus de confeſſ.
lib.vj.& idem eſt in quolibet alio iuramento defuncti:
quia non tranſit ad eius hæredem.capitulo
veritatis.de iureiuran.& tradit Corneus in conſi.
ſecundo,incipien.circa primum. in iij.col.in tertio
vol. Et ideò hæres non ſuccedit in officio defuncti
cuius induſtria eſt electa: vt dicit idē Corneus
in conſi.ccxliij. incipien. circa primum. in
penulti.col. eod. lib.Et de iuramento idem tenet
Georgius Natta doctor aliàs ſolennis in repe. capit.
quamuit.in xxij.col.extrà de pact. lib.vj. imò
fortius vult Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.ſi contū.in ij.
col.numero viij.quòd iſtud eſt verum, etiam ſi aliquis
eſſet hæres & filius: quia adhuc iuramentum
patris non obligaret illum: vt ibi latè pro-
6 bat. † Iſtud tamen de iuramento procedit, niſi
agatur indirectè contra hæredem implorato officio
iudicis eccleſiaſtici, vt hæres ſatiſfaciat exonerando
animam defuncti iurantis: ita eſt notabilis
limitatio Abb.in cap.cum ſit.in viij. col. &
ibi Felin.in vj.col. dicit eſſe notandum extrà, de
fo.competen.& idem tenet Abb.in c.fi.per illum
tex.de ſepul.& licet contrarium teneat Andræ.ſicul.
in d.c.cum ſit.& latius iſtud impugnet Philip.
Francus in c.fi.in tertio notabili,de fo. compe.li.
vj.quem omnino vide.Tamen communis op. eſt
pro Abb.quam vltra omnes reperio quòd tenet
Roma.dum allegat c.fi de ſepul.conſi.ccj.pro deciſione.
in ij.col. & Alexand. conſil. xcia.videtur
prima facie.in penul.col.in quarto volu.& ratione
iſtius mouentur: quia hæres tenetur exonerare
conſcientiam defuncti.d.c.fi. cum pluribus concor.
quæ ſcribit Decius in cōſi. laia. aliàs cclxxij.
inci.viſo proceſſu.nu.vj.in ſecunda parte. & ideò
notabiliter dicit Socin.in conſi. iiij.col.j. verſic.
præterea.& plenius in conſi.xxviij.col. ij. verſi.
firmatur. in tertio volu. quòd licet iuramentum
non tranſeat ad ſucceſſores reſpectu periurij. d.c.
veritatis.virtus tamen & vinculum iuramenti bene
tranſit: vt ibi per eum. quæ omnia tanquam
noua nota.& adde pro iſto dicto Soc.Iaſ.in l.frater
à fratre.in penulti.colum.in lectu.de condict.
indebi. & alibi ſæpe Felin. negari tamen per hoc
non poteſt quòd in materia ſtricta & propria, vt
diuerſæ perſonæ reputentur: ita in pulchro caſu
tradit Franciſcus Cremen. in notabilibus ſuis
notabili v. incip. ſi maritus &c. vbi vult quòd ſi
maritus petit vſuras ſibi debitas ex dote, & poſt
maximā morā mortuus eſt: quòd eius hæres licet
eadem perſona reputetur, petere non poterit:
alleg.doctri.Bar.quam dicit non eſſe alibi in l.vir
vſuras.ff.de dona.inter vi. & vxo. cū ſimilibus:vt
ſcribit Iaſ.in §. fuerat. in v.col.nu.xx.infrà eo.t.
& vltra ipſum notabiliter declarat Soci.in conſi.
7 ccxciij.præſens conſulatio.in j.col.ij.volu. † proinde
ille qui promittit ſoluere illud in quo apparebit
patrē ſuum eſſe debitorē,non tenetur,ſi de tali
debito contra hæredem conſtiterit: vt probatur

in l.qui Romæ.§.Augerius.ff.de ver.obl.quē tex.
Iaſ.ibi in prin.poſt Alex. Areti. & alios dicit eſſe
ſingularem, & non eſſe alibi.& ſubdit quòd ſi illum
tex.non haberemus,quilibet diceret contrarium:
& notat ad hoc idem Iaſ.ibidem in primo
notabili.& in ſeq.col.& idem Iaſ.valde commendat
in l.petens.in iij.col.nu.xj.C.de pac.& ibi hoc
not.Lancelo.Deci.in j.col. & dicit notādum pro
mercatoribus Florentinis ſubtilis doctor, Petra
ſancta in ſingularibus ſuis,notabili xxvij.inci. libero.
arbitrio.& huius dicti ratio videtur:quia cōditio
dādi alicui nō poteſt adimpleri in ſuo hærede.
l.prætor.ff.de colla. bono. l. cum ita datur.de
condi.& demō.quod procedit in conditione poteſtatiua.
& ita procedit.d.§.Augerius. ſecus autē
in conditione caſuali:nam tunc bene impletur in
perſona hæredis.ita notabiliter declarat Iaſ.dictū
§.Augerius.in l.epiſtola.§. ſi inter debitorem.per
illum tex.ff.de pac.faciunt ea quæ moder.tradunt
poſt Bar.in l.Gallus.§.& quid ſi tātum.in j.col.ff.
de lib. & poſth. & ita poſſunt declarari prædicta
intra.quę omnia adde ad ea quæ latiſſimè congerit
Decius in l. hæredem.ff.de re.iu. & hæc ſufficiant
8 quò ad primam regulam. † Secunda regula eſt
quòd filius & pater cenſentur eadē perſona.vulg.
l.fi.C.de impu.& aliis ſubſti.adde his quæ latè dico
in l.ſciendū.§.legati. ff. de legatio.quæ eſt ſingularis
per quē tex.dicit And.ſicu. in repe. l.cùm
acutiſſimi.in xxj.co.C.de fideicom.quod ſicut filio
debet relinqui legitima iure inſtitutionis:nec
ſufficit alio quocunque relicti titulo, quando intelligitur
præteritus:vt in §.aliud quoque capitulum.
in auth.vt cum de appel.cog.eodem modo&
eodem iure parētibus relinqui debet: cùm eadem
perſona cēſentur: & ibi plura ſimilia ad iſtam regulam
adducit quæ per te vide.& idem latius tradit
in conſi.lxxiij.incip.magnanimus.in j. col. in
iiij vol. & non ſolum dicuntur pater & filius eadem
perſona, ſed reputantur vna & eadem caro:
vt eſt tex.notabilis in c. cōtradicimus.de authoritate.
xxxv.q.iij.quod tenet gl.in c.ſuper eo.el.ij.de
teſtibus,cum concor.vt per Soc.in conſi.xxxj.incip.
proſequēdo.in iiij.col.vet. vnde quamuis pater
&c.in j.vol. & ideò extimum patris extimum
filij dicitur.gl notabilis in l.ij.C.qui æta.lib.x.ita
per plura concludit idem And.ſicu.in conſi.a.ſapiēter.
in iij.col.in ij.vol.& ibi refert Alb.in trac.
ſtatu.dicere quòd adeò iſta regula procedit quòd
dictante ſtatuto quòd nullus poſſit eſſe de Ancianis
niſi habeat mille in bonis, ſi filiusfa.nihil habet,
ſed pater eius habet mille,cēſetur filius habere
mille, & poterit eſſe de Ancianis cum aliis.vt ibi
per eum.& per eundem in conſi.lvj ſcribitur præclarè.
in pe.col.ij.vol.& reaſſumit Feli. tacito auctore
in c.j.in ij.col.de magiſt.ver.nota ea eiſdem
verbis.& in c.fi.de offi.deleg.& in c.ij.de præſum.
& ratio prædictorum videtur,licet ipſi non dicāt
quia in filium ratione ſuitatis dicitur dominium
continuari:vt in §.ſui autem.Inſti.de hęre.quæ ab
inteſta.Areti.notabiliter declarat in §.ſui autem.
inſti.de hære.qualita.& dif Moder. in l.in ſuis. de
libe.& poſth.& hinc eſt quòd ſtante ſtatuto quòd
de qualibet acquiſitione ſoluatur gabella,ſi filius
per mortem patris ſuccedit in bonis, non debet
ſoluere,ſicut pater non ſolueret:ratio eſt, quia filius
non dicitur acquirere, ſed continuare idem
dominium: ſecus autem in extraneo hærede. ita
notabiliter dicit Baldus, & Augel,in l.prima,per
o illum

illum tex.C.de impōnen.luc.deſcrip.lib.decimo.
& hinc eſt quod dicimus quòd decus vel honor
filij reputatur,patris & econtra , vt eſt text. quem
ibi not.glo.in ver. occaſionem.in authen.conſti-
tutio quæ de digni.in princ.verſic.generaliter. &
per iſtam regulam d.l. fin. dicit notabiliter Ale-
xand.in l.ſi quis in fundi vocabulo. in princip.ff.
de legat. j. quòd licet error in nomine proprio
alterius non vitiet legatum, vitiat tamen ſi ſit er-
ror in nomine proprio ipſius diſponentis : quod
idem erit in filio cui teſtator aliquid legat : nam
ſicut error in nomine proprio ipſius vitiat: ita &
eius filij qui reputatur eadem perſona : vt per
Iaſo.in l.filius C.de pac.vbi in princ. iſtam regu-
lam aliter ornat. Et ideò dicit Bald. in l. cum in
adoptiuis.in ij.col.ver.ibi)cùm enim. C.de adop.
quòd pater & filius cenſentur copulati iure diui-
no. & ideò melior amicus dicitur pater , quàm
quilibet alius:vt dicit Bald.in c. per tuas.de pro-
ba. & reaſſumit eleganter Tho. ferra. in cautela
xxxv.in ij.colum.& prius Iaſ.in l. pactum.col. fi.
C.de colla.Et ideò de alio plus conſidero non de-
bet quàm de patre.l.quidam cum filium.ff.de hæ-
re.inſti.tradit Iaſ.in l.j.col.fi.C. de colla. & per i-
ſtam regulam in pulchro caſu conſuluit Alex. in
conſi.xlviij.incip.viſis & ponderatis. in prima &
ſecunda col.libro primo. & Corneus in conſil. j.
inci.in hac.in prima col.lib.primo. Et licet filius
plus accipiat de matre quam de patre reſpectu
carnis,ſecundum medicos,eo quia ſecundum Ga-
lenum, ſperma hominis eſt velut ſides ad certá in-
ſtrumentum ad materiam: vt tradit Maria. Soci.
in conſi.j.in ij.colum.in j.vol.& magiſtraliter per
Paul.de caſt. quem omnino vide in conſi. cxlviij.
inci.in præſenti cauſa.in iij.col in ij.vol.vbi latius
loquitur:tamen filius & mater non dicitur eadem
caro,ſicut de patre dictū eſt , quia cēſentur vnum
corpus & duę animæ:vt per pulchra verba ſcribit
Soci.in conſi.cclij.inci.viſis inſtrumētis.in xj.col.
in ij.vol.& in cōſi.lxxxiiij.accuratiſſimè & elegan
ter.in ij.col.in iij.vol.& ideò quādo torquetur fili⁹
pater dicitur torqueri:vt dicit tex.in §.noxa auth.
infrà de noxa.& in l.ſi quidem.ff.quod met.cau.
& ſcripſi latè in l.tutor.§.quæ tutoribus.poſt Bal.
ff.de exte. tuto. cū multis ſimilibus,quæ poſui in
9 d.l.ſi quidē. quæ breuitatis cauſa omittam. † I-
ſta tamen quæ dicta ſunt procedunt ſecundum fi-
ctionem:vt dicit do. Abb.in c.conſuluit . de iure
patro.vt probat tex.in d. l.fin. in ver. ferè intelli-
guntur. quod verbum fictionem indicat : vt no-
tat Bart.in l.ſi is qui pro emptore.in xij.columna
ff. de vſucapionib.l. quoniam vbi Bald. ff. de his
qui not. infa. cum ſim vt per Decium in regula,
qui actionem.in ij.col. ff.de reg. iur. Verè tamen
duæ perſonæ ſunt:vt in notabili caſu declarat A-
lex.in cōſi.cciiij.inci.conſideratis verbis. in j.col.
verſi.& quòd filius.in ij.vol.& Hipp.de Marſil.in
tract. de fideiuſſo.q. xlj.& hoc inductum eſt pro-
pter patriam poteſtatem , qua ceſſante, ceſſat il-
la fictio:vt dicit gloſ. in l.iij.C.qui ætate. lib.x. vt
tradit not.Iaſ.in l.quòd dicitur, in xij. colum.nu.
xl.ff.de verbo. oblig.& iſta eſt ratio quare mater
eadem perſona non fingitur, cùm in ea ceſſet po-
teſtas : vt ibi dicit Iaſ. hinc eſt quod de iure gen-
tium de quo patria poteſtas non conſideratur. l.
nam & ciuium , de his qui ſunt ſui. pater & filius
pro duabus perſonis reputantur & ideò pater fi-
lio obligatur naturaliter:quia naturalis obligatio

eſt de iure gent. l. cùm amplius. §.is natura. ff.de
reg.iur.vt declarat Iaſ.in repe.l.frater à fratre. in
princ.ff.de condi. indeb. Et hoc eſt quod voluit
dicere Maria.Soc.in repe.c.ad audientiam.in xxj.
col.ver.ſimile & adduco.de homi.vbi dicit quòd
iſta regula procedit quò ad acquiſitionem quæ eſt
de iure ciuili:non tamen quò ad omnia , niſi quę
ſunt in Iure.Et ideò in foro conſcientię vbi de ve-
ritate agitur , pater & filius eadem perſona non
cenſentur: nec procedit d. l. iſta quidem.nam illa
iura procedunt in tēporalibus. vt dicit not.Barb.
in c.in præſentia. nu. lxxxj.de proba. & ibi ſubiji-
cit exemplum Caroli magni de quo aliàs ſuprà
memini me dixiſſe: quod etiā ponit Iaſ.in repe. l.
ſi is qui pro emptore.in j.col.ff. de vſucapio. & al-
libi ſæpè doc.vt dixi in l. vxori.ff. ad l.corn.de fal.
10 † Item prædicta regula procedit quando pater
eſt priuata perſona:ſecus verò ſi publica;nā tunc
pater prout eſt publica perſona non cenſetur ea-
dem perſona cum filio ; ita ſingulariter iſtam re-
gulam limitat Barb.in conſi.xx. incip. illud affe-
ram.in vij.col.in ij. vol. vbi in pulchro caſu con-
ſuluit.Et de hoc pulchrum exemplum ponit Au-
lus Gelli⁹ in noctibus atticis,lib.de patre & filio
conſule:& ideò ibi cōcludit poſt Bal.in d.l.tutor.
§. quæ tutoribus. quod pater deſtinatus executor
in teſtamēto. ad diſtribuēdo bona inter pauperes
nō poterit tanquā executor diſtribuere in filium
pauperem:quia facit tanquam publica perſona.
Sed aduerte quod iſta deciſio Bal. facit potiùs
quod cenſeantur eadem perſona quàm econtra:
patet : quia eadem ratione qua quis in filiū diſtri-
buere nō poteſt illa bona,eadem ratione ille exe-
cutor in ſeipſum non poterit diſtribuere vt di-
cit idem Bald.in l. ſi is. C.de fur.alleg.text. in l.ſi
mandatero.§.ſi tibi.ff.manda.quem ad hoc idem
ponderant nouiſ.rep.in l. cum filio. in iij. col. ff.
de leg.j.& ibi Iaſ.latè exornat.in iiij.nota.& Roma.
in cōſi. 228.in iiij.col.cū ſi. Et illud dictum Bal.
in d.§.quæ tutoribus.etiā dubium videtur per ea
quæ notat Abb. in c. j. de coha. cle.& mulie.ſed
11 quia nō eſt materia noſtra,ideo ſubſiſto. † Ter-
tia regula,dominus.& ſeruus reputantur eadē per
ſona & eadem vox. §.poſt mortē. & §. ei verò.ſu-
prà de inutil.ſtip. & l.ſi ſeruus.ibi acſi domini ſua
voce. & ibi not. glo. ff.de dam. infec. & ponitur
regula in l.ſi mihi. §. regula. de lega. j. Iſta tamen
regula quò ad ea quæ ſunt iuris intelligitur cum
in his ſeruus inhabilis reputetur. l.quòd attinet.
ff. de regu. iur. ſecus verò quo ad ea quæ ſunt fa-
cti:ita dicit Iaſ. in l. apud Iulianum. §. ſi quis ali-
cui.in primo notabili,de legat.primo. & prius la-
tè declarat Areti.in d.§.ei verò.& reaſſumit idem
Iaſon latè declarando in l.quod dicitur. per to-
tum,& maximè in xij. columna. ff. de verborum
oblig. † Quarta regula quòd vxor & vir repu-
tantur eadem perſona & vna caro:vt habetur Ge-
neſ. ij. & iij. capit.& in c. hæc imago.xxxiij. quæ-
ſtione quinta. & ideo dicit textus in l. aduerſus.
C.de cri. expil.hære. quòd vxor dicitur ſocia viri
tam diuinæ , quā humanæ domus.quē tex.ad hoc
no. Præpo.in capitulo ſecundo,in vj. notabili de
ſponſa.& ante ipſum Specul. in titulo de feud. §.
quoniam.verſic.xx.& idem Præpo.in c.primo.in
iij.notabili.de coniug.lepro.& in c.martinus : in
primo notabili , de cog. ſpiri. tenet Bald. in l.ſi
cum dotem.§.ſi maritus.ad fi.ff.ſol.matrim.cum
concor.vt per Iaſon.in l.j. C. vnde vir & vxor.in
princ.

princip.facit bonus text. in l. j. ff. rerum amota, cum concor. vt per Corneum in conſil. v.in hac conſulatione.in prin. primo libro. hoc tamen e- tiã ſecundùm fictionem procedit quo ad procrea tionem & alia bona matrimonij: ſecus quoad a- lia:vt declarat Maria.Socin. in repe.c.ad audien- tiam.in vij.q.principali.in xxj. col. verſi. ſed hoc communiter.de homicidi.Realiter tamen alia eſt perſona viri,alia vxoris & ideo diuerſimode iu- dicãtur.l.vxori.vbi dixi ff.ad l.Corn. de fal. hinc eſt quod propriè affines non dicuntur,neque pro pinqui:vt tenet plenè Barb.in repe. l.cùm acutiſ- ſimi,in xxij.colum.C.de fideicom.alleg.text. in l. j.C.vnde vir & vxor.vbi ad hoc no.Iaſ.poſt alios in primo notabili.in ij.colu.item neque proximi dicuntur. l.cum alienam. & ibi Alexand. in pri- mo notabili.C.de leg.coniuncti tamen dicuntur propter matrimoniũ:animo tamen magis coniun- cti iudicantur,quàm pater & filius,cum maior ſit affectio filiorum quam vxoris iure naturali, per ſupradicta:& ideò dicit glo.in l.pater Seuerinam, §.ſocrus.ff.de condi.& demon. quòd vxores gau- dent de morte maritorum:quam gl.ad hoc in pul chro caſu alleg.Alex.in l.j.in xij. col. ff.de vulga. & pupil.& Bald. nouel. in tract.dotis in ſecunda

13 parte,in fin. † Patet igitur ex prædictis omni- bus caſibus quòd illa identitas perſonæ & carnis, quæ in prædictis perſonis conſideratur, ſecũdum fictionem procedit: & ideò eſt, quod regulariter vnus pro alio non obligatur: vt toto titulo C.ne fil.pro pat. & C.ne vxor pro ma.cum ſi. ſuprà al- legatis, excepto herede qui obligatur pro defun- cto ratione de qua ſuprà dixi, & hìc per Iaſ.in ſe- cundo verò & tertio capite ita demum obligatur pater pro filio,& dominus pro ſeruo, quando de- derunt illis alicuius rei adminiſtrationem per ſu- perius dicta; tunc enim de peculio tenentur, vt hìc eſt text. deducto tamen prius quod patri vel domino debetur.§.cum autem. infrà quòd cum eo. l. ſed ſi damnum ff de pecul. de reliquo po- ſtea tenentur. Iſtud tamen intelligitur ciuili- ter,criminaliter autem non obligantur. quod ta- men intellige ſecundum quod diſtinguit Bart. in l.quoties la.ij.ff.de nox.quod tamen procedit. ni- ſi ex hoc pater vel dominus ſit locupletior.alle.l. iij §.ex furtiua ff de pecul.& latè extendit Iaſ.vbi omnia quæ hic dicit, reaſſumit in l. quòd dicitur. & in l.cum fundum §.ſeruum tuum. in princ. ff. ſi cer.pe.& in l.cum filius. ff.de verb. obl.& qua- liter iſto caſu dicatur pater vel dominus factus lo cupletior,dicam infrà in primo notabili poſt Iaſ. ſic ergo ceſſante hoc quod non ſit locupletior ex delicto filij vel ſerui,peculium non cõfiſcatur,ſed patri applicatur, nec pater vel dominus tenen- tur:vt eſt caſus notabilis in l.j.C. de bo.proſcrip. per quem tex.notabilem cautelam ponit Bar.Ve ro.ad differendum mortem alicuius in tract.ſuo cautel.prima in quarta parte,de quo etiam Litius meminit Iaſ.in l.ſeruus vni.in princi. ff. de lega. j.cum ſimi.vt ſcripſi in d. l. j. Et quod dictum eſt de maleficio,idem dicẽdum videtur in quaſi ma- leficio,de quo pater vel dominus de peculio non tenentur.l.j.§.ſi filiusfa.ff.de his qui deie.vel effu. & l.iij.§. ſi per locum à ſpeciali.ff.de pecu. & ra- tio ſpecialitatis colligi poteſt ad illum text. ex.l. quoties & l.ſi.§.item reſcripſerũt ff.ad municipa. & l.j C.de mu.& hono. Ex hoc non ſolum proce- dit in peculio caſtrenſi,de quo eſt maior ratio.& loquitur d.l.j.cum in eo pater nullum ius habeat ſed neque etiam in aduentitio priuatur pater illo peculio propter delictum filij patri vel domino applicantur.l.ſi filius.vbi etiam eſt caſus ſingularis C.de bo.proſcrip.& eſt tex. ſingularis vbi dixi in l.iij.§.vtrũ.ff.de mino.quos caſus valde commen- dat Alexa.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus, in xv. col.ff. de dam. infec quod tamen procedit niſi ſit crimen læſæ maieſtatis: vt declarat ibi Alex. vbi prius poſuit omnia nota digna in iſta materia peculij,quæ ſcripſit Iaſ.hic:& adeò non trãſcribã, ſed ſolum in iſtam vbi dubitari cõtinget.

15 † Se- cũdò principaliter pro introductione totius ma- teriæ peculij præmittendũ eſt quòd quatuor ſunt ſpecies peculij,caſtrenſis,quaſi caſtrenſis,profecti tij & aduentitij.Peculium caſtrenſe dicitur,quod filiusfa.miles in caſtris acquiſiuit,non aliàs acqui ſiturus.l.ſi fortè.& l.ſi caſtrenſe.ff de caſt. pec. & hoc in tantum procedit quòd donatio facta tali filio à coniuncto,præſumetur facta cõtemplatio- ne militiæ tex.not in l hæreditatem.in princi. ff. de ca.pec. Non obſt.text.in l.tutor.§.quæ à tu- toribus.ff.de excu.tuto. vbi donatio facta à con- iuncto,in dubio præſumitur contemplatione ſan guinis & habetur in c.requiſiſti.de teſta quia po- teſt dici quòd illa iura procedunt,quãdo intereſ- ſet donatio,quod illa potius præſcriptio capiatur quam alia:aliàs ſecus:vt d.l.hæreditatem. aliæ ſo- lutiones ad d. §. quæ à tutoribus, colligi poſſunt ex no.per Alex.& Iaſ.qui circa illam legẽ pugnãt in l.ſi.donatione.C.de colla. in iij.col.auterim tã- tum conſidera, ſi iſta tibi placet Poteris etiã reſ- pondere vltra alios quòd d. §. quæ à tutoribus, fallit fauore militiæ.arg.tex. ſingularis in l. licet. C.de pact.iuncta.l.fin.& l.j.eo.ti.& l.ſi.C. ad ma-

15 cedo. † Secunda ſpecies peculij eſt quaſi caſtrẽ- ſis,& triplex dicitur ſecundum Iaſ. in l.cum anti- quis.in primo notabili:per illum tex.C.de inoffi. teſta. nam quaſi caſtrenſe eſt quod quis percipit de publico ratione alicuius officij publici, hoc primum. Item quod percipit ratione publici e- xercitij hoc ſecundum tertiũ aliud quod quærunt aduocati à clientulis: de quibus tribus ſpeciebus habes per glo.magnam in l.cùm oportet.in prin. C.de bo.quę libe.& per omnes ſcribẽ.in d l.cùm antiquis.adde tu quartam ſpeciem vltra ipſum & alios ibi,videlicet quod acquiritur per filiumfa. ex donatione ſibi facta ab imperatore vel rege, ſeu quocunque principe non recognoſcente ſupe riorem,vel vxoribus eorũ:quia illud quaſi caſtrẽ- ſe reputatur.caſum habes notabilẽ in l.cùm mul- ta.C.de bon.quæ libe.quẽ tex.ad hoc citat ſingu- larem idem Iaſ in auth. ex teſtamento. in v.col. C.de colla.vbi per hoc infert quòd talis donatio tanquam peculium quaſi caſtrenſe non conferre- tur l.j.§.nec caſtrenſe.ff.de colla.l.filiæ C.eo.ti.& de eo filiusfa teſtari poteſt,l.pe.& ſi.C.qui teſta.fa. poſ.& licet Dec.ibi dicat quod ille tex.in d.l.cum multa.loquitur in extraneo filiofam.quo caſu cla rum eſt quod conferre non tenetur: tamen quod loquitur etiam in filio proprio,tenet Cor. in l.iij. C.de teſta.mili.Alex.in l.pe.in addi.ad Bar.C.de do.inter vir.& vxo.Feli.in c.cùm nõ liceat.in iiij. col.extra de præſcrip.& tenet idẽ Iaſ.in l frater à fratre.in lect.col.antepe. de condi. indebi. & ibi alle.Oldra.conſi.ccxxxj.quæ licèt in d.auth.ex te- ſtamẽto,corruptè allegauerit, ibi emendauit quæ prius fuerunt Feli.in d.c.cùm non liceat.& hanc

etiā opi.tenet Io.Crot⁹ de mōteferrato in rep.d.l.
frater à fratre.in prin.& Lācelot.Deci.in d.auth.
ex teſtamento.circa fi.& ſentit Iaſ.infrà eo.§.no-
ſtro.nu.xxv.&hoc ex illo tex.ſuadetur qui genera
liter loquitur:& ideò de ſuo & extraneo intelli-
gi debet,ar.tex.in l.j.§.quod autem.ff.de aleato.
maximè cum ille tex.loquatur in caſu fauorabili
reſpectu imperatoris:ergo ampliari debet: vt ibi
videtur tex.innuere in verbo incrementum.non
debet igitur recipere reſtrictionem de habilitate:
ar.tex.notabilis in l.ſi quis in graui.§.vtrū.ff.ad
Sillcia Et vltra prædicta de dicto tex.in l.cū mul-
ta.exclamat Alex.in l.qui in poteſtate.in apoſtil.
ad Bar.ff.de teſta.& in l.j.§.quod autē.col.fin.ff.
ad Treb.quæ omnia tene mēti vltra alios pro d.l.
cum multa. quia licet ſingu.ſit iſte intellectus ad
eā rationē de qua per ſupradictos doc.opi.tamen
Decij in d.auth.ex teſtamēto:quæ prius fuit quo-
rundā moder.quòd ille tex. non loquatur in filio
proprio imperatoris,ſed in extraneo,multum ap-
plaudet literæ,& ita illum intellectū videtur ſen-
tire Paul.de monte pico in repe.l.Titia.xlvij.col.
de leg.ij.& Albertus brunus in cōſi.xlv.inci.cau-
ſa caſtri & loci.in iiij.col.vbi apertè tenet quòd
d.l.cū multa.loquatur in filio extraneo.& ibi al-
le.aliqua:& ideò ille intellectus redditur dubius:
finaliter tamē ratio illi⁹ tex.multū ſtringit ſiue in
telligam⁹ in extraneo ſiue ſuo:nā ex quo eſt quaſi
caſtrenſe illud donatū à principe,non debet con-
16 ferri.& ſic facit ad propoſitum noſtrum. †Ter-
tia ſpecies principalis peculij eſt profectitiū,quod
procedit immediatè ex ſubſtantia patris ſiue alte-
rius cuiuſlibet,dum tamen ſit donatū filio cōtem
platione patris, nomine tamen patris expreſſo.l.
ſed ſi plures.§.in arrogato.de vulg.& pup.& de-
clarat ita Bar.in l.filiofami.ff.de condi.& demō.
Iaſ.& alij in l.cū aliquis.in prin.C.de iure delib.
& poteſt eſſe ratio,quia nomen parentis non ius
patriæ poteſtatis cauſat peculiū profectitiū:ita di
cit tex.in l.profectitia.§.pe.ff.de iu.dot.de quo la-
tè dixi in l.j.poſt alios.ff.ſo.ma.& dixi,à ſubſtātia
patris immediatè,ſecundū quod declarat Bart.in
l.cum oportet.in j.col.C.de bo.quæ lib.vbi vult
quòd ſi occaſionaliter acquirat,non dicatur pro-
fectitium:quia non immediatè prouenit: licet il-
lam doctri.Bar.quæ cōmuniter ibi probatur,latè
impugnet And.Sicu.in cōſi.xl.inci.illū.in ij.vol.
per totū,&dixi acquiſita:quia de bonis acquiren-
dis habitū nō dicitur profectitiū: vt eſt caſus no.
in l.profectitia.§.ſi pater.el.j.ff.de iur.dot.quē ibi
valde cōmēdat Bal.no.in trac.dotiū,& tradūt no
uiſsi.in rep.l.legatū.la.j.in xj.& xiij.co.ff.de leg.j.
Et iſta eſt maxima vtilitas in cognoſcēdo an pecu
liū ſit aduentitiū vel profectitiū:nam primū non
confertur,vt in l.fin.C.de colla.ſecundum ſic.†Et
ſunt etiam aduertenda illa verba,contēplatione
patris,nomine tamen patris expreſſo,ad differen-
tiam ſerui:nā ſi ſeruo aliquid donatur, vel hæres
inſtituatur,in dubio cenſetur contēplatione do-
mini: licet nomen domini nō exprimatur: quod
ſecus eſt in filio,per ſ.dicta.& per tex.in l.fi.& ibi
no.Bar.C.de vſufr.&ratio manifeſta eſt,quia quis
ſeruus eſſe nō poteſt,quin ſit in poteſtate domini:
&per cōſequēs in eo nō cadit peculiū aduentitiū:
quod ſec⁹ eſt in filio, & hoc quādo datur à tertio:
quando verò peculiū immediatè ex bonis patris
vel domini peruenit,hic non eſt difficultas:& de
17 iſto loquitur.§.noſter. †Quarta ſpecies peculij

videtur eſſe aduentitiū,quod filius ſua induſtria
vel fortuna acquiſiuit.§.j.inſti.per quas perſo.no.
acqui.cū ſi.&in iſto peculio fili⁹ habet proprieta-
tē,& patri quæritur vſusfructus.l.cū oportet.C.de
bo.quæ liber.& in d.§.j fallit in pluribus caſibus,
vt ibi ponunt gl.& de iſto peculio filio teſtari nō
permittitur,niſi eſſet donatū à principe:in termi-
nis.l.cū multa,vt tenetur cōmuniter in §.præter
hos.ſuprà quib.nō eſt permiſ.fa.teſta. Aduertēdū
tamē eſt quòd ita demū in iſto peculio vſufructus
acquiritur patri,ſi cōſentiat ſecundū formā l.fi.
C.de bo.quę libe.aliâs nihil acquiritur patri in illo
caſu,& decē alijs quos enumerat gl.in auth.idē iu
ris.C.de bo.quę libe.ſed tūc & eo caſu filius inte-
gra perſona cenſetur,& poteſt eſſe in iudicio ſine
conſenſu patris.d.l.fin.§.neceſsitatē.& ibi dixi,&
tradūt doc.cōiter.in l.j.C.qui admi.Sed iuxta hoc
eſt pulchrū dubiū,cur igitur ſi in iſto peculio integrā
perſonā habet,& nihil acquiritur patri,de eo filius
teſtari nō poteſt,ſicut de caſtrēſi vel quaſi:ponit Iaſ.
in l.pe.qui teſta.fa.poſ.& in l.fi.C.de inof.teſta.
& cōis reſolutio eſt iſta,quia in caſtrenſi vel quaſi
habetur ꝓ patre famil.l.ij.ad macedo.ff.ratio eſt fa-
uor reipublicæ:nā milites armis,& adminiſtrātes
patrocinio ſuo rēpublicā defēdūt.l.aduocati.C.de
aduo.di.iud.ſed hæc ratio ceſſat in aduētitio pecu
lio ꝙ ad priuatā vtilitatē pertinet & priuatim ac
18 quiritur:& ideò ſit diuerſum ius. †In tex.ibi,au
tē.hæc dictio autē, aduerſatiua eſt de ſua propria
natura in iure & in facto.l.hoc amplius.vbi gl.&
Bar.ff.de dam.infec.per quē text.ita tenet Bar.in
l.trāſigere.in ij.col.nu.vj.C.de trāſac.cū ſi. vt ibi
per moder.& tenet Soci.in conſi.cclxxviij.inci.in
q.vertēte.in pe.col.in ij.vol.Cor.in conſ.xliiij.in-
cip.videtur.in pe.col.in iij.vol.& idē Bar.in l.j.§.
vſufructuarius.ff.de ope.no.nun.& in l.qui vſum
fructū.ff.de verb.obl. Et ex hoc poteſt inferri ꝙ
iſta actio de peculio realis ſit ꝓpter aduerſatiuam
autē,quę aduerſatur pręcedētibus:ꝙ tenuit Iaſ.in
§.omniū.ſuper gl.iure.ſ.eo. Nec ob.quòd hîc Im-
perator voluit de perſonalibus pretoriis tractare:
quia dico quod hoc nō impedit quominus tracta-
tus procedat:licet inter eas ponatur aliqua realis.
prout idē imperator fecit in §.ſed iſtę vſque ad §.
in perſonā.ſuprà eo.nā in §.ſed iſtæ.incepit tracta
tū realiū prætoriarū:vſq; ad §.in perſonā.& tamē
inter illas reales immiſcuit aliquas perſonales : vt
patet in §.itē ſi quis in fraudē.ſuprà.& in §.præiu-
diciales.infrà.vbi inter pretorias ponit vnā ciuilē.
& ideo nō eſt inconueniens quod ita hîc fiat ſicut
& in §.æquè.ſuprà eo.volēs ponere exēpla cōfeſſo-
riæ,intellexerit exēplū negatoriæ. Nec ob.quæ
adducit Bar.in l.j.ff.de pec.&Are.hîc poſt Fabrū:
quia poteſt reſpōderi quòd licet hæc actio de pe-
culio aliquas perſonales præſtationes cōtineat,de
quib⁹ poſſunt intelligi iura allegata per eos:tamē
de ſui natura realis ſit:quia ſequitur rē:vt dicitur
de petitione hęreditatis,quæ tamē eſt & realis: vt
per plura Iaſ.poſt Alex.firmat in rub.ff.ſi cer.pe.
& dico lati⁹ infrà in §.quædā,licet aliquas pſona-
les præſtationes habeat,vt dicit tex.in l.hæred.C.
de peti.hær. Tamē his non obſt.teneatis cōem,
quā optimè firmaui in d.§.omniū.cōtra Iaſ.q vi-
detur ibi trāſire ſub dubio ꝙ ſit realis:& hîc tenuit
eſſe pſonalē:& hoc eſt verius.pro quo ibi adduxi
iura clara quę videas.&habes tex.ſ.in §.proxi.vbi
imperator dicit actiōes in pſonā eſſe tres,inter quas
enumerat iſtā:&hoc expſſe tenet Iaſ.in rep.l.frater
à fratre

à fratre, num xxvj.ff. de condi. Indeb. quãuis Bar. ibi teneat quòd ſit in rem ſcripta. Non obſt. hîc tex. in illa aduerſatiuâ autẽ: quia reſpondeo quòd licèt dictio autẽ, aduerſetur in iure etiam in facto reſpectu exercitij in quo verè actio de peculio ab aliis non differt: non tamen aduerſatur in natura & in ſpecie à pręcedentibus doct. eſt Bar. in l. mariti. §. ſi. §. de adult. vbi ponit exemplum: vt ſi dicatur, ſcholares legunt, Petrus autem currit: certũ eſt quod illa aduerſatiua reſpectu exercitij aduerſatur præcedẽtibus, nõ autẽ reſpectu ſpeciei: nam illa aduerſatiua infert Petrum eſſe ſcholarẽ, ita in caſu noſtro, licèt actio de peculio aduerſatur præcedentibus reſpectu exercitij: tamen eſt eiuſdem ſpeciei ſcilicet perſonalis prætoria ſuper
19 quo tamen cogitabitis. † In text. ibi aduerſus, no. quòd iſtud verbum vſitatum eſt in materia in dubitabili, & idem ſignificat quod cõtra: vt dicit glo. in cle. j. in verſi. aduerſus, & ibi no. Card. du reſti. in integ. hinc aduerſarius dicitur qui in lite mecum ſe oppoſuit: vt no. Abb. per illum text. & ibi latiùs reaſſumunt moder. in c. j. in princ. extrà de iudi. & tex. in l. cum aliquis in princ. C. de iur. deliber. hæc tamen dictio incluſiuè hic ponitur & ſimile in §. j. ſuprà de obli. quæ ex quaſi contra-
20 ctu. & in §. fin. ſuprà de vſucapio. † In text. veluti patrimonium &c. hæc dictio hic ſimilitudinarium fictionẽ ſignificat, & exponitur pro tanquam: vt eſt tex. in l. certi cõdictio. §. ſi nummos, & ibi gloſſ. in ver. velut tuos: quam not. ibi Areti, Socin. & Iaſ. in notabilibus. ff. ſi cert. pet. ad idem bonus text. in l. ſi ego. §. dotis. ff. de iur. dot quem In notabili quæſtione alleg. Decius in authen. ſi quis in aliquo. in iiij. de edendo poſt moder. ibi: alibi tamen exẽplificatiuè ponitur: vt in §. in perſonam. ſuprà eod. & ibi dixi: aliquando tamen ſignificat poram veritatem: in c. ſi proponente. de reſcrip. & in l. quoties C. de iur. dot. & in c. con-
21 ſtituit. xvij. quæſtione iiij. † Nota primo ex iſto tex. ſecũdũ Iaſ. hîc quod dicitur hic in ſummario videlicet, quòd ex contractu filij vel ſerui tenetur pater vel dominus de iure prætorio quatenus eſt in peculio: in caſibus tamen non tenetur, niſi inquantum ſint facti locupletiores: de quibus per gl. in l. cũ ancilla. in ver. locupletius. C. quod cũ eo. quàm hîc not. Iaſ. Et quando dicantur pater vel dominus facti locupletiores quò ad hoc vt condenleri poſsint in caſibus enumeratis per gl. in d. l. cum ancilla, nullus ſcribentium hîc neque ibi declarat: & ideò quia paſſus valde vtilis eſt, dicas quòd locupletior dicitur quis factus, ſi pauperior factus non ſit: hoc dicit gl. in ver. locupletior, in §. pe. ſuprà qui. alie. non licet: allegat text. qui ad literã hoc dicit in l. in pupillo, ff de ſolut quẽ ad hoc idem alleg. Alex. in l. ſi ipſa in apoſtil. ad Bar. ff. quod met. cau. & gl. in l. indebiti. ff. de condi. indebi. & per hoc videtur confundi dictum Bal in l. ſi. C. de vſucap. pro emp. vbi vult quod ille dicitur locupletior, quòd conſtat quòd vtilitas apud ipſum permanet: alleg. l. ſed an vltro. §. ſi ff. de nego geſt. & idem tenet Ange. in l. verum. ff. de peti. hære. imò plus vult idem Ang. in conſi. clx. incip. pro deciſione. in ſi. quòd quo ad hoc vt quis locupletior dicatur, non ſufficiat probare quem ſecutus in ſuum vtilitatem conuertiſſe, niſi permaneat vtilitas: cum poſſet quis expendiſſe lautius & cupioſius viuendo, quo caſu non dicitur locupletior. & ideò dicit Felin. plura remiſsiuè allegando in c. de quarta. in decima colum. verſic. ſecũda reſtrictio de præſcript. quòd in dubio quis locupletior non præſumitur, niſi probetur: & ibi alleg illud conſilium Ange. & reaſſumit latius Iaſon qui hanc eandem opinio. tenet in l. Neſennius. §. fundum. in prima columnã. ff. de re iudic. Et hæc mihi videtur rationabilior opi. quicquid dicat gl. in d. §. pe. Sed difficultas eſt reſpondere ad l. in pupillo per eam alleg. ad quam non reſpõdet aliquis prædictorum doctorum: ſed tu dicas quòd ille text. intelligitur quòd quis locupletior dicitur qui non eſt factus pauperior ſcilicet ſoluendo & faciendo id ad quod tenetur: nam ſi poſtquam ſoluit non remanet in damno, dicitur locupletior: ita illum text. intelligit Bart. in l. j. §. impuberes. ff. commo quem refert & ſequitur Decius in l. ex pœnalibus. circa ſi. ff. de reg. iur. Et vltra prædicta quis dicatur locupletior, vid. Bart. in l. rei iudicatæ. ff. ſo. ma. & in l. ij. ff de fideiuſſ.

22 † Circa quæſtionẽ quam hîc ponit Iaſ. vtrum iſte tex. habeat locum in monachis: quia hoc totũ dependet ab illa regula, nunquid monachus æquiparetur ſeruo vel filio: quæ eſt quodammodo brocardica materia, & indigeret longa ruminatione: ideò dicatis breuiter quòd magis communis opinio eſt quòd ſeruo æquiparentur: vt latè traditur ordinariè per doct. in l. j. ff. de vulg & pup. & in l. j. C. qui admit. & in l. j. §. per ſeruum qui in fuga. ff. de acquirenda. poſſ. & per moder. in l. ſeruus. C. de pact. & per eundem Iaſ. in l. cum proponas. in ix. & x. columna. C. de hær. inſtituen. & caſus omnes in quibus monachus & ſeruus æquiparentur, enumerat Marcus Antonius Bauerij in repe. l. cùm filio. in char. ſi. num. lxxix. de leg. j. vbi latiſſimè videre poteris. Tamen quantum attinet ad propoſitum, non videtur vera deciſio Fabri. neque Iaſ. aliquo pacto quòd diſpoſitio iſtius text. habeat locum in monacho: nuſlibi cauetur quòd in iſto caſu monachus & ſeruus æquiparentur: imò longè differunt, ex eo quia clarum eſt quod peculium quod conceditur ſeruo à domino, dicitur quaſi patrimonium ipſius ſerui. vt hîc dicit tex. iſta ratio non concurrit in monacho qui proprium verè neque fictè habere poteſt, quinimò neque ipſe Abbas, cum ſit contra ſubſtantiam monachatus. c. ſi per quodam. de ſta. mona. capit. nolo. & capit. non dicatis. xij. quæſtione prima. & habetur in authen. ingreſsi. C. de ſacroſanc. eccle. facit pro iſta parte quæ adducit Calde. in titu. de regula. conſi. j. & hoc ratione ſuadetur: quia quamuis ſeruus proprium habere non poſsit, eſt tamen in habitu habendi: nam à domino poteſt manumitti vel permiſsione habilitari: ſed hoc in monacho non procedit, qui poſtquã proprio renunciauit per profeſsionem, non poteſt cum eo diſpẽſari per abbatẽ: vt dicit tex. in c. cum ad monaſteriũ. de ſta. mo. neque etiã videtur verũ dictũ Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſact. hîc alleg. per Iaſ. quia manifeſtè colligetur ratio diuerſa; quia dominus non obligatur ſeruo illa ratione; quia ex pacto nudo nõ producitur actio: ſecus verò in abbate reſpectu monachi: quia cauſa, cum ſit religioſus, ſubiicitur diſpoſitioni c. j. de pactis, qua generaliter de iure canonico actio datur ex pacto nudo. His tamẽ non obſtan. verior & communis videtur opi. Bal. Io. Fab. & Iaſ. videlicet quod monacho concedi poteſt peculium, & quod diſpoſitio iſtius tex. habeat locum: quam imprimis vltra

ducta per eos firmat Bald.in l.j. in vij. q.C.de his quæ pœnæ no. & Abb. in c.ij. per illum text.de ſta.mo.& iu c.cùm ad monaſterium.in fi.in prin. verſi.nunc quæro.eo.ti.& in conſi.lxxxvij.incip. omnipotentis Dei.in ij.colum.lib j.ver.præterea hoc medio. vbi apertè cõcludit quòd monachus de licentia abbatis habere peculium poteſt : neque per hoc dicitur habere proprium : quia cum habeat ſciente & patiente abbate, & ad nutum eius, & vtilitatem monaſterij, nnn propterea facit contra votum: nam idem videtur in ſeruo qui habet peculium ex permiſsione domini : per hoc tamen dicitur habere proprietatem ſeu dominium. l. quam tuberonis. ff. de pecul. & ita ibi tenet Io. an. & alij. & per hoc videtur text.in c. inſinuante.qui cle.vel vouen.ſecundum quod ibi declarant Abb. & moder. & pro iſta parte facit quam in ſimili dicit Car.in conſil.xvij.incip.circa primum.& Cald.in titulo de regula. conſil.ij. & iij.& hoc expreſſe firmat Feli.in c.cum M.Ferrarienſes. in xiiij.col. ver.eadem reaſſumit &c.de conſti. & hoc pro expedito tenet Aret. in l. cùm fundus. §. ſeruum. circa fi.ff.ſi cert.pet.& ibi Iaſ. & alij. & hoc maximè procedit de iure antiquo de quo non erat prohibitum quòd monachus haberet proprium.vt dicit glo.per illum textum in l.ſi quis præsbiter.C.de epiſ.& cle.& licèt in contrarium videatur facere vnum quod dicit Feli.in c.ex reſcripto.in princ.de iureiur.& in c.cauſam, de iud.& c ex parte.de accuſa.tamen ex prædictis poteſt colligi reſolutio.& quia negari non poteſt quòd monachus & ſeruus æquiparentur in omnibus caſibus qui conſiderari poſsint redundare in vtilitatem monaſterij: vt tradunt latè moder. in c. in præſentia. de proba. Felin.in c. parochianis.de ſen. excom.cum multis ſimili.quæ congerit Iaſo.& Alex.in l.cum fundus.§.ſeruum tuum. ff.ſi cer.pet.& latiùs idem Iaſ.in l.cum proponas. in ix.& x.col.C.de hære. inſti. & per Alex.in l.j.§. item acquirimus.& §.per ſeruum.ff.de acquiren. poſ.& in l.j col.ix ff.de vul. & pup.per moder. in l.filius. C. de pac.cum alijs concord.vt per Mar-
23 cum Ant.Bauerii in d.l.cum filio. † Gl.prima, Collige vnum ex iſta glo.quod actiones de peculio, in rem verſo, quòd iuſſu, inſtitoria & aliæ, de quibus hîc, non ſunt propria nomina actionum, ſed adiectiones:& hæc eſt communis opi.per glo. quas hic Iaſ.alleg.poſt Ang.& idem tenet Iaſ.per eadem iura.in §.omnium.in x.col. nu. lvij. ſuprà eo.& ita in ſpecie in hac actione tenet Alex in l. j.in prin.nu.iij ff.de verb. obl. & effectus eſt maximus vt hîc dicit Areti.& Iaſ. & dixi vobis aliâs ſuperius exponunt etiam moder.Peruſini in d.l.j. & dixi poſt glo.in ver.actio.ſuprà in princi.iſtius tituli:& ideò ad ibi dicta me remitto, ſed vltra ibi dicta videtur dicendum contra Iaſ. hîc & ſequaces, quòd illa vtilitas ſine effectu reſultat ex hoc an ſint iſtæ actiones de per ſe, an verò adiectiones ſint multum vtiles: vt dicit hîc Aretin.& vt dixi ſupra, & ad dictum Barto. quem hîc alle. Iaſ.in l.j.ff.de pecul.reſpondetur.quòd illa doctri. non eſt vera, & confunditur ex dictis eiuſdem Bar.in d.l.j.in iiij.colum.ver.item quæro in actio quæ competat &c. vbi concludit Bar.quod actio quæ competit contrà filium & contra patrem eſt vna & eadem, rationibus de quibus ibi per eum: neque, vt ipſe dicit, differt, niſi reſpectu condemnationis: quia filius condemnatus inſolidum, pater verò non.. ſic igitur erit vel ſtricti iuris vel bonæ fidei ſecundum quòd actio quæ datur contra filium fuerit, nam ponamus filium in peculio feciſſe contractum emptionis clarum eſt eum teneri ex empto quæ eſt actio bonæ fidei, ratione cuius contractus poteſt conueniri pater actione de peculio: quæ quãuis ſit adiectio, tamen eſt eadẽ actio cum illa quæ cõpetit contra filium, vt dicit Bar.ſi igitur vna & eadẽ eſt, ergo erit bonæ fidei ſicut illa:& ſi illa filij erit ſtricti iuris, eodẽ modo & iſta.ſuadet hoc: quia omnes fatẽtur iſtud nomẽ de peculio, eſſe adiectionem, & ſic qualitas quędã ſed qualitas neque cognoſci nec ſeparari poteſt à ſubiecto, ſed iudicatur talis quale eſt ſubiectum, l.quæritur.ff.de ſta.ho.Bal.in l.ij.in j.co.C.de bo. poſſ.ſecundum tab.l. eis.circa fi.ff.ſi cer.pet.facit bene text.in §.proximus Inſti.de legi. ag.ſucce.& l.in dilectis.§.ſi extraneus ff.de noxa. nã per qualitatem intelligitur ſubſtantia rei : vt dicit Bal.in l.libere.in j.col.C.de ope.liber.à qua, vt dictũ eſt, ſeparari non poteſt, vt aliter induceret quã diſpoſitio cui adijcitur.facit l.ij.ff.de vſuf.tenet Bar.in l.j.eo. tit. præterea quia ſi iſta ſunt adiectiones actionum ergo debet regulari ſecundum naturam quibus adijciuntur: vt in tex.in propoſito noſtro nota in l j.§.belliſsime.ff.vt lega.no.ca.vbi ſtipulatio addita contractui bonæ fidei, efficitur bonę fidei: quod tenet Iaſ.in l.ſi quis cùm aliter, in v.co. ff.de ver.ob.& in l.cum mota.in iij.col.C.de tranſact.poſt Bar.in l.videamus. §. actionẽ.in fi.ff.de vſur.& reaſſumit idem Iaſ.in l.certi condictio.in prin. col.ix. ff.ſi cer.pe.neque obſtat quod ibi Alex.dicit: quia illud procedit in actionibus conſiſtentibus de per ſe, & facientibus ſpeciẽ ſeparatam vt eſt certi condictio: ſed in caſu noſtro iſtæ adiectiones nõ ſunt actiones, neque ſunt ſeparatæ, cũ vna & eadem ſit actio: vt ſuprà eſt dictum:& ideò &c.& videtur tex de hoc quod iſta adiectio de peculio ſequatur diſpoſitionẽ principalẽ in l. pe. ff. quando actio de peculio ſit anna. Gl.magna ſatis ex dictis euidentialibus quo ad materiã noſtri tex.extitit declarata: alia verò quæ de inſtitore & exercitore cum alijs dicuntur, plenius diſcutiuntur infrà quòd cum eo, per totum vbi eſt propria materia ad quam cõmuniter doc.hîc ſe remittũt, excepto Iaſ qui ſub glomeratione quadã dictorũ quærit detinere gl Poſtremũ circa illam.q.quam in calce huius §.ponit Are.& Iaſ.ſatis impertinen-
24 ter, † an valeat ſtatutum quod pater pro filio teneatur, breuiter omiſsis ambagibus dicas cõmunem opi.eſſe, quod valet quò ad pœnam pecuniariam ſecus quo ad corporalẽ.Eſt bene verũ quòd maxima eſt difficultas ſuper hoc, & amplæ diſputationes propter varietatem opi.quas aliâs pro vtraque parte diſputaui publicè anno præterito ſi recordamini, in cõcurſu collegæ mei quæ omnia ſcripſi in repe mea.c.erit autem lex iiij. diſt. Sed pro nunc teneatis communem: pro qua vltra adducta hîc per doct. videatis Andr. ſicul. & alios modernos in c.ſecundo de conſti. & ibi Decius in ij columna. in j.& ij. lectu. ſuper hoc diſputat & ibi dixi & latè per Felin.in capit. ius generale. in penu.col.prima diſtinct.vbi plura congerit.& vltra ipſum latiùs congerunt modern.in apoſtil. ad Dy.in capi.non debet, de regu.iur.libro ſexto. vbi ferè omnes ſcribentes in iure citantur : vide etiam per modernos in l.de quibus ff.de legib.& in l.ſi filius.ff. de verborum obligationi.per Pet. de Rauen.

de Rauen.in ſuo Alpha.iuris, in verbo ſtatutum. in j.col.& Rochus de Curte in trac.de conſue.ſiue repe.c.ſi in lxxij.col.& Barb.in rubrica.de fideiuſſ. colum.penul.& fi.& in c.conſtitutus.col. fin.eodem titu.dum allegat gloſſ.in c. cùm homo.xxiij. quæſt.v.& per Iaſ.in §.quædam.in vj. colum.nu. xxxviij.infrà eodẽ & in l.non impoſsibile.in prin. ff.de pact. & poſt omnes latiſsimè diſputat Hipp. de marſi.in l. infans.in ij. col.circa medium cum ſeq ff.ad l.cor.de ſica.& quaſi per totam illam legem.& per eũdem in ſingulari ſuo ccxxiiij. incip. filius non tenetur &c.in nouiter impreſsis.Et hoc notabiliter limitatur per eundẽ in l. de vno quoque.in xxxvj.col.in fi. ff. de re iud.vbi plures allegat.Et aliam limitationem ponit Bald.in l.ſi qua pœna,ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.quam commendat Iaſon in l.j.col.fi.ff de in lit.iu.& ad prædicta vide Bal.in conſi.cclvij. quæritur vtrum filio &c.in iij.vol.& Corneum conſi.cxvij.licèt in in hac per totum,in iiij vol.& conſi. cxliij.incip. licet.in ij.colum.verſicu.& propterea in ij. lib.& in conſi.j.colum. vij. verſicu. pro quo. in iiij.lib. vbi ponit aliquas limitationes & iſtam quæſt.alibi ſæpe poſuit Feli. & Barb.quos breuitatis cauſa taceo:ſatis eſt quod ex prædictis poteris vſque ad ſtomachum plura notanda & arguta excerpere & longius papyrum implere.& per iſta ſit finis in præſenti §.

SVMMARIA §. ITEM SI QVIS POSTVLANTE.

1 ¶ Quæ differentia eſt inter iuramentum, iuſiurandum & ſacramentum.

Iuramentum eſt genus comprehendẽs omnem ſpeciem iuramenti.

Sacramentum dicitur quando tangitur res ſacra: ſed hodie ex conſuetudine Italorum ſufficit tangere quemlibet librum.

Iuſiurandum dicitur quod iure fit,hoc eſt ſecundum terminos iuris.

2 Dictio quis,regulariter maſculum & fœmininum comprehendit.

An & quando maſculinum comprehendat fœmininum.

Verbum poſtulare pro petitione extraiudiciali capitur.

Quomodo differunt poſtulare & petere,& quid ſit petere,& quid poſtulare.

Bona diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito.

4 Iuramentum deciſiuũ habet vim plenæ probationis.

Iuramentum non dicitur propriè probatio,ſed releuamen ab onere probandi.

Verbum quaſi denotat fictionem.

Dictio alius, non ſemper denotat ſimilitudinem: dat exempla.

5 Multi ſunt effectus iuramenti, quos vide hic,& remiſſiue,& numero 6.cum quatuor ſequent.

Iuramentum habet vim litis conteſt.declarando vt hic & hoc procedit in iuramento iudiciali,quod defertur à reo actori.

Licet in obligationibus facti,quis præciſe ad factum compelli non poſsit,ſed dando intereſſe liberetur: Tamen ſi apponitur iuramentum ſuper tali obligatione,facit, vt quis præciſe ad factum teneatur.

Iuramentum interpoſitum ſuper aliquo contractu ſortitur omnes qualitates & conditiones & naturam contractus ſuper quo interponitur intelligendo de natura primordiali non autem accidentali.

Iuramentum & ſententia æquiparantur.

Condemnatus ad factum per ſententiam preciſe compellitur ad illud adimplendum neque ſoluendo intereſſe liberatur.

An iuramentum tollat exceptionem deductionis ne egeat.

8 Si interponitur iuramentum ſuper emphyteuſim emphyteuta non ſoluens canonem in primo anno ſtatim eſt priuatus ipſo iure & non expectatur biennium neque triennium.

9 Iuramentum habet vim expreſſi.

10 Si creditor iurauit defendere emptorem in caſu euictionis, & ſciat poſtea litem motam non requiritur quòd fiat ei denuntiatio:quæ alias requiritur.

Quando aliquis iurauit aliquid facere:eo ipſo quod inſtat in terminus faciendi iuramentum interpellit.

11 Ex iuramento datur actio: intellige de iuramento litis deciſorio.

12 Iuramentum præſtitum per actorem aduerſario ſuo non deferente,quid operatur. & nume.16.

Teſtes deb nt produci à parte & ſi vltro ſe offerant,& proferant teſtimonium etiam verum, nihil valet neque pro parte neque contra partem. & numero.14.

13 Confeſſio extraiudicialis & in abſentia partis an & quando valeat.

Iuramentum facit valere actum meliori modo quo poteſt.

15 Valet teſtimonium teſtis corrupti contra eius corrumpẽtem,ſi producatur contra eum,licet contra alium non valeat.

17 Confeſſio debet acceptari cum omnibus qualitatibus ſuis nec poteſt pro parte ſcindi.

Producens inſtrumentum licèt proteſtetur quòd illud producit in illis tantũ partibus quæ faciunt pro ſe & non aliter, tamen tenetur contra ſe recipere partes quæ pro aduerſario faciunt limitando,vt hic remiſſiuè.

18 An diſpoſitio iſtius tex. volẽs actionẽ dari quando iuratum eſt procedat quando iuramentum eſt remiſſum & num.19.

Aliud eſt tale,aliud eſt haberi pro tali.

Ex diuerſis non fit illatio.

Iuramentum eſt ſtrictiuris.

Quare iuramentum producat actionem.

Priuilegia non recipiunt extenſionem de vno ad alium.

19 *Qualiter intelligatur illa regula quòd vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare.*

20 *Quæ actio detur iuranti ex iuraměto præſtito aduerſario deferente tā contra reum quàm etiam contra quoſcunque. & numero 21.*

Iuramentum habetur pro veritate, & maiorem vim habet, quàm res iudicata.

Quemadmodum poſt rem iudicatam quis audiri non debet, ita & poſt delatum & præſtitum iuramentum reus audiri non debet.

Actio datur illi qui iurauit contra eum contra quem iurauit vtilis natiua & illa quæ competit contra iurantem: caſu tamen quo iuramentum faceret pro aduerſario, dicitur datiua.

22 *An ſi poſtquam iuramentum eſt delatum, pars quæ detulit, eſt contenta ſtare & credere conſcientiæ alterius partis, & credi poſſit dari actio & exceptio iſto caſu ac ſi iuraſſet & numero 23.*

An verum ſit quod inter ſimplicem loquelā & iuramentum Deus non facit differentiam & numero 26.

23 *Nunquid valeat promiſſio partis ſiue delatio quòd ſtetur ſimplici dicto partis aduerſæ. & quid in ſcriptura priuata. & num. 24.*

Papa non poteſt facere quòd ſtetur ſimplici dicto vnius.

Potentior eſt lex quàm partium conuentio.

26 *Licèt pars fuerit contenta ſtare ſimplici aſſertioni petitoris, poteſt iudex inuita parte iuramentum extorquere ex officio.*

Vt tollatur occaſio delinquendi, ſtatutum non trahitur ad caſus futuros.

Licèt quo ad effectum iuramenti ſufficiat quòd quis iuret quibuſcunque verbis non expreſſo verbo iuro. tamen vbi agitur de pœna periurij vel alia incurrenda, nunquam dicitur quis iuraſſe, niſi expreſſerit verbum iuro.

Officium iudicis datur, vbi actio non competit.

27 *Periurium in terminis iſtius tex. ſola diuina vltione punitur.*

De pœnis blaſphemantium vide remiſſiuè.

Pœna periurij multiplex eſt, & num. 28. & 29.

Omne periurium tam in cauſa criminali quàm ciuili Deum habet vltorem tamen per hoc non excluditur pœna hominis.

Pœna periurij in foro conſcientiæ eſt illa quæ pro quolibet peccato mortali imponitur, videlicet ſeptem annorum.

Hodie omnes pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.

28 *Pœna periurij in foro iuris canonici tam clericorum quàm laicorum eſt, quòd remoueantur à teſtimonio, & ſunt infames infamia canonica & ciuili, & quæ differētia ſit in hoc inter clericos & laicos.*

Clericus pro periurio poteſt priuari dignitate obtenta, non autem eſt priuatus ipſo iure, niſi fuerit implicitus inter duo periuria: declarando vt hic.

Quò ad legem promotionis plus peccat homicida quàm periurus.

Qui inducit aliquem ad periurium, plus peccat, quàm ſi alium occideret.

29 *Quæ ſit pœna periurij laicorum in foro ciuili, tam in cauſa criminali quàm ciuili.*

30 *Quando proceditur per regulam & fallentias, melius diſtinguitur & concordantur ſingula capita.*

31 *Doctori diſtinguenti cæteris paribus eſt ſtandum: quia magis propinquat veritati.*

32 *Duplex eſt iuramentū de quo hic: & quæ ſint illa duo iuramenta; & quomodo differant.*

Iuramentum calumniæ præſtatur per principalem perſonam, & iuramentum veritatis præſtatur per procuratorem in animam domini, niſi fuerit clericus litigans pro eccleſia: nam tunc de vtroque iurare debet.

Iuramentum de quo loquitur gl. iſta facit ceſſare præſumptionem doli & calumniæ, tamen non excuſat aduerſarium ab expenſis, ſi temere litigauit: declarando vt hic.

Deferens iuramentum tenetur etiam de calumnia iurare, & ſi non iurat, ſi ab eo petatur, redditur proceſſus retro nullus: intelligendo vt hic.

33 *Species iuramenti ſunt iij. quas vide remiſſiuè.*

34 *An l. nmi: feſta turpitudinis allegata in gloſſ. iniſta ſit correcta, & quomodo procedat.*

35 *De iure ciuili ex iuramento iudiciali actio naſcitur, quæ vocatur in factum.*

37 *An ille qui iurauit teſtamentum non reuocare, non obſtante iuramento poſſit aliud teſtamentum facere abſque periurio.*

Iuramentum quod poteſt obſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſi non obſeruetur, obligat ad periurium, ibidem.

In dependētibus ab animo vnius poteſt dari variatio, ſecus ſi in dependentibus à voluntate duorum ſequis tunc non ſolum contrauenieus eſſet periurus: ſed actus non valeret, ibidem.

Si iuro non reuocare procuratorem poſtea reuocatio facta non valet ibidem.

37 *An ſi quis iurauit non di... honorari vel ad epiſcopatum promoueri, valet iuramentum.*

Iuramentum quod poteſt obſeruari neque eſt intritiuum peccati venialis vel mortalis, debet obſeruari. ibidem.

§ 1 ITEM SI QVIS Poſtulante. Ad euidentiam iſtius text. premittendum eſt quòd licet iuramentum, iuſiurandum, & ſacramentum quo ad materiam iſtius §. ſunt ſinonyma, vt nota. abb. in c. de iudiciis, different tamen aliqualiter inter ſe: quia iuramentum eſt vt genus comprehendens omnem ſpeciem iuramenti. Sacramentum autem dicitur quādo tangitur res ſacra, vt ſonat etymologia: ita notabiliter colligitur ex doctri. Bar. in auth. ſacramenta. in prin. C. ſi aduer. ven. &

ven.& ibi notabiliter declarat Iaſ.in iij.col.num. xiiij.volens poſt antiquos quòd ſacramentũ debet præſtari ſuper libro ſacro vel euãgelijs. Sed tu dic quòd hodie ſecundum conſuetudinem Italorum ſufficit tãgere quemlibet librum.ita eſt gl. de hoc ſingularis in cle.j.in verb.tacta.de hæret.quã multùm commẽdat Feli.in c.fraternitatis.in viij.col. de teſti.& in c tuis.in iij.col.eo.tit. Iuſiurandum autem dicitur quod de iure fit, hoc eſt ſecundum

3 terminos iuris:ita Abb.in d.rubr. † in tex.ibi,ſi quis. iſtud verbum regulariter maſculũ & fœmininam comprehendit.l.j.ff.de verbo.ſig.Ex quo illa regula elicitur.quæ in magno pelago verſatur,videlicet quòd maſculinum comprehendit fœmininum.c.ſi quis ſuadente.vbi Archi. xvij.q.iiij.vt lariſsimè tradit Iaſon,& alij Moder.in l.ſi quis id quod per illũ tex.ff.de iuriſd.om.iu.Hoc tamẽ ſecundum materiam ſubiectã regulatur, vt notãter per plura declarat Decius in regula ſecunda; in x.col.cum tribus ſeq.ff.de reg.iu.Et hoc in tex. noſtro manifeſtè colligitur:quia illud verbum ſi quis,fœminam non comprehendit, quia ſubiecta materia de qua text. noſter loquitur,non patitur fœminas in iudicio verſari.l.j.§.ſexũ.ff. de poſtul. Sed dicas id eſſe verum pro alijs: ſecus autem eſt in cauſa propria:quia tali caſu bene poterit in iudicio comparere,prout colligitur in d.§.ſexum.& etiam pro alijs in caſibus:vt in l.j.§.fi.ff.de poſtul. & tali caſu mulier iurare poterit. & textus iſte ſecundum regulã procedit. † In tex.ibi poſtulante. iſtud verbũ pro petitione extraiudiciali capitur.l.cũ poſtulaſſem.ff.de dam. infec. propriè tamen in iudicio poſtulare quis dicitur.l.j.§. poſtulare.ff.de poſtu.& clarius probatur in l.iiij.§.hoc autem iudiciũ.ff.de dam. infec.& ita capitur hîc. Et licet petere in iudicio etiam dicatur : vt in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. differt tamen ab iſto verbo poſtulare: quia petere dicitur quis propriè per litis conteſta.d.l.amplius.poſtulare verò verificatur etiã per citationem ſolam. ita not.Bal.in l.j. in princ.C.de lit.conte.vbi infert ad quæſt.dicit ſtatutũ,quòd poſsit peti inſtrumẽtum caſſari niſi fuerit petitum inſinuari infra ſemeſtre.quomodo intelligatur illud verbum petitum,vide ibi per eum,& per eundem in authen. habita.col.fi.verſi.prædicta.C. ne fi. pro pa. & in l.fi.§.illud.C.de temp.app.cũ ſimili. vt per Alex. in l.ſi decem.per illũ text.ff.de verb. oblig. Sed tamen aduertẽdum eſt quòd modica videtur differentia inter illa : quia etiam petere dicitur quis propriè per ſolam interpellationem,d. l.ſi decem cum petiero.per quam ita tenet Soci. in conſilio quadrageſimoſecundo incipi. ſubtiliter. in quarto volumi. & Corneus in conſilio cclxvij. incip. in hac conſultatione.columna penultima, in iiij. volu.& hoc manifeſtè probatur in d.§.hoc autem iudicium.dum ibi dicitur,quòd poſtulare propriè dicitur pro tribunali petere : quæ diffinitio,vt ſit bona,debet connecti cum ſuo diffinito, ſecũdum Bar.in l.j.ff.de teſta.& ita petere quis dicetur pro tribunali poſtulare : & ſic ibi probatur quòd iſta duo verba confunduntur :& hoc idem probatur in text.noſtro,dum in princ. vtitur verbo poſtulante,& deinde dicit peteret. Sed tamẽ dic breuiter,quòd negari nõ poteſt,quin magna ſit differẽtia ſecundũ ea quæ remiſſè tradit Alex. in d.l.ſi decem.& hoc ſecundũ materiam ſubiectã regulatur. ſecũdum quod declarat ibi Iaſ. licet aliquando confundantur quò ad propoſitum tamen text. noſtri bene differunt:quia hîc ponitur poſtulatio in hac actione pſonali quę fit in iudicio, & in hoc vnde differt à petitione:quia petere propriè quis dicitur quod ad eũ pertinet actione reali.l. actionum genera,ff.de actio.& obli. & l. actio in perſonam.eodẽ tit.quam ad hoc alleg. Bar.in d. l.ſed ſi.§.item quæri.in ij lec.ff.de re.eo.tenet Soci.in l. ait prætor.la ij.§.ſi petitor. in j.not.ff. de iureiur. quod eſt notandum ſecundum eum ad ſtatutum.

Non ob.ponderatio tex.noſtri:quia poteſt dici quòd hîc verbum peteret impropriè ponitur.Vel ſecundò dicas quòd illud refertur ad primã actionem intentatã,quæ fortè realis erat,ex qua poſtea delatum fuit iuramentũ,ex quo producitur actio perſonalis, de qua loquitur tex.noſter:& ita propriè ponetur illud verbũ. In tex.ibi aduerſario, nota quòd propriè aduerſarius dicitur ille qui in iudicio contendit:ſecus ſi extra iudiciũ.l.cum aliquis.C.de iu.delib.tenet Felin.in c.cùm ſuper. de offic.del.in j.col.& ante ipſum Bald. hoc tenet in l.j.col.iij. C. qui admit.quod facit ad ſtatutum de aduerſario loquens , quod de tali aduerſario intelligi debet:vt dicit Abb.in c.j.de iudi.licet interdũ largo modo pro quocunque qui ſe alteri opponit in iudicio,& extra,tale verbum capiatur:vt latiùs

4 dicunt mod.in d.c.j. vbi videndum eſt. † Nota primò ex iſto tex.quòd ſecundũ Iaſ.hîc poſt Ang. iuramentum deciſiuum habet vim plenæ probationis:ſed dominus Iaſ.hîc dicit ꝙ iſtud notabile nõ probatur hîc,ſed in l.non erit §.dato.cum aliis iuribus allegatis per Ang.ff.de iureiurã. Sed vos dicatis ꝙ iſtud notabile optimè hîc colligitur : & errat hîc Iaſ.nam iura alle.hîc per eũ,& prius per Ang.quæ ſecundum eũ hoc probãt, idẽ dicunt in effectu quod tex. noſter,ex quibus legibus de verbo ad verbum iſte,§.ſumptus eſt in illis verbis finalibus vbi ſumitur iſtud notabile, licet ibi magis latè Iuriſconſultus ſe extẽdat dãdo rationem deciſionis:& ideò quemadmodum ſecundum Iaſ. ibi optimè probatur intẽtio Angeli,ita & in iſto text.qui eſt idem cum illo,vt dixi. & aduerte pro intelligentia : quia cautè dictum eſt iuramentum habere vim probationis.eo quia non dicitur propriè probatio:quia text.in d. l. non erit.loquitur per verbum quaſi , quod denotat fictionem regulariter.§.ſed iſtæ.& §.item ſeruiana. vbi dixi poſt Iaſ.ſuprà eo.& text.in d.l. ſed & ſi poſſeſſori.§.fi. quam alleg.hîc Ange.& Iaſ.vtitur verbo,proinde haberi,quod etiam improprietatem denotat, l. j. ff. de recepti.& hoc ratione ſuadetur: quia per iuramentum potius quis dicitur releuari ab onere probandi quàm probet. l. eum qui.in princip. ff. de iureiuran. & iſta eſt communis opinio. vt per plura atteſtatur Hipp.de marſil.in repet.rubricę. C.de proba.in vigeſimaſexta columna,Iaſ.tamen tenet contrariũ.in §.quadrupli.in ſexta columna, numero quadrageſimo,infrà eodem,contra gloſ. ibi alleg.pro hoc tex. quem dicit nunquam ſe audiuiſſe ad hoc ponderari, de quo multum gloriãtur, in l.fin.§.licentia.C. de iure deliberan.ſed tu dic quòd illum tex.prius ad hoc allegauit Bar. de Bellenzi.in additione ad Abb.in rubrica extrà de probatio.ad quem reſpondent ibi Moder.& Hippol.vbi ſuprà, videlicet quòd ibi iuramentum in ſupplemẽtum probationis recipitur, & ideò non dicitur probatio , ſed releuamen ab onere probandi dicta l. eum qui. Nec obſt.verbum aliæ, quod

quod denotat ſimilitudinem:quia ipſi reſpondẽt, quòd illud non ſemper eſt verũ vt patet in exemplo dato per gloſ in §.ſi vero. in verbo aliud, in authen. de litigio. de illo dicto euangelij.crucifixus Chriſtus & alij duo latrones.& text.optimus in authen.vt defunct.funera.in princi.ibi milites congregare & ſeruos alios. & ibi no.gloſ.cum ſi. vt latè ſcripſi & limitaui in cap.j. de preben.li.vj. poſt gloſ.ibi,in ver.alios.Sed quantum attinet ad propoſitum noſtrum, mihi videtur quòd iuramentum dicatur verè & propriè probatio: quod probo ſic: probatio nihil aliud eſt quàm rei dubiæ per argumenta oſtenſio:vt dicit gl.quæ communiter approbatur in rubrica C.de probatio.& eſt text.in l.ij.§.eiuſdem quoque. verſi, quæ argumenta,ff.de teſti.cum ſi. ſed iſta verba diffinitionis competunt iuramento deciſorio. igitur &c. nam clarum eſt,quòd per iuramentum res dubia declaratur, & iudex poteſt animum ſuum informare:vt colligitur ex tex.l.carmẽ.§ fin.ibi, argumentis & teſtimoniis,ff.de teſti.ergo dicitur probatio:& quòd ſit probatio, videtur eſſe text.in c. ij.de prnba.ibi,cum aliæ probationes &c.ibi ponderat ad hoc illum text.Areti.in ſecundo notabili.ad idem text.& gloſ.in l.tutor.ff.de iureiur. tenet Decius in conſi.xviij.viſo puncto.in j.colum. j.lib.& Pau.de Caſt.in conſi. cxliij.viſo proceſſu. lib.ij.niſi ad iſta iura reſpondent quòd loquantur impropriè, quòd non videtur ſolidum quamuis illa ſit communis opin.Hæc tamẽ concluſio multis modis limitatur: de quo dicetur in d.§. qua-
5 drupli.ſuper gloſ.in verſic.duplicantur. † Hinc ſumpta occaſione Iaſ.hic cõnectit plures effectus iuramenti quorum aliquos proſequar addẽdo vel limitando prout occurret. deinde plures alios ſubiiciam vltra ipſum. Primus igitur effectus eſt:quia iuramentum habet vim litis conteſtationis:quia ſicut per negationem rei ad petitionem actoris inducitur litis conteſta. vt no. in l.j. C.de lit.conteſt.& in c.j.eodem titulo.eo. modo & per declarationem iuramenti factam per reum actori:nam iſta delatio videtur quædam confeſſio tacita contentorum in libello ad cuius reſponſionem fit lit.conteſta.d.c.j.& ita tenet Soci. in l.ait prætor.la ij.§.ſi is,ff.de iureiuran. hoc eſt maximi effectus:quia vbi aliàs actio quæ produceretur ex aliquo inſtrumento fuiſſet temporalis, per appoſitionem iuramenti efficitur perpetua quemadmodum per lit.conteſt.quod multum ibi cõmeodat Soci.poſt Areti. & hanc opi. latè probat Goza.Bononien.in repet.l.ij.in xvj.colum.C.de pac. inter emp.& vend. cum ſimi.quæ poſt ipſum latè congerit Hippoli.de mar.in ſingularibus ſuis notabili cxlj.inci.audiſtis.& tenet Albertus Brunus in conſilio xxxviij.viſis conceſſionibus. col.fi. & hoc pro cautela tradit Bar.Veronen.in tract.cantel.cantel.xx. inci.ſi ex forma ſtatuti &c. Tamen diligenter conſiderandum eſt quòd iſta opin.non videtur ſimpliciter vera: quia ratio quæ conſideratur in l.nam & poſtea, §. ſi is qui temporali, ff. de iureiur.per quem tex.mouentur præfati docto. habet tantum locum in iuramento iudiciali deciſorio,quod defertur actori à reo.vnde meritò illa delatio vim conteſtationis obtinet ratione de qua ſuprà: ſed hoc in iuramento extraiudiciali, quod in inſtrumẽto apponitur,non habet locum: quia ibi conſiderari non poſſunt extrema habilia litis conteſta.quæ in iudicio tantum fit: dicto ca. j.de lit.conteſt.preterea quia litis conteſtatio non fit per quæcunque verba,ſed requiruntur habilia: vt latè proſequitur Andræ. Sicu.poſt glo.& Abb. in c.j.de litis cõteſta.& inter illa verba litis conteſtationi neceſſaria non repetitur delatio iuramenti: ideo &c. & quia vnus & idem actus non debet diuerſos effectus operari,l.eum qui,ff.de vſucap.c.cognouimus xij.quæſt.ij.cap. cum in tua, de deci.vt per gloſ.in cap.cum omnes, de conſtit. ſed iuramentum principaliter inductum eſt, vt quis releuetur ab onere probandi, & lis per hoc extinguatur,cum ſit quædam tranſactio,& habeat effectum rei iudicatæ, l.eum qui, iuncta l. ij.ff.de iureiur.,& facit text. hîc in fin. ergo non debet operari diuerſum effectum:vt inducat litis conteſtationem per quam potius perpetuatur lis,non autem extinguitur,l.ſicut.C. de præſcrip. xxx.an. iuncta l.j.ff.de vſuca. & ideò videtur quòd in hoc prædicti moder. grauiter lapſi ſint. ſuper quo tamen cogitabis.& hoc fortè voluit ſentire Bald.in conſi. ccccxx. in iiij. parte. dum dicit, quòd iure non cauetur quòd iuramentum habeat iſtam virtutem,vt actionem tẽporalem faciat perpetuam.
6 † Secundus effectus eſt.quia iuramentum habet vim nouationis,l.qui iuraſſe,§. fi. ff de iureiur.& ita tranſit hîc Iaſ.poſt alios in d.§.fin.Tamen aduerte quòd iſtud non eſt verum:quia longè diuerſus eſt effectus nouationis & iuramenti, quia nouatio eſt primæ obligationis extinctio, & in aliam tranſmutatio,§.præterea,ſuprà quib.mo.toll.obli.ſed hic effectus non repetitur in iuramento:quia prima obligatio non tollitur, ſed magis, per iuramentum confirmatur: vt fatetur idem Iaſ.in d.§.fi.& eſt gloſſ.iij.hîc igitur opin.Iaſ.non eſt vera. Non obſtat text.in d. §.fi. quia ibi illa dictio nouandi, non accipitur pro nouatione, do qua loquitur titulus de noua.ſed pro reformatione primæ obligationis: vt capitur in l.chirographis,ff.de admi.tu.& ita etiam notabiliter declarat Bar.in l.fi.C.de vſu.rei iudi.fateor tamẽ quòd ſi partes intenderẽt primam obligationem transferre in actionem iuriſiurandi, quod poſſent: & tunc eſſet inducta nouatio: ſed in caſu noſtro loquimur in dubio propter ſolam virtutem ipſius iuramenti quo caſu prima obligatio non videtur
7 ſublata per ſupradicta. † Tertius effectus colligitur,quòd licẽt in obligationibus facti quis præciſe ad factum compelli non poſſit, ſed dando intereſſe liberetur, l.vbi autem, §.illud.& §.fi de vet.ob.l.j.ff.de actio.em.cum ſi.tamen ſi apponatur iuramentum ſuper illa obligatione, facit vt quis preciſe ad factum teneatur,& poſſit compelli.glo.in l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cauſam. ita Iaſ.hîc & vltra ipſum hanc eandem opin. per dictam gloſſ.ſequitur Andræ.Sicul. illam ampliando in c.iurauit.in xij.colum.nu. lix. de proba. tenet Alber.Brunus in conſi.xxxix. incip. circa antedictum.in princi.alle.no.per doc. in c.veniens. de iureiur.& idem in conſi.lxvij incip.dum dubitatur.vbi pro hoc alleg.Abb.in d.c.veniens.& in c.per tuas.de arbi.& Ate.in l.ſi ita quis,§.ea lege. in pen.col.ff.de verb.oblig. & alios plures: vt ibi per eum:& hoc idem latius proſequitur in conſi. lxxviij.viſo inſtrumẽto.Et hoc tenet Ant.de But. in c.fi.per illum text.ne præla.vi.ſuas. cum pluribus concor.quæ adducit Alexan.in conſi. lxxxix. omiſſis non neceſſariis &c.col.fi.in vij.vol.nouiter impreſſo.& nouiſſimi in l.ſtipulationes non

diuiduntur.ff. de verbo. obliga. & tenet Iaſ. in §. actionum.nu.xlvij.infrà eodẽ. Sed prædictis non obſt. contraria opi. de facili defendi poteſt, ex eo quia ſatis eſt trita regula in materia iuramenti, quòd iuramẽtum interpoſitum ſuper aliquo contractu ſortitur omnes conditiones & qualitates & naturam illius contractus ſuper quo interponitur. ita dicit Abb. per illum text. in c. quemadmodum. de iureiuran. & eſt tex. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. & ibi not. Iaſ. in ix. notabili. ff. de iureiurand. & in l. ſi. C. de non nu. pecu. cum concor. vt tradit Franc. Cur. in conſi. iij. incip. & ſi ſubtiliſsimè. in j. col. & latiùs per Decium in conſi. xxxvj. & ſecundum alium numerũ ccxl. incip. & diligenter. in ij. parte. Sed qualitas & natura obligationis faciendæ eſt, ne præciſè quis ad factum teneatur, ſiue poſsit compelli. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de verbo. oblig. l. ſi quis ab alio. ff. de re iudi. cum ſuperius alleg. ergo iuramentum ſuper tali obligatione interpoſitum eius naturam ſortietur. Et pro hoc videtur caſus in cap. per tuas. de arbit. & plures inuenio hanc opi. tenuiſſe, quos breuitatis cauſa nõ refero. Quid igitur tenendum? breuiter inter plura quæ occurrunt, mihi videtur quòd prima opi. quæ eſt communis, ſit ſolidior quam vltra prædicta firmat Matheſi. notabili iiij. inci. no. quod iuramentum. pro qua videtur eſſe tex. in cap. ad noſtram. de iureiu. & ibi Feli. col. ſi. colligit regulam quòd iuramentum habet talem naturam, quòd facit aliquem teneri in forma ſpecifica: vt latè extenditur Iaſ. in l. eum qui. §. ſi iurauero. col. ij. ff. de iureiurando. & in §. in bonæ fidei. circa xvij. col. infrà eodem. cum pluribus ſimilibus, quæ aliàs dedi. Et hanc opi. ego firmo vna ratione ſatis corrorata: quia certum eſt quòd iuramentum & ſententia æquiparantur: vt plenè traditur per omnes in l. ij. ff. de iureiu. vbi Iaſ. & tenet etiam hic Iaſ. in vltimo notabili. & eſt text. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cum de hæreditate. ff. de iureiuran. cum aliis concor. traditis per rep. in l. admonendi. in notabilibus. ff. eodem titulo. ſed ſi ſic eſt condemnatus in ſententia ad factum, præciſè compellitur ad illud adimplendum, neque ſoluendo intereſſe liberatur: prout eſt text. & gloſ. ſingularis in l. qui reſtituere. in verſic. condemnatus. ff. de rei vendi. quem pro ſingulari ad hoc multum commendat Bald. in l. prima columna penul. verſic. ſed pone. C. de ſen. quæ pro eo quod inter. Barb. in c. ſi. in j. colum. in ſi. extra de preca. latiùs per Fabianum de monte in trac. de emptio. & vendi. in vj. quæſt. principali. in vndecima colum. & Petr. de Raue. in alpha. iuris in verb. rei vendicatio. circa finem. igitur ſi ſententia hoc facit, à fortiori iuramentum. & ita de iuramento tenet dictus Fabianus in prædicto loco. & pro hoc eſt bonus text. qui realiter cauillari non poteſt, in capitulo fin. ne prælati vices ſuas. facit etiam text. in l. fideicommiſſa. §. ſi. de leg. iij. quia in caſu illius text. quis vel fauore teſtamenti, vel reipublicæ ad factum præciſè compellitur: ergo à fortiori fauore animæ: arg. text. in l. ſancimus. C. de ſacroſanctis eccleſiis. capitulo qui reſiſtit. & capitulo Iulianus xxj. quæſtione iij. & cum hac opin. tranſit etiam Alexand. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſ. om. iudi. per d. gloſ. in dicta l. ſi pecuniam. Non obſtat fundamentum ſuprà factum, quòd iuramentum ſortitur naturã actus ſuper quo interponitur &c. quia reſpondeo quòd illud eſt verum de natura primordiali non accidentali: vt dicit gloſ. in l. certi condictio in princip. ff. ſi certum petatur. quam ibi omnes commendant per text. in l. item veniunt. §. item ſi prædiximus. ff. de peti. hæred. & ideo hoc argumentum retorquetur: quia in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe accidentaliter: argu. l. primæ. de in litem iur. nam principaliter quis ad factum tenetur: tamen ſi eſt in mora, & voluerit facere: tunc ſuccedit talis obligatio ſicut in l. aquilia dicimus: nam quòd creſcat per inficiationem illud prouenit ex accidenti quod non conſideratur. d. §. item ſi prædiximus. & arg. l. ſi quis non cauſam. ff. ſi certum petatur. iuramẽtum igitur quod ſe habet vt acceſſorium, non ſequitur illam naturam accidẽtalẽ, ſed primitiuam, ſcilicet vt quis ad factum præciſè teneatur. & ita reſpondet Io. de Imo. in c. j. de iudi. licet non in iſta quæſtione. & hanc opi. puto veriorem, quam latè probat dictus Albertus in d. conſi. ſubdens vnũ aliud per hoc quòd etiam iuramentum tollit exceptionem deductionis, ne egeat, vt ibi per eum: tamen in hoc ego tenerem contrarium: quia iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum. c. quemadmodum. de iureiuran. & c. quintauallis. eodem titulo. maximè cùm ſit contra ius commune. cap. intellecto. eodem titulo. Et ex ſupradictis infertur quòd opin. Iaſ. in l. ij. in ix. quæſtio. & xiij. columna. C. de iure emphyteu. redditur dubia vbi per prædictam rationem quod iuramentum ſortitur naturam diſpoſitionis ſuper qua interponitur &c. reprobat opin. Bal. in cap. querelam. verſ. no. quòd propter. de iureiuran. vbi notabiliter ponit Bald. vnum nouum & ſingularem effectum

8 iuramenti, videlicet quòd † licet de iure ciuili emphyteuta non ſoluens canonem priuato infra triennium, cadat iure ſuo. dicta l. ij. & in eccleſia biennium. cap. propter. loca. Tamen ſi interponitur iuramentum ſuper tali emphyteuſi non expectabitur triennium vel biennium: ſed ſtatim quòd in primo anno non ſoluit, eſt priuatus ipſo iure. ita Baldus in dicto loco. quem Iaſ. vt ſuprà reprobat per prædictam regulam, quæ non obſtat per ea quæ ſuprà diximus. & illam deciſionem Bald. cogitur fateri veram idem Iaſon ſibi contrarius in l. quod te. in viij. colum. verſic. iuxta prædicta. ff. ſi certum petatur. in l. ſi quis maior. in quarto notabili. C. de trãſactio. & pro illa deciſione Bal. in facto conſuluit Alexand. conſilio lxxxv. incip. non puto. in primo volumine. quod reperitur repetitum in eodem volumine conſilio cxxvj. ſequitur etiam Corſetus in reperi. rubricæ de iureiuran. in xj. priuilegio. vbi reprobat Iaſ. in d. l. ij. & idem fuit Hipp. de marſi. multum commendans illud dictum Bald. in ſingularibus ſuis notabili ccxxvj. incipiente emphyteuta priuari. & tenet Albertus aſtenſis in conſilio quadrageſimo ſexto. ad allegata &c. & conſi. xlviij. colum. fin. & alibi ſæpe docui. Et per hoc habes alium effectum iuramenti vltra Iaſ. hic. Circa alium effectum iuramenti quem ponit hic Iaſ. videlicet quòd iuramentum impedit purgationem moræ, per l. ſi quis maior. C. de trãſactio. quod ſequitur Are. in conſi. xcv. Alex. conſi. lix. & conſi. clviij. in ij. vol. Bald. in l. ſi pacto. C. de pactis. Saly. in l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. cum ſi. Dicas breuiter quòd duplici ratione iſtud dictum non eſt verum. Primò ex eo, quia ideo impeditur purgatio moræ,

moræ, quia facta eſt interpellatio: nam cùm iura-
mentum ſecundum communes concluſiones ha-
beat vim litis conteſtationis, l. uam & poſtea. §. ſi
is qui. ff. de iureiuran. per litis cōteſtationem cen-
ſetur facta interpellatio: & ideò non poteſt pur-
gari mora: per text. in l. ſi inſulam. ff. de verb. obli.
Huc ergo immediatè non reſultat ex virtute iu-
ramenti, ſed ex alio effectu iuramenti qui produ-
citur ex virtute iudicij mediante iuramento. Præ-
terea hoc ſuadetur, quia iuramentum habet vim
geminationis. Abb. in c. cum contingat. col. ij. de
iureiuran. Alex. in rub. de verb. oblig. col. pen. ſed
vbi eſt geminata promiſsio, impeditur purgatio
moræ, l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & oblig.
per quam ita tenet Roma in conſil. ccelij. quæri-
tur primò. in ij. dubio. ergo illud non inducitur
ſimpliciter vigore iuramenti ſed alterius effectus
reſultantis partim ex iuramēto & partim ex actu
ſuper quo tale iuramētum interponitur. Vltimò,
quia clarū eſt. vt hic fatetur Iaſon, quòd de æqui-
tate canonica non obſtante iuramento admitti-
tur purgatio moræ. per ea quæ dicit Bald. in l. qui
crimen. in xj. quæſt. C. qui accu. non poſ. ſi igitur
hoc verum eſt, & omnes fatentur, idem dicēdum
erit de iure ciuili ratione iuramenti de cuius na-
tura eſt, facere cauſam eſſe de iure canonico ſecun
dum quod iudicari & regulari debet. c. nouit. de
judi. no. Io. an. in c. fin. de foro compe. & ſic iſto ca
ſu non erit differentia inter ius ciuile & canoni-
cum: quod no. Non obſtat text. in d. l. ſi quis ma-
ior. quia ibi alia concurrebant præter iuramen-
tum, vt effectus clauſulæ, rato manente pacto, de
cuius natura eſt, vt impediatur purgatio: vt tra-
dunt doctores in l. ſi pacto. C. de pactis. & in l. &
ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & Alexan. in l. ita ſti-
pulatus. §. fi. ff. de verb. obli. & latius Moder. in l.
ſi inſulam. eodē tit. Item in d. l. ſi quis maior. im-
peditur purgatio moræ non tantum reſpectu iu-
ramenti ſed etiam reſpectu infamiæ: vt ibi dicit
Paulus de Caſtro & Moder. & ſic ille text. multi-
pliciter euitari poteſt. Adde alium ſingularem
effectum iuramenti vltra Iaſo. hîc, quē ponit Bal.
in prælud. feud. in iij. diuiſione, quem pro ſingu-
lari commēdat Iaſ. in l. frater à fratre. colum. xxj.
verſi. circa iſtam ſecundam fallentiam. ff. de con-
di. in debi. & in l. ſi donatione. colum. penul. C. de
colla. quamuis ſibi contrarius latè iſtum effectum
reprobet idem Iaſ. in præludiis feud. in xxvij. col.
verſi. iuxta prædicta. quæ non diſcutio ad præſens.

Alium effectum iuramenti ponit idem Bald.
in cap. ex reſcripto. in j. col. de iuriurā. quem re-
fert & ſequitur Alexan. in conſilin xxxij. in cauſa
executionis. in pen. col. in iiij. volu. & in l. Marcel-
lus. in apoſti ff. de fideiuſ. & pro ſingulari com-
mendat Iaſon in l. vlti. in prin. in ij. colum. verſic.
accedat. ff. ſi certum petatur. vbi tenet cōtrarium
poſt Alexan. ibi, & iſtos effectus declaro in voce.

Ad de alium nouum & ſingularem effectum iu-
ramenti, quem ponunt moder. Taurinē. videlicet
Claudius de ſeyſſello, ſiue de aquis, egregius do-
ctor, in l. ita ſtipulatus. in iij. col. verſic. ex hoc no-
uiter infero. ff. de verb. oblig. vbi dicit quòd licet
regulariter incertitudo vitiet contractum, vt ibi
eſt tex. & in l. triticum. eodem titulo. vnde ſi pro-
miſsio incerta eſſet iurata. tunc talis promiſsio be
ne valeret: quia veniret certificāda per arbitrium
boni viri. Mouetur ad hoc per vnum fundamen-
tum: quia clarū eſt quòd licet incertitudo de iure
ciuili vitiet: tamen de æquitate canonica valet,
vt concludit Alexan. in l. j. in xij. col. ſolu. matri.
per dictum Archi. quod tollit ad ſydera in c. ſunt,
nonnulli. j. quæſt. j. cum pluribus aliis: vt per Iaſo.
in l. triticum. in j. col. de verb. oblig. Et tamen iu-
ramentum facit cauſam eſſe de iure canonico. c.
nouit. de iudi. ergo in eo debet iſta æquitas ſerua-
ri: quod dicit notandum: quia non eſt ab alio ta-
ctum. Ot audi, quòd hic videtur fallacia. nam nō
eſt verum quòd iuramentum faciat cauſam eſſe
de iure canonico ſimpliciter, niſi quando cauſa
vel perſona promittens eſſet eccleſiaſtica: aliâs iu-
dex ſecularis poteſt eſſe iudex: vt concludit Ioan.
An in c. fi. de fo. compe. lib. vj. Tamen non rece-
das ab opi. ſupradicta: quia videtur veriſsima ex
eo, quia quando dubitatur an iuramentum valeat
vel non, tunc eccleſiaſticus cognoſcit: vt latè di-
9 cit Domi. in d. c. fi. col. fi. † Item iuramentum
habet vim expreſsi: vt concludit Bal. in l. j. in ij.
col. verſi. ſecundò quæritur. C. commoda. quod di
ctum pro ſingulari citat Iaſ. in l. ſub prætextu. la
ij. in j. col. verſi. adde quod idem. C. de tranſac. &
10 in l. certum eſt. col. j ff. ſi certum petatur. † Item
iuramētum habet alium effectum, quòd ſi vendi-
tor iurauit defendere emptorem in caſu euictio-
nis, & ſciat poſtea litem motam, non requiritur
quòd ſibi fiat aliqua denunciatio, quæ aliâs requi-
reretur. ita ſingulariter dicit Alexan. in l. ij. §. vlti.
in penulti. col. in iiij. fallen. ff. ſol. mat. & dicit ſe
alibi hoc dictum non legiſſe niſi per Ioan. An. in
c. breui. de iureiu. Et hoc idem dictum commēdat
Corſet. in reperi. rubr. de iureiuran. in iiij. priuile-
gio. Et cremē. notabili. cxxij. incip. vbicunque. &
hoc ſequitur And. ſicu. in c. fi. in v. fallen. de emp.
& vend. Aduerte tamen quòd contrarium te-
net idem Alexan. in l. quod te. in iiij. colum. ver.
in ea. ibi. ff. ſi certum petatur. Et de hac contrarie-
tate meminit Lancelotus Decius in d. l. quod te.
ſuper quo maximè cogitandum eſſet propter va-
rias rationes, quæ pro vtraque parte facere viden-
tur: tamen vos teneatis primam opi. quæ mihi vi-
detur magis communis, & eam ibi defendūt Iaſ.
Soci. & alij in l. ſi ſeruus communis. ad fi. princ. ff.
de vul. & pup. & eā tenet Marcus Antonius baue.
in trac. de effectu iura. in vij. ſpeciali. & Corſet. in
iiij. Et hoc ratione ſuadetur: quia ex quo quis iu-
rauit certū quid facere, eo ipſo quòd inſtat termi-
nus faciendi, iuramentum ex quo eſt vinculum
animæ, interpellat. arg. tex. & quæ ibi no. in c. præ-
terea. de appellat. & c. fin. ne præla. vic. ſuas. Se-
cundò pro iſta opin. contra Alexan. in d. l. quod
te. in iiij. columna. pondero text. quem ipſe alleg.
per locum à ſpeciali, videlicet cap. licet. ſi de feu.
fue. contro. inter do. & ag. nam ex quo ibi ſpecia-
le eſt in iuramento fidelitatis, ergo in contrarium
eſt ius commune &c. nam ego dico quòd vbi ali-
quis caſus eſt deciſus in materia feudali, qui non
reperitur deciſus de iure communi, poſſumus de
illo arguere & inferre ad alios caſus non deciſos
continentes eandem rationem & iuſtitiam, ita
ſingulariter decidit Rom. in conſi. ccxij. incipien.
quoad primum. in ij. dubio. allegat Bar. in l. ſi mi-
hi & Titio. ff. de verb. oblig. & hoc dictum Rom.
cum pluribus concor. refert & ſequitur Iaſ. in l. j.
in xiiij. colum. nu. lx. C. de iure emphy. cùm igitur
text. in d. c. licet. loquatur in materia feudali, &
ſit fundatū in ratione naturali, & iuſta, poteſt ex
eo inferri ad deciſionem cauſarum in aliis caſibus:
ergo

ergo erit concludendũ quòd ſicut ibi iuramẽtum conſtituit quem in mora ſine interpellatione, ita & in quacunque materia: & ita per iſtum dictum tenet hanc opi.contra Alex.Anto. de burgos doctor Hiſpanus non incelebris, in c.ſi.in v. col. de emp.& ven.& ibi ponit quandã diſtinctiõ. quam per te vide. tamen per iſta adhuc mihi non acquieſcit animus. Nam iſta priuilegia exorbitantia non ſunt per Inbauditiones gloſſarum & doc. inducenda vbi non eſt diſpoſitio legis: vt no. Alexan.in rub.de ope.nou.nun.per gl. in c. cupientes.§.quod ſi per xx.in verbo petere: de elec. lib. vj.& Iaſ.in l.j.in x.col.de offi. eius,& no.per Hip. in l.furem.ff.de ſica. nam fugiẽdi ſunt intellectus ducentes nos ad gratiam.vt dicit Anto.de But.& ibi Barba.in c. eam de reſcrip. Abb. in c. cura.de iurepat.& melius in c.ex parte in xij.col de teſti. cùm igitur in iſto caſu non reperiatur diſpoſitio iuris inducens iſtud priuilegium iuramenti: ergo neque nos inducere debemus: arg.l. de pretio. ff. de publicia.& l.præſes.ff.de offi.præſi.cum ſi.erubeſcimus enim cum ſine lege loquimur. §. conſideremus.in auth.de trien.& ſemi.& contra communem opini. poſſumus iudicare non habentem caſum legis pro ſe:vt dicit Anto.de Butr.in c.tua nos.in ij.col.de vſur. & ſequitur Iaſ.in l. illam.in iij.col.C.de colla.poſt Aandr.ſicul.conſilio.x.in ij.vol.& idem And.ſicul.in conſi.xxxiiij.nu.xxiij. & in conſi.lxvij nu.vij.in eo.volu.Nec obſtat dictum Rom. in dicto conſi. ccxij. quia dico quod opi.ſua procedit in feudo& emphyteuſi de quo loquitur,qui videtur habere maximam conuenientiam, & in illis interdum argumentatur de vno ad aliũ,nõ ſemper:vt per Bar.in l.vt iuriſiurandi. §. ſi liberi ff.de oper. lib. à fortiori igitur eſt hic dicendum.& ideò concludendum eſt quòd ex materia feudali ad aliam materiam non poſsit inferri:vt tenet Bald.in c.j. circa finem. de feu.cog. Saly.in d.l.j.& eſt commumis opinio. Alius eſt effectus iuramenti notabilis, quòd licet ſubſtitutio compendioſa facta à pagano per verba directa filio ſuo impuberi valeat intra pupillarem ætatem iure directo,& poſtea annulletur:vt tradũt doctores in l.centurio.ff.de vulg.& pupil. tamen ſi eſt appoſitum iuramentum,trahetur poſt pupillarem ætatem ad fid.icom. ita notanter dicit Io. Bapt.de Sancto Seuc.in l.precibus.col. vj.in fine. C.de impub.& aliis ſubſti.quem ſequũtur & multum commendant moder.Hiſp.in repe. l. filiusfa. §:diui.in xix.colum nume cxvj.de leg. primo. & ibi ponunt duos alios effectus iuramenti multum notabiles, quos vide per te, & hanc deciſionem prius pro notabili ponit Bauerius in tractatu iuramenti, in tertio ſpeciali. Alius effectus iuramenti colligitur ex ſingulari doctrina Paulis de Caſt. in l. ſi cum patruo.C.cnmmu. de vtriuſ. iudi.quam pro ſingulari commendat Felin.In capit.ſecundo, colum.iiij.ver.clara. extra de reſcriptis.alij quamplures effectus colligi poſſunt quos lõga lectione digeſsi quæ omitto, ne in immẽſum creſcat opus,quos curioſus quiſque congerere poterit, quæ addas ad illos monaginta quæ ponit Marcus Baueri.in tractatu de effectu iuramenti,
11 & ad Iaſon. hic. † Nota ſecundò ex iſto textu ſecundum Ange. quòd ex iuramento datur actio vt notatur in l.nam & poſtea. §. ſi.in gloſſ. ff. de iureiurando.& tenet Bartol.in l.ſiquis pro eo, in principio. ff. de fideiuſſorib. numero tertio. Et hoc de iuramento litis deciſorio intelligitur: vt ibi dicit Bartol. per illum text. in d.l. ſi quis pro eo. in primo notabili. Et idem eſt de iure canononio, vt tradit Iaſon in l. iuſiurandum quod ex conuentione.la. ſecunda.in fi. princip. Barto. tamen in d.l.ſi quis pro eo.tenet contrarium, dicẽs quòd de iure canonico, vnde oritur actio & obligatio rationibus de quibus ibi per eum, vnde pro intelligentia prædictorum duo eſſent videnda. Primum nunquid ſit verum quod ex iuramento quolibet excepto litis deciſorio non producatur actio de iure ciuili. Secundum, quid de iure canonico: quæ duo latius reaſſumam infrà ſuper
12 a gloſ. actionem. † Gloſ.in ver.poſtulante.ex iſta gloſſ.colligitur vnum, quòd iuramentum præſtitum per actorem aduerſario. ſuo non deferente, nihil proficit.d.l.iij hic alleg in gl. Iſta tamen concluſio declaratur ſecundum Io.Fab. hic procedere in fauorem iurantis.proficit tamen aduerſario, ſi in fauorem eius fuerit iuratum. allegat.l.de ætate.§. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. Sed tamen aduertendum eſt quòd iſta limitatio quam ſequuntur hic omnes, non videtur vera:quia tex. in d. l. de ætate. §. qui interrogatus.hoc non probat: quia ibi interrogatus fuit in primo caſu pulſatus ab aduerſario prætore deferente: in ſecundo caſu fuit interrogatur à prætore aduerſario præſente& poſtulante: quo caſu meritò illa confeſsio præiudicat. Vel ſecundò dicas quòd ibi non dicitur quòd confeſsio præleat in fauorem aduerſarij. ſed quòd mendacium confitentis attenditur: intellign quò ad hoc vt puniatur:iuxta.l primã.ff.ad l.cor.de fal ſed in caſu noſtro præſupponitur quòd vltro fuerit preſtitum iuramentum ab actore, & non quod iurauerit ſiue quòd dixerit mendacium: vt dicitur in dicto §. qui interrogatus. & ideò tanquam confeſsio ſine cauſa non valet. lege certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſsis. lege finali. ff. de interrogato. actio. etiam de æquitate canonica. capitulo ſi cautio. de fide inſtrumen cum ſi. vt per Alexand. in conſilio cliij. viſo themate. in ſecunda columna,in quinto volumine.& in cõſi. clxxx.incipien.in cauſa angelorum.in penult.colum. in ij. volum. quia præſumitur per errorem emanaſſe: & ex quo vltro proceſsit, præſumitur parte abſente facta:vt no.Abb.in dicto c.ſi cautio in iiij.col.Et hoc probatur à ſimili. Nam clarum eſt quòd teſtes debent produci à parte. ita Bartolus in l.poſt legatum.§.is verò.ff.de his qui vt.in dig. cum ſi. Et tamen ſi vltro ſe offerunt, & proferunt teſtimonium etiam verum,nihil valet nec pro parte neque contra partem: vt notat Bartolus in dicto §.is verò. idem Barto. in l. vxori. §. j.ff.de fal.cum ſi.vt per Felin.in c.ij.in vij. colum. verſic.primo caſu.de teſti.& per Alexand.in conſilio lxviij.incipiente,& viſo.in v.colum.in ij vol.

Sed tamen his non obſtan.teneo opinio.Ioan. Fab. quæ communis eſt. aliter tamen eam declarando quam doc.dixerint.Et ideo pro intelligentia aduertendum eſt quòd glo. noſtra loquitur in confeſsione iurata: quo caſu reſultat regula quod
13 † licet aliâs confeſsio extra iudicialis& parte abſente non valeat,per ſuprà dicta: tamen vbi eſſet iurata, tunc talis confeſsio plenè probat.doctri. eſt Bartoli per illum textum. in l. cum quis decedens.§.codicillis de legatis tertio.cum ſimilib. vt ibi poſt eum dixi.quibus adde Iaſon. latè in

repe.l.admonendi.in lvij.col.ver.circa ſecundum quod viſus eſt &c.nu.clviij.ff. de iureiur.& ibi alleg. Barto.in d. §. codicillis. ſequitur Hyppo. de marſil.in repe.rubr.C.de proba.in xxij.colum.allegat Pau. de Caſt. in quodam ſuo conſilio. facit quod voluit Roma.notabiliter in cõſi.ccclxxxiij. incipien.in caſu propoſito. in j.col. ver. cæterum aduertendum.quem ſequitur idem Hip. in d.rep. in xviij.colum.verſic.& vltra.cum pluribus aliis concor.vt per Io.ſado.leti, in l.certum.§. ſi quis. in vij.colum.ff.de confeſſ.ita eſt in propoſito noſtro dicendum,quia licet ſimplex confeſsio iſtius actoris aduerſario non acceptante ſiue abſente non valeat in fauorem ipſius neque in damnum: tamen quia in caſu noſtro iurauit reus,dato quod non deferente actore, debet valere illa confeſsio meliori modo quo poteſt: videlicet quòd ex quo non poteſt valere in fauorem iurantis iure reſiſtente:vt in d.l.tertia. hîc alleg. in glo. valebit tamen in fauorem aduerſarij,& odium ſui:arg.text. in l.cum pater. §. filius matrem. de leg. ſecundo. vbi traditur regula quòd inter alias virtutes iuraměti habet iſtam,vt faciat valere actum meliori modo quo poſsit:vt dicit Iaſ.ſuprà in ix.effectu iuramenti.& idem Iaſ. in l.eam quam.poſt Bald. ibi in iiij.col.C.de fideicom. in ix. col. num. 18. ver.limita.& in l.ſi quis maior.C. de tráſac.Alex. in l.ſi conuenerit.in princ.ff.de iur.om.iudi Matthei.in nota. 56.incipien. no. hanc regulam. Felin.in c.cùm ſuper.Abbatia. in iij.colum. de offi. deleg.Ang.in §.fideiuſſores. in fi. ſuprà de fideiuſſo.cum concor. vt ſcripſi in d.§.filius matrem.

14 † Non obſt. quòd contra dictum eſt de teſte vltro deponente:quia illud procedit quando ſimpliciter deponeret: ſecus autem quando iudex ex ſe deferret iuramentum,prout in caſu.d.§.qui interrogatus.de quo nos loquimur: nam tunc bene dictum teſtis valeret.iſta eſt ſing. deciſio Bald. in c.j.§.porrò.in penul colum.ver.in eadem glo.ibi non coactus.quæ ſit prima cauſa benefic. amit.& tenet idem Bal.in l.presbyteri.la.j. colum.ij. ver. ſecundum aliam expoſitionem.C. de epiſc.& cle. cum ſi.vt tenent moder.in c. in nomine domini. in vij.co.extra de teſti.Et pro hoc facit no.doctri. Bar.in l.poſtquam liti.colum.fi.verſi.quarto vrtũ. C.de pac. vbi vult quòd licet regula ſit quòd per ſimplicem renuntiationẽ factam in abſentia partis non poſsit ius de futuro renunciari: vt tenet gloſſ. per bona iura in l. ſi vnus. §. ſed & ſi generaliter. ff. de pact. tamen vbi illa renuntiatio fieret in iudicio acceptante iudice, bene valeret in fauorem abſentis. ita concludit ibi Barto. quod

15 dictum pro no. † ſequitur Iaſ.in l.prima.in v.col. C.de pact.Et ſic pro iſta opinio.Ioan.an.Fab.defenſata, videtur pro qua vlterius facit vnum ſimile: quia videmus quod teſtis corruptus teſtificari non poteſt.l.j.ff.de fal.cap. primo.de teſti.tamen ſi producatur contra corrũpẽtem: valet eius teſtimonium,dictum eſt ſingu. Bal.in c.primo.in prin.col.j.in fi ver.no.mirabile verbum.ſi de inue ſti.inter do.& va.lis ori.& iſtud dictum pro ſing. citat Felin.in c.licet cauſam. in iiij.colum. in no. ix. extrà de proba. & prius Io. de ana. quem ipſe no.alleg.in c.j. colum. iiij. de cri. fal. & Hipp. de marſi.in ſingul.cxij.incipien.in ore duorum.cum ſi.ita in propoſito noſtro,licet iuramentũ præſtitum à parte aduerſario non deferente non valeat ratione de qua hîc per doct. per dictẽ.l. tertiã.ff.

de iureiur.hîc allegat.in gloſſ.valet tamen contra ipſum in fauorem aduerſarij, per ſupradicta. ad quod optimè faciunt quæ adducit Feli.in c. cum cauſam.in xiij.colum.verſi.in gloſ.in verſic.compellas.num.xvj.extrà de teſti.quem ſequitur Hip. de marſi.in repe.rubr.C.de proba.colum.xxx.

16 † Limita regulam huius gloſſ.aliis quatuor modis,vt per Alexand.& Iaſ.in d.l. iij. in principio. ff.de iureiur. quæ reaſſumit idem Iaſon in repe.l. admonendi. in cap.columna eodem titulo. Et retenta opinio. Ioan. Fabri. pro vera infert idem Ioann. Fabri, hîc quem ſequitur Iaſon. videlicet quòd ſupradicta procedunt niſi in terminis glo. noſtræ iuret taliter quod illa confeſsio faciat pro ſe & contra ſe: quia tali caſu aduerſarius recipiens illam confeſsionem quatenus facit pro ſe, tenebitur eam recipere etiam in ea parte quæ facit contra ſe.l.publia §.fin.ff. depoſi. tamen Are. hîc & Iaſ.dicunt iſtam limitationem non eſſe veram: imò quòd illi confeſsioni ſtabitur omnino contra iurantem: in alio verò an probet pro ſe vel ne,text.ille non aperit, ſed dicit quòd arbitrabitur iudex. hoc dicit text.in l. publia.§.fin. ff.depoſi. Sed tu aduerte quòd ille text.ibi,iudicem æſtimaturum, non probat illud ad quod allegat Angelus. hîc.& Iaſon ſequutus eum. ſed melius probat opinionem Ioannis Fabri. iuncta ibi gloſſ.fi. Mihi tamen ex alio videtur quòd ille textus nullius opinion.probet: quia loquitur in diuerſo caſu,nam dicitur ibi quòd quidam creditor miſit epiſtolam cuidam debitori ſuo, dicens teneri ſibi ad danda decem pondo auri item diſcos duos, item ciſtophori decem: & alia de quibus in textu, cui debitor reſpondens ad prædicta dicit ſe habere depoſita pondo auri plus minus decem: ſub iſtis verbis fuit modò dubitatio in dicta l.publia.§. finali.quia de aliis non dubitatur, videlicet nunquid illa verba quæ videbantur ambigua ratione illius adiectionis plus minúſve, inducerent obligationem. reſpondit Iuriſconſultus, quòd non, ſed tantum probationem, ſubdit textus, videamus nunquid iſte creditor attento quod illa verba inducunt probationem de decem pondo auri, poſsit de maiori quantitate probare ratione illorum verborum plus vel minus:reſpondet textus,hoc iudicẽ æſtimaturum. ecce ergo quòd iſte textus, non facit ad propoſi-

17 tum iſtorum.Quid igitur dicẽdum?† Dicas quòd opinio Ioanni Fabri, ex alio eſt verior non per allegata per eum, quicquid dicant Aretinus,& Iaſon hic: quia regula eſt clara, quòd confeſsio debet acceptari cum omnibus qualitatibus ſuis, nec poteſt pro parte ſcindi ſiue diuidi, doctrina Bartoli & Baldi in l. ſi quidem. C. de exceptio. cum concordantiis vt per Iaſonem in l.contra iuris.§.ſi filius.in decima colum. nume.xij.ff.de pactis. Roma. conſilio clxvij. incipien. Antonius accuſatus &c.in ij.colum.verſic.iiij.& quia.& in conſilio ccclij.incipien.quò ad primum. colum. fi.vbi plura.& allegat & tenet Bald. in l.gallus.§. quidã rectè.ff.de lib.& poſth.Alex.in conſi.xxxij. & in conſilio xc.& xcij. colum.fi. in j. vol. & hoc pro cautela tradit Bart.Veronen.in ſuo trac. cautela lxxxvj.& ccxxvj.igitur ſi aduerſari⁹ vult illud iuraměũ acceptare quatenus facit pro ſe, tenetur etiam acceptare quatenus facit contra ſe.& ita eſt gl.magiſtralis loquens de inſtrumento, quæ ponit regulam in l.prima §.editiones,quam ibi exornat

Iaſ.nu.xj.ff.de eden.imò fortius vult ibi Iaſ.in dicta additione col.fina.ver.iiij.iſta gl.quòd hoc dictum eſt, procedit etiam ſi producens inſtrumentum proteſtaretur, & diceret ſe producere in illis tantum partibus quæ faciunt pro ſe & in aliis ſecus: quia adhuc tenetur contra ſe recipere illas partes quæ pro aduerſario faciunt, ex quo acceptauit partem facientem pro ſe: quod notabiliter declara & limita, vt per Fel.in c.cùm venerabilis. in v.& vj.col.nu.xviij.de excep.& prius per Aud. ſicu.in c.bonæ.el.ij. in pe. col. de poſtu. præla. & in conſil.liiij. incipien. à Ioue principium. in iij. & quarta columna, in tertio volumine. Corneus conſilio cxlv.primo videndum. circa fi. in tertio volumine.& Ioannes Baptiſta de Sancto Seuer. in repe.l.admonendi.in xxxviij.col. ff. de iureiuran.& ibi moder.Ex quibus omnibus poteris ingenuè materiam ampliare, quamuis plures hac tempeſtate ſint ignaui docto.ſpouſi Penelopes,vt iſta tanquam propria ex locis penitus abditiſſimis ſumpta ſibi iure proprio vendicabunt. Circa alia quæ hìc cumular Iaſon, quia ſunt ſatis extrauagan.& non pertinent ad gloſſ. ideò nihil diſpoſuiuè dicam:ſed quòd ſolum circa dictũ Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de libe. leg. de eo qui dicit ſe occidiſſe pro ſui defenſione vltra alleg.hic per Iaſ videbis Abb.in c.cum veniſſent. in j.colum.de inſtitu.Hipp.de Mar.in fin.clxxxv. inci.confeſſio.& idem Hip.in l.repeti in vij.col. ver.quartus eſt caſus.ff.de quæſtio.& latè Iaſ.in l. vt vim.in ij.col num. xiij.ff de iuſti.& iure.& ibi Moder.& vide latè vltra ipſum & alios Lance.galli.in l.j.ff.de vulg.& pup.& in l.j. §. ſi quis ſimpliciter.in v.no.ff.de verb.oblig.& reaſſumunt ſubtilesModer.Hiſpani in repe.§.his itaque in ij.col. nu.xxj.poſt Ang.Are.ibi Inſti.de iuſti. & iure.vbi latè hoc extendunt & limitant. & vltra ipſos hoc diſcutit Decius in c. cum venerabilis. in ix. col. ſuper gloſſ.confeſſis.de excep.& latius per Feli.in c.audiris.in xvij.col.cum ſequen. de præſcripr. & finaliter traditur ordinatiè per doct.in duob' locis in l.j § ſi quis ſimpliciter.de verb.obli.& in l. j.ff.de vul.& pup.& vtrobique Alexand. Iaſon & Socin.vbi videndum eſt.

28 † Glo. iurauit. ex iſta gl.colligitur vna cõcluſio.videlicet quòd diſpoſitio iſtius tex.,quæ vult actionem dari quando iuratum eſt, procedit quando iuramentũ eſt remiſſum:quia iſta iudicatur à pari.l.non erit.§. ſi.cum l.ſeq.ff.de iureiur hic alle.in gl. Iaſon tamen hic dicit quod quidã hic inaduertenter & incõſiderat limitat iſtam gloſ.procedere quantum ad hoc, vt iuramentum proſit,non autem quantum ad producendum actionem:quia tex.hic reſtringit quando ſit iuratum ergo actio non competit iuramento ceſſante: tamen Iaſ. tenet contrarium per iura hic allegata in glo. Or tu aduerte:quia opi.illorum ſcribentium videtur verior.nam negari non poteſt quod aliud eſt quod ſit iuratum aliud quod habetur pro iurato: l. prætor ait. §. ff .de no.ope. nun. cum ſi. vt ibi congerit Iaſ. & ita expreſſe tenet Alexand.in conſilio ccxij.Incipien. ponderatis his.in ij.colu.in vj.volum. nouiter impreſſo.facit pro tali.l.ſi maritus.§. legis.ff.de adul. cum ſi vt illa regula. nam aliud eſt eſſe tale, aliud haberi per Decium in cõſi.lxxiij.in cauſa quæ luca.in iij. colum.nu.vij. in ij.parte. Cum igitur ſint diuerſa ex diuerſis non fit illatio. ergo diſpoſitio iſtius textus loquentis de iuramento non vendicat ſibi locum vbi fuerit remiſſum, niſi eo caſu quo dicebant prædicti doctores. Confirmo iſtam opinionem: quia iuramentum eſt ſtricti iuris.capitulo penultimo. de iureiurandum, & ideò talis materia non recipit ampliationem.l. quicquid aſtringendæ.ff de verborum obligationibus.procedet igitur diſpoſitio iſtius textus in caſu in quo loquitur videlicet vt tunc demum detur actio ex iureiurando quando iuratum ſit: aliàs non: quia competet ſolum in caſu remiſſionis primæua actio Suadetur hoc vlterius: quia certum eſt quod ſecũdum communem opinionem iuramentum ideo producit actionem:quia habet vim nouationis.l.qui iuraſſe.§. finali. ff. de iureiur. nam nouat per viam cumulationis primam actionem: ſed iſte effectus ſiue virtus non militat, quando non eſt iuratum, cùm illud ſit tantum priuilegium iuramenti: ideò non producitur extinctio,quæ vt dixi illa ratione conceditur: quia iuramentum nouat, & priuilegia non recipiunt extenſionem de vna re ad aliam. capitulo ſanè. de priuilegiis.tenet Bartolus in l. prima. & ſi. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Non obſt. iura allega. in gloſſ & maximè text. qui videtur vrgentius probare in l.actori.C.de rebus credi. quia reſpondeo quòd illa verba in factum actio competit &c.ſolum referuntur ad iuramentum,non autem ad re-

29 miſſionem. Nec obſtat quòd vna determinatio reſpiciens duo determinabilia debet pariformater determinare.l.nam hoc iure. ff. de vul. & pu. quia illa regula procedit quando eſt eadem ratio, & illa determinatio poteſt conuenire pariter cuilibet determinabilium: ſecus verò ſi non conueniat: quia tantum determinabit illud cui conuenit:vt eſt caſus & ibi ad hoc not.Iaſ.in ll.Lucius.ff. de vul.& pup.Et quia vt ſupra dictum eſt,nõ concurrit eadem ratio in remiſſione & iuramento quo caſu illa regula non procedit:vt dicit notanter Imo.in l.gallus.ff.de lib.& poſth.per text.in l. ij.cum gl.ff.de offi.procõ.& leg.alle.etiam Bal.in l.ſi cum dotem,in prin.ſo.mat. & ſequitur Ange. in §.hinc nobis.in fin.in auth.de hær.& fal. & eſt tex.in l.mulieri.ff.de cõdi. & dem.& ita etiam ad hanc regulam reſpondet in alio propoſito Pau.de montepico,in repe.l.Titia.§. Titia.in xviij. col.ff. de leg. ij. & ibi alios alleg. patet igitur quòd illa verba actio competit,poſita in dicta l.actori.tantum procedunt quando eſt iuratum: alia iura alleg in gloſſ.non loquuntur de actione. Vel ſecundò ille text. in verbo remiſſum, poteſt aliter interpretari, vt dicamus quod in illa parte text.loquatur de iuramento delato à iudice, & in princip. de iuramento delato à parte: & ſic erit iſte ſenſus,vel ei remiſſum ſit, id eſt à iudice commiſſum.nam illud verbum remiſſum, ita capitur in l.ſi lis.C.ad l.cor.de fal.& ſic ille tex. nihil faciet pro opin.gloſſ.cum non capiatur pro remiſſione. Vel ſi capiatur,poteſt euitari, vt ſuprà,de quo aliquid etiam dicam infrà poſt gl.ſeq. Gl. deberi, ponit duo principaliter,& ita in duas partes principales poteſt diuidi. Colliguntur ergo duæ con-

30 cluſiones ſiue notabilia. † Primum eſt quòd iuratur ex actione perſonali,& quidem formiter,hoc eſt nomine contractus expreſſo, ex quo dico te fore mihi obligatum: tunc & iſto caſu competit actio vtilis ex ipſo contractu expreſſo. l. ſi duo patroni. §. ſi quis ff. de iureiur. & hoc propter iuramentum:intellige tamen hoc quod dixi actio

vtilis ex ipſo contractu: nam procedit vbi putabam contractum, puta emptionis, vel locationis interueniſſe: qui quidem verè & realiter non interuenit: quo caſu ſi iuratum ſit per ipſum actorem reo deferente illud iuramentum facit duo. Primum, quòd fingit cõtractum quem nominaui interueniſſe. Secundò quod ex eo dat tibi actori qui iuraſti vtilem tantum ex illo contractu actionem acſi interueniſſet. & hoc eſt quod vult dicere gl.ibi, acſi. verè contractus præceſsiſſet &c. & ita tenet Bal.in l.actori.C.de rebus credi.in prin. cum iuramentum habeat iſtam virtutẽ, quod habetur pro veritate & maiorẽ obtineat vim quàm res iudicata.l.ij. ff.de iureiu. Et ideò quemadmodum poſt rem iudicatam quis audiri non debet. c.quò ad tranſlationẽ. extra de re iudi.ita & poſt delatum & præſtitum iuramentũ reus audiri non debet: & hoc eſt quod dicit hîc.text. non quæritur an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit.& iſto caſu huiuſmodi actio vtilis dicitur natiua: vt hîc dicit glo.& tenet Bar. in l.nam & poſtea. §. fi. ff. de iureiuran. Hoc tamen intellige vltra doc. hîc procedere in actione quæ datur ipſi iuranti contra eum aduerſus quem iurauit: ſecus autem eſt in actione quæ competit ex iuramento contra iurantem, puta eo caſu quo iuramentum faceret pro aduerſario: vt dixi ſuprà in gloſſ.j. quia tunc illa dicitur datiua, vt eſt text. in l. ſi duo. §. Marcellus. in verſic. actionem dandam.quem ad hoc ibi ponderat Bal.Ang.& Iaſon. ff.de iureiur. Si verò ego actor exprimo nomen contractus qui in veritate interuenit,& tunc non procedit iſta glo.quod detur vtilis, quæ tunc datur quando verè contractum probare non poſſum: ſed dabitur directa ex illo contractu. & iſta procedunt, quãdo formiter iuramentum præſtitum eſt videlicet præcedẽte aliquo nomine cõtractus, ex quo formaui petitionem meam. Si verò informiter & ſic nullo contractus nomine expreſſo, à te. x. quæ mihi debes, petij: hoc eſt ſimpliciter non ſpecificando ex cauſa mutui vel depoſiti vel alterius contractus: & reus non vlterius conſiderans detulit mihi petitori iuramentum,& iuraui:& tunc competit mihi actio in factum ex iſto iuramento informiter præſtito, non actio vtilis ex contractu. ratio eſt, quare vtilis non competit quia ex quo in petitione mea non fuit expreſsio ex quo contractu dicebam mihi deberi illa decem: tunc iuramentum non adinuenit extremum habile in petitione expreſſum, poſſet fingi præceſsiſſe titulus etiam ſi non interuenit,& ex qua fictione contractus daret vtilem: & ideò remanet tantum iſto caſu auxilium ſolus actionis in factum: quæ actio competit vbi non eſt proditum aliud nomen actionis ex aliquo contractu vero vel ficto.l.j.ff.de præſcriptis verbis.Nam dixi, ſi interueniret in petitione expreſsio ficti contractus, daretur tantum vtilis propter iuramentum, non iſta in factum, & actio directa vbi verè contractus præceſsiſſet. Et iſta procedunt in actionibus perſonalibus quicquid dixerint alij antiqui in dicta l. actori. & malè. In realibus verò, & ſic ſum in ſecunda parte gloſſ. ſi informiter petatur, competit vtilis in rem propter iuramentum: quod ſecus eſt in perſonali. ratio redditur hîc per doctor. quia dominium ſemper eſt vnicum. vnde licet non exprimatur, ſufficit tamen quòd agatur reali, quæ ipſo facto præſupponit dominium. & ſic vnam tantum cauſam, quæ ſiue exprimatur ſiue non, ſemper eſt certa, & habetur pro expreſſa:arg.l.ij.ff.de li.& poſt.c.ex parte. offic. deleg. ita dicit Bald.in d.l.actori.C.de reb. cred.facit tex.in l.ſi mater.§.eandem. ff.de excep.
21 rei iudi.& quod no.Abb.in c.ij.de li.obla.† Et vt habeatur perfecta reſolutio totius iſtius gloſſ. in hac ſecunda parte & dictorum hîc per ſcribentes, diſtinguas breuiter in hac materia actionis realis, videlicet quòd aut ego qui egi contra te actione reali, egi formiter, aut informiter. Primo caſu ſi delatum eſt mihi iuramentum, & iuraui, eſt ſubdiſtinguendum, aut reus propter iuramentum meum tradidit mihi rem quam petebam, quam poſtea idem reus vel alius occupauit:& tunc iſto caſu competit mihi actio publiciana propter iuramentum contra ipſum reum qui tradidit, vel contra quoſcunque poſſeſſores. ita procedunt.l.prima, cum ſequẽ.ff.de public.hîc allegat.in gloſſ.Et ratio eſt:quia iſto caſu traditio facta ex cauſa iuramenti operatur tranſlationem quaſi dominij, ſicut quando traditio fit ex cauſa ſententiæ cui iuramentum æquipollet. dicta l.ſecunda de iureiu. quemadmodum ex traditione, quæ fit vigore ſentẽtiæ datur mihi publiciana: vt in l.iij.§.ſi.ff.de publicia.ita ex iuramento: & ita potero agere contra quoſcunque: aut verò reus contra quem formiter iuraui, non vult tradere rem, & iſto caſu agam contra ipſum actione vtili ex contractu expreſſo ſiue ex titulo, non publiciana:quia nõ interuenit traditio quæ requiritur. l.j.ff.de publicia.§. ſed iſtæ.ſuprà eodem. non directa rei vendicatione: quia non probaui me eſſe dominum: ſed vtili ex illo contractu propter iuramentum quod habetur pro veritate, & fingit me fuiſſe quaſi dominum, ex quo quaſi dominio competit iſta vtilis. & hoc quando formiter egi. Si verò informiter petij rem mihi deberi: & iſto caſu etiam ſubdiſtinguendũ eſt, aut mihi actori iuranti tradita eſt res per reum, à qua cecidi: & iſto caſu competit mihi publiciana cõtra ipſum reum tantum, quando ipſe reus occupauit rem quã mihi tradidit & non contra alium. & ita intelligo textum in lege eum qui.§.ſi petenti, allegat.hîc in gl. ſuper quo tam acriter cruciantur doctores.& ratio eſt:quia cùm traditio interuenit,& ſine cauſa cùm informiter agerem, eſt imputandum ipſi reo, quare tradidit: & ſic quare tranſtulit vſucapiendi conditionem. vnde ille error debet tantum ſibi nocere, & non aliis contra quos non habeo illam cauſam agendi: & hanc puto eſſe veram rationem & mentem dicti §. ſi petenti. Aut verò mihi informiter iuranti res tradita non fuit:& tunc datur mihi vtilis actio in rem, vel actio in factum ex iuramento ad eam rem repetendam contra eum & alios. Et ratio eſt, quia licet iſta actio, quæ oritur ex iuramento, ſit perſonalis: & actio perſonalis non debeat dari contra ſingularem ſucceſſorem: tamen ex quo iſtud iuramentum prius præſtatur ſuper iſta actione reali, actio in factum, quamuis perſonalis, aſſumit naturam realis, & dicetur in rem ſcripta: ita tenet Iaſon in lege nam & poſtea. §. ſi petitor. ff. de iureiurando, per allega. ibi per eum:iſta eſt mens gloſſæ, declarata breuibus verbis vltra alios ad quam poteſt reduci tota congeries dictorum hîc per ſcribentes. Et iuxta prædicta Iaſon hîc poſt Ioannem Fabrum,

quærit

quærit de vna notabili quæſtione quam omittere decreueram, cùm intentionis meæ ſit pro vtilitate veſtra tantum pertinentia ad tex & glo. proſequi: verùm quia quidam veſtrûm deſiderant reſolutionem huius quæſtionis quæ in contingentia caſus vobis occurrit, ideò quàm breuius potero, reſoluam.

22 † Quæſtio igitur eſt: pone quod iuramentum eſt delatum ſed pars quæ detulit, poſtea eſt contenta ſtare ſiue credere conſcientiæ, & fidei alterius partis, & ita credit. dubitatur nunquid poteſt dari actio & exceptio iſto caſu ſicut ſi iuratum eſſet. Ioan. Fab. tenet quòd non, rationibus de quibus hic per eum. Iaſon tamen tenet contrarium, potiſsimum duobus fundamentis: primò per dictum Specu. in titulo de arbitris. §. primo. ver. ſed pone. & do. Anto. de Butr. in c. cum tempore. extra de arbi cum alijs, vbi volunt quòd diſpoſitio l. ſi quis maior. C. de trauſac. quæ loquitur de iuramento, vendicat ſibi locum in fidei præſtatione: moti per illam regulam, quòd inter ſimplicem loquelam & iuramẽtum Deus non facit differentiam. c. ad aures. quod met. cauſa. cum ſimilibus: & hoc prius dixit Alexand. licet Iaſon non allegauerit, in d. l. ſi quis maior. in fi. & ibidem Alex. in l. non erit. §. dato in fi. ff. de iureiurã.

Secundò mouetur Iaſ. per gl. in ver. iurauerit. ſuprà eo. vbi datur regula per l. actori. C. de reb. cre. cum alijs: quòd ita datur actio in factum illi cui remiſſum fuit iuramentum à parte, ſicut daretur ſi iuraſſet: ita videtur dicendum in caſu noſtro, quòd remedia iuramẽti, & per conſequens actio in factum, detur illi qui ſimpliciter ſub fide ſua dixit rem eſſe ſuam. poſtea Iaſ. reſpondet motiuis adductis per Ioan. Fab. quæ inferius ſuo loco referentur. Quid igitur dicendum? domini in iſta quæſtione vos pro vera reſolutione faciatis duo capita, in quibus conſiſtit neruus quæſtionis.

23 † Primum eſt, nunquid valet promiſsio partis, ſiue conſenſus quòd ſtetur ſimplici dicto partis aduerſæ. Secundò præſuppoſito quòd ſic, nunquid competant illi tali deponenti de fide ſua remedia tex. noſtri. Circa primum licet Iaſon biẽ non ſatis aperiat quæ ſit vera & communis opinio: paucis tamen ſecundum veritatem concludẽdo dicatis quòd licet nõ parua de hoc ſit difficultas inter antiquos, vt patet ex adductis per Pet. de vbal. in tracta. de duobus fratribus in xj. parte. quæſtione xxxvj. in iij. col. qui finaliter tenet quòd valeat. Tamẽ vltra relata per ipſum & alios videtur dicendum contrarium. & facit pro parte iſta negatiua text. in c. iudicas. iij. q. ix. quem alleg. Roma. in ſingulari 507. incipi. an papa. vbi per illum text. vult quòd etiam papa non poteſt facere quòd ſtetur dicto vnius. & ita Roma. ſequitur Felin. in c. cum olim. in x. col. de re iudica. & in c. ſicut. de ſenten. excom. & idem tenet Roma. in ſingulari. 750 incip. domini huius ciuitatis. licet ibi illum text. corruptè allegauerit: ergo à fortiori pars non poterit hoc facere: probatur, quia potentior eſt lex quàm partium conuentio. Bar. in l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio. ſed per legem hoc fieri non poteſt. d. capit. iudicas. ergo à fortiori per partem. Et quia princeps eſt lex animata in terris: vt dicit text. in authentica, de conſul. circa finem, cum ſi. vt per gloſſ. in l. prohibitum. C. de iure fiſci. li. decimo. & videmus etiam quòd per ſtatutum hoc fieri non poteſt: vt tradunt in differentes omnes in capitulo ſicut. de probatio. ergo neque per cõſenſum partium poterit expediri: iuxta ea quæ habentur in l. non impoſsibile. ff. de pact. & tradit Bart. in l. alia. §. eleganter. ſol. matrimo. Iaſ. in §. quædam. nu. xxxvj. infrà eodem. & in l. finali. in princip. ff. qui ſatiſd. cogan. cum multis concordantijs: vt per Soci. qui per iſtam rationem hoc in terminis firmat in l. certi condictio. §. quoniam. in j. col. ff. ſi cert. peta. & pro hoc eſt glo. ſingularis in §. quia vero. in auth. vt ſine prohib. matres. quam ad hoc multum commendat And. ſicu. in capi. nonnulli, nume. ij. de reſcrip. Præterea pro iſta opinio. facit quia vbicunque lex loquitur negatiuè non poteſt illi conſenſu partium renunciari. glo. eſt magiſtra in rub. C. ne fideiuſſor dotium dentur. quam ad hoc Bar. allegan l. ſi quis, pro eo. nume. ix. ff. de fideiuſſo. & in l. ſi conſtante. in j. & iij. colum. & ibi Crotus in x. ff. ſolu. matrimo. cum multis concordantijs: vt per Iaſonem in l. penultima. C. de pac. in v. colum. & per Decium in c. ij. in ij. colum. extrà de teſtibus. Sed in caſu noſtro lex loquitur prohibitiue, ne minùs quam duo teſtes admittantur in omni negotio: vt patet in c. licet vniuerſis. circa finem, de teſtibus. igitur conſenſus partium nihil poterit facere, vt vni tantum ſtetur. ſuadetur hoc: quia clarum eſt quòd ad vtilitatem reipublicæ introductum eſt, vt res per plures teſtes expediatur. l. ſi. C. ſi cer. pet. facit l. ſi. C. de fideicõ. l. hac conſultiſsima. in ſi. C. de teſt. & hoc vt veritas ſit in conſpicuo & corruptio euitetur, vt ibi dicitur: ergo cùm hoc publicam vtilitatem contineat, non poterit conſenſu partium expediri: ar. l. tranſigere. C. de tranſacti. cum materia c. ſi diligenti. de foro compet. Et quia per vnum teſtẽ iudex non poteſt plene informari, cùm faciat ſemiplenam probationem: vt tradit Barto. in l. admonendi. ff. de iureiuran. cùm igitur talis informatio, quæ ex plena probatione reſultat, ſit actus pertinens ad iudicem: vt tradit Areti. in l. vnica. in prima columna. C. vt quæ deſunt aduo. non poterit conſenſu partium expediri: argumento textus in l. acta. ff. de re iu. & eorum quæ tradit Baldus in tractatu de pace conſtan. in verſiculo ſecundum mores. & pro iſta parte poſſunt adduci præter iſta infinita alia quæ colligi poſſunt ex dictis nouiſsimorum in rubrica C. de probatio. Abb. octaua columna, vſque ad xvj. licet de iſtis mentionem non fecerint: & ad omnia iura & authoritates allegatas pro contraria parte poſſet reſponderi, nam maxima pars earum non loquitur in teſte producendo in iudicio: vt patet in l. Theopompus. de dote. prælegata. & alia iura loquuntur in actu, qui tantum reſpicit vtilitatem priuatam partis. vt in l. ſi conuenerit. ff. de re iudicat. ſecundum doct. ibi poſt Alexandrum. ſed nos loquimur quando eſt etiam intereſſe iudicis. & alia procedunt quando poteſt ſuppleri defectus per aliam viam: vt patet ex dictis Bartol. in l. finali. ff. de præto. ſtipu. Sed his non obſtãt. teneatis contrariam opinionem, quæ eſt magis communis vt atteſtatur Alexand. in conſilio liij. circa idem, de quo quæritur. in principio. libro ſecundo. & ibi multa allegat. & idem tenet Alexand in conſil. lxvij. viſo themate. columna iij. eod. lib. & in conſilio cij. ſuper. prima col. no. j. & vj. ff. de iureiuran. quæ adde ad ea quæ pro iſta opinio. adducit Felin. in capitulo veniens. in penu. col. de teſti. & Bart. in l. ſi. ff de præto. ſtip. & ratio

iſtius concluſionis videtur, quia ex quo agitur de puro fauore partis, licitum eſt ſuo iuri renunciare. l.penul.C.de pac.capi.ſi diligenti,de foro com petēt. & ita latius per iſtā rationem reſpondet ad dictum Roma.ſuprà alleg.Felin. in capitulo conſtitutus.in viij.colum.verſic.ij.limita. de reſcript. &ita etiam tollitur motiuum ſuum ſuprà factum. & pro iſta ratione facit text. in capitulo tuis. de teſti. vbi partes poſſunt teſti remittere iuramentum:quia eſt introductum in fauorem eorum : & iſto caſu potentior eſt voluntas partis, quàm legis.patet etiam in c. venientes.de iureiur.vbi ſtatutum non poteſt tollere appellationem, & partes ſic.l.fi.§.ſi.C.de tempo.app.& pro iſta opi. vltra prædicta faciunt quæ no. Maria.Soci.in c. dilecti.in iij.gloſſ.& ibi Abb.in fi.de fo. compe. & iſtam opinio.tenet Felin.in c.ſuper.el. ij. circa finem.de teſti. & Lanfran. de oria. in repe. c. quoniam contra falſum.in ver.teſtium.colum. xxj4& ibi Areti.in c. propoſuiſti.de proba. cum multis concor. quæ bræuitatis cauſa omitto. Non obſt. ſuprà adducta videlicet quòd vertitur intereſſe iudicis vt probationes perfectæ admittātur: quia reſpondetur illud eſſe verum, niſi partes communi conſenſu velint probationibus plenius renunciare & ſtare ſemiplenis : quia ex quo agitur de principali eorum intereſſe, illud debet conſiderari non autem ſecundarium intereſſe, quod prætendere poteſt iudex.ar.gl. notabilis in c.quāuis.in glo.fi.de pac.lib.vj. cum infinitis concord. quæ congerit Iaſon per illam gloſ.in l.decem.nu. xl.vſque ad.xliij. ff.de verbo. oblig. & in l. ſi quis nec cauſam.in ij.colum.ſi cert. peta. & moderni. Hiſpani in repeti.l.filiusfa.§.diui.in vj.columna. ff.de leg.primo.cum ſimilib.Quia tali caſu remittente parte ſuum intereſſe iudex etiam videtur remiſiſſe.argu. eorum quæ dicit Felin. per illum textum. in capit. j. in princip. de iureiurando.vbi dicit quòd licet iuramentum principaliter obliget Deo:vt in c. debitores. de iureiuran. tamen ſi pars ad quam pertinet intereſſe, remittit illud iuramentum, non requiritur alia abſolutio ex eo, quia remittente parte Deus cenſetur remiſiſſe,per plura quæ ibi Felin.tradit,cuius opinio ab omnibus appprobatur: ita videtur hic dicendum.Item etiam poteſt dici non clarè probari iudicem prætendere in hoc aliquod intereſſe. & authoritates ſuprà allegatæ non loquuntur quando partes remitterent: neque obſtat quòd hoc non poſsit fieri per ſtatutum : quia negari poteſt & communis opinio. eſt in contrarium : vt latiſsimè probat Hippo.de marſil.in repetitio.rubricæ. C. de proba.in viij.colum. cum quatuor ſeq. & præſuppoſito aſſumpto pro vero ex alio, tale argu.non valet negatiuè : vt dicit Bartol. in l. alia. §. eleganter.ff.ſol.matri.& in authentica omnino.C. ne vxor pro marito Iaſ.in l.properandum §. ſinautem alterutra. in ij. columna. C. de iudi. & in §.quædam.nu.xxxvj.infrà eo.Alex.cōſi.lix.in j.col. iiij. vol.cum ſi.vt per mod.in l.ſi donaturus.in princ. ff.de condi.ob.cauſam.idem Iaſon in l.non impoſſibile.ff.de pac.&referunt omnes in l.non ſolum. §.morte.in gl. hæredis. ff. de operis noui nuntia. Neque obſtat quòd lex loquatur negatiuè : quia dico illi poſſe renūciari quando eſt introducta in fauorem partium:vt tenet Bald.in c. nonnulli. in prin.de reſcri.& hoc in terminis dicit Felį.& probat aliquibus ſimilibus in c.ſcripta.in ij. col. ver. contrarium tamen dixit,extrà de fide inſtr.& pro hoc facit deciſ. Tho Faſtoli.in deciſi. rotæ. cauſa iij.dubio.xij. vbi tenet quod licet cle. cauſam. de elec.ponat formam : poterit tamen illi renunciari attento quòd eſt inducta merè in fauorem partium:& ita not.tenet Domi.in c.ſtatutum.§.cum verò,in pen.col. ver. non bene. de reſcrip.lib.vj. cuius dictum ſequitur & dicit ſe non legiſſe alibi Feli.in c.cum dilecta.ver.caue etiam. de reſcri.& per hoc poteſt confundi opi.Iaſ.& ſequacium in l. non dubium. C.de legi. & in l.pacta quæ contra. C.de pac.& in l.pen.eo.ti.& in l.j.ff.de lib.& poſt & alibi ſæpe.in quibus locis cōcludit quod diſpoſitioni habenti clauſulam decreti annullatiuam etiam introductā in fauorem partium non poſsit de conſenſu partium renūciari : quia ex prædictis habes qualiter illud intelligi debet. Sed quantum ad principalem concluſionem noſtram vlterius conſidera ſi poſſent fœdere diſtinctionis iſtæ opi. concordari, vt dicamus quòd aut conſenſit extra iudicium,vt dicto alicuius ſoli ſtetur: aut in iudicio:primo caſu procedat contraria opi. & glo. in d.§.quia verò.in authen.vt ſine prohibi. mat. Secundo caſu procedant quæ dicta ſunt propter calorem iudicij, qui eſt tātæ potentiæ, quòd ſupplet defectum numeri teſtium : vt eſt caſus ſingularis quem ibi Alex. & alij multum notant in l. ſancimus.C.de teſtamen.facit. l.cum oſtendimus.ff.de fideiuſſo.tu.iunctis his quæ adducit Felin. in cap. quoniam cōtra.in vl.colum.de probatio. & prius Barba.in rubr.de fideiuſſo.col.penul.quorum dicta tacito authore reaſſumit Iaſon in l. pacta nouiſsima.C.de pactis.in quibus locis reperies quantum poſsit calor iudicij : quæ omnia tene menti. & adde ad propoſitum noſtrum text. in capit. de teſtibus.& in cap.cùm veniſſent.de teſti.quæ iura in propoſito noſtro commendat Iaſ.cum aliis allegatis per eum in authen.iubemus.in ij.col.C.de iudi.Et prædicta concluſio eſt adeò vera,quòd ille cuius fidei ſtare promittitur,poterit deponere abſente parte.ita notabiliter limitat Alexander. in conſilio centeſimo trigeſimo. incipiente difficultas.in primo volumine,reiectis opinion. aliquorum qui tenebant contrarium. Secundò limitatur prædicta concluſio quòd procedat illa conuentio, quòd ſtetur dicto vnius, dum tamen certi: ſecus verò ſi eſſet incertus,nam tunc talis conuentio non valeret, ne præſtetur occaſio delinquendi : ita dicit Angelus in lege. pactum inter hæredem.ff.de pactis. referunt & ſequuntur Moderniores poſt Alexandrum.in l. prima.§. finali. ff. de verborum obligationibus. vbi aliter limitant.& ibi eſt tex. pro iſta concluſione quem tex. ad hoc dicit ſingularem Bald. in l. directas. C. de teſtamenta. manumiſ. & eſſe incognitum illis, qui habent puluerem ſuper libros. & idem dicit Felin.in dicto capit.veniens.& modern. peruſi.in
24 dicta l. prima.§. finali. † Et iſtud quod dictum eſt valere tamen conuentionem, vt dicto vnius ſtetur, ampliatur etiam procedere reſpectu priuatæ ſcripturæ:nam valet etiam conuentio,quòd illi ſtetur:ita Bal. in lege de quibus. in tertia columna.verſi.item per pactum.ff.de legibus.ſequitur Alexand.in dicta.l.j.§. fina. in principio.ff. de verbo. obliga.& tenet ſimpliciter Felin.in c.cum cauſam.in iij.col.num.viij.ver.in eadem gloſſ.ibi columna. Sed tamen aduertendum eſt quòd iſtud dictum Bald.& Alexan.non videtur verum: quia

quia doctri.eſt Inno. communiter approbata in
contrarium in ca.cùm P. tabellio. de fide inſtru.
quem ibi ſequuntur doct.vbi vult quòd pars non
poteſt ſe obligare, vt priuatæ ſcripturæ credatur:
neque etiam valet ſtatutum rationibus de quibus
ibi per eum. & Inno.ſequuntur etiam communi-
ter docto.in capitulo ij. de fide inſtrum. & ſequi-
tur Bald.in l.imperator: in ij.lec.columna penul-
tima in fi.verſic.ſed an valet pactum.ff.de ſta.ho-
mi.Pau.de Caſt.& Ang.in l.pactū inter hæredem.
ff.de pac.Roma.in repet.rub. de arbi. col. vigeſi-
ma.idem in l.admonendi. ff. de iureiuran.& in l.
nuda.in quarta colum.ff.de dona. & conſi. cciiij.
pro diſcutienda veritate.cum conſi.ſeq.cum ſi.vt
per Iaſ.in l.iuſiurandum.in j.colum. num.ij. ff.de
iureiurando. Vnde pro defenſione Bal.& Alex.
poſſet dici quòd dictum eorum procedat in ſcri-
ptura priuata iam facta : quia iſto caſu ceſſat oc-
caſio delinquendi , quam conſiderant ſupradicti
docto.dictum verò Inno. & ſequacium procedat
in ſcriptura facienda : quod tenet d. Alexand. in
conſi.cxiij.viſo & diligenter.in iiij.vol. poſt Ang.
in d.l.pactum inter hæredem. Et quamuis iſta di-
ſtinctio etiam morderi poſſit: tamen propter au-
thoritatem Alex.non videtur ab ea recedendum.
Poſtremò vltra alios eſt alius caſus in quo ſta-
tur dicto vnius vltra. xxxj. poſitos per Specu. in
titu.de teſte.§.reſtat.verſi hoc tamen fallit. & per
Felin.in dicto c.veniẽs.vbi quis deponit de facto
proprio ad vtilitatem alterius. ita notabiliter di-
cit Pau.de Caſt. in l. quicunque. in fin. per illum
text.C.de ſer.fugi.& idem tenet Salyce.in l.ſi quis
decurio.in iiij.oppo. C.de fal. & Pau. de Caſtr.in
conſi.ccclxx.viſis actis.in fine, ſecũdum veterem
impreſſionem,vbi reſpondent ad l. vbi numerus.
ff.de teſti.cum concor.vt per Iaſonem & Alex.in
l.j.§.ſi abſens.circa fi.ff.ſi ex noxa.cau.aga.vbi tri-
bus fundamentis poſtea reprobãt iſtam opi.Pau.
de Caſt.quã,ne ſim longior quàm par ſit,per vos
videatis. Ex his igitur omnibus habetis primam
quæſtionem firmatam videlicet quòd conuentio
quòd aliquis ſtet ſimplici dicto alterius : qua opi.
a 5 retenta pro vera, † Reſultat ſecundum dubium
nunquid ille cui remiſſum eſt negotium in con-
ſcientia vel fide ſua,ſi aſſerit rem eſſe ſuam,com-
petit remediũ text. noſtri. & Iaſ.hîc vt vidiſtis,te-
nuit quòd ſic,contra Ioan. Fabr. fundamentis de
quibus ſuprà. Mihi tamen videtur breuiter quòd
opinio Ioan.Fabri ſit verior & minus periculoſa,
illa potiſſimum ratione : quia iura maximam fa-
ciunt differentiam inter ſimplicem aſſertionem
& iuramentum.patet in capitulo cùm contingat.
de iureiu.cuius diſpoſitio in ſimplici promiſſione
non haberet locum.& idem in capitulo quamuis.
de pactis.libro ſexto.& in authen.ſacramenta pu-
berum C.ſi aduerſus vendi.vt ibi dicunt doct. &
tradit Bart.in l.ſi quis pro eo. in ſecunda colum.
ff.de fideiuſſo. Et hoc in ratione conſiſtit:quia iu-
ramentum habet vim clauſulæ vt res valeat eo
modo quo melius poſſit: vt infrà dicetur:& tenet
Iaſ.in l.ſi cauſa.C.de.tranſac.Sed iſte effectus non
reperitur in ſimplici promiſſione: igitur quod de
iuramento dicitur , non debet extendi ad ſimpli-
cem fidei præſtationem:quod tenet Ioan.de Imo.
in capitulo cùm tempore.de arbi.facit etiam pro
hoc quod in alio propoſito dicit hic Ioan. Fab.
dum vult quòd licet ex iuramento oriatur actio
& exceptio.l.actori.C.de rebus credi.ſecus tamen

ex fidei præſtatione:quia leges ſecundũ eum mul-
tum ponderant iuramentum. Accedat aliud,quia
materia iuramenti eſt ſtricti iuris. cap. penul. de
iureiur.ergo non recipit extenſionem.l.quicquid.
ff.de verbo.obliga. & pro iſta parte bene faciunt
quæ tradit Decius in conſilio liiij. in caſu domi-
ni. in princ.nu.j.& quæ dicit Bal. in l. milites.C.
de teſta. mili. vbi dicit quòd in teſte requiritur
quòd ſit iuratus.& non ſufficit ſola fidei aſſertio:
aliâs nõ dicitur deponere.Et ideò dicit idem Bal.
in l.presbyteri.C.de epiſ.& cle.quòd habens pro-
cedere ſine ſolennitate non poterit teſtes recipe-
re ſine iuramento:ex quo datur manifeſtè intelli-
gi quòd multũ differt à ſimplici aſſertione : quod
clarius firmat Barto. in extrauagan.ad reprimen-
dum.in verbo.ſine figura,quem ſequitur Ioan. de
Imo.in l.filiusfami.ff.de dona.& facit tex.in cap.
nuper.de teſtibus.Et ideò cùm text.noſter loqua-
tur in iuramento non debet extẽdi ad ſimplicem
aſſertionem,cùm iura non ſint ſuper hoc expreſſa:
argumen.l.obligationum.§.placet. ff. de actioni.
& obligationi. faciunt ad hoc quæ dicit Alexan.
in l.ſi.iendum.nu.xxix.ff.de verb.obliga. dum lo-
quitur de muliere renunciante Velleiano cum
iuramento. Confirmatur vlterius iſta opi.Ioan.
Fabri,quia certum eſt quòd illud quòd ſtetur ſim-
plici aſſertioni vnius videtur eſſe ſpeciale & exor-
bitans à regulis iuris communis.ca. cum à nobis.
de teſtibus.ca.veniens.eodem titulo.l. vbi nume-
rus.ff.eodem.& tradunt doc.in l.j.§.fin.per illum
tex.ff.de verb.oblig.igitur non debet induci aliud
ſpeciale,vt aſſerenti detur actio ſicut ſi iuraſſet ne
duo ſpecialia circa idem concurrant:vul.l.j.C.de
dotis promiſſio.& ne fiat extenſio in limitatoriis
& exorbitantibus iuxta notata in authen. quas
a 6 actiones.C.de epiſc. & cleri. cum ſi. † Hinc eſt
quòd licet pars fuerit contenta ſtare ſimplici aſ-
ſertioni petitoris , poteſt iudex inuita parte iura-
mentum extorquere ex officio ſuo.ita notabiliter
dicit Bal.in l.j.in ij. col. quem ibi ſequitur Alex.
colum.ij.num.xix. ff.de feriis. Et hoc non ex alio
prouenit , niſi quia iura non acquieſcunt , quam-
uis expreſſè non reſiſtant huiuſmodi aſſertioni
ſimplici delatę per partem:cum per hoc detur fa-
cilis occaſio delinquendi:quam occaſionem iura
multum conſiderant etiam in caſibus non conſi-
derandis:vt in cap j.de cohabi. clerico. & mulie.
& in capitulo legitur.lxxxj.diſtinc. cum concor-
dan.traditis in cap.penul. de conſue. & in l.con-
uenire. de pact. dot. ſic eſt in propoſito noſtro:
quia cùm petitor conſideret poſſe faciliter aſſequi
illam rem quam petit , ne videatur improbus &
contrarius petitioni ſuæ, de facili aſſeuerabit eſſe
ſuam.nam vnde veniat, quærit nemo,ſed oportet
habere:vt inquit Satyricus:vt in l. nõ erit.§.dato.
ff.de iureiur.& ſic præſtatur materia delinquendi
& vſurpandi:vt dicit text. in l.j.in principio,ibi,
materia daretur cum furibus coeundi. ff. nautæ
caup.ſtabu.& vulg.l.conuenire. ff.de pactis dota-
libus. & tradit in propoſito iuramenti Georgius
Natam in repetitione clemen. ſæpe. §. non ſic ta-
men : in xvij.columna.de verborum ſignifica. &
ideò dicit Bar.in l.cum lex.ff de legibus. quod vt
tollatur occaſio delinquendi ſtatutum non trahi-
tur ad caſus futuros , cum ſimilibus : vt tradunt
Moder. in capitulo ex parte. de conſue. quæ om-
nia in caſu noſtro militare videntur. Non ob-
ſtant adducta per Iaſ. primum de l.ſi quis maior.
C.de tranſac

C.de tranſactionibus.vbi ille tex. qui loquitur de
iuramento,trahitur,ad fidei præſtationē: quia di-
co in primis quòd hoc negari poteſt:& contrariū
tenet Corneus vir maximæ authoritatis, in conſi.
ccxlvj.incip.videtur in hac conſultatione. in ter-
tio volumine.vbi vult quòd qui nō iurauit, non
incidit in pœnas d.l.ſi quis maior. Et vltra ipſum
facit manifeſta ratio:quia omnes pœnę d.l.ſi quis
maior. propter periurium ſunt inductæ: vt ibi
probatur,& omnes ſequuntur. Et in iſta ratione
illum tex.conſiderat etiam Feli. in cap. intellexi-
mus.in iiij.col.de iudi.Spec.in titu. de actore.§.j.
verſiculo item quòd eſt reus. & Roma. notabili
ccccxciij.incipien.tu ſai.Card.conſi.cevij.in cau-
ſa,quæſtione. & idem tenet Feli. in cap. primo,in
antepen.col.de iureiuran. & Corneus conſi.vj.in
hac.col.penul.lib. j. vbi omnes volunt quòd pœ-
nę illius tex.ſint inductę propter nō obſeruātiam
iuramenti. ergo non habebunt locum in illo qui
tantum mala fide promiſit : quia non iurauit , &
per conſequens non dicitur periurus:vt tenent in
terminis domini de rota in deciſione.cxxxviij. in
cip.nota quòd poſito.in titulo de iureiur.in anti-
quis. & hoc latiùs firmat Bernar.de bilig.in deci-
ſio. rotæ antiquioribus , in titulo de pact. deci.j.
Et hoc videtur ſentire Alexand. in conſilio cvj.
magnifice prætor.in iij. columna, in iiij. volumi.
& quòd d.l.ſi quis maior.non vēdicet ſibi locum
quando non interuenit iuramentum ſed fidei præ
ſtatio, latè tenent nouiſ rep.videlicet quidā Tho-
mas parpalia in dicta.l.ſi quis maio.in x.notabili.
maximè , quia cum lex illa ſit pœnalis , debet re-
ſtringi.c.odia.de regu.iur. l.cùm quidam. de libe-
ris & poſthumis.Et inter alia mouetur:quia ſi di-
cta lex ſi quis maior. in fidei præſtatione proce-
deret , ſequeretur quòd haberet locum in omni
contractu non iurato:quod,tamen negāt doctor.
vbi cùm in quolibet contractu ſemper præſtetur
fides.Nec obſtat ſecundum ipſum fundamentum
Alexan.ibi quòd inter ſimplicem loquelam & iu-
ramentum Deus non facit differentiam:quia ipſe
reſpondet quod imò eſt maxima differentia : vt
idem Alexan.dixit in conſi.lix.viſo inſtrumento.
in primo volu.colum.ij & vltra ipſum adde Abb.
& Feli.in proœ.Grego.in xiiij colum.& manife-
ſta differentia patet ex ſupradictis , & ex his quæ
dicit Alexan.in rubrica.ff.de verb obli.in penul.
colum.in fi.dum dicit quòd nuda promiſsio non
obligat ex eo,quia præſumitur indeliberata:ſecus
ſi fuerit iurata:quia actus iuratus habet in ſe natu
ralem deliberationem.Secundò tu potes ad iſtud
vltra ipſum & alios reſpondere quòd Deus non
facit inter iſta differētiam quò ad promiſsionem:
quia ita accipit Deus promiſsionem alicuius ſicut
iuramentum : & ita debet quis adimplere quod
præſtita fide promiſit ſicut quæ iurauit : & iſta in
obſeruantia procedunt à pari:ſed reſpectu nō ob-
ſeruantiæ de qua loquitur d. l.ſi quis maior. bene
eſt differentia.patet,quia aliter punitur periurus,
& aliter fidei fractor. declarat Archi. in ca. iura-
menti.xxij.quæſt.v.& Domi. in c.fi. colum. fi. de
iureiur. lib. vj.cum ſimilibus : vt per Feli.in cap.
querelam.col.ij.nu.vij. de iureiur. Imò plus vult
Car. In c.præterea. de ſpon.quē ſequitur ibi Præ-
poſitus in ſecundo notabili , & dicit eſſe commu-
nem opin quòd licet quò ad effectum iuramenti
ſufficit quòd quis iuret quibuſcunque verbis non
expreſſo verbo iuro :tamen vbi agitur de pœna
periurij vel alia incurrēda nunquam dicitur quis
iuraſſe,niſi expreſſerit iſtud verbū iuro,quia pœ-
næ ſunt molliendæ & reſtringendæ. l. interpreta-
tione.ff. de pœnis. ſed in d. l.ſi quis maior. agitur
de pœna:igitur &c.Secundò dicunt præfati repe.
nam d.l.ſi quis maior. quòd ſi eo modo intelliga-
tur vt Alex.dicit , ſequeretur quòd ſi aliquis eme-
ret certam rem,ſi nollet ſoluere,quòd competeret
remedium d.l.ſi quis maior.edita cōtra periuros:
quod eſt abſurdum:& ita reſident præfati repe.re-
linquentes cogitandū.Adde vltra ipſos Aret.in d.
l.ſi quis maior. in vj. notabili. vbi videtur etiam
tenere quòd illa.l.nō habeat locū in ſimplici fidei
præſtatione. Ego verò præſuppoſita opi. Alex.
Iaſ & ſequacium pro vera,quòd d.l.ſi quis maior.
loquitur in fidei præſtatione , vltra ea quæ. §.dixi
circa l.ſi quis maior.aliter & plenius reſpondere,
vt dicamus quòd ideò d.l.ſi quis maior. habet lo-
cum in fidei præſtatione:quia lex.ibi hoc extēden
do diſpoſuit in illis verbis , ſed libero arbitrio &
voluntate. & ibi, vel non implēdo promiſſa.aliâs
niſi ita dicamus : quia etiam aliter dici nō poteſt,
do.Alex.& ſequaces malè loquerentur dum illam
legem pœnalē præter eius mentem & verba vel-
lent extendere ad fidei præſtationem contra re-
gulam.d.c.odia.& ea quę ſuprà dicta ſunt.Si verò
d.l.ſi quis maior.ex verbis & mente hoc comple-
ctitur,habeo intentū:quia ideò.lex extenditur ad
illum caſum, quia ſuper eo vlterius proceſsit di-
ſponendo:vt in ſimili reſpondet Bar.ad l. j.§.non
autem.ff.ſi menſ.fal.mo.dix. in repe. l.quod Ner-
ua.in vj.col.ff.depoſi.& in l. hoc edicto. §. j.ff.de
publica. & iſto modo reſpondendi vtitur idem
Bar.in l.Titia.§.imperator. in fi.de leg.ij. Areti.in
l.j.in v.col.ff.de teſta.& in l.qui pignoris.col.fin.
de acquir.poſſ.& Bal.in l.fi.§.emptor.in princ.C.
com.de lega. & Decius in c. quoniam contra. in
vltimo notabili.de proba.& alibi ſæpe. & ſic d.l.
ſi quis maior.tollitur.&non facit ad propoſitum.
& eodem modo ſubuertitur ſecūdum fundamen-
tum Iaſ. quia ideò illi cui remiſſum eſt iuramen-
tum, datur actio in factum : quia lex expreſſè di-
ſpoſuit ſuper hoc:vt patet in d.l.actori. C.de reb.
credi. cum aliis allegatis ſuprà in gloſ. iurauerit.
quæ diſpoſitio nō reperitur in caſu noſtro:& ideò
tanquam caſus omiſſus ſub diſpoſitione text. no-
ſtri non comprehendetur:ar. l.commodiſsimè.ff.
de lib. & poſth.cap. ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj.
Vel reſponde ad d. l.actori. vt dixi ſuprà in gl.
iurauerit.ſubuenitur igitur iſti cuius conſcientiæ
vel fidei pars ſtetit, non per actionem de qua hic,
ſed officio iudicis : quod quidem officium iudicis
datur vbi actio non competit.l. quòd ſi minor.§.
fi.ff.de mino.facit pro hoc text. in c.j.& ij.ſecun-
27 cundum vnum intellectum.extrà de pactis. cum
ſi.& per iſta ſit finita hæc quæſt.not. † Glo.quæ-
ritur. Ex prima parte iſtius gloſ. vſque ad ver. &
not. collige vnum quòd periurium in terminis
text.noſtri ſola diuina vltione punitur : & hoc eſt
quod dicit hic text. quòd poſtquam aliquis iura-
uerit,non illud quæritur an pecunia ei debeatur,
ſed an iurauerit. Hinc ſumpta occaſione Iaſ. hic
ſatis impertinēter aggreditur pœnas blaſpheman-
tium in quibus longiùs quàm par ſit diuagatur,
circa quas vltra ipſum vide per Bonifacium de
vitalinis in trac.maleficiorum,in rubrica,de pœ-
na blaſphemātium Deum & ſanctos.& circa hoc
pulchram quæſt.ponit Hippolyt.de marſi. in l.ſi.
in v.col.

in v.col.verſi.facit etiam in ſimili.ff.de ſicariis.& Soci in conſi.cij.incip.in præſenti conſultatione. circa princi.li.Feli.li.in cap.auditis. in xviij. col. de præſcriptio.cum aliis concor.non parum multis quæ omitto: vt per Modern. in repe. cle. j. de offi.ordi.folio cxiiij.verſiculo xiiij.fallit.in parua impreſsione. & vnum caſum notandum ponit Bar.in conſilio incipiente in quæſtione vertente. quem refero in voce. & alium in l. j. ff. de publi. iudi. cum aliis quæ congerit Petr. raue. in alpha. iu.in verbo, blaſphemia. Ego autem propiùs ad glo.accedendo quæ loquitur de periuro non blaſphemante: dico tibi quòd iſta gloſ. non procedit in foro fori, in quo pœna periurij eſt multiplex: vt latè exorditur Andræ. Sicul. in rubrica de iureiuran.in clemen.& Aret. hic ſed vt habeatur certa & clara doctrina, vos breuiter vltra alios in iſta materia diſtinguatis præſuppoſito vno prius, quòd omne periurium ſiue finitur in cauſa criminali ſiue ciuili, habet deum vltorem: vt hic dicit glo.per l.ij.C.de re. cre. tamen per hoc non excluditur pœna hominis:& ideò ſuccinctè dicatis ſic, quòd aut ille qui periurat,eſt clericus, aut laicus:ſi clericus, aut in foro ciuili aut canonico: ſi in foro canonico.& ſubdiſtingue,aut in foro fori aut in foro poli Dei vel eccleſiæ:ſi in foro poli Dei,procedit iſta gloſ.ſi in foro poli contentioſo qui vocatur pœnitentiæ, accipe hanc generalem concluſionem quòd in foro poli & ſic conſcientiæ,pœna periurij ſiue in clerico ſiue in laico eſt illa pœna quæ pro quolibet alio peccato mortali imponitur,videlicet ſeptem annorum: vt in c.hoc ipſum. xxxij. quæſt. ij.ita dicit gloſ. ſummæ. xxij. quæſt.ſ.circa fi.alle.de hoc text.in cap.fin.ea.cau. & quæſt.ſed cum hodie omnes pœnitētiæ ſint arbitrariæ.cap.quem pœnitet.& cap.menſuram. de pœni.di.j.quia iam hodie merita & corpora deferunt: vt dicit text.in cap.fraternitatis. xxxiiij.di. poteſt talis pœnitentia moderari & remitti ad li-
28 bitum ſacerdotis.ſi † verò ſumus in foro fori iuris canonici: & tunc ſiue ſint etiam laici ſiue clerici,remouentur à teſtimonio. cap. paruuli. xxij. quæſtione.v.item ſunt infames infamia canonica quæ repellit à dignitatibus: vt in cap.infames. vj. quæſt.j.& infamia ciuili: vt eſt gloſ. in l.Lucius.ff. de his qui no.infa. & habetur in cap.cum non ab homine.& in cap. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudi.& in hoc non eſt differentia inter laicum & clericum: differunt tamen, quia ex reiteratione aggrauatur longè magis pœna in clerico quàm in laico: vt in dictis iuribus. & quanto maior fuerit perſona clerici,tanto magis hoc caſu punietur vt in c.cùm quidam de iureiuran.& ideò in papa propter homicidium inducitur irregularitas ipſo iure: vt dicit Feli.in cap.ſi quando. in prima col. de reſcrip. ſecus in aliis qui puniuntur ad inſtar periurij item clericus pro periurio poteſt priuari dignitate obtenta, ſecundum magis communem opin.non autem eſt priuatus ipſo iure: vt in cap. querelam. vbi latè mod.de iureiuran.& in cap.ex parte.el.j.vbi nouiſsimi pro vtraque parte multa dicunt extrà. de reſcri. cum concor. vt per Tho. Ferratium cautel.xliiij.Decius in ca. dilecti.in ij. col.de exce.hoc tamen intelligatur,niſi fuerit implicitus inter duo periuria:nam tunc ipſo iure eſt priuatus.tex.eſt in c.tua nos.el.j. de iureiur.quem ad hoc citat ſingularem Roma. notabili. ccccccx. incipien. periurus. & quod dictum eſt periurium non inducere priuationem ab obtentis ipſo iure dico hoc etiam procedere in obtinēdis:quoniam periurium non impedit quò minus quis petere poſsit beneficium:quia talis exceptio opponi nō poterit: vt dicit Abb.in d. cap.tua nos. & Domi. in cap.quo iure.viij.diſt.quod eſt verum,niſi fuerit notorius periurus: quia tunc collatio facta tali periuro non eſſet ipſo iure nulla: vt no.Abb.in c.inter dilectos.de exceſſ.præla.& in c.fi. de præſump.& in cap.graue.de præben.cum ſimi.vt per moder.in cap.j.poſt Abb. de iudic. & in cap.ij.de reſcrip.& in hoc non eſt differentia inter homicidam & periurum: vt per plura cōcludunt moder. in d.cap.ij.dic tamē hoc procedere quo ad legem promotionis:in foro tamen conſcientiæ plus peccat homicida, quàm periurus: vt no.gloſ.in cap. prædicandum. xxij. quæſt. j. & iſta procedunt in periurante vel occidēte per ſeipſum: ſecus tamen eſt in eo qui alium ad periurium inducit:quia talis plus peccat, quàm ſi alium occideret, per rationem quam aſsignat text. notabilis in cap. ille qui hominem. xxij. quæſt. v.quem ad hoc commendat Abb. in capitulo clericos.de coha.cle.& mulie.& Feli.in cap.nouit.in xij.colum.de iudic.
29 & in cap.apoſtolicæ.in ij.colum.de excep. † Et omnia iſta de plano procedunt de iure canonico: de iure verò ciuili reſpectu clerici,nulla eſt pœna cùm lex ciuilis in clericos nullam habeat poteſtatem.cap.eccleſia.de conſti. ſed reſpectu laicorum variatur pœna:quia aut ſumus in ciuilibus aut in criminalibus.primo caſu aut periuriū eſt in damnum alterius,aut non.primo caſu tenentur pœna falſi & crimine ſtellionatus.l.j. in princ. ff.de fal. & hoc procedit in iuramento iudiciali vel voluntario extra iudicium: in iuramento verò confirmatorio actus aliter punitur:quia priuatur actione,& fit infamis: vt in l.ſi quis maior. C.de trāſac. vbi ad hoc eſt caſus ſingularis ſecūdum Mathesil. notabili.l.incipien.non magnum. quem ſequitur Thomas Ferratius cautela. xx. incipiente,notum eſt, circa fi.cùm ſi.vt per nouiſsimos in l. ſi inſulam.ſuper.v.quæſt.Barto.ff. de verborum obligationibus.& ibi hoc tenent moder. ſi verò nulli fit præiudicium,& tunc procedit dicta l.ij.C.de reb. cre.quòd ſolum Deum habet vltorem: quam ita intelligit & declarat gloſ.in capitulo quicunque. in ver.recipiatur.vj.quæſtio.j.& ibi text.imponit tali periuro taxatam pœnam in foro conſcientię: aut verò ſumus in criminalibus, & tunc ſubdiſtingue, aut dolo malo depoſuit, vt quis morte puniretur vel alia pœna corporali:aut errore ductus depoſuit: aut ſumus in dubio: primo caſu talis teſtis tenetur pœna legis corneliæ de ſicariis, vel ſimili alia, qua puniretur ille contra quem teſtimonium perhibet, ſiue ſecutum fuerit homicidium ſeu pœna alia, ſiue non.text.eſt ſingularis quem ita intelligo in l.j.§.j.ff. de ſica. quem vltra doctores hic allegat Iaſ.in l.& ſi legibus.C.ſi contra ius vel vtilit.public. & in l.ſi duo.§. ſi quis,iurauerit.in fin.ff.de iureiurando.& prius Andr. Siculus in rubrica de fideiuſſor. in penultima columna.in rubrica de iureiurando in cle. columna quinta.& Corſetus ſingularibus ſuis in verbo, teſtis el. j. Angelus Aretinus in tractatu malefic. in verſiculo, de conſenſu & deliberatione omnium. cum ſimilibus. & ratio prædictorum eſt: quia ex quo de dolo deponentis conſtat,non conſideratur an ex illo teſtimonio ſecuta fuerit mors necne:

necne:quia vbi factum ſonat in delictum,non ſit
talis diſtinctio:vt tradit Bart. in l.non ſolum.§.ſi
mandato.in penul.colum. ff de iniuriis. quem ſe-
quitur Iaſ.in §.omnes autem.nu.iij. infrà eodem.
licet in alio propoſito. facit bene gloſ. §. ope. in
verbo tenetur. ſuprà de oblig. quæ ex delic. naſ.
tradit idem Iaſ.in l.j.C.de ſer.fug.cum concor.vt
per eundem in §.ſequens nu.xxxiij.infrà eodem.
quia iſto caſu ſatis eſt quòd affectauit, & ille affe-
ctus in l.cornelia eodem modo punitur, ſicut ef-
fectus.l.diuus ff.ad l.cor. de ſic.l. ſi is qui cũ telo.
C.eo.Et hoc de plano procedit conſiderato rigo-
re iuris antiqui.hodie autem ſolus affectus & co-
natus non puniretur capite, cùm per vnam ſaltẽ
conſuetudinẽ derogatum ſit legibus punientibus
ſolum affectum ſiue conatum: vt notanter dicit
Spec.in tit.de accuſa.§.j.& no. Ang.in l.j.ff quod
quiſ.iur.per illum tex.& reaſſumit Feli. in cap. ſi-
gnificaſti.el.ij.in ij.colum.de homi.ſequitur Bar.
Vero.in rep.authen.ſed nouo iure.in iij.col.C.de
ſer.fugi.Alex.in l.qui ea mente.in apoſtil.ad Bar.
ff.de fur.& in Italia per ſtatuta etiam illis legibus
de conatu loquẽtibus derogatum eſt:vt dicit Bar.
in d. l. diuus.de ſica. cum ſi. vt per Iaſo. in l. j. §.
hæc verba. in j. & ij. colum. ff. quod quiſque iur.
imo ceſſantibus prædicta conſuetudine & ſtatu-
to,adhuc dici poteſt mitiùs puniẽdum illum qui
actum non conſummauit. ar.tex. in cap.ſicut di-
gnum.& quæ ibi dicit Feli.in iij.colum.de homi.
cum multis aliis concor.quę in propoſito conge-
rit Feli.in tract.quando conatus puniatur.in pri-
ma charta. aut verò errore depoſuit contra ali-
quem credens illum occidiſſe: & tunc ſubdiſtin-
gue,aut in foro ciuili aut in foro canonico.primo
caſu non punitur de iure.l.cor.d j. ff. ad turpil.ſe-
cundo caſu bene punitur de iure canonico: quia
talis prohibetur promoueri ad ſacerdotium: ita
concludit.d.Abb.in cap.penul.ne cle.vel mo.vbi
eſt tex.de hoc.facit text.in cap.decetero.de homi.
iſtud tamen procedit quando ex illo errore mors
ſequuta fuiſſet prout iura prædicta loquuntur: a-
liâs tamen credo tales minimè prohibendos.cùm
iuſtus error excuſationem habeat. l. itẽ apud La-
beonem.§. ſi quis virgioes.ff.de iniuriis. & cap.ſi
iudex.circa ſi.de ſen.excom.lib.vj.faciunt quæ no
tantur per doc.in cap.ad probandum. de re iudi.
& in l.j.C.de teſta.& in l.Barbarius.de offi.prętor.
Aut verò ſumus in dubio an teſtis deponat cõ-
tra aliquẽ,vt occidatur dolo vel errore,& tunc in
dubio præſumendum eſt quòd potius dolo.ar.l j.
C.de ſica.& cap j.de præſump.Hoc tamen intelli-
gendum eſt ſecundum quod declarat Alexand.in
l.non ſolum.§.ſciendum vbi Iaſ.in ij.colum ff.de
ope.no.nun.dum pro contrario allegant. l. meri-
tò.ff.pro ſocio.& idem tradit Feli. in cap. ſignifi-
caſti.el.ij.in penul.col. de homici. & Iaſ. in l.j.in
iiij.col C.de ſer. fugi.cum aliis:vt per Decium in
cap.in præſentia.in xij.notabili.col.viij.de proba.
& in l.ſi emancipari.in iij. no. C. de colla.& in c.
ij.in princ.de excep. & pro iſta declaratione præ-
dictorum doct.bene facit text.in cap. cum tu. de
teſti.cum aggregatis per Felin. ibi.& in cap ſuper
his.in vij. col. de accuſa.& ſingulariter per Fran.
de Aretio in cap. cùm à nobis. in vij. colum. in
verſi. nota tamen. de teſti. & hanc generalem di-
ſtinctionem tanquam nouam in hac materia te-
neas menti:quia ab aliquo hactenus non fuit con
ſiderata, & per eam ſolues multa contraria: &
intelliges plura quæ traduntur per doct. in mate-
ria periurij de quo loquitur tex.l.ic & glo. Non
tamen inficior, quòd omnia ſupradicta clariùs
per regulam & fallentias vel ampliationes tradi-
ta perciperentur, qui modus procedendi placet
Ioan. Baptiſtæ de Sancto Seuerino in repe. l. ad-
monendi.in lviij.colum.ff.de iureiur. quia quan-
30 do proceditur per regulam † & fallentias melius
diſtinguuntur & concordantur ſingula capita:vt
dicit Nicellus in trac.contrarie.Bar. concor.clx.
incipi.deducere.ſuper quo inſtruit te Feli. in cap.
ſuper literis.in xj.colũ.& in cap.nonnulli. §. ſunt
& alij.in princ.de reſcrip. nam ex quo diſtinctio-
nes fiunt per an vel aut multum implicant:vt di-
cit Lancelotus Decius in l.ſi à ſubſtituto. colum.
ij.de leg j. ver.capio glo. & ideò dicit quòd cauſa
commodioris & planioris doctrinæ Cuma. enu-
merauit caſus. & ita iſtum modum putat clario-
rem in l.j.quæ dotis.numero lxviij.ff.ſolu.mat. &
Feli.in d. §. ſunt & alij.in primis verbis. tamen i-
ſtum modum ideò ſequutus non ſum, quia non
poterant congruè omnia dicta ſubordinaria fœ-
dere diſtinctionis:congruentiùs igitur putaui om
nia ſubdiſtinctione complectẽda:quod prius ten
tauit hic Are. licet diminutiuè plura membra o-
mittens, & iſte modus mihi placet: quoniam, vt
inquit Salyce. in l. filiæ cuius. verſi. ex prædictis
gl.C. fami. er.poſt Senecam quem ibi alleg. Do-
31 ctori † diſtinguenti cæteris paribus eſt ſtandum:
quia magis appropinquat veritati: pro quo dicto
faciunt plura iura quæ allegant quidam moder.
taurinen.videlicet Boſchus in rubr.extrà de iudi-
ciis.folio.x.in iij. colũ. licet de Saly. mentionem
non faciat. Reliqua verò quæ hic congerit Iaſ.
poſt Aret.& ſi ad ea multa poſsint addi, & aliqua
taxari: tamen quia extrauagantia,omittam poſt
iſtam gloſ.latius pertractãda,vbi potiores eorum
deciſiones breui quadã diſcuſsione complectar.
32 † In eadẽ gloſ. ibi,& no.gloſ.vult dicere quòd
iſtud iuramentum de quo in iſto tex.quod dicitur
de re petita,dicitur iuramẽtum veritatis: pro cu-
ius intelligentia eſt aduertendum quòd ſimplex
eſt iuramentum veritatis:vnum quod præſtatur à
parte in exordio litis,vbi etiam de calumnia iura
tur. & de iſto non loquitur iſta gloſ. ſed de eo di-
xi in §.ſed iſtæ nu. xxxiiij. ſuprà eodem. Aliud eſt
quod præſtatur à parte vel à teſte in principio
vel fine cauſæ ad deciſionem: & de iſto loquitur
iſta gloſ.de primo habetur in cap.j. de iura.cal.li.
vj.vbi in cauſis ſpiritualibus de calumnia & veri-
tate dicenda iurari debet. in hoc tamen illa duo
iuramẽta differunt:quia iuramẽtum cal.pręſtatur
per principalem perſonam:iuramentum verò ve-
ritatis præſtatur per procuratorem in animam
domini: niſi fuerit clericus litigans pro eccleſia,
nam tunc vtrunque iuramentum ſubire debet. d.
c.j.& plures notabiles differentias inter iſta iura-
menta aſsignat late Maria.Soc.in c.cùm in cauſa.
de iu.cal. §.j.nunc dicamus.& per eundem Maria.
vt ſuprà.& in cap.literas.& in cap.in pertractan-
dis.nu.xlvij.eodẽ titulo. vbi ponit in quibus cau-
ſis prædicta iuramenta præſtentur: & an quis co-
gatur illud ſubire:quæ omnia declaro in voce.Et
an iſtud iuramentum poſsit omitti vel non: per
eundem in cap.cæterum. nu xiij. eodem libro.Et
vide nouem caſus in quibus iuramentum calum-
nię à iuramento veritatis differat.per eũdem Ma-
ria.in rub.eodem titulo.in ij col.vbi etiam ponit
in qu

in quo inter ſe conueniant: cui adde Bald. in l.ij.
§.quod obſeruari.C.eodē tit. de iu.calum.quæ o-
nia pro intelligentia terminorum ſunt notanda.
ſed de iuramento veritatis deciſiuo de quo loqui-
tur hæc gloſ. vltra ipſum & alios ſunt notanda a-
liqua nota. digna. primò quòd licet quis poſſit
argui de calumnia vel dolo:tamen ſi præſtetur iu
ramentum de quo loquitur iſta gloſ. noſtra. facit
ceſſare illam præſumptionem calumniæ vel doli,
quæ reſultaret fortè ob hoc:quia iſte qui iuramen
tum huiuſmodi præſtitit de calumnia,non intrauit
caſus eſt notabilis in l.iij.§.j.ff. de iureiuran.intel-
ligendo vt per Bart.in conſi. incipien. Andrutio-
lus,quem ibi alle.Moder.facit tex.in l.Marcellus.
§.j. ff.re.amot. Et licet,vt dictum eſt, huiuſmodi
iuramentum veritatis doli vel calumniæ præſum-
ptionem tollat: non tamen ceſſare facit temeri-
tatem:& ideò tale iuramentum nō excuſat aduer-
ſarium ab expenſis, ſi temerè litigauit. ita tenet
Bar.in l.eum quem temere.ff.de iud.mod. in cap.
finem litibus.de do.& contu. & in cap. quoniam
cōtra.de prob.j. circa fi. Alex.in l.properandum,
§.ſinautem alterutra. C.de iudi.Bar.in l. qui ſoli-
dum.§.etiam.ff.de leg.ij.cum concor.vt per Alex,
in d.l. iij. quæ in iuramento veritatis loquitur de
quo hic.& prædicta procedunt etiam ſi litis con-
teſtatio facta non ſit, neq; iuratum de calumnia:
quia iuramentum huiuſmodi ſupplet defectum
litis conteſtationis & perpetuat actionem in tan-
tum, quod ſtante ſtatuto quòd ſi quis non petat
debitum intra x.annos, excludatur à petitione,
non excluderetur,ſi in inſtrumento eſſet iuramen
tum præſtitum: imò perpetuatur actio per xl.an-
nos,quemadmodum per litis cōteſtatio.quod pro
notabili refert & ſequitur Bartho.vero.in cautel.
xx.incipien.ex forma.pro quo eſt tex.in l.ſi is qui.
quem ibi no.Iaſ.in ij. & iij. notabili. ff. de iureiu-
rando. Et hoc de plano procedit tenendo com-
munem opinio.ſuper qua aliâs dubitaui ſuprà in
primo notabili. Intellige tamen ſupradicta pro
cedere reſpectu iurantis:ipſe verò deferens iura-
mentum de calumnia iurare tenetur, ſi petatur:
quod ſecus eſt in iurante.l.iuſiurandum & ad pe-
cunias.§.qui iuſiurandum. ff.de iureiuran. quod
eſt notandum:quia ſi ille qui defert iuramentum,
omitteret de calumnia iurare cum ab eo petere-
tur,redderetur proceſſus retro nullus.l. ij. §. ſed
quia veremur. C. de iu. calumniæ. & not. Iaſ. in
d.§. qui iuſiurandum. Hoc tamen limitatur non
habere locum in parente vel patrono, qui licet
deferant iuramentum, iurare tamen de calumnia
non tenentur ratione de qua ibi,& per tex.in l.li-
cet.ff.de obſequiis.ex his habes differentiam inter
deferentem & iurantem: aliam ponit Iaſ.in dicta
l.iuſiurandum.§.prætor.in iij notabili. Aduer-
tendum tamen eſt quòd illud quod dictum eſt
proceſſum retro eſſe nullum, quando ille qui de-
fert iuramentum,ad petitionem aduerſarij nollet
de calumnia iurare, procedit antequam per ad-
uerſarium eſſet iuramentum acceptatum: ſecus
verò ſi poſtquam acceptauerit iuramentum petat
quod deferens iuret de calumnia: quia iſto caſu ſi
ille qui detulit, recuſaſſet illud iuramentum ca-
lumniæ pro remiſſo tacitè habetur. caſus eſt in l.
ſi actor. ff. de iureiuran. quem ibi not. doc. ad li-
33 mitationem dicti §. qui iuſiurandum. † In ea-
dem glo. triplex inuenitur &c.quod iuramentum
triplex inuenitur,tu pro ampla declaratione iſtius
gloſ.vide Ioan.de ſelua in trac. de iureiuran. in j
quæſt.ij.partis præſentis,vbi ponit lj.ſpecies iura
menti.& per And.Sicul. in rubrica de iureiur. in
clementi. per moder. in l. admonendi. ff. eodem
34 titulo.& in capitulo finali,extrà eodem. † Cir-
ca l.manifeſtæ turpitudinis, hic alleg. in gloſ.col-
ligitur vnum quod dicta l. cenſeatur correcta per
diſpoſitionem l.generaliter.§.ſinautem.hic alleg.
in gloſ. & ita communiter alibi tenuit gloſator.
Sed non inſiſtendo ſuper hoc dicite quòd com-
munis opin.eſt in contrarium, de qua per Barto.
Alexand. & Iaſ.in d. l. manifeſtæ turpitudinis. &
tenet hic Ang.& Iaſon poſt Fabrum.quia d.l.ma-
nifeſtæ.loquitur quando non ſubeſt iuſta cauſa re
cuſandi iuramentum delatum à parte parti con-
ſentiente iudice:quo caſu recuſari non poteſt.Sed
vbi ſubeſt iuſta cauſa,tunc bene poteſt recuſari:&
ita loquitur in d.l.generaliter. §. ſinautē.pro quo
vltra iſtos vide tu latè moder.in cap. fi.de iureiu,
& latiſſimè vltra alios iſtam difficultatem. l.ma-
nifeſtæ turpitudinis.& l.generaliter. attingit Soc.
in conſi.clxxxiiij. incip. difficilis & dubius. in ij.
vol per totum.vbi omnino videas. nam mei mo-
ris non eſt tranſcribere dicta aliorum, quamuis
occulta.vbi nihil addendum occurrit. quæ etiam
limitatur vt per eundem Soci. in trac.regularum
regula,ccv. Aduerte tamen quod poſſent aliter
cōcordari.d.l.manifeſtæ. & l. generaliter.ſ.alleg.
videlicet quòd d.l.manifeſtæ turpitudinis.proce-
dat quando actor,qui detulit iuramentum, habet
aliqualem præſumptionem pro ſe:tunc enim reus
cui eſt delatum iuramentum, eſt in manifeſta tur
pitudine, nolle iurare nec iuramentum referre:ſe
cus verò vbi actor nullam pro ſe præſumptionē
haberet:nam tunc reus in turpitudine non eſt,ſed
poterit non iurare vel referre.& ita procedat.d.§.
ſinautem.iſta fuit ſingularis declaratio ad d.l.ma
nifeſtæ.Spec.in ti.de iu.dela.§.j.verſi.ſinautem a-
ctor nihil omnino &c.quem per plura refert &
ſequitur Hipp.de marſi.in ſingulari ſuo,lxxxiij.in
ore vulgi.& in l.de minore.§.tormenta. in j.col.
ff. de quæſtio.& vltra ipſum Domi.in c. vnico. in
pen.col. in fi.de eo qui mit. in poſ can. rei ſer. in
vj.cum ſimil.quæ præter iſta latè congerit Ioā.de
ſelua in trac.de iureiu.in ij.quæſt.iij.paris. vbi vi-
de.aduerte quod illud dictum Spe. videtur in idē
reincidere cum dicto ſuperiori : quia iuſta cauſa,
vt dicūt doctores præfati intelligitur illa præſum
ptio quæ facit pro actore quò ad hoc,vt iuramen-
tum referatur vel nōn:nam ſtante dicta præſum-
ptione reus non habet iuſtā cauſam,& econtra:de
35 quo tamen tu vide per Soci.in d.conſi. † In ea-
dem gl. ibi,ita demū actio in factum.collige vnū,
quòd de iure ciuili ex iuramento iudiciali actio
naſcitur quæ vocatur in factum:& idem tenet gl.
in ver.actionem.ſuprà eo.per tex.in l.actori.C.de
re.cre.& tenet Bart.in l. ſi quis pro eo. de fideiuſ.
& iſta eſt communis opi. Ex prædictis gloſ.mo-
do circa iſtam materiam iuriſiurandi exordiendi
ſunt aliqui caſus notabiles quos Iaſ. longo appa-
ratu proſequitur in prima parte gloſ. quos hic
reſeruandos duxi quia commodius cadunt.
36 † Primus igitur caſus inter cæteros notabilior
videtur ille, quòd ſi iuraui teſtamentum non re-
uocare, non obſt. iuramento potero aliud teſta-
mentum facere,neque ſum periurus.ita tenet Bar
tolus in l. ſi quis in principio teſtamenti. colum-
na finali. de legatis tertio. & in l. cum duobus.
§.idem

§.idem reſpondit.el j. ff.pro ſocio.cũm ſimilibus.
quam opin. hic ſequitur Iaſ. Tamen aduerten-
dum eſt quod licet illud verum ſit quòd actus fa-
ctus contra iuramentum valeat, per infinita quæ
remiſsiuè ſcribit Fel.in c.ſi diligenti col.j.de præ-
ſcrip.tamen illud non eſt verum quòd quis poſsit
reuocare teſtamentum abſque nota periurij:& in
primis communis opin.eſt in contrarium, quam
latè probat Ioã.de Imo in repe.c.cum contingat.
in xiij.charta.de iureiur.cum concor.qui adducit
Alex.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.in j.col.
de ver.ob.& idẽ Alex.in conſi.xvj.in j.col.in fi.in
iij.vol.And.Barb.in c.j.de proba. & eſt gl.de hoc
ordinaria in c.fi.in ver.reuocatus.de procura.lib.
vj.quam ſequitur Feli.in c.ſi diligenti. in v.col.in
fi.de fo.compe.& illam gloſ.ſequitur Ang.in l &
in perpetuum.ff.de proc.& in l.Stichum.§. vſum-
fructum.ff.de ſol.& in l.j.§.ſi ſtipulanti.colũ.fi.de
verb.oblig.Bal.in margarita ſua. in verb.procur.
Bar.in l.cum precario. ff.de preca.Rom.in l.alia.
§.eleganter.ad fi.ſo.ma cum pluribus alus ſimili-
bus,quæ congerit Fel.in d.c.ſi diligẽti. in viij.col.
verſi.amplia etiam. Alex.in conſil.xvj.in j. col in
fi.iij.lib.Et hoc ratione comprobatur vltra ipſos:
quia ex quo iuramentum poteſt obſeruari ſine in-
teritu ſalutis æternæ,ſi non obſeruetur obligat ad
periurium.c.quetelam.& c. tua nos. & c. ſi vero.
de iureiu.& ita eſt in caſu noſtro:actus tamen per
hoc non irritatur ex eo,quia in dependentibus ab
animo vnius poteſt dari variatio.l.ſi quis in prin.
de leg.iij.c.pe.de ſpon.& no. mod.in c.cum.M.in
vltima charta.de conſti.& in l. ſi quis in princip.
de leg.iij.ſecus verò eſſet in dependentibus à vo-
luntate duorũ:quia tunc non ſolum contraueniẽs
eſſet periurus,ſed actus non valeret:vt cõcludunt
omnes per gl.ibi in c.j de conſt.li.vj & moder.in
l.pacta nouiſsima.C.de pac. & in d.c. cum. M. de
conſti.poſt Bar.in l.non ſolũ.§.morte.ff.de oper.
no.nun.& per hoc ego infero vnum contra com-
munem opi quòd ſi ego cõſtitui te procuratorem
& promiſi per iuramẽtum non te reuocare: quòd
ex quo iſte actus eſt ſimultaneus conſiſtens in vo-
luntate duorum,quòd non potero mandatum re-
uocare.contra glo.& omnes in d c. fi. iſtam opi.
ego probo ſic:nã clarum eſt quòd validum eſt ar-
gumẽtum de iuramẽto ad iudicia.l.ij.ff.de iureiu.
vbi tex.plus etiam dicit quòd habet maiorem au-
thoritatẽ quàm res iudicata:cùm dicatur quædam
trãſactio:ſed clarum eſt quòd poſtquam ſententia
tranſiuit in rem iudicatam non poteſt retractari:
vt in c.quo ad cõſultationem.cum pluribus ſimi-
libus de re iudi.ergo neque iuramentum cũ maius
vinculum habeat,ex quo obligat Deo & homini:
vt in c.j.& ibi omnes.de iureiu.Præterea ea quæ à
principio ſunt volũtatis poſt promiſsionem fiunt
neceſsitatis,non poſſunt retractari. l. ſicut. C. de
actio.& obli.ſed hîc eſt huiuſmodi:igitur &c.præ-
terea poſt litem conteſtatam quis reuocare pro-
curatorem non poteſt.c.ij.de procura lib.vj.ergo
à fortiori poſt iuramentum quod continet maius
vinculum. Nõ obſtat illud quod dicitur de teſta-
mento:quia ideò eſt,quia volũtas eſt ambulatoria
vſq; ad mortem. & in vita nullum ius acquiritur
per teſtamentum niſi morte cõfirmetur:ſecus eſt
in cõtractibus. vt in caſu preſenti.per.d.l.ſicut.&
ex hoc ego infero quòd ſi conſtituo procurato-
rem ad reſignandum & renunciandum ex cauſa
permutationis, & iuro non reuocare : reuocatio
præterea facta nõ valet:ita expreſſè tenent domi-
ni de rota in deci.cxiij in titulo de procura.in an-
tiquis.& iſtam opi.indiſtinctè firmat Alberi.in l.
ſi procuratorem. col.pen.& in l.item ad litem.in
fi.ff.de proc.vbi dicit ſe ita in practica obtinuiſſe:
37 quod not. † Secundus caſus notandus in hac
materia iuramenti videtur ille quem ponit Bald.
in l.ſi ad excludendam.C.de reb. cre. quẽ magni-
facit hîc Iaſ.nu.lxx.videlicet ſi quis iurauit nõ do
ctorari vel ad epiſcopatum promoueri:tale iura-
mentum non valet quia illicitũ, neque eget abſo-
lutione.pro quo Iaſ.hic alleg. gl.in c.florẽtinum.
lxxxv.diſt. cum aliis,vt hîc per eum.Et hoc idem
ſentit Feli.dum alleg.illam gl.in c. conſtitutus.in
ix.col.verſi.generaliter de reſcrip.& in c. intima-
uit.in ij.& iiij.col.de teſt.& in c.præterea.de ſpon
ſa.in vj.col.in fi.& hanc eandem opi.tenet Andr.
Sic.in cle.Romani.§.dubiũ.col.fi.de iureiu.& Fel.
poſt Abb in c.ſi vero.in ij.eod.tit.cum ſimilibus.
& Angelus in ſumma ſua in verbo iuramentum.
Or aduerte:quia cõtra prædicta videtur eſſe tex.
in d.c.florentinũ.vbi probatur ꝙ valet iuramen-
tum de non accedendo ad epiſcopatum:& idẽ ſen
tit glo.in d.c.Innocens.& hoc in ratione cõſiſtit:
quia vbi iuramentũ poteſt obſeruari neq; eſt nu-
tritiuũ peccati venialis vel mortalis debet obſer-
uari.d.c.ſi vero.& pro hac opi.eſt in terminis de-
ciſio Roma.notabili.ccccc j inci.quid ſi vnus.qui
pro iſti opinio.allegat.l.ſi ff.ad muni.& circa hoc
videtur dubitare Fel.in c.dilectæ.de exceptio. Sed
his non obſtan.teneo primã opi.quæ eſt magis cõ
munis, quam cõmuniter ſummiſtæ tenẽt poſt An
gelicam in verbo iuramentum.el.v. §.iij. cum ſi.
vt per Ioan.de ſalua,in trac.de iureiu.in iij.parte.
quæſt.j.in viij.fallentia. Non obſtat tex.in d.c.
florentinum.quia ad illum reſpondet notabiliter
Abb.in d.c.ſi verò.in ij col.Et vltra ipſum, vt o-
mnia ad concordiam reducãtur, diſtingue breui-
ter,quòd aut aliquis iurat nõ doctorari,vel epiſco
patum acceptare ex eo , quia ſe putat inhabilem
ad talem adminiſtrationem , & ſic mouetur tan-
tum zelo publico , & vtilitate priuata renuenda:
& tale iuramentum non eſt illicitum : vt habetur
in c.in ſcripturis.viij.quæſtio.j.& tunc bene obli-
gat illud iuramentum, dum tamẽ vera ſit illa co-
gitatio ex qua ad iurãdum mouetur.aut verò ille
qui iurat, aliâs eſſet dignus ad tales dignitates , &
tunc aut alius reperitur ita dignus qui hoc opor
velit, vel poſsit ſubire : & illud iuramentum ad-
huc obligat.quia ſeruari poteſt ſine interitu ſalu-
tis æternæ & incommodo proximi.at.eorum quę
no.doc. poſt gloſ.in capitulo conſtitutus. de ap-
pella. Aut verò alius non ita dignus , neque indu-
ſtrioſus vel vtilis reipublicæ reperitur , ſicut ille
qui iurauit:& tali caſu iuramentum eſt illicitum:
& talis non obſtante iuramento compelli poteſt
ad tale onus ſubeundum: neque erit periurus : &
ita debent intelligi iura prædicta, & dictum Bal-
di : & ita etiam ſunt declaranda dicta Abb. tam
in dicto capitulo. ſi verò.quàm in capitulo cum
inter.ad fi. de renuntia. Et de iſta materia vltra
prædicta vide per Moder.in l.non ſolum. §.mor-
te.ff.de operis noui nuncia.& in l.qui in aliena.§.
ſi non adierit. de acquiren. hæredita. in illa quæ-
ſtione,de eo qui iurauit non fideiubere pro alio.
& per Oldra cõſilio nonageſimo,incipiente qui-
dam iurauit. cum ſimilibus quæ breuitatis cauſa
omittuntur.

SVMMARIA 5.

POENALES.

1 ☞ *Dictio quoque, continuatiua eſt.*

2 *Dictio multas, de ſui natura duos vel tres caſus comprehendit.*

Dictio penè, duo comprehendit, & regulariter ad modicum refertur: tamen ſecundum ſubiectam materiam aliquãdo ad plurimum refertur iudicis arbitrio. idem de dictione pluris ve. ibidem.

3 *Dictio quid, hic exponitur, id eſt aliquid.*

Dictio aliquid, & dictio quid, regulariter in minimo verificantur: tamen ſecũdũ ſubiectam materiam diuerſificantur, vt ibi latè. ibidem.

4 *An iſte text. procedat in corrumpente minimam partem albi prætoris. ibidem.*

Pro minimo an & quando detur reſtitutio, & an & quando de minimo ſit curandum. & nu. 19.

Intellectus l. ſcio. ff. de reſt. in integ. ibidem.

Minor ad lucrum reſtituitur. ibidem.

Quæ ſit differentia inter quid & quod.

Qui in parte malitioſè peccat, omnium reus indicatur, intelligendo vt hic. ibidem.

Paria ſunt quòd inſtrumentum appareat in totum falſum, vel particula eius quò ad hoc, vt totum falſum dicatur.

5 *Pœna corrumpentis edictum prætoris habet locum in ſubdito corrumpente arma vel inſignia alicuius domini, & in vtente eiſdem armis ſine inſignijs ſine principis conſenſu, declarando vt hic.*

Imagines ſiue arma proditoris poſita in ciuitate poſſunt deleri. ibidem.

6 *Creditur ſcriptis ſculptis in parietibus, limitando vt in fin. iſtius numeri.*

Ex qualitate pœnæ arguitur efficacia ipſius actus.

Subſtitutio vulgaris tollit ſuitatem, quando eſt valida: ſecus ſi caduca. ibidem.

Falſans inſtrumentum nullum, non punitur pœna falſi. ibidem.

7 *In terminis iſtius tex. non ſufficit petere veniam, niſi etiam impetretur & quod remedium habet ille cui denegatur licentia, non ita conſideratur reuerentia poteſtatis de iure canonico ſicut de iure ciuili. ibidem.*

Diſpoſitio legis, lis nulla. ff. de ind. non procedit de iure canonico. ibi.

Filius emancipatus non poteſt conuenire patrem ſine venia. ibidem.

Quando agitur de veritate dicenda, licentia ſuperioris non eſt in conſideratione. ibidem.

Intellectus. c. ſi religioſus. de electio lib. vj. ibidem. numero. 7.

8 *Monachus dicitur filius ſpiritualis monaſterij & eſt in poteſtate abbatis quem non poteſt conuenire ſine venia.*

9 *Quid ſi filius vel aliæ perſonæ de quibus hic abſque venia citauit patrem, & poſt citationem conſequatur veniam, nunquid euitet pœnam de qua hic: & talis venia ad hoc vt dicatur conceſſa, ſufficit quòd iudex determinet citationem. & num. 38. & 43.*

Sufficit quòd licentia confitendi de qua in c. omnis. de pœni. & re. interueniat ex poſt facto. ibi.

In ſacramentis ratihabitio operatur. ibidem.

In pœnalibus debet fieri benigna interpretatio. ibidem.

10 *An mandans committi maleficium puniatur vt commitens.*

In ſtatutis verba propriè capiuntur. ibidem.

Prohibitus vendere ſi vendit per alium, non incidit in poenam quaſi ipſe vendiderit. ibidem.

Si aliquis mandauit tibi vt aliquem occideres, tu verò mandaſti alteri, nunquid primus mandans teneatur.

Quæ ſit differentia inter mandantem, perſuadentem & conducentem. ibidem.

11 *Actiones pœnales prætoriæ ſunt annales: ſed rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ, & tranſeunt ad hæredes regulariter ampliando & limitando. vt hic.*

An & quando actiones deſcendentes ex ſtatutis ducũ, marchionum, comitum &c. ſunt annales. ibidem.

12 *Actio de dolo an ſit odioſa.*

Illud dicimur non poſſe quod eſt contra verecundiam. ibidem.

Verecundia eſt maxima poena. ibidem.

Poenales actiones regulariter odioſæ ſunt non ſic rei perſecutoriæ. ibidem.

13 *Poenales actiones non dantur contra hæredes nec tranſeunt ad hæredes, diſtinguendo vt hic.*

14 *Quid ſit album prætoris.*

15 *Poena corrumpentis album prætoris habet locum ſiue edictum ſit temporale, generale, vel ſpeciale.*

Aliquid dicitur eſſe perpetuum quandiu durat. ibidem.

Super verbo ambiguo non poteſt fieri fundamentum. ibidem.

Ratio finalis corrumpentis album prætoris eſt contemptus maieſtatis. ibidem.

Argumentum de parte ad totum & econtrà, eſt validum etiam reſpectu temporis. ibidem.

16 *Libertus conueniens ſine venia patronum, ſi non habet vnde ſoluat poenam quinquaginta aureorum, debet luere in corpus, limitando vt hic, & ampliando, vt num. 18.*

Vbicunque in defectum prouiſionis hominis ſuccedit prouiſio legis, illud remedium tolli nõ poteſt per hominem priuatum. ibidem.

Priuatus non poteſt legibus derogare. ibidem.

Vbi obligatio legis ad poenam corporalem ſubrogatur in locum alterius obligationis, etiam iudex non poteſt illam poenam remittere.

Patronus poteſt remittere liberto poenam. Laureo-

rum, de qua hic. ibidem.

17 Libertus qui fuit punitus corporaliter in defectum ſolutionis poenæ pecuniariæ, ſi poſtea perueniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur ſoluere illam poenam: ſecus ſi poena fuit ei remiſſa cauſa paupertatis: quia tenetur illam ſoluere, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam.

Colonus cui propter paupertatem penſio remiſſa fuit, ſi poſtea perueniat ad pinguiorem fortunam, ſoluere cogitur: & idem in cedente bonis. ibidem.

19 Nihil feciſſe quis dicitur, cùm aliquid ſupereſt ad agendum.

Modicum fermenti totam miſſam corrumpit. ibidem.

An ceſſans in ſolutione vnius nummi poßit priuari emphyteuſi. ibidem.

20 Ex facto prohibito dolus arguitur.

21 Diſpoſitio iſtius tex. volens quòd libertus non poßit conuenire patronum ſine venia, habet locum etiam in parente & eius liberis, vt non poßit conueniri à liberto ſine venia: & talis venia debet concedi cauſa cognita: & non requiritur citatio. ampliando: vt nu. 23.

22 Illud quod dicitur hic de patrono, procedit in omni illo patrono qui manumiſit ſeruum ſecundum cauſas hic enumeratas in glo. etiam ſi ex conſtitutione diui Marci conſequutus ſit libertatem. declarando vt hic.

24 Illud quod dicitur hic de patre procedit in adoptiuo.

Iuris correctio nunquam cenſetur habere locum, niſi expreßè fiat. Et ideò per ſubauditiones non debet fieri.

Ille qui leuauit aliquem de ſacro fonte, non poteſt ab eo conueniri ſine venia.

Mater non poteſt à filio ſine venia conueniri. ibi.

25 Filius vel libertus in cauſa criminali quæ famam patris vel patroni ſugillet non poſſunt cum venia eos in ius vocare. limitando vt hic.

26 Dans ſolum libellum ſupplicatorium vel conuentionalē contra patrem vel patronum non incidit in pœnam huius edicti: ratio aßignatur, declarando vt hic. & limita. vt nu. 27. & 28. & talis oblatio libelli eſt actus extraiudicialis: & poteſt fieri die feriata: & hoc intelligitur de libello qui datur iudici non autem parti.

Iudicium incipit à citatione, non autem à libello, qui de proceſſu non dicitur: ſecus in citatione. ibidem.

Intellectus. l. ſi libertus ff. de in ius vocan. nu. 26. ibidem.

Commißio ſimplex non eſt de proceſſu. ibidem.

Licet quis ſupplicando dicatur moleſtare & controuerſiam mouere: non tamen dicitur litem mouere niſi emanaſſet citatio. ibidem.

29 Vocans in ius patrem vel patronum, licet non compareans in iudicio, incidit in pœnam huius edicti.

Pœna huius edicti cui venit applicanda, & à quo, & quando & in quibus caſibus poßit remitti. & 31. & 32.

Intellectus. l. quamuis. ff. de in ius voc. ibidem. & numero 31.

30 Quotieſcunque ex edicto prætoris imponitur aliqua pœna contrafacienti, ſi ille pœniteat antequam ad vlteriora procedat, illa pœnitentia reducit rem ad priſtinum ſtatum, & euitatur pœna, niſi ſit facta prouiſio in contrarium.

Pœna acquiſita parti non poteſt remitti per principem. ibidem.

Quomodo intelligatur illa regula quòd vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare.

Remißio pocnæ nec etiam veniæ de quibus hic non poteſt fieri à prætore nec à patre vel patrono ex pacto, ſed bene tacitè. ratio aßignatur.

32 Volenti non fit iniuria: & qualiter procedat.

Iuri reuerentiali renunciari non poteſt pacto partium. ibidem.

33 Proceſſus propter omiſſam veniam non vitiatur: ratio aßignatur declarando, vt hic.

Licitè dicitur illud eſſe factum pro quo poena imponitur. ibidem.

34 Hæres extraneus liberti vel filij poteſt in ius vocare patronum ſine venia, ſecus ſi fuerit filius: diſtinguendo vt hic.

35 Edictum de in ius voc. partim eſt odioſum & partim fauorabile, declarando vt hic. & nu. 36.

Diſpoſitio macedoniani eſt odioſa & diſpoſitio velleiani eſt fauorabilis ibidem.

Duo ſpecialia ſimul eſſe non poſſunt, fallit vt hic. ibidem.

37 Patronus poteſt citari ſine venia, ſi libertus ſit tutor & citat patronum in cauſa pupilli. ratio aßignatur limitando vt hic.

Libertus etiam in cauſa propria poteſt citare ſine venia tutorem vel curatorem patroni, non tamen procuratorem patroni. & quæ ſit ratio differentiæ.

38 Quæ ſit forma petendæ veniæ per filium vel libertum.

Reus dicitur actor quando exceptio habet incluſam actionem.

39 Quando non eſt ſtatuta pœna in aliquo caſu relinquitur arbitrio iudicis, & tunc bonum eſt habere iudicem fauorabilem.

An & quando in aliqua lege circa vnum caſum eſt appoſita poena habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonæ, ſi poſtea fiat per aliam legem additio ad illum caſum in alijs perſonis, poena poſita in priori lege cenſeatur repetita in additione. ibidem.

Limitatio ad regulam quæ habet, quòd maſculinum concipit fœmininum. ibidem.

Quando ſunt duo æquiparata à iure antiquo diſpoſitum

poſitum in vno trahitur ad aliud. ibidem.

An iſtud edictum veudicet ſibi locum in parentibus ſpiritualibus. ibidem.

40 *Emancipatus poteſt patrem citare cum venia.*

Filius nou poteſt iu ius vocare matrem. ibidem.

An in ſpiritualibus filius poſsit citare patrem ſine venia. ibidem.

41 *Filius exiſtens ſub poteſtate patris, nec enim venia nec ſine venia poterit patrẽ in ius vocare.*

42 *An in caſibus in quibus filius in poteſtate non poteſt agere contra patrem, ſi agat de facto & ſine venia, nunquid incidat in pœnam edicti prætoris ſcilicet 50. aureorum.*

Ex actu nullo quis puniri nou debet. ibidem.

Caſus omiſſus relinquitur ſub diſpoſitione iuris. ibidem.

43 *Filiusfa. miles, vel aduocatus ſi agat reſpectu rerum caſtrenſium vel quaſi, requiritur quòd impetret veniam. amplia etiam ſi pater ſit prodigus, cui rerum adminiſtratio interdicta eſt.*

Dictum gl. debet intelligi ſecundum legem quam allegat. ibidem.

44 *Actiones de quibus in. §. iſto ſunt pœnales ex parte actoris. intelligendo vt hic.*

45 *Iſte §. vtrumque titulum comprehendit, videlicet titulum ne quis eum. & titulum de eo per quem fac. erit. & quæ ſit differentia inter eos titulos.*

Prætor dicitur plenus æquitate. ibidem.

Quæ ſit deteſtabilior vis vel dolus, & magis punibilis.

Vis plus comprehendit quàm dolus.

Iuriſdictio delegati eſt dignior & fortior iuriſdictione ordinary.

Ad veritatem diſiunctinæ ſuffieit alteram partem eſſe veram. ibidem.

46 *Qu re Accurſius obſcurè & intricatè vt plurimùm loquatur.*

47 *Ad quid proſint hodie tituli ne quis eum. & de eo per quem fac. erit.*

Per citationem perpetuatur actio. ibidem.

48 *Actio de qua in iſto tex. & rubricis ne quis eum qui in ius voc. & de eo per quem fac. erit. non perpetuantur per citationem, ſed expirant anno vt aliæ prætoriæ.*

Quæ ſit differentia inter interruptionem præſcriptionis & perpetuationem actionis. ibidem.

49 *Non ſolum eximens captum de manibus familiæ tenetur creditori ad ſolutionẽ illius debiti, tanquàm ſi pro capto debitore fideiuſsiſſet: ſed etiam ille tenetur qui notificauit debitori alienus quòd aufugeret, quia creditor volebat facere eum capi & ſic aufugit: ampliando vt hic.*

50 *Cardinalis habet priuilegium, vt ſi obuiat ei qui ducitur ad mortem per impoſitionem pilei eum liberat: idem dicendum eſt ſi condẽnatus ad mortem amplectitur ſacerdotem portantem corpus Chriſti: limita vt hic remiſsiuè.*

Conſuetudo quæ præſtat occaſionem delinquendi non tenet. ibidem.

Confugiens ad ſacerdotem portantẽ corpus Chriſti conſequitur immunitatem. ibidem.

5 POENALES Hic. §. tres partes
cootinet, & per conſequens tres di-
uerſæ materiæ ponuntur in eo, quas
exactiſsimè proſequar in his quæ ad
1 tex. & gl. pertinent. † In textu ibi,
quoque. iſta dictio continuatiua eſt, de qua dic
vt latè dixi ſuprà in §. in perſonam. in ſecundo
2 notabili. † In tex. ibi, penè. iſta dictio exceptiua
eſt de ſui natura: vt patet in §. ex hoc iure gen-
tium. ſuprà de iu. naturali. iuncta l. ex hoc iure. ff.
de iuſtiti. & iure. Item iſta dictio habet ſignifica-
tiooes multas, & virtus eius ad modicũ refertur.
c. factus. vij. q. j. & eſt tex. in c. dudum. el. j. quem
ibi no. in pe. notabili extrà de elec. idẽ Abb. in c.
tua nos. nume. xj. de coha. cle. & mulie. & videtur
tex. in l. ſi habitatio. in princi. ff. de vſu & hab. &
tex. in §. diſcipuli. in procem. digeſtorũ. & l. pe. ff.
de ſta. ho. facit etiam l. ij. in prin. C. de ve. iu. enu-
cle. patet etiá in tex. noſtro propter adiectionem,
multas. quæ dictio de ſui natura duos vel tres ca-
ſus comprehendit. §. ſingulorum. vbi no. Ang. ſu-
prà de re. diui. & §. fi. ſuprà de iu. perſona. & tenet
Bar. in l. j. §. hoc reſcriptum. ff. ad ſilleia. cum ſi. &
de dictione penè, quòd duo comprehendat vide-
tur tex. & ibi gl. in c. vnum. §. nomine autem. xxv.
diſt. Sed tamen tex. eſt in contrarium, quem ibi
no. glo. in c. qui ſine. iij. q. vij. vbi probatur quòd
iſta dictio penè, ad magnam quátitatem refertur.
facit l. nemo. ff. de re. diui. Sed poteſt breuiter
dici quòd iſta dictio penè, regulariter ad modi-
cum refertur per ſupradicta iura. & tenet Præpo-
ſitus poſt Archi. in d. c. qui ſine. tamen ſecundum
ſubiectam materiam aliquãdo ad plurimum re-
fertur: vt patet de dicta dictione multi, quæ e-
tiam regulariter duo vel tres comprehendit per
ſuprà dicta. & tenet Alexand. in l. ſi conſtante. in
vij. col. nu. xxiij. ff. ſol. ma. cum concor. vt latiùs
congerit idem Alexand. in apoſtil. ad Bart. in l. ſi
gemma. in fi. ff. arbor. fur. cæſ. Et vltra ipſum eſt
gl. iuncto text. in c. vidua. xxxiiij. diſt. quæ ridicu-
loſè loquitur. Et de verbo penè, eſt gloſſ. & ibi
tex. in authẽ. de non elig. ſecũ. nub. in prin. & ha-
betur in l. properandum. in prin. C. de iudic. & in
l. fin. in fi. C. de impube. Et hoc iudicis arbitrio
relinquitur, prout de iſta dictione pluriſue, vide-
mus, quæ de ſui oatura ad minimam partem re-
fertur & paribus paſsibus ambulat cum dictione
penè: vt dicit gl. in c. quali. xxiij. q. v. dum alleg. l.
hæc adiectio. ff. de ver. ſig. & tamen aliquando ad
magnam partem refertur ſecundum arbitrium
iudicis, prout latè poſt Alex. exorditur Iaſ. in l. &
ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. ſuper glo. in ver. plu-
res. iuxta l. j. §. fi. ff. de iu. delib. cum ſi. † In text.
3 ibi, quicquid. iſta dictio quid exponitur. id eſt a-
liquid. l. ſi multi. vbi gloſſa. ff. de public. & iſta di-
ctio aliquid, & dictio quid. in minimo verificatur
l. mulier. §. fi. vbi gl. ff. de condi. inſti. tenet Bar. in
l. ſi ſeruum. §. prætor ait. per illum textũ. ff. de ac-
quir. hære. & Bal. in c. quoniam. per illum textum
extrà de teſti. & ibi Decius in princi. Et hoc idem
eſt de dictione aliqua: vt eſt glo. ootabilis in cle.
j. in ver. aut earum parte aliqua. de fo. compe. fa-
quam poſt Alex. ibi in iij. no. multum commendat ibi Iaſ. per illum text. in iij. not. verſic. iſta regula fallit. & vltra ipſos facit pro hoc notabilis deciſio Bal. in l. multis. ff. de ſta. ho. vbi dicit quòd in caſibus in quibus maſculinum concipit fœmininum, nunquam hoc procedit quando in aliqua diſpoſitione eſt facta mentio de maſculo & fœminis: quia tunc ſi poſtea de per ſe exprimatur aliquod nomen maſculinum non concipit fœmininum: & hoc idem in notabili caſu exemplificat Bart. in conſil. xxxix. incipien. cola. vbi notabiliter dicit quòd ſi aliquis relinquit vxori ſue fundum cum iſta conditione, ſi caſtè vixerit, deinde in eadem diſpoſitione relinquit ei domum in iſta oratione ſine clauſula, non cenſetur repetita illa cõditio. ſi caſte vixerit. ita ibi Bar. quem ſequitur Socin. in conſi. x incip. quamuis. in vj. colum. lib. vj. Præterea ex alio etiam dicta ſolutio non eſt vera. quia licet l. ij. hic alle. in gloſ. ſit diuerſa diſpoſitio à lege prima, tamen ex quo illa l. ij. ponitur incontinenti poſt & continuatiuè dicitur ineſſe primæ diſpoſitioni. argu. d. l. lecta. & eorum quæ no. Bar. in l. ſi venteri. §. fi. ff. de priuile. cre. Et pro hoc facit illa regula quæ ſemper allegari ſolet quòd quando duo ſunt æquiparata de iure antiquo diſpoſitum in vno trahitur ad aliud, quam regulam adducit Rom. in cõſil. cxx. circa princ. in pen. col. & in conſi. cxxix licet magna. & alle. l. ſi quis ſeruo. in fi. C. de fur. declarat Barto. in l. ij. ff. de le. j. & reaſſumit notabiliter Are. in pulchra q. in rubr. ff. de acquir. poſſ. in ij. col. ver. ij. adde per totum. & hanc regulam in propoſito noſtro ſequitur etiam Phili. Deci. in c. ij. requiris. in ij col. ver. ſexto. ſi pœna. de app. ſubiungẽs quod ex quo eadẽ ratio conſideratur in ij. diſpoſitione in qua fit additio, debet fieri etiam in pœnalibus extenſio. c. j. §. porro. quæ fuit prima cau. bene. ami. alia adducẽs quæ prius tradit Corſe. in not. ſuis in ver. additio. nota. xxiij. & Felin. in locis ſuperius alleg. & ſequitur idem Felin. in c. primo. in ij. colum. de iureiur. & in c. præterea. in xij. colum. de ſponſ. & in c. ſuper quæſtionum. in prin. in j. colum. de offi. deleg. Et contra Roma. eſt gl. in cle. j. in verſi. ſanctioni. de vi. & ho. cle. Ego autem & ſi cum hac opi. aliâs ſcribens in repe. mea. c. de multa. tranſiuerim, modò vlterius cogitans contrarium teneo. nam in caſu in quo hic agitur eſt longè diuerſa ratio inter vnum caſum & alium: quia prouiſio de parentibus & patronis non conueniendis ſine venia fuit inducta à iure prætorio, & ſic à iure antiquo: & prohibitio perſonarum de quibus in dicta l. ſecunda, & tertia. fuit inducta à iure ciuili & à iure prætorio: vt prædicti doc. præſupponunt non erat facta æquiparatio iſtorum caſuum: quia ius prætorium nihil diſpoſuit de illis perſonis & ius ciuile quod de illis poſtea diſpoſuit, de pœna nullam mentionem fecit: ſed ſolum de habenda reuerentia: vnde tanquam in caſibus diuerſis non debet fieri extenſio. argum. l. Papinianus exuli. ff. de minor. quia quando vna diſpoſitio extenditur ad alios caſus, non cenſetur facta extenſio quo ad pœnam. iſta eſt doct. Ioan. an. communiter approbata. in capitu. diſpendia. §. reus quoque. de reſcript. lib. vj. quam approbat & Abb. in c. fin. in iiij. colum. de fer. & in c. prout. colum. penult. de dolo & contu. & in c. primo. colum. fin. de loca. & in c. ſi in vj. colum. ne cle. vel mo. Domi. in c. ſi forte. in ij. colum. de elect. lib. vj. & in c. j. in iiij. colum. de temp. ord. & in c. ſtatuimus. in x. col. de ſen. excõ. eo. lib. & Iaſ. in l. nõ dubiũ. nu. xij. C. de legib. Et hoc colorẽ iuris videtur habere: quia clara & indubitata etiam eſt alia iuris regula, quòd nunquam in aliqua lege habet locum pœna, niſi lex expreſſè dicat. text. eſt in §. cùm igitur. in authen. de non eligen. ſecundò nu. quam regulam cum pluribus aliis legibus facit & ſequitur Iaſo. in l. diuortio. §. ſi fundum. in x. colum. nume. iiij. ff. ſolu. matrimo. & in l. ſi quis maior. in ſecunda col. C. de trãſac. & in l. quod te. in xij. col. ff. ſi certpetatur. & in l. prima. in fi. C. de tranſact. & in authen. non licet. in ij. colum. C. de lib. prçte. Decius in conſi. xc. & pro tenuit colum. fi. in prima parte idem Iaſ. in l. cùm quidam. in iij. ff. de lib. & poſth. Et iſta regula etiam habet locum in correlatiuis: vt notanter dicit Decius in c. tranſlato. in ſecunda lectu. colum fi. de conſti. per alleg. ibi per eum, & faciunt ea quæ dicit Alexan. in apoſtil. ad Bar. in l. fi. ff. de acceptila. & per conſequens regula d. l. ſi quis ſeruo. non vendicat ſibi locum iſto caſu, quæ ſolum procedit vbi datur eadem ratio & ſimilitudo vel æquiparatio facta à lege, prout prçdicti doc. volunt. & pro hoc bene etiam conſonat ratio Iaſ. in d. l. fi. videlicet, quòd ius prætorium habuit reſpectum ad priuilegium perſonæ patris vel patroni. patet ex verbis edicti, vt hic dicitur: quo caſu vbi priuilegium conſideratur, extenſio non procedit: vt glo. hic ſentit. & idem tenet glo. quæ ad hoc pro ſingulari allegatur in §. item mixta. aliàs §. ex maleficiis. in ver. in iudicium. infrà eo. quam ſummè no. Alex. in l. in ratione. §. quod vulgo. nu. xiiij. ff. ad l. fal. cum ſi. & licet ipſi pro hoc nihil allegent, videtur caſus in §. ſed quod principi. in ver. planè. ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplũ trahuntur. ſuprà de iure naturali & c. ſanè. de priuile. & gl. ij. in l. à diuo Pio. ff. de re ind. & gl. in l. bene à Zenone. C. de quadri præſcr. puniẽtur igitur vocãtes tales perſonas in ius extraordinariè: vt hic dicit gl. Sed tamẽ vlterius aduertendum eſt quòd contra iſtã gl. & ſupradicta videtur deciſio omniũ doc. in l. generaliter. ff. de in ius. voc. dũ volũt quòd iſtud edictũ de in ius voc. vẽdicet ſibi locũ in parẽtibus ſpiritualibus, inter quos enumerãtur perſone de quibus in d. l. ij. & iij. de in ius voc. & ibi Iaſ. ſibi contrarius addit poſt Io. fab. hic quòd diſpoſitio iſtius tex. & ei⁹ pœna habet locũ in vaſallo citãte dominũ ſine venia, licet hoc nõ ſit iure cautũ ſed ſolũ per extẽſiõnẽ & æquiparationẽ, cui⁹ cõtrariũ ipſe tenet in locis ſuperi⁹ alle. Nec ob. ſi dicas ꝙ dicta doc. in d. l. generaliter loquũtur reſpectu veniæ petẽdæ non autẽ pœnæ: quia dico ꝙ Iaſ. hic in pœna declarat habere locũ: & alle. j. in cõtrariũ gl. noſtrã hîc, licet poſtea cõtrariũ teneat: aliâs fruſtra fuiſſet de venia petẽda diſputatẽ, ſi pœna locũ nõ haberet, cũ quilibet pro arbitrio ſuo in ius vocaret: niſi dicas tũc illos puniẽdos arbitrio iudicis. Tamẽ vt euitẽtur maiores circuit⁹ & expẽſæ tutior & certior eſſet ꝓ opi. ar. eorũ quę notabiliter dicit Alex. in l. cũ fundus. §. ſeruum. ff. ſol. ma. poſt Io. an. quẽ ibi alle. in addi. ad Spe. in rub. de obl. & ſol. Et ad rationes ſupradictas poſſet reſpõderi, primò ad illud ꝙ diſpoſitio priuilegiatiua nõ debet extẽdi: quòd illud ꝓcedit niſi cõcurrat fauor publicus: tũc enim bene poteſt fieri extẽſio: vel niſi concurrat honeſtas. de hoc eſt gloſſa, quã doct. ſequuntur in l. miles. ff. de re iud. per gloſſ. etiam in lege, illud. in verbo alia

cauſa.C.de ſacroſan.eccleſi. facit bene text.in l.ſi. C. de fruc. & lit. expen.& tenet Galian. in repe.l. cẽturio.in vj.col.nu.xl.ff. de vul. & pup.pręterea quia regula ſupradicta procedit in mero priuilegio.ſecus verò eſt in priuilegio qualificato: vt eſt in illo quod eſt incertum in corpore iuris:quia de illo iudicatur, vt de iure communi: vt dicit Decius in capitulo de cauſis. in fine de officio delega.& ideò lata fieri debet extenſio: vt tenet Cardi. in capitulo ignorãtia. xxviij. diſtin. & Cardi. Zabarel.in conſi.lij.colum.ij.& eſt gloſ.Bar.in ij. colum.verſic.ſecundò quæro.in authentic. quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ.& ita procedit quod dicit Abb.& Anto.de But.in cap. olim. in tertio notabili. de verb. ſignif. & Areti. in l.cum lege. ff.de teſta.ſed priuilegia.de quibus in d. l. ij.& iij. ſunt huiuſmodi:igitur &c.Tamen non procedendo vlterius mihi magis placet præcedens opi.quæ eſt magis communis. Et iſta eſt veriſſima doctri. in iure quòd iura pœnalia maximè priuilegiatiua perſonarum,vt in d.l. ij. non extendũtur reſpectu pœnæ,niſi lex vlterius procedat diſponendo: aliàs homo non habet facultatem extendendi ex ſua interpretatione, quæ omnia tene menti: quia hactenus iſte articulus non fuit per doct. noſtros ita plenè diſcuſſus. In tertia parte gloſ. ibi, ſed nunquid hæc petitio.Collige concluſionem quòd licet libertus hodie habeat ius natalium & generationis & ſic per cõſequens ius aureorũ annulorũ nihilominus patronũ in ius vocare non poteſt ſine venia per d.§.j.in authen. vt liber. de cætero alleg.hîc in gloſ.Sed tu aduerte quòd iſta concluſio gloſ. procedit in iure aureorum annulorum impetratorum à principe, & priuilegio legis de quo loquitur d. authen. ſecus autem eſſet ſi libertus natalibus reſtitutus eſſet per principem: quia tunc ſine venia poterit in ius vocare.Caſus eſt de hoc in l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius voc.
40 quod no. † In eadem ibi, in filio diſtingue &c. Colligitur ex gloſ. quòd emancipatus poteſt patrem citare cum venia. Et ratio poteſt eſſe: quia licet emancipatus pro extraneo reputetur. l. voica.§.extraneus.C.de rei vxo.actio. tamen iſta petitio veniæ conſiſtit in reuerentia non in patria poteſtate,vt ſuprà dictum eſt: hinc eſt quòd filius non poteſt in ius vocare matrem,quamuis in eius poteſtate non ſit.l.iiij in fi.ff. de in ius vocando.

Sed maius eſt dubiũ,quid in ſpiritualib9 in quibus filius poteſt liberè agere ſine conſenſu patris, & reputatur ſui iuris, capitulo fin. de iudi.libro vj.nunquid hoc caſu requiratur venia:& videtur quod ſic per rationem ſupradictæ concluſionis. Tamen vnum facit in contrarium: quia iſte eſt caſus omiſſus,& in pœnalibus non debet fieri extenſio.argu.tex.in capitulo ſuſceptum.de reſcrip. libro ſexto. & l. commodiſſimè. de liberis & poſthumis.tamen prima opinio videtur iuſtior quã teneat arguendo de ſpiritualibus ad caſtrenſia:vt arguit gloſ. in capitulo ex parte. de reſti. ſpo. ſed in caſtrenſibus requiritur venia: vt in l. adoptiuum. in princ.ff.de in ius vocan.ergo idem in ſpiritualibus.& iſtam opinio.tenet Maria. Socin. in repe.tituli de dilationibus.articu. xx.in xj.quæſt. xxvj.principalis. & dixi in capitulo fina. de iudi. libro ſexto,vt vidiſtis anno præterito, licet cum collega meo in circulis contrariam opin. firma-
41 uerim ſecundum concluſiones publicatas. † Secundò collige ex iſta particula gloſ. quòd filius exiſtens ſub poteſtate patris nec cum venia nec ſine venia poterit patrem in ius vocare.l. fi. C.de in ius vocan.Aduerte hîc,quia iſta gloſ.videtur ſibi contraria,quoniam inferius in verſi.item quærò. dicit quòd filiusfami. poterit patrem cum venia in ius vocare extra cauſam peculij. Tamen tu poteris defendere gloſ.ibi quòd loquitur in aliis cauſis exceptis ſimilibus illi de quibus poteſt eſſe lis inter patrem & filium. quæ no.per gloſ. fin. in capitulo fin.de iudi.libro ſexto:& in l.lis nulla.ff.
42 de iudi. † Sed iuxta hoc oritur noua difficultas ab aliis non conſideratis, videlicet verum in caſibus in quibus filius in poteſtate non poteſt agere contra patrem,ſi agat de facto & ſine venia incidat in pœnam edicti prætoris, ſcilicet 50. aureorum, & videtur quòd non: quia ex quo filius extra caſus not. in d. l. lis nulla.prohibetur agere citatio facta per illum eſt nulla & ex actu nullo quis puniri non debet.l.j. in fin. & quod ibi not. Bal.ff.quòd quiſque iur.cum concordan.quas dedi ſupra in primo notabili. quia non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum: vt in regula iuris. libro ſexto. capitulo non præſtat. & hanc opin. videtur ſentire Specu. in titu. de do.& contu.§.reſtat. verſi. ſed vocans &c. Et quia caſus omiſſus relinquitur ſub diſpoſitione iuris d.l.commodiſſimè. Tamen contrarium videtur mihi verius ex eo, quia hic filius deprehenditur magis inobediens & praui animi ex quo patrem attentat in ius vocare contra duplicem prohibitionem iuris. prima eſt ne filius agat contra patrem,niſi de caſtrenſi & quibuſdam aliis notatis in d.l.lis nulla. & in l.actiones. hic allega.in glo.Alia eſt prohibitio quòd in caſibus in quibus poteſt agere in illis non vocet patrem ſine venia. Nec obſtat quòd ex actu nullo quis non debeat puniri:quia illud non eſt verũ per text. & quæ ibi not.in l.ſi quis legatum.ff.de fal. & no. in l.pe.C. eodem titulo. quia in delictis conſideratur effectus & merum factum non iuris effectus: vt eſt text.in l. cum qui. C.de adult. Et licet dicta citatio eſt nulla,debet intelligi volente patre vel patrono in quorũ iniuriã facta fuit citatio.arg.gloſ. in l.elegantet.in verbo nullam. ff. de dolo.quam commendat Iaſ. in §.actionum. nume. 41. infrà eodem. verùm quia iſte caſus non eſt prouiſus à prætore, credo quòd extraordinariè & arbitrio iudicis talis filius vel libertus eſſet puniẽdus: vt in ſimili dicit gloſ.ſuprà in alio caſu.Et iuxta prædicta poteſt applicari alia notabilis quæſtio quam ponit Pau. de Caſt. in l.j. ff. ne quis eum. & dicit non eſſe tactam ab alio, quam omitte: quia eam latiùs attingo in l. quamuis. ff. de in ius vocan.
43 poſt Alexand. ibi. † In quarta parte gloſſ. ibi. l. adoptiuum. colligitur ex gloſſ. quòd filiusfamilias miles vel aduocatus ſi agant reſpectu rerum caſtrenſium vel quaſi requiritur quòd impetrent. veniam.& de hoc eſt gloſſa ordinaria ſecundum Aretinum hic in l.cogi. §. ſi pater.in verſi. obſequium.ff.ad Trebellianum. Et licet Iaſon hîc dicat quòd illa gloſ.non probat niſi hoc, videlicet quòd ſi imploratur iudicis officium, quòd debet venia impetrari. Tu tamen dicas quòd vtrunque dictum probat. patet: quia alleg. dicta.l.adoptiuum.quam hîc glo. allegat & ſic dictũ gloſ.debet intelligi ſecundum legem quam allegat: vt dicit Bartolus in l.finali.in principio de condictione inde.& Iaſon in l. diem functo. in prin.ff de offi. aſſeſ.&

edicti cõpleta.vnde iſtud fundamentum Iaſ.nihil
valet:ſed teneas opi.Ioã.Fabr.Aret. & aliorũ hic:
quamuis vtraque opi.poteſt ſuſtineri. Nõ obſtat
quod dixi de dictione ve: quia dico quòd illa di-
ctio ve,eſt ambigua:& licet copulatiuè interdum
ponatur,aliquando etiam diſiunctiuè ponitur:vt
patet l. Stichum.§.j.ff.de ſta.libe.& in l.ſæpe.ff.de
verb.ſigni.Cardi.in cle.pleriſque.de electio.& ſic
ſuper illa dictione non poteſt fieri fundamẽtum,
cũ ſit ambigua:vt colligitur ex dictis nouiſſimo-
rum,videlicet cuiuſdam Andreæ Alciati in l.ij.in
priu.col.v.de verb.obli.& facit ꝑ hoc.l.duo ſunt
ff.de teſta.tutel.nã eius quod multipliciter expo-
nitur,veritas ignoratur:vt dicit Bal.in l.ſcire. ff.
de legibus. Et quia parua aut nulla eſt vtilitas ex
iſta diſcuſſione,tranſeo ad alia. Item circa diffe
rentias quas hic ponit gloſ. inter titulum ne quis
eum,& inter titulum de eo per quem fac.erit. vi-
de vltra doc.hic latiſſimè & magiſtraliter Maria.
Soci.in trac.citationum articulo xxxiiij. per to-
tum.& xxxv.q.j.Et omnes hæ differentiæ gl.com
muniter approbantur excepta tertia quæ de ſatiſ-
datione loquitur:& hoc ratione manifeſtą proba
tur,quod iſtæ actiones competũt actori propter
damnum ſibi illatũ ex retentione rei:vt ſuprà di-
ctum eſt.iſta ratio militat tam ante,quàm poſt ſa
tiſdationem.eſſet enim iniquum quòd prętor per
mitteret ante ſatiſdationem quòd dolo & fraude
aliquis circumueniret:quod nõ eſt dicendũ, cùm
ſit plenus æquitate:iuxta l.quod ſi Epheſi.ff.quod
cer.loc.& ne inde iniuriæ naſcãtur vnde iura na-
ſcũtur:cõtra tex.in l.meminerint.C.vnde vi.& c.
qualiter.de accuſatio. Circa vltimã differẽtiam
quòd titulus ne quis eum,procedat quãdo vi exi-
mitur vocatus,& quòd alius titulus de eo per quẽ
fac.erit, procedat quando dolo:debes ſcire quod
iſtam opi.etiam tenent omnes:tamen dum infert
Ioã.Fabr.hîc & poſt eũ Iaſ.quòd ideò ex hoc ma-
gis punitur incidens in primum edictũ quàm in
ſecundum:quia magis deteſtabilior eſt vis quã do
lus.iſta ratio iudicio meo eſt falſa: quia regula eſt
in cõtrariũ, quòd doloſa perſuaſio plus eſt quàm
violenta coactio.l.iij.§.ſi quis volẽtem.ff.de libe.
homi.exhi. & l.prima.§.perſuadere.ff. de ſer.cor-
rup.no.Dy.in c.ſciẽti.de reg.iur.lib.vj.& gl.in c.
certè.xij.q.j.Et hoc quidem apud Cicero. expedi-
tum eſt in libro primo officiorũ,dũ in hæc verba
fraudem deteſtatur.Cum autẽ duobus modis aut
vi aut fraude fiat iniuria,fraus quaſi vulpeculæ,vis
leonis videtur: vtrunque alieniſſimum ab homi-
ne:ſed fraus odio digna maiore.totius autem ini-
micitiæ nulla capitalior eſt, quàm eorũ qui tum
cùm maximè fallũt,id agũt, vt viri boni videan-
tur.hæc Cicero.quod etiam ſatis innuit tex.in l.j.
C.de male.& mathe.dum dicit plus eſſe aliquem
veneno,& ſic proditoriè occidere, quàm gladio:
nã ab his nos defendere poſſumus:ſed à fraudibus
& dolis nequiſſimi hominis minimè. l. ad eos.ff.
cõmoda.& bonus tex.& ibi glo.in c.ita ne.xxxij.
q.v.facit l.ij.§.ſi eo.ff de admi.re.ad ciui.perti.eſt
bene verũ quòd in plus ſe habet vis quàm dolus:
tamen dolus eſt magis punibilis: nec ex eo quòd
magis cõprehẽdat vis, debet fieri argumẽtũ:quia
clarum eſt ꝙ epiſcopus magis cõprehendit quàm
delegatus papæ:& tamen delegata iuriſdictio eſt
dignior & fortior.c.ſanè. de offi. deleg. c. ſtudui-
ſti.de offi.leg.tamen hoc variat ſecundum ſubie-
ctam materiã:nam aliquãdo plus vis quàm dolus
punitur.vt in l.ſi quãdo.& l.meminerint.C.vnde
vi.cum ibi not.tamẽ quo ad iſtud edictum æqua-
liter puniũtur:vt patet hic vbi ponitur dictio ve,
ibi,cuius ve dolo &c.quę idẽ importat quod vel.
& ſic eſt diſiũctiua.l Stichum.§.j.ff.de ſta.libe.ad
cuius veritatem ſufficit alterã partem eſſe veram
c.inter.de reſcrip.l.ſi ſtipulatus.ff.de verb. oblig.
ergo ſiue vi ſiue dolo quis detineatur,cõpetit hæc
actio:& per conſequens malè dicit Iaſ.poſt Ioan.
46 Fabr. † In tertia parte principali gloſ.ibi ſuper
hoc §.ſecundò quæritur &c.Glo. in iſta parte eſt
intricata & vtilis. & iſte eſt mos Accurſij in no-
doſis difficultatibus vt plurimum ſe implicare
forſitam ea ratione de qua dicit Pan. de Caſtro
& Iaſon in l. iuriſgentium. §.quinimo.in nona
columna.verſiculo in ſecunda parte glo. numero
vigeſimooctauo.ff. de pac.id eſt,vt faceret poſte-
ros muſare,ne ex nimia facilitate difficultates le-
gales redderentur communes cum idiotis.Et hac
ratione dicit idem Iaſ.in l.infantis. in principio.
C.qui admit.quòd Imperatores plęrunq; reſpon-
ſa ambigua dabant,ne ab omnibus intelligerẽtur
hoc enim factũ fuiſſe ea ratione arbitror de qua
dicit Bal.in l.j.col.iij C.com.de leg. quia diffici-
lis ſermo placet vulgaribus:quia cõmuniter non
cadit in idiotis:hæc tibi volui dixiſſe,ne ſi aliquã-
do plus debito in intelligendis gloſ. inſudaueris,
47 malè de Accurſio noſtro ſentias. †Pro intelligẽ-
tia igitur & declaratione iſtius glo. oppo.contra
iſtum text.ſimiliter & contra illius duas rubricas
de quibus facta eſt mentio in ſecunda parte iſtius
gl.videlicet quòd remedium prætoris de quo ibi
& hîc ſit fruſtratorium & nullius momenti:quia
ſi actor citauit aduerſarium ſuum, prout omnes
leges illorum titulorũ præſupponunt,non eſt cu-
randũ an eximitur reus dũ venit ad iudicium vel
non:cùm per illã citationẽ illa ratio quæ eſt tem-
poralis perpetuatur ex parte actoris per xxx. an-
nos, & ſic ratio conſiderata à prætore in edicto
ſuo ceſſat, quæ fuit, quia ex quo per exẽptionem
factam de reo fruſtrabatur actor actione ſua tem
pore quo fortè agere tenebatur: quod per exem-
ptionem rei elabitur:& ſic eius lapſu excludeba-
tur ab agendo:ideò ne per maleficia alicuius iſti
actores perdant actiones ſuas,prouidit prætor vt
actio pœnalis competat actori contra illum exi-
mentem ſiue detinentem reum citatum ea ratio-
ne:qui tempore excludebatur actor:vt dicit tex.
in l.ex hoc edicto. in princip. ff. de eo per quem
factum erit.ſed omnia iſta remedia & iſtæ ratio-
nes ceſſant quando actio eſt facta perpetua per
citationem: quia ſi reus in primo anno detine-
tur,poterit actor ſecundo vel in tertio vel quan-
docunque eum iterum conuenire: & ſic conſe-
quitur effectum ſuum, nec per illam exceptio-
nem infertur illi præiudicium: ideò ceſſant ho-
die illa remedia ceſſante ratione. Et quod per ci-
tationem actio perpetuetur, hoc probat gloſſ.de
iure antiquo & de iure nouo. primò per l.conſti-
tutionibus. ff. de actio.& obligatio. ſecundò per
l.ſicut.& l.cùm notiſſimi. C. de præſcrip. trigin-
ta vel quadraginta annorum. nam in dicta l.
conſtitutionibus.dicitur quòd hæres ad pœnam
conueniri poteſt ſi citatio fuit facta prius contra
defunctum quaſi lite conteſtata cum mortuo.&
clarè probant iura noua in dicta l.ſicut. & l.cum
notiſſimi.in princ.glo.videmus difficultatem.re-
ſpondet prius dupliciter ad l. conſtitutionibus.
dicens

dicens quòd in l.constitutionibus. ponitur dictio quaſi.aſſertiuè,hoc eſt quòd ibi ſecundum veritatem lis fuit conteſtata non ſimilitudinatiè,hoc eſt fictè:& ſic cum ibi lis verè conteſtata fuerit, merito actio perpetuatur.Sed in terminis edicti prætoris de quo hic præceſsit ſola citatio. & ideò non ſufficit. Vel ſecundò dicit gloſſ. poteſt reſponderi quòd in d.l.cōſtitutionibus.fuit lis conteſtata conuentione partium porrigēdo libellum principi,qui hab etur pro litis conteſtatione:vt in l.j &.ij. C. quādo lib.prin.dat.lit.conteſt.fa.& ſic ille tex.non obſtat.& reſtat ergo ſaluum & proficuum nobis iſtud edictū prætoris de quo in textu noſtro,& defenſatum à cōtrarietate iuris antiqui. Sed quid dicendum de iure nouo videlicet de l.ſicut. & l.cum notiſsimi. Et dicit glo.quòd videtur quòd per illa iura ſit hodie correctum edictum de quo hîc dicit glo.& in hoc aduertas quòd leges veteres intelligas de illis titulis ne quis eum &c. & de eo per quem fac. erit &c. loquuntur in perſonalibus actionibus quæ non perpetuantur per citationem iudicis ſiue executorem, quod idem eſt: & ideò ſi pereat actio contra eum qui fuit vi exemptus,datur actio perſonalis de qua in. §. noſtro,& in illis titulis contra vi vel dolo eximētem ad intereſſe, & tenetur actori in pœnam ſui delicti inquantum iurauerit non attenta veritate: vt quemadmodū fur punitur ad pœnā dupli vel quadrupli,ita & iſte in id in quo actor paſſus dānum in litem iurauerit. ſed d.l.ſicut & l. cùm notiſsimi.loquuntur in àctionibus realibus,quæ ex prouiſione illarum legum per ſolam conuentionem perpetuantur.quæ prouiſio non reperitur facta in perſonalibus:& ideò fuit neceſſarium & eſt hodie iſtud remedium prætoris de quo in text. noſtro.
48 hæc eſt mens glo.latiùs declarata. † Ex qua colligitur hæc concluſio,quòd actio de qua in text. iſto,& illis rubricis ne quis eum qui in ius voc.vi exi.& de eo per quem erit.non perpetuetur per citationem,ſed expiret anno, vt aliæ prætoriæ:propterea opus fuit remedio prætoris de quo hic, quod hodie correctum non eſt.Iſta concluſio gl. communis,vt patet ex dictis per Alex.in l.ſi eum. §.qui iniuriarum.in gloſſ.ff.ſi quis cautio. tenent moder.poſt Abb. in c.illud.de præſcript. & idem Iaſ. vbi declarat terminos perpetuationis & interruptionis in l.nam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ff. de iureiurān. cum concor. vt latè tradunt nouiſsi.in trac.præſcrip.in iij.parte.vj.partis principalis,quæſt.j.& in iiij parte eiuſdem vj. partis, quæſt.ij.& Maria.ſocin.in trac.citationis, articulo xxxv.q.v.principali.& iſta concluſio glo.quòd actio annalis prætoria non interrumpatur per citationem,ſed per litis cōteſtationem & libellum principi oblatum procedit etiam ſi præſcriptio annalis inducta eſſet ex conſtitutione epiſcopi, ducis,comitis,marchionis:quia interrumpitur ſicut de prætoriis eſt dictum:ita tenet Bar.in l.ij.§. ſi rem.ff.pro empto. Sed tamen circa ſolutionem iurium quæ contra prædicta adducebat glo. hîc,aduertendum eſt, quia non in omnibus gloſ. bene loquitur. & primò in quantum dicit quòd in d.l.conſtitutionibus.verè fuit lis cōteſtata non eſt verum:nam licet hāc ſolutionem ponat etiam Bar.in l.fi.in prin.ff.de eo per quē fac.erit: tamen poſtea recedit ab illa ſolutione,& dicit quòd in d. l.conſtitutionibus.non dicitur quòd per citationem præſcriptio interrumpatur: ſed quòd actio ſit tranſitoria ad hæredes:& poſſunt iſta eſſe ſimul quòd actio pœnalis tranſeat ad hæredes. & quòd ſit temporalis, iſta videtur mēs glo. Sed iſta ſol. non ſatisfacit, cum longa ſit differentia inter interruptionem præſcriptionis & perpetuationem actionis de qua nos loquimur:vt patet per glo.in d.l.cum notiſsimi.quam ſequuntur communiter ibi doc.& Pau.de Caſt. in l.naturaliter. colum.fi ff.de vſuca.vbi moder Ticinenſes.latè Iaſ.in prædicta l.nam & poſtea. ,.ſi is qui temporali.& in l. j.colum.penul.C.quando lib.princip. dat.& ideò Alexand.in d.l.fi.poſt alios,quos ibi refert,tenet. quod in d.l.conſtitutionibus.ſteterit per reum quò minus litē conteſtaretur.quo caſu habetur lis pro conteſtata:& eo caſu quaſi conteſtatio ;litis idem operabitur quod vera conteſtatio. Et licet iſte intellectus poſſet notari tanquam diuinatiuus: tamen ne in infinitum procedatur, teneas vtrunque intellectum tam Alexand. quàm Barto. quia veri ſunt. & illum intellectum Bart. tenet gloſ. in d.l.conſtitutionibus.& in.d.l.fin. & ſequuntur alij quos enumerat Alexan. in d. l. fin. cuius verba formaliter tranſcribit Iaſ.tacito Alexand.hîc.

Item circa l.cùm notiſsimi & l. ſicut.malè reſpondet gloſ. quia ſecundum magis communem alleg.leges loquuntur,& procedunt tam in actionibus realibus quàm perſonalibus: vt tenent ibi gloſ.& doctor.communiter. Vnde aliter poſſet reſponderi quòd illæ leges nō loquuntur de prætoriis annalibus & pœnalibus de quibus hîc loquimur: & iſta videtur bona reſponſio per quam omnia de plano procedunt: licet hîc Iaſ.ex mente Bart. quem ipſe non alleg.ſed eſt in d. l. fin.de eo per quem fac.erit &c.diſtinguit inter præſcriptiones quem vide per te.& banc diſtinctionem per omnia prius tradit Maria. Soc.in dicto tract. de citatio.in xxxv.articulo.quæſt.iiij. cuius dicta non refero.& ita breuiter teneas. Reliqua verò quæ plura eſſent hîc dicenda videas ibi in dictis locis hîc per me allegatis, ad quæ nihil addi poteſt, cùm ſint regulæ magiſtrales: & ideò fruſtra nolui papyrum denigrare illorum nomine ſuppreſſo.vt dicit de ſe Barto.in l.non ſolùm.§.morte.in j.colum.verſi.quærit glo.ff.de oper.no.nun. quamuis plures hac tempeſtate hoc ſuffragio ſuffulti vetera pro nouis vendunt ſibi nimium blandientes.contra quos veluti latrones multum clamant Andreas Sicu.in cap.nonnulli.§. ſunt & alij.in v.colum.nume. xxxiij cum ſeq. extra de reſcrip. Extra gloſ. plura poſſent hîc annecti de pœna eximentium vel occultantium creditores noſtros vel captos à familia poteſtatis quæ proſequitur hîc Iaſon,& ante ipſum latiùs proſequitur Maria.in prædicto loco, & magis vtiliter congeruntur in trac.de exemptio.& per Hipp. de Marſil.in l.j.in princ.in vij.colum.ff.de quæſtio.& in l.j in prin.in x.colum.ff.ad l.cor.de ſic.cum multis ſimilibus & concor.quæ cumulat idem Hipp. in ſing. ſuis not. cxxxvij. & cclxxiij. vbi omnino
49 vide. † Tamen tene vltra ibi dicta vnum ſingulare dictum menti, quòd non ſolùm eximens captum de manibus familiæ tenetur creditori ad ſolutionem illius debiti tanquam ſi pro capto debitore fideiuſsiſſet:vt innuit hîc Iaſ.per tex.notabilem in l.quoties.C.de exac.tribu.lib.x.ſed etiā ille tenetur qui notificauit debitori alicuiꝰ quod aufugeret: quia creditor volebat facere eum capi,& ſic aufugit:quia talis tenetur.ita notabiliter

dicit

dicit Petr. de Anchara. in conſi. cccxlj.incipien. viſo themate. in fi. & Ioan. de Ana. in conſilio lv.quia dubia.in fin. verbis. & ante ipſos hoc tenuit Bal.in c.dilectus.colum.penult. de appella. quem ibi ſequitur Præpoſitus. quod dictum pro valde ſingulari commendat Hip.de Marſi.in tracta.de fideiuſſo.in iij. colũ.in fi. & prædicta procedunt etiam ſi eximens vellet probare, quòd ille qui fecerat capi debitorem non erat creditor, vt dicit ſingulariter Angelus in l. ſi eximendi. §. item ſi quis.ff. ne quis eũ qui in ius. quod dictum cõmendat ibi Alex.& Bar.veronen.in conſi.xiiij. incip.pro declaratione.in iiij.col. ſequitur etiam Hipp. in d.tracta. in xiiij. quæſtio. col.xxx. Præterea diſpoſitio dictæ l.quoties.ampliatur procedere,etiam ſi illi quorũ fraude prædicti debitores aufugerunt poſtea dictos debitores reſtituant ad manus familiæ,ſiue ad carcerẽ: quia propter hoc nõ liberantur quin creditoribus teneãtur. ita tenet Salice.in l.in bonæ fidei.in x. col. C. de reb. ccedi.quẽ ſequitur Iaſon in l.j.§.is videtur.col.fi. ff.ſi quis ius dic.nõ obtẽp.& pro hoc videtur bonus text.in l.prima.§.ſi rem.ff.de po. Tamen iſta limitatio communiter approbata non ſatisfacit: licet de illa hic nullus mentionem faciat, ex eo quia regula in iure eſt clara quòd per præſentiam res reducitur ad primum ſtatum, per ea quæ ſuperius dicta ſunt:per tex.in l.quamuis.ff.de in ius vocan.& l. hoc edicto.ff. de alie. iudi.Non obſtat d.§.ſi rem.quia ille text. loquitur in depoſito in quo plura alia ſpecialia contra regulas iuris admittuntur: vt tradit Iaſ. in l. j. C. de eden.

50 † Limitantur tamen ſupradicta non habere locum in Cardinali eximente: quia inter alia priuilegia iſtud ſibi tribuitur: vt ſi obuiat ei qui ducitur ad mortem,per impoſitionem pilei eum liberet:vt dicit Bal.Sali.& Pan.de Caſtr.in l.addictos.C.de appella. quos ſequitur Iaſ.hic.adde vltra ipſos quòd iſtud dictum ſequitur Bartho. veronen.in trac.cautel.cautel.ij.& Iaſ.in l.j.in fi.C. ne lic.po.& Feli.in c.quærenti in penult. colũ.de offi.deleg.Hipp.in ſingularibus ſuis not.cclxxiij. in penul.colum. & iſta eſt communis opin. Tamen reperio quòd eam latè impugnat Andræas. Sicul.in trac.de præſtan.Cardi.in ix.quæſt.primæ partis.& Anto.corſe.in notabilibus ſuis in verſi. Cardinalis. & ſequuntur nouiſsimi in memorialibus iuris,in verbo, rationis identitas. Et inter alia mouentur quòd illud quod non competit Deo,non debet competere Cardinalibus: ſed corpus Chriſti non habet hoc priuilegiũ:vt dicit gloſ.in cap.quæſitum.xiij.quæſt.ij.quæ vult quòd ſi condemnatus ad mortem aufugit & amplectitur ſacerdotem portantem corpus domini,nõ liberatur:ergo minus debet liberari per pileũ Cardinalis. Præterea,quia iſta conſuetudo quæ dat occaſionem delinquendi & per quam crimina remaneant impunita, non valet.cap.pe.de conſue. l.conuenire.ff de pac.dota.ſed in caſu iſto eſt huiuſmodi:igitur &c.alia plura adducũt quæ videas ibi per eos.ſed iſta ſunt potiora fundamenta,quibus non obſtantibus teneo cõmunem opi. videlicet quòd hoc liceat Cardinalibus:quam vltra prędicta ſequitur Martinus Lauden.in tra.de Cardina.no vj.& Bar.in d.c.quærenti.xix. & nouiſsimi quidã in trac.qui circunfertur de dignitate & poteſtate legati.in vj.concluſione.vbi alios alleg. pro iſtã opin. Non obſtant modò allegata in cõtrarium. & primò ad dictum gl.d.c.quæſitum. eſt dicendum quod illa glo.eſt falſa,quam ibi reprobat Archi.& quòd corpus Chriſti habeat huiuſmodi immunitatem,concludit Abb.per plura motiua in c.ſanè.de cele.miſſa.& ibi hoc tenent communiter doc.& ita cõſuluit Ro. vt ipſe dicit no.cccxxxv.& tenet Alexan.in rub. ff.de no.ope. nun.in i:j.col.nu.x.& iſtam opin. tenent mod.in tracta.de immunitate eccle.in xvij.colũ.vbi ſubdunt vnum quòd licet aufugiens ad corpus Chriſti immunitatem mereatur:ſecus tamen eſt in carcerato qui recepit corpus Chriſti.alle. ibi Pau.in cle.ſi dominum.de rel. & ve.ſan.& videtur ſentire Car.in cle.j.circa fin.de pœnitẽ.& remiſsio.Et iſtam opinio. tenet ibi Imo. & idem Cardina. in cle.j.§.inſtitutione. circa fin.de reli. & ve.ſan. & ſentit Oldra.conſi.liiij.an fugiens. in fi. & finaliter quòd corpus Chriſti habeat prædictam immunitatem probat latiſsimè per plures rationes Maria.Soci.in tract.citationem articulo xvj.q.v. in iiij col.& iſta opin.mihi videtur multũ rationabilis & honeſta.nam ſi eccleſia habet iſtam immunitatem,vt confugientes ad eam liberentur.l. præſenti.C.de his qui ad eccle.confug.& per totũ titulum de immu.eccle.& iſtud priuilegiũ eccleſiæ conceſſum eſt propter Chriſtum,à fortiori talis immunitas debet cõcedi Chriſto:quia propter vnumquodque tale & illud magis. authen. multomagis.C.de ſacroſan.eccle.Et pro iſta opi.dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Vrbini Lud. Rom.notabili.cccxxxv.incipien.dicamus ad ſolatium.licet aliqui tenuerint contrarium.Et quãtum ad illud quod dictum eſt, carceratum non liberari de carcere propter ſumptionem corporis Chriſti, hoc eſt verum:tamen propter reuerentiam tãti ſacramenti debet eius mors differri vſque ad ſequentem diem: ita dicit Hoſtien.in ſumma de immu. eccle.col.vij.& iſtam opinio.ſequuntur alij plures,quos breuitatis cauſa non refero. Non obſtat etiam,quòd talis conſuetudo pręſtat occaſionem delinquendi:quia iſtud non debet haberi in conſideratione, ex quo ad iſtum finem non fuit ordinata talis immunitas: & ideò regula poſita in d.l.conuenire. & d.c.penult. procedit quando principaliter ad hoc intenditur,vt occaſio delinquendi pręſtetur:ſecus ſi indirectè hoc accidit.ita notabiliter dicit Ang.in diſputa.ſua inci.nobilis quidam.in iij.col.quem ſequitur Alex.in conſi.ij. viſis codicillis.in viij.col. verſi. non obſtat ſeptimũ.vbi pro hoc etiã Alex.allegat tex. & ibi Bar. in l.ij.§.ſi verò.& §.fi.cum l.ſeq.& vtrobiq; Bar. ff.ſi quis cautio.& facit pro iſta ſolutione quæ dicit Fel.in c.de cætero.in prin.de ſen.excom.cum multis concor.aggregatis per eundem Felin.in c. cum inter.col.xj.verſic.limita.iij. de excep.facit pro hoc quia talis occaſio delinquendi, quæ in propoſito noſtro conſideratur, eſt præſumpta & non certa:& ideò non conſideratur.ita tenet Fel. in c.ij.verſi.fallit. ſuprà de fide inſtr. dum allegat Anto.de But.in c.fraternitatis.de teſti.& Bal. in l.cùm antea.in ij col. de arbi. Tamen aduertendum eſt quòd iſta ſolutio,licet notabilis ſit:tamẽ poteſt morderi ex eo.quia regula eſt quam ponit Iaſ.in l.ſi quis nec cauſam.columna penult. verſi. ſtat ergo ex prædictis. ff. ſi certum petatur. quia in delictis ita conſideratur occaſio, quæ indirectè præſtatur, ſicut ea quæ directè tendit ad malum.l.athletas. §. ſiue autem. ff. de infamib. & l.

non licet.ff.de contrahen.emp. quæ addi poſſunt ad alleg.ibi per eũ. & ideò dicitur quòd prohibita vna via, prohibetur omnis illa per quã peruenitur ad prohibitam.l.oratio.ff. de ſponſali.& in puncto videtur doctri. Bar.in l.damni infecti.§. Sabini.in fi.j.col.ff. de dam.infec.vbi clarè ſentit quòd ita prohibetur occaſio delinquendi quæ principaliter conſideratur,ſicut quæ indirectè & ſecundariò accidit: & ita ſubtiliter colligitur ex dictis eiuſdem in l.nemo poteſt.in iij.oppo.de legat.j.& ratio eſſe poteſt:quia in prohibitis non fit interpretatio an directè vel indirectè.vt in lege ſi ſpõſus.§.j.de dona.inter vi.& vxo. c.j. de præſum. Et ideò iſta ſolutio non ſatisfacit. vnde ſecundo modo poteſt ad regulam reſponderi negando, quòd in caſu noſtro præſtetur ex tali immunitate occaſio delinquendi:quia ex quo talis cõſuetudo eſt laudabilis,& in fauorem immunitatis eccleſię inducta, & conſona iuri diuino, quo cautum eſt Deum nolle morte peccatorum:ſed vt cõuertantur & viuãt c.quia diuinitatis.de pœn.diſtin. prima.nõ poteſt dici quòd ſit nutritiua peccati:nam attenta ratione, idem eſſet dicendum in corpore Chriſti:& tamen videmus contrarium per ſupradicta:tũc enim daretur occaſio delinquẽdi,quando crimen remaneret impunitũ: ſed ille qui confugit ad eccleſiam, ab eccleſiaſtico iudice punietur.vel ſi non punitur,non eſt incõueniens quòd regulæ iuris tranſgrediantur propter qualitatem loci vel perſonæ:vt dicit tex.in l.ad beſtias. ff. de pœnis.& in l.pen.ff.de ſicariis.Nam etiam confugiens ad ſtatuam principis habet immunitatem, ſuprà de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& l.ij. ff.eod. ergo eodem modo & iſto caſu propter ſupremam dignitatem Cardinalis hoc concedi debet. Nam non propterea regulariter illud accidit, vt homicidæ liberentur,cùm non ſit frequens Cardinaliũ tranſitus: vt fortè vel fato quodam ſæpius delinquentibus occurrant. Iſtud tamen limitatur pluribus modis: vt per And.ſicul.in d.trac.& per Hippo.de marſi.in rubrica.ff.de fal.in iij. col.inter alia quòd talis immunitas conceſſa Cardinali nõ habeat locum in criminibus grauiſsimis,puta falſi, læſæ maieſtatis &c. propter diuerſitatis rationem,de qua latè ibi per eos:quos vide.

SVMMARIA SVPER §. PRÆIVDICIALES.

1 *Quot ſunt actiones præiudiciales prætoriæ de quibus hic:& quibus,& contra quos competant.*

Actio iſtius tex.procedit etiam in liberis arrogatis vel adoptatis:dum tamen ſint in noſtra poteſtate,aliàs competit officium iudicis.

Abbas poteſt monachum vendicare etiam ſi ſit factus papa.

2 *Verbum videtur,hic veritatem ſignificat.*

Verbum videtur,de natura ſua eſt denotare improprietatem.

3 *Dictio ferè eſt diminutiua & incerta:& qualiter hic accipiatur.*

Dictum teſtis per verbum ferè, non valet: limitando vt hic.

Dictio ferè,multis modis capi poteſt.

Natura disiunctiuæ eſt disiungere verba,& effectum ſiue ſignificatum coniungere.ibidem.

Actio qua quæritur an aliquis ſit liber vel non,eſt prætoria.ibidem.

Multæ ſunt actiones ciuiles & prætoriæ. ibidem.

4 *Minor pars debet maiorem ſequi.*

Regulæ in dubio adhærendum eſt.ibidem.

5 *Verba debent capi naturaliter,non ciuiliter.*

Alimentorum cauſa quando ſummaria eſt.ibidem.

An libellus ſit offerendus in cauſa alimentorum. ibidem.

6 *An actio directa & contraria regulariter reperiantur & quomodo cognoſcantur.*

Quod iure non cauetur in practica non habetur. & ideò dicere non debemus.ibidem.

7 *Intellectus & practica l. diffamari.C.de inge.ma.*

Quòd ea quæ ſunt in potentia,videntur eſſe in actu. ibidem.

1 PRÆIVDICIALES.† Ad euidentiam iſtius tex. vltra prolixitatem Iaſ. præmittam, propius ad materiam accedendo quòd ſecundum cõmunem opi.duæ ſunt præiudiciales prætoriæ de quibus in iſto §.agitur.vel ſecundum intellectum quem infrà teneo,ſunt tres.Prima eſt quando aliquis aſſerit alium eſſe ſeruum ſuum,& ille negat.Secunda quando aliquis eſt in quaſi poſſeſsione libertinitatis, & dicit aliquem eſſe libertum ſuum,vel libertus dicit illum eſſe patronum ſuum, & illi negant: quo caſu prodita eſt actio iſta,quæ dicitur præiudicialis: quia de ſtatu perſonæ qęritur,quæ cauſa dicitur maximi præiudicij.vt dicit Barto.in l.ſiue contra.§.j.in ij. col.nu.v.ff.de lib. ag. & ideò per magnos iudices debet expediri.l. placet. C.de peda.iudi. habetur in l.quoties.C.de iudiciis.& hac de cauſa delegari non poteſt.Barto.in l.imperium.col.fi.ver. quæro quę ſunt gradus.ff.de iuriſd.om.iudi.non tamen propter hoc dicuntur meri vel mixti imperij,ſed ſimplicis iuriſdictionis,& iure actionis expediuntur: vt ibi dicit Bart. allegans text. noſtrum hîc.

Et iſta actio cõpetit abbati contra monachum, ciuitati contra ciuem, & in aliis multis caſibus: ſed illo caſu dicetur vtilis præiudicialis, cùm de illis perſonis non caueatur in edicto prætoris,ſed per extẽſionem proceditur: vt dixi ſuprà in §.ſed iſtę.per doctri.Bar.& aliorum in l.curatoris.C.de nego.geſt.& tenet gl.hîc,& tenet Aret.& Iaſ.infrà nu.lxiiij.& lj.cũ ſequenti. Secunda prætoria eſt de partu agnoſcendo,videlicet quando aliquis eſt in quaſi poſſeſsione filiationis, & dicit aliquem eſſe filium ſuum,& ecõtra:qui reputatur filius dicit talem eſſe patrem ſuum, & teneri præſtare ea quæ patris ſunt,& iſta actio non ſolum competit ratione patriæ poteſtatis, ſed filiationis, & datur eo caſu quo filius à nullo detinetur:ſi verò ab aliquo detineretur,ſiue inuitus ſiue volens intentari debet rei vẽdicatio,adiecta cauſa de iure Romanorum.ita dicit tex.in l.j. §. per hanc. ff.de rei vendi.declarando,vt per glo.§.ius autem.in gloſ. magna circa finem ſuprà de pa.po. Et iſta actio tex. noſtri extenditur etiam ad liberos arrogatos vel adoptatos,dum tamen in poteſtate noſtra ſint:aliàs puto competere officium iudicis.ſi verò detineantur ab eo, competit remedium. d.§. per hanc.

hanc. Et hoc procedit etiam in Abbate, qui poteſt monachum vendicare etiam ſi ſit factus papa.gloſ. ſi.incip quam ſit.xviij.quæſt.ij.& iſto caſu ipſemet debet iuſtitiam facere, quam paratus eſſet facere in perſonis aliorum, vt ibi dicitur: & iſtæ omnes ſunt & reales & tráſitoriȩ ad hȩredes. vlterius etiam aduerte quod plures etiam dicuntur exceptiones præiudiciales de quibus habetur per doct.in §.præiudiciales.infrà de exceptio. & quot modis quæſtio dicatur præiudicialis, vide not.per Dom.de ſan.gemi.in conſil. lxvij. incip. pro declaratione.in princip.& in conſi.xcv.inci. præſupponitur.in j.colum.verſi.ſecundò præmit-

2 to. † In tex.ibi,in rem eſſe vidētur, quòd iſtud verbum videtur, licet de natura ſua ſit denotare improprietatem: tamen hic veritatem ſignificat. & concord.text.in l.ſeruum filij.§. ſi quis rem.de leg j.cum ſimilibus.vt per Socin.in l.poſsideri.§. ex contrario.vbi alij mode.& in l.generaliter. & in l.j.§.per ſeruum. vbi Iaſ. ff. de acqui. poſ.cum alijs cócor.vt late Firmia. in repertor.ſuo in ver. videtur.& Fely.in c.de cȩtero.in prin.de homi.& per moder.in l.ſciendum.de verbo.obl.& hoc in iſto text. accidit ratione adiuncta. hoc ſuadetur, quia iſta dictio iungitur cum verbo eſſe,de cuius natura eſt veritatem & ſubſtantiam ſignificare: vt dicit Iaſ.poſt Bald.in l.cætera.§.item quæri.ff. de leg.primo.Bart.in l.ſi maritus.§.legis Iuliæ ff. de adulte.Tamen vt euitetur quædam cauillatio, poteſt dici quòd hic ponatur ex ſuperabundanti nam per verbum videtur, reſpondent ſæpe legiſlatores capitulo prætereà de appel. & dixi ſuprà in §. æquè. vel tertiò hoc neceſſariò hîc colligitur ex ſubiecta materia, quæ in §. iſto veritatem exprimit: vt patet ad oculum: quia iſtæ actiones de quibus hîc,verè reales ſunt. vel quartò poteſt attentari vnum,quod verbum videtur, hic poſitum importat fictionem ſecundum naturam ſuam & regulam communem.Neque obſtat verbum eſſe.quia dico quòd illud verbum etiam fictionem inducit: vt probatur in l. quod Nerua. ff. depoſit. ibi, latam culpam dolum eſſe. & tamen lata culpa non eſt propriè dolus: vt ibi doctores dicunt.& eſt tex.in l.prima.§.primo. ff. ſi menſ.fal.mo.dixe.l.ſi fideiuſſor. ff. man. ibi, diſſoluta negligentia prope dolum eſſe.& quod verbum eſſe fictionem denotat, tenet Baldus in l. quæ fortuitis.in quarta columna.C.de pigno.act. vbi dicit quòd ſi ſtatutum dictat quòd Florentini ſint originarij ciues peruſini, tali caſu exponitur illud verbum ſint, id eſt eſſe fingantur: quia ſecundum ipſum non poteſt authoritas ſtatuentium naturalem veritatem remouere à ſubiecto l.prima & ſecúda.ff.de vſu.earum rerum quæ vſu conſu.& pro iſta opin. eſt text. quem ibi ponderat Bart.& omnes.in l.iij.§.genera.ff.de acq.poſ. & hoc maximè procedet in text.noſtro, vbi tale verbum adiungitur alteri verbo denotans fictionem: vt eſt verbum videtur. Ex quibus omnibus reſultat vnum:licet quòd tenuerút quidam antiqui quòd iſtæ actiones de quibus hîc.licet videantur in rem:non tamen ſunt reales ſed perſonales. facit tex.in ſimili modo loquendi in §. quædam. infrà eodem dum ibi dicitur quòd quædam actiones mixtam cauſam habere videntur:vt ſunt illæ quæ ibi enumerantur. & tamen ſecundum communem opini.illæ non ſunt mixtæ:vt ibi dico: & hoc in propoſito ratione ſuadetur:quia iſtæ actiones perſonas tantum reſpiciunt: quibus mortuis actiones extinguntur: ſicut perſonales ſeruitutes ex eo dicuntur quæ cum perſona expirant: vt dictum eſt ſuprà in §.æquè.& quia non rem ipſam ſed quandam perſonæ adhærentem concernunt, ergo debent eſſe perſonales. & hoc quantum ad actiones hic expreſſas locum habet: ſecus quò ad alias.& ita bene ponitur iſte §. hic & ſecundùm hoc malè dicit Iaſon & gloſ. dum aſsignant rationem quare iſtȩ actiones poſitæ fuerút hic cum ſint reales.nam ex prædictis habes claram rationem,quicquid ipſe dicat.

3 † In text. ibi ferè.nota quod hæc dictio diminutiua eſt & incerta. & propterea dictum teſtis per iſtam dictionem prolatum nó valet: vt ſi dicat ferè poſſedit per v.annos.dictum eſt Baldi in l.fina. in xv.oppo. C. de edi.diui Adria.tol.pro quo eſt text.in cap. penul. in princi.de cle. ȩgro. Hoc tamen limitatem niſi proferretur cum aliquo adiuncto ex quo certitudo annorum poſſet colligi prout eſt textus in l.ſecunda.§.iiſdem temporibus. ff. de origine iuris. Et licet multis modis hæc dictio capi poſsit: vt per Alber. in ſuo dictionario. hic tamen propter ſimilitudinem iſtarum triú actionum nó inconuenit quòd pro vix accipiatur: vt ponitur in l. furti.§.ſi.in ſi.ff.de his qui not. infa.& iſto modo eſſet hîc ſenſus quòd illa prima actio præiudicialis quæ ponitur hic in prin.tex.vix legitimá cauſam habet.& hoc nullo modo poſſet dici de iure ciuili propter conformitatem in pluribus cum aliis: quia vix, idem importat quod nullo modo.doc.Bar.per illum text.in l.ſi iure.in prin. ff.de lega.iij.& vltra Bartol. eſt caſus de hoc in l. impuberem.ff.de fal.cum allega.in gloſ.ibi facit. l.ſi plures.in ſi.ff.de vulg.& pup.cum ſi.Et ſecundùm iſta expoſitionem iſte intellectus eſſet nouus & contra omnes. & iſto modo intelligendo debes ponere caſum ſic. Domino Imperator dubium fuit inter iuriſperitos an cauſa ſtatus, vt puta quando aliquis dicitur eſſe ſeruus, ſit actio ciuilis vel non.& reſpondet quod vna iſtarum ex tribus hic enumeratis nullo modo legitimá cauſam habet.de cȩteris autem dicit imperator, non eſt dubium quòd ſint de iure prætorio, & approbatiuè de iure ciuili. & propterea in iſta actione ſeruitutis dicit vix quia nullo modo etiam approbatiuè dicetur ciuilis, cùm nihil de nouo ſit inductum intelligendo de directa actione ſecus de vtili. Et ad iſtum intellectum conſonant verba tex. in prin. dum illa vidētur æquiparari alijs in illis verbis, an aliquis liber ſit an ſeruus vel libertus, quia natura diſiunctiuæ eſt diſiungere verba & effectum ſiue ſignificatú coniungere.l. ad protegendú.vbi gl.C.de in lit.dan.tu. Et tamen clarum eſt quòd actio qua quæritur an quis ſi libertus vel non, eſt prætoria, vt hic omnes fatentur: ergo & alia, cùm vna pars alternatiuè per aliam declaretur:vt dicit Bar.in l.j.per illum text. ff.de rebus dub. Nec obſtat quòd illa dicitur ciuilis vt patet in tit.de liber.cauſa. in l.liberis.quia poteſt reſpondert hoc non releuare:quia licet detur ciuilis, iſta tamen eſt prætoria quemadmodú pignoratitia datur ciuilis & prætoria: vt dixi in §. item ſeruiana. ſuprà eo. & patet etiam in vltima actione quæ hic ponitur in text.de eo qui dicit aliquem eſſe filiú ſuum.quia eſt prætoria, vt hîc:& ciuilis,vt in l.j.§. per hác.ff.de rei vendi.& tradit Bart.in l.ſiue contra. §.j.in prima col. ff. de lib.

agno. & idem in pluribus aliis, puta depoſiti & commodati: vt l.j.§.prætor ait.ff.depoſiti.& in l.j.ff.commo.Sed non recedas à communi in iudicando. Glo.mag.diuiditur in ix.partes principales quas in proſecutione diſtinguam. ſecunda ibi.vnde queritur.tertia ibi,& ſunt tres.quarta ibi,ſed qualiter.quinta ibi.item quare. ſexta ibi.item quid ſi nulla.ſeptima ibi,item nunquid octaua ibi,item quo iure.nona ibi,item ſi quis.
5 † Ex ſecunda parte ibi, vnde quæritur, colligitur iſta concluſio quòd ideo iſtæ actiones prætoriæ reales ſunt poſitæ hîc ratione actionis ciuilis de qua hîc dicitur.Iſta ratio gloſ. cõmuniter damnatur tum ea ratione, quia conuenientius fuiſſet quod illa ciuilis ſequeretur ordinem duarum prætoriarum propter maiorem numerum, quàm quòd duæ prætoriæ debeant ſecundum ordinem vnius ciuilis regulari: argumen.l.maiorem. ff. de pact.& c, prudentiam.in prin.& quod ibi not.Abb.de offi, deleg. Sed eſto, quòd ratio glo. ex iſto capite defendi poſſet: ex alio tamen confunditur: quia illa attenta deberet iſte §.poni.ſuprà poſt §. primum vbi de realibus ciuilibus tractatur. Et ideò dicit Iaſon hîc quòd ſibi videtur quòd hîc ponatur vna diuiſio actionum quæ ſingulariter de per ſe poni debuit: argu.§.alio.ſuprà quib.mod. teſt.infirman. & iſtam opinio. ante ipſum tenet Ioan. de platea hîc & Ang. Areti. Sed conſiderandum eſt, vt dixi ſuperius in pen.notabili quòd dictum iſtorum videtur diuinatiuum. Nam quamuis imperator diuiſioné poſuiſſet de per ſe debuit tamen poni ſuo ordine vel poſt reales, ciuiles vel prætorias, cùm nulla ratio ſubeſſe potuit, quare hoc poni debeat. Et ideò mihi probabilius videtur dicendum hoc fuiſſe factum ex arbitrio voluntatis ipſius conditoris, quòd in his quæ ſunt poſitiui iuris habetur pro lege: vt dicit glo.in l.j.§. pueritiam.in verbo ratus. ff. de poſtu. & maximè hoc in conſtitutionibus imperatorum reperitur, in quibus plura pro libito admittuntur quæ in libris ſſorum. aliter ſtatuta ſunt: vt tradit Decius in ru.C.de teſta.mili. Vel defendendo imperatorem poteſt teneri firmiter quòd iſtæ omnes actiones ſunt perſonales per rationem quam poſui ſuprà in pe.notabili. Neque ob.ea quæ Iaſ.hîc dicit quòd verbum videtur, aliquãdo veritatem exprimat: quia fateor vbi aliter materia ſubiecta interpretari non poteſt, quàm vt veritatem exprimat: ſed hîc aliter eſt propter modum loquẽdi.ex quo colligitur mens diſponentis, vt ſuprà dixi: argu. l. Labeo.ff.de ſup.leg. Et quia in dubio adhærẽdum eſt regulæ ſicut Bononienſes Carrotio. per glo. in l.omnis diffinitio. ff. de reg.iur. nam præſumptio iuris eſt pro eo qui regulã habet per ſe.lege ſuus quoque.§.puto.ff.de hære. inſti. & capit.decimas.de reſti.ſpo.lib.vj.gl.not in cle.fi.de reſcri. cum pluribus concor. vt per Mod. in rub.de reg. iur.poſt Alex.in addi.ad Bar.in l.non ſolum.§.ſed & reprobari.ff. de ope.noui nunciatio.Sed regula eſt iſta quòd dictio videtur, importat fictionẽ: per iura ſuperius alleg. igitur ſtandum erit regulæ: quia verba ſimpliciter prolata naturaliter intelligi debẽt.& propriè,non autem impropriè. l. fi.C.de his qui ve.æta.imp.cum ſi.vt per And.ſic. in rep.l.cùm acutiſſimi. in xlix.& xcvij.col.C.de fideicom.& Iaſon in repe.l.admonendi. in xxvij. colum.ff.de iureiur.cum mau.l.non aliter. de le. iij. In tertia parte gl.ibi, quia ſummatim quæritur &c.habes ex iſta glo. quòd alimentorũ cauſa ſummaria eſt: quod tenet Bald in l.ij.in ij.col. ver.quæro nunquid.C.de fideicõ.quod ex eo probatur, quia die feriata talis cauſa agitari poteſt.l. ſecunda. ff. de fer. quia officio iudicis expeditur non iure actionis, vt dicit ibi Alex.& notabiliter per Bart.in l.ſolet.in ſecunda colum.verſic. quæro dicitur.ff.de alimen.& cibar.lega.& ideo non debuit mirari Iaſon hîc de dicto Pet.de ancha.in cle.ij.de ſequeſtro. quod in tali cauſa non requiratur libell⁹, ex eo, quia cùm ſit cauſa ſummaria, regulariter libellus non eſt neceſſarius: vt dicit tex. ad literam in cle.ſæpe.§.nos autem. de verb. ſignifi.niſi in caſibus à iure expreſſis. eſt bene verum quòd quando alimenta peterẽtur iure actionis: vt eſt quando debentur ex teſtamento: vt declarat Alexand.in l.prima.§. excipiuntur. in prima colum. in fi. ff. de feriis. quòd tali caſu eſſet notabile dictum Pet.de ancha. quando probaretur, ſed eo caſu non eſſet verum, cum tunc requiratur libellus per doct.Barto. quam ita intelligo in l.pecuniæ.circa.fi.ff.de ali. & cib.le.Sed puta rem neceſſariam reſcripti præſentationem, quę ſecundùm communem opinio.obtinet vim libelli in ſummariis, prout dicit Guli.& Imo.& Georgi. natam in repetitione dictæ clemen.ſæpe.in princip.col. lxix. & hoc non ſolum quò ad iudicem, ſed etiam quò ad partem per d. cle. ſæpe. quæ indiſtinctè loquitur.] Ex quo infero quòd malè loquitur hîc Iaſ.& contra veritatem iuris dum vult quòd iſto caſu libellus offerri debeat parti cui non ſufficit libelli præſentatio: quia dico eſſe falſum in cauſis ſummariis per ſuprà dicta & doct. Bald.quam ipſe allegat.in l.prima.C. de precib. imper. offe. & in l. prima. C. quando lib. princip.ob. non loquitur in cauſa ſummaria, ſed ordinaria in qua veriſſima eſt concluſio quòd libellus requiritur vt in auth.offeratur. C. de lit. conteſta. & quæ differentia ſit an libellus offeratur. parti an iudici, vide Alexand. in l. prima. numero xiij. ff. de fer. quod facit ad ea quæ tradunt mod. in rubr. C.de eden. vbi aliquando dixi.

Sed vlterius aduertendum eſt circa prædicta quòd illud quod hic dicitur cauſam alimentorum eſſe ſummariam, procedit quando petuntur alimenta de præſenti vel de futuro: ſecus verò ſi peterentur de præterito quia tali caſu cauſa eſſet ordinaria: ita tenet Albe.in l.cum hi. in princ.ff. de tranſac.& tenet expreſſè Iaſ.poſt Bar.ibi.in ij. lec.in l.de alimentis.col.fi.C.de tranſac.ratio ibi redditur per doct.quos videas, ſecũdò limita prædictam regulam procedere quando alimenta debentur pauperi: ſecus ſi diuiti, per no.per Alexan.
6 in l. ſi certis annis. C. de pactis. † Ex ea parte gloſ. habes aliam concluſio. quòd actio de partu agnoſcendo, de qua hic. ſiue agat filius ſiue pater, dicitur directa & non contraria. ratio eſt ſecundum gloſ. quia contrarium l. non reperitur.concor.gloſ.quæ etiam ſing. reputatur per Bald. nouel.in tracta.do. in prima parte in l. omnino. ff. de impen.in re.dota.fa,& hoc Bald.in l. ſi iudex. ante fin.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur. tenet Alex.in l.curatoris.C.de nego.geſt.& in l.diuortio §.ſi vir.in prima col.nu.ij.ff.ſol.ma.vbi aliter loquitur.& iſta opin. principaliter fundatur in ratione glo.in l.conſenſu. ff.de ac. & ob. vbi ponit doct. agnoſcendi actiones directas à contrariis. dicit enim quòd vbi in aliquo cõtractu duo ſunt

nomina

nomina de per ſe principalia actio naſcitur vniformiter directa, vt in contractu emptionis: quia vnus dicitur emptor alius venditor: & ideò quilibet habet actionem de per ſe directam: ſed vbi nomina contrahentium non ſunt de per ſe, ſed vnum dependet ab alio, vt in mandato: quia mandatarius deſcendit à mandāte: propterea actio competens primo eſt directa, ſecundo eſt contraria. Tamen aduertendum eſt quòd retenta opin. gl. in d. l. conſenſu. iſta conclu. gl. poteſt confundi ex eo, quia negari nō poteſt quod filius dicitur à patre deſcendere, & illum tanquam ſuperiorem & cauſam cognoſcere. l. j. ff. ad muni. & l. parētes. ff. de in ius vo. ergo conſonum eſt quòd alterius iſtorum actio directa ſit, alterius verò contraria: per doctri. gloſ. in d. l. conſenſu. nam ſiue pater petat filium in ſuum, ſiue filius agat vt pater vt talē recognoſcat, datur quędā ſimilitudo mādantis & mādatarij, & ſi non totalis: tamen aliqualis reſpectu deſcendētiæ. vt in l. licet. §. ea obligatio. ibi actionē mādati patit. ff. de procurat. & iſtā opi. videtur tenere gl. ſibi cōtraria infrà in vj. parte ibi, itē quo iure. cuius opi. tanquam vltima. eſt tenēda per gl. cōmuniter approbatā in l. qui filiū. §. Sabinus. ff. ad Treb. cum ſi. vt per Iaſ. in l. ſi idem cum eodē. §. fi. ff. de iu. om. iu. Non ob. illud quod dicitur de actione de dote: quia illud negari poteſt. & contrariū tenet Alex. in d §. ſi vir. Sed iſtis non ob. non eſt recedēdum à communi opi. gl. vt dicit gl. talis differentia non cauetur lege, & quod iure non cauetur, in practica non habetur: vt inquit Bal. in c. nihil. in vlt. col. de elec. pro quo facit tex. in l. diſſentientis. C. de repu. ibi, nulla iuris præcipit cōſtitutio. quia quod lex non dicit, neque nos dicere debemus. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hær. vt dicit Bal. in l. omnes. in fin. ff. de iuſti. & iur. no. Iaſ. in l. quicquid. in j. not. ff. de verbo. obl. facit text. in c. illa. extra ne ſede va. ibi cum nūquam inueniatur cautum in iure &c. imò fortius non eſt ſtādum alleg. Iuriſcon. niſi quatenus decidit: vt not. Ang. in l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus per illum text. ff. de pe. hæ. quia non ſufficit allegare niſi probetur. c. nō eſt. in verbo allegat. vbi Domi. not. quæſt. decidit. de conſue. lib. vj. & l. j. cum glo. dicatur. ff. ſi qua. pau. feci. di. cum ſi. vt per And. ſic. in conſi. clxij. colum j. lib. j. & conſi. xvij. colum. lj. li. ij. & conſi. lvj. col. ij. li. iij. & conſi. lxxxviij. col. vij. eo. lib. & conſi. lxxxij. lib. iiij. & ideò dici ſolet quòd authoritates doctorum probabiles ſunt & non neceſſariæ. vt no. in l. j. C. de legi. & not. Bar. in l. j. in iiij. col. ff. ſi cer. pet. vnde cum non caueatur aliqua lege quòd detur actio præiudicialis contraria, ideo nos eam ponere nō debemus. nō ob. quòd filius deſcendit à patre &c. quia reſpondetur illud procedere naturaliter: ſed in caſu iſto nihil ad rumbum: quia dum iſta actione experimur, nō eſt clarum an quis ſit pater vel filius: quia propterea agitur vt hoc decidatur. & ſic dubitari contingit antequam veritas rei appareat. Non ob. contrarietas gl. infrà eod. in vj. parte. quia licet ibi optimè iſta contrarietas per Iaſ. reſoluatur poſt alios quos ibi refert: ego tamen ex alio dico illam partem glo. non mereri allegari in propoſito noſtro duplici ratione: primò quia gloſ. ibi non loquitur de præiudicialibus actionibus de quibus hic in textu dicitur: ſed de alia competenti colonis cenſitis & ſimilibus. vnde in illis caſibus procedit opinio. gloſ. Vel ſecundò dicas quòd ibi gloſ. non loquitur de actione contraria. & in hoc ſalua pace doct. malè viderunt eam: quia in lib. meo iſta ſunt verba. Item quo iure aſcriptitij coloni cenſiti & ſimiles petuntur. Reſponde vtili præiudiciali non directa: Nam & ipſi coloni ſe petunt in libertatem contrariam præiudiciali non directa &c. iſta verba in ver. contrariam, non intelliguntur de actione ſed de actione præiudi. contraria vtili quæ datur contra dominos habentes etiam vtilem non directam, ex eo, quia tales caſus non fuerāt expreſſi à prætore ſed veniunt ex extenſione: & ideò glo. vult dicere quòd ſicut inter dominum & ſeruum dantur duæ præiudiciales actiones directæ quæ inter ſe ſunt contrariæ ratione perſonarum diuerſa petentiū: quia dominus petit aliquē ſeruum ſuum, & ille negat eſſe ſeruum: & ſic ſunt contraria: itē in vtili præiudiciali eſt dicendum quòd illæ duæ actiones vtiles ſint inter ſe contrariæ. & ita nouiter ſaluatur glo. In quarta parte glo. ver. ſed qualiter. ibi. l. diffamari &c. Ex iſta gl. habes no. conclu. quòd quando aliquis inquietatur ab alio, vt puta quia appellatur ab eo ſuus ſeruus, vel ſibi alia ſimilis iniuria infertur, poteſt talis agere condictione ex l. diffamari. vt tali iniurianti ſilentium imponatur, & iniuriatus declaretur eſſe integri ſtatus. cum iſta opin. gloſ. tranſeunt doct. vbique.
7 † Adde tu quòd in terminis d. l. diffamari. ita debet libellus formari. nam poteſt diffamatus à iudice certum terminum diffamanti prefigi intra quem experiri debeat ſi quod iuris habet & prætendit cōtra diffamatum. & eo non agente vel accuſante petet diffamatus à iudice, vt imponatur diffamanti perpetuum ſilētium, ſecundum Sali. in d. l. diffamari. facit quod habetur per Bal. in l. ſi. C. ne lic. po. & per glo. & Bar. in l. Aurelius. §. ſi centum. ff. de lib. leg. & cum miniſterio dictum fuit de perpetuo ſilentio ex eo, quia prohibitio facta ſimpliciter non in totum excluderet diffamantē: per ea quæ Inno. dicit in c. cùm io tua. qui ma. accu. poſ. de quo meminit Ang. in l. j. C. vt ne. inui. niſi in duobus caſibus vbi terminus eſſet ſtatutus à l. vel ſtatuto: quia eo lapſo nemo audiretur. vt dicit Inno. vt ſuprà. vel niſi iudex comminatus fuiſſet quòd niſi cōparetet, amplius non audiretur. vt dicit Saly. in l. ſi ea. C. qui accu. non poſ. & Aret. in §. ſi minus. in vij. col. infrà eod. & alij quos refert Feli. in c. venerabilis. in iij. colum. de iudi. vbi ſubdit vnum ſing. verbum videlicet quòd licet iudex poſsit terminum præfigere intra quem diffamans agat: tamen non perdit ius agendi, niſi à iudice bis fuerit monita. gl. eſt ſing. ſecundum Ang. in § j. in ij. col. in authen. de hæ. & fal. quod dicit eſſe mirabile pro declaratione d. l. diffamari. & iſtud dictum ſequūtur alij quos ibi Feli. adducit. Adde quòd iſte eſt vnus caſus in quo iudex poteſt abbreuiare terminos agēdi: vt dicit Iaſ. in l. ij. in vj. col. ff. de re iudi. & ibi Alex. & prius Old. in conſi. iij. in princ. declarando vt ſing. per Bal. in ſua marg. in verbo ſilentiū. in j. q. & multo ſingula. per Ang. in l. ſi quis libertatem. §. nam cum quidā. ver. planè. ff. de pet. hæ. vbi dicit ibi eſſe caſum ſing. Aduerte tamē ad vnum; quòd licet petitio in libello debeat fieri, vt ſuprà dictum eſt, tamen actor non poterit in eo petere quod iudex prohibeat alteri ne agat: quia actio negatoria non competit in talibus perſonalibus: ſed in realibus. l. egi. & l. & harum. ff. ſi ſer.

ven. ita in terminis dicit Rota in deciſ. cccv. in ti. de dilati. in antiquis. Tamen contra iſtam deci. videtur doct. Arer. quam Deci. optimè probat in c. in pręſentia. in iij. no per illum tex. de proba. Et ſecundum hoc Ro. ſentit quòd talis actio quæ cõpetit in terminis d. l. diffamari. licet ſit præiudicialis, tamen eſt perſonalis, quod eſt contra omnes. & pro opi. quam ſuprà teneo in tex. Itẽ aduerte etiam quòd d. l. diffamari, non ſolum habet locum in caſu de quo glo. hic loquitur, ſed etiam in diffamatione ciuili etiam ſi non agatur de cauſa ſtatus: vt not. declarat Inno. in c. conquerente. de offi. ord. quẽ ibi Anto. ſequitur & Abb. in fi. Ro. conſi. liiij. inci. viſis thematæ. vbi alleg. vltra Inn. Specu. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. ver. vltimo not. vbi no. caſum ponit quem vide. & alia quæ circa ad l. diffamari. dici poſſunt, vide per Arer. in §. j. in xviij. col. infrà de except. & per Alex. in cõſi. ciij. conſideratis his. in v. vol. & not. per Bald. in authen. ſi quis ab aliquo. col. iij. verſi. aduerte C. de teſti. & an quando agitur remedio d. l. diffamari. poſſent teſtes recipi lite non cõteſt. vide per d. Ant. in c. cùm olim. de teſti. in ver. tertius intellectus. vbi videtur tenere quòd ſic. & an remedio d. l. diffamari. poſſit excommunicatus cõpelli agere, vide Abb. poſt do. Ant. & Inno. in c. exceptionem. in fi. de except. Imo. in c. ſignificauerunt. in iij. col. eo. tit. & latiùs Feli. in c. intelleximus. in v. col. extra de iudic. Quis autem erit iudex competẽs vbi agitur remedio. d. l. diffamari. per Abb. in c. ſi quis contra clericum. in princ. de fo. compe. & d. Ant. in c. ſi clericus laicum. in fi. eo. tit. & in c. quintauallis. ver. venio ad quartũ. de iureiur. & finaliter concludunt quòd iudex ipſius diffamati erit iudex. pro quo faciunt quæ adducit Ro. in conſi. cccxij. pro habenda. & Peruſi. in rub. de ap. col. pe. quæ omnia addenda ſunt ad ea quæ dicuntur in d. l. diffamari. In v. parte gl. cõmuniter approbatur: vt lati⁹ per Do. & mod. in l. j. C. de or. cog. In vj. parte ibi, ſicut auguſtus dicitur &c, habes, ex glo. quòd actiones dicuntur eſſe præiudiciales, dato quòd in effectu nullũ præiudicium pariãt, & ſic habes regulã quòd ea quæ ſunt in habitu & potentia dicuntur ſimpliciter talia non ſecundum quid: & ideò imperator dicitur verè auguſtus: licet actu non augeat imperiũ, cùm ſit in habitu augendi. & eodem modo pontifex, dicitur quaſi faciens pontem: & tamen ſi non facit, nihilominus dicitur pontifex: quia aptitudine poteſt. vt tenet Abbas. in capitulo primo. extra de iudi. columna penultima. & moder. omnes in l. prima. ff. de acquir. poſſ. & exemplum iſtud glo. ponit Bartol. in proœ. ff. orum, & declaratur per Abbat. in proœ. Grego. numero xj. Et quòd idem ſit quòd res ſit in aptitudine vel actu, eſt bonus textus in l. prima. §. primo. ff. de aqua quo. & æſti. quem ibi Bart. inducit ad quæſtio. ad idem eſt gloſſ. in l. vendicario. ff. de rei vendi. & Bald. in l. prima. in viij. quæſtio. C. de inſti. & ſubſtit. vbi allegat bona iura. & iſtam regulam etiam approbat Iaſ. in l. prima. colum. penul. ff. ſol. mat. dum allegat l. abeſſe. & l. qui mittũtur. ff. ex quib. cau. ma. licet de prædictis non faciat mẽtionem. quæ regula poteſt deſeruire ad multa quæ tradũtur in l. is poteſt. ff. de acquiren. hære. vbi de iſta potentia loquitur Iaſon & alij. Hic propter ingentes calores & indiſpoſitionem omiſimus lectiones.

SVMMARIA SVPER §. SIC ITAQVE.

1 ☞ *Actio perſonalis de qua in iſto §. appellatur condictio, & quare.*

Quomodo de iure antiquo & hodierno requiratur denuntiatio debiti. ibidem.

2 *Dictio itaque, de ſui natura eſt continuatiua & determinatiua caſus præcedentis, & taxatiua ſiue reſpectiua caſus ſequentis. & nu. 22.*

Item, importat formam & modum. ibidem.

In alimentis non proceditur ſecundum ius commune. ibidem.

Legatum factum de domo, intelligitur de proprietate. ibidem.

3 *Dare eſt dominium trãſferre. & quomodo procedat, nu. 5. 6. & 23.*

Ille qui eſt obligatus ad dandum debet adimplere per ſeipſum non per alium, limitando & declarando vt ibi.

4 *Quod forma debet impleri in forma ſpecifica, quomodo declaratur.*

Verbum dare, non eſt directum. ibidem.

5 *Differentia eſt inter dare & donare. declarando vt ibi.*

6 *Dare & promittere à pari procedunt.*

Datio ſine cauſa non eſt efficax ad transferendum dominium.

Promiſſio ſine cauſa non eſt efficax.

Verbum cõcedo, adiudico, do & aſſigno, reddo, ſuſcipio, relinquo & ſimil. penes te, vel apud te, qualiter conueniant, & inter ſe differant.

Intellectus nouus l. cùm mota. C. de tranſactioni. ibidem.

Declaratur doctri. Bartoli in l. naturalis. § j. ff. de præſcrip. verb. ibidem.

Venditor ad quid tenetur & ad quid emptor. ibi.

7 *Remitens non transfert dominium.*

Venditor quare teneatur ad dandum ibidem.

8 *Illud quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt. declarando & limitando vt nu. 10. 11. 12. & 13.*

Res propria alicui legari non poteſt. declarando vt hic remiſſiuè, nec etiam pignorari, nec in ea conſtitui vſusfructus.

Semel dominus non poteſt amplius fieri dominus. ibidem.

9 *Illud dicitur verè & propriè meum quod vendicare poſſum.*

10 *Illud quod commune eſt, non poteſt dici meum. ibidem.*

11 *Quando efficacius per ſecundam cauſam efficior dominus, poſſum ſemel effectus ex alia illud acquirere. ibidem.*

12 *Regula l. non minus. §. j. ff. de hære. inſti. quòd capacitas ſerui venit à domino, qualiter intelligatur. ibidem.*

13 *Res mihi debita propriè non poteſt dici mea, ſed*

largo

largo modo!

Lex non eſt nouum. ff. de actio. emp. qualiter declaratur ibidem.

14 Odio furis inductum eſt, vt domino detur condictio furtiua, per quam compellat furẽ ad dandum: licet regulariter actio perſonalis ad dandum domino non competat. & ratio aſſignatur & de quo fure intelligatur.

Condictio furtiua non competit contra patrem: quia infamat: ſed dabitur certi condictio generalis, vel actio in factum. ibidem.

15 An in duplo vel quadruplo in quo condemnatur, contineatur res furto ſubtracta.

16 An pœna dupli vel quadrupli de qua hic, poſſit exigi de iure canonico.

Quãdo de iure ciuili eſt clara diſpoſitio quæ non reperitur de iure canonico tunc illi diſpoſitioni ſtandum eſt.

Qualiter intelligatur tex. & gl. in c. fraternitas. xij. q. ij. volẽti quod in foro canonico quis non tenetur ad pœnam quadrupli. ibidem.

Leges ciuiles ſunt ſeruandæ in foro conſciẽtiæ: nã qui facit ſecundum legem humanam quæ non eſt contraria iuri diuino, non peccat.

17 Actiones reales vendicationes appellantur.

Diſputatio nominum relinquenda eſt pertinacibus. ibidem.

Grammaticos tantum inutiles reipublicæ cenſuit Plato. ibidem.

Imperatores aliquando loquuntur groſſo modo. & ibi de vſu loquendi.

Quando plures ſunt capti pro aliquo maleficio, ceſſantibus alijs indicijs, ab illo debet incipi tortura qui habet turpe nomen.

18 Quare Papa mutat nomen in ſui creatione, & quis fuit primus qui dedit cauſam commutationis.

Natio praua aliquando nocet. idem in mala phiſionomia.

Gens Sclauonum eſt peſſima. Et quid de Hiſpanis, Catalanis, Anglis, Francis, Italis, Florentinis, Romanis, Siculis. ibidem.

Quando aliquis vocatur eo nomine quo vocabatur pater, præſumitur eius filius. ibidem.

Filius fit gratior patri quando eodem nomine nuncupatur. ibidem.

19 Nomina inutilia non ſunt indaganda.

Parũ eſt habere nomẽ niſi factũ concurrat. ibidem.

20 Contra furem quot dantur actiones.

21 Dictio actio, pro condictione exponitur: impropriè tamen & abuſiuè.

22 Continuatio l. ad l. & §. ad §. quando poteſt fieri cauſa clarioris & commodioris doctrinæ. ibi.

23 An ille qui obligatus eſt ad genus, teneatur ad dandum: & quid de illo qui obligatus eſt ad ſpeciem.

Genus non dicitur perire, ſed bene ſpecies. ibidem.

24 Qui promittit rem ſimpliciter in dubio dare intelligitur, niſi natura contractus aliud ſuaderet.

& num. 25.

Intellectus l. quod ſæpe. §. in his. ff. de contrahend. emp. ibidem.

An dominium quod ipſo iure transfertur, ſit proprium. num. 25.

Intellectus l. ſi ita diſtrahatur. §. j. eod. tit. ibidem.

Intellectus l. à Titio. de furtis. ibidem.

Declaratio. l. ſi iactũ retis. ff. de actio. emp. ibidem.

26 In qualibet actione attenditur illud ad quod principaliter tendit.

Actio furti principaliter tendit ad pœnam, condictio furtiua principaliter ad rem.

In dubio videtur intentata actio ſpecialis. limita vt ibidem.

Declaratur doctrina Barto. in l. hoc legatum. de legat. iij. ibidem.

27 Olim dominus hodie præſumitur dominus: quod declara & limita vt hic.

Idem dicendum eſt de poſſeſſore.

Exceptio qualiter debet eſſe de regula. ibidem.

Declaratur nouiter iſte tex.

28 An condictio furtiua detur contra furem ad dandum vel reſtituendum.

Nemo rem ſuam poteſt petere ſibi dari oportere, niſi contra furem ageretur.

Quando excep. debet eſſe de regula oportet quòd loquatur in termino regulæ. intellige vt hic.

29 An quemadmodum contra furem datur condictio furtiua ad dandum, ita etiam contra quemlibet malæfidei poſſeſſorem.

In pœnalibus & odioſis debet fieri reſtrictio, & non interpretatio extenſiua. ratio, & à perſona nominata non recedetur. limita vt num. 30.

Specialia multiplicanda non ſunt. num. 29.

Dictio alius, denotat ſimilia expreſſis.

31 Prædonibus & inuaſoribus qui furibus æquiparantur, parcendum non eſt eorum vitæ. ibidem.

Malæ fidei poſ. eſt triplex: ſcilicet improbus, improbior, & improbiſſimus. ibidem.

35 Nemo cõducit rẽ ſuam niſi à fure. & rationẽ vide remiſſiuè. & limita vt procedat quãdo quis cõdicit dominiũ. ſecus ſi poſſ. quia tunc etiã à bonæ fidei poſſeſſore cõdici poteſt, ſi indebitè tradita ſit. nu. 32. vbi vide duas alias limitati.

36 Debitor antequam conueniatur non eſt primo extra iudicium de neceſſitate compellendus. & ratio aſſignatur. & limita vt num. 34.

Dies interpellat pro homine nõ ſolùm in obligationibus in diem, ſed etiam in puris.

In obligationibus puris dantur debitori decem dies ad ſoluendum.

35 Inſtante die ſolutionis debitor interpellare debet creditorem, & ire ad domum ſuam, & proteſtari quòd eſt paratus ſoluere.

36 Interpellatio diei ſtatim in mora conſtituit: ſecus in interpellatione hominis: quia non prius conſtituitur debitor in mora quàm potuerit ſe præparare ad ſoluendum.

Interpellatio hominis extraiudicialis quem effectum producat.

Interpellatio extraiudicialis potentior eſt quàm interpellatio iudicialis.

Quando ſunt plures debitores inſolidū obligati, & creditor interpellat vnum extraiudicialiter vt ſibi ſoluat ſuam ratam partē, intelligitur inducta diuiſio: ſecus ſi iudicialiter interpellaret.

Qualiter debeat fieri interpellatio extraiudicialis.

5. SIC ITAQVE. Diuiditur & ſummatur iſte textus vt hic per Iaſ. Et ad euidentiam dicēdorum præſupponatur prius quòd † actio perſonalis de qua in iſto. §. tractatur, appellatur cōdictio, quæ priſca lin-

1 gua dicitur denuntiatio: vt dicitur hic in text. in ver. denuntiare. nam de iure antiquo quando aliquis agere volebat contra aliquem ſibi obligatū, antequam poſſet eum conuenire, requirebatur quòd prius illi fieret denūtiatio vt ſolueret: & ſic fieret tractatus ſiue ſimultanea locutio debito. & ab iſta ſimul locutione deſcendit cōdictio à con & dico, quaſi ſimul dictio vel locutio, quæ denuntiatio in actionibus realibus non requirebatur, in quibus non eſt obligata perſona. §. j. ſuprà eod. & licet hodie iſta denuntiatio non ſit neceſſaria vt dicit glo. in verb. denuntiare. infrà eo. vbi dicā tamen ea ratione de qua dixi dictæ fuerunt iſtæ perſonales actiones condictiones: vt dicit etiam glo. in quibus. infrà eo. & gl. in l. actionum genera. in princip. ff. de actio. & obligationib. quædam, remanſerūt in iſto nomine generico condictiones excepta condictione furtiua. quæ eſt ſpecialis: tamen vt ſua cognoſceretur ab alia, additæ fuerunt adiectiones quædam vt eæ notæ vt diſcerni poſſent: vt condictio ob cauſam, condictio indebiti, triticaria & ſimiles: & iſtæ remanſerunt in nomine ſui generis: quia ſunt actiones vt plurimum generales, de quibus fit mentio in gloſ. in rem. infrà eod. & omnia iſta declarat Iaſ. in l. certi condictio. in princip. in prima columna ff. ſi certum peta. Sic ergo in §. iſto tractatur tam de condictionibus ſpecialibus quàm generalibus ſecundum quod obligatio facta eſt. nā ſi ex cauſa locati vel ſimilibus, iſta erit condictio, & ſic actio perſonalis ex empto, & ſic de alijs innominatis ſecundum quas in vtriſque poteris hic formare caſum.

2 His breuiter præmiſsis venio ad tex. † In tex. ibi itaque. not. quòd hæc dictio de ſui natura eſt continuatiua & determinatiua caſus præcedentis eſt taxatiua ſine reſtrictiua caſus ſequentis: & ita ad hoc iſtum tex. alleg. Mod. Tauri. poſt Arc. in l. ita ſtipulatus. ver. Sabinus. in prin. ff. de verb. obl. licet ibi Cumi. tenuerit contrarium & malè. & ita tenet Io. Crotus de monteferrato in repetitio. l. ſi conſtante. in iiij. col. in princ. ff. ſoluto matrimo. allegat inter alia tex. in l. libertus. § hæc ſcriptura. ff. de manumiſſ. teſtamento. & vltra ipſos eſt textus in l. neganda. C. de his qui accuſ. non poſſunt. & text. magis notabilis in lege Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebellianum quem in notabili caſu commendat Iaſon in l. ſi idem columna prima ff. de iuriſdictione omniū iudicū. & idem Iaſon citat ſingularem in l. ſi mori. colum. ſecunda. ff. ſoluto matrimonio, poſt Bald in repe. l. primæ colum. aiiij. verſiculo ſuper quinta. C. de ſac. ſan. eccle. ad ea de quibus ibi per eos. & ibi latè dixi. quibus adde Soci conſi. xlix. capio primam. in princ. lib. j. & in conſilio xcix. circa primam. in iij. colum. lib. quarto. & conſilio. c. nume. vij. & conſilio cj. colum. fina. eodem libro. & ita tranſit Saly. in l. vbi adhuc. per illum textum. C. de iure dot. & in notabili quæſtio. tradunt noſtri Moder. Hiſpani in repe. §. diui, in quinta colum. de legat. primo. Quod etiam facit ad quæſtionem, quam de facto habuit Alberi. de roſate, vt patet in ſuo dictionario, in verſicu. ita teſtator legauit domum ſuam vxori: ita tamen quòd poſsit in ea habitare toto tempore vitæ ſuæ. decidit Albericus quòd tale legatum reſtringitur ad habitationem tantum non ad proprietatem. alleg. de pace conſtan. §. in cauſis. in principio ibi ita tamen. & quæ not. in dicta l. Lucius. §. hæredum. Et vltra ipſum pro iſta opinio. bene facit text. in l. ſi habitatio. §. ſed ſi. ff. de vſu & hab. Sed contra iſtam deciſionem facit: quia illa verba ſunt poſita ad ampliandum fauorem vxoris: ergo debēt latè interpretari nec reſtringi. argumen. l. nulla. de legibus. & in iſtis terminis tenet Socin. in conſilio. c. in dubitationibus præmiſsis. in prima columna. nu. vj. cum ſeq. lib. iiij. & nouiſsimi in c. quanto. in prima colum. extra de iudi. Non ob. d. §. quæ habebat. quia ille text. loquitur in alimentis in quibus non proceditur ſecūdum ius commune: vt patet in l. codicillis. & in l. libertis. §. fina. de an. leg. iunctis notatis per Alexand. in l. licet imperator. colum. fina. de lega primo. numero. xj. & tenet Pet. de anchar. in clemen. prima col. fina. de iure patro. cum ſimilibus: vt per Iaſ. in §. præiudicia: etiam in quarta colum. num. xxliij. ſuprà eod. & ibi dico. Tamen pro prima opin. multum facit tex. in §. non ſolum ſuprà de verbo. obligationibus, quem text. dicunt nouiſsi. Floren. repeten. poſt Soc. & alios in repe. §. Cato. fol. xvj. iiij. colum. quòd dictio ita, importat formam & modum ſpecificum: vt videlicet ita verba intelligantur ſicut ſonant: pro quibus eſt doctrina Bartol. in l. quibus. §. termilius. in ſecunda colum. de condi & demonſtra. faciunt quæ not. Salv. in lege vbi adhuc. C. de iure dot. ponderando illum textum in verſi. ita. quem ſequitur Curtius in conſil. lvij. incipi. ſumma totius. in prima col. & iſta opinio videtur verior. Nā ex quo teſtator ſe reſtrinxit ad tempus vitæ vxoris. apparet de volūtate expreſſa nolle illi proprietatem legare: & ſic legatum debet reſtringi non tā ex natura dictionis ita, quàm etiam quia expreſsit tempus taxatum vitæ argu. tex. & quæ ibi not. in c. ſi gratioſè. de reſcri. li. vj. nam conceſſum ad tempus, cenſetur denegatum poſt tempus. c. in præſentia. de probationibus. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de ædil. edict. & licet legatum ſimpliciter de domo, videatur de proprietate d. l. filios. & ibi Bar ff. de vſufr. leg. Bal. in c. j de natu feud. & l. Titio fundus. ff. de vſufruct. lega. l. planè. §. ſi. ne leg. j. Tamen iſtud non habet locum, quando in legato ſunt dictiones de natura ſua reſtrictiuæ per quas tacitè & expreſſè de voluntate teſtatoris conſtat quæ attendi debet. l. in conditionibus ff. de conditio. & demonſtratio & quia legata de ſui natura ſunt ſtrictè interpretanda, ne grauetur hæres. l. nummis, de leg. iij. l. vnū. §. ſi rem. de legat. ſecundo. Et pro hoc facit quod dicit Bald. in l. liberti. in vij. columna verſiculo

denuo

denno quæto.C.de operis libertor.vbi vult quòd
ſi alicui conceditur caſtrum ſimpliciter,intelligi-
tur ad vitam ſic igitur à fortiori eſt hîc dicẽdum.
facit etiam in ſimili: quia tunc legatum factum
ſimpliciter vxori,intelligitur pro alimẽtis.l qui-
dam. ff. de vino tritico & oleo legat. Ita & iſtud
legatum intelligitur pro habitatione tãtum ſua.
& circa iſtam dictionem ita, vide in l.fructus.ſo-
lu.matri.& per Socinum conſi. xxiiij.viſis.in iij.
colum.lib.j. †Nota primò ſecundum Areti. &
3 Iaſo.hic regulam quòd dare eſt dominium tranſ-
ferre.concur.iura hic alleg. per eos. & ita ad hoc
allegat iſtum text. Socinus in conſi.lviij in tertia
col.primo libr.& Corneus in conſil. cxcv prima
facie.in princ.lib.iiij.Et iſtud dare de quo hîc di-
citur,ius directum ſignificat:vt dicit Bald.in l.fi.
colum.fin.C.de ſacroſanctis ecc.& alleg. tex.hîc.
ex quo infertur quòd ille qui eſt obligatus ad
dandum,debet adimplere per ſeipſum. & illo ca-
ſu dare dicitur ſi verò alius pro eo det, dare non
dicitur:quia non eſt dominus qui dat nomine al-
terius,vt dominium transferat: & ideò non dici-
tur dare, ſed tradere: vt dicunt doctores in l.vbi
autem.§.fin de verbo obligat.facit.l ij.ff.de con-
ditio.& demon. Hoc tamen quo ad pœnam evi-
tandam locum non habet: quia tunc in obliga-
tionibus dandi vnus pro alio ſoluẽs liberat aliũ
à pœna.vt tradit Bart.quem ſequuntur commu-
niter docto.in l.quarta. §. Cato.in viij. oppo. de
verb.obliga.Et iſto caſu verè dicitur dare qui per
alium dat:vt dicit Bal.in l.prima,in j.colum. nu-
mero.vij.verſic.in mandare.C.de ſer.fugi. qui ſic
debet intelligi.Et ita etiam poteſt verificari text.
in l.ſtatulibera.§.ſi quis non dare.ff.de ſtatu liber.
& quod dicit Alberi.poſt gloſſ.& Guli.de con.in
l.Arethuſa. ff.de ſtat. hominum. & Bart.in l.Sti-
chum qui meus erit. de lega. j. dum allegat. l.cui
4 fundus.& l.pe.C.de condi.inſertis. † Non ob-
ſtat quod forma debet impleri in forma ſpecifi-
ca, & ſic per ipſum qui eſt obligatus ad dandum
& non per alium.l.qui hæredi.& l.Mæuius. ff.de
conditioni.& demonſtrationi. quia illud proce-
dit vbi de iure impleri poteſt: aliâs de facto ſuf-
ficit adimpleri mediante ratihabitione. l.mulier.
§.j.vbi gloſ.& Barto. ff. de condition. inſtitu.&
tenet notabiliter Bart.in l.cùm ſeruus.ff.de verb.
oblig.vel illa regula d.l.Mæuius.limitatur vt per
Bar.& pleniſſimè Moder.in l. Gallus.§.& quid ſi
tantum. in ij. colum. ff. de liberis & poſthumis.
Vel tertiò dicas quòd illa regula procedit de ri-
gore:ſecus de æquitate. l. poſthumus. ff.de iniuſt.
rupto teſtamento.Et dictum Bal. procedit quan-
do iſtud verbum do,in prima perſona pronuntia-
tur: ſecus verò ſi dare quis promittat: nam tunc
non eſt directum ſed obliquum, & poteſt per a-
lium adimpleri. & iſta eſt noua ratio ſiue limita-
tio ad dictum Bar.in d.§.Cato.pro qua eſt deciſio
Iaſo.in l.cum filio.in iij.col. in primo no. nume.
ix.de legatis primo.Et licet ipſe pro illa differen-
tia nihil alleget,eſt tamen deciſio Bart. notabilis
in l.ſi ita legatum ſit Seio ff. de legatis primo. Et
5 iſta de plano procedunt † in verbo dare:ſecus ta-
men crederem in verbo donare: cùm magna ſit
differentia inter iſta:vt no.gloſ. in ver.inuitus.in
c.iam vero.xxiij. quæſt. vj. quam ſequitur & no.
Archid.in c.duo ſunt.in xij.quæſtio in principio.
& declarat Alex.licet de iſtis non faciat mentio-
nẽ in l.cùm quid.in ſecunda & tertia col.ff.ſi cer.
petatur & notabilius in l. ſi pecuniam. in v. col.
nu.xvij.ff.de condi.ob cauſam.faciunt quæ addu-
cit idem Alex.in l.illud.C.de col dum facit diffe-
rentiam inter datum ſimpliciter & donatum.

Sed aduertendum eſt:quia iſtud mihi nõ vide-
tur verum per tex.in l.j & ij.ff.de dona.vbi iuriſ-
conſultus non facit differẽtiam inter dare & do-
nare:imò promiſcuè vtitur illis verbis. ad idem
bene facit l.inter donũ.ff.de verb.ſig.vbi dicitur
quòd donum dicitur à dando ſeu à donando. ta-
men aliquando ſecundum ſubiectã materiam va-
riantur:vt tradit Bartol. & moder.in rubrica ff.
ſolu.matrimo.in iij. col.& nouiſſimi in l. j. ff. de
rebus dub.poſt Bart.& alios.Neque etiam ſatisfa-
cit quòd verbũ do,magis in prima perſona quàm
in alia ſit directum:quia illud in re nõ probatur,
& tale verbũ non poteſt in ſtatutis & aliis diſpo-
ſitionibus regulariter in prima perſona pronun-
tiari,vt cõgrua fiat diſpoſitio,vt patet ad ſenſum.
erubeſcimus ergo cum ſine lege loquimur. quod
tamen dictum eſt,poteſt procedere quando pro-
ceditur ad executionẽ: vt do tibi veſtem.quo ca-
ſu iſta verba non poſſunt verificari in alio dante.
pro iſto ar.tex.in l.& magis. ff.de ſolutio. niſi eo
caſu de quo per Fel.in c.nonnulli.§.ſunt & alij.in
vij. col. de reſcriptis. Et regula iſta text. noſtri
quòd dare ſit dominum trãsferre,procedit quan-
do datur cũ cauſa:aliâs datio facta ſine cauſa non
eſt efficax ad transferẽdum dominiũ:ita declarat
Alex.iſtum tex.in l.ſi donatione in v.col. nu.xvj.
C.de colla.tenet Fel.licet de Alex.mentionẽ non
faciat,in c.ſi cautio.in j col.verſic.ceſſantibus.de
fide inſtrumẽ.quod ratione probat:quia videmus
6 † quòd dare & promittere à pari procedunt.l. fi.
C. ad legem falcidiam & tamen promiſsio facta
ſine cauſa non eſt efficax,neque intelligitur facta
ex cauſa donationis,ſecundũ communem opi.l.ſe-
cunda.§.circa.ff.de do.excep.cum ſimi.ergo idem
erit in donatione ſimpliciter facta.l.nunquam ff.
de acqui.rerum do.Secus tamen eſt in hoc verbo
concedo:quia licet de cauſa non appareat.tamen
in dubio transfertur dominiũ,cùm illud verbum
donationem importet: vt per plura iura probat
ibidem Alex.contra Saly.& idem latè Alex. in l.
ſi quis ante.in fi.ff.de acqui.poſſ.& in l.cùm quid.
in ij.col.num.xiij.ff.ſi certum peta.cum pluribus
concordan.vt per eundem Alex.in l.ſed ſi me pu-
tem.§.j.in prin.ff de condi.inde.& latiùs per Iaſ.
in l.j.in prima col.per illum tex.ff.de conſti.prin-
cipum. Sed tamen aduertendum eſt quòd iſtud
dictum Alexan.& aliorum non procedit ſine du-
bio:quia non videtur ratio cõcludens quare ma-
gis verbum concedo,in dubio arguat ſubeſſe cau-
ſam quæ donationem inducat, potiùs quàm ver-
bum do. cùm in hoc voluntas donantis attendi-
tur. quod manifeſtè probatur:quia dare, nihil a-
liud eſt,quàm cõcedere.ita no.Bal.& Pau.de Ca.
per illũ tex.in l.cognitio.ff. de offi. eius cui man.
eſt iuriſ. quem ſequuntur nouiſſimi Hiſpani in
repe.l.filiusfa.§.diui.in ij.col.ff.de leg.j.& eſt tex.
vltra ipſos.in §. illud & ibi gloſ. in authen.de æ-
quali. do. ſed datio debet fieri cum cauſa, ſecun-
dum Alexand.vt ſuprà: ergo & conceſsio.& pro
hoc facit quia verbum concedo,quemadmodum
verbum do,ad actus inter viuos referuntur,& ita
æquiparantur.l.binas.la.ij.cum.l.ſequen.vbi glo.
ff de ſerui.vrba.prædin.quem allegat Areti. in §.
ſi vir.in princip.ff. de acquir. poſ. & vltra ipſum
eſt text.

eſt text. in l.ſi cui.& ibi gloſ.ff.de ſer.ti.ge.Et de verbo do eſt tex.in l.j.in ti.ff.de tab.exhi. cum ſi. vt tradit quidam Guido papæ in tracta. de præſump.fol.j.num.viij. ergo ſicut verbum concedo donationem importat,ita & verbum do.quod tenet Soci.in conſi.xciij.circa primum. in ix. col. j. vol. vbi pro huc plura adducit. Et quia verbum do,eſt magis aptum ad donationem quàm verbum concedo.per ea quæ doct. nouiſsimi tradũt in d.ſ.diui.quamuis iſta non adducãt, neque ſua hîc refero:quia ſolum ſufficiet loca magna citare.

Itẽ & quòd verbũ dare etiã ſiue cauſa importet donationẽ ſicut de verbo concedo dicit Alex.tenet expreſſe per iſtum text.in l.ſi fundũ.ff.de ver. ob.quem ſequitur Bal.in l.cum virũ. C. de fideicom.& Saly.in l.ſi donatione. C. de colla. quem ſequitur Soci. in cõſi.xciij.inferius alle.in ix. col. per quæ opi.Alex. in dictis locis, & in l. à Titio. ff.de verbo.oblig.quod idem firmauit,confunditur non tam ex natura verbi dare , quàm etiam ex conuenientia quam habet cum verbo concedo,in actibus inter viuos,imò etiã vtrunque verbum etiam ad actus in vltima voluntate ad aptatur. vt de verbo concedo, eſt tex. in l.vxori.§.fi. de le.iij.& de verbo do, eſt tex.in l.ij.C.de codici.& in l.ſi ſtatuliber.§.ſi filiusfa. & l.ita liber.ff. de ſtatulib. & per conſequens ſiue inter viuos ſiue in vltima voluntate loquamur, non eſt differentia.Sed ex alio dictum Alex.non videtur verum,quòd verbum concedo importet tranſlationẽ dominij:vt tenet Bal.in c.litibus. ſi de feu.fue contro. inter du.& va.& tenet Domi.poſt glo.ibi in c.j.in ver.Tirio.de vſur.lib.vj.idem.in c.lex eſt,in ij.diſt. & plures alij quos Felin. refert in c. cùm venerabilis.in princ.extra de excep.niſi defendendo Alexan.dicamus quòd iſta verba & ſimilia ſecundum ſubiectam materiam plerunque varientur. vt in terminis tradit notabili. Soci.in conſi.xciij.circa primum.in j.col.lib.j.& in conſi. lxix. viſis.ver. his tamen non obſtantibus eo. lib j.Et quod dictum eſt de verbo concedo,idem dicendum eſt in verbo relinquo: nam per illud transfertur dominiũ tam in actibus inter viuos quàm in vltima volũtate ſicut in verbo do: prout latè ſcribit Andr.ſicul.in c. vnuſquiſque in j. no.de pecu.cle.& in c.requiſiſti.in iij.colu.de teſta.vt latius ibi per eum.quod dictum pro notabili ſequitur Iaſo.in l.qui romæ. §.cohæredes. in vij.colum.ver.ſed aduerte.ff.de verb.obli.& reaſſumunt nouiſsimi Hiſpani.vbi late inſiſtũt in tepe.§.diui.l.filiusfa.de leg.j.& hoc item eſt in hoc verbo adiudico,vel conſigno.quod trãſlationem dominij ſignificat,cauſa tamen habili præcedente.& ſic verba do,concedo, adiudico,& aſsigno paribus paſsibus ambulãt quo ad tranſlationem dominij: vt concludit Areti. allegans plura in conſil.clx.longa eſt iſta conſultatio.in vij. col.in ver.venio ad ſextum. & ita ibi intelligunt text. noſtrum: & ita intelligit & extendit Soc.in conſil.lxix viſo laudo laſo.in j.colum.nu.ix li.iiij.& in conſi.xiiij.inſignis doctor.in iiij.colum.eo.lib. dum alle.l.prædia.ff.de acquiren.poſ.& in conſi. xv.nu.vj.eo. lib.& no.in conſil.ix.proſequendo. lib.j.& latè proſequitur Cor.in conſi.ccxxviij.incip.quòd dictus.in ij.colum.iiij.lib. vbi pro hoc multa iura allegat.vbi extendit procedere in omni materia per plura iura quæ ibi adducit. Et idem eſt in iſto verbo reddo,quòd tranſlationem dominij ſignificat: vt eſt textus & ibi gloſſa in l.qui vxori.ff. de au. & arg. le. & idem importat quod dare,l.verbum reddendi.ff.de verbo. ſig.& hoc idẽ eſt in verbo ſtipulatio. proui eſt tex.in l. cum mora.ſecundum doct.omnes ibi.C.de tranſact.In contrarium tamen ſolet ibi allegari text. in l.naturalis.§.& ſi quidem.de præſcrip.verbis. & ideò Alex. Iaſ. & alij,in d. l.cum mora.dicunt quòd regulariter illud verbum nõ importat dominium.vt d.l.naturalis.§.j ſed in d.l.cũ mora.illud ideò eſt:quia ibi illa dictio fuit adiecta generi,de cuius natura eſt, vt dominium trãſferatur. & iſtam opin.quæ fuit Bar. in d. l. naturalis. §.j. approbat Socin.in conſi. clviij. viſis proceſſu. in antepe. columna.lib. primo. tamen Lancelotus Decius in d. l. cùm mora. damnat iſtam opinio. Bart.ex eo, quia regula ſua procedit quando additur generi generaliſsimo : ſecus ſi generi ſubalterno.arg.glo.in l.legato generali.de lega.primo. Tamen iſta quæ dicit Lancelotus ſunt omnia ex eo,quia tex.in d.l.cum mora.loquitur de parte bonorũ quæ non poteſt conſiderari vt genus generaliſsimũ:vt tenet in terminis Raph.cu.poſt Pe.Ray.Bald.& Alber.in l.non amplius. §. fi. de le.primo.quod ratione ſuadetur vltra ipſos.quia ex quo text. in d. l. cùm mora. loquitur de parte bonorum,non intelligitur de toto , ſed de dimidia.l.nomen.§.portionis.ff.de verb.ſig.& præſuppoſito quòd de bonis ſimpliciter loqueretur illud verbum non eſt aptum ad genus generaliſsimum:ſecus eſt in verbo rei: vt in l.j.ff.ſi cert.pet. & dixi ſuprà in §.j.& habetur in l.rei.ff.de verb. ſigni.Præterea in d.l.cum mora. fuit facta tranſactio ex cauſa teſtamẽti quo caſu non potuit fieri in genere generaliſsimo per ea quæ ino. maximè per Bar.Veronen.in l.ſub prætextu. la prima eodem titu. Suadetur hoc: quia vt patet in text. litigium fuit ſuper certa re.arg.l.fi.C.de anna.excep. ergo tranſact.non potuit eſſe ſub genere generaliſsimo.l.ſi de certa.vbi no.C.de tranſact.Et ideò ex alio mihi videtur quòd doctri.Bar. nõ ſit vera,videlicet quòd in d.l.cum mora. illud acciderit ex eo , quia ibi fuerunt tradita bona vt genus &c.·quia dico tibi vnum , quòd ex quo fuerunt tradita ex cauſa tranſactionis non potuit illa ratione transferri dominium, cum tranſactio non ſit apta ad hoc.caſus eſt de hoc no. quem ibi ad hoc ponderat Pau.de ca.in l.ſi apud acta.C.de tranſact.& text. etiam quem ibi latius commendat idem Pau.in d.l.ſi pro fundo.in j. col. ibi vltimo collige.& in fi.eo.ti.quem tex.ad hoc prius alle.Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.in iij. col.ver.pro declaratione. ff. de acquir.poſſ. cum concor. quæ tradit Alex ind. in d. l.ſi pro fundo, nu. v. Igitur eſt neceſſariò dicendum illud fuiſſe inductũ in d.l.cum mora.ratione illius verbi ſuſceperit.de cuiꝰ natura eſt propriè importare trãſlationem dominij : quicquid doct. communiter dicant.pro qua opi.videtur caſus in l. fina. C. de ſponſa.& hoc in terminis tenet Saly.in l.ſi ex cautione.vet.item poſt bienniũ,C.de non numerata pecunia.allegat textum in l.prima §. ſi mutuam. ff. ſi quid in fraud. patro. & l. tutor. §. fina. ff. de vſur.& l.de eo. §. primo. ff. ad exhiben. cuius doctrinam ſequitur Alexander in l. ſi ita ſtipulatus.§ Chriſogonus.ff.de verb.obliga.in viij. col. & facit pro hoc notabilis doctrina Barto. in l. ſi ex pluribus. ff. de ſolutio. Non obſtat textus in

dicta l.

dicta l. naturalis. §. primo. ſuper quo ſe fundat
Bar.& docto.quia dico quòd ille tex.retorquetur
contra Bart.& dico ibi eſſe caſum quòd verbum
accipere idem importat quod dare. Nam ibi tex.
ponit vnum ex quatuor contractibus innomina-
tis,videlicet do vt des:vt patet ibi in fine illius §.
j.dum dicit,explicitus eſt articulus ille do vt des:
& tamē in illo articulo cōfunditur iſtud verbum
accipio & do.& ſic ponitur pro eodem. ſed dare,
eſt dominium transferre,vt hic:igitur &c. & iſtā
opinionem vltra prædicta contra Bar. tenent no
uiſsimi in l.iuris gentium.in principio.in v.& vj.
colum.ff.de pact.& ante ipſos moder. Bononien-
ſes in tractatu de rerum permutatione. edito ſu-
per c.j.eodem titulo.lib.vj.in vj. colum.verſi.pro
fecto.Tamen in materia trāſactionis plures text.
reperiūtur de iſto verbo accipio:vt in l.cùm pro-
ponas.& l.ſi quidem.C.de tranſactionibus.niſi di
cas ibi illa verba per ſuperiora ſecundum ſubie-
ctam materiam regulari:vt declarat Decius in l.
non videntur data.ff.de reguris iur.& ante ipſum
Maria.Soc.in tractatu citationum,articulo xvij.
in ſecunda quæſt.vbi latè hoc ponit. & quod di-
ctum eſt de iſtis verbis,idem eſt dicendum ſi tra-
ditio ſit facta per dictionem penes, quòd res ſit
penes te:ſecus ſi dicatur quòd ſit apud te : vt dicit
Roma. nota. 636. ſcis quòd contrarium reperio
quod tenet Bart.in l.Titia.§.Caius. in tit.de leg.
ij.niſi etiam dicamus illud etiam debere intelligi
ſecundum accidentiam caſuum.Nam ſi vēdo fun
dū & promitto dare,ex natura contractus, verbū
dare impropriatur & intelligitur tradere:& ſic ſe
cundū materiam contractus. l. ſi ſtipulatus.ff. de
vſu.vbi eſt glo.valde notabilis.& ita tenet per il-
lum tex.in d.l.ſi ſtipulatus. Riminaldus in l. j. in
xvj.colum.C.de pactis. Alexan.in l. Gallus. §.in-
ſtituens.in fi.ff.de liberis & poſthumis.cum ſimi-
libus:vt dicam in glo,quia qui vendit , non tene-
tur fundum emptoris facere.l.ſi ita diſtrahatur.§.
primo. ff. de contrahenda emptione. quia ſolùm
ad tradendū obligatur.l.prima.ff.de actio.empti.
l.ex empto.§.j.eodem titulo.& firmat latè Iaſ.po-
nens rationem diuerſitatis in §.actionū.in xxiiij.
col.num.cxliiij.infrà eodem. & ibi ante per duas
col.diſcutit multa pertinētia ad iſtam materiam,
& propterea remedium euictionis inductū eſt:vt
toto tit. de euictio.& probatur in d. l. ex empto.
& melius in l.j. ff.de re. permu. & hoc clarum eſt
ex parte ipſius venditoris:emptor tamē dare pre-
tium tenetur,& ſic accipientis facere. d.l.ex em-
pto.§.primo.& in d.l.prima.de re.permuta.& ra-
tio redditur : quia tenetur in genere ad pretium.
& iſta ratione attenta idem eſſet ex parte vendi-
toris quando res vēdita eſſet,quæ in genere conſi
ſtit:vt puta. xx. ſachi frumenti.l.qui cōcubinam.
§.hęres.de legatis tertio.ita tenet Iaſ.poſt Bart.in
l.cùm mota.in prima columna. C.de tranſact. &
& Iaſ.hic ſuper gloſ.prima.& ibi dicam. & tenet
idem Iaſon & ibi Decius in l. ſecunda.in fi. ff. ſi
certum petatur. Et idem eſt quando vēditor eſſet
dominus:quia tunc dare tenetur non tradere : vt
dicit Areti.in §.pretium.ſuprà de emptio.& ven-
di.per text.ſingularem in l.cùm manu ſata. ff.eo-
dem titulo.& ibi latiſsimè dixi. adde Feli.in cap.
7 cum Ioan.in ix.columna,de fide inſtru. † Et o-
mnia ſupradicta in donatione bene verificantur.
ſecus tamen eſt in remiſsione : quia qui remittit
dominium non transfert : vt no. Soci. in l. Julia-
nus.in princip.ff.de condition. & demonſtratio.
declarando tamen vt ibi notabiliter per eum.
& reaſſumit latiſsimè Decius poſt Felin. in cap.
veniens.ſuper glo.prima. extrà de teſtibus. Et il-
lud quod dictum eſt quòd dare impropriatur in
venditore pro tradere, ideò eſt:quia natura con-
tractus non patitur dationem.Et ideò dicit Iaſ.in
l.ſi.ff.de condi.cau.da.& in §. actionum. in xxiij.
columna,infrà eodem. quod ſi conſtaret expreſsè
de emptione , & fieret conuentio de re tradenda
& danda,talis cōuentio dandi reijcitur tanquam
naturæ contractus contraria.& ita intelligit d.l.
ſi ſtipulatus.vt ibi latiùs per eū. Mihi tamen non
1 videntur hæc omninò vera:quia clarum eſt quòd
emptio & permutatio ſunt ſpecies contractus do
vt des:vt dicit glo.in ver.facies. & in verſi.in ſuo
nomine.in l iuris gentium.ff. de pac. ergo ſi con-
uentio fiat de dando,erit ſecūdum naturam con-
tractus do vt des,à quo deſcendit emptio & non
contra eius naturam:vt dicit Iaſ.& pro hoc vide-
tur doctri.Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.
in ſi.viij.q.& in l.in cōuentionalibus.in ſi.de ver-
borū obligat.vbi vult quòd emptio habeat natu-
ram mixtā dandi & faciendi.& hoc clarius dicit
in l.ex empto.declarando vt per nouiſsimos in l.
iuris gentium.in principio.in v.colum.ff.de pac.
vbi hanc eandem opinio. contra Iaſon. latè pro-
ſequuntur:non tamen recedēdum eſt à communi
8 in iudicādo & conſulēdo,per ſupradicta. † Not.
ſecūdò quòd illud quod meū eſt, amplius meum
fieri nō poteſt.ita communiter allegatur iſte tex.
pro quo Iaſon allegat legem, proprias.C.de lega.
& prius Areti.in §.primo.ſuprà de inuti. ſtipula.
vbi etiam eſt tex.de hoc & gl.ibi allegat text.hic.
Et per illum tex.iſtam regulam facit Iaſ.in l.cum
filin.in xxix.col.nu.cl.de lega.j.text. noſtrum ad
hoc idem allegat Ludo. bologni.in reperi. rubri-
cæ.ff.ſi cert.petat.in xviij.& xxj.col. Et ſic habes
quòd ſemel dominus nō poteſt fieri amplius do-
minus.l.ſequitur.§.lana.ff.de vſuca.& hoc pro re-
gula tradit Soci.in tractatu fallentiarum,regulā
cēteſima.& ibi quinque modis limitat.& hac ra-
tione dicitur quòd res propria pignorari non po-
teſt.l.ſi rem alienam.la.ij.ff.de pig. actio.limitan-
do tamen vt per Bar.in l.ex ſextante.§.Latinus.ff.
de exceptio. rei iudi.Et eodem modo neque con-
ſtituitur in re propria vſusfructus.l. vti frui. in
princip.ff.ſi vſusfr.pet.Iaſon in §.æquè.in decima
colum.numero.l.ſuprà eodem.ſic nec res propriā
alicui ſeruit. l. quicquid. cum ſimilibus. ff. com-
9 mu.prædio. † Et ſupradicta regula intelligitur
de dominio , quod vendicari poteſt : quia illud
propriè & verè meum dicitur : vt dicit Iaſon in
l. ſerui electione.§.Labeo.in quarta columna, de
legatis primo. ſecus eſt ſi non poteſt vendicari,
& iſta ratione illud quod eſt commune , non po-
teſt dici meum : vt ibi latè exorditur Iaſon.

Sed quia iſtud vltimum dictum altiorem in-
daginem exigeret : ideò pro nunc vide Feli.in ca-
pitulo omnes leges,in ſexta columna , prima di-
ſtinctio. & latè per Decium in l. id quod noſtrū.
in ſecunda columna.ff. de regulis iuris,& in capi-
10 tulo ratio.de præben. † Secundò iſta regula li-
mitatur procedere quando quis habet dominium
de iure communi:ſecus ſi de iure ſpeciali:vt dicit
Bart.in l.fin.ſecunda colum.C.de ſacroſan.eccle.
cum concordan. vt per Alex. in l.prima. colum.
fin.de lega.primo. quem ſequitur Decius.vbi pro
iſta opin.

iſta opinione multa adducit in l.neque pignus.ff.
de regulis iuris.& iſtam limitationem tenet Iaſo.
infra in gloſſa ſecunda verſiculo quartò. cui hæc
addas. Sed aduertendũ eſt: quia in contrarium
videtur deciſio Dominij quẽ ſequuntur ibi com-
muniter alij in capitulo,cũ perſonæ.§.quod ſi ta-
les.in prima colum.de priuilegiis lib.vj. vbi vult
quòd illud quod eſt meum de iure ſpeciali, puta
ex priuilegio,nõ poteſt regulariter amplius meũ
fieri:niſi dubium eſſet an fuiſſet meum ex prima
cauſa: quia tunc ad cautelã poteſt fieri meum ex
ſecunda.c.poſt electionem.de conceſ præbẽ.cum
concord. vt per Felin. qui plura adducit pro iſto
dicto & pro ampliatione & limitatione iſtius re-
gulæ in capitulo inter dilectos.in ix.col. numero
xvij.de fide inſtru. licet ibi de dicto Domi. men-
tionem non faciat hoc idem Felin. reaſſumit in
capitulo,in noſtra.in prima col.verſiculo titulus
multiplicatur. de reſcriptis. & illud dictũ Domi.
ſequitur ſimpliciter Areti.in l.exiſtimo.ff. de ver-
borum obligationibus. & Abbas in conſilio iij.
nitar in præſenti cauſa.in j. columna.in ij. parte.
11 † Vel niſi pinguius per ſecũdam cauſam dominij
ſubueniatur:vt ibi per eum:& pro iſta ſecunda li-
mitatione Dominici facit quod dicit Iaſ.infra ſu-
per gloſ.ij.in ſecunda limitatione. facit quod di-
cit idem Iaſ.in l.indebiti.§.ſi nummi. in ſecunda
col.ff.de condic.indebiti.in fi. Ex quibus videtur
quòd illud dictum Bartoli & aliorum non pro-
cedit indiſtincte. Tertiò limitatur regula ſu-
pradicta quòd procedat quando res mea à meip-
ſo rurſus peteretur, vel ipſi legatur: quia tali caſu
ſemel meum non poteſt fieri meum: ſecus ſi lega-
tur res mea ſeruo meo: quia tali caſu, licet quic-
quid acquirat ſeruus, domino acquiratur: tamen
bene valet legatum.textus eſt notabilis quem ibi
notat Bar.in l.debitor.§.fi. de lega.ij. Nec obſtat
ſi dicatur quod capacitas vel incapacitas ſerui
procedit ex capacitate domini.l. non minus. §.j.
ff.de hæredi.inſtitu.ſed dominus eſt incapax vt ſi-
bi legari poſſit res ſua.§.ſi rem legatarij.ſuprà de
lega.igitur & ſeruus erit incapax: quia responde-
tur quòd illa regula.d.l. non minus.§.j.procedit
quãdo eſt incapacitas ex parte perſonæ: ſecus ve-
rò quando eſt ratione rei, vel mixtim: quia tali
caſu talis incapacitas domini non attenditur, vt
ſeruus ex hoc dicatur prohibitus à legato. ita eſt
notabilis doctri.Bart.in l.ſi mihi & tibi. §.regu-
la. de legatis primo. quem in terminis noſtris ſe-
quitur Iaſon in l.Gallus.in princ.col.iij.verſi.ego
tamen.ff.de libe.& poſthu.& pro hoc notabiliter
& nouiter.declaratur regula quam ponit text. in
l.iij.§.j.ff.de admi.re.ad ciui. perti.quæ vult quòd
quando aliquis prohibetur ab aliquo actu illud
per perſonam ſibi ſubiectam expedire nõ poteſt.
Et pro iſta limitatione facit notabilis deciſio
Bart.in ſimili in l.iij.§.hoc autem.ff.de lega.præ-
ſtan. vbi dicit quòd ſtante ſtatuto quòd contra-
hens cum bannito puniatur pœna centum,ſi ali-
quis contrahit cum eius filio vel ſeruo, licet illi
acquirendum veniat tamen non puniuntur:quia
inſpicitur cum quo contraho non cui quæritur.
& iſtam doctri. Bart.multum commendat Areti.
& eam duplici fundamẽto comprobat in l. Gal-
lus.§.quod ſi is.in ij.& iij.col.ff.de lib.& poſthu.
& Iaſon ſibi contrarius in l.ſi ia qui.in iij.col.ff.
de vulg.& pup.& Pet.Gerard.in ſingula: ſuis no-
tabili, lxiiij.incip.nota quòd mirabiliter.licet de
ea videatur dubitare Iaſon in l.ſi mihi. §. regula.
de lega j.& nouiſſimè repeten. videlicet Marcus
Antonius Baueri. in repetitio. l. cum filio. in iij.
col.de leg j.Tamen quãtum ad iſtud propoſitum
illæ dubitationes facilè reſoluũtur ex his quę no-
uiſſimi ibi tradunt, quos vide: quia nihil ad rem
attinet:quæ omnia tanquam nouam tene menti.
12 †Et ſupradicta regula bene verificatur in domi
nio quod ſemel acquiſitũ,nõ poteſt rurſus acquiri:
ſecus tamẽ eſt in poſſeſſione quę ex pluribus cau-
ſis mea fieri poteſt,prout declarat Bart.in l poſſi-
deri. §.ex pluribus.ff.de acqui.poſ.vbi Mod.cum
ſim.vt notabiliter per Deciũ in l.non vt ex pluri-
13 bus.ff de reg.iu. † Quintò declaratur iſta regula
vt procedat quãdo res propriè mea eſt:ſecus verò
in re mihi debita: quia licet largo modo mea di-
catur,propriè tamẽ debitum non dicitur meum:
vt no.gl.ſupra in prin.iſtius tituli,quam declarat
& ſequitur Roma.in con.ccj. pro deciſione præ-
ſentis. & in conſi. cxcv.in caſu præmiſſo. nam a-
liud eſt ſuum,aliud eſt debitum.:vt no.glo.in cle.
auditor.in ver.debitum.de reſcri. quam ibi mul-
tum cõmendat & ornat pluribus ſimilibus Bar-
ba.& reaſſumit Decius in conſil.ccc.viſa petitio-
ne.in j.col. in ſecunda parte.& facit pro hoc no-
tabilis doc.Bar.in l.venditor.ff.de hære.& actio.
ven.Reliqua quæ circa iſtam regulã dici poſſent,
vide per Fel.in c.Rodolphus.in xiiij.col.de reſcri
ptis. Supradicta regula procedit quando duæ
cauſæ acquiſitionis dominij concurrunt diuerſis
temporibus:quia tũc ſemel dominus poſtea non
poteſt fieri amplius dominus ex alia cauſa:ſecus
ſi eodem tempore.quia tũc bene poſſunt concur-
rere.ita declarat Franciſcus de aret.in l.ſi mihi &
tibi.in princ.ff.de leg.j.Sed aduerte quòd iſta de-
claratio videtur contra text.in l.non eſt nouum.
ff.de actio.emp.dum ibi probatur quòd duæ cau-
ſæ dominij poſſunt diuerſis temporibus concur-
rere ad quem text.non bene reſpondet Areti.ex
eo,quia non poteſt dici quòd ibi erat ius accreſ-
cendi,cum nulla ibi fuiſſet cõiunctio quæ ad ta-
le ius requiritur vt in l. re coniuncti. vbi decla-
rant mod.ff.de leg.iij. & ideò cogita: quia eſt no-
ua declaratio ad iſtũ tex.& iſta regula aliter limi
tatur per Iaſ.in l.ſi rem meã.ff.de ver.ob. vbi vi-
de.& aliam limitationem pono infrà in glo. ma-
14 giſ.quæ omnia tanquam noua notabis. † Noт.
tertiò quòd odio furis inductum eſt vt domino
detur cõdictio furtiua, per quam cõpellat furem
ad dandum.ita iſtum tex.no.Alex.Iaſ.& Soci.in
l.certi condictio.in gloſſ.iij.ff.ſi cer.pe.& ibi hoc
ampliat Soc.licet regulariter actio realis ad dan-
dũ domino non cõpetat:quia cùm dare ſit domi-
nium transferre,vt ſ.eſt dictum : nõ poteſt tranſ-
ferri in me dominiũ quod habeo : ſed in caſu iſto
odio furis datur actio ad dãdum : vt dicam latiùs
in gloſ.& eſt tex.& ibi no.Alex.in l.eum qui.§.j.
ff.de furtiu.no.Alex.in l.ſcire debemus.§.ſi à fu-
re.circa fin.ff.de ver.ob.licet aliqui ibi dubitent:
hoc tamen intelligas de fure vero & doloſo con-
tra quem cõpeteret actio furti.ſecus crederem de
illo qui furatur credens dominum permiſſurum:
quia tunc cùm contra illum non detur actio fur-
ti, nec poteſt allegari ignorantia in eius præiudi-
cium, ſed in eius commodum : ideo non cenſe-
tur odioſus per text. notabilem quem ibi no-
tat Bartolus in l. inter omnes. §. rectè ff. de fur-
tis. vel ſi creditor fuiſſet qui ſubtraheret pignus
ſibi

ſibi obligatum.l.creditor.eodẽ tit.quia tunc non putarem ea quæ hîc in text.noſtro dicuntur,procedere. Et hoc idẽ puto procedere,quando ageretur contra patrem: quia tũc etiam non cõpeteret condictio furtiua.ratio eſt:quia licet de iure non infamet infamat tamẽ de facto,& eſt turpis:vt dicit Bar.in l.item ſi ſeruus.in fi.ff.de impen.in reb. do.fac.& ideò danda non eſt contra patrem.l.honori.ff.de obſequiis à libe.& liber.præſtan.& bonus tex.in l.nõ debet vbi dixi.ff. de dolo.dabitur igitur certi cõdictio generalis, quãdo agit ad certum:vt habetur per gl.Bar.& doc.in l.certi cõdictio.in prin.ff.ſi cer pet.vel actio in factum tẽperando eam cũ additione bonæ fidei:vt in d.l.non deber.nec ex hoc irrogetur infamia, vt dixi ſuprà
15 in prin.iſtius tituli. † Nota quartò quòd in duplo vel quadruplo in quo condemnatur fur, non continetur res furto ſubtracta,ſed illud duplũ vel quadruplum totum eſt pena.ita not.hic Iaſ.& idẽ Iaſ.in.§.ex maleficiis.in j. notabili. infrà eodem.

Sed tamen aduertendum eſt quòd iſtud nõ eſt verum,quòd fur condẽnatus ad duplum nõ computet rem:nec tex.hîc probat,neque alia allegata per Iaſ.nã verũ eſt,vt hîc dicit tex. quod quando agitur condictione furtiua tantũ res proſequitur: quia per illã condictionẽ non poteſt quis ad pœnam agere ad quam exigendã alia actio prodita eſt:vt hic innuit tex.& ideò in cõdictione furtiua bene tunc dicitur rei perſecutio extra duplũ vel quadruplũ.& hoc eſt quod dicit tex.quia rẽ conſequor vltra pœnã dupli vel quadrupli:quæ quidem pœna condictione furtiua peti non poteſt: non tamen dicit tex.quòd ſi agerẽ actione furti & ſic ad pœnã ſupradictã quod res nõ debeat computari caſu quo nõ vellẽ agere cõdictione furtiua cũ in omnibus caſibus in quibus ſimplũ pro pœna ſtatuitur res cõputetur vt in actione l.aquiliæ. quę infitiãdo creſcit,& in titulo furti aduer.cau. & ſta.cũ ſimilibus. Et iſtud pro regula tradit Bal. in l.fi.in prin.per illũ tex.C.ſi de ſponſa.vbi dicit quòd vbi lex abſolutè facit mẽtionem de duplo ineſt ſimplũ,ſecus ſi diceret quòd illud duplũ eſſet mera pœna:quia tali caſu lex vlterius procederet ſtatuendo in illo vt ibi per eum:& ita intelligitur glo.in rubrica nau.cau.ſta.& ita dicit Barto.in l. hoc edicto.§.j.ff.de publica. maximè,quia in pœnalibus debet mitior fieri interpretatio.l.factum §.in pœnalibus.ff. de regu. iuris. & ſic vide quòd prædicti text.hoc non concludenter probant: tamen non eſt recedendũ à prima opi.quæ eſt communis odio furis:vt ab huiuſmodi criminibus fre
16 quentatis abſtineãtur. † Hæc tamen pœna dupli vel quadrupli de iure canonico non procedit,ſed ſolum rei reſtitutio de qua hic dicitur.glo.eſt iuncto text.ſingularis in c.fraternitas.xij.quæſt.j.quã multum commendat & ad hoc allegat Feli. in c. audiuimus.in j col.de ſimo.& in c.j. xij. col.cum ſeq.de conſti.Matheſi.not. xxiij. no. quòd omnes leges.& not.xlviij.no.quòd actiones.Io.de ana.in c.ſignificaſti.el.ij.in pen. col.de homici. Bal.in l. quibus diebus.§. dominus.in fi.vbi Moder. ff de condi.& demon.cum concor.vt per Ioã.crotum de monteferraro in rep.c.ij.§. ſtatuto.in glo. furtum.de conſti.lib.vj.& alibi ſæpè : vt ſcribo in §. ex maleficiis.in ſecundo notabili.in fi.infrà eodẽ vbi vide.& ita eſt communis opi.vt dicit Abb.in c.dilecti in iij col.de arbi.& in c.ſuam de pœnis.

Tamen iſtam limitationem aliâs reprobaui in d.§.ex maleficiis.infrà eodem. per vnũ tex.in terminis , quem ibi adduxi contra illam gloſ.modo vltra ibi dicta ex alio videtur quòd illa gloſ.non poteſt ſuſtineri ex eo quia habemus regulam in c. j.de no.ope.nuntia. quòd quãdo de iure ciuili eſt clara diſpoſitio quæ non reperitur de iure canonico,tunc illi diſpoſitioni ſtandũ eſt. Et eo modo argumẽtandi vtitur Alex.in conſi.lxx.viſo conſilio.in fi.ſecundo vol.& Iaſ.in rubrica.ff.ſo.ma.in vj.col.verſi.& quæ ſit differentia, Abb. in c.quod clericis.circa fi.de fo.compe.& alij ſcribẽs vbiq; non parum multi:ſed in caſu iſto non eſt diſpoſitio cõtraria de iure canonico quæ velit furem nõ puniri in quadruplum:igitur &c.Et omiſſa iſta regula dico de hoc eſſe caſum in terminis de iure diuino exodi.xxij.c.vbi dicitur qui furatus fuerit bouem aut ouem , tenetur domino reddere quatuor boues vel oues : & ſic quadruplum.vides ergo quòd etiam de iure diuino habet locum pœna quadrupli, & per conſequens in foro conſciẽtiæ. & ita procedit text.in c.quoniam. xviij.diſt.in fi. & in c.cùm deuotiſsimam.xij.quæſt.ij. cum ſimilibus. ſi igitur hoc de iure diuino ſancitum eſt, non eſt præſumendum quòd canones velint contrarium,cùm dicantur ius diuinum:vt in c.qualiter.de accu.& in caſu in quo hoc vellet, non poſſent contrarium ſtatuere.per ea quæ doct.dicunt in l.fi.C.ſi cõtra ius vel vtil.pu. & in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.& tex.in c.inſtitutionis. xxv. quæſt.j.quia tali caſu potius cõuincerẽtur errare: vt tradunt doctores in dictis locis. Non obſt. gl.in c.fraternitas.quia illa gl.& text.loquitur in foro pœnitentiæ in quo ſacerdos non debet pœnitenti illam pœnã imponere,ratione de qua per Ant.de but.& Io.an.in c.j.de pœniten.& re.videlicet ne ex qualitate pœnitentiæ crimina occulta & reuelata in confeſsione detegãtur: quod etiam dicit tenendum menti ſpecula.cõtra multos religioſos in titulo de pœnis. in fi.vel ne inducat eos ex acerba pœnitẽtia ad deſperationem:vt in c. de his.& in c.allegant.xxvj.quæſt.vij.iſtæ autẽ rationes non militant in foro conſciẽtiæ eccleſiaſtico imò nec in foro conſcientiæ pœnitentiali quãdo crimina ſunt publica pœnitẽtia vindicanda:quia tali caſu teneo quòd tã iudex quàm confeſſor poterit illam pœnam dupli vel quadrupli imponere in recompenſationem damni : vt ſicut publicum fuit delictum,ita publica ſit pœna:vt dicit tex.in d.c.j.& in c.quæſitũ.eodẽ tit. no.Abb. in c.cũ ſit. de iudæ.& quòd dictũ c.fraternitas.loquatur tantum in foro pœnitẽtię tenet Feli.in c j.in xij.col. de conſti.& latiùs nouiſsi. hiſpa. in trac. de vltimo fine iuris canonici & ciuilis.in lxxxvij.col.tenet expreſsè Abb.in d c.j.in iiij.col.& ita videtur concludendum ſuper hoc puncto.Et ſecundũ hoc cõcordãtur iura ciuilia & canonica.pro qua opi. vlteri⁹ facit vnũ notabile dictũ Bal.in c.in omni negotio. in j. col qui vult quòd leges ciuiles ſunt ſeruandæ in foro cõſcientiæ.nam qui facit ſecundum legem humanam quæ non eſt contraria iuri diuino nõ peccat:aliâs ſequeretur ſecundũ ipſum quòd omnis legũ forma & ſubtilitas duceret nos ad inferos.& ſcientia legum eſſet magis damnata quàm maleficiorum.& ita teneas, ſaniori iudicio
17 ſemper ſaluo. † No. quinto in verſicu. appellamus. quòd actiones reales vendicationes appellantur &c.quod dicit Ioan.Fabr.modicæ eſſe vtilitatis quia diſputatio nominum relinquenda eſt

pertinacibus

pertinacibus.& idem dicit Feli.in cap.quantò.in
prin.de præſumptio.& Alexan.in l.j.§.lex falci-
dia.in ij.colum.verſi.puto doctrinam. ff.ad l.fal-
ci.Et dicit Bal.in cap. ex parte M.colum. penul.
de appel.quòd acumina verborum relinquuntur
grammaticis pertinacibus, quos elegāter Plinius
deridebat,ſenſus verò ſapientibus. quod dictum
ſequitur Georg.natam in repe.cle.ſæpè. in princ.
colum.xij de verbo.ſignific. hoc tamen intelligi
volo de neotericis grammaticis, quos tanquam
exoſos & inutiles reipublicæ Plato in eius libro
ſecundo procul expellendos cenſuit,atque vt ad-
uerſarios inſequendos:de quibus etiam diuus Au
guſtinus in lib.ij.de ciuitate Dei diſſerit. hi enim
ſæpius & fruſtra circa inanem verborum corti-
cem torquentur, cùm ſenſum potius attēdere de-
buiſſent & maximè hoc pro regula prudentibus
datur in l.ſcire. ff. de legi. & tenet Hyppolitus in
trac.de vul.in ij.charta. & ideò eſt quòd impera-
tores aliquando loquuntur groſſo modo: vt dicit
Bal.in c.j.§.& quia vidimus.in vj.col.qui feu.da.
poſ.& reaſſumit Andræ.ſicul.in repe.rubricæ.C.
qui admit.in ix.col.proinde excuſari poſſunt æ-
tatis noſtræ iure cōſulti ſi linguę latinę normam
prætereunt, cùm permiſſum nobis videatur eo
modo loqui vt lex loquitur ſiue propriè ſiue im-
propriè:vt notanter dicit Bal.in l.j.C. vnde libe-
ri.& hac de cauſa licitum etiam eſt noua vocabu
la inuenire cauſa doctrinæ:vt dicit idem Bal.in l.
ſi pupilli.§.quid ergo.circa finē.ff. de nego. geſt.
quam ſententiam prius Tullius protulit in lib.iij.
de finibus bonorum & malorum idem quoque
Cicero, quem diſertiſsimum inter Romuli nepo-
tes appellat Catulus, excuſat ſe in primo de legi-
bus quòd quoniā in populari ratione omnis ſua
verſatur oratio, populariter loqui ſibi neceſſe e-
rit:tamen Iaſo. dicit quòd iſta differentia nomi-
num aliquando poteſt vtilitatem afferre, vt hic
per eum. tu adde hoc maximè procedere in no-
minibus propriis,vel pronominibus etiam agno-
minibus obſcœnis quæ vel maximam pariunt
vtilitatem vel damnum vt patet ex his quæ re-
fert ſe in facto audiuiſſe à quodam doctore, do-
minus Gerardus de petra ſancta in ſingularibus
ſuis notabili.lxxv.inci.magnum & pulchrum,vi-
delicet:quia ſi plures inquiſiti eſſent & capti pro
aliquo maleficio,& eſſet dubium à quo prius in-
choari debeat tortura, ceſſantibus aliis iudiciis,
ab illo deberet inchoari qui haberet turpe no-
men. & licet Petra ſancta non nominet docto-
rem iſtud fuit dictum Franciſci bruni doctoris
inſignis in trac. de indi.& tortura. in x.char.col.
ij. vbi dicit ſe audiuiſſe à præceptore ſuo,vt puta
ſi haberet nomen ſecundum ipſum forabuſco,vel
vade de nocte, vel ſpeza croce, vel piſa guerra.
nam iſta nomina ſignificant iudicium iniquita-
tis,vt concludit Cardinalis.Imo.& moderni. in
capitulo grauis.per illum textum extra commo-
dat.vbi eſt & nomen belial.quod eſt nomen dæ-
monis. & in capitulo per inquiſitionem. de ele-
ctionibus vbi eſt nomen maſcaron.& per Ioan-
nem Andræam.in capitulo cum in cōtemplatio-
ne, de regulis iuris. & tenet Abbas in procœmio
Grego. in ij. col.nu. vij. & ibi latiùs per mod. Et
hinc vulgò dicitur quòd nomina ſunt omen ven-
turi preſcius id modo fertur & Hippolytus dila-
18 ceratus equis.† Et propterea refert Platina in vi-
ta Sergij in creatione pontificis mutatur nomen:
nam Sergius dedit cauſam edicto, qui antea os
porci vocabatur.& hoc etiam dicit Archidia.in
procœm.vj. aliam rationem reddēs de qua ibi per
eum. & idem eſt in mala phiſionomia: vt dicit
Bal.in l.obſeruare.in ij.col.C.quan.appel. non re-
cipian. Et hoc idem eſt reſpectu nationum: nam
natio praua aliquando nocet:vt patet in l.quod
ſi nolit. §.qui mācipia.ff.de edil.edic.& dicit O-
dofr.in l.iul.ff.de act.emp. quod non eſſet fiden-
dum de Sclauonibus, cùm ſit deterior gens quæ
ſit in mundo:ſed nolint ex hoc eſclauones quęſo
iniuriæ argumen.ſumere.cùm alia alijs gentibus
peculiaria ſunt vitia,quemadmodum & virtutes:
nam de Hiſpanis noſtris,vt ab ipſis prius exordiar
etiam malè ſentit gloſſator Accurſius in d.l.do-
lum C.de dolo.& Old.conſi.lxxxiiij. in fi quam-
uis illa potius dolo bono & induſtriæ ſiue viua-
citati gentis attribuēdum arbitror.ita etiam Bal.
Catalanos improbat vt fœdifragos in c.j de pact.
& ibi Mode.& alibi ſæpè hoc in prouerbiū vſur-
patur:vt in Catalonia non detur actio ex promi-
ſſo:ſic etiam eis imputatur vt die ſabbati carnes
comedant.vt dicit Car.in cle.j.in v. q. de ce.miſ.
& Præpoſi.in c.denique.iiij diſt.adeo vt Bal.di-
xerat in procœmio decreta.inci. rex pacificus. ca-
uendum eſſe à Catalanis.ſed iſta ergo apud ipſos
cum quibus iuncta amicitia fuit, obſeruari non
video:& ideò credo illud prauæ cōſuetudini vul-
garium attribuendum eſſe, quia Catalanos pro
Gotthalanis accipiunt,quorum alteri totam fere
Italiam incendijs & ruinis oppleuerāt.Et eodem
modo in iure de Anglicis aliquid ſæui criminis
ſuſpicatur: vt in c.ſi gens Anglorum.lvj.diſt. & i-
bi etiam Hiſpani nimia mulierū cupidine taxan-
tur:& verſa vice ab alijs nunquam ſatis laudatis
doctoribus ſummis laudibus efferūt: nam Ptho-
lomeus in lib.quadripartito. c.iij. in ij.tract.ibi,
hiſpaniæ regiones &c.de hiſpanis hæc verba facit
hiſpaniæ inquit regiones Sagittario & Ioui aſſi-
milantur: & ob hoc qui in illis habitant liberta-
tem appetunt ſuntque ſani corde, & amāt mun-
ditiam atque nitiditatem.hæc ibi. ex quibus ver-
bis colligit R. do.Petrus de mōte, epiſcopus Bri-
xien. in reperto.ſuo in verbo Hiſpania.quod So-
domia eſſe in hiſpania repugnat cōſtellationibus
cœleſtibus. & ibi plures alias laudes eius gentis
exorditur:pro quibus ſufficiēt in hac re Titi liuij
clariſsimi teſtimonia lib j. ſecundi belli punici.
& li.iiij. eiuſdem belli,in fi. & alibi ſæpe eorum
induſtriam memorat qua ſæpiſsimè reſpub. ro-
mana vſa eſt. vt teſtis eſt Vegetius in j.de re mili.
de romanis etiam multæ ſunt ambages muliā-
que vitia ſicut & virtutes:vt patet per gl.in l.iiij.
ff de vſucap.& in l.libertas.ff.de verb.ſignifi.& a
lia vitia multa congerit Archi.in c.quicunque.xj.
q.j Bal.in c.fi.de appella.Domi. in c.fundamēti.
de elec.lib.vj.de florentinis etiam loquitur gloſſ.
in l.j.C. de erog.mili an.li. xj.& generaliter om-
nes Italos vt miſeros taxat gloſ.in l.j.C. de vſufr.
tranſ.in ver.miſeri.Gallos etiam Iulius maternus
in aſtronomico,vt ſtolidos taxat.glo. etiam in c.
Moyſes.xxxij.q.ij.Normādos Anglos & Polonos,
vt bibaces derider.& tex.de alio vitio ſiculos in-
ſectatur in c.in archiepiſcopatu.de rapto.& apo-
ſtil.ad Abbat.in c.cle.de exceſ. præla.& alios plu
res ſcriberem niſi interpellari viderer: & ideò
hæc licet paululum extrauagati ſimus,ſufficiant.
quæ ideò ſcribere volui,quia ab alio collecta
non

non ſunt. quamobrem procuranda ſunt pulchca nomina : quæ ſi venderentur maximo debent precio emi.dicere ſolebat vxor Ioan. andr. cuius dictum ab eo refertuc & per alios comprobatuc in dicto. c. grauis. & in capit. cùm ſecundum. de preb.Fely. poſt Abb.in procœ.decreta. Gregor. in vij.colum. verſicu. ſubdunt ramen hîc docto. & Abb.in c.primo.circa vltimam colum. de iudic. Et adeò multum attendenda eſt differentia nominum:vt dicit hîc Iaſ.& prius Bald.in l. ſi ideò. C. de codicil.& in l. hac conſultiſsima. in prima colum.cum ſeq.in princi. C. de teſta. Hinc eſt quòd quando aliquis vocatur eo nomine quo vocabatur pater, præſumituc eius filius.text. eſt ſingularis.in l.vxorem prægnantem.in princip.ff.de ma.teſta.quam ad hoc pro ſingulari commmendat Bald.in c.tuam.col.ij. verſi.ſi autem. de ordi. cogni.& Gerardus de perca ſancta notabili.lxxv. incip.magnum & pulchrum.facit pro hoc text.in ratione ſui in l. filiæ.§. ſi.ff. de condit.& demon. nam filius gratior fit patri,quando eodem nomine nuncupatur:vt patet in l.cùm filius.§.pater.de leg. ij. & ita olim conſuetum fuerat imponi filiis nomina parentum.c.olim.viij. quæſt. prima. Ex his igitur patet quòd de hominibus diſputare eſt
19 multum proficuũ. † Eſt tamẽ verum quòd nomina inutilia non ſunt indaganda neque diſpucanda:vt per glo.in rubri.ff. ſoluto matrimonio. & de his poſſunt intelligi quæ Iaſ hîc cumulat.

Contra tamen prædicta videtur facere glo.approbata in ver.impoſuerint.in authen.de priuile. dot.vbi colligitur quòd parum eſt habere nomẽ, niſi factum concurrat.& idem dicit glo.in l.quoties.C. fami.erc. quam in pulchra quæſt. ad hoc alle.Bal.in l.fin.in iij.col.verſic. ſequitur videre. C.vnde legit.& ſic nominis impoſitio nihil facit: vt tradit Iaſ.per illum tex. l.id quod apud hoſtes. in pen.col.ff.de lega.j. Sed poteſt reſpondeci illud procedere in nomine inefficaci totalitec, vel in nomine bono:ſecus in malo,per ſupradicta vel quando de nomine nullum indicium eſt:alias autem nomina bona multum conſidecantur:vt per glo.in procœ.cle.in prin.in ver.Ioan.nomen gratioſum:nam quemadmodum turpe nomen eſt decus,cùm plerunque ex maleficiis aſſumatur. l. damnato.C.de hæreti.ita & bonũ nomen eſt gloria & primum habenti.& multum iuuat.l.j.& ibi gloſ.C.de ſumma trinita.tenet Abb.in procemio
20 Grego.in ij. colum. nu.vij. † Nota penultimo ex iſto tex.in vec.planè &c.vltra doct.quod contra furem dantur tres actiones.actio furti,quæ eſt dupli:vt hic dicitur.Item condictio furtiua,& ſic perſonalis.& actio in rem.ſcilicet rei vendicatio vt hic patet. Adde quòd datur etiam actio de tigno, iniuncto, quando illud tignũ fuit iniũctum ædificio.item actio ad exhibendum: & tunc licet exhiberi non poſsit res, cum ſit iniuncta ædificio ramen habetur ac ſi dolo deſuſſet poſsidere qui iniunxit : & ideo agenti datur iuramentum in litem ad extimationem:quæ extimatio poteſt fieri vltra duplũ.vt ſuprà de re.diui.§.cum in ſuo.iuncta glo.in verſi.tigno.facit.l.ſi pro fure.§.furti de condi.furti.& l.qui reſtituere. ff. de rei vendi.
21 † Nota vltimo ex iſto tex.in vec.in perſonam ibi ſcilicet condictiones quòd iſta dictio actio, exponitur pro condictione.ex quo infertur quòd ſicut condictio eſt de iure gentium.l.rerum amotarum.cum l.ſeq.ff.re amo.ita & actio cum vnum pro alio exponatur:ita iſtum tex.intelligit Iaſon. & ad hoc allegat ſuprà in principio iſtius tituli. in vj.col. nu. xlij. Tamen iſta cõſideratio non mihi videtur concludens:quia attenta mente Iaſ. expoſitio quæ hic fit per Imperatorem, deberet econtra fieri:videlicet illa dictio cõdictiones,pro actione exponeretur:vt vult idẽ Iaſ.ſuprà vbi no. & iſto modo intẽtio Iaſ haberet locum:ſed illud hîc non probatur,ſed contrarium,& quidem rectè : quoniam in plus ſe habet condictio quam actio,quicquid dicat Iaſ.quod patet:quia comprehendit actiones perſonales & omnes ſpecies condictionum quę ponuntur.ff. de condi.indebi.cum ſeq.titulis.& tex.in d. l. rerum amotarum.quandoquidem ſic exponatur,nõ facit ad propoſitum illius ad quod Iaſ. inducit:vt dixi ſuprà in princ. iſtius tituli poſt eum: quia illa dictio condici poteſt,ponitur pro exercitio actionis quod in facto conſiſtit.nam iure gentium res ſubtracta ab vxore actione rerum amotarum condici poterat. id eſt exigi actione rerum amotarũ. actio verò ipſa eſt ius proſequendi. vt ſuprà dixi. & hoc optimè probatuc hîc dum ſubdit quòd condicere eſt denuntiare:quia denuntiatio fiebat extra iudicium vt ſupra dictum eſt in euidentialibus. actio verò intentatur in iudicio: vt ſuprà in prin. Nec obſtat quod actio exponatur.id eſt condictio:quia ad hoc reſpondet texr. hîc quòd illud fit abuſiuè & ſic impropriè. vt l.bona ciuitatis.ff.de ver. ſig.
22 & c.ex parte.de conſuetudi. † Glo.j. Circa primam partem inquantum Iaſ.poſt Are.& Fab. reprehendunt iſtam gloſ.dum dicit iſtum. §.venire continuatiuè ad præcedentem. Dicatis male reprehendi eo, quia cum imperatoc vtatur iſta dictione itaque, de illius natura eſt continuare & ſubordinare materiam ſupec qua eſt poſita ad pręcedentia:vt ſuprà dixi in princ.iſtius text. in primo not. & hoc ſecundum regulam procedit qua permittitur cauſa clarioris & commodioris doctrinæ continuatio de §. ad §. & de lege ad legem:vt per glo.in l.ij.in prin.ff.de ver.ob.cum ſi. vt per Iaſ.ſupcà in rub.iſtius tit.nu.7. Tamẽ hic non obſt.ſequoc communem opi.quod iſte.§. nõ veniat illatiuè ad præcedentia, ſed potius repilogatiuè:pro quo faciunt quæ adducit Areti. in l.ſi fundum.in prin per illum tex.ff.manda.& ſic nõ obſtat quòd continuatiuè veniat, vt ſuprà eſt dictum:quia aliquãdo dicta dictio ita contrarium importat,prout ſubiecta materia exigit: vt patet in §.& populus itaque &c.ſuprà de iure naturali.

Nec obſtat quod de.§.ad §.debet fieri continuatio : quia illud procedit vbi congruè poteſt fieri. ſed hîc congruè non poteſt fieri per ſupradicta:igitur vt tradit Iaſon in dicta rubri. Decius in capit.prudentiam.in princip.de offic. deleg.& §.ſexta.Et in hoc non eſt vis:ideò non inſiſto.
23 † In ſecunda parte gl.ibi,ideò dixi.collige concluſionẽ,quod differẽtia eſt inter dare & tradere. quia dare eſt dominũ in accipientem transferre: ſecus tamen eſt in ver. tradere.Hoc tamẽ limitat Iaſ in ver. tradere. niſi promiſſum fuerit genus: quia tunc qui obligatus eſt ad tradendũ, tenetuc dominiũ transferre,& tunc tradere pro dare accipitur:vt idẽ Iaſ concludit poſt Alex.in l.cũ mota.in j.notabili.C.de tranſact.& in l.ij.in fi. prin. ff.ſi cert.pe.cum ſi.vt per Alex & alios in l.à ſubſtituto.de leg.j.& iſta videtur eſſe cõmunis opi Et ratio iſtius concluſionis videtuc:quãdo genus eſt

in obligatione, venditor habet latas habenas reperiendi rem: & ideò tenetur dare:quia genus nõ dicitur perire:quod ſecus eſt in ſpecie. l.incẽdiũ. C.ſi cert.peta Tamen contra iſtam communem opi.Philip.Decius in d l.ij.in fi.principij adducit plura:& finaliter concludit quod licet venditor ſit obligatus ad genus,non tamen tenetur ad dandum,& ſic rem accipientis facere:ſed ſufficit tradere.& pro hoc allegat text.in l.quòd ſæpe. §. in his.de contrahen.emp. & reſpondet omnibus allegatis in contrarium pro communi opin. vt ibi videas.Sed attende diligenter.quòd communis opi. à motiuis Decij de facili defendi poteſt: quia text.in d.l. quòd ſæpe. §.in his. in quo principale fundamentum facit,non probat illud ad quod ipſe adducit:quia ibi æquiparatio quæ fit inter genus & ſpeciem,nõ fit reſpectu traditionis vel dationis,vt putat Decius:quia illud iam per alia iura declaratur,quæ alleg.Bar.in l.ex empto.§.j. ff. de actio.emp.vt in l.cum ſterilis.§. ſed cum venditorem.eo. tit. ad quæ non bene reſpondet Decius:attenta regula.l.non aliter.de leg.iij.Tex.ergo in d.§.in his.æquiparat genus & ſpecies reſpectu periculi vel emptoris vel venditoris ſecũdum quod caſus euenit ſicut in aliis rebus dicitur: de datione autem vel traditione nullum verbum ibi ponitur & per hoc patet quòd illa communis limitatio defendit.Sed ex alio capite vltra ipſum & alios mihi videtur quòd communis opi. iſtius glo.& doc.hic limitantium eam nõ ſit vera dum omnes poſt glo. præſupponunt quòd qui tenetur ad ſpeciem non teneatur dare: ſecus ſi eſt obligatus ad genus.nam contra primum caput eſt textus.in l.ſi ita diſtrahatur.§.primo.ff. de contrahen.emp. vbi promittens ſpeciem eſt conſtrictus ad illam præſtandam:& tamen tenetur rem facere accipientis.ad idem.l.j.ff. de re. permu. vbi eſt vrgens caſus contra limimitationem doc.non faciens differentiam an vendita ſit res in ſpecie an in genere:ſed dicit ſufficere vẽditori tradere cùm obligetur de euictione.ad idem habes text.in l.ſi iactum.ff.de actio.emp.vbi piſces qui vendiri fuerant erant capientis. & tamen dicitur ibi quòd non cogitur eos tradere.Et ad gl. & tex.in d.l.ſi à ſubſtituto.allex.hic per Iaſ.poteſt reſpõderi quòd ideò ibi eſt.quia ſumus in legatis in quibus venit dare non tradere.l.j.& ij C.com.de leg.Tamẽ tenendo primam opin.poſſet dici quod text.in d.l. ſi ita diſtrahatur. loquitur in eo qui promittit rẽ ſimpliciter:vt dicit Bal.in d.l. ſi à ſubſtituto.quo caſu in dubio dare intelligitur.& in hoc eſt ille tex.ſingularis quem multum commendat Decius in l.cum quid.in vj.colum.verſi.in ea.glo.ibi &c. ff ſi cert.pe.& ita etiam poteſt reſponderi ad d. l. j.& ad text. in d.l.ſi iactum. poteſt reſponderi vt per Are.in l.certi condictio.in princip. ff.ſi cert. pet.& ibi Soc.reaſſumit in iij.colum.ex quorum dictis duæ limitationes colliguntur notabiles ex hac materia quas ibi videas. Cogita tamẽ & vide circa iſtam materiam Bar.in l. ſi rem meam & l. cùm quis.§.hominem.ff de ſol. Nam de facili vtraque pars poſſet diſputari confirmãdo opi. Decij.in d.l.ij.Et ad tex.in d.l.ſi ita. poteſt replicari quod ibi fundus nõ fuit promiſſus ſimpliciter,ſed in ſpecie alias ſtipulatio non valuiſſet:cum dandu fundum quinque pedum, & ſic minimum liberaretur:vt eſt tex.& ibi declarat gloſ.in l.cùm poſt.§.gener.ff.de iure do.& ſic intellectus Bal.& Iaſ. hic in nihilum reſoluuntur. Et tex.in d.l.ſi iactum.poteſt à ſolutionibus Aret.& Soci.eximi ex eo quia inficiari non poteſt quod actus agẽtium debẽt interpretari ſecundũ mentem agentis.l.nõ omnis.cum ſi.ff. ſi cert. pe.ſed intentio emptoris in d. l. ſi iactum. fuit principaliter iactum emere propter piſces,& illa erat finalis intentio quo caſu ſi poſtea capiãtur cenſentur illi deducti in emptionẽ:argu.l.ſi quis nec cauſam.ſi cert.pet.& tamen dicit ibi text. quod venditor cum dominus ſit piſcium non poteſt compelli ad tradendum. Sed tenendo opin.Iaſo.poteſt replicari.Et primò ad tex.in d.l.ſi ita quòd ille text.loquitur in ſtipulatione vbi emptio locum nõ habet quo caſu ſpecialem rationem continet quemadmodum in legatis dictum eſt per l.j.& ij.C.com.de lega.&hoc aperte probatur in d.l.ſi ita.retenta eodem intellectu quòd in promiſsione ſpeciei loquatur:nam eo caſu dicitur ibi quod vẽditor non tenetur fundum emptoris facere,& ſic ille text.concor.cum quæſtione glo. Iaſ. & communi. Et ita poſſet intelligi tex in d.l.prima ff.de re.permuta. Et text. etiam in d.l.ſi iactum.ex hoc euitatur,quia preciſe ibi piſces non erant venditi ſed ſpes:& ideò piſcibus captis nõ datur preciſe actio vt illi dẽtur: ſed poteſt venditor dando intereſſe liberari:vt dicit Alexa. in l. ſtipulationes non diuiduntur.col.

34 fina.ff.de verb.obligationibus. † Et illud quod dictum eſt quod qui promiſit rem ſimpliciter intelligitur promittere ſe dare,procedit niſi natura cõtractus ſuper quo interponitur ſtipulatio aliud ſuaderet:vt dixi ſuprà in no. per l.ſi ſtipulatus.in prin.ff.de vſuris.& ibi dictis adde Bar.in l.ariſto. ff.de dona.& Alex.in conſi.cxx.viſis narratis.in j. col.in iij.lib.&in cõſi.cxix.viſo proceſſu.in j.col. ver.qun.l autem.in fi.verſicu.in v. lib.& d.Abb. Panor.in conſi.xv.quæritur an prædictis.in j.parte.& Ro.in conſi.lxxxvj. viſo quæſtionis themate.vbi no. loquitur,& tenet Ia.hic quæ omnia ad eum addere poteris. Gloſſ.in ver. magis.habes concluſionem ex iſta gloſſ.quòd res effecta mea, non poteſt amplius fieri mea. §.ſi rem legatarij. ſupra de lega. circa iſtam concluſionem vltra ea quæ dixi ſupra in ſecundo not. eſt aduertendum quod illa glo & eius regula procedit quando dominium eſt acquiſitum facto hominis, puta per traditionem vel alio modo. ſecus ipſo iure:quia tunc ſemel.dominus poteſt iterum fieri:ratio eſt: quia tale dominium quod ipſo iure trãsfertur,nõ eſt propriũ dominiũ : vt not.Soci.in l.qui romæ. in prin.in v.col.verſi.tertio & vltimò.ff.de verb. oblig. & ita in terminis iſtam regulam limitant mod Floren.repe.videlicet quid in Almanoſus in reperi.§.Caro.l.iiij.de verbo.obli.fol. xxiij.num. ccxvj.alle.pro hoc Bar.in l.j.C. commu.de leg.& quia videmus quod legatum ſeruitutis ipſo iure conſtituitur legatario adita hæreditate. l. ſi partem.§.j.ff.quemad.ſeruit.amitta. & l.j.ff.de ſerui. leg.ſicut & cętera legata.l.à Titio.ff de fut.& tamen videmus quòd legatario cõpetit contra hæredem actio ad dandum illud legatum:vt in l.iij. §. dare. ff. de vſufruc. & quòd tale legatum non tranferat verũ dominium tenent nouiſsi. repe.in l. legatum. la. j. de leg j.& Iaſ. in l. nemo rem ſuam.ff.de ver.ob.cõprobo iſtam opi. vltra ipſos per doctri.Salyce. & glo.in l.fi.in ver.rem C.de ſac.ſan.ecce.qui volũt quòd dominiũ quod tranſit in legatariũ,ex quo tranſit ipſo iure eſt vtile:ergo

poterit

poterit talis dominus intentare actionem perſo-
nalem ad dãdum.l.prima.C.de don.quæ ſub mo-
do.Bat.in l.prima.in fi.verti.ſed quæro. ff. de do.
tenet Decius in conſi.xxxv.incip.primo col.fi.li.
x.& Soci.in tracta.regula.fallentia. xcix.& regu-
la ſequeori. Tamẽ his non obſtan.videtur mi-
hi contrarium verius.nam quando dominiũ à le-
ge trãsfertur ipſo iure,vt eſt in legato de quo præ
dicti doct.loquuntur,trãsfertur verum & directũ
dominiũ.tex.eſt gl.Bar.&doc.in l. in rẽ.in princ.
ff.de rei ven.& ita tenet Bar.& Bal.in l.fi. repro
bando ibi glo.C.de ſac.ſan.eccl.non ob. dictum
Bar.in d.l.j. quia Bar.ibi non firmat neque dicit
quòd dominiũ taliter acquiſitum non ſit verum:
quòd ſi ita diceret, eius doctrina poteſt tolli ex
diſtinctione quadam Iaſ.in l.ſi mihi & tibi.ou.v.
de leg.j.& ex dictis eiuſdẽ Bar.in l.j.§.cùm lex.in
fi.C.de cad.tol.Neque etiã obſtat text.in l.prima.
de do.quæ ſub modo.quia iſte text.loquitur quan
do quis habet dominium cum traditione & tranſ
fert in alium ſine traditione: quia tunc illud eſt
vtile:& ita eſt gloſ. in authen. donationem.C.de
iu.do.& glo.in l.j.C.de inoff.dona.ſecus iſto caſu
quando dominium nunquam fuit acquiſitum fa-
cto hominis,id eſt per traditionem:quia tunc eſt
verum.& ita Alexan.& Iaſon in l.prima.in prin.
26 ff.ad Trebellia. † Glo.planè.ibi.l. ceſſat. idem
dicit gloſ.in l.ſed ſi hac.§. prætor, in ver.ſugillat
ff.de in ius vo.ſequitur Aret.in tracta. maleficio-
rum.in glo.veſtem cęleſtem.& Bar.in l.j.ff.de his
qui no. infa. & ratio iſtius gloſ.eſt quia in quali-
bet actione attẽditur illud id quod principaliter
tendit argum. l. prima ff.de in lit. iuran.& con-
dictio furtiua principaliter tendit ad rem, actio
furti principaliter ad pœnam:& ideò nimirum ſi
iſta infamat,condictio furtiua non:& per hoc po
teſt ſuſtineri ratio,Bal.in c.at ſi clerici.de iud.quã
reprobant mod.in l.certi condictio.in princ.ff.ſi
cer.pe.& ex hoc reſultat vna no.declaratio & no-
ua ad doctrinam Bar.in l.hoc legatũ.in princ. de
leg. iij. quæ ſemper ad hoc allegatur,quòd in du-
bio videtur ſemper intentata actio ſpecialis:nam
illud limitatur,niſi eſſet infamatoria ſpecialis &
non generalis: quia tunc cenſeretur potius gene-
ralis intentata.ita not.limitat Alexan.in l.gallus.
§.ſi eius.colum.ij ff.de lib.& poſtb.& in l. prima.
27 §.nuntiatio.xij colum.ff.de ope. no.nun. † Gl.
ſi apparet. Ex iſta glo.colligitur primò ſecundum
mod.hîc regula,quòd olim dominus, hodie præ-
ſumitur dominus:vt latè proſequitur glo.in l.ſiue
poſsidetis.hic allega.in glo.&idem latiùs Corne.
in conſi.xxiiij.per totum. lib. iiij. incipi. licet in
themate.& in conſi.cix. videtur.in prin.iij.lib. Et
hoc intelligitur, ſi allegetur: vt dicit Alexander
in conſilio lxix. in cauſa & lite. in tertio libro.
columna ſecunda.verſicu.accedit.quod limita &
declara ſecundum quod tradit Socin.in l.prima.
in ij.colum.nume.xxj.ff de acquir. poſſ. & quod
dictum eſt de dominio.idem dicẽdum eſt de poſ-
ſeſsione:vt latè proſequitur hic Areti.& tenet A-
lexander in conſilio xxxiij. ponderatis verbis, in
fin.tertio lib.& in conſilio lxxiiij.viſo puncto.in
ſecunda colum. iiij. lib.& in conſilio xcvj. viſis
narratis.in fi eod.lib.Socin.in conſilio.xiij. inſi-
gnis doctor.in iij.columna.iiij.lib.verum quia ſa-
tis extrauagans materia eſt ab ea quæ in iſto §.
tractatur, vlterius non inſiſto. Sed tu ad dicta
per modernos hîc vide Socin. in conſilio lxxxix.
in primo lib Corn.in conſi.cxlv.ad euidentiam.
in pen.col.lib. j.& in conſi.cccxv.videtur in lib.
ſecundo.& in conſilio cccvij. in præſenti.in ter-
tio libro.& in conſilio cccj.in pręſenti,in eodem
libro.Ex quibus omnibus hic per me allegatis ha
bes materiam latiſsimè diſcuſſam. quam ſi exten-
dere libet,vt chartas impleas,ad iſta loca te con-
28 vertas. † In eadem gl.ibi,ſed hic &c.Iſta prima
ſolutio gloſ.reprehenditur per doc.hic præcipuo
fundamento:quia non eſt verum quod condictio
furtiua contra furem detur ad reſtituendum,ſed
ad dandum eo,quia in text.noſtro ponitur regu-
la quòd nemo rem ſuam poteſt petere ſibi dare
oportere.& excipitur caſus, niſi ageretur contra
furem odio furis: ergo quo ad hoc vt exceptio ſit
de regula,vulga.l.nam quod liquidè de penu leg.
requiritur quòd loquatur in terminis regulæ: &
ſic ad dandum: aliâs non eſſet bona exceptio. &
ſic per iſtam rationẽ quæ fuit Ioan.Fab.hîc tran-
ſit Iaſon & alij communiter. Sed iſta ratio nihil
facit: quia quòd exceptio debeat eſſe de regula,
intelligitur reſpectu generis ſiue ſubiecti, de quo
loquitur regula: non autem reſpectu actus & ex-
ercitij. verbi gratia, ſi dico omnes ſcholares ſtu-
dent niſi Petrus: certum eſt quòd hîc ponitur re-
gula & exceptio: & exceptio eſt de regula re-
ſpectu ſubiecti:hoc eſt,quia Petrus eſt etiam ſcho
laris: quia ſi eſſet ſutor non eſſet bona exceptio,
quemadmodum iſta, omnis homo currit,niſi aſi-
nus: quia exceptio debet loqui de homine. & ſic
de ſubiecto principali: vt tradit Dy. in rubri. de
regulis iuris.& Bartol.in l.ex his.de legibus. De-
cius in rubri.de proba. fol. ij. ſed tamen reſpectu
exercitij exceptio eſt contra regulam & ei aduer-
ſatur: vt patet in illo exemplo, quia ſcholares
ſtudent, & Petrus non ſtudet, ſed aliud facit
diuerſum à ſtudio: & ideò non eſt exceptio de
regula quo ad illud.ita dicit Bartolus in l.de his.
ff.de legibus, cum ſimilibus.declarat latè Decius
poſt Bartolum in l. prima. in ſecunda columna,
numero vigeſimoquinto, verſiculo circa ſecun-
dum.ff de regulis iuris.& in rubrica extrà de pro
bationib. Ita in propoſito noſtro eſt dicendum
quòd licet regula ſit quòd quis rem ſuam petere
non poteſt actione perſonali niſi contra furem:
& iſta exceptio loquitur in terminis regulę ſci-
licet de fure: quia contra furem agam actione
perſonali,vt dicit hîc glo.ſed non ad dandum:ſed
ad reſtituendum. & ſic in hoc fit exceptio à regu-
la actionis perſonalis. aliàs ſecundum iſtos exce-
ptio & regula eſſent idem. Vel dic ſecũdò & rea-
liùs quod non eſt verum quòd hic ponatur exce-
ptio à regula, nam ille ver. planè odio furis &c.
non eſt ibi exceptio, ſed eſt interpoſitio alterius
quæſtionis. prout etiam ponitur in l. ex facto. ff.
de peculio.& ita ratio doctorum eneruatur. Et
pro iſta gloſ.contra Iaſonem & alios facit efficax
ratio,quia ſi contra furem daretur condictio fur-
tiua ad dandum, ſequeretur quòd ex hoc plus iu-
ris tribueretur furi in re furtiua quàm bonæ fidei
poſſeſſori.nam agendo contra furem ad dandum
præſupponitur furem aliquid plus habere in illa
re,cùm debeat dare,quod quidem verbum arguit
dominium reſpectu dantis.l. non videntur data.
ff de reg.iuris cum ſimilibus.ſed ſi agerem ad rem
meam contra bonæ fidei poſſeſſorem non poſ-
ſem agere ad dandum: vt hîc dicit textus. ergo
quandoquidem hæc condictio ad dandum dari

debeat, conueniens fuiſſet, vt potius contra bonæ fidei poſſeſſorem detur, cum plus iuris dicatur habere quam fur. argum. l. ſeruus. ff. qood vi aut clam. vnde quod detur talis condictio ad dandum contra furem non videtur quod ſit in hoc odium furis ſed potius præeminentia. Et ideò teneas opinio glo. hic quod detur ad reſtituendum: & in hoc ſit ſpeciale odio furis: quia cũ actio quæ datur ad reſtituendum, ſit realis, vt dicit Dec. in l. res pignori. alias. §. res pignori. l. ſi quis ne cauſam in iij. notabili. ff. ſi cer. pet. tamen cõtra furẽ datur actio perſonalis ad reſtituendum. & hoc eſt quod dicit mirabile hic gloſ. & tenet Roma. in l. ſcire debemus. §. fi. vbi videtur caſus pro iſta opin. ff. de ver. obl. & ſi alicubi reperiatur quod ad dandum detur, vt innuit hic tex. ſecundum doct. illud dare pro reſtituere ponitur: vt in l. ſi ſeruus. in princ. ff. de ædil. edict. & facit gloſſa in rubri. ſoluto matrimonio. & hoc regulare eſt, vt illud verbũ dare, pro alio exponatur ſecundum materiam ſubiectam: vt dicit Bartolus in l. prima. C. de nego. geſt. & dixi ſuprà in primo notabili. Et ſuper hoc vlterius inſiſtere, eſt potius captioſum
29 quàm vtile. † Gloſ. in ver. rem, ibi, item no. Ponit vnum quod multum commendant docto. vt hic dicit Iaſon, videlicet quòd §. noſter volens quod omnis condictio degenerat contra furem procedit etiam contra quemlibet malæ fidei poſſeſſorem: quia eodem modo contra illos datur cõdictio furtiua ad dandum ſicut contra furem. §. ſi tamen. ſuprà de re. diui. hic allegat. in gloſ.

Sed tamen iſtud dictum gloſ. non videtur verum: quia text. iſte de fure tantum loquitur, & in malæ fidei poſſeſſore minor ratio militat; ergo in pœnalibus & odioſis debet fieri reſtrictio. l. cùm quidam. ff. de lib. & poſthu. capit. odia. de regul. iuris. lib. ſexto. & ideo dicit Bald. in l. cùm proponas. colum. fina. C. de hære. inſti. quod in caſibus pœnalibus non admittitur interpellatio extenſiua: quia caſus pœnales ſunt ſtricti iuris. & hinc videmus quòd licet ſubſtitutio de vno caſu ad alium extendatur. l. fina. C. de inſti. & ſubſti. cum ſimi. tamen vbi de odio & pœna agitur, non fit extenſio: vt dicit Barto. in l. pater ſeuerinam. in prin. ff. de condi. & demon. facit etiam, quia licet nomine venditionis alij contractus comprehendantur. l. ſtatuliberi. §. quintus. ff. de ſta. lib. tamen in materia pœnali ſtricta fit interpretatio, vt tantum pro venditione accipiatur, vt notat Bartolus. in l. qui duobus. ff. de falſ. & licet appellatione hæredis veniat hæredis hæres. in l. finali. C. de hære. inſti. in materia tamen odioſa hoc non procedit: vt dicit ibi Baldus. quæſtione xxij. facit textus in l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg. & pupil. Et finaliter in odioſis à perſona nominata non receditur: vt not. Bartol. in l. multa. de condi. & de. Bal. in l. prima in iij. oppo. C. de his quæ pœ. no. licet in caſu noſtro tex. hic de fure loquitur odio eius: ergo à perſona nominata in tex. non eſt recedendum, neque debet fieri extenſio ad malæ fidei poſſ. cùm omnia iura alleg. hic in gloſ. de fure loquantur. & tex. hic ſpeciali ratione procedit: quo caſu ſpecialia multiplicanda non ſunt. l. in fraudem. ff. de teſt. mili. l. j C. de do. promiſ. Præterea quia actio perſonalis, quæ competit contra furem. non poteſt dari contra malæ fidei poſſe. qui poſſidere rem ſuam dicitur. ita dicit Bal. in l. ij. §. fi. in fi. communia de leg. alle. tex. no. in l. j. ff. de vſucap. Non obſt. text. in §. ſi tamen. ſuprà de re. diui. qui melius ceteris videtur probare: quia reſpondetur quòd ille text. limitatiuè loquitur de quibuſdam aliis poſſeſſoribus. & ſic ex natura illius dictionis aliis, de ſimilibus expreſſis intelligendus eſt. capit. ſedes. de reſcript. cum concor. vt per And. ſicu. in cõmento. l. cum acutiſſimi. col. xij. C. de fideicom. vt de prædonibus & inuaſoribus qui furibus æquiparantur. vt no. Alexand. in apoſtil. ad Bart. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœ. facit text. in l. eum qui. in prin. ver. adeo autem. ff. de fur. & §. furtiuę. ſuprà de vſucap. & bonus text. in c. non ſanè. in fi. xiiij. q. v. & in l. prima in fi. cum l. ſeq. ff. de tritica. & ſic debet intelligi de illis quorum vitæ nullus parcere debet. l. j. C. quando li. fine iudi. ſe vin. non autem intelligendum eſt de malę fidei poſſeſſoribus. qui non tantum dicuntur delinquere. & ita in terminis iſtam opini. tenet Paul. de caſtro in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. licet prædicta non adducat. Tamen non eſt recedẽdum à prima opi. quæ eſt communis pro qua eſt gl. in l. ſi quis nec cauſam. quam ibi latè defendit Alexan. & allegat glo. hic; & hoc idem tenet Alexan. in l. ſcire debemus.
30 §. ſi à fure ff. de verbo. oblig. † Non obſt. motiua ſuprà adducta: quia ad illa reſpõdetur quòd licet in pœnalibus non debeat fieri extenſio: fallit niſi militet aliqualis ratio, licet non tanta: vt eſt bonus text. in l. prima. §. quod autem. ff. de vſu alex. & tenet Decius in l. ſi emancipati. in j. col. de coll. cum ſi. vt eſt tex. pro hoc notabilis. in c. j. § porro. quæ ſit prima cau. benefi. amit. quem ad hoc Ia. alle. in §. tripli. nu. xxj. ſuprà eo. & in l. j. in iiij. col. C. de tranſ. & in l. fi. ff. de in ius vocan. neque obſtat quòd priuilegia non ſunt multiplicanda: quia eſt verum circa idem, ſecus ſi ad diuerſa: vt in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. & no. Alexan. in l. ſciendum. in j. colum. ff. de verb. oblig. & de hoc doribi caſum not. in l. fi. C. ad velle. vel concordãdo opi. poteſt diſtingui de malæ fidei poſſeſſore, quod triplex eſt malæ fidei poſſ. improbus, improbior & improbiſſimus: vt declarat magiſtraliter Barto. in authen. malæ fidei C. de condict. ex leg. de prima ſpecie loquantur fundamenta ſuprà dicta de duabus aliis procedat opin. docto. hic & Alexan. in d. l. ſcire debemus. & has tres ſpe-
31 cies exemplifica vt per Bald. in dicto loco † Secundò colligitur vna alia no. limitatio ex iſta gl. quòd regula eſt per text. hic quod nemo condicit rem ſuam niſi à fure. ratio redditur per Iaſon. in l. ſi quis nec cauſam. §. res pignori. ff. ſi cert. petat. quia condictiones omnes ſunt perſonales & obligatio perſonalis præſupponit debitum: quia habent perſonam obligatam vt ſuprà dixi in euidentialibus: ſed in re propria non poteſt cadere obligatio. l. cùm filio. de leg. j. l. neque pignus. ff. de reg. iu. igitur iſta actio perſonalis dabitur cõtra furẽ: quia odio furis potero agere ad rem meam: vt hic dicit tex. Tamen aduerte quòd iſta ratio Iaſ. non videtur omnino vera: quia licet verũ ſit quòd condictiones dicãtur actiones perſonales: illud tamẽ eſt impropriè. caſus eſt hic in ver. nũc verò abuſiuè, & in materia odioſa talis improprietas non attenditur: vt tradit Bart. in l. multa. ff. de condit. & demonſt. & in l. prima. ff. de fonte. per illum tex. Neque. ob. quòd dentur condictiones contra furem: quia per hoc non infertur qoùd ſint propriè actiones perſonales. patet in l. certi cõdictio. in princ.

iu princip.vbi certi condictio datur pro intereſſe
& fructibus & aliis de quibus ibi : & tamen pro
illis nou poteſt competere actio ad dãdum, cùm
intereſſe ſit factum vt tradunt nouiſsi. rep. in §.
Cato.& iu l. ſtipulationes non diuiduntnt. pon-
derando.l.prima.C.de ſen.quæ pro eo quod in fi.
de verbo.obligat.ſic igitur patet,quòd non valet
conſequentia,datur condictio contra furem , er-
go datur actio perſonalis:niſi lex vlterius proce-
dat diſponendo,vt hic : ex hoc tamen non poteſt
fieri ratio generalis. † Secundò limita ſecun-
dum gloſ. hic quod iſta regula procedit quando
quis vellet condicere dominium: & ita procedit
iſte text. ſecus verò ſi poſſeſsionem : quia tunc e-
tiam à bonæ fidei poſſeſſore condici poteſt, ſi in-
debite tradita ſit.l.indebiti.§.ſi nummi.de condi.
indebi.hic allega.in gloſ.Et cum iſta regula tran-
ſeunt omnes doc.hic.& Alexan.& alij in l.ſi alie-
nam. ff. ſolu. matrimo. & in d.§.ſi nummi.adde
quod iſtam gloſ.dicit ad hoc ſingularem Alexan.
vbi latiſsime videas iu l.prima.in penu. & fi.col.
ff.de leg.j.tn dic eſſe gloſ.concor. in §.legatum.in
ver.hypothecaria.ſuprà de leg.Et vltra alios adde
duas alias limitationes. prima quòd dicta regula
fallit reſpectu vtilis dominij:quia licet directum
condicere non poſsit,vtile tamen poterit.ita Bar
dicit in l.certi condictio,in fi.in princ.ff. ſi cert.
peta.alleg.duo iura videlicet,l.prima.C.de dona.
quæ ſub mo. & l. prima.ff. de do.in generali.vbi
idem tenet Bart.& ſequitur Iaſ. in d. l. certi con-
di.in princip.in x. col. & vltra ipſum idem Bar-
tol. in l. in bello. §.ſi quis ſeruum. ff. de capti.

Secundò limita quòd prædicta regula proce-
dit in directo dominio acquiſito de iure gen. ſe-
cus ſi non erat acquiſitum propriè per actus iuris
gen. ſed per actus ciuiles: quia tunc bene compe-
tit actio perſonalis.ita Iaſ.in d.l. certi condictio.
iu x.colum.& in l.prima.col. & ij.per totum. C.
com.deleg.& prius latè proſequitur Alexand. in
d.l.prima.in penul.& fi. col. de leg.j.& in conſil.
lxxxiij.viſa facti narratione.in ſecunda.ibi etiam
meminit de prima limitatione hic per me poſita
& hoc idem tenet Iaſ. in l. ſi rem meam. in l. ne-
mo.ff. de verb.oblig.& in l.ſi eum.in princi. ver.
iij.pondera.ff.ſi cert.pet. † Glo.denuntiare col
33 ligitur vnum no.dignum ſecũdum Are.hic quem
ſequuntur alij omnes,quòd debitor antequã con-
ueniatur , non eſt primò extra iudicium de ne-
ceſsitate interpellandus.l. quidam hiberus. ff de
ſerui.vrb.præd.hic alleg. in gloſ.& omiſsis dictis
doct.hic ratio iſtius quæſtionis videtur:quia dies
interpellat pro homine.l.magnam.C. de contra-
hen.ſtip.tenet Alexan.in conſi.lj.videretur. in v.
vol.quòd non ſolum procedit in obligationibus
in diem, ſed etiam in puris , in quibus miſeratio-
nis gratia dantur x.dies ad ſoluendum , ne credi-
tor veniat cum ſacco paratus. l. promiſſor. ff. de
conſti.pec.quia illi x.dies dati interpellant quem
admodum dies obligationis ita per plura conclu
dunt Modernio. Ticinenſes videlicet Claudius
de aquis in l.ſi legati.in ſecunda colum.ff. de ver-
bor. obligatio. Et non ſolum procedit in die ex-
preſſa , ſed etiam tacita. vt in l.ſecunda. C.de iu.
emphy.glo.in l.ſi mora.vbi Alexand.& alij.ff.ſo.
mat.tenet Iaſ.in l.cum quid io ij.lect. in princ.ff.
34 ſi cer.pe.Et iſta procedunt †quando perſona cre-
ditoris reperitur: ſecus ſi non reperiretur.l.pecu-
niæ fœnebris.in fi.& l.cũ quidã.§.ſi pupillo.ff.de
bitrator poteſt, procedit tantum in modico: aliâs
recurreretur ad arbitrium boni viri: vt dicit Bar-
tolus in d. §. recepiſſe. Sed aduerte quia Ange-
lus non meretur reprehendi: quia ipſe non dicit
quòd arbitrator poteſt totum ius vnius partis
alteri attribuere: cùm allegata per eum dicant
ea quæ pro impugnatione adducit Iaſon. Sed ſo-
lùm voluit dicere hoc quod quemadmodum ex
cauſa aliàs arbitrator poteſt de iure vnius alteri
tribuere pro parte, eodem modo ſubſiſtente cau-
ſa iudex poteſt totam rem vnius alteri adiudicare.
& ſic arguit de parte ad totum & à ſimili. Imò
12 plus dico contra Iaſonem, † quod etiam retenta

x 3 ſua

ſua ſub auditione dico Ang. bene dicere: quia ar-
bittor ex legitima cauſa poteſt non ſolùm modi-
cam rem, ſed etiā magnam alteri parti attribue-
re. eſt caſus ſingularis in capit. niſi eſſent. extra de
præbend. quem ad hoc valde commendat Andr.
ſicu in conſi quadrageſimoprimo. nu. xxj libro j.
& conſilio vndecimo. in prima & ſecunda coln.
in ſecundo volumin. & in conſilio primo. in pri-
ma columna in tertio volumine. & in capitulo
primo in vigeſimaprima columna. numero. clxj.
do conſti. Alexander in conſilio. xcj. in tertia col.
ſecundo libro. & conſilio cxix. & conſil. cxxiiij.
in tertia columna. eodem libro. Corſetus in no-
tabilibus ſuæ literæ. A. notabili vigeſimoſecundo
cum concordan. vt latè ibi dixi. & de hoc ratio
eſt manifeſta: quia ex iuſta cauſa vt puta pacis
vel alterius tranſgredi poteſt iudex regulas iuris:
vt per plura concludit Rom. in conſil. cccxxxij.
incipien. quò ad primum. colum. finali. & eſt tex.
in lege diuus. la ſecunda. ff. ad l. corn. de fal. & di-
ctum vulg. Inno. in capitulo primo. de conſtitut.
quem ſequitur Iaſo in lege prima. C. de preci. im-
pe. offe. & in l. cùm ſeruus. in penultima column.
ff. de condictione ob cauſam cum ſimilibus. de
quibus latè dixi in lege ſi hominē. per illum text.
ff. manda. poſt Bartolum in lege quid ergo. § pœ-
na grauior. ff. de his qui not. infam. & hoc fate-
tur idem Iaſon in §. ex maleficiis. numero tertio.
& numero decimoquinto. & ſequenti ſupra eod.
dum vult quòd licet aliâs regulariter quis pro
furto mori non debeat: tamen quando per illud
furtum etiam minimū pax rumpitur, debet fur-
ca ſuſpendi. §. ſi quis quinque ſolidos. ſecundum
communem intellectum, de pace tenend. de quo
tamen latiùs ibi diſputaui. Et rationē poſtea po-
nit per viam regulæ in dicto numero xv. quia ex
legitima cauſa poſſunt regulę iuris infringi. ſi igi-
tur ius cōſtitutionis infringi poteſt ex iuſta cau-
ſa, à fortiori poteſt ius partis alteri attribui: vt
eſt caſus in c. cùm inter. de ſen. & re iudi. Nec
obſt. illud quod dicit Iaſon quòd in arbitratore
fit reductio per arbitrium boni viri: quia dico
quòd hoc faciliùs procedit in iudice, cuius ſen-
tentia per appellationem infirmari poteſt. l. j. ff.
de appella. & in arbitratore vel arbitro eſt quid
imputandū partibus, quare in illos coſenſerunt:
vt dicit tex. in l. diem proferre. §. ſtari. de arbi. Et
ideò ſi læduntur, vt quia ius vnius transfertur in
alium, de ſe conqueri debent. arg. l. imperatores.
ff. de iur. fiſci. & eis dici poteſt viam quam elige-
ſtis ipſa nobis pateat. l. ſi mulier ff. ad velleia. Præ-
terea quia talis reductio ad arbitrium boni viri
eſt quædam ſpecies appellationis. l. nō diſtingue-
mus. §. cùm quidā. ff. de arbi. & intra x. dies peti
debet ſicut appellatio: vt dicit Specul. in titul. de
arbit. §. ſequitur. verſ. ſed intra quod tēpus. quem
per plures rationes ſequitur Abbas in capitulo
quintauallis. in ſeptima columna. verb. venio ad
ſecundam. de iureiurando. Sali. in l. ſi ſocietatem.
§. arbitrorū. in duodecima quæſtione. ff. pro ſo-
cio. & Guid. de ſuſa. in l. ſi ex conſenſu. C. de epi-
ſcopal. audientia. & plures alij quos propter bre-
uitatem omitto. & tamen Iaſon fatetur quòd iu-
dex poſsit hoc facere: ergo eodem modo & arbi-
trator: vel ſi arbitrator non poteſt, eadem ratio-
ne neque iudex: quod tamen eſt falſum: relinqui-
tur ergo cōcludendum opinio. Ang. Aret. eſſe ve-
ram. Glo. erciſcūdæ. ibi, ideò dicitur mixta &c.

Colligitur ex gl. alia ratio quare hæc actio mix-
ta dicatur. ſuprà incidenter poſt Angelum dixi
vobis rationē eſſe, quia in iſtis iudiciis diuiſoriis
quilibet eſt actor & reus: vt eſt caſus qui ad lite-
ram hanc rationem aſsignat in cap. ex literis. de
probatio. cum aliis quos allegat hic Iaſon. Iſta
tamē ratio quæ hîc ponitur per glō. magis ſpecia-
lis eſt, quam videatis: quia clara eſt. Iaſon tamen
hîc retenta iſta ratione quærit de ratione diffe-
rentiæ inter iſtas actiones diuiſorias mixtas, &
actiones in rem ſcriptas & longo verborum am-
bitu repetit ab origine earum effectus. Vos do-
13 mini dicatis ita & breuiùs, quòd † actiones in
rem ſcriptæ habent ortum ex quaſi contractu: &
vnde iſte quaſi contractus oriatur dicatis quòd
ex rei peruentu: quaſi ex illa peruentione rei ad
illum & ſuſceptione inducatur quaſi contractus,
ex quo oritur actio perſonalis ad exhibendū, quæ
eſt in rem ſcripta. de hoc eſt doctrina Bart. quam
modo intelligitis in l. ſi terti⁹. §. ſi quis prius. col.
j. ff. de aqua plu. arcend. & in lege prima ff. de in
terdict. dum allegat tex. in lege de eo. §. fin. ff. ad
exhiben. verum quia ex æquitate proueniunt ta-
les actiones ad inſtar realiū: ideò competūt con-
tra quemcūque poſſeſſorē. & dicitur in rem ſcri-
pta, vt dicit Alexander & ibi latiùs Iaſ. in rubric.
ff. ſi certum petatur. Iſtæ verò actiones diuiſoriæ
non dantur cōtra quemcunque poſſeſſorem, ſed
contra ipſos cohæredes vel conſortes: vt dixi ſu-
prà in euidentialibus, per legem tertiam, & l. ſed
eius. §. j. ff. famil. erciſcunde. & hoc debetis tenere
14 pro certo & firmo omiſsis ambagibus. † In ea-
dem gloſſ. ibi, ſed quanto tempore duret &c. Col-
lige concluſionem quòd actio famil. erciſcundæ
reſpectu præſcriptionis dicitur perſonalis: quia
quemadmodum quælibet perſonalis ſpacio. xxx.
annorum præſcribitur: ita & iſta: per textum qui
expreſſe hoc dicit in l. prima. §. primo. verſi. ne-
mo. C. de anna. excep. Hoc tamen declaratur bre-
uiter, omiſſo longo apparatu, procedere quando
vnus tantum ex cohæredibus ſiue conſortibus to-
tam hæreditatem poſsideret. nam tunc ſi per. xxx.
annos alij conſortes non petierunt diuiſionem,
procedit præſcriptio: neque poterunt compelle-
re illum poſsidentem diuidere: ſed cogeretur in
communione ſtare. Secus tamen ſi à principio
omnes in communi reperiuntur poſſediſſe: nam
eo caſu licet per xxx. vel mille annos ſtarent in
communione, nunquam currit præſcriptio non
petendi diuiſionem quando placuerit. ita tenet
Baldus in l. fin. C. finium regundorum. cum con-
cordan. vt hîc per Iaſ. tenet Fran. de cur. in conſi-
lio lxviij. columna xij. & hanc opinio. tanquam
communem ſequuntur Modern. taurinen. in tra-
ctatu præſcriptio. in quarta parte quartæ partis
principalis, quæſtione decimatertia. Et omnia i-
ſta procedunt etiam in actione communi diui-
dundo: vt dicunt præfati Moderni. quid autem
ſit in actione finium regundorum, dicam infrà.
15 † Colligitur igitur ex iſta gloſ. iuncta declara-
tione Iaſ. hic vna notabilis limitatio ad regulam
quæ ponitur in l. iij. commu. vtriuſ. iud. & l. fi. C.
commu. diui. videlicet quòd illud quod ibi dici-
tur quòd nemo cogitur in communione ſtare,
non procedit quando ab altero ex ſociis vel ha-
bentibus rem communem eſſet præſcriptum à-
ctioni per quam petitur diuiſio: quia tali caſu quis
in diuiſione ſtare cogitur. Tamen vt omnia iſta
quæ

quæ dicta ſunt & traduntur per doct.hic.quæ multum vtilia ſunt,melius & clarius intelligatur, Tu in primis facias reguli quam ibi vltra alios ampliabo & limitabo. Regula igitur eſt iſta;quòd nemo in communione ſtare cogitur iuribus ſuperius allegatis. Hoc procedit etiam ſi factum ſit pactum de ſtando:quia tale pactum non obligat. l:in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. commu. diui. tenet Felin.in capitulo licet.el.iij.columna ſecunda.de teſti:tenet Roma.in conſilio decimotertio. incip. idem videtur.quod procedit etiam ſi non ſit dictum in perpetuum & nulla facta mentione temporis:quia etiam dictum pactum non valet.ita tenet Albe.de roſa.in l. fi. C.commu.diui. dum ſimpliciter concludit quòd pactum de diuidendo non valet : quia vbi non eſt facta mentio temporis indefiniti vel quãtitatis eius intelligitur

16 † in perpetuum.l.ſeruos.C.de pœn.per quã ita tenet Felin. & Decius in dicto capitulo ex literis & in terminis noſtris ita concludit Socin. in conſilio cclxxviij.columna finali, in ſecundo volumine.vbi hoc aliter comprobat:vt ibi vide. Item ampliatur, vt dicta regula procedat etiam per ſententiam arbitri coi ſtare promiſimus:quia non poteſt facere ne in perpetuum diuidatur : vt per plura probat Alexã. in conſi.alviij. viſis & accuratè. columna penultima.in vj.volu.nouiter edito. Item ampliatur hoc procedere, vt tale pactũ non obliget etiam naturaliter:vt tradit Ang. in conſilio ccxxv. incipien. punctus talis martinus &c.in prima columna. neque etiam tale pactum firmatur iuramento : vt tradit Alexand. in conſilio xviij. viſis capitulis in prima columna, libro ſecundo. & hoc idem in fortioribus terminis tenet Old.in conſilio ccxlj. factum tale eſt.& ſequitur Felin. in capitulo ſi diligenti. in quinta col.in fi. verſi.limita hæc.de fo. compet.& Fran. de cur.in conſilio lxviij. incip.dominus Ioannes. in antepenul. colum. principaliter fundantur in gloſ. capituli fi.de procu.libro ſexto,cum multis ſimilibus quæ congerit Feli. vbi ſuprà in ix. col. Ego pro iſta opin. adduco vnam rationem ſatis concludentẽ quia ratio quare inductum eſt,quòd nemo cogatur in communione ſtare, fuit: † quia

17 cõmunio ſolet communiter parere diſcordias & inter coniunctos l.cum pater. §.dulciſſimis.ff.de leg.ij.l.ij.C.quando & quib.quar.pars. lib.x.propterea pactum nõ obligat tanquam præſtans occaſionem diſcordię.minus igitur debet valere iuramentum.c.veniens.& c.& ſi Chriſtus.c.quintavallis.vbi bonus tex.& capitulo quemadmodum. de iureiurando.& capitul. non eſt obligatorium. de regulis iuris libro ſexto.cum ſimilibus.vt per modern.in l.fin.C.de pactis.præterea ſequeretur ꝙ libera rerum ſuarũ diſpoſitione quis priuaretur:quod eſſe nõ debet.arg.l.nec emere.C.de iure deliberandi.cum quilibet in re ſua ſit moderator & arbiter.l.ſed ſi lege.§.conſuluit. ff.de peti. hæ. no.Abb.in c.j.de empt.& venditio. Tamen his non obſtantibus.quantum ad illud quod dictum eſt de iuramento, teneo contrarium, quòd imò tale iuramentum faciat valere pactum.Nam clarum eſt quòd quando iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,eſt ſeruandum. cap. ſi verò.de iureiurã.Sed in caſu iſto poteſt obſeruari:igitur &c.Hinc videmus quòd licet lex prohibeat alienationem fundi dotalis: l.lex iulia.ff.de fun.dot.tamen alienatio valet,& tenet facta cum iuramento. capitu. cùm contingat. de iureiur. & habetur etiam in capitulo quamuis.de pac. libro ſexto.& tamẽ illa alienatio fuit inducta ratione euitandæ fraudis.idẽ videmus in inſinuatione in l.ſancimus.ſecundum quod ibi declarat Bal.C. de

18 donationibus. † nam inſinuationi renũtiari non poteſt:vt ibi dicunt omnes & Bartol.in l. modeſtinus. ff. de donationibus. quia per hoc daretur occaſio fraudis.Tamen cum iuramento valet renuntiatio:vt tenet Ioan.And.in addit.ad Specul. in titul.de inſtru.edi.§. porro. in vltima additione.per id quod habetur in dicto capit. cum contingat.& firmat Alexander in conſilio tertio col. penul. lib.j.& conſi.xvij.viſo inſtru.in ij.col.eod. lib.& cõſi.lxxxij.viſa facti narratione in fi.ij.vol. & latiùs in conſil.xx.ponderatis his.col.ij. lib.iij. quicquid dicat Ang. Are. in §.aliæ.col. pe. ſuprà de donationibus.Et plures alii ſunt caſus de quibus longa texeretur hiſtoria,in quibus iuramentum dat robur actui qui non valeret aliàs vt tradunt latè Moder.in tracta.de virtute iuramenti. & dixi vobis ſuprà in vno. §. iſtius tituli,vbi pono plures effectus iuriſiurãdi:quæ omnia ad propoſitum noſtrũ videntur conuenire.Et ideò concludendum eſt quòd ſi in pacto de non diuidendo ſiue de ſtando in communione ponatur iuramentum,quòd tale pactum valebit & debeat obſeruari. & ita in terminis reperio cõſuluiſſe Corneum peruſinum virum magnæ authoritatis in conſi.xiij. incip.videntur in præſenti.in pen.col. in iij.volu.& cum hac opi. videtur tranſire Iaſon in l. ſi non ſortem.§.ſi centum,in ij.col. nu.vij.ff. de condi.indebi.Et iſta ampliatio Alex.& ſequacium potius eſt limitatio prædictæ regu.Non ob. modo quòd iuramentum præſtaret occaſionẽ diſcordiæ quam communio ſolet producere : quia reſpõdetur quòd principaliter & immediatè non tendit ad hoc vt diſcordiæ fiãt, ſed vt fratres potius diſcordantes ex diſtributione partium conciliẽtur:quia diuiſio potiùs & inęqualitas eſt cauſa diſcordiæ propter inuidiam quæ ex diſparitate oriri ſolet:vt in l.cum oportet.§.j.& §.ſin autem. C.de bo.quæ lib.fac.tex.in l.vt liberis.in prin.C. de colla.& l.fin.C.commu.vtriuſ.iud.cum ſimili. & quãuis occaſionaliter contingat quod ex communione diſcordia oriatur,illud nõ debet atten-

19 di:quia † eſt cauſa mediata non immediata.argu. l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.pe.Iſta ſolutio probatur ex dictis Io.de Imo.in c.cùm cõtingat. xlviij. char.de iureiur. vbi dicit quòd donatio inter virum & vxorẽ prohibetur: quia præſtat occaſionẽ deprædãdi,ne mutuo amore ſe ſpolient.l.ij. ff. de don.inter vir. & vxor.& tamẽ quia illud regulariter & directè nõ contingit ſed occaſionaliter,& ſic per cauſam remotã, talis donatio firmatur iuramẽto:quod ſecus eſſet ſi directè & immediatè talis donatio præſtaret occaſionẽ delinquendi:quia non valeret.c.nõ eſt obligatoriũ.de re.iu.li.vj.ſic ergo in propoſito cõcludo quòd quãuis cõmunio interdũ ſoleat parere diſcordias,tamen quia hoc regulariter non contingit,illud purgatur per iuramentum: quod vlterius ſuadetur : quia ſi communio eſſet cauſa immediata & propinqua diſcordię non fuiſſet mãdatũ à domino in euangelio quòd omnia eſſent communia inter apoſtolos & Chriſti fideles, & quòd omnia ponerentur in communi:vt in capitulo. nolo dicatis. & in capitulo expedit.& capitulo videntes.xij. quæſtio.j.&

vita etiam

vita etiam clericorum tempore primitiuæ eccle-
ſiæ communis cap.quoniam.de vita & hone. cle-
ricorum.ergo apparet quòd communio non erat
cauſa diſcordię ſed maioris charitatis & perfectio-
nis norma: quod verum eſt lege euangelica qua
viuimus: tamen in lege veteris teſtamenti com-
munio improbatur tanquam nutritiua diſcor-
diæ: vt patet geneſis. xiij. cap. vbi dixit Abraam
Loth nepoti ſuo qui greges in communi habebát,
ne quæſo ſit iurgium inter te & me,& inter paſto-
res tuos & meos: fratres enim ſumus. ecce vni-
uerſa terra coram te eſt, recede à me obſecro: ſi
ad ſiniſtram ieris, ego ad dextrá pergam &c. vn-
de ex iſtis dictis habuit ortum illud prouerbium
20 communio parit diſcordiam: † vt dicit Lucas de
penna in l.j.C.de his qui ſe deferunt.lib.x.colum.
iij.Deinde ſuperuenit lex,qua redempti ſumus,&
copulata eſt charitas & dilectio: quibus mediam-
tibus res omnes inter chriſti fideles fuerunt com
munes,& facti ſunt omnes tanquam nihil haben-
tes & omnia poſsidentes.& quos amor rerum
temporalium non turbauit, dilectio Chriſti &
communis charitas colligauit.Poſtremò creſcen
te malitia & rerũ immenſa cupidine quibus præ-
cipites agimur,accidẽtaliter communio fuit cau-
ſa diſcordiæ. d.l.cùm pater.§.dulciſsimis. aliàs e-
uictis ex eo quòd ab omnibus negligebatur cura:
vt dicit Inno.in c.quod dicitur. de voto.& in d.
le.ij.quomodo & quando quar.pars.& inde pro-
prietatis aperta eſt via: vt notabiliter dicit text.
in c.quo iure.viij.diſt.per hoc tamen abſolutè di-
ci non poteſt quòd cõmunio ſit cauſa diſcordiæ.
pro quo bene facit quod dicit Bal.nouell.in trac.
dotis.in fi.ſecũdæ partis dum alleg. Tho.de aqui-
no. Non obſtat etiam gl.in c.fi.de procura.lib.
vj.ſuper qua ſe fundant prædicti doctor. quia ibi
erat actus dependens à voluntate vnius: vt in l.ſi
quis in prin.ff.de leg.iij.hîc verò ſumus in depen-
dentibus à conſenſu duorum:quo caſu eſt magna
differentia,per ea quæ tradunt in l. non ſolùm.§.
morte.ff.de ope.noui nun. per Bar.& alios Ha-
bes igitur ex prædictis primam limitationem ad
regulam, quòd licet quis in communione ſtare
non cogatur: fallit niſi fuerit iuramentum: quia
21 † iuramẽtum debet adimpleri in forma ſpecifica.
c.ad noſtram.el.j.de iureiur.cum ſimili. Secun-
dò limitatur prædicta regula,vt per glo. noſtram
hîc vt ſupra retuli, videlicet quòd non procedat
vbi eſſet præſcriptum communioni. Tamen licet
doc.hîc tranſeant cum iſta gl.mihi videtur quòd
omnino non ſit verum quod ipſi dicunt per ea
quæ dicit Bald.in l.fi.C.ſi.regun.& Iaſ.in l.ſi non
ſortem.§.ſi centum.de condi. indebiti. & Ang.in
conſil.liiij. Curtius in conſil.lxviij in xij. col.vbi
concludunt quòd etiam per curſum centum an
norum potentiæ petendi diuiſionem non præſcri-
bitur.ergo iſtud dictum doct.non eſt verũ. Non
obſt.gl. hîc quia loquitur in actione famil. erc.in
qua non concurrit tanta ratio quanta in actione
communi diuidundo. vel propter hoc non dene-
gatur alia via potentia diuidẽdi ſaltem in effectu:
quamuis illa actione non agatur expreſſè ſed in
conſequentiam.& hoc puto quod voluerit gloſſ.
Tertiò limitatur niſi fuerit pactum temporale
quòd in communione ſtetur,puta vſque ad x. an.
quia tale pactum bene aſtringit quem in cõmu-
nione ſtare per illud tempus.ita limitat Aret. hîc.
quem ſequitur Iaſon. & hoc probat text.in d.§.ſi
conueniat.& ita limitat Roma.In conſi.xiij.inci.
idem videtur. Alex.in conſi.xlvj.viſis & accuratè.
in penul.col.lib.j. Felin. in rub.extra de reſcript.
in v.col.in fi.verſi.facit gloſ.Soci.in conſil.clxv.
viſis inueſtituris.in ix.col.ver.x.in ij.libr.& idem
Alex.in conſi.lix.viſo themate in v.vol.Cor.con.
xiij.col.j.in iiij.vol.& tenet Bal.per illum text.in
l.ſi ita quis.in ij.notabili.ff.de condit.inſtit.Bart.
in l.quintus.ff.de an.lega.Pau.de Caſtro & Alex.
in l.ſi non ſortem.§.ſi centum ff.de condi. indeb.
Et hoc procedit etiá ſi in pacto tempus non eſſet
expreſſum ſed ſolùm in eo diceretur de ſtando in
communione ad tempus:quia tale pactũ adhuc
22 † valet, & interpretatur illud tempus de decem
annis.ita eſt deciſio notabilis floriani in dict.§. ſi
conueniat. quem ſequitur Socinus in conſilio
cclxxviij.in quæſtione.in penul.col.ver.aliquan-
do & tertiò.in ſecundo volu. & pro hoc allegant
textũ. l. ſine præfinitione ff.de pœnis.vbi eſt caſus
quòd quando in aliqua diſpoſitione ſit mentio
temporis:tamen de quãtitate non conſtat, debet
intelligi de decem annis. & ibi dicit Barto. quòd
ille text⁹ non habet concordantem.& Bald.dicit
non eſſe alibi,in l.prima.C.de poſtu.quem refert
& ſequitur And.barba.in c. ſi quorundam.in iij.
col.de ſolutio. & idem Bal. dicit eſſe ſingularem
in c.ex literis.in iij.col.de cõſt. vbi infert ad con
tractum emphytheuticum, vbi eſt poſita dictio
tempus,ſine præfinitione.nam ſecũdum eum de-
bet intelligi de x.annis. & ita ibi ſequuntur om-
nes moder.cum concord.vt per Iaſ. in l.ita ſtipu-
latus.in ij.col.ff.de verb.ob.vbi hoc extendit ad
quemlibet contractum. Et vltra ipſum hoc cla-
rius tenet Barba. in rub.de rebus eccle. non alie.
in x.col.nu.liiij.Et idem eſt dicendum in conceſ-
ſionibus & ſtatutis ſupprimentibus aliquam di-
gnitatem ad tempus:vt concludit idem Barba.in
cle.fi.in x.col.nu.xxvj.de reſcriptis. & ſecundum
paruam & nouam impreſsionem pariſienſ. eſt in
xvj.col.verſi.ſed pone. Tamen diligenter conſi-
derãdum eſt quòd tex. in d.l.ſine præfinitione.in
quo fundatur iſta limitatio,non facit ad propoſi-
tum: quia loquitur in materia criminali in qua,
quia materia eſt odioſa & pœnalis,placuit fieri il-
lam interpretationem ex benignitate.tex.in l.in-
terpretatione.ff.eodem tit.de pœnis.& hoc ratio-
ne adiuuatur: quia in odioſis indefinita nõ æqui-
pollet vniuerſali:vt dicit Alex. & omnes in l.no-
minatim.per illũ tex.in j.col.ff.de liber.& poſth.
ideò conuenit quod iſta oratio temporis quæ eſt
indefinita,ad decẽnium reſtringatur. non autem
in perpetuum:vt fiat mitior & benigna interpre-
tatio:quod vlterius ſuadetur:Nam videmus quod
extra materiam criminalem illa dictio tempus,
indefinitè prolata,relinquitur arbitrio iudicis:vt
eſt caſus in l.prima ff.de iure deliberan.cum plu-
ribus concordan.vt per Hip.de marſi. in l.de mi-
nore.in principio.in viij.colum.in medio verſic.
item vltra.ff.de quæſtion.& in l.in lege cornelia.
colum.fi.ff.ad l.corne.de ſicar.Sed in caſu noſtro
iſta ratio non concurrit,vt ita fieri debeat inter-
pretatio:cum tetenta communi opinio.pro vera
ex validitate & interpretatione huiuſmodi pacti.
præſtetur occaſio diſcordiæ. & ſic fauorabilior
eſt interpretatio,vt tale pactum nõ valeat,quàm
23 interpretari vt valeat, & præſtetur occaſio † diſ-
cordiæ.& ſecũdum hoc quemadmodum pactum
de ſtando in perpetuum in communione non va
let.ita

let:ita neque pactu m indefinitum : cùm iſto caſu æquipolleat vniu erſali, & capiatur pro omni tempore. & hanc opinionem videtur tenere Iaſ. ſibi contrarius in l.ſed & ſi poſſeſſori. §.item ſi iurauero. in prima colum.ff.de iurciuran. quam legem legit cum ſi ae præcedentis, dum ibi reprobat opin.Bal.in dicto cap.ex literis. Poſtremò, quia text. in dic ta l. fine præfinitione. procedit quando iudex c trans non expreſsit tempus, quod exprimere debi erat:& ideò lex interpretatur, vt ibi: & ita lex h oc ibi probat : ſecus verò ſi ſcienter hoc feciſſet : quia tunc non haberet locum illa lex, ſed l.cù n ſeruus.C. eodem titulo. at in caſu noſtro pact um de quo ſuprà, non fuit factum ab errantibu: : & ideò ille text. nihil facit : quod rene menti:q uia iſta non tranſeunt ſine dubio.

Iſta tame n limitatio quæ vult pactum temporale valere, vt quis in communione ſtare cogatur, intell igitur per viam exceptionis, non autem actioi ais. ita notabiliter declarat Baldus in conſilio l xxij. in ſecundo volumine. Tamen aduerte qu òd hoc eſt verũ, niſi præcedat obligatio habilis quæ actionem produceret:per ea quæ tradit Barto.in l. ſingularia. ff.ſi certum petatur.

24 † Quartò,prædicta regula limitatur ſingulariter procedere quando pactum de ſtando in communione eſſet factum in æternum, vel ſic quòd nullo vnquam tempore fiat diuiſio. & ita procedat text.in dicto §.ſi conueniat. ſecus verò ſi pactum factum ſit ne in perpetuum fiat diuiſio:quia bene valet.ita dicit Floria. & limitat iſtam regulam in dicto §.ſi conueniat.quem ſequitur & approbat Alexander in conſilio lix. colum.fin. lib. v.& latiùs per Decium in conſilio lxj. incipiente in inſtrumento. in ſecunda parte. & ibi poſt Floria.reſpondet ad d.§.ſi conueniat. quòd procedat quando in æternum factum fuerit pactum: quod ex eo ſuadetur ſecundum eos, quoniam ibi ponitur dictio omnino,cuius natura eſt actum præciſum facere.capitulo:& ſi Chriſtus. & ibi Abb. de iureiuran.l.in naue ſaufelli. in fine & ibi gloſ. ff.loca.& ſic ibi text.prohibet diuiſionem in æternum fieri, quo ad etiam ſocietas non valeret. l. nulla. ff. pro ſocio. & tamen ſocietas in perpetuum bene valeret: vt dicit gloſſ. in dicta l. nulla. quia perpetuum intelligetur tali caſu,id eſt do nec viuat.allegat l.primam eodem titulo.& cum iſta opinio. trãſit etiam Iaſon in l. ſi non ſortem. §. ſi centum.in ſecunda columna, numero octauo. ff. de condi. indebi. Et iſta opinio ex alio poteſt confirmari ſecundum Decium in dicto conſilio: quia clarum eſt quòd regulariter valet argum.de vltimis voluntatibus ad contractus. l. pactum inter hæredem.ff.de pactis.l. ſeruum filij. §.eum qui.de legatis primo. Sed teſtator poteſt ex cauſa alienationem prohibere etiam in perpetuum: vt concludit Alexand. in l.ſi non ſortem. §.ſi centum.ff.de condictio.indebi.idem Alexander in conſilio lvj. conſideratis verbis. columna ſecunda.in primo volumine.& conſilio cxlv.conſideratis verbis teſtamenti.columna prima in ſecundo volumine. Andreæ Sicu.in repetitio.l.cùm acutiſsimi. columna lxviij. C.de fideicommiſ.ergo pariter dicendum eſt quòd hoc per pactum fieri poſsit.Et hoc videtur ſentire Corneus in conſilio decimotertio in fine. quarto volumine. & Roma.in conſilio cvj. viſo themate.in prima columna,ver.ſecũdum autem. Or audi & attende diligenter,quòd iſta limitatio ad d. regulam dicti §.ſi conueniat.non tranſit ſine dubio: & mihi videtur quòd ſit regula in primis, quia attenta illa ratione quòd pactum factum in perpetuum debeat valere, ex quo per mortem alterius ſocij verificatur,& non tranſit ad hæredem, eodem modo deberet valere pactum, vt nullo tempore fieret diuiſio: quia intelligeretur de tempore vitæ paciſcentiũ:quia aliàs ſocietas fieri non poteſt:vt l.adeò. ff. pro ſocio. & ideò ſicut illud verbum perpetuum,interpretatur ad vitam paciſcentium vt valeat pactum:eodem modo deberent illa verba interpretari: & tamen hoc eſt contra text. in dicto §.ſi conueniat.& contra illud quod dicunt prædicti doctores.& contrarium tenet Cin.in d. §.ſi conueniat.in apoſtil. vbi vult quòd non poſſit excedere metas xxx. annorũ.& in contrarium etiam tenet Bart.& Alberi.de roſa. & alij ibi,qui ſummãt illum text. quòd pactũ ne perpetuò quis diuidat,nou valet.& ita ibi concludit Odofre.& idem tenet Alberic.in l.ſi. C. cõmu.diui.& hanc dicit eſſe communem opin.Sociu.quem ſequitur reprobato Florian.in conſi. clxxviij.col. penult. in ſecundo vol. & hanc opin.tenet Fran.de curt. in conſili.lxvij. incipi. dominus Ioannes.in ante pen. col. Non obſt.quæ modo ſupra dicta ſunt, videlicet quòd valet argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus: quia dico quòd licet hoc poſsit inficiari, vt concludit Alexand. in l.j. col.ſi.C.de inſti.& ſubſti.poſt Dyn.Ray. & Imo. in l.ſeruum filij.§.eum qui.de lega.primo.& Angel.in l.ſi à ſubſtituto.§.ſi.eodem tit.dum conclu-

25 dunt † quòd arg. de contractibus ad vltimas voluntates bene valet per ſuprà dicta iura:ſed non procedit econtra.quia eſſet arguere de maiori ad minus affirmatiuè, quod non valet: vt c.cùm in cunctis.de electio.& de hoc xxviij. inſtantias ponit Iaſon. Tamẽ præſuppoſito pro firmo quòd tale argumentum omnino procedat,ex alio illud motiuum reſoluitur: quia non eſt verum quòd teſtator poſsit in perpetuum diuiſionem prohibere:vt firmat Pau. de caſt.Soci.& Iaſon in d.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.& hoc tenet Alexand.ſibi contrarius in con.cxj.incip.circa primum dubium quo quæritur. in tertio volumine.& Bald. & Angelus in lege ſi quis ita.ff.de conditio. inſtitutio.tenet Curtius in conſilio ſexageſimooctauo.in duodecima columna. Alexander in conſil. quadrageſimoſeptimo. columna penultima. in ſexto volumine. & ſic iſto modo bene procedet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates:vt quemadmodum contractus non valet vt perpetuò in communione ſtetur, eodem modo neque præceptum teſtatoris:quæ teneas cordi: quia adhuc hic paſſus videtur dubius. Non tameu omitto, quòd fuerunt nouiſsimi moderni qui conati fuere ad concordiam reducere opin. Alexandri ſibi contrarij dicentes opinio. eius in dicto §.ſi centum.procedere quando teſtator extraneos hæredes inſtituit.nam ex quo videtur eos honorare, & per conſequens in hoc eos grauare poſsit. ar. l.ab eo. C.de fideicom. Imò ex quo teſtatori licitum fuit eos in totum per fideicommiſſum portione priuare debet per conſequens ei licere quod eſt minus, vt portionibus retentis in communione ſtetur.argumen. l. cui pacto. de ſer. exportan. & capitulo cui licet. de regulis iuris.libro ſexto. Contraria verò opin. tam Pau.

ſed petitio hæreditatis eſt huiuſmodi vt patet in
l.Fulcinius.§.fin.ff.quib. ex cau. in poſſeſ. ea.& l.
cùm proponas. C. de bon. aut. iudi. poſ. Sed i-
ſtis non obſtan. contraria opinio videtur verior
quam tenet Bartol.in l.ſed ſi lege. §. petitio.ff.de
petitio.hæred.vbi dicit quòd quemadmodum di-
uerſæ naturæ non poſſunt cadere ſub vno indiui-
duo, vt quòd quis ſit homo & aſinus : ita etiam
mixtura actionis realis & perſonalis non poſſunt
cadere in eadem actione.idem voluit Bartol.in l.
veluti.ff.de petitio. hæredita. & in l.licet. eodem
titulo. vbi docet formare libellum in iſta actio-
ne, quemadmodum in realibus tenet Alexander
& Bartol.in l.prima columna ſecunda. in princi-
pio ff.de edendo.idem in.l. edita.columna tertia.
C. eodem titulo. & hanc eandem opinioné clarè
tenet Bartol.in l.ſi quis vi.§.differentia.columna
finali,verſiculo quarto quotuplex. ff.de acquiren.
poſſeſ. licet Alexander ibi malè allegando Bart.
dixerit quòd ſit in rem ſcripta.& hác opinionem
tenet Iaſ.hîc. & idem Iaſon in rubrica, ſi certum
petatur. alleg. de hoc bonum text.in l.ſi autem.
§.ſed & his. ff.de rei vendi. & idem tenet Iaſon in
l.fin.columna penultima. in principio. C. de co-
dicil.& in §. item ſeruiana. numero cxxj. & in §.
ſed iſtæ.numero quadrageſimoprimo.ſuprà eodé.
idẽ & in §.actionum.numero vigeſimoquarto &
ccxxxviij. infrà eodem. Et iſtam opinionem ego
teneo : pro qua vltra prædicta pondero text. no-
ſtrum hîc,quem nullus ponderat:vbi hîc enume-
rantur actiones mixtæ : & tamen imperator in-
ter eas non ponit petitionem hęreditatis.Et hanc
opinio. ſentit Bartol. in dicta rubrica. ſi certum
petatur.in principio, dum dicit, ſuprà viſum eſt
de realibus tam particularibus quàm vniuerſa
libus, hoc eſt de rei vendicatione & petitione
hæreditatis &c. Ad idem facit text.in l. prima. in
principio. ff. de rei vendi. vbi Iuriſconſultus in-
tendit tractare de merè realibus : & continuat il-
lum titulum ad preceden.dicens quòd poſt actio-
nes vniuerſales eſt videndum de particularibus:.
& tamen vt illa ſubordinatio iuſtè fiat, debet ibi
neceſſariò præſupponi petitionem hæreditatis eſ-
ſe realem : de quo in dicto titulo præcedenti ca-
uetur. Et pro hoc facit: quia nulla quæ eſt prius
realis habet materiam mixtam, ſed perſonalis:vt
iſtæ quæ enumerantur hîc in textu noſtro : non
autem econtra.ita dicit Franciſcus Curtius in a-
poſtil.ad Alexandrum in rubrica ſi certum peta-
tur.allegat Bartolũ pro hoc in l.ſed ſi lege.§.peti-
tio. ff. de petitio. hæredita. Et pro iſta opinione
quòd dicatur petitio hæreditatis realis, probatur
ex rubrica.ff.& C.de petitione hæredita.quia cla-
rum eſt quòd iſtud verbum petitio, conuenit
actioni merè reali : vt eſt text. in l.actio in perſo-
nam.ff.de actio.& obligatio.perſecutio verò per-
tinet ad mixtam : vt ibi probatur. ergo ex rubri-
ca probatur apertè quòd iſta actio ſit realis, cùm
dicatur de petitione hæreditatis. & pro iſta par-
te facit text. cum gloſ. in l. ſi mater. §. primo
iuncta l.ſi à te.in principio. ff.de exceptin. rei iu-
dica. & tenet gloſ. in rubrica. ff. de inoffi. teſta-
men.& in l.fin.C.de codicil.Præterea, quia om-
nis actio perſonalis aut deſcendit ex contractu
vel quaſi, aut ex delicto vel quaſi : ſed iſta actio
non eſt huiuſmodi, cùm non agatur contra obli-
gatum ſed contra poſſeſſorem, ſicut rei vendica-
tio : & hoc reſpectu repræſentationis : vt l. cùm
hæredes.ff.de acquiren. poſſeſſ.& l.prima. §.pri-
mo.ff.ſi pars hæredi.peta.& l. generaliter. de pe-
ti.hæredi.concludendum eſt ergo illam eſſe rea-
lem.ex quo infero quòd ſtatutum pœnale & o-
dioſum loquens de actione reali.comprehederet
propriè petitionem hæredita. quod expreſsè fir-
mat Signorel. de homodeis in conſilio qua-
drageſimooctauo incipiente quæritur. per to-
tum,vbi hoc latè probat. & antehac illud con-
ſilium non videram, niſi hodie in caſu quodam
Brixiæ ſatis arduo, ſuper quo conſului, quem
propterea notabitis. Non obſtat modo tex.in
dicta l.hæreditatis.C.de petitio.hæredita.hîc al-
lega.in gloſ. quia poteſt dici quòd petitio hære-
ditatis habet mixturam cum perſonali quo ad
effectum præſcriptionis,per rationem quam po-
nit ibi Barto. & iſtum intellectum ſiue ſolutio-
nem ad illum textum ſequuntur Modet. tauri-
nen. in tracta. præſcriptionum in quarta parte
quartæ partis,in decimaquinta quæſtione.quam
ſolutionem ego probo iſto modo.Nam clarum
eſt quòd quando mixtum capitur ab effectu vel
accidenti nunquam res definit propter hoc dici
merè talis attenta origine.l.ſi autem.§.fin ff.de
aqua pluuia arcen.l.cuius.ff.de regulis iuris. Sed
petitio hæreditatis origine eſt realis : vt ſuprà
probatum eſt : ideò licet ex pòſt accidat mixtu-
ra,illa non facit quò minus ſimpliciter talis di-
29 catur, prout eſt ab origine. † Et ſi aliquis ve-
ſtrûm quærat à me cuius vtilitatis eſt hæc inue-
ſtigatio an ſit realis,an mixta. Dico quòd maxi-
ma : quia ſi eſſet mixta, præſtationes perſonales
peterentur iure actionis : & licet non eſſent pe-
titæ in libello,venirent tamen in condemnatio-
ne,vel etiam poſſent in alio iudicio peti, vel in
alio libello, ſecundum quod dicimus de expen-
ſis debitis iure actionis, vel de fructibus &c. vt
no.Iaſon in l.prima & in l.properandum.§. ſin
autem alienata.colum.ij.C.de iudi.Sed ſi petitio
hæreditatis eſſet actio realis, tunc præſtationes
perſonales non venirent etiam in ſententia niſi
fuiſſent petitæ.l. quarta §. hoc autem iudicium.
ff.de damno infecto. vbi traditur regula quòd
nunquam iudex impartitur officium ſuum niſi
requiſitus. l.quod ſi nolit.§.ſciendum.ff.de ædil.
edic. & lata ſententia in principali extinguitur
ius in illis perſonalibus præſtationibus quæ de-
berentur ſolùm officio iudicis. l. quarta. C. de-
poſi.quod non eſſet ſi deberentur iure actionis:
quia poſſent peti in alia inſtantia : vt ſuprà eſt
dictum.Et per iſta habetis vltra docto. articulũ
diſcuſſum ad vtilitatem. In eadem gloſa in fi-
ne ibi,dic omnes eſſe perſonales &c. Dicas vnà
cum Dyn. Bald. & Ioan. Fabr. quos ſequuntur
alij, quòd iſtæ actiones omnes enumeratæ præ-
ter actionem petitionis hæreditatis dicuntur me-
rè perſonales,in rem tamẽ ſcriptæ: prout eſt tex.
in l.tertia.§.eſt autem perſonalis.hîc alleg.in gl.
vbi eſt ibi gloſ. magiſtralis enumerans omnes a-
ctiones in rem ſcriptas quam valde commendat
Iaſ.in §.omnium. nume xxvij. ſuprà eodem. &
alibi ſæpè.& eſt text.in l.j. in fi. ff.de Interdic.&
hoc ibi Alberi tenet poſt Guliel.& alios. Suc-
ceſsiuè Iaſ. in diſcurſu iſtius materiæ diuiſionis
quęrit de vna quęſt.quę quotidie accidere poteſt,
quam etiam de more omittere decreueram:quia
extra propoſitum text.& glo.tamen quia aliqui
veſtrûm inſtant eſſe neceſſarium:ideò ſuccinctè
quo ad

30 quo ad veritatem eã attingo. † Quæſtio igitur
talis eſt:ſunt plures fratres qui venũt ad diuiſio-
nem,queritur quis eorũ eligere debeat & partes
facere,an maior an verò minor?& in hoc breui-
ter perſtringendo dicta Iaſ.reperiuntur duæ opi.
vna eſt communis de iure ciuili quæ vult quòd
neque minor, neque maior eligat vel diuidat:ſed
mittuntur ſortes. ita Bar.& Ang.in.l.prima.C.
de his qui ſe def.li.x. cum pluribus ſimilibus:vt
tradit Iaſon hîc, & magis ordinatè in.l. prima
in.vj.col.ff.ſi cert.peta. Alia eſt etiam communis
de iure canonico,quæ vult minorem debere eli-
gere, maiorem autem diuidere : ſed quid tenen-
dum ex iſtis duabus opi.Iaſ.tenet opi.de iure ca-
no.tanquam magis firmã quę obſeruari debet ſe-
cundum ipſum in vtroque foro per regulam tra-
ditam per glo.in ca.licet ex ſuſcepto.in ver.va-
cante.de foro competen.c.primo.de oper.no.
nun.cum aliis ſimilibus.nam cùm de iure ciuili
nullibi ſit clara deciſio de hoc,de iure autem ca-
nonico reperiatur text.clarus in cap.primo de
31 paro.& † deciſio ſancti Auguſtini munita autho-
ritate veteris teſtamenti.ergo illis conſtitutioni-
bus ſtandum,eſt:neque leges ſuper hoc quicquam
in contrarium diſponere poſſunt.cap.de libellis
xx.diſtinctio.in his paucis ſtant omnia dicta Iaſ.
tam hic quàm in dicta.l.prima. Vos dicatis
quòd opi.de iure ciuili videtur poſſe defendi:pri-
mò per diſpoſitionem tex.noſtri dum vult quòd
quando diſſenſio eſt inter aliquos iudicio famil.
erciſ.per iudicem facienda eſt diuiſio.hoc diſpo-
nitur hic, quòd ſi commodè res diuiſionem non
patitur, ſorte res dirimetur , vel aliter,prout iu-
dici videbitur:vt in.§.quòd ſi commodè.infrà de
offi.iudi.per Feli.in.c.prudentiam.in princ.in ſe-
cunda colum.de offi.delega.& ita in hanc opi.in-
clinat domi. Abbas in dicto cap.primo de paro.
ſequitur Roma.in conſi.c.vj.viſo themate.& in
conſi.cccclxxj.lucrum.vbi plures opin.refert cũ
aliis concordan.quæ tradit Iaſ.in.d.l.j.in.vj.co-
lum. Non obſtat modò illud in quo faciunt ma-
ximum capitale doc.videlicet:quòd dictum ali-
cuius ſancti munitum authoritate veteris teſta-
menti præfertur cuicunque conſtitutioni,etiam
papali.dicto cap.de libellis.quia fateor tamen in
caſu noſtro dictum Auguſtini quem docto.ca-
noniſtæ allegãt,nõ eſt munitum authoritate ve-
teris teſtamenti:nam licet reperiatur in veteri
teſtamento narratum quòd Abraham & Loth i-
ta diuiſerunt:non tamen propterea reperitur lex
veteris teſtamenti quòd ita præciſè mandet fieri
diuiſionem:nam idem eſſet ſi illi aliter diuidere
bona decreuiſſent,cum de hoc tunc non eſſet lex
neque diuina neque humana.Sic ergo glo.in di-
cto cap.de libellis.debet intelligi quando eſſet
authoritas veteris teſtamẽti præceptiua & diſpo-
ſitiua,ſed propter hoc quod fuerat ſemel inter a-
liquos fratres ſeruatum,non infertur quòd in fu-
32 turum ſit faciendum. † Nam exemplis non eſt
iudicandum ſed legibus.l.nemo.C.de ſen.vbi eſt
glo. notabilis dicens quòd licitum eſt recedere
ab authoritate imperatoris quando non eſt reda-
cta in corpore iuris.Nam videmus quòd etiam
merum ius diuinum circa iudicialia & cerimo-
nialia obſeruandum non eſt:vt eſt tex.& glo.in
c.fi.§.his itaque.vj.diſtinc. glo.& ibi communi-
ter docto.in cap.fi.de conſuetu. Imol.in.l.ſtipu-
latio hoc modo concepta.in tertia columna, ff.

de verborum oblig.&in l.quarta.ff.de teſtamen-
Ioan.de ana.in capitulo iudæi.el.ij. de iudæ.poſt
hea. Thomam. quem ibi adducit. Et iſto modo
ad.dictum c. primũ de paro. etiam patet ſolutio
quòd ibi in rebus eccleſiaſticis loquitur fauore
eccleſiæ ratione cuius multa ſpecialia contra re-
gulas iuris recepta ſunt.vt in.l.fina.C.de ſacroſã.
eccle.ſecus tamẽ eſt in rebus prophanis per iura
prædicta ponderata per Bar. & alios in quibus
patet clara deciſio,quicquid dicat hic Iaſ.Cogita
tamen quia Io.de ana.in.c.qualiter.de accuſa.di-
cit quòd omnes ille reſponſiones ad d.c.j.nihil
valent. & ideò quod illi tex.eſt ſtandum,tenet
Hieronymus Zanetus doct.bononien. in tracta.
cõtrariet.a.iuris cano.differentia lxxxviij.& ideò
propter iſtam diuerſitatem fortè And.barba.in
rubr.de reb.eccle.non alie.in lviij.colum. num.
clxxxiij. ponit vnam diſtinctionẽ ex qua poſſunt
ad cõcordiam reduci iſtæ opinio. quæ diſtinctio
nõ complectitur omnia neceſſaria.propterea e-
go nouiter in hoc articulo ita concordarem iu-
ra,quòd aut extat conſuetudo quis primò diui-
dere debeat & illa attendenda eſt:vt etiam dicit
Barb.vbi ſuprà.& Lud.Roma.in d.conſi.& Lu-
cas de penna in.l.ſecũda.C.de his qui ſe defe.lib.
x. in. iij. colum. aut non eſt conſuetudo : tunc
aut agitur de bonis patrimonialibus aut de ec-
cleſiaſticis. primo caſu debet fieri diuiſio vel
ſorte vel officio iudicis:dicit tex.in lege ſecunda,
C.quando & quib.quar.pars lib decimo ibi bre-
uium vel ſorte &c. tenet Bald. in l.prima.C.de
his qui ſe defe.& in hoc non erit differentia in-
ter laicos & clericos ſed ſecundum diſpoſitionẽ
d.l.ſi maior.iudicabuntur:neque in hoc diſpoſi-
tio canonum attendi debẽt reſpectu clerici:quia
in patrimonialibus Papa non habet poteſtatem:
vt dicit Inn.in c. inquiſitioni. de ſenten. excom-
munica.cum ſimilibus:vt per Alex.conſi.iij.ex
his &c.in prima colum.in.v.vol. Et iſto modo
ceſſat contrarium.d.c.j.de paro.Et hoc procedit
33 in terris non ſubditis temporaliter papæ.† Nam
in ſubiectis habet illam poteſtatem quam impe-
rator in ſuis:vt tradit Abb. & alij in c.per vene-
rabilem.qui fil.ſint legit.text. & ibi docto.in c.ſi
duobus.de appella.&in.c.licet.de foro competẽ.
& Alex.latè in dicto conſilio.Feli.in.c.primo.in
x.columna de conſtitutio.aut verò loquimur in
bonis eccleſiaſticis:&tunc iſto caſu procedit di-
ſpoſitio d.c.j.de paroch.& iſta diſtinctio proba-
tur ratione & authoritate:ratione, quia ille qui
ab alio poteſtatem habet,non plus debet poſſe
quàm ille à quo poteſtatem conſequitur.c.du-
dum.de præben.libr.vj.l.ſi auguſtæ.de leg.ſecun-
do.Sed papa habet poteſtatem à deo,& eſt vica-
rius Ieſu Chriſti.c apitulo quarto. cum ſequen.
de tranſla. epiſcopi. ergo non debet plus poſſe
quàm Chriſtus. licet de temporalibus Chriſtus
noluit ſe impedire neque de illis iudicare:vt ha-
betur Lucæ duodecimo capitulo. ibi,Ait ei qui-
dam de turba , magiſter , dic fratri meo vt me-
cum diuidat hæreditatem.at ille dixit ei, homo
quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſupra
vos &c. & alibi,offerentibus ei tributum , dixit
dãda eſſe Cæſari quæ ſunt cæſaris,& quæ dei deo:
innuens manifeſtè ſe de temporalibus intromit-
tere nolle.ergo neque Papa hoc facit. & pro iſta
differẽtia eſt notabilis doctrina Antoni.de but.
34 in.c.conſtitutus.de relig.domi.vbi dicit † quòd

pleniтodo poteſtatis papę in elericos reſpectu ec-
eleſiarum non procedit reſpectu bnuorum pa-
trimonialium de quibus Papa non poteſt ad li-
bitum diſponere.quod dictum dicit ibi Abb.ſe a-
libi non legiſſe.nam in patrimonialibus clericus
reputatur laicus. Abb.in capitulo cùm dilectus.
de iure patrona.facit quod dicit idem Anto.in
cap.conſtitutus.de reſtitutio.in integr.poſt Bar.
in l.cunctos populos.C.de ſum.trinita.vbi con-
cludit quòd ſtatutum laicorũ ligat clericos quò
ad iſta bona.& iſtam diſtinctionem bonorum ſe-
quitur Fel.in cap.quæ in eccleſiarum.colum.xj.
verſi.tertia declaratio.de conſtitutio.vbi de di-
cto Inno.in d.c.inquiſitioni.facit mentionem,&
de Anto.de but.io d.c.conſtitutus.& pro hoc e-
tiam videtur glo.io cap.cùm dilectus.in verſi.æ-
tate.de elec.Ex iſtis igitur videtur concludẽdum,
ꝙ opi. legiſtarum debet obſeruari in bonis patri
monialibus. In eccleſiaſticis verò procedat di-
ſpoſitio.d.c.j.de paro.quæ omnia tene mẽti vltra
35 docto. † Et quis dicatur iſto caſu maior aut quis
minor, licet hîc Iaſo.dicat quòd ille qui diotius
bona gubernauit:tamẽ ego puto hoc relinquen-
dum eſſe arbitrio iudicis, cùm ſecundum ſubie-
ctam materiam hoc debeat regulari:vt dicit Ale-
xan.in conſilio.iiij.põderatis. in quarto volumi.
Feli.in rubric.de maio.& obedien.& patet ex ad-
ductis per Andræ. ſicul.in commento.l.cum a-
cutiſsimi.in iiij. colum.C.de fideicommiſ. cum
alijs:vt per Corneum conſi.ccciij.videtur.io ter-
tio volumine.& per Feli.in c. veniens.in penul-
timo notabi. de ſimo.& quot modis dicatur ma-
ior, vide Feli. in c.ſuper eo.el ſecũdo in penulti-
ma colum.de teſtibus.in dubio tamen maior ille
reputatur qui maiorem habet ætatem,vt latè tra-
dit And.ſicul.in conſi.x.incip.ſapiẽter ſcribitur.
col.fin.lib.ſecundo.& in conſilio.xxx.ſacro ſcri-
ptum eſt euangelio.col.prima eodem lib. Nam
ille eſt propriè maior qui plures annos habet.&
tradit Alexan.in conſi.cxxiij.diſcuſsis.in.j.colũ.
primo libr.& melius per Soci.in conſilio.cclij.
viſis inſtrumentis.in ſecunda col. vol.ij.& inter
alia alleg.l.ſi pater.§.fi.cum l.ſequ.ff.de adop.cũ
alijs:vt ibi per eũ.& an ſtatutum loquens de ma-
iore debeat intelligi de maiore reſpectu ętatis vel
46 adminiſtrationis† vide Carolum Ruynum in re-
petitio. §.quid ſi tantum. l.Gallus.xxxj.colum ff.
de liberis & poſthu.

SVMMARIA SVPER §. ACTIONVM

1 ☞ *An diuiſio iſta actionum ſit bene poſita.*

Diuiſio quò ad hoc vt ſit bona, quid debet continẽre.ibidem.

Eſſe bonæ fidei vel ſtricti iuris ſunt qualitates.ibi. & numero 9.

Imperator pro iuuenibus non debet malè loqui. ibi.

2 *Contractus celebrati cum principe an dicantur bonæ fidei vel ſtricti iuris. & quæ vtilitas inde reſultet.*

Mora in contractibus bonæ fidei vbi eſt dies & pœna, an poſſit purgari.ibidem.

3 *Aliud eſt mixtum, aliud obtinere cauſam mixti.*

Priuilegiatus in caſibus in quibus non reperitur priuilegiatus, vtitur iure communi.ibidem.

4 *Contractus omnes de iure canonico an ſint bonæ fidei.*

Lex ciuilis continens rigorem dato quòd per ius canonicum expreſsè non reprobetur:tamen nõ debet obſeruari de iure canonico.ibidem.

5 *Actio ex teſtamento an dicatur bonæ fidei vel ſtricti iuris.*

Quid in donatione.ibidem.

6 *Quæ ſit ratio quare contractus hic expreſsi dicantur bonæ fidei, alij ſtricti iuris.*

7 *Actio ex extimato quæ dicatur.*

Actio præſcriptis verbis quare dicatur bonæ fidei in duobus caſibus tantum hic expreſsis.ibidem.

8 *Filius quando aſsimilatur patri præſumitur adulterinus.*

Similitudo quæ dicatur bona.ibidem.

De actione iudicatur prout de re quæ ſibi aſsimilatur.ibidem.

Permutatio eſt vicina contractui emptionis: & quid in extimatione.ibidem.

9 *Petitio hæreditatis quare hodie ſit bonæ fidei.*

Et quid in particulari hæreditatis petitione.ibidem.

Petitio hære.non datur contra particularem debitorem defuncti, tanquam contra debitorem.ibi.

10 *Pœna non habet locum in ſurrogato, niſi exprimatur.*

Subrogationis regula qualiter procedat.ibidem.

11 *Obligatio ad intereſſe quæ ſurrogatur in locum obligationis faciendi eſt diuidua: licet factum ſit indiuiduum.*

Certi condictio generalis ſurrogata in locum actionis bonæ fidei an dicatur bonæ fidei.ibidem.

12 *Dolus dans cauſam cõtractui bonæ fidei an annullet contractum ipſo iure.*

Et quid ſit dolus dãs cauſam & dolus incidẽs.ibi.

13 *Intellectus l. elegãter in verſi.nullam. ff. de dolo: poteſt annullari.ibidem.*

Actus poteſt dici nullus ipſo iure qui largo modo poteſt annullari.ibidem.

Declarãtur ibidem multa iura dicentia quòd actus ſit nullus ipſo iure: nam intelligitur ſi opponatur:vt ibi.

14 *Intellectus l.iij.§ fi.ff.pro ſocio.*

Argumentum de contractu ad diſtractum an valeat.ibidem.

15 *Dolus annullat ipſo iure contractum ſtricti iuris de iure prætoris:vt in conſtituto.*

Coactus adire quare de iure ciuili efficiatur heres, & non de iure prætorio.ibidem.

16 *Dolo inductus ad religionem non poteſt propter hoc ingreſſum annullare.limitando vt ibi.*

17 *Vſuræ ex mora quomodo veniant in contractibus bonæ fidei.*

Vſuræ in quibus contractibus ſunt prohibitæ omni iure & qualiter in caſibus prohibitis permittãtur.ibidem.

18 *Vſura in iure tripliciter peti poteſt.*

Intereſſe lucri ceſſantis & damni emergentis in quibus perſonis conſideretur. ibidem.
Declaratio l. filius. §. fi. ff. de colla. dotis. ibidem.
19 *Mora regularis qualiter committatur in cõtractibus bonæ fidei & ſtricti iuris.*
Mora re ipſa in quibus contractibus committatur. ibidem.
Intellectus l. curabit. C. de actio. emp. ibidem.
Vſuræ in contractibus bonæ fidei an veniant iure actionis & offic. iud. ibidem.
Quando peto quod fuit meum vel nunquàm fuit, vſuræ quo tẽpore currant in contractibus ſtricti iuris ibidem.
Mora in officio iudicis nobili vel mercenario quomodo committatur. ibidem.
20 *Fructus in bonæ fidei iudicijs vel ſtricti iuris à quo tempore veniant, & qua actione petãtur. ibidem.*
Quæ vtilitas reſultat an fructus venire iure actionis an officio iudicis.
21 *Glo. authoritas magna eſt: quis præualet communi opi. quando aliquis doctor cum ea concordat.*
Gl. ſunt naues per quas nauigamus per hoc vaſtum pelagus iuris ciuilis. ibidem.
Fructuum ratio tripliciter habetur. ibidem.
Intellectus l. j. ff. de act. empt. ibidem.
Inter intereſſe dandi & reſtituendi quæ ſit differentia. ibidem.
22 *Acceſſoria in contractibus bonæ fidei, vel ſtricti iuris quomodo veniant: licet non dicatur.*
Ornamenta equi an ſint acceſſoria neceſſaria ad equum. ibi.
Stipulatio aliquãdo extẽditur ad non expreſſa. ibi.
23 *Si res deterior redditur, quis non liberatur in contractu bonæ fidei & quid in ſtricti iuris. ibi.*
Declaratur l. cùm quid. ff. ſi cert. petatur. ibidem.
24 *Clauſula, dolum malum abeſſe, qualiter intelligitur in contractu bonæ fidei vel ſtricti iuris. ibi.*
Error quomodo vitiat contractum bonæ fidei & ſtricti iur. ibidem.
Stipulatio pœnalis an noueт præcedentem in contractu bonæ fidei vel ſtricti iuris. ibidem.
Difficultas an vitiet contractus bonæ fidei vel ſtricti iuris. ibidem.
25 *An contrauentio vnius ex hæredibus faciat, vt omnes teneantur ad intereſſe in contractibus bonæ fidei vel ſtricti iuris. ibidem.*
26 *An actio præſcriptis verbis quæ naſcitur ex pacto incontinenti appoſito dicatur bonæ fid. & ſtricti iuris.*
Permutatio in quibus caſibus & quomodo cognoſcatur. ibidem.
Et an de genere ad ſpeciem vel ad genus fieri poſſit. ibidem.
Intellectus l. j. ff. de contrahend. empt. ibidem.
27 *Quaneitas dicitur eſſe genus.*
28 *Actio bonæ fidei informata ex pacto incõtinenti appoſito an dicatur bonæ fidei, an ſtricti iuris.*
Contractus do vt des, an ſit permutatio. ibidem.
29 *In contractu do vt des, non agitur præſcriptis verbis, ſed de dolo: & an hoc ſit verum. ibidem.*
In contractu facio vt des, perſonæ ſunt diſtinctæ. ibidem.
30 *Quæ eſt ratio quare contractus hic expreſſi dicuntur nominati & alij innominati.*
Actio præſcriptis verbis quæ datur pro precario, an dicatur bonæ fidei vel ſtricti iuris. ibidem.
Intellectus l. ij. §. hoc interdictum. de precario. ibi.

ACTIONVM. Hic §. habetur veluti oceanum & profundum pelagus in materia cõtractuum: & ideò diligẽtiùs illum attingam: quoniam vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de carbo. edic. c. vbi periculũ. de elect. lib. vj. quare ioxta ſubiectã materiã iſtius tex. oportet vos circa ea quæ dicẽtur habere memoriam bonæ fidei, quæ, vt inquit Seneca, in promptu reddit ſibi credita, & quaſi omnia quamuis illuſtria ſint credas in hac noſtra legum diſciplina illico peritura. diuiditur &
1 ſummatur, vt hic per Iaſ. & Aret. † Antequã ad notabilia iſtius tex. veniamus, operę pretiũ videndum eſt, nũquid iſta diuiſio actionũ ſit congruenter poſita. Et Ioã. Fab. hîc, & poſt ipſum Iaſ. dicũt quòd congruentiùs & melius Imperator dixiſſet ſe ita diuiſionẽ facere: videlicet, actionum quædã ſunt bonæ fidei: quædam malæ fidei: vel quædam ſunt ampli iuris, quædam ſtricti ex eo, quia diuiſio debet fieri per contraria: vt hic per eos. Adde per hoc quia quo ad hoc vt diuiſio ſit bona, non debet poni per qualitates accidentales ſed eſſentiales: vt tenet Decius in c. poſtulaſti. in fin. de reſcrip. & vltra ipſum hoc clarius firmat Alexã. in l. j. colum. x. nu. xlvij. verſic. in hoc articulo. ff. de acquir. poſſ. allegat glo. in l. fi. §. quoties. ff. de publica. gloſ. in ver. in ſeruorum. in §. fi. ſuprà de iu. perſo. Et hoc etiam tenet vltra ipſum Io. Fab. in §. omnium. in prima colum. verſic. in hoc dicendum. ſuprà eodem. cùm igitur eſſe bonæ fidei vel ſtricti iuris ſint qualitates ſecundum Baldum in l. certi condictio. in prin. ff. ſi certum petatur. vt dicam infrà in diſcurſu materiæ: ergo diuiſio taliter facta non valebit. Sed poteſt reſponderi ad iſta: vt dicit hîc Ioannes Fabri. & Iaſ. quòd Imperator hoc facit pro iuuenibus: & ideò talis diuiſio tolleratur. pro iſta reſponſione vltra ipſos facit gloſ. in §. & ecce vas. ſuprà de te. diui. tamen quicquid ipſi dicant, mihi videtur quòd Imperator bene diuiſerit: neque eſt dicendum quòd pro iuuenibus vellet vt ipſi dicunt, ineptam diuiſionem facere: vt eſt glo. contra ipſos in terminis comuniter approbata. ſuprà de te. diui. in principio. in verbo, habentur. Et ideò ego dico quòd iſta diuiſio eſt bona & ſubſtãtialis ex eo, quia bona fides nihil aliud eſt quã æquitas iuris gentium à quo tales contractus deſcendunt. l. bona fides. ff. depo. iuncta. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. & verbum ſtricti iuris nihil aliud importat quàm rigor: vt eſt tex. ad literam in l. placuit. C. de iudi. ſed æquitas & rigor ſunt cõtraria: vt d. l. placuit. & in tex. & ibi glo. fi. in l. ſunt perſonæ ff de religioſ. & ſum. fu. ergo iſta diuiſio eſt facta per ſpecies oppoſitas contra Ioã. fab. & Iaſ. confirmatur hoc: nam

hoc:nam clarum eſt quòd omnes contractus bo-
næ fidei deſcendunt à iure gentium regulariter,&
ſtricti iuris contractus deſcendunt à iure ciuili. l.
ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.ſed ius gentium &ci-
uile ſunt ſpecies oppoſitæ ſicut æquitas & rigor.
c.ius autem.prima diſti. & §. ius autem ciuile.ſu-
prà de iure naturali. ergo patet quòd iſta diuiſio
eſt bene poſita. neque ob. quòd iſtæ ſunt qualita-
tes per doctrinã Bald.in d.l.certi condictio. quia
iſtud ibi non tenetur per Moder. ſed præſuppoſi-
to dicto pro vero, dico tibi quòd diuiſio poteſt
fieri per qualitates opoſitas. in primis de hoc eſt
doct.Io.andr.in regula nemo poteſt.la prima. in
quæſtione col.fi. de reg.iur.in mercu.& ſecũdum
logicos talis diuiſio poteſt fieri tripliciter ſecun-
dum Boętium quem moder.reducunt in ſua dia-
lectica iuris,capite de loco à diuiſione.&tales di-
uiſiones ſæpe in iure reperiuntur : vt patet in §.
ſequens.& §.omnes. ſuprà eo. & c.legimus. cir-
ca fin. xciij. diſtinc. vbi fiuntdiuiſiones ab acci-
denti. Nota primò ex iſto tex.ſecundum Iaſo.
& alios hîc,quod omnes actiones,aut ſunt bonæ.
fidei aut ſtricti iuris. Et ſub primo capite bonæ
34 fidei connumerantur † omnes contractus facti
cum principe qui habent naturam cõtractuum
bonę fidei:vt dicit hîc Iaſ.poſt Bal.titulo de pa-
ce Conſtan.§.ſi quis verò.verſi.nota.in xxj.col.
adde quòd idẽ tenet,& pro ſingulari commẽdat
Iaſ.l.ciuitas. in iiij.colum.ver.item attende.ff.ſi
cer.pe.vbi dicit quòd ab alio tactum non legit.
Sed dic quòd hoc idem dicit Alexan.in apoſtil.
ad Bar.in l.Cæſar.de publi.& dicit ibi pro iſta
opi.eſſe tex.& tenet And.ſicu.in conſi.j.ex ſacris.
col.iiij.ver.& adduco.li.j.& illud dictũ Bal.pro
ſingulari etiam citat Cremonen,notabili.xxxv.
inci.omnes cõtractus.Prępoſitus in c.j.in titulo
de na.feu.Iacobinus in ſua inueſtitura feudali in
liij.ſpeciali. Baptiſta de ſancto ſeuerino iu rep.l.
omnes popu.col.lvij. de iuſti.& iu.Ludo.bolo.
in conſi. xlviij.colum.ij.in fi.& cõmendat Feli.
& Deci.in c.j.in prima colum.de proba.& idem
Decius in c.j.in iij.colum. in ij.lect.de conſti.i-
dem Iaſ.in l.cùm fundus.in priu.in iij.fallen.ff.ſi
cer.pet.& in l.& ſi poſt tres.col.fi.verſi.quãtum
ad primum.ff. ſi quis cautio. & iu l.ſi inſulam.
col.ix.ver.iſta limitatio.ff. de ver.ob. & Decius
in conſi.clxxxvij.colum.fi.& in conſi.iiij.incip.
& pro tenuifacultate in prima columna.cum ſi-
milibus,vt per Io.de neuizanis excellẽtiſſimum
Iuriſconſul.in quodam ſuo conſilio inter cõſilia
Alber.bruni aſten.conſil.xij.in.v.colum.Et hoc
ſcire eſt maximi momenti & vtilitatis propter
contractus publicanorũ initos cum principibus,
in quibus licet ſit dies & pœna : tamen admitte-
tur purgatio moræ cùm ſit bonæ fidei cõtra re-
gulã quã ponit Bart.& latè Alex.in l.ſi inſulã.de
verb.ob.vbi eſt concluſio quòd vbi eſt appoſita
dies & pœna non admittitur purgatio moræ.l.
traiectitiæ §. de illo.ff.de actio. & obliga. iuncta
l.magnam.C.de contrahen.& cõmit.ſtip. & bo-
nus tex.in l.ij.C.de iure emphyt.nam iſta regula
fallit in contractibus bonæ fidei,iuxta dictũ ſin-
gulare Bal.in l.cùm allegas. colum. penul.in vj.
oppo.C.de vſur. quod magnifacit Iaſ.in dicta l.ſi
inſulam. in octaua col. verſic. vnum non omit-
to.& in d. l. & ſi poſt tres mouetur principaliter
per tex.notabilem in l.Lucius ff.de actio.empti.à
contrario ſenſu. ſed aduerte, quia iſta prima vti-
litas ſiue limitatio ad regulam communem im-
pugnat notabiliter Alex.quem Iaſo.non vidit,in
conſil.cvj.incip.magnifice prætor.in ij.col. verſi.
adducitur &c.in tertio vol.& dicit quòd Imo.&
Fulg.iu d.l.ſi inſulam.reprehendunt illud dictũ
Bal.ex eo,quia ſua opi.non probatur iure:nam in
contractibus bonæ fidei in quibus maior exigi-
tur obſeruantia deberet faciliùs induci: vt mora
purgari nõ poſſit propter maiorem perfidiam in
non implẽdo conuenta:& ideò debet minùs ſuc-
curri non implenti.allegant bene facere.l.primã
in princ.ff.de conſti.pec.neque obſtat tex. iu d.l.
Lucius.allegatus per Bal.quia ibi non debet ſumi
argumentum à contrario ſenſu, ne reſultet pra-
uus intellectus gloſ.in capitulo primo. de æta. &
quali. libro ſexto. Vel ſecundum Fulgo in prin-
cipio dictæ l.Lucius.ſunt illa verba narratiua: &
ideò argumentum à contrario ſenſu non proce-
dit ſecũdum Salyc.in l.qui ſe patris. in quinta co-
lumna, C. vnde libe. cum pluribus ibi alleg. per
eum.Vel tertiò ſecundum Iaco. in d.l.Lucius.ibi
argumentum à contrario ſenſu ſumitur reſpectu
intereſſe non pœnæ.& hanc opini. tenet Paul.de
caſtrn in dic.l.ſi inſulã.& alibi vt ibi per eum.&
in d.l.ſi inſulã.in v.col. hoc idem dicit. Sed mihi
videtur quòd opi.Bal. poſſit defẽdi ab impugna-
tionibus Alex.& aliorũ. primò ex eo, quia facul-
tas purgãdi moram eſt fundata ſuper ęquitate. l.
ſi ſeruum.§ . ſequitur.ff.de verb.ob. quæ æquitas
magis attẽditur in cõtractibus bonæ fidei quàm
ſtricti iuris. l. bona fides.ff.depoſi. l.quia tantun-
dem.ff.de nego.geſt. ergo faciliùs debet poſſe ad-
mitti illa æquitas purgandi moram in iſtis con-
tractibus quàm in aliis: præterea quia in contra-
ctibus bonæ fidei citiùs committitur mora quàm
iu ſtricti iuris.l.videamus.§.actionem.& l.mora.
§.in bonæ fidei.ff.de vſur.ergo faciliùs debet poſſe
purgari. nam qui in vno grauatur, debet iu alio
releuari.l.eum qui.ff.de iureiur.pro hoc facit tex.
in c.potuit.de loca.iuncta l.ij.C.de iu.emphyteu.
nam ex eo quòd emphyteuta eccleſiæ citi⁹ in mo-
ra conſtituitur,puta intra biẽnium,vt in d.c. po-
tuit. ideo faciliùs admittitur purgatio moræ:vt
ibi probatur.facit etiam pro hoc gloſſ.in cle. j.in
verbo,per ſeipſum.de reli.& vene.ſanct. quæ vult
quòd idem opus magis meritorium eſt in vouẽte
quàm in alio.ratio ibi redditur per docto.quia i-
deò magis meretur vouens : quia non obſeruans
magis puniretur : vnde qui in vno grauatur,in a-
lio debet releuari.non obſtant reſponſiones datæ
ad d.l.Lucius.quia illę ſunt diuinatiuę,& nõ obſt.
nam ibi tex.eſt clarus ſecundum Are.in d.l.ſi ſer-
uum.§.ſequitur.vbi etiam dicit idem eſſe tex.pro
iſta parte.Secũda vtilitas eſt,quia in contractibus
bonæ fidei ſubaudiri ſolet clauſula,rato manente
pacto. vt tenet Bald. ſingulariter in l .ſi pacto. In
tertia columna. C.de pact. quod dictum pro ſin-
gulari commendat Iaſon in lege cùm proponas.
in vltimo notabili.C.de tranſactionibus.licet ibi
de eo dubitet.Item quia in contractibus bonæ fi-
dei veniunt caſus improuiſi:ſecus in his quæ ſunt
ſtricti iuris : vt notabiliter in pulchra quæſtione
Bald.conſilio cccxliij.examinanda ſunt.in ſecun-
da columna. libro primo.& alia quamplura pri-
uilegia quæ in hoc. §. doctores enumerant: quæ
omnia,ſi verum eſt illud dictum Baldi in contra-
ctibus celebratis cum principe habebũt locum.

Sed tamen licet illud dictum Baldi in dicto

titulo de pace conſtan. approbetur communiter, vt ſuprà vides. Mihi tamen videtur dubitabile, nam regula eſt firma quam omnes doctores hîc tradunt, & ſolet vulgariter allegari ad hoc iſte textus quòd omnes contractus qui non enumerantur in iſto §. dicuntur ſtricti iuris: quam regulam etiã facit optimus patet & maximus textualis Odofred. in l. in minorum in prima colum. C. in qui. cau. in integ. reſti. & Bart. in l. certi conditio. in princ. in ij. columna. ff. ſi certum petatur. Bald. nouel. in tract. dotis in prima parte, in xix. colum. cum aliis: vt infrà dicam in gl. & alij pleríque de quibus in ſequent. columna. verſic. & ex prædictis. ſed contractus facti cum principe hîc non enumerantur: ergo ſunt ſtricti iuris. & licet in illis contractibus bona fides verſetur: non tamen per hoc datur actio bonę fidei quæ nõ competit niſi in caſibus hîc expreſsis: vt dicũt hîc doctores de actione ex teſtamento de quo ſuo loco videbimus. & pro iſta parte in ſimili facit: quia præſuppoſito aſſumpto doctorum pro vero, ipſi dicunt quòd tales contractus habẽt inſtar bonæ fidei. vnde ego dico quòd ex hoc ſimpliciter inferri non poteſt, quòd ſint bonæ fidei nec ſimilem textum in §. quędam. ſuprà eod. vbi probatur
3 † quòd aliud eſt eſſe mixtum, aliud obtinere cauſam mixti. nam actiones ibi enumeratæ ſecũdum communem opinionem de qua ibi per Iaſon. & alios ſuper glo. prima. licet mixtã cauſam habere videantur: non tamen mixtæ ſunt. ita in propoſito licet contractus facti cum principe naturam bonæ fidei obtinere dicantur: non tamẽ ſunt bonæ fidei ſimpliciter: quia hoc nullo iure cauetur: ideò erubeſcimus, cùm ſine lege loquimur. l. illam. C. de colla. & tenet Decius in ſimili in c. j. in v. col. in prin. de probat. nam ſi princeps hanc ſibi vellet prærogatiuam competere, hoc expreſſiſſet: argum. tex. in l. j. §. ſin autem ad deficiẽtis. C. de cadu. tol. & capitulo, ad audientiam. de decim. nam cùm in quolibet actu potentia requiritur & voluntas: vt l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi, capitulo cùm ſuper. de offi. delegati. & non conſtat quòd princeps voluerit tollere diſpoſitionem iſtius §. hoc caſu licet potuerit. Ex quo igitur hoc non fecit, in dubio debemus interpretari quòd velit vti iure communi: ar. l. in teſtamento. C. de teſt. mili. facit tex. in c. propoſuit. de conceſ. præb. l. ex facto. de vulg. & pup. & tradit Bal. in l. ex imperfecto. ad fi. facit quod no. Inno. in c. innotuit. col. fi. de elect. & Ang. in l. benę à Zenone. col. j. C. de quadr. præſcri. facit etiam dictũ Inno. in c. dudum. de decimis & Bald. in l. bonorum. in princ. C. qui admit. Et hoc non ſolum in principe procedit, ſed in quacunque perſona priuilegiata: nam in caſibus in quibus priuilegiata non reperitur, vtitur iure communi. l. item veniũt. §. in priuatorum. vbi glo. ff. de peti. hære. & l. j. & ibi Paul. de caſt. eod. ti. tenet Io. de mõteferrato in repe. l. ſi conſtãte in xxvij. col. in fi. ff. ſol. mat. Et pro iſta opi. facit dictũ Soc. cum multis allegatis per eum in conſi. lxviij. viſis inueſtituris. in iij. col. lib. j. vbi concludit quòd contractus feudi, licet concedatur à principe, vt patet in caſu propoſito per ipſum, eſt ſtricti iuris: quia nõ reperitur expreſſus in iſto. §. noſtro. quod not. Eſt etiam circa prædicta notandum dictum Bald. in cap. vnico. ad fi. de plus peti. quod magnifacit & ſequitur hîc Iaſ.
4 dum vult, † quòd omnes contractus mũdi, quantum ad mentem & ſubſtantiam, de iure canonico ſint bonæ fidei. & hoc dictum Bald. pro ſingulari etiam commendat idem Iaſ. in §. quadrupli. in fine ſuprà eodem. facit pro hoc quod notat Ioannes andræas in capitulo ſecundo de feudis. quem refert & ſequitur Iaſon in lege tertia quæſtione. xiij. poſt glo. C. de iu. emphy. facit etiam in ſimili quod no. Archi. in c. ſunt nonnulli. j. q. j. quẽ multum commendat Iaſ. in l. triticum. in ij col. ff. de ver. ob. Sed tamen aduerte quòd idẽ Iaſ. ſibi contrarius reprobat iſtud dictum Bal. in l. quod te. in pe. col. ff. ſi cet. pe. & in. l. poſtquã. col. fi. C. de pac. & in l. & ſi poſt tres. in fi. ff. ſi quis cau. motus ratione & authoritate. primò, quia quãdo non tractatur de materia peccati aut ſpirituali, ius ciuile quod non reperitur immutatum per ius canonicum, procedit etiã in foro canonico: vt habetur in c. j. & ij. de ope. no. nuo. adde Panor. in c. eccleſia. in v. col. de conſti. nam tali caſu leges habent vim canonum: vt dicit Barba. in cõſi. j. in xij. col. in iij. volu. & iſto modo arguendi vtitur Alex. in cõſi. ccxiij. viſo & opportunè. in ij. col. lib. ij. cum fi. vt ibi per eũ. ſed de iure ciuili reperitur diſpoſitio tex. noſtri faciens differentiã inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris: ergo debet obſeruari de iure canonico: hæc Iaſ. in d. l. cùm poſtea. deinde in d. l. quod te. allegat iſtãmet rationẽ contra Bal. & dicit eſſe tex. contra eum de iure canonico, faciens apertam differẽtiam in c. cùm venerabilis. de excepti. Sed tamẽ ab iſta impugnatione Iaſ. Bal. ſaluari poteſt: quia ego habeo vnam regulam quòd quãdo lex ciuilis fouet rigorẽ, licet expreſſe per canonẽ nõ reprobetur, talis rigor nõ obſeruatur de iure canonico. c. dilecti. de iudi. & eſt text. quem ibi no. Abb. in c. filius. de teſt. in vlti. nota. & idem Abb. in c. cùm eſſes. eo. ti. & Abb. in c. eccleſia ſanctæ mariæ. de conſtit. ſed in caſu in quo loquitur Bal. & eum reprehendit Iaſ. eſt rigor de iure ciuili: vt patet in l. ſi quis cùm aliter. ibi, de iuris ſubtilitate. de verbor. oblig. no. Bart. in l. eleganter. ff. de dolo. igitur non debet attẽdi de iure canoni. Non obſt. text. in d. c. cùm venerabilis. dum ibi ponitur differẽtia inter contractus bonę fidei & ſtric. iu. quia dico quòd illa ſunt narratiua partis: quo caſu diſponũt. c. ſi papa. de priui. li. vj. gl. in l. vnica. & ibi dixi. C. quãdo non pet. par. & ita iſtã rationẽ Iaſ. eo tamen tacito impugnat quidã Lanc. Galiaula doct. celebris papiẽ. in rep. §. Cato. ff. de ver. ob. licet aliã rationẽ non ponat. Vnde mihi videtur quòd his non obſtan. alia via dictum Bal. non ſit verũ: quia videtur contra eum tex. in terminis in c. cùm eccle. de cauſa poſ. iũcta declaratione gloſ. vbi expreſſè papa approbat ius ciuile, quo cauetur omnia venire in iudicio de quibus nominatim dictũ non veniat. quã regulã ius ciuile intelligit in bonę fidei iudiciis ſiue contractibus: ſecus autẽ eſt in cõtractibus ſtric. iuris. vt dicit hîc gloſ. j. facit. l. quicquid aſtringend. ff. de ver. ob. & l. quia tantundem. ff. de neg. geſt. & c. cùm dilectus. de arbitris. facit glo. in c. inter corporalia. in verb. nõ inuenitur. de trãſla. præla. Secundò ex alio etiam dictum Bal. eſt falſum: quia contractus bonæ fidei qui enumerantur in textu iſto non ex verbis ſed ex mente robur accipiunt: quæ quidem mens principaliter in his contractibus attenditur. l. ſed Celſus. §. ſi fundus. ff. de contrahend. empt. l. fi. C. quæ res pig. ob. poſ. in contractibus verò ſtricti iuris magis verba quàm

mens

meos attenduntur, & tantum dictum quantum
ſcriptum. l. quicquid aſtringendæ. & ibi notãt do-
ctores. ff. de verborum obligationib. & l. prima.
eodem titulo. & optimus textus in l. conſenſu.
ff. de actionibus & obligationibus. vnde attenta
opinione Baldi, nulla eſſet differentia inter con-
tractos bonæ fidei & ſtricti iuris: quod eſt con-
5 tra iſtum textum. † Et ex prædictis poteſt etiam
determinari quæſtio de qua hic per Iaſonem, vi-
delicet nunquid actio ex teſtamento dicatur bo-
næ fidei vel ſtricti iuris. & breuiter reſecato mul-
tiloquio cõmunis cõcluſio eſt quòd nõ eſt bonæ
fidei, niſi in duobos caſibus, videlicet quò ad vſu-
ras & fructus qui debentur à tẽpore moræ in hac
actione ſicut in cõtractibus bonę fidei: vt eſt tex.
vltra adducta hic per doctor. in l. cùm res. & ibi
notat Iaſon in ſecũdo notabili de legatis primo.
& hoc expreſsius firmat Areti. in l. ita ſtipulatus.
in vigeſimatertia columna. ff. de verborum obli.
& ibi Iaſon in xvj. colum. & ita tenet Bartol. &
communiter alij in l. ſi hæres. ff. de eo quod cert.
loc. & prius Odofred. in l. in minorum. in prima
colum. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſ.
Et ita intelligũtur ea quæ dicit Nicolaus de nea-
pol. in l. ſi tutor. la. j. in lecturis Bartoli ff. de tutel.
& ratio. diſtra. & firmat clarè idem Nicolaus de
neapo. in l. prima in lect. Bartol. de eo qui pro tu-
tore. & quòd ſit ſtricti iuris, firmat Alexan. in l. ſi.
ff. de condi. ob tur. cauſam. & in l. in actionibus.
in tertio notabili. ff. de in lit. iur. & ibi Iaſ. in prin:
& latè declarat Socinus. vbi omnia quæ hic dicit
Iaſo. prius poſuit in conſilio. clxxiiij. pro facto. in
ſecunda columna. verſiculo ſed iterum. in ſecun-
do volumine. quod errore eſt repetitum in conſi
lio. cxxxiiij. in primo volumine. & Iaſo. in l. ſi do-
mus. §. de euictione. in tertia colum. ff. de legat. j.
Et principale fundamentum omnium doctorum
ſupradictorum eſt, quia non ennmeratur in textu
iſto: igitur reſultat quòd ſit ſtricti iuris. Et hoc i-
dem ſequuntur moderniores repetẽt. in l. ij. in fi:
princip. C. de reſcin. vend. cum pluribus concor-
dantiis. vt per Decium in capitulo cùm venera-
bilis. in quinta columna. in ver. in ea. glo. ibi aliæ.
de exceptio. & vltra ipſum tenet Aretin. in §. lo-
co. ſupra de verborum obligationibus. in prima
colum. & Iaſon in l. ſi filiusfamil. §. cùm fundum.
in penultima columna. ff. de verborom obligat.
poſt Alexandrum ibi, nume. quinto. vbi poſt glo.
ibi Iaſon ponit vnum alium caſum in quo actio
ex teſtamento habet inſtar bonæ fidei, ſcilicet
quia legata & fructus cenſentur eſſe legati. l. apud
Iulianũ. §. primo. ff. de legatis primo. ſicut in con-
tractu emptionis vendito fundo cenſentur ven-
diti fructus, licet non dicatur. l. Iulianus. §. ſi fru-
ctibus. ff. de action. emp. & l. fructus. C. eodẽ titu-
lo. ſed ſecus in ſtipulatione: vt ibi dicit gloſſa. Et
ratio eſt quare in quibuſdam habet naturam bo-
næ fidei: quia in teſtamentis lata ſit interpretatio.
c. cùm dilecti. de donationibus. tradit Iaſ. in l. j.
C. de his quib. vt indig. Et quod dictum eſt de a-
ctione ex teſtamẽto, idem dicẽdum eſt in actione
quæ competit ex donatione cauſa mortis, videli-
cet quòd ſit ſtricti iuris: habet tamẽ naturam bo-
næ fidei, vt dicit hic Iaſon, per textum & gloſſam
quem dicit ſingularem in l. Seia. §. in bonæ fidei.
ff. de donationi. cauſa mor. Et iſtam opinio. tenet
Alexan. dicens text. in d. l. Seia. eſſe meliorem de
iure ad hoc in l. vinum. in penul. col. nu. xvij. ff. ſi
certũ peta. poſt Ioan. de Imola in d. l. Seia. & hoc
ibi no. Bartol. & hanc opi. ſequitur etiam Decius
in cap. cùm venerabilis. in v. col. de excep. & Ro-
man. notabili. cxvij. incipient. certum eſt. vbi ſub-
dit quòd per hoc extẽditur d. lex in minorũ. ſicut
coriarius extendit corium. & iſta eſt communis
opi. à qua non eſt recedendum: licet quidam mo-
der. & minùs bene contrariũ ſenſerint in d. l. Seia.
Aduerte tamẽ quòd illud quod ſuprà dictum eſt
de actione ex teſtamento, procedit quò ad hoc
vt dicatur non eſſe bonæ bonæ fidei: tamen bene
dicitur eſſe ad inſtar bonæ fidei: quia iſta ſunt di-
uerſa, vt notabiliter colligitur ex dictis Bar. in l.
cõtinuus. §. illud. poſt prin. ff. de ver. ob. & no. no-
uiſsimi repe. in §. Cato. in iij char. de verb. ob. fa-
cit quod dicit Bartolus in l. ſi maritus. §. legis. ff.
de adulte. Tamen illa doctrina Bart. poſſet decla-
rari ſecũdũ ſuperiora in illis duobus caſibus po-
ſitis in d. l. in minorũ. vt declarat Iaſ. in l. certi cõ
dictio. in prin. in ix. col. nu. xxix. ff. ſi cer. pe. addi-
to alio per Socin. in prædictis conſilijs. Or audi
diligenter vltra alios quòd illa inueſtigatio an a-
ctio ex teſtamento ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris,
nullius videtur vtilitatis, intereſſe, aut commodi:
prout eſt tex. in l. Aurelius. §. fi. ff. de lib. le. vt tra-
dit ibi Alex. Sed in contrariũ eſt gl. ordinaria in
l. ſi cui. §. ſi Titio. in ver. non valet, in fi. de leg. j. &
firmat Io. fab. in 4. ex cõtrario. in prin. ſupra de le-
ga. & tex. in d. §. fi. hoc non clarè probat: & ideò
intelligi debet ſecũdũ alia iura quæ apertã faciũt
differẽtiã: vt in l. videamus. §. actionem ff. de vſur.
cum multis allegatis hìc in gl. Sed breuiter his
non obſtan. tene primam opi. quam firmat Bart.
& omnes in l. ſi creditori. ff. de leg. j. & moder. re-
peten. in l. j. eod. tit. de leg. j. ſed intellige illã pro-
cedere quò ad commodum legatorũ pro quibus
competit actio ex teſtamento: ſed in alia materia
bene cõſideratur talis differentia. in d. l. in mino-
rum. & §. fuerat infrà eodẽ titulo. Et iſta quæ di-
cta ſunt videntur etiam habere locum in dona-
tione ſimplici: nã videtur eſſe bonæ fidei. vt ſentit
Bar. in l. ſi quis cùm aliter. in penul. colum. verſi.
quæro igitur. ff. de verb. obli. tamen per regulam
glo hìc dicendum eſt contrarium de quo in glo.
dicetur. His breuiter diſcuſsis modo vidẽdum eſt,
quid velit tex. noſter dicere dum dicit quaſdam
eſſe actiones quæ ſunt bonæ fidei & aliæ ſtricti
6 iuris. Ioan. Fab. hìc dicebat, quia iſtæ hìc enume-
ratæ magis frequentantur: † tamen Iaſon dicit
quòd iſta ratio nõ valet ex eo, quia ſtipulatio de-
beret dici bonæ fidei cùm cæteris ſit frequentior:
vt notat idem Iaſ. & Alex. in rubrica ff. de verb.
obli. & latè Moder. in repet. rubricæ ff. ſi certum.
pet. Et ideò concludit Iaſ. quòd iſta ſunt de arbi-
trariis in quibus certa ratio dari nõ poteſt. Ad-
uerte quòd mihi videtur quòd poſsit vna noua
ratio attentari, videlicet quòd ideò contractus
hìc enumerati dicũtur bonæ fidei, quia ſunt ma-
ioris latitudinis ex natura ſui & neceſsitate rei.
patet quia ſunt vltro citroque obligatorij. l. La-
beo. §. contractum. de verb. ſign. ſed ſtipulatio &
mutuum & ſimiles non ita latas habent habenas:
nam hincinde non naſcitur obligatio natura ip-
ſius rei in contractu deductæ dictante. quia eſſet
contra omnem rationẽ quòd dans pecunias ſuas
mutuo obligaretur accipienti: & propterea non
dicuntur propriè contractus vt dicit Alex. in l. v.
in prin. in ij. col. ff. de ver. ob. & ideò ſtricti iuris

 dicuntur,

dicuntur, non ſic eſt in contractibus hîc in textu expreſsis: quoniam natura negotij, & ratio dictat vt hincinde regulariter producatur obligatio, & per cõſequens ratione iſtius latitudinis ſiue comprehẽſionis plurium perſonarum iſti contractus bonæ fidei dicuntur. hinc eſt quòd iuriſdictio ordinaria ex quo eſt maioris cõprehenſionis, eſt bonæ fidei, & eſt fauorabilior & dignior delegata, vt concludit Andræ. ſicul. & Felin. in rubrica. de officio delegato. Iaſo. & modern. in rubrica ff. de officio eius. & glo. in capitulo primo. & capitulo, diſpendia. de reſcriptis libro ſexto. & hac ratione videmus quòd actiones reales digniores ſunt perſonalibus: quia dantur contra quemcunque poſſeſſorem. l. actionum genera. in principio. ff. de actionibus & obligationibus. & l. officium. in fine ff. de rei vend. ſecus eſt in perſonalibus: quia ſunt magis ſtrictæ. l. fin. ff. de contrahenda empt. & eadem ratione dicimus bono. poſſeſ. ſecundum tab. digniorem eſſe quàm contra tabu. quia in prima concurrit volũtas defuncti & legis: ſed in bono. poſ. contra tab. ſolùm legis: vt nor. gloſſ. & omnes doctores in rubrica. C. de bono poſſ. contra tabul. Et ita videtur dicẽdum in caſu noſtro: quia ex quo in contractibus hîc enumeratis concurrit obligatio vtriuſque partis, ideò dicũtur bonæ fidei ſiue ampli iuris, quod idem eſt in ſtipulatione & mutuo, ex quo vterque contrahentium non obligatur, dicuntur ſtricti iuris: ſuper quo vide quæ dico ſuprà in princip. iſtius. §. & interea cogita: quia adhuc poſſet hæc ratio morderi: tamen

7 minus periculoſa. † Nota ſecundò ex iſto textu quòd actio præſcriptis verbis in duobus caſibus eſt bonæ fidei, videlicet quando pro extimato competit, & quando ex permutatione: in aliis autem caſibus pro quibus hæc præſcrip. actio competit dicitur ſtricti iuris. Et dicitur primo caſu pro extimato competere iſto modo quando dedi alicui aliquam rem extimatam ad vendendũ vel ad eius pretiũ explorãdum: vnde ſi talis recipiens rem pro ſe retinere vellet, nec eam reſtituere neque extimationem: iſto caſu datur mihi iſta actio præſcriptis verbis pro extimato. & de iſta actione habetis ſpecialem titulum. ff. de extimato. actio. & probantur iſta in l. j. dicti tituli & in l. ſi gratuitam. §. ſi margaritas. ff. de præſcript. verb. facit. l. ſi dominus. & l apud Labeonem. & vtrobique Bart. eodem titulo. Et iſta actio eſt ciuilis & perſonalis & rei perſecutoria: vt probatur in d. l. prima. ſecunda eſt actio præſcriptis verbis bonæ fidei quæ datur vbicunque quis rem cõuenit cum alio permutare, & ipſe rem dedit: & ſic adimpleuit pro parte ſua: alius verò recuſat adimplere, tunc competit hæc actio, vt ſeruet cõtractum vel rem reſtituat: vt in l. prima. §. finali. ff. de rerum permutatione. Sed videtur quòd actio præſcriptis verbis ex permutatione ſit eadẽ cum illa quæ datur ex illis quatuor contractibus innominatis do vt des, facio vt facias, do vt facias, facio vt des: cùm vtroque modo competat actio præſcriptis verbis: vt in l. naturalis eodem titulo. Sed dicas quòd maxima eſt differentia: quia illa actio quæ datur ex permutatione, eſt bonę fidei: vt patet hîc: alia eſt ſtricti iuris: quia hîc non enumerantur. item ex alio differt permutatio ab illis quatuor contractibus: quia permutatio tũc dicitur quando ſpecies cum ſpecie permutatur. ſi verò genus pro genere vel ſpecies pro genere vel econtra daretur, tunc non diceretur permutatio ſed contractus do vt des. ita declarat Bart. in l. prima. in fin. ff. de rerum permutatione. Et Alexand. in l. ſi pecuniam. numero vigeſimoprimo. de condictione ob cauſam. de quo vide quod dicam infrà ſuper gloſſ. finali. vbi tenebo cõtrarium. & ſic habes ex prædictis quòd hæ duæ actiones tantum hîc enumeratæ ſunt bonæ fidei. Sed iuxta hoc quærit hîc Iaſon, quæ eſt ratio quare iſta actio præſcriptis verbis dicatur potiùs bonæ fidei in his duobus caſibus quàm in aliis. reſpondet poſt Aretin. & Iacobũ quòd hoc eſt propter conformitatem quam habet cum contractu emptionis. l. prima. cum ſimilibus. ff. de rerum permutatione. Sed iſta ratio non ſatisfacit: quia eadem ratione deberet permutatio dici contractus nominatus ſicut emptio, ex quo habet conformitatem cũ ea, & habet elegans nomẽ & perfectum: nam dictio per, denotat perfectionem. l. vrbana. §. pernoctare. de verborum ſignificationibus. & propter ſimilitudinem non debet induci identitas. l. quod Nerua. & ibi not. ff. depo. notat Bald. in authent. ex teſtamento. in prima columna. C. de collatio. hinc dicebat Iacobus but. in l. finali. C. de carbo. edi. vt refert Iaſon in l. Gallus. in princip. in vigeſimatertia coolumna. de liber. & poſthum. quòd quando filius aſsimilatur patri potiùs erat præſumptio quòd non eſſet eius filius, quàm quando erat diſsimilis: quia ſimilitudo non arguit identitatem circa qualitates ſubſtantiales, vt patet in pacto & pollicitatione, quæ licet in aliquo conueniant, non tamẽ ſunt ſimilia: nam vbi ſunt plures diſcordantiæ & differentiæ quàm conſonantiæ non datur ſimilitudo: vt dicit Bal. in l. prima in ſeptimo notabili. C. de iure emphyt. & in l. humanitatis. in prima column. C. de impub. & aliis ſubſtitution. ſed inter contractum permutationis & emptionis ſunt plures differentiæ quàm conſonantię: igitur de vno ad alium argui nõ debet, & propterea non debet dici permutatio eſſe bonæ fidei ex eo, quòd contractus emptionis ſit bonæ fidei. cùm inter iſtos contractus plures ſint differentiæ: vt per gloſſam & Bartol. in l. ſecunda. C. de rerum permutatione. & in l. prima. ff. eod.

8 titulo. † Tamen his non obſtantibus tenenda eſt ratio prædicta quæ eſt communis, pro qua do tibi gloſſam notabilem in l. naturalis. §. ſed ſi facio. in ver. ſimilis. ff. de præſcriptis verbis. vbi in contractu facio vt facias, quando habet ſimilitudinem in contractu bonæ fidei iuratur in litem ſicut in contractu bonæ fidei: quia illa ſimilitudo facit vt cõtractus bonæ fidei dicatur: & ita illam gl. pro notabli ſequitur Alex. in l. in actionibus. in iij. col. nu. x. ff. de in lit. iur. Et eodem modo dicitur de extimatione quæ emptioni ſimilis eſt: vt per Bart. in l. ſi vt certo. § j. ff. commodat. no. doctores in l. ex conuentione. C. de pact. & in l. j. C. de iure dotium. debent igitur iſtę actiones in illis caſibus dici bonæ fidei: nam de actione iudicatur prout de re cui aſsimilatur vel in ea continetur: vt notat Bart. in l. poteſt. de authoritate tutorum cum concordantiis. vt per Alexandrum in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. facit glo. in l. ij. §. perueniſſe. ff. de hære. vel actio. vẽ. quæ dicit ꝙ actio ex empto quæ pro hæreditate datur ipſi emptori hæreditatis dicitur vniuerſalis ſicut ipſa petitio hæreditatis. ſic in propoſito nulli eſt dubium quòd permutatio & extimatio dicantur ſimilia

milia contractui emptionis: vt l.prima.C.de re. permuta. nam vt dicit textus in l.finali.ff.ex quibus cauſ.in poſ.ea.& in l.ſecũda. ff. de re.permu. permutatio dicitur vicina contractui emptionis, & dicitur etiam ſpecies emptionis & venditionis vt in l.ſciendum.§.deinde.ff.de ædil.edic. cum ſimilibus.vt per Fabia. de monte in tractatu emptionis.quæſtione ſecũda per totum.& ideò iudicari de ea debet prout de emptione. Et ad cõtraria prædicta patet ſolutio ex dictis per Abba.in capitulo.conſtitutus.de appellation.& ex his quę tradit Iaſ.in l.inter ſtipulãtem.§.ſacram. in ſeptimo notabili. ff. de verborum obligationibus.vbi latè declarant quando aliquid alteri ſimile dicatur:per quod tollitur argumentũ ſuprà factum & reaſſumitur lariùs repetentes moderni in lege quòd Nerua.ff. depoſiti.vbi latius dixi.

9 † Vltimò nota quòd petitio hæreditatis hodie eſt bonę fidei,licet antiquitus fuerit dubium:ratio reddi-tur hic per Ioannem Fabri,poſt alios antiquos quos ſequitur Iaſon videlicet,quia petitio hæreditatis eſt realis:& de realibus nulla reperitur quòd ſit bonæ fidei,niſi iſta.cuius ratio fuit,quia habet plurimum perſonalitatis. l.hæreditatis. C. de petitio.hære.tamen iſta ratio de facili poteſt cauillari:quia iſta ratio non procederet tenendo quòd petitio hæreditatis ſit realis: ſed tenendo quòd ſit mixta, prout erat expeditum de iure antiquo per omnes doctores antiquos per dictam l. hæreditatis. & licet Paulus de caſt. in l. etiam.§. ſi quis abſentis.in fine.ff.de petitio.hæredit.& alij quos retuli ſuprà in §.quædam. quorum opinio de facili poſſet teneri, & adhuc ſub iudice lis eſt: iſta ratio non procederet neque eſſet generalis:imò tunc de plano procederent propter mixtam, vt de actione familiæ erciſc. communi diuidundo, quæ etiam bonæ fidei ſunt. vt hic patet. alia igitur fuit ratio antiquorum quare de hoc dubitabatur,videlicet,quia hæc actio habet laras habenas:nam ſi pro vna re intẽtatur,cenſentur omnes aliæ deductæ in iudicium de quibus dictum nec cogitatum fuit. l.ſi hæreditatem. & l.ſi quo tempore.ff.de peti. hæredit. quod non eſt in aliis contractibus qui non exprimuntur in hoc. §. vt notatur in l.quicquid aſtringendæ. de verborum obligationib. Habetis igitur quòd petitio hæreditatis bonæ fidei ſit:& hoc clarum eſt de petitione generali ſiue vniuerſali ſecundum Iaſonem & Ioannem Fabr.Sed maius dubium eſt de petitione ſingularũ rerũ,pro qua competebat teſtatori actio ſtricti iuris, nunquid ſi illæ particulares res petantur per petitionem hæreditatis.iuxta.l.& non tantum.ff de pe.hæred. dicatur tunc illa petitio bonæ fidei,an verò ſtricti iuris. Ioan. Fabri hic quem ſequitur Iaſon tenent quod erit ſtricti iuris:& ſic quòd tex. noſter debet reſtringi & limitari in petitione hæreditatis vniuerſali. mouetur ratione:quia illa petitio particularium rerum ſubrogatur in locum primæ actionis quæ teſtatori competebat. ergo debet eius naturam primordialem ſortiri iuxta legem. item veniunt. §.cum proximus. ff. de pet.hæredit. ſecundum quod declarat glo.magna in l.certi condictio: in principio.ff.ſi certum petatur. & tenet idem Iaſon in §.ſed iſtæ.numero trigeſimonono. & quadrageſimoprimo infrà eodem. & ita illam regulam declarat Socinus in tractatu fallentiarum. regula.ccclxxxiij.cum ſimilibus. vt tradunt moderniores in l. ſi eum.§.qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.& latiùs Baldus in conſilio.cxij. quæritur qui intelligantur.columna ſecunda.libro primo. Sed natura primordialis actionis primæ teſtatoris erat, vt præſuppouitur in quæſtione, igitur iſta ſubrogata erit ſtricti iuris. Sed tamẽ his non obſtantibus,quãtum attinet ad propoſitum quæſtionis noſtræ, dico quòd ſuprà multum decipitur hic Ioannes Fabri, & Iaſon:quoniam ſiue petitio hæreditatis detur ad vnam rem particularem ſiue ad plures ſemper eſt vnica petitio hæreditatis & illa vniuerſalis. l.ſi hæreditatem. & lege item videndum.§.finali cum l.ſequẽti.ff.de petit. hæredit. nam petitio hæreditatis ex quãtitate rei non variatur. vt ibi probatur. vnde ex quo textus hic dicit petitionem hæreditatis eſſe bonæ fidei: non poteſt diſtingui quòd loquatur de generali vel particulari.vt hic doctores dicunt, cùm ſit vnica,cùm ita dicatur vniuerſalis, ſi intẽtetur pro vna re quantum pro mille. facit l. quæ de tota.de rei vend.tenet Bartol.in l.licet.ff.de peti.hæredi. præterea ex alio iſta dubitatio Fabri & Iaſonis videtur inanis,quoniam petitio hæreditatis non datur contra particularem debitorem defuncti tanquam contra debitorem,ſed datur cõtra eum ſi contendit ſe hæredem.vnde ſi non contendit ſe hæredem.non datur hæc actio,ſed alia.tex.eſt notabilis in l.ſi debitor.ff.de petit. hæredit. ſi igitur non datur hæc actio propter debitum principaliter ſed propter aſſertionem dicentis ſe hæredem, non poteſt dici quòd habeat locum propriè ſubrogatio.ſed eſto quòd dictum iſtorum de plano procedat,ex alio videtur quòd eorum opinio non ſit vera:quia regula quam ipſi ponunt de ſubrogatione facit à remotis:quia primordialis natura actionis non eſt eſſe bonę fidei vel ſtricti iuris: vt dicit Baldus in dicta l.certi condictio .in principio.in quarta columna.verſicu quęrit glo. &c.pro quo allegat gloſ. hic.& ego vlterius probo hoc forti ratione. nam clarum eſt quòd certi condictio generalis eſt ſtricti iuris:quia hic non enumeratur: & tamen naſcitur ex quocunque contractu bonæ fidei ſiue ſtricti iuris & ideò natiua dicitur. vt tenet Bart.in dicta l.certi condictio.in principio.in prima columna.ver.iuxta hoc quæro. & in ſecunda columna. verſi. quæritur gloſſ.quæ attenta ratione Iaſ. deberet eſſe bonæ fidei ex quo ſubrogatur in eius locum. quod tamẽ eſt falſum,vt dicit ibi Bart.primordialis ergo natura actionũ non eſt an ſint bonæ fidei an ſtricti iuris:ſed an ſint natiuæ vel datiuæ.quod patet quia in iſto titulo prius poſuit Imperator de natiuis vel datiuis.vt in §.primo. ſupra eodẽ. quod probatur: quia actionem eſſe natiuã vel datiuam. concernit materiam quæ prius attenditur quàm forma. Bart. in l.licet.§.idem ſcribit.colum pen. ver.ſed circa hoc.ff.de pecul.& bonus text.in l.adeò.§.cùm quis ex aliena.ff.de acqui.re.domi. & l.ſeruus.& l.cui lana.& l. quæſitum. §.illud. & l. lana.de le.iij.ſic ergo actionis natura primordialis eſt an ſit natiua vel datiua,& an ſit nominata vel innominata:vt cõcludit Alex.& idem Iaſ. & omnes in l.iuris gẽtiũ.in prin. per illum tex.ff.de pac & ſuprà iſto tit.in prin.illud autẽ an bonæ fidei ſit vel ſtric.iur.ſunt qualitates quæ poſtea accidunt vt tenet expreſsè Dec.in c.dilec.ver. ſed iſta ratio.extra de iu.& ideò ſecũdũ regulam ſapit primordialẽ naturã non accidẽtalẽ:& iſta petitio particularis

particularis non propterea alteratur. Et quòd i-
ſtæ ſint qualitates & accidentia eſſe actionem bo
næ fidei vel ſtricti iuris, patet in petitione hæredi-
tatis de qua antiquitus, prout hîc dicit text. an eſ-
ſet bonæ fidei vel nõ: ex quo datur intelligi quòd
erat quoddam accidens quod poteſt adeſſe & ab-
eſſe certo tempore citra ſubiecti corruptionem.
l. falſa demonſtratio. de condit. & demonſt. nam
clarum eſt quòd ſi eſſe bonæ fidei & ſtricti iuris,
fuiſſet de natura primordiali, non eſſet dubium
olim an petitio hæredit. eſſet bonæ fidei vel non:
quoniã ſtatim quòd producta fuit, cõpeteret cum
ſua natura certa. Et hoc manifeſtè patet in actio-
ne ex teſtamento quæ aliquãdo eſt bonæ fidei ali-
quando non: & ſic variatur illa qualitas, & à for-
tiori in caſu noſtro dicendũ eſt: quia licet per pe-
titionem hæreditatis petãtur res particulares, ni-
hilominus ſuam naturam nõ perdit, & dicitur v-
niuerſalis reſpectu illius quod accidere poteſt, &
ſi non accidat: vt eſt bonus text. in l. ſi hæredita-
tem. ff. de pet. hære. quia vt dixi, de natura ſui im-
portat vniuerſalitatem: licet res ſingulares proſe-
quantur. Et quia vna & eadem actio non debet
diuerſo iure cenſeri: ar. l. eum qui ædes. ff. de vſuca.
& hanc opinio. per alia fundamenta Lancelotus
Decius in l. pacta quæ contra. colum. fin. C. de pa-
ctis. non obſt. text. in dicta l. item veniunt. §. cum
prædiximus. quia ibi ſurrogata actio benignè ad
primordialem refertur: quia ad accidentalem na-
turam commodè adaptari non poterat propter
pœnam quæ non habet locum in ſubrogato niſi
exprimatur, per ea quæ dicit Bar. in l. in teſtamen-
10 to. † per illum text. ff. de condi. & demonſt. & in
l. multa. & in l. pater Seuerinam. in princi. per il-
lum text. eodem titulo. cum ſimilibus: vt per De-
cium in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de regulis iu-
ris. & ideò quia in illo caſu accidentali diuerſa ra-
tio concurrebat, non potuit habere locum ſubro-
gatio, prout dicit Alexan. in conſi. cvij. viſo the-
mate. in ij. colum. in iij. volum. opus ergo fuit vt
ſubrogatio ibi locum haberet quò ad naturam
primordialem. Et maximè quia in quæſt. noſtra
ſubrogatio non fit cumulatiuè ſed in locum a-
ctionis extinctæ per mortem defuncti: quo caſu
prædicta regula ſubrogationis nõ procedit, prout
concludit Angel. & Roma. & Iaſ. in l. certi con-
dictio. in princip. per text. in l. quod debitori. ff.
de dona. cau mor. ſed prima ſolutio ad d. §. cum
prædiximus. magis placet: pro qua videtur doc.
Bart. in l. j. § hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ.
fue. in vltimo membro. vbi vult quòd quando v-
na actio accumulatur alteri principaliter non
habito reſpectu ad illam, prout eſt in quæſtione
noſtra, vt ſuprà in princip. iſtius quæſt. declaraui:
tunc ſubrogatum non aſſumit naturam primor-
dialem vel accidentalẽ, ſed retinet naturam pro-
priam: patet in actione hypothecaria & in actio-
ne ex teſtamento quæ competunt pro legatis. l. ij.
C. com. de lega. Alexan. & omnes in l. j. de lega. j.
& tamen retinent ſuam propriam naturam. pro-
batur hoc per duo optima ſimilia: primum eſt de
text. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in verſic.
Celſus. dum ibi tradit regulam quòd in cõtracti-
bus ſtricti iuris de faciendo pura inſulam, vel
aliud, ſuccedit obligatio ad intereſſe à tempore
moræ. l. ſi inſulam. eodem titulo. de verb. oblig. &
l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iud. & ſic obligatio ad
intereſſe ſubrogatur in locum illius facti vel rei

in principali obligatione deducti: nã ſicut ipſum
factum peti poteſt lapſo tempore quo debuit fie-
ri, ſic & conſtituto debitore in mora poteſt pe-
ti ipſum intereſſe quod ſubrogatur loco ipſius fa-
cti principalis: per dictam regulam. d. §. qui iniu-
riarum & tenet Areti. in l. non amplius. §. cùm
bonorum. de leg. j. poſt Bart. in l. j. in prin. ff. de a-
ctio. empt. facit quod dicit idem Bar. in l. ſi ita fi-
deiuſſorem accepero. ff. de fideiuſ. Et tamẽ in iſta
ſubrogatione nõ attenditur natura primordialis.
patet, quia obligatio facti eſt indiuidua; & tamẽ
obligatio ad intereſſe quæ ſubrogatur, eſt diui-
11 dua † niſi in duobus caſibus: vt de primo caſu per
Bartol. in l. ij. §. ex his. in penul. colum. ff. de verb.
obliga. & de ſecundo caſu vt per Barto. in l. iiij. §.
Cato. in vj. quæſt. eodem titulo. Secundum ſimi
le eſt de doc. Bart. & Alex. quos ibi communiter
ſequuntur alij in l. certi condictio. in princ. in ij.
col. nu. ix. ff. ſi certũ petatur. dum ibi volunt præ-
fati doc. quòd ſi certi condictio generalis ſubro-
getur actioni bonæ fidei, non ſapit naturam pri-
mordialem, vt iſti dicunt hîc, ſcilicet vt dicatur
bonæ fidei: ſed remanet in ſua natura ſtricti iuris
ſecundum quod ibi notabiliter Albe. declarat, di-
cens quòd certi cõdictio ſubrogata nihil amplius
capit ab actione ſpeciali in cuius locum ſubroga-
tur niſi tempus & ſummam, quia eſſe bonæ fidei
vel ſtricti iuris eſt magis beneficium quàm natu-
ra: vt ibi dicit notabiliter Bal. & hoc dictum val-
de commendat ibi Alexã. & Iaſ. & ſequitur eum.
Ita in propoſito eſt dicendum quòd actio peti-
tionis hæreditatis ſubrogata in locum ſpecialis
actionis quæ competebat defuncto, non accipiat
ab illa actione niſi ſummam & tempus: remane-
bit tamen bonæ fidei: vt dicit hîc text. qui gene-
raliter loquitur nec ſe reſtringit: ergo neque nos
reſtringere debemus: etiam ſi maior ratio ſit in v-
no caſu quàm in alio. l. j. §. quod autem. ff. de alea-
to. cum ſimilibus. & pro iſta opin. deciſio Bart. in
l. j. in prima colum. nume. viij. C. quorum bono.
& pro hoc etiam faciunt ea quæ dicit Iaſ. infrà in
gloſ. ex permutatione. Gloſ. j. magna in princi.
Ex iſta gl. colligitur vna regula quæ ſolet in ſcho-
lis communiter allegari, videlicet quòd omnes
contractus vel actiones quę hîc non inueniuntur
expreſſæ, ſunt ſtricti iuris. iſtam glo. ad hoc alle. in
l. certi condictio. in ij. col. ff. ſi certũ pet. & Aret.
in l. ſi ſeruum. in ij col. de verb. oblig. Bald. nouel.
in tract. dotis. in viij. parte in iiij. priuilegio, & in
xij. parte in iij. col. & alij plures quos ſuprà in di-
ſcurſu materiæ allegaui. Sed tamen iſta regula ex
multis redditur falſa. primò in actione de teſta-
mento expreſſa non eſt: & tamen eſt bonæ fidei:
vt infrà. §. j. Itẽ in actione ex teſtamento, quæ etiã
eſt bonæ fidei. l. in minorum. C. in quibus cauſis
in integ. reſt. non eſt neceſſaria. item in contracti-
bus principum celebratis de iure canonico qui
omnes ſunt bonæ fidei: vt ſuprà in principio eſt
dictum. item in donatione quod Bart. voluit in l.
ſi quis cum aliter. circa fi. de verborum obligat.
addunt quidam caſum in mutuo, in quo extima-
tio quãti plurimi venit à tempore moræ ſicut in
contractu bonæ fidei: vt not. communiter doc. in
l. vinũ. ff. ſi cer. pet. ſed tamen omnes iſti caſus non
dicuntur ſimpliciter bonæ fidei, ſed ſtricti iuris:
licet in aliquibus habeant priuilegia bonæ fidei:
nã actio ex teſtamento, de dote, & ea quæ datur
ex cõtractibus principum origine ſua bonæ fidei
non ſunt

non ſunt:quia hîc non reperitur expreſsè:vt dicit glo.hîc.& ratio fundatur; quia vbi caſus ſunt enumerati à lege,non eſt licitum ex capite alium caſum addere:vt dicit Bal.in l.vnica.§.j.in ij.col. C.de ca tol.& ſic regula iſtius glo. debet intelligi de actionibus bonæ fidei originariis: aliæ verò hincinde repertæ ſunt ex accidenti.donatio verò neque origine neq; priuilegio eſt bonæ fidei:quia nõ reperitur expreſſum,quicquid ſentiat Bar.vbi ſuprà.illud etiam de mutuo falſum eſt: quia licet extimatio quanti plurimi veniat à tempore moræ ſicut in cõtractu bonæ fidei,illud ideò eſt,quia ſumus in contractu qui re contrahitur,& petitur illud quod aliàs fuit meũ : per tex.in l.videamus. §.ſi actionem.ff.de vſuris.vel per rationem de qua per Pau.de Caſt.in l.vinũ.ff.ſi certum petatur. de quo tamẽ inferius dicetur.vnum tene mẽti quòd ſicut omnes contractus hîc expreſsi ſunt bonæ fidei,ita & omnes diſtractus : licet hîc non ſint expreſsi.ita dicit Aret.io l.ſi ſeruũ.in prin.in iij.col. ff.de verborum obliga. alleg. inter alia Bart.in l. elegantet.in iij.col.ff.de dolo.& eodem modo pactum appoſitum iuxta contractũ bonæ fidei & officium iudicis deſeruiens actioni bonæ fidei erũt eiuſdem naturæ:licet hîc non ſit expreſſum.ita dicit Bal.in l.petẽs.in fi.C.de pactis.in repe.& dicã infrà in eadem glo.ibi imò ſi interueniat dolus in contractu &c.colligeex iſta gl. vnam concluſio-

15 nem quòd † dolus dans cauſam contractui bonæ fidei annullat cootractum ipſo iure: ſecus verò ſi ſolùm incidat in contractũ : quia tunc nõ annullat ipſo iure, ſed datur actio ex ipſo cõtractu : in contractu verò ſtricti iuris nõ ſit differẽtia an det cauſam cõtractui an incidat: quia vtroque modo agitur actione de dolo vel excipitur. l.elegantet. in prin.de dolo.l.Iulia.§.ſi venditor. hîc alleg.in glo.Et dicitur dolus dare cauſam cõtractui quando induxiſti aliquem doloſis ſuaſionibus ad vendendum,vt eum deciperes qui aliàs non erat venditurus:ſed tuus dolus principaliter induxit aliàs nolentem vendere ad vendendum: tunc quia ille conſenſus à quo cõtractus recipit robur,vt in l.j. §.j.ff.de pacti. fuit dolo elicitus,& repugnat contractui bonæ fidei in quo bona fides à principio interuenire debet,& ſuper ea contractus fundari: & ideò tanquam ſubſtãtia deficiẽte cõtractus eſt ipſo iure nullus.l.cùm hi.§.ſi prætor.ff.de tranſa. l.eius qui.ff.de appel.recip.& l. cùm precario. ff. de preca. c.cùm dilecta.de reſcri. c.j. de baptiſ. l. diligenter.ff.mãdati. Sed quando dolus incidit in contractu,non annullat ipſo iure:quia dolus non fuit adhibitus circa conſenſum qui fuit liber & purus reſpectu venditoris aliàs volentis vendere: ſed tamen fuit adhibitus circa valorem rei. nam cùm aliàs res valeret centum circũuentione mea & dolo tibi perſuaſi non valere niſi quinquaginta:& ſic mihi eam vendidiſti,iſto caſu dicitur dolus incidere in contractum:& tunc non annullat ipſo iure, vt dicit hîc gloſ. & ita procedit text. in l.in cauſæ.ff.de minoribus cum ſimilibus.& hanc eſſe communem opi. attẽſtatur Ioan. de imol. in capitulo cùm dilecti. in tertia columna de emp. & vend.quam Iaſ.tenet hîc.& idem tenet Iaſo.in l.cum poſtea. C. de pactis. & ſequuntur modern. repet.in rep.l.ſecundæ.C.de reſcin.vendi. per totum:& maximè in trigeſimaquarta columna. Et Batho. veronen. in tract. de ſimul. contract. per totum. faciunt ea quæ tradit Gerardus de petra ſancta notabili xxij.inci.rogo vt nunquam.& Fabianus de monte in trac. emp. & vend. in prima quæſtione viij. partis principalis. & hanc etiam concluſionem gloſ. noſtræ ſequitur quidam Ambroſios de vignate in repe. capituli ſalubriter,in tract.de vſuris.in vigeſimatertia columna,in forma paruula.cum ſimilibus.& aliqua per Decium in l.ſemper in contractibus. & in l. fraudis. ff. de regul. iuris.cum ſimilibus : vt notabiliter tradit Thomas ferrarius in trac.cautel.in quarta cautel. incipien. regula eſt. & vt latè dixi in rep. mea l. ſecundæ. C. de reſcin. vend. & tenent nouiſsimi repet.in rubrica.ff.de verborum obligatio. in iij. charta.verſiculo ſecundò prædicatur. Et pro iſta concluſione ſolùm inducuntur duo iura in quibus eſt tota vis,videlicet text.in d.l. elegantér.in verſi.nullam. quod verbum importat nullitatem ipſo iure.l.prima.ff.de iniuſt. rup.& irri. teſt. Secundò adducitur l.tertia in fi.ff pro ſocio.ibi ipſo iure nullius momenti eſt. facit etiam text. in l.in cauſæ.la ſecunda, in principio de minor.ibi, nullam eſſe ſocietatem. & ibi, munitus eſt ipſo iure, & vltra iſta iura adducuntur duo alia fortia fundamenta per Bar.in l.elegantet.quæ ſequitur Iaſ. in l.ſi quis cum aliter.ff.de verborum obligatio.

Iſta tamen communis concluſio validiſsimè oppugnatur per vltramontanos quorum aliqua fundamenta refert hîc Iaſ. alia verò quæ vrgentiora ſunt omittit: & ideò referam aliqua prius vltra ipſos quæ videntur efficaciter vrgere, deinde ſubnectam fundamenta eorum. Vltramontani ergo quos refert Cy.in l.ij.C.de reſcin.ven.per.de bellapet. & Ioã.Fab.hîc tenent contra glo.noſtrã, & dicunt non eſſe differẽtiam inter dolum dantem cauſam contractui vel incidẽtem in contractum bonæ fidei:imò quòd vtroque caſu contractus valet : & pro iſta opi.ego induco vltra ipſos text. qui valde vrget in l. maioribus. C. comm. vtr.iud.in verb.reformabitur,vbi dolus dans cauſam diuiſionis non reddit diuiſionem nullam,ſed debet tantum reformari:& tamen iudicia diuiſoria ſunt bonæ fidei , vt patet ibi in text. & hîc.ad idem concor.tex.in l.tres fratres.ff.de pac.& hoc latiùs probat Corneus in conſilio ccxi. præſuppoſitis his:in principio in quarto volumine. Secundò , pro iſta parte etiam vrget text.quem ipſi vltramontani adducunt in l.Iulianus. §.per contrarium. ff. de actio. emp. ad quem non bene reſpondet,vbi dolus dedit cauſam contractui,& tamen valet.quod probo ineuitabiliter , quicquid dicat ibi gloſ. & pondero illa verba text. quibus ſubtractis facilè quaſi minimo valeret hæreditas, vt ſibi ea venderetur, perſuaſit. in veritate iſta verba cauillari non poſſunt, vt vtar verbis textus in l. penultima. ff. ad exhibendum. Et ſic pondera illa verba, vt ſibi ea venderetur,perſuaſit. nam non dicit textus quòd perſuaſio fuerit facta circa rem , ſed circa contractum : & ſic vt ſibi ea venderetur cùm ille animum vendendi non haberet , tamen ex duobus fuit inductus: vt dicit textus. primò , quia ille villicus ſubtraxit res hæreditatis, & deinde perſuaſit vt ea ſibi venderet:& ſic animum nolentem dolis circumuenit: & tamen dicitur ibi valere contractum, ſed competere actionem ex vendito ad illud in quo circumuentus fuit : & quia ad iſta iura non video iuridicam neque vrgentem ſolutionem, ideo tranſeo cum iſta opinione.

Pro qua

Pro qua vltra dicta adduco duo: primò gl. quæ
hanc opin. vltramontan. tenet in terminis in l. in
maioribus. C. qui. ex cau. ma. vbi quærit glo. quid
ſi aliâs me nolentem vendere inducas ad venden-
dum & rē tradidi, nunquid competit mihi aliqua
actio. & dicit quòd ſic, ſcilicet actio de dolo. al
legat d. l. eleganter. & ſic vides ꝙ gl. in iſto primo
exemplo loquitur de deceptione ſiue dolo dante
cauſam contractui: & tamen dicit dandā actionē
de dolo non, nullū contractum. deinde glo. ponit
exēplum de dolo incidente in contractū, vt puta
quando in pretio me decepiſti: & tunc dicit quòd
datur actio ex eo cōtractu, Præterea pro iſta par-
te facit ratio inconuincibilis: quia docto. volūt ꝙ
ratio quare propter dolum annulletur cōtractus,
quia eſt dolus adhibitus circa conſenſum, & ſic
circa ſubſtantiam contractus. quo caſu debet vi-
tiare contractum. arg. text. in l. in ementis. C. de
contrahen. emp. ſed iſta ratione attenta eſſet idem
dicendum in contractu ſtricti iuris in quo con-
ſenſus ita eſt de ſubſtantia ſicut in contractibus
bonæ fidei. l. inter ſtipulantem. ff. de verb. obliga.
l. conſenſu. ff. de actio. & obliga. & l. j. §. fin. ff. de
pact. & tam contractus ſtricti iuris ipſo iure non
vitiatur, vt omnes fatentur, minus etiam debet vi
tiari contractus bonæ fidei. Secundò pro iſta
opin. adduco; quia ſi iſta opi. gloſ. eſſet vera, quòd
dolus dans cauſam cōtractui annullaret contra-
ctum ipſo iure, ſequeretur quòd neque ex illo con
tractu transferretur dominium. l. non dubium.
C. de legi. Barto. in l. j. §. ſi vir. in fi. ff. de acquiren.
poſſ. Tamen conſequens eſt falſum: vt patet in d.
l. eleganter. in prin. igitur &c. nec reſponſio Alex.
ad illum text. dum dicit in l. prima §. ſi vir. ff. de
acquiren. poſſeſſ. quòd ibi text. proceſſit vlterius
diſponendo, aliquo modo ſatisfacit: at. gloſ. in l.
53 filium quem habentem. C. fam. er. † Non obſt.
modò fundamenta communis opi. Et primò tex.
in dicta l. eleganter. in verſi. nullam. inducendo
vt ſuprà dixi. quia ad illum text. reſpondet Ioan.
Fab. hic dicens ibi eſſe nullam venditionem, vi-
delicet in effectu. & licet ipſe nihil pro hoc alleg.
eſt gloſ. quæ ita ſimilia argumenta ſoluit in l. iuris
gentium §. ſed cùm nulla. ff. de pactis. dum dicit
ibi text. ex pacto nudo nullam obligationem ori-
ri. dicit ibi gl. nullam, ſcilicet efficacem. ad idem
eſt gloſ. in l. noſtram. in verſi. non valete. C. de
teſt. & gloſ. in l. vniuerſa. in verbo valeant. C. de
pre. impe. offer. & ita eſt cōmunis reſponſio gloſ.
ad huiuſmodi modum loquēdi: nam actus qui in
effectu poteſt annullari, largo modo poteſt dici
nullus. l. ſi dari. vbi Iaſ. in prin. ff. de verb. oblig.
tenet Abb. in c. cæterum. de reſcri. cum ſimilib.
vt notabiliter per Are. in l. j. in iiij. col. ff. de teſta.
& per moder. hiſpanos in c. cùm dilecti. de empt.
& vend. vel poteſt aliter reſponderi. Dicas igitur
quòd ille text. in d. l. eleganter. non reſtringit ſe
ad nullitatē, ſed alternatiuè loquitur, aut compe-
tere actionem ex empto, aut nullā eſſe ipſo iure: &
ſic text. abſolutè non vult contractū eſſe nullum:
ſed hoc in arbitrio decepti relinquit an velit dice
re eſſe nullū, vel vt valeat, & agere actione ex ipſo
contractu. pro qua ſolutione facit optimè text.
in l. fin. in verſi. ſancimus. C. de libe. præte. ibi,
euertat ipſo iure, an competere bonorum poſſeſſ.
contra tabulas. inducendo hoc modo, clarum eſt
quòd de iure Codicis teſtamētum patris non eſt
nullum propter præteritionem vel exhæredatio-
nem filij: vt habetur in l. omnimodo. C. de inoff.
teſt. & tamen dicit ibi text. euertat ipſo iure, aut
competere bono. poſſeſſ. contra tabu. ſic eſt in
propoſito, aut cōpetere actionem ex empto, aut
nullam eſſe venditionem: quod videtur notare
glo. in d. l. in contractibus. facit quod no. Decius
in l. poſthumo. in vj. col. C. de contratab. Non
obſt. etiam l. ſi fraude. C. de præſcriptio. long. tēp.
quia iſtud ibi eſt in præſcriptione in qua bona fi-
des neceſſariò requiritur, quæ ceſſat vbi eſt dolus:
per ea quæ no. Abb. in capit. per tuas. in ſecunda
54 columna, de dona. † Ad text. in d. l. iij. §. ſi. pro
ſocio. qui magis videtur vrgere, reſpondet Ioan.
Fab. dicens eſſe ſpeciale in ſocietate, rationem ſpe
cialitatis adducens; quæ per te videas: tamen po-
teſt aliter reſponderi ex mente Petri, videlicet
quòd eſt verum eſſe ipſo iure nullum cōtractum
ſocietatis, ſi dicatur nullum: vt ſuprà eſt dictum:
quod probatur efficaci fundamento: vt per text.
in §. in bonæ fidei. infrà eodem. vbi dicitur, quòd
compenſatio tollit actionem ipſo iure: nam in-
telligitur ſi opponatur: vt not. per omnes in l. ſi
conſtat. C. de compenſa. ad idem eſt text. quem
no. ibi Bal. Saly. & Iaſ. in l. ſcimus. in princ. C. de
inoff. teſta. vbi tex. in verbo ipſo iure. ita exprimi-
tur. quod ſequūtur nouiſſi. rep. videlicet Galauſa
in l. centurio. nume. cccclxiiij. ff. de vulga. & pup.
ad idem facit text. in l. filio. vbi gloſ. & omnes. ff.
de iniuſto rupto & irri. teſt. in l. poſthumus. co. ti.
de qua per gloſ. in l. ſcimus. in princ. in verſiculo
ipſo iure. C. de inoffi. teſt. cum concor. vt per Iaſ.
in l. admonendi. in iij. colū. ff. de iureiur. in lectu-
ra. vbi plura congerit & vltra ipſum hoc ſuade-
tur: nam certum eſt quòd ſi ille contra quem do-
lus commiſſus eſt, non vult petere, nullum eſſe
contractum: quod valet contra doloſum: vt eſt
glo. ſingularis in d. l. iuris gentium. §. prætor ait. in
verſiculo dolo malo. quàm ibi ſummè commen-
dat Iaſ. & Alexan. in vltimo notabili. facit text.
in l. Iulianus. §. ſi quis à concludente. ff. de actio.
empti. quem ad hoc citat ſingularem Baldus in l.
dolum. C. de pericu. & comm. rei ven. Ad alia
fundamenta Barto. faciliter etiam poteſt reſpon-
deri. primò ad illud quòd quando dolus dat cau-
ſam contractui, actio non datur contra hæredes
&c. dico quòd iſtud argumentum de neceſſitate
non infert dolum dantem cauſam contractui an-
nullare illum ipſo iure: quia tex. in §. aliquando.
infrà de perp. & tempo. actio. allegatus per ipſum
hoc non dicit. Neque iſtud ſecundum funda-
mētum de quo etiam gloriatur, nihil valet, dum
arguit de contractu ad diſtractum, cùm illud ar-
gumentum non ſemper procedat: vt eſt tex. quem
ibi ponderat Bal. in l. fin. in princ. C. ſi tu. vel cu.
inter. facit quod no. Bald. in l. j. C. quando li. ab
emp. diſce. & quod no. idem Bart. in l. ab emptio-
ne. col. fi. ff. de pac. tamē præſuppoſito fundamēto
pro vero dico text. in d. l. eleganter. §. non ſolùm.
alle. per Bar. probare potiùs contra ipſum, dū ibi
dicitur, quòd dolus dans cauſam diſtractui debet
per viam actionis ex illo cōtractu reſolui: aliàs ſi
per illam actionem reſolui nō poteſt, datur actio
de dolo. & ſic nō dicitur ibi quòd ſit nullum ipſo
iure: vt Bar. dicit. Et ita poteſt retorqueri argumē
tum contra ipſum: nam ſi argumentum de con-
tractu ad diſtractum valet, quemadmodum di-
ſtractus per dolum dantē ei cauſam, non eſt nul-
lus, ita neque contractus. alia omnia fundamenta

militant

militant in contractibus ſtricti iuris: vt dicunt
moder.in c.cùm dilecti.de empt. & vend. & hoc
ad oculum patet. vides igitur quòd cnnclusio
communis iſtius gloſ.noo rectè defenditur:ſed in
diſputationis congreſſu poſſet contrarium tene-
ri: vt aliàs publicè diſputaui: licet quidam ſatis
impudentet quidem ex iſtis fundamentis ſibi a-
ſcripſerunt. Poſtremò ne quid penitus vtilita-
tis ignoretur oon obſt.vnum dictum Bald.quem
doc.hic non adducunt: magnifaciunt tamen no-
uiſsimi in d. cap. cùm dilecti. in xv.colum. dum
vult Bald.in c.primo in fi.de mu. pet. quòd ideò
dolus dans cauſam contractui bonæ fidei annul-
lat ipſo iure:quia contractus bonę fidei ſunt iuris
gentium: & ideò in eis attenditur principaliter
conſenſus purus & liber ſine dolo: ſed in contra-
ctibus ſtricti iuris, cùm procedant à iure ciuili à
quo habent fomentum,ideò valeot, neq; per do-
lum annullantur: quia non in eis principaliter
conſenſus attenditur,ſed verba.Sed domini dica-
ris quòd iſta ratio pro communi eſt falſa. vt dia
bolus:& miror quòd nouiſsimi noſtri hiſpani in
d.cap.cùm dilecti.tanti fecerint, cùm attenta illa
ratione idem eſſet dicendum in contractu mutui
& aliis pluribus ſtricti iuris.qui tamen ſunt de iu-
re gentium:vt patet in §.ex hoc iure.ſuprà de iure
naturali. & tamen videmus quòd dolus dans eis
cauſam nõ annullat ipſo iure,cùm ſit ſtricti iuris.
neque etiam eſt verum quòd in contractibus ſtri
cti iuris non conſideretur principaliter cõſenſus.
l.j.§.couentioois. ff.de pactis. vbi etiam fortius
probatur quòd ſtipulatio quæ à verbis dicitur
accipere eſſe. l. conſenſu. ff. de actio. & obligat.
15 † Præſuppoſita tamen commuoi pro vera limita-
tur ſingulariter.Primo non habere locum in con
tractibus ſtricti iuris de iure prætorio: vt eſt in
conſtituto qui eſt ſtricti iuris: & tamen conſtitu
tum dolo vel metu celebratum nõ valet.quia ius
prætorium conſtat ex æquitate naturali.ita nota-
biliter limitant nouiſsimi in rub.de verb obliga.
in xv.col.alleg. pro hoc vnũ ſimile.quia videmus
quòd coactus adire hæreditatem de iure ciuili ef-
ficitur hæres:ſed tamen coactus agnoſcere bono-
rum poſſe.non efficitur bonorum poſ.l.muliet.§.
ſi metu .ff. quod metus cauſa. l.iij. §.inuito. ff de
bono.poſſeſ. Secundò limitatur prædicta con-
cluſio quòd procedat, quòd illè dolus qui dedit
cauſam contractui eſſet talis qui caperet etiam
prudentiſsimum: quia tunc bene operatur reſciſ-
ſionem contractus:aliàs non.ita eſt deciſio Inno.
in c.cùm dilectus.quod me.cau. quam poſt Bald.
in rubr. C.de reſcin. ven. commendat hîc Iaſ. &
prius Fel.in c.ad noſtram.in penul. col.de appel.
vbi per illam doctrinam Inno. mirabiliter limi-
tat text.& ibi dicta per Abb. in capitulo dudum.
de conuer.coniug.dum communiter ad hoc alle.
16 ille tex. †quòd inductus dolo ad religionem non
vitiat ingreſſum propter dolum. limitat ibi Feli.
hoc eſſe verum quando dolus ille non caderet in
prudentiſsimum virum: ſecus autem ſi ille dolus
eſſet ſufficiens capere prudentiſsimum:quia tunc
bene poſſet vitiare ingreſſum per dictum Inn. ita
Felin.ibi & iſtud dictum Felin.ſiue limitationem
referunt & ſequuntur nouiſsimi in cap.cùm dile-
cti.in xvj.col.de emp.& vend.quod not.aliis plu-
ribus modis hæc concluſio limitari:quæ breuita-
tis gratia omitto de quibus latius dixi in l. ſi quis
cum aliter.vbi traditur per omnes materiæ ordi-
nariæ.ff.de verb.oblig. & ibi Iaſ. latiùs proſequi-
tur ea quæ hic remiſsiuè ſcripſit. In eadem.glo.
ibi noo veniũt vſuræ ex mora &c. habes primam
differentiam quam facit glo.inter contractus bo-
næ fidei & ſtricti iur.quia in contractibus bonæ
fidei veniunt vſuræ ex mora:ſecus autẽ eſt in con
tractibus ſtricti iuris per iura hîc alleg. in glo.
17 † Or diligenter aduerte pro declaratione fun-
damentali iſtius difficilis materiæ: quia videtur
quòd iſta differentia quam hîc facit glo.rationa-
bili in cauſa ſit hodie inanis,& penitus inutilis ex
eo,quia vſuræ hodiæ ſunt prohibitæ non ſolùm à
iure diuino,veteri & nouo,ſed etiam à iure cano-
nico & ciuili:vt magiſtraliter exorditur Alexan.
aliâs eſt coosilium Ant. de prato inter coosilia
Alex.in conſi. xlix.incip. paucis vtar.in prioc.in
iiij.volu.& ſunt text.in cap. quia io omni. & per
totum extra de vſur.& in l.j.vbi Iaſ. C.de ſumma
trinitate. & iſta prohibitio non ſolum habet lo-
cum in priuatis perſonis,ſed etiam in ciuitatibus
& vniuerſitatibus:vt dicunt doct.in cap.conque-
ſtus. de vſur. vbi Alanus doctor antiquus ex hoc
reprehendit ciuitates Italię committẽtes vſuram.
& licet Card.in clem.j.in v.quæſt.de vſur. Et per
iſtam rationem opi. Bald. & ſequacium redditur
dubia in l. cum allegas. in viij. & ix. oppo. C.de
vſur.& in l.j.in iij.quæſt. C.de his quæ pœnæ no.
Pau.de Caſt.in l.j C.de ſumma trinitate.col. pen.
volentium quòd teſtator poſſet in teſtamento
mandare,vt vſuræ præſtentur: quia ad iſtum ca-
ſum non extendebatur prohibitio canonica:vt i-
bi latiùs per eos:quia dico quòd ratio prohibitio-
nis magis videtur comprehendere teſtatorem,ma
ximè in vitæ diſcrimine conſtitutũ quàm alium.
& iſtam opin.firmiter tenet Bar.in l.iij. §. fi.ff.de
an.leg.& in l.cùm ſtipulatus.in fi.ff.de verb obli.
& in l.ij.ff.de his quæ pœnæ no. & tenet Alex.in
conſi.xxvij.viſo themate.in ij.col.in iiij vol.Are.
in §.fi.ſuprà de leg.cum ſimilibus. vt per Alex. in
l.diuortio.in prin.verſi.idem videmus.ff.ſol.mat.
& Are.conſi.clij.viſo themate. in ij.col. Et ideò
vt intellectus iſtius gloſ. & doc. alibi circa iſtam
materiam dilucidetur, habes ſcire quòd prohibi-
tio vſurarum tantum reperitur facta circa vnum
contractum ſtricti iuris, videlicet mutuum, non
autem in aliis:vt dicit Card. in clem. j. in princ.
in ix.quæſt.& in §.fin.in vij. quæſt. de vſur. & te-
nent omnes ſummiſtæ: vt tradit Angel.de clauа-
ſio in ſumma ſua, in verbo vſura. & Lauren. de
rodulphis in trac. vſura. in prima parte in tertia
quæſt.declarando vt infrà dicam. Ratio redditur
per Bald.in l.ſecunda § creditum.ff.ſi certum pe-
tatur.de quo prædicti docto. mentionem non fa-
ciunt quòd ideò in mutuo prohibetur vſura:quia
in eo agitur totaliter de transferendo dominio
in accipieotem: vnde iniquum eſſet quòd domi-
nus rei ſuæ teneretur alteri non domino.Non ſic
eſt in contractu locationis, quando exigitur pen-
ſio & in aliis: quia quis exigit de re ſua:vt tradit
idem Bald. in l. ſi nauis. ff. de rei vendic. In con-
tractu igitur ſtipulationis non habebit locum
prohibitio:quantum in tali contractu potius illa
vſura dicitur pœna quæ promiſſa eſt, quàm pro-
priè vſura: quòd ex eo probatur: quia videmus
quòd in contractu ſtipulationis pœna non com-
mittitur niſi facta interpellatione. l. ſi ex legati
cauſa.& l.ſi inſulam.cum ſimilibus.de verborum
obliga.& tamen vſura etiam ſine interpellatione
& mora

& mora poſſet committi : vt tradit Alex. & doc. in l.lecta. in prin. ff. ſi certum petatur. & clariùs Bart.in l.qui ſine.ff.de neg.geſt.& in l.cum ſtipulanti.ff.de verbo. oblig.patet ergo quòd ſi in contractu ſtipulationis apponatur vſura,quòd illa in effectu dicitur pœna : & propterea non prohibetur. & eodem modo eſt in quocunque alio contractu ſiue ſtricti iuris ſiue bonę fidei vbi pecunia mutuata non interuenit, ſed alio reſpectu : vt quando agitur de domo vel fundo : vt notabiliter declarat Arch. in capitulo eiiciens. lxxxviij. diſtinc. Tamen iſto caſu etiam vſura conſideratur quando alia ſpecies vel domus redigatur ad pecuniam. videtur probari in capitulo nullus. & in capitulo quoniam.xiiij.quæſtio.quarta.& not. in capitulo penul. xiiij. quæſtio. tertia. & ſecundum hoc non eſſet mirabile quod dicit Iaſ. per illum text. in l. cùm res. in primo notabili. ff. de lega.primo.ſed ſecundum regulas procederet:ſed dicas quòd dicta Iaſ.ibi procedunt de iure ciuili, ſecundum quod ſtatuitur quòd in ſpeciebus non venit vſura.l.in fideicōmiſsi. §.ſi auto.ff. de vſur. & l.cum quidam.in fi.eodem titu. Tamen poſſet illud diſtingui reſpectu moræ non reſpectu vſuræ an committatur vel non. & idem eſt in actione pignoratitia: quia in ea licitè vſuræ ex mora peti poſſunt.Bart.in l.quamuis.§.fin. per illum tex.ff. de pig.actio.cum ſimilibus : vt ibi per modern.& eodem modo veniunt in actione pro ſocio poſt moram veram vel fictam.l. ſocium. in princ. vbi Bart.ff. pro ſoc.Idem in depoſito pecuniæ numeratæ non ſpeciei.ita Bal. in l.ſecunda.C. depoſiti. Bart. in l. die ſponſaliorum. §. qui pecuniam. ff. depoſi. & eodem modo in contractu emptionis in quo vſurę loco intereſſe petuntur:vt tenet glo. Bart.& doc.in l.Iulianus.§. ex vendito. hîc allegata in glo.& gloſſ.in l.curabit.C. eodem titulo. de actioni. empt. tenet Abb. in capitulo conqueſtus.de vſuris. Alexand.in conſilio.xxvij. in ij. colum.in quarto volumin. & alibi ſæpe doctor. & finaliter in omnibus bonæ fidei contractibus permiſſæ videntur: quia ſuccedunt loco intereſſe etiam de iure canonico, & veniunt à tempore moræ : vt tradit Bartol. in l.Lucius.in tertio notabili.ff. depoſiti. & in l.publia. §.primo. eodem titulo.& iſtud intereſſe conſideratur non ſolùm ratione damni emergentis,ſed lucri ceſſantis:vt vult Inno.in c.ſacro.de ſentent. excommu.quem ſequitur Abbas in c.p. & g.in primo notabili,de offi.delega.& in cap.dilecti.de foro competen.& in conſil. lxiiij. venio ad primum.in vj.col.libro j.Aret.conſi.ix.eleganter.circa fin.Cuman.conſi. cxxxix.colum.fi.Pet.de anch.in conſil.cxlix.in q. colū.ij. cum ſimilibus. Sed iſtud intelligitur procedere in homine ſolito negotiari: vt dicit Barto. in l.iij.§.fina.per illum tex.ff.quod cer. loc. & ita debent intelligi ſupradicta:vt dicit Alex.in conſi. cxc.viſa ſcriptura.lib.ij. & ideò iſtud quod ſit ſolitus negotiari,articulari debet:aliàs actor nō obtineret:vt tradit idem Alex.in conſi.cxlj.viſo themate.lib.v.hoc tamen de ſolito negotiari,vt in eo ratio habeatur lucri ceſſantis, efficaciter impugnat Decius in c.cùm venerabilis.in v.col. de excep.vbi videndum eſt:quia non eſt propria materia noſtra : quia doc.non tangunt.& in hoc bene dicit hîc gloſ. Tamen circa contractum mutui attentis ſupradictis iſta gloſ. videtur dubia : & ideò tu diligenter aduerte pro vera cognitione

18 † quòd vſura in iure noſtro poteſt peti tripliciter. primò tanquam ſors:& ita eſt permiſſa omni iure & omni contractu, & non eſt dubium. ſecundò vt intereſſe,& licet quidam hoc caſu diſtinguant inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris putarem non eſſe differentiam, niſi reſpectu commiſſionis pœnæ ad intereſſe per regulam l.ſocium.ff. pro ſocio. quia videmus quòd in mutuo venit etiam intereſſe ratione moræ l.vinum.ff.ſi certum petatur.& not.in l.nummis. ff. de in lit. iuran.& in l.j. C. de ſumma trinit. licet contrarium tenet Bal.in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi certum petatur. breuiter teneas quòd non ſit differentia quando tale intereſſe petitur ratione damni : ſecus ſi ratione lucri ceſſantis:vt tenet Pau.de Caſtro.& Iaſon in l.prima.C.de ſumma trini. niſi in ſolito negotiari:vt l.tertia.vbi latè Moder. ff. quod cer loc.Panor.& omnes alij in cap. conqueſtus. de vſur. declarando,vt no. per Laurentium de rodulphis in tract.vſura.in prima parte.quæſt.viij.Tertio modo petitur vſura vt vſura. & iſto modo procedunt prohibitiones : vt ſuprà dictum eſt. Tamen in iſto caſu in pluribus caſibus permittitur vſura etiam in mutuo,in quibus caſibus poteſt bene defendi gloſ. hîc.Primus caſus eſt in caſu in quo accipio mutuo pecunias ſub vſuris, & poſtea cùm illis non indigeam rogatus vt alteri mutuo tradam ſub hoc pacto quòd ipſe ſoluat vſuras quas ego promiſeram : tunc tali caſu permiſſum eſt.ita tenet Archidiaconus in capitulo finali. xiiij. quæſtio.tertia:quod dicit mirabile.& tenent Hoſtien.& Goffre.in ſumma.& Bald.in capitulo fin. de vſuris. Habes ergo vnum caſum in mutuo in quo poteſt procedere iſta gloſ.Secundus eſt caſus quando ego mutuo alicui ciuitati ſiue vniuerſitati pecuniam cum hoc pacto ne teneat ad collectas:quia iſto caſu non eſt vſura.ita tenet Specul. in titulo de vſur.§.fi.& ibi Bal. quod tenet Ioan. And.in capitulo conſuluit. de vſur. eodem modo quando vſuræ petuntur in recompenſationem indemnitatis:vt declarat Bald.in rubrica.C.de vſur. & fruc. lega. eodem modo in vſuris penſionum quæ peti poſſunt.Bal.in l.ij.in fi.C.de vſu. eodem modo in vidua ſunt permiſſæ : vt declarat Abb. qui alios plures caſus ponit in capitulo conqueſtus.de vſur.ad quem iſta addere poteris. alios etiam caſus præter iſtos ponit Lauren. rodulphus in dicto tracta. in prima parte in octaua quæſtio. & alium caſum habes per Bald. in l.hac edictali. §.his illud. in tertia columna verſiculo, pro vſufructu.C.de ſecund.nupt. videlicet quando vſura petitur in compenſationem vſusfructus quando res erat fructum allatura. alios etiam caſus ponit Iaſ. in l.cunctos populos. C. de ſumma trinitate. In iſtis ergo caſibus & pluribus enumeratis per prædictos docto. poterit differentia gloſ. habere locum. Facias ergo concluſionem quòd in contractibus ſtricti iuris non venit vſura à tempore moræ : quia non debetur circa vinculum ſtipulationis : ſecus in contractibus bonæ fidei. hanc concluſionem ſequitur Iaſon in l. cum res.in primo notabili de legatis primo. & in l.qui Romæ. §.Seia.columna finali.ff.de verborum oblig. Floria.in l.vſuræ.& in l.lite.ff.de vſur.Barto. & modern.in l. qui negotia. ff. de nego. geſt.& in l.Lucius in tertio notabili. ff.depoſiti.Nico. de Neapoli. in lectu.Bart.in l.j. in princip.in prima columna, de eo qui pro tuto. cum ſimilibus vt per

Soci.in

Soci.in conſi.clxxiiij.pro facto.in ij.parte de cõtractu bonæ fidei plura dicit idem Socinus conſi. lxxxviiij.abundè & eleganter.& conſi.ciij.præſẽs conſultatio.per totum.libr.iiij. & iſtam concluſionem pro indubitabili firmat Saly.in l.in bonæ fidei.& in l.cùm allegar.in ij.colum.C.de vſur.ſed tamen contra iſtam concluſionem facit tex.in l.filius.§.fina.vbi glo.& Bar ff.de colla.dot.vbi in ſtricti iuris iudicus non ſolum vſuræ ſed etiam intereſſe venit à tempore moræ. ego non video qualiter ad illum tex.reſpondeatur,niſi quòd ibi ſit ſpeciale:vt dicit Bal.in l.ſi ſoror.C.de colla.& ratio ſpecialitaris redditur per Iaſ.in l.ſi filius.§.cùm fundum.ff.de verbo.oblig.in ij.colum.quia ibi iſtad diſponitur in recompẽſationẽ fructuum qui in hæreditate patris de parte filij emancipati reperiuntur .Tamen iſta ſolutio mihi non ſatiſfacit:quia ego nõ video cur ipſe frater fructus etiã conferre teneatur.nam ſi ex mora,iſta ratio non eneruat tex.ſi verò ſine mora,filia non eſſet obligata:vt præſupponit tex.qui morã ponderat.Sed retenta opi.cõmuni pro vera modo circa iſtam differentiam ſiue concluſionem glo.eſt videndũ de duobus.Primò,qualiter mora cõmittatur in contractibus bonæ fidei & ſtric.iuris:ſecundò an in contractibus bonæ fi.vſuræ veniant iure actionis,an officio iudicis.quibus diligenter declaratis

19 habebitis reſolutionẽ perfectam iſtius gl.† Circa primum dico quòd mora regularis tam in contractibus bonæ fi.quam ſtricti iuris committitur per interpellationem extraiudicialem.glo.& moder. in l.qui romæ. §. cohæredes.ff. de ver.ob.glo.in l.vinum.ff.ſi cer.pet.& hoc de mora regulari intelligitur: ſed irregularis mora committitur in contractibus vltro citroque obligatorijs per implementum alterius contrahentis ſine aliqua interpellatione : vt eſt text. in l.curabit. C.de actionib. empti. notat Socinus in conſilio cxxxiij. in ſecundo volumine. & in conſiliis ſuprà allegatis. Tamen aduerte : quia iſtud quod dictum eſt de contractu ſtricti iuris quòd per interpellationem extraiudicialem mora committatur , non videtur verum quò ad terminos iſtius gloſ. quia imò requiritur litis conteſtatio. l. videamus. §. ſi actionem. ff. de vſuris. Et per hoc pondero eſſe caſum in l. cum fundus. in principio. ff. ſi certum petatur. ibi iudicium acceptum fuerit.iuncta.l.amplius non peti ff.rem ratam haberi. ad idem text. in l. vinum. ibi peritum eſſet. eodem titulo.ad idem text. in l.finali de tritic.& l.tertia. §.in hac. ff.commoda. & l.hominem. ff. manda. cum ſimilibus. in quibus iuribus probatur apertè quòd in contractibus ſtricti iuris mora tunc committitur cùm petitum fuerit : & tamen petitio dicitur fieri per litis conteſtationem ſecundum omnes concluſiones dictę l.amplius.& per hoc redditur dubitabilis alia communis concluſio doctorum in l.vinum.ff.ſi certum petatur. dum omnes volunt quòd in contractibus ſtricti iuris extimatio quanti plurimi veniat à tempore moræ , cùm plura allegata pro illa opinione loquantur per verbum petitum. & hoc erit magni effectus propter ea quæ inferius dicentur. Extat ergo concluſio iſtius gloſ. quia ideò in contractibus ſtricti iuris vſuræ non debentur ex mora ſicut in contractibus bonæ fidei : quia litis conteſtatio requiritur : in contractibus verò bonæ fidei ſola interpellatio : quamuis tamen poſſet attentari quòd in contractu bonæ fidei non conſtituatur mora per interpellationem , ſed re ipſa: per text.in dicta l.curabit.quia ante implementũ quis re integra non conſtituitur per alterum ex contrahentibus in mora, cùm ipſe idem ſit in mora etiam adimplendi ex parte ſua. l. illud. ff. de periculo & commodo rei venditæ. requiritur ergo quòd alter ex contrahentibus adimpleuerit ex parte ſua,& tunc committitur mora, ſed non per interpellationem, ſed re ipſa : vt eſt text. in dicta l. curabit. & tenet Socinus in dicto conſilio.& Alexander in l.quod te.in quarta columna.ff.ſi certum petatur. & in conſilio cxlvij. perſpectis.in quinto volumine.Soci. conſilio clxxvj. in ſecundo volumine. & in conſilio centeſimotrigeſimotertio. perfecto &c.quod eſt repetitum conſilio centeſimoſeptuageſimoquarto. Tamen aduerte quòd poteſt ſaluari communis opinio iſto modo : quia licet mora re ipſa contrahatur, vt ſuprà eſt dictum : tamen illud procedit priuilegio minoris.& ita expreſsè loquitur text. in dicta l.curabit. quem doctores non conſiderârunt. & ſic ille tex.loquitur in terminis l. in minorum. C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. Sed præſuppoſito aſſumpto pro vero vt etiam in aliis ille text. habeat locum : non tamen propterea quòd mora re ipſa contrahatur, tollitur quin poſſit etiam regularis committi, quæ fit per interpellationem : imò in multis caſibus eſt neceſſaria. nam quando mora contrahitur re ipſa ex quo contractus eſt tantum adimpletus reſpectu vnius , moroſus non tenetur niſi de fructibus perceptis , non de his quæ percipere potuit. gloſ. ſingul. in l.de diuiſione. vbi Paul.& alij ff.ſoluto matrimonio.ſecus eſt in mora regulari:vt l.apud Iul § j. ff. legatis j. tenet Iaſ. in l.ſi ſeruus.ff.de verb.oblig. item moroſus reipſa non tenebitur de interitu : vt ad extimationem teneatur, iuxta l.vinum. ff. ſi certum petatur.ſecus in alio:quod no. & alij plures caſus ſunt quos omitto.Tenendo tamen communem opinionem. Eſt tamen intelligenda cum grano ſalis,videlicet quòd licet in prædictis caſibus mora cõmittatur ſine interpellatione : tamen ſubauditur tempus antequam contrahatur mora: de quo in l.ratum. & l. quod dicimus. ff. de ſolu. caſus eſt notabilis de hoc in l. diuortio. in principio. ff. de negotiis geſtis. quem ad hoc commendat Aretinus in l. ſi ex legati. in ſexta columna. ff. de verborum obligationibus. & idem dicendum eſt in mora regulari. quia ſola interpellatio in contractibus bonæ fidei non ſtatim aliquem in mora conſtituit , niſi lapſo tempore quo arbitrio iudicis interpellatus potuerit ſoluere. l. ſi quis. §. finali.de colla.bo. & declarat ſingulariter Alexander in l. prima. §. item ſi ita.ff.ad l.falcid.vbi omnino videas. ſuper quo tamen diſtinguendum eſt , quòd aut peto quod eſt meum, & veniunt fructus & vſuræ à tẽpore moræ. d.l.videamus.§.ſi actionem. & l.Iul.ſcribit.ff de rei vend.tam in contractibus bonæ fidei quàm ſtricti iuris. aut peto quod non eſt meum,ſed aliquando fuit : & tunc aut fructus veniunt iure actionis, & conſideratur tempus obligationis.l.indebiti.in princi.& l. in ſumma.§. ei qui.ff.de condi. indebi. & dicta l.videamus. in princ.aut veniunt fructus vel vſuræ officio iudicis:& tunc à tempore moræ veniunt. d.§.ſi actionem.& ſic iſtis duobus caſibus non eſt differentia

inter cõtractus bonæ fidei ſtricti iuris: vt tenent etiam doctores.in l. fructus.ff.de rei vendica.aut verò peto quod nec eſt neque fuit meum,& tunc in actionibus ſtricti iur.veniunt fructus & vſuræ à tempore lit.conteſtat.l.cùm fundus.vbi omnes moder.in principio.ff.ſi certum petatur.& dic.§.ſi actionẽ.ſi verò in actionibus bonæ fidei veniũt à tempore moræ.l.iiij.§.in hac.ff.commoda.l.ſocium.ff.pro ſocio.& dicta l.videamus.§. ex cauſa.& ita intelligitur gloſſ.hic quæ tene menti.limita tamen ſingulariter iſtud dictum gloſ.non procedere in extimatione rei quæ pro ipſa re debetur: quia tali caſu non eſt differentia inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris:ſed debẽtur à tempore moræ.ita eſt glo.communiter approbata in l. vinum.ff.ſi certum petatur.quamuis Iaſon ibi in ix. colum. d.ſceptet de ratione. Ego tamen ibi tenui eſſe differentiam,& dixi quòd gl.noſtra procedit etiam in extimatione, & dico ſupra:ſed quia illa non eſt propria materia iſtius gl. dic vt ibi,& teneas illam limitationem: quia eſt communis. Et hoc quantum attinet ad iſtud primum quæſitum.

Circa ſecũdum nunquid vſuræ in contractibus bonæ fi.& ſtricti iur.veniant iure actionis vel officio iudicis. Breuiter cõmunis opinio eſt quod veniant offi.iudic.vt firmat Alexã in l.ſi cùm dotem.§.ſin autem in ſæuiſsimo, colum. fin. ff.ſolut. matrimonio.per l.quartam.C.depoſi.& in l. vbi autem.§.qui ſortem.in fine ff.de verborũ obligationibus.vbi ponit differentiã quando debentur officio iudi.vel iure actionis. & idem tenet Spec. in titulo de offi.om.iudi.§.iudicis officium.in iij. columna. & latiùs in §. deſeruit.eodem titulo.& hoc intelligas de officio iudic. mercenario deſeruienti actioni:quia tali caſu procederẽt ſupradicta quòd vſuræ venient à tempore moræ quæ per interpellationem extraiudicialem cõtrahitur: vt ſuprà eſt dictum.ſecus ſi vſuræ venirẽt officio iudicis nobili: quia in tali caſu mora non committeretur per interpellationem extraiudicialẽ:ſed requireretur litis conteſta.vt eſt textus ſingularis quem ibi declarat Barto.in l.cùm poſtulaſſem. ff. de damno infecto. & idem Bartol. in l. vbi. §. j. ff.de edendo. cum concordantiis. vt tradit Iaſon in l.vinum. in vndecima colum. ff. ſi certũ petatur.Et ſecundum hoc non procederet differentia glo.hic communiter approbata: & ideò intelligendum eſt quòd tales vſuræ veniãt officio iudicis mercenario.& iſta eſt vera & indubitata concluſio. Ex quo habes optimè declaratã iſtam particulam glo.

20 † In eadem gloſſ.ibi,item in actionibus ſtricti iuris fructus non veniunt ex mora &c.vide circa iſtam materiam quæ dico in l. lecta.in ſecundo notabili,ſi certum petatur. Colligitur concluſio quòd in actionibus ſtricti iuris ita demum fructus veniunt à tempore moræ ſi petam quod aliquando fuit meum: ſecus ſi petam quod non fuit meum, vt puta promiſſum ex ſtipulatione. Nam tunc ſolùm veniunt à tempore litis conteſtationis.l.videamus.§. ſi actionem.ff. de vſuris. hic allegat. in gloſ.de quo tu plenè diſtingue,vt ſuprà dictũ fuit in proxima concluſione de vſuris,in quibus non eſt differentia hoc caſu.Et ratio iſtius concluſionis eſt,quia iura magis conſeruant illud quod noſtrum eſt, quàm nobis debitum: vt colligitur in dicto §.ſi actionem. & tenet Iaſon in §.item ſi quis in fraudem. numero trigeſimotertio.ſuprà eodem. & eſt notabilis doctrina Bartoli in lege ſecunda. ff. de hæreditate vel actio. vendi. Et iſta eſt vna limitatio ad regulam quæ habet,quòd in contractibus ſtricti iuris fructus veniunt à tempore litis conteſtationis. fallit niſi petam quod fuit meum: quia tunc veniunt à tempore moræ. Et per iſtam rationem redditur dubitabilis opinio Bartoli contra gloſſam ibi in lege pacta quæ contra. C. de pactis.vt ibi aduertit Iaſon in fine.& latiſsimè Decius poſt Riminaldum diſcutiunt in ſcriptis non impreſſis vbi notabiliter loquuntur. & ante ipſum plura ponit Hiſpanus noſter in leg.iuris gentium.§. quinimo.in vigeſimaquinta colum. ff. de pactis.eo tacito. & ita iſtam regulam cum hac limitatione & aliis tribus ponit Iaſon in lege cùm fundus.in principio. ff. ſi certum petatur. & infra in gloſ permutatione.numero nonageſimoſeptimo. & in lege vinum.in vndecima columna.ff. ſi certum petatur. & declarat idem Iaſon in lege ſi filiusfami.§.cùm fundum. in penultima columna. ff.de verborum obligationibus. vbi habes gloſſ. ponentem aliam differentiam inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris per textum ibi quem notant omnes & ibi ponit Iaſon pro declaratione terminorũ aliqua neceſſaria. Sed vltra ibi adducta per doctores aduerte quòd licet in contractibus ſtricti iuris fructus veniunt à tempore moræ quando res mea petitur: ad illam tamen moram debet præcedere interpellatio:vt doctores omnes concludunt poſt gloſſam in l.qui romę.§.coheredes. ff. de verborum obligationib. Sed per quem actum vel qualiter debeat fieri in iſtis contractibus ſtricti iuris, doctores non aperiunt. Mihi tamen videtur,vt etiã ſuprà dixi, quòd in iſtis contractibus debitor non conſtituatur in mora, niſi per litis conteſtationem.pro quo põdero textum in l.vinum.in verſiculo petitum eſſet.ff.ſi certum petatur. iuncta l.amplius non peti.ff. rem ratam haberi. & eſt textus in lege finali ff. de triti.facit textus in l.cùm fundus.ff.ſi certum petatur. & in l.hominem ff. manda.& l.iij.§.in hac.ff.cõmoda. & ſecundum hoc parua aut nullla eſſet differentia,an petatur res propria, an ſibi debita. ad quæ inta non video bonũ reſponſum. Et hic interpellatio iſto caſu facta in contractibus ſtricti iuris erit nullius momẽti. Non obſtat dict. §. ſi actionem.quia ille textus non probat communem diſtinctionem.Nam glo.etiam ibi multipliciter exponit illum text.doctorũ.tamen communiter in dicta l. vinum.tenent quòd ſufficiat quælibet interpellatio etiam extraiudicialis ſiue in contractibus bonæ fidei ſiue ſtricti iuris,à quibus non eſt recedendum: licet ad iſta nõ aduerterint. In eadem glo. ibi, nec obſtat quòd veniunt &c. Habes vnum ſingulare ex iſta gl.quòd in actionibus bonæ fidei fructus petũtur iure actionis:vſuræ verò officio iudicis. ſecus autem in actionibus ſtricti iuris; quia fructus veniunt in illis officio iudicis. ita iſtam gloſſam ad hoc citat ſingularem & valde commendat Baldus in cap. cùm venerabilis. in vij. columna. de exceptionibus. & iſtud dictum gloſſæ ſequitur idem Baldus licet iſtam gloſſam non allleget in l.ſi marito. §.finali. ff. ſoluto matrimonio. Mathesilanus in notabili nonageſimoptimo. incipiente nota gloſſam ſingularem inſtitut. de actionibus &c. cum ſimilibus: vt per Iaſonem hic.& ſi iſtud dictum gloſſæ eſſet verum, vtilitas eſt maxima ſcire an fructus

debeant

ctus d:beant peti iure actionis,ſn officlo iudicis; vt tradit matheſil.in dicto notabili nonageſimoprimo.& Iaſ.in l.properãdum.§. ſinautem alterutra.in prima & ſecunda colum.C. de iudi. Cremonen.no.cxx.& declarat Iaſon infrà numer.lij. & dixi in §.quędam.in verſiculo ex maleficiis.ſuper gloſ.in verſiculo confines.ſupra eodem.& vltra ibi deducta aliam notabilem differentiã ponit Bal.in capitulo.cùm dilectus. cnlumna finali de cauſa poſſeſsio.& propriẽ.& Feli.pnſt Abbat. in capitulo penultimo.columna penultim.de exception. quia quãdo veniunt iure actionis,in eodem libello non poteſt fieri cumulatio.l. quarta. C.depoſi. Sed ſi petuntur fructus officio iudicis, poteſt fieri cumulatio: imò neceſſariò requiritur quòd fiat:& ſic actor in libello peteret rẽ cum fructibus, vel ſortem cum expenſis vel damnis & intereſſe: aliàs niſi iſta aceſſoria peterentur ſpecificè lata ſententia ſuper re vel ſorte non eſſet lata ſuper fructibus vel expenſis, neque iterum iudex ſuper illis poſſet pronuntiare, cùm functus ſit officio: vt dicitur in dicta. l. iiij. Item quia ſi fructus venirent iure actionis, deberẽt computari à tempore contractus non à tempore morę.l.indebi.in principio.&.l.in ſummma. de condictione indebiti.& dixi ſuprà in ſecunda concluſione gloſſæ.

Tamen attendite: quia iſta glo.in hoc communiter reprobatur per Alexand.& alios in dicta. l. ſi marito.§.finali.& licet Iaſon hic videatur poſt Io.Fabri dubitare: idem tamen Iaſ. clarius iſtam gloſ.reprobat in l.edita.in x.colum.numer.xxxij. C.de edendo. & latiùs in l.prima, iu ſecunda columna, numer.ix.C.de iudic. & in l.vinum.in ix. colum.ff.ſi certum petatur.& Alexand. in rubrica.ff.ſoluto matrimonio, in penultima cnlumna. & mouetur ratione: quia in cõtractibus bonæ fidei fructus veniunt ex mora quæ tranſcendit naturam actionis propoſitæ: ergo actio non poteſt ad illud competere. Itẽ quia regula eſt, quòd fructus officio iudicis mercenario debentur.l.ædiles.§.item ſciendum.ff.de ædil.edicto.dicta.l.j.vbi gloſ.& Iaſ.C.de iudi. ergo à regula recedẽdum non eſt, niſi per ius expreſſum: quod quidem cùm non reperiatur tale quid dicẽs, relinquitur quòd iſtud dictum gloſ.non ſit verum. & quia hoc ſpecialiter inductum eſt in iudiciis vniuerſalibus. d. §.fi.ergo ſecus eſt in particularibus. Qui tamen vellet defendere gloſſ.de facili poteſt eo, quia habemus regulam notabilem quam tradit gloſſ. & communiter doctnres in l. ſi filiusfa. §.primo.ff. de verborum obligationibus. quod in contractibus bonæ fidei ex natura actionis cenſentur fructus venire etiã ſi de fructibus non ſit facta mentio. vt in l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de action. empt.& l fructus.C.eodẽ tit. vbi ſi emo fundum, & nihil dico de fructibus, etiam fructus dicuntur venditi: ſecus eſt in ſtipulatione. dicta. l.ſi filiusfam. §.primo. Si igitur fructus cenſentur venditi vel locati: ergo ad illos repetendos cõpetet mihi actio ex vendito & locato, ſicut & ad ipſam rem. l.fundi partem.ff.de contrahen.empt. nnn igitur veniẽt officio iudicis.ad idem bene facit.l.ſi venditor. in principio. ibi, placuit ex vendito eſſe actionem. & cætera, ff. de ſer. expor. Secundò facit pro iſta parte: quia non refragatur aliqua iuris diſpoſitio huic dicto gloſſ. imò conſonat propter exhuberãtiam bonæ fidei quæ multa ſpecialia inducit: vt patet hic in glo. quam ſequitur ſibi contrarius Alex.in l.Paul. la prima.num. ſeptimo.ff. de re iudi.& ideò in hoc conſequenda eſt opinio glo. cuius authoritas, vbi non eſt text. in contrarium, & ſi concedat aliquis doctor cũ ea cenſetur communis: vt Iacobus in l.prima.C. qui pro ſua iuriſdi.cum aliis ſimilibus: vt tradit Feli. in c. primo in penultima columna.de cnnſtitut.& dicit Salyc.in l.j.C.de pactis.quod gloſſæ ſunt naues per quas nauigamus per hoc vaſtum pelagus iuris ciuilis ducentes nos in portum claræ veritatis; quod dictum valde commendat ſolennis doctor Thomas ferrarius in tractatu cautelarum, cautela vigeſimaſeptima.incip. magna eſt. Tamen vos nõ recedatis à communi cùm non habeamus legem, & regula ſit in contrarium. Non obſtant ea quæ pro contraria parte ſuperius dixi: quia conſiderandum eſt quòd fructuum ratio poteſt haberi tripliciter. nam quidam ſunt pendentes tempore quo fit contractus, & tunc tales fructus in contractibus bonæ fidei veniunt actione ex illo contractu: quia cenſentur venditi. ita procedunt iura ſuprà allega. Ratio eſt: quia veriſimilius eſt quòd fundus ob hoc pluris fuerit venditus: & ideò illi fructus cenſentur pars rei. text. eſt in l. ſi venditor ab emptnre. ver. in contrarium me vocat Sabin. ſententia ff. de ſer. expor. & text. in d. l.fundi partem. & text. in l.fructus. ff.de rei ven. ſecus eſt in contractibus ſtricti iuris: quia niſi expreſſè de fructibus ſit dictum, etiam ſi extantes ſint & præſentes, in dubio non veniunt: vt eſt caſus in d.l.ſi filiusfa.§. ſi fundum ff.de verborum obligationibus. Aut verò fructus ſunt percepti, qui non erãt pendẽtes ſed poſtea nati ſunt & percepti à venditore, & tunc diſtingue aut pretium fuit ſolutum ab emptore, & tunc veniũt ratione ipſius contractus bonæ fidei. l.poſt perfectum. & l.fructus.C.de actio.empt.& d.l.venditor ex hæreditate. ibi, quemadmodũ fundi venditi fructus præſtaret bnnæ fidei ratione &c. ſed ſecus eſt in contractibus ſtricti iuris: vt ibi dicit glo. alii ſunt fructus qui non ſunt percepti ſed percipi potuerunt: & tunc diſtingue vt eſt dictum de perceptis pro pretio veniunt: ſed pretio non ſoluto percepti veniunt officio iudicis, percipiendi nullo modo, per textũ in d.l.venditor. vbi tex.dicit quod illo caſu licitum eſt negligere fundum, vt alienam ſententis m aliqua culpa: ſed ſoluto pretio ſecus: quia videtur in mora irregulari. l. curabit.C.de actio.empt. Secunda concluſio ex iſta glo. quòd in obligationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe per iura hic allegata: de quo vide Floria. omninò in l.ſtipulatus.in fi.prin.ff.de vſur. ſed aduerte ꝙ hæc eſt differentia inter contractus ſtricti iuris & bonæ fidei: quia in ſtric. iu. de quo vide Alcia.in §.Cato.fo.xxxvij. quos non refero: quia nihil occurrit addendm & declaro in voce. In eadem gl. ibi, item non venit intereſſe ſi rem dari &c. Colligitur vnum ex iſta gloſſ. quòd licet regula quòd in obligatinnibus dandi nõ ſuccedit obligatio ad intereſſe, fallit niſi in contractibus bonæ fidei. iſta gloſſ. in hnc citatur per plures ſingulares quos refert hic Iaſon.& idem Iaſ.etiam valde commendat in l.ſtipulationes non diuiduntur. in xv.colũ.ff. de verborum obli. Tamẽ poſtea dicit quod hoc dictum gl. iure non probatur: & ideò glnſſæ non credendum quando bonam legem non allegat: vt dicit Bald. in l.res publica.C.ex quibus cauſis mainres. Imò

neque ſecundũ communẽ eſt iudicandũ quando non habet legem pro ſe:vt tradit Iaſ. poſt Anto. de buc in l. illam. C. de colla. Iaſon in dicta. ſtipulationes. reſpondet ad textum in l. prima. ff de actionib. empti. hic allegat. in gloſſa quòd iſte textus nõ loquatur in obligationibus rem dari, ſed in obligationibus rem tradi. Sed tamen aduertendum quòd iſta gloſſa de facili defendi poteſt, & eam ſequitur Aretinus in lege, ſi ſeruum. §. effectus. in princip. de verb. obliga. & iſtam defendit Abb. in c. cùm venerabilis. de excepti. & in contractibus innominatis de plano procedit in quo ſuccedit obligatio ad intereſſe l. naturalis. §. j. ff. de præſcript. verbis. tenet Bald. in dicta. l. ſtipulationes non diuiduntur. in xj. oppo. cum ſimilib. alle. per Iaſ. in l. qui romæ §. Flauius. in iij. col. nu. xiiij. de verb. oblig. & in d. ſtipulationes non diuiduntur. column. xv. vbi plures caſus ponit in quibus in obligationibus dandi ſuccedit obligatio ad intereſſe. & l. ſtipulationum quædam. §. finali. e. ti. & alibi ſæpe. ſed in aliis contractibus ſtric. iu. e. t magis dubium. Tamẽ iudicio meo per ea quæ tradit Bal. in l. fructus, de ac. em. dubiũ tamẽ illud tollitur per text. in l. j. de ac. em. ſi bene & diligenter põderetur & intelligatur. Nam ibi clarè dicit tex. quòd in cõtractu emptionis ſuccedit obligatio ad intereſſe propter bonã fidẽ. Nec obſt. quòd ibi text. dicit, tradatur: quia dico quòd illa verba habent reſpectum ad factum nõ ad iuris miniſterium. nam traditionibus nobis dominum acquiritur. l. traditionibus. C. de pactis. & tamen illud intelligitur quando traditio fit à domino qui ad dãdum tenetur. quia ſi à non domino fiat traditio, ſolum transfertur vſucapiendi conditio: vt dictum eſt in §. ſed iſtæ. ſuprà eodem. & in lege clauibus. de contrahenda emptio. ergo dum text. ibi dicit tradatur, ita poteſt verificari in domino tradẽte & ſic in illo qui eſt obligatus ad dãdum, ſicut in illo qui non eſt dominus. Eſt tamen differentia in hoc: quia qui vendidit, ſi dominus eſt, poteſt compelli, vt rem emptoris faciat: ſecus autem ſi non eſt dominus non tenetur rẽ emptoris facere: ſed vtroque modo traditio interuenit: licet ad diuerſum effectum. & ita intelligitur l. cùm manu ſata. ff. de contrahenda emptio. & Angel. in §. pretium. ſuprà de emptio. & venditio. & ea quę no. Iaſ. poſt Bartol. in l. cùm mota. C. de tranſact. vt latiſsimè ſcripſi in dicta leg. cùm manu ſata. Et per hoc habes quòd tex. in dicta l. prima. hic alle. in gloſ. ita poteſt in obligationibus dandi, quemadmodum in obligationibus tradendi verificari. Et ſecundum iſtam opini. bene verificatur quod dicit Ang. in l. fi. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. vel aliter poteſt defendi iſta gloſ. quod procedat re perempta: quia tunc licet regulariter in obligationibus dãdi non ſuccedit obligatio ad intereſſe, tali caſu ſuccedit l. in cõdictiõe. vbi Bar. ff. de condi. fur. l. qui ſeruum. §. fi. ff. de verborum obligationibus. Eſt tamẽ in hoc notabilis differentia circa iſtud intereſſe in obligationibus dandi eo modo vt dixi productum, & in intereſſe in obligationibus reſtituẽdi ſine faciendi ex eo, quia primo caſu condemnatio fit officio iudicis: ſed in obligatione reſtituẽdi fit condemnatio iure actionis in dicta l. in condictione. intelligendo eam in condictione mixta: vt per Ang. in l. ſtipulationes non diuidũtur. ff. de verborum obligationibus. & hoc tenent nouiſsimi mediolanenſes in lege.

quarta. §. Cato. in decimaſexta columna eodem titulo. adde Abb. in capitulo penultimo. colum. penulti. de exceptio. vlterius aduerte ſingulariter circa hoc vltra alios: quia illud intereſſe quod re perempta reſultat in obligationibus dandi, habet vnum alium notabilem effectum, videlicet quòd licet regulariter ea quæ veniunt officio iudicis nõ poſsint per ſententiã peti, niſi deducãtur in principio iudicij. l. iij. C. depoſiti. tamẽ in prędicto intereſſe hoc eſt inductum, vt etiã poſt ſententiam iudex poterit facere condemnationem, & ſic ſupplere. text. eſt notabilis in l. vtique. ff. de rei vendica. quam ad hoc dicit ſingularem Imol.
22 in l. Atheius. §. fi. ff. de aqua pluuia arcen. †In eadem gl. ibi, item in bonæ fidei veniunt ea de quibus nec eſt actum nec cogitatum &c. Iſtam opinionem tenet Iaſon in l. Iulianus. §. qui fundum. in primo notabili. ff. de verb. oblig. & Areti. in l. ſi ſeruum. in principio. colum. prima. ff. de verbo. oblig. ſuper iſta glo. variè loquuntur hic ſcribent. ſed omiſsis ambagibus tu dicas quòd iſtud dictũ gloſſ. debet intelligi circa acceſſoria ipſius rei quę non veniunt in contractibus ſtricti iuris, niſi expreſsè caueatur: vt in l. quia tantundem. ff. de neg. geſt. & l. ratio. §. j. ff. de actio. empt, vel circa connexa. vel illa vbi eſt eadem ratio omnino: per ea quæ dicit Areti. in l. quicquid. circa finem. de ver. oblig. Crederem tamen quòd ſi eſſent acceſſoria neceſſaria ad rem deductã in cõtractu, vel eſſent de natura contractus, quòd tunc etam in contractibus ſtricti iuris venirent. Nam in ſtipulatione dummodo non omittatur forma ſtipulationis, quæ facit, vt ſtipulatio poteſt aliud tacitè venire & ſubintelligi: & ſic erit idem iudicandum de tacito quod de expreſſo. l. triticũ. ff. de verborum obligatio. facit doctrina Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. colum. penultima. de verborum obligationibus. & hoc expreſsè firmant Modern. in lege prima, in principio. in quinta columna. ff. de verborum obligationibus. & eſt quidam Lancelotus galiaula doctor celebris. Et iſto modo dicit ibi intelligendum eſſe dictum Baldi in lege de quibus. in vigeſima columna. verſiculo quinto quæritur. ff. de legibus. facit bene textus. in leg. ſi ſtipulatus fuero. ff. de verborum obligationibus. quem ad hoc põderat Socinus. in lege cùm quid. in quarta columna. ff. ſi certum petatur. & hoc clarius firmat Aretinus in lege quicquid. circa finem. ff. de verborum obligationibus. facit optimè quod idem Aretinus dicit in l. ſi ſeruum. in principio, per illum textum eodem titulo. & quæ dixi ſuprà in principio iſtius tituli. numero quinto. & ita etiam poſſunt intelligi quæ adducuntur hic doctor. de venditione vel ſtipulatione equi: nam veniret ſella & frenũ: licet non eſſet dictum prout dicit hîc Iaſ. per text. notabilem in l. ædiles. l. ſecunda. §. vendendi. ff. de ædil. edic. & tenet idem Iaſ. in repeti. l. de quibus. in penult. col. ff. de legib. quod procedit etiã reſpectu ornamẽtorum ipſius equi: vt dicit Deci. in c. præterea. in vj. col. de offi. deleg. Tamen quò ad ornamẽta ego contrariũ teneo; quia ornamẽta nõ ſunt acceſſoria neceſſaria. nã ſine his equus poterit equitari: & illa parãtur ſecundũ qualitatẽ & affectionẽ ſingularẽ vniuſcuiuſq;: quo caſu attẽdi nõ debẽt. argumẽto. l. prætia. ff. ad l. falcidiam. Et ideò crederem quòd illis non demonſtratis in contractibus ſtricti iuris non veniant: ſecus in contractibus bonæ fidei: at in ſella & fræno licet non demonſtrentur, tacitè veniunt, quia ſine his commodè equitari

equitari non poteſt: argumento. l.ſecundæ.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Sed vbi demonſtrata fuerunt tempore venditionis vel per duos dies ante, tunc ratione demonſtrationis videatur de illis cogitatum in contractibus ſtricti iuris. & ideò veniunt:& ſic debet intelligi dictum doctorum hîc, & Angel. Aretin. qui prius omnia quæ hîc ponit Iaſon, ſcripſit in §.in duplum. in in ſecunda columna, in verſiculo fortiùs dico. ſuprà eodem. vbi ſubdit vnum ſingularius quòd adeò ornamenta demonſtrata veniunt, quòd ſi deteriora traduntur, poſſet emptor agere redhibitoria pro illis ornamentis, quemadmodum pro vitio vel morbo rei. & iſta redhibitio debet fieri infra ſexaginta dies. licet regulariter redhibitoria infra ſex menſes competat. lege cùm ſex.ff.eodem. Imò fortiùs dicit ibi Angelus, quòd propter redhibitionem iſtius acceſſorij ſiue ornamenti poterò etiam ipſum equum, & ſic rem principalem redhibere, dum quòd non ſit vitioſa. & pro hoc dicit eſſe textum mirabilem cum gloſſa in dicta.l.ædiles.in princip. quæ omnia tene menti. aliæ quàmplures differétiæ inter contractus bonæ fidei & ſtric. iur. ponuntur hic
23 per ſcriben.†quarum vna notabilis eſt, videlicet quòd in actionibus bonæ fidei ſi quis reſtituat rem deterioratã nõ liberatur à prima actione. l. iij.§.ſi reddita ff.commoda.& l.prima §. ſi res.ff. depoſit. ſecus eſt in actione ſtricti iuris: quia reddendo rem etiam deterioratam liberatur à prima actione, & agitur actione de dolo vel ad intereſſe.l.eleganter. §. non ſolùm. ff de dolo.cum concordantiis.vt hîc per doctores. Ut audi diligenter: quia reperio quòd quidam doctor Placentinus cuius nomen Ioan.franciſcus burla eſt: is enim prout in cæteris mira dexteritate laudatur ita et in hoc noſtro ciuili iure interpretando ingenium ſubtile, dulce, facile, eruditum præſtat. Ille enim cùm Patauii inter ſtudioſos contendentes circa hoc verba faceret, dicebat me quoq; tunc præſente quòd iſta differétia non videbatur omnino vera ex eo, quia nemini dubium eſt contractũ mutui eſſe ſtricti iuris.& tamen videmus quòd in eo contractu nõ debet res deterior reddi, ſed æquè bona: quia ex natura contractus hoc tacitè actum videtur:& pro hoc competit actio mutui: vt eſt caſus in lege.cùm quid.ff.ſi certum petatur.& ſic eſt ibi caſus quòd reddens rem deteriorem non dicitur liberari à mutuo: ergo falſa eſt communis differentia. niſi dicamus in hoc contractum mutui ſortiri naturam bonæ fidei quod erit inter alia ſingularia mutui connumerandum. quam ſingularitatem idem etiam probat ex alio, quia videmus quod in dicto contractu mutui extimatio quanti plurimi venit à tempore moræ ſicut in contractibus bonæ fidei, prout idem videmus in actione ex teſtamento & aliis pluribus caſibus ſuprà enumeratis. Poſtremò poſt multa addebat hoc eſſe dicendum fortius in contractu mutui in quo de credito oneroſo agitur. nam ſi vbi ex cauſa lucratiua quis creditor eſt, non poteſt compelli ad accipiendam rem de eo genere deteriorem: vt in l. legato generaliter. de legatis j. multo fortiùs in mutuo hoc recipiendum fuit ratione ſupradicta. Contra iſta tamen fortiter vrget doctrina Bartoli in lege exhibitionis. C. ad exhib. dum inter plura capita diſtinctionis illud vt præcipuum ponit, videlicet quòd in obligationibus in quibus debetur genus, ſi ſoluit debitor rem deteriorem non liberatur actione prima. allegat de hoc tex. in terminis in lege qui mihi aut Titio. ff. de ſolutionibus. & ita Bartolum communiter doctor. ſequuntur. ſed tamen ſuper illo textu dicit ſe latiùs dixiſſe in commentariis dictæ legis: cum quid. & diſputando vtranque partem admiſiſſe. & cum iſta opinione ego tranſeo ductus amicitia & dilectione maxima dicti viri, cuius opinionem libuit his noſtris ſcriptis inſerere, vt in perpetuum ſit pignus & fides certa mei erga ſe amoris. Addo ego alias differentias vltra traditas hic per doctores inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris. prima eſt quòd in contractu ſtricti iuris promiſſor tenetur ſtipulatori decepto ex clauſula, dolum malum abeſſe: ſi fuit appoſita in contractu. lege quarta in principio ff. de verborum obligationibus. aliâs agitur actione doli. l.eleganter.§.non ſolùm.de dolo. licet non ſit dictum. dicto §.non ſolùm. iſtam differentiam tradit Iaſ.& communiter alij in l.ſi id quod aurum. in ſecundo notabili. ff. de verborum obligation.

Tamen iſta differentia mihi non ſatisfacit: quia aut loquitur in dolo dante cauſam contractui:& tunc nulla competit actio ex contractu bonæ fidei, cùm ſecundum communem opinionem ſit ipſo iure nullus. aut verò loquitur in dolo incidenti:& iſto caſu glo. noſtra hîc nullam vult eſſe differentiam, & communiter doct. cum ea tranſeunt: aut loquitur de dolo re ipſa & eodem modo nulla videtur differentia per ea quæ tradit Bartol. in l.ſi quis cùm aliter, colum. prima. ff. de de verborũ obligationibus. Secunda differentia colligitur in dicta lege ſi id quod aurum. per Raphaëlẽ Cumanum, Aretin. videlicet quòd in contractibus, ſtricti iuris error in materia vitiat contractum: ſecus in contractu ſtricti iuris. Tamen iſta differentia videtur etiam confundi per textum in l.ſi ſterilis.§.quamuis ff. de actionibus empti.& lege cùm ab eo.§.finali, quę iura ad hoc Iaſon inducit in dicta lege ſi id quod aurum. in tertia columna. Sed tu attendas: quia illi textus nihil faciunt: quia loquũtur quando dolus interuenit & deceptio: ideò vitiat cõtractũ: ſecus verò vbi ſolus error in materia: quia tali caſu contractus emptionis valet. caſus eſt in terminis in l. in venditionibus. circa fin. ff. de contrahend. empt. facit tex. in l. domum. & in lege liberi. eodem ti.

Tertia differentia quòd quãdo procedit conuentio bonæ fidei, ſtipulatio pœnalis non nouat præcedentem: ſecus ſi ſtricti iuris. iſta differentia etiam redditur multum dubia: quia articulus iſte latiſsimus eſt, ſuper quo infinita congerunt Moderniores in lege ita ſtipulatus. vbi poſt Bartolum Alexand. Aretin. in vigeſima tertia columna, & Iaſ. latè diſceptat in decimaſexta colum. ff de verborum obligationibus. ego autem hîc nihil dicam: quia non eſt propria materia: ſcripſi tamen de hoc plenius in lege ſi pacto. C. de pact.

25 †Quarta differentia: quia difficultas expreſſa in contractibus ſtricti iuris vitiat contractum. lege ſecunda §.ſi quis ita. ff. de eo quod certo loco.& in §.loca. ſuprà de verborum obligationibus. ſecus verò eſt in contractu ſtricti iuris:& tunc ipſa adiectio difficultatis vitiatur & non vitiat: vt lege inſulam. §. primo. ff. locati. & ita tenet Bartol. in lege continuus. §. illud ff. de ver-

borum obliga.ſuper quo ibi doctor. diſceptant.

Quinta: quia in contractibus bonæ fidei licet in eis ſit adiectus dies & pœna poteſt purgari mora: vt eſt caſus notabilis in l. Lucius. ff. de actio.empti.tenet Bald. in l.cùm allegas.C.de vſuris. ſecus eſt in contractibus ſtricti iuris:& ratione de qua per Aretinum in lege ſi ſeruum.§.ſequitur.in principio per illum textum ff. de verb. obligationibus.& hoc tenet Alexand. & Iaſon in l.ſi inſulam. in ſeptima & octaua columna. Tamen ego contrarium tenui ſuprà in princi. iſtius textus in alio tamen propoſito. vide ibi. Sexta quia in contractibus ſtricti iuris duobus ex hæredibus contrafacientibus omnes tenentur in ſolidum ad intereſſe:ſed in contractibus bonę fidei agitur mitius, & non tenentur inſolidum: hoc tenet Aretinus in l.quarta §.Cato. in nona colum. ff.de verborum obligationibus. aliæ quamplures differentiæ colligi poſſent, quas curioſus adinueniet. Groſſ.diuidundo.diuiditur in duas partes. prima declarat textum. ſecunda quærit de quæſt, & ſoluit.ſecunda ibi,ſed quid. In prima parte dic vt dixi ſuprà in §. quædam. vbi dico an iſta actio communi diuidundo pro re communi ex cauſa ſocietatis detur. & videtur breuiter concludendum quòd non:quia quælibet actio ſuis terminis debet eſſe contenta, ne promiſcuis actibus iudiciales turbentur actus, argumen. l.repetita.& leg. generaliter.C.de epiſcopis & clericis.& le. finali. C.de aſſeſſor. cùm igitur actio pro ſocio inducta ſit pro ſocietate non debet pro ea dari iſta actio, quæ ſolùm introducta eſt quando res alio modo ſit communis: & ita videtur magis ſolida opinio, quæ ſatis iuſtificatur ex his quæ modern. tradunt in tractatu ſocietatis,in xij.char. In ſecun. parte gloſſæ quæritur an actio fi. regũm. ſit bonæ fid.& gloſſ.concludit quòd non, duplici ratione. prima: quia hic non reperitur expreſſa: ſecunda ratione quia iſta actio eſt magis rigoroſa quàm aliæ duæ hic expreſsè. patet quia in ea poteſt iudex illud quod purè meum eſt, tibi adiudicare: vt in l.ij.§ fin.ff.finium regundor. ſed in aliis communis res non propria adiudicatur: vt infrà de offic.iudic. §.finali.cum iſta ratione gloſſ.communiter doct. tranſeunt:ſolus Ioan.fab.& Areti.hic impugnant iſtam rationem ratione ſatis frigida, de qua hic per eos. Mihi videtur quòd iſta ratio communis nihil valeat: imò potius retorquetur. nã non eſt verum quòd in actione finiũ reg. tantum adiudicetur illud quod purè eſt meũ, & non in aliis duabus actionibus. ex eo quia text.in lege ſecunda & tertia ff.finium regundo. dicit quòd ita demum iudex poterit ex alterius prædio alteri adiudicare, quando commodè id aliter diuidi non poteſt: & tunc pro eo quod ei adiudicatur certa pecunia,condemnandus eſt. ita dicitur in lege ſecunda & tertia. iſtud enim etiam in aliis duobus iudiciis diuiſoriis fiat: nam quando res commodè diuidi non poteſt, vt puta ſeruus vel equus, veſtis vel domus, tota adiudicatur vni, & debet in eo quod plus eſt in pecunia condemnari. text. eſt de hoc in §.quædam.ſuprà eodem.vbi hoc expreſſè notat Aretin. & Iaſon in vltimo notabili. & hoc idem expreſsiùs dicit text.in §.ſi familiæ. & §.eadem.infrà de offi.iudi.præterea quia actio fin.reg.habet maximam conformitatem cum actione communi diuid.ex eo,quia non poteſt habere locum iudicium fini.regund.quãdo termini agrorum ſunt cõfuſi, niſi fiat diuiſio per iudicem ponẽdo metas:& ſic per diuiſionem terminorum cernuntur agri. Si igitur hoc regulare eſt in iſtis tribus iudiciis,non video quare potius contineat rigorem iſtud iudicium finiũ reg. quàm alia hic expreſſa: maximè quia vt dicit Florianus in l. j. in principio ff.finium regund.allegando leg. iiij. cum aliis pluribus C. eodem titulo. actio iſta fin. regund. habet magis latas habenas quàm aliæ. Et ideò concludendum eſt quòd ſit bonæ fidei. Neque obſtat quòd hic non reperiatur expreſſum: nam pleræque aliæ non exprimuntur: vt patet in actione de dote, & aliis de quibus ſuprà dictum eſt: tamen non recedendum eſt à communi, videlicet quòd iſta actio ſit ſtricti iuris non ea ratione de qua hic per gloſſam: quia vt ſuperius vidiſtis nihil valet. ſed ego dico quòd ea ratione dicuntur bonæ fidei actiones hic expreſſæ. videlicet famil.erciſcund.& communi diui. quia inter ſe in pluribus conueniunt: & talis conuenientia eſt multum conformis permutationi: quia diuiſio nihil aliud eſt quàm permutatio. vt dicit glo. in lege prima.C.de iudi.vbi dicit tex. quòd diuiſio quæ fit in iſtis duobus iudiciis famil.erciſcun. & commun.diui. de quibus tantum loquitur illa rubrica, vicem emptionis obtinet. Sic ergo diuiſio habet maximam conformitatem cum contractu permutationis & emptionis: vt etiam declarat Cor. in conſilio. ccxl. præſuppoſitis.in princ. iiij.volumin.& in conſilio.xlij.videtur.& conſil. ccxxviij. quod dictum.eod.libro. ſed contractus emptionis & permutationis ſunt bonę fidei, ergo & illi hac ratione fuerunt enumerati inter contractus bonę fidei. cùm de ſimilibus idem debeat eſſe iudicium. cap tranſlato. & ibi gloſſ. de conſtitutio. nam in habentibus ſymbolum faciliùs fit tranſitus. l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C.de teſt. & §.ſed hodie.ſuprà de adoptioni.& c. inter §.ſicuti.de tranſla.epiſc.ſed iſta conuenientia & ſimilitudo non reperitur in actione fi. reg. & ideò nõ fuit viſum iuriſlatori quòd fuerit bonæ fidei.& propterea titu. C.com. vtriuſque iudi. de duabus tantum actionibus loquitur. l.fa.er.& com.diui.neque ob. quòd in iudicio fi.regund.fit diuiſio: quia illud eſt falſum: nam nulla eſt lex in illo titulo.ff.fi. regund.quæ vtatur hoc verbo: quia iudex in illo iudicio nõ diuidit, ſed dirimit: vt l.ij.& l. ſi irruptione. §. fi. eo. imò iſta videntur eſſe incompatibilia: quia vno iudicio intentato manet aliud: vt in l.iudicium. la. prima. ff. eod.titulo. licet iſtud iudicium cum aliis duobus concordet in aliquo: quia in quolibet eorum quilibet eſt actor & reus. vt in l.iudiciũ.la.j.ff.eo. & in c.ex literis. de probat. cũ aliis vt in l. in tribus.ff.de iudi. Tamẽ quia in pluribus diſcordant propterea non dicuntur inter ſe ſimilitudinẽ habere: vt not.Bal.in l.j.in ij.not.C.de iur.emphy.& in l.curatoris.in j.col.ver.tertia cõcluſio.C. de nego.geſt. Et ideò tanquàm diuerſa fuerũt hic diſtincta. Concludendum eſt igitur iſtam actionem fin. regun. eſſe ſtric. iur. ratione prędicta. & quia hic expreſſa non reperitur. Et ad illud de actione de dote fuit ſuprà reſponſum in alio propoſito: quia iſtud ideò eſt quia actio ex ſtipulatu quæ in loco illius ſubrogata fuit. vt infra §.proaï. non eſt originaliter bonæ fidei, ſed ex priuilegio. & regula iſtius gloſ. intelligitur de actionibus bonæ fidei originariis de natura ſua: nam tunc regula eſt

vera

vera vt illa quòd non reperitur hîc expreſſa;dici-
26 tur ſtricti iuris natura ſua: & ſic non obſtabit.
§.proxi.zene menti. † Gloſ. in verſiculo ex per-
mutatione &c.collige vnum ex princ.iſtius gloſ.
quòd actio præſcriptis verbis quæ naſcitur ex pa-
cto incontinenti appoſito iuxta contractũ ſit ſtri
cti iuris.iſtã concluſionẽ ſequitur Bal. in l.petẽs.
in col.fi. C.de pac. limitatur hoc eſſe verũ ſecun-
dum Are.& Iaſ.poſt alios hîc niſi illud pactũ con
tineret extimationem vel permutationem: quia
tunc illa actio præſcriptis verbis eſſet bonæ fidei,
licet oriretur ex pacto incõtinẽti appoſito ex hoc
propter generalitatẽ iſtius tex.qui vult actionem
præſcriptis verbis in illis duobus caſibus eſſe bo-
næ fidei:nec diſtinguit quomodo:ergo neque nos
diſtinguere neque reſtringere debemus: & quod
dictum eſt de permutatione procedit ſecundum
Iaſ.& Are.hîc quando interuenit ex vtraque par-
te ſpecies:vt quia do equum meum pro tuo:& ita
definit permutationem Ho.& doc.in rubrica ex-
tra eo.& Azo in ſumma:ſecus ſi genus pro genere
vel ſpecies pro genere, vt hîc per eos:quia non eſ-
ſet permutatio,ſed contractus do vt des.quo caſu
actio præſcriptis verbis quæ inde naſcitur,nõ eſ-
ſet bonæ fidei.& iſta eſt communis concluſio quam
vbicunque doc.ſequũtur.& rationem iſtius diffe-
rentiæ ponit Iaſ.in l.ij.in princ.in iij.vol.verſi.ex
his.ff.ſi cert.pet. Sed aduertatis,quòd licet aliàs
opin.iſtorum ſuprà ſequutus fuerim, modo iſta
diſtinctio permutationis de genere ad ſpeciem
non ſatisfacit,neque per conſequens ratio aſsigna
ta per Iaſ.in d.l.ij. & in primis pro iſta opi. quòd
ſiue permutetur genus pro genere,ſiue ſpecies pro
genere,ſiue ſpecies pro ſpecie ſit permutatio, ego
adduco tex.in terminis in l.j.ff.de contrahen.em.
qui non ſolum in ratione ſui, ſed etiam in verbis
hoc manifeſtè probat dum ibi dicitur quòd olim
ideò permutatione homines vtebantur, & vnuſ-
quiſque ſecundum neceſsitatem temporum ac re-
rum inutilibus vtilia permutabat, quoniam ple-
runque euenit:vt quod alteri ſupereſt,alteri deſit:
ita ibi tex.Modo quæro nunquid iſta ratio tex.ita
militet in his quæ in genere conſiſtunt,vt puta in
oleo frumento vino &c.de quibus in l.ij.ff.ſi cer.
pet.quemadmodũ in his quæ in ſpecie,nemo ſanæ
mẽtis inficiabitur:quia ad vitam hominis harum
rerum commercium neceſſarium eſt.& ſic illa ra
tio Iuriſcon.quæ in neceſsitate fundatur,in his re-
bus locum habebit.Secundo põdero vlterius eun
dem tex.quòd propter difficultatem permutatio-
nis:quia non facile concurrebat deſideriũ & vti-
litas permutantiũ,inuenta fuit pecunia numerata
& ſucceſſerunt emptiones.ſed ſic eſt quòd ea quæ
in genere conſiſtunt,poſſunt vendi etiam incerta.
l.ſi iactũ.ff.de act.emp.l.ſi domus. in prin. de leg.
j.glo.in l.ſi à ſubſtituto.§.fi.eo.tit.tenet Are.in §.
ſic itaque.in gl.j. ſuprà eo. & fatẽtur omnes in d.
l.ij.ergo eadẽ poſſunt permutari:cùm ea quæ poſ-
ſunt in permutationem deduci,eadẽ & vendi poſ
ſunt:cùm origo emptionis à permutationibus cœ
pit:vt dicitur in d. l.j. Tertiò vrgentius pondero
eundem tex.dum ex mente Homeri refert exerci-
tum Græcorũ ære ferro hominibuſq; vinum per-
mutaſſe.& idem dicitur in §.pretium.3. de emp.
& ven.& tamen nemini dubiũ eſt,quòd ferrum &
vinum in pondere & menſura conſiſtant & reci-
piant functionẽ in genere ſuo.l.ij.§.mutui.ſi cer.
pet.& ſuprà de obli.quę re contrahuntur.in prin.
ergo contra doc.hîc dicentes quòd genus pro ge-
nere non poteſt permutari:& ita iſtã opi.per tex.
in d.l.j.tenet glo.ſibi cõtrariã in proœ.digeſtorũ.
in fi.in verſi.permutantes. Facit etiam pro iſta
parte generalitas rubricæ. ff.& C.de rerũ permu.
non enim dicit de ſpecierũ permutatione, ex qua
datur intelligi quòd cùm rei appellatio nomẽ ſit
genericum:vt in l.j.ff.ſi cer.pet.quòd permutatio
de genere ad genus fieri poteſt: pro quo videtur
caſus in l.pen.C.de rerum permu.intelligendo il-
lam legem quòd loquatur in permutatione ſecun
dum naturam tituli.vulg.l.Imperator.ff.de in diẽ
27 adiec. † Præterea pro iſta parte contra commu-
nem facit.nam certum eſt quòd quãtitas dicitur
eſſe genus.l.incendium.C.ſi cer.pet.Sed de quan-
titate ad quantitatem poteſt fieri permutatio.l.j.
ff.de re. permu. ibi pretiũ vtriuſq; fieri oportet.
igitur poteſt fieri in genere.& hoc vlterius ſuade-
tur:nã videmus quòd emptor qui tenetur ad pre-
tium,debet pretij dominiũ transferre,& ſic obli-
gatur ad dãdum.l. ex empto.§.j.de actio.emp.l.j.
ff.de rerum permutatione.ratio eſt,quia pretiũ eſt
quantitas & quantitas ſiue pretiũ quòd idẽ eſt,eſt
genus:vt dicit Iaſ.Deci⁹ & alij in l.ij.in fi.ff.ſi cer.
pet. idẽ Iaſ.in l.cùm mora.in j. col. C.de tranſac.
dixi ſuprà in §. ſic itaq;. cùm igitur de natura ge-
neris ſit quòd transferatur dominium,& de natu
ra permutationis ſit quòd transferatur dominiũ:
glo.in l.permutationem.& in l.cùm precibus. C.
de rerum permu.vbi Saly.& in l.j. ff.eo.ergo ma-
gis conuenit permutationi commercium generis
quàm ſpeciei. & cum iſta opi. tranſit etiam And.
Sicul. licet non per iſta motiua in rubrica extrà
eodem.& Pe.gamma. ſolennis doc.bononien. in
trac. permutationis. in v. colum. & quidam alij:
poſſet tamen ab his defendi communis ex qua-
dam diſtinctione quam in alio propoſito ponit
dictus Pe.in præfato trac. in tertia colum. quam
ne ſim longior,omittam. Ex his igitur infertur
quòd cùm permutatio de genere ad genus & de
ſpecie ad genus fieri poteſt,actio quæ ex tali com-
mercio naſcitur, dicatur bonæ fidei contra doct.
hîc.Et de hoc etiam reddi falſa ratio Iaſ. in dicta
l.ſecũda,ſi certum petatur.quia cùm genus tranſ-
fertur ex vtraque parte non video quare etiam
non ſit perfecta mutatio:& aliter eum reprehen-
dit domi.Pet.in dicto tracta. in quinta columna,
vbi etiam in quarta columna,diſputat an ſit con-
tractus nominatus, de quo non inſiſto:quia non
facit ad rem noſtram. † Hinc ſumpta occaſio-
28 ne Iaſ. poſt alios quærit de vna quæſtione quæ
melius cadit in dicta l.iuris gentium.§.quinimo,
vbi per gloſſ. tangitur. & latè per Moder. videli-
cet an actio bonæ fidei informata ex pacto in-
continenti appoſito bonæ fidei ſit ſtricti iuris. &
communis opin.eſt quòd actio bonæ fidei infor-
mata ex pacto incontinenti appoſito nõn mutet
naturam:vt dicatur ſtricti iuris, ſed manet bonæ
fidei. & ratio videtur clara: quia diuerſus eſt or-
tus actionis ex contractu & illius quę naſcitur ex
pacto incontinenti appoſito: nam prima infor-
mata naſcitur ex natura contractus, quæ etiam
ſine cohærentia pacti erat de ſe efficax & ampla:
ſecunda quæ ex præſcriptis verbis naſcitur ex eo,
quia pactum incontinenti dicitur ineſſe. Et pro
hoc faciunt ea quæ dixi ſuprà in vltimo nota-
bili in quæſt.ſimili: & dico latiùs in repetitione
legis lecta.digeſt. ſi certum petatur.circa tertiam
chartam

colligere vnum quod inducam ad optimum propoſitum, videlicet quòd in iſto contractu innominato facio vt des, perſonæ contrahentiũ diſtinguuntur ad inſtar emptionis & vendi. vt dicit hîc Iaſ. poſt Bart. in dicta l. cum mora. & alibi ſæpè. Per iſtud dictum confunditur dictum Bal. quòd à pleriſque approbatur in l. iuris gentium. in prin. in penul. colum. ff. de pact. dum ibi reprobata ratione Bart. aſsignat rationem quare emp. & ven. & cæteri dicuntur contractus nominati: & quatuor aſti de quibus in glo. hîc innominati appellantur. dicit ipſe iſtam eſſe rationem: quia in contractibus nominatis nomina cõtrahentium ſunt diſtincta, vt in emp. & ven. vnus dicitur emptor, alius venditor: in commodato vnus commodans alius commodatarius, & ſic de ſimilibus: quod in innominatis non reperitur. ita dicit ibi Bald. Sed domini contra iſtud dictum Bald. facit quod hîc dicitur per Iaſ. & alios poſt Bar. nam in iſto contractu facio vt des, qui eſt innominatus, ſunt diſtinctæ perſonæ contrahentium ad inſtar emp. & ven. vt exemplificat Bar. in d. l. cum mora. & doc. hîc, vt dixi ſuprà. & tamen attenta ſua ratione deberet dici nominatus: quod eſt falſum: & ideò dicatis quòd alia eſt ratio diuerſitatis iuſtior & planior, quæ talis eſt, quòd ideò illi cõtractus hîc expreſsi dicuntur nominati: quia ius ciuile eos valde dilexit dando illis proprias actiones ab eo nomine dictas: vt patet in emptione, mãdato, pro ſocio & ſimilibus. Innominati verò cõtractus econtra lex ciuilis deſpexit, neque ita dilexit aut in grege nobilium collocauit, ſed voluit eos eſſe mendicos: & ideò propria actione ſiue virtute non inſigniuit ſed voluit eos contentos actionibus præſcriptis verbis & in factum. & hæc etiam dicit text. in l. naquam. ff. de præſcrip. verb. & in l. j. §. item emptio. ff. de re. permu. ibi quòd in his duntaxat receptum eſt quòd nomẽ ſuum habent &c. dum ibi dicitur eos contractus eſſe innominatos quorum appellationes nullæ iure ciuili proditę ſunt: & econtra illos eſſe nominatos quæ nomina habent actiones: & ſic pondera illud verbũ nomen, quod idem eſt quod actio: vt in l. periculum. ff. ſi cer. pet. & hanc rationem videtur ſentire Bal. in l. ij. C. quando lic. ab empt. diſce. licet iſta iura non alleget: & ita etiã per hoc intelligit tex. in l. j. ij. & iij. ff. de præſcrip. verbis. dũ dicunt, dum proprium nomen inuenire non poſſumus, deſcendimus ad eas actiones quæ in factum appellãtur. Vel poteſt dici quòd ideo tales dicũtur nominati. & no. digni: quia vulgo magis in vſu recipiuntur tanquã magis neceſſarij. & ideo lex eos magis altiori loco euexit: eos verò quos vſus non ita recepit, vt ſqualentes ſuo nomine inuſitato variauit.

In eadem gl. & tamẽ nemo dicet condictionem eſſe bonæ fidei. circa iſtam partem gl. vide quæ dixi ſuprà vlt. no. iſtius tex. & licet hîc Iaſ. videatur tranſire cum iſta glo. tamen in l. certi cõdictio. in princ. in ix. col. tenet contrariũ dicens certi condictionẽ quæ datur loco cõtractus bonę fidei eſſe bonæ fidei. non ſtric. iuris. communis tamẽ eſt in contrarium: vt ibi patet. & vide quę ibi dico. In fi. gl. ibi, item quid de actione præſcri. verbis &c. collige ex gl. vnum quòd actio præſcri. verb. quæ datur pro precario dicitur ſtricti iuris: & ratio aſſignatur hîc in glo. quia non reperitur expreſſa in text. noſtro quòd hoc caſu ſit bonæ fidei. cum iſta gl. tranſeunt communiter ſcriben. hîc. Sed audi: quia gloſ. hîc non aduertit ad text. in d. l. ij. §. hoc interdictum. de precario hîc alle. in glo. qui ad literam probat ꝙ ſit bonæ fidei: ad quem nõ video bonum reſponſum. & ratio glo. non releuat: quia licet in iſto text. nõ ſit expreſſa illa actio præſcri. verb. quæ datur pro precario: eſt tamẽ expreſſa in aliã parte iuris, videlicet in d. l. ij. & hoc vlterius cõprobatur: quia doc. omnes volunt, vt dixi ſuprà in j. notabi. poſt Iaſ. quòd omnes contractus qui cum principe celebrantur, ſunt bonæ fidei. & eodem modo dicunt de iure cano. non eſſe differentiam inter cõtractus bonæ fidei & ſtricti iuris, ſed omnes eſſe bonæ fidei. hac ratione, quia æquitate mediãte & de bono & æquo celebrãtur: & tamen illi caſus non ſunt expreſsi in tex. noſtro. igitur ratio iſtius gl. & doc. hîc non eſt vera. præterea illa actio de dote non enumeratur hîc in tex. & tamẽ eſt bonæ fidei. l. ſed & ſi ideo. §. fi. ſo. ma. & eodem modo actio ex teſtamẽto & aliæ plures de quibus dictum eſt ſuprà in diſcurſu iſtius tex. quæ omnes ſunt bonæ fidei licet hîc expreſſę non ſint: ſic ergo concludo ꝙ cõſiderata æquitate iſta actio pręſcri. ver. quæ pro precario datur: licet inter alias bonę fidei cũnumerari: cùm text. in d. l. ij. dicat ex bona fide oriri. ratio illius legis. ij fuit, quia precarium natura ipſa continet æquitatem: vt ibi dicit tex. eſt bonæ fidei & nõ ſtricti iuris: quia actiones ſtricti iuris non continent ęquitatem ſed rigorem: vt ſuprà dixi alle. l. placuit. C. de iudi. nec tex. in d. l. ij. ſolidam cauillationem patitur iudicio meo & iſta ſufficiãt cũ laude Dei pro ſcholaſtica doctrina iſtius. §. & cõſtricta quadam text. & glo. interpretatione. reliqua circa formas libellorum in practica videas hîc per Iaſ. vbi more ſuo longius quàm deceat, & humeri profeſſorum portare poſſint, circa id diuagatur.

SVMMARIA SVPER §. FVERAT.

1 ☞ *Quæ eſt ratio quare actio rei vxoriæ ita olim appellabatur.*

Matrimonium quare potius denominatur à matre quàm à patre. ibidem.

Patres ſunt incerti. ibidem.

2 *Filius magis accepit de matre quàm de patre.*

Actus ab illo denominatur qui plures labores in eo patitur.

3 *Laborantibus magis ſubueniri debet. ibidem.*

Mater in procreatione ſe habet vt radix, filius vt flos. ibidem.

Mater plus dolet de incommodo filij quàm pater. ibidem.

Matris labores in procreandis filiis enumerantur. ibidem.

4 *Priuilegia ſolo nomine data non conſiderantur.*

Mulier ſterilis habet dotis priuilegia. ibidem.

5 *Subrogatus ſapit naturam ſubrogati. ampliatur latè iſta regula & limitatur ibi per duas chartas.*

Ciuitas conſtantinopolitana dicitur communis patria.

Roma quomodo ſit communis patria. ibidem.

Venetiæ hodie eſt communis patria ſicut roma. ibi.

Papa vbi reſidet, ibi Roma. ibidem.

6 Clerici

6 Clerici an gaudeant priuilegio clericorum in patrimonialibus.

Clericus licitè viuit de fructibus beneficij reſeruato patrimonio. ibidem.

7 Abbas commendatitius an dicatur verè abbas.

8 Vicerector an debeat vt rector honorari. & latè numero 13.

Penſio an ſubrogetur loco bonæ fidei. ibidem.

9 Dos an ſubrogetur in locum legitimæ. latè ibidem.

10 Solennitas ſufficit quòd à principio interueniat.

Subrogatus loco fratris ita excludit cōſanguineum ſicut frater. ibidem.

11 Doctor legens an poßit ſubſtituere ſcholarem per ſe, vt legat, in caſu in quo per ſubſtitutum legere poteſt.

Doctoratus quid ſit. ibidem.

12 Declaratur l. item veniunt. §. cùm prædiximus. ff. de peti. hære.

Pœna non comprehenditur ſub diſpoſitione generali. ibidem.

14 Contractus matrimonij an ſit bonæ fidei ſicut actio de dote.

Qui vult conſequens & neceſſarium antecedens. ibidem limitatur numero 15.

Dolus an annullet actus ſpirituales. ibidem.

Differentiæ inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris. ibidem.

16 Actio ex ſtipulatu an ſit bonæ fidei reſpectu mariti.

Qualitas non poteſt ſeparari à ſubiecto. ibidem.

Correlatiua pariter diſponuntur. ibidem.

17 Tex. iſte nouiter ponderatur.

Actio ex ſtipulatu interpoſita per extraneum de reddenda dote an ſit bonæ fidei.

18 Actio ex ſtipulatu fingitur pro dote, ſi non interuenit.

Dictio ſed, & ſi, quid importet. ibidem.

Tacita ſtipulatio & tacita hypotheca paribus paſſibus ambulant. & numero 36.

19 Qualitas quæ eſt in termino relato cenſetur repetita in termino referente.

Actio ex ſtipulatu pro dote competit ad fructus. ibidem.

Lex ad exactionem. C. de dot. promiſ. an ſit hodie ſublata. ibidem.

20 Dos certa an poßit peti actione ex ſtipulatu. & numero 21.

Verbum eſt, quid ſignificat. ibidem.

21 Specialia plura fauore dotis an poßint concurrere.

Lex prima. C. de dotis promiſ. declaratur. ibidem.

22 Actio ex ſtipulatu pro dote an cōpetat ipſi patri.

23 Sipulatio tacita pro dote an ſit ficta, vel præſūpta.

Præſumptio & fictio differunt, ibidem.

Verbum intelligitur cuius ſit naturæ. ibidem.

24 Stipulatio tacita an fingatur ſi maritus vel vxor fuerint muti.

25 Stipulatio tacita an ſit priuilegium datum doti vel mulieri.

Et illud an tranſeat ad extraneum.

Et quid in ceßionario. ibidem.

26 Regula quòd quicquid eſt tranſmißibile, eſt ceßibile, quomodo procedat. ibidem.

Perſona cuius contemplatione aliquid fit, conſideratur. ibidem

27 Mulier in tacita hypotheca præfertur creditoribus habentibus tacitam.

28 Noua pōderatio tex. l. aßiduis. C. qui po. in pig. ha.

Plenum idem eſt quod perfectum. ibidem.

Perfectum quod eſt. ibidem.

29 Regula quod lex ſuum non tuum tollit auxilium, declaratur.

Regula quòd fiſcus & mulier paribus paßibus ambulent, quomodo procedat. ibidem.

L. non puto. ff. de iu. fiſci. quomodo intelligitur. ibidem remißiuè.

30 Hypothecam expreßam habere, eſt habere ius in re, quomodo intelligitur. ibidem.

31 Declaratio l. fi. C. de pac. conuentis.

32 Regula l. cùm quid. quòd taciti & expreßi ſit eadem virtus. limitatur.

33 Laudandi ſunt etiam rem imperfectam facientes.

34 Priuilegium tacitæ hypothecæ an ſoli mulieri competat ita, quòd nō hæredibus extraneis. ibidem. numero 35.

Doc. Bar. in Titia. §. Titia. de leg. ij. redditur dubia. ibidem.

35 Statutum de incarcerando debitorem comprehendit eius hæredem.

36 Quæ differentia ſit inter priuilegium tacitæ hypothecæ & prælationis in perſonalibus.

Defenditur Bart. in l. j. ff. ſoluto matrimonio. ibidē.

37 Dictio ipſe, quid importat.

Dictio ſolus quid importat. ibidem.

38 Procurator & dominus reputatur vna & eadem perſona.

39 Priuilegia dotis an competant donationi propter nuptias.

Dictio tantum an excludat. ibidem.

40 Diſpoſitio l. fin. C. qui po. in pig. ha. an habeat locum in ſponſa.

Lex in rebus. C. de iure deliberandi nouiter declaratur. ibidem.

41 Actio pro dote quando ſit nata.

42 Intellectus magis dubitabilis debet teneri.

Extraneus ex ſua ſtipulatione an poßit repetere dotem conſtante matrimonio propter inopiam viri. ibidem.

43 Conuerſatio mulieris pulchræ tribuit occaſionem delinquendi.

Rarum omne carum, frequens vile. ibidem.

Zelotypia magis regnat inter coniuges quàm alios. ibidem.

44 Adulterium vxoris magis aggrauat maritum quàm amißio bonorum filiorum.

Maritus qui non commouetur de adulterio vxoris, præſumitur leno. ibidem.

45 *Stipulatio ſimplex de dote reddenda & ſoluto matrimonio idem ſunt.*

46 *Actio de dote communis patris & filiæ, quomodo intelligitur.*

47 *Forma non poteſt tranſgredi etiam in melius.*

48 *Pater agens actione communi an dicatur agere ad vtilitatem ſuam vel filiæ.*

49 *Intellectus l.iij.§.ſed vtrum ff.de minoribus.& ibi dominium vtile quotuplex ſit.*

Genitiuus importat dominium,& quomodo.ibidẽ.

50 *Lex j.§.ſi in perpetuum.ff. ſi ager vectig.quomodo intelligitur.*

51 *Opinionum varietas aliquando cogit nos diuinare.*

52 *Priuilegium prælationis an detur patri quãdo agit.*

53 *Qualitas ſufficit quòd à principio interueniat,licet poſtea non duret.*

5 FVERAT. Diuiditur & ſumma-
tur, vt hìc per Iaſ. ſed pro introdu-
ctione materiæ & intelligẽtia iſtius
actionis rei vxoriæ quærit hìc Ioan.
Fab.& poſtea Iaſ. quæ eſt ratio fun-
damẽtalis,quare iſta actio antiquitus fuit nomi-
1 nata rei vxoriæ?† reſpõdet Io Fab.quòd ratio eſt
quia iſta actio tendebat ad repetendam dotem:
quæ eſt proprium patrimonium ipſius vxoris.
vt dicit Iuriſcõſultus in l. iij. §.ſed vtrum in fi.de
minorib.vnde in his quæ tangunt iura nuptia-
rum,fit denominatio à muliere & non à viro:&
ideò dicitur matrimonium non patrimonium:
hęc Faber. Sed Iaſ.hìc dicit quòd iſta ratio quare
dicatur matrimonium non eſt bona: ſed illa eſt
quæ ponitur per textum in c.fi.de conuer. infi.
videlicet,quia mater eſt ante partum oneroſa,in
partu doloroſa & poſt partum laborioſa:propte-
rea matrimonium denominatur potius à matre
quàm à patre. Et ideò dicit ipſe,quòd propterea
dicitur rei vxoriæ actio: quia fuit inuenta pro-
pter vxores ad repetendas earum dotes: licet
fuerit poſtea extenſa ad maritos. Sed aduerten
dum eſt primò,quia iſta conſideratio Iaſon.non
tollit dictum principale Io Fab.quod fuit,quod
ideò dicatur actio rei vxoriæ:quia iſta actio ten
debat ad repetendam dotem ipſius vxoris &c.
& ideò ego dico quòd iſta ratio non eſt bona:
quia etiam illa actio competebat viro ad exigen
dam dotem promiſſam:vt in l.vnica per totum.
C.de rei vxo.act.Et hac ratione non deberet ab
vxore nomen capere.minus ſatisfacit ratio Iaſo.
circa ſecundum dictum Io.Fab.ex eo quia ſi be-
ne conſideratur ratio Iaſ. incidit cum ea Ioã. Fa.
nam Ioannes Fab.dicit quòd ideò dicebatur rei
vxoriæ,quia illa actio principaliter tendebat ad
repetendaa dotes vxorum quæ erant proprium
patrimonium earum: hoc non eſt aliud dicere
quàm quòd inuenta eſt propter vxores: vt dicit
Iaſ.Et dum poſtea ſubdit Iaſ.quòd illa ratio Ioa.
Fab. quare dicatur matrimonium, non eſt vera:
quia illa aſſignatur per d.c.fi.dicatis illam eſſe
veriſſimam quòd in his quæ tangunt iura nuptia-
rum, denominatio fit à matre. quæ autẽ ſit ratio
iſtius rationis generalis hæc ponitur in d.c.fina.
quem Iaſ. alle. Ot audias: quia vnde per verba
& clara iſtius queſtionis intelligentia mihi vide-
tur quòd iſti patres non rectè dicant:nam vult Ia.
vnum quòd à principio iſta actio rei vxoriæ fuit
inducta propter vxores,deinde extenſa ad viros:
hoc nullibi probatur.Et ideò erubeſcimus cùm
ſine lege loquimur. vul. §.conſideremus.in au-
thẽtica de trien.& ſemiſ. Et quia iura omnia quę
de iſta actione loquuntur,viciſſim volunt com-
petere vtrique coniugum,declarando vt per Bal.
nouel.in trac.dotis in ſecunda parte.in vij.colu.
verſi.venio nunc.circa medium.dum allegat l.ij.
ff.de orig.iu.vnde ratio videtur,quòd ideò dica-
tur rei vxoriæ.i.actio quæ datur propter rem v-
xoris:nam datur viro ad exigendum dotem,vxo-
ri,ad repetendam:& ſic à principio competijt v-
trique. Circa illud etiam quod dicunt pręfati
doctores:quare dicatur etiam matrimonium,li-
cet ratio poſita in d.c. ex literis. ſiue ſit perſuaſi-
ua:non tamen eſt concludens & neceſſaria.patet,
quia illa ratio tantum haberet locum in vxore
ſuſcipiente filios & tamen etiam ſi non habeat
dicitur matrimonium: ergo illa non concludit:
neque frontem trabas,ſi ratione euidente iuriſla-
tor reprehendit:nam vbi de bono & æquo agitur,
non diſcernitur villicus à Rege: ar. gloſ.in c.nu-
ptiarum.in verſi.cum enim.xxvij.quæſt.j.dicit in
illo caſu Auguſtinum dormitaſſe:videmus etiam
Iureconſultum aliquando erraſſe:vt in lege iij.§.
neratius.ff.de acquir.poſſeſſ.& in l.Mutius.& ibi
not.ff.pro ſocio.notat Alex.in l.j in v.colum.ff.
ſi cert.pet. & in l.rei iudicatæ.colum.fi.ff.ſo.ma.
quod pulchrè Tertũlia.probat in apologet.c.iiij.
& Aulus gel.li.vj.noc.attica.vbi Alphenum Iu-
reconſultum Seruij Sulpitij diſcipulum de quo
extant infinita reſponſa à vera interpretatio-
ne argenti puri deuiaſſet & manifeſtè videmus
in definitione latæ culpæ quam poſuit in l.latæ.
ff.de ver.ſig. quem reprehendit Bartol.in l.quod
Nerua. in iij. colum.ff.depoſi. quem ibi ſequun-
tur cõmuniter ſcriben.Sic videtur in propoſito
noſtro quòd dato quòd ratio ſupra dicta aſſigne
tur per legiſlatorem in d.c.fi.tamen ex quo illa
non concludit,de his quæ non pertinent ad deci-
ſionem cauſarum, non eſt neceſſariò tenenda,
quando conuincitur defectiua.Vnde iſto puncto
alia poteſt dari ratio magis naturalis, quæ vide-
tur probari in ratione ſui per Iuriſcõſultum in l.
quia ſemper.ff.de in ius voc.ſ quòd ideò à matre
debet dici matrimonium:quia mater ſemper eſt
certa, patres verò incerti,quos tantum veriſimi-
lis quædam coniectura & benigna nominis &
conſuetudinis exiſtimatio patres facit,non rei ve-
ritas occultata: vt in l.miles.§.defuncto.ff.de a-
dulte.iunctis his quæ tradit Pau.de ca.in conſi.
cxv.inci.ſuper primo.colum.fi.li.j. Cor.in conſi.
j.colum.x & ſeq.li.iij. Benedic.capra colum j.&
ij.Andre.ſicu.conſi.lxviij. omnipotẽtem.colum.
ij.& iij. quarto libro.& ideò ex quo in matre nõ
concurrit incertitudo quam partus periculum
& oculorum atteſtatio diluit: ideò tanquam à
certiori ſubiecto ab ea potius matrimonium
2 de nominationẽ ſumpſit.† Adiuuatur iſta ratio:
quia conſonum etiam naturæ eſt quòd matri-
monium à matre ſumat exordium ex eo,quia ſe-
cundum Galenum quem adducit Soci.in cõſi.j.
in j.colum.ver.cum ergo ſit.in j.volu.filius plus
accipit in procreatione à matre quàm à patre:
quia ſperma hominis,vt ipſi aiunt,eſt velut fides
ad citharã:id eſt inſtrumẽtum ad materiã.& hoc
idem fuit de mẽte Philoſophi in primo de gene-
ratione

gatione animalium.& ſic videtur quòd iſta ratio
ſit ſolidior illa poſita per textũ.in d.c.ex literis.
Tamen vlterius cogitanti videtur etiam ratio
poſita in d.c.ex literis.habere colorem iuris & ra
tionis naturalis vltra hoc quod communiter ap-
probetur: vt patet per omnes ſummiſtas in ver-
bo matrimonium.Angelus are.in princ.ſuprà de
pa.po. In primis ego ita probo:quia regula eſt
quòd actus debet denominari ab eo qui maiores
labores patitur,ac qui plus habet incõmodi.ar.
tex.in l.j.ff.de teſt.mili vbi milites nomen habẽt
à malo,& ſic à labore. facit text. in l.nemo C. de
3 offi.mag.off.nam † cõſonum eſt quòd qui magis
laborat magis illi tribuatur.l.j. C.de cõſuli.li.xij.
& in c.miramur.circa fi.vbi bonus text.lxj.di.&
in c.ius militare.j.di.& in c.ſacerdos.j.quæſt.j.cũ
concord.vt per Specu.in ti.de citatione.§.v.ver.
porro.colum.ij. cùm igitur mater in matrimo-
nio & prolis procreatione maiores labores patia-
tur quàm vir: vt ſuprà dictum eſt: vt eſt tex.in l.
aſsiduis.C.qui po.in pig.ha.vt ſtatim ratione pro
habitur:ergo conueniens fuit vt matrimonium à
matre nomen caperet:quoniam ea ſpe contrahi-
tur,vt mater fiat. Et hoc ratione & authoritate
probatur. ratione: quia negari non poteſt quòd
mater in procreatione filij dicatur radix,filius
verò dicitur pomum ſiue flos:vt in c.tunc ſalua-
bitur.xxxiij.queſt.v.& ibi gl.fi.ſi igitur radix eſt,
dicitur totum pondus coniunctionis & matri-
monij ſufferre quod circa prolis procreationem
vertitur:vt habetur in l.j.ff.ſo.ma.præterea ea ra-
tione qua patrimonium dicitur à patre:quia in
eo conſeruando & acquirendo plures labores
patitur:eo modo iuſtum fuit,vt eadem cauſa ma
trimonium dicatur à matre:quia in eo ſuſtinet
pondus & æſtus.& ſic nomina iſta ſunt quodam-
modo diuiſa inter ſocios diuinæ & humanæ do-
mus vt l.j re.amo.aliàs eſſet ſocietas leonina, ſi
totum vni attribuatur:vt.l.ſi non fuerit.§.fi.ff.
pro ſocio.neque cõmune patrimonium diſtingui
poſſet confuſione rei à patre diceretur:& quòd ma
tres plurimum laboris habeant,patet experien
tia ipſa in qua vlteriorem rationem quærere eſ-
ſet peruerſæ cognitionis:vt dicit Bal. in rubrica
ff.ſo.ma.in prin.cum alle.per Iaſ.in l,cùm filio.
in viij.colum.de leg.j.ſcinduntur enim vt partus
edant teſte philoſopho. ix. ethi. dicente quòd la-
borioſior eſt generatio matrum & magis ſciunt
qui ipſarum ſunt filij quàm patres. refert Io.de
neuiza.in tract.ſyluæ nuptialis,fol.iiij.in ij.col.
propterea magis dolent quàm patres de incon
modo filij:vt dicit Philoſophus,& patet Prouer.
x.c.dum dicitur filius ſapiens lætificat patrem:
filius verò ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.& eccl.
vij.c.gemitum matris tuæ non obliuiſcaris. Et
ita pro ratione laboris audi Tobiam. iiij.c.di-
centem,memor enim eſſe debes quæ & quanta
pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo mater
tua. Et ideò magis à filio diligi debet quàm pa-
ter:vt per plura probat Io.Ludo.de monte rega-
li in tract. de veritate contractionis fo. xlvij.in
qua re diui Hier.teſtimoniũ ſuper hoc finẽ faciet:
hic iam paululum pulcherrimorũ ſpectator aſsi-
ſtatis enim in epiſtola vj. iij. partis de honorãdis
parẽtibus de laborib⁹ & prærogatiua matrũ hæc
verba pertulit. ô filij debitã impendite matribus
reuerentiam quæ vobis vteri labore ſeruiẽtes põ
dus veſtri corporis tolerant atque ignotam por-
tantes infantiam famulatum quendam exhibent
naſcituris.illo tempore non ſibi tantum mater e-
ſuriit, nec acceptos ſola digerit cibos, materno
victu alitur & ille qui latet eiuſque membra al-
terius comeſtione paſcuntur:vt homo futurus al-
terius morſibus ſaturetur. quid ipſa memorem
nutrimenta & teneræ infantiæ dulces iniurias
quas nutritoris affectus de ſuis parabolis ſumitur:
quid cibos in matre confectos qui fœmineis ma
nantes ex membris lacteum ſoluũtur in ſuccum,
& inualidas fauces liquido ſapore perfundunt co
gentem natura ſumunt infãtes de matre quod bi
bant, & dente non nãto hoc ſibi currentibus la-
bris eliciunt quod non ſit neceſſe mordere: ſer
uiunt materna poſteris pectora,ſeruiunt ipſis in-
cunabulis manus & terga mẽbris deuota lactan-
tiũ gratos artus accipiunt:optat mater paruulum
creſcere,optat cito videre maiorem:eumq; nume
ris iuuenũ miſcere feſtinat nũquam ſibi fortũtam
ſeruiturum. his tot tãtiſque præcedentibus factis
parentibus matri tota debet alacriter ſeruire:red-
datur naturæ debitum,reddatur & matri quod
debetur & c.Ex quibus omnibus iã in conſpicuo
eſt ratio ſummi pontificis in d. c. ex literis.quæ
tota in laboribus matris fundatur, non carere
ſuffragijs:vt merito matrimonium à matre ea de
cauſa nuncupetur:exigua profectò tanti æſtus &
põderis merces: exhibet illa facta,nos vix libera
verba tribuimus,contra tex.& glo.in c.eccleſias.
4 §.ad hæc.xiij.queſt.j. † videmus enim priuilegia
verbalia derideri:vt de comitibus palatinis & e-
piſcopis abuſiuis nullatenen.dicit Bal in c.j per
illum text.quis dicatur dux vel mar.Iaſon & De-
cius in l.j.in ij.colum.ff.de offi.eius. non igitur
tantum dubitemus, & hoc matri priuilegium tri
buimus ſ vt ab ea potius quàm à patre matrimo
nium nuncupemus, à qua nihil in effectu tribuen
do maiora accipimus: conſtat etenim lege anti
qua Romanorũ,vt Plutar.author eſt,multum ma
tribus fami. tribui, adeò vt à viris locus illis cede
retur:quamobrem veriſimile eſt maritos hoc illis
nomen matri.honoris cauſa tribuiſſe.Et licet ali
quæ ſint quæ hos non perpetiantur labores vitio
ſterilitatis: tamen nihilominus diſpoſitio illius
text.habebit locum:quia cõmuniter illud in plu-
ribus non contingit:& ſufficit quòd illa intentio
ne matrimo.contrahatur, vt partus edat: quod ſi
minimè accidat:illud non officit:dicit Baldus in
l.fina.in princi.C. de ſpon.dum alle.l.aſſiduis.C.
qui po. in pig.ha.& hinc eſt quòd priuilegia do-
tium etiam ſterili competunt: vt Bart. in l.j.co-
lum.penulti.ff.ſo.ma. Et ita in hoc paſſu videtur
5 concludendum. † No.j.ex iſto tex.quòd ſubro
gatum ſapit naturam illius in cuius locum ſubro
gatur:ita cõmuniter iſte tex.ad hoc ſolet allegari:
vt hic dicit Iaſ.ad idem tex.in l,ſi eum.§.qui in-
iuriarum.ff.ſi quis cautio.cum concor. vt ibi per
ſcriben. & aliis quæ in pulchro caſu citat Bal.in
conſi.cxij.quæritur quid intelligantur.colum.ij.
lib.j.& conſi. l. quia verba teſtamenti.in.j.col.in
j.parte.& per Georgi.natam in rep.cle.ſæpè io xv.
colum.de ver.ſig.& iſtam regulam ſequitur etiã
Iaſo.in § itẽ ſeruiani,nu.101.& in §.ſed iſtæ.nu.
xxxix.in §.actionum.nume.xxiiij.ſuprà eo. Am-
pliatur iſta regula vltra docto.primò quòd pro-
cedit etiam in ſubrogatione reſpectu nominis:
nam ſi ſubrogato idem nomen impoſitum fuerit;
idem per omnia reputatur:vt eſt tex.no.l.filiæ.§.
fi.ff.de

ſi. ff. de coodi. & demon. vbi eadem ancilla repu-
ratur, ex quo nomen idem imponitur. quem reat.
dicit non eſſe alibi Soci. ibi. & io ootabili caſu
tradit Deci. in conſi. lxxvij. non leuis. nome. iij. in
ij. parte. & per hoc dicit idem Decios in c. j. in v.
colum. de præben. nouiter impreſsis, quòd ciuitas
Cooſtátinopoltiana dicitur cõmunis partia ſicut
Roma, & eadẽ ciuitas reputatur, ex quo idẽ nomẽ
illi impnſitum fuit. & ex hoc infert vnũ poſt Bal.
in rubrica C. qui accu. in ſi. quòd ſicut forenſes ro
mæ dicentur eſſe de populo illa ratione: quia eſt
cõmuois patria: eodẽ modo & in Cõſtantinopoli.
quod eſt notandum ad declarationẽ & extenſio-
nem tex. & doc. Bar. in l. roma. ff. ad municipa. Et
eodem modo Venetia bodie poteſt dici cõmunis
patria: vt dicit cu. in conſi. laxij. viſis pactis. in ſi.
& ratiooem aſsignat Fulgoſius in cõſi. lxij. ſtante
ſtatuto in ij. colum. Sed tamen iſta illatio mihi
non ſatisfacit: quia licet verum ſit quòd Roma ſit
cõmunis patria propter excellentiam vrbis: iſtud
tameo priuilegium noo reperitur conceſſum al-
teri ciuitati; neque extendi poteſt ex identitate
rationis. c. ſanè. de priuile. vel melius dicas quòd
Roma ideò dicitur cõmunis patria non reſpectu
vrbis, ſed propter reſidentiam imperatoris & nũc
papę: & ideò talis prærogatiua non competit Ro
mæ illis abſentibus: vt tenet Feli. poſt cõmuniter
omnes io c. ſi. in xiiij. colum. in glo. ſi. de fo. com
pe. & iſto reſpectu nemo dicitur forenſis Romæ:
vt dicit Rochus curtius per p'ura adducta per eũ
in c. ſi. in. xxvij. colum. de conſuet. Et hinc vulgo
dici ſolet quòd vbi eſt papa vel imperator ibi
eſt roma & communis patria: vt dicit Inno. in c.
expoſuit. de dilatio. & idem Inno. & Moder. in c.
ego N. de iureiuran. & Bald. in l. j. §. ait prætor.
ff. de poſtu. Abb. in c. dura. de cri. fal. ſic ergo il-
lud quòd ſit cõmunis patria non eſt prærogatiua
vrbis ſed perſonæ. & ideò ſi papa hodie Bononiæ
reſideret, ibi diceretur cõmunis patria, per ſuprà
dicta. pro quo vlterius facit dictũ notabile Bal.
in l. ſed & milites §. ſed & ignominia. ff. de exc.
tu. quòd licet infamis poſſit eſſe procurator. §.
ſi. infrà de exce. tamen dicit ipſe illud nnn habe
re locum in ciuitate romana quæ ibi eſt vbi reſi
det princeps. cùm igitur tale priuilegium commo
nis patriæ propter præſeotiam principis cooceda
tur, non magis in hoc cioitas Conſtantinopolita
na cõſequitur propter nomen Romæ quam aliæ
ciuitates etiam longè inferiores. & ſic ſubrogatio
nnminis tali caſu nihil operabitur: & per hoc
dictum Decij & ſequacium non videtur verum:
& per iſta etiam poterunt declarari ea quæ idem
Deci. dicit in c. meminimus. de appell. regula ta-
men de ſubrogatione nominis, licet in iſto exem
plo dubitabilis reddatur: tamen extra iſtum ca-
ſum eſt in ſe vera. & ideò de iure antiquo filijs no
mina pareotum ſuorum imponebantur: quia cen
ſebantur quodammodo ſubrogati in locum parẽ
tum quorum perſona eadem cenſebatur: vt pro-
bat tex. in ca. olim iuſſus. viij. queſt. j. & l. cum fi-
lius. §. pater. ff. de le. ij & tex. ſingularis in l. vxorẽ.
ff. de ma. teſta. qui probat voum, quòd ſi poſthu-
mus vocetur eo nomine quo pater, præſumitur
ex hoc eius filius, quod dicit non eſſe alibi Bal.
in c. tuam. io ij. colum. de or. cog. nam talis ſubrõ
gatio arguit identitatem. vt dicit tex. in d. l. filiæ.
§. ſi. iuncta. l. ſciẽdum. ff de legatio. Secunda re-
gula tex. noſtri ampliatur habere locum in vlti-
mis voluntatibus & actibus pijs etiam reſpectu
pœnæ. exemplum, vt ſi teſtator dedit formam di-
ſtributioni legatorum piorum. ſ. vt fiat cum con-
ſilio prioris fratrum prædicatorum, & executor
deceſſerit vel negligeos fuit intra annũ, qoo caſu
eius loco ſucceſſit epiſcopus, iuxta ea quę notátur
in c. tua nobis. de teſt. talis epiſcopus ex quo cen-
ſetur ſubrogatus, tenebitur prioris cõſilium adhi
bere: aliàs non valebit diſtributio. ita dicit nota-
biliter Bal. in l. ſi puellam. io finalibus verbis. C.
ſi man. ita fue. alie. vt ma. quod putat Bal. memo-
ria dignom. Et multum commendat Feli. vbi hoc
dictum multis ſimilibus ornat, in c. cùm acceſsiſ-
ſent. in vij. colum. verſi. ex hoc dicto. de conſti. &
in c. cùm dilecta. in xvj. colum. verſi. amplia. vij.
de reſcrip. & prius Alexan. in l. j. §. hæc actio. in a-
poſtil. ad Bar ff. ſi quis teſt. li. eſſe iuſ. fue. Et per i-
ſta limitantur & declarantur plura dicta quæ cõ-
gerit Decius in l. factum ſuum. §. in pœnalibus. ff.
6 de re. iu. † Tertio per regulam iſtius text. dicit
Feli. io c. eccleſia ſanctæ mariæ. in v. col. verſic. &
retenta. de conſti. quòd clerici in bonis patrimo
nialibus non gaudeant priuilegijs clericorum, ni
ſi io caſibus à iure expreſſis: vt tenent omnes in
c. ſi diligenti. de fo. comp. cum ſimilibus. tamen
illa regula nõ habet locum, quando clericus fuiſ-
ſet ordinatus ad titulum patrimonij: quia tuoc
patrimonium cenſetur ſubrogatũ in locum be-
neficij: & per conſequens ſapit naturam eius &c.
vt in text. h. d. Sed iſtud dictum non videtur ſi-
ne dubio: quia iſta ſubrogatio matrimonij ooo
reperitur in iure quòd ſit in locum bonorum ec-
cleſiæ, ſed potiùs ad exoneraodum epiſcopum ab
obligatione qui ordioatis teoetur dare vnde vi-
uant: vt io c. accepimus. de ęta. & qua. & hoc pro-
bat tex. in cap. epiſcopus. in illa exceptiua niſi, de
præbend. & licet Decius vtrobique contrarium
teneat, non tameo ad iſtam rationem reſpondet:
dicit enim quòd aliàs illa intitulatio nihil opera-
retur: ſed ad hoc reſpoodet Abb. in capitulo tuis.
de præbend. quòd ſatis operatur ex quo per illam
ſatisfit iuri. Nec obſt. quòd Decius replicat coo-
tra Abb. quòd eodem modo ſatisfieret iuri, ſi or-
dinarius haberet vnde viueret, licet non fuiſſet
ad titulum patrimonij ordinatus: quia hoc eſt
falſum: quia habens patrimoniũ nihilominus pe-
tere poteſt ab epiſcopo, vt ſibi beneficiũ tribuat
vnde viuat: ex quo nemo tenetur ſuis ſtipendiis
militare. c. cùm ex officij. de præſcript. & qui al-
tari ſeruit, debet de altari viuere. c. cùm ſecũdum.
de præbend. & ideò babens patrimonium ſi ad il-
lud non eſt ordinatus, licitè poteſt reſeruato pa-
trimonio de fructibus beneficij viuere: vt tex. et
Abb. & ibi latè And. ſicu. in c. poſtulaſti. de reſcri.
Felin. in c. ad audientiam. in prin. de præſcript. &
idem And. ſico. in trac. de præſtan. cardi. in vj. q.
7 principali. ij. partis. † Quarto per iſtã regulam
dicit Andr. ſicul. in conſil. ij. inci. ſapienter col. ſi.
in ſecũdo vol. quòd commẽdatarius abbatiæ cen-
ſetur verè Abb. ea quo in locũ illius ſubrogatur.
& ideò refert ꝙ diſpoſitio. c. quoniam Abb. extrà
de offic. dele. habebit locũ in commẽdatario. Ad-
de pro iſta opi bene facere quæ dicit Abb in cap.
cùm illorum. in gl. per Abb. de ſen. exc. vbi vult
ꝙ idẽ iudicatur de præpoſito loco Abb. quod de
ipſo Abbate. Tamẽ iſtud dictũ mihi videtur do
bitabile ex eo, quia iſta regula quòd ſubrogatus
ſapiat naturam ſubrogati intelligitur ſecundum

omnes quò ad naturam primordialem,per l.item
veniunt.§.cùm prædiximus.ff.de pe.hære.cum ſi.
vt infrà ſuo loco dicetur:ſed cõmendatarius non
ſapit naturã primordialem:ergo non eſt vera ſu-
brogatio neque erit verus Abb. quòd ita ſit pro-
batur aperta ratione:primò, quia verus Abb. ha-
bet titulum:nam per legitimã electionẽ creatur:
vt in c.cùm ad noſtram.cum c.ſequẽ.de elec.& c.
nullus.eo.ti.li.vj. & ille dicitur verè prælatus:vt
in c.ij.de iudi.& ibi no.Deci.in ij. no. Itẽ dicitur
ſponſus eccleſiæ,ſicut epiſcopus: vt tradit Inn.in
c.quia propter.in prin.de elec. ſequitur Bart.in l.
ſi ita quis §.is cui. in fi.ff.de le.ij. & facit fructus
ſuos:vt in c.præſenti.de offi.ord.li.vj. & omnia i-
ſta dicuntur neceſſaria requiſita & de natura pri-
mordiali talis dignitatis: ſed in commendatario
illa non cõcurrũt:quia non eſt prælatus:vt tenet
gl.communiter approbata in c. nemo deinceps.
in verſi.commẽdare.de elec.li.vj. item non facit
fructus ſuos talis commendatarius:vt ibidem di-
cit glo.cùm non dicatur prælatus:& tenet Inno.
in c.dudũ.ſecundo.de elec.ſed cuſtos vel ſimplex
miniſter dicitur: vt latè probat Ang. in conſilio
xxxv.inci.quidam nobilis.quem ſequitur Alex.in
l.Lucius.in apoſtil. ad Bart.ff.depoſi. & latiſsimè
reaſſumit Roma.in conſil.cccl.in caſu propoſitæ
conſultationis.per totum.vbi videas.patet igitur
quòd illud dictũ Andreæ.ſicu.non eſt verum:nam
licet commẽdatarius ſurrogetur:in locũ prælati,
non tamen per eãdem viam per quã naſcitur di-
gnitas principalis, ſed de iure ſpeciali: quo caſu
non debet cenſeri idẽ cum primo:vt tradit nota-
biliter Feli.in c.cum olim.in iij. col. ver. ad x. q.
de ma.& obe.Et per hoc infertur quòd diſpoſitio
d.c.quoniam Abb.de offi. deleg.non habebit lo-
cum in cõmendatario, cũ tex. ibi de abbate ſim-
pliciter loquatur, & ſic de vero & proprio non
de accidentali:ar.c.pe.de ſen.excom.& l. j.§. hoc
interdictum.& ibi Bart. ff.de fonte. neque etiam
ob.dictum Abb.in d.c.cùm illorum.quia licet il-
lud dictum magis clarè per ipſum approbetur:ta-
men non procedit niſi quò ad præeminentiam
præpoſiti certo caſu: non autem generaliter per
viam ſurrogationis:vt patet ex adductis per Bal.
8 qui contrarium in propoſito † tenet in conſilio
cccxxxv. incip. Archidiacon.in iij.parte.& ideò
dicit idem Bal.in l.ſed & ſi.§.prætor ait. in verb.
ſemper. quòd licet vicarius epiſcopi repræſentet
illius perſonam: non tamen debet honorari ſicut
epiſcopus.& per iſta iuſtificãtur ea quæ dicit De-
cius in c.ſanè.de offi.deleg. circa dictum Bartoli
ic l.filius. ff.de legatio. qui volebat quòd vicere-
ctor debet vt rector honorari. de quo dicto di-
ſtinguit Io.bap.de ſancto ſeuerino in rep. l.diem
functo.in xliiij. q. ff. de offi.aſſeſſo. Ex iſtis igitur
habes declarationẽ ad regulam text. noſtri quòd
ſurrogatus ita demũ ſapit naturam ilius in cuius
locum ſurrogatur,quãdo omnes qualitates dedu-
ctæ ſunt in ſurrogatione per eandem viam com-
munẽ: ſecus ſi per viam ſpecialem:per doc.& ex-
empla Feli.in d.c.cùm olim. & per hoc etiã con-
funduntur dicta eiuſdem Felin.in c.cùm olim. in
pe.col.ver. quo autem nomine. extra de teſti.vbi
per iſtam regulam volebat quòd quando per ne-
gligentiam prelati alius agit,debet agere nomine
eccleſiæ ſicut prælatus. nam ſupra dicta faciunt
in contrarium dictum Bartol.in l.j:C. de bo.ma.
quem ipſe alleg. pro ſe.Et per hoc etiam confun-
ditur dictum Andr.ſicul.in c.ad audiẽtiam. el.ij.
de reſcri. vbi per regulam iſtius text. dicit quòd
appellatione beneficij venit pẽſio propriè & ſtri-
ctè.nã illud eſt falſum,cùm non ſurrogetur pen-
ſio in locum beneficij per eandẽ viã.nam habens
beneficium tenetur ad officium diuinum:ſecus
in habente penſionem:vt tradit Io.bap.de ſancto
ſeuer.in trac. penſionum, non impreſſo, in xij.q.
vbi alias differẽtias ponit. & in ſpecie illud dictũ
Andr.ſicul. reprehendit Io. de ſelua in trac.bene
ficiorũ in iij.q.primæ partis poſt Fel.in d.c.ad au-
dientiam.in prin. Quintò, per iſtam regulã di-
cunt quidam nouiſ.non incelebres,videlicet qui-
dam Io.le ciſier,pariſien.in nouo trac. de primo-
genitur.q.xxiiij.fo.xxxvij. in iiij.col. quòd hodie
omnes clerici vti poſſunt iure primogeni. moue-
tur iſta ratione:quia de iure diuino veteris teſta-
menti omnis primogenitus ex mandato dei effi-
ciebatur ſacerdos: vt patet exod.xiij.xxij. xxiij.c.
in quorum locum hodie presbyteri noſtri ſucceſ-
ſerũt.vt patet in c.cleros. §.presbyter.xxj.di.cùm
igitur iſti ſunt in locũ ſacerdotum veteris teſta
menti ſubrogati, ergo debent habere naturam il-
lorum in quorum loco fuerunt ſubrogati per re-
gulã iſtius text.ſed illi habebãt ius primogenitu-
ræ:ergo & iſti.ita dicit præfatus doct.& ſi eius di-
ctum eſt verum, eſt maximi momenti propter
ſtatuta plura & diſpoſitiones terrarum quibus
cauetur quòd ſtantibus pluribus filiis primoge-
nitus ſuccedat: & ita communiter obſeruatur
in regnis ne domus regalis per plures extenuetur
& minuatur ſceptrum. Tamẽ mihi iſtud dictum
nullo pacto videtur verum ex eo,quia illud ius
primogenituræ quod antiquis ſacerdotibus & le-
uitis veteris teſtamenti competebat,non ideò il-
lis concedebatur,quia ſacerdotes.ſed quia primò
nati:& ſic ex eo quia primus vuluam matris ape-
riebat,& illud domino offerebatur:ſic ergo illud
priuilegium ſiue prærogatiua ratione natiuitatis
competebat quæ fortior reddebatur per aſſum-
ptionem ſacerdotij.per hoc tamen ſi ſacerdotium
non erat, non deſinebat prærogatiua primogeni.
quæ ex natiuitate competebat:vt patet gene.xxv.
& xliij.c.& exo.xij.c. & tradunt omnes doc. in c.
licet.per text.in fine. extra de voto. & in c.quàm
periculoſum. vij. q.j. & tradit Pet.de anchar.in
conſil.lxxxiiij. col.fi.& latiùs per Oldr. conſilio.
ccxxiiij.iſtæ ſunt allegationes. per totũ. per Bal.
in l.cum antiquioribus.in v.col. C.de iu.deli.per
Alexan.& alios in l.is poteſt.ff.de acqui.hære. &
per doc.in c.grandi.de ſup.neg.præla.li.vj.cõclu-
do ergo quòd cum primoge. ex priori natiuitate
competat,quòd clerici noſtri tẽporis ita demum
illo potientur,ſi primò nati fuerint:nec ob.quòd
fuerunt ſubrogati in locum ſacerdotũ veteris te-
ſtamẽti:quia reſpõdetur eſſe verum quò ad mini-
ſterium diuinorum, non autẽ quò ad ius primo-
genituræ,quod eſt ex natura primordiali:& ideò
clerici hodierni ſi primò nati ſunt, non poſſunt
dici ſubrogati quò ad iſtud ius:quia regula textus
noſtri quò ad hoc,vt procedat,debet in ſubroga-
tione concurrere natura primordialis, vt ſtatim
dicetur. quæ ſi concurrat, habebit locum ſubro-
gatio.ſuper quo tamen cogitabis. Sextò per iſtã
regulam arguit Calca.in conſi.xj.inci. quod non
præſumatur.in ix.col. nu.xv. dicit quod ſicut po-
teſt peti ſupplemẽtũ legitimæ ſi minus legitima
relinquatur, ita poteſt fieri ſuppletio dotis,ſi mi-
nor ſit data.

not ſit data. ratione mouetur:quia duos ſubroga-
tur in locum legitimæ,vt ibi latè probat:ergo ſu-
rogatus debet habere naturam illius in cuius lo-
cum ſubrogatur. & hoc idem tenet Fauianus de
monte in repet.authen.nouiſsima. fol.viij.in iiij.
col. Tamen aduerte quòd iſtud dictum videtur
dubitabile ex eo, quia videmus ꝙ per actū poteſt
præiudicari doti:nam pater dotādo filiam poteſt
incontinenti paciſci ſine pacto conſentiēte filia,
ſiue per ſtipulationem dotem ſibi reddi ſolu.mat.
& non filiæ, & ſic poteſt illi præiudicare:vt in l.
quoties.ff.ſol.mat.tradit Bar.in l.poſt dotem. eo.
tit.facit l.vxorem.§.teſtamento. ff de leg.iij. & l.
fi.C.de do.promiſ. Secus autem in legitima:quia
ſiue filia conſentiat ſiue non,nullum pactum va-
let in legitima:vt in l.ſi quādo.§.illud.C.de inof-
fi.teſt. & tamen ſi dos fuiſſet ſubrogata in locum
legitimę,idem dicendū eſſet in dote quod in legi-
tima.alia differentia poteſt colligi ex dictis Bald.
in l.fina.C.de dot.promiſ.præterea quia videmus
quòd de legitima non poteſt detrahi falcidia.l.
ſcimus.C.de inoffi.teſta.ſecus tamen de dote. l.ij.
§.idem quærit.ff.de dote pręleg.tenet gl.in l.tali.
in prin.ff.de.iur.do. præter ea habens legitimam
non habet amplius regreſſum ad bona paterna.l.
quoniam.& d.l.ſcimus.C.de inoff.teſta. quia illa
eſt pars ſibi debita iure naturæ,qua contenta eſſe
debet : & ideò amplius non auditur.l.ſi mater.ff.
de inoffi.teſt. & tamen filia habens dotem habet
regreſſum ad bona paterna, non obſt.quod feciſ-
ſet pactum de non habendo:vt in l.pactum quod
dotali.C.de colla.item legitima debetur filiis iu-
re naturæ.c.Rainaldus.de teſt. ad quā præſtandā
pater cogitur iure actionis:aliàs rumpitur teſta-
mentū:& tamen pro dote pater non tenetur iure
actionis,ſed officio iudicis.l.qoi liberos.ff. de rit.
nup.tenet Bar.in l.obligamur.§. lege.ff. de act.&
oblig.item videmus quòd pater filiæ naturali te-
netur relinquere partem iure naturæ quæ cōmu-
nis eſt omnibus filiis.authē.licet.C.de nat.lib. &
tamen dotare filiam naturalem non tenetur:vt l.
vxorem.§.pater naturalis.de leg.ij.item legitima
in vita patris peti non poteſt. l. Papinianus ff.de
inoffi.teſta.firmat Lau. de pala.in tract.quod ex-
tantibus maſco.in v.col.ſecus tamen eſt io dote:
vt ibi per eum.plures aliæ differentiæ poſſeot ex-
cogitari quas breuitatis cauſa omitto.niſi ad pri-
mum dicamus quòd tali caſu modicum fiat pręiu
dicium filiæ in dote ex tali pacto,cùm poſsit ſibi
ſubueniri per remedium.l.ſi.C.commu.vtriuſque
iud.Et pater vel hæredes eius tenentur eam redo-
tare,iuxta authen.ſed quamuis.C.de rei vx.actio.
Sed boc non valet : quia per mortem filiæ in hoc
ſibi præiudicium faceret : quia ſaltem liberè non
poſſet diſponere de dote : quod multū coōſidera-
tur:vt tenet Bar.in l. ij.in prin.io iij.colū.verſic.
ij. oppo. ff.ſo.mat.dum alle.tex.in l.fin. ff.de vſu.
& ha.& §.præterea.infrà iſto titu. vel dicas quòd
licet inter legitimā & dotem ſit aliqoa differen-
tia,exquo tamē in pluribus aliis concordāt. non
impeditur regula,quòd ſubrogatus ſapiat naturā
illius in cuius locum ſubrogatur : ita in terminis
noſtris de dote & legitima reſpondet Paul.de ca.
in alio tamen caſu, in conſil.lxxiij.inci.licet iſta
domina.col.fi.in j.li.quod errore eſt repetitum in
eo.vol.conſil.cclxv.Tamen ego dubito an plures
ſint caſus in quibus concordent dos & legitima
quàm in quibus probatum eſt diſcordare:& ideò
cogita. Septimò per iſtam regulam dicit Soc.in
conſi.cxij.inci. multum abundè.in penul. col in
ij.vol.quòd ſtāte ſtatuto quòd contractus mino-
rum non valeat,niſi fiat in pręſentia & cum con-
ſenſu conſaoguineorum,ſi per minorē conſtitua-
tur procurator cum dicta ſolennitate ille procu-
rator debebit omnia obſeruare quæ ipſe minor
tenebatur , ex quo cenſetur ſubrogatus in locum
illius.ita dicit ibi Soci. & ſuper hoc dicit conſu-
luiſſe genitorem ſuum.& iſtud idem dictum ante
ipſos pro notabili cōmendat Ioan.bap.de ſancto
Seueri.in rep.l.cunctos populos.fo.xiiij.in ij.col.
& in authē.ſacramēta puberū. C.ſi aduer. ven.&
Aret. in l.mutum.in vlt.col.ff.de acquir. hære.&
Hipp.de marſi.in rep.rub. C.de probat.col. lxxj.
Sed contra iſtud dictū facit dictū Bal.per illum
tex.in l.ſi pupillorum.§.j.ff de re.eorum.vbi dicit
quòd ſi eccleſia obligauit prædiū cuidā creditori
cum decreto epiſcopi , ſi creditor poſtea vendat
ſine illa ſolennitate, valet & tenet actus:quia ſuf-
ficit per illum tex. quòd à principio interuenerit
ſolennitas. Ad idem facit dictum Bar.in authen.
hoc ius porrectum. col.fi. verſi. quæro pone.vbi
alle.d.l.ſi pupillorum.§.j.ſequitur And. ſicu.in c.
nulli.col. pe. de re.ec. non alie.& in terminis eſt
deciſio Are.in contrarium in §.hæres quoque.ſu-
prà de obli. quæ ex quaſi contract. rationibus de
quibus ibi per eū:& plura adducit Iaſ.pro & con
tra in l.j §.item acquirimus.in j & ij.col.ff.de ac-
qui.poſ.poſt Soci. ex quibus patet quòd iſte arti-
culus eſſet diſputabilis : ſed quātū attinet ad pro-
poſitum noſtrum.prima opi.eſt cōmunis. Octa-
uò,per iſtam regulam dicit Iaſ.poſt Are.in l.poſ-
ſideri.j.col.nu.xj.ff. de acqui.poſſ. quòd ſicut cre-
ditor ex forma ſtatuti poteſt facere capi perſona-
liter debitorē,ita etiam poteſt facere ceſsionarius
qui eſt vtilis dominus : quia tali caſu vtile domi-
nium ſubrogatur loco directi. vt declarat Bal. in
l.per diuerſas.in x.q.C.man.& alleg.pro hoc tex.
in §.reliquum.ver.vnde conſequens.in authen.de
hære quæ ab inteſt.vbi in materia correctoria fi-
lius fratris,qui ſubrogatur loco fratris ita exclu-
dit fratrē cōſanguineum ſicut excludit frater.&
prætermiſsis multis aliis deciſionibus quas infe-
rius remiſsiuè cōplectar, vná inter alias nō duxi
omittēdā,de qua facit hîc mentionē Iaſ.videlicet
quòd ſtante iſta regula ꝙ ſubrogatus recipit oēs
cōditiones & qualitates ſubrogantis, ex hoc deci
ſio Bal.in l.parabolani. C.de,epi.& cle.& Bar.in
l.j.C.de prin.agē.in re.li. xij. redditur firmior,dū
volūt per iſtā rationē quòd doc.deſtinatus ad le-
gendū non poterit ſubſtituere,eo caſu quo poſsit
11 ſcholarē,licet doctum:† ſed aliū doct.ex eo, quia
in ſcholari non poterit verificari ſubrogatio ſiue
ſubſtitutio.& iſtud dictū Bal.ſequitur And.ſic.in
c.ſi.§.his autē.de offi.dele.& Feli.in c.j.ver. & ad-
uerte.de ſum.tri.Hip.in rep.rubr.C.de probat.&
Moder.in trac.de doctori.in iiij.parte.q.j.& Ioā.
bap.de ſancto Seue.in trac.de debitori.fug.in iiij.
prin.q.& alij,plures, quos breuitatis gratia omit
to. Tamen mihi videtur quòd iſta deciſio nō ſit
tuta præſupponendo prius vnū,quòd gradus do-
ctoratus eſt quędā prærogatiua ſiue authorizatio
vel declaratio qua quis dignus & doctus reputa-
tur:ita dicit gl.in ver.ſequētes.in cle.ij.de magiſt.
Et ſic gradus doctoratus in docto & perito ho-
mine eſt quoddā accidēs : vt probatur ex not.per
Bal.in proœ. Digeſtorū. & in l.iudices.vbi Bart.

C.de dig.lib.xij.nam gradus ille dicitur quædam nobilitas:vt dicit Alexan.in addi.ad Bar.in l.j.C. de dig.li.xij.& Bar.bologni.in repe.authen.habita.C.ne fi.pro pa.in xj.colum.vbi hoc latiùs probat.& Bonus de cur.in tract.nobilitatis, in tertia parte nu.lxv. Sed nobilitas eſt quoddam accidẽs quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ vt in c. primo. & ibi gl.in verbo ingenuus. extra de purg.cano. & in c.ſcripſi.& ibi glo. xxvij.q.ij. & habetur in d.l.j. & latè probãt.d.Mod.in tract. nobilitatis,quod etiã vlterius ſuadetur : quia doctoratus eſt quædam dignitas : vt in c. quantò.de magiſt.tenet Alex. in conſi.xv. col.fin. in primo vol.ſed dignitas eſt accidens & quædã prærogatiua quæ extrinſecus accedit:vt tradit Abb. in c.de multa.de præbẽ.& in c.cùm acceſsiſſent. de conſtit.igitur &c. hoc igitur præſuppoſito dico tibi, quòd ſi doctor legẽs qui aliàs poteſt per ſubſtitutum legere , ſubſtituat ſcholarẽ doctum quòd talis ſubrogatio valebit : nam licet non ſit doctor, illud non cõſideratur:quia ex quo ille gradus eſt accidẽtalis:vt ſuprà probatum eſt , talis ſubrogatus non debet ſapere naturam accidentalem, ſed primordialem.ſecundum communẽ opi. per glo. in l.certi cõdictio.in prin.ſi cer. pe. vt dicetur inferius.ſed natura primordialis in doctore eſt doctrina, & ſcientia quæ cõſiſtunt in animo,nõ gradus:ergo ſi illa cõcurrit in ſcholari, ſatisfactũ eſt ſubrogationi: & ſic iſta regula retorquetur cõtra Bal.Iaſ.& ſequaces.ſuadetur hoc per dictũ Abba. in c.cauſam quæ.in pe.col.de iudi.vbi dicit quòd ipſe dum erat ſcholaris, legit tãquam ſubſtitutus à doctore ſuo.& ſic pro expedito tenet Ab. quòd hoc fieri poſsit vbi induſtria & interpretandi peritia in ſcholari concurrẽt, etiam pro iſta opi.facit glo.iuncto tex.in l.quiſquis C.de epiſ. & cler. Tamen non recedendum eſt à cõmuni opi.quam vltra prædicta tenet Alex.in l.ſtipulationes commodiſsimè in princ.de verb.obl.& in l.j.§.hæc actio.in apoſtil.ad Barto.ff.ſi quis teſta.lib.iuſ.fue. Corſetus in notabilibus ſuis notabili. cccxxv. in verbo ſubſtitutus.And.ſic.in proœ.cle.in ix.char. & Io.ba de ſancto ſeuerino in rep.l.diem functo. in xliiij q.ff de offi.aſſe.& Areti. in l.nemo.in iij. col.ff.de duo.re.vbi hoc per authoritates probãt. faciunt ea quæ tradit Felin.in c.cùm acceſsiſſent. in vij col.de conſti. cũ ſi Nõ obſt.quòd doctrina & ſcientia dicitur de natura primordiali : quia hoc eſt falſum,ſed eſt de accidentali & extrinſeca qualitate:vt gl. magiſtra communiter approbata in c.ſi fortè.in verſi.ſcientiæ.de electio.lib.ſexto. quam ſequitur Feli.in c.propoſuiſti. in iij. col.de proba.& in c.fi.in ij.colum.& ibi latè Bal.de præſump.neque ob.dictum Abb.quia illud poteſt intelligi pro paucis diebus:vt tenet Io.bap.de ſanc. ſeue.in d.trac.de debi.fugi. in iij.q.in fi. vel quod hoc factum fuerit propter eminentem viri ſcientiam propter quam regulæ iuris tranſgrediuntur: vt dicit Bal.in l.ſed & reprobari.§.ſi enim.per illum tex.ff.de excu.tu.Et per hoc dicit And.ſic.in c.cùm vigeſimum.in vij.col.de off.dele.quod dominus Io.de Imo.præceptor ſuus fuit admiſſus ad legendum ius canonicũ de mane in ciuitate Bononiẽ.non obſt. quòd ibi ſit ſtatutum quòd nullus forenſis poſsit ibi regere cathedrã de mane:& hoc idem repetit Barb.in proœ.clem.in nono & decimo fo.per totum ſecũdum impreſsionẽ paruam.& in trac.de præſtan. car.in j. q.j.partis col. xv.& alibi ſæpè conclu. per iſtam regulam.dicit Are.in l.ſciendum.in vj.col.ff.de verb.obl. quòd quando cõtractus innominatus ſubrogatur loco contractus nominati,non habet locum in eo pœnitentia ſicut in contractu nominato.alleg. inter alia text. in l.j.C.de rerum permuta. & ibi Bald. Tamen circa iſtud dictum multum diſceptãt ibi nouiſsimi taurinen. videlicet quidam Claudius de aquis vbi fere per vnam integram colum. hoc diſcutit. ſed ſatis eſt quòd dictum Aret.eſt magis commune. Alias plures deciſiones pro ornamento iſtius regulæ reducerem, niſi me iam vinci in hoc exiſtimarem : ne plura præter inſtitutũ congererem:& ideò plures alias quæ hic extendi poſſent,remiſsiuè complectar:videas igitur ad iſtam regulam vltra prædicta aliam deciſionem notabilem quam ponit Soci.in l.cùm filiofam.in fi.ff. de leg.j.& in l.j.in iij.col. verſ. confirmatur. ff.de vulg.& pupil.poſt Aret.ibi & Bar.in l.iuris gent. §.quinimo.num.viij.ff.de pact.& Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.nu.cccxc.ff.de vſuca.& in l.ſi grege. col.pen.nu.xj de leg.j.& in l.ſi hęredis ſeruus.col. j.in ij.not.eod.ti.& in l.ſi ſeruus plurium.§.j.in ij. not.eod.tit.& in l. licet imperator.in v.col.in ix. notab.eodẽ tit. & per Decium poſt Abb. in cap. paſtoralis.in penul.colum.verſi.ſucceſsiuè. de excep.per Andræ.ſicul.in c.in literis.in fi.col. num. xxxiij.de offic.delega.per Ioan.de ana.in c.in archiepiſcopatu.de rapto.in prin. per Siguorolũ de homo.in conſi.lxxiiij.nu.vij.& in conſi.c.numer. viij.& in conſi.clxvij.numer.xx.& conſil. cclj.& per Georgiũ natam in repeti.cle.ſæpe.in xv. col. de verborum ſignific.Alexan.in §.morte.colum. prima.ff.de oper.no.nun.& Ange.in conſi.cxij.& conſil.ccxxxvij. Albertus brunus in conſi. x. viſa quæſtione.in iij.colũ.& conſil.xj.in cauſa.col.fin. & Saly.vbi quandam diſtinctionem ponit in l.j. §.ſed ſi ignoramus.nu.ij.C.de rei vx.act. & aliam facit Bar.magiſtralem in l.j.§.hæc actio.ff. ſi quis teſt.lib.eſſe iu.fue.& pleniorem diſtinctionem in iſta materia facit Henricus Boich , celebris doctor antiquus in c.eccleſia. in prima diſtinctione. vt lit.pen.quem multum commendat & ſequitur Soci.in conſil.xciij.eleganter.in fi.in tertio volu.

Limitatur modo iſta regula cõmuniter per docto.vt hic Iaſ.refert procedere in natura primordiali quam ſapit ſubrogatus:ſecus in accidentali. Iſtam limitationẽ ſequitur etiam Soci. in conſil. cxlj.conſideratis in ij.col.j.libro,& in tract.regularum.ccclxxxv.fal. j. & tenet idem Iaſ.in l. poſt dotem.in vj.col.nu.xxviij.ff.ſol.matri. & per hoc ſolet allegari text. in l.item veniunt. §. cùm prædiximus. ff. de petitio. hæreditatis. Tamen iſta limitatio,licet ab omnibus approbetur:tamẽ mihi nõ ſatisfacit ex eo,quia cõfunditur per tex.noſtrũ in quo nulla ſit differẽtia de natura primordiali & acidẽtali:ſed generaliter actio ex ſtipulatu ſubrogata in locũ rei vxoriæ capit vtranque naturam : probatur,quia accipit naturã bonæ fidei: & tamen eſſe bonæ fidei vel ſtricti iur. eſt de natura accidẽtali & non primordiali vt concludit idem Iaſ. ſibi contrarius in l. certi condictio. in prin. ff ſi certum peta. & ibi communiter hoc tenetur,& probaui ſuprà in §.proxi.ponderando ibi tex. & hoc vlterius ſuadetur per gl.notabilem in §.actionum.in verb.permutatione.ſuprà eodẽ. vbi gloſ. vult vt actio in factum quæ ſubrogatur loco actionis præſcriptis verbis in illis duobus caſibus

caſibus in quibus eſt bonæ fidei,non dicetur bo-
næ fidei.& idem dicit de certi condictione, non
alia ratione, niſi quia illud eſſe bonæ fidei eſt
quædam qualitas ſiue accidens quod ſubrogatus
non capit:aliàs ſi fuiſſet de natura primordiali
nemini dubiū eſt, quòd ſubrogatus ſaperet illud:
vt omnes fatétur. & pro iſta opinione bene facit
textus in l.pri.§.belliſsimè.& §.ſi quis ſub condi-
tione.ff.vt leg.no.ca.doctrina Bartol. in l.videa-
mus.§.ſi actionem.ff.de vſur.l.ſi ita ſtipulatus.eo-
dem titulo. in quibus iuribus probatur quod a-
ctio ex ſtipulatu ſubrogata loco actionis bonæ
fidei recipit omnem eius naturam. Non obſt.tex.
in dicta l.item veniunt. §. cùm prædiximus.quia
s 2 ibi petitio hæreditatis non † ſubrogata in locum
legis aquiliæ non capit naturam accidentalem e-
ius,videlicet ne poſsit ad duplum agi : quia illud
prouenit ex pœna : quo caſu ſecūdū regulas com-
munes proditum eſt, quòd diſpoſitio quæ com-
prehendit aliquos caſus non recipit caſus conti-
nentes pœnam:quia ſunt diuerſæ naturæ:argum.
l.ſi præſes.ff.de pœnis.tradit Bartol. in l. in teſta-
mento.& in l.multa.ff.de condition & demonſt.
cum concordantiis. vt per Decium qui latè hoc
probat in l.factum.§.in pœnalibus. ff. de regulis
iur.Et hoc eſt quòd lex vel conſtitutio quæ aliàs
extenditur ex identitate rationis:nūquam exten-
ditur reſpectu pœnæ:vt per plura probat Iaſ.in l.
cùm quidam.in ſecunda columna. verſi.ad iſtam
regulam.ff.de liberis, & poſthumis. Secundò i-
ſta regula limitatur vltra doctores hîc procede-
re quando ſubrogatio fit in locum extinctæ peni-
tus actionis : & ita procedit iſte text. ſecus verò
ſi actio prima duraret : quia eſſet potius accu-
mulatio quàm ſubrogatio : ita iſtum textum de-
clarat Iaſon in l. certi condictio. in ſeptima co-
lumna. ff. ſi certum petatur. Sed aduerte quia
contrarium ibi tenet Angel.& Rom. & vltra ip-
ſos contra iſtam declarationem faciunt ea quæ
adducit Pau. de caſtro. in conſilio clxiiij. in præ-
ſenti cauſa. in quarta columna. in ſecundo volu.
dum alleg. l.cùm filius.§. hæres meus. de legatis
ſecūdo.vbi concludit quòd aliquid poteſt ſubro-
gari in locum alterius extātis.& illud dictū Paul.
de caſtro approbant moderniores in tractatu de
primogenitura.in vigeſimaquinta quæſtione.lib.
primo.verſi.quadrageſimoquarto.in ſecund. col.
Et pro iſta parte eſt tex.qui ſolet ad iſtā regulam
communiter allegari.in l.ſi eū.§.qui iniuriarum.
ff ſi quis cautio.vbi fit ſubrogatio: & tamen pri-
ma actio iniuriarum ibi durat. & pro iſta parte
etiam vltra ipſum contra iſtam limitationem fa-
cit doctrina Bartol. in l.filius. ff.de legation.vbi
s 3 concludit quòd vicerector † ſubrogatus ab vni-
uerſitate in locum rectoris, in cuius locū ſubro-
gatur:& tamen rector non erat extinctus:quia a-
liâs crearetur rector non vicerector. & illud di-
ctum Bart. ſequitur Roma. no. ccclxij. incipien.
Barto. in l.filius. allegat pro hoc textum notabi-
lem, licet corruptè, in c.ſi. xciij.diſtin. per quem
tex.ita tenet Feli.poſt Abb.in c.cùm olim. in pri-
mo notabili.de offi.delega.idem Feli. in rubrica
de ma.& obe.in iiij.col.ver.& limita.& Andr.ſi-
cul.in c.ſanè.de offi.deleg.Alex.in rubric.de offi.
eius.in iiij.col. & in l.morte. col.ſi. ff.de iur.om.
iudi.Io.bap.de ſancto Seuerino in repe.l.diē fun-
cto.in xliiij.q.de offic.aſſe.cū ſimilibus.vt ibi per
eos.In quib⁹ locis apertiſsimè probatur ꝙ ſubro-
gatio ſit in locum extantis & non extincti : vt eſt
etiā caſus vltra prędicta in c.dilecto. de teſt.Non
obſt. iſte tex.quia nō loquitur in ſimplici ſubro-
gatione prout doctores allegāt:ſed in trāſfuſione
& totali tranſlatione vnius rei in alteram:quæ
transfuſio idem eſt quòd donatio legalis:quo ca-
ſu meritò dicitur quòd prima res debet extingui,
ſicut videmus in nouatione per quā actio prima
in totum extinguitur, & in aliā tranſmutatur. &
ideò nouatio dicitur prioris obligationis in al-
terā transfuſio atque tranſlatio:vt in l.j.ff.de no-
ua.& iſto modo loquēdi vtitur iſte tex. & ſic iſta
verba non cōpetāt ſimplici ſubrogationi de qua
nos loquimur,quę poteſt fieri re prima exiſtēte &
in perpetuum & ad tempus. & pro iſta ſolutione
ego adduco doctri.Soc. facientē multum ad pro-
poſitum in l.cum filio.col.xiiij.ver. quarto loco.
ff.de leg.j.& dictum Bald.nouel.in tract.dotis, in
xij.parte.in [illegible]ij. col. vbi aſsignans differētiam in-
ter nouationē hominis & legis dicit quòd in no-
uatione hominis actio nouās perſiſtit in ſua pro-
pria natura,nec accipit naturā nouatæ actionis.
vt in l.aliam.ff.de noua.& not.in l.qui bis idem.
ff.de verb.obli.tamē ſecus eſt in nouatione legis:
quia actio nouās recipit naturam actionis noua-
tæ.pro quo allegant text.hîc:& ſic ſentit quòd in
iſto text.ſit potius quædam nouatio legalis quàm
ſubrogatio.eſt bene verum quòd eo caſu fieret ſu-
brogatio perſonarum in locum extinctæ natura-
liter poſſet dici ſubrogatio:vt eſt tex.in l.ſi iudex,
& in l. mortuo. ff. de iudic. & ſic ſubrogatio in
plus ſe habet quàm transfuſio:quia poteſt fieri &
re extante & ea extincta:vt in c.ſi hi contra quos.
vt li.pen. libr. ſexto.& in c.ſi.lxxvij.diſtinctio.&
ita declarantur ea quæ dicit Bartolus in l.inter.
§.ſacrā.col.ſi.ff.de verb.obli.& ex iſtis patet quòd
opin.Iaſ.& ſequacium in d.l.certi condictio.non
eſt vera. Tertiò limitatur iſta regula noſtri tex.
quòd non procedat vbi eſt diuerſa natura & di-
uerſa ratio in actione ſubrogata : ſecus ſi eadem,
ita limitat Bar.in rep.l. patre filium.col.penulti.
verſicu.dices tu. ff.de inoff.teſt.quem ſimpliciter
ſequitur Soci.in trac.regularum.num.ccclxxxiij.
alleg.Bar.text.in l.cùm in fundo.§.ſi fundus ff de
iu.dot.& hoc idem per illum tex.ſentit Soci.in l.
cùm filio.in xiiij.col.& ibi repet. in xlvj de leg.j.
& hoc expreſsè tenet Rom.notabili.ccxxv.tu ha-
bes legem,&c.& iſtam limitationem tenet etiam
Andr.ſicul.in c.ab excommunicato.in v.col. nu.
xxxiiij. de reſcrip. Tamen conſiderandum eſt,
quia iſta limitatio in primis cōfunditur per text.
quem ibi ponderat Andr. ſicul. poſt Car. in c.ad
audientiam.in vj.col.nu. xxxij. de præſcript. vbi
volunt quòd ſubrogatum nomine alterius, licet
non ſit eiuſdem naturæ:tamen cēſetur eodē iure,
per tex.ibi,qui probat quòd penſio fuit ibi ſubro-
gata in locum beneficij.& tamē de illa debet fie-
ri mentio in literis,ſicut de beneficio : &tamen
penſio nō eſt eiuſdē naturæ : vt patet in c.quāuis.
de præben.li.vj.quod dicit Car.ſummè notandū.
Ad idem contra illud dictum Bar.in d.l.pater fi-
lium.eſt deciſio eiuſdē Bar.ſibi contrarij, in con-
ſi.xiiij.incip.an ius agendi. quem ibi ad hoc pon-
derant Bernard.Landrianus in apoſtillis ad eum:
& eandē opi.tenuit idem Bar. in l. ſi quis filium.
C.de inoffi.teſt.& ad tex.in d.l.cùm in fundo.§.
cùm fundus.reſpondet Ludo.bolog ibi in primis
ſuis interpretationibus. verum nō hoc præſentis

 eſt indaginis,

eſt indaginis, cùm variæ ſint in hoc articulo ſuper quo Baetol. iſta dicit, ſcribentium ſententiæ vt patet ex adductis per Saly. ibi. & Franciſc. cremen. qui de hoc opinio. tuebine meminit notabi. cxxviij. incip. antiqua eſt quæſtio. Quartò limitatur prædicta regula quòd procedat quando ſubrogatus totam prærogatiuam capit à ſubrogante ſiue ab illo in cuius locũ ſubrogatur: ſecus vero ſi per prius ſaltem in habitu aliquid competebat ſubrogato: quia tali caſu ſi ſubrogatio fiat reſpectu actus ſiue exercitij, regula non procedit: quia iudicatur illa poteſtas, vt propria, non vt ſubrogata. iſtam limitationem colligit naturaliter Feli. ex dictis Abb. in c. licet ex ſuſcepto. in ij. col. verſi. ex qua ſigna. de fo. compe. & ibi Abb. col. fi. quam ibi Feli. vt notabilem commẽdat: tu etiam vt nouã ſignabis. eſt verum quòd in exemplo poſito per Abb. ex quo iſta colligũtur, poſſet moueri lis: tamen perniciosum duco aliquando nolle maiorũ tãtum authoritatibus acquiſcere, vt quidam faciunt. quorum opin. fuit, vt niſi cuncta vt malè dicta inſequantur, non putent ſe gloriam adeptos. Quintò limitatur iſta regula quòd non procedat quando eſt diuerſa qualitas ſub ſubrogato: quia tali caſu non ſapit naturã illius cuius in locum ſubrogatur: ita in notabili. q. limitat Alexan. in conſili. cvij. viſo themate. in ij. col. verſi eſt ſimilis. in iij. volumin. & hoc idem tenet Feli. licet de Alexand. mentionem non faciat, in c. ſuper his. in v. col. de accu. vbi plura adducunt. & vltra ipſos pro iſta limitatione bene facit quod idem Alexand. adducit in l. ſi grege. in fine. poſt Bald. ff. de leg. j facit etiam quod voluit Bar. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer pe. vbi dicit quòd in caſu illius legis, licet depoſitum ſubrogetur in locum mutui: non tamen regulatur ſecũdum naturam mutui, vt accipiens teneatur de caſu fortuito: vt ſi pecunia fuit data in ſacculo, quo caſu non fuit tranſlatum dominium: ideò propter diuerſam qualitatem non ſapit in hoc naturã mutui: ad idem facit text. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. de offi. deleg. vbi ſi duo ſint delegati principis cum poteſtate ſubdelegãdi, ſi vnus alteri ſubdelegauerit vices ſuas, non poterit ille poſtea delegare propter qualitatẽ diuerſam. Sextò iſta regula limitatur per Socl. in rep. l. j in x. col. ff. quis & à quo appel. quòd non habeat locum quando aliquid ſpecialiter plus vel minus reperiretur diſpoſitum in ſubrogato, vt eſt in eo cui mãdata eſt iuriſdictio: quia licet cenſeatur ſubrogatus in locum iudicis ordinarij: tamen demandare iuriſdictionem non poteſt ſicut ordinarius: quia reperitur expreſsè diſpoſitum: vt in l. more. ff. de iu. om. iud, & iſtam limitationem ſequuntur nouiſsimi, videlicet quidam Iac. de nigris doc. bononiẽ. in l. fi. in primo not. ff. de offi. eius. vbi aliter declarat. vide ibi. Aliæ duæ limitationes ad iſtam regulam colliguntur ex dictis Alex. in l. j. fi. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. Prima eſt quòd iſta regula nõ procedit, vbi agitur de induſtria perſonæ. ſecũda, quòd nõ procedat in materia iuriſdictionis. Iſtas duas limitationes refert Deci. in c. ſi pro debilitate. de offic. deleg. vbi primã reprehendit, & ſequitur ſecundã ſed in d. l j. vtraſq; reprehendit. breuiter iſta videtur veritas ꝙ prima limitatio non multũ eſt catholica: quia vſque liquet eius ratio: ſecunda verò cõmuniter approbatur ibi per doctos. Et iſta ſufficiãt quantũ ad iſtud primum notabile, & regulam iſtius tex. quam ingenuè fateor vſque ad iſta tempora illorũ nullus qui iura ventilarunt, & de præſenti voluunt, ita digeſsit vel nouiter ampliauit: quæ omnia conferri poſſunt ad ea quæ Iaſ. & omnes tradunt in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. vbi Iaſ. pro iſta regula ſex ampliationes ponit præter iſtas.

14 † Secundò not. ex iſto textu, quòd actio ex ſtipulatu competens pro dote eſt bonæ fidei: ſed iuxta hoc dubitat Io. Fab. & Iaſ. nunquid ſicut actio de dote eſt bonæ fidei, ita & ipſe cõtractus dotis. Ioan. fab. dicit quòd non, per textum in c. veniens. de conuerſion. coniug. Iaſon tamen concludit contrariũ non ſatis clara ratione. Mihi videtur ꝙ vtraque opinio poſsit ſuſtineri. primò, pro opin. Ioan. Fab. facit quia ſecundum regulam communem gloſſarum in §. ſuprà proximo, contractus omnes qui non reperiuntur expreſsi in d. §. ſunt ſtricti iuris: ſed contractus matrimonij non eſt expreſſus: igitur &c. ſecundò, quia dolus dãs cauſam cõtractui bonæ fidei annullat ipſo iure contractum: ſed matrimonium ſpirituale, quod eſt idem cum temporali, non annullat: vt in d. c. veniens. & in c. dudum. de conuer. cõiuga. ergo &c.

Tamen ad iſta duo poteſt reſponderi. ad primũ quòd licet cõtractus non ſit expreſſus in §. proximo: eſt tamen hic expreſſa actio de dote quæ eſt cõſequens ad matrimoniũ. & qui vult conſequẽs præſupponit ſuum neceſſariũ antecedens. l. illud. ff. de acquirenda hæreditate. & l. ad rẽ. ff. de proc. cũ concor. vt per Alex. in rub. C. qui admit. nam actus ſequens confirmat præcedentem & trahit eum in ſuam naturam. l. ſi nemo. §. finali. ff. de teſtamẽ. tutel: & quia virtus contractua in actione conſiſtit: nam ad illum finem diriguntur vt experiamur in iudicio quod nobis debetur. Non obſtat ſecunda ratio, quòd dolus dans cauſam bonæ fidei contractibus &c. quia illa regula negari poteſt: vt latius dixi ſuprà in §. proximo. tamen præſuppoſita illa regula pro vera ex alio illa regula limitatur procedere quando dolus eſt talis qui caperet etiam prudentiſsimum: per dictum Inn. in capitulo. cùm dilectus. quod met. cau. quæ communiter ibi approbatur: ſed in d. c. veniens. & c. dudũ. nõ fuit dolus huiuſmodi: ideò valuit ingreſſus religionis. Vel ſecundò reſpondetur quòd illa regula, quòd dolus dãs cauſam annullat contractũ, eſt beneverũ actus tẽporales: ſecus ſpirituales. ita eſt gl. cõmuniter approbata in d. c dudum. & in d. c. veniens. ſed matrimoniũ eſt actus ſpiritualis: vt eſt tex. & ibi gl. in verb. ſpiritualibus. in c. fi. de iud. lib. vj. igitur illa regula non procedit.

Et pro hoc opi. Iaſ. confirmatur dũ vult huiuſmodi contractũ eſſe bonæ fidei. pro quo vlterius facit: quia cũ cõtractus matrim. pertineat ad eccl. & ſit de iu. cano. per cõſequẽs neceſſariò eſt dicẽdũ eſſe bone fidei: cùm omnes contractus de iure canonico ſ. cũdũ cõmunẽ opi. ſint bonę fidei per dictũ Bal. in c. j. de mut. pet. cũ pluribꝰ cõcor. quę ſcripſi ſuprà in § proxi. in j. charta: licet ibi cõtrariũ tenuerim. in propoſito tamẽ retenta d. regula cõmuni pro vera multũ facit pro iſta parte. præterea quia in contractu matri. agitur de bono & æquo & mediante æquitate. c. fi. & ibi Fel. & in c. cõſanguinei. de re iu ratio eſt: quia cũ ſit matrim. inuẽtũ à deo. reputatur fauorabile propter cauſas poſitas in l. j. ff. ſo. ma. & iſta opi. vlterius ſuadetur quia ego habeo quod in contractibus ſtricti iuris

impoſsibilis

Impoſsibilis conditio vitiat actum,ſed non vitia-
tur.l. impoſsibilis. ff. de verborum obliga. ſecus
tamen eſt in contractu matrimonij:vt tanet Feli.
in c.j.inij.col.vt lit.non conteſt. per tex.in c.fi.de
condi.appoſ & tamen inficiari non poteſt quòd
iſtud ſit priuilegium bonæ fidei : vt dixi ſuprà in
§.proximo.dum allegaui Aretin. in l. vbi.de ver-
borum obliga. ſi rectè recordor. item in contra-
ctu matrimonij tacitum habetur pro expreſſo. c.
ex literis. de ſpon. quod tamen in contractibus
bonæ fidei præcipuum eſt:vt ſuprà in §. proximo
in gloſ. magna. præterea ſicut contractum bonæ
fidei dolus dans cauſam annullat ipſo iure, ita &
matrimonium carnale.de hoc modo videtur eſſe
caſus in terminis non ponderatus in c.tua nos.de
ſponſa.& ad text.in dicto c.veniens.& c.dudum.
ſuprà in contrarium allegatis patet ſolutio : quia
loquuntur in matrimonio ſpirituali , puta de in-
greſſu religionis : inter quæ eſt longa differentia:
accipias tamen iſtam notabilem : quia videmus
quod ſententia lata in matrimonio carnali non
tranſit in rem iudicatam.dicto c.conſanguinei.&
l.ſi hi qui. C. de adulre.ſecus tamen in matrimo-
nio ſpirituali:vt eſt tex. in c.cum dilecti. in fi. de
electio.& notabiliter per Hoſtien.in ſumma,titu
lo de re iud.§.quot ſunt eius ſpecies.col.v.ver.ſed
nunquid hoc ſimpliciter verum.Abb.in cap.cùm
Bertoldus.col.xiij.de re iud.domi.in c.ordinarij.
§.j.in fi.de offi.or.li.vj.gl.n.j.in fi.in c.j.de conceſ.
præb.cum ſi.ſic ergo in iſto caſu manifeſto etiam
apparet differentia circa dolum. Iſtis tamen non
15 obſt.opi. † Ioan.Fab.mihi videtur iuſtior ea tan-
tum ratione , quia ille contractus non reperitur
expreſſus inter contractus bonæ fidei ſuprà in §.
proximo:ergo erit ſtricti iuris:& iſta regula iam
longa & trita conſuetudine doctorum firmata lo
cum legis habere videtur,per ea quæ dicit Ang.in
l.ſi idem cum eodem.§.j.ff.de iur.om.iud.nec ob.
quòd actio de dote eſt bonę fidei.& qui vult con-
ſequens &c.quia reſpondetur quòd illa regula nõ
procedit vbicunque aliquid eſt datum pro forma.
ita dicit Alex.poſt Saly.in l.fi.per illum tex.C.de
hær.inſti.ſequitur Iaſ in l.Gallus.in prin.verſi.te-
nẽdo.ff.de lib.& poſth. ſed in caſu eſt data forma
quòd omnes contractus qui non ſunt expreſsi ſu-
prà in §.proximò,ſint ſtricti iuris:ergo ab illa nõ
eſt recedendum. Nec ob.quòd iſte cõtractus eſt
ſpiritualis, & dicitur de foro canonico de quo o-
mnes cõtractus ſunt bonæ fidei:quia dico quòd li
cet iſta cauſa matrimonij ſit certo reſpectu ſpiri-
tualis,prout declarat Bal.in l.quoties.C de iudic.
& Paul.de Caſt.in l.Titia.ff.ſo.ma.poſt Bar.tamẽ
non infert quòd propterea ſit bonæ fidei.Et illud
dictum quòd omnes contractus de iure canonico
ſint bonæ fidei eſt falſiſsimum:& ego ſuprà §.pro-
ximo per duo bona iura confundn:ad quæ nõ po-
teſt iuridicè reſpõderi. Non ob.quod dicebatur
quòd matrimoniũ continet plures fauores & pri-
uilegia quæ enumerat Io.an.in c.j.vt lit.nõ cõteſt.
& vltra illa præcipuum illud ꝙ impoſsibilis con
ditio viriatur.ſed non vitiat contractũ:quia illud
In primis non eſt ſufficiẽs, vt contractũ faciat bo
næ fidei:patet,quia etiã in teſtamẽto conditio im
poſsibilis vitiatur & non viriat.l.reprehendenda.
C.de inſti.& ſub.& l.quidam. ff.de condi.inſti.&
nemo dicet teſtamentum eſſe bonæ fidei,niſi tan-
tum actio pro eo cõpetens in duobus caſibus po-
ſitis in l.in minorum.C in quib.cau.in integ.reſt.
non eſt neceſ.vt declarat Bar.in l.ſi hæres.ff.quòd
cer.loc.ergo eodẽ modo de cõtractu matrimonij
dicendũ eſt.& illud quòd habeat plura priuilegia
& quòd tacitum habeatur pro expreſſo etiã non
releuat:quia in mutuo etiã cõtra regulas iuris plu
ra ſpecialia priuilegia admittũtur: & quòd tacitũ
pro expreſſo habeatur:vt in l. ſingularia.& l.cum
quid.ff.ſi cer.pe.& hoc etiam in tacitis neceſſatiis
admittitur in ſtipulationibus:vt tradit Are. in l.
quicquid aſtringendæ.ff.de verb.obli.& tamen o-
mnes iſti cõtractus ſunt ſtricti iuris.nõ ob.poſtre
mò tex.in c.tuæ nos.quia in illo tex.plura concur
rebãt. ſ.dolus error & machinatio. quibus etiam
cõcurrentibus concluditur ibi contrariũ. ſ.quòd
matrimonium valeat in foro ſeculari:ſecus eſt in
foro dei:& ita intelligitur quod ſuprà dictũ eſt ſe
cundũ cõmunem intellectum. eſt igitur ibi caſus
pro iſta opi.magis quàm pro contraria. cõcludo
ergo iſtum cõtractũ eſſe ſtricti iuris quãuis diſpu-
tatiuè quælibet pars ſuſtineri poſsit : tamen mihi
opi.In.Fab.ad præſens placet. Redeũdo igitur ad
Iſtud ſecundũ notab.habes ex eo quòd actio ex ſti
pulatu eſt bonæ fidei:ſecũdò quòd cõtractus ma-
trimonij iuris:& hoc reſpectu mulieris nõ habet
dubium.Sed maior eſt difficultas reſpectu mariti,
videlicet an ſicut actio ex ſtipulatu cõperẽs vxori
16 ad repetendam dotem eſt bonæ fi.ita † & illa quæ
cõpetit marito ad exigendã. Et breuiter cõmunis
opi.eſt iſta quòd ſit bonę fidei:vt hîc tenẽt omnes.
Et pro iſta opi.ego põdero tex.in l.j.in prin.ibi,
omnes dotes &c.C.de rei vx.ac.vbi patet ꝙ priui
legiũ tacitæ ſtipulationis datur ipſi doti, ſeu con-
tractui ipſius dotis nõ autem ipſi ſoli mulieri:ſed
maritus dũ repetit dicitur agere ad dotẽ:ergo agit
cũ ſuo priuilegio:quia qualitas non poteſt cogno
ſci neq; ſeparari à ſubiecto.l.eius qui in prouincia.
circa fi.ff.ſi cer.pe.no.Bal.in l.ij. C. de bo.poſ.ſe-
cundũ tab.& in l.omniũ. C.de reſt.& in l.j. & ibi
Bal.C.de con. ob cauſam. Iaſ.in l.ꝙ ſi ſtipulatus.
ff.ſi cer.pe.cum concor.vt tradũt moder.ricinen.
in rep.l.Celſus.in v.no.ff.de vſuc.Et pro iſta parte
facit etiam tex.in d.l.j.§.& vt plenius.ibi,ex vtro-
que latere &c.& circa finẽ illius.§.ver.ſimili mo-
do.ibi,ex vtraque parte &c.vbi colligitur ꝙ iſtud
priuilegiũ tacitæ ſtipulationis tã ex parte vxoris
quàm mariti cõpetit:& tamen poſtea text.in ea.l.
§ ſed & ſi qui.venit cõtinuatiuè ad præcedẽ. dicit
talem actionẽ eſſe bonę fidei:& ſic intelligitur ꝙ
in vtroque cõtrahentiũ diſpar ſit conditio.ar l.fi.
C.de fruct.& lit. exp. & cap.non debet.de re.iur.
lib.vj.ſuadetur hoc:quia cùm vir & vxor ſint cor-
relatiua,in correlatiuis quod introductum eſt fa-
uore vnius,extenditur ad aliũ:vt eſt caſus de ma-
rito & vxore in l.non tantum. ff.de re iudic.cum
multis concor. deciſio quæ tradit in proœ. Gre-
goria in j.colum.& mod.bononien.in trac.exten
ſio.in xxxij.& xxxiij.colũ.& Decius in c.tranſla-
17 to.in j.& ij lec.de conſti. † Vltimò pro iſta opi.
pondero nouiter tex.noſtrum hîc ibi, in actione
ex ſtipulatu quæ de dotibus exigendis proponi-
tur &c.pondero verbum exigendis , quod deno-
tat actionem pertinentem ad maritum:vt in l.ad
exactionem. C. de do. promiſ. & tamen dicit hîc
text.quòd talis actio eſt bonæ fidei.Ex hoc poteſt
inferri vnum contra omnes,quòd diſpoſitio iſtius
text. in eo quod loquitur de actione ex ſtipula-
tu , vt ſit bonæ fidei , loquatur tantum de mari-
to In quo erat dubium: quia de muliere non erat
dubitand

dubitandum, cùm per iura antiqua fuiſſet declaratum: & ſic quo ad iſtum effectum tex. iſte vult quòd actio ex ſtipulatu quæ ad exigendam dotem dabatur, & ſic ipſi marito: quòd hodie ſit bonæ fidei. confirmatur hoc ex ver. perferri aũt. vbi tex. loquens per aduerſatiuã aũt, excipit mulierem circa vnum priuilegium conceſſum doti quod nõ competit marito: & ſic videtur innuere quòd in præcedentibus text. loquatur de marito. concludendum eſt igitur actionem marito competentem ad dotem eſſe bonæ fidei: quod per alia motiua præter iſta probat Bald. nouel. in tracta. dotis, in iiij. parte, in v. colum. verſiculo quartò quæro. & ex hoc infero quòd ſicut iſta actio ex ſtipulatu in quam transfuſa eſt actio de dote, eſt de iure ciuili propter iſtam transfuſionem. ar. l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iu. ita & contractus dotis erit de iure ciuili: licet olim fuiſſet aliquo reſpectu de iure gentium. & ita tenet Baldus nouel. in trac. dotis, in tertia parte. in ij. colum. & quia dicendum eſt actionem viro competentem eſſe bonæ fidei quæri poteſt quid in actione ex ſtipulatu quam ſibi acquiſiuit extraneus in traditione dotis, quod cõmuniter cõcluditur quòd ſit ſtricti iuris: vt per doc. omnes in l. de diuiſione. ff. ſo. ma. quorum opi. ego iſta ratione probo: quia clarũ eſt quòd actio ex ſtipulatu hodie eſt effecta bonæ fidei in caſibus in quibus cõpetebat actio rei vxoriæ, vt hîc patet: ſed actio rei vxoriæ non dabatur extraneo, ſed actio præſcriptis verbis: vt in l. j. §. accedit. C. de rei vxo. ergo iſta non cõpeteret illi, cùm ſit ſubrogata in locũ illius: & ita tenet Soci. in d. l. ij. ſed iſta ratio euitari poſſet: quia eadẽ ratione eſſet dicendum quòd iſta actio nõ deberet dari patri, cũ de iure antiquo nõ competebat ſibi actio rei vxoriæ, ſed actio propria ſibi data: vt dicit gl. fi. hîc in fi. & tamen videmus quòd cõpetit illi actio ex ſtipulatu: vt in l. j. §. extraneũ. C. de rei vxo. actio. & Bar. ſibi contrarius tenuit iſtã opin. in l. ſi conſtante. in vj. q. ſecundæ partis ſol. ma. rationibus ſatis coloratis de quibus ibi per eum, ad quas ſatis bene reſpõdet ibi Iaſ. Breuiter à cõmuni non eſt recedendũ quam latè defendit idẽ Bal. nouel. reſpondens rationibus Bar. in d. trac. in iiij. parte. in ij. col. & in iiij. parte. vbi quærit de pluribus alijs quæſtionibus quas hîc ponit Iaſ. vbi videas per te: quia hîc nõ intẽdo ſingulas quæſtiones ad materiam dotis pertinentes proſequi. nõ enim tractatum ſed lecturam in qua tãtum abeſt vt infirmos adhuc animos veſtros multitudine rerum onerare velim quantum conducere arbitror ſcribentibus comentaria: vt tantum ad tex. & ad glo.

18 pertinentia exactiſsimè exequātur. † Tertiò no. ſecundum Aret. hîc ꝙ actio ex ſtipulatu pro dote etiam ſi expreſsè nõ interponatur, præſumitur tamen tacitè: à iure & ſic infertur quòd aliquando lex fingit ſtipulationẽ vbi nõ interuenit. ita Ang. hic. Iaſ. tamen hic reprehendit Are. dicens iſtud notabile non colligi poſſe ex iſto text. niſi iudice. licet in ſe verum ſit. nã tex. hîc nihil dicit de tacita ſtipulatione ſed de tacita hypotheca, quæ inter ſe ſunt multum diuerſa. Sed aduertẽdum eſt quòd ſi ſubtiliter conſideretur iſte tex. opi. Ang. Are. optimè probatur in illis verbis, ſed & tacitam ei dedimus &c. pondero illam aduerſatiuam ſed, de cuius natura eſt quòd quando ponitur cũ copula denotet eãdem eſſe deciſionem iuris cũ ſuperiori caſu: licet diuerſificet factum. caſus eſt de hoc in l. j. ff. ne quis eium qui in ius vo. eſt vi exi. quem ibi ad hoc no. Iaſ. in v. notabili col. iij. & hoc idem tenet glo. in l. patris & filij. & ibi Bart. ff. de vulg. & pup, cum alijs cõcor. vt per Deciũ & Iaſ. in auth. quòd locũ. C. de colla. & per Iaſ. in d. l. j. cũ igitur tex. in iſtis verbis loquatur de tacita hypotheca per aduerſatiuam ſed &, ergo præſupponit idẽ eſſe in ſtipulatione quantum ad priuilegiũ iuris, licet diuerſificet factum. & hoc ratione ſuadetur etiã, videlicet quòd iſte tex. in illis verbis ſentiat quòd idem ſit in tacita ſtipulatione. nam clara & aperta eſt iuris regula, quam iſto caſu Iaſ. minimè debuit obliuiſci, quòd paribus paſcibus ambulant priuilegiũ tacitæ ſtipulationis & tacitæ hypothecæ: quia quod dicitur de vno, & de alio repertum cenſetur. l. vnica. §. ſed vt plenius. C. de rei vxo. actio. quam regulam ſequitur Bald. nouel. in tra. dotis in vj. parte in vj. ſpeciali in j. colũ. & in pluribus locis illius tract. & eſt tex. in. d. l. j. §. extraneum. qui loquitur de tacita ſtipulatione: & tamen doc. ibi dicũt idem eſſe in tacita hypotheca: ergo non eſt verũ quod dicit Iaſ. eſſe diuerſa: quia cùm paribus paſsibus ambulent, prouiſio iſtius text. de vtroq; videtur inducta. Fortificatur hoc: quia aut diſpoſitio iſtius text. ſe refert ad l. vnicam. C. de rei vxo. aut ille ſe refert ad iſtam. quouis modo conſideres: cùm in eodem caſu loquatur, vna per aliam ſuppletur: ar. l. non eſt nouum. & l. ſed & poſteriores. vbi glo. ff. de legi. & ſic omnis qualitas quæ eſt in termino ad quem fit relatio, intelligitur reperita in termino referente: vt dicit Bal. per illũ tex. in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interog. actio. & idem Bal. & Ange. in l. ſi prior. per illum text. ff. ſol. ma. & in l. ſi ita ſcripſero. de cõdi. & demon. & Iaſ. in l. vbi autem §. illud. ff. de verb. ob. cum igitur text. in d. l. vnica, hoc apertius de tacita ſtipulatione exprimatur, ergo in iſto text. ſiue ſit prior ſiue poſterior, debet illa qualitas ſuppleri per d. leg. ſed & poſteriores. ſic ergo Ange. Aret. bene & optimè collegit notabile ex iſto text. qui virtualiter hoc probat. Et ex hoc ego infero quòd talis ſtipulatio nõ ſolùm competet marito conſtante matrimonio ad exigendam dotem, ſed etiam ſol. ma. pro fructibus & alijs contingentibus dotem. ratio eſt: quia tunc quaſi omnia priuilegia dotis habent locum. pro quo facit text. no. in l. ſi marito. §. fi. ff. ſo. ma. gloſ. in l. diuortio. §. ob donationes. eodẽ titu. & ideò videmus quòd ſo. ma. durat fundus dotalis & eius priuilegium, vt ſit inalienabilis: vt. l. iij. & l. etiam. ff. de fun. do. & per hoc dico quòd gloſ. in l. omnino. ff. de impen. in reb. do. fact. non bene dixit: quæ vult actionem ex ſtipulatu non competere ad fructus: nam ex quo tota virtus actionis de dote eſt trãſfuſa in iſta, ego nõ video quare ſtipulatio non competat. Secundò infero quòd ſicut expreſſa ſtipulatio inducta eſt hoc caſu in fauorẽ mariti, ita etiam tacita per iſtum text. cenſetur inducta: quod etiam ſimpliciter firmat Bal. no. in trac. dotis. in iiij. parte colum. ij. & ſic reſultat ex hoc vnum nouum quòd per iſtum text. cenſeatur ſublata diſpoſitio l. ad exactionẽ. C. de dotis promiſſ. quæ diſponebat virum poſſe agere ex pacto nudo ad exigendam dotem ſibi promiſſam fauore dotis, contra regulam l. iuris gentium. ff. de pact. nã ex quo hodie in ſimplici promiſsione dotis ſubintelligatur tacita ſtipulatio: vt ſuprà dictum eſt per iſtum textum, & text. in d. l. j. de rei. vxo.

rei vxo.ac.tam in fauorem mulieris ad repetendã
dotem quàm viri ad exigendam per iſtum tex. in
verbo exigendis.vt ſuprà diximus : ergo illa actio
quæ dabatur viro pro dote exigenda vigore illius
l.ad exactionem.eſt ſublata,ſicut eſt ſublata actio
de dote quæ dabatur vxori pro ea repetẽda:& per
hoc ceſſabit ſpecialitas illius legis contra l. iuris
gen.& inducetur aliud ſpeciale præter illã legem
& per hoc ergo confundo opin.Bal.nouel.in trac.
dotis.in vj.parte, in prin. qui tenebat cõtrarium,
& malè:cõtra quam ego adduco opi. Bar.quẽ ibi
cõmuniter ſequũtur doc.in l.j.verſi ad ſecundum
20 venio.ff.ſo.ma.quamuis pro opi. † Bal. nouel.ſu-
ſtinenda plura adducant hiſpani noſtri in l.legiti-
ma.ff.de pac.vt latiùs dixi in d.l.j.Infero etiã vnũ
aliud notabile ex iſta ſtipulatione pro dote quòd
ex quo in eam transfuſa ſunt omnia priuilegia a-
ctionis de dote,quòd hodie non agetur ad dotem
certam certi condictione generali vel ſpeciali ex
ſtipulatu ; dato quòd actio ex ſtipulatu de natura
ſui non competat niſi ad incertum : vt ſuprà de
verb.oblig.in prin.& ita tenet glo.in l.ſi quis cer-
tum.ff.ſi certum petatur.ſic declarãs iſtum tex.&
per hoc ego dico quòd dictum mod.videlicet cu-
iuſdam Pauli de citadinis in trac. ſuo de iure pat.
ſit falſum:dum ibi fo.xij. eiuſdem trac.col.ij.vult
quòd ſi dos incerta promiſſa ſit,quòd cõpetat cer
ti cõdictio ad illã dotem:quod eſt falſum per præ-
dictam gl.quæ cõmuniter approbatur:vt patet ex
adductis per doc.ſuprà de verb.ob.in prin.& for-
sè inferius dicetur.reſultat etiam ex iſtis quòd di-
ctum Alex.in l.ſingularia.ff.ſi certum peta.magis
fortificetur,dum ibi poſt Pau.de Caſt.dicit quòd
licet in mutuo inductũ ſit , quòd ſi numero pe-
cuniam,& ſtatim ſtipulor mihi reddi , quòd non
competit mihi actio ex numeratione,ſed ex ſtipu
latione:niſi ſit contractus bonæ fidei,puta depoſi-
tum vel commodatum in quibus deponens vel
cõmodans ſtipulatur ad ſui cautelam: & ideò da-
tur actio ex numeratione ne illa cautela ſit ſibi
dãnoſa ratione de qua ibi per eum:tamẽ ſecus eſt
in terminis iſtius text.& d.l.vnicæ. §. accedit.C.
de rei vxo.ac.vbi ſi detur dos vel promittatur ab
extraneo, & ſtipuletur ſibi reddi,non datur actio
de dote,ſed ex ſtipulatu.ratio eſt: quia ex quo per
transfuſionem talis actio effecta eſt bonæ fidei,
non poteſt mulier conſiderare illam vtilitatem
obuenientem ſibi ex prima actione bonæ fidei quæ
aliàs nõ facta iſta transfuſione cum tantumdem
conſequatur,vt ibi per eum:ſuper quo tamen latè
diſceptat Bal.nouel.in prædicto trac.folio v. in ij.
& iij.col. Quartò no.ibi,vt bonæ fidei ſit.quòd
iſtud verbũ non propriè ſignificat tale,ſed ſecũdũ
quid.concor.tex.in l.iij.§.genera. ff.de acqui.poſ.
quod eſt contra doct. Bart.in l.ſi maritus,§.legis.
ff.de adul.quem ſequitur Iaſ.in l.nemo.in j.col.ij.
lec.& in l.qui quartam.nume.v.& in l.cætera.§.i-
tem quæri.nume.iiij.de leg.j.Et hoc probatur hîc:
quia ſtipulatio ſimpliciter eſt de natura ſui ſtricti
iuris:& quod iſto caſu ſit bonæ fidei,accidentali-
ter procedit & ſecundum quid non propriè & o-
riginaliter:& ideo videmus quòd iſta nõ enume-
ratur in §. proximo : quia ibi ponuntur actiones
quæ ab origine & de propria ſui natura ſunt bo-
næ fidei : quod no. reliqua notabilia expedientur
in gl. Gl.trãſtulimus.diuiditur in tres partes.in
prima declarat text.per remiſsionem. in ſecunda
ibi,& competit &c.ponit requiſita iſtius ſtipula-
tionis.In tertia ibi,nam & aliàs.ponit concor.ad
tex.in quibus etiam fingitur ſtipulatio. In ſecũda
parte ibi,ſiue marito &c.habes ex glo.quòd actio
ex ſtipulatu,de qua hîc tacita non ſolum compe-
tit marito & vxori , ſed etiã patri iſtius mulieris.
modo ad plura eſt aduertendum circa iſtam con-
cluſionem ; primò erit vidẽdum de quadam ſup-
pletione Ioan. Fab.hîc, dum ſupplet quòd iſta a-
ctio ex ſtipulatu datur marito ſiue vxori, ipſe ad-
dit ſiue dos ſit certa ſiue incerta. ſecundò erit vi-
dendum nunquid iſta tacita ſtipulatio competat
ſoli patri. tertiò nunquid iſta ſtipulatio dicatur
ficta vel præſumpta.vltimò quid quando ſtipula-
tio eſt inutilis. Circa primum Iaſ. hîc dicit quòd
21 licet iſta ſit communis opin. † quòd actio ex ſti-
pulatu de qua hîc detur ad incerta : tamen ſibi
multum obſtat vnum motiuum:quia ſi iſta com-
munis concluſio eſſet vera,ſequeretur quòd indu-
cerentur duo ſpecialia cõtra l.j. C.de do.promiſ.
primum quòd fingatur tacita ſtipulatio : ſecundò
quòd detur ad certum: quod ſibi multum obſtat.
& ita reſidet.Or audias diligẽter,quòd licet illud
motiuum tanquam proprium extollat Iaſ.hîc,ta-
men illud originaliter & in terminis fuit Bal.no-
uel.in tra.dotis in vj.parte in ſecũdo ſpeciali, vbi
etiam non reſpondet ad illud:ſed ſi tu rectè conſi
deras illud argumentum non facit cõtra dictum
Io.Fab.quia ipſe nõ loquitur de tacita ſtipulatio-
ne,ſed de expreſſa:& ſecundũ hoc non eſſent duo
ſpecialia.ſed poſito quòd Io.Fab.de tacita loque-
retur, dico tibi quòd iſta duo ſpecialia tẽdunt ad
diuerſa:& ideo concurrere poſſunt:vt idẽ Bal.no-
uel.dicit in d.tra.in vj.parte,in nono ſpeciali.alle
gat tex.quem etiam ibi mod.ad hoc ponderant in
l.ſingularia.ff.ſi cer. pet.& l.ſi verò non remune-
randi.§.idẽ Marcellus.ff.mãdati. & c.quia in tan
tum.& ibi gl.de præbẽ.&tenet Alex.in l.ſciendũ.
ff.de verb.obli.& tenet Bar.in l.fi.C.quib.ex cau.
maio.cũ ſi.Sed præſuppoſito etiã quòd circa idem
iſta ſpecialia cõcurrerẽt,non eſt incõueniẽs quòd
illa fauore dotis admittãtur:vt eſt caſus in l.fi. C.
ad velleia.vbi circa eundem actum non ſolũ duo
ſpecialia fauore dotis admittuntur, ſed tria:& ita
iſtum tex.ad hoc idem ponderat Ioan. de monte-
ferrato in repe.l.ſi conſtante.ff.ſo.ma.ad idem eſt
bonus tex.in l.in rebus.C.de iu. do. vbi cõcurrũt
duo ſpecialia.primum quòd transfertur dominiũ
ſine traditione cõtra l.traditionibus.C.de pac.ſe-
cundũ quòd in re propria cõſtituitur pignus con-
tra l.neq;.ff. de reg.iur.Et propriè in terminis no-
ſtris eſt gl.ad literam quæ ponit.v.ſpecialia fauo-
re dotis,inter quæ enumerat iſta de quibus eſt præ
ſens diſceptatio,in l.j. §. ſed & ſi non ignoremus.
in verbo actionis. C.de rei vxo.act.quam videas.
Non obſtat modo text.in l.j. C.de dotis promiſ.
quia in primis ille tex. poſſet euitari illa commu-
ni ratione poſita per Bart. in l. in ambiguo. ff.de
reb.dub. quòd lex habens plures intellectus non
eſt allegabilis:& illa nõ ſolum plures ſed quinque
vel ſex intellectus habet:ſed vt hæc miſſa faciam
illud in præſenti ad reſolutionem illius legis,edu-
cam quod tradit Alexand.in l.ſciendum. in j.col.
ff.de verb.oblig.videlicet quod ibi non ſunt duo
ſpecialia:quia verbum promiſit,de quo ibi ſecun
dum regulas iuris in inſtrumẽto poſitum ſtipula-
tionem importat.d.l.ſciendũ.quã Alex.rationem
eo tacito Soci.ſequitur in l.j ff.ſo.ma.& Hiſpanus
noſter fortunius etiã vt propriã ſibi vẽdicat in l.j.
ff.de pac.

ff.de pac.& in rep.c.j. col.xij.eodẽ titu.& ibi præ-
dicti doc.aliter reſoluunt dictam.l.j. & latiùs cæ-
teris reaſſumit Ioan. cro.de monteferrato in rep.
l.ſi is qui pro emptore.in lxij.col. ff.de vſuca. vbi
plures nouos ſenſus ſcribit circa d.l.j.quorum ali-
quos reprehendunt mod.bononien.in trac.de ex-
tenſio.col.xxv.non proſequor quantum ſatis latè
dixi in rep.mea l.j.ff.ſol.ma.vbi eſt propria mate-
ria examinata per omnes:ſufficit ergo Alexã.reſo-
lutio ad præſens pro enodanda illa.l.Circa ſecun-
dum quod ex iſta parte gl.colligitur † an actio ex
22 ſtipulatu cõpetat ipſi patri.Iaſ.hic grandi ſuperci-
lio reprehendit glo.vt hic per eum : mihi videtur
quod nõ meruerit reprehendi ex eo.quia nulli dũ
bium fuit quin quãdo actio eſt communis patris
& filiæ,quòd ſtipulatio tacita competat patri : vt
patet in d.l.vnica. §.extraneũ ver.parenti.imò ex
generalitate illius tex. colligitur apertè idem eſſe
quando dos cõſolidatur in patrem ſuperſtitẽ filia
præmortua in matrimonio: ſic etiã ecõtra quãdo
conſolidatur in filiam factã ſui iuris:vt colligitur
in d.§.extraneum.iuncto.§.ſeq.& §. videamus. e-
iuſdem legis.& hoc eſt quod vult dicere gl.noſtra.
iſto igitur caſu actio fingitur in fauorẽ patris, qui
in hoc eſt priuilegiatus plus quàm extraneus:qui
dato quod promiſsione dotis paciſceretur dotem
ſibi reddi ſo.ma.non tamẽ fingeretur tacita ſtipu-
latio:vt innuit tex.in d.l.vnica.§.accedit.dum ibi
ſentit imperator in illis verbis,nulla ſtipulatione
vel pacto in ſuam perſonã facto &c. ꝙ ita demũ
actio ex ſtipulatu cõpetat extraneo, ſi expreſsè eã
appoſuit. & ſic vides quòd in hoc nõ tãtũ fauetur
extraneo:quod tenet gl.notabilis in l.ij.in prin.ff.
ſol.mat. Eſt tamẽ verum ꝙ tale pactũ de dote ſibi
reddenda dicitur veſtiri cohærentia cõtractus,vi-
delicet pręambulę promiſsionis dotis:vt habetur
in d.§.accedit.& in l.auia.C.de iu. dot. & hoc eſt
mirabile ꝙ nudum pactum per extraneũ factum
de dote promiſſa veſtiat aliud pactũ ſibi cohęrẽs.
ſ.de dote ſibi reſtituenda: licet non ita ſit in patre
promittente dotẽ:vt habetur in d. l. auia. & in l.
quoties.ff.ſo.ma.rationẽ autem diuerſitatis ponit
hîc Iaſ.quẽ videas:& hoc eſt notãdum ad ea quæ
23 tradunt in l.petens.C.de pac. Circa tertium † an
huiuſmodi tacita ſtipulatio ſit ficta vel præſum-
pta,gl.hîc non aperit expreſsè:Bal.tamen in l.j.in
prin.C.de rei vxo.ac. diſtinguit quòd aut conſtat
expreſsè appoſitam eſſe ſtipulationẽ:& tunc eſt ve
ra ſtipulatio:aut dubitatur:& tunc eſt præſumpta:
aut pro certo habetur quod non interuenit:& tũc
eſt ficta.& iſtam diſtinctionẽ ſequitur Iaſon hîc.
Or audi quòd ex diſcuſsione huius pũcti reſultat
iſta vtilitas:quòd ſi eſt ficta,nõ poteſt admitti pro
batio in contrarium:ſecus ſi præſumpta:vt not.in
l.ſi duo.ff.de acqui.hęred.& in l.ſiue poſsideris.C.
de probatio.& gloſ.in l. fin. ff.quod me. cauſa. &
propterea in terminis l.ſciendum.ff.de verb.obli.
ex eo,quia ibi eſt præſumptio,poterit probari cõ-
trarium , quòd ibi ſtipulatio non interceſsit. Ad
propoſitũ igitur quæſtionis redeundo mihi vide-
tur dicendum prima facie quòd ſtipulatio de qua
hic agitur,cenſeatur ficta & non præſumpta quic-
quid Bal.dicat.& per hoc põdero tex.in d.l.vnica
in prin.vbi dicitur quòd ſtipulatio intelligitur re
ipſa ſubſecuta : & ſic totus ille text. loquitur per
verbum intelligitur. de cuius natura eſt quòd fi-
ctionem importet.l.ſi tibi homo.§. cũ fundus. ff.
de le.j.cum concor.vt per Iaſ.in ru.ff.ſo.ma.in ij.
col.ſi ergo ſit certum vel incertũ quòd ſtipulatio
non interuenit, videtur de intentione illius legis
quòd inducatur ficta ſtipulatio.In cõtrariũ tamẽ
facit:quia verbũ intelligitur,præſumptionem in-
ducit nõ fictionem,prout eſt tex.& ibi gl.in l.nec
emptio.§.fi.ff.de cõtrahen.emp.c.ex ſtudiis.& ibi
gl.extra de præſũ.& text.in l.fi.in pri ff.de iureiu.
igitur tex.in d.l.vnica.quę loquitur per dictũ ver-
bum, inducit præſumptam ſtipulationem & non
fictam.Et ideò in iſta contrarietate neceſſario te-
nenda eſt dictinctio quã facit Bal.in d.l.vnica.ex
qua ego puto quòd iſta iura poſſunt reduci ad cõ-
concordiã,videlicet ꝙ aut eſt certũ ꝙ interuenit
ſtipulatio:&tũc verbũ intelligitur inducit fictio-
nem.aut dubitatur,&tũc inducit præſumptionẽ:
& ſecũdum hoc poteris tu applicare omnes vtili-
tates quæ ex hoc reſultant,& quas longo verborũ
ambitu ſcribit hîc Iaſ.& ante ipſum Bal. no.in d.
24 tra.fo.ix.† & quid ſi maritus vel vxor eſſent muti,
nũquid iſta tacita ſtipulatio fingatur,attẽto quòd
extrema non ſunt habilia:vt in l.j.ff.de verb.obl.
reſpondet hîc Are.poſt Ioan.Fab.& Iaſ.quòd tali
caſu poterit per ſeruum dotem promittere : quia
tunc reputantur præſentes: ſed contra hoc obſtat
quòd inducerentur duo ſpecialia.primũ quòd ab-
ſentes fingerentur præſentes. ſecundũ quòd inter
ipſos ſic præſentes fingatur ſtipulatio:imò etiã eo
caſu quo abſentes promittẽtes dotem per ſeruum
loquerentur procederet eadem ratio:& tamen ſe-
cundum communes doc.duo ſpecialia in dote nõ
admittuntur d. l.j.C. de do. promiſ. niſi dicamus
quòd primum non eſt ſpeciale,ſed procedit ſecun
dum ius cõmune:vt quis abſens per ſeruum ſuum
poſsit ſibi ſtipulari d.l.in prin ff.de verb.obli. ſed
iſtud credo non procedęre quãdo per nuntiũ pro
miſsio fieret:quia in eo cõtrarium procederet:nã
nõ puto eãdem rationem eſſe in eo ex eo,quia lex
in ſeruo illud conceſsit: quia vox domini reporta-
tur,& ex ſe quò ad actũ illũ iuris ciuilis pro mor-
tuo reputatur.§.ei verò.ſuprà de inuti.ſtipul & l.
ſerui.de reg.iu.& ratin poteſtatis etiam multũ tali
caſu ſuffragatur:quia omnia in ſimplici nũtio ceſ-
ſant:cogitabis tamẽ.præterea colligitur vnum a-
liud ex iſta gl.quòd quãdo ſtipulatio minus vtili-
ter ponitur,nihilominus ratione dotis valet:& ſic
eſt hoc præcipuum dotis priuilegiũ : quia contra-
rium eſt de iure communi:quia ſtipulatio inutilis
non poteſt valere in vim ſtipulationis , ſed polli-
citationis l.an inutilis.ff.de acceptil.In tertia par
te gloſ.enumerat aliquos caſus in quibus fingitur
ſtipulatio , quos non curo proſequi:quia non fa-
ciunt ad propoſitum:ſed tu videas latè per Iaſ. &
modern.in rubri.ff.de verborum obligatio.Gloſ.
25 parua in verbo ei.†ponit duos intellectus ad iſtũ
text.primus eſt quòd tacita hypotheca quæ fauo-
re dotis fingitur, tribuitur actioni ex ſtipulatu
non autem ſoli mulieri. & ſecundum iſtum intel-
lectum debet exponi tex.ei dedimus, id eſt actio-
ni pro dote.ſecundus eſt intellectus,vt ſoli mulie-
ri competat,exponendo ei,ſcilicet mulieri : & eſt
euidens vtilitas ex iſta inueſtigatione:quia ſecun-
dum primum intellectum illud priuilegiũ tranſit
ad hæredes & quoſcunq; tranſit actio de dote ſe-
cus autem ex ſecundo intellectu:vt hic latius de-
clarat Iaſ. Videamus modo quis intellectus ſit
verior : & reſecatis ſuperfluis iſte intellectus eſt
verus & communis quòd tacita hypotheca ſit
conceſſa actioni de dote non ſoli mulieri , qui
quidem

quidem intellectus probatur per text. noſtrum, vbi in principio loquitur de actione de dote nõ de muliere,& poſtea ſubiungit, & tacitam ei dedimus hypothecam : & ſic loquitur de actione pro dote:quia verba ſequentia declarantur & recipiunt influentiam ex præcedentibus.l.ſi filium. ff.quando di.le.ced. cum concor.vt per mod.rep. in l.ſi conſtante In xiij.colum.ff.ſo.ma.Iaſo.in l. pacta nouiſsima.col.ij.C.de pac.ſecũdò probatur ex iſto eodem tex.dum poſtea in illa aduerſatiua, præferri autẽ alijs & c. loquitur tãtum de muliere : ergo ſuperius de actione dotis loquutus fuit; & de hoc eſt caſus clarus in l.vnica.§. & vt plenius.C.de rei vxo.act.vbi text. dicit illud priuilegium tacitæ hypothecæ dotibus eſſe conceſſum: & ita cum iſta opi.tranſit Bar. & communiter omnes in l.j.ff.ſo.ma. Et ex hoc infertur quòd iſtud priuilegium tacitæ hypothecæ tranſit ad hæredes mulieris:item tranſit ad extraneum ad quem trãſit dos:vt hic vult Iaſo.& prius Bal.no.in trac.dotis in xij.parte. quod videtur probari ind. l. vni. §. & vt plenius.ibi,ſiue ipſæ principales perſonæ dotes dederint , vel promiſerint vel ſuſceperint, ſiue aliæ pro his perſonis &c. iſtud etiam priuilegium tranſibit in ceſſonarium:vt dicit Bal.no.in d.loco. quod ita probat : quia habemus regulam quam ponit Bar.in l. ex pluribus.ff.de admi. tu. quod illud quod eſt tranſmiſſibile ad hæredes,eſt ceſsibile. adde quòd iſtam regulam facit etiam Fran.curt.in conſi.lvij.incip.ſumma prin.& Calcaneus in conſi. xviij. pro parte hoſpitalis. in ij. colum.nu.ix. ſed tamen diligenter aduertendum eſt circa plura:inprimis quantum ad illud quod eſt dictum velle hic Iaſo.videlicet quòd iſtud priuilegium tacitæ hypothecæ tranſeat ad extraneum,hoc ante omnia eſt falſum, iſta ratione: quia clarum eſt quòd iſtud priuilegium tacitæ hypothecæ competit illi cui competit actio pro dote : nam datur actioni,vt ſuprà dictum eſt:ſed extraneus non habet actionem de dote:vt ſuprà cõcluſimus. in ij notab. in fi. quia priuilegia bonæ fidei non tranſeunt contra mulierem,cùm ſint inducta pro ea : & ſic non competit talis actio extraneo : vt tenet gloſ. & communis opi.in l.ij.& in l.de diuiſione.ff.ſo.ma. ſi igitur extraneo non competit actio pro dote,nõ cõpetet etiam tacita hypotheca quæ pro actione de dote datur.nõ ob. text.in d.§.& vt plenius ibi,ſiue ipſæ dotes dederint & c. ſiue aliæ &c. quia illa verba nõ inferũt actionem de dote dari extraneo , cùm textus ibi in princip. illius §.dicat ſolùm dari ex vtroque latere.ſ.viro & vxori ſiue ipſe promiſerint dotẽ ſiue aliæ perſonæ:nam debet intelligi , vt ipſi mulieri vel marito eius detur actio: vt ſuprà predixerat.& iſtud teneo pro veriſſimo. Circa verò dictũ Bal. nouel. quòd tranſeat ad ceſsionarium, iſtud dictum non puto verum, cùm ceſſionarius dica-
26 tur extraneus.Nõ ob.illa regula† quòd quicquid eſt tranſmiſſibile &c. quia illa regula affirmatiuè non valet,ſed negatiuè.caſus eſt de hoc ſingularis & in terminis quem ad hoc ibi ponderat Alex. & alij in l.ſi ſtipulatus fuerim.ff.de verb.obl.ad idẽ eſt text. in l.ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iu. dot.quem dicit non eſſe alibi Bal.in c.nonnulli.in vj.colũ. de reſcri. & ſequitur Decius reprehendens illos qui regulam affirmatiuè faciunt in l.ſi maritus. in fi.C.de colla.in ſcriptis non impreſſis.& ita negatiuè reperio Bart.iſtam regulam formare in l. iniuriarum.la.ij.ff de iniurijs.& ita intelligit tex. in d.l.ex pluribus. vbi etiam Barto.in libro meo negatiuè loquitur :& ſic miror Bald.no:vel aliàs circunſpectũ ad iſta non aduertiſſe. poſtremò vltra prædicta ego probo ratione tale argum.negatiuè non procedere: nam clarum eſt in iure quòd ceſſione non transferuntur directæ actiones, ſed vtiles tantùm.Bart.& Bal.in l.emptor. C.de hær. vel act.vẽd.& in l.j.C.de actio.& ob.ratio eſt:quia directæ ſunt affixæ oſsibus noſtris vt character baptiſmi,quod non poteſt auelli:vt in l.j.§.j.ff.ad tre.& in l.iij in prin.vbi gl.ff.pro ſocio.tradit So. in cõſi.xviij.proſequẽdo in v. col.li.j.& ſic cõſtat quòd directæ actiones nõ ſunt ceſſibiles:& tamẽ ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes:vt tradit Soci. & Deci.& alij mod.& ibi dixi,in l.cùm filio.ff.de le. j. cõcludo ergo ꝙ tacita hypotheca non trãſit in ceſsionariũ.& iſtã opi.tenet Bal.in l.j.C.de priui. dotis.licet ibi Cy.aliter diſtinguat. Audias modo diligenter:quia ſi bene aduertiſti,hactenus cõcluſimus ꝙ priuilegium tacitæ hypothecæ, itẽ actio ex ſtipulatu tacita cõpeteret hẹredibꝰ mulieris:& hoc totus mũdus fatetur rationibus ſuperioribus adductis tam per ipſos quàm vltra.modo mihi videtur dicendum ꝙ nullum priuilegiũ dotis trãſit ad hæredes:de hoc eſt caſus,iudicio meo, in terminis in auth.vt immobilia ante nup. dona.§.fi.vbi tex.dicit quòd omnia priuilegia quæ pro dote cõceſſa ſunt nulli alij cõpetant niſi mulieri:imò dicit plus text.quòd neque de iure antiquo cõceſſa fuerũt neq; nouo:habes igitur ibi tex. generaliter de omnibus priuilegiis loquentẽ dũ vtitur dictione omnibus,quę nihil excludit:vt dixi ſuprà in §. j.& eſt tex.in l.Iulianus.de le.ij ꝙ licet priuilegia conceſſa ſint doti, tamẽ illud ibi declaratur factũ eſſe cõtemplatione mulieris:vt in ſimili dicit tex. de relicto epiſcopo contemplatione eccleſiæ.in c. requiſiſti.de teſt.& ſic patet quòd non ſunt realia ſed perſonalia priuilegia:quia perſona tantũ conſideratur cuius contẽplatione fit actus.l.cũ emancipati.§.ſi duo.ff.de col.bo. l.poſt legatum. §.admittere.ff de his quib.vt indig. l. cum plures.§.in arrogato.de vulga.& pup.cũ ſimi. vt mod.tradũt in l.ſi legitarius per illum text. C.de leg.& in l.ſi defunctus.C.de ſuis & legit.ſic ergo cùm perſona mulieris tali caſu cõſideretur , vt probatur etiam in l.aſsiduis.C.qui pot.in pig.hab.talia priuilegia non tranſibunt ad hæredes : vt l.ex omnibus.& l. priuilegia.ff.de reg.iur.& per hoc ſecundus intellectus gl.noſtræ erit verior.vide tamen quæ circa hoc dicã,infrà in glo.fi.in j.parte. Glo.hypothecam etiam.iſta gl.propter ſui breuitatẽ non diuiditur:tamen licet breuis ſit,eſt tamen cõpendioſa & notanda:concludit ergo vnũ ꝙ tacita hypotheca de qua hîc in text.cõpetit ex vtraq; parte.ſcilicet tã ex parte viri quàm vxoris : vt in l. vnica.§. j.Or audi,quòd gloſ.iſta ſentit vnum quòd tacita hypotheca non tantum comprehendit bona illius mulieris , ſed illorum omnium qui ex parte mulieris interueniunt:& ſic quicunque dotẽ promittat pro muliere , bona illius erunt tacitè hypothecata,vt patta in patre vel quolibet extraneo: & eodem modo bona fideiuſſoris intercedentis pro dote danda : & hoc eſt quòd dicit gloſ. hîc dum dicit quòd tacita hypotheca competit ex parte mulieris , & non dicit quod bona mulieris ſolùm ſunt tacitè hypothecata & eodem modo ex parte viri intelligendum eſt, vt non ſolum

ſolum bona ſua ſed etiam recipientis, dotem pro
ipſo & fideiuſſoribus eius de dote reſtituẽda in ca-
ſu in quo interuenire poteſt: vt in l.ſi conſtante.
§.quoties.ff.ſoluto matrimonio.cum ibi traditis,
ſunt tacitè hypothecata.ſic ergo iſta tacita hypo-
theca tranſit ad patrem vxoris & ad matrem vi-
ri actiuè & paſſiuè.& in hoc dicit eſſe ſingularem
Bal.no.in trac.dotis in vj. parte. in vij.ſpeciali.&
ibi plures alias quæſtiones ponit de iſta tacita hy-
potheca. Gloſſa creditoribus.diuido in iij.partes
prout tres opinio.ptin.ponuntur.in prima quęrit
& ſoluendo ponit primã opin.quam reprobat.in
ſecunda parte ponit.ij. opin.quã etiam reprobat.
in tertia verò parte ponit.iij.opin.quam gloſ ſe-
quitur. ſecunda ibi, ſecunda eſt opin. tertia ibi,
tertia eſt opin. & c.Pro expeditione igitur iſtius
gloſ.de vna ardua queſt.quam examinat gloſ.hic
principaliter cõtingit dubitari,qua expedita erit
tota gloſ. finita. Quæſtio igitur eſt nunquid mu-
lier habens tacitam hypothecam præferatur cæte
ris creditoribus habentibus tacitam. & quid in
habentibus expreſſam. communis eſt opin. cum
gloſ.in ſua vltima parte,videlicet quòd mulier in
27 ſua tacita hypotheca præfertur creditoribus † ha-
bentibus tacitam: ſecus ſi habent expreſſam: ita
dicunt omnes in l.aſsiduis. C. qui pot.in pig.ha.
& tenet Soci. affirmans iſtam eſſe communem
opin.in l.j.in fi.ff.ſoluto matrimonio.Bal.nouel.
in trac. dotis in ix. parte in primo priuilegio. &
in x parte,per totum. & ratio iſtius concluſionis
redditur hic per gloſ. & doc. quia lex ſuum non
tuum deneget auxilium: nam lex potuit priua-
tis creditoribus auxilium tacitæ hypothecę quod
dedit, auferre propter priuilegium datum doti:
& in hoc non facit iniuriam creditoribus ſi auxi-
lium ſuum quod dedit, auferat iſto caſu.ſed quan-
do creditores prouiderunt ſibi de expreſſa hypo-
theca, illa prouiſio non fuit cauſata legis benefi-
cio ſed hominis auxilio: & ideò per tacitam hy-
pothecam legis conceſſam doti illa non aufertur:
& ita per iſtam rationem iſtam opin. tenet Cor-
neus in conſi.clxxij. incip. ad primum in iij. col.
lib.j. & Decius in conſil. ccviij. ad clariorem rei
&c.alias eſt conſi.iiij.in ſecunda parte col.penul.
ſed aduertendum eſt quòd vltramon. tenuerunt
contrarium, videlicet quòd mulier habens taci-
tam præferatur creditoribus habentibus expreſ-
ſam.Et omiſsis multis quæ in confuſo cõgerit hic
Iaſ.poſt Aret.quorum ambages longa verborum
ſerie prius tradidit Bal.nouel. in d.tract. dotis.in
x.parte. mihi videtur quòd opin. vltramon. non
ſit omnino vltra montes, vt à veritate penitus
videatur aliena: pro qua ego pondero eſſe text.
28 † in l.aſsiduis.C.qui pot.in pig. haben. ſuper quo
text.omnes iſtæ difficultates verſantur, quæ iudi-
cio meo clarè ibi deciduntur:nam in illo tex. vides
quòd imperator taxat antiquos iuriſlatores qui
non perfectè vt par erat, dotibus ſubuenerunt:
quando tantum illud induxerunt quòd mulier in
actione de dote anterioribus creditoribus perſo-
nales tantum actiones habentibus præferretur,
non tamen de hypotheca aliquid ſanxerũt:& iſtud
priuilegium, quamuis mulieribus vtile fuerit nõ
tamen ad plenum & perfectè ſuccurrebat,ex quo
de hypotheca non dixerat. vnde imperator huic
defectui mederi cupiens addit priuilegium tacitę
hypothecæ in quo eodem modo mulier ſicut in
perſonali præferatur. Ot aduerte ad iſtum text.
nam imperator in iſto remedio ſiue additione vi
detur polliceri ſe perfectum priuilegium dare in
illis verbis circa finem ibi, nos pleno iuris arti-
culo conſummauimus. nam plenũ idem eſt quod
perfectum.l.fideicommiſſa. §.quamquam. de leg.
iij.c.cum inter.vbi Inno.& alij.de re iud.Felin.in
c.audiris.in iij.colum.de præſcri. Iaſ.in l. poſthu-
mo.colum. fin.C.de bono.poſſ. contra tab.ergo
intelligitur imperator plenum remedium indu-
xiſſe reſpectu vtriuſque hypothecæ: vt videli-
cet mulier non ſolùm perferatur habẽti tacitam,
ſed etiam expreſſam:quia perfectũ eſt illud quod
ex omnibus partibus conſtat. & cui nihil deficit.
l.nihil.& ibi Bald.C.de ma. vind. tenet Socin.in
l.iij.§.ex pluribus. in penult. colum. ff. de acqui.
poſſ.alias ſi hoc non diceremus, iam poſſet impe-
rator reprehẽdi in eo in quo ipſe antiquos legum-
latores de imperfectione reprehẽdebat,cum ipſe
fuerit imperfectus minimè ipſum dicimus de ta-
cita hypotheca cauiſſe: quod non eſt dicendum,
cùm leges non debẽt eſſe ludibrio & imperfectæ:
vt dicit Bal.in conſi.ſchiſmatis.in j.colum.poſito
ſub titulo C. ſi quis aliquem teſtari prohibue-
rit. facit text. in cap.commiſſa. de elec. lib.vj.&
l.ij.§.ſanè.C.de lib.& eo.lib. Cõcludo ergo quòd
quo ad hoc vt ille text. in verbis ſuis verificetur
vt pleno iure imperator dicatur ſuccurriſſe,opor
tet vt dicamus quòd tacita hypotheca mulieris
non ſolum præfertur tacitæ aliorum creditorum
ſed etiam expreſſæ: quia taciti & expreſsi par eſt
vitius.vul.l.cum quid.cum cumulatis ibi per Iaſ.
ff.ſi certum petatur.& in l. ſtipulatio. §. habet.in
primo no.ff.de ope. no. nun. & ita videtur quod
communis opin.reddatur dubitabilis.Non obſt.
fundamentum gloſ.& communis opin.videlicet
29 † quòd lex tollit auxilium ſuum, non autem pro-
prium.l.ſi.C.de pac.conuen.cum ſi.quia reſpõde-
tur illud eſſe verum, niſi auxilium legis habeatur
pro expreſſo per viam legis: quia tali caſu proui-
ſio hominis tollitur per prouiſionem legis. ita
notabiliter & quaſi in terminis dicit Ro. in cõſi.
cxxj.circa primum.colum.fin.alleg. text.in l. qui
mutuam.ff.mãdati. cum aliis adductis ibi per eũ.
Et hoc vltra ipſum ſuadetur ex tex.in d.l.aſsiduis.
vbi probatur iſta limitatio in terminis. Nam ibi
dicit text.quòd mulier in tacita hypotheca de iu-
re Digeſtorum præfertur anterioribus creditori-
bus habentibus perſonalem: & tamen illa perſo-
nalis fuit quæſita illis creditoribus facto eorum
nõ beneficio legis:vt dicit Iaſ.in l.j.col.fi. ff.ſolu-
to matrimonio. in ſecunda lectura. ergo eſt vera
illa regula. Præterea & ſecundò illa regula limi-
tatur habere locum in caſibus expreſsis in iure:
ſed extra illos caſus prouiſio hominis bene poteſt
tolli per legẽ:vt tradit no.Vitalis de camba. doc.
inſignis neapolitanus in trac.clauſula.c.iij.fol.iij.
ſecundum paruam impreſsionem. probatur hoc
vltra ipſum ex dictis Ioan. Fab.in §. item ſeruia-
na.in ij.col. & Iaſ. ibi nu. lxvij. cum ſequen. vbi
concludit quòd quamuis locator prouiderit ſibi
de certo pignore ſpeciali, tamen eius bona inue-
cta & illata ſunt tacitè hypothecata pro penſione
domus.alleg.pro hoc text.in l. item quia.vbi hoc
etiam no.Iaſ.in ij.nota.ff.de pactis.& l.fundus.ff.
de annu.leg. & tamen negari non poteſt quòd il-
la tacita hypotheca quòd inuecta & illata ſint ta-
citè hypothecata etiam inducta auxilio & bene-
ficio legis,quòd tali caſu eſt potentius prouiſione
hominis,

hominis, ex quo eſt in corpore iuris clauſum: & ita eſt hic dicendum in tacita hypotheca dotis: quod expreſsè tenet Bald. nouel. in alia tamen quæſtione in dicto tractatu dotis in ſexta parte in lxviij. priuilegio quem ſequitur Ioannes crotus de monteſer. in repe. l. ſi conſtante. in xxxv. columna ff. ſoluto matri. vbi latiùs loquitur circa dictam regulam: & ſex aliæ limitationes ad dictam regulam ponit Iaſon in l. ſecunda in lvij. colum. num. clxxvj. cum ſequenti. C. de iur. emphy. quorum aliquæ hîc applicari poſſent, quæ omitto. Non ob. etiam quòd fiſcus & mulier paribus paſsibus ambulent: vt hîc dicit glo. & tamen fiſcus non præfertur priuato habenti expreſſam: igitur &c. quia reſpondetur dupliciter: primò non eſſe verũ quòd paribus paſsibus ambulẽt in omnibus per viã regulę: quia hoc nõ probatur in l. ij. C. de priuil. fiſc. Nam ibi ſolum dicit textus, quòd ſi mulier habet priorem hypothecam, fiſco præfertur. & eodem modo ſi fiſcus priorem habeat: quia in illis habet locum illa regula quod qui prior eſt tẽpore, potior ſit iure. Non tamen per hoc dicit ibi textus quòd priuilegia fiſci competant mulieri & econtra: quia ex eo quòd inter ipſos prior in hypotheca præferatur, non arguitur paritas. nam eadem ratione idem eſſet dicendum in priuato & fiſco, quòd paribus paſsibus ambulent ex eo, quia in illis habet locum illa regula, qui prior eſt tempore &c. vt in l. ſi pign'. ff. qui pot in pig. habit. & eodem modo in muliere & priuato reſpectu expreſſæ hypoth. vt in l. vbi adhuc. C. de iur. do. & tamẽ per hoc nõ dicim' eos pacificari: ſic ergo illa. l. ſecunda illam regulam non probat: imò contrarium tenet Bald. in l. dotis. C. de iure dot. & Bart. in l. non puto. per illum text. ff. de iure fiſ. ad cuius intellectum videas latè Moder. Rhegien. poſt Bulga. in l. prima. fol. 50. & ſequen. ff. ſoluto mat. vbi poſt Alexãd. & Iaſonem. latius ſuper d. l. non puto. diſceptant & Decius in rubrica. de iudiciis. in ſecunda lectura. columna octaua. & ibi nouiſsimi papien. & idem Decius in capitulo ex literis. columna tertia. de probatio. Felin. in capi. paſtoralis. columna ſecunda. de reſcrip. & Cuma. qui alium intellectum ponit in l. inter pares. ff. de re iudicat. de quibus omnibus hîc non dico: quia non congruè cadit: dixi tamẽ ibi poſt iſtos abundè. Tamẽ licet omnia ſint noua & à doctoribus minimè hîc cõſiderata. Mihi tãdẽ illis nõ obſtantibus magis placet communis opinio, quam probo vna ratione communi, videlicet per text. in l. prima. ff. ſoluto matrimonio. ſecundum caſus poſitionem quam ibi ponit Bart. & Dyn. qui cõmuniter approbant, vult igitur ibi Bartol. exemplificando illum text. quòd ſi vno & eodem die appareat inſtrumentum creditoris priuati habens expreſſam hypothecam & inſtrumẽtũ dotis etiam habens expreſſam. confectum eadem die, ſi neſcitur quod fuerit prius, fauore dotis interpretamur illud priuati eſſe poſterius: & hoc dicit illę textus, quòd dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt: & ita omnes ſequũtur. Tunc ſic ſi iſta opinio cõtra communem eſſet vera quòd tacita hypotheca dotis præfertur etiam expreſſæ creditoris extranei, fruſtra eſſet dubitare: vt ibi dicit Iaſ. an ſi concurrant eodem die quòd dos debeat præferri, cùm hoc eſſet fatuum dubitare attẽto quòd etiam conſtito de prioritate hypothecæ expreſſæ creditoris extranei, deberet anteferri illa dotis, quod tamen eſt falſum, ne illa lex ita exemplificata, vt doctores volunt, ſit de indubitabili, contra regulas communes. l. quod Labeo. de carbo. edicto. & l. prima. ff. ad municip. & l. ancillæ. C. de fur. & l. illam. C. de collatio. in quibus pro forma traditur, legem debere eſſe de caſu dubitabili.

30 † Præterea hanc ego communem opinionem alia ratione probo: quia habere expreſſam hypothecã in bonis alterius eſt habere ius in re non ad rem. l. in noxalibus. ff. de noxa. & l. eorum. ff. de damno infecto per quæ iura hoc firmat Signoro. in conſi. xc. incipiente Ambroſius mutuo in iiij. columna numero trigeſimoſecundo. & in conſil. clxxvj. quæſtio opponitur. columna finali. & Ange. in conſi. ccviij. viſo puncto col. fin. & ratio eſt in prõptu: quia in hypotheca cõſtituitur ius reale: vt in §. item ſeruiana. ſuprà eodẽ. & habere ius reale dicitur ius in re: & ideò per prouiſionem legis tolli nõ poteſt: quia princeps auferre non poteſt quæ nobis acquiruntur à iure gentium ſine cauſa: vt tradunt doc. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & Alex. in conſi. iij. incip. ex his quæ in themate. columna penultima. libro quinto. & conſilio. octuageſimonono. excellentiſſimi &c. in ij. columna eodẽ lib. & in l. cùm hæredes. col. j. ff. de acqui. poſ. cũ multis aliis concor. quæ ſcripſi ſuprà in §. j. nume. xvj. ſic ergo eſt hic concludendum quòd ex quo creditor extraneus prouiſione ſua parauit ſibi hypothecam expreſſè, & ſic actionem realem in bonis debitoris, non poterit illa tolli per tacitam dotis conceſſam à lege. modo regula poſita in d. l. fi. C. de pact. conuen. & in l. & habet. §. cum quis. de preca. cum ſi. optimè iuſtificatur. Non obſtat quòd illa regula non habeat locum, niſi in caſibus expreſsis: quia reſpondetur illud falſum, & communiter cõtrarium tenetur. Nam ſi aduertatis ad intellectum verum illius regulæ, illa limitatio non procedit.

32 † Senſus ergo illius regulæ eſt quòd lex ita demũ ſubuenit in aliquo caſu vbi ſubuenire pollicetur: quoniam faciens illum actum non cauit ſibi circa idem. exempli gratia: lex in fauorem mulieris finxit tacitam ſtipulationem & tacitam hypothecam pro dote in caſu in quo in inſtrumẽto dotali non interueniſſent: vt l. prima in princi. C. de rei vxo. actio. Sed ſi mulier expreſsè ſibi cauiſſet per ſtipulationem, vel in inſtrumento appoſuiſſet expreſſam hypothecam, tunc ceſſat prouiſio legis: quia tali caſu non eſt neceſſaria, imò eſſet ſuperflua: vt l. qui bis idem. ff. de verborum obligatio. & ita illam regulam declarat Bartol. in l. ſi conſtante. in quinta quæſtione. ij. q pri n. ff. ſolut. mat. & hoc tenet Soci. in repe. l. j fo. xvj tertia colum. ff. de vulgari & pupillari. & dicitur circa idem quando eadem perſona ex eadem cauſa ex qua lex auxilium ſuum pollicetur ſibi prouidet: vt in exẽplo poſito: ſed ſi diuerſa perſona ex diuerſa cauſa ſibi prouideat: vt quando creditor extraneus ex ſuo debito non ex cauſa dotis, ſed ex alia cauſa priuata fortius ſibi prouidet: tunc non eſt ex eadem cauſa: & propterea regula illa ceſſabit, & ſuccedet alia regula communis, quòd prior in tempore potior erit de iure: vt de regulis iuris libro ſexto, capitulo qui prior. cui regulæ ſtandum erit, cùm nõ reperiatur ei derogatũ hoc caſu. vel ſecũdò illa regula. d. l. ſi. intelligitur circa diuerſa, videlicet quòd prouiſio hominis tollat prouiſionẽ legis de iure ſpeciali in caſu noſtro: ſicut

ſi illa prouiſio legis fuiſſet de iure communi : ita
dicit Iaſ. in l.hæc verba.in tertio nota.ff.de lega.
j.& tenet Bartol.in d.l.fina.& Socin. in l.ſi filius
quod patri.in xij.colum.ff.de vulga.& pupilla.&
ſecundum iſtum intellectum qui etiam commu-
niter tenetur expreſſa hypotheca anterioris credi
toris tollet tacitam mulieris pro dote, ex quo il-
la prouenit de iure ſpeciali & ex priuilegio vt
concludunt communiter doctor.in l.j.ff.ſol.ma.
Nec obſtat quòd illud priuilegium ſit in corpore
iuris clauſum,quo caſu videretur de illo iudican-
dum,vt de iure cõmuni:iuxta ea quæ habẽtur per
Mod.in c.j.in x.colum.de reſcri. quia reſpõdetur
eſſe verum in eo caſu in quo loquitur : & ita pro-
cedunt dicta doct.in d.c.j.& in c.ad ordinem.eo.
titul.ſecus verò circa diuerſa : vt in caſu noſtro.
nam priuilegium dotis eſt circa tacitam hypo-
thecam:circa illã igitur habet illud priuilegium
potentiam iuris communis, & ſic in tali mulier
præfertur extraneo creditori habenti etiam taci-
tam:ſecus verò ſi habet expreſſam:quia illa eſt di-
uerſæ naturæ à tacita:& ideò in illa remanent re-
gulæ iuris communis illæſæ cùm circa illam mu-
35 lier non reperiatur priuilegiata. † Neque obſtat,
quòd taciti & expreſſi par eſt virtus:quia illa re-
gula non procedit quando tacitum eſt inductum
ex præſumptione legis prout concludit notabili-
ter Bald.in l.centurio.in pe.col.ff.de vul.& pu.&
ibi Bart.in ij.col. & alias plures inſtantias tradit
Iaſon in d.l.cùm quid.in ſecunda lectu. Et finali-
ter vbi non eſt eadem ratio, illa regula non pro-
cedit:vt patet in l.maior C.de pig.iuncta l.ſi tibi.
§.de pignore.& ibi glo.& Iaſ ff.de pact.& tex. in
cap.j. de iura.calum. lib.vj & in l.ij.C. eodem ti-
tulo.quæ omnia in caſu noſtro manifeſtè cõcur-
runt ; & ideò tenendum eſt firmiter extraneum
creditorem anteriorem præferendum. Poſtremò
non obſt.inductio.l.aſsiduis. ſuprà facta:quia re-
ſpondetur quòd imperator nõ potuit reprehendi
ſi nihi aliud plus induxerit quàm quòd mulier
præferatur habentibus tacitam hypothecam an-
teriorem : hoc enim maximum eſt priuilegium
non cõſideratum ab antiquis legumlatoribus qui
ſolum perſonales actiones comprehendebant.ne-
que obſtant. illa verba pleno iuris articulo : quæ
verba perfectionem notãt : quia reſpondetur eſſe
verum circa eundem caſum ab imperatore indu-
ctum : ſecus verò circa alios caſus:quia talis per-
fectio non includit iniqua. argumento capituli
quemadmodum. & capitul. quintauallis. & cap.
veniẽs.de iureiurãdo.& iniquitas eſſet ſi credito-
ribus auferatur ius quæſitum ex expreſſa hypoth.
propter poſteriorem tacitam mulieris. nam non
tantum fauendum eſt dotibus , vt aliis fiat dam-
num vel iniuria:vt dicit text.in capitulo ex teno-
re. de foro competenti. & in cap. nuper.de do-
33 nation,inter virum & vxorem. † Laudandus igi-
tur potius erit imperator ex tali deciſione quàm
reprehendendus:imò etiam ſi imperator circa il-
lam prouiſionem tacitæ hypot,deprehenderetur
apertè imperfectum quid ſanxiſſe, adhuc tamen
laude potius dignus eſt quàm reprehenſione: vt
eſt caſus quem ad hoc ibi ponderat Angel.Areti.
in §.cæterum.ver.nos verò.ſupra de legi.agn,ſuc.
Ex quibus omnibus ſatis apparet communẽ iſtam
opin.valida ratione tueri poſſe:fateor tamẽ quòd
articulus eſſet diſputabilis : in dubio tamen rece-
dendum non eſt ab ea ſententia quam crebrior

authoritas patrum noſtrorũ recipit:vt dicit text.
quem ibi not.Bald.in l.j.ff.de offi. quæſto.& tra-
dunt doc.in cap.prudentiam. per illum de offic.
delega. & bonus textus in capitulo primo. de de-
ci.ibi,traditionẽ accepimus non lege præceptam
ſed arbitrio magiſtrorum inolitam &c. Gloſſa
cum ipſa. diuiditur in quinque partes. in prima
ponderat textum noſtrum in verbo, ipſa.ex hoc
faciens regulam.in ſecũda quærit & ſoluit.in ter-
tia limitat textũ. in quarta ponit tempus in quo
mulier debet experiri actione de dote ex hoc fa-
ciens ampliationem. in quinta quærit nunquid
priuilegia prælationis de quibus in textu compe-
tãt patri.ſecunda ibi,ſed nunquid.tertia ibi,item
34 quòd hîc.quarta ibi,ſed nũquid. † In prima par-
te glo concludit glo.quòd priuilegium prælatio-
nis in tacita hypo. nulli alteri competat niſi mu-
lieri & ſuis hæredibus, non autem extraneis:vt l.
prima. C. de priuil. dot. & l.fin. C.qui potio.in
pig.hab. & pro iſta concluſione gloſſa ponderat
textum noſtrũ in verbo, ipſa. de cuius natura vi-
detur denotare perſonalitatem:vt eſt text. vltra
gloſſam in capitulo.per inquiſitionem.de electio.
Et antequam ad particularem deciſionem iſtius
concluſionis veniamus,debes tu notare vnum ex
iſta gloſſa.iuncto textu vltra alios quòd licet ſo-
leat dici quòd natura obligationis vel priuilegij
non ſoleat mutari ex perſona hæredum.l.ſecunda
§.ex his.ff.de verborum obligationibus.tamẽ hîc
mutatur : quia priuilegiũ prælationis ipſi tantum
mulieri competit & non hæredi. ratio eſſe poteſt
propter diſparitatem ipſius fauoris.& ex hoc red-
ditur dubia vna doctrin.Bartol.communiter ap-
probata in l.Titia.ff.de leg.ſecũdo.vbi vult quòd
ſi pater ſubſtituit filio pupillo vulgariter,& relin-
quit vxorem dominam & vſufructuariam, quòd
attenta conſuetudine vulgari mulier in vita pu-
pilli nõ habet niſi tantum alimẽta:eodem modo
non plus habebit ab hęrede ſubſtituto : & tamen
eſſet dicendum cõtrarium per iſtum textum quia
priuilegiũ cõceſſum fauore pupilli,vt non tenea-
tur niſi ad ſola alimenta, non deberet tranſire ad
hæredem ſicut hîc dicit gloſſa de muliere:& hoc
propter diſparitatem fauoris pupilli & eius hęre-
dis ſubſtituit ,cuius contrarium ibi concludunt
omnes.& pro iſta parte facit quod notat Bald. in
l.ſi extraneus.ff de iure dotium.inducendo latiùs
vt per Ioannem de monte pico. in repetitione d.
§.Titia.in vigeſimaquinta columna,qui etiam ad
hoc aduertit.Præterea per iſtud dictum glo. red-
ditur etiam dubitabile dictum Bartoli Ang.Pau.
Alexand.& communiter ſcriben.in l.poſtulante.
per illum textum.ff. ad trebellianum. vbi dicunt
quòd ſtante ſtatuto quòd debitor poſsit incarce-
35 rari pro debito ciuili,quamuis hoc ſtatutum †.ſit
odioſum & ſtrictum nullam faciens mentionem
de hærede debitoris : tamen idem erit in hærede
debitoris, cùm ſit eadem perſona : quod dictum
ſequitur Ang.Imol.& alij.in l.prima.ff.de his quæ
in teſtamento delen.& Iaſon in l. ſi cui legetur.§.
finali. in tertio notabili. de legatis primo. & eo-
dem modo dicẽdum eſt quòd hæres debet ſucce-
dere,& à fortiori in fauorabilibus propter æqui-
tatẽ regulæ.l.eũ.ff.iureiu.& hoc patet in l.qui pa-
tri.ff.de acq.hęr.vbi ius accreſcẽdi,quod eſt fauo-
rabile,tranſit ad hæredẽ:vt eſt ibi tex.quẽ ad hoc
non eſſe alibi dicit ibi Bart.& Iaſ.in l.teſtamẽ.C.
de impu.in prin.& in l.quidã.in ij.no.C.de iu.de-
liberandi.

liber.cum ſimilibus. & iſta ratione eodem modo
eſſet dicendum in caſu conclusionis noſtræ pro-
pter identitatem rationis vtriuſque perſonæ : per
ea quæ latè dixi in §.actiones autem. ſuprà eo. &
tamen his non obſtantibus contrarium conclu-
dit gloſ.iſta:quare ergo videndum eſt de veritate
36 eius. † Extat igitur concluſio gloſ. noſtræ ſuprà
dicta quòd priuilegium prælationis in tacita hy-
po.non tranſit ad hæredem extraneum : ſecus ad
filium. iſta concluſio eſt communis quam vltra
doctores hîc ſequitur Decius in cõſi. trigeſimo-
primo.incipiente in caſu magnifici.in tertia col.
ſecunda parte.Bal.in conſi.clxxj.in j. lib.& Fulg.
in conſil.lix.inci.domina Berta. & in conſi.ccvj.
pro eius de quo. colum.fin. cum ſimilibus.Et iſta
concluſio gloſſæ debet intelligi de prælatione in
tacita hypo.quia tale priuilegium bene tranſit ad
filium : ſecus tamen eſt in priuilegio prælationis
in actione perſonali de qua iuriſlatores antiqui
dixerunt. vt in l.quarta.ff.de priuile.credi.de quo
meminit imperator in l.aſsiduis. in princ. C.qui
potio. in pig.hab. nam tale priuilegium ſoli mu-
lieri competit. neque etiam ad filium tranſit.ita
colligitur ex mente Barto.in l.j.in ij.colum ff ſo.
matrimonio.dum Barto.diſtinguit inter iſta duo
priuilegia,& dicit quòd prælatio in perſonalibus
non tranſit ad hæredes,ſed prælatio in tacita hy-
potheca tranſit ad hæredem filium non ad extra-
neum: & ſic videtur Bartol. innuere quòd in pri-
mo caſu illud priuilegium non trãſeat ad filium:
& ita Bartol ponderat Paul.de caſtr.in l.etiam in
principio ff. ſoluto matrimonio.Et ſi hoc eſt ve-
rum, eſſet maxima limitatio & reſtrictio ad iſtã
glo.Tamen non eſt vera:quia eſſet contra glo. in
l.j.C.de priuilegiis dot. & contra alias plures gl.
quas adducit Alexan.in l. etiam.vbi ſubdit quòd
hoc Bart.in ſuo libro non dicit,ſed ſolùm de hæ-
redibus extraneis. Sed modo circa omnia iſta
conſiderandum eſt : quia veritas omnium prædi-
ctorum depẽdet ex tacita deciſione iſtius conclu-
ſionis.Mihi videtur quòd illa diſtinctio Barto.in
d.l.j.maximè ſit neceſſaria ad concordãdas mul-
torũ ambages.Nã licet Alex.dicat hoc non colli-
gi ex lectura ſua,tamẽ lib.meo optimè colligitur;
& ſi colligi non poteſt, ego pro conſtanti firmo
eſſe de iure verum,vno tamen plus addito contra
Bartolum.Sic ergo pro vera declaratione ſupra-
dictorum facio duas concluſiones. Prima, quòd
priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ tran-
ſit ad hæredes etiam extraneos : & in hoc teneo
contra omnes.Secunda ſit concluſio,quòd priui-
legium prælationis in actione perſonali ad nul-
lum hæredem tranſeat etiam filium:& in hoc te-
neo vel opi.Barto.vel præter ipſum. Circa pri-
mam concluſionẽ moueor pluribus fundamẽtis:
primò,quia priuilegium tacitæ hypothecæ & ta-
citæ ſtipulationis paribus paſsibus ambulant:vt
ſuprà dixi,& eſt text.in l.j.§.extraneum.C.de rei
vxor. actio. vbi priuilegium tacitæ ſtipulationis,
quod eſt conceſſum doti,tranſit ad patrem. & ta-
men doctores ibi commoniter idem dicũt in ta-
cita hypotheca.ad idem tex.in §.ſed vt plenius.ea
l.ad idem eſt tex.in l.aſsiduis.§.ad hæc omnia.ibi
ſancimus.C.qui potio. in pigno.hab.vbi text. di-
cit quòd cui conceſſum eſt priuilegium tacitæ
ſtipulationis,eidem etiam videtur cõceſſum pri-
uilegium tacitæ hypothecæ. ſed clarum eſt quòd
priuilegium tacitæ ſtipulationis tranſit ad hære-
des mulieris : vt eſt caſus in dicta l.prima.§.illo
proculdubio.C.de rei vxo. actio. & tenent com-
muniter omnes in l.j.& in l.ſecũda.ff. ſoluto ma-
trimo.ergo tranſibit etiam priuilegiũ tacitæ hy-
pothecæ.cõfirmatur hoc:quia iſta priuilegia dan-
tur dotibus.d.l.prima, in principio. & ſic rei. ad
quencunque igitur tranſit res, tranſit cum priui-
legio ſuo:vt tenet Bar.in dicta l.prima.ff.ſol.mat.
in prin.tranſibunt igitur ad hæredes per l.ex om-
37 nibus. & l.priuilegia.ff.de reg. iuris. † Non ob-
ſtant modo iura quę in contrarium poſſunt alle-
gari.in primis non obſt.iſte text.prout ponderat
glo.in verbo ipſa.quia dico tibi quòd illa dictio
non excludit hęredem etiam extraneum.caſus eſt
ad literam in l.ſtipulatio iſta.in princip. ibi,ſed
ſi ſe obligat ne ipſe faciat ff.de verborum obliga.
& ibi tenent omnes & tenet etiam Rapha.cuma.
in conſi.cxviij.teſtator inſtituit.col.fi. & pro iſta
parte faciunt plura quæ adducit Iaſo.in l.j.§.adi-
piſcimur.in primo nota.ff de acqui.poſ.& Socin.
in conſil.ccl.in cauſa.in iiij.col.verſic.iij.non di-
cit iſtam dictionem ipſe non excludere hæredes.
& pro hoc facit text. in l. ſtipulatus fuerim.ff. de
verborum obligationibus. vbi ſtipulatio perſo-
nalis ſicut tranſit ad filium,ita & ad hęredes.ad i-
dem eſt text.in terminis iſtius dictionis ipſe.in l.
cùm precario quis rogat.ff.de precario. quam le-
gem dicit ibi notabilem Bart. Ex iſtis igitur pa-
tet quòd gl. hîc nõ bene dixit quantum ad illam
dictionem.non ob.tex.in c.per inquiſitionem.de
elect.per illum textum. & ideò verificatur tan-
tum in propria perſona:ſecus verò in caſu in quo
materia ſubiecta eſt habilis vt ad hæredes tranſ-
eat. Non obſtat etiam iſte textus in aduerſa-
tiua autem, quam ponderat Bartolus in l.ſi con-
ſtante ff. ſoluto matrimonio. quia reſponde-
tur quòd illa aduerſatiua ponitur reſpectu alia-
rum perſonarum non hæredum:per ea quæ ſuprà
proximè dicta ſunt.Neque etiam obſtat text.ibi,
cuius ſolius prudentia &c.quia dico ꝙ illa dictio
ſolius non excludit hæredes.l.liberi.ff. de contra-
tabu.glo.in §. ſciendum. in verſiculo, ſed ille. ſu-
pra de ſenatuſconſult. Orfi. tenet Bar.in l.quarta
§.cum Titio.ff.de adim.lega cum multis concor-
dantiis.vt per Decium in l.prima per illum text.
in ſecundo notabili. C. de bonorum poſſeſsione
contra tabul. & hoc quantum attinet ad iſtum
textum. Non obſtat etiam textus in lege prima.
C.de priuile.dot.quia ille textus loquitur de pri-
uilegio prælationis in perſonalibus : vt commu-
niter ibi dicunt omnes doctores vt Salic. refert
quo caſu illud priuilegium non tranſit ad hære-
des:ſed quæſtio iſtius gloſſæ eſt de prælatione in
hypoth.in quibus aliter eſt dicendum:vt ſuprà &
merito Bartol.in dicta lege ſoluto matrimonio.
voluit illud priuilegium prælationis in perſona-
libus non tranſire ad hæredes indiſtinctè:ſed pri-
uilegium tacitæ hypot. non niſi ad filium,de quo
loquitur in l.finali. C. qui potio. in pig. hab.hîc
allegatur per gloſſam. ex quo infertur ſecunda
concluſio quòd tale priuilegium adeò non tran-
ſit ad hæredem quòd etiam ad filium non tranſ-
eat:quia ex quo text. in dicta l.prima. C. de pri-
uileg.dot.loquitur generaliter,quòd tale priuile-
gium non tranſit ad hæredes:ergo eadem ratione
non transfertur ad filium eo,quia ſoli mulieri eſt
conceſſum illud priuilegium,& ſic perſonę:ergo
cum perſona extinguitur:nec eſt vrgẽs quare po-

potius ad filium tranſire debeat, quàm ad hęredē, cum iura filium & hæredem parificent. vt in d. l. ſi ſtipulatus fuerim. Et caſu quo ad filiū tale priuilegium trāſire deberet à fortiori deberet ad hæredes trāſire ea ratione, quia hæredes reputantur eadē perſona cum defuncto: vt in l. j. in authen. de iureiur. à mor. præſti. & hæredes tenētur ad onera & incommoda defuncti, vt ſuprà dictum eſt: ergo conueniens eſt vt etiam priuilegia habeant: quia ſecundum naturam eſt vt eum ſequantur cōmoda quem comitantur incommoda. l. fi. §. ſed cùm in ſecūdam. C. de fur. & §. ſi poſt. in fi. ſuprà de cōtrahen. em. In filio verò iſta non procedunt: quia non reputatur vna & eadem perſona cum matre, cum idētitas procedat ex patria poteſtate vel nomine hæredis: vt latè probaui in §. actiones autē. ſuprà eodem. nullo igitur iure iſtud priuilegium poteſt tranſire. non obſtat quòd priuilegium tacitæ hypothecæ tranſit in filium. vt d. l. fin. C. qui potio. in pigno. hab. quia reſpōdetur illud procedere quādo eſt hæres matris non ſolum eo reſpectu quia filius: quia reſpectu matris reputatur extraneus & ita illum textū nouiter intelligo. Nec ob. ibi text. dum in fi. loquitur de priuilegio tacitæ hyp. in quo vult filios admitti: ergo eodem modo in priuilegio prælationis perſonalium, ex quo in illo tex. coniunctim ponuntur: quia reſpondetur quòd illa ſunt diſtincta & diuerſa priuilegia: vt tenent omnes in l. j. ſol. ma. & in l. j. de pri. dot. ex diuerſis non infertur. l. matrem & l. neque. C. de prob. & maximè in priuilegiis in quibus non fit extenſio de caſu in caſum niſi ſit expreſſum, vt in capitulo ſanè. de priuileg. & tali caſu etiam ſi relatiuè loqueretur imperator in d. l. final. non inconueniret quòd talis relatiō non extenderetur. nam licet relatio debeat fieri ad proxima: tamen vbi fit in materia ſpeciali, prout dotis, perdit relationē. ita notabiliter limitat iſtam regulam Pau. de mon. pico in rep. l. Titia. §. Titia in xxv. columna de lega. ij. facit quod in alio caſu dicit Areti. in l. ſi ſeruum. in princip. in prima columna ff. de verborum obligationibus. & pro iſta opinione videtur eſſe caſus in authentica, vt exactio. inſtan. dot. ibi, non enim aliis &c. qui textus turbauit ſpiritum Bar. vt ipſe dicit in l. poſt dotem. columna finali. ff. ſo. mar. ad idem facit textus in §. fi. vt immobil. ante nup. donatio. vbi non competunt illa priuilegia alteri præter quam mulieri: quia ille textus loquitur de priuileg. imperſonalibus. neque ob. dictio omnibus, ibi poſita: quia reſpondetur dupliciter. primò, quòd illa dictio reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam: vt eſt caſus & ibi gl. in c. j. de cōſti. dixi ſuprà in §. j. vel ij. reſponde quòd nulli alteri cōpetunt illa priuilegia, cùm ipſa mulier agit & ſpecificè loquitur text. ſecus verò quādo mulier non agit: quia tali caſu in priuilegio tacitæ hypothecæ hæredes ſuccedēt ad quos tranſit dos. & ita tex. noſter nouiter poteſt declarari dū dicit, cùm ipſa mulier de dote ſua experiatur &c. ergo ea non agente à contrario ſenſu colligitur quòd hæres agit qui reputatur eadem perſona: imò ex hoc poſſet vnum aliud contra omnes de mundo attentari, quòd omnia priuilegia dotis tranſeunt ad hæredes. & textus in lege prima. C. de priuileg. dotis. cum ſimilibus, poſſunt reſolui procedere quando ipſa mulier experitur: ſecus quando alius pro ea, vt procurator, ceſſionarius & hæres: quia tali caſu competūt illis priuilegia. & ſic in diſputationis congreſſu poteſt ſuſtineri vtraque pars, videlicet quòd omnia priuilegia tranſeant, & quòd priuilegium illud prælationis in perſonalibus non tranſit neque ad hęredes neque ad filium. priuilegium verò tacitæ hypo. bene tranſit & ad filium & hæredes contra omnes: quæ omnia tene menti: quia non video quòd obſtant niſi ſolùm authoritas gloſ. vt dicit Alexander in l. etiam. ff. ſoluto matrimonio. quæ hoc caſu probabilis eſt, ſed non neceſſaria: vt no. in l. prima. C. de leg. In alio gl. malè hìc loquitur, dum vult iſtud priuilegium conceſſum mulieri competere etiam ſuis hæredibus. & ſic præſupponit matrem habere ſuos hæredes: quod eſt falſum: vt tenet Bal. in l. in ſuis. circa me. ff. de ſuis & leg. & in l. ſicut certi. C. de teſta. mil. ſed quantum ad hoc poteſt defendi glo. quòd loquatur largo modo quo omnes hęredes poſſunt dici. ſecus propriè ita dicit Bar. in l. final. ff. de vſufr. accreſ. & in terminis pro iſta ſaluatione eſt deciſio Bar. in l. prima. in princ. C. de priuile. dot. vbi facit iſtam oppoſitionem. In ſecunda parte glo. habes vnum quòd priuilegia dotis de quo hìc, quæ dantur mulieri, competunt etiam eius procuratori, per iura allegata in gl. quę faciunt in argum. & ita cū glo. tranſeunt communiter doctores intelligendo tamen iſtam cōcluſionem de procuratore ſimplici, ſecus autem de procuratore in rem ſuam: & ratio eſſe poteſt: quia procurator ſimplex reputatur v-
38 na † & eadē perſona cum illo ad cuius vtilitatem negotia gerit: vt eſt gloſ. notabilis in l. ſi procurator. la ſecunda. in gloſſ. fin. ff. de doli mali except. quem vt notabilem ſequitur Iaſon in l. prima. §. ſi procurator, in ſecunda columna, numero ſeptimo. ff. ſi quis ius di. nō obtemp. & hoc non habet dubium: ſed maior eſſet dubitatio nunquid priuilegia de quo hìc competant ceſsionario, & ſic procuratori in rem ſuam: ego ſuperius tenui ſimpliciter quòd non, rationibus de quibus ibi, quicquid dicat Barr. in l. poſt dotē. ff. ſoluto matrimo. fateor tamen quia articulus eſt diſputabilis: ſed quia extra materiam iſtius gl. ideò tu vide in iſto articulo quod latiùs diffundit Bal. nouel. in tract. dot. in xij. parte, in quarta q. vbi notabi. loquitur.
39 † In ſecunda parte gl. concludit quòd priuilegia de quibus hìc non habent locum in donatio. propter nupt. Iaſ. tamen in iij. not. ſuprà eod. poſt Io. an. de pla. Aretin. & alios tenet contrarium rationibus de quibus ibi. Audi modo quòd ſi rectè intelligatur iſta glo. ſentit illud idem quod tenet Iaſ. nam tenet Iaſ. quòd priuilegiū prælationis in tacita hyp. & hoc idem vult gl. nam glo. hoc ponderat hic text. noſtum in illis verbis dote, in quibus text. loquitur de priuileg. prælationis. in quo concludit quòd ſuprà. dictum eſt de priuilegio verò ſimplicis hypoth. ſine prælatione gloſſ. nihil dicit imò videtur potius ſentire quod ſic: quia quod de vno negatur, de alio cenſetur affirmari. capitulo nonne. de præſumptionibus. Sed breuiter mihi videtur quòd iſto caſu nulla priuilegia dotis competant. quia non reperitur expreſſum in iure: & priuilegia quæ odioſa ſunt, multiplicari non debent. l. in fraudem. ff. de milit. teſtamen. & l. prima. C. de do. promiſ. & quia text. in l. fin. circa fi. expreſsè hoc prohibet. in dona. propter nup. non ſolùm ex verbis legis, ſed ex mente & verbis: quia vtitur taxatiua tantum, ibi dum dicit, hæc autem tantum ad dotem &c. de cuius natura eſt excludere

eſt excludere caſus non expreſſos diſsimiles. §.
hoc ſolito.ſuprà de hæred.quæ ab inteſt.& l.ij. C.
de patribus qui filios diſtraxerunt. capitulo cum
eccleſia.de cau.poſ. & prop. ſed donatio propter
nuptias eſt diſsimilis doti:quia venit ex cauſa lu-
cratiuà,dos ex cauſa onéroſa:igitur &c. præterea
hoc etiam eſt de mente text.in dicta l.finali.dum
ibi text.aſsignans rationem dicit quòd ideò non
vult priuilegia doti conceſſa in donatione pro-
pter nup.habere locum,quia imperator non vult
priuilegiare mulierem in lucro acquirendo, ſed
ne damnum patiantur : & ſic eſt de mente impe-
ratoris nolle introducere aliquod ſpeciale in do-
natione,ſed relinquere eam ſub diſpoſitione iuris
communis:vt patet in illis verbis,& habere inter
creditores ſui temporis ordinem.ſuadetur hoc ex
his quæ dicit Bart.in l.ij.§.finali. ff. de priuilegiis
cre.vbi vult à fortiori quòd diſpoſitio.dictæ l. fi.
non habeat locum de ſpóſa de præſenti.quia text.
ibi non dicit niſi de vxore cognita. & tamen ne-
mini eſt dubiũ quòd talis dicitur eſſe vxor : quia
eſt verum matrimonium. capitulo penultimo de
ſpon. & in capitulo j. iij. & fina. de ſpon. duo.&
tamen quia ſpecialia non ſunt multiplicáda Bar.
in dicto loco tenet contrarium : quod dictum ſe-
quitur Felin.in capitulo tertio loco.in tertia col.
de præſump.& latiùs in rubrica de ſpon. in quar-
ta columna.Non obſtat text.quem alleg.iaſ. in l.
vbi.C.de iure dotium.quia dico illum text.nihil
probare de tacita hypotheca inducta pro dona-
tione,ſed ſolum dicit quòd poteſt dotem & bona
donata propter nuptias quando vergit ad ino-
40 piam,vendicare:quæ quidẽ † vendicatio excludet
alios creditores mariti poſteriores habentes hy-
pothec.ſed non anteriores:& tamen ſi ibi tex. lo-
queretur de tacita hypotheca,de qua hic clarũ eſt
quòd præferretur mulier etiam priorem hypo-
thecam habentibus. cuius contrarium ibi diſpo-
nitur.Ex quo poſſet noviter vnum contra omnes
atteſtari quòd hypotheca de qua loquitur iſte tex.
non habet locũ quando mulier conſtante matri-
monio propter inopiã repeteret dotẽ. Nõ obſtat
text.in l.rebus.circa finem. C. de iure dotiũ.quia
poteſt dici,quòd text. ille loquitur de hypotheca
expreſſa orta ex prouiſione vxoris,patet ibi dum
text.dicit hypothecas.& ſic text.loquitur de pro-
prio auxilio ipſius mulieris;quo caſu illud habet
locum cõſtãte matrimonio. ſecus in tacita hypo-
theca quia lex non tuum ſed ſuum tollit auxiliũ.
l.fi.C.de pac.con.Ne ſi cõtrarium dicamus, mul-
tiplicẽtur tot ſpecialia & regulæ iuris communis
nimium vulnerentur: & iſto modo text.d.l.vbi,
adhuc rectè procedet. In quarta parte glo.col-
liguntur plures concluſiones.prima eſt quòd mu-
41 lier non poteſt agere pro dote,niſi ſol.ma.regula-
riter:& ſic videtur gloſſ. innuere † quòd actio de
dote antea non ſit data niſi in caſu.l.ſi conſtante,
ff.ſoluto matrimonio. & l.vbi. C. de iu.dot. iſta
eſt cõmunis opi.vt patet per adducta per Bar. &
omnes in d.l.ſi conſtante. §. j.licet ſuper hoc ſint
plures opin.quas refert Io.campe.in tract.dot. in
iij.parte.q.xvij.vbi finaliter tranſit cum commu-
ni. Et hoc eſt vtile ſcire propter præſcriptiones,
vt ſciamus à quo tempore currere debeát.de quo
eſt tex.in l.in rebus.§.omnes.C.de iur.dot.& tra-
dit Cor.in conſi.xciij.incipi.quia cauſa.ver.& con-
ſtat.in iiij.vol.Bal.in conſi.cxxv.actio de dote.in
iiij.li.& Raph.cuma.in cõſi.xcij.viſo ſuprascripto
in prin.& Bald.nouel.in trac.dot.in iij.parte. in
ſecunda & quarta columna.& mod.taurinen.in
trac.præſcrip. in j. parte ſextæ partis prin.in xvj.
caſu.& de hoc non eſt dubitandũ. Et an & quan-
do in terminis d.l.ſi conſtante.dicatur nata actio
videlicet an cũ primùm maritus incipit depau-
perari,an verò quando eſt effectus pauper.dixi in
repet.mea l.ſi cõſtante.in prima char.poſt Barto.
ibi & cõmunis opi.eſt iſta quòd cũ incipit depau
perari:vt in §.illud.in aut.de æquali.do.per quem
text. quòd hodie ſit correcta diſpoſitio d.l.ſi cõ-
ſtante. & l.vbi. hic alleg.in gloſ.quam cõmunem
opi. ſequitur Io.campe.in trac.do.in.iij.parte.q.
xix. vbi alias queſtiones ponit pertinentes ad il-
las.ll.quas non proſequor,cùm ſint extra propoſi-
tũ.In ea parte gloſ.ibi ſiue extraneus.&c. iſta glo.
poteſt intelligi dupliciter.licet doc.non aduerte-
rint. primò quòd iſtud quod dicit gloſ.extraneũ
poſſe agere ad dotem, quando ſtipulatus eſt ſibi
reddi, referatur ad proximũ dictum,videlicet in
terminis. d.l.ſi conſtante.vt relatio fiat ad proxi-
ma iuxta regulã l. talis ſcriptura. in fin.ff.de le.j.
& in l.j.C.de lib.præte. ſecũdò poteſt intelligi,vt
iſtud dictum gloſ.referatur ad primum dictum.ſ.
in,caſu ſo.ma.& tali caſu relatio nõ fieret ad pro-
xima,ſed ad remota:& hoc aliquando tolerari po
teſt,vt dicit Aret.in l.ſi ſeruum. in j.colũ.in vlti.
42 not.ff.de verb.obli. † Videamus modo quis in-
tellectus ſit verior. breuiter mihi videtur quòd
primus,ſecũdum quem conſeruatur regula com-
munis l. talis ſcriptura. & quia talis intellectus
eſt magis dubitabilis,quo caſu ille intellectus di-
citur amplecti:vt dicit Abb.in c.cũ in iure peri-
tus.per illum tex.in princ.de of.delega.& in cap.
de multa.vbi dixi.ij.not.de præbend.& colligitur
ex verbis Bar.in l. in ambiguo.ff.de re.du. ſecun-
dum quod ponderat ibi Soci.in ij.nota. Retento
igitur iſto intellectu colligitur iſta cõcluſio ex gl.
quòd extraneus qui ſtipulatus eſt ſibi dotem red-
di, poteſt agere conſtante matrimonio ad repe-
tendam dotem propter inopiam mariti ſicut ipſa
mulier poſſet agere in terminis d.l. ſi conſtante.
& d.l.vbi.quã opi.tenuit Raph.in d.l.ſi cõſtante.
& Lud.ro.vbi pluribus rationibus. Tamen com-
munis opi. eſt in contrarium quam tenet Bar. &
alij in d.l.ſi conſtante.in vj.q.ſecũdæ partis.quem
communiter ibi ſequuntur doc. Mouẽtur prin-
cipaliter iſta ratione:quia quãdo extraneus dans
dotẽ ſimpliciter ſtipulatur. ſibi reddi,omittit iſtũ
in cauſa inopiæ:quo caſu relinquitur diſpoſitioni
iuris cõmunis;ſed de iure cõmuni conſtante ma-
trimo. nõ datur actio, niſi mulieri in caſu inopiæ
viri.l.ij.iuncta l.ſi cõſtante.ſo.ma.ergo extraneus
non poterit agere. & gl. iſta non bene dicit. Ad-
uerte quòd iſta ratio cõmunis præſupponit quòd
ſi expreſsè extraneus ſtipulatus fuiſſet ſibi reddi
conſtante matrimonio in caſu inopiæ viri, quòd
tunc agere poſſet : hoc tamen falſum eſt:quia ius
commune pactis priuatorum tolli non poteſt. l.
nemo.de leg.j.& l.priuatorum.C.de iuriſdic.om.
iudi.& l.ius priuatorũ.ff.de pactis. Et de iure cõ-
muni eſt quòd conſtante matrimonio agi non
poſsit.d.l.ij.cuius regula fauore mulieris & pro-
lis limitatur.Modo ex pacto extranei inducere a-
liam ſpecialitatem & priuilegium eſſet plura in-
conuenientia inducere quæ etiam non toleran-
tur fauore dotis.vt l.j.C.de dot.promiſ.& l. cùm
poſt.ff.de iure dotium. præterea, quia huiuſmodi

pactum eſſet contra bonos mores duplici reſpe-
ctu. primo, quia conſideratur triſtẽ & aduerſam
fortunam mariti. cõtra l. inter ſtipulantem. §. ſa-
cram ff. de verbo. obliga. ſecundò, quia præſtaret
occaſionem delinquendi ex eo, quia tali caſu re-
ſtitutio dot. quæ fit conſtãte matrimonio, ſic quò
ad effectum, vt ex illa ſuſtineantur onera matri-
monij, vt vxor & maritus cum filiis de fructibus
illius viuant: ita dicit tex. in l. vbi adhuc. C. de iu-
re dotium. certè ſi extraneo fieret reſtitutio, cer-
tè poſſet contingere quòd vxor quę fortè iuuenis
& pulchra eſſet, gubernaretur & regeretur arbi-
trio extranei, ex quo poſſet verè vel præſumpti-
43 uè honor viri & mulieris † ex illa conuerſatione
lædi. nam lis eſt cum forma iuncta pudicitiæ: vt
inquit Menander græcus. nã aliquo modo expu-
gnitur: quod vndique inceſſerit, vt inquit Hiero.
euitãda eſt igitur aſſidua vxoris conuerſatio cum
viris extraneis quę prohibita eſt etiam inter con-
ſanguineos: vt patet in c. primo. de coha. cler. &
mulier. & quia variũ & mutabile ſemper fœmi-
na: vt in capitulo forus. de verb. ſignifi. & natura
earum ſemper nouas deproperat edere formas. c.
j. de no for. fi. & caſta eſt quam nemo rogauit, vt
dicit Abb. in c. ſecundo. col. fi. de biga. ſolent ete-
nim mulieres maritos quorum copiam haben, o-
dire: vt dicit gl. in l. pater ſeue. §. ſocrus. ff. de con
ditioni. & demonſtra. nam omne rarum carum,
& frequentia vileſcit: vt in c. legimus. xciij. diſtin.
& naturaliter nituntur in vetitum, & inhoneſta
appetunt: vt tradit Luc. de penna in l. quoties. de
priuileg. ſcho. li. xij. Ex iſtis igitur & infinitis aliis
gignuntur rixæ inter virum & vxorem. & gigna-
tur zelotypia, propter quam maritus indignatur
& fremit, & portat gladium in manu ſua: vt dicit
tex. in c. nec aliqua. xxvij. q. j. quod quidem magis
malum in coniugatis viget quàm in aliis: vt dicit
Spe. in titulo de ſpon. §. fi. circa medium: & ex ta-
li conuerſatione plerunque ſequũtur adulteria: vt
tradit Ioã. de Neuiz. in tract. ſiluæ nuptia. fol. iij.
& quarto. propter quæ mariti magis dolent de
adulterio vxoris quàm de graui dãno bonorum,
44 imò quàm de vulnere: vt tenet Ioannes Fab. † in
§. ſciendum. ſuprà de donati. imò pluſquàm ſi fi-
lius proprius occideretur: vt in l. codicillis. §. ma-
tre. ff. de legatis ſecundo. quem ad hoc alleg. pro
ſingulari And. ſicul. in capitulo primo. columna
quinta. numero xxxij. & in c. accedens. ij. colum.
tertia. vt lite non conteſt. Bald. in conſi. clxj. cæci-
lia. columna ſecunda. in tertio lib. & in l. athletas
§. calumniator ff. de infami. Feli. in capitulo quæ
in eccleſiarum. in quarta columna. de cõſtitutio.
Decius in c. at ſi clerici. §. de adulteriis. columna
ſecunda. de iud. Iaſ. in l. tranſigere. in ij. no. C. de
tranſact. cum ſi. imò ſi maritus non commouere-
tur, præſumeretur leno. vt tradit Tho. ferrarius in
cautel. xiij. vt igitur omnia iſta euitentur, & ne v-
xor & maritus neceſſitate cõpulſi ad huiuſmo-
occaſiones inducantur, ideò dicẽdum eſt tale pa-
ctum non valere cùm contineat iniquum. Alia i-
gitur mihi videtur ratio quæ pro communi opi.
firmior erit: quia clara eſt iuris regula quòd lex
abhorret remedia fruſtratoria: quia lex & natura
nihil operantur fruſtra. l. qui bis idem. vbi doct.
ff. de verborum obligationibus. & eſt text. noſter
hic. Sed ſi cõcederetur extraneo poſſe agi conſtã-
te matrimonio illa eſſet ſibi inutilis cùm dos de-
beret eodem modo deſeruire oneribus matrimo-
nij: & ſi quid ſupereſt, debet reſtitui viro: vt dicit
Bart. in d. l. ſi conſtãte. in vij. q. quartæ partis prin-
cipalis. & ſic ex hoc extraneus nullum commo-
dum percipiet: ergo talis actio non debet eſſe in
conſideratione. arg. l. is à quo. §. ſi de teſtamento.
ff. ad trebel. Nec obſtat quòd iſte extraneus habe-
bit dotẽ: quia reſpõdetur quòd hoc fieri non poſ-
ſet propter occaſionem delinquẽdi, de qua ſuprà
dictum eſt: & quia iure non cauetur. Nec obſtat
etiam quòd extraneus fruſtrabitur ſua ſtipulatio-
ne de dote reſtituenda ſi in caſu inopiæ ſibi non
eſt conſultũ: quia reſpõdetur quòd iſte extraneus
ne fruſtretur ſua ſtipulatione de dote reddenda,
poterit ſibi caueri remedio l. in omnibus. ff. de iu-
di. quod habet locum tam in contractibus bonæ
fi. quàm ſtrict. iur. vt maritus vergens ad inopiam
cautionem præſtet de non alienando dotẽ. vt tra-
dit Iaſo in d. l. ſi conſtante. in x. col. & ſic per iſta,
communis opi. rectè ſuſtinetur: pro qua nouiter
prædicta ego pondero text. multum faciẽtem ad
propoſitum in l. ſi dotem. C. de iur. dot. inducẽdo
iſto modo. nam aut extraneus vult agere contra
maritum vergẽtẽ ad inopiã ſine aliqua culpa ſua:
& clarum eſt quòd non poteſt nonſolùm per ra-
tiones ſuprà dictas quæ à fortiori militãt iſto ca-
ſu, ſed quia nõ debet addi afflictio afflicto contra
l. diuus. ff. de offi. præſi. & c. ex parte. de cler. ægro.
nam ſi tali caſu in vxore dubitatur cui in hoc le-
ges fauẽt ne ſibi hoc caſu detur actio: vt tradunt
mod. repe. & Io. cro. in d. l. ſi conſtante. ſuper iij. q.
primæ partis. poſt alios mod. quantò à fortiori
extraneo competat actio viro vergẽte ad inopiã
culpa ſui: quo caſu videtur magis facile concedi
debere tale remedium: & dico tibi quòd etiã hoc
caſu non poterit agere. & per hoc induco text. in
d. l. ſi dotem. dicitur ibi, quòd extraneo qui ſtipu-
latus eſt dotem traditam ſibi reddi, ſi poſtea mu-
lier ſui culpa matrimonium dirimat dos non de-
bet ad extraneum reuerti: ſed ad maritum. pon-
dero modo iſtum tex. nam ſi in caſu in quo extra-
neus ſtipulatus dotẽ ſibi reddi ſol. ma. vel ſimpli-
45 citer † quod idem eſt: vt in l. ſtipulatio de dote
ff. de iu. do. non poteſt illam repetere, ſi matrimo-
nium ſoluatur culpa mulieris, in quo caſu futura
eſſet vtilis ſua ſtipulatio, quãto à fortiori non de-
bet admitti in caſu conſtãtis matrimonij, in quo
caſu ſtipulatus non eſt, neque leges ſibi fauent e-
tiam ſi expreſsè hoc feciſſet. ſed aduerte quòd ad
illũ tex. poſſet reſpõderi per doc. Bart. in l. Gaius.
in vi. q. ff. ſo. ma. quem doct. ſequũtur. & Iaſ. in l. ſi
ita quis. §. Chriſogonus. in x. no. ff. de ver. ob. cuius
doctrina deſtruit intellectum. l. ſtipulatio de do-
te. ff. de iure. dotium. quia allegatur ad hoc quòd
paria ſunt, quòd extraneus ſimpliciter ſibi ſtipu-
letur dotem reddi, vel ſoluto matrimonio. & ita
ad hoc illum textum allegat Iaſo. in dicta lege. ſi
conſtante. in decima columna. & declaro in voce:
quod tene menti: quia eſt nouum. Non obſt. fun-
damenta Romani cõtra communem. quia ad il-
la ſigillatim reſpondent repetentes in dicta lege
ſi conſtante. in trigeſima ſeptima colum. & ibi,
alias latè fundamenta illa diſcutio. quæ declaro
modo vobis quę hic non ſcribam: ne ſæpius idem
repetatur. & hæc omnia procedunt tenendo pri-
mum intellectum gloſſę de quo hic. Sed ten en-
do ſecundũ iſta omnia euitãtur: ſed ille caſus non
habet dubiũ: quia quòd extraneus tradẽdo dotem
poſsit ſibi ſtipulari de ea reddenda in caſu ſoluti
matrimonij,

matrimonij, & quòd tunc agere poſsit, hoc eſt de
indubitabili, cù plures ſint tex. de hoc, vt in l. quo
ties. ff. ſol. mat. & in l. auia. C. de iure dot. & in l. j.
§. accedit. C. de rei vxo. act. cum traditis ibi per
46 glo. & doc. † In eadem parte glo. ibi patri actio
& filiæ &c. Concludit gloſ. quòd quandò pater
dat dotem, & ſtipulatur ſibi reddi, quòd actio e-
rit communis patris & filiæ: quod procedit ſecun
dum Iaſ. hîc in dote profectitia: ſecus in aduenti-
tia, in qua filia ſolùm poteſt agere, & dicitur ha-
bere hæredem: vt eſt caſus no. in l. auus ff. de iur.
dot. quem doct. hîc non adducunt, & ad hoc pon
derat Bart. in l. poſt dotem. in iij. quæſt. ff. ſol. mat.
declarando, vt per eundem Bar. in l. dedit dotem.
ff. de colla. bo. & per Alexan. in authent. quod lo-
cum. C. de colla. Secundò declaratur opi. iſtius
gloſ. procedere in filia in poteſtate: ſecus in eman
cipata: quia tunc actio non eſt communis, ſed ſo-
lius filiæ: ita tenet glo. in l. ij. §. j. ſo. ma. quam doc.
ibi communiter ſequuntur l. vnica. §. extraneum.
C. de rei vxo. ac. facit pro & contra tex. in l. filiæ.
ff. ſoluto matrimonio. Sed iſta limitatio non
videtur vera indiſtinctè, ſed ſublimitanda eſſet
procedere eo caſu quo ſolutum eſſet matrimo-
nium diuortio vel morte relictis tamen liberis:
ſecus verò ſi liberos mulier non relinqueret: quia
tali caſu ego credo quòd actio ſit patris & non
filiæ. Probo ratione: quia actio de dote nunquam
fuit acquiſita tali caſu mulieri: quia ita demum
acquiritur quando ſoluto matrimonio. poteſt a-
gere, quia tunc naſcitur: vt tenet communis opi.
de qua per Bart. in l. ſi conſtante. §. j. ff ſoluto ma-
trimonio. cum igitur filia fuit mortua nõ relictis
filiis, conſonum eſt vt actio detur patri ex ſua ſti-
pulatinne interpoſita de ſibi reddendo: & non eſt
tex. qui huic opi. aduerſetur, cui de facili reſpon-
deri non poſsit. facta prædicta diſtinctione cogi-
ta tamen: quia eſt nouum. Vlterius circa prin-
cipalem concluſionem gl. eſt aduertendum quòd
licet actio de dote ſit communis patris & filiæ: ta-
men exercitium illius actionis eſt penes patrem
conſenſu filiæ tacito vel expreſſo: ita dicit gloſ.
per l. ij. §. ſi. & l. ſeq. ff. ſolu. mat. & ſic iſto caſu fi-
lia tacens habetur pro conſentiẽte, vt ibi dicitur,
& ratio eſt illa quæ colligitur ex l. nec in ea. in fi.
ff de adul. & in l. ſti quidem. ff. quod me. cau. vi-
delicet quòd pater præſumitur bonum conſilium
capere pro filia: & iſtam rationem in puncto aſſi
gnat Bald. in l. ſi ſine. in j. quæſt. C. ad velleia. ta-
men iſta ratio non videtur ſufficiens ex eo, quia
illa attenta ſequeretur quòd filia poſſet contrahe
re cum patre ſine conſenſu conſanguineorũ, ſtan-
te ſtatuto quòd in contractibus filia debeat cum
illorum conſenſu contrahere: cuius tamen con-
trarium tenet Roma. Corne. & Iaſ. in l. pactum
quod dotali. C. de colla. reprobata opi. Bal. ibi qui
contrarium tenebat. & illud dictum Roma. vide-
tur ſequi Alex. in l. ſi quis mihi. §. ſi coram. nu. viij.
ff. de acqui. hær. & tamen ſi pater præſumitur con
ſilium capere pro filia, poſſet aliud admitti: niſi
47 dicas quòd illud ideo eſt: quia erat data † forma
per ſtatutum à qua etiam in melius non licet re-
cedere: vt in l. iij. §. in bello. ff. de re mili. & bonus
text. in l. ſi. C. de delato. lib. x. per quem dicit ibi
Ioan. de platea quòd ſi legati principis aliquid a-
gunt vltra quàm in mandatis receperunt, etiam
ſi bene gerant, debent puniri etiam capite, vt di-
cit tex. etiam notabilis in cap. fin. §. ſi. xxij. quæſt.

ij. & tradit Felin. in cap. cauſam. in iiij. columna.
verſi. iij. limita. de iudi. & in cap. illud. de ma. &
obe. & Fran. cremonen. notabili j. cl. cuius eſt ini-
tium mandatum fuit: vbi dicit quòd ob hanc cau
ſam illuſtriſsimus ſenatus Venetorum caput am-
putari iuſsit cuidam bellorum duci. Et hoc etiam
de Romanis legimus apud Liuium libro ix. quod
Quintus fabius, quamuis magna victória Samni-
tes fudiſſet: tamen capite damnatus fuit à Papy-
rio dictatore, mortémque obiiſſet, niſi impetu po
puli fuiſſet liberatus: de quo dicto meminit Ioan.
de ligna. in trac. de bello cap. xxix. quem etiam
ſequitur Felin. in cap. cùm dilecta. in ij. colum.
verſi. amplia quartò. de reſcrip. ſic igitur in patre.
ex forma ſtatuti idem erit dicendum. Replicari
tamen poteſt: quia illa forma in fauorem filiæ fue
rat introducta cui licet renuntiare. l. pen. cum ma
teria. C. de pact. Et ideò alia videtur ratio, quòd
filia tali caſu tacendo cenſetur conſentire: quia e-
molumentum actionis tẽdit in vtilitatem ſuam,
pro qua tacens habetur pro cõſentiente. l. qui pa-
titur. ff. mand. Bar. in l. dotis. ff. ſol. ma. & ideò di-
cit glo. hîc in vlt. parte quòd tali actioni intẽtatę
per patrem datur priuilegia dotis. & ita declarat
Bar. in l. poſt poſt dotẽ. in fi. ff. ſol. mat. Sed con-
ſidera diligenter: quia non videtur verum quòd
48 pater agẽs actione communi † videatur agere ad
vtilitatem filiæ: quia contrarium videtur tenere
Bart. in l. ij. §. j. ſol. mat. quia ex quo exercitium a-
ctionis eſt patris, vt ſuprà eſt dictum, petendo ſibi
dari nomine proprio & filiæ, nõ dicitur agere ad
vtilitatem filiæ, ſed ad ſuam tantum: caſus vide-
tur de hoc in l. ſi longius. iuncta glo. ff. de iud. vbi
actio iniuriarum quæ eſt communis patris & filij:
vt in l. pater. ff. de iniur. ſi per patrem intentetur
dicitur intentata ad propriam non ad vtilitatem
filij: dicas ergo ſic pro reſolutione quòd aut illud
verbum reddi ſibi dotem, eſt poſitum in libel-
lo ſub verbo executiuo. vt reddi ſibi & filiæ do-
tem: & tunc procedant ſuperiora: vt colligitur
per text. quem ad hoc ibi no. Ang. in l. ſi cum do-
tẽ. § ſi pater. ff. ſoluto matrimonio. aut verò non
ponitur ſub verbo executiuo: vt quia petit actio-
ne de dote communi ſibi & filiæ dotem ſibi red-
di: & iſto caſu procedant contraria: Iſtud tamen
declaratur procedere. prout declarat Bart. quem
tibi declaro in voce, in l. vxorẽ. §. teſtamento. ff.
de leg. iij. Sed ex alio contra iſtam concluſionem
gloſ. inſtatur. Nam dicitur hîc quòd dos eſt com-
munis patris & filiæ. hoc non videtur ex eo, quia
iura dicunt dotem eſſe filiæ. l. tertia. §. ſed verum.
ff. de minoribus. l. Pomponius philadelphus. ff.
fami. erciſ. ergo non competit patri: quia cùm ſit
realis quæ competit pro dote, debet dari domino
l. officium. ff. de rei vend. tradit gloſ. ſuprà in §.
primo. ſed ad iſtud reſpondet Iaſ. in dicta l. ſecun-
da. §. primo. ex doctrina Bartoli in authen. dos da
ta. C. de dona. ante nup. vide per eum. Tu aliter di
cas quòd argu. procederet quando dominium do-
tis fuiſſet propriè filia: ſed hoc non eſt verum, ſed
impropriè ratione communionis quam habet
cum patre: & illud facit quòd poſsit dici domi-
na. ita no. declarat Bart. in l. poſt dotem. in quin-
ta quæſtione. ff. ſoluto matrimonio. cũ quo tranſ-
eunt alij: licet de iſtis nullus faciat hîc mentio-
nem. Sed iſta conſideratio Bartoli licet ab
omnibus approbetur, non videtur vera ex eo,
quia text. in dicto §. ſed verum. in fi. ſimpliciter
dicit

49 dicit dotẽ † eſſe ipſius filię: & ſic in dubio debet
intelligi de dominio propriè: lege j.§.j. ff.ſi ager
vectig.& no. Aret. in rub.ff.de aquir.poſ.colum.
pen.cum ſi.vt per Decium in conſil.lxxiij.in cau-
ſa.colum.v.in ij.parte Soci.in conſi.viri.in ij.lib.
Suadetur hoc:quia text.in §.ſed vtrum. loquitur
per verba genitiui caſus quæ in dubio importãt
dominium directum & non vtile:vt eſt text. l.in
50 ſi domus.§.ſi.ff.de legatis.j. Sed defendẽdo Bar.
poteſt dici quòd regula poſita in d.l.j.§.j.ff.ſi a-
ger vectig.procedit:quia in illa materia verbum,
dominium, nõ poterat referri ad vtile:ideò refer
tur ad ſolum directũ:ita illũ text.limitat Bart.in
l.ſi mater.§ eandẽ.in pe.quæſt.ff.de excep.rei iud.
ſequitur Iaſ.in §.ſed iſtæ.nu. clij.ſuprà eo.& in l.
incerti.§.ſi nũmi.in j.colum.ff.de condi. inde. &
mod. Paplen.in c.j.de iudi. Tamen conſidera
quòd illa limitatio Bar.cũ ſequacibus,nõ videtur
vera: quia illud quod in d.§.j. nõ poſſet verificari
in vtili eſt ex eo,quia dominium vtile,eſt impro-
priè dominium: vt eſt caſus in leg.ſi finita.§.ſi de
vecti.ff.de dam.infec.& ibi Bal.notat,& verba in
dubio debent capi propriè: vnde ſi vtile domi-
nium eſſet propriè dominium,bene diſpoſitio il-
lius text.in eo haberet locũ. Ex quo infero quòd
diſpoſitio illius text. & regula bene haberet locũ
in vtili dominio,quod cõtrariatur directo. vt eſt
illud quod acquiritur nobis ex præſcriptiõe: quia
illud vtile eſt proprium dominium: ſecus in vtili
dominio quod recognoſcit & fatetur directũ do-
miniũ,vt in emphyteuta & vaſallo de quo loqui-
tur ille text.quia illud non cõtinetur ſimpliciter
appellatione dominij:quia non eſt propriè domi
niũ.ita ſingulariter dicit Bart.in leg.j.ff.de aqui.
poſ.in iiij.colum. quem multum commendat ibi
Iaſ.& latè declarat in xvij. colum,nu.lvij. verſi.
nota tamẽ.Ex qua doctrina poſſunt declarari plu
ra dicta ambigua in iure,primò dictum Bal.in l.
in conditionibus,§.j.per illum text.ff.de condi.
& demon, vbi appellatione dominij intelligitur
de vtili. & l.item mela.§.legis.ff.ad leg.aquil.&
quod no.Bal.in l,ex teſtõ.ff.de condi.inſti.& ali-
bi ſæpè. Conſidera tamen ſi poſſet dici quòd nõ
inconuenit quòd in materia fauorabili,prout do
tis verba impropriè capiantur maximè vbi repe-
51 ritur diuerſitas opi.vt in caſu noſtro. † nam pro-
pter difficultatẽ opinionũ cogimur interdũ de-
uiare à vera ratione & cõcludẽri:vt colligitur ex
dictis Bart. in l,iuris gentiũ.§.prætor ait.in fi.ff.
de pac. Alex.in l.rei iudicatę.colũ.fi.ff.ſolu.ma.
idẽ Bar.in l.ita ſtipulatus.colũ.xj.verſi.quid ergo
dicemus.ff.de ver. obl, ſic ergo dico quòd in d.l.
iij.§.ſed verum. ille tex.licet loquatur per verba
genitiui caſus & ſimpliciter tamẽ improprietur
de improprio dominio. quia etiã videmus quòd
genitiuus importat impropriè dominiũ,prout di
cit Deci.poſt Aret. in c.quia V. per illum text.de
iudi. & tradit latius Iaſ.poſt alios in ru.ff.de ope.
no.nũ.in ij.colum.Et hinc eſt quòd quando actor
in libello facit ſimpliciter mẽtionẽ de dominio,
debet intelligi eo modo quo magis expedit acto-
ri:ar.l.ſi quis intentione. ff.de iud.no.Pau.de ca,
in l.quod princi.§.j.ff.de aqua plu.arcẽ. & ita vi-
52 detur in hoc paſſu cõcludendum. In quinta † &
vltima parte gloſ. habes cõcluſionem quòd pri-
uilegium prælationis de quo hic datur patri.Iſta
gloſ. in hoc reputatur ſingularis ſecũdum Bal.in
l.j.§.ſed vt plenius.C.de rei vxori.act.& Bal.no.in
tractat.doc.in vj.parte.in vij.ſpeciali. Limitatur
tamẽ iſta glo.ſecũdũ omnes hic procedere:quãdo
pater agit viua filia:ſecus ſi ea mortua propter ra
tionem gloſ. hic quæ fundat ſe in hoc:quod ideò
competũt patri talia priuilegia : quia tenetur do-
tẽ reſeruare filiæ.quæ ratio ceſſat,quando eſt mor
tua. Bald. tamen nouellus de quo iſti nõ faciũt
mẽtionem, in trac.dot.in xij.parte queſt.ij.tenet
cõtrarium omni caſu,& Lud. bolo.hic in primis
interpetrationibus. Mouentur, quia priuilegium
iſtud eſt cõceſſum ſoli mulieri & in eius fauorem:
ergo nõ debet in damnũ redũdare:quod futurum
eſſet , ſi matrimoniũ diuortio diſſolueretur.& a-
lia motiua adducit quæ nõ ſũt digna recitatione.
videas ibi, & ad illud motiuum reſpõde quòd illo
caſu quando pater agit ad vtilitatem filiæ dicitur
agere, cùm agat communi nomine : vt tenẽt hic
omnes,& glo.hic in proxima parte:ergo fauor fi-
liæ nõ minuitur,ſed cõſeruatur,cuius ſolius pro-
uidentia iura hoc induxerũt,vt pater nomine cõ-
muni agere poſſit pro cõſeruatione dotis,per ra-
tionem du quã in l.ij.§ j.& fi.ſoluto mat. & ideo
mihi videtur quòd iſta gloſ.declarata & limitata
prout doc. volunt nõ ſit vera. In primis moueor,
quia clarũ eſt quòd quãdo pater ſtipulatur dotẽ
ſibi reddi ſo.ma. illa verba intelligũtur ſiue mor-
te ſiue diuortio fiat diſſolutio :vt in l.j.ff.de diu.
ergo ineptũ eſſet interpetrari actionẽ competere
patri in caſu diuortij tantum, & nõ mortis:cum
nõ reperiatur expreſſum:& tamẽ doct: omnes fa-
tẽtur in l.j.§.extraneũ. per illum text. competere
priuilegia patri quãdo ſtipulatur dotẽ reddi. quo
caſu debẽt intelligi generaliter,præterea pondero
contra omnes gloſ.hic.nã ſi doct.volũt iſtã gloſ.
intelligere quòd priuilegia competãt viuẽte filia,
gloſ. nõ diceret quòd pater agit ſua actione : ſed
deberet dicere cõmuni, prout dixit in caſu præce
dẽti;quæ quidem actio cõmunis competit viuẽte
filia & exiſtente in poteſtate.l.ij.§.quòd ſi in pa-
tris.ff.ſolu.ma. vnde ex quo dicit ſua,datur intel-
ligi quòd gloſ.loquatur de propria actione patris,
quæ in ipſũ cõſolidatur mortua filia:aliàs nõ dice
ret ſua,ſi præſupponeret gloſ.filiã viuere:quia qđ
cõmune eſt,nõ poteſt dici propriè ſuum:vt tradit
Ioã.an.& domi.in c.ſi.de ver.ſigni.lib.vj.& text.
in.c.ratio. & ibi no.Abb. de præben.cũ concor.
quę Alex. ſcribit in l.ſerui electione.§.Labeo.ff.
de leg.j. Præterea, quia licet gloſ. vt volũt doc.
ſe fũdet in illa ratione quòd pater teneatur dotẽ
reſeruare pro filia. iſta ratio ſufficit quòd aliquo
caſu poterit habere locũ,videlicet filia viuẽte.vn
de licet poſtea ceſſauerit : nõ tamẽ ceſſat diſpoſi-
tio.glo.eſt de hoc notabilis in c.ſtatutũ.in verbo,
canonicis.de reſcrip.li.vj.quam notabil. declarat
Domi.in c.licet canon.in ij.colum. verſi.nota.de
elec.lib.vj.& prius Abb. in c.quoniam abbas.in
iiij.colum.de offic.deleg.& in c.ſæpè.in ij.colũ.
de reſtitu.ſpo. & tradit magiſtraliter Bar.in l.ex
53 facto.ff.de vulga.& pup. † Nam quãdo actus eſt
cõſummatus p ceſſationẽ cauſæ nõ debet effectus
retractari.l.ſancim⁹.C.de donati.[illegible] Bar.in l.Titia.
§.imperator.ff.de leg.ij.colum.penult. Alex.in
l.ſi.conſtante.& ibi [illegible] lvij.ff.ſol.matri.
ſed iſto caſu matrimonium per mortem filiæ eſt
conſummatum ratione cuius fuit inducta iſta ra-
tio gloſ. ergo dato quòd modo ceſſet, non debet
effectus reſultans ex tali cauſa ceſſare. Præterea
quia iſta ratio gloſ. nõ eſt inducta à lege ergo nõ

eſt neceſſaria,ſed de bene eſſe: vt tenet gloſ. in l. prima.C.de legi.Bar.in l.prima.ff.ſi certum petatur. & præſuppoſito quòd ſit ratio efficax, dico tamen tibi quòd illa non fuit ſola ratio, vt patri daretur actio:ſed ſtipulatio interpoſita per ipſum quæ habet priuilegia tacitæ ſtipulationis dicto §. extraneum. quæ quidem ſtipulatio confertur ad omne tempus ſoluti matrimonij.& dato quòd viuente filia actio illa dicatur communis ratione de qua hic in gloſ. tamen ea mortua actio & priuilegia non dantur patri illa ratione quæ tunc ceſſat,ſed alia,videlicet iure conſolidationis.facit l.filiæ.ff.ſoluto matrimonio. & not.in l.poſt dotem.eodem titulo.niſi filia relinquat filios: vt ſuprà dictum fuit,& ita puto verum.Hic iam operi finem imponã Deo optimo maximo authore, in quo quidem ſi quis à iure diſſonum aliquid lector curioſus offenderit,piè corrigat, vel apertè referat.tantum enim abeſt vt ſcribi contra nos nolimus, vt id etiam maximè optemus: iucunda etenim eſt laus,vt inquit Plato & idem Cicero, eorum, qui cùm probabilia ſequuntur nec vltra quam id quod veriſimile occurrerit progredi poſſunt,& refellere ſine pertinacia,& refelli ſe ſine iracundia pati.In qua quidem re ſi, prout hæc varia legũ conditio patitur, iure meritò corrigamur, illud Auli Gellij exemplum capite ſecundo decimitertij libri,nos abundè defendet.ſcribit enim Actium poëtam tragœdiam ſuam, cui Atreus nomen eſt, M. Pacuuio deſideranti legiſſet tum Pacuuium dixiſſe aiunt: ſonora quidem eſſe quæ ſcripſiſſet & grandia: ſed videri ea tamen ſibi duriora, paulum & acerbiora. ita eſt, inquit Actius, vti dicis: neque id ſanè me pœnitet.Meliora enim fore ſpero, quæ deinceps ſcribam. nam quod in pomis eſt, itidem, inquit, eſſe aiunt in ingeniis, quæ dura & acerba naſcuntur,poſt fiunt mitia & iucunda.Sed quæ gignuntur ſtatim vieta & mollia,atque in principio ſunt viuida,non matura mox fiunt, ſed putria.Relinquendum igitur viſum eſt in ingenio quod dies atque ætas mitificet.

Præclara Commentaria domini Ludouici Gomeſij Hiſpani iuris vtriuſque doc. conſummatiſſimi expliciunt ad laudem omnipotentis Dei, ac communem omnium legum profeſſorum vtilitatem.

aut ad actiones vt ſuprà de iure naturali gentiũ
& ciuil. §. omne autem. & leg. prima ff. de ſtatu
hominum. De perſonis tractatum eſt in libro pri-
mo, vſq; ad titulum de re. diuiſione: de rebus tra-
ctatum eſt in ſecundo & tertio libro vſq; ad titu-
lum de obligationib. A titulo de obligation. quia
oportet obligationem præcedere actionem, ſicut
mater præcedit filiam, incepit tractare de actio-
nibus: hîc propriè tractat de actionibus, quæ ex
obligationibus naſcuntur, & procedunt. Vel
poteſt continuari alio modo, tractatum eſt ſuprà
de obligationibus in gĕnere & in ſpecie: primò in
genere in titul. generali de obligationibus. Secun
dò in ſpecie in titulis ſubſequenti. quot modis re
contrah. obligat. & in aliis titulis ſubſequentibus:
quia procedit ex obligatione actio: vt l. licet §. ea.
ff. de procu. & probatur ſuprà de verb. obligatio-
5 nibus in prio. titu. ideo ex † quo vidimus de obli
gatione quæ eſt actionis mater, videamus de a-
ctione, quæ eſt ipſius obligationis filia. Et primò
perſequemur diffiniendo vſque ad §. omnium.
Secundò diuidendo in §. omnium. Duplex eſt
ergo modus tractandi de actionibus: diffiniendo
& diuidendo. Dicit ergo Iuſtinianus quòd actio
eſt &c. Modo aduertatis expoſitionẽ verborum
ſicut gloſ. ponere ſolent, & rectè non ponunt ab-
ſurditatem niſi in vno loco: actio autẽ eſt &c. i-
6 ſtud non dicerem niſi quia gloſ. ponit: Actio † in
iure noſtro ſumitur pluribus modis. Aliquan-
do ſumitur pro actu, vt in authentica hoc ius
porrectum. C. de ſacroſan. eccleſ. ibi, quòd actio
pia, id eſt actus pius cõſtituit: & in authentica de
non alienãdis. §. ſi minus. & l. iij. §. ſed ſi debito-
rem. ff. de dona. inter virum & vxorem. & in mul
tis aliis. Aliquando pro actione criminali: & in
iſta ſignificatione ſumitur. C. quando ci. ac. præ-
iudic. crimi. &c. Aliquando pro adminiſtratione:
vt in authentica, iuſiur. quod præſtatur: & in au-
thentica vt iu. ſine quo ſuſ. §. iuſiurandum: tamen
hoc non eſt ponere nouum. Licet hîc aliquando
ponatur, quia actus eſt idem quod adminiſtratio
vt l. actus. ff. de admi. tu. & in eadem ſignificatio-
ne ponitur in authentica vt iudi. ſinc. quoquo
ſuſ. §. iuſiurandum. Aliquando ponitur pro iu-
re perſequendi: & in iſta ſignificatione poni-
tur in diffinitione iſta. *Nihil aliud.* quare dicit
7 † nihil aliud, quia circa actiones eſt conſiderare
ius vetus, & ius nouum Iuſtiniani, & per mediam
iuriſprudentiam inductum: antiquitus actiones
interpretabantur à pontificibus, qui præerãt po-
pulo, cum quadam ſolennitate verborum conce-
pta vt l. ſi ſeruus nauem. ff. de furtis. hodie ſolen-
nitas iſta quantum ad actiones ciuiles & præto-
rias, & quantum ad interdicta eſt ſublata, vt l.
vlti. C. de interdictis infrà de interd. §. vlti. & C.
de formulis l. j. & ij. remanet ergo ſimpliciter a-
ctio quæ eſt ius &c. *Ius* quaſi dicat remota illa ſo-
lennitate verborum hodie remanet actio, quod
eſt ius. Quare dicat ius poteſt, & credo leuiter o-
ſtendi, quod prima opinio contineat veritatem
magnam quàm illa quam gloſ. approbat, vt oſten
8 dat actionem eſſe rem incorporalem. Res † cor-
porales ſunt quæ poſſunt videri & tangi: illa quæ
ſunt in iure non poſſunt videri nec tangi: vt l. j.
ff. de re. di. & ſuprà de rebus corporalibus & in-
corporalibus. ad hoc ergo vt oſtendat actionem
eſſe rem quæ nec tangi, nec videri poteſt, dicit
quod eſt ius. Iſta eſt prima opinio & credo quòd
contineat veritatem. Tamen ſubiicitur alia opi-
9 nio quæ eſt ipſa veritas. Et propter officium † iu-
dicis: quia officium iudicis nõ eſt actio: ſed Marti.
dixerit quòd eſt actio Quare dicitur ad differen-
tiam officij iudicis: quia officium iudi. eſt ius, vel
factum. Iſta gloſ. videtur innuere, quòd nõ eſt ius
tamen iſtud eſt falſum. nam actio deſcendit ex o-
bligatione, officium non: & ideò ponitur ad diffe
rentiam officij iudicis. tamen iſtud eſt falſum vt
oſtendã ſtatim: & ideò non credo quòd ponatur
ad differentiam officij iudicis: quia hoc non di-
ſtinguit actionem ab officio: quia vtrunque eſt
ius. Sed † quid eſt illud quod diſtinguit? id eſt
10 quod ſibi debetur: quia illud quod proponitur
per officium iudicis eſt æquum præſtari: tamen
non debetur ex aliqua obligatione. l. Quintus. ff.
de annuis lega. & l. deducta. circa prin. ff. ad tre-
11 bellia. *Perſequendi.* Dixerunt † quidam quòd
hoc dicit ad differentiam realium actionum:
& quod pertineat ſolum ad actiones perſonales,
non reales. probatur quia ille qui proponit rea-
lem actionem non petit ſibi debitum: vt in §.
omnium. vnde reſtaret quærere vtrum diffiniatur
hîc actio perſonalis ſola: vel communiter vtraque,
realis & perſonalis: & iſta eſt principalis quæſtio
hic ideo omitto eã. Tertiò non dicit, *Perſequendi,*
ad differentiam realium actionum: ſed ad diffe-
rentiam criminalium actionum quibus non pe-
timus quod nobis eſt debitum: ſed vindictã ſumi
in delinquente. *In iudicio.* Hoc dicit, quia regula-
riter omnes actiones debent in iudicio proponi:
12 quia nemo authoritate propria debet ſibi ius
dicere: & ſi faciat, punitur: vt in l. nullus. C. de iu-
dcis & l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & l. extat. ff.
quod me. cauſa. & l. pen. ff. ad l. iuliã de vi priu. l.
res obligatas. C. vi bo. ra. tamẽ caſualiter licet, vt
in fure nocturno quẽ licet capere & occidere au-
thoritate propria. vt l. itaq;. ff. ad l. aquil. & l. furẽ.
ff. de ſicariis. Item debitorem fugiẽtem lex dicit,
quod liceat capere authoritate propria, & pecu-
niam ei auferre. vt l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff.
quę in fraud. credi. Itẽ poteſt militem deſertorem
propria authoritate capere, & offendere. vt l. ij. C.
vt vnicuiq; liceat ſe ſine iu. vin. *Quod ſibi debetur.*
Dixerunt quidam hoc poni ad differentiam rea-
lium: tamen nihil eſt: Sed ponitur ad differen-
tiam actionum quæ proponuntur ad vindictam.
13 *Perſequendi.* ponitur etiam † ad differentiam
exceptionum. Nam ſicut actor petit condemna-
ri reum: ſic reus per exceptionem intendit acto-
rem excludere. vt l. ij. in prin. §. illud. ff. de excep.
& ideo cauetur lege quòd in exceptionibus reus
eſt actor, & habet neceſſe probare exceptionem,
ſicut actor intentionem. vt l. j. ff. de excep. & l. in
exceptionibus. ff. de proba. Poſito caſu, & ſum-
mario, & expoſitione literæ, modo reſtat videre
per ordinẽ omnia quæ tenere oportet circa prin-
cipium iſtud, Primò circa diffinitionem. iiij. vel
v, vel vj. modis opponam quæſtiones, ex quibus
patebit tota materia quæ pertinet ad prin. iſtud
& vbique generaliter tractant doctores. Primò
ergo quero, vtrum diffiniatur hîc actio realis, vel
perſonalis ſola, vel communiter vtraque. Secun
dò, quo iure actiones ſunt inductæ vtrum iure
gentium, vel ciuili: & in hoc eſt altercatio maxi-
xima. Tertiò, vtrum actio ſit ius? & videtur fa-
tua quæſtio: quia textus expreſsè dicit: tamen ar-
gumenta ſunt multã cõtra hoc. Quartò, vtrum

causa

cauſa idem ſit quòd actio : & iſta quæſtio princi-
paliter tractatur hîc. Quintò, vtrum officium iu-
dicis ſit actio: & hoc ſimiliter hîc principaliter
tractatur. Iſta omnia ponuntur per gloſ. tamen
oportebit quòd intelligatis magis latè, ita quod
14 gloſ. ſuit poſtea ipſum nihil. Modo procedo † ad
oppoſit. hoc ordine: hîc dicitur, quòd actio eſt &c.
oſtendo quod iſta diffinitio non rectè procedat.
Quia vbi peto quod mihi debetur, dicor propo-
nere actionē; quia lege cauetur, quòd ſi conuenit
inter me & te nudo pacto quod faceres aliquid
vel dares: & ſi non faceres, vel non dares, promi-
ſiſti pœnam per ſtipulationem: ego debeo agere
ex ſtipulatione pœnali, & agendo ex ſtipulatione
conſequor quod in pactū deuenit: & ſi illud non
fiat, conſequor pœnam vt l. ſi pacto quo pœnā. C.
de pac. ergo peto mihi nō debitum: quia cauetur,
quòd vbi præcedit nuda côuentio, & ſequitur ſti-
pulatio pœnalis, nō eſt petitio ex ſtipulatione ni-
ſi ſublata prima iure nouationis. Stipulor nauem
ædificari, & ſi non ædifices, promittis centum no-
mine pœnæ, non ſur ■ ſtipulatione, niſi poſtquā
es in mora : vt l. obligationū fere. §. vlt. ff. de ver.
15 obli. cū ergo ibi non eſſet in mora, videtur quod
non poſſit côueniri ex ſtipulatione: quia † vbi nul
la mora, ibi nulla petitio: vt l. lecta ff. ſi cer. pe. l. ſi
pupillus. ff. de ver. obl. l. nulla intelligitur mora. ff.
de regul. iu. ff. depo. l. Lucius in fi. & tamē ibi pro-
ponitur actio ſuper hoc quod non erat debitum.
Sed gloſ. reſpondet ſatis bene, tamen non mul-
tum: quia in l. illa illud quod deuenerat in pactū,
erat debitū ſaltim naturaliter, & ſuper eo quod
eſt debitum naturaliter nō poteſt denegari quin
16 poſſit fundari iudiciū. Imo poteſt † negari, quia
naturalis obligatio ſola non parit actionem re-
gulariter. vt l. naturales. ff. de ac. & obliga. & de
fideiuſ. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. & de ver. ob. l. qui
romæ. §. Flauius. & l. creditores. ff. de ver. ſi. Vnde
iſta nō eſt bona reſpôſio. Alia reſponſio eſt & me
lior, quod ibi non agebatur ex pacto: nec tex. hoc
dicit, imo agebatur ex ſtipulatione tantum, vt
conſtitueretur in mora: quia patiendo ſecū litem
conteſtari videtur in mora: ſic debet intelligi. d. l.
ſi pacto. & ſolet notari in l. nuda. C. de côtrahē.
& cômit. ſtip. & patet ff. de. ver. obli. l. ſi decē cùm
17 petiero. Secūdò videtur obſtare, quia † actio in-
iuriarum non computatur in bonis noſtris. ff. ad
l. fal. l. pœnales. & l. iniuriarum actio. ff. de iniur.
Et ratio eſt, quia prodita eſt ad vindictam, & non
perſequitur rem. vt l. cùm emancipati. §. emanci-
patus. ff. de col. bo. & tamen appellatur actio. Ad
iſtud reſpondetur ſic, quod licet non ſit debitum
reſpectu actoris: quia ego peto pœnam mihi de-
bitam: ideo dicitur actio. Vlterius videtur obſta-
re valde: tamen minus obſtat quàm prima oppo-
18 ſitio. Si côuenio † te petiti. hæreditatis, & tu poſ-
ſides vnam rem de hæreditate, vel nihil: poſtea li-
te conteſtata incipis poſſidere, debes condemna-
ri: vt l. ſi hæreditatem. & l. ſi quo. & l. item viden-
dum. §. ſi quis eū. ff. de petitione hæreditatis. Si ſic
eſt: ergo dicitur actio procedere, vbi mihi nihil
debetur. Dicit gl. ꝙ iſtud eſt ratione vniuerſalis
iudicij, quod ad omnia trahitur. ff. de iudic. l. ſole-
mus. Iſtud non eſt ſimpliciter verum: ſed debet
dici ſicut dicitur in alia glo. in l. non poteſt. ff. de
iudi. Aut tempore litis conteſtatæ erat defectus
iuris in perſona actoris & rei. Aut in perſona tā-
tum rei, & non in perſona actoris. Primo caſu,
vt ſi tēpore libelli dati & litis côte. erat defectus
iur. in perſona vtriuſq;, aut illud ius quod ſuper-
uenit lite pēdente cœpit habere originē de nouo:
aut habet originem ex facto præcedenti. Si de no
uo, condēnatio nō debet procedere. verbi gratia,
conuenio te ad decem quæ nullo modo mihi de-
bes: libello oblato lite conte. mutuo tibi illa de-
19 cem † condēnatio non debet procedere, quia non
poteſt videri in iudicium deductum quod origi-
nem habet poſt litem conteſtatam, & ideo alia in
terpellatione opus eſt. ſic debet intelligi. d. l. non
poteſt. Si habet originem ex facto præcedenti
procederet condēnatio: vt ſi mandaui tibi quod à
debitore meo exigeres, x. incipio agere contra te
actione mandati antequam conſequaris, libello
oblato, & lite côteſtata exigis: debes mihi condē-
nari. ff. manda. l. ſi mandauero la. j. Secundo caſu,
quando eſt defectus iuris tantum in perſona rei,
condēnatio procedit ſimpliciter. vt ago côtra te
petitione hæreditatis ad bona quæ fuerunt de
hæreditate Sempronij: tempore libelli oblati non
poſſidebas aliquid: libello oblato & lite cūteſta-
ta incipis poſſidere, debes condēnari: quia licet in
cipias poſſidere poſt litem conteſtatam &c. tamē
ego non incepi habere ius de nouo, ſed ante, licet
non contra te: quia non poſſidebas: vt in præalle.
ll. ff. de petitiōe hæreditatis. Et idē in rei vendica-
tione tēpore libelli oblati nō poſſidebas : incipis
poſſidere, defectus nō erat in perſona mea, ſed in
perſona tua: vt habuiſtis in l. ſi autē §. poſſidere. ff.
de rei ven. Idē in act de pecul. vt ſi ago côtra te de
pecul. ex contractu filii, vel ſerui, tempore libelli
oblati nihil eſt in peculio, poſteà in iudicio īchoa
to incipit aliquid eſſe in peculio. ſuperueniens
peculium operatur quod debeas condēnari: vt l.
quæſitum in principio ff. de peculio & l. ſi quis
reum. §. idē Iulianus ff. de liberatio. legat.
& ita debent amodo ſolui iſtæ ꝑpoſitiones.
Vltimo loco ſignatur alia oppoſitio per gloſ-
ſam, ſimiliter videtur quod diffinitio non proce-
20 dat; quia † agit ꝓcurator & tutor nomine domi-
ni, & non petit ſibi debitum, ſed domino vel pu-
pillo : ſimiliter curator nomine adulti non pe
tit ſibi debitum, ſed adulto. Similiter prælatus no
mine prælati non petit ſibi debitum, ſed eccleſiæ:
ſi non eſt actio, ergo nō eſt iudicium: quia ſine a-
ctione nemo experitur. Ad iſtud reſpôdet gloſſa
quòd iſti habentur loco dominorum. ff. de furt.
l. interdum. §. qui tutelam. & pro emptore. l. qui
fundum. §. ſi tutor. & in multis aliis. Alio mo-
do poteſt reſponderi, & eſt apertiſſima reſponſio:
quia ſi prælatus agat, ipſa eccleſia agere videtur.
Si tutor agat, pupillus videtur agere : ſi curator
adultus: ſi procurator, dominus: quia videntur eo-
rum miniſterio fungi: vt. l. ita autem. §. geſſiſſe. ff.
de adminiſtratione tutorum. l. ſi procurator. ff. ſi
quis cau. l. quoties quis. §. ſi procurator. de verbo
rum obligationibus. Iſtæ ſunt oppoſitiones quæ
fiunt per gloſatores. Modo reſtat videre quæſtio
21 nes, & ſunt bene notandæ. Primò ergo † quæro,
vtrum hîc diffiniatur actio realis, vel perſonalis
ſola, vel cômuniter vtraque. Et aduertatis gloſ-
ſa determinat valde bene. Primò videtur quod
diffiniatur ſola perſonalis. Secūdò quod diffinia-
tur communiter vtraque, per rationes efficaces.
Quòd ſola perſonalis ita oſtenditur. Primò, quia
22 † debitor in iure noſtro eſt ille, qui eſt efficaciter
obligatus: ita quòd exigi poteſt. vt l. debitor. de
verbo.

verb. ſignifica. Sed conſtat quòd ille qui conue-
nitur rei vendicatione nullo iure eſt obligatus ci
uiliter vel naturaliter: vt in §. omnium. ſi ſic, ergo
nullo iure eſt debitum quod petitur per rei ven-
dicationem: ergo verba diffinitionis non poſſunt
trahi ad actionem in rem: ergo diffinitur hic ſola
perſonalis, & nõ realis. In contrariũ videtur plu-
ribus rationibus: & hæc eſt veritas, quòd diffinia-
tur communiter vtraque: quia hoc verbum debe
tur, ad omnem actionem refertur: vt l. pecuniæ
verbum. §. hoc verbum. ff. de verborum ſignific.
Ergo refertur ad actionem in rem: quia actionis
verbo, continetur actio in rem: vt l. actionum
genera. ff. de actio. & obliga. ergo diffinitur hîc
realis. Præthereà verbum perſequendi, debet
eſſe commune ad actionem realem & perſona-
lem: vt l actio in perſonam. ff. de actionibus &
obligationibus. ſi ſic, ergo verba diffinitionis ſic
poſſunt referri ad vnam ſicut & ad aliam. Præ-
tereà hoc probatur quadam tertia ratione, quia
in ſequenti. §. omnium. ita ponitur actio realis
pro diſtincta ſpecie actionis, ſicut perſonalis. Di-
citur ibi, omnium autem &c. & cùm vt pares ſpe
cies ponantur, diffinitio ſimpliciter tradita ita
debet referri ad vnam, ſicut ad aliam: & ideò con-
cluditur quod vtraque communiter diffinitur.
Modò reſtat ſecundò videre, quia iſtud prin-
23 cipaliter tractatur in gloſ. vtrum cauſa †. & actio
ſint idem. Dominus Pla. dicebat quòd ſunt idem:
& hoc oſtendebat ſic. Primò poteſt probari per
textum. Secundò per rationem, quam Pla. ad-
ducebat: cauetur in lege, quam alio die habuiſtis,
quod ſingulę cauſæ ſingulas obligationes ſequun-
tur. vt l. & an eadem. §. actiones. ff. de ex. rei iudi.
ſed iſte eſt ordo. Primò eſt contractus: ex con-
tractu procedit obligatio: ex obligatione proce-
dit actio. ſuprà de verborum obligationibus. in
principio tituli. ſi hoc eſt, & textus ille dicit quòd
ſingulæ &c. ſequitur de neceſſitate, quòd ibi ap-
pellat cauſas actiones. Prætereà oſtenditur per
argumentum: tamen illud ſolet fortè malè intel-
24 ligi: dicit ipſe quod illud † quod eſt argumentum
apud dialecticos, eſt actio apud legiſtas: ſed argu-
mentum non conſiſtit in ſola propoſitione, vel
aſſumptione, vel concluſione: imò requiruntur
illa tria: verbi gratia: omnis homo currit: Petrus
eſt homo: ergo Petrus currit. argumentum apud
dialecticos nihil aliud eſt, quàm quædam ratio ad
probãdum propoſitum dubium quod in dubium
reuocatur. hic reuocatur in dubium quod currit:
Sic apud legiſtas peto à te decem, quia vendidi
tibi librum pro decem. iſtud totum coniunctum,
eſt actio. Iſtud quia vendidi, ponitur ad confir-
mandum: vnde nil aliud erit actio, quàm ratio
inducta gratia fundandæ & confirmandæ peti-
tionis. Vnde videtis ſicut debet intelligi argumen
tum ſuum. Illud quod appellatur argumentum.
&c. ſed apud dialecticos appellatur argumentum
ratio ad confirmandum propoſitum: vt dicam:
ſic actio eſt ratio apud legiſtas ad fundandam &
confirmandam intentionem: ita intelligit ipſe in
ſum. de actio. tamen hic ponitur in glo. valde ma
lè. Dominus Ioannes & Antonius dicunt rectè
oppoſitum aliis: ſed poſſet aliquis eos reprehen-
dere: quia argumenta eorum approbare vnum
nituntur, & probant aliud: & ideò aduertatis.
25 Duplex est cauſa. Vna † appellatur cauſa re-
mota ad actionem: Alia appellatur cauſa proxi-
ma: vt contraho tecum, emptio eſt cauſa proxi-
ma, ex iſta procedit obligatio, quia obligor tibi:
ex obligatione procedit actio; quia habeo contra
te actionem ex empto, vt tradas librum, ſi ſoluo
precium: & tu ex vendito ſi rem tradis, vt ſoluam
precium: quid ergo voluit oſtendere. Primò vo-
luit oſtendere quòd actio & cauſa proxima non
ſunt idem. Secundò per alia argumenta quòd a-
ctio & cauſa remota non ſunt idem. In primis ar-
gumentis conſiderauerunt cauſam proximam: In
ſecundis cauſam remotam: & ideò valde bene
argumentãtur, quòd cauſa proxima & actio non
ſunt idem. probatur, quia obligatio parit actio-
nem: vt l. licet. §. ea. ff. de procur. ſicut ergo aliud
eſt mater aliud filia: ſic aliud eſt obligligatio, a-
liud actio. Prætereà, & iſtud eſt bonum argu-
26 mentum: contractus eſt † quoddam factum ſcili-
cet vendere, donare, per ſtipulationem promit-
tere: nam omnes contractus ſunt facti, vt l. con-
ſilio. §. quæſitum. de cur. fur. ſed actio eſt ius, vt
patet hîc. & l. nil aliud. ff. de actionibus & obli-
gationibus. ſicut ergo aliud eſt factum aliud ius,
quia ſunt ſpecies oppoſitæ: ſic &c. & non pro-
cedente facto ius ſtat, nec ſe mouet, tanquam ſpe-
cies ſola, ſeu ſpecies conneax. Ad iſtud argu-
mentum non poſſet aliquid reſponderi commo-
dè: niſi ſicut quidam reſpõdent, quòd actio eſt fa-
ctum: tamen ego oſtendam vobis quòd malè di-
cunt. Prætereà probatur, tamen iſtud non re-
puto multum efficax: & quare non, oſtendam vo-
bis licet ponatur in iſta gloſſa. & in gloſſa. l. j. ff.
de eden. tamen non reputo argumentum quod
valeat. Ponamus, vendo tibi librum pro decem,
habeo contra te actionem ex vendito, tu ſoluiſti,
ſublata eſt ergo actio & obligatio: tamẽ cauſa nõ
eſt propterea ſublata: quia remanet titutulus pro
emptore. Ponamus, vendo tibi, & tu cedis, habet
ceſſionarius tuus ius ceſſum: hîc non ſubeſt cauſa:
tamen actio remanet: verum eſt quòd non ſubeſt
procedens à iure: tamen ſubeſt cauſa procedens
ab alio. vnde illud poſſet procedere: iſtud non.
Prætereà, & iſte eſt valde bonus modus proban
di, variatur actio & non variatur cauſa: ergo cau-
ſa & actio non ſunt idẽ: quia lege cauetur, quòd ſi
patronus cõmittat dolum aduerſus libertum, non
conuenitur actione de dolo, tamen conuenitur
actione in factum. Item conuenitur ex ſtipula-
tione propter dolum: vt l. apud Celſum. §. in ſti-
pulatione. de ex. do. & l. nõ debet. ff. de dolo. & in
pluribus aliis: ergo actio & cauſa non ſunt idem,
ſed diuerſa. & hoc approbat glo. Quidam dicunt
aliter: & diſtinguunt: & in veritate non videtur
mala diſtinctio. Aut querimus de cauſa mate-
riali, ex qua procedit actio: Aut de cauſa efficiẽti.
Primo caſu verum eſt ſimpliciter quod gloſ. di-
cunt. Secũdo caſu, vt peto à te decem, quia de-
bes: & ita peto te condennari: & tunc ſunt idem
in veritate: & non continet abſurditatem. An
27 † officium Iudicis ſit actio, dubitatur per gloſ.
Quòd officium iudicis ſit actio, probatur ineffi-
caciter: quia in actione iniuriarum fit condem-
natio ad æſtimationem iniuriæ per officium iu-
dicis: ſequitur ergo quòd officium ſit actio: vt ſu-
prà de iniur. §. pœna. & l. conſtitutionibus. ff. de
iniur. tamen illud remouetur per iſtam glo. quòd
non ſit actio. Imò eſt mercenarium, & deſeruit a-
ctioni. & ſicut aliud eſt dominus, aliud merce-
narius: ſic aliud offi cium, & aliud actio. Tamen

illud argumentum quod facit pro Mar. eſt, quia
actionis verbo continetur actio in rem, actio in
perſonam, & perſecutio: vt. l. actionis verbo. ff.
de actio. & obig. In alia lege cauetur, & iſtud eſt
quod confirmat oppinio. Mar. & deſtruit opin.
gloſ. perſecutiones quæ in rem ſunt, per officium
procedunt, & non actionis iur. vt. l. pecuniæ. §.
perſecutionis. ff. de verb. ſig. Præterea cauetur
in lege quam habuiſtis hoc anno, in cauſæ cogni-
tione etiā hoc verſatur, num fortè alia actio &c.
ff. de mino. hæc dictio alia, implicat quòd officiū
ſit actio: vt l. in cauſæ. in pri. ff. de mi. idē innuitur
in l. quod ſi minor. §. ex hoc edicto. de minor. ex
hoc edicto &c. innuitur ꝙ oriatur aliqua actio,
licet non ſit ſpecialis. Item probatur, quia actio
dāni infecti eſt ius petendæ cautionis per officiū,
vt l. in prætoriis. ff. de præto. ſti. & l. prætoris. ff de
damno infecto. & in l. cauetur quòd inquilino
non datur actio damni infecti. ff. de dam. infect.
l. inquilino. Gloſ. dicunt quòd iudicis officium
non eſt actio. & hoc ego oſtendo aliter, quàm
gloſ. dicant Quidam diſtinguunt, tamen licet di-
ſtinctio ſit pulchra, non valet vnam muſcam.
28 quia † quoddam eſt officium iudicis quod datur
in locum deficientis actionis: vt per quod petitur
reſtitutio: per quod petitur ſalarium aduocati:
aut quod proponitur in locum deficientis exce-
ptionis. Et aliud quod deſeruit actionibus bonæ
næ fidei & ſtricti iuris & arbitrariis. Illud quod
proponitur in locum deficiētis actionis, vt quod
deſeruit actioni, non eſt actio. quòd iſtud ſit ve-
rum, quòd officium quod proponitur in locum
deficientis actionis non ſit actio, probatur, quia
lege cauetur, quòd ea quæ in teſtamento ſcribun-
tur, quamuis ad teſtamētum pertineant, & actio-
nem nullam patiant, explicantur iudicis officio.
ergo iudic. officium quod proponitur in locum
deficientis actionis, non eſt actio aliqua, nec obli-
gatio: vt l. quintus. verſi. pompo. de an. leg. Item
quod proponitur in locum deficientis exceptio-
nis, non eſt actio: vt l. planè. ff. de peti. hære. ibi,
poſſeſſori conſulitur pro expenſis iudi. officio: &
tamen actio non habet locum. Item iudicis of-
ficium quod deſeruit actioni non eſt actio: quia
29 † vſuræ aliquando veniunt in obligatione: ali-
quando in officium ſine obligatione. In obliga-
tione veniunt quando debentur per ſtipulatio-
nem In officium, quando in actionibus bonæ fi-
dei ſit condemnatio ad vſuras propter moram, ff.
ad trebel. l. deducta. in prin. Ad argumēta Mar.
eſſet apertiſsima reſponſio, ſi quis vellet, imò re-
torqueri poſſent contra Mar. dicitur in l. actio-
nis verbo. quòd perſecutiones continentur actio-
nis verbo: quia habet ſimile cū actionibus. Nam
ſicut per actionem petimus ab inuitis, & extor-
quemur inuiti: ſic per officium iudicis. ergo non
ſunt idem: quia nihil ſimile idem. Ad l. quod ſi
minor. §. ex hoc edicto nulla &c. id eſt nihil quòd
ſit actio: quia totum expeditur iudi. officio. Ad
l. in cauſæ. gl. reſpondet, quòd dictio alia, non im-
plicat, ſicut alias no. in l. non ſolum. §. quæritur.
ff. de procur. Modo reſtat videre de ſubtilitati-
bus quas doctores continuè reuoluerunt, & ma-
30 ximè vltramontani: An † actiones ſint de iure-
gentium vel ciuili. Et quòd ſint de iuregen. pro-
batur per text. & per rationes. per text. quia lege
cauetur quòd indebiti condictio naturalis eſt: &
non poteſt exponi de iure primæuo: quia ſecundū
illud nulla erat obligatio, ſed de iuregen. vt l. in-
debiti. ff. de cōdi. inde. Idem dicitur in l. rerum
quidem amotarum iudicium. ff. rerum amo. vbi in
fin. dicitur, puto autem ſucegētum condici poſſe
res ab his, qui non ex iuſta cauſa poſsident: & ta-
men condictiones ſunt actiones: vt infrà §. appel-
lamus. Præterea probatur per argumentū, quo-
ties dubitatur de medio cui extremorum debeat
applicari, & vnum extremum eſt antiquius alio,
in dubio debet adiudicari antiquiori: vt l. in fina-
libus. ff. fi. reg. hic ſunt duo extrema, & antiquius
eſt iuſgentium quàm ciuile. ſuprà de iure natura.
gen. & ci. §. ius autem. Illud mediū eſt actio. ergo
debemus attribuere antiquiori. Et propterea i-
ſtud eſt valde bonum arg. cōtractus eſt de iuregen
tium, vt l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. & ex con
tractu procedit obligatio: & ex obligatione pro-
cedit actio: ergo actio eſt de iure gentiū. Ergo ſe-
quitur. quòd iuſgentium fuit pater actionum in-
ducendarum. In contra. patet per tex. & ita ſen
tiunt gl. quòd actiones ſunt de iure ciuili, vel præ-
toria: & hoc per tex. in §. j. infrà de perpet. & tēp.
actio. & §. ſed iſtæ. infrà hoc titul. Secundò per
argu. quod maximè videtur facere pro opinione
contraria. ſed inducam pro iſta. compoſitum ap-
pellatur quod non erat reductum ad ordinem, &
reducitur ad ordinē, vt l. ij. circa princi. ff. de orig.
iu. dicitur ibi, quòd ius ciuile appellatur Papiriū,
non quia Papirius quicquam adiecerit: ſed quia le-
ges ſine ordine latas in vnum cōpoſuit. hoc pro-
batur ſic, & ita ſentiūt glo. dicitur in conſtitutio-
ne. ff. omnē &c. & in l. ij. §. deinde ex his. ff. de ori.
iur. quòd per ius ciuile actiones fuerunt compo-
ſitæ: ergo productæ per aliū, ergo alius fuit auctor
inducendarum actionum, alius componēdarum.
Componere enim eſt iam inductum reducere
ad ordinem & reformare & in hoc errauerunt: i-
deò eſt contra eos: ideò dic quòd compoſitum aut
refertur ad perſonā cōponentis, aut ad materiam
ex qua componitur. Primo caſu eſt verum quod
gloſ. dicunt. ſed text. dicit: deinde ex his, & non
per has: & ideò ius ciuile fuit materia actionum.
Præterea de iure gentium erat ſola naturalis o-
bligatio, vt l. cum amplius §. is natura. ff. de re-
gulis iuris. ſed naturalis ſola non parit actionem.
vt l. ſi is cui. §. vlti. ff. de ſolu. ergo ius gentium nō
inducit actionem. & ideo concludunt gloſ. quòd
actiones ſunt de iure ciuili, vel prætorio, & non
de iure gentium. Ad argumenta contraria eſt
aperta reſponſio. Ad illud de d. l. indebiti. ibi
exponſit glo. naturalis &c. id eſt naturales acceſ-
ſiones in ea veniunt. Ad aliud de l. rerum qui-
dem &c. id eſt propter diſtinctionem dominij.
quod per iuſgentium fuit introductum: ante iuſ-
gentium non poteram differre rem ad me perti-
nere. Ad aliud de antiquiori &c. verum eſt vbi
dubitatur: ſed hîc non dubitatur: quia lex hîc a-
pertè dicit, quòd ſint de iure ciuili, vel prætorio.
vt §. j. infrà de perpe. & tempo. actionibus. & § ſed
iſtæ. infrà eodem. Ad aliud de compoſito &c.
verum eſt facta relatione ad perſonam compo-
nentis: ſed hic debet fieri relatio ad materiam, ex
qua fuit compoſitum. Ad aliud verum actio
ſit facti, vel iuris. in veritate bene eſt quæſtio au-
relienſis. quia contra textum. Quidam dicunt
31 † quòd eſt facti. & iſtud faceret pro quadam gloſ.
quæ eſt hic. quia actio eſt verborū expreſsio: nam
nihil aliud eſt quam vulgaris formula. nam ſicut
donare

donare & vendere eſt factum. vt l.conſilio. in fi. de cur.fu.ſic & agere. nam petere hæreditatem,eſt factum : agere ex empro,eſt factum: & quod hic dicitur, quòd eſt ius, debet exponi.i. verborum expreſſio : iſta eſt expoſitio eorum. Iſta expoſitio probatur ſic : quia lege cauetur, ſi pater naturalis qui erat mutus habebat filium, & dedit eum in adoptionẽ,licet non conſentiat,tamen valet adoptio, & confirmatur perinde ac ſi iure facta fuiſſet: exponit gloſ. in verbis expreſsis .vt l.ſi pater naturalis ff.de adoptioni. Præterea patet, quia in ſtipulationibus ius,in pactis factũ verſatur:ſed ex pactis procedunt actiones:ideo ſequitur quod actio factũ ſit: vt l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.ff. de pactis. Vnde doctores dicunt ſimpliciter, quod actio eſt ius inhærens verbis textus,& probatur ſuprà de rebus cor.& incor.& de re.di.l.j. ff.quia actio non poteſt videri,nec tangi:ergo eſt incorporalis:ergo appellatione iuris continetur. Ad argumenta dum dicitur, agere eſt factum, & actio eſt verborum expreſsio &c. omnia ſunt truffæ. Præterea ex contractu procedit lactio &c.quia vti & frui eſt factum,& tamen ius vtendi eſt incorporale:vt lege prima,& ſecunda. ff.de vſufruct. Præterea ire agere, aquam ducere,eſt factum,& tamen iter , actus, & aquæductus ſunt iura. lege prima. ff. de ſeruitut. vrbanorum prædiorum. & lege loci corpus. §. primo. ſi ſeruitus vend.& lege iura prædiorum. ff. quemadmodum ſeruit.amit.Dyn.

SVMMARIA SVPER §. OMNIVM.

1 *Tituli totius partitio.*
2 *Actionum prima diuiſio.3.8.*
3 *Actiones perſonales quæ: & vnde deſcendant:*
4 *Actiones in rem quæ & quare ita dicantur. numero. 8.*
Actio in rem confeſſoria:
5 *Actiones mixtæ,quæ.*
6 *Actiones in rem ſcriptæ,quæ:*
7 *Interdicta omnia ſunt perſonalia.*
9 *Literæ expoſitio.10.11.*
10 *Contractus appellatione venit quaſi contractus.*
11 *Controuerſia mouetur non ſolùm agendo, ſed reſiſtendo.*
12 *oppoſitiones ad literam. 13.*
13 *Mixtum ſub ſimplicibus comprehendi.*
14 *Obligatus an dicatur qui tenetur rei vendicatione.*
Verbi,tacetur, duplex acceptio.
15 *Actiones ex varijs figuris cauſarum deſcendentes,quæ ſint.*
16 *Appellatione contractus aut delicti an contineatur quaſi contractus,aut quaſi delictum.*
17 *Requiſita in actione in rem.18.*
18 *Poſsidere & quaſi poſsidere.*
18 *Poſsidens qui lite conteſtata dolo deſiit poſsidere, an condemnabitur directa , an vtili rei vendicatione.*

§ OMNIVM. Iuſtinianus intendens tractare de actionibus , tractat dupliciter. Nam primò de actionibus tractat diffiniendo : & ille tractatus fuit poſitus in præcedenti reſponſo, Actio autem &c. Secundò de actionibus tractat diuidendo. Et iſte eſt ſecundus tractatus,ſcilicet per modum diuiſionis, qui inchoatur in præſenti.§. omnium. & extenditur iſte tractaus,ſicut fuit dictum in alia lectione, vſque in fi.ti. Tamen quia diuiſiones quæ ponuntur in iſto titulo de actionibus, ſunt
1 ſex numero,ideo† titulus iſte incipiendo à §.iſto vſq; in fi.cõtinet ſex partes,ſicut dictũ eſt. Quia primò ponit vnam diuiſionem, quòd actionum quædam ſunt in rem,quædam in perſonam, quædã mixtę : & iſta ponitur in principio.§.& durat vſque ad §.ſed iſtæ. Secũda eſt, quòd quædã ſunt ciuiles, quædam prætoriæ. & durat vſq; ad §.ſequens illa. Tertia eſt, quòd aliæ ſunt perſecutoriæ rei:aliæ pœnæ : aliæ rei & pœnæ:& durat vſq; ad §.omnes. Quarta eſt, quòd quædam dãtur in ſimplum , quædam in duplum , quædam in triplum , quædam in quadruplum. Vltra quadruplum nulla extenditur : & iſta durat vſque ad §. actionum. Quinta eſt, quòd quædam ſunt perſecutoriæ bonæ fidei quædam ſtricti iuris. Et iſta ponitur in §. actionum. & durat vſque ad §.ſunt præterea. Sexta & vltima eſt, quòd quædam ſunt perſecutoriæ ſolidi,& quædam non:& iſta extenditur vſque in finem tituli. Modo videamus de prima diuiſione,ſcilicet,quòd aliæ ſunt in rẽ,aliæ in perſonã,aliæ mixtæ. Et iſta extenditur vſque ad §.ſed iſtæ. Et aduertatis quo ordine §.iſte procedit. Quia
2 † primò Iuſtinianus ponit primam actionum diuiſionẽ, ſcilicet quòd aliæ ſunt in rẽ, aliæ in perſonam,aliæ mixtæ. Secundò vſque in finem §. ponit executionem ſeu declarationem iſtius diuiſionis. Secunda ibi , namque &c. & durat vſque ad §. ſed iſtæ. Tamen quia modus declarandi eſt multiplex circa varias ſpecies actionum, Ideo ſecunda pars continet quatuor partes principales. In prima dicit de perſonalibus,vſque ibi,aut cum eo &c. Secũdò de realibus quæ ponuntur pro rebus corporalibus, vſque ibi,æquè ſi agit. Tertiò de actionibus in rem quæ proponuntur pro rebus incorporalibus, id eſt pro ſeruitutibus, vſq; ibi,quod genus actionis &c. In iiij.& vltima parte ponit differẽtiã inter actiones in rẽ quæ proponũtur pro rebus corporalibus,& actiones in rẽ quæ proponuntur pro incorporalibus. Tamen antequam ego procedã ad poſitionem caſus,pro euidentia dicendorum circa materiam §.præmittam tria, vel quatuor verba: & his intellectis tex.videbitur vobis quædã fabula &c. Si vos vultis intelligere propriè ea quæ dicuntur in tex. & glo.ante poſitionem caſus,eſt opus præmittere quandam diuiſionem , quæ continet quatuor membra:& eſt talis. Quædam ſunt actiones verè perſonales:& quædam verè reales : quædam mixtæ quæ partim ſapiunt naturam realium,partim naturam perſonalium. & quædam ſunt in rẽ ſcriptæ quæ ſunt ab origine perſonales:tamen ſapiunt aliquando naturam realium. Perſonales
3 † autem appellantur illæ quę deſcendunt ex contractu,vel quaſi,ex delicto, vel quaſi. Et quare oſtẽdo vobis de neceſſitate quod ita eſt:quia actio perſonalis deſcẽdit ex obligatione: vt patet ſuprà de verb.obli.in præſenti titulo. Obligatio deſcẽ-

dit ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi: vt
l. j. in principio de actio. & obli. Si ſic, ergo pro-
prium erit actionis perſonalis quæ deſcendit ex
obligatione, quod deſcendat ex cõtractu, vel qua-
ſi, ex delicto vel quaſi. Quare appellatur perſona-
lis. Reſpondeo, quia perſona eſt obligata, & aſtri-
cta ad id quod in obligationem deuenit: vt pro-
mitto. x. aſtrictus ſum ad decẽ. promitto ſcribere
librum, aſtrictus ſum ad factum. Iſta obligatio
non egreditur perſonam obligati. & ideò dicitur
perſonalis: vt l. eum. C. de act. & ob. ff. ad treb. l. j.
§. hæres. ff. de iudici. l. ſi fideicommiſſum. §. tracta-
tum. & ff. ad trebelia. l. cogi. §. & generaliter. & in
multis aliis. Prætereà & iſtud eſt quod gloſſ. vi-
detur ponere multum ſubtiliter: tamen eſt ipſum
nihil. Dicũtur perſonales, quia cohærent perſonæ
eius cui acquiruntur: vt ſi ſtipulor mihi dari. x. a-
ctio quæ ex ſtipulatione datur, eſt inſeparabilis à
perſona mea: vt l. ea quæ ff. pro ſocio. & ff. de pe-
cul. quis ergo. & l. ſi Sticho. Si habeo perſonalem
actionem, & cedo eam alij, non ſeparatur à me,
licet transferatur vtilis in te: tamen remanet pe-
4 nes me directa. Actiones† in rem habẽt naturam
directè oppoſitam: quia non cohærent perſonæ,
nec ex parte eius qui agit, nec ex parte eius qui
conuenitur. Quare appellantur in rem: appel-
lantur in rem ratione originis, & ratione con-
ditionis & naturæ ſuæ. Ratione originis, quia
naſcuntur ex iure quod aliquis habet in re: ver-
bi gratia, habeo dominium directum in iſta do-
mo, ex iſto naſcitur directa rei vendicatio. ha-
beo vtile dominium: quia ſum emphyteuta, naſ-
citur vtilis rei vendicatio. Sed ſi habeo vtile do-
minium: quia emi à non domino bona fide, &
per traditionem recepi, naſcitur publiciana: de
qua tractabitur infrà eodem. §. aliæ. Si habeo
rem obligatam, naſcitur hypothecaria: Si habeo
ius ſeruitutis realis, vel perſonalis, ex iſto naſci-
tur actio confeſſoria, quæ datur tam pro reali,
quàm perſonali ſeruitute ratione conditionis &
naturæ. Appellatur in rem, quia ſemper datur
contra eum qui poſſidet vel quaſi poſſidet. nam
ſemper concomitatur poſſeſſorem rei: poſſidere
enim dicitur ille qui poſſidet ciuiliter vel natu-
raliter: quaſi poſſidet ille qui dolo deſiit poſſide-
re: & paria ſunt quãtum ad actionem in rem poſ-
ſidere, & dolo deſinere poſſidere. vt l. qui dolo. &
l. parem. ff. de regul. iuris. & l. ſi autem. §. ſed & is.
& l. qui petitorio. §. primo. de rei vendicatione.
& in multis aliis legitur. Or vbi probantur iſta
omnia. Iſta omnia probantur in quadam lege a-
ctionum genera. ff. de actionibus & obligationi-
5 bus. Mixtæ quæ † appellãtur? aduertatis hîc eſt
aliquantulum dubitationis, & iſtud ſolet reputa-
ri de apicibus iuris. Imò videbitur vobis quaſi
puerile. Mixtæ enim appellantur quæ partim ſa-
piunt naturam realium, partim naturam perſo-
nalium: Eſt enim inuenire meras reales, quæ nihil
habent de natura perſonalium: Et perſonales me-
ras quæ nihil ſapiunt de natura realium. Et eſt in-
uenire mixtas quæ partim ſapiunt naturam rea-
lium, & partim naturam perſonalium: & iſtæ e-
runt quatuor quæ enumerantur infrà §. quædam.
vt familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, fi-
nium regundorum nam mixtæ appellantur ſicut
dixi, quia aliquid habent perſonalitatis & reali-
tatis: quia propriũ eſt perſonalis promittere mihi
dari quod alienum eſt, vt infrà in §. ſic itaque.

proprium realis eſt promittere mihi reſtituere
quod eſt meum, vel in quo ius habeo. Si diuido
tecum hæreditatem quã habuimus communem
facta diuiſione ego habeo dimidiã, tu dimidiam.
In illa dimidia quæ mihi adiudicata eſt, dimidiã
habeo ex perſona mea, & in hoc ſapit naturã rea-
lis, quia reſtituitur mihi quod meum erat. In alia
quia perſequor quod meum non eſt, ſapit naturã
perſonalis. Idem eſt in actione communi diui-
dũdo, quia partim habeo iure meo, partim habeo
iure tuo. In eo quod habeo iure meo, ſapit naturã
realium. In alia parte, quia præſtitit mihi quod
meum non eſt ſapit naturã perſonalis. Idem eſt
in actione finium regundorum. Vnde eſt inuenire
quartam, licet textus non ponat, in lege hære-
ditatis. C. de petitione hæreditatis. In rem ſcri-
6 ptæ † appellantur, quæ naſcuntur ex contractu
vel quaſi, delicto vel quaſi. hæ ſunt perſonales, &
appellantur in rem ſcriptæ: quia concomitantur
ſemper poſſeſſorem rei, ſicut actiones reales, vt
eſt actio ad exhibendum. Nam actio ad exhi-
bendum naſcitur ex quaſi contractu, & datur
contra eum qui detinet rem: vt lege tertia. §. eſt
autem. & §. ſciendum. ff. ad exhibendum. Actio a-
quæ pluuiæ arcendæ deſcendit ex facto perſonæ
quæ facit opus in præiudicium meum: quo me-
diante aqua plu poteſt mihi nocere: tamen eſt in
rem ſcripta. vt lege ſi tertius. §. aqua. & §. ſi quis
prius. & lege emptor, ibi ſimulata venditione. ff.
de aqua pluuia arcend. Idem eſt videre de om-
7 nibus interdictis. Nam † omnia interdicta ſunt
perſonalia: tamẽ omnia ſunt in rem ſcripta: quia
concomitãtur perſonam, ad quam peruenit poſ-
ſeſſio. vt lege prima. §. interdicta. ff. de interdictis.
Hoc præmiſſo rex. iſte videbitur vobis ſicut quæ-
dam fabula. Dicit ergo omnium autem &c. &
expediamus nos vſque ad §. ſequentem. Ibi, inci-
pit tractare de actionibus, quæ dantur pro rebus
8 incorporalibus. & tria dicit hic §. Primò† po-
nit quandam diuiſionem quæ cõtinet duo mem-
bra. Secundò declarat primum membrum, ſci-
licet de perſonalibus. Tertiò declarat ſecũdum
ſcilicet de realibus ponendo de realibus. Dicit
9 ergo in prima parte, † *omnium actionum quæ pro-
ponuntur vel coram iudicibus, vel coram arbitris.*
&c. breuis diuiſio continet duo mẽbra. Quia aut
ſunt actiones in rem, aut in perſonã. Verum quia
poſſet aliquis dubitare quæ dicantur reales, dicit
quòd reales appellantur ratione iuris, quod ali-
quis habet in re: verbi gratia, tu poſſides fundũ,
ago contra te rei vendicatione: quia dico domi-
nium fundi ad me pertinere: tu ex aduerſo dicis
ad te pertinere: iſta actio appellatur in rẽ: quia da
tur ratione dominij: quod dico ad me pertinere.
Namque. &c. executio diuiſionis. Caſus nõ po-
teſt, nec debet commodè poni, niſi ſicut litera ia-
cet. Poſtquã poſuit diffinitionẽ actionis, intendit
tractare de action. diuidendo: & ideò primò po-
nit quandam diuiſionẽ: & eſt illa talis &c. *In-
ter aliquos.* iſtud videtur innuere quòd aliæ ſunt
actiones quæ proponuntur coram aliis, quàm co-
ram iudicibus vel arbitris. Et ideò gloſſa remo-
uet hoc. quia omnes actiones debent proponi vel
coram iudicibus vel coram arbitris: cùm arbi-
tria ſint redacta ad inſtar iudiciorum. vt lege pri-
ma. ff. de arbitris. *Iudices.* ordinarios vel dele-
gatos &c. hîc large ſumitur nomen rei ſicut alibi
ponitur largiſſimè in lege rei. ff. de verborũ ſigni.

ſica:ionibus

ficationibus. & lege prima. §. finali. ſi certum
petatur. Nam verſum vt generale prætor elegit.
Et ideò largiſsimè ponitur hic de quacunque re
ſcilicet corporali vel incorporali, æſtimabili &
non æſtimabili, de libero homine exhibendo,
vt patet in lege ſancimus. C. de ſacroſanctis ec-
cleſiis. *Summa.* iſtud poteſt exponi duobus mo-
dis, ſicut gloſſ. exponit, & bene. *ſumma.* id eſt pri-
ma: quia ponitur ante alias. vel ſumma. id eſt bre-
uis: quia cõtinet duo membra: ſed aliquæ ponun-
tur quæ continẽt tria membra, quædam quatuor:
exponatis ergo ad velle veſtrum. *Genera.* i. ſpecies
Namque. modo exequitur diuiſionem declaran-
do. Et primò ponit quæ dicuntur actiones in per-
ſonam. Poſteà quæ dicantur in rem, quæ dantur
pro rebus corporalibus: Et quæ dicuntur in rem,
quæ dãtur pro rebus incorporalibus. *Ex contra-
ctu.* ſubaudiunt gloſſ. licet fortè ſit verum, & for-
tè non: ſicut alia die dicebam de actionibus & o-
bligationibus ex contractu vel quaſi, maleficio
vel quaſi: vt ſuprà de obligationibus quæ ex qua-
ſi ma. na. circa principium. & quare dicatur qua-
10 ſi, quia † appellatione cõtractus continetur quaſi
contractus: quo caſu quando procedit obligatio
ex contractu vel quaſi, maleficio vel quaſi. *Per
quas.* ſcilicet perſonales. *De re.* quando dare in o-
bligatione deuenit. *Facere.* quando factum in ſti-
pulatione deuenit: vt ſi ſtipulor fodi foſſam: ſcri-
bi librum. Sed quando rem dari deuenit in obli-
gatione, tunc agitur certi condictione ex ſtipula-
tu. Quando fieri, tunc agitur ex ſtipulatione: vt l.
ſi quis ſeruum. ff. ſi certũ petatur. & ſuprà de ver-
borum obligationibus. in præſenti titulo. *Et aliis
quibuſdam modis.* quomodo intelligit hoc glo. di-
cam breuiter. Poſtea fortè reaſſumam: aliquid re-
peritur quod non eſt cõtractus vel quaſi, nec de-
lictum vel quaſi, & parit obligationem, & illa o-
bligatio parit actionẽ, & illa actio eſt perſonalis
vt condictio furtiua. & illa verba quæ ſunt in l.
prima. ff. de actionibus & obligationibus. æqui-
pollent iſtis. Obligationes autem naſcuntur ex
contractu, ſubaudi vel quaſi contractu: Aut ex
maleficio, ſubaudi vel quaſi: aut proprio quo-
dam iure, ſcilicet ex variis figuris cauſarum. er-
go ponit tria membra quantum ad verba text.
Sed v. quò ad mentem gloſſ. ſcilicet de obliga-
tionibus ex contractu, item ex quaſi contractu,
ex delicto, item ex quaſi: poſteà quintum mem-
brum, ſcilicet ex variis figuris cauſarum. Iſta eſt
vera expoſitio ſecundum intellectum gloſ. & hîc
& ff. de actionibus & obligationibus. Tamen
fortè non eſt verum: bene tãgam vobis hîc quid
eſt pro eis, & quid contra eas. *Aut cum eo.* Mo-
do ſequitur de actionibus in rem, & primò de
eis quæ pro rebus corporalibus dantur. Secun-
dò de eis quæ dantur pro rebus incorporalibus.
11 *Controuerſiam.* reſiſtendo controuerſia † videtur
moueri non ſolum agendo ſed reſiſtendo. vnde
colligitur hîc determinatio quæſtionis, Promit-
to alicui non mouere controuerſiam de tali re,
vel de domo. poſtea poſſeſsio peruenit ad me, re-
ſiſto ſibi: committitur ſtipulatio vel non: diceret
aliquis quòd non: quia mouere cõtrouerſiam eſt
intentare actionem realem aut perſonalem. ſed
contra eſt, quia mouere controuerſiam eſt non
ſolùm in agendo, ſed etiam in reſiſtendo. vt l. Lu-
cius. §. tres hæredes ff. ad trebellianũ. l. quo enim.
in. §. vltimo. ff. rem ratam haberi. & habuiſtis in
l. promittendum. ff. ſi pars hæredit. petat. & ha-
buiſtis in l. non ſolùm §. ſi ſtatus. ff. de procura-
toribus. vbi iſta quæſtio determinatur in gloſſa
& hic eſt propriè text. poſitus: & poteris eum
coniungere cum illa gloſſ. *Velu. i.* ſuprà ponit
in genere, hic deſcendit ad ſpeciem. *Et poſſi-
deat.* hoc dicit ad differentiam corporalium quæ
non dicuntur propriè poſsideri: & ideò nec pro-
priè vendicantur. vt l. vendicatio. ff. de rei ven.
Dicat. iſtud non requiritur, nec oportet quòd
reus dicat ſe dominum: vt l. vltima. C. de rei ven.
Itẽ actore non probante abſoluitur reus. vt l. qui
accuſare. C. de eden. & infrà de interdict. §. com-
modũ. Si vos intellexiſtis caſum, & expoſitio-
nem text. & euidentia, ea quæ dicuntur hîc ſunt
facilia. Et aduertatis per ordinem; oppoſitiones
poſſent multæ formari. & multæ quæſtiones de
quibus fuit dubitatio: tamen breuiter formabo
tres oppoſitiones: deinde formabo tres vel qua-
tuor quæſtiones. Et poſteà intelligetis gl. per vos.
12 Hîc dicitur † in litera quòd ſumma, id eſt prima
diuiſio eſt, quòd quædam ſunt in rem, quædam in
perſonam. Lege cauetur, quòd prima diuiſio eſt,
quòd quædam ſunt ciuiles, quædam pretoriæ: vt
infrà §. ſed iſtæ. Et propterea dominus Ioãnes in
arbore ſua ponendo diſtinctiones actionum, pri-
mò ponit illam, quòd actionũ quædã ſunt ciuiles
quædam prætoriæ: igitur illa debent præcedere
omnes alias. Ad illud eſt aptiſsima reſponſio.
Aut nos conſideramus originem actionum vti-
lem & communem ad omnes actiones, aut parti-
cularem & ſingularem actionem. Primo caſu
habet locũ quod dicit §. ſed iſtæ. & illud quod ãit
Ioã. in arbore, quia actionis origo, & vniuerſalis
omnium actionum eſt, quòd aut ſunt de iure ci-
uili, aut de iure prætorio, quod obligationes in-
troduxit. Ideò primo loco debuit poni hic ca-
ſus. alio ſcilicet caſu debuit poni diuiſio, quæ po-
nitur hîc: quia prima & immediata cauſa ad a-
ctionem perſonalem eſt obligatio perſonalis: ad
actionem realem eſt dominium vel quaſi, vel ius
quod aliquis habet in re. Vlterius poſſet aliquis
opponere: & ſicut hic gl. oppo. Hîc dicitur, quòd
iſta diuiſio continet duo membra: & propterea
eſt ſumma. i. breuis. lex videtur velle quod conti-
neat tria membra: quia quędam ſunt mixtæ vt in-
frà §. quædam. Præterea aliæ actiones reperiun-
tur, quæ dicuntur perſonales in rẽ ſcriptæ: & ideò
videtur continere tria membra vt l. tertia. §. eſt
autem. ff. ad exhi. ergo diuiſio videtur inſufficiens:
quia debuit continere tria vel quatuor membra.
13 † Ad iſtud reſpõdet glo. & bene, iuriſlator po-
nendo de ſimplici videtur comprehẽdere mixtũ.
Dicitur in l. ſtipulationum quædam in dando,
quædam in faciendo conſiſtunt: & tamen reperi-
tur quædam ſpecies quæ mixtim in dando & fa-
ciendo conſiſtit: vt reddere rationes: vt l. ij. circa
prin. ff. de verb. oblig. tamen non ponit de mixta,
quia ſub ſimplici comprehenditur mixtum: ſicut
hîc ſub perſonalibus comprehenduntur mixtæ.
Item ſub perſonalibus cõprehenduntur in rem
ſcriptæ & ideo §. iſte ponit ſolum duo membra:
quia alia duo comprehenduntur ſub iſtis. Vlte-
rius opponit glo. aliquantulum ſubtiliter: hic di-
14 citur, quòd ille † qui tenetur rei vẽdicatione nul-
lo iure eſt obligatus: ego oſtendo quòd eſt obli-
gatus; quia ille qui conuenitur rei vendicatione ſi
habet facultatem rei reſtituendæ tenetur ad rem

præciſe:vt l.qui reſtituere,ff.de rei vendic. igitur
patet quòd ille qui conuenitur rei vendicatione
eſt obligatus. Ad iſtud reſpondet gl. ſatis bene,
& ſubtiliter:& iſto modo verbum tenetur,ſumi-
tur duobus modis. Vno modo.i. obligatus eſt de
natura actionis.Alio modo.i.iudicis officio petit
compelli,non actionis iure.Verbi gratia,ſtipulor
à te quod ſcribes librum, hic teneris bene de na-
tura actionis:ſed ſi teneris rem reſtituere, teneris
bene,ſed non de natura actionis:ſed iudicis offi-
cio compelleris rem reſtituere, non de natura a-
ctionis:& in iſta ſignificatione ponitur in tracta-
tu de rei vend.In alia ponitur in iſto titul. Quæ-
ro vlterius ad declarationē tex.Id quod gl.quærit
quid vult dicere : & aliis quibuſdam modis. Iam
ego dixi quædam ſunt obligationes quæ proce-
dunt ex contractu vel quaſi, quædam ex delicto
vel quaſi,& iſtæ omnes ſunt perſonales.Quędam
ſunt quæ nec ex cōtractu vel quaſi, nec ex delicto
vel ex quaſi,ſed ex variis figuris cauſarum:& illæ
ſimiliter appellantur perſonales.Et quæ ſunt illæ
aduertatis. Primò ponam opi. quam glo.ponit
poſtea faciam mētionem de aliis que ſunt repro-
batæ per glo.& fortè non ſunt reprobatæ. magis
15 fortè eſt reprobabilis opi.gl.Actiones † ex variis
figuris cauſarum ſunt quæ non ſapiunt naturam
actionū ex contractu vel quaſi, vt condictio fur-
tiua:quia condictio furtiua datur cōtra hæredem
dato quòd ad eum nihil perueniat. vt l. ſi pro fu-
re.§.condictio.ff.de condi.fur.& ſuprà de ob.quę
ex delict.na.§.vl.ergo non ſequitur naturā actio-
num, quæ ex delicto vel quaſi naſcūtur:quia illę
non dantur contra hæredes niſi inquantū ad eos
peruenit. vt l.j.C.ex del.defun. Præterea condi-
ctio furtiua non datur contra dominum , vel pa-
trem ſerui vel filij delinquentis,niſi quatenus pe-
culium locupletatum eſt. vt l.iij. §. ex furtiua.ff.
de pecul.ſed actiones ex contractu vel quaſi dan-
tur inſolidum de peculio.vt l. quoties. & l.ſi quis
ſeruum.§.etiam.ff.de pecul. igitur &c. iſta oppo-
ſitio probatur per iſtam glo.& per glo.l.j. de act.
& ob.& per aliam gl.in l.ſi pro fure.ff. de condi.
fur.Verum eſt quod ſi quis vellet reprobare gloſ.
poſſet dicere aliquis,gloſſ. malè dicit:nos tracta-
mus hic de origine actionum , non de natura a-
ctionis iam natæ : origo condictionis furtiuæ eſt
furtum.vt l.ſi ambo.in fi.ff.de cōpenſ. nam natu-
ra natæ eſt quod non eſt ex cōtractu &c. Et ideò
dominus Odof.ponit & approbat aliā opi. quod
ex variis figuris cauſarū hic & ibi.ff.de act.& ob.
l.j.dicuntur actiones quæ ex quaſi cōtractu, & ex
quaſi delic.naſcuntur.Et ſi quis aperiat ambos o-
culos in iſto tex.& ff. de act.& obli.l.j.nunquam
inueniet exprimi niſi duo membra ex contractu
& ex maleficio.Ex cōtractu,hic non poteris ſcin-
dere chartā hic nō eſt ex quaſi contractu.Ex ma-
leficio,hic non eſt ex quaſi maleficio. Iſto & a-
liis quibuſdam modis dicit Roſ.intendit ponere
de actionibus quæ ſunt ex quaſi contractu, & ex
quaſi maleficio. Præterea probatur per aliū mo-
dum per tex.ff.ea l.in prin.iſtud eſt certum,quod
poſteriora ſolēt declarare intellectū præcedētiū:
& ex poſterioribus intelliguntur præcedentia:&
aliquando econtra:& aliquádo media declarātur
per extrema.ff.de leg.j.ſi ſeruus plurium,§.fi.& de
teſtamē.l.hæredes palam.§.ſed ſi notā.& de hære.
inſti.l. qui non militabat. §. Lucio.per hoc pro-
batur quod iſtud, *Et aliis quibuſdam modis*,refer-
tur ad actiones ex quaſi contractu, & quaſi deli-
cto:ubi dicitur in l.j.quod obligationes aut naſcū
tur ex contractu,aut maleficio,aut proprio quo-
dam iure ex variis figuris cauſarū. Poſtea proſe-
quendo primò ponit de obligatio.ex contractu.
Secundò de obligatio. ex delic. Tertiò de obli-
gatione ex quaſi contractu. Quartò de obliga-
tione ex quaſi delicto : per illa enim poſteriora
videtur iſtud obſcurum declarare:tamē gl.repro-
bat iſtud tali ratione.Sed ego ſcirē oſtēdere quod
reprobatio nihil valet. Dicit gloſſ. quòd in hoc
quod ponit de contractu,videtur ponere de qua-
16 ſi contractu.quia appellatione † contractus con-
tinetur quaſi contractus vt ſuprà de obligationi.
quæ ex quaſi cōtractu. Item ponēdo de delicto
videtur ponere de quaſi delicto : quia appellatio-
ne delicti continetur quaſi delictum. vt ſuprà de
oblig.ex quaſi delicto.cùm ergo dicit,*& aliis qui-
buſdam modis* : aliquid nouum ponit &c.Iſtud re-
probatur quia ego ſcirem vobis reſpōdere quod
appellatione contractus non continetur quaſi
contractus : nec appellatione delicti continetur
quaſi delictum:nec leges illæ hoc dicunt niſi per
ſubauditionē gl. nam cum tex.dicit. non ex con-
tractu,dicit gl.nec ex quaſi cōtractu. Non ex de-
licto,nec ex quaſi delicto:debeo ergo argumētari
per ſubauditionem glo.Sed quidam alius tex.be-
ne videtur dicere quod appellatione contractus
continetur quaſi contractus. vt l. ex contracti-
bus veniētes &c.ff.de ac.& ob.& idem probatur
in actione depoſiti,& tutelæ : nam actio depoſiti
eſt ex contractu.Actio tutelę eſt ex quaſi contra-
ctu.vt l.ex maleficiis. §.tutelæ.ff.de ac.& ob.& i-
dem probatur in l.ſed cùm aliquis. ff.de neg.geſt.
17 Vlterius quærit gl.quid † requiritur ex parte a-
ctoris, & quid ex parte rei in actionibus in rem.
Dicit glo.ex parte actoris requiruntur duo.ſ.do-
minium vel quaſi : ex parte rei alterū de duobus
ſ.poſſeſsio vel quaſi.Quod gl.malè dicat ita oſtē-
do : quia appellatio dominij ſimpliciter ſemper
refertur ad directum.vt l.j.§.qui in perpetuū.ff.ſi
ager vect.vel emphyte.pe.ergo ſolum dominium
directum inducit rei vēdicationes:quod falſum
eſt:quia & vtile inducit rei vendi.vt l.ſi quis em-
ptionis.in prin.C.de præſcrip.xxx.vel xl.an.Præ-
tereà qui habet rem obligatam non habet domi-
nium directū, nec vtile : quia res mea non poteſt
eſſe mihi obligata.Imò eſt impoſsibile,vt lege ex
ſextante.§.Latinus.ff.de exc.rei iu.& l.debitor.ff.
ad Trebe.& ideò glo.defectiuè locuta eſt. Ideo
dic quòd ex parte actoris requiritur alterum de
quatuor.ſ.dominium directum,vel vtile,vel qua-
ſi,vel quòd habeat ius in re. Quaſi dominiū, vt ſi
emo rem à non domino:& per traditionem reci-
pio bona fide : & poſtea à poſſeſsione cado & ha-
beo publicianam. Ideò quaſi dominus admittor
per publicianam. Idem ſi habeo aliud ius in re:
vt ſi habeo rem obligatā. Item ponamus,habeo
ſeruitutem realem vel perſonalē vel vſumfruct.
vel ſeruitutē.ſ.viæ itineris. pro iſtis habeo actio-
nem confeſſoriā vt infrà in §.æquè. Ex parte rei
gl.dicit valde bene,quod requiritur poſſeſsio,vel
18 quaſi.poſsidere dicitur † quando habet ciuilem
vel naturalem poſſeſsionem : vel detentationem
vt l.officium.ff.de rei vendicat. & l.ſi veneri.§.in
bonis.ff. de priuil. cre. Quaſi poſsidere dicitur,
quando dolo deſiit poſsidere:quia iſta ſunt paria.
vt l.parem.& l.qui dolo.ff.de re in.& l.ſinauti.§.
ſed & is

ſed & is.ff.de rei vẽ. Hoc verũ de reali, quæ proponitur pro re corporali, de qua loquitur.§.iſte. Sed in reali quæ proponitur pro re incorporali non requiritur poſſeſsio. Nam differunt in duobus quantum ad hoc: quia reales quæ dantur pro re incorporali dantur etiam poſsidẽtibus vt l. vti frui.§ ſicut. ff. ſi vſusfr.petatur.& l. & ſi fortè.§. ſciendũ.ff.ſi ſerui.vendic. Itẽ ex parte conuenti quia in corporalibus reperitur poſſeſsio, vel quaſi poſſeſsio, vel detẽtio. In incorporalibus ſufficit quòd inquietet me ad hoc vt habeã cõfeſſoriam: vt patet in d.l.vti frui.& l.loci corpus.§. in confeſſoria.ſi ſerui.ven. Præterea ponamus, tempore libelli oblati in rei vendicatione non ſum dominus, lite pendẽte factus ſum dominus, nunquid reus debeat condẽnari? Gl.in l. ſi rem alienã.§.vl. ff.de pig.act.dicit, quod ſic: vnde dicitur iſtud ibi in pignoratitia actione: quia tẽpore libelli oblati non ſolueram, iudicio pendente ſoluo, debet creditor condemnari: & pro illa opi. eſt bonũ argumentum.l.quęſitum.ff.de pecul.l.ſi autem.§.poſſidere.ff.de rei ven.& l.ſi hæreditatem. & l.ſi quo tempore & l.item videndum.§. ſi quis cùm peteretur.ff.de pe.hære.& l.ſi tibi mandauero.ff.man.

In contrarium eſt ff. de iudic. l. non poteſt. & l. non quemadmodum. Et alia die determinabam, quòd cum tempore lit.conte.ſit defectus in perſonam actoris & rei, & ius non ſumpſit originem ex facto præcedẽti, non debet fieri condemnatio. Ad l.contrarias, ibi ſumebat originem ex facto quod nõ habuerat originẽ ante litem conteſtatam, ſed de nouo. nam ſi ago ad exhibendum requiritur quòd habeam ius tempore lit.conte.& tempore ſententiæ, aliàs non debet reus condemnari.ff.ad exhibẽ.l.tigni.§.ſi. Sed pone econtra, & in hoc errant maximi doctores, ſalua ſemper veritate nolo dicere quod errent: quia ego fortè dicam peius. Agebam cõtra te rei vendicatione ad fundum, quẽ poſsidebas: lit.conte.& ante ſententiam deſij habere dominium fundi: dicemus nos quod effectus condẽnationis procedat: vt ſuprà dixi. Econtrà quidam doctores dicunt, quod non eſt quæſtio: quia caſu legis cauetur, quòd ſi agam contra te rei vendicatione, & lite pendẽte alienotem: perinde debes condemnari ac ſi non alienaſſem: vt l.ij.C. de litigioſis. Ego dico, quod non poteſt procedere cõdẽnatio per d.l. tigni. in ſi.ff. ad exhiben. Ad l.illam reſpõ. ibi procedit condemnatio: quia ſi alienn rẽ litigioſam, debet redire in priſtinum ſtatum, ac ſi nõ eſſet alienatio: ſed hic nõ reducitur ad priſtinũ ſtatũ. Præterea lege cauetur, inſtituo titium hæredẽ: Sẽptonio lego bouẽ ſub conditione: pendẽte cõditione ſurripitur à quodã fure, hæres cõdictionẽ furtiuã habebit. Ponamus, hęres cœpit agere cõdi.furti.lit.pen.extitit cõditio, ita quod dominiũ tranſiuit in legatariũ non debet fur cõdẽnari hæredi: quia licet habuerit dominiũ tẽpore lit.inchoatę: tamẽ tranſiuit in legatariũ lit.pẽ.ff.de cõdi.fur.l.ſi ſeruus fur.§.bone.& ideò nõ reputo quæſtionẽ maximè per d. l. ſi ſeruus fur. & l. tigni. Modo quæro quintò & vltimò, & iſta eſt quæſtio quã fortè malè determinãt doc.& fortè non: tamẽ videtur mihi quod eſt caſus. Vos ſcitis, vel ſcire debetis vos qui neſcitis, quod ille qui poſsidet, tenetur rei vẽdi.directa. Ille qui dolo deſiit poſsidere, tenetur vtili: differẽtia enim eſt in forma agẽdi. †Ponamus ergo, 19

agebam contra te rei vend.directa, lite conteſtata deſiiſti poſsidere: certũ eſt quòd debeas condemnari: quia deſiiſti dolo poſsidere, non debet te releuare, vt l.ſi autẽ.§.ſed & is.ff.de rei vend. Sed quæro an debeas cõdẽnari ex vigore directæ quæ proponitur, vel ex vigore vtilis, quaſi directa videatur conuerſa in vtilẽ, quia videtur ſucceſsiſſe in locum directæ vt l.qui petitorio.in prin.§.j.ff. de rei ven.& effectus quæſtionis nõ eſt modicus: quia ſi cõdẽneris ex vigore directæ procederet in eodẽ iudicio: ſi ex vigore vtilis proponetur iudiciũ nouũ, videtur quod ex vigore vtilis: quia ille qui dolo deſiit poſsidere immediatè tenetur vtili, & deſiit teneri directa: vt l.electio.§.j. & §.ſi is quẽ.ff. de nox.ergo &c. Itẽ videtur quod ex vigore vtilis dicitur in quadã lege & iſtud eſt bene ſubtile: & nõ intelligetis niſi aduertatis ſubtilius. iſtud procedit in filio. Filius hæres ſub cõditione inſtitutus pendẽ.cõditio. nõ poteſt petere bono.poſ.cõtra ta. Ante bene poteſt petere bo.poſ.ſecũdũ tabul. Quid ſi cõditio deficiat, habebit bona in cõditionis defectũ iure bo. poſ. cõtra ta. nã ſecũdũ ta. videtur conuerſa in cõtra ta. vt l.iiij.§. ſi ſub ea.ff.de bo.poſ.cõtra ta.& l.ij.§.ſi ſub cõ.ff. de bo.poſ.ſecũ.ta. In cõtrariũ videtur, & eſt caſus ſalua veritate, & iſtũ caſum habuiſtis in ff.nouo. ille qui facit opus, quo mediãte aqua poteſt nocere, ſi poſsidet opus factum, tenetur actione aquæ plu.arcẽd.directa, ſi deſiit poſsidere tenetur vtili: ponam⁹ ergo, Męui⁹ fecit opus: quo mediãte mihi nocitum eſt, & illud opus poſsidet, ita quod tenetur directa: Incipio agere contra eum actione aquæ pluuiæ arcendæ, lite conteſtata alienat opus, ita quod incipit teneri vtili, debet ne cõdemnari vtili vel directa: dicitur in l. quod perinde debet cõdẽnari ac ſi omnia eſſent integra. Iſte eſt caſus in l.quãquam.ff. de aqua plu. arcend. Dyn.

SVMMARIA SVPER §. AQVI.

1 *Actiones in rem quæ dantur pro rebus incorporalibus, ſunt duæ, confeſſoria & negatoria. numero.10.*

2 *Actionum realium pro rebus corporalibus & incorporalibus differentia.*

3 *Seruitutum tres ſpecies: & numero.4.*

4 *Seruitutes perſonales ſed non merè, ſunt quatuor: & quæ. & numero.5.6.*

5 *Vſus & vſusfructus quid.*

6 *Habere habitationem quid.*

7 *Miniſterium ſeruorum ſeruitus eſt perſonalis.*

8 *Seruitus perſonalis an extinguatur extincta perſona.*

9 *Seruitutes reales.*

11 *Actio confeſſoria pro vſufructu, item pro ſeruitute vrbana vel prædiali ruſtica. eſt in rem: item & negatoria numero.14.*

12 *Literæ expoſitio.13.14.*

13 *Immiſſum, proiectum, & protectum, quid differant.*

15 *Actionum in rem quæ proponuntur pro rebus corporalibus, & quæ pro incorporalibus differentia.*

16 *Suſtinere partes actoris quid.*

17 Poſſidens

17 *Poſsidens quando ſuſtineat partes actoris.*

18 *Quaſi poſſeſsio incorporalium quid operetur.*

19 *Actio pro conſtituenda ſeruitute quanto tempore duret.*

20 *Poſsidenti an detur actio in rẽ, vt rei vendicatio.*

21 *Rei vendicatio & interdictum vti poſsidetis poſſunt concurrere; & quid de interdicto vti poſsidetis.*

22 *Confeſſoria & negatoria quare dicantur in rem. & numero. 23.*

23 *Fructuario & creditori detur actio in rem ratione iuris quod habent in re.*

24 *Confeſsoria & negatoria denominantur ab effectu.*

5 AEQVE SI AGAT. Tractatum eſt in præcedenti. §. de actionibus in rem, quæ dantur pro rebus corporalibus, Modo ſequitur tractare de actionibus in rem, quæ dantur
7 pro rebus incorporalibus. Verum quia † actiones in rem quę dantur pro rebus incorporalibus ſunt duæ, ſcilicet actio confeſſoria, quæ datur ei qui aſſerit ſeruitutem ſibi deberi. Item actio negatoria, quæ datur ei qui negat ſeruitutem debitam eſſe. Ideò primò ponit de cõfeſſoria quæ datur ei &c. vſque ad ver. contrà quoque. Secundò ponit de negatoria quæ datur &c. vſque ad ver. quod genus. Tertiò aſsignat differentiam inter actiones quæ dantur pro rebus corporalibus, & actiones quæ dãtur pro rebus incorporalibus. & illam differentiam & exceptionem ab ea proſequitur poſtea vſque ad §. ſed iſtæ. Et vſque ibi legimus hodie. Dicit ergo breuiter & ſummariè §. iſte, quòd actio confeſſoria quę proponitur pro perſonali ſeruitute vt pro vſuf. & vſu, itẽ quæ proponitur pro ſeruitute prædiali & ruſtica vel vrbana, vt pro ſeruitute viæ, actus, itineris, aquæductus, altius non tollendi, eſt in rem &c. Item negatoria quæ proponitur pro ſeruitute perſonali, vel prædiali, ruſtica vel vrbana ſimiliter eſt in rem: & cõfeſſoria proponitur affirmatiuè, & negatoria negatiuè. Vltimò dicit
8 quòd † inter actiones in rem quæ dantur pro rebus corporalibus, & quæ dãtur pro rebus incorporalibus hæc eſt differentia, quia actiones quæ dantur pro rebus corporalibus nunquam dantur poſsidenti ciuiliter & naturaliter, & etiam detinenti: tamen negatoria ſic: regulare eſt ergo quòd poſſeſſor non ſuſtinet partes actoris: licet fallat in quibuſdam caſibus, vt ex volumine. ff. plenius patet: & hoc dicit vſq; ad §. ſed iſtę. Vel hucuſque poſuit de ſeruitutibus perſonalibus, modo ponit de prædialibus; quarum quædam ſunt vrbanæ, & quædam ſunt ruſticæ. modo de prædialibus quæ ſunt vrbanæ, & ecõtra. Hucuſque de confeſſoria, quæ datur aſſerenti ſeruitutem ſibi deberi. Hic de negatoria quæ datur ei qui negat ſeruitutem deberi. Item eodem ordine procedit quo ſuprà. quia primò ponit de ſeruitutibus perſonalibus: Secundò de prædialibus. Et primò de ruſticis: Secundò de vrbanis. Item ſequitur de prædialibus vrbanis. *Quod genus*. & hic ponit differentiam inter actiones in rem quæ dantur pro rebus incorporalibus: licet hucuſque aſsignauerit ſimilitudinem. *Sanè*. hic ponit quandam exceptionem à proximo dicto §. ſed iſtæ. & hic incipit ſecunda diui. Et propterea hic ſit finis. Ad euidentiam materiæ quæ tractatur in præſenti. §. vos poſſetis præmittere duo, vel tria verba, quæ habuiſtis his diebus de vſufr. & de ſerui. & iſta
3 tria verba declarant valde ea quæ dicuntur hic. Tres † ſunt ſpecies ſeruitutum. modo aduertatis bene. Quædam appellãtur ſeruitutes merè perſonales: Quædam appellantur perſonales ſed non merè. & quædam appellantur merè reales: bene credo quòd recordamini. aduertatis ſeruitutes merè perſonales appellãtur illæ quæ conſiſtunt in perſona alicuius, quando aliquis eſt ſeruus: & iſta appellatur propriè perſonalis: quia in perſona conſiſtit, & à perſona eſt inſeparabilis. de iſta nihil tractatur hic. tamen tractabitur aliquid infrà in §. præiudiciales. & erit ſubtile tractare de hoc: ſed habetis tractatum ſuprà de iure perſonarum. & ff. de ſtat. hominũ. tamen ad præſentem §. nil pertinet. Quædam appellan-
4 tur † perſonales, ſed non merè: & illæ reperiuntur ſolùm quatuor. aliæ omnes ſunt reales: vſufr. eſt vna. vſus eſt alia. habitatio, tertia. miniſterium ſeruorum quarta eſt regula. Vltra iſta non reperitur alia: vſuſfructus eſt ius vtendi &c. & omnis redditus & vtilitas debet pertinere ad vſu-
5 fructuariũ: vt l. vſufr. legat. ff. de vſuf. Vſus † nihil aliud eſt, quàm habere cõmoditatem percipiendi quod ſibi expediebat: ſed ſibi expediebat habere viginti corbes, vel. v. & illos ſolum percipit vt l. plenum. ff. de vſu & habi. Habere habitationem
6 † eſt habere liberam facultatẽ inhabitandi quamcunque partem domus. Vnde habuiſtis quòd ſi teſtator legat habitationem domus valde magnę cuidam pauperi, ille debet habere habitationem totius domus: licet tam anguſtus ſit talis legatarius, vt poſsit eſſe contentus parte cœnaculi: vt l. domus. §. licet tam anguſtus. ff. de vſu & habit.

Præterea ſeruorum † miniſterium appellatur ſimiliter ſeruitus perſonalis. Quia ſi teſtator legat mihi miniſterium in ſeruo ſuo: illud miniſterium appellatur ſeruitus perſonalis dupliciter: quia debetur à perſona, cuius miniſteriũ eſt legatũ: & debetur perſonæ. Et dicũtur iſtæ ſeruitutes perſona-les, quia perſonæ debentur, & cum perſona ex-
8 tinguuntur immediate extincta † perſona, cui debetur ſeruitus perſonalis, extinguitur ſeruitus. vt lege ſicut. §. morte. ff. quibus modis ſeruitutes amit. & l. non ſolùm. §. tale. ff. de libera. legat. hoc verũ in vſufruct. vſu & habitatione: tamen in miniſterio nõ eſt iſtud. licet enim moriatur ille cui debetur, nõ extinguitur vt l. ij. ff. de vſufr. le. tamẽ nihilominus perſonalis appellatur: quia debetur perſonæ, & cum perſona extinguitur cui miniſte-
9 rium debetur. Alię † omnes ſeruitutes appellantur reales, quia debentur à re, & debentur rei: & ad quem tranſit res, tranſeunt ipſæ ſeruitutes. vt l. via conſtitui. § ſi fundus. & lege cum fundo. ff. de ſerui. ru. præ. cum pluribus aliis: ergo regulariter omnes ſeruitutes ſunt reales. Sed fallit in quatuor, quæ hoc anno habuiſtis plenè tractatum in lege ſi quis binas. ff. de vſufruct. & in lege prima in textu & gloſſa in titulo generali ff. de ſeruitut. Or modo reſtat videre cauſam & expoſitionẽ tex. & omnia quæ pertinẽt ad materiã huius §. Pro ſeruitutibus realibus & perſonalibus ſunt proditæ quædam actiones in rem.

Tamen

Tamē vna prodita eſt ei qui affirmat ſeruitutem ſibi deberi: Alia ei qui negat ſeruitutem debitam eſſe. Illa quę datur ei qui contendit ſeruitutem ſibi deberi, appellatur confeſſoria: & de illa vſque ad verſic. contrà quoque. Illa quę datur ei qui negat ſeruitutem debitā eſſe, appellatur negatoria & de illa vſque ad vec. quod genus. Ibi aſsignatur differentia inter actionem quæ datur pro rebus corporalibus, & actionem quæ datur pro rebus incorporalibus. Quare amodo non poſſetis errare in caſu etiam ſi velletis. Tamen vos debetis ponere non ſicut quidam ponunt imò ſicut text. dicit. Or aduertatis bene, habeo vſumfructum

11 in † quodam prædio ruſtico, vel vrbano pertinēte ad monaſterium ſancti Pauli, & cum ego volebam arare, & percipere fructus, Abbas & monachi impediebant me quominus colerē, & fructus perciperem: Volo agere contra eos actione confeſſ. dubitatur vtrum actio ſit in rem vel in perſonā. Reſpondetur: quòd iſta actio ſit in rem & non in perſonam. Idem in confeſ. quæ ponitur pro ſeruitute prædiali ruſtica. Habebam ſeruitutē viæ, itineris, actus, vel aquæ ductus in prædio tuo, tu impediebas me quominus irem, vel currum ducerem, vel aquam, ago confeſ. contra te, volens defendere ſeruitutem debitam, dubitatur vtrum iſta actio ſit in rem, vel in perſonam. Et reſpondet quod eſt in rem, & nō in perſonam.

Idem probatur de confeſſoria quæ proponitur pro ſeruitute vrbana. Habebā ſeruitutem in domo vicini, quod poſſem immittere tigna in parietem domus ſuæ, ipſe impediebat me &c. non dicit niſi vnum verbum, ſcilicet quod actio confeſſ. quæ datur pro ſeruitute perſonali, vel prædiali ruſtica, vel vrbana, eſt in rem, non in perſonam. hoc vult dicere textus. bene vidi aliquando commentantes iſtum titulum qui neſciunt po-

12 nere caſum. † *Aequè*. dicit prima gloſſa & malè. id eſt, datur actio in rē: malè dicit quia textus dicit contra. Vnde iſta gloſſa noua facta fuit per eum qui non viderat textum. *Aequè* &c. hoc eſt dicere, ſicut quando agitur pro re corporali, eſt actio in rē: ita quando agitur pro re incorporali, id eſt pro ſeruitute in rem actio eſt propoſita confeſſoria, quæ proponitur verbis affirmatiuis quantum ad iſtum caſum. *Aedibus*. id eſt prædiis vrbanis. Idem in confeſſ. quæ proponitur pro ſeruitute ruſtica: & hoc ſubiicit, *vel per fundum* &c. hæc enim eſt ſeruitus ruſtica vt lege prima de ſeruitutib. ruſtico. prædi. & Inſti de ſeruituti. Idem ſi proponitur confeſſoria pro ſeruitute prædiali vrbana: & hoc ſubiicit eiuſdem &c. Vnde de tribus ſpeciebus dicit hic. ſcilicet de confeſſoria, quæ datur pro ſeruitute perſonali. Secundò de confeſ. quæ datur pro ſeruitute prædiali & ruſtica. Tertiò de confeſ. quæ datur pro ſeruite reali vrbana. *Eiuſdem*. ſcilicet quod ſit actio in rem, non in perſonam. *De iure*. id eſt confeſſoria, quæ proponitur pro ſeruitute prædiali & vrbana.

Agat. propoſita confeſſoria actione &c. iſtud videtur exemplum ad negatoriā: dico mihi competere libertatem exaltādi domum meam, tu dicis competere tibi ſeruitutem altius non tollendi. gloſſ. voluerunt ſubtilizare: tamen nihil valuit illud ſubtilizare. Et dixerunt, ꝙ hic inſerebatur quoddā exemplū de confeſſoria: iſte eſt extraneus intellectus: quia tex. nō intelligeret ſeipſum dicēdo nihil eſt aliud dicere, niſi quòd quādo tractat de confeſſoria, ponit exemplum de negatoria & econtra: bene fuiſſet Iuſtinianus abarbaliatur.

Quare ego volo quòd dicaris, quòd ſomniauit: & ideò dicaris quòd tractando de confeſſoria ponit exemplum conueniens confeſſoriæ: & tractando de negatoria ponit exemplum conueniens negatoriæ. Or quomodo oſtendo vobis, ponamus quod tu habebas domum tuam iuxta meam: debebas mihi ſeruitutem ſuſtinendi tigna domus meæ: tigna domus meæ ſuſtentabātur per parietem tuum & meum: paries tuus eſt deſtructus: volo eū reficere, & altius eleuare: tu prohibes, ago contra te confeſſoria. Illud eſt propriū exemplum. *Suas*: debet exponi, ſcilicet ſeruitutem debentis. *Proſpiciendi*: iſtud eſt exemplum.

Ponamus, ego habebam feneſtras ſupra ſolum vicini: ipſe volebat in ea ædificare, & per illud ædificium auferebatur mihi proſpectus, ago contra eum confeſſoria. Iſta confeſſoria quæ proponitur pro ſeruitute proſpectus defendendi, appellatur in rem. *Proiiciendi*. vel immitendi. Quid eſt immiſſum, quid proiectū, & quid protectum:

13 dicitur in quadā. l. quod inter immiſſum † ex parte vna, & proiectū, & protectū ex alia hoc intereſt: quia proiectū & protectum eſt id quod ſic extenditur ſuper ædificium alterius, quod in nulla parte eius requieſcit. Immiſſa ſunt illa, quæ in eo requieſcūt ſiue in parte ſuperiori: ſiue in alia parte parietis: vt l. malum. §. inter. ff. de verb. ſig. & hoc

14 vult hic dicere. *Contra quoque*: Hucuſque † de cōfeſſoria quæ datur pro ſeruitute defendenda: hic de negatoria quæ datur pro ſeruitute impedienda. & eodē ordine tractat, quo primò de cōfeſſoria. Verbi gratia, ecce exēplū, habebas proprietatem in prædio ruſtico vel vrbano: quidam, ponamus, Sempronius ingrediebatur prædium meum & arabat, & colebat, & fructus percipiebat, aſſerens ſibi vſumfructum deberi: ego volo dicere prædium eſſe liberum, & eum non habere ius vtendi fruendi. Ago contra eum negatoria. Iſta actio eſt in rem, non in perſonam. Item aliquis vtebatur via, itinere, vel actu: vel ducebat aquam me inuito, dicēs ſibi ſeruitutem deberi, ago contra eum negatoria, dicens eum non habere ſeruitutem viæ, itineris, actus, vel aquæductus: dubitabatur vtrum ſit in rem, vel in perſonam. Ecce magnum exemplum. non verbo dicit tantummodo: negatoria quæ datur pro ſeruitute perſonali, vel prædiali ruſtica vel vrbana impedienda eſt in rem, nō in perſonam. *Contrà quoque*. quia ſuprà ponit de confeſſoria, hic de negatoria. *Actiones*. ſcilicet negatoriæ & ſunt in rem vt infrà dicetur. *Intendat*. propoſita negatoria. *Vtendi*. Hic ponit exemplum pro ſeruitute perſonali. *Eundi, Agendi*. Hic de ſeruitute prædiali ruſtica.

Item altius tollendi. Quomodo refertur iſtud exemplum ad negatoriam: dicit gloſ. quòd in iſto exemplo non debet repeti, non, quia tunc eſſet exemplum confeſſoriæ, non negatoriæ. Inde ego dixi vobis, quod ſi repetatur, non erit exemplum negatoriæ ſed confeſſoriæ: puta, volebam eleuare parietem tuum vt immitetem tigna domus meæ: vt per parietem tuum tigna domus meæ ſuſtentaretur: tu turbas me, iſta eſt ſeruitus: vt lege eum debere. de ſeruitutib. vrbanorū prædiorum. & lege & ſi forte. §. etiam. ſi ſeruitus vēd. & lege ſicuti. §. dicit igitur. ff eod. ti. Vel ſi volo eleuare parietem tuum te inuito, vt immitam tigna

domus meæ,

domut meæ, & tu prohibes, debet agere nega-
toria: dicens non competere mihi ius altius tol-
lendi. *Iſtæ quoque.* quaſi dicat, non ſolum a-
ctiones quæ proponuntur pro rebus corporali-
bus, & confeſſoria quæ proponitur pro re in-
corporali ſunt in rem, ſed etiam negatoria.

Modo intelligas bene vt intelligas text. vos
non intelligitis gloſ. Et iſtud eſt commune in o-
mni titulo. *Quod genus* &c. habuiſtis ſimilitu-
dinem inter actiones in rem quæ proponuntur
pro rebus corporalibus, & quæ pro rebus incor-
poralibus: quia ſicut illæ ſunt in rem, ita & iſtæ.
15 Aſsignata † ſimilitudine aſsignat differentiam:&
dicit quòd inter eas eſt magna differentia: quia
illæ quæ proponuntur pro rebus corporalibus,
proponuntur à poſsidentibus: illæ quæ proponun
tur pro rebus corporalibus non proponuntur à
poſsidentibus. Ecce exemplum. poſsidebam quan
dam vineam ciuiliter & naturaliter, & detine-
bam, eram in vinea quotidie, & cuſtodiebã eam;
Abbas S. Proculi mouebat controuerſiam mihi;
tamen non poſsidebat ciuiliter nec naturaliter,
nec detinebat. Conſideraui ergo bene eſt iſte dia-
bolicus homo. Ego enim poſsideo ciuiliter & na-
turaliter, & detineo: & ipſe nullam poſſeſsionem
habet, & tamen moleſtat me: volo ergo agere con
tra eum rei vendicatione & probare dominium
vineæ ad me pertinere, & negare ad ipſum perti-
nere: non ſum audiendus: quia licet actiones in
rem quæ dantur pro rebus incorporalibus den-
tur poſsidentibus, tamẽ actiones in rem quæ dan-
tur pro rebus corporalibus non dantur poſsiden-
tibus. & hoc vult litera dicere. & ita ſubaudia-
tis, & ſoluetis omnia contraria: & in hoc eſt ma-
gis veritas gloſarum. Et aliquando inuenietis gl.
bene dicere. Aliquando inuenietis gloſ. malè di-
cere. in l. illa, ſi de vi. ff. de iudi. poſſidet ciuiliter
& naturaliter, & detinet. *Sanè.* modo ponit quã-
dam exceptionem à proximo ſuperiori dicto. Di-
ctum eſt ſuprà in proxi. præcedẽti reſpõſo, Nam
in his &c. quòd ille qui poſſidet, non ſuſtinet par-
tes actoris. hoc eſt verum regulariter: tamen eſt
inuenire quendam caſum, imò duos, vbi ſuſtinet
partes actoris, vt ex libris ffor. latè patet: vbi con
tinetur. hoc vos poſſetis ſatis reuoluere. vno mo-
do poteſt poni exemplum in actione quæ datur
poſsidenti: alio modo poni exemplum in exceptio-
ne quæ proponitur à poſsidente. Gloſ. ponit duo
exempla, & quodlibet fortè eſt bonum. Habeo
tecum domum communem, ſum in poſſeſsione
ſicut tu, volo agere tecum communi diuidundo,
poſſum: & tamen ſum in poſſeſsione domus ciui-
liter & naturaliter, & detineo. *Vno caſu*, ideſt,
in duplicibus iudiciis, vt eſt actio famil. er. com-
muni diuid, fini. re. & interdictum vti poſ. vt in-
frà in §. quædam & l. actionũ. §. mixtæ. ff. de actio.
& obli. & l. ij. de interdictis. & infrà de interdi. §.
iij. Ille enim qui poſsidet ciuiliter & naturali-
ter, poteſt proponere actionem, & ſuſtinere par-
tes actoris. *Apparebit.* ſcilicet in l. in tribus. ff. de
iudi. & l. inter cohæredes. §. qui familiæ. ff. fa. er.
16 Alio modo poſſet opponi ſanè &c. † quia ſuſti-
net partes actoris nihil aliud eſt, quàm probare
quod intendit: ſi dico me dominum, habeo pro-
bare me dominum. Si dico rẽ communem: habeo
probare communionem. Si dico violentiã mi-
hi illatã, habeo probare vt l. actor. C. de. proba. &
de non nu. pecu. l. aſſeueratio. & de edendo. l. qui
accuſare. & in multis aliis. Regulariter ſic dictum
17 eſt, quia ille † qui poſsidet, nõ ſuſtinet partes acto-
ris: tamen fallit in caſu: agebam contra te con-
dictione de mutuo, & petebam centum, tu oppo-
nis exceptionem pacti de non petendo, rei iudica
tæ & exce. doli: tu ſuſtines partes actoris. *Vno mo-
do*, id eſt, quando excipit, & excipiendo ponit: ita
comprehenduntur omnia de corpore iuris: dicebã
pactum factum, dolum cõmiſſum, ſententiam la-
tam: habeo neceſſe probare: & propterea dicitur
in lege, quod agere etiã is videtur qui exceptione
vtitur: quia habet neceſſe probare, vt l. j. ff. de ex
cept. & l. in exceptionibus. Sed quando excipit ne
gatiuè, tunc nõ ſuſtinet partes actoris: puta tu pe-
tebas centum ex cauſa mutui, negabam te nume-
raſſe: vt l. ſi ex cautione. C. de non nu pecu. Or
amõ poſito caſu, & expoſita litera ſicut oportet,
ſequitur vt videamus expoſitionem, & quæſtiones
ad intellectum materiæ. Alia multa poſſent dici,
tamen iſta ſunt de ſubſtantia. Hîc dicitur, quod
actio confeſſoria eſt quæ datur pro defendẽda ſer-
uitute perſonali, vel prædiali ruſtica, vel vrbana.

Item negatoria quæ datur pro impediẽda ſerui-
tute &c. Modo breuiter intellecto text. procedo
& oppono per iſtum modum. Et aduertatis: hîc
dicitur quod ſicut datur vẽdicatio pro rebus cor
poralibus, ita datur pro rebus incorporalibus.
Quòd hoc non poſsit procedere, ita oſtendo, &
eſt oppoſitio cõmunis ad totum §. lege cauetur,
quod ea quæ poſsidentur, vendicantur: & quæ nõ
poſsidentur, nõ vendicantur: ſed incorporalia nõ
poſsidentur: vt l. iij. in princ. ff. de aquir. poſſeſsio.
& l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuc. ergo confeſſoria
18 non videtur habere locum. † Ad iſtud debet
ita reſponderi & breuiter: verum eſt quod incor-
poralia nõ poſsidentur propriè, tamen quaſi poſ-
ſidentur: & ideo cauetur in l. quod illa quaſi poſ-
ſeſsio quæ conſiſtit in rebus incorporalibus, ope-
ratur illud quantum ad incorporalia, quod ope-
ratur vera poſſeſsio quantum ad corporalia. &
hoc patet, quia ſicut pro vera poſſeſsione rerum
corporalium defendenda datur interdictum vti
poſsideris directum: ita pro defendẽda quaſi poſ-
ſeſsione incorporalium datur interdictum vtile:
vt l. quoties. ff. de ſerui. & l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſer-
uit. vendic. & in pluribus aliis: ſi hoc eſt: ergo eadẽ
ratione actio in rem quæ datur pro re incorpo-
rali, datur contra eos qui quaſi poſsident. Aliud
19 eſt † quod videtur valde obſtare, ſcilicet quod cõ
feſſoria ſit ſuperuacua: quia ſi agatur vt cõſtitua-
tur mihi ſeruitus, pro conſtituenda ſeruitute ha-
beo actionem ex teſtamẽto quæ durat. xxx. an. ſi
conſtituta ſit in teſtamento: ſi promiſſa eſt mihi
per ſtipulationem: habeo actionem ex ſtipulatu,
quæ ſimiliter durat. xxx. an. ſed iſta durat ſolùm
x. vel. xx. an. ſic. x. vel. xx. an. amittitur ſeruitus: vt
l. ſicut. C. de ſeruitu. & l. corruptionem. C. de vſuf.
ergo cùm minori tempore duret, ſequitur quod
ſit ſuperuacua & inutilis. Sed vos reſpondeatis,
quidam aliquando fuerunt in iſto errore: tamen
iſte error eſt peſsimus: dicunt ipſi, tu neſcis quid
opponis: aut ſeruitus eſt debita, ſed non conſtitu-
ta: & tunc eſt verum. quod competit actio ex te-
ſtamento, vel ex ſtipulatu, vel ex empto: ſed ſi iã
cõſtituta eſt, tunc per cõſtitutionẽ tollitur actio
perſonalis, quæ datur pro ſeruitute conſtituenda.
Et ecce argumentum quod mouebat eos, qua ra
tione traditio corporalis rei debitæ tollit nomẽ

obligationem qua tenebatur debitori, quia ſolu-
tione eius quod debetur, tollitur omnis obliga-
tio. vt ſuprà qui. mo. tol. ob. in prin. ti. eadē ratio-
ne ſi conſtituo ſeruitutē. per iſtam conſtitutionē
tollitur omnis actio perſonalis, quæ datur pro
ſeruitute cōſtituenda: & ideò ſublata ea ſequitur
quod vtilis ſit iſta cōfeſſoria. Sed quia falſum eſt
quod dicunt in fundamento ar. ideo non poteſt
ſequi recta concluſio: & ipſi dicunt quod ſicut ſi
debeo rem corporalem &c. iſtud eſt falſum: quia
ſi debeo rem incorporalē ſcilicet viā, vel iter, vel
actum conſtituo, per eum modū per quem poteſt
conſtitui non liberor à perſonali: quia in rebus
corporalibus eſt inuenire traditionem veram, &
veram deliberationem inducere: ſed in rebus in-
corporalibus non eſt: & ita inuenietis in tex. &
gl. l. corruptionē. C. de vſuf. Et ideo reſpōſio iſto-
rum doctorum non valet vna muſca. Dicendum
eſt ergo. & iſtud eſt planū, quod vtilius eſt habere
confeſſoriam pro ſeruitute iam conſtituta, quàm
habere actionē perſonalē ex qua ſeruitus primo
debeatur quia ſalius eſt defendere ius quod ha-
beo, quàm conſequi quòd de nouo aliquid cōſti-
tuatur: & ideò fuit vtile eam dari. Vlterius op.
20 iij. modo, & iſta † op. eſt valde ruminata: & in iſta
errat magna pars doc. & glo. & legiſtarum & ca-
noniſtarum: & hic dicitur, quòd ei qui poſsidet
non datur actio in rē: quod iſtud ſit falſum, oſten-
dunt illæ leges, depono rem penes te retineo poſ-
ſeſsionem penes me. l. licet. ff. depoſi. & tamen poſ-
ſum agere contra depoſitarium rei vendicatione
l. officium. ff. de rei vend. l. ſi ventri. §. in bonis. ff.
de priui. cred. ſi commodo tibi rem, rei commoda
tæ poſſeſsionem & proprietatem retineo, vt l. rei
commodatæ. ff. commodati. & poſſum agere ni-
hilominus rei vendicatione. Si concedo tibi rem,
ratione fructus ego retineo penes me ciuilē, & na
turalem transfero in te: tamen poſſum agere rei
vendicatione: vt l. ſi vſufructus nomine. ff. vſufr.
quemadmodū caue. igitur iſte malè dicit. Qui-
dam valentes viri valde errauerūt, & enormiter
& dixerunt quod quandiu poſsideo, non poſſum
proponere rei vendicationē: tamen ſi propono
rei vendic. videor renunciare iudicio poſſeſſorio:
& ita dixerunt quidam ſ vt dominus Bartolus
& dominus Ioannes: & ideò renunciato com-
modo poſſeſsionis rei vendicat. poteſt procede-
re: malè dicatur talis opin. dicitur in l. poteram
agere contra te interdicto vti poſsidetis: quia tur-
babas me in poſſeſsione cuiuſdā prædij quod poſ-
ſidebā, volui agere vti poſsideris: ſed propoſui rei
ven. lite pen. volui agere vti poſsidetis, bene poſ-
ſum, Iſte eſt caſus. l. naturaliter. §. nihil. ff. de ac-
qui. poſ. ſubiicitur ibi & ideo &c. in alia. l. caue-
tur, quod ſi cæpi agere rei ven. ad fundum, poſtea
volo agere vnde vi, ſum audiendus: ergo propo-
nendo rei ven. non videor renūtiare poſſeſſorio.
vt l. eum fondum. §. cum qui fundum. ff. de vi &
vi. ar. quod promptum eſt dicere quod iſta opin.
eſt mala peius & peſsima. Dicendum eſt ergo
quòd ille qui poſsidet ciuiliter & naturaliter, &
detinet, non poteſt agere rei vendic. quia non eſt
inuenire perſonam contra quam agat: nam eodē
tempore non poteſt eſſe poſſeſsio eadem penes
duos inſolidum. vt l. iij. §. ex cōtrario ff. de acqui.
poſſeſſ. & l. duo. ff. de precario cum infinitis aliis:
contra ſeipſum non poteſt agere: iſte eſt propriè
intellectus iſtius. §. quòd ei qui poſsidet ciuiliter
& naturaliter, & detinet, non datur rei vendicat.
ſed ſi poſsideat ciuiliter, & alius naturaliter, quid
prohibet quod agat rei vendicatione ratione de-
tentionis: & ita intelligantur. ll. cōtrariæ. ex hoc
apparet quod errant illi domini qui dicunt rei
vendicationem non concurrere cum interdicto
vti poſsidetis. ita dicit gloſſ. in l. ſi fideicom. ff. de
iudi. Rei † vendi. & interdictum recuperādę poſ-
21 ſunt bene cōcurrere: quia non ſum mihi contra-
rius, quia caſus eſt in l. cum fundus. Or modo
procedo, dicunt gl. & canoniſtæ: tamen malè di-
cunt glo. & canoniſtæ peius, ſi agatur iudicio pe-
titorio & vti poſ. abſit quod poſsint concurrere,
qua ille qui proponit rei vendi. dicit ſe non poſ-
ſidere: ille qui proponit interdictum vti poſsid.
dicit ſe poſsidere: vt l. j. §. interdictum. ff. vti poſſ.
ergo eſt ſibi contrarius: ergo repellendus. Iſta
ratio videtur valde bona: tamē nō valet aliquid.
aduertatis quo caſu procedit opinio glo. & cano-
niſtarum: ſi poſsideo ciuiliter & naturaliter, & de-
tineo, hoc bene fateor, quod non eſt poſsibile cō-
currere rei ven. cū interdicto vti poſsidetis: quia
non eſt inuenire perſonā contra quā proponam
rei vend. tamē poſſum proponere interdictū vti
poſsi. cōtra eum qui me turbat: & iſto modo pro-
cedit quod dicunt. tamen iſtud non conſiderauerunt ipſi. ſi poſsideo ciuiliter tantum, tu poſsides
naturaliter tantum, & detines, quare non poſſum
proponere rei vend. pro naturali poſſeſsione, &
pro detentatione. vt l. naturaliter. §. nihil. Item ſi
tu detines, cum rei vendicatio detur pro detenta-
tione. vt l. officium. ff. de rei ven. & nihilominus
interdictum vti poſsi. pro ciuili & naturali tur-
bata: ita videtur, & ita dixerunt ibi. correxerunt
ſe in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas: & idem
comprobatur in lege naturaliter. §. nihil. ff. de ac-
quirenda poſſeſsione. idem comprobatur in gloſ-
ſa lege prima. §. interdictum. & lege ſi duo in
principio Digeſt. vti poſ. Modo præmiſsis op-
poſitionibus & ſolutionibus earum, ad declara-
tionem textus includuntur duo mebra. Ego quæ-
ro primò, iſtud eſt ſubtilius, & in hoc deficit glo.
& non credo quod fuerit vicium gloſatori, ſed
22 ſcriptoris. † Quare confeſſoria & negatoria, di-
cuntur in rem. Dicuntur in rem, vt dicit iſte. §.
ſequenti. quare dicantur non dicit: & ideò gloſſa
declarat: dicuntur in rem, quia dantur pro iure
quod aliquis habet in re. Præterea ſicut ex
parte eius qui conuenitur, conſideratur vera poſ-
ſeſsio in rei vendicatione, ſic in cōfeſſoria & ne-
gatoria conſideratur vera vel quaſi poſſeſsio: &
ideò dicuntur in rem. Or modo oportet pro-
bare cùm in probando gloſſa deficit. rei vendi-
catio datur ratione dominij directi vel vtilis.
In rē actio datur ei qui eſt dominus de iureciuili,
vel de iure gētium vt lege in rem. Digeſtis de rei
vendic. Confeſſoria datur ei eſt dominus. vt l. ij. ff.
ſi ſerui. vendic. Item negatoria: vt lege ſecunda
prædicta. Præterea vtilis in rem datur ratione
vtilis dominij. Item actio publiciana datur ra-
tione quaſi dominij, Or in hoc errauerunt
gloſ. dicunt quod ratione quaſi dominij datur
feſſoria fructuario, item creditori: In hoc
23 dicunt peſsimè. † creditores non habent do-
minium vel quaſi, ſed ius in re: vt lege ex ſex-
tante. §. latinus. Digeſtis de exceptione rei iudi.
fructuarius non habet dominiū vel quaſi, ſed ius:
imò poſsibile eſt, quod ille qui habet vſumfructū
formalem

formalem habeat dominium:quia res ſua nō poteſt alicui ſeruire:vt l.vti frui. ff.ſi vſuſfru. pe.ergo quod glo.dicit quòd confeſſoria ratione quaſi dominij datur fructuario & creditori, eſt inconueniens,& impoſſibile de iure:Ergo verum eſt,& ita credendum eſt quòd gloſ. intellexerunt quòd rei vendicatio directa datur ei qui habet directum dominium, vt l.in rem. ff.de rei vendic.ſic confeſſoria & negatoria vt l. ij. ff. ſi ſeruitus ven. vtilis datur ei qui eſt emphyteuta qui habet vtile dominium:vt l.autor.§.etiam. ff.de pig. act.Item ſuperficiario:vt l. prætor.& l. ſuperficiario. ff. de rei vendicatione. Vtilis confeſſoria & negatoria datur ei qui habet dominium vtile , vt probatur in l.in prouinciali.§.ſi ego. ff.de ope.no nun.& l. j.§. vltimo. ff. de ſuperfici. & l. ei qui pignori. ij. reſpon. ff. de ſeruit. Publiciana datur ratione quaſi dominij,vt ei qui emit à nō domino, quem credebat dominum : vt infrà in §.aliæ.& l.j.ff.de publi.Publiciana pro ſeruitute datur ei cui conſtituta eſt ſeruitus ab eo quem credebat dominū vt l.ſi ego.j.& ij. reſponſo.ff.de pub. Hypothecaria datur creditori ratione iuris,quod habet in re Item vtilis confeſſoria. Item fructuario datur vtilis,ſed non directa,vt l.j.§.item Iulianus.ff.de remiſ. pi.l.creditori.ff.de ope.no.nun.l.ei qui pignori.ff. de ſeruitu. ergo conſiderata perſona actoris confeſſoria habet ſimilitudinem cum rei vendicatione, quæ pro re corporali proponitur. Item conſiderata perſona rei , ſicut in rei vendicat. requiritur vera poſſeſſio:ſic hic vt l.vti frui. §.j.ff.ſi vſuſfru. pe. vel quaſi poſſeſſio : vt ſi dolo deſinat poſſidere , vel ſe offerat in iudicio : vt l. vlti.ff.ſi vſuſfru.pe. Idem in negatoria:quia directa datur ei qui directò eſt dominus prædij , in quo aliquis contendit ſibi ſeruitutem deberi.vt l.ij ff.ſi ſerui. ven.vtilis datur ei qui habet vtile dominium. Itē ex parte rei datur contra eum qui habet vtile dominium. Item ex parte rei datur contra eum qui habet veram vel quaſi,poſſeſſionem : veram,vt ſi dico me dominum pleno iure,tu es in poſſeſſione & dicis te fructuarium,tu habes veram poſſeſſionem. Item tu dicebas habere ſeruitutem viæ,itineris, vel actus, non habes veram poſſeſſionem, ſed quaſi : ratione huius propono negatoriam. Præterea dato quòd non poſſideas , ſed quaſi , ſi turbas me,poſſum agere negatoria:quia confeſſoria & negatoria dantur poſſidentibus,& econtra non poſſidentibus : vt l.ſi fortè. §. ſciendum.ff.ſi ſerui.vend.l.vti frui.§.ſicut.ff.ſi vſuſfru.pe. Reſtat vltimò quærere vnum verbum, & ponam finem:quare appellatur † confeſſoria, vt hic : gloſ. 24
diſputauit de lana caprina:dicit quòd Placen. dicebat vnum, & ipſa dicit aliud. tamen gloſ. dicit idem quod Placen. quòd confeſſoria appellatur quæ proponitur verbis negatiuis, dico ne me habere ſeruitutem &c.& negatoria quæ proponitur verbis negatiuis. dico te non habere ſeruitutem.

Ot gl.reprobat iſtam opinionem per quēdam modum,qui eſt ſatis probabilis:tamen non per iſtum tex.dico me habere ſeruitutē altius non tollēdi:iſta confeſſoria proponitur verbis negatiuis: vt l.ſi prius.ff.de no.ope.nunc.& l.loci corpus.§. competit. ff. ſi ſerui. ven. Si tu proponas negatoriam, propones eam verbis affirmatiuis : dico altius me poſſe tollere te inuito:igitur Placent.nō intellexit quod dixit. dominus Pla. conſiderauit effectum verborum,ſicut gloſ. quare appellatur confeſſoria:quia ſiue proponatur verbis affirmatiuis,ſiue negatiuis , per eam defendo ſeruitutem mihi debitam: negatoria appellatur , quia ſiue proponatur verbis affirmatiuis,ſiue negatiuis, per eam negatur ſeruitutem deberi:vnde ab effectu aſſumit nomē. Multa alia poſſent hîc dici,tamen iſta ſunt de ſubſtātia, & quæ oportet tenere.

SVMMARIA SVPER §. SED ISTÆ.

1 *Actionum ſecunda diuiſio eſt, quòd quædam dicuntur ciuiles,quædam prætoriæ.*
2 *Publiciana datur ei qui verè non vſucepit.*
Publiciana à Publicio authore dicta.
3 *Actiones ex cōtractu vel quaſi,delicto vel quaſi,deſcendentes ſunt tam ciuiles quàm prætoriæ contra glo. & num. 5.*
4 *Iuris ſcripti ſex ſunt partes.*
5 *Verborum,& ſi quæ ſunt ſimiles,expoſitio.*
6 *Literæ expoſitio. & num.ſeq.*
7 *Quaſi,diminutionis nota.14.*
8 *Publiciana & quaſi ſeruiana quando competant.*
9 *Condictioni ex lege non eſt locus quoties iure ciuili inducitur actio.*
10 *Actionum prætoriarum quædam ſunt mixtæ.*
Hæreditatis petitio eſt ciuilis origine, puta inducta per ſenatuſconſultum.
11 *Interdicta ſunt in rem ſcripta.*
12 *Publiciana actio eſt ſpecialis introducta ſpecialiter quando aliquis emit rem à non domino bona fide,& per traditionem recepit.*
13 *Rei vendicatio introducta vt vendicem rem ratione dominij quod eſt penes me.*
14 *Peierans tenetur pœna ſtellionatus.*
15 *Publiciana vt competat,neceſſaria.16.*
16 *Bona fides in publiciana quo tempore requiratur.*
17 *Publiciana contra quem datur.*
18 *Publiciana quinque caſibus datur contra dominum.*
19 *Publiciana an detur ratione dominij vtilis vel quaſi.*
20 *Libellus in publiciana qualiter formetur. & nu. ſequenti.*
21 *Rei vendicatio & publiciana ſunt contrariæ inſpecta origine, effectu tamen æquipollentes. idem de querela inofficioſi teſtamenti,& querela falſi.*
22 *Actio in rem quæ datur contra eum qui dolo deſiit poſſidere,an ſit ciuilis an prætoria.*
23 *Actio iudicari debet ciuilis vel prætoria habito reſpectu ad primæuam originem.*

§ SED ISTÆ. §.iſte ponit ſecundam principalem diuiſionem a-
1 ctionum:& dicit,quòd †actionum quædam dicuntur ciuiles quædam prætoriæ. ciuiles dicuntur illæ qui enumeratæ ſunt.ſuprà. & eis ſimiles ſi quæ ſunt: prætoriç dicuntur quędam in rē, quędam in perſonam. In rem appellatur publiciana quę datur ei qui

ei qui emit rem à non domino bona fide, & per traditionem vel alio titulo apto ad dominium transferendum accepit, & ante vſucapionem cõpletam deſiit poſsidere: nam ſicut verus dominus admittitur ad rem vendicandam per rei vendicationem, ita iſte bonæ fidei poſſeſſor per actionem publitianam. & nihil aliud intendit. §. iſte vſq; ad §. rurſus ex diuerſo. & ſit ibi finis. In præcedenti §. omniũ. poſita fuit prima diuiſio generalis omnium actionum: & illa continet duo mẽbra, ſcilicet quædam ſunt in rem, quædam in perſonam: & illa duo mẽbra declarauit per exempla vſque ad §. iſtum. modo iſte ponit quandam ſecundam generalem diuiſionẽ, & illa ſimiliter continet duo mẽbra, ſcilicet quædam actiones ſunt ciuiles, quædã ſunt prætoriæ: & iſtam perſequitur ſubdiuiden-
1 do & exempla ponendo vſque ad § ſequens. tamẽ modo aduertatis quo ordine procedit vſque ad §. ſequens. quia primò ponit generalem diuiſionem, ſcilicet quod quædam ciuiles ſunt quædam prætoriæ. Secundò ponit ſubdiuiſionem actionum prætoriarum: quòd quædam prætoriæ ſunt reales, quædam perſonales. Tertiò proſequitur de realibus. Quartò & vltimò de perſonalibus: tamen tractando de perſonalibus inſerit quaſdã reales, & econtra. quæ autem ſit ratio, videbitur in proſecutione tractatus. Secunda ibi, tã in rem. Tertia ibi, vt ecce. Ibi proſequitur de prætoriis in rem, ponendo exẽpla: inſerendo tamen de quibuſdam perſonalibus, vt de reuocatoriis vſque ad §. in perſonam. Ibi ponit de perſonalibus, nihilominus inſerendo de realibus quibuſdam, vt de præiudicialibus. Or iam caſus eſt valde apertus ſi quis aduertat. In prima parte. §. caſus non debet poní, niſi ſicut litera iacet hoc modo. Quædam actiones dicuntur ciuiles: quędam prętorię. iſta eſt diuiſio generaliſsima ad omnes actiones quæ reperiũtur. Et iſta eſt prima diuiſio quæ ponitur in arbore. Et propterea ex vna parte ponuntur prætoriæ, ex alia ciuiles. Item prætoriæ ſubdiuiduntur in duas partes: quia quædam ſunt in rem, quædam in perſonam. In rem, vt eſt videre in actione publiciana, vt verbi gratia. Ecce modo caſus in
2 terminis. Modo aduertatis. † Ponamus, ego emi quandam vineam à quodam, pone Mar. & quem credebã eſſe dominum: in veritate nõ erat dominus, & per traditionem recepi bona fide: ita quod vſucapiebam eam titulo pro emptore: antequam complerem vſucapionẽ, deſii poſsidere & poſſeſſio deuenit ad quendam nomine. P. qui non erat dominus. Quæro qualiter ſubueniatur mihi? Et reſpondetur quod ego admittor ad vẽdicandum per publicianã, & perinde ac ſi ego vſucepiſſem, rei vendicatio non habet locum: quare ordinauit prætor quod ego poſſem proponere publicianã, & perinde vendicarem rem per eam, ſicut vendicarem per rei vendicationem ſi verè eſſem dominus. Et iſta vocatur publiciana à Publicio prętore, qui eam introduxit: ergo tria verba dicit tantummodo, & nihil aliud &c. Habuimus mentionem vt eſt rei vendicatio cõfeſſoria & negatoria: de iſtis habuimus mentionem. de rei ven. in §. omnium. ibi, aut cum eo &c. De confeſſoria in §. æquè. De negatoria in §. cõtrà quoq;. ergo iſtæ ſunt ciuiles. *Et ſi quæ ſunt ſimiles*. quid vult
3 dicere. Aduertatis, quia gloſſa valde† malè dixit hic. in veritate dic quòd gloſſa voluit dicere, quòd quædam actiones deſcendunt ex contractu: quædam ex quaſi contractu, quædam ex delicto quędam ex quaſi delicto: quaſi dicat omnes actiones procedentes ex cõtractu vel quaſi, ex delicto vel quaſi ſunt ciuiles. Et propterea dicit, ſi quæ ſunt ſimiles: tamẽ in veritate iſtud quilibet poſſet perpendere eſſe falſum: quia includeret, & daret intelligi iſta expoſitio, quòd nulla prætoria ſit ex contractu vel quaſi, delicto vel quaſi: & hoc eſſet manifeſtè falſum, vt quilibet verũ perpẽdit. Nã actiones prætoriæ reperiũtur deſcẽdentes ex contractu vel quaſi, delicto vel quaſi, ſicut ciuiles. Et propterea iſta expoſitio eſt peſsima. *Ex contractu*. Actio de conſtituta pecunia eſt prætoria vt §. de conſtitura. Et tamen eſt ex cõtractu. Et de quaſi contractu: Actio ne. ge. eſt prætoria vt l. iij. ff. de ne. ge. & tamen eſt ex quaſi cõtractu: quia ille qui gerit negocia alterius ſine mandato, obligatur ex quaſi cõtractu, vt ſuprà de obligati. quæ ex quaſi. & l. iij. §. ſi quis abſens. ff. de actionibus & oblig.

Item furti manifeſti eſt prætoria, vt infrà de perpe. & temp. actio. circa princip. tit. & eſt ex delicto. Itẽ actio vi bo. rap. deſcendit ex delicto: & tamen eſt prætoria vt. l. ij. ff. vi bo. rapto. Item actio in factum quæ deſcendit ex edicto nau. cau. ſta. eſt ex quaſi delicto, & tamen eſt prætoria. Itẽ actio quæ deſcendit ex delicto aduerſus nau. cau. ſta. Item actio quæ deſcẽdit ex edicto, de his qui deic. vel ef. ergo ſi ita exponeretis vos, non poſſetis prædicare maiorem errorem: quia licet quædam ex contractu, vel quaſi, delicto vel quaſi ſint ciuiles: tamen quædam reperiuntur prætoriæ. Et ideò quomodo debet exponi. Modo aduertatis: & ſcitis melius quàm gloſſa dicit. Or aduertatis: modo comprehẽdo illud quod alia gloſſa intendit. vos ſcitis quod ius aliud ſcriptum, aliud non
4 ſcriptum. De iure non ſcripto nihil ad nos. † Iuris ſcripti ſunt ſex partes ſcilicet leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, principum placita, reſponſa prudentium, & magiſtratuum edicta: vt ſuprà de iure naturali. §. cõſtat. & l. ius autem ciuile. vbi habuiſtis hoc anno. ff. de iuſtitia & iur. Quinque partes conſtituerũt ius ciuile & omnis actio quæ introducitur per aliquam de illis partibus, ciuilis appellatur. Sexta, ſcilicet magiſtratuum edicta, conſtituit ius prætorium: & actio inducta per
5 iſtam partem, prætoria appellatur. † Quid ergo vult dicere textus? ſimiles, id eſt à ſimili parte iuris ſcripti inductæ. Hoc eſt dicere, rei vẽdicatio quo iure eſt inducta per ius ciuile per legem: item cõfeſſoria & negatoria: & ſi qua reperietur ſimiliter inducta per legem, vel aliam partem quæ inducit ius ciuile: omnes appellabuntur ciuiles: ſed dicere quòd omnes ex contractu vel quaſi, delicto vel quaſi ſint ciuiles, iſta eſt tãta abuſio quòd
6 non poſſet eſſe maior. † *Ex legitimis & ciuilibus*. iſta copulatiua ponitur pro id eſt, hoc eſt dicere omnes ſunt ciuiles. Alia quæ inducuntur per ius prætoriũ, ſunt prætoriæ: & hic ſequitur immediatè aliæ &c. *Aut* hic eſt ver. tamen pro. §. allegatur. *Comparatas*. id eſt prætor in vtroque caſu. nihil habemus modo hic niſi duo verba ponẽdo caſum: bene ponũtur alia duo quod ciuiles appellantur, quia per aliquam partẽ iuris ciuilis inductę ſunt. Modo ſequitur diuiſio prætoriarum. Sicut inter ciuiles eſt inuenire quaſdam in perſonam, ſic inter prætorias. *In rem*. Exponit gloſſa bene, tantùm. *In perſonam*. tantùm, vt eſt ceſſiua, Pauliana, & ſaluiana quæ dantur ad reuocandum

reuocādum ea quæ in fraudē alienata ſunt. Quare dicit gloſſa tantum: quia quædam reperiuntur mixtæ, quæ partim ſapiūt naturam realium, partim perſonalium: tamen dicuntur omnes ciuiles, vt eſt actio familiæ erciſcundæ, quæ eſt mixta & de iure ciuili inducta: actio finium reg. cōmuni di. pet. hære. *Quas*. ſcilicet actiones prætorias. *Vt ecce*. Modo incipit de prætoriis realibus. *Plerunque*: quia publiciana non datur contra dominū, vt l. pen. & vlt. ff. de publi. & habuiſtis in lege illa, mandatum diſtrahendorum ſeruorum. ff. mā.

7 †*Quaſi*. non eſt veritatis expreſsiuum, imò eſt diminutionis nota, & per hoc tollitur opinio illa, quod lex permittit mētiri: quia permittit mihi rem vendicare quaſi vſucepiſſem, non tamen vſucepi. Or de hoc patebit ſtatim poſt expoſitionem tex. *Poſſeſſor*. quondam, nunc petitor. Ponamus dum ego eſſem abſens reipu. cauſa, quidam emit rem meam à non domino bona fide, & per traditionem recepit, & vſucapionem compleuit, ſum reuerſus, poſtulo integrā reſtitutionem, ea impetrata intento reſciſſoriam, & perinde vēdicabo rem ac ſi non eſſet vſucapta. de hoc tractabitur in §. rurſus. Vel poſſeſſor propriè: ponamus dū eſſem abſens &c. & ea vſucapta poſſeſsio peruenit ad me: ille agit contra me rei vendicatione, ego dico, rectè ageres, niſi fuiſſem abſens reipublicæ cauſa. Vnde pero reſtitui, & te excludi. *Namque*. modo exemplum de publiciana. *Ex iuſta*. Modo aduertatis, & iſtud intelligitur in duobus verbis: ad hoc vt habeat locū publiciana, requiritur quòd fiat traditio ex ea cauſa, ex qua facta traditione à domino datur rei vēdi. directa: vnde amodo habetis cōſiderare niſi ex qua cauſa facta traditione à domino datur rei vendicatio directa: vt ecce, ſi vēdo tibi, & trado, ſi ſum dominus, transfero dominium: ſi non ſum dominus, quæritur tibi publiciana. Idem ſi dono, trado in dotē, vel lego: vnde generale eſt, quod ex qua cauſa facta traditione à domino transfertur dominiū, ex eadem cauſa facta traditione: & quæritur publiciana domino, transfertur vſucapiendi cōditio. & econtra, ex qua cauſa facta traditione à non domino, transfertur vſucapiendi conditio, & quæritur publiciana. vt probatur in lege. quæcunque. in prin. & §. interdum ff. de pub. *Iuſta*. id eſt ex qua cauſa facta traditione à non domino transfertur dominiū. *Quippe*. probat quod nō habeat rei vendicationem. *Dominium ſuum vēdicet*. id eſt rem ratione dominii ad ſe pertinentis: quia dominiū non poteſt vendicari: quia quod habeo, non poſſum vendicare: Sed vendico rem ratione dominij: & ideo ſucurritur mihi de iure prætorio. vt hic ſubiicit. *Actio*. modo aduertatis vnum verbum, quod gloſſa ponit, & eſt notā-

8 dum. Aut prætor inducit actionem, & actionis proprium nomē: aut inducit actionem, ſed nomē deſignat. Primo caſu prætor inducit† quòd qui emit rem à non domino bona fide, & per traditionem recepit, ſi cadat à poſſeſsione, quod poſsit vendicare rem: & inducit publi. & tunc non habet locum actio in factum. Præterea inducit, quod ille cui res obligatur, poſsit eam aduocare à quolibet poſſeſſore, & inducit actionem quaſi ſeruianam. Secundo caſu habet locum actio in factum: vt leg. & ita. §. prim. onau. cau. ſta. & leg.

9 prima §. j. ff. ſi mu. ven. no. Sicut† eſt de iure ciuili ſi inducatur actio & nomē, non eſt curandum de condictione ex lege, vt ff. de cōdit. ex leg. l. j. *Vſucepiſſe*. Satis nos curialiter exponemus, & ita debetis intelligere, ſi vultis intelligere rectè. id eſt ex ea cauſa cœpiſſe, ex qua vſucapio ſequitur. *Vēdicat*. Quomodo debet exponi, id eſt vendicat perinde ac ſi eſſet ſua: verè tamen nō eſt ſua, ſed quaſi ſua. Sicut vendicaret quando eſſet ſua per rei vendi. ita quando eſt non ſua per publi. ita quod ponit ſimilitudinem in effectu, nō in iure agendi. Modo poſito caſu, & expoſita litera oſtendo primò quòd quædam actiones prætoriæ ſunt mixtæ. & propterea malè dicit text. & peius gloſ. quæ text. exponit. Secundò quòd aliæ actiones ſufficiant: & propterea iſta ſit ſuperuacua. Tertiò oſtendā quod non videatur procedere quod aliquis vendicet dominiū. Quartò oſtendam quòd lex iſta permittit mentiri, & mēdacia fieri quæ ſolent puniri, & per l. non ſolet dari occaſio mentiēdi. iſta ſunt puerilia. Poſteà quærā quot ſunt neceſſaria ad hoc vt pub. ſibi vēdicet locū ex parte actoris.

Itē quot ſunt neceſſaria ex parte rei. Item an publi. detur cōtra dominū: & eſt reperire regulas, & caſus. Quintò in quibus regula fallit. Sextò & hîc errauerūt gloſ. vtrum publi. detur ratione vtilis dominij, vel quaſi dominij: & an ille qui ſuccumbit in rei vendicatione poſſit intentare publi. & econtra. Et de iſtis tractatur per gloſ-

10 ſam & ſummariè. Hîc† dicitur quod quędam actiones ſunt in rem tantum: quædam in perſonā tantum: intelligendo ſicut intelligūt glo. & bene: ego oſtendo quod quædam prætoriæ reperiuntur mixtæ: dicitur in lege petitur hęreditatis eſt mixta. vt l. hæreditatis. C. de petitione hęreditatis. In alia lege cauetur, quod bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio. Item fideicommi. hæreditatis petitio ſunt prætoriæ. ita cauetur. ff. de bonorum poſſeſſor. hæreditatis petitione l. ij. & de fideicom. hæreditatis petitione l. ij. Ergo etiam prætoriæ reperiuntur mixtæ. Ad iſtud non poſſet reſponderi ſuſtinendo gloſſam, niſi dicatis iſto modo, ego non video alium modum certè per quem poſſet ſuſtineri gloſſa. Hæreditatis petitio ab origine eſt ciuilis non prætoria. hoc oſtendo quilibet veſtrum ſciret oſtendere ſi aduertatis. Omnes actiones quæ ſunt inductæ per aliquam partem iuris ciuilis, vt per legem, ſenatuſconſul. &c. ſunt ciuiles. Sed petitio hæredit. eſt inducta per ſenatuſconſul. vt l. vl. C. de petitione hæreditatis. & l. itē veniunt. §. cum antequam. ff. de petitione hæreditatis: ergo eſt ciuilis ab origine. Sed licet ex accidenti prætor extendat eam ad alios qui ſuccedūt de iure prætorio, hoc eſt ad bonorū poſſeſſores: iſta extenſio non debet attendi: ſed nihilominus debet remanere in numero ciuilium actionum: & ideò debet dici mixta habito reſpectu ad ius prætorium: vnde vel gloſſa falſum dicit, vel debet ſuſtineri per iſtum modum. Vl-

11 terius opponitur, † quia interdicta omnia ſunt in rem ſcripta: vt l. j. §. vlt. ff. de interdictis. Ego reſpondeo verè omnia interdicta ſunt perſonalia, ita quòd non ſunt in rem: licet aliquando ſint in rem ratione poſſeſsionis: & ideò per iſtum modum ſuſtinetur gloſſa. Alio modo oppo. quod publiciana ſit ſuperuacua: quia ſi res quam bona fide poſſideo, violēter rapiatur, datur mihi actio vi bonorum rap. vt ſuprà vi bonorū rap. §. penulti. & l. ij. §. in hac. & §. generaliter. ff. vi bonorum rap. Item ſi ſubripiatur, datur actio

furti. vt l. cū æs pignori datur. §. primo. ff. de fur.
& ſuprà de obligationibus quæ ex delicto. §. item
ſi fullo. ver. ſed & bonæ fidei. & ideo ſi aliæ actio-
nes poſſunt babere locum, ergo iſta non poteſt
habere locum: ego reſpondeo, aliæ ſunt generales,
iſta eſt ſpecialis, introducta ſpecialiter in iſtum
caſum, quando aliquis emit rem à non domino
bona fide & per traditionem recepit. Et ideò nō
excluditur per illas, quia generi per ſpeciem de-
rogatur, & non contra, vt l. in toto. de re. iu. ff. &
l. vxorem. §. fœliciſsimo. & l. ſeruis vrbanis. §. vl.
ff. de leg. iij. cum ſimilibus. Prætereà poſsideo
rem, & vſucapio, poſsibile eſt quod perueniat ad
aliquem ſine vitio, nō potuit locum habere actio
vi bonorum raptorum, nec furti: & ideò æquum
fuerit quod ſuccurreretur mihi per publicianam.
Vlterius opponitur ad id quod litera dicit,
13 quòd † rei vēdicatio eſt introducta ad hoc vt ven
dicem dominium: aliud videtur falſum: quia do-
minium eſt penes me: & ideò non vendico domi-
nium quod habeo. Sed ſi dominium eſt penes
me, tunc non admittor ad vendicandum: quia rei
vendicatio datur domino. vt d. l. in rem. Dicē-
dum, quod aut volo vendicare dominium, & tūc
non poſſum: quia dominium eſt res incorpora-
lis, & res incorporales non poſsidentur. vt l. ſer-
uus. §. incorporales. ff. de aquirēdo rerum domi-
nio: ergo non vendicātur, vt de alien. iu. mu. cau-
ſa fac. C. l. vnica. Sed vendico rem ratione do-
minij, quod eſt penes me. Ad aliud quod di-
cunt, quòd lex iſta permittit mentiri, quia admit-
tor ad vendicandum, quaſi vſucepiſſem, quod
non vſucepi. leges dicunt quòd mendacia puniri
debent, vt C. de mu. no. leg. prima & leg. falſi. &
leg. qui nomine. ff. de fal. Pla. dicebat quod lex
permittit: ſed nihil hoc eſt. contra nonne le-
ges puniunt periuria: ſi leges permitterent periu-
rare, ergo non punirent periuria: & certum eſt
14 quod † vbi periurium committitur, habet locum
actio criminalis extraordinaria de crimine ſtel-
lionatus: vt l. de periurio. ff. de crimine ſtellio. &
no. ſolet in authen. vt fact. nouæ conſtitutiones.
&c. Pla. dicebat quod permittit lex: & ideò non
debet puniri vt l. vlt. ff. qui ſatiſd. cogāt. & l. vl. ff.
ad munici. eſt verum vbi lex permitteret. Sed hic
non permittit, quia quaſi, non eſt expreſsiuū veri-
tatis, ſed nota eſt diminutionis. Sequitur videre
15 quot ſunt † neceſſaria ad hoc vt publicè vendicet
ſibi locū: tamen primò poſſet aliquis quærere: ſed
iſtud reſeruabo vltimò, iſtud eſt aliquantulū du-
bium, & gloſſatores variant circa illud, & ſunt
contrariæ. Ad hoc vt publiciana vendicet ſibi
locum. v. ſunt neceſſaria. ſ. titulus, hoc eſt vnum.
Bona fides, hoc eſt ſecundum. Traditio, vel quaſi.
hoc eſt tertium. quòd fiat à non domino. hoc
iiij. Quòd res non ſit vſucapta. hoc. v. verbi gratia
de quolibet. Titulus. oportet ꝙ emerim, vel ex
cauſa dotis receperim, vel titulo habili ad domi-
nium transferēdum, vt hic in ver. namque ſi cui.
& leg. prima, ſecūda, tertia, quarta & quinta. & l.
quæcunque. in principio. & §. primo. ff. de publi.
Bona fides, quia cred bam eum dominum, vel
habere auctoritatem à domino. vt l. j. ff. de publi.
16 † Quo tēpore requiritur bona fides vtrū tem-
pore cōtractus, vel traditionis. hoc anno habui-
ſtis valde bene diſtinctum. Si tractamus de titulo
emptionis: & tunc requiritur bona fides duobus
temporibus: tempore traditionis, & tempore
contractus. vt l. ij. ff. pro empto. & l. ſi exiſtimans.
ff. pro ſoluto. & l. ſi is qui. §. pen. ff. de vſuca. Quā
liter probatur bona fides, nō eſt quæſtio: quia bo
na fides ſemper præſumitur, niſi probetur mala.
ita inuenietis notatū in l. pe. C. de lon. tem. præſc.
vnde ad hoc eſt bonū ar. l. quod autē. ff. de admin.
tut. & l. ſi cum. §. hęc verba ff. de fideicōm. libe. &
plures aliæ. Traditio, vt ſi rem corporalem trā-
do: quaſi traditio, ſi trado rem incorporalē. Nam
ita habet locū publi. quæ datur in locū rei vendi-
cationis pro quaſi traditione, ſicut pro vera: vt l.
traditionē. & l. ſi ego. §. j ff. de pub. A non domi-
no, ex cauſa habili ad dominiū trāsferēdum quia
ſi à vero domino, dominiū trāsferatur, & haberet
locū rei vend. directa: ergo nō haberet locū pub.
quę datur in locū rei vēdicationis directæ. Quin-
tum eſt, quòd vſucapio non ſit completa: quia ſi
vſucapio eſſet completa, ſi eſt res mobilis, habe-
ret rei vendi. directam. Si immobilis, haberet rei
ven. vtilē. & ideò non haberet locū publi. vt l. j ff.
17 de publi. † Modo ſequitur videre cōtra quē detur,
& datur cōtra quemlibet poſſeſſorē præterquam
contra dominum. Nam exceptio veri dominij
excludit publicianam. vt l. pe. & vl. ff. de pub. & l.
mandatum diſtrahendorum ſeruorum. ff. man. ta-
18 men eſt inuenire † quod fallit in v. caſibus, in
quibus publiciana datur cōtra dominum. Pri-
mus eſt, ego non dominus vendidi tibi rem alie-
nam bona fide ementi: verus dominus veniēs ad
mortem inſtituit me hæredem, ita quòd cœpi ha-
bere dominium rei, quæ poſt peruenit ad me, agis
pub. debes obtinere: quia tu habes cauſam à me &
teneor tibi de euictione, vt habuiſtis in tribus lo-
cis in l. ſi à Titio. de rei vend. & l ſi à Titio. de ex-
rei ven. & l. apud Celſum. §. ſi à titio. ff. de doli ex-
cep. Prætereà fallit in ſecundo caſu. Ponamus
quod ego vendidi rem alienā, & tradidi, poſt ven-
ditionem verus dominus incipit agere contra te,
& ſuccubuit, quia non potuit probare dominiū:
lata ſentētia poſſeſsio peruenit ad eum, agis con-
tra eum pub. debes ſuccumbere. iſte eſt caſus in l.
ſi quis rem. de exception. rei iudi. Item fallit in
tertio caſu, tu poſsidebas bona fide quendam ſer-
uum alienum, ille ſeruus dedit mihi damnū, quia
incidit arbores meas: egi contra te noxali. & de-
diſti eum mihi pro noxa: poſſeſsio poſtea rediuit
ad dominum: ago contra eum publi. debeo obti-
nere: quia ſi egiſſem cum domino noxali, vel o-
portuiſſet quòd emēdaret damnum, vel daret ſer-
uum pro noxa vt l. ſi noxale. §. vltimo & l. gene-
raliter. ff. de noxali. Item fallit in quarto caſu,
domus mea minabatur ruinam, aliquis vicinus
petiit ſibi caueri de damno infec. à bon. fide. poſ-
ſeſſore: quia nō cauebatur, miſſus eſt in poſſeſsio-
nem ex ſecundo decreto: poſſeſsio poſtea perue-
nit ad me: datur illi publiciana contra me: vt l.
damni infecti. §. non ſolum. ff. de damno infecto.
Prætereà fallit in quinto, mandaui procurato-
ri meo quod venderet tibi rem meam, poſt con-
tractam venditionem, & ante traditionem pro-
hibui ſibi ne tradat, ipſe proceſsit vltra, & tradi-
dit, licet non transferat dominium, tamen com-
petit illi publiciana contra me dominum: vt le-
19 ge ſi quis prohibuerit. ff. de publiciana. † Modo
reſtat videre vtrum publiciana detur ratione
dominij vtilis, vel quaſi dominij. dicunt qui-
dam, & videtur mihi quòd in iſta opinione ſit
Rofred. & gloſſa in lege cùm poſtulaſſem.

§.damni.ff.de dam.infect. & dicunt quòd ille qui
habet publicianã,habet vtile dominium: ſicut e-
nim dominiũ directũ cõpetit ex cauſa rei vẽ. ſic
vtile ex cauſa pub. In veritate nõ intelligũt quod
dicũt. Primò,quia ille qui habet vtile dominiũ,
admittitur contra dominũ,vt l.j.§.ꝙ ait.ff. de ſu-
perfi.habuiſtis in l.j.ff.ſi ager vect.Ergo cũ ille qui
proponit publicianã nõ admittitur cõtra domi-
nũ : ſequitur quod &c.Reſpõdeatis vos ſi poteſtis.
Præterea probatur hoc ſic.& ad iſtud reſpõdetur
ita malè, ſicut ad illud : ille qui præſcribit rẽ im-
mobilẽ ſpacio.x. vel xx. an.habet vtile dominiũ:
& propterea habet vtilẽ in rẽ:vt l.ſi quis.in priu.
C.de præſcrip.xxx.vel xl.an.ſi inciperẽ vſucapere
etiã haberẽ vtile dominiũ ante vſuca.completam
ergo vſuca.cõpleta nihil induceret,& tamẽ indu-
cit. Præterea lex dicit,quod ante vſuca.cõpletã
habet locũ pub.cũ ante nõ habeat vtile dominiũ
vt d.l.ſi quis emptionis.& ideò vos habetis dicere
quod tria ſunt dominia:quorũ vnum nõ eſt alte-
rum. Dominiũ,directũ,vtile, & quaſi dominiũ:
propter directũ datur directa rei vendicatio,pro-
pter vtile vtilis:vt quia emphyteuta, ſuperficiari⁹
vel qui præſcripſit ſpacio. x. vel xx.an. an qui ha-
bet quaſi dominiũ,habet pub.in hoc non erretis:
20 licet aliquãdo viderĩ multos errare. † Qualiter
debeat formari libellus in publiciana ✓alde bene
dicitur hic,in gl.tamen nõ ſeruatur. Sed ſeruatur
ille modus qui eſt reprobatus. Vno modo ſicut
dicũt quidã, & malè. Ago cõtra talẽ ad talẽ rem,
&c. In veritate iſtud nihil valet:quia nil ſimile
quam dico me vſucepiſſe:quia tex. dicit eam rem
idem:vt l.quod nerua. ff.depo.lex iſta dicit,quod
perinde debet vendicare , ac ſi vſucepiſſet : ergo
not. ſimilitudinem ad petionem illius qui verè
vſucepiſſet.Præterea publiciana datur antequam
vſucapio ſit completa , ſi dico me vſucepiſſe , &
propono publicianam,ego ſum mihi contrarius:
ergo debeo repelli, vt l.minor. C. ſi ſeruus lib.eſ-
ſe iuſſus fuerit.Præterea alij dicunt aliter , & pe-
ius.& ideo reprobatur per eundem modum:ago
cõtra talem,quia dico eum poſsidere talem rem,
quam dico meã:cùm publiciana detur ad ſimili-
tudinẽ veri dominij.Alio modo formatur,& iſte
modus probatur de cõſuetudine, & per declara-
tionẽ,extra de re iud.c.abbate ſanè. ago cõtra ta-
lem ad rẽ talẽ,quã dico ad me pertinere iure do-
minij , vel quaſi. Iſte modus ſemper ſeruatur. &
tamen reprobatur per glo. & rectè:quia per hoc
quod dico ad me pertinere iure dominij.intento
rei vẽdicationem.per hoc quod dico quaſi domi-
niũ propono publicianã. Et iſtæ duæ ſunt diuer-
ſæ & ideo non poſſunt ſimul proponi. l. nemo
ex his.§.quoties.ff.de re.iur.Præterea,& aduerta-
21 tis vnũ argumẽtũ, † Rei vẽdicatio & publiciana
ſunt cõtrariæ inſpecta origine,& æquipollẽtes in
effectu:per publicianã dico me non dominũ:Sed
inſpecto fine,per vtranque dico mihi debere re-
ſtitui,ſicut eſt videre. Et aduertatis bonũ ſimile.
Querela inofficioſi teſtamenti, & querela fal-
ſi ſunt contrariæ conſiderata origine : ſed æqui-
pollentes ſunt conſiderato effectu : ſi dico teſta-
mentum inofficioſum, videor allegare teſtamẽ-
tum valere de iure communi, ſed contra debitæ
pietatis officium factum:& ideo peto reſcindi. &
quod per reſciſsionem reducatur res ad cauſam
inteſtati. Sed in querela falſi,dico teſtamentum
nullum ab origine:quia iſta ſunt paria eſſe falſum,
vel eſſe nullum,vt l.paulus.ff.de ver.ſig.Sed con-
ſiderato effectu peto quod declaretur rem eſſe in
cauſam inteſtati:ergo cõſiderata origine ſunt cõ-
trariæ,cõſiderato effectu ſunt æquipollẽtes:ſicut
ergo ſe habent querela falſi & querela inofficioſi,
ſic rei vẽdicatio & publiciana:quia inſpecta ori-
gine &c.Sic ergo querela falſi & inofficioſi non
poſſunt ſimul proponi propter contrarietatem
in origine,ſic &c.Et ad iſtam rationem nõ poſſet
reſpõderi,tamẽ ille libellus qui meritur de rigo-
re iur.non procedit. Tamen quia aduocati com-
muniter ſciunt malè formare libellos,ideo com-
muniter ita formatur. Et ideo gl.dicit & bene,
quod libellus debet ita formari. Propono rem
talem quam talis poſsidet , me emiſſe à non do-
mino bona fide, & per traditionem accepiſſe : &
ideo peto eam mihi reſtitui. & ad hoc propono
pub.&c. & certè procedit libellus ſecũdũ formã
iuris:cùm omnia ſubſtantialia concurrant in pe-
titione,quæ in libello cõcluduntur:& ideo ſequi-
tur quòd libellus ſit bene formatus. Verũ autẽ
ille qui ſuccũbit in rei vẽ.poſsit proponere publi.
non eſt quæſtio,quia caſus eſt in l.minor.§.ſi ſer-
uus. ff. de euic. Modo dicã vnũ verbũ dubium,
dixi quòd omnes actiones ſunt ciuiles, quæ indu-
cuntur per aliquã de partibus quinque iuris ſcri-
22 pti.Illæ quæ per ſextã fiũt prætoriæ.hoc verũ ſine
omni oppo. † Sed dubitatur de actione in rem
quæ datur contra eũ qui dolo deſiit poſsidere:v-
trũ ſit ciuilis vel prętoria.dicit gl.videtur,primò
quòd ſit prætoria : quia qui dolo deſiit poſsidere,
conuenitur vtili prætoria:vt l. electio.in prin. &
§.4.& l.ſi pluriũ.in prin.ff.de nox.ergo non vide-
tur dubitatio. In contrarium videtur quod ſit
ciuilis.Ecce vnã rationẽ quã gl. mouet,tamẽ non
eſt vera : omnis actio debet iudicari ciuilis, vel
prætoria habito reſpectu ad perſonã actoris. Sed
ſi actor eſt perſona quæ admittitur de iure ciuili,
debet iudicari ciuilis : Si prætorio prætoria. &
hoc probatur ſic. Bonorum poſſeſſoria hæredit.
petitio,item fideicommiſſaria hæredit.petitio eſt
prætoria,quia ille qui ſuccedit per bonorum poſ-
ſeſsionem eſt hæres de iure prætorio. Cùm ergo
ille qui habet dominium de iure ciuili, admit-
tatur contra eum qui dolo deſiit poſſidere , ſe-
quitur &c. Præterea cùm quæritur vtrum
ſeruitus ſit ruſtica , vel vrbana , debet conſi-
derari prædium cui debetur, non à quo debetur.
Si debetur vrbano, debet iudicari vrbana:Si ru-
ſtico,ruſtica.vt l.j.ff.de ſerui.vrba.præd.& ibi ſo-
let notari.& l.j.§.item ſciendum. de aqua plu.ar.
Si hoc eſt,quia illud ſit dignius,ergo &c.Ita vide
tur poſſe ſuſtineri opi.glo. Tamen contra iſtam
gloſſam eſt valde textus & gloſſa ſi ago contra
eum qui ſuccedit de iure prætorio per bono-
rum poſſeſsionem actio mea eſt prætoria. Item
actionis qualitas variatur habito reſpectu ad
perſonam conuenti. vt l. in honorariis. ſecundo
reſponſo in textu & in gloſſa.ff. de actionibus &
obligationibus. Præterea dicit alia gloſſa iſta
eſt rectè contraria, quod ille qui ſuccedit de iure
prætorio, proponit actionem ex empto, & alias
quæ ſunt ciuiles. Et ideo videtur ſimiliter no-
tari oppoſitum in lege ſecunda ff. de bonorum
poſſeſſoria hæreditatis petitione. In veritate
ego non video quòd poſsit reſponderi commo-
dè : ita quod ſuſtineantur omnes gloſſæ niſi , di-
23 catis ſic,& ſuſtinẽtur omnes. † Actio quælibet de-
bet iudicari

bet iudicari ciuilis vel prætoria habito reſpectu ad primæuam originem. Si à primæua origine eſt ciuilis, debet iudicari ciuilis: Si prætoria, prætoria. ar. l. tutor. ff. de fideiuſ. Et ſic debet intelligi gl. l. ij. de bo. poſ. hęre. petit. Si cõtingat quod extendatur ad aliquem caſum, ad quem non extendebatur, non amittit nomen ciuilis: ſed amittit nomen prætoriæ, & appellatur prætoria & ciuilis. & ſic debet intelligi glo. d. l. in honorariis. ergo per extenſionem non perdit nomen, ſed aſſumit aliud nomẽ: verbi gratia, habeo directam rei ven. de iure ciuili contra te: tu dolo deſinis poſſidere, non teneris de rigore iuris ciuilis: quia rei vendicatio datur cõtra eum qui poſſidet: Tamen de æquitate prætor voluit, quod reputareris quaſi poſſidere quantum ad præiudicium tuum: & ideò aſſumit nomen prætoriæ: iſte eſt caſus & ibi ſimiliter aliquantulum in gl. in l. electio. §. item ſi ex pluribus. & l. ſi plurium. in princip. ff. de noxa.

De actione commodati quidam dicunt quòd eſt prætoria, quia prętor poſuit edictum ſuum: nihil eſt ſic &c. vt l. in commodato. §. ſicut. ff. commo. actio eſt ciuilis non prætoria: hoc intendunt gloſſ. tamen aliqua ratione defectiuè. & ideo videte eas. Dyn.

SVMMARIA SVPER §. RVRSVS.

1 *Actio reſciſſoria introducta de iure prætorio eſt in rem.*

2 *Caſus poſitio in §. rurſus.*

3 *Literæ expoſitio. numero ſequen.*

4 *Captus à latronibus quando & in quibus differat à capto ab hoſtibus.*

5 *Ius Codic. in quo corrigat ius Inſtitutionum.*

6 *Abſentia vnius alteri nocere non debet.*

7 *Reſtitutio datur vſucapione completa non ante.*

Captus ab hoſtibus quomodo vſucapiat.

8 *Reſtitutio aduerſus vſucapionem quo iure poſtuletur: & an poſt modicum tempus concedatur. & numero ſequen.*

9 *Reſtitutio denegatur, vbi negligentia deprehenditur.*

10 *Pœna non debet extendi vltra quàm reperiatur delictum.*

11 *Reſtitutio aduerſus vſucapionem conceſſa poſt tempus lege ſtatutum, an teneat.*

12 *Sententia vltra triennium lata non tenet.*

13 *Reſtitutio aduerſus vſucapionem datur ad illud tempus quo quis fuit læſus.*

14 *Reſciſſoria tanto tempore durat, quantum fuit reſtitutum.*

15 *Reſciſſoria ex quo tempore detur.*

16 *Tempora reſtitutionis petendæ & reſciſſoriam exercendi eadem ſunt.*

17 *Lis an videatur conteſtata, an perpetuata in reſciſſoria reſtitutione poſtulata & conceſſa.*

18 *Reſciſſoria an ſit in rem vel in perſonam.*

tur, babet locum quando obligo creditori meo rem, tradendo eam vel non tradendo. hoc dicitur in iſto. §. non aliud. Caſum ergo ponemus hoc modo. Primò formatur queſtio: & eſt talis, verũ actio ſeruiana & quaſi ſeruiana ſint prætoriæ vel ciuiles: dicit ergo quòd ſunt introductæ à prætore: ideò ſunt prætoriæ non ciuiles. Secundò dicit, quando quælibet iſtarum vendicet ſibi locum: & reſpondetur quòd ſeruiana vendicat ſibi locum pro rebus coloni & inquilini, quæ ſunt tacitè obligata pro penſione: quaſi ſeruiana vendicat ſibi locum pro rebus creditori à debitore obligatis.

12 † Tertiò dubitatur an inter pignus & hypothecam, ſit aliqua differentia: reſpondetur quòd quãtum ad actionem hypothecariam nulla eſt differẽtia: quia ſicut datur actio hypothecaria pro hypotheca: ita & pro pignore. Vnde quantũ ad formam obligationis eſt differentia: quia ſi obligo rem mobilem, & trado: appellatur pignus. Si obligo rem immobilem, ſiue trado, ſiue nõ, vel mobilem, & non trado, tunc appellatur hypotheca.

Ita deberis ponere caſum vt conueniat literæ: ponere caſum qui non conueniat literæ, eſt ſomniare. *Capiunt.* id eſt, ſunt prætoriæ: determinatũ eſt ergo primũ mẽbrum. Modo ſequitur determinatio ſecundi. Colonus qui conduxit prædium ruſticũ, iſte eſt propriè colonus: Inquilinus eſt qui conducit prædium vrbanum: vnde iſta gloſſa errauit hîc: vt vbicunque dicit hoc: dicit quod colonus in villa, inquilinus in ciuitate. Poſsibile eſt quòd in vrbe ſit prædium ruſticum, & in rure ſit prædium vrbanum. gloſ. debuit dicere, colonus in fundo, inquilinus in domo: & iſtud probat lex quam gloſ. allegat. l. pignoris. ff. de aquiren. poſſeſ. quantum ad actionem gloſ. non dicit bene clarè.

Quantum ad actionem pignus & hypotheca nullo modo differunt: quia actio quæ datur pro hypotheca, appellatur hypothecaria. & actio quæ pro pignore ſimiliter. Sed quantum ad res quæ obligantur bene differunt: quia ſi obligatur res immobilis: ſiue tradatur, ſiue non, appellatur hypotheca: ſi res mobilis, & tradatur, appellatur pignus, ſi nõ tradatur. appellatur hypotheca. *Maxime.* dicit gloſ. & bene, quòd abũdat, quaſi dicat, ſi eſſet immobilis nõ eſſet pignus, ſed hypotheca: pignus enim à pugno dicitur: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. vt l. plebs. §. pignus ff. de verbo. ſignificatio. Modò ſequitur hîc tãgere breuiter vnam opinionem: & aduertatis iſta debet præmitti, & tamen ponitur vltimo loco.

In gloſ. ſecunda formabo tres vel quatuor quæſtiones. gloſ. bene tangit omnes, tamen vná tangit malè: & tamẽ vna eſt quæſtio quæ occurrit quotidie: & ſi verũ eſſet quod dicit gloſſa, quaſi imperpetuum non obtineret aliquis in hypothecaria, ſicut hîc dicitur, & ſoluitur valde malè in gloſſa. Hîc dicitur, quòd inter pignus & hypothecam quantum ad actionem non eſt aliqua differentia. quod iſtud ſit manifeſtè falſum. lege cauetur, quòd ſi res obligata eſt penes creditorem, nunquam præſcribitur contra eum. Si penes debitorem, nunquã præſcribitur minori tempore quam ſpatio quadraginta annorum: vel quando penes ſecundum creditorem vt l. cùm notiſsimi. C. de præſcri. triginta vel quadraginta annorũ. Quãdo penes bonæ fidei poſſeſſorem cum titu, tunc ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. vt l. j. C. ſi aduerſus cre. in titu. de præſcrip. Si ſine titulo ſpacio triginta annorum. Ergo eſt aliqua differentia. gloſ. dicit, & non fuit auſa dicere quod non. gloſ. dicit malè: text. dicit melius, quantum ad actionem nulla eſt differentia, eadẽ eſt actio quæ datur pro pignore, & quæ datur pro hypotheca. Tamen diuerſificatur per accidens: quia aliquando non eſt præſcriptibilis: aliquando præſcribitur. ſpacio decẽ annorũ, aliquando viginti annorum, aliquando triginta annorum: aliquando quadraginta annorum. vt dictum eſt. Tamen iſtud non facit, quòd mutetur ſubſtantia hypothecariæ, Sed quòd diuerſificetur qualitas: & ideò iſta opinio eſt quædam truffa.

13 † Nunc procedo quare appellatur ſeruiana, & quare quaſi ſeruiana. dicunt gloſſæ & bene, quòd ſeruiana appellatur à ſeruando: omne ius noſtrũ aut conſiſtit in aquirendo, aut retinendo, aut in diminuendo. vt l. vltima. ff. de leg. & patet ſuprà in principio. Iſta ſeruiana & quaſi ſeruiana introducta eſt gratia iuris noſtri ſeruandi. ſi mutuo tibi pecuniam, poſſum conſeruare ius meum, per hoc obligãtur mihi res tuæ, per quam obligationem ſum ſecurus.

14 † Quarto vlterius, cauetur in lege, quòd ſi colonus inducat res in prædium ruſticũ, dominus poteſt agere ſaluiano interdicto: titul. de ſal. inter. ff. Quæ ergo eſt differentia inter ſeruianam, & ſaluianum interdictum: differẽtia eſt magna: quia ille qui proponit ſeruianam, habet probare rẽ fuiſſe in bonis debitoris tempore obligationis. vt l. & quæ nondum. §. quod dicitur. & l. ſi ſuperatus. in principio. ff. de pign. Sed ille qui proponit ſaluianum interdictum, nõ habet hoc probare: ſed ſufficit quòd probet quòd poſsidebantur à colono, & quòd induxit eas in fundum. vt l. j. de ſal. inter. Ergo multum differũt.

15 † Reſtat videre quid habet probare ille qui agit hypothecaria: verum habeat probare quòd ad dominum pertinebant res tempore obligationis. vt d. l. & quæ nondum. vel quòd poſsidebat bona fide, vel quod poſsidebat cum titulo & bona fide.

Aduertatis gloſ. variant: glo. quæ eſt hîc, dicit quòd habeo neceſſe probare rẽ fuiſſe domini tempore obliga. aliàs ſuccumbã. vt l. & que nondum. §. quod dicitur. & l. ſi ſuperatus. in principio. ff. de pignori. ll. illæ non dicunt, quòd creditor habebat neceſſe probare quòd fuerint in dominio, imò quòd fuerunt in bonis: iſta nõ ſunt æquipollentia. quia eſſe in bonis valde latius ſonat, quàm eſſe in dominio. Nam quando habeo bonam fidẽ cum titulo, dicor habere in bonis. vt l. bonorum. §. in bonis. ff. de verbo. ſignificatio. Ergo non eſt idẽ probare eſſe in dominio, & eſſe in bonis: quia eſſe in dominio ſonat ſtrictius: & ideò credo ſalua veritate quòd iſta gloſ. dicat malè. Et quædam gloſ. dicit aliter, quòd ſufficit, quòd probet poſſeſsionem cum titulo. in l. rem alienã ff. de pignora. actio. In alia gloſ. dicitur, quòd ſufficit ſi probet debitorem poſſediſſe bona fide. in l. cùm res. C. ſi aliena res pignori data ſit. Iſte diabolus. vel iſta gloſſa dicit, quòd habet probare rem fuiſſe in dominio debitoris. In alia dicitur quod titulum. In alia quòd poſsideat bona fide. Ego credo quòd poſsit dici ita, & ita obſeruatur communiter: ſimiliter dico quòd iſta gloſſa malè dicit. nam non aſtringitur creditor probare rem fuiſſe in dominio debitoris. iſta eſt iniquitas magna. Et ideò remanet quæſtio an gloſſa ſit vera. Nunquid glo. l. cùm res. vel glo. l. rem alienam in hoc rema-

net quod argumenta ſunt multa pro & contra. Ego nolo vos tenere: procedamus, Aut res obligata tenetur à debitore: aut ab alio. Primo caſu ſufficit probare quod poſsidebat rem tempore obliga. debitor non poteſt quæſtionem referre: & ſic intelligitur gloſ. dictæ l. cùm res. Secūdo caſu debet probare quod poſsidebat creditor bona fide, & cū titulo. probare bonam fidem eſt facile: quia præſumitur, niſi probetur de mala. Tamen probare de tit. eſt difficile: quia cōſiſtit in facto, & probationibus facti. Nā creditor debet eſſe eiuſdem cōditionis cuius & debitor, qui ſibi obligauit. l. ſi ſuperatus. §. ſi. de pigno. Sed debitor habet ſolùm probare de titu. & bona fi. vt ſuprà in §. aliæ. & ita intelligit gloſ. d. l. rem alienā. ita quòd aliæ continent veritatem, iſta non potuit dicere

16 peius. † Vltimò reſtat quærere quot ſunt actiones prætoriæ in rem. dicit iſta gloſ. & bene, quòd ſunt decem, ſi quæ aliæ reperiuntur, ſunt ciuiles. ſ. publiciana. in §. aliæ. Reſciſſoria: vt ſuprà in §. rurſus. Item ſeruiana & quaſi ſeruiana: vt in §. itē ſeruiana. verum eſt vtilis in rē quæ datur emphyteutæ, ſuperficiario & ſimilibus: & de illa loquitur tit. ſi ager vec. ff. & l. ſuperficiario. & l. prætor. ff. de rei vendi. Item eſt præiudicialis in rem, in qua quæritur vtrum aliquis ſit libertus, vel ingenuus: de qua tractatur in §. præiudiciales. Item de partu agnoſcendo in qua quæritur vtrum aliquis ſit filius vel nō, de qua in d. §. præiudiciales. Item vtilis in rem, quæ datur metum paſſo: vt l. metū. §. volenti. ff. quod met. cau. Item bono. poſſeſſoria hæredi. peti. quæ datur ei qui ſuccedit de iure prætorio per bonorum poſſeſsionē, de qua tractatur in ti. de bo. poſſe. hære. pe. ff. Item eſt fideicommiſ. hæred. peti. quæ datur ei qui ſuccedit ex trebel. ſenatuſconſ. de qua tractatur in tit. de fideicom. hæred. peti. &c. Dyn.

SVMMARIA SVPER §. IN PERSONAM.

1 *Totius §. ſumma.*

2 *Dictio quoque, implicat.*

3 *Actioni de conſtituta in quibus locus. 4. 7.*

Pecuniæ verbo cōtinentur omnes res quæ poſſunt in pecuniam conuerti.

4 *Copulatiuæ natura, & virtus.*

Facti ſpecies §. de conſtituta.

5 *Actio de peculio quando habeat locum.*

Obligari non poſſum de iure ciuili ex contractu alterius.

6 *Vera ſpecies facti §. item ſi quis poſtulante.*

Iuramentum vim ſententiæ habet.

7 *Actio de conſtituta & receptitia an & quatenus ſimiles vel diſsimiles.*

8 *Actoris cauſa in pari cauſa debet eſſe durior quàm rei.*

9 *Actio ex pacto nudo quando oriatur.*

10 *Oppoſitiones ad §. actiones autem de peculio.*

11 *Pater quatenus teneatur ex contractu filij. Et quatenus dominus ex contractu ſerui. 12.*

13 *§. Item ſi quis poſtulante aduerſario, enucleatur.*

Periurij pœna.

15 *Tributoria inſtitoris, de peculio, an ſint propria nomina actionum.*

17 *Iuriſiurandi ſpecies.*

17 *Actio quæ detur ex iuramento. 6.*

§ IN PERSONAM. §. iſte

1 primò † enumerat actiones perſonales rei perſecutorias. Primò enim ponit de actione de conſtit. pec. quæ eſt introducta de iure prætorio. Secundò ponit de actione de peculio. Tertiò de actione in factū quæ ex iureiur. deſcēdit: in qua non quæritur an pecunia ſit debita vel non: ſed an ſit iuratum. Vlterius ponit de quatuor pœnalibus actionibus quæ ſunt prætoriæ. Et primò de actione in factum, quæ datur contra eum qui corrūpit albū prætoris in quinquaginta aureis. Secundò de actione in factum, quæ datur contra filium emancipatum, vel contra libertum, qui patrē vel patronū vocat in ius ſine venia: quæ ſimiliter datur in 50. aureis. Tertiò de actione in factum, quæ datur ex edicto, Ne quis eum qui in ius voc. vi eximat. Itē de quadā alia quæ datur ex edicto, de eo per quē factū erit. & vna continet pœnā ex parte actoris & rei. Alia ex parte rei conuēti tantum. & nihil aliud dicit vſque ad §. præiudiciales. ¶ Continuatio iſtius. §. ad pręcedētes euidentiſsimè patet: dictū eſt ſuprà in §. ſed iſtæ. quòd quædā actiones ſunt ciuiles, quędā prætoriæ: ſubſequēter immediatè ponit quādā ſubdiuiſionē: in qua continet, quòd prætoriarū quædā ſunt reales, quædā perſonales: de realibus. ſ. de public. reſciſſoria, ſeruiana & quaſi ſeruiana tractatū eſt huc uſque: modo ſequitur videre aliud membrū diuiſionis. ſ. de actionibus perſonalibus prætoriis: & de iſto tractat vſque ad. §. Præiudiciales. Verùm quia actionum perſonalium pręroriarū quædā ſunt rei perſecutoriæ: quædam perſonales: ideo primò ponit de perſecutoriis vſq; ad. §. pœnales. Secūdò ponit de quatuor pœnalibus vſque ad. §. pręiudiciales. Modus procedendi in iſto. §. vſque ad §. pœnales. patet euidenter. Primò ponit de actio. de conſtituta pecu. de actione de peculio, de actione in factum quæ ea iureiu. deſcendit. Secundò per eundē ordinē reaſſumit de quolibet, & oſtendit quando habeat locum actio de conſtituta, & actio de pecul. & actio quæ ex iureiurādo deſcendit. Caſus amodo euidenter patet per ſe. de his ita ponitur vſque ad §. de peculio. ſicut litera iacet.

Ex quo tractatum eſt de actionibus prætoriis quæ ſunt reales: ſequitur de prætoriis quæ ſunt perſonales: perſonalis eſt vna actio de conſtituta pecunia: licet enim olim haberet locum actio receptitia, & de conſtituta pecunia: tamen quicquid vtilitatis erat in receptitia, tranſlata eſt in actionem de conſtituta: ita quòd ſola actio de conſtituta hodie locum habet. Item actio de pecul. quæ datur contra patrem vel dominum ex contractu filij vel ſerui, eſt introducta de iure prætorio. Item in factum actio quæ ex iureiurando deſcendit, eſt introducta de iure prætorio.

a h. d. vſque ad. §. de pecunia. *In perſonam quoque.* Quare † dicit quoque? quia dictio quoque implicat: quaſi dicat, non ſolùm actiones prætoriæ ſunt reales: ſed aliquæ ſunt perſonales: vt infrà ſubiicietur. *De pecunia.* Iſtud non expono, quia exponetur infrà in textu in §. de conſtituta autem pecunia. *Recepti*

nia *Receptitia.* Duæ erant olim actiones, quæ ex
conſtitutione procedebant.ſ.actio de conſtituta,
& actio receptitia : & differebant, quia actio de
conſtituta vendicat ſibi locũ, quãdo aliquis con-
ſtituebat ſe ſoluturum pro ſe, vel pro alio illud
quod conſiſtebat pondere, numero vel menſura:
receptitia, quando illud quod non conſiſtebat in
his. Hodie ſublata eſt receptitia : & illud quod
proprium erat actionis receptitiæ transfuſum
3 eſt in actione de conſtituta.† Vnde actio de con
ſtituta vendicat ſibi locum, quando aliquis con-
ſtituit ſe ſoluturum aliquid, ſiue cõſiſtat in pon-
dere,numero,vel menſura ſiue non:cùm appella-
tione pecuniæ continentur omnes res quæ poſ-
ſunt in pecuniam conuerti.vt l.pecuniæ. & l.rei.
de ver.ſig.ergo ſequitur quòd actio de conſtituta
vendicat ſibi locum pro omni re extimabili. *No-
ſtra.* quæ eſt in l.ij.C.de cõſti.pecu. *Cum auctorita-
te.* quaſi dicat,non debet vlterius aliquid auctori-
tatis habere. *Et ea quaſi.* ſubaudiatis repetẽdo ali-
quid de ſuperiori litera. *Item propoſuit prætor a-
4 ctionem* &c.Nam † iſta copulatiua, &, operatur
quòd præcedẽtium proprietas intelligatur repe-
tita : virtus enim copulatiuæ hæc eſt, quòd pro-
prietatem præcedentium copulatorum attribuit
ſequentibus.l. Seiæ.§. Caio.ff.de fun. inſtruct.&
inſtru.le.*Complures.* de quibus in §.pœnales. *De
conſtituta autem pecunia.* huc uſque litera planiſ-
ſima. Modo reaſſumit quodlibet præmiſſorum
per ordinem. Et primò quando habet locum a-
ctio de conſtituta.Secundò quãdo actio de pecu-
lio : Tertiò quando actio quæ ex iuramento deſ-
cendit. Secunda ibi:actiones. Tertia ibi, item ſi
quis poſtulãre.Et ideo aduertatis breuiter quod-
libet iſtorum & expoſitionem tex.Poſteà videbi-
tis omnes gloſ.ſimul quid intendunt vſque ad. §.
pœnales.Ponamus,Sempronius erat debitor cu-
iuſdam mercatoris in centum ex cauſa ,mutui,il-
le mercator quotidie , ſiue continuè inquietebat
Sempronium debitorem, & volebat eum ad ſo-
lutionem compellere : & propterea Sempronius
rogauit me, quòd deberem intercedere pro eo a-
pud illum mercatorem:ego interceſſi pro eo hoc
modo, quia conſtitui me ſoluturum vſque ad ca-
lendas Auguſt.dubitatur verũ ſim obligatus,&ex
qua actione:& reſpondetur quòd ſum obligatus:
& ſi interuenit ſtipulatio tunc teneor actione ex
ſtipulatu,& cum effectu. Si nõ:tũc ſum obligatus
actione de conſtituta quæ introducta eſt de iure
prætorio. *Omnibus:* exponũt glo.& bene.ſ.apertis.
Obligari. pro ſe vel pro aliis:quidam ſunt qui non
ſunt obligati nec pro ſe, nec pro aliis vt furioſi,
prodigi & infantes. Et in iſtis non poteſt habere
locum actio de conſtituta : Quidam ſunt apti o-
bligari pro ſe,non tamen pro aliis:vt eſt mulier:
quia ſubuenitur ei per auxilium velleianum. Et
in iſtis caſibus non poteſt habere locum actio de
conſtita vt l. prima. §.primo.ff.de conſtituta pe-
cunia. *Debitum.* ſiue ciuiliter & naturaliter, ſiue
naturaliter tãtum.vt l.j.§.debitum.§.vlti. & l.ſe.
ff.de conſti.pec. *Tenentur.* quando certum erat
in ſtipulatione deductũ,tenetur certi cõdictione
ex ſtipulatione,quando incertum, tenetur actio-
ne ex ſtipulatione vt ſuprà de verborum obliga-
tionibus in principio. & lege ſi quis certum. ff.ſi
certum petatur. & lege vbi autem non apparet.
§. qui id quod. ff. de verborum obligationibus.
Actiones. modo ſequitur immediatè actiones
&c.Dictum eſt ſuprà in verſi. Item prætor. quòd
prætor induxit actionem de pecul. ex contractu
filij vel ſerui contra patrem vel dominũ : Modò
5 ſequitur † quãdo de pecul.poſſit habere locũ.Iſte
eſt caſus planiſſimus.à quodam filio cõſtituto in
poteſtate patris ſtipulatus ſum mihi dari centum
ex cauſa depoſiti,vel commo.quia in mutuo non
procedit : poſſum agere contra filium actione ex
contractu, volo agere contra patrem, & petere
quod condemnetur ad ſolutionem illorum cen-
tum:dubitatur an ſum audiendus.Et reſpondetur
quòd de rigore iuris ciuilis non ſum audiendus:
quia ius ciuile diſpoſuit quòd vnus non obliga-
retur ex cõtractu alicuius.Sed ius prætorium or-
dinauit, quòd ſi filius habeat peculium,pater de-
beat condemnari ex contractu cum filio cele-
brato vſque ad quantitatẽ peculij.quia peculium
eſt quaſi patrimonium filij.idẽ in ſeruo. *Compa-
rauit.* i.induxit. *Non tenentur.* ſ.parẽtes & domi-
ni de rigore iuris ciuilis. Nam filius nõ debet te-
neri pro patre nec econtra:vt C.ne filius pro pa-
tre.Item nec dominus pro perſona ſerui:quia ſer-
uus pro nullo habetur.vt l.quod attinet. ff.de re.
iur.& l.qui teſtamento. §.ſeruus.ff.de teſta. Cùm
ergo ſeruus habeatur pro nullo, perinde eſt ac ſi
conueniretur ex contractu cum nemine celebra-
to. *Peculiotenus.* i.vſque ad quantitem peculij. *I-
tem ſi quis.* Iſte §.intendit de actione in factum
6 quæ ex iureiurando deſcendit : & eſt notabilis.&
iſte † caſus debet ita poni in terminis. ego agebã
contra quendam fœneratorẽ petendo ab eo cen-
tum quæ dicebam quòd à me extorſerat per vſu-
rariã prauitatem : Et ideo feci eum citari coram
vicario Bon. Epiſcopi:ille vſurarius negabat re-
cepiſſe ex cauſa vſurarum.in proceſſu cauſæ quia
probaui fortè per vnum teſtẽ, detulit mihi iura-
mentum:& iuraui:præſtito iuramẽto & lata ſen-
tentia condẽnatoria contra vſurarium ſecũdum
formam iuramenti , ago actione in factum cõtra
vſurarium,& peto ſententiam mandari executio-
ni,& compelli eum ad ſolutionẽ illorum cẽtum:
vſurarius dicit,ego ſum paratus probare quòd tu
es periurus:& quòd illa quãtitas non erat tibi de-
bita.Reſpondet quòd non eſt audiendus:quia ſi-
ue iurauerim verũ ſiue falſum , ex quo iuraui eo
deferente , ſententia debet executioni mandari.
Aduerſario. aliàs pro nõ iurãte habetur. vt l. non
erit.§.vl.cũ l.ſe.ff.de iureiur: *Actionem accõmodat.*
ſ.prætor. *Actionem.* in factum , vel aliam vt infra
dicam. Quæritur,quia iuramentum habet effe-
ctum ſententiæ.l.j.& ij ff.de iureiur.ſed ſententia
debet executioni mandari:& non quæritur an ſit
debitum,vel non:ſed an fuerit lata ſententia. vt l.
ſi prætor.in prin.ff. de iud. Or modo præmiſſo
caſu , & ſummaria expoſitione literæ , vt com-
prehendamus omnia quæ dicuntur per gloſſ.
circa materiam iſtam , reſtat opponere quin-
que vel ſex modis. & formare quinque vel ſex
quæſtiones:& ex his patebit intellectus omnium
quæ dicuntur in gloſſa hic, & alibi de materia i-
ſta. Aduertatis per ordinem. primò opponitur
ad textũ ſicut litera iacet:hic dicitur, quòd † re-
7 ceptitia erat ſimilis actioni de conſtituta:videtur
quòd non , quia actio de conſtituta habebat lo-
cum,quando conſtituebat aliquis ſe ſoluturum
quod conſiſtebat in pondere,numero vel menſu-
ra : actio receptitia quando illud quod cõſiſtebat
in aliis rebus : & ideo videtur obſtare l. ſecunda

C.de conſtit.pecu. Ad iſtud patet reſponſio per
ea quæ dixi. verum eſt quòd erant ſimiles quantũ
ad perſonas conſtituentes. Nam qui conſtituẽdo
poterat obligari de actione de cõſtituta, & recę-
ptitia. Et econtra qui non &c. hoc conſiderato
requiritur iſte tex. Sed quãtum ad res quę in obli-
gatione deducebãtur, erant ſimiles: quia actio re-
ceptitia habebat locum &c. Et iſto conſiderato
loquitur l.ij C.de conſti.pe. Hodie vero ſicut pa-
tet hic in d. l.ij. quicquid erat vtile in actione re-
ceptitia, transfuſum eſt in actionem de conſtitu-
ta pecu.& actio receptitia per conſtitutionẽ im-
perialem eſt ſublata. Item op.de l.j.§.j.ff. de con-
ſtit.pecu. Ego reſpõdeo: aut illi qui conſtituunt
ſe ſoluturos erãt apti aliàs obligari, aut non: pri-
mo caſu poteſt habere locum contra eos actio de
conſtituta. Secundo caſu ſi non erant apti aliàs
obligari pro ſe, vel pro aliis nõ poteſt habere lo-
cũ actio de cõſtituta: & ideo exponebã omnibus
&c. aptis obligari pro ſe vel pro aliis. Opponi
poteſt tertiò quòd pro omni debito non habeat
locum actio de cõſtituta: vt l.quod ſi maritus.§.j.
ff.de conſti.pe. Ego reſpondeo, Aut illud quod
conſtituitur erat debitum ciuiliter & naturaliter
aut naturaliter tantum, aut ciuiliter tantũ. Pri-
mo caſu vendicat ſibi locum de conſtituta per
quam cõſtituens ad ſolutionẽ compellitur. Se-
cundo caſu vendicat ſibi locum ſiue ſit debitum
de iure ciuili, ſiue de iure prætorio: vt l.prima.§.
vltimo.ff.de conſti pe. Tertio caſu ita quod per
errorem ſolutum poſſit repeti non poteſt habere
locum actio de conſtituta cum effectu. Tamen
ego crederem in hoc dicendũ cum aliqua diſtin-
ctione: licet gloſ. dicant aliter. Si conſtituo me
ciuiliter debitum. ſoluturum: Aut credo debi-
tum ciuiliter & naturaliter, & non poſſum ad
ſolutionem compelli per actionem de conſtitu-
ta: & ſic loquitur lex contraria. Sed vbi ego ſcie-
bam eſſe debitum ciuiliter tantum: aliter eſt di-
cendum quàm glo. dicant. aut ille cui conſtituo
me ſoluturum ſciebat ſimiliter debitum ciuiliter
aut credebat debitum ciuiliter & naturaliter. Si
credebat debitum ciuiliter & naturaliter, & ego
ſciebam debitum ciuiliter tantum: compellor ad
ſolutionem: vt l.j.§.vl.ff.de conſtitu.pe.& ſoluen-
ti ſcienter repetitio non datur: vt l.Campanus.ff.
de oper.li.& notari ſolet in l.ij.§.j.ff.de cõſti.pec.
& l.ij.§.circa ff.de doli excep. Sed vbi ego ſciebã
debitum ciuiliter tantum, & ipſe conuenit me: ex
iſta cõſtitutione non ſum obligatus cum effectu:
quia ille cui conſtituo me ſoluturum eſt in pari
cauſa: ergo debet eſſe deterioris cõditionis: quia
8 † in pari cauſa ſemper debet eſſe durior cauſa a-
ctoris quàm eius qui conuenitur. vt l.ſi ſeruum.§.
ſequitur.ff.de verborũ obligationibus. & l.apud
celſum.§ Marcellus. ff.de doli excep.cum infini-
tis ſimilibus. Procedo vlterius & videtur quòd
ex nudo † pacto non naſcatur actio. vt lege iuris
9 gentium. §. ſed cum nulla. §. idem Marcellus.&
§. idem reſponſum.§.quinimo.ff. de pac. Ergo nõ
videtur quod ex tali nudo pacto ſim obligatus
ita quod conueniri poſſim. Ad iſtud eſt reſpon-
ſio ſicut gloſ. dicit, vbique regulariter ex nudo pa
cto non naſcitur actio: vt in contratio & l.legẽ.
C.de pac.conuẽ. Iſta regula fallit in caſibus: fallit
in donatione: licet olim donans non obligaretur
ex nudo pacto, hodie obligatur. vt l.ſi quis argen-
tum.§.ſi autẽ. C. de donat Fallit in promiſſione
dotis: vt l.ad exactionem.C.de do.promiſſione.&
de rei vxoriæ ac. circa principium tituli. Item
quando aliquis pollicetur rei publicæ propter
honorem decretum, vel decernendum. vt l.j.&.l.
pactũ.ff.de polli. Fallit in nautico fœnore: ſi mu
tuo pecuniam vltra mare portandam meo peri-
culo: vt l. periculi.ff. de nau.fœnor. & ratio eſt,
quia cùm ſit periculo fœnerantis in recompenſa-
tionem periculi poteſt paciſci vſuras nudo pacto.
Fallit in acceſſionibus frumenti, vini & olei: vt l.
frumenti.C. de vſur. Fallit quando vſura per-
mittitur ciuitati: licet aliàs non debeatur citra
vinculum ſtipulationis. vt l. quamuis.C. de vſur.
& l.titius.ff. de præſ. verb. tamen ciuitati debetur
ex nudo pacto. vt l.etiam. ff. de vſuf. Vlterius
op. hic dicitur, quod quando ſtipulatio interue-
nit, promiſſor eſt obligatus de iure ciuili. Ego o-
ſtendo, quòd ſtipulatio habet vinculum iuris gen
tium, quia nulla eſt ſtipulatio in qua non interue
nit conſenſus, qui parit obligationem naturalẽ:
vt l.j. in fi.ff.de pac. In alia lege cauetur, quòd o-
bligatio naturalis dicitur obligatio iuris gentiũ.
l.cum amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iur. E-
go reſpondeo, obligatio quæ eſt inducta per ſolẽ-
nitatem verborum, eſt inducta de iure ciuili: &
ſic loquitur.§.iſte. tamen vinculum naturale ſci-
10 licet conſenſus, eſt de iur. gentium. † Vlterius
op ad §.actiones. vbi dicitur, quod periculũ ſerui
& filij eſt velut patrimoniũ ſerui & filij: & lege ca
uetur, quod ſeruus non poteſt habere patrimo-
nium. vt l.nec bona.& l.nec paterfamil.ff.de ver.
ſigni. Item filius non poteſt habere patrimoniũ
vt l. vlt C. de inof. teſta. Ad iſtud reſpondetur,
illa verba quæ ponuntur in text. notant impro-
prietatem: quaſi dicat, non eſt proprium patrimo
nium: ſed habetur velut proprium patrimonium:
in eo quod notat ſimilitudinem, oſtendit non eſ-
ſe patrimonium: ſicut aliàs dicebam ſimilitudo
eſt inter diuerſa. Nam ſicut obligationes contra-
ctæ ab hominibus ſui iuris contrahũtur contem-
platione totius patrimonij vt.l. fideicommiſſi.§.
tractatum.ff de iudi. Sic obligationes contractæ
à filio vel ſeruo contemplatione totius peculij
contrahuntur. vt.ff.de pecul.l.hic quæritur.§. po-
11 teſt. † Vlterius videtur quod pater non tenetur
de peculio ex contractu cum filio celebrato. quia
ſi filius recepit pecuniã mutuò, ipſe nullo modo
tenetur: vt lege vlt. aliàs pe.ſecundum dynũ C.ad
macedo. ſi vouit rem alicui eccleſiæ vel ciuitati
non obligatur vt l.ſi quis rem.§.voto.ff.de polli.
vos habetis reſpondere, & aduertatis: Primò lo-
quitur de filio: poſtea loquitur de ſeruo. Et aduer-
tatis per ordinem. Aut filius contrahit, aut quaſi
contrahit: aut delinquit, aut quaſi delinquit.
Quatuor ſunt caſus. Primo caſu, aut accipiendo
mutuum, & tenetur pater etiam de peculio. vt
præalleg. lege vltima. Aut contrahit extra cauſam
mutui, & tunc, aut vouendo, aut extra cauſam
voti. Si vouendo, ſi quidem voueat perſonam, &
aſſumẽdo habitum religionis, bene tenetur: vt l.
vlt.C.de epiſcopis & clericis.& in authen. de ſan-
ctiſ. epiſcopis. §. nulla verò licentia. Si voueat
rem aliam non perſonam, non obligatur: & ſic
loquitur lex ſi quis.ff.de voto. Si contrahat ex-
tra cauſam mutui & voti: vos habetis dicere, il-
lud quod regulariter ex quocunque contractu à
ſe celebrato, tenetur inſolidum vt lege filiusfa-
milias. ff. de actionibus & obligationibus. & l.
ſ quia

ſi quis cũ filio. ff.de pecul.& l.j. §.ſi apud filium. ff.depo. & in multis aliis. Tamen licet filius obligetur inſolidũ:inquãtum tenetur pater? Reſpondeo aliquando tenetur de pecul. aliquando iuſtitoria:aliquaodo tributoria: aliquando de in rem verſo,aliquãdo quod iuſſu. Verbi gratia,vno verbo dicam vobis omnia,non dicerẽ vobis iſtas ciancias niſi quia gl.dicit.Quãdo filius contrahit ignorante patre,pater tenetur vſque ad quantitatem peculij.& ita loquitur.§.actiones.& l. ſi quis reum.§.idem iul.ff.de lib.legat. Si contrahat volũtate patris,aut erat prępoſitus ſtationi,vel merci,& tenetur inſtitoria:vt per totũ tit.de inſtitor. aut gubernat nauem,& tenetur pater exercitoria inſolidum:vt per totũ ti.de exer. Aut iubet eum quencunque contractum celebrare,& tunc pater videtur celebrare: & ideo pater tenetur inſolidum, & de iuſſu: vt l.j.in princ. §.j. & ij.ff. quod iuſſu. Aut non contrahit vt ipſe ſed aliàs. Et tunc ſi quidem conuertit in rem patris, pater tenetur de in rem verſo vſque ad quantitatem quæ verſa eſt:vt l.j.ff.de in rem verſo. Si nihil eſt cõuerſum in vtilitatem patris,ſiquidẽ negocietur in merce peculiari,aut patre iubẽte, aut ignorãte,aut contradicente, aut ſciente & non contradicente expreſsè nec conſentiente. Si iubente & volente tenetur inſolidum. Si ignorante vſque ad quantitatem peculij.Si ſciente & non contradicẽte nec conſentiẽte tenetur pater tributoria:In qua conditio patris eſt eadem quæ aliorum creditorum. In actione de peculio pater deducit ſibi debitũ. In actione triburoria nihil deducit: ſed cõcurrit cum aliis:& ſic loquitur titu.de tribu. Secundo caſu quando filius quaſi cõtrahit, vt quãdo geſsit negocia alterius ſine mandato. Item quando adminiſtrat tutelam alicuius pupilli, tenetur pater vſque ad quantitatem:vt l.ſi filius.ff.de neg. geſt. & ff.de tutel.l.filius. Quãdo delinquit,vel quaſi, idem eſt in tertio membro quod in ſecundo tenetur pater quatenus peculium locupletatum eſt,& non vltra: vt l.iij. §. ex furtiua. ff.de pecul. Hoc verum ante ſententiam. Sed ſi filius conuenitur vel quaſi actione in factum, datur actio in factũ contra patrem vſque ad quantitatem peculij:vt.l. iij.§.idem ſcribit.ff.de peculio.& l.quod ait. & l. condẽnatus.ff.de noxa. Vidimus de filio:de ſer-

12 uo planum eſt.† Si ſeruus cõtrahat obligatur dominus vſque ad quãtitatem peculij, etiam ſi contrahat domino cõtradicente:vt l.ſi quis ſeruum. §.etiã.& l.quoties.ff.de pecul.Si domino volente, aliquando obligatur exercitoria:aliquando inſtitoria &c.diſtinguendo ſicut in filio. Si delinquit vel quaſi,non datur actio in dominum etiã quatenus peculium eſt locupletatum:ſed proponitur noxalis contra dominum,hoc eſt illum cui damnum emẽdari,vel dari ſeruum pro noxa. Nam actiones noxales dantur ex delicto vel quaſi, non de peculio.Ex delicto filij nunquã datur noxalis, licet olim datetur vt infrà de nox. §. vl. Modo

13 procedo †vlterius & aduertatis bene:hic dicitur, quod ex quo iuratum eſt deferente reo,vel iudice non quæritur an ſit debitum vel nõ, ſed an ſit iuratũ: videtur quòd de periurio ſit inquirendum: quia ſi iuraui illud mihi eſſe relictum, & prolato teſtamento apparet non relictum legatum non debetur:vt l.vlti.C.de iureiurando.Item ſi iuraui mihi ab aliquo deberi, & condemnatur, poſtea reperiuntur inſtrumenta retractatur iuramentum vt l.admonẽdi. ff.de iureiurand. Reſpondeo regulariter iuramentum non retractatur pretextu periurij:vt l.iuriſiurãdi C.de re. credit.Et hoc fallit quando legatum debetur, aliàs petitur ex teſtamento:quia iuſiu.ſpeciem tranſactionis continet:vt l.ij. C.de iureiurãdo. Sed tranſactio non valet facta ſuper his quæ pendent ex teſtamento, niſi cognitis & inſpectis verbis teſtamẽti: vt l.de his. ff. de tranſactionibus. Item fallit quando apparet per productionem inſtrumentorum debium no eſſe. vt d. l. admonendi. Oſtendo vlterius quòd iuramẽtum generaliter debeat retractari:quia vbi lex pœnam imponit facienti, illud videtur per effectum prohibere cui pœnam imponit. vt l. iij. C. de ſumma trinitate. Sed in lege cauetur,quod periurus poteſt accuſari, & puniri: quaſi committat crimen ſtellionatus.In alia lege cauetur,quòd poteſt puniri lege iul.maieſtatis:vt not.in l.j.C.ad l.iul.maie.l de periurio.ff. de crimi.ſtelliona.& in authen.ſcenicas vi non ſolum.

14 circa principium. Reſpondeo regulariter † iuramentum non retractatur prætextu periurij.Fallit in caſibus in l.vltima.C.de iureiurãdo. cùm periurium non debeat eſſe inultum: quia lex permit periurium. Aliquando poteſt accuſari lege iul. maie. quando commiſit periurium in præiudicium imperatoris. Aliquando de crimine ſtelliona.vt regulariter in crimine ſtelliona. non reperitur pœna impoſita,& ideo relinquitur imponenda iudicis arbitrio. vt l.j. §. expilatores. ff. de effrac. Vlterius reſtat quærere duas vel tres

15 quæſtiones. Primò,† an actio de peculio,inſtito. trib.&c.ſint propria nomina actionum, vel cognomina: ſiue adiectiones prætoriæ. hîc poſſent dici multa,tamen hæc eſt veritas: & ita tenetur per gloſam, quòd non ſunt propria nomina, ſed adiectiones,vel cognomina propriis nominibus adiecta.cõtraho enim cũ ſeruo emendo,dicã ago ex empto, de pecul. vel contraho de mutuo vel act.mandati. vt not.manifeſtè in l.iij. §.cui con-

16 gruit.ff.de pecul. †Vlterius poſſet aliquis quęrere. Quot ſunt ſpecies iuriſiurandi. Vos ſcitis, quòd aliud eſt de veritate, aliud de credulitate. Hoc anno habuiſtis.ſunt tria:voluntarium,neceſſarum & iudiciale. Voluntarium quod defertur à parte pari extra iudicium: quia ex volũtate ſuſcipitur,& refertur:& de iſto non tractatur hîc

Neceſſarium eſt, quod defertur à iudice:& iſtud non poteſt recuſari,niſi ex magna cauſa. Iudiciarium eſt quod defertur à parte parti iudice approbante: & iſtud olim recuſari non poterat: hodie poteſt. vt l.manifeſtæ.ff.de iureiurãdo.& l.

17 generaliter.§.ſin autem.C.de re.cre. †Modo reſtat quærere illud quod eſt neceſſarium. & in nulla parte inuenietis ita bene ſicut hîc in gloſa, quæ actio datur ex iuramento. Si tu dicas datur actio in factum, malè dicis: quia datur actio ex eo cõtractu vt l.ſi duo.§.ſi quis iura. & §.marcellus.ff.de iureiurando. Si dicis quia datur actio ex contractu, malè dicis, quia inuenio dari vtilem in rem. vt lege nam & poſtea. §.vltimo.ff. de iureiurando. Si dicas dari vtilem in rem, malè dicis:quia inuenio dari actionem in factum. vt lege actori.C.de rebus credit. Et ideo gloſæ dicunt & valde bene hîc melius diſtinguendo quàm in aliqua alia parte iuris. Aut iuramentum defertur actori,aut reo. Primo caſu aut agebat perſonali aut reali. Si perſonali, datur vtilis ex eo contra-

Ctu qui allegatur interueniſſe: licet in veritate
non interuenit: vt agebam pro ſocio, dicebam te
mihi teneri ad centum: iuraui te mihi debere ex
iuramẽto facto cum cauſa datur vtilis pro ſocio.
Item iuraui me emiſſe, licet non emerim, datur
vtilis ex empto. Item in commodato & depoſito:
ergo quando iuratur cum cauſa, iſtud appellatur
conforme, id eſt eum cauſa datur vtilis ex cauſa,
quæ interueniſſe allegatur: vt l. ſi duo patroni. §.
ſi qui iur iuerit. & §. idem dicemus. & §. marcel-
lus. ff. de iureiurando. Si iuratur ſine cauſa, vt pe-
to à te centum, dicis te non teneri, defertur mihi
iuramenum, & iuro: datur actio in factum ex iu-
ramento præſtito informiter, id eſt ſine cauſa. vt
l. actori. C. de rebus credit. Secundo caſu age
bam reali, & delato mihi iuramento iuro rem ad
me pertinere: Aut tradita eſt mihi per eum à quo
fuit delatum: aut non. Si tradita, aut ille erat do-
minus aut non. Si erat dominus, habeo vtilem in
rem. Si non erat dominus, habeo publicianam: ſi
eſt tradita, bene poſſet dici, quod in factum & v-
tilis in rem concurrerent hoc caſu, ſi ille erat do-
minus: alias habeo publicianam. vt l. nam & po-
ſteà. §. vltimo. & l. ſed & ſi poſſeſſori. §. primo. ff.
de iureiurando. Si deferatur reo, aut in perſonali,
aut in reali. Si in perſonali parit exceptionem,
non actionem. Si in reali, Aut iurauit rem non
eſſe petitoris, & habet ſolũ exceptionẽ non actio-
nem contra aliquem. Si iurauit ſuam eſſe, habet
actio. contra eum qui detulit, ſi peruenit ad eum
poſſeſsio, contra alios non: quia res inter alios a-
cta aliis præiudicare non debet: vt. l. ſed & ſi poſ-
ſeſſori. in principio. ff. de iureiurando. Sed ſi defe-
ratur iuramentũ, & poſtea feratur ſententia, du-
bitatur vtrum actio in factum naſcatur ex iura-
mento, vel ex ſentẽtia. Plac. dicebat quòd ex ſen-
tentia. noſtri doct. dicũt, quòd ex iuramento. Pri-
mò ex ſententia lata Secundò ex iuramento. hoc
oſtenditur ſic. Si mutuo alicui pecuniam, ex illa
numeratione naſcitur actio certi cõdi. ex mutuo.
Si ſtipulor mihi reddi, naſcitur ex ſtipulat. ergo
non eſt quæſtio. Non enim eſt mirum quòd naſ-
cantur duæ actiones ex diuerſis factis. argumen.
ad hoc l. ſi ſtipulatus fuerit. §. cùm pecuniam: & l.
cum enim. ff de nouat. Et not. ſolet in l. certi con-
di. §. quoniam. ff. ſi cer. pe. Si aliquis dicat quòd v-
traque actinne petitur idem: quid ad hoc? bene
Intereſt enim habere plures actiones ad idem: vt
l. ſi quis reum. & l. quatra §. primn. ff. de liberat.
legat. In contrarium eſt inuenire quòd duæ a-
ctiones competunt eiuſdem rei nomine: vt lege
hæres à debit. ff. de fideiuſſo. de actionibus empti.
lege non eſt nouum. tamen exactione facta tol-
litur vtraque per vnam. vt lege ſi ſtichum. §. fi-
nali. ff de nouationib. & lege quibus. ff. de verbo-
rum obligationibus.

SVMMARIA SVPER §.

POENALES.

1 *Pœnalium actionum tres ſpecies.*
2 *§. pœnales elucidatur.*
3 *Parentum appellatione qui contineantur.*
4 *Titulus ne quis eum &c. & titulus de eo &c.*
in quo differant.
5 *Actionum prætoriarum pœnalium & non pœ-*
nalium differentia.
6 *Filius an & quando agat contra patrem.*

5 POENALES. Ante poſitionem caſus
ego dicam vnũ verbum ad euidentiam,
& comprehendam quaſi tex. & glo. Di-
ctũ eſt ſuprà de prætoriis perſonalibus, quæ ſunt
rei perſecutoriæ. Modò ſequitur de perſonali-
1 bus. Et † ideo habetis præmittere quod pœnaliũ
actionum tres reperiuntur ſpecies. Quædam a-
ctiones dicũtur eſſe pœnales inſpecta perſona a-
ctoris & rei. Quædam inſpecta perſona rei tantũ.
Primò, quando actor petit quod ſibi nõ abeſt, &
reo non adeſt. verbi gratia, egi cõdictione furtiua
ad librũ, & habui librũ: Ago act. furti ad pœnam
dupli, iſta appellatur verè pœna. Secũdò, vt quãdo
deieciſti me de poſſeſsione violenter, & tamẽ ad
te nihil peruenit: ago interdicto vnde vi, illud di
citur pœnale habito reſpectu ad te, qui cõuenitis
ad iſtud quod tibi non adeſt: tamen dicitur perſe
cutoriũ habito reſpectu ad actorem: quia peto rẽ
meam, & res quas perdidi tempore deiectionis vt
l. j. in principio. ff. de vi & vi ar. Tertiò, vt ſi do
tibi centũ, vt accuſes Sempronium calumnioſè
de homicidio: iſte Sempronius propter cuius ca
lumniam data eſt illa pecunia. poteſt agere cõtra
te. & petere illa centũ act. in factum. quæ deſcẽdit
ex edicto de calum. vt l. generaliter. ff. de calum.
2 † §. iſte ſecundũ verã & rectam opinionẽ loqui-
tur de. iiij. act. pœnalibus: quarũ tres ſunt pœnales
ex parte actoris & rei: quarta eſt pœnalis ex parte
rei: perſecutoria ex parte actoris. Actio quæ datur
contra eum qui corrumpit albũ prætoris de qua
primò tractatum eſt: eſt merè pœnalis. Item actio
quæ datur contra eũ, qui vocauit patrem vel pa-
tronum in ius ſine venia. & de iſta tractat. ij. Item
actio quæ datur ex edicto ne quis eum qui in ius
vo. vi. exi. eſt merè pœnalis ex parte rei. Sed act.
quæ datur ex edicto de eo per quem factum eſt:
eſt pœnalis ex parte rei: perſecutoria ex parte a-
ctoris. De tertia ſpecie de his quæ ſunt pœnales
ex parte actoris, rẽi perſecutoriæ ex parte rei ni-
hil tractatur hîc. Sed tractatur. ff de albõ ſcrib.
Ponamus, Poteſtas Bononiẽ. in muro palatij fe-
cerat fieri quandam dealbationem, in qua fecerat
fieri edictum. in quo continebatur quòd quicun-
que iuerit de nocte, puniatur in tantum: vel quod
talis compareat reſponſurus de iure. Quidam in-
trauit, & corrupit illud edictum, dubitatur in
quantum teneatur: & vtrum illa actio ſit pœna-
lis. Reſpondetur quòd tenetur actio. in factum
quæ eſt verè pœnalis. Secundò dicit, filius eman-
cipatus volebat agere contra partem, qui tene-
batur ei in centum, non poſtulauit veniam. debe-
bat ire coram prætore, & dicere, domine Prætor,
Supplico vobis quòd permittatis me agere con-
tra patrem meum, qui tenetur mihi in centum:
fuit filius & magnæ præſumptionis: quia non po-
ſtulauit veniam: dubitatur inquantum teneatur:
& vtrum illa actio ſit pœnalis: & reſpondetur
quòd tenetur in quinquaginta aur. idẽ in liberto.
Tertiò ponit de tertia & quarta. feci quẽdã citari
vt compareret: dum veniret, quidã detinuit eum:
ago contra detinentem, tenetur in quinquaginta
aureos. Item agebam contra aliquem, dedit fi-
deiuſſores de iudicio ſiſti. Ponamus dũ veniret
ad iudicium vt ſiſteret in iure, quidam detinuit
eum

eum,iſte tenetur act.in fac.*Ex albo*.Iſta eſt pœna-
lis ex vtraque parte , & datur in 50. aur. vt l. ſi
3 quis id quod.ff.de iur.om.iud.in authen.de litig.
§.omnē.& l.j.ff.de albo ſcri. *Parentum*. † paren-
tes debemus accipere in infinitū,quantū ad hunc
caſum cùm tractem⁹ de fauore:vt l.quique.§.præ-
tor.&.§.parentes & in l.ſed ſi hac. l. §.liber.ff. de
in ius vo. Aduertatis lege cauetur, quòd appel-
latio parentū extenditur vſque ad tritauum:ſupe-
riores appellantur maiores non parentes : tamen
quandocunque tractatur de fauore,appellatione
parentū cōtinentur omnes vſque in infinitū. Vn-
de ſi hodie viueret Adā,cōtineretur appellatione
parentū:& nō poſſet vocari in ius,ſi veniā nō im-
petraſſet.i.nō poſtulaſſet,nec impetraſſet:debuit.
enim dicere,domine prætor &c. Item in eū duo
reperiūtur edicta:ne quis eū &c. & de eo per quē
4 &c.de quo loquitur §.iſte. † Quærit gl.iſta duo
differunt quia ti.ille,ne quis eū &c. habet locum
quando aliquis eximitur poſt vocationem in ius:
& ante ſatiſda.præſtitā.tit. ille de eo per quē &c.
poſt vocationē & ſatiſda.& hoc probatur ex ordi.
ti. Primò ponitur ti.de in ius voc.poſteà ſi quis
in ius vo.nō ie. Tertiò in ius vo.vt eāt. Quar-
tò immediatè, ne quis eum qui in ius vo.vi exi.
Poſteà ſubiicitur ti. qui confirmat iudi. qui ſa-
tiſ.co. Poſteà ſi ex nox. cauſa aga.de illo nihil ad
nos. poſteà de eo per quem factū. Præterea dif-
ferunt in alio,quia ti.ne quis eū &c.requirit vio-
lentiam:in alio ſufficit dolus : vt lege quarta. §.
eripere.& lege tertia, ff. ne quis eum qui in ius
voca. & lege prima. ff. de eo per quem factum
eſt. Præterea differunt in tertio quia actio ex edi-
cto, ne quis eum &c. eſt pœnalis ex parte vtriuſ-
que. Sed actio ex edicto,de eo per quē factum eſt
eſt pœnalis ex parte rei , perſequutoria ex parte
actoris:quia ſi plures impediant quo minus quis
ad iudicium veniat,ſi vnus ſoluat, non liberātur
alij:vt l.pe.§.hoc iud.ff.ne quis eum qui in ius vo.
exi.Sed ex edicto,de eo per quē fa.eſt. ſi vnus ſol-
uat,omnes liberātur:vt l.j. §.ſi plures.ff.de eo per
quē fac.eſt.De qua ergo act.loquitur iſte verſ.Re-
motis aliis opi. quæ ſunt truffæ quantum ad hoc,
loquitur vtraque, licet vna ſit pœnalis hincinde
alia ex parte rei tantum.*Innumerabiles*.quia cum
difficultate enumerantur:propterea in arbore a-
ctio.licet fuerit difficile enumerare,bene enume-
rantur ita quod non reperiūtur plures in corpore
iur.Inuenitur act.ex edicto nau.cau.ſta.ex edicto
de his qui deie.vel effund.& aliæ plures pœnales.
Præmiſſa expoſitione tex. & expoſitione caſus,
quærā duo vel tria verba. hîc aduertatis bene,&
5 faciam finem. † Quæro quæ eſt differētia inter
act.prætorias pœnales & non pœnales:quia ſuprà
tractauit de non pœnalibus vſque ad.§.pœnales.
poſtea de pœnalibus : quæ ſit differentia aduer-
tatis:quia gloſ.non dicit plenè. Act.pœnales ſunt
annales , rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ. vt l.in
honorariis.ff.de actionibus & obligationibus.&
infrà de perpe.& tēporalib. action.in principio.
Item pœnales ſunt odioſæ & reſtringendæ,perſe-
quutoriæ non odioſæ:& ideo ampliandæ:vt lege
hæc enim §. quid ergo.ff. de ſuſpect. tutor. & l. ſi
præſes.& l.interpretatione. ff.de pœnis. Præte-
rea in pœnalibus vno ſoluente non liberantur
alij:ſed in rei perſe.ſic.vt l.adeo.ff. de iuriſdictio-
ne omnium iudicum.& ad l.aquil. Item mela.§.
ſi plures.ff.ad l.aquil.& l.j C.de condictione fur-
tiua.ſi quis vellet calumniari gloſ.immediatè de-
ſtrueret eam in hoc puncto:ego inuenio quod in
pœnalibus vno ſoluente alij liberantur. actio ex
edicto de eo per quē fa.eſt.eſt pœnalis : quia non
datur contra hæredem delinquentis, niſi quate-
nus ad eum perueniat. & tamē cauetur in l.quod
ſi vnus de eximentibus ſoluat, alij liberantur.vt
l.j.§.ſi plures.ff.de eo per quem factū eſt. Ego re-
ſpondeo:aut eſt pœnalis ex parte actoris & rei:&
vno ſoluente non liberantur alij. vt l.ſed ſi per-
ſonam.§.vlti.ff.ne quis eum qui in ius voc. vi.&
ſic loquitur gl.Aut eſt pœnalis ex parte rei,perſe-
cutoria ex parte actoris, & tunc vno ſoluente li-
berantur alij. & ſic loquitur contrarium. Item
videtur quòd malè dicat,quia ego inuenio in his
quæ ſunt pœnales ex parte vtriuſque,quia dantur
ad id quod actori non abeſt, & reo non adeſt:&
tamen vno ſoluente liberantur alij.actio in factū
de his qui deie.vel ef.eſt pœnalis ex parte vtriuſ-
que:quia datur ad id quod actori nō abeſt : & reo
non adeſt:& tamen vno ſoluente liberantur alij.
vt l.& quidem. & lege perceptione. ff. de his qui
deiec.vel effuderunt l. licet. §.vltimo,& lege ita.
§.vltimo & lege ſecunda.ff.naut. caut.ſtabularij.
Ego reſpondeo , aut pœnalis ex parte vtriuſque
deſcendit ex vero delicto, & tunc vno ſoluente,
non liberantur alij. & ſic loquitur gloſſa in lege
adeo.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. & lex
item mela.§.ſed ſi plures.ad legem aquiliam. Aut
deſcendit ex quaſi delicto : & tunc in quaſi deli-
cto. ſi actio ſit merè pœnalis , vnus ſoluen-
do liberat alios:iſte eſt caſus in lege licet.§.finali
& l.ita.§.ſi.ff.nau. cau.ſta. Amodo ergo ita ſub-
audiatis.Vno ſoluente &c. quando eſt actio pœ-
nalis ex parte actoris & rei, vel deſcēdit ex vero
delicto.Nam ſi ex quaſi delicto:vno ſoluēte libe-
rātur alij.& inter delicta & quaſi delicta ſit diffe-
rentia quantum ad hoc inuenietis duas glo. quas
habuiſtis & in l.ex maleficiis.§.is quoq; ex cuius.
ff.de actionibus & obligationib⁹. & nau. cau.ſta.
l. vltima §.ſeruorū.ita ſubaudiatis & eſt vera gl.
ita quod nullus poteſt eam calumniari. Aduer-
tatis vlterius , quæro, & iſta quæſtio eſt truffato-
ria,libertus fecit vocari patronum,vel filius fecit
vocari patrem , non venit vel obtulit libellum.
non fecit vocari. nunquid teneatur ad pœnam
&c.& eſt caſus in lege quamuis. & lege libertus.
ff.de in ius vocando. Item an hæc pœna debeat
imponi in perſonis eorum qui aliàs prohibentur
vocari, puta pontificem dum ſacra colit , & præ-
conem, dum equo publico vehitur &c.quidam
dicunt quod ſic. gloſſa dicit , & bene quod non.
quia pœna quinquaginta aureorum eſt inducta
contra eos qui enumerantur in edicto prætoris.
In edicto prætoris enumerantur parentes, liberi,
& parentes eorum. Aliæ perſonæ non inue-
niuntur enumeratæ licet aliàs inueniatur in e-
dicto, quòd non debent vocari : ſed habeat lo-
cum ordinaria pœna arbitrio iudicis imponen-
da : quia vbi lex mandat delictum puniri:& pœ-
nam non imponit , relinquitur arbitrio iudicis
imponenda.vt l.prima §.expilatores. ff.de effrac.
An hodie iſtud quod in liberto dicitur, ſit cor-
rectum:quia libertus habetur loco ingenui, vt in
authen.vt liberti de cętero.Verum eſt quòd habe-
tur loco ingenui quantū ad alia, ſed quātū ad per-
ſonas patronorū iura remanēt ſalua. Vlterius ſi fi-
lius cōueniatur an pater debeat iurare de calūnia.
Item

Item an habeat locum in cauſa criminali. In cauſa criminali non poteſt habere locum: quia ſi pater vel patronus delinquát contra filium vel libertũ: non poſſunt eos accuſare: ſed debẽt agere act. in factum: vt l. hi tamen. §. lib. ff. de accu. & ideò ſuperuacuum eſt quærere, an procedat in cau-
6 ſa criminali. Sed † in cauſa ciuili an procedat, videtur quòd non. vt l. qui in poteſtate. C. de in ius vo. & l. lis nulla. ff. de iu. Reſpondeo, Aut filius eſt in poteſtate aut emácipatus. Si in poteſtate, nõ poteſt agere cõtra patrẽ cũ venia vel ſine: vt præalleg. l. eſt tamẽ inuenire quòd regula fallit in caſtrẽſi peculio, vel quaſi: in illis habetur táquã paterfamilias. Et ideò poteſt patrẽ cõuenire poſtulata venia: vt l. ſi quis vxori. §. an pater. ff. de furt. & l. ij. & iij. ff. ad mace. & l. adoptiuũ. §. j. ff. de in ius vo. Item in alio, quando pater inſtituitur & rogatur de reſtituendo hæreditatẽ filio, ſi deſinat eſſe in poteſtate: ſi probetur quod dilapidabat bona in hæreditate exiſtentia cõpellitur reſtituere: vt l. j. ff. ad treb. Itẽ quãdo pater nõ habet vſumfructũ aduẽtitiorũ: quia cõſtituitur curator bonis: vt in aut. vt li. ma. & auię circa princi. Filius quãdo eſt emácipatus bene poteſt agere ciuiliter: ſed habet neceſſe veniam poſtulare: aliàs punitur pœna 50. aure. Quis debeat de calum. iurare ſi filius agat: ſi pater agat táquã legitimus adminiſtrator: debet iurare pater de cal. vt l. ij. §. quod obſeruari. C. de iura. ca. & l. j. C. de dolo. Si filius agat cõtra patrẽ ſi eſt maior ipſe filius, ſi minor datur ei curator. Si contra alium ſi pater non habet vſumfructum cõſtituitur curator: ſi pater habeat vſumfru. pater cõpellitur conſentire: & ſi non conſentiat amittit vſumf. vt l. cum non ſolum. §. j. C. de bo. quæ lib.

SVMMARIA SVPER §. PRÆIVDICIALES.

1 *§. Præiudiciales. ſumma. 2. Elucidatio. & 3.*
3 *Actiones præiudiciales an prætoriæ vel ciuiles: & quare ſic dictæ. 10.*
4 *Oppoſitiones ad textum.*
5 *Iudicis officio an & quando locus. 21.*
6 *Actiones præiudiciales quare dicantur in rem.*
7 *Actiones præiudiciales competunt poſſidentibus, vel quaſi.*
8 *Filius præſumitur natus & genitus conſtante matrimonio: & habet præiudicialem.*
9 *Actionibus præiudicialibus an & quando locus & ſuprà numero 1. 2. & 3.*
11 *Seruus quibus caſibus agat in dominum, vel eum accuſet.*
12 *Præiudiciales iudicantur aptitudine, & non actu inſpecto.*
13 *Præiudiciales an & quatenus tractentur coram diuerſis vel coram eodem iudice.*
14 *Actio per quam pater vendicat filium adiecta cauſa, de iure quiritum, in quo differat ab actione præiudiciali de partu agnoſcendo.*
15 *Petitio hæreditatis an ſit præiudicialis.*
16 *Præiudiciales poſſunt dici omnes actiones quæ præiudicant aliis.*
17 *Regula in præiudicialibus actionibus.*
18 *Præiudiciales an ſit dare directas & contrarias.*
19 *Libellus in præiudicialibus qualiter formandus.*
20 *Adſcriptitij, cenſiti, coloni quo iure petantur.*

§ PRÆIVDICIALES. §. iſte
1 † ponit tres actiones quæ præiudiciales appellantur: quarum vna appellatur de libertate & ſeruitute, alia de libertinitate & ingenuitate. tertia vero appellatur præiudicialis de partu agnoſcendo. Et quæro primò vtrum illæ ſint reales vel perſonales. Secundò vtrum ſint prætoriæ vel ciuiles: dicit ergo quòd actiones præiudiciales ſunt in rem non in perſonam. Item quod actio de libertate & ſeruitute eſt actio ciuilis: actio de libertinitate & ingenuitate, & actio de partu agno. ſunt prætoriæ non ciuiles. Vlterius dicitur quòd per actiones perſonales petitur aliquid dari vel fieri: per actiones reales vendicantur res: tamẽ contra furem datur rei vẽdicatio & nihilominus datur condictio furtiua. & hoc eſt inductum in odium furum propter multos effectus, qui ex condictione furtiua procedunt. Itẽ actiones omnes perſonales appellantur condictiones licet improprié. Actiones reales appellantur vendicationes: & h. d. vſque ad §. ſequens. Iſte §. tractat quandam materiam ſatis ſubtilem. & videntur in iſto. §. gl. ſibi inuicem eſſe contrariæ. Actiones præiudiciales de quibus tractat iſte. §. ſunt tres. vna appellatur præiudicialis de libertate & ſeruitute, id eſt quando aliquis petitur pronunciari ſeruus: vel econtra quando ipſe petit ſe pronunciari liberum. Alia appellatur de ingenuitate & libertinitate, id eſt quando aliquis petitur pronunciari libertus: vel econtra, ipſe petit ſe pronunciari ingenuum. Tertia appellatur de partu agnoſcẽdo, id eſt quando aliquis petit ſe pronunciari filium alicuius: vel econtra, denegante ſe eſſe filium pater petit pronunciari filium ſuum. Nam ſiue proponatur ex parte eius qui prouocatur de ſtatu libertini. ingenui. vel non filiationis, ſiue ab eo qui proponit pronũciari libertũ ſuum, vel filiũ, ſemper appellatur præiudicialis. Et de iſtis tractat §. iſte dupliciter. Nã primò quærit vtrũ ſint reales vel perſonales. Secũdò quærit an ſint ciuiles, vel prętoriæ. & ideo caſus eſt ita planus quod non poſſet eſſe planior. Caſus ergo non debet aliter poni quàm litera iacet. §. iſte format duas quæſtiones circa actiones præiudiciales. Prima eſt vtrum actiones præiudiciales, in quib' quæritur de libertate & ſeruitute ſint reales vel perſonales. Et ad iſtam quęſtionem reſpondet quòd ſunt reales non perſonales. Secũdò format aliam quæſtionem an ſint prætorię vel ciuiles. Ad iſtã quæſtionẽ reſpondet ꝙ ſunt duæ prætoriæ. ſcilicet illa in qua quæritur de libertinitate & ingenuitate & in qua quæritur de partu agnoſcẽdo. Alia in qua quæritur de libertate & ſeruitute eſt ciuilis. Hoc intendit. §. iſte: ſi aliter intelligatis, non intelligitis quid dicat tex. Aduertatis quo ad ordinẽ procedẽdi circa §. iſtũ. In §. aliæ. tractatũ eſt de actionibus prætoriis: Et primò de præto. in rẽ. Secũdò de præto. in perſonã. §. iſte tractat de ciuilibus & præto. cõmuniter: & ideo ſeparatim ponitur à præce. ſupra tractauit ſolũ de prætoriis perſonalibus & realibus: hic tractat mixtim de prætoriis & ciui. & ideò ponitur ſeparatim à præc. Dicit ergo duo hic: quod actiones præiudiciales ſunt in rem. Secũdò quod ſunt prętoriæ. Tertiò eſt ciuilis. h. d. Secũdò modo

vtrùm

1 videre†expoſitionem tex. *Præiudiciales*. Quæ ſunt
illæ immediatè ſubiiciet quales modo enumerat
immediatè prçiudiciales: *Libertus ſit, vel ſeruus*. &
ideo habetis in qualibet iſtarū diceie: ſiue propo-
natur ex parte eius qui vendicat ſibi ius in perſo-
nā alterius, ſiue ex parte eius qui vendicat ſibi ius
in perſonā ſuam, præiudicialis dicitur: verbi gra-
tia, de libertate & ſeruitute. aliquis erat in poſſeſ-
ſione libertatis, omnia agebat tanquā liber. Pe-
to eum reuocari de libertate in ſeruitutem: Actio
quam propono eſt prçiudicialis. Item ecōtra poſ-
ſidebā titium tāquam ſeruū fungebar operis eius
tanquam operis ſerui, ipſe proponit act. contra
me, petēs ſe pronunciari liberū. Illa actio appel-
latur præiudicialis. Item in ſecūda, Titius erat in
quaſi poſ. ingenuitatis: vtebatur honorib9 & aliis
quæ deferuntur ingeouis bominibus: petebā eum
pronūciari libertum meū, & quòd exhiberet re-
uerentiam debitā quam exhibēt liberti patronis:
iſta appellatur præiudicialis. Et econtra poſſideo
Titium tāquam libertū meū, & ſum in quaſi poſ.
libertinitatis, actio quā ipſe proponit appellatur
præiudicialis. *Vel de partu*. Iſta ſimiliter procedit
dupliciter. Aliquis dicebat ſe filiū Semptonij: ego
dicebam eum eſſe filium meū: & propterea pete-
bam eum pronūciari filiū meū: & per cōſequens
quod mihi præſtaret quæ liberi ſolent præſtare
parentibus, vt alimenta & debitam reuerentiā. Si
propono act. contra eū, iſta actio appellatur præ-
iudicialis de partu agnoſcendo. Et ecōtra ſieram
in quaſi poſſeſſione patriæ poteſtatis in perſona
Titij, tractabam eum vt filium, illa quæ acquire-
bat, acquirebat mihi: petit ſe pronūciari oon eſſe
filium meum, vel per alium modū: procedit enim
in quaſi poſſeſſione filiationis: & non tractabam
eum vt filium: petit ſe pronūciari. Iſta appellatur
præiudicialis: & de illa loquitur hic & ſimiliter
l. iij §. quia plautianū. ff. de lib. ag. Modo determi-
3 nata eſt prima quæſtio. Sequitur ſecūda: An †iſtæ
præiudiciales de quibus dictum eſt, dicantur præ-
toriæ vel ciuiles: & dicit quòd duæ vocātur præ-
toriæ ſ. de ingenuitate & libertinitate & partu a-
gnoſcendo. Alia eſt ciuilis. ſ. de libertate & ſerui-
tute. *Fere*. quare fere. dixerunt quidam, tamē non
videtur mihi bona opi. quia hoc non eſt notare
differentiam actionum ſed factorum. Quare di-
cit prima opin. & dicit valde malè: quia in aliis
act. alia eſt perſona actoris alia perſona rei: alia
perſona iudi. & alia eſt res de qua agitur. Item de
libertinitate & ingenuitate. vnde iiij. eſt inuenire
in aliis. Sed hîc ſi propono actionem præiudicia-
lem de libertate & ſeruitute, eſt eadem perſona
actoris & res de qua agitur aliquando eadem. Et
aliquādo eadem perſona rei & res de qua agitur.
Item de liber. & inge. & de alia ſic non conuenit
cum aliis actinn. Sed quid ad tumbum cùm iſtud
non notat differentiā inter ſpecies actionum, ſed
accidentiā factorū: quia in iſtis contingit quod
eadē ſit perſnua actoris & res quæ petitur aliquā-
do rei. In aliis autem eſt inuenire iſta differentia:
vnde iſta opin. nihil facit. Alia opi. poteſt aliquid
facere. Cauetur in l. ꝗ actiones per legem conſir-
matæ videtur eſſe per l. inductæ. Nā ille qui con-
firmat inductum, videtur de nouo inducere: vt
l. lege obnenire. ff. de ver. ſig. quid facit hic ad pro-
poſitum. reſpōdeo vobis act. de partu agnoſcēdo
eſt inducta de iure præto. originaliter. Sed quòd-
dā ſenatuſconſultū quod appellatur plautianū, &
eſt ius ciuile, quia ſenatuſconſulta ſunt de iure ci-
uili, illā act. inductā de iure præto. confirmat vt l.
iij. §. j ff. de libe. agno Et ideo videtur illa act. poſ-
ſe dici ciuilis ratione confirmationis. *Legitima*. i.
de iure ciuili quātū ad ordinē ſui. Alia reperitur
de iu. præto. tamē per ius ciui. confirmata: & ideo
magis accedit iuri præto. quàm ciuili. *Tenetur*. ſ.
præiudiciales de libertini. & inge. & partu agno.
ſunt prætoriæ non ciuiles. Amodo ergo valde eſt
ſuperuacuum quærere vtrū præiudiciales de qui-
bus tractatur hic, ſunt duæ vel tres. Quidā dicūt
tantū duæ. ſ. in qua quæritur de partu agnoſcēdo,
& in qua quçritur de libertinitate & ingenuitate.
Si beoe aperuiſſent oculos, non poſuiſſent iſtam
opin. tex. dicit quod vna eſt præiudiciali de liber-
tinitate & ſeruiture &c. poſteà dicit cæteræ &c.
dicit pluraliter ergo requiruntur duo numero:
quia pluralis locutio non eſt contentá minori
numero, quàm duorum vt l. inter illam. §. item i-
ta datam. ff. de verborum ſignific. & l. libertas. §.
poſt annos. ff. de manu. teſta. Et propterea fatuum
eſt dicere quòd ſunt duæ tantum. Nam cùm di-
cat cæteræ, & vnam poſuit ciuilem poſtea duas
prætorias: ſaltim requiruntur quòd ſint tres. Or
amodo ſi bene attendatis circa materiam §. vos
intelligetis fortè eā: & ſi vos non attēdatis, vide-
bitur vobis, bene difficilis: & ſine dubio eſt ſub-
tilis. Oppoſuit hic ſunt faciles: tamen quæſtio-
4 nes ſunt ſubtiles: & bene aduertēdæ. † Primò
opponeret aliquis: videtur quòd præiudiciales
debeant poni inter prętorias reales, quia præiudi-
ciales ſunt in rem. ergo debuit eas ponere inter
prætorias reales, de quibus tractauit à. §. aliæ vſ-
que ad. § in perſonā: cùm ergo poſuit eas ſepara-
tim non videtur rectè ordinaſſe. ſed inconuenien-
ter. Ad iſtud reſpondetur quòd ideò reſeruauit
tractare poſt prætorias reales & perſonales: quia
quædam reales ſunt ciuiles tantum: quædam præ-
toriæ tantum: præiudiciales diſtinctè tractauit, vt
oſtenderet quòd quædam ſunt ciuiles & ideo or-
dinatè proceſsit. A. §. omnium. tractauit de ciuili-
bus tantum vſque ad. §. aliæ. conſequenter tracta-
uit de prætoriis tantum, ſcilicet de pub. reſciſſo.
ſeruiana. quaſi ſeruiana: de conſtituta, de peculio:
& de pœnalibus in §. pœnales. Poſteà, quia quæ-
dam reperiuntur præiudiciales, quarum quædam
ſunt prætoriæ: quædam ſunt ciuiles: & ideo de eis
quarum quædam pertinēt ad ius prætorium, quæ-
dā ad ius ciuile. tractauit vltimo loco: & infrà in
§. ſic itaque, & §. plane & §. appellamus. tra-
ctat ſimiliter mixtim de act. perſonalibus & in
5 rem. † Sequitur opponere. iij. loco, quia videtur
quòd præiudiciales oon poſsint habere locum,
vel ſaltim iud. officium non poſsit habere locum
quia vbi actio ordinaria locum habet, iudic. offi-
cium nō poteſt habere locū. vt l. in cauſæ. in prin.
ff. de mino. & de eden. l. quædam. & de damno in-
fecto. in l. qui bona. §. de illo. & l. dāni. §. emptio.
ff. de dam. infec. l. in prouinciali. §. ſi in loco. ff. de
no. oper. nun. & in multis ſimilibus. Sed vbi filius
meus mouet controuerſiam de ſeipſo: quia con-
tendit ſe non eſſe filium meum, poſſum agere iu-
dicis officio, & petere quòd pronuncietur filius
meus, & exhibear mihi debitam reuerentiam: vt
lege prima §. per hanc. ff. de rei vendica. & lege
quarta. ff. de libero homine exhiben. Ergo il-
lud officium excludit hāc actionem vel quod ve-
rius videtur, iſta actio excludit officium iudicis
ergo

ergo iud. of. non videtur habere locum. Ad iſtud
eſt facile reſpōdere: aliquādo iudicis officium im-
ploratur contra ius cōmune. Aliquando ſecundū
ius commune. Primo caſu, vt ſi minor petit re-
ſtitui contra contractū: vel cōtra aliquid in quo
reperitur læſus, ius cōmune eſt, quòd pacta ſeruen
tur: & iudicis officiū non poteſt habere locū, vbi
actio de iure cōmuni eſt prodita. Secundo caſu
vbi non eſt &c. ſed ſequitur naturā iuris cōmunis:
ſi filius dicat ſe non eſſe filiū meū, non eſſe in po-
teſtate mea, poſſum proponere iudi. offi. & petere
eum pronūciari filiū meū, & quòd exhibeat mihi
reuerētiam. Itē poſſum agere præiudiciali in rem,
quæ appellatur de partu: vt hic & præall. l. j. & ibi
ſolet aliquid notari. ff. de rei vend. Et vlterius
modo reſtat quęrere vt intelligatis prima quæſtio
6 quæ formatur eſt valde debilis † Quare præiudi-
ciales dicantur actiones in rem: nā proponūtur à
perſona cōtra perſonā, dico te ſeruum meū: quia
dico te vinculo ſeruitutis aſtrictum. Itē dico te li-
bertū meū, ergo debet appellari in perſonā. Plus,
ſi dico te filium meū, dico te poteſtati meæ ſubie-
ctum, & aſtrictū præſtare mihi alimenta, & debi-
tam reuerentiā quā debent præſtare liberi paren-
tibus: ergo ſunt actiones in perſonam. Ad iſtud
eſt reſponſio prōpta & facilima. In rem dicuntur
quia natura realium eſt, ꝙ per eas vendicētur res:
hic per præiudiciales vendico rem. i. perſonā, quę
eſt loco rei quātum ad hoc vēdico te in libertum
meum & in ſeruū meum tanquā bouem: vendico
te in filium meū, negantē te eſſe filium: per quam-
libet iſtarum rerum vēdicantur. Item ecōtra ſi
vendicas te in libertatē & ingenuitatē, vel in non
filiationem aſſerens te nō eſſe filium. Item ſi a-
gebam de libertinitate & ingenuitate: & tu reſiſte
bas, dicebáſque me libertum. vendico ius ingenui
tatis. Item ſi dico me filiū, vendico ius filiationis:
& ideò in rem appellátur ex quacunq; parte con-
ſiſtāt. Modo aduertatis ad quandā quæſtionem
quæ eſt aliquantulū dubitabilis circa hoc & nun-
quam inuenietis eam formatā, nec hic nec alibi,
7 tamen eſt facilis, vtrū præiudiciales † dentur illis
qui ſunt in quaſi poſſeſsione rej de qua litigatur.
verbi gratia, poſsideo aliquem tanquam ſeruum
meū, volo proponere pręiudicialē, & petere quòd
pronuncietur ſeruus meus, quia timebā ne recal-
citraret & prouocaret ad libertatē: Vel econtra,
ipſe erat in quaſi poſſeſsione libertatis, & cōfidēs
de iure ſuo vult pronunciari liber, & agere præiu
diciali. Item ſi ſum in quaſi poſſeſsione iuris pa-
tronatus vel econtra: ipſe in quaſi poſſeſsione in-
genuitatis: & idem in alia de partu agnoſcendo.

Prima facie videtur quòd non dētur poſsidēti-
bus: quia actiones in rem non dantur ei qui eſt in
poſſeſsione vel quaſi: ſed contra eū vt ſuprà in §.
contrà quoque. & l. j. §. interdictū. ff. vti poſ. ergo
&c. Mihi videtur ſalua ſemper veritate & meliori
ſententia, quòd dētur etiam poſsidenti, vel quaſi.

Primò per vnū arg. generale cui nō poteſt bene
reſpōderi. Secūdò per aliud ſpeciale, quia caſus
& ideo peius poteſt reſpōderi. Primò quia act.
quæ datur pro re incorporali, datur exiſtentibus
in quaſi poſſeſsione iuris de quo agitur. hæc eſt dif
ferentia inter act. rea. quæ dātur pro re corporali:
quia pro corpo. dantur non poſsidentibus tan-
tum, vt ſuprà in §. contrà quoque. & l. j. §. interdi-
ctum. ff. vti poſ. Sed illæ quæ dātur pro incor. dan-
tur etiam poſsidentibus ius, de quo litigatur: vt l.
vti frui. §. ſicut. ff. ſi vſuſf. pe. l. & ſi fortè. §. ſciendū.
ff. ſi ſerui. ven. Sed iſtæ principales de quibus tra-
ctatur, proponuntur pro iuribus incor. i. pro iure
dominij, quod in perſonā ſerui me habere cōtēdo:
pro iure patro. quod in perſonā liberti me habere
contēdo: pro iure filiationis, quod in perſonā filij
me habere contendo. Et econtra à ſeruo pro iure
libertatis: à liberto pro iure ingenuitatis: à filio
pro iure in quo ſe non eſſe filiū contēdit. Et cum
iſta iura ſint incorporalia, ſequitur quod &c. Præ-
terea videtur caſus ſi quis bene conſideret tex. ca-
8 uetur in l. quòd ille † qui naſcitur ex marito & v-
xore matrimonio conſtante eſt in quaſi poſſeſsio-
ne filiationis: vt l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel
alie. iur. in alia lege cauetur quòd talis poteſt pro-
ponere præiudicialem de partu agno. vt. l. ſiue cō-
tra pronunciauerit. §. j. ff. de li. agno. Et propte
rea nō videtur mihi aliqua quæſtio: dubitatio po-
teſt eſſe: tamen videtur mihi quod iſta ſit veritas.
9 Modo † quæro iij. & aduertatis iā determinaui
iſtud legendo text. Tamen vt melius intelligatis
adhuc dico, vtrum præiudicialis de libertate &
ſeruitute habeant locum demum ſi dico aliquem
ſeruum, vel ipſe ſe liberum: & ſic in alijs. Iam ego
reſpondi, ſemper habet locum de libertate & ſer-
uitute: ſi peto pronūciari ſeruum vel econtra, tu
petis te pronunciari liberum. vt l. lib. §. finali. de
libe. cau. & ſi libert. inge. eſſe di. l. ij. § j. & ſi. cū l. ſe.

Item ſi peto te pronunciari libertū meum, vel
tu econtra petis te pronunciari ingenuum, habet
locum pręiudicialis de libertinitate & ingenuita-
te: vt præalle. l. fi. ſi libert. ingen. eſſe di. & proba-
tur in l. ſi duo patroni. circa princ. de iureiur. Itē
ſi ago contra te petens te pronūciari filiū meum:
vel tu econtra petis te pronunciari non filium,
appellatur pręiudicialis de partu agno. vnde pręı-
iudiciales appellantur ex quacūque parte propo-
10 nuntur. † Reſtat quærere. iiij. loco: & iſta q. eſt
aliquantulum dubitabilis, quare dicantur præiu-
diciales: iſta eſt bene dubitabilis. Quidā dicebāt
quia in modum excep. oppoſitæ præiudicant alijs
& ab agendo repellunt, ſi agas cōtra me pe. hære.
& ego in modū exceptionis propono te ſeruū, vel
teſtatorē fuiſſe ſeruū, iſta exceptio repellit te ab
agendo vt l. prima. & ij. de ordi. cog. Alij dice-
bant, quia ſententia in eis lata præiudicat omni-
bus. Nam ſi pronūcietur aliquē eſſe ingenuum,
præiudicatur omnibus vt l. ingenuū. de ſtat. hom.
Tamen iſta reputo quandā diuiſionē: quia ſi pro-
nūciatur in querela inof. te. Iſta ſentētia præiudi-
cat omnibꝰ: vt l. pap. §. ſi ex cauſa. ff. de inof. te. er-
go querela debet appellari præiudicialis. Item ſi
pronūciatur ſuper ætate: ſentētia præiudicat om-
nibus: vt l. de ætate. ff. de mi. & ibi ſolet notari: ſi
pronūciatur aliquē eſſe clericū, vel decurionem,
vel in aliqua conditione eſſe, ſentētia præiudicat
omnibus. vt l. quotieſcunque. C. de decu. lib. x.
Ergo quælibet iſtarum deberet appellari. præiu-
dicialis: quæ opi. continet veritatem & eſt opin.
d. Io. & videtur in effectu idem dicere quòd pri-
ma opi. tamē non eſt verum quod dicat. Itē præ-
iudiciales appellantur: Aduertatis qualiter limi-
tat quia præiudicat omnibus. q. quæ non poſſent
tractari: ſi verum eſſet quòd in pręiudiciali de-
uenit verbi gratia. Peto te in ſeruum agendo
præiudiciali de libertate & ſeruitute: pendente
iudicio tu vis me accuſare, poſito quòd eſſet
verus ſeruus, tu non poſſes me accuſa-
re: quia

te:qnia ſerui prohibentur accuſare dominos.Ago
contra te præiudiciali de partu agno.de libertini-
tate & ingenui. ſi conſtaret te eſſe libertum, tu
non poſſes me accuſare:niſi proſequaris toam vel
tuorum iniuriã.vt l.hi tamen.§.liberi.ff.de accu.
Ago contra te præiudiciali de partu agnoſc.tu di
cis,ego volo agere contra te rei ven. ad fundum:
ſi primum eſſet verum,non poſſes:vt l.lis nulla.ff.
de iud.vel ago contra te præiudiciali de libertate.
& ſeruitute:tu dicis, ego conuenio te hæred. pet.
non potes,ſi verum eſſet quòd in præiudiciali de-
uenit.vt l.aj.C.de or.cog.ergo &c.& iſta eſt rectiſ-
ſima opi.Io.tamen illis quæſt.quæ poſſent proce-
dere ſi verum eſſet quòd in præindiciali deuenit,
non præiudicat:bene ſcitis quòd ſeruus regulari-
ter non poteſt agere contra dominum, vel accu-
11 ſare dominum. † Fallit in caſibus,in crimine fal-
ſæ monetæ annonæ fraudatæ:bene poteſt & in a-
liis caſibus in l.vix certis ex cauſis.ff.de iu.Pona-
mus etiam,ago de libertate & ſeruitute contra te,
pendente iudicio vis me accuſare de crimine an-
nonæ frandatæ:vel falſæ monetæ,bene potes:quia
ſi verum eſſet quòd in prima deducitur: nihilo-
minus poſſes me accuſare: dicuntor ergo præiu-
diciales &c.Et intelligatis quòd præiudicant ſiue
proponantur in modum exceptionis ſiue in mo-
dum act.Ago cõtra te præiudiciali,dicens te eſſe
ſeruum:vis agere rei ven. Idem econtra agis rei
ven. propono quòd ſis ſeruus, vel agis hæred. pe.
ita excludunt alios propoſitæ in modum exce-
ptionis ſicut in modum act.vt l.j.ij & iij.C.de nr.
co. Reſtat quærere vlterius.v.loco,vel vj.an iſtæ
12 † dicantur præiudiciales:etiã ſi nulla alia quæ-
ſtio tractetur:ago contra te præiudiciali:quia di-
co te eſſe ſeruum meum, tu non agis aliquo iud.
nõ petis aliquid cui poſſit præiudicari, per iſtam
glo.dicitur & rectè,quòd ſemper appellãtur præ-
iudiciales:licet non de facto ſemper præiudicent:
quia ſemper ſunt aptæ præiudicare: & actiones
debent iudicari aptitudine nõ actu inſpecto,ſicut
aliàs dicitur, actio legis aquil. eſt pœnalis: quia
poteſt eſſe, quòd competit habito reſpectu ad an-
num retro:vel ad xxx. dies vel non. Nam poteſt
eſſe quòd res non valuit plus in anno retro,vel à
xxx.diebus proximis,& tamen eſt pœnalis:vt ſu-
prà ad l.aqnil.§.his autem verbis.Plus aqua quo-
tidiana appellatur, quæ quotidie apta eſt duci:&
ſi non quotidie ducatur. vt l.j.§. duo genera ſunt
13 aquarum.ff.de aqua quoti.& æſti. † Quæro vl-
terius an præiudicialis poſſit proponi coram di-
uerſis iudicibus:verbi gratia,dico te ſeruũ meum
coram vno iudice,alius dicit te ſeruum ſuum co-
ram alio iudi. proceditur ne coram aliis iudi.vel
de neceſſitate oporteat quòd proponatur coram
eodem iudi. Ad iſtam q.reſpondet text. & ideò
non eſt præiudicialis quæſtio:aut dico te ſeruum
inſolidũ,& ago inſolidum corã diuerſis iudi.Aut
dico te ſeruum meum pro parte.M.pro alia:tunc
oportet quòd tractetur coram eodem iudice. Ne
forte vnus pronunciet pro parte liberum,& alius
pro parte ſeruum. nam impoſſibile eſt quem eſſe
pro parte liberum, & pro parte ſeruum. Et ideò
vt euitetur iſta perplexitas, & ea contrarietas o-
portet quòd cauſa tractetur coram eodem iudi-
ce:& iſte eſt caſus in l.cognitio.§.ſi plures.ff.de li.
14 cauſa. Vlterius quæro, ſi pater poteſt † vendi-
care filium adiecta cauſa,de iure quiritum,de qua
in l.j.§.planè.ff de rei vend.poteſt agere præiudi-
ciali de partu agno. & in quo differant iſtæ duæ.
Iſtæ duæ differunt in tribus: quia actio quæ pro
ponitur contra eum qui detinet filium adiec,cau
ſa de iure romano,eſt ciuilis:iſta præiudicialis de
partu agno.eſt prætoria: & ideò differunt in ori-
gine. Præterea differunt in effectu: quia in præ-
iudiciali de partu agno. inquiritur principaliter
an ſit filius, vel non. Sed in illa an ſit in poteſta-
te,nam poſito quòd eſſet filius, ſi non eſſes in po-
teſtate, non haberet locum: Sed præiudicialis de
partu agnoſcendo haberet locum, ſi eſſet filius
dato quòd non eſſet in poteſtate. Præterea dif-
ferunt in quodam tertio: quia rei ven.quæ datur
adiec.cauſa &c.proponitur cõtra quendam ter-
tium, qui filium meum inuitum detinet. Sed i-
ſta proponitur contra filium,qui ſibiipſi contro-
uerſiam facit: & ideo differunt in origine & effe-
15 ctu Quia vlterius poſſet † quæri octauò, An re-
periãtur plures præiudiciales quàm iſtæ quæ enu-
merantur hic. ſine dubio iſtæ magis præiudicant
aliis:tamen ſecundum glo.reperiebatur olim alia
ſcilicet petitio hæreditatis quæ præiudicabat a-
liis quæſtionibus vt l. ſi quis libertatem. & l. di-
uus.§.vlt.ff.de pe.hære. & l.ſi poſt litem. ff. de ex.
Hodie non præiudicat aliis, vt l. filius. C. de pe.
hæred.Et ideo hodie non poſſet præiudicialis ap-
pellari. Remanent ergo ſolum tres. hodie enim
16 perdidit illud ius. † Ego credo quòd præiudi-
ciales poſſunt dici omnes quæ præiudicant aliis
quæſtionibus:tamen iſtæ magis appellantur præ-
iudiciales:quia magis præiudicant:ſed bene repe-
riũtur aliæ quæ poſſunt dici præiudiciales. Si ago
rei ven.ad fundum:& pendente iudicio ago con-
feſſoria, dicens mihi ſeruitutẽ deberi ad eum per
alium fundũ:iſta ſecunda præiudicat primæ:quia
ſi contingit quòd in prima abſoluatis, ſententia
abſolutoria pareret exceptionem rei iudicatæ in
petitione viæ.Nam ſi ago ad fundum, & peto di-
midiam partem fundi, & pendente iudicio volo
agere communi diuidũdo & petere aliam partem
non poſſum:quia ſentẽtia abſolutoria lata in pri-
ma pareret exceptionem rei iudicatæ in ſecunda.
Itẽ ſi ago rei ven. contra te ad fundũ,pendente.
iudicio volo agere ad fructus,nõ poſſum:quia ſen
tentia abſolutoria lata in prima parit excep.in pe
titione fructuũ.Et generaliter iſta eſt regula gene-
17 ralis ad omnes præiudiciales. † Quoties prima pe
titio ſic ſe habet ad ſecundã, quòd ſententia abſo-
lutoria lata in prima,pareret exceptionẽ rei iudi-
catæ in ſecunda,prima eſt præiudicialis ad aliã vt
l.fundũ,& l fundi.& l.ſed ſi ante.ff.de exc. Quæ-
18 ritur verũ iſtæ actiones reperiãtur directæ & con-
trariæ vel directæ ſolũ.quæſtio gl.eſt.tamẽ cõtra
dicit ſibiipſi poſteà:ſi ago cõtra te act.præiudicia-
li actio quam propono eſt directa: ſi tu econtra
agas eſt contraria. dicunt quidã quòd ſicut man-
datori datur directa, mandatario contraria. de-
ponenti directa, depoſitario contraria:ita & hic.
truffa eſt. Non eſt inuenire quare dicatur magis
directa in perſona vnius, quàm in perſona alte-
rius.omnes ſunt paris conditionis:quilibet poteſt
prouocare: & ideo ſicut in ſociis actio quæ datur
vtrique eſt directa quia paris ſunt poteſtatis duæ
ſunt actiones ex empto & ex vendito, & ex loca-
to & conducto: & vnum nomen non accedit al-
teri:& ideo vtraque eſt directa. & ita hic, ita ſo-
let not. in l. conſenſu ff.de actio. & obliga.ita di
cit gloſ. & bene, niſi quòd vituperauit ſe in fine.

Sequitor

19 †Sequitur qualiter debeat formari libellus: & quandoqne errant aduocati: ſi homo intelligeret, ſatis eſſet facile formare libellos. Sed quia aliquando non intelligunt bene iudices, ideò formant malè. Et multæ cauſæ perdũtur: illa eſt cauſa quare multoties illi qui habent ius perdunt.

Qualiter formetur libellus in præiudiciali de libertate, & ſeruitute, patet: proponit talis talem eſſe ſeruum ſuum: & ideo petit eum pronunciari ſeruum, & ei exhiberi ſeruitia, quæ ſerui debent dominis exhibere. Econtra, aut eſt in quaſi poſſeſsione ſeruitutis, aut libertatis: quia aliter formatur libellus quando eſt in quaſi poſſeſsione libertatis: Si eſt in quaſi poſſeſsione ſeruitutis ſic. Proponit talis coram vobis domine iudex, ꝙ indebitè & iniuſtè tractatur à tali: & ideò petit ſe pronunciari liberum, & eximi de quaſi poſſeſsione ſeruitutis. Si eſt in quaſi poſſeſsione libertatis ſic. Proponit talis coram vobis domine iudex, ſe eſſe in quaſi poſſeſsione libertatis: tamen dicit ſe inquietarũ à tali: & ideo petit ſe pronunciari liberum: & imponi ſilentium ne de cætero inquietet me. Idem in præiudiciali de libertinitate & ingenuitate. Propono talem eſſe libertum meum; & ideo peto eum pronunciari libertum meum; & quod mihi exhibeat debitã reuerentiam: præſter ea quæ ſolẽt præſtare liberti patronis. Si libertus petat ſe ingenuũ, ſi eſt in quaſi poſſeſsione libertinitatis: proponet quod detinetur à tali indebitè: & ideò petit &c. Si eſt in quaſi poſſeſsione ingenuitatis proponit &c. In præiudiciali de partu agnoſcẽdo: ſi pater vult vẽdicare filiũ: proponit talis quòd M. eſt filius ſuus, natus de legitimo matrimonio contracto cum Berta: & ideo petit eum pronũciari filium ſuum, & vt exhibeat ei ea quæ ſolent liberi parentibus exhibere. Et ecõtra proponit taliter ſe eſſe filium Sempronij: & ideò petit ſe pronunciari filium, vt percipiat alimẽta &c. quæ filij ſolẽt à parentibus

20 percipere. †Quæritur vndecimò quo iure debeãt peti adſcriptitij cẽſiti & coloni. Et in quo iſti cõueniant & differant, inuenietis tractatum plenè in gl. rubric. C. de agri. & cen. li. xj. Quidam dixerũt quòd per ind. of. iſta opi. reprobatur per gl. & in veritate eſt reprobatio ſatis debilis & inutilis. dicit quod iudicium nõ poteſt habere locũ: quia non extenditur ad futuras præſtationes. vt l. j. ff. de vſur. ſi ego peto aliquẽ pronuntiari aſcriptitium, cenſitũ vel colonũ propter futuras præſtationes: ergo &c. & ita malè dicit quòd nõ poterat dicere peius. poſteà contradicit ſibiipſi. Alij dixerunt, & iſta opi. videtur approbari in glo. quod ego peto vtili præiudiciali directa & econtra vtili præiudiciali contraria. Aduertatis, vos non intelligetis eã niſi aduertatis, & videtur tota falſa: tamẽ non eſt, ſi peto te pronunciari colonũ &c. Ago vtili, quia directa non habet locũ niſi pro verè ſeruis. iſte nõ eſt verè ſeruus; vt l. quẽadmo. C. de agr. & cen. tamẽ quia quãtũ ad dominiũ habetur loco ſerui. vt l. quemadmodũ. C. de agri. & cen. & l. ij. C. in qui. ca. col. cen. li. xj. Et ideò vtilis proponi poteſt directa ad differẽtiã contrariæ non vtilis: quia tunc gl. eſſet ſibi contraria: & ideo diceris directa reſpectu cõtrariæ: tamẽ reſpectu vtilis, vos habetis infrà in §. vl. illæ ſunt diuiſiones quæ ponũtur in prin. arboris actionũ. quædam vtilis, quædam directa, quædã contraria. hic appellat contrariam reſpectu directæ non reſpectu vtilis. Et econtra ipſe poteſt agere vtili con-

21 traria reſpectu directæ. Vltimò † loco formatur quædã quæſtio, aliquis debet mihi. x. annua. quia ipſe, vel maiores ſui promiſerũt cum cauſa, vel ex tempore: cuius nõ extat memoria: vel probo præſtationẽ x. an. & allego ſtipulationẽ interueniſſe: & ideò debet cõdemnari. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. quo iure petã: dicit gl. & videtur dicere malè, pei⁹, & peſsimè: quod iudicis officio.

Nõne ſuprà dixi cõtrariũ, quòd iudicis offi. nõ debet extẽdi ad futuras præſtationes vnde errant hic. quę deriſio eſt iſta ſi fuerũt ꝓmiſſa, quomodo agã iu. of. debeo agere via ordinaria, vel agere ex ſtipulatione præſumpta quãdo poteſt hæc habere locum, quando allego ſolũ conſuetudinẽ vt peto par caponũ quia tu & maiores tui præſtitiſtis. hic poteſt habere locũ. Sed quomodo nonne eſt ſibi contraria. Nonne ſuprà dixit quòd extenditur ad futuras præſtationes. Non poteſt reſpõderi niſi quòd errauit. Aut natũ eſt ius de præſenti propter futuras præſtationes, aut non. dico te obligatum ad x. ex empto teneberis ad vſuras: ſi volo quod condemneris ad ſortem poſſum, ſi ad vſuras non poſſum. & ita loquitur l. illa de vſuris. Sed vbi ius eſt de præſenti natũ, poteſt fortè iud. of. de præſenti cõpetere. quòd fiat cõdẽnatio de futuro: cauetur in lege, feciſtis opus, quo mediante aqua pluuia poteſt mihi nocere, tamen non nocet: & tamen poſſum agere vt caueas de damno futuro: vt l. j. §. hęc actio: ff. de aqua plu. ar. Ago confeſſoria, quia inquietas me, dicẽs te habere ſeruitutẽ quam nego te habere: quia ius habeo de præſenti, condemneris, ne inquietes in poſterũ vt l. harum & l. egi. ff. ſi ſerui. vẽ. & patet per multos caſus: ſtipulor à te mihi dari. x. vſque ad x. ann. obligatio nata eſt præſenti vt l. cedere diem de verbo. ſig. & ſuprà de verb. ob. §. in diem. & l. centeſimis. ff. de ver. ob. ita poteſt procedere opi. glo. Amodo ſi vos aduertatis, vos habetis pleniſsimè materiã de præiudicialibus: ſi vultis quòd repetã, poſſum: tamẽ omnia ſunt in gl. exceptis tribus vel quatuor.

SVMMARIA SVPER §. SIC ITAQVE.

1 *Summa §. ſic itaque. & eius expoſitio. & nume. 2. 3. 4.*

3 *Expreſsio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur.*

4 *Exceptio vt procedat debet eſſe de regula.*

Defenſores à defendendo dicti.

5 *Actiones perſonales an pro re propria proponantur. & numero 6.*

7 *Condictiones quæ dentur contra furem.*

5 SIC ITAQVE. §. iſte loquitur

1 cõmuniter de act. perſonalibus & realibus: & oſtendit quę ſit propria materia actionum perſonalium & realium, & in quibus differant perſonales a realibus: & in effectu nihil aliud dicit vſque ad §. ſequens. Caſus patet hoc modo in terminis: ponamus quòd aliquis poſſidebat fundum, cuius dominium ad me pertinebat, volo agere contra eum rei ven. & fundum recuperare, & formo libellum hoc modo. Et aduertatis vt quando eritis aduocati. ſciatis formare libellum.

Ago contra talem, quem dico poſsidere talem fundum,

fundum, quē dico ad me pertinere iure dominij,
& ideò peto eum condemnari ad fundum mihi
dandum: dubitatur an iſta petitio ſit rectè conce-
pta: & reſpondetur quòd nullo modo eſt rectè cō
cepta: quia dare eſt accipientis facere. & in eo
ꝙ ſum dominus, non poſſum vlterius fieri domi-
nus: & ideò videor mihi contrarius tamen eſt in-
uenire quòd actio perſonalis proponitur pro re
propria. Et aduertatis iſtum caſum non intelli-
git gloſ licet multas citārias ponat ſuper hoc. Po-
namus, aliquis ſurripuit ſeruum meum, poſſum
agere contra eum rei ven. quia per furtum non
perdidi dominium, nihilominus omiſſa rei ven.
volo agere condictione fur. & reſpondetur quòd
odio furum inductum eſt quòd teneatur pluribus
actionibus, rei ven. & cōdi. fur. quæ eſt per quam
aliquis compellitur ad reſti. rei. Vlterius dicit,
quòd inter actiones in rem & in perſonam dif-
ferētia eſt in hoc: quia actiones in rem appellātur
vendicationes: actiones in perſonam appellantur
condictiones: quia cōdicere eſt denunciare alicui
quod debitum ſoluat. denunciationes fiebant o-
lim antequā aliquis conueniretur: hodie ſunt ſub-
latę: & nihilominus actiones perſonales condi-
2 ctiones appellantur. † §. iſte continuatur ad. §.
primū iſtius tituli hoc modo, dictū eſt in primo
§. iſtius tituli, quòd actiones quædam ſunt in rē,
quædam in perſonam. Dico ergo modo ex quo vi
dimus quæ actiones ſunt in rem, quæ in perſonā,
videamus qualiter diſcernantur: ideò videamus
de effectu qualiter & ad quid proponantur perſo
nalis & realis. Caſus ergo patet ita in terminis vt
ſuprà. ſi aliter formaretur fortè minus bene for-
maretur. *Diſcretis*. id eſt ſeparatis & diuerſis in §.
omnium. *Si apparet*. Quidam habent in litera
ſi apparet: & tunc iſta verba ſunt ſuperuacua: alij
habent ſi appareret. & tunc ſimiliter ſunt ſuperua
cua. Et quidam non habent iſta verba ſicut ego:
& tunc iſta litera ſtat bene. ſi habeatis, ſi apparet,
tunc diceris, quòd erat quædam verborum ſolen-
nitas, cū qua proponebatur actio perſonalis ſub
conditione tali. & hodie eſt conditio tacita, &
natura petitionis ſic ſe habet, quod reus debet
abſolui ſi actor nō probat quod in petitione con-
tinetur. vt l qui accuſare. C. de eden. l. res alienas.
C. de rei vē. l. actor. C. de proba. infrà de interdic.
§. commodum. Iſta adiectio nihil operatur, ſi
3 exprimatur: quia lege cauetur, quòd † expreſ-
ſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur. vt
l. ſi in diem. §. ſeruo. ff. de condi. & demon. l. hæc
verba. de le. j. cum ſi. Præterea videte illud quod
ſolet hic dici, ego audiui aliquando iſtud expo-
ni mirabiliter per quoſdam doc. tamen tantum
facit quātum iſta columna: ego nolo dicere illam
expoſitionem: quia deriſio eſt, in veritate non di-
cam. *Dari*. i. illud intelligitur dari, cuius dominiū
in accipientem transfertur, vt hic: & l. ſi ita. §. j. ff.
de contrahen. em. l. vbi autem non apparet. §. hæc
ſtipulatio. de ver. ob. *Fieri*. primo dominio perſe-
uerante. Nam ſi habeo dominiū alicuius rei, ven-
do tibi, & trado, deſino eſſe dominus, ſi emerem à
te, quærerem dominium de nouo, etiam ſi tertiò
emerem: & iterum vēderem: & ideo regula debet
intelligi primo dominio perſeuerante. *Plane*. mo-
do aduertatis, quia iſta exceptio intelligitur val-
4 de malè exceptiones † ad hoc vt rectè procedant
debent eſſe de regula. gl. dixit multa verba, & val-
de malè: tamē dixit valde magiſtraliter ad has ex-
ceptiones &c. ſi formarem regulam de homine,
& ponerē exceptionē de aſina, exceptio eſſet val-
de inepta: ſi regula formatur circa actiones, & ex-
ceptiones debent formari circa actiones. Si circa
reales, vel perſonales, except. debēt eſſe ſecundum
caſus, qui in regula ponūtur: ita tractabatur ple-
nè in l. j. de regu. iur. & in authen. de non ali. §. vt
autem lex. Quomodo formatur hîc excep. in ve-
ritate opi. gl. eſt, quod formetur mirabili modo:
dictum eſt quòd actio perſonalis non proponi-
tur pro re propria. fallit in condi. furtiua. impro-
pria eſt exceptio: dictū eſt, quod nō poſſum agere
actione perſonali pro re propria ratione proprie-
tatis, licet cōcedatur ratione poſſeſsionis ad hoc,
vt ſit recta exceptio, oportet quòd ſit exceptio ra-
tione proprietatis, & nō actio perſonalis propo-
natur ratione proprietatis, licet cōcedatur ratio-
ne poſſeſsionis tamen eſt inuenire caſum in quo
poſſum proponere actionem perſonalem de re
mea ratione proprietatis: ſi tu ſurripias librum
meum, regulare eſt quòd non poſſum condicere
rem meā niſi à fure: contra te poſſum proponere
cōdictionē fur. ratione proprietatis rei meæ quā
contrectas. *Quo magis*. i. quo verſatur odium.
Odiū verſatur in eo quod dicit litera, vt teneatur
pluribus actionibus: nam dicitur in lege quod
habere plures actiones pro re petenda priuilegiū
eſt. vt l. cùm filius. §. variis. de le. ij. Ergo ecōtra ex
parte eius qui cōuenitur pluribus act. odiū verſa-
tur: ſi ex vna parte verſatur fauor, ex parte oppo-
ſita verſetur odiū: alia ratione verſatur odium: &
iſta eſt optima opin. quam gl. ſuppler. quia condi.
fur. infamat apud bonos & graues, licet nō irro-
get infamiam iuris: vt l. licet & l. honori. & l. pa-
rens. ff. de obſequiis. Item in tertio quia condi.
furt. non liberatur quis rei interitu. vt l. vlti. ff. de
condi. fur. ſed in rei ven. ſic. vt l. itē ſi verberatū. §.
vl. ff. de rei vendic. ergo triplex verſatur odiū. *Hac
actione*. ſ. perſonali. Si. i. quia exponunt gl. ſi con-
ſtaret de furto tunc iſta conditio ſi tenetur cau-
ſatiuè: tūc ſi conſtat de furto, gl. exponit propriè.
Sed ſi dubitatur de fur. & agebatur condi furtiua
tunc ponitur cōditio aliter. i. ſi apparebit de fur-
to. *Appellamus*. modo ſequitur videre qualiter
appellentur actiones in rem, & in perſonā: vt ſic
differant quantum ad nomina in re quæ propo-
nuntur pro rebus corporalibus vt eſt directa rei
ven. & vtilis ſeruiana, & quaſi ſeruiana, & etiam
quæ proponuntur pro rebus incorporalibus. Nā
ſicut res corporales vendicātur ità & incorpora-
les. vt patet in rub. & in l. ij. ſi ſerui. ven. & ſuprà
in. §. æquè. *Condicere*. ſequitur vnde ſumpſerit i-
ſtud nomen. *Priſca*. latina vel græca quid ad rem
olim ſi intendebam aliquem cōuenire, vt aliquid
daret vel faceret, conſuetudo erat quòd ei facerē
denuntiari quod daret vel faceret: & hodie fit de
quadam vrbanitate. vt l. quidā hyberus. ff. de ſer.
vrbanor. præd. Quo tempore fiebat iſta denun-
tiatio, non eſt multum curandum: tamen glo. di-
cunt, & credo quod verum dicunt, quòd iure ve-
teri primo adibantur magiſtratus, à quibus po-
ſtulabantur actiones, & antequam aliquis conue-
niretur, denūciabatur ei quòd ſatisfaceret: ſi non
ſatisfaciebat, actio formabatur à magiſtratu, &
formabatur libellus: hodie iſtæ impetrationes
ſunt ſublatæ. & contrahūtur denūciationes. vt C.
de formul. & impetra. & infrà de interdictis. §.
cōmodum. & l. vl. C. de interdictis. *Abuſiuè*. id eſt

impꝛoprie: tunc appellatur ſignificare propriè,
quando nomen cõſignificat rem quam conſigni-
ficare intendit, quando nomina ſunt conuenien-
tia rebus. Defenſores appellantur, quia defen-
dunt vt ſuprà de dona. §.eſt & aliud.l.defenſores
C. de defen.ciui.l.ij.§. exactis.ff. de orig. iur.l.ij.
§. appellata. ff. ſi cert.pet. Sed condictio non ſi-
gnificat propriè actionem perſonalem. & ideò ſi
actio perſonalis appellatur condictio, impropria
eſt ſignificatio, & abuſiua. Or ſi uos intellexiſtis
text.ſic ego dico, & expon.text. ſicut ego expoſui,
iſtæ glo.nihil quaſi faciunt ad propoſitũ ſatis cer-
tauerunt de lana caprina, & finaliter non poſue-
runt veritatem. Tamen nihilominus narrabo vo-
bis quod glo.intendunt, & omnia dicam formã-
5 do.v.vel vj.quæſtiones. Hic dicitur, quòd † actio-
nes non poſſunt proponi pro re propria: quilibet
veſtrũ ſtatim cogitabit contrarium: actio cõmo.
eſt perſonalis, & tamen proponitur per me pro
re propria. Similiter actio depoſiti contra depoſi-
tarium. Et interdictum vnde vi contra eum qui
me violenter expoliauit, ergo &c. Ego reſpõdeo,
aut actio proponitur pro re propria danda peti-
tori, Aut pro re propria reſtituẽda. Primo caſu
inepta eſſet petitio, peto talem fundum quem
poſſides, quem dico ad me pertinere iure dominij
mihi dari: quia dare eſt accipiẽtis facere. & quod
meum eſt non poteſt vlterius fieri meum. & ita
loquitur hic. Secundo caſu habent locum con-
traria, ſi ago contra te actione commodati, non
peto quòd des mihi rem ſed quod reſtituas de-
tentationem quæ eſt penes te. Idem in depoſito:
quia rei commo. &c. vnde pro re mea mihi dan-
da actio non proponitur: & ſic §.iſte.pro re mea
reſtituenda. & ſic probatur per legem nemo ff. de
verborum obligationibus. Illa lex diſtinguit
ſolutionem omnium contrariorum: ſi ſtipulor
rem meam mihi dari, ſtipulatio inutilis eſt: quia
quod meum eſt, non poteſt vlterius fieri meum.
Si ſtipulor rem meam mibi reſtitui, bene valet in
re propria petitoris: vt l. nemo. ff.de verborum
obligationibus. Vlterius oppon. ad rationem
quam litera ponit: dicitur in litera, *nec enim res
quæ eſt actoris poteſt vlterius magis eius fieri*. Et ad
iſtud opponit gloſſ. & eſt oppoſitio puerilis. Ta-
men ſi non aduertatis, eſt multum ſubtilis: quia
eadem res poteſt mibi deberi ex pluribus cauſis
vt ex empto, & ex cauſa legati: vt lege & an ea-
dem.§. actio. ff.de exceptio. rei iudicatæ, ergo ex
pluribus cauſis poteſt fieri mea: ergo quod meũ
eſt, non poteſt vlterius fieri meum. Propoſitio
eſt vera: tamen aſſumptio & concluſio eſt falſiſſi-
ma. Iſtud eſt bene verum, quòd eadem res poteſt
mihi deberi ex pluribus cauſis: hodie ex cauſa
emptionis, cras ex cauſa legati: tertia die ex cau-
ſa dotis. ſed ſi contingat quòd dominium transfe-
ratur in me ex vna cauſa, non poteſt transferri ex
alia primo dominio perſeuerante: vnde poteſt
quæri dominium ex pluribus cauſis non ſucceſ-
ſiuis, ſed in idem tempus traditionis concurren-
tibus: vt ſi res eſt mihi debita, & ex cauſa ven-
ditionis in me dominium tranſlatum eſt: quan-
diu perſeuerat primum dominium, non poteſt
mihi quæri vlterius: quia ex pluribus cauſis ſuc-
ceſſiuis non poteſt quæri: vt lege tertia.§.ex plu-
ribus.ff.de acquirenda poſſeſſione. tamen ex plu-
ribus cauſis concurrentibus in idem traditionis
tempus bene poteſt: vt ſi debeatur mihi res ex
cauſa emptionis, dotis, & legati: traditur mihi eo
animo, vt ex omnibus transferatur dominium:
bene transfertur. Or vlterius opponitur, & ec-
ce oppoſitio quam gloſſa reputat valde ſubtilem
6 q. † actio proponatur pro re mea propria: quia
ſi res fuit mea in præterito, & hodie præſumitur
mea: quia dominium ſine facto meo non poteſt
à me diſcedere: quia olim dominus & hodie præ-
ſumitur dominus: vt l. ſiue poſſidetis. & domi-
nium ſine facto &c. vt in regula iuris. Si fui do-
minus, & peto rem per actionem perſonalem
ergo petitio per actionem perſonalem cadit in
re propria: & truffa eſt, ſi ego olim fui dominus,
hodie præſumor. Sed ſi propono actionem perſo-
nalem pro re aliqua, & peto rem: non ſequitur
propter hoc quòd ſi in præterito fui dominus,
quod modo ſim dominus. & actore non probãte
reus abſoluitur. Si agat reali, & probat, vtiliter pe
tit: Si nõ, abſoluitur reus. Si agat perſonali, & pro-
bat, vtiliter petit. ſi deficiat in probatione inutili-
ter petit: vt prælegat l. de edendo, & rei vendic.
C. dicit gloſſa, & ad iſtud reſpondet, & dicit ſic,
quòd debet fieri relatio ad genus actionis, non
ad ſpeciem: hic loquitur aliquantulum ſubtiliter:
& tamen dicit nihil: ſi fieret relatio ad ſpeciem,
textus non diceret verum, ſi non poſſem petere
rem mihi aliquo iure aſsignari, malè diceret, ſi
non poſſum petere rem meam mihi dari. Fallit
in condictione furtiua, in qua peto rem mihi da-
ri. & eſt vtilis petitio: ſed ſecundum iſtud videre-
tur recta petitio: & tamen eſt ita inepta, quòd
non poſſet eſſe ineptior: ſi ſtipulor à fure rem
meam mihi dari, ſtipulatio eſt inutilis propter
rationem quæ eſt hîc: quia res mea non poteſt vl-
terius fieri mea. Sed ſi ſtipulor rem meam mihi
reſtitui, vel quicquid eum dare oportet ex cauſa
furtiua ſtipulatio eſt vtilis: vt lege ſcire debemus.
ff.de verborum obligationibus. ergo non debet
dicere quòd per condictionem furtiuam petam
rem mihi dari: ſed debet dicere ſicut dixi. Vnde
omnia verba gloſſ. ſunt ſuperuacua: pro re mea
mibi danda nulla actio mihi datur: nec contra
furem, nec contra alium: quia eſſem mihi contra-
rius: & ita loquitur tex. Item alię perſonales pro-
ponũtur pro re reſtituenda ratione poſſeſsionis,
ratione proprietatis non. Fallit in condictione
furtiua, non quòd per condictionem furtiuam
petatur res dari: ſed datur ratione proprietatis
7 peto rem per cõdictionem furtiuã. † Vlterius
& hoc dicit gloſſa valde malè: ſi aliquis ſurripiat
rem meam agam contra eum alia condictione
quàm condictione furtiua. gloſſa dicit quòd ne-
mo condicit rem ſuam præterquàm à fure. id eſt
nulla alia condictio niſi condictio furtiua datur
contra furem. Textus non dicit hoc, quòd non
detur alia. Sed dicit quòd nemo &c. Textus non
diſtinguit ſpecies condictionum: vnde debet lar-
go modo intelligi, quòd nemo condicit rem
ſuam præterquàm à fure: tamen contra furem
datur condictio ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa,
vel contra eum qui res amouit, vt lege ob res a-
motas. & lege rerum.ff. re.amot. Item contra
furem datur condictio indebit. vt lege ſi vendi-
dero.§.ſi ritius. ff.de furt. & de condictione fur-
tiua probatur in lege quoniam. Sed condictio
furtiua proponitur ratione proprietatis ad peti-
torem pertinentis & in hoc eſt ſpeciale in ea
contra furem. Si tu opponas: nonne condictio
tritic.

tritic. datur contra quemlibet malæ fidei poſſeſ-
ſorem, vt l.j.& ij. in fi. ff. de triti. Nonne condi.
indebiti datur contra bonæ fidei poſſeſſorem, vt
lege indebiti. §. ſed ſi nummi. ff. de condictione
indebiti. Ad omnes iſtas oppoſitiones reſpondet
gloſſa & dicit quòd egu poſſum proponere con-
dictioné indebiti & tritic. contra quélibet ratio-
ne poſſeſsionis. Sed quod ego poſſum proponere
contra aliquem actionem perſonalem ratione
proprietatis hoc non eſt inuenire niſi io condi-
ctione furtiua.

SVMMARIA SVPER §. SEQVENS.

1 *§. Sequens, ſumma. 3. Elucidatio. & numero ſeq.*
2 *Actio depoſiti non ſemper eſt rei perſecutoria.*
4 *Legis Aquiliæ tria capita.*
*Fideicommiſſi nomine & ſingulare & vniuerſa-
le venit.*
*Condictiones in quibus petitur res & pœna, di-
cuntur mixtæ.*
5 *Oppoſitiones ad textum.*
6 *Actiones reales an & quatenus pœnales.*
7 *Actionem pœnalem variè dici.*
8 *Occulta an & quando grauiùs puniantur quàm
manifeſta: & contrà.*
9 *Raptor qua actione teneatur.*
Reſpublica & eccleſia paribus paſsibus ambulant.

5 SEQVENS. §. iſte † ponit
1 quandam tertiam actionum diui-
ſionem generalé ad omnes actio-
nes. & iſta eſt de illis quas Ioã. pro-
ſequitur in arbore ſua. Quòd quæ-
dam ſunt actiones perſecutoriæ rei: quædam pœ-
næ: quædam rei & pœnæ: & ideò iſtam diuiſio-
nem proſequitur dominus Ioannes in arbore:
quia hîc eſt vna de principalibus partibus iſtius
tituli, & omnes alias diuiſiones excepta vltima:
& quare nõ proſequitur vltimã, mirabiles ratio-
nes aſsignantur: & tamen ratio aſsignatur in vno
verbo, & in dimidio vnius verbi. Caſus iſte qui
continet vnam de principalibus diuiſionibus a-
ctionum debet poni ſicut litera iacet. Quædam
actiones ſunt perſecutoriæ rei, quædam pœnæ &
quædam mixtæ, in quibus petitur res & pœna.
Verbi gratia de qualibet per ordinem: Rei perſe-
cutoria, quando peto quod mihi abeſt & tibi a-
deſt: verbi gratia, habes librum meum, ago rei
vendicatione contra te: omnes actiones in rem
dicũtur eſſe perſecutoriæ rei. Item ſi mutuaui ti-
bi pecuniam, & ago contra te cõdictione ex mu-
tuo, appellatur perſecutoria rei. Item ſi ſtipu-
lor à te centum quia peto illud de quo præſtan-
do inter me & te conuenit. Item ſi depono, vel
commodo librum meum: iſtæ ſunt perſecutoriæ
2 rei: tamen † fallit in actione depoſiti in quatuor
caſibus in quibus continet pœnam, ſi depono pe-
nes te rem meam tempore tumultus, vel naufra-
gij, vel incendij, vel ruinæ, in quibus ſi inficiaris
depoſitum, teneris in duplum. Vlterius dicit,
quòd ex maleficiis quædam actiones reperiuntur
mixtæ, quædam merè pœnales. Merè pœnales
ſunt, vt ſi ſurripuiſti librum, ago contra te actio-
ne furti manifeſti, vel non manifeſti ad duplum,
vel quadruplum: hoc totum eſt pœna, & nihilo-
minus poſſum agere condictione furtiua ad rem.
Quædam reperiuntur mixtæ: vt ecce, rapuiſti
mihi librum violenter, teneris mihi vi bonorum
raptorum ad quadruplum infra annum: triplum
eſt pœna, ſimplum rei perſecutio. Item ſi con-
uenio te actione legis aquiliæ, quia occidiſti ſer-
uum meum, qui tempore quo eum occidiſti, non
valebat niſi decem, & prius valebat centum, con-
demnaris quanti plurimi fuit in anno retro. I-
tem ſi conuentus lege aquilia negas te dediſſe
damnum, probo te dediſſe, condemnaris ad du-
plum. Item ſi quidam inſtituit me hæredem, &
legauit prædicatoribus aliquid pro eccleſia or-
nanda, vel ædificanda, prædicatores interpellant
me, non ſoluo legatum, paſſus ſum me vocari co-
3 ram iudice: teneor ad duplum. hoc dicit vſque ad
§. quædam &c. *Sequens* quaſi dicat prima diuiſio
actionum fuit, quòd quædam ſunt ciuiles quæ-
dam prætoriæ: ſequitur tertia. *Ferè omnes.* Fere
dicit propter illud quod immediatè ſubiiciet in
verſic. planè. propter actionem depoſiti, quæ eſt
pœnalis in quatuor caſibus. *Ipſius.* ſcilicet hære-
dis. quia ex dolo defuncti hæres tenetur ad ſim-
plum: vt lege prima. §. primo ff. depoſiti. Et cauſa
quare in his quatuor caſibus datur in duplum, eſt
vt lege prima. §. merito. ff. eodem titulo. *Mixta.*
quia petitur res & pœna manifeſti quando de-
prehenditur cum re furtiua ante quàm perueniat
ad locum deſtinatum. ſcilicet vbi propoſuit ma-
nere illa die cum re: aliàs ſi nullo modo depre-
hendatur vel non ante, fur non manifeſtus
appellatur vt lege furtorum cum lege ſequenti.
vſque ad legem ei qui. ff. de furtis. *Petens.* per rei
vẽdicationem *Furem*, & hæredem eius: nam con-
dictio furtiua datur contra hæredé, & ſi nihil ad
eum peruenit: vt ſupà de obligationibus quæ ex
delicto naſcuntur. §. finali. & lege ſi pro fure. §.
condictio. ff. de condictione furtiua. *Iniuria.* id
eſt culpa. nam pro quocunq; damno dato dolo,
aut lata culpa, leui, vel leuiſsima lex aquilia lo-
cum habet, vt lege in lege aquilia etiam leuiſsi-
ma culpa venit. ff. ad legem aquiliam *Inſician-
tem.* Nam ſi conuentus negat ſe dediſſe damnum,
& actor probat eum dediſſe, creſcit per inficia-
tionem, & datur in duplũ. vt l. contra negãté. C.
ad l. aquil. & l. inde Neratius. §. hæc actio. ff. ad l.
aquil. Præterea dato quòd non negat nihilomi-
nus eſt aliquãdo inuenire quod eſt pœnalis: quia
4 lex aquilia habet tria capita. † In primo capite
cauetur, quòd ſi aliquis occidit hominé, vel pecu-
dem, teneatur quãti plurimi valuit in anno retro,
nũ in quo plus valuit, de quo cauetur in l. ij. ff. ad
l. aquil. & ſuprà de leg. aquil. §. his auté verbis. In
ſecũdo capite quid cõtineatur, ſemel audiui quæ-
ri à quodã qui modo eſt doctor, & ipſe tacuit. Se-
cundum caput eſt ſublatũ, & non eſt in vſu. In
tertio capite cauetur, quòd qui dedit damnũ, te-
neatur quãti plurimi in xxx. diebus. vt l. ſi ſeruus
ſeruũ. §. tertio capite. ff. ad l. aquil. tradita ſuprà ad
l. aquil. *Mixta.* cõtinés perſecutioné rei & pœnæ.
Fideicõmiſſi. vniuerſalis, vel ſingularis: quia appel
tione fideicõmiſsi cõtinetur vtrũque vt l. ij. ff. ad
tre. Et propterea quæſtio gl. eſt truffatoria, Quid
de fideicõ. vniuerſali: appellatione enim fideicõ.
continetur vniuerſale & ſingulare vt d. l. j. & l. vl.
C. de fideicõ. hæred. per totũ. *Diſtulerint.* Nõ ſolũ
interpellati

interpellati, ſed vocati coram iudice: & iſta eſt
al ia quæſtio gl. & hoc vult dicere litera notabili-
ter. Igitur omnes cõdictiones in quibus petitur res
& pœna poſſunt dici mixtæ: vt condictio ex lege
ſi quis in tantam. C. vnde vi. & condictio ex lege
ſi conſtiterit. C. finium regundorum. Et ad hoc
facit quod cauetur in lege, ad ea ad quæ non ex-
tenditur ratio legis, nec lex. vel. milites agrum
comparare prohibentur. circa principium. ibi,
ſcilicet ne ſtudio culturæ militia ſua auocen-
tur. ff. de re milit. lege adigere. §. quamuis. ff.
de iure patronato. & de fonte l. j. §. hoc interdi-
ctum. Sed iſta ratio habet locũ in qualibet con-
dictione in qua petitur res & pœna: ergo &c.
Quædam ergo actiones ſunt perſecutoriæ rei, in
quibus peto quod mihi abeſt, & reo non adeſt.
Quædã perſecutoriæ pœnæ, in quibus peto quod
mihi non abeſt, & reo non adeſt. Quædam mix-
tæ in quibus peto quod reo adeſt, & mihi abeſt:
& aliquid quod mihi non abeſt, & reo non adeſt.

5 † Modo reſtat formare aliquas oppoſitiones,
quæ licet ſint faciles, ſunt tamen nòtabiles, & ha-
bent aliquam vtilitatem. Et primo oppon. quòd
iſta diuiſio ſit ſufficiens: quia ad hoc vt diuiſio a-
ctionum quæ generaliter traditur, ſit ſufficiens,
oportet quod membra conueniant actioni. Sed
ego inuenio quòd quædam ſunt actiones, in qui-
bus nec proſequor rem, nec pœnam, nec vtrun-
que: volebas ædificare in loco ſacro, ago interdi-
cto ne quid in loco ſacro: hîc non peto aliquid
quod mihi applicetur, nec rem, nec pœnam: ſimi-
liter ſi agitur interdicto ne quid in loco publico.

Ad iſtud reſpondetur valde bene, etiam iſta in-
terdicta continent perſecutionẽ rei: & ideo com-
prehenduntur ſub iſta diuiſione. Nam ſi agam in-
terdicto prohibitorio ne quid in loco ſacro, pro-
ſequor ius diuinum: ſi interdicto, ne quid in loco
publico, proſequor ius proprium: & ideo iſta, &
ſiqua alia actio reperitur, ad alterum iſtorum re-
6 duci poteſt. † Or vlterius oſtendo quod text.
dicat malè: text. dicit, quod actiones in rem ſunt
omnes perſecutoriæ rei: oſtenditur quod ſit aper-
tè falſum: quia omnis actio in qua iuratur in litẽ,
pœnalis appellatur: vt l. ſi per alium. §. in eum au-
tem qui vi exemerit in factũ iudicium datur. ff. ne
quis eum qui in ius voca. Sed in qualibet actione
in rem iuratur in litem. vt lege in actionibus. ff.
de in litem iurã. ergo litera non procedit. Qui-
dam dixerunt, & in veritate prima facie videtur
valde bene dicere: tamen conſiderata veritate di-
cunt malè: actio realis eſt pœnalis ex accidenti,
quando non reſtituitur res, creſcit pœna ex con-
tumacia: & debet cõſiderari illud quod eſt de na-
tura rei, non quod ex accidenti. Iſta opinio re-
probatur, quia actio depoſiti à principio non eſt
pœnalis: ſed ex accidẽti: & tamen appellatur pœ-
nalis. ſimiliter actio legis aquiliæ contra negan-
tem, & tamen appellatur pœnalis. Et ideo glo. di-
cunt, & bene, ſi iuramentum in litem deferatur
in actione in rem, non contingit propter naturã
actionis, ſed iudi. offi. Vlterius videtur quòd actio
commodati, depoſiti, ex empto & ex vendito ſint
pœnales: quia ſi emo à te librum, & nõ tradis, poſ-
ſum agere ad intereſſe, quod continet illud quod
tibi non adeſt, & mihi abeſt: quia aliquando exce
dit duplum cõmunis æſtimationis. vt l. j. & l. Iulia
nus. ff. de ac. emp. gl. reſpondet valde bene. Pœna-
7 lis † ſumitur in iure noſtro multis modis. Vno mo
do quando peto quod mihi non abeſt, & tibi nõ
adeſt, & iſtæ ſunt propriè & merè pœnales. Alio
modo quod mihi abeſt, & reo non adeſt, habito
reſpectu ad me, dicitur perſecutoria: habito reſpe-
ctu ad reũ dicitur pœnalis: & in iſta ſignificatiõe
actio ex empto poteſt dici pœnalis. Alio modo
dicitur pœnalis ex parte actoris, perſecutoria ex
parte rei: quando peto quod mihi non abeſt, &
reo adeſt: vt actio in factum ex edicto de calum-
niatoribus, quando peto pecuniam alicui ab alio
datam propter calumniam vt lege & generali-
8 ter. §. & illud. ff. de calumniatoribus. Alio mo-
do † videtur obſtare. hîc dicitur quod fur ma-
nifeſtus punitur in quadruplum, fur non mani-
feſtus punitur in duplum. lege cauetur quòd illa
quæ clam fiunt grauius debent puniri. vt lege vl-
tima. ff. de ritu nuptiarum. lege non exiſtimo. ff.
de adminiſtratione tutorum. hîc dicit econtra.

Or ſoluere iſtud eſt valde difficile: & ea quæ
ſunt illicita, id eſt nullo caſu, vel iure permiſſa,
nec æſtimari poſſũt aliquo iure permiſſa, grauius
puniuntur palam quàm clam: vt eſt furtum, quod
eſt omni iure prohibitum. Sed ea quæ poſſunt æ-
ſtimari aliquo iure permiſſa, & aliquo prohibita,
vt quod pupillus contrahat cum tutore, ſi fiat
clam, lex præſumit quòd fiat mala fide: ſi palam
lex præſumit quòd per errorem & bona fide: &
ideo &c. & ita loquũtur contraria. Or vlterius
poſſet aliquis opponere, quòd aliquis teneatur
ex mora in legato relicto eccleſiæ ſolum ad fru-
ctus & vſuras, vt lege prima ff. de vſuris & fruct.
legat. & lege apud iulianum §. ipſius. & §. fructus.
ff. de legatis primo. Ego reſpondeo: aut aliquis
fuit in mora ſolùm, quia interpellatus non ſol-
uit, & tunc tenetur ſolum ad fructus & vſuras: ſi-
cut tenetur pro legato relicto alicui priuato. Sed
ſi fuit paſſus ſe vocari coram iudice pro legato
relicto eccleſiæ, tenetur in duplum. Poſſet ali-
9 quis vlterius † quærere quæ actio detur contra
raptorem, contra furem manifeſtum &c. Sed
vtrum contra raptorem detur actio furti mani-
feſti ad quadruplum? Quidam dixerunt quòd
tenetur ſolum actione vi bonorum raptorum. &
hoc videtur dicere lex illa, ſi quis ex domo. ff.
de furtis. Alij dixerunt, & iſtud probat gloſſa
valde malè, tamen veritas eſt iſta. quòd ille qui
rapuit violenter, tenetur actione furti manifeſti
ad quadruplum: quia raptor eſt plus quàm ma-
nifeſtus fur. vt lege ſi vendidero. §. cùm raptor.
Digeſtis de furtis. Ad legem ſi quis ex domo.
ibi non intrauit domum violenter manifeſtè:
ſed intrauit domum in qua nullus erat. A-
liæ quæſtiones formantur, & iſtæ ſunt de nihilo.
An ſi hæres ſolum ſe patiatur interpellari tenea-
tur ad pœnam pro legato relicto eccleſiæ. textus
dicit quòd non. An illa pœna habeat locum in
relicto vniuerſali, planum eſt quòd ſic. Alia
quæſtio eſt, quid ſi relictum erat in redemptio-
ne captiuorum, an habeat locum pœna: videtur
quòd ſic. quia relictum eſt in fauorẽ. nihil eſt. iſta
pœna eſt odioſa: & pœnæ ſunt reſtringendæ, vt
lege interpretatione & lege ſi præſes. Digeſtis de
pœnis. Quid ſi legatum erat relictum ciuitati
Romæ, vel reipubli. an habet locum pœna: vide-
tur quòd ſic: quia reſpublica & eccleſia paribus
paſsibus ambulant vt l. vlti. Codice de ſacroſan.
ecc. Sed non habet locũ propter rationem prædi-
ctam. Alia quæſtio formatur, an habeat locũ iſta

pœna,in legato relicto deo, vel ſacerdoti alicuius eccleſiæ.videtur quòd non.quia oportet quòd ſit relictum loco : tamen nihil eſt quia ſi aliquid relinquatur deo, videtur relictum eccleſiæ:ſi relinquatur ſancto Martino,ſi eſt aliqua eccleſia in ciuitate quæ ſic vocetur. videtur ei relictum. Si non eſt, ſed in territorio : videtur ei relictum.Si non eſt in territorio, videtur relictum maiori eccleſiæ. Si ſunt aliquæ eiuſdem nominis, videtur relictum pauperiori.vt in authenti. de ec.titul.§. ſi quis in nomine. Prætetea relictum capellano,vel ſacerdoti videtur relictum eccleſiæ : vt l. annua.§.ticia.ff.de annuis legatis.

SVMMARIA SVPER §. QVÆDAM ACTIONES.

1 *§. Quædam dependet à §. omnium, & ei addit tertium membrum. & num.ſeq.*
2 *Mixtæ actiones quæ, & earum natura.*
3 *Iudicis officium in actione communi diuidundo.*
4 *Actionis mixtæ triplex acceptio.*
5 *Familia quid.*
6 *Actio pro ſocio & cõi diuidundo quid differant.*
7 *Actio finium regundorum quando detur.*
Iudex illud aſſumere debet, quod credit legatarius expedire.
8 *Actiones familiæ erciſcundæ cõmum diuidundo, finium regundorum quare dicantur mixtæ.*
9 *Petitio hæreditatis quare dicatur mixta.*

QÆDAM ACTIONES.
5 §.iſte adiicit tertium membrum
ad primam diuiſionem,quæ po-
1 ſita fuit in prin.iſtius ti. dictum
fuit ibi, quòd omniũ actionum
quędam ſunt in rem,quędam in
perſonam.Verum quia quædam reperiuntur quę
ſapiunt naturam realium & perſonalium,& iſtæ
appellantur mixtæ: ideo de eis intendit. §. iſte.
2 † Mixtæ appellãtur fami.erc. communi diuid.
finium regundorum.& in iſtis res poteſt æqualiter diuidi, & æqualiter pro diuiſo aſsignari, procedet diuiſio & aſsignatio ęqualiter pro diuiſo:ſi non,tunc iudex habet vni aſsignare rem, vel maiorem partem rei , & eum alteri condemnare in certa pecuniæ quantitate:& hoc dicit vſque ad.§. omnes.& ibi incipit lectio hodierna. §.iſte quaſi nullam difficultatem habet, & propterea poteſt facilius expediri : quia de materia eius ſatis tractatum eſt ad plenũ ſupra in §. omniũ. & ſi vos vultis propriè intelligere.§. iſtum, oportet quod reducatis ad memoriam ea quæ dicta ſunt in. §. omnium. quod natura realium actionũ propriè eſt,quod per eas petimus illud quod ad nos pertinet iure dominij, vel quaſi. Natura perſonalium eſt,quòd per eas petimus quod ad alium pertinet: ſed eſt inuenire quòd quædam ſapiunt naturam realium,quia per eas petimus quod ad nos pertinet iure dominij.Item naturã perſonalium, quia per eas petimus quod ad alios pertinet, & in nos petimus transferri. & de iſto tertio membro intendit tractare.§.iſte. Dicit ergo,quia caſus non debet aliter poni , niſi ſicut litera iacet:actio famil.erciſcundæ quæ proponitur inter cohæredes pro hæreditate diuidenda eſt mixta:quia partim ſapit naturam realium,partim naturam perſonalium. Item actio communi diuidũdo quæ proponitur pro re communi ex quacunque cauſa diuidenda eſt mixta : quia in aliquo &c.Item actio finium regũdorum in qua agitur pro finibus ruſticorum prædiorũ diſtinguendis : eſt mixta,quia
3 in alio &c. † Poſtea dicitur vltimo loco, ago
cõtra cõſortẽ meum actione commu.diuidundo, & peto diuidi rem communem, dubitatur an iudex debeat diuidere æqualiter ita quod vni adiudicet vnam dimidiam:alteri alteram dimidiam, vel mihi adiudicaret totam rem , vel maiorem partem:& reſpondet quando res de cuius diuiſione tractatur recepit commodam diuiſionem: iudex habet diuidere æqualiter vni dimidiam,alteri alteram dimidiam aſsignando quando res erat æqualiter communis, ſi quidem non erat æqualiter communis, ſi quidem nullam vel non commodam diuiſionem recipiat, iudex habet totam rem vni adiudicare partem maiorẽ,& eum condemnare in æſtimatione partis:ſi verò res quę recipiebat diuiſionem commodam non poterat æqualiter diuidi : tunc habet vni adiudicare partẽ maiorem, & eũ alteri in æſtimatione partis condemnare:ita quòd non remanet aliter in damno.
4 Actio † mixta ſumitur in iure noſtro tribus mo-
dis. Aliquando datur pro re & pœna ad rem, & ad pœnã,& in iſta ſignificatione ſumitur in præcedenti.§.Aliquando dicitur mixta:quia vterque litigatorũ eſt actor, & reus,& in iſta ſignificatione actio fami.erciſcund.communi diuidund.fini. regundorum &interdictum vti poſsi.poſſunt appellari mixtæ.In tertia ſignificatione ſumitur. id eſt, quæ ſapit naturam realium & perſonalium: & in iſta ſignificatione ſumitur in præſenti. §. nam eſt inuenire quòd quædã partim ſapiunt naturam realium,partim perſonalium : vt quæ enumerantur in præſenti. §. *Famil. erciſcundæ.* fami-
5 lia † hîc appellatur hæreditas quia familia nihil
aliud eſt quàm ſubſtantia. vt l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verborum ſignifica. ſubſtantia id eſt,hæreditas. *Erciſcundæ*, id eſt diuidendæ. vnde actio famili. erciſcundæ id eſt hæreditatis diuidendæ. *Commune.* ex quacunque cauſa,ſiue ex cauſa ſocietatis ex conuentione contractæ : ſiue ex cauſa ſocietatis. Nam ſemper habet locum a-
6 ctio communi diuidundo.Nam licet † actio pro
ſocio habeat locum ſolum pro rebus communibus ex cauſa ſocietatis,tamen actio communi diuidundo habet locum pro rebus communibus ex quacunque cauſa:vt l.vt ſi pro ſocio.cum lege ſequenti.& lege quibus caſibus.ff. pro ſocio:& lege prima communi diuidundo. & hoc vult dicere. *Vt diuidatur.* Ecce ad quid datur. *Agros.* id
7 eſt prædia ruſtica † ſi fines ruſticorum dicuntur
eſſe turbati , actio finium regundorum vendicat ſibi locum vt diſtinguatur & diuidatur : vt lege quarta §.præſenti. lege ſecunda. ff finium regundorum. Pro prædiis vrbanis , id eſt,pro finibus prædiorum vrbanorum. iſta actio non vendicat ſibi locum.Sed ſi interueniat prædium vrbanum in finibus hæc actio poteſt habere locũ vt l.ij.fin. regun. *In quibus.* hucuſque enumerauit mixtas. Modo ponit qualiter in eis iudex habeat procedere.*Adiudicare.*Quando res recipit cõmodã diuiſionem vel nullam , quia iſta ſunt paria,habet vni adiudicare totam rem,& in certa quantitate pecuniæ condemnare. vt infrà de officio iudicis.

§. ſed ſi commodè. Si verò recipiat diuiſionem in
partes æquales, tunc babet diuidere æqualiter : ſi
non poteſt diuidi in partes æquales, tunc habet
adiudicare vni maiorē partem, alteri minorem.
& cui adiudicat maiorem partem, condemnare
in æſtimatione partis: quia iudex debet aſſumere
illud, quod credit litigatoribus expedire. vt lege
iudicem. ff. communi diuidundo. & lege mæuius.
§. arbiter. ff. familiæ erciſcundæ. *Prægrauari*. id eſt
ſi plus valet pars vni adiudicata, quàm alteri, vel
propter magnitudinē, vel propter æſtimationem,
vel præcioſitatem, non refert. In rebus ergo quæ
recipiunt cōmodam diuiſionem, iam dixi, quòd
iudex debet adiudicare vni vnam portionem, al-
teri alteram. vt lege non amplius. §. cùm bono-
rum. ff. de legatis primo. In rebus quæ non re-
cipiunt commodam diuiſionem, iudex habet ad-
iudicare rem vni, & alteri condemnare eum in
æſtimatione partis. Sed ſi non poſſunt æqualiter
diuidi, tunc iudex habet adiudicare vnam par-
tem maiorem vni, & alteri minorem : & illum
cuius portio prægrauatur in æſtimatione par-
tis condemnare : & ita loquitur. §. iſte. Reſtat
modo videre duo, vel tria, vel quatuor dubitabi-
lia. Et primum determinatur hic bene in gloſſa.
Alia non determinantur bene hic. Quare actio
8 † familiæ erciſcundæ, cōmuni diuidūdo, finium
regundorum appellantur mixtæ. & iſtud dixi ſu-
prà in §. primo. & iſtud intendit gloſſ. dicere hic.
Et aduertatis quia veritatem ponit. Natura per-
ſonalium eſt, quòd peto mihi dari quod eſt alie-
num: natura realium eſt quòd petam mihi reſti-
tui quod eſt meum. vt patet ſuprà in §. ſic itaque.
& §. primo. Or in quo habet actio famil. erciſ.
naturam realis, & in quo naturam perſonalis,
quando peto rem communem diuidi. peto diui-
di iſtam domum, adiudicatur mihi pars quæ eſt
citra columnam : alteri vero pars quæ eſt vltra
columnam. partem habeo iure meo, & in hoc ſa-
pit naturam realiū: partem habeo ex perſona cō-
ſortis mei, & in hoc ſapit naturam perſonalium.
& quòd verè ſapiat naturā perſonalis, probatur
ſic: quia lege cauetur, quòd ſi portio mihi adiudi-
cata euincatur mihi, habeo regreſſum cōtra con-
ſortem per actionem præſcriptis verbis, quando
non eſt actum quod de euictione teneatur: vt leg.
hæredes. §. iudex. ff. famil. erciſcundæ. & lege ſi
fratres. C. communia vtri. iudi. ergo videor habe-
re cauſam à conſorte meo. Nam ago de euictio-
ne ſicut ac ſi emiſſem ab eo, & euinceretur mihi.

Idem eſt in actione commmuni diuidundo. di-
uiditur res, partem habeo iure meo, partem ex
perſona conſortis mei. Idem in actione finium
regūdorum ſi aſsignatur mihi aliquid, quod non
eſt meum per eum qui diſtinguit prædiorū con-
fines. Præterea actio familiæ erciſcundæ ſapit
naturam perſonalium quantum ad alia : quia in
famil. erciſcund. iudicio veniunt fructus à con-
ſorte percepti : vt l. item Labeo. ff. famil. erciſc.

Idem in actione communi diuidundo, & in a-
ctione finium regūdorum petendo fructus & in-
tereſſe, peto quod eſt alienum : & in hoc ſapiunt
9 naturā perſonalium. † Quædam alia quarta re-
peritur quæ appellatur mixta ſcilicet petitio hæ-
reditatis. Qua ratione petitio hæreditatis di-
catur petitio mixta, non credatis quòd per eam
conſequar illud quod eſt meum, & quod eſt
alienum. Sed quia in aliquo ſapit naturam rea-
lium, & in aliquo ſapit naturam perſonalium.
Naturam perſonalium ſapit, quia dicitur petere
ex quaſi contractu : nam hæres adeundo hæredi-
tatem conſequitur hæreditatis petitio. & videtur
quaſi contrahere. vt ſupra de obligationibus ex
quaſi contractu. §. hæres. & ff. de actionib. & obli-
gationibus. lege ex maleficiis. §. hæres. & omnes
actiones quæ ex quaſi contractu deſcendunt, ap-
pellantur perſonales. vt ſuprà in §. omnium.

Præterea habent originem quam ſolent habere
reales : quia hæreditatis petitio naſcitur ex iure,
quod defunctus habebat in rebus hæreditariis. Si
defunctus erat dominus, datur ratione dominij:
ſi habebat poſſeſsionē, datur ratione poſſeſsionis:
vnde habent originem quam ſolent habere per-
ſonales : quia naſcitur ex quaſi contractu. Item
quam ſolent habere reales : quia hæres adeundo
omnia iura incipit habere quæ competebant de-
functo ſi erāt tranſitoria : ſi defunctus habeat di-
rectam rei vendicationem : & hæres habet dire-
ctam. Si vtilem, vtilem, ſi publicianam, publicia-
nam: vt lege omnium. C. de teſtament. lege cùm
hæredes. in principio. ff. de acquirenda poſſeſsio.
lege eum qui. §. hæc actio. ff. de de publicia. Præ-
terea dicitur ſimiliter ſapere naturam realium &
perſonalium ratione effectus. In iſta petitione
hæreditatis vos ſciretis malè reſpondere: nec glo.
ponit, nec inuenietis notatū in aliqua parte. Ra-
tione effectus dicitur ſapere naturam perſona-
lis, ſicut defunctus poterat agere contra debito-
rem, qui erat ſibi obligatus ad illud: idem poteſt
hæres agere petitione hæreditatis, vt lege nec vl-
lam. §. item ſi à debitore. & lege ſed verum & le-
ge non tantum : & lege item videndum. ff. de pe-
titione hæreditatis. Præterea ſapit naturam
realium, & datur contra eum qui poſsidet rem
hæreditariam pro hærede vel pro poſſeſſore, vt l.
regulariter, & ll. ſequētibus. ff. de pet. hære. ſed iſta
eſt natura realiū actionum vt l. qui ſeruum. §. in-
iuriarum. ff. de inter. act. Modo ſequitur videre
quaſdam deriſiones, & verè ſunt deriſiones, & ta-
men gl. malè determinat hic. alibi determinat be-
ne. dicit glo. quid de actione noxali: actio noxalis
datur pro delicto ſerui : pro delicto liberi homi-
nis non datur actio noxalis vt infrà de noxali-
bus. actio. §. vltimo. eſt in rem vel in perſonam
videtur perſonalis, quia datur ex delicto. vt ſu-
prà §. primo. videtur realis, quia datur contra
eum qui poſsidet : quia noxa caput ſequitur. vt
infrà de noxalibus. quod ſic. Quid de actione
de tigno iniuncto? videtur perſonalis, quia datur
ex delicto eius qui mala fide iniungit. Ecōtra vi-
detur realis, quia datur contra eum qui poſsidet
tignum. vt lege prima ad fin. ff. de tigno iniuncto.
Item quid de actione in factum quæ datur con-
tra eum qui poſsidet opus vi vel clam factum,
tamen non fecit, videtur perſonalis. vt lege
competit hoc interdictum. §. in ſumma. ff. quod
vi aut clam. Econtra videtur in rem, quia datur
contra poſſeſſorem. Quid de actione quod me-
tus cauſa, videtur in perſonā quia comitatur per-
ſonam. Ecōtra videtur in rem, quia datur contra
omnē poſſeſſorē. Quid de actione in factum quæ
datur cōtra eū qui poſsidet factū in loco publi-
co. Itē dubitatur de actione ad exhi. gl. reſpondēt
ad omnes iſtas quaſtiones, quòd omnes dicuntur
eſſe in perſonam non in rem: ſic eſt in actione ad
exhi. ergo & in omnib. quę habent ſimilitudinem

cum actione ad exhi. vt l.iij.§.eſt antem.ff.ad exhibendnm. Vos habetis dicere qnòd ſunt in perſonam, tamen ſunt in rem ſcriptæ vt notatur in d.l. iij. §.eſt autem. ff. ad exhibendum.

SVMMARIA SVPER §. OMNES AVTEM ACTIONES.

1 *§.Omnes autem actiones. continet quartam actionum diuiſionem.*
Actio nulla vltra quadruplum competit.
2 *Actiones quæ ad ſimplum, quæ ad duplum, quæ ad triplum, & quæ ad quadruplum competant.*
Actiones quædã originaliter ad duplum vel quadruplum dantur: ex accidenti aliæ.
3 *Sportulæ quid.*
4 *Actiones pœnales origine, quæ, & quæ ex accidenti.*
5 *Actiones quòd non dentur vltra quadruplum, qui intelligendum. & numero ſequenti.*
8 *Libellus hodie datur in cauſa ciuili, ſicut in criminali.*

5 OMNEES AVTEM ACTIONES. Modo ſequitur alia principalis diuiſio quæ continet quatuor membra. Or aduertatis, vos intelligetis. Aduertatis ordo eſt in omnibus. Primò ponendo caſum. Secundò exponendo literam. Tertiò formando quædam cõtraria. Quartò formando quædam dubia, quæ formantur per glo. & nihil aliter intendunt text. & gloſſ. in præſenti. §. quia litera eſt ſatis facilis. & vbi habebit aliquam difficultatẽ, poterit declarari exponẽdo tex. Caſus debet poni ſicut litera iacet. & iſtud eſt generale: vbicũque ponitur diffinitio, diuiſio, vel regula: quia caſus nõ debet poni niſi ſicut litera iacet. Quando verò non ponitnr diffuſio diuiſio, vel regula, caſus debet poni in termiuis: & debetis ire ad Imperatorẽ quando eſtis in C. ad Iuriſcon. quando eſtis in ff. Caſus iſte debet poni ſine Imperatore. graue eſſet modo ire in Alemaniam. §.
1 iſte † ponit quandam generalem actionum diuiſionem quæ continet quatuor membra: & eſt facilis. Quædam actiones dantur ad ſimplũ: Quædam ad duplum: Quædam ad triplum: Quædam ad quadruplum: & vltra quadruplum non eſt in-
2 uenire quòd aliqua actio competat. † Or iſtud recipiet iam multas impugnationes: verbi gratia, In ſimplum dantur regulariter omnes actiones deſcendentes ex contractu, vt actio ex ſtipulatu: ſtipulòr à te centum, peto ſola centum. & in actione ex empto. In duplum dãtur, vt actio furti non manifeſti, actio legis aquil. cõtra negantem. Actio depoſiti in quatuor caſibus, quando deponitur gratia tumultus, incendij, naufragij, & ruinæ. Actio ſerui corrupti: ſi ſeruum meum corrupiſti, ſuadendo quòd deberet mihi furari, & recedere cum rebus meis: vel diſcurrere per tabernas, atque alia loca vilia: teneris nõ ſolum ad duplum deteriorationis, ſed etiam rerum ſiue peruenerunt ad te, ſiue non. Præterea ſi legatum relictum erat alicui venerabili loco, & hæres paſſus fuit ſe vocari ad iudicium: vel negauit relictum, renetur ad duplum. Ad triplum datur condictio ex lege: habebam quendam debitorem, qui tenebatur mihi in rei veritate ad decẽ ſolum: Ego conſideraui, habebam eum odio, ſi egn petam ſolum decẽ, ipſe habebit modicos ſumptus facere circa aduocatos, nũcios, & procuratores: & vt vexaretur circa ſumptus, petij ab eo cẽtum: ſi apparet me petiiſſe cauſa vexandi eum, teneor ad triplum totius damni quod paſſus eſt ratione vexationis. condictio ex lege, quæ oritur ex conſtitutione quæ fulgebat in C. tamen reſecata eſt. Item in quadruplum datur actio furti manifeſti.

Actio ex edicto de calumn. actio quod metus cauſa: & actio vi bonorum raptorum. tamẽ quædam reperiũtur dari in duplum, vel quadruplum originaliter: quædam ex accidenti propter contumaciam eius qui conuenitur. actio furti non manifeſti à principio datur ad duplum. Item actio vi bonorum raptorum ad quadruplum. item actio furti manifeſti. Quædã ſunt pœnales ex accidenti propter contumaciam rei, vt actio legis aquiliæ: quia per eam peto ſimplum tantum: ſi contingat inficiari, datur actio in duplum. Item actio quæ datur pro relicto venerabili loco, datur ad ſimplum: ſed ſi hæres patiatur ſe vocari ad iudicium, vel neget relictum, datur actio ad duplum. Item actio quod metus cauſa datur ad ſimplum originaliter, vt ſi aliquis compulit me per metum vendere rem, & tradere: Si condemnatus reſtituat rem, non tenetur ad pœnam. Sed ſi non reſtituat, per ſecundam ſententiam condemnatur ad quadruplum propter ſuam contumaciam. *Hortatu*: vt lege prima §. perſuadere. & lege ſe-
3 quenti. ff. de ſeruo corrupto. † *Sportularum*. ſportulæ appellantur ſalarium, quod dabatur executoribus litium. ſportula erat quoddam vas ſicut habent iſti religioſi. *Reus*. ergo ſportulæ ſoluuntur à reo, non ab actore: & ita colligitur hîc. etiam cras quæretur à vobis, & neſcietis reſpondere: tamen ſi apparet eum perperam fuiſſe citatum, recuperat ab actore: vt lege eum quem. ff. de iudiciis. *Fulget*. id eſt fulgebat in C. Iuſtiniani antequam reſolueretur Codex: tamen hodie non eſt in Codice quem habemus. & per hoc apparet quòd liber Inſtitutionũ fuit factus poſt primam compilationem Cod. & ante ſecundam. *Condictitia*: cõdictitia erat quædam lex quæ appellabatur condictitia: & habebat plures conditiones ſub ſe, & plura capitula: & inter alia erat iſtud capitulum ſicut in ciuitate iſta dicitur lex ſicrata. *Déque ea*. vt ſi do tibi pecuniam vt accuſes, vel non accuſes aliquem per calumniam. vt l. j. & l. generaliter & l. ſi quis ab alio. ff. de calumniat. *Negocium*. id eſt calumnioſam accuſationẽ moneret. *Item ex lege*. Ecce modo illa de qua dixi inter alia capitula continetur hoc, quòd executores canes palatij debent accipere pro quolibet ambaſiata vnum groſſum: ipſi accipiebant quatuor, tenentur ad reſtitutionem quadrupli.

Sed furti. hic habuiſtis, quòd quædam actiones dantur in ſimplum &c. & habuiſtis exempla de omnibus. Modò non proſequitur vlterius
4 exempla: Sed † ponit quæ dicantur pœnales originaliter, & quæ ex accidenti. Pœnales originaliter dicuntur, quando aliquis tenetur ad pœnam hoc ipſo quòd deliquit, dato quòd ſit paratus purgare culpam: nihilominus tenetur ad pœnam dupli: ſurripio tibi librum, teneor ad pœnam dupli ſi ego ſum fur non manifeſtus

Si manifeſtus

Si manifeſtus teneor ad pœnam quadrupli: licet reſtituã rem. Idem io actione ſerui corrupti, & in actione vi bono. raptorũ. euius ſimplum eſt perſecutio, triplum eſt pœna: & nemo tali pœnitẽtia deſinit eſſe oocens. vt l. qui ea mente. ff. de furt. & l. pe. ff. vi bo. rap. Nam pœnales ab origine dicuntur, in quibus aliquis reoetur ab origine ad pœnam, non eſt obligatus incontinenti quòd nõ oritur ad pœnam actio. Sed ex accidenti, ſi compello te per metum vendere librum, & tradere, actio quod me. cauſa oritur incontinenti, ſi reſtituat rem, oou condemnatur ad quadruplum. idẽ in actiooe ex teſtamento, quæ datur pro legato venerabili loco relicto. Idem in actione legis aquil. & hoc vult dicere text. *Omnimodo*. id eſt immediate cùm naſcuntur, dantur ad duplum, ita quòd noo eſt locus purgationi pœnæ: nõ vult dicere, ſiue neget ſiue non, dato quod non neget, nihilominus conuenitur ad pœnã & rem in qua commiſſa erat violentia. Or text. ſunt valde notabiles, & boni, ſi quis bene intelligat eos præmiſſa poſitione caſus, & literæ expoſitione. ſi vultis plus adhuc ſum paratus repetere. Primò ponit diuiſionem. Secũdo exempla. Tertiò notat differentiam inter actiones pœnales ab origine, & pœnales ex accidẽti Secunda ibi, in ſimplum. iij ibi. Sed furti. Modo reſtat opponere multis modis Aduertatis. Si quis aduertet oppoſitiones ſuot facillimæ.
5 Si nõ aduertat, intricabũt eũ. † Hîc dicitur, quod nulla actio extẽditur vltra quadruplũ quòd iſtud ſit falſum probatur. Cauetur in lege, quod ſi aliquis occidat ſeruum meum, & ſeruus erat hæres inſtitutus ab aliqoo: & antequàm adiret hæreditatem, mortuus fuit: Si ſeruus valebat x. hæreditas valebat mille: quòd ego conſequar non ſolum. x. ſed ęſtimationem totius hęreditatis quæ valebat mille: ergo datur actio ad centuplumnon ſolum ad quadruplum vt l. inde neratius. in principio ff. ad l. aquiliam, & ſupra ad l. aquiliam. §. illud. Ad iſtud eſt valde facile reſpondere: quia ſi occidatur ſeruus inſtitutus, non ſolùm ſentio damnum de morte ſerui, ſed etiam de hæreditate: & ideo ſi venit æſtimatio hæreditatis, ego oon conſequor niſi ſimplum. Ergo non videor petere vltra quadruplum, ſed ſimplum ſolùm. Et per eundẽ modum patet reſpõſio: habebam quandam nauẽ, in qua habebã merces, quæ valebant mille marchis. Quidam ribaldus abſtulit gubernaculum, vel clauim, & merces perierunt, tenetur ad damnum omnium: vt l. quo incendium. §. ſenatus. ff. de incen. rui. naufr. Patet reſponſio ibi ratione clauis de naui remotæ quæ valebat vnum groſſum, patior damnũ mercium quæ valebãt fortè mille marchas, vnde peto ſolũ ſimplum. Si opponatur vlterius, ſi vendo alicui pecus morboſum & trado, contagione eius cæterafacta ſunt morboſa, vel mortua: teneor ad omne damnum: vt l. iul. circa prin. ff. de actio empti.

Item ſi vendo alicui tignum vitioſum, & occaſione tigni vitioſi tota domus perijt, teneor ad omne damnum. vt dicta lege Iulianus. Reſponſio eſt prompta, ego non peto niſi damnum quod mihi eſt datum occaſione pecoris morboſi, vel tigni vitioſi. Præterea opponitur per alium modum, dicitur in l. iſte fuit magnus exceſſus: ego fui coram imperatore, & dixi, domine Imperator ego volo manumittere quendam ſeruum meum in præſentia veſtra. Dixit Imperator placet mihi, poſtea apparet quòd ille ſeruus eſt alienus, debeo condemnari ad tria ſimilia mancipia danda fiſco. Et ad alia duo danda domino ſerui: vt in l. vltima. C. de his qui à non domino ma.

6 † Actio non datur vni vltra quadruplum. Sed ibi fiſco datur triplum domino duplum. Ad aliud de actione in factum de calum. do tibi pecuniam ne accuſes aliquem per calum. Mihi datur actio in factum ad quadruplum, & illi ſimiliter: ergo datur ad octuplum vt l. & generaliter & l. ſi quis ab alio. ff. de calum. Sed non datur iſta vltra quadruplum eidem ſed diuerſis. Alia truffa opponitur. Si manumitto ſeruum, & ipſe eſt ingratus, & offendit me poſſum eum reuocare in ſeruitutem vt l. ſecunda. C. de lib. & eorum lib. cum infinitis: ſed æſtimatio libertatis eſt infinita. Sed ibi pœna imponitur per modum accuſationis, & per eundem modum fit ſolutio ad aliam legem quæ aſſignatur pro contraria. Si iudici detur aliquid pro adminiſtratione, debet condemnari ad quadruplum, & perdit omnia bona. Item punitur via extraordinaria, & perdit dignitatem: vt in authentica vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. ſic igitur in fine. §. Si opponatur de eo qui ſurripuit ſeruum fiſcalem, quia debet eum reddere. & tenetur in duodecim libris argenti: vt lege penultima C. de ſeruis fugitiuis. & ibi non fit relatio ad rem: ſed §. iſte habet locum in pœna facta relatione ad rem. Vlterius oppono & iſta eſt optima oppoſitio, & non ſoluitur malè: hîc dicitur quòd nulla pœna extenditur vltra quadruplum. Stipulor à te librum ſcribi: & ſi non ſcribis, ſtipulor à te centum nomine pœnæ. Si non ſcribas, omnia debentur. vt ſupra de inutilibus ſtipolationibus. §. alteri. & lege ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verborum obligationibus. Non conſideratur quanta ſit pœna: ſed quantacunque ſit, peti poteſt. Ad iſtud reſpondetur quòd pœna legalis non poteſt excedere quadruplum: ſed conuentionalis ſic. Iſta ſolutio non valet vnam feſtucam: quia etiam pœna conuentionalis non poteſt excedere quadruplum. Et plus non poteſt peti: ſi ſtipulor decem dari, & ſi non dederis, ſtipulor quindecim non poſſum petere pœnam, niſi quatenus eſt. infra modum legitimum vſurarum: quia præſumitur adiecta in fraudem vſurarum: vt lege Iulianus. §. idem papinianus. ff. de actionibus empti. & l. cùm allegas.
7 C. de vſuris. † Plus, quia non poteſt excedere duplum, nec modum legitimarum vſurarum. Ad iſtud debet reſponderi, & ſuſtineamus omnes gloſſas & omnes ita retinent omnes coniunctæ in nulla gloſſa ponitur ita. Aut tractamus de pœna legali, Aut de pœna conuentionali. Primo caſu non eſt inuenire quòd excedat quadruplum. & ita loquitur §. iſte. Secundo caſu ita diſtinguitur in gloſſa quæ eſt C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt. Aut pœna adiicitur dationi, aut facto. diſtinguatis aliter & erit generalior diſtinctio. Aut pœna adiicitur per verba multiplicatiua, aut per verba ſimplicia. iſta verba ponuntur ibi. Si per verba multiplicatiua, vt duplum, triplum, quadruplum, quintuplum, ſextuplum: hoc caſu nulla pœna conuentionalis poteſt excedere quadruplum. argumento legis huiuſmodi. & legis ſi dictum. in principio. de euictio. Si per verba ſimplicia, vt ſtipulor decem ſub nomine pœnæ ſubdiſtinguitur. Aut pœna adiicitur facto

aut

aut dationi. Si facto, promittis ſcribere librum, & ſi non ſcribis, promittis centum nomine pœnæ, quantacunque ſit pœna debetur. vt ſuprà de inutilibus ſtipulationibus. §. alteri. & lege ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verborũ obligationibus. Si adiiciatur dationi, aut dationi quantitatis, aut ſpeciei: ſi ſpeciti, ſtipulor dari bouem, certum hominem ceraſinum: & ſi non dederis ſtipulor à te centum nomine pœnæ, quantacunque ſit pœna peti poteſt, vt lege Lucius. ff. de actionibus empt. & l. ſciendum. ff. de euictio. Si adiiciatur dationi quantitatis, ſi pœna excedat legitimum modum vſurę, quatenus excedat modum legitimum vſurarum: videtur in fraudem adiecta: & non poteſt peti. Sed quatenus eſt infra legitimum modum vſurarum, poteſt peti: vt l. Iulianus. §. idem Papin. ff. de actionibus empti. & l. cùm allegas. C. de vſuris. vnde cùm hodie iure authẽticorum nullo modo debeantur vſuræ, niſi in nautico fœnore, & in aliis duob⁹ caſibus: ſequitur hîc quòd hodie pœna adiecta quantitati non poſsit peti.
2 ita inuenietis in gloſſa in dicto. §. idem. † Vlterius opponitur, quia hic dicitur, quòd libellus conuentionalis debet dari conuento in. §. tripli. lex videtur velle quòd non: vt lege prima. §. edere. Digeſtis de edendo. Ego reſpondeo iure veteri in cauſa criminali de neceſsitate dabatur libellus: vt lege libellorum. ff. de accuſat. In ciuili non, niſi in quibuſdam perſonis dignitate præditis, vt lege quoties. C. de dignitati. libro duodecimo. Hodie etiam in cauſa ciuili regulariter debet dari libellus: vt in authentica offeratur: & in authentica de exhibend. & intro. reis. §. ſancimus. Fallit in caſibus, quos ibi inuenietis enumeratos in gloſſa. Dyn.

SVMMARIA SVPER §. ACTIONVM.

1 *Actiones bonæ fidei quot.*
2 *Contrariorum eadem diſciplina.*
Partes quoties inueniuntur, enumeratæ, illud quod non inuenitur enumeratum, deputatur in alia.
Poſito vno contrariorum alterum cenſetur excluſum, & remotum à natura eius quod ponitur.
5 *Literæ expoſitio.*
Actionis familiæ erciſcundæ & communi diuidundo, differentia.
Præſcriptis verbis actioni locus.
Actio præſcriptis verbis regulariter eſt ſtricti iuris, & non bonæ fidei.

5 ACTIONVM AVTEM QVÆDAM. §. iſte eſt ſatis notabilis: & tractat quandam bonam materiam: tamen non habet difficultatem. præterea §. iſte ponit quintam generalem actionum diuiſionem. Quia ſi vos recordamini, prima diuiſio fuit in §. omnium. quòd quædam actiones ſunt in rem, quædam in perſonam. Secunda diuiſio fuit in §. ſed iſtæ. quòd quædam ſunt ciuiles, quædam prætoriæ. Tertia fuit in §. ſequens. quòd quædam ſunt perſecutoriæ rei, quædam pœnæ, & quædam mixtæ. Quarta fuit In §. omnes. quòd quædam dantur in ſimplum, quædam in duplum, quædam in triplum, quædam in quadruplum. Et vltra quadruplum nulla extenditur. Modo ſequitur quinta generalis diuiſio: In qua cauetur, quòd quædam actiones ſunt bonæ fidei, quædam ſtricti iuris. Verum quia regulariter omnes ſunt ſtricti iuris, ideò §. iſte enumerat hîc actiones, quæ ſunt bonæ fidei. Et intelliguntur omnes quæ non ſunt hîc enumeratæ, eſſe ſtricti iuris. Et ideo bonæ fidei enume-
1 rat: ergo §. iſte † ponit ſeptemdecim actiones quæ ſunt bonæ fidei, & omnes alias quæ non reperiuntur hîc enumeratæ, intelligatis eſſe ſtricti iuris. tamen de quibuſdam, ſicut ego dicam expoſito caſu & expoſita litera, etiam hodie dubitatur.

Caſus ergo debet poni ſicut litera iacet. Quædam ſunt actiones bonæ fidei, quædam ſtricti iuris. Iſta diuiſio eſt generaliſsima pertinens ad omnes actiones ſtricti iuris. Regulariter omnes bonæ fidei ſunt ſeptemdecim, quæ enumerantur hîc. vt eſt actio familiæ erciſcundæ. Actio communi diuidundo. Actio pignoratitia Actio depoſiti. Actio commodati. Actio mandati. Actio pro ſocio. Ex empto. Ex vendito. Locato, conducto. Negotiorum geſtorum. Item actio tutelæ. Actio præſcriptis verbis, quæ pro æſtimatione proponitur. Item quæ ex permutatione datur. Item hæreditatis petitio: licet olim dubitaretur, vtrum eſſet bonæ fidei, vel ſtricti iuris. Hodie iudicanda eſt bonæ fidi. Itẽ actio ex ſtipulatu quæ datur pro dote: iure veteri erat vna actin rei vxoriæ, & iſta erat bonæ fidei: Alia erat ex ſtipulatu, quæ datur pro dote: & iſta erat ſtricti iuris. hodie ſublata eſt actio rei vxoriæ, & in eius locum ſurrogata eſt actio ex ſtipulatù: & tamen cùm illa eſſet bonæ fidei, ſequitur, quòd iſta ſit bonæ fidei. Præterea habet actio ex ſtipulatu aliud priuilegium, licet actio ex ſtipulatu non habeat priuilegium tacitæ hypothecæ: tamen in iſta mulier habet priuilegium, vt præferatur aliis creditoribus prioribus tempore: & hoc eſt introductum in eius priuilegium. & hoc dicit vſque ad §. in bonæ fidei. Per hoc quòd hîc enumerantur actiones bonæ fidei:
2 omnes aliæ intelliguntur ſtricti iuris: quia † contrariorum eadẽ eſt diſciplina. vt lege prima. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, & lege qui accuſare. de accuſationibus. Præterea patet per argumentum à ſufficienti partium enumeratione: quia quoties partes inueniuntur ſufficienter enumeratæ: illud quod non inuenitur enumeratum in alia ſic deputatur, vt lege filius à patre. Digeſtis de liberis & poſthumis. & lege patre. furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Præterea poſito vno contrariorum, alterum intelligitur excluſum eſſe & remotum à natura eius quod ponitur: vt lege hæc verba. ff. de verborum & rerũ ſignification. & l. ſed ſi pupillus. §. ſi inſtitoria. Digeſtis de inſtitoria. & in authentica de mandatis princip. §. tertio. Si ergo enumerantur hîc actiones bonæ fidei: omnes
3 aliæ intelliguntur excluſæ & remotæ à natura earum, ergo &c. † *Vendito.* in qua venit, quòd tradatur res, & ſi non tradatur, intereſſe præſtetur vt lege prima. & lege ex empto. Digeſtis de actionibus empti. *Empto.* vt quòd pretium ſoluatur, & vſuræ à die moræ. vt lege Iulianus. §. ex vendito. Digeſtis de actionibus empti. *Locato.* in qua venit quòd præſtetur merces à colono: & ſi contingar prædia deteriorari, quòd reſarciatur damnum. *Conducto.* vt præſtentur omnia quæ præſtari debent: quæ numerantur in lege

in lege ſed addes. ff.locati. *Negotiorum geſtorum.* Directa quæ datur ei cuius negocia gerantur: & contraria quæ datur geſtori: vt lege ſi quis abſens. ff. de negotiis geſtis.& lege ex maleficiis.§. ſi quis abſentis. ff.de actinnibus & obligationibus. *Depoſiti.* directa & contraria. *Pro ſocio.*iſta repetitur ſemper directa. *Commodati.*directa & contraria. directa datur ei qui obligatur ſoluto debito:contraria ei qui impēdit aliquid in rem vt l.ſi rem alienā.§. omois.& l.tutor.§. contrariæ.ff. de pig. act. *Familiæ erciſcundæ.* Actio quæ datur pro hæreditate diuidenda,& nunquam inuenitur cōtratia, licet aliquādo reperiatur vtilis. *Cōmuni diuidundo.* Iſta datur pro diuideoda re cōmuni ex quacunque cauſa ſit cōmunis. & de iſta fuit plenè tractatū in §. quædā.& iſta ſemper eſt directa:ita quòd nō reperitur cōtraria:directa datur pro re corporali: vtilis pro re incorporali: vt in l.item quamuis.§.ſi vſus tantum noſter ſit. ff. communi diui. *Pro æſtimato.* id eſt pro re æſtimata data vt vendatur. verbi gratia, trado librum ſtationario, vt vendat æſtimatum.xxx. & conueoit inter me & eum quòd redderet mihi librum, vel æſtimationem: habet locum actio præſcriptis verbis. Et hoc caſu omne periculum pertinet ad accipientem: quaſi hæc æſtimatio operari videatur. Sed ſi ita dicam, trado tibi librum eo pacto,quòd tu vendas.xxx.& ſi quid vltra vendatur, ſit tuum: hoc caſu ſi quidem ego rogaui, periculum pertinet ad me. Si tu rogaſti, pertinet ad te: in dubio videtur contractus vtriuſque gratia celebratus;& ideò tenetur de dolo,lata culpa, & leui:de leuiſsima non tenetur. vt in l.ſi gratuitam.§.j.ff.de pręſcriptis verbis.& l.j.ff.de exercit. action. Et ſemper qualitercunque datur, habet locum actio præſcriptis verbis æſtimatoria. *Ex permutatione.* conuenit inter me & te de permutando librum meum cum tuo: antequam ego tradam meum,vel tu tuum,ego non poſſum agere,nec tu.Sed ſi egn trado,ego poſſum te cnmpellere ad alterum: vt vel tradas,vel intereſſe præſtes: & eſt in electione mea quod iſtorum conſequar. vt lege prima.ff. de rerum permutatione. & lege rebus.C.de rerum permutatione. ergo regulariter actio præſcrip.verb. eſt ſtricti iuris,non bonæ fidei.Fallit in duobus caſibus quando proponitur pro æſtimatione. Item quando datur ex permutatione:in omnibus aliis eſt ſtricti iuris. *Noſtra*:vt lege vltima in fine. C. de petitione hæreditatis quos ibi tractatur hoc. Dyn.

SVMMARIA SVPER §. FVERAT.

1 *Mulier dando dotem præſumitur ſtipulata eam ſibi reddi: item & maritus præſumitur ſtipulatus ſibi dari.*

2 *Priuilegium actioni pro dote datum an competat ratione doris, an mulieris. & quibus competat. 3.*

4 *. Dolus an & quatenus reddat contractum nullum.*

Contractus bonæ fidei & ſtricti iuris in quibus differant. & numero ſequenti.

5 *Vſuræ, intereſſe, & fructus à quo tempore veniant.*

6 *Actio finium regundorum an ſit bonæ fidei an ſtricti iuris.*

7 *Actio præſcriptis verbis quando bonæ fidei & quando ſtricti iuris: & quando & in quibus ei locus. nu. 8. & ſeq.*

9 *Actio in factum quæ cōcurrit cum actione præſcriptis verbis, an ſit bonæ fidei.*

10 *Actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris: & in quibus conueniat cum actionibus bonæ fidei.*

11 *Item actio quæ datur pro tutela contra eum qui credebatur tutor, eſt ſtricti iuris.*

13 *Præſcriptiones inductæ contra negligentes.*

14 *Legatum dotis, an non validum.*

15 *Obligationum natura.*

16 *Habens tacitam hypothecam an & quādo præferatur habenti expreſſam.*

Mulier in dote quibus præferatur.

17 *Actio de dote patre agente eſt priuilegiata ſicut ſi mulier ageret.*

5 FVERAT. Modò ſequitur decimaſeptima & vltima actio ex ſtipulatu quæ datur pro dote. Et aduertatis,actio ex ſtipulatu reperitur vera & præſumpta: quæ datur viro & vxori:& de vtraque loquitur hîc.Si mulier dat dotem & ſtipulatur eā ſibi reddi procedit actio ex ſtipulatu expreſſa:Itē ſi maritus ſtipulatur dotem ſibi dari:& de vtraque loquitur hîc,quòd eſt bonæ fidei.actio quæ datur mulieri cōtra maritum: & econtra eſt bonæ fidei. verbi gratia,ſi mulier
1 dat †dotem,& non ſtipulatur ſibi reddi,lex præſumit quòd fuerit ſtipulata, ita quòd eſt præſumptio iuris & de iure:ita quod oon admittitur probatio in contrarium: & iſta præſumptio propriè appellatur fictio. Item econtra ſi conuenit inter maritum & vxorem de danda certa quantitate pro dote,lex fingit maritum ſtipulatum ſibi dari:vt hæc omnia patent in lege prima circa principium & §. & vt plenius. C.de rei vxorię actione.& hoc vult hîc litera dicere:tamen ibi dicit clarius: quia plura verba proponuntur marito contra vxorem,& vxori contra maritum in exactione, id eſt quando proponitur pro dote à marito contra vxorem vel econtra Præterea habet aliud priuilegium actio ex ſtipulatu pro dote quod non ſolùm eſt bonæ fidei, ſed habet annexam taciram hypothecam, qua mediante mulier præfertur aliis creditoribus aotiquiori-
2 bus tempore. *Ei.* poteſt † dici actioni ex ſtipulatu pro dote, & etiam mulieri. Quare fuit iſtud dictum:quia qoidam magnæ authoritatis dicunt, quòd actio de dote non eſt priuilegiata, ſed mulier: imò priuilegium quod datur pro exigenda dote datur mulieri, noo actioui de dote:& hoc ipſi probant:quia vbi priuilegium datur ratione cauſæ, non extinguitur extincta perſona, ſed trāſit ad quencunque ſucceſſorem vt lege io omnibus. & lege priuilegia. ff. de regolis ioris. Sed priuilegium quod datur pro actione de dote extinguitur mortua muliere:quia ſi decedat relicto hærede extraneo extinguetur:licet trāſeat ad filium:vt l.vnica.C.de priuile.dotis.Præterea, & iſtud

iſtud eſt argumẽtum friuolũ:iſtud eſt argu. quod
principaliter inducebat ille doctor:omnia priui-
legia ſunt introducta gratia hominũ,actiones nõ
debent eſſe priuilegiatæ. Or ſine dubio magnæ
auctoritatis ſunt:tamen ego credo quòd vtraque
opinio ſit vera. Ego dico quòd actio de dote eſt
priuilegiata:& quare dico quòd actio de dote eſt
priuilegiata:quia tex.dicit quod priuilegium co-
hæret actioni de dote. ſcire debes &c.vt l. vnica.
C.de priuileg.dotis.tamen licet cõcedatur actio-
ni : conceditur fauore mulieris. vt probatur in l.
vltima.C.qui po.in pig.hab.& ideo ea decedente
relicto hærede extraneo , extinguitur priuilegiũ.
Sed quando relinquit hæredem ſuum vt filium,
actio de dote eſt priuilegiata.vt l.vltima qui po.
in pig.hab.& ideo exponatis ei id eſt actioni, vel
mulieri. Or quam expoſitionem credo ego ve-
ram : credo vtranque veram quantum ad iſtum
textum.Sed aliàs ego credo illam veriorem,ſcili-
cet actioni. Nam ſicut actio, quæ datur mulieri
pro dote recuperanda habet annexũ priuilegium
vt lege prima.§.& vt plenius.C.de rei vxor. acti.
cùm ergo &c. *Dicimus*. ſcilicet actioni de dote.
Sed text. iſte videtur ſe referre ad actionem quæ
competit mulieri pro dote recuperãda . ad actio-
nem quæ datur viro non reſpondet. C. de rei
vxo.actione. Et ideo exponatis hic ei,ſcilicet a-
ctioni de dote,vel mulieri. *Aliis*. ſcilicet credi-
toribus tacitam hypothecam habentibus licet
prioribus tempore.*De dote ſua*. Sed ſi peteret do-
nationem propter nuptias, non haberet priuile-
gium:quia dicitur in lege ideo ſubuenimus mu-
lieri concedendo ei tacitã hypothecam,& præfe-
rendo eam aliis creditoribus : quia quando mu-
lier petit dotem, certat de damno vitando. Sed
quando mulier petit donationem propter nup-
tias,certat de lucro captando. vt l.aſsiduis. circa
finem C.qui po. in pig.hab. Et ideo dicuntur hîc
verba text. *Cum ipſa* &c. quaſi dicat, aliud ſi ex-
periatur de donatione propter nuptias. *Indu-
ximus*:vt præferatur aliis creditoribus.& per iſtũ
textum ſoluuntur duæ quæſtiones. Vna eſt talis:
3 † Ponamus quòd quidam extraneus dedit do-
tem pro muliere:& ſtipulatus fuit,vel pactus eam
ſibi reddi, actio datur ſibi tantum, non mulieri,
nec hæredibus mulieris:vt l. vnica.§.accedit.C.de
rei vxo.actio.Soluto matrimonio, & adueniente
caſu reſtituendæ dotis, agit iſte contra maritum,
vel hæredes mariti repetunt dotem : ex aduerſo
concurrunt alij creditores qui habebant tacitam
hypothecã , vel chirographarij priores tempore.
Eſt quæſtio nunquid iſte habeat tacitam hypo-
thecam, & præferatur aliis tacitam hypothecam
habentibus,& chirographariis.hic determinatur
propriè,& videtur quòd priuilegium habeat lo-
cum etiam quando extraneus dedit dotem, vel
promiſit nomine ſui principalis perſonæ,vel aliæ
pro principalibus perſonis dotem conſtituant,
illa quæ dicuntur de tacita hypotheca vendicant
ſibi locum : tamen ego credo argumento huius
textus quod non habeat tacitam hypothecam:
quia textus dicit, cum ipſa &c. Secus ergo ſi ex-
periatur extraneus. *Cuius ſolius*.Ergo patet quod
in perſona extranei priuilegium non vendicat ſi-
bi locum. Alia quæſtio eſt ſimilis quæ ad idem
tendit. Modo aduertatis,quidam extraneus de-
dit dotem pro muliere,& ſtipulatus fuit eam ſibi
reddi , dubitatur an actio quæ datur extraneo
pro dote recuperanda,ſit priuilegiata de priuile-
gio perſonali, videtur quod non, ex quo non eſt
priuilegiata priuilegio reali : quia priuilegia quæ
dantur pro dote recuperãda concedũtur fauore
mulieris : & ideo non debent extendi ad perſo-
nam extranei. Modo ſequitur videre tres vel
quatuor vel quinque vel ſex quæſtiones per ordi-
nem, & ad declarationem eorum quæ ſolent tra-
ctari circa materiam huius.§. Aduertatis quæ-
ſtiones ſunt notabiles, & facilimæ, actiones quæ
hîc enumerantur, dicuntur bonæ fidei:lex vide-
tur velle, quòd omnes actiones ſunt bonæ fidei.
& quia in omnibus contractibus bonæ fidei &
ſtricti iuris requiritur bona fides vt lege bonam
fidem. C. de actionibus & obligationibus.
4 † Plus ſi in contractu bonæ fidei interueniat
mala fides id eſt dolus:ſi quidem dolus dedit cau-
ſam contractui , contractus ipſo iure non valet:
ſed ſi incidit in contractum:tenet contractus,ſed
agitur actione ex eo contractu ne decipiatur.
vt lege iul. §. ſi venditor & §.per contrarium. ff.
de actionibus empti.& lege eleganter circa prin-
cipium ff.de dolo.Sed in contractibus ſtricti iu-
ris,ſi quidem dedit cauſam contractui,valet con-
tractus ſed agitur de dolo:ſi agit,excipitur de do-
lo:& ideo videtur obſtare lex.ſi quis cum aliter.
ff. de verborum obligationibus. & lex dolus. C.
de inutili ſtipulationi. cum multis aliis. Ad i-
ſtud eſt breuis reſpõſio , ſimiliter verum eſt quòd
in omnibus requiritur bona fides : tamen magis
latè requiritur in actionibus bonæ fidei.quia in
actionibus bonæ fidei magis latè patet officium
5 iudicis quàm in aliis. Nam † in cõtractibus ſtri-
cti iuris vſuræ non veniunt etiam ſi interueniat
mora,niſi ſint in ſtipulationem deductæ:vt lege
prima.C. de condictione indebi. l.tertia.C.de v-
ſuris. & lege lucius.ff.de præſcriptis.Tamen in a-
ctioni. bonæ fidej veniunt vſuræ à tempore mo-
ræ circa vinculum ſtipulationis.vt l.quia tãdem.
ff.de negot. geſt.l.lucius. ff.depoſiti.lege mora.§.
in bonæ fidei.ff.de vſuris. Præterea plus ſi peto
per actionem perſonalem rem , Aut peto quod
fui meum : & tunc veniunt fructus à die moræ.
Aut quod non fuit meum & tũc veniunt à tem-
pore litis cõteſtationis in actionibus bonæ fidei.
Sed in actionibus ſtricti iuris veniunt demum li-
te conteſtata. vt lege videamus.§. ſi actionem.
ff.de vſuris.vbi ſi ſtipulor aliquid dari non venit
intereſſe ex natura contractus:vt lege vbi autem
non apparet.§.vltimo.ff.de verborum obligatio-
nibus. licet ex officio æſtimetur. Sed in actioni-
bus bonæ fidei poſſum agere ad intereſſe ex natu-
ra contractus : vt l. prima.ff.de ac. empti. Item
in contractibus ſtricti iuris venit illud quod eſt
per verborum ſignificationem expreſſum , &
quod non eſt per verborum ſignificationem ex-
preſſum,æſtimatur omiſſum.vt lege quicquid.ff.
de verborum obligationibus. Sed in contracti-
bus bonæ fidei veniunt omnia quæ æquum eſt v-
ni alteri præſtare etiam ſi non apparet quid a-
ctum eſt quòd veniat. vt ſuprà de obligationi-
bus ex conſen. in fine tituli & lege conſenſus
ff. de actionibus & obligationibus. & ideo iſtæ
6 appellantur bonę fidei. † Or ſecundò poſſet ali-
quis dubitare : an actio finium regundorum ſit
bonæ fidei. & videtur quòd ſic : cùm ſit de
natura actionum familiæ erciſc. & communi di-
uidund.vt ſuprà §.quædam.qua ergo ratione illæ
ſunt bonæ

ſunt bonæ fidei. vt hic eadem ratione & iſta. Ad
iſtud reſpondeo ſicut reſpondetur & bene, quòd
eſt ſtricti iuris: quia non enumeratur hic: & ideo
à ſufficienti partium enumeratione intelligitur
eſſe excluſa, & in aliis deputata: quia actio fami.
erciſcundæ & communi di. reputatur bonæ fidei:
quia in eis ego peto mihi adiudicari illud quod
eſt meum & alienum. Sed in actione fin. regund.
adiudicatur aliquando illud quod eſt alienum. vt
7 l. ij. in fi. ff. fi. regund. † Dubitatur tertiò: hic di-
citur quòd actio præſcriptis ver. eſt bonæ fidei in
duobus caſibus, quando pro æſtimato proponitur
& quando datur ex permutatione. Quæro in qui-
bus caſibus ſit ſtricti iuris: eſt inuenire quòd act.
præſcriptis verbis habet locum in multis caſibus
8 extra iſtos: & in iſtis eſt ſtricti iuris. Actio † præ-
ſcriptis verbis habet locũ in tribus generibus ne-
gotiorum. Item pro rei æſtimatione: vt l. j. ff. de
præſcriptis verbis. & l. j. de æſtimatoria act. habet
locum in permutatione, & habet locum in omni-
bus pactis incontinenti appoſitis. Nam pacta in-
continenti appoſita habent talem naturam quòd
nouam pariunt actionẽ præſcriptis verbis, & ve-
terem informant: vt l. iuris gentium. §. quinimo.
& §. iuris gentium. ff. de pactis. Præterea habẽt
locum in contractibus innominatis. Credo quòd
recordamini, cõtractus innominati ſunt quatuor,
ſ. do tibi vt des: do vt facias: facio vt des: facio vt
facias: vt l. naturalis. ff. de præſcri. verb. Hæc actio
præſcriptis verbis habet locum in contractu do
vt des, do vt facias, facio vt facias. Sed in quarto
ſcilicet facio vt des, iſtæ gloſ. ſimpliciter ſentiunt
quòd habet locum actio de dolo. malè dicunt: vos
inuenietis quòd in iſto aliquando habet locum
actio præſcriptis verbis. vt l. ſolent. ff. de præſcri-
ptis verbis. & ideò debuit gloſ. dicere, ſicut inue-
nitur in aliqua gloſ. Et in illis tribus ſimpliciter
habet locum actio præſcriptis verbis. In quarta
aliquando habet locum actio præſcriptis verbis:
aliquando de dolo: & ideò iſta glo. errauit: quia
non diſtinxit. ex facto meo tibi aliquid adeſt, ha-
bet locũ act. præſcriptis verbis. Sed ſi nihil adeſt,
habet locum actio de dolo: verbi gratia, cõuenit
inter me & te vt liberarẽ te, & tu dares mihi x.
Si ego adimpleui, & tu non, habet locum act. præ.
verb. hic autẽ peruenit ad te liberatio. Sed ſi con-
uenit inter me & te, quòd deberem manumittere
ſeruum, & tu dares mihi. x. & manumiſi, ad te ni-
hil peruenit: ad eum peruenit libertas. Hoc ca-
ſum habet locum actio de dolo, ſi dolo feceris: vt
l. cùm proponas. C. de dolo. & ita debet intelligi
l. naturalis. §. quod ſi faciam. ff. de præſcript. verb.
Præterea habet locum actio præſcri. verbis vbi-
cunque certum eſt contractum eſſe celebratum:
ſed ignoratur de nomine contractus: quia plura
ſunt negocia quæ inter homines aguntur, quàm
vocabula, quæ contractus diſtinguũt: vt l. j. ij. &
iij. ff. de præſcri. verb. Et nihilominus habet locũ
actio in factum quæ cum ea concurrit. Sed vbi
dubitatur vtrum ſit contractum vel non: non eſt
certum cõtractum celebratũ. Sed æquitas ſuadet
actionem dari: nõ habet locũ actio præſcri. verbis,
ſed actio in factũ: & in hoc multi errãt: & ita de-
9 bet intelligi l. quoties. de præſcriptis ver. † Mo-
do ſequitur videre, an actio in factũ quæ concur-
rit cum actio. præſcri. verb. ſit bonę fidei. certũ eſt
quod vbi habet locũ actio præſcriptis verbis ha-
bet locum actio in factum quę cum ea concurrit
vt l. j. ff. de præſcrip. verb. Quæro ergo nunquid
actio in factum quæ proponitur pro æſtimatio-
ne vel permutatione ſit bonæ fidei eo caſu quo
præſcriptis verbis eſt bo. fid. Or hic eſſet locus
longę diſputationi: Sed oportet bene dicere, quia
calor eſt nimis magnus: ſi ego sciuiſſem de illo
calore non legiſſem iſtum ti. Et videretur dicen-
dum quod eſſet bonæ fidei. & iſtud argu. faceret
immediatè cuilibet verum: quia vbicũque actio
ſurrogatur in locum alterius aſſumit cõditiones
illius actionis in cuius locum ſubrogatur: vt l. j.
§. ſi quis ſub cõdit. & §. belliſsimè. vt legat. nom.
ca. & l. ſi eum. §. vl. ff. de ver. ſig. & l. ſi eum. §. vlt.
ff. ſi quis cau. Sed hic datur in locũ actionis præ-
ſcriptis verbis & illam conſtat eſſe bonæ fidei e-
tiam illlis duobus caſibus: ergo &c. Ego reſpon-
deo ſimpliciter & habetur, ꝙ eſt ſtricti iuris etiã
in illis duobus caſibus. ecce arg. quod glo. facit,
& eſt ſatis bonum. Or noretis bene & qualiter
poſsit probari determinatio gl. erit opus videre,
quia gloſ. non probat, quòd in omnem caſum ſit
ſtricti iuris: conſtat quòd certi condictio habet
locum vbicunque petitur certum ſiue ex contra-
ctu ſtricti iuris, ſiue bonæ fidei. & tamen nunquã
eſt bonæ fidei. ſic iſta. Præterea non iudicabitur
bonę fidei quod aſſocietur actioni præſcript. ver.
quæ eſt bonæ fidei. Et hoc oſtẽditur. ecce modum
probandi opin. gl. Ego inuenio, quòd ſi aliquis
debitor hęreditarius qui tenebatur ex contractu
ſtricti iuris, contendat ſe hæredẽ eſſe, tenetur pet.
hæredit. & tamen petitio hæredit. non variat na-
turã ſuã: quia ſemper remanet bonę fid. hoc patet
ſi recordamini quid prodeſſet: cauetur in lege
quod in omnibus bonæ fidei iudiciis poteſt peti
quod cautio interponatur de ſoluẽdo debito ad-
ueniẽte die: vt l. in omnibus. ff. de iudi. In alia le-
ge cauetur, quòd in contractibus ſtricti iuris talis
cautio non procedit vt l. dedi. circa prin. ff. de cõ-
dictione ob cauſam. Ecce vnde procedo ad pro-
bandum. procedo aliquãtulum à remotis, vt me-
lius intelligatis. Si debitor hæreditarius qui tene-
batur ex contractu ſtricti iuris, contendat ſe hæ-
redem. compellitur ad cautionem præſtãdam de
ſoluendo debito adueniente die. vt l. quod ſi in
diem. circa prin. ff. de petitio. hæreditat. Ergo li-
cet iſta actio in factũ aſſocietur actioni præſcrip.
verbis, non propterea aſſumit naturam actionis
10 bonæ fidei. † Quæro vlterius de quadam actio-
ne de qua glo. non quærit hic: ſed alibi. ſ. de actio-
ne ex teſtamento: quilibet veſtrum reſponderet
quòd eſſet bonæ fidei per mille leges: quia ſicut
actio bonæ fidei patit vſuras à die moræ: ſic a-
ctio ex teſtamento vt l. qui inſolidum. §. etiam. &
l. Ticia ſeia. §. vſuras. ff. de legat. ij. Præterea in a-
ctionibus bonæ fidei ille qui tenetur ad rem, ſol-
uendo deteriorem factã nõ liberatur ab actione
prima: vt l. tertia. circa principium. ff. commo. &
l. j. §. ſi res. depoſiti. In actione ex teſtamento ſi-
militer, vt l. huiuſmodi. §. ædes. ff. de leg. j. & l. ma-
uius. §. in fundo legato. ff. de leg. ij. per quod patet
quòd eſt bonæ fidei. Ego credo quod ſit ſtricti
iuris. Tamẽ aliqua ſimilia habet cum actione bo.
fidei. In aliquo ſapit naturam actionum bon. fid.
Et hoc oſtendo per quandam l. quam vos habui-
ſtis hoc anno. In act. in rem, & ad exhib. & omni-
bus bonæ fi. iudiciis iuratur in litẽ. vt l. in actio-
nibus. ff. de in lit. iur. Modo ſequitur eodem titu.
aliàs ſi ex teſtamento, vel ex ſtipulatione agatur,
in litem,

in litem non iuratur: vt l.alias.ff. de in lit. iuran.
ergo &c. Illa argumēta ſunt magis in contrarium:
11 quia nil ſimile idem, vt dixi alias. Dubitari † poſ-
ſet de actione pro tutela, quæ datur contra eum
qui credebatur eſſe tutor & non erat: & videtur
bo.fi. quia parit vſuras à die moræ: vt l.j.§.hoc iu-
dicio.ff.de eo qui pro tu. non geſsit. Tamen cre
dō quòd ſit ſtricti iuris quia hic nō enumeratur.
quòd pariat vſuras eſt propter ſimilitudinē quā
habet cū actionibus bo.fi. Dubitatur vlterius,
tamen illud dixi in text. de cōtraria mandati, com
mo.depo.pig.neg.geſt. De directa non eſt dubiū:
ſed de contraria. Tamen ad iſta reſpondent gloſ.
& credo quòd bene reſpondeant, quòd ſunt bo-
næ fid. Ecce argumentum debile: tamen credo
quòd ſit verum quia quod actio ſit bo.fi. iſtud eſt
fauore. fauor debet extendi, vt lege cùm quidam.
ff. de lib. & poſth. Vlterius quæro duo dubia
circa actionem de dote iam ego expediui. Quæ-
rō, & iſtud ſoluitur in gloſ. & malè ſoluitur: non
tamen per argumenta quæ faciant ad propoſitū:
dicunt gloſ quòd actio de dote incipit habere lo-
cum matrimonio ſoluto: Sed in caſu quando ma
ritus incipit malè vti ſubſtātia ſua, habet locū ma
trimonio conſtante: vt l.vbi adhuc.C.de iure do.
Iſtam ſuam opinionem qualiter probant. Ecce
modus argumētandi & in veritate non valet duas
12 muſcas: præſcriptio † xxx.an. quæ currit contra
actionem de dote incipit habere locum demum
cùm matrimoniū eſt diſſolutū, vel maritus inci-
pit ad inopiam vergere: vt l.in rebus.§.omnes.C.
de iure dotium. Si hoc eſt, ergo tunc tantum inci
pit naſci: ſi ante eſſet nata, ante potuiſſet præſcri
bi. Iſtud eſt argumentum efficacius quod indu-
cat: tamen non valet duas feſtucas. Ad hoc vt
actio præſcribatur requiruntur duo.ſ. quod ſit
nata, & quod poſsit intentari. Si eſt nata, & non
13 poteſt intentari, non currit præſcriptio: † quia
præſcriptiones ſunt inductæ contra negligentes:
& iuris ſui contemptores. Ille qui habet actionē,
& non poteſt eā intentare, non videtur negligēs.
vt l.j.in fi.C.de anna.ex. Si.§. ille dicit, quòd nō
præſcribitur actio de dote: illa eſt ratio, quia non
poteſt intentari matrimonio conſtante marito
non vergente ad inopiam. Illud argumentū nihil
valet: tamen in veritate quædam lex videtur face
14 re pro gloſ. prima facie tamen nihil facit. † So-
cer recipit dotem à nuru, veniens ad mortem &
adhuc conſtāte matrimonio inter filium & nurū
legat nurui dotem, valuit legatum vel non. Di
ſtinguitur. Aut legauit ius dotis, aut quantitatem
quæ erat debita. Primo caſu legatum eſt nullū.
Secundo eſt aliquid: & nō videtur alia ratione,
niſi quia actio de dote nondum competebat: vt
l.ij.in prin.ff.de do.prælег.tamen dico quòd tex.
ille nihil facit: non dico quòd legatum nō valet:
quia illa ſit ratio, quæ confirmaret gloſ. Sed quia
videtur legaſſe creditor debitori actionem qua
ſibi tenebatur. Si lego rem tuam tibi, legatum nō
valet. vt l.maius.§. duorum.ff. de leg.ij.& l.pro-
prias. vnde iſta eſt ratio: quia legauit debitor cre-
ditori actionem qua erat obligatus: iſta ratio nō
alla fuiſſet valde deriſoria: vnde dico ſuſtinendo
opi.gloſ. quòd actio de dote non naſcitur regula-
riter, niſi matrimonio diſſoluto: & hoc per quod-
dā argumentū cui non poteſt aliquis reſpondere
15 vt credo: natura enim obligationū † ita ſe habet,
quòd vbicunque obligationes contrahuntur pu-
rè, incontinenti naſcitur obligatio & actio: vt l.
in omnibus.ff.de regu.iur. vbi in diem certā incō
tinenti naſcitur obligatio, ſed non actio, niſi ad-
ueniente die: vt l. cum qui calendis.§. quoties.ff.
de verb.obliga. vbi autem ſub conditione, aut cō-
ditio ſe habet ad eſſe tantum, & naſcitur obliga-
tio incontinenti vt l.impoſsibilis.& l.in illa ſti-
pulatione.ff. de verb.obli. & l.ſi pupillus.§.ſi ſub
condi.ff. de noua. Sed vbi conditio tacita vel ex-
preſſa in obligatione adiecta habet ſe pariter ad
eſſe, & ad non eſſe; ſimiliter verum eſt quòd nulla
actio naſcitur conditione pendente: vt l. cedere
diem.ff.de verb.ſignifi.l. legata ſub condi.& l.qui
hæredi.§.vlt.ff.de condit.& demon. Sed ſi mulier
dat dotem, conditio repetendæ dotis quæ eſt: quid
dicetis vos: quilibet veſtrum diceret quòd tacita
conditio videtur ineſſe: quia ſi mulieris culpa ma
trimonium diſſoluatur, denegatur ei dotis repeti-
tio. Si culpa mariti, datur ei repetitio. vt l.conſen-
ſu.C.de repu.& l.Lucius.ff.ſol.ma. Cùm ergo cō
ditio quæ ineſt obligationi ſe habeat ad eſſe & ad
nō eſſe. quia poteſt eſſe quod iure permittente re-
peteretur, & quòd nō: ergo &c. Qui dicit aliud ne-
ſcit quid dicat. iſta opi.glo. eſt veriſsima. † Alia
16 quæſtio eſt, mulier habebat tacitā hypothecam,
qua mediante præfertur aliis creditoribus: quærit
gloſſas quibus. multę opin. fuerunt. Veritas eſt
quam glo. tradit. Aduertatis vt ſciatis cauſam
dubitationis: quidam dixerunt quòd præfereba-
tur tacita hypotheca his qui habebant expreſſam
hypothecam. Si aliquis obligat mihi omnia bona
ſua, & ctas contrahatur matrimonium, quod mu-
lier præfertur mihi: & hoc probo ſic: nō credatis
quod moueātur fatuè. conſtat quòd ille qui mu-
tuat in refectionem nauis, præfertur habenti ex-
preſſam hypothecā: vt l.interdum.ff.qui po.in pi.
ha. Sed in alia lege cauetur, quod mulier præfer-
tur his qui mutuauerunt in refectionem nauis. vt
in authen.de æqua.do.§. his conſequens: ergo &c.
& iuxta regulam ſi vinco vincentem te &c. vt.l.
de acceſsionibus.ff. de diuerſis & temp. præſcrip.
Tamen noſtri doctores dicunt, & iſta eſt veri-
tas prout ego credo: quòd mulier præfertur om-
nibus qui poſt eam cōtraxerunt ſiue tacitam ſiue
expreſſam hypothecam habentibus. Præterea
præfertur omnibus anterioribus habentibus ta-
citam hypothecā priuilegio legis eis conceſſam.
Illis vero qui habent expreſſam, non: quia illi ha-
bent priuilegium ex prouiſione ſua: & hoc proba
tur. dicitur in l.quod ſi mulier dat dotē, volumus
eam præferri aliis creditoribus prioris temporis
priuilegio vallatis: priuilegio eſt vallata priuata
lex: vnde loquitur de illis qui habent priuilegiū
à lege: illi qui habent ex pactione, non habent à
lege ſed ex iur.comuni: ita probatur in l.aſsiduis.
C.qui po.in pig.ha. ibi licet prioris tēporis priui-
17 legio vallati fuerint. † Alia quæſtio eſt: an ſi
procurator mulieris agat actione de dote habeat
priuilegium: non eſt quæſtio: quia procurator a-
ctoris quantum ad omnia repræſentat perſonam
domini: & procurator rei præter quam in onere
ſatiſdandi: vt l.ſed & hæ.§.defendere.ff. de procu.
& l.minor.§.quantum.e.ti. & l. ſi cum procur.ff.
de re iudi. & l.alia.ff.ſolu.mat. ergo &c. Vltima
quæſtio eſt ſi pater dat dotem, & pater agat: an a-
ctio de dote ſit priuilegiata: videtur quod non:
quia hoc habet locum quando mulier agit: tamē
glo. determinat hoc quòd etiā agēte patre eſt pri-

 uilegiata

uilegiata. Et hoc ego probo ſic, ſicut gloſ. probat & bene. Pater qui exigit dotem, tenetur eam reſeruare niſi clades ſuperuenerit: vt in authentica ſed quamuis. C. de rei vxo. actio. vnde agit ad cõmodum mulieris non ad ſuum: & ideo eo agente eſt priuilegiata ſicut agente muliere. Dyn.

SVMMARIA SVPER §. IN BONÆ FIDEI IVDICIIS.

1 *Compenſationi quando, an non, locus ſit. 3. 4. 5. 6. & ſequen. & num. 13.*
2 *Verbum reddendi, & verbum reſtituendi.*
3 *Speciei ad ſpeciem vel quantitatem, non fit compenſatio. 5.*
4 *Legis ſi ambo. ff. de cõpenſationibus. intellectus.*
7 *Innouatum an ſit circa actiones ſtricti iuris.*
9 *Speciale quid inductum in actione depoſiti.*
11 *Depoſitarius non reſtituendo rem eſt in dolo.*
12 *Compenſatio an fiat ipſo iure.*
13 *Speciei ad ſpeciẽ, vel generis ad genus an admittatur compenſatio.*
14 *Compenſatio quid.*

5 IN BONÆ FIDEI IVDICIIS. Dictum eſt in præcedenti §. quod quædã actiones ſunt bonæ fidei: quædã ſtricti iuris: & ideo diuiſione illa premiſſa §. iſte quandã ponit differentiã, quæ olim erat inter actiões bonæ fidei ex parte vna, & actiões ſtricti iuris ex parte alia.

Hodie verò per præſentem §. ſoluitur illa differentia: & quantũ ad illud in quo olim differebãt, hodie æquipollent ponendo generalem regulam, quòd in quolibet genere actionis bo. fi. & ſtricti iuris compenſatio locum habet: & ponendo exceptionem in actione depo. §. iſte non continet aliquam difficultatem. Et ideò aduertatis, ne erretis in poſitiõe caſus: dicit ergo in bonæ fidei. &c. vnde i vno verbo poſſet dici, olim differẽtia erat in hoc inter actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris: quia in actione bo. fi. poterat opponi compenſatio: & cõpenſatione oppoſita ipſo iure vſque ad concurrentes quantitates tollebantur actiones. In actionibus ſtricti iuris non: ſed habebat locũ exceptio doli: & ea oppoſita conſequebatur reus: vt tantominus condemnaretur quãtum debebatur ſibi.
1 Hodie † verò quantum ad beneficiũ cõpenſationis oppoſitæ, & quantum ad effectum ſublata eſt differentia inter actiones bonæ fidei & ſtricti iuris. & vſque ad concurrentes quantitates tolluntur actiones ipſo iure. Iſta ratio fallit in actione depo. & nihil aliud dixit §. iſte. verbi gratia. Ecce modò caſus in terminis. Ponamus ego vendideram alicui quandam domũ pro precio. c. librarum: & emptor qui emerat fuit in mora, & ſtetit per annum vel biennium quòd nõ ſoluit precium: ago contra eum & peto preciũ. Præterea peto condemnari in eo quod intereſt mea moram non eſſe commiſſam. Econtra ipſe allegat me debitorem ſuum ex cauſa mutui in. x. li. & ideò me vult repellere ex cauſa compenſationis vſque ad concurrentem quantitatem: dubitatio eſt, an ego ſim audiendus: & dicit, ꝙ bene ſum audiendus: quia æquum eſt intereſſe præſtari ratione moræ debitoris. Secundò dubitatur an compenſatio per reum oppoſita ſit admittenda: & reſpondetur quòd olim & hodie idem eſt per omnia in act. bo. fi. quia ſi actor aliquid petebat, poterat opponi compenſatio, & compenſatione oppoſita actiones tollebãtur ipſo iure. Sed in cõtractibus ſtricti iuris erat aliud: quia ſi ego agebã contra te condi. ex mutuo: econtra etiam debitor tuus ex contractu ſtricti iuris, volebam compenſationem opponere, non habebat locum compenſatio iure veteri: tamen tu poteras opponere excep. doli: & opponendo exceptionem cõſequebaris quod tantominus condemnareris quantum erat tibi debitum. Hodie verò iure nouo per Iuſtinianum inducto ſic habet locum compenſatio in actionibus bonæ fidei ſicut in actionibus ſtricti iuris. Fallit in actione depoſiti: & ratio eſt ne prætextu compenſationis oppoſitæ reſtitutio rerũ depoſitarum impediatur. hoc intẽdit §. iſte. *Iudiciis.* id eſt actionibus. *Reſtitui.*
2 largo † modo exponatis: hoc eſt ſiue in dando, ſiue in reſtituendo. nam verbum reddendi & reſtituendi licet habeat per ſe reddendi ſignificationem, tamen recipit ſignificationem in dando, & in reſtituendo, & in præſtando. vt l. verbum reddendi. ff. de verborum ſignificatione. & l. cum quidam vxori. ff. de leg. ij. Nam æquũ eſt actori in contractibus bonæ fidei à die moræ præſtari vſuras, & illius intereſſe ſimiliter: vt l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. & l. in initio. C. de pac. inter emp. & ven. Præterea tenetur ad intereſſe à die moræ, & illius intereſſe ſimiliter habetur ratio per iudicem vt ſuprà de obli. ex conſen. §. vlt. & l. cõſenſu. ff. de actionibus & obligationibus & l. iuli. §. ex vendito. ff. de actionibus emp. Tamen aduertatis, ſicut iudicis officium debet eſſe æquum quantum ad partem actoris, vt præſtaretur ei à reo quod æquum eſt præſtari: ita & ex parte rei: quia ſi aliquid eſt debitũ reo, illo deducto cõdemnabit eum. *Oporteat.* ſicut ego reo. *Noſtra.* C. de compen. l. vlt. *Iure.* dicit gloſ. hic cum hincinde debetur quantitas: fortè voluit hoc dicere text. & fortè nõ. † Ego credo quòd voluit dicere aliud,
3 ſ. quod dicitur in l. vlt. C. de compen. *Iure* &c. i. cùm hincinde eſt liquidũ debitum: & poteſt addi illud quod dicit gloſ. & hincinde debetur quãtitas: tamẽ illud eſt extra tex. quod neceſſarium eſt: tamen text. dicit hoc. Sed ſi nõ eſt debitum liquidum ex parte non fit compenſatio. vt l. vlt. C. de compen. l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſ. ſubiicit glo. & debetur hincinde quãtitas. Nam ſpeciei ad ſpeciem vel ſpeciei ad quantitatẽ non fit compenſatio vt l. ſi creditor. §. j. ff. de peculio. l. ſi conuenerit. circa prin. ff. de pigno. act. l. ſi non ſortem. §. ſic. ff. de cõdi. inde. *Minuant.* cõpenſatiões oppoſitæ ab homine ipſo iure: quia compenſatio tollit omnem obligationem ciuilẽ & naturalẽ: quia operatur illud quod ſolutio. Sed ſolutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio: ita quod nullæ reliquiæ remanent. vt ſuprà qui. mo. tolli. obliga. in prin. ſic & hic. *Alias:* aliæ dicũtur eſſe mixtæ: vt actio cõmuni diui. familiæ erciſcun. cõmuni diu. & peti. hęredita. de quibus tractatum eſt ſuprà in §. quædam. Præterea iudicis officium & extraordinariæ perſecutiones fideicõmiſſorum de quibus tractatur in l. pecuniæ verbum. §. actionis. & §. ſed plerũque. ff. de verborum ſignificationibus. Præterea actiones

prætoriæ

prætoriæ in illis compenſatio locum babet.Nam
ſi tu babebas domum ruinoſam quæ minaba-
tur ruinam domui meę: & ego petam quòd tu
caueas mihi de damno infec. non cauiſti, & po-
ſtea miſſus ſum in poſſeſſionem domus ex primo
& ex ſecundo decreto, & conſecutus ſum domi-
nium domus tuę:ſi tu velis quòd caueam tibi de
damno infec. non audiris: quia in eo debes pu-
niri in quo deliquiſti: deliquiſti in eo quod non
cauiſti ergo &c. vt l.qui bona. §.ſi quis quia ſibi
non cauebatur.ff.de dam.infec.& ita debet intel-
ligi.l.ſi ambo.in vet.in ſtipulationibus.ff.de com
penſatio. *Excepta*. Modo ponit exceptio à regula
generali propter rationem quæ ſequitur. Modo
reſtat pręmiſſa poſitione caſus,& expoſitione tex.
intelligere breuiter illa quæ glo.intendunt circa
materiã huius. §. & ideò poteſt opponi breuiter
ad intellectũ materiæ vj. vel vij. modis, & tres
quæſtiones breuiter formare:& tunc intelligetis
totam materiã §. Poſtea ſequitur materia quæ
eſt aliquantulum ſubtilior de actionibus arbitra
rijs tameo iſta eſt facillima: & propterea expe
diam eam per illum modum quem præmiſi,ſatis
breuiter quam breuius potero: hic dicitur,quòd
5 ſiue † agatur actione bonæ fidei,ſiue actione ſtri-
cti iuris,ſiue actione in rem,ſiue in perſonam:ho
die compenſatio locum habet:& ipſo iure actio-
nes minuntur.quod iſtud circa actionem in rem
manifeſtè ſit falſum.quilibet veſtrum poteſt ma-
nifeſtè perpendere. certum enim eſt quòd actio
in rem proponitur pro ſpecie petitoria rei quæ
ab aliquo poſsidetur: vt l.in rem. & l.ſi in rem.ff.
de rei vendi.ſi agam contra te rei ven.ad librum,
vel ad vineam vel ad aliam rem: textus iſte vide-
tur dicere:quod poſsis opponere compẽſationem
vſque ad concurrentem quantitatem. vt ſi eram
debitor tuus in 50. & vineam quam poſsidebas
valebat.c. quod poſſum petere ſolam dimidiamt
& iſtud ẽ manifeſtè falſum: quia de ſpecie ad quã
titatem non fit compenſatio:& ideò videtur ob-
ſtare.l.ſi nõ ſortem.§.ſi centum.ff. de condict.in-
de.& l.ſi cõuenerit. circa prin ff.de pignor.actio.
l.ſi non ſortem.& l. quod dicitur.ff. de impẽ.& l.
ſi creditor.§.j.ff. de pecul. & plures aliæ. Patet
reſponſio, aut eo tẽpore quo proponitur actio in
rem,cõdemnatio fit ad rem,& in ipſam rẽ fit exe-
cutio. Aut condemnatio fit ad æſtimationem:
vel cõdemnatio fit ad rem,executio fit in æſtima-
tionem. Primo caſu actor petit, quòd executio
fiat in rem:& hoc poteſt, ſi reus habet facultatem
rei reſtituendæ: vt l.qui reſtituere.de rei vendic.
Hoc caſu non vendicat ſibi locum compenſatio:
quia de ſpecie ad quantitatem, vel econtra non
admittitur compenſatio: vt in ll.contrariis. Se-
cundo caſu, vt quia deſiiſti poſsidere dolo, vel
culpa, condemnatus es ad æſtimationem rei:vel
ecce alium caſum:eras condemnatus ad rem, ha-
bebas rem petebam quòd condemnareris ad æ-
ſtimationem, vel quod propter contumaciam
deferatur mihi iuramentum in litem: hoc caſu
compenſatio locum habet: quia conſiderato ef-
fectu quantitatis hincinde debetur: & ita lo-
loquitur.§. iſte dum loquitur de actione in rem.
& l. vltima.C. de compen. & omnes qui dicunt,
6 quod in actione in rem fit compẽſatio. † Vlte-
rius oppo.quòd quantitas hincinde debetur,cõ-
penſatio locum non habet. vt l.ſi creditor.§.j.ff.
de pecul. Reſpondeo breuiter intelligatis. Ali-
quando quantitas debetur vt ſpecies, aliquando
vt quãtitas.Primo caſu depono penes te:vel com
modo tibi ſacculum pecuniæ, vel lego tibi pecu-
niam quæ eſt in arca:vel argentũ quod eſt in ſcri-
nio:Illud ius quod ſeruatur in ſpecieb⁹, ſeruatur
in quantitatibus,quæ debetur in ſpecie. vt l. pla-
nè.§.ſed hoc ita.& l.cum res.§.j.ff.de leg.j.& l.in
ratione.§.incertæ. ad l.fal. cum multis ſimilibus:
qua ergo ratione de ſpecie ad ſpeciem.vel ad quã-
titatem non habet locum compenſatio, vt pro-
batum eſt,& eadem ratione &c. & ſic loquitur.l.
7 cõtraria. Or vlterius poteſt † opponi quòd cir-
ca actiones ſtricti iuris poterat dici, quòd non ſit
aliquid innouatum iure veteri: quia ſi aliquis te-
nebatur actione ſtricti iuris, poterat opponere
doli exce. & ea oppoſita repellebat actorem vſ-
que ad concurrentes quãtitates: iure nouo poteſt
compenſatio opponi: ergo Iuſtinianus per §.iſtũ
& per conſtitutionem,ſcilicet l.vlt.C. de compẽ.
nihil nouum induxit. Reſpondeo effectu con-
ſiderato nullam nouitatẽ induxit. Sed in forma
perueniẽdi ad aliquid nouum induxit:quia caue-
tur in regula iuris.Nihil intereſt,vtrum ipſo iure
quis nullam actionẽ habeat, vel per excep.repel-
latur:vt in regula iuris,nihil intereſt. Cùm ergo
in actione bonæ fidei ipſo iure repelleretur: in a-
ctione autem ſtricti iuris per exceptionem doli,
cõſiderato effectu.nulla eſt differentia.Et ideò in
effectu nihil noui induxit:Sed in modo puniendi
non eſt quæſtio,quòd compenſatio plus operatur
quàm exceptio doli.Nam compenſatio operatur
8 illud quod ſolutio. † Solutio tollit omnẽ obli-
gationem ciuilem & naturalẽ ipſo iure. vt ſuprà
qui.mo.tollatur obligatio in princ. Sed exceptio
doli non tollit omnem obligationem ciuilem &
naturalem ipſo iure: ſed parit exceptionem, quæ
excludit actorem à iure agendi: & etiã in effectu
nõ videtur idem: quia quædam ſunt ad quæ vide-
tur vtilius nullo modo teneri quàm teneri aliquo
obligationis vinculo: vt in regulis iuris. Marcel-
lus diffinit: aliàs martinus definit: ibi no. plura
per quem apparet plus intereſſe ipſo iure libera-
9 ri quàm ope exce. † Or vlterius oppo. & re-
ſpondet quòd in actione depoſiti, nihil ſit ſpecia-
le: quia ſi depono librum penes te: tu es debitor
meus ad ſpeciem certam: & l. cauetur, quòd de
ſpecie ad quontitatem non fit compenſatio: vt
præal.l.ſi conuenerit. in prin.ff.de pig. act.l.ſi nõ
ſortem.§.ſicut.de condi. indeb. & l. ſi creditor.§.
j.ff. de peculio. Ego reſpondeo, quòd ad hoc,vt
ſit ſpeciali in actione depoſiti, oportet dicere,
quòd aliquando deponitur ſpecies,aliquãdo quã-
titas vt quantitas. Primo caſu non eſt aliquid
ſpeciale in actione depoſiti:quia regula eſt quòd
vbi incinde debetur ſpecies, vel ex altera parte
tantum,non habet locum compenſatio.Secundo
caſu idem: quia regulare eſt,quòd idem iuris ſer-
uatur in ea quòd in ſpecie. Tertio caſu depono
penes te decẽ libras imperialium ad numerum,
tu poſſes illam pecuniam conſummare, & aliam
reddere:vt l.lucius.& l die ſpon.ff depoſi. hic ca-
ſus eſt ſpecialis: quia aliàs de iure cõmuni cõpen-
10 ſatio locum non habet. Or † vlterius oppo. &
oſtenditur quòd idem ſit in actione com. quòd
in actione depoſiti:quia ſi commodo tibi rem a-
liquam, & agam commo. compenſatio nõ poteſt
habere locum:quia prætextu debiti reſtitutio cõ-
modati minimè rationabiliter recuſatur:vt l.vlt.

C.commo. dixerunt quidam quòd ſpeciale in actione cõmo. ſicut in ac.depoſiti. Noſtri doctores dicunt,quòd non eſt ſpeciale in actione commod. & l. illa debet intelligi quando commodata erat ſpecies vel quãtitas vt ſpecies: & ideo iure cõmuni procedit quòd cõpenſatio locũ non ha-
11 bet. † Sextò & vltimò poſſet aliquis opponere per iſtum modum: ratio quare non habet locum compenſatio in actione depoſiti eſt, ne prętextu cõpẽſationis reſtitutio rerum depoſitarum impediatur: iſta ratio poteſt habere locum vbicunque agitur pro re reſtituenda, ſiue agatur actione depoſiti, ſiue commodati, ſiue mandati. Ergo: qua ratione non habet locũ compenſatio in actione depoſiti, eadem ratione, nec in actione cõmo.nec mãdati: lege cauetur, quòd ad omnem caſum debet extendi lex, ad quem extenditur ratio legis: & ſi lex eſt ſtricta, & ratio lata,lex debet extendi ad omnes caſus, ad quos extenditur ratio. vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & econtra. Si lex eſt lata & ratio ſtricta, debet reſtringi lex ad caſus ad quos reſtringitur ratio:vt l. adigere.§.quãuis.de iure pa.& ecõtra, ſi lex eſt generalis & ratio ſtricta,debet reſtringi lex ad caſus ad quos reſtringitur ratio,& vltrà nõ poteſt prolatio verborum extẽdi quàm ratio:vt l.hæc actio. ff.de calum.& l.cùm pater.§.dulciſſimis.de leg.ij. & l.nomen.§.vlti. ff.de leg.iij. cum infinitis aliis. ergo &c. Ad iſtud ita reſpondetur ſicut glo. dicit & mirabiliter reſpondit. Reſponſio eſt ſatis bona, ius commune eſt quod depoſitarius teneatur ſolùm de dolo & lata culpa: vt probatur in l. quod nerua.ff.depoſit.& l.contractus de regu. iuris. Sed denegare reſtitutionem rei, eſt dolum committere. Si habeo rem tuam,& non reſtituo, videor in dolo: vt l.ſi procurator.§.dolum. & l. dolus in fin.ff.mandati:ſi ergo ſpecialiter introductum eſt in fauorem eius quòd non teneatur &c. licèt denegando reſtitutionem videatur in dolo: eſt tamẽ aliud ſpecialiter introductum cõtra eũ, quòd non poſſit opponere compenſationem &c. iuxta regulam, quod qui in vno. † Præmiſſis
12 opinionibus, quæro tria dubia. Primum eſt, nunquid compenſatio fiat ipſo iure per legem, vel ſit neceſſe quod opponatur ab homine: & iſta quęſtio eſt reuoluta per mille gloſ.quòd compenſatio fiat ipſo iure, videtur per iſtum textum, dum dicit ipſo iure &c. Præterea quia lex opp. compenſationem: quia lege cauetur, quòd ſi debeo tibi.c.tu mihi.l.vſque ad concurrentes quantitates vſuræ non currũt, nec aliquę acceſſiones. vt l. cum alter.& l.ſequenti.ff.de compend. & l.ſi conſtat. C.de compen. Præterea ſi tu lædis me per negligentiam in centum.ego te in centũ ipſo iure ſine facto hominis ratione delicti fit compenſatio.vt l.ſi ambo. ff. de compenſ. & l. ſi duo. ff.de dolo.& l.apud celſum.§. marcellus.ff.de doli except. cum ſi.ergo compenſationes fiunt ipſo iure ſine facto hominis. Or gloſſ. noſtrę dicunt, quòd compenſatio non fit ipſo iure: Sed eſt opus quòd interueniat hominis factum: tamen intelligatis ſicut ego dicam,& hoc probatur in tribus rationibus, & ego adijciam quartam: dicitur in l. quòd ſi fideiuſſor conueniatur, eſt in electione ipſius, vtrum opponat compenſationem de eo quod ſibi debetur, vel de eo quod debetur reo principali. vt l. ſi quid à fideiuſſore petatur. ff. de compen.ergo lex non inducit cõpenſationẽ ipſo iure: quia tunc non eſſet in poteſtate ſua.Pręterea ſi ego ſum debitor tuus in c.ex cauſa mutui, & tu agas cõtra me.Econtra tu es debitor meus in x.ex cauſa cõmod.vel ex alia cauſa,eſt in electione mea, ex qua cauſa velim compenſationẽ opponere: vt l.quod labeo.ff.de cõpen. Pręterea patet per aliud: quia ſi compenſatio fieret ipſo iure, & ipſo iure tollerentur actiones hinc inde, ita quòd nulla ſupereſſet: quia compenſatio operatur illud ꝙ ſolummodo. ergo ſi aliquis ageret, qui poſſet per cõpenſationem excludi nõ admitteretur ad agendum ipſo iure: & tamen lex dicit quòd malè agere videtur. vt. l. verum. ff.de compen. ergo habet actionem, licet non intendat eam iure debito. Nam ille dicitur malè agere: qui habet ius agendi: tamen nimis maturè agit: vel obſtat exceptio: vt l.j. ad fin. ff. quando di.vſufruct.leg.ce. Præterea probatur per quandam quartam rationem, quam l. ponit. & in veritate text. ille facit multum pro opinione gloſſ. Vt ſi peto à te. c. ex vna cauſa coram poteſtate Bonon. & tu econtra ſimiliter: & vtrumque erat liquidum: tamen quia poteſtas erat magis amicus meus quàm tuus,volebat quòd primo haberet actionem cõtra te.Primò condemnauit te, poſteà diſtulit per quatuor menſes. & poſteà me condemnauit, poteſt appellari. Si compenſatio fieret ipſo iure, non poſſet appellari, & fruſtratoria eſſet appellatio:tamẽ debet appellari. Pręterea lex non facit actorem ipſo iure excludi: & ideo eſt opus appellatione:vt l j.in fin.ff.quæ ſen. ſine.ap.reſcin. & ideò concludendum eſt a modo pro opinione gloſ. quòd &c. Ad l. quæ in contrarium adducuntur. Reſpondeo regulariter in beneficio compenſationis requiritur hominis factum. fallit quando ex vtraque parte verſatur delictum,in odium delictorũ ſic. l. aliâs. & l.cum par.ff.de regu.iur. Item odio vſurarum ne currãt ipſo iure,ita quod perinde habeatur,ac ſi nihil deberetur.vt l.cum aliter.& l.ſe. ff. de cõdi.inde. & l.ſi conſtat.C.de compenſ. † Reſtat ſecundò
13 quęrere,ponamus,hincinde debetur genus debeo tibi bouem certum, capram certam, hominem certum:& tu econtra:ſimiliter habet locum compenſatio: diceret quidam rudis prima facie compenſatio locum non habet de ſpecie ad ſpeciem nihil eſt: quando debetur hincinde aliquid in genere: ita quod idem ſit genus: ſed ſi tu deberes bouem, ego hominem in genere,non haberet locum compenſatio. Sed quando debetur in eodem genere, tunc habet locum compenſatio: quia genera hincinde debita ſunt paris æſtimationis:quia in quolibet deberetur mediocre.l. legato gneraliter relicto. ff. de lega. j. ſicut habet locum in quantitatibus: quia ſunt paris æſtimationis, ita debuit dicere gloſſ. ſic &c. Pręterea apparet per l. quòd generis ad genus ſit compenſat. vt lege prima. §. item ſi cùm me.ff.ſi pars hære.peta. l.deducta.circa principium. ff. ad trebellian. l. qui non militabat. circa principium. ff.de hæredibus inſtituendis.verum eſt quod gloſ. allegat quandam l. quæ nihil facit, l.vnum ex familia. §. ſi duos. & §. ſed ſi vno. ff. de lega-
14 tis ſecundo: quia compenſatio † dicitur hincinde debiti contributio quando vterque eſt obligatus in.l.illa alter tamẽ.ſ.ille qui conuenit eſt obligatus tamen opponitur cõpẽſatio: exponũt gl. ibi eſt quędã retẽtio ope exceptionis,& cõpẽſatio nõ eſt pro-

eſt propriè. cùm ergo dicitur ibi, quæ ratio cæteros eandem tacitam compenſationem inducere. compenſationem id eſt retentionem: & ideò legẽ illam nunquam allegetis: quia nihil facit: licet gl. allegent vbicunque tractant hoc. Prætereà ponamus iſta eſt tertia quæſtio. Ex vna parte debitũ eſt liquidum ex alia non. Iam ego dixi exponendo textũ quòd ad hoc vt habeat locum compenſatio, oportet quòd debitum ſit liquidũ, vel quod de proximo poſsit liquidari. Sed infra quantum tempus non inuenitur terminatum niſi in fiſco: ſed illud inuenitur locum habere in aliis, quòd ſi poteſt liquidari infrà duos menſes à tempore compenſationis oppoſitæ computandos, habet locum compenſatio: vt l. auffertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fi. Modo habetis omnia quæ dicuntur circa materiam iſtius. §.

SVMMARIA SVPER §. PRAETEREA QVASDAM.

1 *Summa § prætereà quaſdam. 4.*
2 *Arbitrariæ quare ſic dictæ: & quòd earum quædam ſunt in rem, quædam in perſonam. 4.*
3 *Natura actionum arbitrariarum. 11.*
4 *Literæ expoſitio.*
5 *Iudex certum, quantum poteſt, ferat ſententiam, & quid intelligendum. 7.*
8 *Oppoſitiones ad text. & numero ſequenti.*
9 *Actio arbitraria an competat pro eo quod promiſſum eſt certo loco præſtari.*
10 *Arbitrariæ actiones an det quatenus differant ab actionibus bonæ fidei.*
Iudicis officium triplex.
11 *Actiones arbitrariæ quæ ſint.*
12 *Modus condemnandi in arbitrariis.*

§ PRÆTREEA QVASDAM.
1 §. iſte †. intendit tractare de actionibus arbitrariis, de quibus ſi quis bene aduertat tractat tripliciter: & ideo tres habet principales partes. Primò enim tractat quare dicantur arbitrariæ. Secundò vtrum arbitrariæ ſint reales, vel perſonales. Tertiò qualiter officium iudicis debeat verſari in actionibus arbitrariis: & nihil aliud
2 dicit. §. iſte. Dicit ergo quòd † arbitrariæ appellantur: quia ex arbitrio iudicis pendet conuentum condemnare, ſi rem de qua principaliter agitur, non præſtaret. Secundò dicit, quòd quædam ſunt perſonales, quædam in rem. Nam in rem eſt actio publiciana: actio ſeruiana & quaſi ſeruiana: que hypothecaria appellatur. In perſonam eſt actio quod me. cauſa: actio de dolo, & actio quæ proponitur pro eo quod certo loco dari promiſſum eſt, & actio ad exhi. In tertia parte dicit quòd officium iudicis & in actio. arbi. verſari debet, ſecundum naturam actionis in iudicio propoſitæ: nam ſi actio proponatur ad reſtitutionem rei, & res non reſtituatur, condemnatur inquantum in litem iurauerit actor. Item ſi actio proponatur ad exhibitionem alicuius rei & res non exhibeatur, condemnatur quanti intereſt rem eſſe exhibitam: dumtamen in quolibet caſu iudex ferat ſentẽtiam certam prout poſsibile erit. & hoc dicit vſque ad §. ſi quis agens. §. iſte tractat de actionibus arbitrariis: in quibus arbitrio & voluntate iudicis æſtimatur inquantum reus debe-
3 at condemnari: tamen † aduertatis. natura propriè actionũ arbitrariarũ eſt, quòd in eis duæ ferãtur ſententiæ: vna eſt quòd præſtetur res quæ petebatur actionis iure. Secunda eſt, quòd condemnetur in intereſſe ſecundum formam iuramenti in litem actoris delati præmiſſa taxatione. verbi gratia. Ago contra te rei vendicatione ad aliquã rem, probaui dominiũ rei ad me pertinere, iudex condemnauit te ad reſtitutionem rei, poſt condẽnationem tu es contumax & non reſtituis: Iudex habet deferre mihi iuramẽtum in litem, & ſecundum formam mandati iuramenti condemnare conuentum: iſta ſecunda ſententia appellatur arbitraria: quia ex arbitrio iud. pendet: vt l. qui reſtituere. ff. de rei vendicatione. Idem in omnibus aliis. Quare ponamus, aliquis compullit me per
5 metum vendere, vel donare, & tradere librum, ago contra eũ actione quod metus cauſa, & petò mihi reſtitui librum: probaui metum mihi adhibitum, & traditum librum per metum: condemnaris ad reſtitutionem libri: ſed quia nõ reſtituis in pœnam contumaciæ debet iudex te condemnare in quadruplum. vt probatur in l. ſi cũ excep. §. ſatis. & §. hoc autem. ff. quod me. cauſa. Idem ſi aliquis induxit me per dolum ad aliquam rẽ tradendam: etiam ago actione de dolo. Si condemnatus non reſtituat, vel intereſſe non præſtat, defertur actori iuramentum in litem: vt l. arbitrio. circa prin. & §. j. ff. de dolo. natura ergo propriè actionum arbitrariarum eſt, quòd in eis duæ ferãtur ſententiæ: & vtraque eſt diffinitiua. Prima eſt de præſtando quod venit ex natura actionis. Secunda eo quòd ſententiæ non paretur, verum eſt quòd aliquãdo eſt inuenire quòd in arbitriis fertur tantũ vna ſententia, ſicut iam in proſecutione
4 declarabitur. † Or ſicut ego prædixi, §. iſte tractat tripliciter de actionibus arbitrariis, & propterea debet principaliter diuidi in tres partes. In prima parte tractat quare dicãtur arbitrariæ actiones, quæ ſunt actiones arbitrariæ: & hoc tractat vſque ad verb. ſed iſtæ. In ſecunda, vtrum arbitrariæ ſint in rem, vel in perſonam, vſque ad verb. in his. In tertia tractat quale debeat eſſe iudicis officium in actionibus arbitrariis: ſiue qualiter debeat verſari: & hoc vſque ad §. curare. Ille §. eſt communis & generalis ad omnes actiones arbitrarias & non arbitrarias: & propterea non refertur ad iſtum. §. ſimpliciter. Quare ergo ponitur iuxta ipſum, vt oſtẽdat quòd in iſtis largo modo verſetur iudicis officium. Nihilominus ſicut in aliis iudex habet fere ſententiam certam, prout erit poſsibile ſecundum naturam actionis propoſitæ. Caſus patet hoc modo: ponam*, ago contra Titium rei vendicatio. ad librum, & peto mihi reſtitui librum, quem dico ad me pertinere iure dominij: condemnatur ad reſtitutionem libri condemnatus non reſtituit, dubitatur vtrum iſta actio ſit arbitraria, & quare appelletur arbitraria. Et reſpondetur quòd eſt arbitraria & ideo appellatur, quia ex arbitrio iudicis pẽdet in quantum debeat condemnare eum qui non paret ſententiæ. Idem in actione ad exhibendum & in actione noxali. Secundò dicit vtrùm arbitrariæ ſint reales vel perſonales: & reſpõdetur quòd quædam ſunt reales, quædam perſonales: reales dicuntur publiciana, quæ eſt in rem, & nihilomi-

nus arbitraria actio ſeruiana & quaſi ſeruiana
quæ hypothecaria appellatur. In perſonam arbi-
trariæ ſunt actio de eo quod met. cauſa. Actio de
dolo. Actio ad exhibendum. Actio quæ proponi-
tur pro eo quod certo loco dari promiſſum eſt.

Tertiò dicit, ego egi cōtra te actione ad exhibē-
dum ad librum quem tenebas abſconſum, con-
demnatus non exhibuiſti: iudex habet æſtimare
quanti mea intereſt non fuiſſe exhibitum, & in
illud intereſſe reum contumacem condemnare.
hoc intēdit §. iſte. Arbitrariæ appellantur quòd
ex arbitrio iudicis pendent. Quædam dicuntur
reales: Quædam perſonales. Qualiter officium
5 verſetur in eis cum ex eius arbitrio pendeant iſta
tria intendit. §. iſte. † *Appellamus.* quaſi dicat, di-
ximus quòd quædā actiones ſunt bonæ fidei, quæ-
dam ſtricti iuris. Tamen inter actiones ſtricti iu-
ris eſt inuenire quòd quædam ſunt arbitrariæ: &
quędam non: ideo de arbitrariis eſt opus tractare.
Rem reſtituat. ſicut dixi in caſu cum erat conuen-
tus rei vendi. vel publi. non refert. *Exhibeat.* cùm
agitur actione ad exhibendum ad rem mobilem.
vt lege actio. C. de in lit. iur. *Soluat.* non referaris
ad omnes actiones, ſed ad eas quæ proponuntur
pro ſolutione rei promiſſæ certo loco dari: vt ſi
promittis certo loco dare vt Romæ, ſi non ſol-
uas Romæ, ſed Bononiæ, iſta actio appellatur ar-
bitraria: quia habetur ratio mei actoris, & conſi-
deratur vtilitas rei qui conuenitur: vt lege ſecun-
da. §. hæc autem actio. ff. de eo quod certo loco.
Si promitto ſoluere decem, non adiecto loco, a-
ctio non eſſet arbitraria. Idem in actione ex teſta-
mento, vt ſi teſtator inſtituit me hæredē, & dam-
nauit me centum dare alicui Romæ, ſi conueniot
alibi, actio eſt arbitraria. vt lege ſi hæres. ff. de eo
quod certo loco. Idem in certi condictione de
mutuo. Si mutuo pecuniā certo loco reddendam
certi condictio de mutuo appellatur arbitraria:
vt lege ſi hæres. ff. de eo quod certo loco. & ideo
oportet quod reſtringatur ad illud quod dicit li-
tera. *Soluat,* ſiue erat ex ſtipulatu debitum, ſiue ex
teſtamento, ſiue ex cauſa mutui: vnde exponatis,
ſiue erat certo loco promiſſum, ſiue legatum, ſiue
mutuo datum, vt certo loco ſolueretur: vt dictis
legib. *Seruū.* Quidā ſeruus meus dederat damnū
vicino, quia inciderat arbores, vel occiderat bouē
vicini: vicinus cœpit agere aquilia, poteram libe-
rari dando ſeruum pro noxa: ſi nō dedi, iudex ha-
bet me condemnare ad æſtimationem damni:
hoc verum ſi me ignorāte dedit damnum: ſed ſi
me iubente, vel ſciente, vel damnum prohibere
nolente, non habet locum noxalis. vt l. ij. & l. in
delictis circa prin. ff. de nox. *Sed iſte.* Modò ſe-
quitur determinatio. ij. quæſtionis vtrū arbitra-
riæ ſint reales vel perſonales. Et reſpondetur
quòd quædam reales, quædam perſonales inueni-
untur. *Iſte.* ſ. arbitrariæ. *Tam in rem* &c. i. quæ-
dam reales, quædam perſonales inueniuntur. Nā
nō eſt inuenire actionem arbitrariam quæ ſit mi-
xta, niſi act. fi. regund. ſecundum opi. quorundam
ita quod oporter quod diuiſim intelligatur: &
hoc voluit dicere gloſ. diuiſim accipere. *Publi-
ciana.* benè ſcitis quando habet locum quando a-
liquis &c. *Coloni.* quando colonus cōduxit præ-
dium, illa quę ſunt inducta domino ſciente pro
penſione & deterioratione, ſunt tacitè obligata:
& pro his prodita eſt actio ſeruiana & quaſi ſer-
uiana: iſta proponitur pro his rebus, de qua ha-
buimus plenè ſuprà in §. Item ſeruiana. *Quaſi
ſeruiana.* Iſta proponitur pro rebus à debitore
obligatis: ſiue tradantor, ſiue non: & de iſta tra-
ctatur in d. §. Item ſeruiana. *Metus.* vt l. ſi cum
excep. §. ſatis. ff. quod me. cauſa. Nam licet ſit in
perſonam, eſt in rem ſcripta, & appellatur arbi-
traria. Aut quod dolo: vt l. arbitrio. in principio
& §. j. ff. de dolo. *Certo loco.* vt ſi promiſſum eſt ali-
quid certo loco dari, vel legatum, vel mutuo da-
tum, vt certo loco ſoluatur. vt lege j. §. hæc autē.
& lege ſi hæres. ff. de eo quod certo loco. *Ad ex-
hibendum.* Hæc eſt perſonalis in rem ſcripta. vt l.
ptima. §. eſt autem. ff. eodem titulo. & §. ad exhib.
Pendet. quia ſi condemnatus non pareat ſentētię,
iudex habet eum condemnare ſecūdum formam
iuramenti in litem delati. vt lege in actionibus.
ff. de in lit. iur. *In his.* ſequitur modo videre tertiū,
qualiter officium iudicis in his verſetur. *In his.* ar-
bitrariis, ita quòd ad omnes referatis, & ad per-
ſonales & ad reales. *Similibus.* iſtæ ſunt decē quæ
enumeratæ fuerunt in gloſ. ſcilicet in. §. Item ſer-
uiana. in omnibus iſtis iuratur in litem taxatio-
ne à iudice præmiſſa. vt lege in actionibus. ff. de
in lit. iuran. Et ideò ſunt arbitrariæ: licet non ſit
arbitrium neceſſarium: nā in omnibus bonæ fi-
dei iudiciis iuratur in litem vt d. l. in actionibus.
& tamen non ſunt arbitrariæ: & ideo non eſt ne-
ceſſarium argumentum ſi quis diceret, iuratur in
litem, & duæ feruntur ſententiæ: ergo ſunt arbi-
trariæ. *Secundum naturam* id eſt ſecundum natu-
ram actionis arbitrariæ quæ proponitur ad rem.
6 ita exponunt gloſſatores & bene. *Curare.* † Pona-
mus, emi ab aliquo ſcholare librum pro decem
& precium ſolui, tamen ipſe non tradidit, ago
contra ſcholarem eundem venditorē actione ex
empto, & peto eum cōdemnari ad intereſſe, quāti
intereſt mea librum meum non eſſe traditum ſe-
cundum formam act. dubitatur vtrū debeat con-
demnari in intereſſe, vel in certa quātitate: & re-
ſpondet quòd iudex habet inquirere quantum ſit
intereſſe, & tunc in certa quantitate condemna-
re quātumcūque ſit Aliquādo eſt inuenire quòd
non eſt poſsibile certā ferri ſentētiā: Aliquando
res eſt certa, vel quantitas quam petit actor: Ali-
quando incerta, ſed certificari poteſt: Aliquando
incerta, & certificari nō poteſt propter naturam
actionis propoſitæ. Primo caſu verbi gratia, peto
à te cētū li. imperaliū certi cōdi. de mutuo, iudex
habet dicere, condemno debitorem in c. lib. vel
in quātitate quę in libello petita eſt: vnde ſiue in
ſentētia, vel in libello, vel in actis cōtineatur res
certa: ſententia dicitur certa: vnde quoties in ver-
bis ſententię fit relatio ad certam quantitatem,
quę contineatur in certa ſcriptura illud certum
quod continetur in certa ſcriptura, videtur con-
tineri in ſentētia. Ponamus. M. agebat cōtra Ioā.
actio. ex teſtamento, & petebat eum condemna-
ri in quātitate quę erat relicta in teſtamēto Sem-
pronij, dicit iudex condemno te ad quanti-
tatem quæ relicta eſt in teſtamento, Sem-
pronij: quia in teſtamento Sempronij continetur
quātitas certa, videtur illud certum quod conti-
netur in teſtamento contineri in ſententia.

Item ſi iudex dicat, condemno te ad quanti-
tatem quę in libello petita eſt, videtur in ſenten-
tia contineri certum. & hoc probatur per mille
leges lege ait prętor. §. vltimo. ff. de re iudi. l. vbi
autem non apparet. §. ſed qui vinum. & §. illud. ff.
de verbo.

do verborũ obligationib⁹.Probatur etiam valde
bene in quadam l. inſtitutio hæredis non poteſt
fieri in codicillis, & ſi fiat, eſt inutilis. Ponamus,
teſtator fecit teſtamẽtũ,& dixit illum hęredem
inſtituo, cuius nomen in codicillis meis exprimetur:
facit codicillos, & dicit volo quod Titius
ſit hæres : Si inſtitutio videtur fieri in codicillis,
non valeret.vt lege quod per manus.& l.ſecunda
§.vltimo.ff. de iur.codicil. tamen dicitur in lege
quòd illud nomen dicetur expreſſũ in teſtamento:
& ideo videtur inſtitutio in teſtamento facta
vt lege inſtitutio.ff.de condi. inſti.,& ad idem eſt
argumen.l.aſſe toto nondum diſtributo.ff.de hære.inſti.
& plures aliæ. Ergo ſi ſit relatio ad libellum,
vel ad aliam ſcripturam in qua certum continetur,
ſed in ſententia contineatur incertum,
videlicet quia videtur continere illud certum
quod in ſcriptura continebatur. Quãdoque non
7 † ſit relatio in ſentẽtia ad aliquid certum, & tũc
aut actio proponitur ad aliquid certum, & tunc
non eſt quæſtio quod nõ valet. Aut ad incertum,
& tunc aut illud poterat certificari, aut non. Si
poterat certificari, petebam te condemnari ad
intereſſe : quia librum non tradebas: iſtud poteſt
certificari, quia licet ſit incertum intereſſe poteſt
certificari per probationes actoris, & iudex non
poteſt cõdemnare ad intereſſe. Imò debet inquirere
certam quãtitatem, & in illa debet condemnare.
vt l.vna.C.de ſentẽ.quæ pro eo. ſed vbi non
poteſt certificari : quia natura actionis ita ſe habet,
quòd non poſſum petere certum : vt ſtipulor
à te ſtichum aut pamphilum : ſicut petitio eſt incerta,
ita & ſentẽtia. vnde debeo dicere, peto à te
ſtichum aut pamphilum quem promiſiſti. Item
iudex habet dicere, condemno te ad ſtichum vel
ad pamphilum quem promiſiſti, adeo quod
in executione non poteſt auferre electionem reo.

Qualiter ergo habet iudex procedere : iudex
habet æſtimare quantum valet illud ius & in illud
reum condemnare: vt lege eum qui certatum.
§.cum purè.ff.de verborũ obligationibus. & ibi
inuenietis plenè determinatum : & hoc volunt
hic dicere verba tex, curare &c. *Poſsibile*.h.d.propter
naturam ſtipulationis alternatiuæ. *Pecunia*
quando petebat pecuniam. *Res*. quando petebatur
ſpecies *De incerta*. intereſſe eſt incertum quãtum
ad principium petitionis : licet in proceſſu
cauſæ conſtituatur. Modo præmiſſa poſitione
caſus, & literæ expoſitione, reſtat formare tres
oppoſitiones, & quærere tres quæſtiones: & ex his
patebit materia iſta. Or aduertatis breuiter ad
tres oppoſitiones, & ad tres quæſtiones: & iſtæ
declarant naturam actionum arbitrariarum de
8 quibus tractat §.iſte. † Primò oppon. & videtur
quòd iſtæ non poſsint arbitrariæ dici, quia ex officio
iudicis pendeãt : quia ſi ago contra te actio.
arbitraria actio.ad exhibendum & peto quòd exhibeas
librum: tu es perſonaliter obligatus ad exhibitionẽ
libri: Si hoc, eſt quomodo poteſt dici
quòd ex officio ſuo habet æſtimare. Nam quãdo
imploratur iudicis officium, ſicut dicebam alia
die, ille qui conuenitur non eſt obligatus : Sed
quia æquum eſt præſtari quod peto : ideo locum
habet iudicis officiũ. Sed quando ago contra te
act.ad exhi.vel act. quod met. cauſa, vel de dolo,
tu es perſonaliter obligat⁹ : ergo dicere quòd pẽdeat
ex of.iud.eſt dicere quòd reus nõ ſit obligat⁹.
In iſtis cõſtat reũ eſſe obligatũ: ſed illud quod
pendet ex arbi.iu.non eſt in obligatione: vt probatur
in l.deducta.in princ.ff.ad trebel.l.qui per
colluſionem.§.vl.ff.de act.emp.l.quintus mutius.
ff.de annu. le.Si hoc eſt, ergo dicuntur pẽdere ex
arbitrio iud. quando ille qui conuenitur non eſt
perſonaliter obligatus ad id quod petitur. Sed
quando ago contra te actio.ad exhibendum tu es
perſonaliter obligatus ad exhib.vt l. quarta.§.eſt
autem.ff.ad exhib. Similiter in actione quod me.
cauſa, & de dolo, tu es perſonaliter obligatus ad
reſtitutiõnem: ergo &c. Ad iſtud vos habetis
reſpondere, quòd eſt opus quod recordemini
quæ dixi in text. quòd arbitrariæ ſunt quædã perſonales,
quædam reales. In reali de plano proceditur,
quia ex offi.iu. pendet quod in actione do
uenit. Si ago rei vẽ di.ad reſtitutionẽ libri, tunc
es perſonaliter obligatus vt ſuprà in §.omnium.
In actionibus realibus ſimpliciter poteſt eſſe verum
quod tex. dicit: quia illud quod petitur non
eſt in obligatione, ſed in actio. perſonalibus. Aut
non conſideramus id ad quod principaliter agitur:
aut quod ratione contumaciæ rei præſtatur.
Primo caſu illud non pendet ex arbitrio iudicis
ſed eſt in obligatione. Ago acti. ad exhibendum
quod exhibeas: ad iſtud es perſonaliter obligatus.
Item in actione quod metus cauſa: & cõtra, iſtud
non pẽdet ex arbitrio: imò iure act. petitur. Item
in actione de dolo. Secundo caſu illud pendet
ex arbitrio iudic. & ideo illo conſiderato iſtæ dicuntur
arbitrariæ: ago actione ad exhiben. & peto,
quòd exhibeas quod eſt in obligatione: imò
9 pendet ex arbitrio iudi.† Or modo vlterius procedo,
& oppono ſecundo modo, & oſtendo quòd
non ſit ſpeciale in eo quod promittitur certo loco
præſtando: vt pro eo dicatur competere actio
arbitraria: quia lege cauetur, ſi legatur aliquid alicui
certo loco præſtandum, vel datur aliquid
mutuum certo loco reddẽdum, competit actio
arbitraria: vt lege ſecunda .§ hæc autem. ff.de eo
quod certo loco: & lege ſi hæres.eo. tit. Qualiter
dicemus: nos dicemus ſicut ego dixi exponendo
tex. Actio eſt arbitraria nõ ſolũ pro eo quod promittitur
certo loco præſtandum, ſed etiã pro eo
quod legatur, vt certo loco præſtetur, vel mutuo
datur vt certo loco reſtituatur. Aliud eſt quod
10 videtur obſtare quod iſtæ † arbitrariæ non vidẽtur
differre ab action bonæ fidei : quia in arbitrariis
iudex habet æſtimare ex bono & æquo ad
quid præſtari conueniat: vt patet hic in fine.§. Idẽ
in actione bonæ fidei vt ſuprà §. in bon.fidei.
Ergo inter actiones bonæ fid. & arbitrarias non
videtur differentia eſſe : quia idem ſeruatur in eis
per omnia. Ad iſtud reſpondetur & bene, dicit
glo. ego reſpondeo & dico quòd triplex eſt iudi.
officium : vnum eſt quod imploratur in locum
deficientis actio. per quod petitur reſtitutio: vt l.
quod ſi minor. §.vltimo. ff. de minoribus. per
quod petũtur ſalaria aduocatorum, medicorum,
& aliorũ vt l. j.ff.de var. & extraor.cog. Aliud eſt
quod inhæret act.bo.fi. verbi gratia, ſi teneris mihi
ad x.actione ex vẽdito : iſti actioni inhæret offic.
iudi.ratiõe cuius teneris præſtare vſuras à die
moræ: vt l.mora.§.in bo.fid.ff.de vſur. Iſtæ vſuræ
veniunt act.iure, & præſtantur ex quadam neceſſitate
quia iudex neceſſe habet condemnare ad
iſtas vſuras : & hoc probatur ſic: quia illud quod
operatur in act.ſtri.iu.ſtipulatio operat̃ iud.of. in
act.bo.fid. vt l.qui tãtũdem.ff.de ne.ge.& l.lucius

ff.depoſiti

ff.depoſiti. ſed ſtipulatio in contractibus ſtricti iuris operatur quod vſuræ veniunt actionis iure ergo &c.Sed eſt inuenire quoddã tertium quod inhæret actio.arbitrariis de quibus tractatur hic: ago actione ad exhibẽ. in obligatione eſt quòd exhibeas:quòd condẽneris ad intereſſe non venit actionis iure : ſed ex mero iudicis arbitrio. Ago certi condictione ex ſtipula. ad pecuniam quam promiſiſti certo loco ſoluere,quòd condemneris ad decem venit iure actio.ſed quòd condemneris ad intereſſe,venit iudicis officio. tamen iſtud iudicis officium quod inhæret actio.arbitrariis : & illud quod inhæret actio.bonæ fidei.conueniunt in hoc : quia ſicut illud extinguitur extincta actione, vt lege quarta C. depoſiti. ſic & iſtud per ſolutionẽ debiti vt le. centum capuæ.de eo quod
11 certo loco. † Sequitur videre an ſint plures actiones arbitrariæ,quàm illæ quæ hîc enumerantur. Non eſt quæſtio ſi conſideremus naturam arbitrariarum actionum, quæ eſt quòd illæ dicãtur arbitrariæ:quia in qualibet feruntur duæ ſententiæ:vna ſuper re, alia quia nõ præſtatur intereſſe,quia non ſunt plures niſi quę hîc enumerantur,& ſubaudite vt hîc reales actiones in factum ex edicto nautæ cau. ſtab. non eſt arbitraria quia in ea non fertur niſi vna ſententia vt l. prima. ff. naut.cau. ſtab. Idem in actione ex edicto de publicanis:quia in illa non fertur niſi vna ſentẽtia ſcilicet ad duplum,vt lege prima. & l.ex hoc edicto.ff.de pub.Similiter ſi cõſideram⁹ actio.de dote,in ea nõ ferũtur duæ ſentẽtiæ. Præterea in actione redhibitoria quę datur in eum qui non reſtituit precium, & precij acceſsiones, illa datur in duplum,& iſto reſpectu dicebãt quidam,quòd erat arbitraria : tamen quia non inuenitur hîc enumerata,gloſſatores dicunt,quòd non eſt actio arbitraria.vt lege redhibitoria. ff.de ædil.edicto.

Si ergo conſideramus veram naturam arbitrariarũ, quod in eis duæ ferũtur ſententiæ, non eſt inuenire plures quàm hic. Sed ſi appellamus arbitrarias illas,in quibus datur facultas reſtituendæ rei,& ſi non reſtituatur, fiat condemnatio ad pœnam,tũc actio in factum ex edicto naut.caup. ſtab. & aliæ potuerunt arbitrariæ dici. Reſtat videre quis ſit modus condemnandi in actionib. arbitrariis. † Modus eſt condemnare ad illud
12 quod petitur primo:& ſi illud nõ præſtetur, condemnare ad intereſſe ſecundum formã iuramẽti in litem delati, vt in rei vẽd.& actio. ad exhibendum.Idem in actione quod me. cauſa: iudex habet condemnare ad rem ex contumacia ad quadruplũ, vt lege ſi cum exceptione.§.ſatis.ff. quod me.cau. Idem in actione de dolo:quia ſi res nõ reſtituatur,iudex habet condemnare in intereſſe ſecundum formam iuramenti in litem delati.vt lege arbitrio.in principio.& §.primo.ff.de dolo. Et eſt etiam inuenire quaſdam arbitrarias, vt in ea quæ proponitur pro eo quod certo loco dati promiſſum eſt, vel legatũ certo loco præſtãdum, vel mutuo datum certo loco reddendum:in iſtis fertur vna ſola ſententia : ſi promiſi tibi ſoluere centum in ciuitate Mutinæ, agis in ciuitate Bononienſ. non habet iudex neceſſe ferre duas ſententias:ſed habet quærere quanti intereſt mea in ciuitate Mutinę fuiſſe ſolutum. Idem in action. ex teſtamento,& certi condictio. de mutuo:& iſtud non reperitur communiter in omnibus arbitrariis:ſed in iſtis ſolum.Tertiò ſolet alio modo formari condẽnatio,vt officium non verſetur circa quantitatem condemnationis,ſed in qualitate vt in actione noxali : verbi gratia ſeruus meus dedit damnum : non habet iudex æſtimare quantitatem condemnationis,ſed qualitatẽ damni,vtrum deliquerit me ignorante,vel me ſciẽte, & prohibere volente vel iubente. Si ignorante, habet me noxaliter condemnare : ſi ſciente,inſolidum.vt lege ſecunda & lege in delictis. in principio.& §.ſi detracta.ff.de noxalibus. Ergo tres ſunt modi condemnandi. vnus in intereſſe, ſi res non præſtetur. Alius in ea quæ proponitur pro eo quod certo loco pręſtandũ. Tertius in actione noxali vbi iudex exiſtimet qualitatem condemnationis & non quãtitatem.Dyn.

SVMMARIA SVPER §.
SI QVIS AGENS.

1 *Totius §.ſumma. Caſus poſitio. 2.3.*
Plus petitur quatuor modis. 4.
4 *Plus petẽs quibus caſibus non patiatur pœnas §. ſi quis agens.*
Alternatiuæ ſtipulationis natura.
5 *Plus petentis pœna.*
6 *Literæ expoſitio. & nu.ſequentib.*
Lex indiſtinctè loquens reducenda eſt ad diſtinctionem & determinationum aliarum legum.
7 *In alternatiuis cuius eſt electio.*
8 *Actori minus petenti qui ſubueniatur. & numero.10.*
9 *Intellectus legis campanus . ff. de oper. liber. & legis cuius per errorem. de regulis iuris.*
Promiſsio & ſolutio ſunt paria.
11 *Libellum iure nouo mutare non licet eo oblato.*
13 *Agere variè an liceat: & an cumulare actiones,*
14 *Cumulatio quando admittitur, an nouæ dilationes dabuntur.*

SI QVIS AGENS.§.iſte cum duobus §. vſque ad §. ſunt præterea. intendit principaliter
§ tractare & determinare de tribus.
1 Primò † enim tractat & determinat quando aliquis petit pluſquàm ſibi debeatur, qualiter contra eum prouideatur reo. Secundò qualiter ſi actor petit minus, quàm ſibi debeatur,ſubueniatur actori. Tertiò ſi actor errando petit vnam rem pro alia, vel proponat vnam actionem pro alia, qualiter ſibi erranti prouideatur. Prima durat vſque ad §. ſi minus. Secunda vſque ad §. ſi quis aliud. Tertia vſque ad §. ſunt præterea. & ideo vſque ibi oportet quod legamus hodie. & die lunę oportet quod completatur totus titulus & tractatus. Or aduertatis.Primò in prima † poſitione caſus inten-
2 dit vſque ad §. ſunt præterea. Si actor in libello plus petat quàm ſibi debeatur, iure veteri cadebat à tota cauſa:niſi in duobus caſibus ſcilicet quando deceptus erat quia minor ſui facilitate vel propter iuuentutem ſuam. Secundò quando errabat in facto, in quo quilibet etiam ſciens erraret.Plus autem petitur quatuor modis.ſcilicet re,loco,tẽpore & cauſa ante tempus completum

Re,vt debentur alicui.x.& petit.xx.Tempore, vt
ſi debetur alicui poſt annum,& petit quaſi debi-
tum purè ante tempus completum, vel debe-
tur ſub conditione : & petit,quaſi debitum purè.
Loco,quando debebat certo loco ſolui, & actor
petit in alio loco : debebat ſolui in ciuitate Bo-
nonien. & actor petit in Ciuitate Mediolani,vel
alio loco, in quo reus domicilium non habet.
Cauſa plus videor petere, quando debitum erat
alternatiuè, & vnam rem peto, quaſi ſimpliciter
debitam. Nam videor reo auferre electionem,
que conceditur ei legis poteſtate. Præterea ſi
ſtipulatus eram hominem in genere,& peto ho-
minem certum, aufero reo electionem. Præ-
terea ſi ſtipulatus vinum in genere, peto vinum
campanum, vel purpuram in genere, & peto ſi-
rianam, etiam ſi deteriorem rem peto, videor
plus petere:quia in magnis fortè expediebat reo
ſoluere rem magis precioſam. omnia hæc ex iu-
re veteri : hodie iure nouo per conſtitutio-
nem Zenonis à Iuſtiniano approbatam : Si peto
plus tempore,duplicantur induciæ, & condẽnor
ad omnem damnum,quod reus patitur propter
petitionem ante tempus factam. Si peto plus
altero de tribus modis aliis condemnor in tri-
plum totius damni, quod reus patitur ratione
iniuſtæ petitionis. Item ſi actor petit.x.cui de-
berentur.xx. non videretur alteram partem re-
mittere. Vel ſi petat partem tunc deberetur to-
tum: & ideò poterit alteram partem petere.Item
ſi peto bouem cum deberetur mihi homo : poſ-
ſum emendare libellum. Si propono act.ex
teſtamento: cum debèrem proponere act.ex ſti-
pulatu, poſſum corrigere libellum : & hoc di-
cit, vſque ad §.ſunt præterea. Ergo iſte §.deter
minat de tribus. Et primò &c. & circa primum
procedit hoc ordine:quia primò ponit regulam.
ſecundò ponit duas except.à regula. tertiò decla-
rat verba quæ ponuntur in regula. quartò coar-
ctat regulam. Prima vſque ibi, niſi minor : vbi
ponuntur duæ exceptio. à regula vſque ibi. Plus
autem, ibi ponitur regulæ declaratio vſque ad
verſic. Sed hoc quidem. Ibi incipit quarta &
vltima pars, in qua ponitur regulæ coarctatio
vſque ad.§.ſi minus. Or ſi velletis non intel-
ligere : non poſſetis. Caſus ergo debet po-
3 ni in terminis, vſque ad §. ſi minus. † Pona-
mus,ego habebam aliquem debitorem qui te-
nebatur ſolum mihi ad.x. Formaui libellum
meum, & petij ab eo .x. ex cauſa mutui, eſt
quæſtio quam pœnam debebam pati : quia peto
plusquàm mihi debeatur : & reſponderet, quòd
iure veteri cadebam à cauſa mea propter in-
iuſtitiam plus petendi : debebam perdere totam
cauſam : hodie eſt aliud: quia habeo neceſſe re-
ſtituere reo triplum damni, quod paſſus eſt ra-
tione eius, quod plus petebam. Modo habe-
tis regulam & coarctationem regulæ. Modo ſe-
4 quuntur † exceptiones:à regula illa ſiue iſta fal-
lebat in duobus caſibus:in minore,qui ſui facili-
tate petebat plus : quia poterat cauſa cogni-
ta reſtitui in integrũ & reſtitutiõe eo neceſſa ſerua
batur illæſus. Præterea fallebat in alio caſu,
in quocunque maiore petere pluſquam ſibi
debeatur per errorem : verbi gratia. Quidam
paterfamilias.legauit : centum in teſtamẽto mihi
in codicillis ademit. 50. peto centum.igno-
rans 50. adempta in codicillis, non debeo pa-
tere pœnam.Præterea ponamus legata erant mi-
hi. 100. ignorabam legata debere defalcari,
neſciebam quòd teſtator exceſſiſſet dodrantem
in legando:non debeo perdere cauſam. Modo
ſequitur declaratio : continetur in regula, quòd
plus petendo aliquis cadit à cauſa. Modo
declarat qualiter videatur plus petere, &
reſpondet, quòd plus petitur altero de quatuor
modis,ſcilicet re loco, tempore, & cauſa : verbi
gratia, dicitur actore plus petere ſi ſtipulatus
ſum.x.& peto.xx. ſtipulatus ſum dimidiam iſtius
domus,& peto totam domum. Tempore. ſti-
pulatus ſum.x. dari à Titio in Calendis Ianuarij,
& peto quaſi eſſet pure ſtipulatus:quia qua ratio-
ne qui tardius ſoluit, videtur minus ſoluere : ea-
dem ratione, qui ante petit, videtur plus pete-
re. Loco, ſtipulatus ſum quòd dares Romæ,
peto in ciuitate Bononiæ, in qua domicilium ha-
bes: videor petere plus : quia tua interat potius
ſoluere Romæ:ibi magis erat copia vini, vel fru-
menti,vel pecuniæ ſub vſuris, & non debeo ſim-
pliciter petere in ciuitate Bononiæ.ſed debeo di-
cere,peto.x. que promiſiſti in Ciuita. Romæ, &
vt ſoluas in ciui.Bononiæ:vel Romæ,in qua pro-
miſiſti. Cauſa videor plus petere, ſtipulatus
ſum à te Stichum,aut pamphilium:peto Stichum
tantum : videor plus petere cauſa : quia natu-
ra ſtipulationis alternatiuæ eſt, vt ſit in electione
promiſſoris, vtrum ſoluere velit: petendo vnum
præciſè aufero ſibi electionis commodum
quod erat habiturus. Præterea ſtipulatus ſum à
te hominem in genere, peto pamphilum. aufe-
ro tibi electionem. Stipulor vinum, peto vinum
campanum. Stipulor purpuram, peto ſirianam
purpurã: videor plus petere cauſa:quia aufero ti-
bi electionem quam habebas de natura contra-
ctus alternatiuè cõcep. Præterea dato quòd peto
viliorem quam habebas de natura contractus,
Peto pamphilum qui valet fortè.x. ſolidos impe-
rialium: nihilominus videor plus petere cauſa;
quia fortè facilius eſt tibi ſoluere precioſum.
5 † Sequitur coarctatio regulæ:verum eſt,quòd per
debam cauſam olim. Sed hodie per Impera-
torem Zenonem, & per Iuſtinianum aucto-
rem iſtius.§.duplicantur induciæ.Si habebas dila
tionem anni,habens dilationem biennij. Præ-
terea reſtituitur reo omnem damnum, quod
paſſus eſt propter petitionem ante tempus. Sed
ſi actor petat plus re loco vel cauſam,debet con-
demnari ad triplum omnis damni, quod paſ-
ſus eſt reus ratione iniuſtæ petitionis, cauſa
cognita. Quia reſtitutiones in integrum, con-
ceduntur cum cauſæ cognitione : quia ſi aliquis
allegat ſe minorem, non ſequitur quòd ſit læ-
ſus : imo requiritur vtrunque, & quòd probet
ſe minorem, & læſum : & alterum nonſufficit:
vt lege.nam poſtea.§.ſi minor viginti quinque an
nis detulerit, & hoc ipſo captum ſe dicat, ad
uerſus exceptionem iuriſiurandi debet id re-
plicari. &c. ff. de iureiurando. & lege omnes.
de in integrum reſtitutione & lege quòd ſi
minor. §. non ſemper. ff. de minoribus. & lege
6 non omnia. eodem titulo. cum infinitis ſi. † *Iu-
uentute.* id eſt, ſui facilitate, vel etiam aduerſa
rij dolo multo magis:vt lege prima. ff. de mino
ribus. *In hac cauſa*: quando plus petebat quam
deberet. *Quiſque.* id eſt quilibet maior,
& quantum

& quantuncunque conſtantiæ. *Labi* ideſt errare. Ideò.quia legata dodrantem excedebant, & quantuncunque teſtator legat vltra dodrantem bonorum,id eſt vltra nouem vncias: quia quælibet hæreditas diuiditur in duodecim vncias,tunc eſt locus defalcationi legatorum: vt lege prima in primo & ſecundo reſponſo. & lege verbis legati.ff.ad legem falcidiam & ſuprà ad legem fal. in principio titul. *Plus autem.* pro ę. allegatur: tamen deberet eſſe vet.vſque ad §. ſi minus Hucuſque.regula & exceptio regulę.dictum eſt ſupra in regula,quòd ſi actor petebat pluſquam ſibi debebatur, cadebat à tota cauſa, dubitaret aliquis quãdo diceretur plus petere,vt per hoc appareat an debeat perdere cauſam. *Loco romæ pure*,id eſt non habità mentione loci.*Habuit*.id eſt habiturus erat. *Adimit*,id eſt adimere intendit:nõ tamen poteſt adimere. *Alio* quomodo, alio poterit petere:ſtipulor à quodã Bonon. qui domicilium habet in ciui.Bononiæ,dari Mutinæ,in quo loco poſſum petere: dicunt quidam, quòd vbicunque actori placuerit poteſt petere: & hoc probatur per.l.ſi duo. §. ſed & circa.ff.de conſtitut. pe. l. j. ff.de eo quod certo loco.& de iudi.l.eum.Tamen gloſſ. dicunt,& bene, quòd poſſum petere in loco in quo domicilium habet, & in quo promiſſum eſt,in aliis nõ:vt.l.hęres abſens. §. vltimo.ff. de iudic.& quod dicitur in ll.illis.debet intelligi cum determinatione aliarum ll. quia vbicunque l.indeterminatè & indiſtinctè loquitur,& aliæ loquuntur diſtinctè,reducẽda eſt ad diſtinctionem & determinationem aliarum. ll. vt lege queſitum ff.de teſt.& notari ſolet in lege de precio.ff.de publie. licet ergo dicatur, quòd in quolibet loco poteſt peti, intelligendum eſt vbi reus domicilium habet, vel vbi eſt promiſſum. *Arbitratur.* id eſt datur actori actio arbitratia non eſt proprium nomen ſicut dicebam haberi non recludo, ſi dies eſt, ſi ſtipulor aliquid dari in certo loco, act.ex ſtipulatu eſt arbitraria: vel ſi legatur mihi certo loco præſtandũ,vel datur mutuum certo loco reddẽdum, actio ex teſtamento, & certi condictio de mutuo ſunt arbit. *Pura act.* id eſt act. quam proponit non facta mentione loci in quo erat facienda ſolutio. *Huic autẽ.* Sequitur de quarto modo plus petendi. Tam cauſam:notat hic vtilitatẽ quam habiturus erat reus ſtipulationis alternatiuè conceptæ. Nam hæc eſt natura ſtipulationis alternatiuæ.vt.l.iij.§.qui ſtichum. ff. de eo quod cer.loco.& l. plerunque. §. vlt.ff.de iure dot. *Eripit*.i.auferre vult. *Prodita eſt actio.* Exponit gloſſ.& bene.ſ.iſto modo formanda, & in iudicio proponenda, & imme-
7 diatè declarat quomodo reſpõderis † vos in lege quadam cauetur, quòd in debito alternatiuo eſt creditoris non debitoris electio: & ideò videtur obſtare l.Lucio.ff.de leg.ij.l.planè.§.vlt.ff. de le. j.Et multa alia verba ſolent dici: quidam dixerũt aliud in legatis: aliud in ſtipulationibus. Iſta reſponſio non valet aliquid: quia in legatis lex dicit aliquando,quòd eſt electio hæredis. vt l. ſi ita relictum §.vlt. de lega.ij. Vnde iſta eſt veritas.in ſtipulationibus alternatiuè conceptis,eſt ſimiliter electio promiſſoris,non ſtipulatoris:& ita loquitur lex plerunque.§. vlt.ff.de iur.do. lege.iii. §.qui ſtichum.ff.de eo quod certo.loco.Sed vt in legatis diſtinguntur aliter: Aut verba dirigũtur ad legatarium,aut ad hæredẽ,aut non apparet ad quem dirigantur,ſed ſimpliciter prolata fuerunt.

Primo caſu dixit teſtator, volo quod legatarius habeat,vel vendicet ſibi c. libr. vel digitum meum: per iſta verba videtur teſtator dare electionem legatario: & ita loquitur lex planè.§. vltimo. ff. de legatis primo. Secundo caſu dixit teſtator, volo quod hæres det centum vel ff. meum Mar.meo amico: videtur teſtator per iſta verba dare electionem hæredi:& iſte eſt caſus in lege, ſi ita relictum.§. vltimo. ff. de legatis ſecundo. Tertio caſu,quia dicit teſtator, lego ſempronio. c. vel ff. In dubio ſemper eſt electio legatarii in legatis alternatiuè relictis, & iſte eſt caſus in præallega. lege lucio. ff.de legatis ſecundo. Præterea poſſet aliquis opponere, quod in debito in genere eſt electio creditoris non debitoris: & ideò videtur obſtare, quia cauetur in lege, quòd ſi teſtator legat alicui hominem in genere, & dubitatur cuius ſit electio, vtrum hæredis, vel legatarii, legiſlator immediatè reſpondet, & dicit quòd in electione eius eſt in cuius eſt electione quam actionem proponat. Modo procedo ad argumen. ſed in electione legatarij eſt quas acti. proponat, ergo &c. vt in lege ſi ſeruus legatus.§.cum homo.ff.de legatis primo.& ſupra de lega. §. ſi generaliter. Or vos habetis dicere eodem modo quo ſuprà in ſtipulationibus conceptis in genere ſimpliciter, eſt electio promiſſoris: niſi appareat actum quod ſit electio ſtipulatoris. Sed in legatis diſtinguuntur aliter.

Aut aliquæ res in eodem genere reperiuntur in patrimonio legantis, aut non. Primo caſu legat bouem in genere: reperitur habere boues vel equum & reperitur habere equos: hic caſu ſimpliciter eſt electio legatarij non hæredis:& ita loquitur. lege ſi ſeruus legatus. §. cum hic.ff de legatis primo & lege ſecunda. ff. de oprio. legat.& ſuprà de legatis.§.ſi generaliter. cum infinitis caſibus. Secundo caſu ſimpliciter verum eſt quod eſt electio hæredis non legatarii. vt lege, tertia.ff. de vi.tri.& oleo leg.duntamen hæres det mediocrem rem in eo genere,in quo teſtator legauit: ſi vellet dare viliſſimam non audiretur. ita inuenietis in lege, legato generaliter relicto.ff. de legatis primo. *Sed hic quidem.* Modo ſequitur regulæ coarctatio. *Conſtituto.* non habemus, ſed mentionem eius quod debent induciæ duplicari: & nihilominus actor debet condemnari reo ad intereſſe. vt infra de except.§.
8 temporales. † *Si minus*: tractatum eſt ſuprà. §. precedenti:qualiter ſubuenitur reo contra actorem plus petentem. Verum quia contingit aliquando econtra: ſcilicet quod actor petit minus quam ſibi debeatur:ideo qualiter ei ſubueniatur intendit hîc tractare. *Intentione.* ideſt libello ab actore concepto. *Complexus.* ſubaudiatis ita dicunt gloſſa & bene, per errorem, vel ex certa ſcientia bene dicit quædam gloſſ. quedam verba mirabilia,quæ vera ſunt quantum ad iſtum. §. non ſunt vera aliàs ſine periculo: quia non videtur propterea remittere aliam quãtitatem,vel aliam partem rei: non credatis quòd dicat de periculo quod debeat condemnari propterea reus in aliquo, quia illud eſſet deriſio: & hoc declarat litera ſequens. *In eodem iudicio.* ideſt quandocunque ante ſcientiam ſine nona conteſtatione: nihil eſt. & ideò debet exponi, *in eodem iudicio*.ideſt in eadem iudicii forma:non

tamen

tamen in eadem inſtantia:ita debetis exponere ſi vultis intelligere:& hoc declarabo vobis ſtatim; quia in hoc diſputârunt gloſſatores.verbi gratia, petǫ 50.cũ poſſem petere.100. volo petere alia quinquaginta potero: tamen non erit eadem inſtantia, quia tequiritur noua libelli oblatio,noua litis conteſtatio,& noua ſententia. Modò ad declaratiooem quorundam quæ dicnntur per gl. que ſunt ſatis vtilia: certè dictũ eſt aliquid hic.id eſt omnia quæ dicũt gl.& aliquid vltra:quia quidem text. eſt valde contra opinionem gloſſ.niſi ita tenaciter teneretur opinio Io. nam videretuc male dicere: quia diceret contra caſum: tamen ego tenebo opinionẽ Io. & reſpondebo ad illum textum quàm melios potero, quòd totum quod dicitur in glóſſa & io textu diuiditur in tres quæſtiones.Prima eſt.Si peto à te quinquaginta ſciẽs te debere centum,an videor remittere alia. 50. text.dicit & bene,quòd nõn:quomodo reſponderis ad quandam legem,quæ non facit vnam muſcam,cuius per errorem &c.de regulis iur.Dicendum tantum habet ſimilitudinem quantum vna muſca:vbi ſcio aliquid me nõ debere,ſi ſoluo, lex fingit me velle donare: & ideo denegatur mihi repetitio: & ita loquitur regula iuris.Sed io caſu iſto non eſt aliqua ſolutio, vel traditio: ſed ſola abſtinentia petendæ partis debiti. Quare ratione iſtius abſtinentiæ videor remittere partem aliam.

Præterea diceret aliquis, vbi non interueniret traditio, ſed verba, videtur eſſe donatio:tu promitteris ſciens te ei nõ debere, ex cauſa donationis es obligatus.vt lege campanos.ff.de operis libert. ita ſolet no.in leg.ſecũda §.circa.ff.de doli excep.
9 † Quæro ſuſtinebitur glo.ſuſtinere eſt facile vbi trado ſciẽs me non debere, loquitur regula iuris,vbi promitto ſciens me non debere, loquitur lex campanus: quia videor ex cauſa donationis obligatus. Et ratio eſt, quia promiſſio & ſolutio ſunt paria.vt lege ſi patronus.§.primo.ff.de dona. & le.vltima.C.ad leg.falcidiã. Qua ergo ratione ſoluendo ex certa ſcientia ſciens me non debere, videor donare, eadem vel ſimili & promittendo ex certa ſcientia videor ex cauſa donationis promittere.Sed in caſu iſtius §. non interuenit ſolutio nec traditio,nec aliquid quod inducat traditionem:& ideo oon eſt donatio. Vlterius † quæ-
10 ro,habeo debitorem,qui tenetur mihi in cẽtum, peto ab eo 50.poſſum petere alia 50.ſed an poſſum in eadem inſtantia ſine nouo libello, nouis dilationibus, noua litis cõteſtatione, vel ſit opus offerre &c. Quidam fuerunt in quadam opin. quòd poſſim in eodem iudicio, id eſt in eadem inſtantia non inchoando inſtantiam nouam, & iudex poteſt & debet cõdemnare: & hoc videtur §.iſte ſatis dicere. Præterea probatur per quaſdam leges quæ videntur facere, tamẽ non faciunt quia valde bene reſpondetur ad eas per glo. Ad primum reſpondetur quòd hic appellatur idem iudicium,id eſt eadem iudicij forma. Ad alium §. dicit ratione identitatis perſonarum:quia ibi eadem eſt perſona actoris eadem rei & eadem iudicis.Et propterea appellatur idem iudicium,id eſt eadem iudicij forma. Ad alium §.dicit quidam.§. Ago noxali pro delicto ſerui,& dico eũ deliquiſſe,ſed domino ignorãte:& propterea debet condemnari cum noxæ deditione:poſſum mutare libellum & dicere eũ deliquiſſe domino ſciente,& vt le.in delictis.§.ſi de tracta.ff.de noxali.& ideo apparet quod licet mutare libellum quandocunque ante ſententiã. Præterea mouetur per quoddam aliud argumentum quia ex quo notum erat iudici in conſcientia,poterit in centum coodemnare.quia iudex debet ex conſcientia iudicare:vt lege ſi irruptione.§.ad officium ff. finium regundorum.ſed in §.ſi detracta.nõ mutatur cauſa nec actio ſed agendi qualitas. Ad §. ad officium. ibi notum erat iudici tanquam iudici: aliàs non poteſt ex conſcientia iudicare: notat. in lege illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſid. & patet io lege ſeruus.ff.de bonorum poſſeſſionib. Quare nõ poſſum petere io eadem inſtantia.Allegat Ioã. quod noo poteſt videri in iudicium &c.Sed contingit quod peto aliam partem litis conteſtationis.ergo &c.Iſta allegat Ioan.quomodo debet intelligi.id eſt quòd cœpit eſſe debitum poſt litis conteſtationem & tũc non poteſt videri &c.Sed hic erat debitum aote litis conteſtationem. Præterea dicit Ioan.iure veteri non erat licitum mutare libellum vſque ad ſenteotiam:ſed ſolùm vſque ad litis conteſtationem & hoc vult dicere lex illa,edita actio.C.de edendo. ita actio &c.id eſt vſque
11 ad litis cooteſtationem. † Præterea iure nouo non ſolum non licet lite conteſtata, ſed nec etiã poſt libellum oblatum, vt authentic. de litig.§. omnem.& in authentica qui ſemel.C.qoomodo & quando iud.ergo nõ eſt verum quod dicit M. & alij quòd poſſit mutari actio poſt libellum oblatum,contra opinionem domini Ioan.tamen eius opinio teneatis.Obiicitur contra vos conſiderabitis ſi ſcietis reſpoodere:& ſi non,non curo multum.Dicitur io quadã lege qoam habuimus, iam pauci dies ſunt:habebam quendam debitorem,qui tenebatur mihi ad ſexcenta,quę probantur deberi: & cum crederem eum teneri ſolum ad centum compromiſimus io quendam arbitrum communem amicum: & ſtipulatos ſum centum oomine pœnæ ſi non pareat laudo:libello oblato,lite conteſtata, & probato quòd tenebatur in ſexcenta,habet iudex ſolùm condemnare in centum vel io ſexcentis quæ probantur deberi.dicitur in lege qood in omnia ſexcenta. Iſta ſunt mala oona. Adhuc peius ſi condẽno in ſola centum ſententia noo valet:quia debuit de parte iudicare,& de parte noo. vt lege apud celſum.§. itẽ quæritur.ff.de doli ex. per quod apparet quòd habet iudicare oon ſolum de eo, quod eſt debitũ tempore petitionis,ſed etiam de eo quod io proceſſu deberi apparet. Non video quod poſſent omnes græci reſpondere:niſi iſto modo:in lege illa fuit compromiſſum generaliter de omni eo, quod apparet debitum: licet tempore petitionis crederem ſola centum deberi. Et ideo vigore compromiſſi poterit iudex de ſexcentis condemnare. Hæc omnia in iudiciis ſingularibus.

Quid in iudiciis vniuerſalibus bene poteſt: ſi hodie non poſſides, poſt litis conteſtatio. incipis poſſidere, debes condemnari in eodem iudicio: & in eadẽ inſtãtia cauſæ: quia petitio vniuerſalis habet ſe pariter ad res quæ incipiunt poſſideri per reum vſque ad ſententiam. vt lege quarta & lege ſi quo tempore. & lege item videndum. §. ſi quis cùm peteretur.ff. de petitione hæreditatis.& ita loquitur lex ampliorem. §. vltimo. C.de ap-
12 pel.& l. vltima † *Si quis aliud intendit*.errando circa rem, vel circa actionẽ, vt patet per exempla.Intelligatis quędam verba,quæ tractãtur hic: tamen

tamen eſt valde longum ſi quis vellet tractare, quia oportet hic tractare de materia cumulationis: alias tractaui valde latè.
13 † Propono primò vnam actionem, volo proponere aliam in alio libello: bene poſſum. gl. ponit: ſed vtrum in eodem libello: volo proponere in eodem libello action. ex alia cauſa. dicit gloſſa & bene, & ita dicit in l. edita. Aut ſecūda petitio ſic ſe habet ad primā, quòd ſententia lata in prima parit exceptionem rei iudic. in ſecunda: & tunc non poſſum cumulare: verbi gratia, colonus dedit damnū in prædio locato, tenetur interdicto quod vi aut clam & actione ex locato & actione legis aquiliæ. Si propono actionem ex locato, poſtea volo proponere actionem legis aquiliæ, non ſum audiendus: quia ſententia lata in prima parit exceptionē rei iudicatæ in ſecunda. & ratio eſt, quia omnes deſcendunt ex eadem cauſa: & ideo non admittitur cumulatio id eſt alterius actionis propoſitio ad eandem rem: vt lege duobus. §. colonus. ff. de iure iurando. Sed quando ſententia lata in prima non parit exceptionem rei iudicatæ in ſecunda, peto librum actione ex teſtamento: poſtea quia non confido probare librum mihi legatum propono actio. ex ſtipulatu. Iſta petitio procedit. nō enim ſic ſe habet ſecunda ad primam, quòd ſententia
14 &c. & ita loquitur §. iſte. † Tamen quæritur à gloſ. nunquid debeant nouæ dilationes aſſignari, quando fit cumulatio. Et reſpondet & bene, quòd aut per primam dilationem poterā eſſe certus: & tūc dilatio non debet dari vlterius. verbi gratia, ago contra te actione vi bonorum raptorum, pro rapina quam feceras, volo cumulare, & agere actione furti: non ſum pro alia dilatione audiendus: quia procedit ex eadem cauſa. ſatis potui eſſe inſtructus per primā dilationem ſed ſi non habeat eādem cauſam, vt peto bouem ex teſtamento, poſtea peto ex ſtipulatu: tunc datur noua dilatio. Formatur hic alia quæſtio circa idem, an de nouo ſit iurandum in actione cumulata: poſſibile eſt quòd ſecundò calumniatis: primò non: & ideo ſecundò eſt iurandum de calum. vt probatur in lege qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de damno infecto. Dyn.

SVMMARIA SVPER §. SVNT PRÆTEREA.

1 *Priuilegio quatenus facere poteſt, qui gaudeant. & num. 3. 5.*
2 *Epilogus totius tituli.*
3 *Actio quòd ad minus detur quàm competat, non eſt ex natura actionis: ſed variè accidit. 5.*
4 *§. ſunt præterea. ſumma, & ſenſus. 5.*
5 *Impenſæ neceſſariæ minuunt dotem. & nu. 9. & qui intelligendum. 14.*
3 *Literæ textualis explicatio. 7. 9. 10.*
Peculium qualiter æſtimetur.
7 *Hæredes extranei mariti non gaudent priuilegio mariti in dote, matrimonio nati ſcilicet: vt ſed eatenus teneatur, quatenus facere poſſint.*
8 *Quatenus quis facere poteſt, qui accipiendum.*
In adiudicatione alimentorum quid iudex habeat conſiderare.
9 *Caſus poſitio in §. propter retentionem.*
10 *Dictio quaſi, quando non diminutionis nota.*
11 *Compenſationi an & quando locus.*
12 *Pater vel dominus in actione de peculio an debeat inſolidum condemnari.*
13 *Maritus an non condemnetur inſolidum, vel deducto ne egeat.*
14 *Impenſarum tres ſpecies.*

5 SVNT PRÆTEREA. §. iſte ponit quandam ſextam actionum diuiſionem: & illa diuiſio eſt quòd quædam actiones ſunt perſecutoriæ ſolidi, & quædam non: & iſtam diuiſionem proſequitur vſque in finem titu. ponendo nouem vel decem exempla. & nihil aliud intendit §. iſte.
1 † Nam ſi conueniatur pater ex cōtractu filij, act. de pec. contra patrem propoſita aliquando facit, condemnari ad integrum debitum, quādo peculij quantitas erit ſufficiēs ad integrum debitum ſoluendum. Aliquando verò non: quando ſcilicet, peculij quantitas non erat ſufficiēs ad integrum debitum ſoluendum. Idem eſt in actione de peculio quæ proponitur contra dominum ex contractu ſerui ſui. Item ſi mulier agat contra maritum actione de dote: ſi quidem maritus eſt diues & ſoluendo: conſequitur mulier integram dotem: ſi eſt pauper & non eſt ſoluendo condemnatur eatenus quatenus facultates patiuntur deducto ne egeat. Item ſi maritus aliquid impendat in rem dotalem, neceſſariò iſta impenſa diminuit rem dotalem ipſo iure: & ideo cōceditur marito retētio quouſq; ſibi ſoluatur. Præterea ſi filius emancipatus agat contra patrē, condemnatur inquātum facere poteſt: ſi poteſt facere ſolidū, condēnatur in ſolidū. Idem ſi libertus agat contra patronum Præterea ſi ſocius agat contra ſociū, ſi poteſt facere ſolidum, condēnatur inſolidum: ſi non, cōdemnatur inquātum facere poteſt. Præterea ſi donatarius agat cōtra donatorem, debet condemnari inquantum facere poteſt: ſed ſi eſt diues & ſoluendo, condemnatur in totum quod ex cauſa donationis promiſit. Præterea ſi creditori opponatur agēti compenſatio vſque ad concurrentem quantitatem, debet diminui condemnatio. Vltimò dicit quod qui ceſſit bonis timore perterritus ne detruderetur in carcerē, habet priuilegium: quia poſt ceſſionem bonorum conuenitur & condemnatur eatenus quatenus facere
2 poteſt: & hoc dicit vſque in finem tituli. † Sic patet ex ordine tituli: vos habuiſtis ſuprà quinque principales actionum diuiſiones. Prima fuit quod quædam ſunt reales, quædam perſonales in fine. §. omnium. Secunda fuit, quòd quædam ſunt ciuiles quædam prætoriæ. in §. ſed iſtæ. Tertia fuit, quòd quædam ſunt perſecutoriæ rei quædam pœnæ, quædam rei & pœnæ. in §. ſequens.

Quarta fuit, quòd quædam dantur in ſimplum quędam in duplum, quędam in triplum quædam in quadruplū: vt in §. omnes. Quinta fuit, quòd quædam ſunt bonæ fidei quædam ſtricti iuris. vt in §. actionum. Et iſtæ quinque diuiſiones ſunt ſolemnes: & ponunt primam actionum naturam. Et ideo illas inuenietis in arbore in principio arbor. Modò ponitur hic quędam vj. diuiſio, quę eſt talis, quòd agēdo aliquando proſequimur ſolidum

ſolidum debitum, aliquando non: & iſtā di uiſio-
nem non proſequitur Io. in arbore, licet proſe-
quitur.v præcedentes,& alias vij. Xij. ſun t ergo
quas proſequitur, & non plures vt oſten dam in
principio arboris,& cauſam quare non proſequi-
tur illam:quædam ſunt ciuiles, quædam prætoriæ
illa eſt ibi prima: quædam reales,quædam perſo-
nales, illa eſt ibi ſecuoda: quædam proſecutoriæ
rei,quædā pœnæ, quædam rei & pœnæ: & illa eſt
ibi tertia. Quædam dantur in ſimplum, quædam
in duplum, quædam in triplū, quædam in qua-
druplum: & illa eſt quarta: quædam bonæ fidei,
quædam ſtricti iuris. & illa eſt ibi v. Aliæ quin-
que adiiciuntur: licet noo ponantur in hoc ti-
tulo, quæ inueniuotur traditæ per alias leges: ita
quòd vniuerſæ ſunt xij. & ad illas reducūtur om-
nes actiones de corpore iuris:tamē per quem mo-
dum reducuntur, illud oolo dicere hîc: ſed erit
dicēdum in principio arboris. Quare iſtam di-
uiſionem non proſequitur Io.in arbore,dicit iſte
gloſ. arboris has diuiſiones &c. tamen non aſſi-
gnat rationem: quare ego reſpondeo vobis, &
3 iſta eſt ratio efficaciſsima: quia † q aliquis con-
uentus condemnetur aliquem inſolidum, ali-
quando non: iſtud non contingit de natura a-
ctionis.Sed aliquando cōtingit ex priuilegio per-
ſonæ.aliquando ex accidētia facti, aliquando ex
natura contractus: ſi maritus condemnatur in
quantum facere poteſt, hoc eſt propter priuile-
gium perſonæ mariti reuerentiam,quam ei mu-
lier debet.vt l.maritum.ff.ſoluto matrimonio.Pa
ter & patronus ſimiliter habent priuilegium, vt
condemnentur inquantum facere poſſunt: hoc
non eſt propter naturam act. eſt quòd condem-
netur inſolidum: ſed propter priuilegium perſo-
narum. Aliquando contingit quòd aliquis &c.
propter naturam contractus, vt ſocius condem-
natur ioquantum facere poteſt, vt in præſenti.§.
& l. verum.ff. pro ſo. & l. ſunt qui in id.ff. de re
iu.Iſtud eſt ratione contractus. Donator condē-
natur inquantum facere poteſt: iſtud non eſt
de oatura actionis: quia natura actionis bene eſt
quòd detur ad ſolidum: ſed propter priuilegium
perſonæ ne ex liberalitate ſua periclitetur. vt l.
intra eos. & l. & exhæredatum. ff. de re iudicat.
ſcilicet ne ex liberalitate &c. Aliquando con-
tingit propter accidentiā facti. Ago ex contractu
filij contra patrem, quòd non condemnetur in-
ſolidum: contingit propter accidentiā facti: quia
peculium non eſt ſoluendū.Item debitor qui ceſ-
ſit bonis propter ceſsionem bonorum condem-
natur inquantum facere poteſt: noo inſolidum.
Iſtud non eſt propter naturam actionis, ſed quia
ceſsit bonis: modò reperitur nudus non habens
bona.vt l.is qui bonis.l.qui debitoris.& l.qui bo-
nis.ff. qui bo. ce. poſ. Ergo propterea non proſe-
quitur Io.& non curauit de ea. quia nō ponit na-
turam actionum: & ideò non proſequitur eā Io.
in arbore.& iſta eſt vera: & veriſsima ratio.Quid
4 † ergo intendit.§. iſte. Primò ponit quædam ge-
neralem diuiſionem actionum.Secūdò proſequi-
tur eam ponendo ad declarationem diuiſionis x.
exempla in vniuerſo. Primum exemplum eſt de
patre, qui conuenitur ex contractu filij de pecu-
lio. Secundò de domino,qui conuenitur ex con-
tractu ſerui. Tertium exēplū eſt de marito, qui
conuenitur act.de dote.Quartū eſt de vxore con-
tra quam opponitur retentio propter neceſſarias
impenſas.Quintum eſt de filio, qui agit cōtra pa-
trem.Sextum de liberto,qui agit contra patronū.
Septimum de ſocio qui agit contra ſocium.Octa-
uum eſt de donatario,qui conuenitur ex cauſa do-
nationis. Nonum eſt de creditore cui opponitur
compenſatio.Decimum de eo eſt qui conuenitur
prius ceſsionem bonorum. .§. iſte pooit vnam
diuiſiooem,& eſt talis,quòd aliquando actionem
proponendo conſequimur integrum debitum,a-
liquando non. & de hoc ponit x.exempla per or-
5 dinē.Et † ecce primum,contraxi cum filio,qui e-
rat in poteſtate patris conſtitutus ex aliqua cauſa
præterquam ex cauſa mutui. Ago contra patrem
ex coontractu filij de peculio, dubitatur, an pater
debeat in ſolidum coodemnari. Si minus,debet
condemnari quatenus eſt in peculio. Idem eſt vi-
dere, & hoc eſt tertium exemplum, in muliere,
agit contra maritum act. de dote. mulier contra-
xit matrimonium cum Titio, & dedit ei c.in do-
tem: diſolutum eſt matrimonium: matrimonio
diſſoluto agit mulier coontra maritum, & repetit
dotem: dubitatur an maritus debeat condemna-
ri ad integra c. quæ mulier in dotē dedit, vel mi-
nus. Et reſpondetur quòd ſi maritus eſt locuples
& ſoluendo,debet condemnari ad omnia c. ſi eſt
pauper,debet condemnari inquantum facere po-
teſt deducto ne egeat. Quartum exemplum eſt
econtra. Ego habebam quandam domum in do-
tem: & quia illa domus erat ruinoſa, & mineba-
tur ruinam, indigebat refectione: & ideò impē-
dit in refectionem domus, ſi mulier matrimonio
diſſoluto agat contra me actionem de dote,& re-
petat dotem, volo recuperare impenſas. Nūquid
debeam condemnari ad refectionem totius do-
mus? Et reſpondetur quòd non, quia impenſæ ne-
ceſſariæ dotem ipſo iure diminuūt. Vlterius po-
nit aliud exemplum:filius emancipatus contraxe-
rat cum patre,ex illo contractu agebat cōtra pa-
trem: dubitatur vtrum debeat condemnari inſo-
lidum,vel quatenus facere poteſt: & reſpondetur
quòd ſi pater eſt ſoluēdo,& diues, debet condēna
ri ioſolidum:ſi noo,debet condemnari inquantū,
facere poteſt deducto ne egeat. Sextum exem-
plum eſt de liberto qui agit contra patronum.
Nam ſi patronus eſt diues, & ſoluendo, condem-
natur inſolidum: ſi non, condemnatur catenus,
quatenus facere poteſt dedocto ne egeat. Sep-
timum exemplum eſt in ſocio: coontraxi ſocieta-
tem cum aliquo, diſſoluta ſocietate ago actione
pro ſocio contra eum, & peto eum condemnari
nomine culpæ & negligentiæ in ſocietate cōmiſ-
ſa: dubitatur, vtrum debeat cōdemnari inſolidū,
vel quatenus facere poteſt: & reſpondetur quòd
ſi eſt diues & ſoluendo, debet inſolidum cōdem-
nari:ſi noo, debet condemnari inquantum face-
re poteſt deducto ne egeat. Octauum exemplū
eſt in donatore. Lucius ex cauſa donationis pro-
miſerit mihi 100. Ago cōtra eum ex promiſsio-
ne,& peto 100. dubitatur, vtrum debeat condē-
nari inſolidum, vel quatenus facere poteſt.Et re-
ſpondetur quòd ſi non eſt ſoluendo, debet con-
demnari ioſolidum, ſi pauper & non ſoluendo,
condemnari quatenus facere poteſt. Nonum
exemplum eſt,aliquis mutuauit mihi c. & agebat
contra me act. de mutuo repetendo illa c. ex op-
poſito ego oppono compenſationē in quinqua-
ginta:quia & ipſe erat debitor meus ex cauſa com-
modati, vel ex alia, ex qua poterat compenſatio

opponi:dubitatur nunquid debeam condemnari
inſolidum:& reſpondetur quòd non condamna-
bor inſolidum, ſed deducta quantitate quæ mihi
debebatur. Decimum exemplum eſt, habebam
debitorem qui mihi tenebatur in mille, ipſe ti-
mens ne facerē eum in carcerem detrudi, acceſ-
ſit ad palatium communis. Bononien. & ceſſit
bonis,facta ceſſione aliquid acquiſiuit: ago con-
tra eum: dubitatur nunquid debeat condemna-
ri inſolidum, vel in partem. Et reſpondetur
quòd ex quo ceſſit bonis,non debet condemnari
inſolidum, vel in partem: ſed quatenus facere
poteſt.§. ſunt præterea, hîc dicunt gloſſ. & bene
ponunt. ſext.diuiſionē actionum quam non pro-
ſequitur Ioan.in arbore hoc noluit dicere gloſ.
6 & bene.† Modò id eſt aliquando modò,ponit ex-
emplum immediatè. *In peculium.* ideſt con-
tra patrem, vel dominum ratione peculij ſerui,
vel filij,quod eſt penes eum. *Proſequimur.* id
eſt quòd nobis debetur. qualiter debeat æſtimari
peculium determinatur infrà titu. proxi.§. cùm
autem: & melius in quadam alia lege, peculium
æſtimatur quòd ſupereſt deducto eo,quod domi-
no debetur, & iis qui ſunt in poteſtate eius. ver-
bi gratia,habeo filium vel ſeruum qui contradi-
xit cum extraneo: ille filius vel ſeruus ſimiliter
contraxerat mecum, ille extraneus agit contra
me,poſſum deducere quod mihi debetur. Præ-
terea ſi debeat aliquid filio meo, vel pupillo, cu-
ius tutelam adminiſtrabam, deductione facta ſi
quid ſupereſt,illud,æſtimatur eſſe peculium,& in
illo debeo condemnari. vt infrà titul. proximi.
§. cùm autem. & habetis plenius in lege: ſed ſi
7 damnum. peculium. ff. de peculio. † *Placet.* &
iſtud priuilegium datur marito:ſed hæredibus ex-
traneis mariti non datur:quia priuilegiū eſt per-
ſonale,& ideò cum perſona extinguitur. vt l.ma-
ritum & l.ſequen.quæ incipit,quia ff.ſol.matr.ta-
men licet non detur hæredibus extraneis mariti,
bene datur filiis ex illo matrimonio natis: vt l.
etiam filios.ff. ſoluto matrimonio. *Facere poſſit*
id eſt deducto ne egeat: & hoc probatur per quá-
dam legem quæ hoc dicit expreſſè. Præterea pro
batur per rationem, dato quod non reperiretur.
legem per argu. efficaa per legem:quia lex dicit.
habet hoc apertè in condemnatione earum
perſonarum &c. & propterea habetur ratio-
ne egeat: vt in regula iuris in condamnatione.
8 † Præterea probatur per rationem efficacem.
hîc dicit, quòd maritus debet condemnari
quatenus facere poteſt eatenus intelligor
poſſe, eatenus poſſum ſine incommodo fa-
cere. Illud autem quòd non poſſum commodè
facere, non videor poſſe facere. Sed commo-
dè non poſſum facere, niſi quatenus habeam
alimenta. ita probatur in lege nepos proculo.ff.
de verbo.ſignifi. Et iudex habet æſtimare ætatem
eius qui condemnatur, & ſimiliter conditionem
perſonæ eius qui conuenitur: & conſiderata æta-
te & condione,ſatis poterit perpendere quantum
ſufficit ad alimenta. Ætatem, quia ſi eſt ſenex,
æſtimatur modico tempore viuere,ſi iuuenis lon
go tempore: & ideò oportebit nos recurrere ad
cōputationem, quam facit Vlpianus in lege hæ-
reditarum.ff.ad leg.fal. Nam lex præſumit, quòd
ſi eſt infrà xx. annos, quòd poſſit viuere certo
tempore: & ſi infrà xxx.ſimiliter,& ſic de aliis: &
ſic diſtinguit omnia tempora. Præterea debet
conſiderari conditio perſonæ. Nam ſi eſt miles,
lex præſumit quòd debeat plus expendere: &
ideò plus deducitur pro eo: quàm pro quodam
cerdone. Præterea ſi erat homo, qui poſſit ex
arte ſua lucrari,deducitur minus: ſi erat ſine arte
deducitur plus: argu.lex ſi quis à liberis.§. id eſt
ff.de liber.agn.lege interdum.ff de operis libertn.
lex cùm alimenta. ff. de alimentis & cib. leg. Er-
go amodo poſſum facere quatenus debet exponi.
id eſt deducto ne egeat conſiderata ætate & con-
ditione perſonæ eius qui conuenitur. *Patiun-
tur.* id eſt quatenus facere poteſt. *Propter re-*
9 *tentionem.* Caſus iſte debet† poni ad hoc, vt re-
ctè procedat in re inextimata data in dotem, &
impenſa neceſſaria: aliàs non procedit:quædam
mulier contraxit matrimonium & dederat ma-
rito in dotem quandam domum æſtimatam.
Item dederat centum in pecunia numerata,
matrimonio conſtante domus minabatur rui-
nam: neceſſaria indigebat refectione. Et pro-
pterea maritus de ſua pecunia impedit in refe-
ctionem domus quinquaginta matrimonio diſ-
ſoluto mulier agit contra maritum, & reperit
domum & centum quæ dedit in dotem: dubi-
tatur nunquid debeat condemnari inſolidum.
Et reſpondetur quòd non: quia impenſæ neceſ-
ſariæ ipſo iure minuunt dotem datam in pecu-
nia numerata, vnde cōdemnatur ſolum ad quin-
quaginta. *Impenſas.* ſcilicet neceſſarias. In
vtilibus non habet locum. *Dotales.* inæſti-
matas: Illæ appellantur dotales, quæ ſunt inæſti
matæ: ſed quæ ſunt æſtimatæ nō appellantur do
tales: imò ſunt mariti per emptionem: quia nō
eſt in dotem res, ſed æſtimatio. vt C. de rei vxo.
actio. §. cum res. & lex quoties. C. de iure doti.
Retentio. pecuniæ dotalis. Quia quidam
habent quaſi ſi habetis quia, procedit litera de
plano: & non eſt opus expoſitione: ſed ſi habe-
tis quaſi,tunc habet locum expoſitio gloſſ. dicit
10 enim † quòd dictio quaſi, non eſt not. diminu-
tionis, nec notat improprietatem: ſed expreſ-
ſiuum eſt veritatis: iſtud voluit dicere gloſſ. tunc
non eſt nota diminutionis, quando improprie-
tatem notat: tunc eſt expreſſiuum veritatis quan-
do prope notat veritatem. *Liberis.* toto tit. de
impen. ff. non dicit aliud. *Filius.* emancipa-
tus: nam ſi eſſet in poteſtate, non poſſet regula-
riter agere contra patrem. vt lege lis nulla.ff. de
iudi.lege qui in poteſtate.C. de in ius.vocan.lege
actiones.de act.& obli. *Agat.* ſubaudiatis condē
nari debet parens & patronus in hoc propter
reuerentiam perſonarum. Præterea ecce aliud
exemplum, & iſtud non contingit propter re-
uerentiam perſonarum: ſed propter naturam
contractus. *Socius.* omnium bonorum, vel
in vna parte tantùm: vt lex verum. ff. pro ſo-
cio. lex: vt ſit pro ſocio. ff. pro ſocio. & no-
minatim ſolet in lege ſunt qui id in ff. de re iu-
dicata. licet ibi textus videatur dicere contra-
rium, dumtamen res ſit communis ex cauſa
ſocietatis: aliàs non habet locum actio pro ſo-
cio. dicta lege: vt ſit pro ſocio. *Item ſi ſocius:*
ſuper dicatis quòd habet iſtud priuilegium: li
cet quidam dicant contra: quia aut concedi-
tur priuilegium ratione reuerentiæ, aut ratione
contractus. Sed iſta opi. eſt reprobata, & bene in
lege in condemnatione. ff. de reg. iur. & ideò dica
tis: facere poteſt. ſ. commodè deducto ne egeat,
textus

text.aſsignat rationem, ne ex liberalitate &c. ne
habeat mendicare propter liberalitatem ſuam.
Conuenitur. dicit.glo.conditione ex lege non eſt
verum ſimpliciter:ſed aut promiſit per ſtipula-
tionem, aut nudis verbis: ſi nudis verbis, habet
locum quod dicitur in gl. quòd tenetur condict.
ex lege:vt l.ſi quis argentum.§.j.C.de do.Sed vbi
promiſit per ſtipulationem,non habet locum cõ-
dictio ex lege:quia condictio, ex l. non habet lo-
cum in caſu,in quo donatarius prouidet ſibi: ſed
11 hic ego prouidi mihi ſtipulando. † *Plerumque:*
plerúmque ideò dicit: quia eſt inuenire quòd in
caſu non admittitur compenſatio: vt in act. de-
poſiti.vt l.fi.C.de compenſ. & habuiſtis, ſuprà in
§.in bonæ fidei,in fi.§. Præterea quando hincin-
de debetur quantitas,habet locum compenſatio:
quando ſpecies debetur ex vtraque parte, vel ex
altera, non habet locum compenſatio:vt tracta-
tum eſt plenè ſuprà in §. in bonæ fidei. *Emolu-
mentum.* i. quòd excedat quantitatem alimento-
rum.& hoc inuenietis per duas leges. l.qui bonis
& l.ſi debitoris.ff.de ceſ. bon. Si quærat tantùm
quòd excedat quantitatẽ alimentorũ debet con-
demnari, aliàs non. *Ex integro.* dicit glo.quòd
litera videtur ſibi contraria: quia iſta duo ſunt
contraria,quòd condemnetur in integrum debi-
tum,& inquantùm facere poteſt.& lex dicit,quòd
condemnat inquantùm facere poteſt. gloſa non
intelligit tex.& non debet exponi *ex integro.* i.in-
ſolidum: Sed *ex integro.* i. poſt ceſſionem bono-
rum. Modo aduertatis ad quaſdam truffas quas
gloſſ.ponunt:verum eſt etiam quòd ponunt quaſ
dam etiam non truffas:quia ponunt quædam bo-
12 na verba. † Primò vos habetis reſpondere,quòd
pater debeat inſolidum condemnari in act.de pe-
culio,& non de peculio. i. non facta deductione
de peculio.vt l.depoſui.ff.de peculio.& hoc anno
legiſtis de peculio, & deus ſcit ſi vos ſcitis mate-
riam illius tractatus, ille debet ita intelligi. Aut
res quam peto quę à me proceſsit,reperitur exta-
re in peculio,& tunc abſit quòd pater debeat ali-
quid deducere de peculio. commodaui filio, vel
depoſui apud filium,reperitur res extare in pecu-
lio,& tũc abſit, dicit quòd pater vel dominus fi-
lius vel ſeruus erat debitor meus in centum,volo
deducere illa centum de peculio: illa deductio
non vendicat ſibi locum:vt l.depoſui in princ. &
l.bo.fi.ff.de pecu. Sed quando res non reperitur
extare in peculio, mutuaui ſeruo centum. Ago
condict. de mutuo, & peto dominium condem-
condemnari, non eſt debitor rei qui reperiatur
extare, hoc caſu ſimpliciter eſt verum quòd do-
minus habet deducere quod ſibi debetur. vt l.ſed
13 ſi damnum.§.pecul.ff.de pec. † Præterea poſſet
opponi de marito: quia lege cauetur quòd debet
inſolidum condemnari non deducto ne egeat: vt
l.diuortio.ff.de nego.geſt. Ad iſtud debet ita re-
ſponderi, & eſt generalis ſolutio ad multa con-
traria. Aut maritus conuenitur ratione delicti,
aut ratione contractus. Primo caſu non habe-
tur ratio ne egeat: quia non debet conſequi pre-
miũ ratione delicti. vt l.ſi rẽ.ff.de re iu.& l.etiam.
§.licet.ff.ſo.ma.Secũdo caſu, aut cõuenitur ex cõ
tractu dotis,aut ex alio cõtractu cum vxore cele-
brato.Si ex alio contractu,diſtinguitur vtrum ma
trimonio cõſtante, vel ſoluto: ſi cõſtante matri-
monio habet priuilegium,ſi ſoluto matrimonio,
non eſt caſus in lege,non tantum.ff.de re iu.Si ex
contractu dotis, aut conuenitur actio de dote,
aut alia in qua deuoluta eſt act. de dote. Si act.de
dote:non refert vtrum conueniatur matrimonio
conſtante,vel ſoluto: quia ſemper condemnatur
inquantum facere poteſt, ita loquitur.§. iſte, &
lege maritus.ff.ſoluto matrimonio. Si conuenia-
tur alia act. ſuccedente in locum act. de dote, aut
ſuccedit ratione contractus, aut ratione delicti:
ſi ratione contractus, quia maritus conſtituit ſe
ſoluturum illud quod debeat per actio. de dote,
debet condemnari inquantum facere poteſt.vt
lege quod ſi maritus.ff.de conſti.pecu. Si ratione
delicti propter culpam mariti: quia maritus geſ-
ſit negotia mulieris,cui tenebatur actio de dote:
gerendo debebat à ſe exigere, ſed non exigit pro
pter culpam eius deuoluta eſt actio de dote in a-
ctionem nego.geſtorum,& debet inſolidum con
demnari,& non habetur ratio ne egeat.& iſte eſt
caſus quem habuiſtis in lege diuortio.ff.de nego.
14 geſtis. † Ad iſtud quod dicitur de impenſis vide
tur ob.quia impenſæ non minuunt dotem: & in
hoc errauit gloſſ. Glo. non poteſt ſuſtineri: quia
dicit cõtra duos caſus. Tres ſunt ſpecies impenſa-
rum,neceſſariæ,vtiles & voluntariæ. Neceſſariæ,
appellantur, quibus non factis res erat peritura,
vel futura deterior. Vtiles quæ rem meliorem fa-
ciunt, deteriorem eſſe non ſinunt. Voluntariæ
ſunt quæ ſpeciem rei extrinſecus exornant. vt le-
ge impenſæ. ff.de verſic.ſi. & lege prima, ſecunda
& tertia.ff. de impen. Quando impenſæ ſunt ne-
ceſſarię ſi dos erat in ſpecie inæſtimata,ſi tantum
eſt impenſum quantum res valet, deſinit eſſe do-
talis, niſi mulier offerat quod maritus impendit
infra annum: ſi minus datur marito retentio to-
tius rei, vel partis. Si dos erat in pecunia, vel in
ſpecie cum pecunia,impenſæ neceſſariò ipſo iure
minuunt dotem datam in pecunia numerata. &
ita loquitur hic verſi.propter retentionem: & le-
ge quod dicitur. ff. de impen. & lege ſi is qui.§.
quòd dicitur. ff. de iur. do. Quando impenſæ
ſunt vtiles,dicit gl.& bene,quòd aut impedit mã
dato mulieris,& habet actionẽ mandati: aut ſine
mandato,& habet actionem negotiorum geſto-
rum: vt lege vnica. §. ſed nec ob impenſas.C. de
rei vxo.act.Si ſunt volũtariæ,conceditur abraſio:
niſi,dicit gloſſ.iſtud eſt malum,niſi voluntate ni-
ſi mulieris fecerit. Nam voluntarias non repetit
eſſet ſi ſine mandato vxoris fecerit: & iſte eſt ca-
ſus in lege vnica. §. ſed nec ob impen. C. de rei
vxo. act. dicta lege in voluntarijs in princi.ff. de
impen.in rebus do.fac. contra duos textus dicit.
& propterea malè dicit gloſſ.& ideò non poteſt
mendicari. Dynus,

Finis lecturæ de actionibus.

INCIPIT LECTVRA DYNI
SVPER; ARBORE ACTIONVM.

QVia omnes actiones ſcriptę in arbore reducuntur ad quâlibet de xij. diuiſionibus. Ideò primò eſt opus videre diuiſiones. Secundò erit opus videre qualiter actio ad quamlibet diuiſionem reducitur: & ad quod membrum illius diuiſionis: & his expeditis ſcietis quicquid eſt vel eſſe poteſt de arbore. Verba truffatoria poſſunt dici. Quare primò poſuit ciuiles, poſtea prætorias, quid ad rem. Item quare fecit differentiam, & ex parte dextra poſuit prætorias ex parte ſiniſtra ciuiles, nihil ad rem.

Vos habetis dicere quòd hîc non debet eſſe differentia. Imò debet eſſe nomen actionis quæ ponitur, vt genus: & diuiditur in ſpecies: ergo debet diuidi per. xij. diuiſiones, quæ debent poni in principio arboris: vnde ſuperuacuum eſt quærere quare in manu dominæ poſuit lilium non roſam. Illæ gloſſ. fuerunt. d. Ioan. do. Ioan. poſuit ſolum arborem & diuiſiones: & in qualibet diuiſione, ſi actio conueniat, primò membro, poſuit vnum punctum: Si ſecundo membro, poſuit duo puncta, ſi tertio membro, tria puncta, ſi quarto membro, quatuor puncta, & non vltra: quia nullam diuiſionem eſt inuenire quæ contineat vltra quatuor membra. Et iſtud poſuit Ioã. tantùm, & nihil aliud. Alij gloſſ. superuenerunt qui fuerunt ſimpliciores quàm caules ſine ſale: & fecerunt quæſtiones de eo, de quo non erãt quæſtiones faciendæ: fecerunt quaſdam deriſiones nõ diuiſiones, & inceperunt iuri operam dare. &c. Ergo ſicut ego dixi ad intellectum verum iſtius arboris, & ad intelligendum effectum, non eſt opus videre niſi duo, vel tria verba: & iſta expediam ſatis breuiter, quàm breuius potero: poſtea eritis magiſtri in arbore. Nam primò oportet notare xij. diuiſiones, quæ debent poni ſecũdum ordinem rectum in princip. arboris: & ideò poſuit dominus. Ioan. quare oportebit, quòd notetis eas: quia omnes actiones ciuiles prætoriæ, quæ ſcribuntur in arbore, reducuntur ad iſtas diuiſiones in pauciſſimis fallit. Et primò eſt opus videre diuiſiones. Secundò qualiter quælibet actio ad quamlibet diuiſionem reducitur, & ad quod membrum diuiſionis. & hoc intellecto nihil aliud eſt de ſubſtãtia arboris, & propterea intelligatis. Prima diuiſio eſt, quæ continet duo membra, quòd omnium actionum quædam ſunt prætoriæ, quædam ciuiles, quæ dicantur prætoriæ & quæ ciuiliter, ſatis plenè tractatũ & determinatũ habuimus ſuprà de actio. §. ſed iſtæ. nam ſicut ibi dicebam, ſex reperiuntur partes iuris ſcriptæ. ſcilicet leges. ſenatuſconſulta, principum placita, reſponſa prudentum, plebi ſcita, item magiſtratum edicta Quinque primæ partes conſtituunt ius ciuile, ſcilicet leges &c. Sexta conſtituit ius prætorium: vnde quælibet actio introducta per quancunque partem de illis quinque, appellatur ciuilis. quælibet inducta per ſextam appellatur prætoria. & illæ quæ inducuntur per quintam partem ſcilicet per magiſtratum edictam ſunt multæ numero: quia ſunt c. & xxj. & illæ ponuntur in prima partæ arboris. Actiones inductæ per alias. quinta partes ſolum. xlviij. quæ ponuntur in alia parte arboris: verum eſt quòd vos inuenietis in prætoriis maiorem numerum circulorum: vos inuenietis. capituli & xxvj. circulos: vos etiam habetis quatuor ordines prætoriarum: & in quolibet ordine ix. circulos. In vltimo circulo primi ordinis vos habetis quandam rubricam. In tertio ſecundi ordinis habetis quandam aliam. In octauo aliam. In tertio circulo tertij ordinis quandam aliam. In primo circulo xj. ordinis habetis aliam rubricam. Aliquando reſpicit actiones præcedentes. Aliquando ſequentes. dicit prima rubrica præiudiciales &c. In tertio circulo ſecundi ordinis habetis quandam rubricam communem ad actiones reuocatorias quæ ſequuntur. Reuocatoriæ &c. & eſt de tribus diſſenſio. ſcilicet vtrum dentur patrono & creditori, vel creditori tantum, vt habemus in titulo de actio. §. item ſi quis. & malè: quia non ſunt interdicta: poſtea habetis quandam rubricam in octauo circulo ſecundi ordinis, & dicit adiectionis prætoriæ. id eſt non ſunt nomina ſed cognomina actionum: vt habuimus plenè. ſupra de actio. in §. depeculio. & eſt de hoc diſſenſio. Sed vtrum ſint propria nomina, vel cognomina actionũ: tantũ veritas eſt: quòd ſunt cognomina. Poſtea habẽs quandam rubricam in primo circulo xj. ordinis. Et ſenè &c. id eſt interdicta de quibus tractatum eſt: reperiuntur directa & vtilia. Poſtea ſequitur alia pars rubricæ quæ reſpicit act. in factũ quæ deſcendũt ex edictis, quæ ſequuntur vſque in finem. Or in ciuilibus vos habetis ſolùm ſex ordines qui cõtinent xlviij. act. Tamen in vj. ordinibus ſunt ſex rubricæ, & ideò act. ciuiles reperiuntur eſſe numero. xlviij. In quinto circulo primi ordinis habetis rubricam talem. Mixtæ &c. Poſtea habetis ſecundam rubricam in primo circulo ſecundi ordinis quæ dicit. Perſonaliſſimæ &c. id eſt. dicere, quòd condictiones omnes ſunt perſonales ita habuimus in §. appellamus. Sequitur tertia rubrica in ſecundo circulo tertij ordinis. Hanc ſcilicet actionem ad exhibendũ quis nec eſt realis nec perſonalis: omnes actio. aut ſunt reales, aut perſonales. vt ſupra in §. omnium quidam dicunt eam nec realem nec perſonalem: tamen falſum eſt, quia licet ſit perſonalis eſt tantùm in rem ſcripta: vt lege tertia §. eſt ante. ff. ad exhiben. Sequitur, & eſt not. quæſtione, dicit nihil habet facere cum act. ex empto, ex vendito, ex locato, & ex conducto.

Quartam rubricam habetis in primo circulo quarti ordinis. Poſteà habentis rubricam in quinto circulo quarti ordinis. Hanc quæ ſequitur ſcilicet actio cõm. vel l. j. ff. cõmo. tamen verum eſt quòd eſt ciuilis, vt habuimus in §. ſed iſtæ: & probatur in lege in commodati. §. ſicut. ff. commodati. Poſtea habetis ſextam rubricam in octaua. circulo quarti ordinis. Non &c. Sed non conuertitur id eſt dicere vbi habet locum actio in factum generalis ſe habent ad actio. præb. verbi ſicut genus ad ſpeciem

ad ſpeciem. Amodo videtis qualiter debẽt procedere rubricæ in arbore. Modo procedamus ad diuiſiones & videbitis quòd arbor non habet ſubtilitatem magnam: ſubtile fuit eam inuenire. Et eſt prima diuiſio, quòd omnium actionum quædam ſunt pretoriæ, quædam ciuiles, & ſuper iſta diuiſiõe debetis habere. A. ſequitur alia diuiſio: & ſuper iſta debet eſſe. B. ita poſuit Ioan.

Secũda diuiſio eſt, quòd act. aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam, aliæ mixtæ: vt in §. omnium. & §. quædam. & ibi declaraui quæ dicantur in rem, quæ in perſonam, & quę mixtæ: & proprerea non intendo hoc repetere: quia ſuperuacuum foret.

Tertia diuiſio dicit quòd aliæ ſunt perſecutoriæ rei, Aliæ, pœnæ, aliæ rei & pœnæ: vt i §. ſequẽs. Quarta, quòd quædam dantur in ſimplum, quædam in duplum, quædam in triplum, quædam in quadruplum, & exempla de qualibet habuiſtis enumerata in §. omnes. Quinta eſt, quòd aliæ ſunt bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt, xvij. quas habuiſtis in §. actionũ, vſque ad. §. in bonæ fidei. Et quare bonæ fidei & quare ſtricti iuris appellantur, ibi determinatum eſt, & ibi dixi vobis. Sexta eſt, quòd aliæ ſunt perpetuæ, id eſt quæ durant. xxx. an. Aliæ temporales, quæ minori tempore durant: vt infrà de perpe. & tempora. act. Et iſtam diuiſionem non habemus in titu. de act. Sed quinque præcedẽtes bene habuimus: tamen iſtam, & illas quæ ſequuntur, non habuimus. Septima diuiſio eſt, quòd aliæ ſunt tranſitoriæ ad hæredes, id eſt. quæ dantur hæredibus, & in hæredes. Item quæ dantur hæredibus tantũ, licet nõ dentur contra hæredes: aliæ nõ tranſitoriæ, id eſt que nec dãtur hæredibus, nec contra hæredes. Et probatur iſta diuiſio infrà de perpe. & tẽp. act. §. j. Octaua diuiſio eſt quòd aliæ act. infamãt, aliæ non. Quædam ſunt famoſæ quæ damnum infamiæ irrogant, & quædam non: vt infrà de perpe. & temp. app. §. pe. & l. prima ff. de his qui notant. infamia. & in multis partibus illius tituli. Nona diuiſio, quòd aliæ ſunt directæ, aliæ vtiles: vt lege penulti. ff. ſi quis pau. fe. dicatur. lege actio. ff. de ne go. geſtis. iſtud non habuiſtis in titulo de action. directæ appellantur quæ dantur ex verbis, & ex mente. Vtiles, que dantur ex mente & ex ſententia non ex verbis, verbi gratia. Si animal quadrupes dedit damnum datur actio in factum de pauperie ex verbis, & ex mẽte, & appellatur directa: ſed ſi alias bipes dedit damnum, nihil continetur in verbis: & ideò eſt opus quòd detur ex ſententia de quadam æquitate extenſiua: vt lege ex hac: ff. ſi qua. pau. fe. dicatur. Aliud exemplũ eſt act. quæ datur contra eum qui gerit ſponte negocia alicuius, eſt directa. Sed ea quæ datur ei, qui de neceſſitate gerit negocia alicuius eſt vtilis: quia prima datur ex verbis & ſententia. Secunda ex ſententia: quia edictum non loquitur in his, quæ de neceſſitate gerũtur: ſed æquum eſt actionẽ dari. vt lege tertia. §. curatori. & lege acti. ff. de neg. geſtis. Decima diuiſio eſt, quòd aliæ ſunt directæ, aliæ cõtrariæ: quæ dicantur directæ, & quæ contrariæ non habuiſtis tractatum ſuprà in titulo de actio. Sed habuiſtis tractatum ff. de actio. & ob. ibi inuenietis gloſſ. alibi non inuenietis gloſſ. quæ doceat illud. Aliquando nomina contrahentium ſunt diſtincta, aliquando non: quando nomina contrahentium non ſunt diſtincta, vnũ eſt idem nomen omnium ſi duo, vel tres contrahant ſocietatem, vnum & idem nomen habent actio, quæ proponitur vnum ſolum nomẽ habet & ideo à quocũque propoſita ſemper eſt directa & nunquam contraria. aliquando nomina contrahentium ſunt diſtincta: & tunc aut ſunt pares, aut vnus gratia alterius ad contrahendum, vel quaſi contrahendum accedit: ſi ſunt partes, ita celebratur contractus gratia vnius, ſicut gratia alterius: aliquando nomina contrahentium ſunt diſtincta, & actio. ſunt diſtinctæ vt act. ex vendito, & ex empto. Hoc caſu ſemper eſt directa actio ex empto que datur ad rem: actio ex vendito que datur ad precium. Item locatio contrahitur gratia locantis: vt conſequatur penſionem, & gratia conductoris vt poſſit percipere fructus. Sed vbi nomina contrahentium, vel quaſi ſunt diſtincta, & vnus accedit ad contrahendum vel quaſi gratia alterius: ex vna parte eſt directa, ex alia contraria: mando tibi quòd geras negotia mea. Mandatum à mandante ſumit originemprincipaliter, licet celebretur gratia vtriuſque: actio quæ mihi datur, eſt directa: actio quæ tibi datur, eſt contraria. Si tu accedis ad gerendum negotia mea, principaliter accedis gratia vtilitatis meæ: ſi accedis ad gerẽdũ negotia pupilli, principaliter accedis &c. & ideo mihi datur directa, tibi cõtraria pupillo datur directa: tibi datur cõtraria. vt l. ex maleficijs. §. ſi quis abſentis. & §. tuto. ff. de act. & ob. & inſti. de ob. quæ ex quaſi cõtractu. lege tutores. §. primo. Or iſtam diſtinctionem habuiſtis in quadam gloſſ. alibi non reperitur in corpore iuris in lege conſenſu. ff. de actio. & obligati. Vndecima diuiſio eſt, quòd aliæ dicuntur eſſe vniuerſales, aliæ ſingulares, aliæ generales. verum eſt quòd quædam non habent tertium membrum in inſtituta ponebantur omnes iſti ibi ponebatur iſtud membrum, vniuerſales, vt petitio hæredi. ſingulares, vt publiciana, rei vendicatio. generales, vt aliquis adminiſtrationis ſuæ rationem reddat, vt eſt actio tutelæ, actio pro ſocio. vt lege pro ſocio arbiter. ff. pro ſocio. Duodecima diuiſio eſt quòd quædã dicũtur eſſe ſimplices, quædã duplices: ſimplices, in quibus diſtinguitur quis ſit actor, quis ſit reus. Duplices in quibus vterq; eſt act. & reus: & vterque iurat de calũnia: vt actio familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorũ, & interdictum vti poſſi. Et hoc verum quantum ad ſubſtantiam cauſæ. vt l. inter cohæredes. §. qui fa. ff. fa. er. Sed quantum ad òrdinem cauſæ ille habetur loco actoris, qui primò ad iudiciũ prouocat, & ſi non apparet quis primò prouocauit, tũc ſorte res dirimitur. vt lege in tribus &. lege ſed cùm ambo. ff. de iudi. Ad iſtas duodecim diuiſiones reducuntur quodammodo omnes actionis in qualibet parte arboris conſcriptæ. Quid ergo conſequimur per illas: conſequimur per illas, quia ſcimus naturam omnium actionum vtrum ſint prætoriæ, vel ciuiles: vtrum ſint reales, vel perſonales, vel mixtæ: vtrum ſint perſecutorię rei, vel pœnæ, vel rei & pœnæ: vtrũ dentur in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum, vel quadruplum: vtrum ſint bonæ fidei vel ſtricti iuri. vtrum ſint perpetuæ vel temporales: vtrum ſint tranſitoriæ ad hæredes vel non. vtrum infament vel non. vtrum ſint vtiles vel directæ: vtrum ſint directæ vel contratiæ. vtrum ſint vniuerſales, ſingulares vel generales: vtrum ſint ſimplices, vel duplices. & iſtam notitiã conſequimur per iſtas

diuiſiones. Sed qualiter act. reducantur ad iſtas diuiſiones, dicam vobis ſtatim: tamen ponuntur hic quædam diuiſiones quæ nihil faciunt: quia actiones quę proponũtur in arbore nõ reducũtur ad iſtas. Omnium actionum quędam datiuæ ſunt quædam natiuæ, id eſt quædam dantur à lege, quędam naſcuntur. Quare non proſequitur Ioan. iſtã diuiſionem: quia actio non reducuntur ad iſtam: quia iſta diuiſio non ponitur à lege, ſed ſunt magiſtralia verba. Alia diuiſio eſt, quòd quædam ſunt perſecutoriæ ſolidi, quædam non: vt in §. ſunt pręterea. Iſta diuiſio bene traditur per legem, ergo videtur quòd debuerit reducere ad iſtam. Ego oſtendi vobis in §. ſunt præterea quare Ioan. non curauit eam ponere: modò ego dicam clarius. Ibi ego dixi vnam rationem, modo dicam duas: quòd vxor in actione de dote contra maritum non cõſequatur ſolidam dotem, non contingit propter priuilegium mariti. Item quòd ille qui ceſſit bonis, non cõdemnetur inſolidum, contingit propter accidentiam facti: quòd ſocius non condemnetur inſolidum, contingit ratione contractus ſocietatis. quòd aliquis non condemnetur in ſolidum, ſi opponat compenſationem, hoc cõtingit propter naturam compenſationis, quæ diminuit condemnationem. Ioan. autem intendebat hic ponere diuiſiones quæ ponunt propriam actionis naturam. Præterea, & ecce modo propria reſponſio: ſimiliter iſta diuiſio non fuit rectè poſita hic, ſalua pace eius qui formauit eam hic: quia innuitur per iſta verba, quod quædam actio. dentur ad ſolidum, quædam non. §. ille, ſunt præterea non dicit hoc, ſed dicit ſunt. &c. Ioan. ergo poſuit illas diuiſiones quæ diſtinguunt ſpecies actionum, quæ continent diuerſas ſpecies. Iſta diuiſio non diſtinguit ſpecies actionum, ſed diuerſitates factorum circa eaſdem actiones. Or alia diuiſio eſt, quòd quædã ſunt ex cõtractu, quędam ex facto, quædam in factum: & iſta bene traditur ff. de ac. & ob. lege obligationum genera. §. actionum. Quare non poſuit eam. Berta. dalſ ſciret: dixerunt quidam: quia non eſt ſolennis, nihil eſt. Ioan. intendit ponere diuiſiones, quæ ponunt naturam & conditionem actionis iam natæ, iſta non ponit naturam actio. iam natæ. Sed vnde naſcantur act. vnde ita bene poterat dicere quædam actio. naſcuntur ex contractu, &c. illam noluit ponere. Ad xv. diuiſionẽ, quæ eſt ratio quare non poſuit eam. Actionũ quædã ſunt arbitrariæ, quædã nõ: iſta nõ eſt diuiſio vt in §. præterea quaſdam. Ad iſtud eſt apertiſſima reſponſio generalis ad omnes actiones: imò eſt ſubdiuiſio cuiuſdam membri. Actionum omnium quædam ſunt bonę fidei, quædam ſtricti iuris: vt in §. actionum & earum quæ ſunt ſtricti iuris quædam ſunt arbitrariæ, quædam non. & ideò Ioan. non fuit eam proſecutus. Modo ſequitur videre qualiter omnes actiones reducãtur ad iſtas diuiſiones. xij Et iſtud expediam in quatuor verbis. Ioan. conſiderauit quòd quelibet actio reducebatur ad quemlibet diuiſionem. Et ideò ſuper qualibet diuiſione poſuit vnam literam. Ad hoc vt oſtenderet quòd quelibet litera deſignat vnam diuiſionem: & quod eſt in alphabeto, totam diuiſionem ſignificat in arbore. & ideo in qualibet circulo poſuit duodecim literas, vt oſtenderet quòd quelibet actio in circulo poſita reducitur ad quamlibet iſtarum diuiſionum: tamen dubitaret aliquis bene ſcio quòd reducuntur, tamen non ſum certus ad quòd membrũ reducantur: aliquãdo diuiſio habet duo mẽbra: aliquãdo tria aliquãdo quatuor: & neſcio ad quòd mẽbrũ. Ad iſtud oſtẽdendũ Io. inuenit puncta circulorum, & iſtud eſt totum magiſterium quod eſt in arbore. Super primò membro debet eſſe vnum punctum. Aliæ ſunt prætoriæ: hic debet eſſe vnum punctum. Super ſecundo membro debent eſſe duo puncta. aliæ ſunt ciuiles, hic debent eſſe duo puncta. Aliæ ſunt in rem: hic debet eſſe vnum punctum. Aliæ in perſonali: hic duo. Aliæ mixtæ: hic tria puncta. Aliæ in ſimplum, hic debet eſſe vnum punctum. Aliæ in duplum, hic duo puncta. aliæ in triplum, hic debent eſſe tria puncta. Aliæ in quadruplum, hic debent eſſe quatuor puncta. ſuper primò mẽbro vnum punctum. ſuper ſecundo duo: ſuper tertiò tertia. Super quarta quatuor. Et quare hoc? ego oſtendo vobis quare fecerit. Ecce ratione quare datur intelligi ad quòd membrum reducantur actio. quia ſi actio conueniat primò membro primæ diuiſionis, oportet quòd ſit vnum punctum ſuper litera: & ideò in qualibet actio prætoria oportet quòd ſit vnum punctum ſuper litera. & ideò in qualibet actio prætoria oportet quòd ſint duo puncta. Publiciana dicit prima actio in prima litera que repreſentat prima diuiſionem debet eſſe vnum punctum: in ciuilibus debent eſſe duo: quia omnes prætorię conueniunt primò membro primæ diuiſionis: omnes ciuiles ſecundo. Secunda diuiſio que repreſentat per literam. B. habet tria membra ſi conueniat primò membro: quia in rem eſt vnum punctum: & ita hic ſuper. B. eſt vnum punctum ſi conuenit. ſecundo membro: quia ſunt mixta tria puncta. In tertia diuiſione quæ repreſentatur per literam. C. Si eſt perſecutoria rei debet eſſe vnum punctum. Si perſecutoria pœnæ duo puncta. ſi perſecutoria rei & pœnæ tria puncta: & ita hic ſuper. C. debet eſſe vnum punctum idem per ordinem in aliis. In quarta diuiſione actionum quædam in ſimplum, quædam in duplum, quædam triplum, quædam in quadruplum: iſta diuiſio repreſentatur per. D. ſi actio datur in ſimplum debet eſſe vnum punctum: & ita hic ſi in duplum duo &c. In quinta quę repreſentatur per literam. E. ſi actio eſt bonæ fidei: vt ſunt. xvij. debent eſſe vnum punctum. Si ſtricti iuris, vt ſunt omnes regulariter debent eſſe duo pũcta: & ita hic debetis habere duo puncta. Si actio eſt perpetua debet eſſe vnum punctum ſuper litera F. ſi temporalis duo: & ſic de aliis diuiſionibus. Si eſt tranſitoria ſuper. G. que repreſentat illã diuiſionẽ debet eſſe. vnũ punctum Si eſt tranſitoria duo puncta. Sequitur octaua diuiſio. Si actio de qua dubitatur infamat debet eſſe vnum punctum, ſi non duo puncta.

Modo procedo ad nonum. Si actio eſt directa ſuper. I. debet eſſe vnum punctum: ſi vtiliter duo, procedo ad legem quæ repreſentat. x. diuiſionem omnium actio. Aliæ ſunt directæ aliæ contrariæ. Si eſt directa debet eſſe vnum punctum. Si contrarie duo puncta. Procedo ad. xj. actio diuiſionem. Aliæ vtiles: aliæ ſingulares: aliæ generales: ſi eſt vtilis debet eſſe vnum punctum. Si eſt ſingularis duo. Si generalis tria. Sequitur xij. & vltima aliæ ſunt ſimplices, aliæ duplices. Si eſt act. ſimplex

ſuper

ſuper litera. M. debet eſſe vnum punctum, ſi duplex duo puncta. Ot modò quia per exempla melius omnia declarantur pone exempla. Publiciana in prima litera debet eſſe vnum punctũ: quia ſequitur oaturam primi membri primæ diuiſioois:quia peremptoria:vt in §.aliæ ſuper.b.debet eſſe vnum punctum,quia eſt realis : vt in §. in perſooam ſuper.c.debet eſſe vnum punctum:quia public. eſt rei perſecutoria : vt in §. aliq. & l.in honorariis. ff. de action. & obl. ſuper. d. debet eſſe vnum punctum:quia datur in ſimplum,ſuper e.debent eſſe duo puncta ſuper.f.debet eſſe vnum punctum quia regulariter public.eſt perpetua: vt l.in honorarijs.ff.de act.& obli.Fallit quãdo antè vſuc. completam deſinat poſſidere: & peruenitur ad bo.fi.poſ.cum ti.quia ille vſurapit: tunc eſt tẽporalis,ſi ad malefi.poſ.tunc eſt perpetua:ſuper litera g.debet eſſe vnum punctum : quia eſt tranſitoria ad hæredes:vt l.cũ qui.§.hæc act.ff. de pub. ſuper,l.debetis habere duo puncta:quia reducitur ad ſecundum membrum nouæ diuiſionis quia eſt vtile quia datur ad exẽplum rei ven.In litera.l.debet eſſe vnũ punctum:quia reſpectum contrariæ ſuper eſt directa:ita proceditur in aliis omnibus. Modo dicam vnũ verbum,quędam ſunt actiones quæ non conueniunt alicui membro quarundam diuiſionum,& illæ ſunt paucisſimæ quando actio non conuenit alicui membro diuiſionis,ſuper illa litera quæ repræſentat illam diuiſionem oon debet eſſe aliquod puoctum debet vacare ſicut ciffra in algoriſmo : quædam conueniunt vtrique membro quæ reperitur directa & vtile,directa & contraria, vt act. depoſiti mandati & neg. ge. & tunc erunt punctandæ tanquam contrariæ vel tanquam vtiles vel tanquam directę : ego oſtendo vobis : aut vna eſt generalior alia. i. maioris authoritatis quã alia : aut pariter ſunt generales. Primo caſu vt directa & vtile: directa eſt maioris authoritatis:quia ſicut ego dixi datur ex verbis & ex ſententia: vtile ex ſententia ſolum : & ideò eſt maioris authoritatis : & ideò tanquam maiorem authoritatem habens eſt punctanda directa. Secundo caſu:vt directa & contraria quę ſunt paris authoritatis oporteat quòd ita ſubdiſtinguatur. aut directa & contraria inducuntur eodem iure, aut diuerſis iuribus. Si eodem iure verbigratia oeg.ge.directa & contraria inducuntur iure præ, Actio ma.directa & contraria iure ciuili. Actio commodo directa & cõtraria iure ciuili. Hoc caſu ſuper litera que deſignat illam diuiſionem ſuper literam K. oon erit faciendum aliquod punctum : quia propter parem authoritatem impediunt ſe. Sed quando inducuntor diuerſis iuribus directa iure ciuili. contraria prætorio vel econtra : verbi gratia actio tutelæ directa eſt introducta de iure ciuili : quia per legem xij.taba. Contraria eſt introducta de iure prætorio : vt l.j ff. de coorrario iudi. tutelæ vbi dicit contrariam tutelæ actiooem prætor propoſuit induxitque in vſu. Hoc caſu punctandæ ſunt ſecundùm regulã punctorum ſuper directa faciendum eſt vnum punctum: ſuper contraria duo puncta. A modo ergo ſcitis breuiter quicquid eſt in arbore. Dy.

Finis lecturæ Dy.ſuper arbore de actiooibus.

TRACTATVS ADMODVM ELEGANS AC IVRI STVDENTIBVS PERQVAM NESSESARIVS, IOANNIS CRISPI DE MONTIBVS, CIVIS AQVILANI

in alma vniuerſitate Patauina editus, quem ipſemet author, Terminos Actionum, intitulauit, felici exorditur auſpicio.

QVONIAM Non conſtrũctis fundamentis omne quod ſuperędificatur corruit. c. cùm paulus. j. q. j. & aliâs ſicut antequam quis baptizetur nõ poteſt ſacros ordines ſuſcipere. c. ſi quis. j. q. j. c. veniés. & c. ſi quis. de preſb. nõ baptiza. Et ſecundũ Philipũ † ignoratis principijs neceſſe eſt ignorare, quę ſequuntur ad principia. iuxta. l. ij. ff. de iudi. l. ad rem mobilem. de proc. cum ſi. Et demum ſicut aliàs cùm quis poteſt ire per viam facilem, non debet capere difficilem. arg. no. in l. rem non nouam. C. de iut. §. ſed ne in primis. inſtit. de leg. & inſtitu. de iuſt. & iud. poſt prin. & iuxta ea quę habentur in l. ij. C. de cur. pub. lib. xij. Igitur ego Ioan. Criſpus inter alios legẽtes minimus in hoc almo ſtudio Patauino ad vtilitatem iuuenum iuri ciuili incumbentium, videns circa actiones tantam difficultatem ſubtilitatémque verſari, vt res ipſa atteſtatur, & tantũ fortè iuriſtis neceſſariá earum materiá, cum tertium caput iuris concernat iuxta. §. fin. inſtit. de iu. na. gen. & ciui. Conuictus denique à quam pluribus per quandam ſummulam declarare terminos, & fundamenta actionum, ad huc opuſculũ deueni, in quo in primis relicta arbore Ioannis, quæ in veritate non habet formam arboris, nouam arborem confinxi, in qualibet eius cellula vnam actionem deſcribens, punendo tam prætorias quàm ciuiles & plures addendo, vt cuique ex opere eſt licitum intueri. Et ne in totum eſſem corruptor antiquitatis, iuxta l. more maiorũ. ff. de iur. om. iu. & c. ad ad apoſtolicam. extra de ſimon. xj. di. in his cùm ſi incep. & incipiam à prætorijs, feci quoque tabulam per alpbabetum, vt facilius vnaquæque actio reperiri poſſit. Nec reperies in arbore noſtra illam difficultatem punctorum, vt eſt in arbore Ioan. nec etiam illarum literarum que ſola ſi bene conſideres, requirunt vt ita dicam, memoriam artificialem & faſtidiunt cerebrum. Item ex ſola punctuatione ſua non habetur cognitio terminorũ in actionibus per ll. & authoritates & ſimpliciter quis eam ſequẽdo poſſet erubeſcere iuxta §. cõſideremus. in auth. de tri. & ſe. & not. in l. illam. C. de col. Nec ita reperies in tractatu ſancti Blaſ. quem fecit de actio. Nos autem in noſtro opuſculo perſequemur cum allegat. & probando naturam cuiuſlibet actionis. Primò cui competat, & aduerſus quem, & demum in vnaquaque tractabimus iuxta illas. xij. diuiſi. quas ponit gl. in §. ſunt pręterea. inſti. de act. quos terminos actionum appello, & opuſculum hic baptizo hic nomine, videlicet termini actionũ &c. Capio nunc in Dei nomine, & eius glorioſæ matris Publicianam, que eſt ſignata prima actio in arbore, & inter pręrorias, & deinde perſequar alias in quibus ſi quid ineptè & minus prouidè dixero, ſemper me ſubijcio iudicio ſaniori, & de facili poterit venia tribui, cum nunquam errare potius diuinum quàm humanum exiſtat, vt l. j. §. ſi quod. C. de ve. iur. enucl.

PVBLICIANA.

HÆC actio primò dicitur Publiciana à Publicio inuentore, vt in §. aliæ. inſtit. de actio. Roman. in ſing. ccclxv. ſicut aliàs Falcidia dicitur à Falcidio inuentore, & à Papione & Pompeio, lex Papia, & Pompeia. vt in c. quidam etiam leges ij. di. Secũdo datur, & competit ex ęquitate prętoria ei, qui emit bona fide à non domino, & nondum rem pręſcripſit aduerſus poſſeſſurem. l. j. & ij. & l. & ſi res. ff. de pub. & d. §. aliæ. Tertio eſt vtilis hęc actio, & nun directa ſecundùm glo. in l. eum qui. §. ſi petenti. in gl. ij. ff. de pub. & in ea l. hęc actio. Tu potes adducere iſta, primò quòd publicana datur ad ſimilitudinem rei ven. vt. d. l. eum qui. § in Publiciana. ſed quod eſt ſimile, non eſt idem. l. quod Nerua. ff. depo. & rei ven. eſt directa, ergo &c. licet hic non ſit firmum argumentum. Item facit aliud quia ſicut prętor non poteſt facere quem hæredem directò, vt in §. quos ante. inſtit. de bon. poſſ. ita nec actionem. Sed hoc etiam non eſt firmũ, non eundo per mendicata ſuffragia, quòd Publiciana ſit vtilis, pondero tex. in d. §. aliæ. inſt. de act. in ver. nullam babet in rem directam actionem. nam ſi publi. eſſet dire. text. ſibi contradiceret, nec valeret ſi diceres, nullam habet de iure. ſ. ciuili, cùm verbum habet, ſit pręſentis temporis: vt ſic etiam hodie de iure pręto. in illo caſu quis non habet directá, & ſic ineuitabiliter probat, quòd Publiciana eſt vtilis, iuxta no. in l. delictis. §. ſi extraneus. ff. de nox. quòd qualitas adiecta verbo intelligatur ſecundùm tempus verbi. Sed aduerte, & in hoc ſemper dubitauit thęu. tradita à doc. in l. curatoris. C. de neg. ge. in l. conſenſu. de act. ob. & per Dy. in c. ff. de regu. iu. in vj. cum ſi. Quod vbicunque actiu deſcendit ex verbis & mente. l. vel ex mente tantũ, ſecundum Bart. ibi repręhendentem gl. ac. dicitur directa & non vtilis, ſed Publiciana deſcendit ex verbis & mente prætoris. d. l. j. in princip de pu. & d. §. alię. Ergo ſit direct. & idem eſſet ſi ſequaris thęoricam Bal. vel Fulg. in d. l. curatoris. Non poteſt etiam dici contraria: quia nulla reperitur contraria, niſi quæ deſcendit ex contractu vel quaſi, in quibus alter alteri obligatur, ſed in Publiciana nullus obligatur cum ſit act. in rem, vt in §. omnium. inſtit. de act. Si volumus dicere quòd du. in d. l. curatoris. loquantur quando ſumus in contractibus vel quaſi, hoc confunditur ex verbis Bald. ibi qui exemplificat in rei ven. quę non venit ex contractu niſi diceres quòd exempla non arctant regulá. iuxta. §. fi. inſtit. de hæred.

[illegible].inſt.quę ad hoc nuper pōderaui. Si volumus,dicere q̃ Publiciana datur ex verbis prętoris extendētis oon iouenietis,hoc nō valet,quia prętor inuenit d.l.j.in prin.de pu.& d.§.aliæ.vbi dicitur primum à Publicio propoſita eſt. ſi primus ergo non erat ante,iuxta.§.reliquam.in procœ.digeſtorū.vnde putabam poſſe ita reſponderi,quòd Publiciana nō poteſt eſſe directa,quia ſicut dicimus,quòd de iure ci.datur vtilis rei vēdicatio illi qui preſcripſit per.x.vel.xx.an.per quod eſt queſitum vtile dominiū iuxta gl.in.l.j ff.de pub.& §.j.inſt.de vſuc.nec datur directa,quia nō eſt directò dominus , eodē modo cū Publiciana ſuper cōpetat , antequā quis ſit dominus directò vel vtiliter ergo à fortiori non poteſt eſſe directa , quia alias prętor deſtrueret regulas iu. ſ.q̃ non habēti directū dominiū datetur directa actio.& cōtra no.in l.nā & ipſum.ff.de leg.Et hāc puto verā ſolutionē huius difficultatis ſuper qua tamē cogitabis, quia nō legi adhuc apud aliquē. Quattò principaliter hæc actio eſt perpetua. Primo probatur,q̃ eſt rei perſecutoria,& datur poſt annū,vt eſt text.in l.in honorarijs.ff. de act.& ob. Nec pūctuabis me q̃ multoties repetitur , q̃ actiones rei perſecutoriæ durāt ſolum per annum,vt eſt gl.quæ allog.plures caſus in d.l. in hooorarijs. quia ſecundum veram ſolutionem ibi quando actio rei perſecutoriæ eſt pœnalis ex parte rei durat ſolùm per annū, vt ibi per Bart.qui reprehendit ſolutionem glo.text.eſt not.ad hoc in l.huius act.§.actiones.iuncta l.nouiſſimè.in fi.prin.ff.quod fal.tu.auto.Et eo modo rei perſecutoriæ ſunt annales,quando dantur contra ius ciuile, vt eſt text.in d.l.in honorariis. ver. reſciſſa , vt eſt in redhibitoria, quæ datur contra ius ciuile.,ſecundùm glo.& Batt.in d. l. in honorariis. Aduerte ad hoc,quia nunc dubito,debent enim gl. & Bart. quòd redbibitoria datur contra ius ciuile.Nam videtur falſum,cōtractus emptionis & venditionis eſt de iuregen. l.ex hoc iuregētium.ff.de iuſti.& iu.& probat tex.cum glo. in §.ex hoc iure inſtit.de iure.na.ge. vnde patet, quòd redhibitoria datur contra iuſgentium & nō ci.ex quo rēdit ad reſcindendum contractum venditionis,quod eſt de iuregentiū , cum redhibere ſit facere,q̃ venditor rē recipiat.l.redhibere.ff.de ædi. edic.niſi dicas,& attēde,quòd datur cotra eius ci. quia impedit poſſe agi per venditorē contra emptorem puta ad preciū , ſed actiones ſunt de iure ci.prout eſt cōmunis opi.in d.l.ex hoc iuregē.& l. ij.de his.de oti.iur.igitur redbibitoria dicitur datri contra ius ciuile.& ita defendo Bar. & gl.Et ex hoc videor intrare illā arduā. q. an actiones ſint de iuregē.vel ciui.de qua p Dy.Bal.Are.& omnes inſt.de act. in prin.poſt gl.ibi in ver.quāuis & in d.l.ex hoc iure.poſt gl.ibi & tāgit glo.in l. rerum amo.§.fi.ff rerum amo.glo.in l.actionum genera. §.fi.de act.& ob.gl.in.l.placet.in gl.j.C.de epiſ.& cle.in l quoties.C.de præci.impe.offer.in l.fi.C.ſi contra ius vel vti.pub.per Io.an.in. c. quæ in eccleſiarum.de cōſti.in nouel.per Arc.in.c.iuſgen.j. diſt.& quia venit examinanda,in prin.ti.de actio. ibi reſeruo,& diſputabo pro & contra. Et ſi probabo quod ſint de iuregen.gl.& Bar.in d.l in honorariis indigetēt alio auxilio , niſi tunc diceres, quòd cum contractus venditionis ſit validus , & approbatus etiā de iure ci.redhibitoria etiā venit cōtra ius ci.iuxta tex.inſt.de ob.ti. generali.iūcta gl.in ver.ciuiles.Bar.in l.fi.C.ex qui.cau.ma.in fi.

l.videtur ſic intelligere.Ad aliud aut quod dixi,q̃ Publiciana eſt actio perpetua. adde aliud fundamentū,quia nō datur cōtra iure poſſidentē,ſed cōtra nō habētes iuſtā cauſam ſiue titulū,vt no.Bar. in l ſiue.§.ſi duobus.vbi etiā gl.ff.de pub.ſed quia nō habet cauſam ſiue titulū nō pōt p̃ſcribere lōgo tēpore.l.diuina.C.de preſcr.lon.tēp.l.ſi quis emptionis. C.de præſc.xxx an.ſed præſcribit xxx.an. aut malę fidei poſſeſſor.de preſcri.lon.tēp. & contra hūc datur Publiciana vt dixi,ergo patet quòd eſt perpetua.Nec me mordebis, quod etiā ſine titulo poſſit procedere præſcr.iuxta l.iiij.ff pro leg. l.fi.in fi.ff.pro empt.Nā aliquādo iuſtiſsima cauſa ſufficit,iuxta tex.in l.non ſolū.§.quod vulgo.ver. hoc amplius.ff.de vſuc.& quę habētur in l.celſus. eo.ti. Quintò eſt trāſitoria ad hæredes: vt l.eum qui.§.hæc actio de pub.& ſecūdum Bar. ibi datur hæredi inſpecta fide defuncti, vt videtur etiā ſentire gl. Et quòd actio detur hæredibus , probo ex alio fundamēto.Nā actiones prætoriæ quæ dātur poſt annū dātur hęred.vt eſt tex. in d.l.in honorariis.ver.hooorariæ:ſed Publiciana datur poſt annum.ergo&c.Tertiò pro hoc adduco tex.no.in l. j.§.pe.ff.de aqua quoti. & æſti.vbi ſi ius aquę ducendę cōcedatur fundo,ex quo detur cōceſsio realis,illud ius tranſit in hęredem,&quēcunque aliū dominū prędij (ſecus ſi conceſsio fuiſſet perſonalis) ſed Publiciana eſt actio realis, ergo detur hęredibus.facit à contrario ſenſu text.cū gl.in.l.j.§. ſi hęres. ff.ad Treb. vbi obligatio perſonalis non ſequitur fundum ergo ſecus ſi eſt realis, ſed in hęredem oō datur Publiciana vt hæredem, ſed tanquam contra quēlibet poſſeſſorē ſicut dicimus in rei ven.vt l.ſi in rem.la.iij.cum ſeq.& l.ſi in rem. la ij. ff. de rei. vendi. & quæ habent locum in rei ven.habent locū in Publiciana.d.l. eum qui §. in Publiciana ff.de pub.adde text. in d.l.in honorariis.in ver.item Publiciana.ff.de act.& oblig. ita in ſimili dicitur in actione noxali, quę datur in ſucceſſores iure dominij.l.pen.§.fi.ff.de noxal.ita in ſimili actione ad exhibē. quę nō datur in hęredem , niſi ex dolo defuncti hæreditas ſit facta locupletior:vt l.de eo.§.fi.ff.ad exhi.quod tene mēti in practica, quia ſi intentares libellum contra hæredem alicuius ſimpliciter , & non tanquam cōtra proximiorem,ſuccūberes, per d.l.ſi in rem. quòd poſſet tibi facere honorem. Sextò eſt actio ſingularis prout eſt rei ven. habito fundamento quòd eadem procedunt in publiciana quæ in rei vend.d.§.in Publiciana. Nec mordeas quòd rei vend.detur etiā ad vniuerſitatem ex quo videtur, quòd non ſit ſingularis,vt l.j.§.per hāc.el.ij. ff. de rei vē.nam ſecundùm Bart. ibi rei ven. dicitur actio ſingularis,quia nō datur ad vniuerſitatem iuris , licet detur ad vniuerſitatē corporis , puta ad gregē.d.§.per hāc.Et probatur ex alio , quia ſi eſſet actio vniuerſalis : iuriſconſultus in d.l.j.malè diceret.dū in prin.l.dicitur,poſt actiones quas de vniuerſitate propoſuit prætor &c. Septimò eſt actio ſimplex probatur viua ratione:quia in ea alter eſt actor,& alter reus,& ibi cognoſcitur actor à reo, non poteſt dici duplex , iuxta.§.iij. inſtit. de inter. & ibi vidimus anno elapſo , hęres not. in l. in his tribus.ff.de indi. & dicā in actione fa. er. Octauò non reperitur quòd infamet , ergo in dubio dicamus eam non infamare. facit quia in dubio pœnæ ſunt molliendæ non exacerbandæ.l.interpretatione.ff.de pœna.Adde aliud fundamentum

damētũ quia in dubijs debemus eſſe promptiores ad abſoluen. lege Arrianus. ff. de act. & oblig. Itē facit aliud: quia ſi iura voluiſſent eam eſſem infamatoriam, dixiſſent, iuxta notat in capitulo ad audien. de deci. cum concor. in gloſſ. alle. facit ēt lege in dubijs. ff. de re iudi. Nonò hic actio eſt ſtricti iuris: quia nõ repetitur in §. actionum inſti. de acti. & ſecundum communem doctrinam omnes actiones quæ non reperiuntur ibi deſcriptæ, ſunt ſtricti iur. quaſi contrariorum eadem ſit diſciplina, iuxta. lege prima. ff. de his qui ſunt ſui vel aliæ. iur. & text. qui non ſolet ad hoc allegari in lege qui accuſare. ff. de acui. Et quòd ſit ſtricti iur. ex alio confirmo, quia eſt arbitraria, vt eſt textus in §. præterea. inſti. de accu. & arbitrariæ ſunt ſtricti iuri vt tenet gloſſ. in dicto §. præterea. & communiter doctores ſequuntur, maximè ex ratione: quia nõ reperiũtur in dicto. §. actionũ. Decimò regulariter non datur cõtra verũ dominũ. lege fina. ff. de pub. exceptis caſibus de quibus ibi per gloſſ. & plenius in dicto §. aliæ vbi dicetur, ſicut etiam non datur contra poſſidentem ex aliquo tit. l. ſiue autē. §. duobus. ff. de publi. licet Bar. ibi limitet, quando eſſet titulus procuratus in fraudem emptoris. De quo eſſet per ſpe. in tit. de cau. poſ. & procu. §. fina. & ibi per Ioan. andre.

Vndecimò vt patet eſt actio pretoria. d. §. aliæ & in dicta lege prima. de publ. ibi dum dicit, aic prætor. & ibi dum dicit, nec deſideret honorariam. & text. iuncta glo. in l. pecuniæ. §. final. ff. de verbo. ſignifica. Duodecimò eſt actio realis, & ſic in rem text. eſt in §. præterea. inſtit. de act. & dicta lege id eſt de pub. Decimotertiò eſt rei perſecutoria: text. in §. ſequens inſt. de act. in lege honoratiis. de act. & obliga. Decimoquartò datur ad ſimplum, hoc eſt ad rem recuperendam ſolum vel poſſe. vt dicto §. aliæ. & dicta lege prima. in princ. ff. de publ. Contraria non eſt, vt dixi. ſuprà. Poſt hęc omnes ſciunt lege de pretio, de pub. quòd ſcilicet vt competat public. non eſt opus quòd ſit habita fides de pretio, vel ſit ſolutum. Nam hic verum quando publi. intentaretur contra quoſlibet, ſecus ſi contra dominum, quia vt cõpetat contra dominiũ debet eſſe habita fides de pretio ſecundum gloſſ. ſing. in lege ſi à Titio. ff. de rei vendi. in gloſſ. ſecunda quam ad hic exclamat Pontanus in ſingulari. ccclxv. ex quo collige vnã differentiam inter rei ven. & publicianam: quia rei vendicationem non competit, niſi ſit habita fides, iuxta text. in §. venditæ, inſti. de re. diui. in lege quoties. C. de rei vendi. quam differentiam firmat gloſſ. in dicta lege de pretio. Adde ſecunda: quia rei ven. directa vel vtilis ſemper dantur poſt completam præſcript. ſed publi. ante dicto §. aliæ. & dicta lege prima. de publ. poteſt etiã ſignare. tertia quia rei vend. datur habenti dominium publi. quaſi domino, vt in iuri præallegat. Adde quòd publi. datur ratione quaſi dominij ex perſona defuncti, etiam non tradita poſſeſſione. lege cum ſponſus. §. is cui. ff. de publi. Barto. in lege prima. §. fina. eod. titu. & eodem modo ex perſona ſerui poteſt acquiri domino. lege ſi ſeruus. eod. titu. Item publi. competit, vbi vſucap. condictio, & econtra. lege ſiue autē. §. hic actio. & lege eum qui in princ. de pub. & ſicut dominus tradendo transfert dominium, ita non dominus vſucapiendi conditionem, iuxta §. venditæ. inſti. de rerum dicta lege traditionibus. ff. de pac. l. clauſibus C. de contra emptione, cum concor. ibi id gloſſ. ſingula ſingulis referendo. licet videatur obſtare tex. in lege cum ſponſus. §. in vectiga. & §. ſi res. eo. ti. De quo dic. vt ibi per bar. & vide etiam & ꝙ aliquando nõ apprehenſa poſſe. cõpetit publi. in l. quæcunque in prin. eod. tit. De libello in publi. dicetur in d. §. aliæ. vbi gl. diſpu. inſt. de act. & hoc ſatis ſint publici.

IN REM RESCISSORIA.

Primò hæc actio competit illis, qui obtinuerunt reſtitu. in integr. propter captiuitatem, iuxta. l. fi. C. qui. ex can. ma. vel propter abſentiam iuxta §. rurſus. inſtit. de act. vel quia quis fuerit in vinculis. vel carceribus detentus, iuxta l. ſuccurritur. cum ij. ſeq. ff. ex qui. cau. ma. Quod eſt intelligendũ, cum quis inuitus detinetur. dico in priuatis vinculis. Nam ſi poſſet exire. & non exiret, non concederetur ſibi reſtitutio, vt tenet gl. in d. l. ſuccurritur. in fi. per tex. in l. ſi cui. §. tandiu. eo. ti. Tu vide tex. no. in l. non enim & in l. ab hoſtibus. §. fi. eo. tit. & quot ſint genera abſentiæ, vide gl. ordinariam. in l. fi. ff. de in int. re. vel denique ſit conceſſa reſtitutio propter quancunque cauſam iuſtam iuxta l. j. ff. ex quibus cau. ma. & ſic petita & conceſſa in integrum reſtitutio competit reſciſſoria, vt tenet glo. & Bar. in d. l. fi. C. ex quib. cau. ma. glo. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. eod. titu. Et quod modis quis dicatur abſens, vide tex. in l. abſentē. de ver. ſig. in l. præſens. ff. de proc. in d. fi. C. de præſcrip. lõg. temp. & ibi glo. in ver. abſentes, & gloſ. in verſ. præſentes. in auc. de fideiuſ. Secundò eſt prætoria: vt in §. rurſus. verſ. quod genus. inſt. de actio. Tertiò olim durabat ſolùm per annum, quia actiones rei perſecutoriæ, etiam quæ dantur contra ius ciuil. durant anno. d. l. in honorarijs. ver. ſed cum reſciſſa. de act. & obl. Sed hodie per quadriennium, ſecundùm glo. in l. fi. C. de temp. in inte. re. in ver. finiendum. & gl. in l. fi. C. ex qui. cau. ma. Sed Bart. ibi in ver. hoc præmiſſo dicit, quòd iſtæ gloſ. procedunt in iudicio reſcindente. ſecus in iudicio reſciſſorio, quia non reperitur mutatum. ar l. præcipimus. in fi. C. de ap. vide ibi per eum. Et de iudicio reſcindente & reſciſſorio vide Bart. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter in vij. col. ff. ex qui. cauſ. ma. Quartò eſt actio in rem, vt d. §. rurſus. ibi ob id ſuam rem eſſe. Quintò eſt rei perſecutoria, quia ſi in rem: vt in §. ſequens. ver. rei perſecutoriæ iſti de act. & quod ſit in rem. ſuprà dixi, & eſt glo. in. §. item ſeruiana in ver. maximè. iſti. de act. Sextò datur in ſimplum, i. ad rē recuperandã ſolum, vel poſſeſ. d. §. rurſus. & d. l. in honoratijs. Septimò eſt tranſitoria ad hæredes, cum detur hære. ar. l. non ſolum, in prin. ff. de in inte. re. Et eo. mo. contra hæredes, vt probatur in l. cùm miles. in princip. ff. ex qui. cau. ma. Facit aliud, quia cùm ſit realis, videtur dare contra quemcumque. argu. l. ſocium. ff. de rei vend. & §. j. Inſt. de act. Et tunc erit ſpeciale in iſta, quòd licet olim non daretur vltra annum, & per conſequens non dicatur poſſe dari contra hæredes. vt eſt tex. ad literam in d. l. in honora. verſi. honorariæ. vel dicamus quòd detur ex eo, quia extorquitur ab hæredibus lucrum continens ex perſona defuncti. §. j. Inſt. de perpe. & tē. ac. d. l. in honora. ver. vt tamē lucrum. Octauò non infamat, per

illud

illud idem quod in pub.dixi. Nonò eſt vtilis.l.fi.C.ex qui.cau.ma.l.ab hoſtibus.ff.de cap.& quare dicatur vtilis vide ibi Bart.& gl.in iij.q. Et an ſit proprium nomen actionis, vide ibi per tũdem in ij.q. & an ſit datiua vel natiua, vide in.iiij q.ſ.in d.l.fi. Decimò eſt ſimplex, per idem quod in publ. circa hunc terminum dixi. Vndecimò eſt ſingularis,per ea quæ in pub.dixi.Duodecimò eſt ſtricti iu. d.§. actionum. Decimotertiò non poteſt eſſe contraria, quia non datur ratione contractus vel quaſi,vt in §.omnium inſtit.de act. & iuxta thæoricam gloſ.in l.ex conſenſu.ff.de act.& ob. Directa non poteſt eſſe,quia datur contra ius ciui.d.l.in honora.ver. ſed cum reſciſſa. & habes glo.in.d.l.fi.ex qui.cau.ma.& glo.in d.§.rurſus.in in ver reſciſſa. Et addatur vnum quòd hæc actio non ſolùm datur contra abſentem, qui præſcripſit rem præſentis, ſed etiam abſenti, ſi præſens rẽ eius preſcripſit,vt d.§.rurſus,&l.j.§.verba.ff.ex quibus cau.ma.imò plus, quòd etiã haberet locũ, ſi vterque eſſet abſens ex iuſta cauſa, & alter alterius rem vſucœpiſſet, vt eſt tex.in l.fi.ff.e.ti.& habetur in d.§.rurſus.in gl.in ver.in ciuitate. Sed ſecus eſſet, quando vterque eſſet præſens,quia tũc non daretur reſtitutio:& per conſequens reſciſſoria per tex.in l.ab hoſtibus.§.ſi damni. ff.ex quib. cau.ma. Et quæ ſit ratio, vide Barto.in ea.l.§.ſed quod ſimpliciter.in vj.col.in lib.meo. De quo in d.§.rurſus.Poſt hęc dominus Io.de S.Bla.in arbore Ioan.vult ipſum reprehendere tanquam arborem defectiuam.quia dicit quòd debuit ſignare in perſonam reſciſſoriã, & reſciſſoriam mixtam tanquam ſeparatam in rem reſciſſoriam, quia petita reſtitutione in actione perſonali in ſimili dicitur in perſonam reſciſſoriæ. Et eodem modo poſt petitam reſtitutionem in actione mixta, ſed nihil alleg. vbi iſtæ actiones diſtinctè ponantur. ego putarem quòd ex quo hîc reſciſſoria non eſt proprium nomen actio.ſed quædã adiectio prout vult gl.& Bar.in.d.l.fi.C.ex qui.cau.ma. Et quòd vel adiiciãtur actioni reali,vel perſonali,vel mixtæ:ſemper tamen erit reſciſſoria,& per cõſequens vna. licet ſecundùm varios terminos operetur ſicut dicimus in actione de pecu. quia vel quòd teneatur pater ex perſona filij vel dominus ex perſona ſerui,ſemper dicitur de pecu.ita in ſimili dicimus in definitione actio. nam quacũque actione agamus,ſemper eſt ius perſequendi in iudicio. vnde Io.poſito vno exẽplo.ſ.de reſciſſoria in rem vtique comprehendi poteſt de reſciſſoria in perſonam, quæ operatur in actione perſonali. & de reſciſſoria quæ operatur in actione mixta, ſecundùm varios terminos. Item videntur reſultare quotquot ſunt actiones in mũdo, & poſſunt præſcribi iuxta l.ſicut & l.omnes.C.de præſcrip.xxx.ann.tot etiam eſſent reſciſſoriæ dũmodò, hypothęcaria reſciſſoria, conditio reſciſſoria, & ſic de aliis.quod videtur incõueniẽs,licet ſit dare,quòd omnis actio eſt in rem,aut in perſonam,aut mixta.& hoc reſpectu poſſet addi arbori Ioã.ſed non eſt neceſſe, quia poſito de vna intelligatur etiam aliæ.tamen cogita.Vide circa hoc per Spe. in tit. de in inte.re.ver.ſed ſcias,& ver.ſeq.

SERVIANA.

3 HÆc competit domino fundi vel etiã domus & pro rebus inuectis, & illatis ratione penſionis;quæ res intelliguntur tacitè hypothęcatæ domino domus vel prædij.vt in §.item ſeruiana.inſtit.de act.in l.certi iuris.C.loca.cũ ſi. quod an procedat in ſecundo cõductore vide tex.ſing. & vnicum in mundo in l.ſi in lege.§.ſi colonus.ff.loca.quam exclamat Ponta.in ſingu.cccclxxvj. quod incipit, inuecta. vide tamen Bar.in d.§.ſi colonus. qui aliter quàm velit Ponta.videtur intelligere illum text. Item an procedat in habitatione gratis conceſſa,vide tex. no.in l.ſi gratuitam.§.fi.alias in l.licet.ff.qui.cau.pign.ta.contra.& ad iſtam habitationem gratuitã, vide tex.ſingu.in l.ſi mercedem.§.fi.ff.de act. empt. Et quæ requirãtur vt hæc actio competat,& quid operetur hæc tacita hypo.dicetur in d.§.item ſeruiana. & ibi vide pro nunc. Secundò eſt actio prętoria,vt eſt tex in d. §.itẽ ſeruiana. dum dicit. Ex ipſius prætoris iuriſdictione. Ad quod accedit tex.inſtit.de obl.in ver.prætoriæ.dum dicit.quòd illæ dicuntur obliga.prætoriæ.quas prætor ex ſua iuriſdi.conſtituit.ad idem tex.in.l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pact. Tertiò eſt actio ſimplex,proba per fundamentum in publi.factum circa hunc terminum. Quartò eſt ſingularis & non vniuerſalis.patet cùm non detur ad vniuerſitatem iurium, vt dixi etiam in publ.Quintò eſt actio in rẽ:nam quælibet pign. perſecutio eſt in rem. l.pign.C.de pig.l.pignoris.ff.eod.text.eſt in l.eos pro hoc.C. qui po.in pign. ha. Sed quòd imò ſit actio perſonalis.videtur tex.in §.fi.inſtit.qui.mo. re contra. ob.quia ſi oritur ex cõtractu,non poteſt dici realis.d.§.omnium.inſti. de act.§.ſequẽs.ver.earum.eo.tit.Item quòd ſi perſonalis facit,quia oritur ex pacto,vt l.ſi tibi decem.§.pignore.ff de pac. Reſponde vt per Bar.in l.pignoris. C.de pig. & d.§.fi.inſti.qui.mo.re.con.ob. Et quòd ſit realis ponderat tex.in d.§.item ſeruiana.dum dat. Experitur quis de re coloni.& clarè patet in præalle. Sextò eſt rei perſecutoria. quia cum ſit in rem,eſt rei perſecutoria per regulam quam tradit tex.in d.§.ſequens.ver.rei perſecutoriæ.inſti.de act. Septimò datur in ſimplum, cùm detur ſolùm pro rebus coloni obligatis pro mercede ipſi locatori.vt d.§. item ſeruiana. & datur contra poſſidentẽ ad rem reſtituendam.l.ſi fundus.§.in vendica. ff.de de pig. Octauò eſt ſtricti iu.d.§. actionum.vt in publi. dixi. Nonò eſt perpetua nam actiones, prætoriæ rei perſecutoriæ dantur poſt annum, & ſic ſunt perpetuæ. text. eſt in l. in honorariis in princ.de act.& oblig. Patet etiam quia non tollitur triennio, vt eſt text.in l.vſucapio.C.de pign. Tertiò patet quia durat per x.vel xx.an.cum non præſcribatur minori tempore. l.j. & ij. C. aduer.cre.imò aliquando durat xxx.an.l.cùm notiſſimi. C.de præſcrip.xxx.an.Et ſi diceres quòd præallegata loquuntur in hypothęcaria non in ſeruiana, reſpondeo quòd idem eſt in vtraque, quia ſeruiana etiam dicitur hypothęcaria,vt d.§.item ſeruiana.& quãtum ad actio.nil differunt,vt ibi.in ver.inter pignus.Et quot tempora ſeruentur in hypothęcaria,& ſic in ſeruiana, vide gl.ij.d.l.cum notiſſimi.& gl.in.d.§.item ſeruiana in ver. nihil intereſt. Et quæ ſit ratio quòd per vſucapionẽ triennij non tollitur, ſecus ante per præſcrip. vt ſuprà dixi,vide gloſ. quam approbat Bar.in d.l.j.C.aduer.cre.in gl.magna. Decimò non infamat, per ea quæ in publi.dixi. Vndecimò eſt actio directa, quia deſcendit ex verbis & mente prætoris iuxta ea quæ latè dixi in publi. nec eſt quòd repugnet,

quòd

quòd debeat dici vtilis. Vel aliter, bene verum eſt, quòd poteſt dici vtilis, quia ſine ſolennitate proponitur. ſecundum gl. in l. j C. de preca. & ſal. inter. Item etiam poſſet dici vtilis ex eo quòd eſſet vendita, iuxta l. ſi. C. de hære. vel act. ven. Duodecimò non eſt contraria, cùm non veniat ex contractu per dicta in publicia. Decimotertio eſt tráſitoria ad hæredes, quòd poteſt primò probari, per regulam. l. j. C. vt act. ab hær. & contra hęr. l. ſi. C. de contrahen. & com. ſtip. Secundò quia rei perſecutorię, quæ dantur poſt annum, dantur hęredibus & in hæredes. d. l in honorariis. de act. & obli. Sed hæc eſt huiuſmodi per ſuprà allegata, ergo &c. bene verum eſt, quòd non datur contra hæredes, ſed in quoſlibet poſſeſſores, vt eſt in aliis actionibus realibus, per d. l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff de pigno.

QVASI SERVIANA.

HÆc competit cuicunque creditori qui prætendit habere aliquod ius in bonis ſui debitoris, prætendens quòd ſibi ſint obligata, de qua habetur in §. item ſeruiaoa. inſtit. de action. & datur non ſolùm contra dominum, ſed contra quoſcunque poſſeſſores rerum obligatarum. l. ſi fundus. §. in vendicatione. & l. pignoris perſecutio. ff. de pign. Et an indiſtinctè poſſit intentari contra iij. poſſeſſores dicetur in d. §. item ſeruiana. Et habetur in aut. hoc ſi debitor. C. de pigno. ij. quòd ſit prætoria, probatur in d. §. item ſeruiana. iij. quòd ſit in rē, probatur per ea quæ dixi. ſuprà in ſeruiana. iiij. quòd ſit rei perſecutoria eo. modo, vt in ſeruiana. v. datur in ſimplum, vt etiam in ſeruiana dixi. vj. eſt ſtricti iu. d. §. actionum. vij. non infamat per dicta in Publiciana. viij. eſt directa per eadem quæ in ſeruiaoa dixi. ix. eſt ſingula. vt etiā in ſeruiana. x. eſt ſimplex per d in public. xi. non eſt contraria, cùm nomen creditoris non deſcēdat à debitore, iuxta gloſſ. in d. l. conſenſu de actio. & obl. xij. datur hęredibus & contra hæredes eodem modo quo in ſeruiana. xiij. eſt perpetua per dicta in ſeruiana, & ibi vide.

VTILIS IN REM, QVÆ DATVR SVPERFICIARIO.

HÆc cōpetit illi, qui cecidit a poſſeſsione ſuperficiei hoc modo. Quis cōduxit ſolum vel aream ad non modicū tēpus. ſ. ad decennium, vt infrà dicam, ſi ædificat in ſolo, vel area, & ponat ſuperficiē, ſi cadat à poſſeſſione illius ſuperficiei habet vtilem hanc actionem in rem. ita habes tex. in l j. §. quod ante. ver. ſane. ff. de ſuperfi. ſicut etiam emphyteuta vel habens fundum vectigalem habet vtilem in rem contra quēcunque poſſeſ. l. j. in fi. ff. ſi ager vectig. vel emphy. petatur. & quòd ſuperficiario detur hæc vtilis actio, habes tex. ad literam in l. tutor. §. fi. ff. de pig. act. & de hoc habetur in l. ſi cùm venditor. in prin. ff. de euict. Et habes tex. in l. ſuperſiciario. cū l. ſeq. ff. de rei ven. & quòd ſuperficiario detur vtilis actio in rem, eſt text. melior de mundo in l. in prouinciali. §. pe. ff. de no. ope. nun. Et aduerte, ego dixi, quòd datur ei, qui conduxit ad modicum tempus, nam ſi ad tēpus non modicum cōduceret, tunc haberet ex cōducto act. ſi emiſſet ex empto. lege prima. §. primò. ff. de ſuperfi. Et iſtud non modicum tempus intelligit. x. an. ſecundum Barto. in dicto §. quòd ante. & gloſſ. in lege fina. ff. ſi ag. vectig. vel emphyt. pe. & per canon. in ea. primo de re eccleſi. non alien. ſecunda eſt prætoria dicta lege in prouinciali. §. pe. ff. de noui. ope. nun. lege prætor. de rei vendicatio. cum ſimili. Sed quod imò ſit ciui. arguitur, quia illa eadem. actio. quæ datur ſuperficiario, videtur dari emphyt. & econtra dicta lege §. qui in perpetuum. ſi argumen. vectig. ſed contractus emphyteu. eſt de iu. ci. vt habes gloſſ. in l. ex hoc iuregen. de iuſt. & iure in §. ius ante. inſti. de iure naturali & habetur in lege. j. C. de iure emphyteuta in §. adeò. inſti. de loca. & conducto quia fuit inductum à Zenone imperatore. dicto §. adeò. & conſtitutiones principum ſunt de iure ciuili lege ius ciuile. ff. de iuſti & iure. ergo eo modo actio dicatur ciuilis. Sed reſponde, quòd hoc non reſtringit, quia poteſt eſſe quòd contractus ſit de vno iure, & actio de alio, patet, quia contractus emptionis & locationis ſunt de iuregentium. dicta lege ex hoc iuregentium. & tamen actio ex eo eſt ciuilis. vt lege prima. §. primo. ff. de ſuperfi. Et idem eſt in aliis ſecundùm communem opinio in dicta lege ex hoc iure. vt tetigi in pub. & vide hoc per gl. in lege ſecunda. ff. de fin. hęre. pe. tertia eſt in rem. & ſic realis, vt patet in dicta lege prima. §. pen. iiij. eſt rei perſecutoria, per textum in §. ſequens. inſti. de actio. & dixi ſuprà in aliis quinta eſt vtilis & non directa, vt patet in dicta lege in prouinciali. §. pen. Sed obſtat illud quod videtur deſcendere ex verbis & mente prætoris, tamen dic quòd prætor non poteſt dare directam non habenti directum dominium. vt dixi in publi. ſexta eſt ſingularis pro ea quæ dixi in publi. vij. non infamat, vt in publi. viij. datur in ſimplum, vt etiā in aliis diximus. ix. videtur tranſitoria ad hæredes per dictā legē primā. C. de actio ab here. & cōtr. hē. emptione. & facit quia ſi actiones ex maleficiis regulariter dantur hæredibus. §. non aūt. inſtitu. de perpetua & tempore actio. à fortiori, iuxta aut. multò magis. C. de ſacroſant. eccle. §. longe ma. inſti. lega. contra hæredes aūt poteſt dici, quòd non detur vt hæredes, ſed vt poſſeſſores, cùm detur contra quemcunque poſſeſſorem, lege prima in fine ſi ager. vecti. vel emphyteuta pet. ſicut dixi in publ. x. eſt ſimplex, quia datur ad vocandum poſſorem & apparet de actore & reo. dicta lege prima in fine ſi ager vect. dicta lege in prouinciali. §. pet. Sed quòd imo ſit duplex, videtur textus in lege prima. §. proponitur. & ibi glo. ff. de ſuperfi. vbi dicit text. quod eſt duplex, & gl. tenet in §. pe. inſtit. de inter. Dico ſic quòd aliud eſt interdictum de ſuperficiebus, quod datur ſuperficiario, quando prohibetur frui. Alia eſt actio de qua nunc loquimur. quæ datur à prætore, quādo quis eſt deiectus à poſſeſ. ſuperficiei, & ita intelligerem illum textum & lege prima in prin. & §. quod ante de ſuperfici. licet docto. non declarent. Vel dic quando eſt facta conductio ad modicum tempus, tunc detur interdictum illi qui impeditur frui, vel à domino, vel ab alio, vt dicta lege prima §. primo, verſicul. ſed longe vtile. & ita videtur textus in dicta lege prima §. quod autem. quod tene menti in practica maximè pro libello faciendo in hac materia quæ eſt ſubtilis & incognita multis. vndecimò nō eſt contraria

per

per fundamentum quod in proxima præcedenti dixi.xij.eſt ſtricti iuris, quia non reperitur in §. actionum vt ſuprà dixi in pu.xiij. videtur quòd ſit perpetua, maximè cùm ſit rei perſecutoria per d.l.in honorarijs.de act.& obli.quia quæ rei perſecutioné cótinét. etiá q̄ ſi preteritę dátur poſt annũ, per cõſequẽs ſint perpetuæ per reg. illius l.

VTILIS QVÆ DATVR METVM PASSO.

HÆc actio datur illi quę per metum qui caderet in conſtantem virum coactus fuit tradere rem ſuam ipſi metum inferenti ad rem recuperandam: de qua loquitur titu.ff.& C.quod me.cauſa. Et ex quo coacta voluntas: voluntas eſt l.ſi mulier.§.pe.ff.quòd me.cau. per hoc tradendo mero iure transfertur dominium, iuxta l.traditionibus.C.de pac.§.per traditionem.inſti.de re.diui. iuxta no. in l.iiij C. quòd me.cau.per hoc non poteſt dari ven.l.in ré. ff.de rei ven.Et quòd debeat eſſe metus qui cadat in conſtantem virum.eſt tex. in l.metum. la ij.ff. quòd me.cau.in l.interpoſitas.ver.nec tamen, C. de tranſac.in l.metum.C.e. Et quòd metus non excludat omnino volũtatem metum paſſi.eſt tex. pulcherrimus, in c.ſacris.quòd me.cau. Et aduertatis quia conſideratur tripliciter videlicet vtilis in rem, vbi quis eſt paſſus in actione quæ dabatur in rem, vtilis in perſonam vbi etiam dare quòd prima actio ad idẽ extẽdebatur, & ſic vtilis mixta, quãdo prima actio erat mixta, prout etiam dixi in reſciſſoria, nec per hoc eſſe neceſſe multiplicare numerum actionũ, & inueni quòd hic.S. Blaſius proteſtatur, quòd hoc facit ſolùm ad meliorẽ intellectũ & faciliorẽ, iuxta. §.ſed ne in primis.inſti.de leg. Et hæc actio datur ex edicto prętoris.ſ. vtilis in rem. d.l.iij. C. quòd me. cau. & ſecundùm gl.ibi datur etiá actio perſonalis quòd me.cau.& ex.e.metus.per text. in l.metum. §. ſed quòd prætor.& §.licet.& §.volenti.ff.e.tit. Et approbat Bar. quòd intelligas vt per eum. Secundò eſt prætoria, cùm detur ex edicto prætoris.d.l. iij.& l.metum. §. animaduertendum. & §. ſed licet.& §.ſed quòd prætor.& l.iſti quidem.§.fi.& l. j.ff e.ti.cùm ſi. Tertiò eſt in rem, & ſic realis d.l. iij.C.quòd me.cau.nec mordebis, quod etiam datur perſonalis in rem ſcripta, vt ſupra dixi, quæ differt ab hac vtili, vt ibi per Bartol.in ver. circa hoc quæritur. & ibi vide per eum in l. metum, §.volenti. ff. eod. tit. vbi eſt bona glo. Et de perſonali in rem ſcripta loquitur text.in §. præterea. in ver. in perſonam, inſtit. de actio.& dicta l.metum.§.cùm ante.& in §.item actio. inſtit. de act, vide in d.l.iuribus. Quartò quòd ſit rei perſecutoria, dic vt in aliis ſuprà, per dict. §. ſequens. Quintò datur in ſimplum, cum tantùm per eam rem perſequimur.d. l.iij. & l.metum. §. iulianus. & §.ex hoc edicto.ff.eod. Sed quòd imo datur ad quadruplum, videtur text.in l.ſi cum exceptione. §.j.& §.quadruplatur. & §.ſed & ſi quis. §.quarenus.ff.eod. Sed reſpondeo planè, & ita intelligo quòd natura huius actionis eſt vt detur in ſimplum, ſed ſi expectatur ſententia & quis non vult iuſſu iudicis rem reſtituere, poteſt tunc in quadruplum fieri condemnatio, & ita loquuntur præallegata. Et quòd ita ſit, eſt tex.in d.§. item actio inſti.de act.& eſt tex.in d.l.ſi cum exceptione.§.in hac act.in fi.ff. quòd me.cau. Sextò hæc actio eſt arbitraria, vt eſt tex.in §.præterea. inſtit. de actio. Septimò eſt ſtricti iuris.d.§.actionum. & etiam cùm ſit arbitraria. Octauò poteſt dici quòd ſit perpetua, cùm contineat rei perſecutionem.d.l.in honorariis.facit etiam tex. in l. ſi mulier.§.j.ff.quòd me.cau.vbi dicit tex.quòd prætor nullo tempore haber ratum quaſi velit quòd hæc actio non tollatur tempore, non prout vult ibi gl.tollitur per x.vel xx.an. vide in d.l.iij. C. eod. Nonò non infamat per fundamenta quæ dixi in publ. Decimò tranſit ad hæredes per text.in l.ſi cum exceptione.§. poſt annum.in fi. ff.quòd me. cau.Et videtur ibi iuriſconſultus aſſignare rationem ex eo quod eſt rei perſecutoria, quæ ratio ſecundùm gl.ibi non eſt ſufficiens, quia poteſt eſſe, quod aliqua actio ſit rei perſecutoria, & tamẽ nõ detur hæredibus, vt ibi gloſſ.quòd etiam ſequitur Bart.dicen, quòd illa eſt bona ratio, qua ſublata tollitur dictum, & qua poſita ponitur, vt.l.ſi verò non remunerandi.ff.man. Et quòd detur hæredibus hæc actio tex.clarus in l.quòd dicimus.§.hęc actio.ff.quòd me.cau.vbi etiam reddit tex. rationem, vt in d.§.poſt annum. pro qua ratione tuenda potes dicere, quòd ſatis eſt bona & ſufficiens, ſi iſta eſt regula, quæ in hoc nõ claudicat. ſcilicet in actione &c. Contra hæredes poteſt dici quòd detur non vt in hęredes, ſed vt in quoſlibet poſſeſſores, ex quo eſt dictum ſuprà. quod datur contra quemlibet poſſidentem, & in aliis dixi. Sed intellige ſanè hoc ſcilicet quãdo non peruenit aliquid ad hæredem, quia tunc daretur in hæredes & in alios ſucceſſores hæredis, per tex.in d. §. hæc actio in fi.& l.videamus.in princip.eodem titu Et licet res fuerit conſumpta penes primum hæredẽ, non per hoc liberantur eius hæredes, quia ſufficit ſemel perueniſſe ad vnũ & actionem competiiſſe, & ſecnodum Bartolũ ibi tex.ſingularis per quem ipſe determinat quæſtionem contingibilem tempore mortalitatis, quòd ſi primus hęres ſciens hereditatem ſibi delatã moriatur intra annũ tranſmittit ius deliberandi, iuxta l.cum antiquioribus C.de iure deliberã. quòd ſi eius hæres moriatur ignorans intra annum, & ſic ſecundus hæres ipſi trãſmittit, quia cũ illud ius ſemel cœpit eſſe hæreditariũ trãſit, & ad quęcũque vadit hęreditas, per tex.ad hoc ſingularẽ in.d. l.videamus in prin.ff. q̄ me.ca, ad quod etiam accedit tex.in l.item videndũ.in fi.ff.de peti.hær. vide Bart.in d.l.quod diximus §.hęc act.ſiue.§.in hęredẽ.licet ſit ver.& plenius. vide eundẽ Bar.ad hãc queſtionẽ, & ad multa alia in materia iuris deliberandi in.l.qui duos. ff.de rebus du xj.põt dici, q̄ ſit vtilis, & nõ directa ex ratione, quia eſt trãſlatũ dominiũ per trãditionẽ licet coactam.tamẽ cum aliqua volũtate, cum vt dixi in primo termino coacta volũtas, volũtas eſt.d.l.ſi mulier.§.fi.& per traditionem ſolet trãſferri dominiũ.d.l.traditionibus.& ſic non poteſt dici quòd cõpetat directa in rem, cũ nõ inſit dominiũ directũ, vt dixi in Pub. Et quod ſit vtilis tenet gl.& omnes in d.l.iij.C.quod met.ca. Sed videtur obſtare, quia datur ex mente prætoris, & verbis. tamen reſpõde vt dixi in pu.& in proxima præcedenti. Sed ſtrictè ad hoc videtur obſtare text.in l. nemo.ff de in integ.reſt.in.l.nõ videtur.ff.de acq. poſ. vbi quis nõ intelligitur excluſus à dominio, vel poſ. cũ prætor ſibi pollicetur reſtitutionẽ, ſed ita eſt in hac act.vt l.j.in princip.ff.quod me.cau.

ergo non eſt tranſlatum dominium,& per conſequens poteſt eſſe act.directa. Sed reſpôde clarè, vt intelligit gl.in d.l non videtur.quòd quis tradendo per metum remanet ficto modo dominus,quia verè tranſtulit,quod probat tex.ibi dum dicit,videtur.quæ eſt dictio impropria, iuxta l. naturaliter.ff.de acqui.poſ.ſicut in ſimili mulier conſtâte matrimonio fingitur domina rerũ dotaliũ, iuxta l.in rebus. C. de iur.do.& tamen maritus eſt verè dominus l.doce ancillã. C.de rei ven.& per illud fictum dominium poteſt præſcribi contra ipſum metum paſſum,prout tenet gl.in d.l. nemo.quod tene mẽti ad d.l.iij. C.quod me.cau.& hoc poteſt tibi facere honorem in ſtatutis loquẽtibus de dominio vel poſ.quia non haberet locũ in dominio vel poſſeſ. quã quis fingitur habere, cùm cõpetat ſibi reſtitutio in integrum. per d. l. nemo. prout etiam ibi dicit Bar.quod tene menti perpetuò xij. non eſt cõtraria per ea quæ dixi in proximis præcedentibus.xiij. eſt actio ſingularis per fundamenta in pub.dicta. xiiij. eſt ſimplex, per idem etiam quòd in pub.dixi.

BONORVM POSSESSORIA HAEREDITATIS PETITIO.

7 HÆc actio datur illi qui volens ſuccedere de iure prætorio, vel cum non poſſet de iure ciuili, agnouit bo.poſ.ex teſtamẽto vel ab inteſtato. iuxta l.fi. C.qui admit. ad bo.poſ.per totum inſti.de bo.poſ. Et poteſt intentari cõtra illum qui teneret bona hæreditaria vel pro hærede vel pro poſſeſſore. ſicut dicitur in petitione hęreditatis.cũ tantùm quis conſequatur per hanc de iure prætorio, quantum per petiſ. hæred.de iure ciuili.l.ſecunda ff.de bo. poſ. hære. pet.& ibi vide. Secundò eſt actio prætoria. dicta l.prima & ſecũda ff. eodem titulo. & probatur in l.prima in principio. ff.de rei vendic. Tertio poteſt dici quòd hæc actio ſit mixta,ſicut dicemus in petit.hæred.habita æquiparatione.dicta l.ſecunda iuncta l.hæreditas. C.de peti.hæred. l. ſed & ſi lege. §. peti. ff. eodem titulo. vbi videtur probari quòd petitio hæred. ſit mixta, quod dic vt ibi habetur.iiij.pater, quòd eſt actio in rem & ſi realis conſideratio primò ſic eſt mixta.ſecũdò quia pet. hær.eſt in rẽ d.§.peti.& probatur in d.l.j.in prin. de rei ven.dum dicit ſingularum rerũ.vt ſic dicat hanc eſſe actionem realẽ vniuerſalem,illã ſingularem.& quòd petitio hæreditatis & bonorũ poſſeſſoria hæreditatis petitio æquiparentur,eſt tex.quẽ tene menti.in l.item veniũt.in fi.ff.de pet. hær.v. eſt rei perſecutoria cũ ſit in rem.d.§.ſequens.inſt. de act.vj.datur in ſimplum,quia per eam petimus tantùm res hæreditarias,vt in iuribus ſuperius allegatis. Et habetis tex.in l.ſi ſcrip. C.de peti. hær. vij.cum aſsimiletur.pet.hære. per dicta l.item veniunt. in fi. & cum tantùm perſequamur, quantum per pet.hæred. dicta l. ſecunda de bono poſ. hær.peti.ſicut petitio hęreditatis eſt bonæ fidei.vt eſt tex.in l.fi. C.de pet hære. in §.actionum. inſti. de act.Eodem modo dicamus in iſta, vt ſit bonæ fidei.quòd tamen nõ firmo,ſed relinquo cogitandum ex eo,quod non reperitur in d. §.actionum. viij.non infamat,vt in pu.ix.poteſt dici, quòd ſit perpetua ſicut petitio hæreditatis,quæ nõ tollitur præſcriptione longi temporis,iuxta l.hæreditatis. C.de pe.hær.l.licet.C.de iur. delib.cũ ſcilicet maiori tempore tolli poſsit,iuxta l ſicut,& l.omnes. C. de præſcriptione triginta annorum & quòd non tollatur longo tempore.eſt text.in l. hæreditatem. C. in quibus cauſis ceſſ. longi temporis præſcrip. & patet ex alio. cum non detur contra titulo poſsidentem. dicta l. hæreditatem & quæ ſit ratio quòd non detur contra poſsidentẽ titulo, vide glo.in dicta l.hæreditatem.& glo. & ibi melius Bart. in l. hæreditatis. C. de pet. hæred. licet prima facie videatur ad hoc obſtare text. in l.nec vllam. C. de petitione hæreditatis: ſed ibi titulus habetur pro non titulo, dic vt dictis iuribus, licet quibuſdam caſibus non procedat, vt habetur in l. fi. in ver. parte. C. de edic. diui. Adria. tol.& habetur pro gl. in d.l. hæreditatem.& vide etiam ad hoc l.Neratius.ff.de pe.hær.x.eſt tranſitoria ad hæredes l.veluti.ff.de pet.hær.& eodẽ modo datur in hæredes ſi poſsident.l.etiam ſi putauit §.hæredem.de pe.hęr.cũ ſi.xj.eſt ſimplex per dicta in pub.xij.poteſt dici,quòd ſit vtilis cũ prætor nõ poſsit facere quẽ directò hęredẽ.iuxta §.quos ante inſt.de bo.poſ.licet poſſet dici quod ex quo venit ex verbis & mẽte prætoris,debeat dici directa, vt in pu.dixi.xiij.nõ eſt cõtraria,quia nõ eſt contractu &c.vt in aliis dixi.xiiij.eſt vtilis nõ ſingularis cũ detur pro hęreditate,quę eſt quoddã vtile,probatur.in l.j.de pe.hære. & quòd ſit vtilis, eſt text. apertus in l.j in prin.de rei ven. ibi de vniuerſitate propoſuit prætor &c.Et ſi diceres omnia prædicta iura loquuntur in petitione hęreditatis,poteſt dici quòd idẽ eſt effectus in hac d.l.ij. de bo.poſ. hære.pet.& d.l.item veniunt.in fi.ff.de peti.hære. cum ſimilibus.

FIDEICOMMISSARIA HAEREDITATIS PETITIO.

8 PRimò hæc actio competit fideicommiſſario vniuerſali,cui hęreditas eſſet tantũ verbo,& non re reſtituta, quia ſi aliquis poſsideret res hęreditarias poſſet conueniri hac actione prout eſt tex.in l.j.iuncta gl.j ibi Bar.ff.de fideicom.hære.peti.Sed vltra hoc poteſt plus dici, quòd detur hæc actio non ſolũ quando reſtitutio eſt facta ſolo verbo, ſed etiam quando realiter. Et pro hoc aduertatis, quia text.in l.prima de fideicom.hære. pet. loquitur ſimpliciter vt hæc actio detur ſcilicet his quibus reſtituitur hæreditas, & verbum reſtituetur comprehendit & verbalem & realem reſtitutionem.l. reſtituta. in principio.& l.facta in principio ad Trebellianũ ergo dicta l. prima non debet reſtringi ad reſtitu. verbalem ſolùm. & ita videtur ſentire glo. in dicta l.facta.in glo. ſecunda dum primò exponit illum text. in omni reſtitutione. Et poſtea in gloſ. tertia dicit quòd poſt reſtitutionem fidecommiſſarius habet fideicommiſſariam hæred. peti. nec ſe gloſ. ibi reſtringit magis ad verbalem quàm realem, & ſic. gloſ. in dicta l. prima videtur contrariari cum gloſ. in dicta l. facta. Vnde clarè intelligendo primo teneo (vt ſupra dixi) quòd gloſ. & Bartolus in dicta l. prima de fideicommiſſ. hæredita. peti. dicant veritatem, & quòd hæc actio detur ſolùm cum verbo eſt reſtituta hæreditas. & etiam vt infrà concludam. Sed durum videtur reſpondere ad ea quæ ego allegaui.

& putabam

& putabam poſſe dici & intelligi:vt ſuprà. & glo. in d.l.facta debeat ad ſingula referri. Vel & ſecundò, quòd in d.l.facta. non fuit re ipſa reſtitura hæreditas, patet dum dicit, quòd fideicõmiſſarius nõ fuit nactus poſſeſſ. quia quando re reſtituitur, intelligitur, quòd fideicom. poſſideat, vt eſt tex. in d. l.facta. in prin. Cogitabis quia obſtat tex. in l.cùm hæredes. ff. de acq. poſ. Et cõcludendo vt ſentit gl. & Bar. in l.ij. de fideicom. hære. pe. per reſtitutionem ex ſenatuſconſulto tranſeunt omnes action. quę competebant hæredi intantùm quòd poſſet intentare vtilem petitionem hæreditatis in his rebus quæ poſſiderentur ab alio, nec adhuc ad ipſum perueniſſẽt. Et quia paſſus eſt ſubtilis adhuc verior per tex. in d.l.facta. in prin. vbi facta reſtitutione etiam verbali tranſit dominium omnium bonorum in fideicom. ergo ſequitur quòd poſſit habere rei ven. per text. in l.in rem. in princ. de rei ven. Ex quo reſultat aliud contrarium. quòd cùm fideico. habeat ciuilẽ actionẽ in rei ven. non eſt opus actione prætoria, per text. in. l.j. §. meritò. ff. de pub. Et tantò magis hoc vrget, & procedit, etiã quòd aliqua res nũquam perueniſſet ad fideicom. Poſt omnes putabam in his poſſe dici ſic, quòd ſicut datur petitio hæreditatis etiam poſt tranſlatum dominium in hæredem per aditionem, iuxta l.cùm hæredes. in prin. ff. de acq. poſ. & tamen poſſit habere rei ven. ita de iure prætorio fideicom. detur actio etiam quòd habeat dominium, & ſi rei ven. ex intrinſeca ratione, quia petitio hæreditatis eſt actio vniuerſalis, ſed rei vẽ. eſt ſingularis, vt patet in d.l.j. de rei ven. Sed rei ven. ad hæreditatem & ſic ad vniuerſitatem iuris non poteſt cõpetere. l.vendi. & l.j. §. per hanc. el.ij. de rei vendi. ergo neceſſario ſit opus hac act. Vnde fideicom. ad vniuerſales nõ poteſt habere rei ven. eſto quòd ſit dominus, nõ petitionem hæreditatis, quia non eſt hæres directò. non vtilem ex perſona ſua: igitur prætor, vt ex perſona ſua ad res vniuerſales agere poſſet, dedit hanc act. & ita intelligo. Ex quibus in puncto iuris elicio concluſionem. ſ. actio. competere fideicom. etiam quòd re & verbo eſſet ſibi reſtituta hæreditas ad perſequendas res hæreditarias contra poſſeſſorem: & licet hic videatur velle gloſſ. & Bartol. per id quod dixi ſuprà, in principio: tamen ipſos intelligas, quando in totum re ipſa fuit hæreditas reſtituta. Hæc concluſio loquatur. quãdo aliqua res deficiebat, quia fideicom. contra poſſeſſores habet hanc actio. & hoc ſentit gl. & Bart. in. l.nec intereſt, ff. eo. de fideicom. hęr. pe. & ita firmiter intelligo iſtos terminos, & vide his qualiter ruinati ſint. Secundò eſt prętoria, vt probatur in l.j. in princip. ff. de rei ven. & tenet gl. in l.ij. de fideicom. hære. pe. & ibi Bar. licet videatur obſtare, eo quod venit ex ſenatuſconſul. & per conſequens de iur. ciui. iuxta. l. ius ciui. la ij. ff. de iuſt. & iu. Sed intelligo vt ibi per gloſſ. & Bartol. iij. quòd detur in ſimplum proba. per fundamenta quæ dixi in præcedenti, & tota æquiparatione. d. l.ij. vt ibi dixi. iiij. an ſit bonæ fidei, dic vt in pręcedenti dixi. v. quòd ſit perpetua, dic vt in ſuperiori. vj: quòd ſit tranſitoria ad hæredes, eſt text. in l.fi. ver. an ei. de fideicom. hære. pe. In hæredem autẽ non detur, dic vt in ſuperiori facta æquiparatione. d. l.ij. vij. quòd non infamet, dic vt in ſuperioribus. viij. quòd ſit vtilis, dic in ſuperiori. ix. quòd ſit vniuerſalis, proba vt in ſuperiori per d.l.j. in prin. ff. de rei vend. x. quòd ſit ſimplex, dic vt in aliis dixi. xj. eſt realis, etiã per dicta in ſuperiori proxima, poteſt etiam dici mixta vt ibidem dixi. xij. an ſit perſecutoria, dic vt in præcedenti. xiij. quod non ſit contraria eodem modo & vt in Publ. dixi.

PRÆIVDICIALIS IN REM DE LIBERTINITATE.

ET quia ſunt plures præiudiciales. inſt. de act. Primò eſt ſciendum, quare dicantur præiudiciales, & ſecundùm quoſdam ex eo ita appellantur, quòd in modum excep. opponuntur. hinc eſt quòd in rub. ff. de exce. dicitur & præiudicialis, videtur probari in l. generaliter. ff. eo. de exce. cùm inhærẽs aliquod præiudicium, vt in ſeruitute vel libertate ſuſtinet partes actoris, ſicut diximus in aliis excep. l.j. ff. e. Sed hoc non videtur verum, quia non dicerentur act. ſed except. & contra text. in d. §. præiudiciales. dum dicit, in rem act. licet poſſet dici quòd ibi ſit verbum videntur. quod denotat improprietatem, iuxta. l.naturaliter. de acq. poſ. ſed multoties eſt expræſſiuũ veritatis, vt l.ſeruum filij. §. ſi quis rem. ff. de leg. j. Aliquando importat ſententiam, vt ita mihi videtur. vt in c. præterea requiſiti. de appel. niſi quis diceret, quòd hoc præcedit. quãdo verbum videtur, refertur ad perſonam, ſecus quando ad rem. d. §. præiudiciales. Sed reſpondeo aliter nouiter ponderans text. in d. §. præiudiciales. dum dicit quales ſunt, & ſic loquitur propriè, aliàs Imperator eſſet ſibi contrarius. vnde conclude quòd præiudiciales ſunt act. non exceptiones. Ad primum argumentum adductum in contrarium reſponde ſecundùm ea quæ habentur in l.fundum titianum. ff. de excep. Et dicas appellari pręiudiciales, eo quia ſi concurrãt cum alia except. præiudicant illi, quia nõ pronuntiantur ſuper illa, quouſque in præiudiciali pronuntiatum ſit, vt habetur in l. ordinata. ff. de lib. cauſ. in l.ſeruum quoque. ff. de procu. Vel & ſecũdò poſſunt dici pręiudiciales, quia in ipſis tractatur de magno præiudicio, videlicet de ſtatu libertatis qui eſt inextimabilis. l. libertas. ff. de re iud. §. ſed cũ libertas. inſt. ex quib. cau. ma. non licet. ſicut etiam patria poteſtas. l.filiusfa. §. ſecundùm vulgarẽ. de le. j. Sed vide Bar. in l. ſiue cõtra. ver. dic ergo. ff. de lib. agno. & glo. in d. §. præiudiciales quæ autẽ ex his præiudicialibus ſit de iure ciuili. & quo modo dicetur poſt gl. qe. in d. §. præiudiciales. Et redeundo ad hanc præiudicialem in rem de libertinitate, primò eſt dicendum quòd competit, quãdo quis dicit aliquem eſſe libertum ſuum, qui tamen dicit ſe ingenuum, vel econtra, cũ quis dicit ſe ingenuum, cũ alius dicat eum eſſe libertum. de hoc in. d. §. pręiudiciales. Sed quid in abbate cõtra monachũ & in multis, vide gl. fin. in l.j. §. per hanc in ver. vẽdicare. ff. de rei vend. Secundò eſt actio prætoria. d. §. pręiudiciales. ver. cęterum. Tertiò eſt actio ſingularis, quod patet ex prædictis, & probatur in d. l.j. §. per hanc de rei ven. Quartò eſt iuris. d. §. actionum. Quintò datur in ſimplũ cùm reuocetur vel petatur quis in libertate d. §. pręiudiciales. Sextò eſt rei perſecutoria cùm ſit in rem d. §. ſequens de actio. Septimò eſt in rem d. §. pręiudiciales, ſed imò videtur quod ſit in perſonã, cùm perſona ſit quę petitur, poteſt dici, ꝙ licet petatur perſona tamẽ cũ non

veniat ex contractu, vel quaſi dicatur in rem.d.§. omnium.& d.§.ſequẽs.earum inſti.de act.Octauò poteſt dici quòd ſit perpetua cum contineat rei perſecutionem.d.l.in honorariis. de ac. & obl. & d.l.ſi cum exceptione.§.poſt annum. ff.quod me. cauſa, Nonò eſt tranſitoria ad hæredes per dict.§. plus annum.ver.ideò ante. & etiam quia iura patronatus tranſeunt ad hæredes.l.venia. in prin.ff. de in ius voc.l.pe.C.de lib.& e.li. quod tamen eſt intelligendum ſecundùm diſtinc.traditam in materia operarum, de qua vide latè Barto.in l.ſi non ſortem. §. libertus de condi. inde. Et non ſolùm hæredibus patroni, ſed hæredibus etiam liberti, vt l.hæres.ff.de obl. à lib.pa.præſt. quod intellige quantùm ad bona, ſed quantùm ad ius libertinitatis ſecùs ſit an detur in hęredes, quo ad bona, poteſt dici quòd ſic, ſecus quando tenderet ad reuerentiam, cùm ſit mortuus libertus. quod ſecus eſt ex parte patroni defuncti. vide in iuribus præallegat. Decimò poteſt dici quòd non infamet, cùm non reperiatur, vt in aliis dixi. Vndecimò poteſt dici quòd non ſit vtilis, quia non intenditur ratione dominij, iuxta ea quæ in Publiciana dicta ſunt, licet poſſet quis dicere, quòd ſit directa, ex quo venit ex mente & verbis prætoris, in quibus in cogita, & reſponde. Duodecimò non eſt contraria probatio, vt in aliis quæ ſuprà dixi. Decimotertiò eſt ſimplex per fundamẽtum in Publiciana adductum.

PRÆIVDICIALIS IN REM DE PARTV AGNOSCENDO.

10 HÆc competit illi, qui dicit aliquem eſſe filium ſuum, & petit ab ipſo omnia, quæ à filio quis conſequi debet, vel econtra poteſt cópetere illi, qui dicit ſe eſſe filium alicuius, & petit ab eo omnia quæ à patre conſequi poſſent, de quo eſt tex.in.§. præiudiciales.inſti.de act.& ibi gl.magna circa prin. Et hoc quãdo quis diceret ſe eſſe in quaſi poſſeſſione, quòd non ſit filius, vel quòd dicit ſe eſſe in quaſi poſſeſſione, ꝙ non ſit pater, & quando habeat locum rei vendicatio, & quando iſta præiudicialis, & quando officium iudicis, vide glo.in dict.§.per hanc.in ver. vendicare. ff. de rei vend. & ibi doc.in quo differant præiudicialis à rei ven.vide Bar.in l.ſiue contra.verſ.quarto in quo differt. ff.de lib.agno. vide pro hac in dictis iuribus. Secundò non infamat per idem quod in pub. dixi. Tertiò eſt prætoria, vt probat in dict.§.præiudiciales.Quartò eſt realis, & proba, vt in proxima precedenti dixi. Quintò eſt rei perſecutoria, & eo. modo. Sextò eſt in ſimplum eod.modo. Septimò eſt ſtricti iuris eo. modo. Octauò eſt perpetua eo.modo. Nonò non poteſt dici quòd ſit tranſitoria ad hæredes, vt probat text.in d.l.ſiue contra ver. illud tenendũ. ff.de li. agnoſ. Et poteſt eſſe ratio. quia mortuo altero ex his qui ſibi contingunt iure patriæ poteſtatis expirat ſecundùm Bartol. ibi circa fin. & facit l.prima, & fin.C.ſi reus vel accuſ.mor.fu, & morte ſoluitur propria poteſtas & etiam filiatio, cum mors omnia ſoluat. §.deinceps, in auc. de nupt. licet quantùm ad bona poſſet fortè dubitari, quæ peruenissent alteri ipſorum etiam iure ſuitatis, iuxta d.l.& fin.& per totum. C.ſi pen. appel. mors inter. Decimò eſt ſingularis. vt in ſuperiori. Vndecimò eſt vtilis, vt proximè dixi. Duodecimò non eſt contraria, vt patet per dicta in alijs. Decimotertiò eſt ſimplex vt patet.

PAVLINA.

11 CIrca hanc & alias reuocatorias, primò eſt ſciendum quòd multi voluerunt has actiones eſſe interdicta reuocatoria, ꝙ non videtur verum, vt poteſt deprehendi in li.de interdic. vbi non reperitur de iſtis reuocatoriis, bene verum eſt quòd ex dicto prętoris dantur. vt infrà apparebit.& eſt tex.in l.j.ver.neceſſario. ff. de his quæ in fran. cre. Secundò eſt ſciendum quòd ſunt opi. an vna ſit in factũ actio pro his alienatis in fraudem cui adiiciantur iſta nomina Pauliana, Fauiana &c.& de hoc eſt gl.in l.j.in ver.act.ff.quę in fran.cre.gl.in l.hac in factũ eo.ti.& gl.plenior in l.ij.in gl.ij.ff.ſi quid in fran. pa.& gl.pleniſsima.in §.item ſi quis in fraudẽ. In ver.petere.inſti.de act.& fortè via diſputandi poſſet teneri, ꝙ vna ſit actio in factũ, cui adiiciantur dicta nomina.& p ipſam reuocẽtur nõ ſolũ incorporalia, ſed etiã corporalia per d.l.hac in factũ.& videtur tex.in l.ait prætor.§.ſi debitorẽ meũ.& §. annus.& §.ſeq.ff.que in frau.cre. Sed cõmuniter ſequũtur doc.gl.in d.l.ij.ff.ſi quid in fran.pa.& ibi vide Bart. Remanet igitur per viam euidentiæ ſecundùm communem opi.quòd Pauliana, Caluiſiana, Fauiana, & actio in factum ſunt quatuor actiones reuocatoriæ de per ſe, vt ſequitur etiam Io.in arbore ſua, licet domini vltramo.diſcordẽt, vt refert Bar.in d.l.hac in factum, & videtur eos ſequi. Sed dic vt d.l.ij. ff.ſi quid in fran. pa. His præmiſſis primò hæc actio habet locum, quando debitor alienauit aliqua bona ſua mobilia, vel immobilia in fraudem creditorum ſuorum. Nam creditores per hanc Paulianam actionem reuocare poſſunt d.alienationem.ac ſi non eſſet facta, de qua habetur in d.§.item ſi quis in fraudem. & in l.videamus. la ij.in §.Fauiana.ff.de vſu. cum ſi. Secundò eſt prætoria cùm cõnumeret inter prætorias incipiendo à.§.aliæ, inſtit.de act.ad §.item ſi quis in fraudem, & probatur in d.l.videamus. ij.in Fauiana. ver.nam prætor. l.j. & l.ait prætor. §.hæc act.ff.quæ in frau.cre.cum ſi. Tertiò videtur quòd ſit actio directa, quia datur ex mente & verbis edicti.d.l.j.in prin.ff. quæ in frau.cre. Sed quòd imò ſit vtilis, videtur tex.in l.qui ante.§.itẽ ſi neceſſarius.ff.eod.& l.ſi pignus.l.ait prætor.ff.ſi quid in fraudem.e.ti.Ad §.ſi quòd primò reſponde, vt ibi per gl.in ver.vtilẽ.quæ ſentit, quòd hæc actio ſit directa, & idẽ ſentit gl. in l.ait prætor. in prin.in ver.competere.e.tit. Sed difficile videtur reſpondere ad l.ſi pignus.& ad.§.item neceſſarius. propter tex.in l.j.in ſi.cum l.ſeq.quæ venit continuatiuè. e.ti.niſi. ad l. pignus dicamus ꝙ ibi ideò eſt quòd datur vtilis, quia videtur ſapere donationem illa remiſsio inter vir.& vxo.licet in veritate non ſit donatio &c. Ad §.itẽ neceſſarius. poteſt dici, ꝙ ibi ſit ex eo, quia fraus ſumpſit initiũ ex perſona defuncti & executa per hæredẽ. Vel dicamus ꝙ aliquãdo ſit vtilis, licet de ſui natura ſit directa, vt in pluribꝰ videbis tamẽ cogita. Quartò videtur ꝙ ſit act.perſonalis, per tex.in l.quia debitore, & quę ibi per Bar.ff.que in fran.cre.vbi Bar.dicit ꝙ in perſonalibꝰ actionibꝰ quis cõuenitur ratione doli, pretiũ ſuccedit loco rei, per illũ text.vbi qui ſciẽter emit tenetur reuocatoria, & ſic act. perſonali, in qua ratione doli pretiũ venit loco rei. Et quòd ſit

quòd ſit perſonalis, facit quia cũ ſit reuocatoria prout Fauiana ſit perſonalis, per tex. in l.j. §. hæc actio. ff. ſi quid in frau. pa. Sed quòd imò ſit realis videtur, quia cônumeratur inter reales à. §. j. cum pluribus ſequen. vſque ad §. in perſonam. inſt. de action. Item cùm ſit perſecutoria videtur etiam realis, cum actiones in rem ſint perſecutoriæ. §. ſeq. inſtit. eod. Niſi dicamus, quòd ex eo quòd excedit naturam perſona. connumeratur inter. reales quòd patet vbi datur contra quemlibet qui accedit ab eo qui alienauit in fraudem, vt l. ait prætor. §. hæc actio. ff. quæ in frau. cre. Cogita. Quintò eſt rei perſecutoria, per tex. in l. ſi fraudator. §. ſi à ſocero in ver. quia hęc actio & l. ait prętor. §. per hanc. ff. quæ in fra. cre. Sextò eſt in ſimplum, vt iuribus proximè allegatis, licet quando res non reperitur poſſit fraudator poni in carcerem, & videatur eſſe quæſtio pœnalis, ſed magis communem intellect. ſecundùm Bart. in l. fi. §. fi. ff. quæ in frau. cre. Septimò eſt ſtricti iuris, cùm non reperiatur in §. actionum. vt in aliis dixi. Octauò eſt temporalis & non perpetua. cùm duret per annum vtilem. l. ait prætor in princi. & §. annus. & l. qui ante. §. fi. ff. quæ in frau. cre. in l. fin. C. de reuo. his quæ in frau. l. j. in prin. ff. eo. licet in eo, quòd ad frau. peruenit, detur etiam poſt annũ. d. l. ait prætor. §. hæc actio. & glo. in d. §. fi. in ver. annũ. Sed quòd imò hæc actio detur poſt annum videtur text. l. in honorariis. in prin. de act. & ob. quia cùm ſit perſecutoria vt ſuprà eſt probatum vtique dicitur debere dari poſt annum per illum text. de quo dic vt ibi per glo. & melius Bat. Nonò eſt tranſitoria ad hæredes. l. ait prætor. §. fi. ff. qui in frau. cre. & eodem modo datur contra hæredes de eo quod ad ipſos peruenit. l. caſſius. ff. eo. tit. Decimò eſt actio ſimplex. quòd proba vt in aliis, maximè in pub. Duodecimò eſt actio ſingularis per iura allegata in quinto termino cum ſi. ſed quòd imò ſit vtilis, videtur text. in l. qui ante. §. ſi ſeruum. ff. eo. niſi dicas quòd ibi procedit per viam acceſſoriam. & in conuenientiam quòd reuocetur hęreditas vt etiam ſentit gl. ar. l. cùm principalis. ff. de re. iur. Duodecimò non eſt contraria per dicta in publ. Decimotertiò puta rem quòd non infamet per fundamentum ſæpe in aliis dictum. & in pub. dixi. ſed cogita.

FAVIANA.

12 PRimò hoc cõpetit patrono contra poſſeſſores bonorum quæ fuerunt alienata per liberũ in fraudem legitimæ debitæ ipſi patrono: de qua legitima habetur in §. ſed noſtra. inſt. de ſucce. li. de hac actione habetur in l. j. in prin. ff. ſi quid in frau. pa. & in ca. l. §. item papinianus. in l. videamus. §. in fauiana. ff. de vſu in l. ſi patronus. §. patronum. in l. tenetur. & in. l. ſi libertus in l. ergo. & l. nõ videtur. ff. ſi quid in frau. pa. cum ſi. Secundò eſt ſimplex vt in aliis dictum eſt. Tertiò eſt prætoria. d. l. ſi patronus. §. patronum. & d. l. j. in fi. prin. & l. videamus. § fauiana. de vſur. cum ſimi. Quartò eſt actio in perſonam. l. j. §. hæc actio. ff. ſi quid in frau. pa. prout etiam dixi in pauliana licet videatur realis, vt ibi dixi. Quintò eſt rei perſecutoria. text. eſt clarus in l. ſi patronus. §. hęc actio. ff. e. & l. tenetur. §. in actione eo. ti. cùm ſi. Sextò datur in ſimplum, cùm reuocet tamen in fraudem alienata, vt l. j in prin. & l. quodcunque. eo tit. licet ſi res non reſtituitur poſſit actor iurare in litem, vt. d. l. tenetur. §. in action. Septimò eſt actio perpetua per tex. clarum. in l. patronus. §. hęc actio. eo. titu. licet aſsignet ibi rationem generalem. l. cùm ſit rei perſecutoria vt pluries allegaui tex. in §. ſequen. ver. carum inſti. de act. & d. l. in honorariis. in prin. de ver. ob. Octauò eſt ſtricti iuris vt patet in d. §. actionum. Nonò datur hæredibus & contra hæredes per tex. clarum in d. l. j § actio. ff. eo. Decimò non puto eam infamare per dicta in publi. Vndecimò quòd ſit directa, eodem modo probo quòd in ſuperiori per tex. in d. l. j. in prin cũ cõcor. quæ dixi ſuprà. in primo termino. Duodecimò eſt ſingularis per ea que dixi ſuprà in quinto & ſexto fundamentis, licet poſſet dici quòd ſit vtilis ex quo petitur legitima. & ſic videtur peti quid vniuerſaliter, iuxta. l. licet minimam. ff. de pe. hæred. vnde cogita. Decimotertiò non eſt cõtraria, vt in pluribus dixi, &c.

CALVISIANA.

13 HÆc competit generaliter tam patrono in bonis liberti alienatis in fraudé, quá cuique creditori in bonis debitoris ſicut Pauliana prout dicit gl. no. in. §. itẽ ſi quis in fraudem, in ver. petere. inſti. de actio. Et poteſt intentari in caſibus quibus etiam fauiana & pauliana. & potuit introduci ex eo quòd interſit habere plures actiones. l. cùm filius. §. varii. ſuprà de leg. ij. etiam ſi nullum intereſſe haberemus intentare magis vnam actio quàm aliam, vt refert S. Blaſ. dicens de hoc eſſe glo. ſingularem in §. ſic itaque. in ver. odio. inſtit. de act. de hac caluiſiana habetur per Bat. i l. hoc in factũ. ff quæ in frau. cre. in l. fauiana. & l. ſi patronus. §. ſi plures. & in l. fi. ff. ſi quãd. pau. fe. di. vbi pulchrè tex. cum ſi. In aliis terminis dicere breuiter, quòd cùm datur patrono, eadem in hac dicenda eſſe vt de fauiana dixi ſi verò intentaretur à creditore ea. prout in pauliana diximus.

IN FACTVM REVOCATORIA.

14 PRimò hęc ſecundùm communem opin. cõpetit vnicuique tàm creditori quàm patrono, dummodo ad reuocandum incorporalia, per tex. in l. hac in factum. ff. quæ in frau. cre. & vt dixi in euidentiis, ſuprà ad iſtas reuocatorias licet ſint opinion. an vna ſit in factum reuocatoria. Et illæ ſunt adiectiones. ſ. pauliana, fauiana &c. tamen vt ibi dixi. ſecundùm magis communem opin. hoc in factum ab illis differt, vt iam dixi. Secundò eſt prætoria, vt l. ait prætor. §. annus. & §. ſeq. & §. ſi debitorem. & l. hac in factum. ff. quæ in frau. cre. In aliis terminis dicerem vt in Pauliana eſt dictum, tamen cogitabis, licet cadat in dubio, quòd quando competit patrono, idem ſit quòd Fauiana, & quando creditor in idem quòd Pauliana, vt dixi Caluiſiana. Tamen crederem, quòd procedat à pari cum Pauliana per iura quæ ſuper ipſa allegaui tamen cogita.

IN FACTVM EDILITIA, VEL REDHIBITORIA.

17 HÆc cõpetit emptori contra vẽditorem, qui recipit rem venditam, & non reſtituit pretium, quia per hanc emptor põt pretium recuperare. vel quod res fuerit iure vel extra ius redhibita,& non ſolùm ipſi emptori ad pretium vt dixi competit , ſed econtra etiam ipſi venditori ſi aliquid acceſſit illi rei venditæ quouſque fuit apud emptorem.de hoc eſt tex. cum glo. in l.quòd ſi nolit.§.in factum & §.illud planè. & §.reſtitui.ff.de ædi.edic.licet ad iſtud pretium habeat etiam emptor actio.exempto & vendito, ad tales acceſſiones ex vendito ſecundùm glo.in d. §.reſtitui in ver.per actionem.& eſt text.cum gl. in l.cum ante in fin.prin.ff.eo.tit. quod dic vt ibi habetur.Et de homini acceſſionibus vide in ea l. §.fi.cum ſi.Et ex his poteſt deprehendi quòd differat hic in factum ab aliis duabus.ſuprà proximis. Secundò quòd ſi ſimplex , item quòd ſingularis, item quòd directa,item quòd non infamet, item quòd non contraria dic vt in præcedentibus,itẽ. Et eo modo quòd ſit prætoria , quòd perſonalis quòd rei perſecuto.quòd ſtric.iuris,item quòd detur ſimplum , & probatur etiam in l. quòd ſi nolit.§.in factum.& per glo.in l.edi.aiunt. in princ. ff.de edi. item quòd nõ ſit perpetua ſed temporalis,cùm detur intra.xl.dies,vt vult glo. in d.l.edi. aiunt.in prin.in ver.facturus. vide apud leges in præcedentibus allegatis.

EXERCITORIA.

18 SCias quòd fuerunt opi.an iſtud cum pluribus aliis ſit proprium nomen actionis, vel ſit quædã adiec. vt reci.gl. inſti.quòd cum eo §.pen.in verſic.ſena.circa finem.glo.in §. actio.ante de pecu.in gloſſ.j.inſti.de act.in l.iij.ff. de pec.Communis conclu.eſt,quòd ſit adiect. licèt in diſputan.poſſet teneri contrarium,quòd tamen cùm non ſit multæ vtilitatis non tango. Quantùm ad terminos noſtros hæc act.exercitoria primò competit ſecundùm Azo. in ſumma. eod. titul. contrahentibus enim magiſtro nauis contra exercitorem nauis , qui magiſtrum naui præſupponit,ita probatur in lege prima in princ. ff.de exerci.& dicit etiam gloſſ.in §. actiones ante de pecu.in verſic.ipſo iure.inſtit. de actio.licèt ſan.Blaſius hîc dicat quòd datur contra magiſtrum rationem contractus facti cum exercitore qui ſecundùm gubernat nauem,quod tamen eſt falſum per text. quem ipſe alle. in dicta lege prima §. magiſtrum & §.cuius ante §. non ante. verò.imò quærit offilius.& §.quòd ſi plures.cum ſi.ff.de exercen. Cùm exer. dicatur qui eſt dominus nauis,vel quòd ſit ſua,vel ab alio habeat conductam , & ad ipſum pertineãt obuentiones, vt dicta lege prima §. exercitorem. & in §. ex contrario.& eſt clarum vt patet per totum titulum, & miror quòd tantus doct. in hæc æquiuocauerit , ſed fortè eſt corruptus. Adde quòd pro hoc etiam eſt text.apertus in §.ea.ratione.ver.exercitoria & verſi.ideò ante inſti.quòd cum eo qui in alie.pote.Secundò eſt prætoria, vt eſt text.in d.§. ea.rõne.& in.l.j.§.nõ.ff.de exer.cũ ſi.Tertiò eſt actio perſonalis , quia venit ex oblatione quæ eſt ex cõtractu.d.l.j.in prin.ff. de exerci.dũ dicit neceſſitas cõtrahẽdi cũ magiſtro &c. Quartò quòd ſit rei perſecutoria,patet eũ deſcẽdat ex cõtractu vt ſuprà per tex.in §.ſeq. ver. earũ inſti. de actio. Quintò ꝙ detur in ſimplũ,probatur cũ veniat ex cõtractu,per tex.no.in §.oẽs ãt.inſti.de ac.Sextò ꝙ ſit ſtricti iuris, patet in d.§.act. Septimò ꝙ ſit perpetua, eſt tex.in l.ſi tamen.§. final.ff. de exer. Octauò datur hæredibus & cõtra hæredes , vt eſt tex.in d.l.ſi tamẽ §.fi.& ibi gl.no. & eſt tex.qui ẽt probat in l.nouiſſimè.ff de inſti.gl.in d.§.ea.rõne in ver.exercitoria.inſti.ꝙ cũ eo. Nonò. quòd nõ infamet,dic vt in pub.X.quòd ſit directa, probabatur detur ex verbis,& mente prætoris.d. l.j.in prin.ff.de exerci.Xj. nõ eſt cõtraria per theoricã. gl.in d.l.ex cõſenſu.de act.& ob. Xij. quòd ſit ſingularis,dic vt in alijs. Tertiodecimò quòd ſit ſimplex,eodem modo.

INSTITORIA.

19 PRimò hæc act.cõperit ei,qui cõtraxit cũ aliquo prępoſito per aliũ alicui negociationi,puta vino vẽdẽdo,vel cuilibet alteri negociationi,in terra iã cõtra illũ qui talẽ inſtitorẽ præpoſuit,vt per Azo.in ſum.C.eod.& l.j.& per totum.ff. de inſti. & l. iij.& l. quicunque. in prin.& §.idem inſtitorem. ff. e. Et intellige ſanè quòd ita demum obligatur qui propoſuit inſtitorem ſi contractus eſt rem ſuper negociatione in qua eſt præpoſitus,& quòd ad illam pertineat non ſi ad aliam.d.lege quicunque.§. nun tamen. prout ẽt cõtingit in exercitoria. l.j.§.non autẽ ff. de exerci.De hac etiã per gl.ĩ §.act.ãt de peculio. inſti.de ac.in d.§.eadẽ ratiõe inſti. ꝙ cũ eo. Et in his obligatur dominus inſolidũ, quia eius iuſſu videtur cõtractũ,per tex.in §.ſi igitur.inſt.eo.tit.facit tex.in l.ſi quis mancipiis.in fi.prin.ff. de inſti. Secũdò ꝙ ſit ſimplex, dic vt in aliis dixi, & eodẽ mõ ꝙ ſit ſingularis. Itẽ nõ eſt cõtraria, vt dixi in præcedenti.Quintò eſt directa,quę venit ex verbis & mẽte prætoris. d.l.j.ff. de inſti. licet in aliquibus caſibus competat vtilis , vt l.habeat in fi. prin.& l.ſi cum villico.& l. in eum in princip.ff. de inſti.ſed vide tu plenius. Item non infamat,vt in aliis dixi.Septimò eſt ſtricti iuris,vt d.§.actionum. Octauò quòd detur hæredibus & contra hæredes,eſt text in l.nouiſſimè.ff. de inſti. licèt etiam contra proponentẽ talem inſtitorem poſſit competere redhibitoria.dicta.lege ſi quis mancipiis in principio de inſtitu.Nonò eſt perpetua, vt dicta lege nouiſſimè . Decimò eſt in ſimplum, vt dixi in ſuperiori proxima. Vndecimò eſt rei perſecutoria , cùm veniat ex contractu per dictũ §. ſequens. inſtitu. de actione . & per illummet textum. probat quòd rei perſecutoria cùm veniat ex contractu,vt patet. Vltimò quòd ſit prætoria, patet per ea quæ in ſuperiori proxi. dixi.

TRIBVTORIA.

20 HÆc competit illis qui contrahunt cum ſeruo vel filiofamilia.alicuius contra dominum eius vel patrem, quando dicti ſcilicet ſeruus vel filius in mercibus peculiaribus contrahunt, ſcientibus domino vel patre & non contradicentibus : vt habetur in lege, prima in principio.& vſque ad §. poteſtantis. ff. de tribu. Et eodem modo in his quæ ſeruirent nobis bona fide , eſto quòd ſint liberi homines, vel ſerui

alieni

alieni, vel etiá ſeruos vſufructuarius, dummodo merx, ſuper quá contrahunt, ſit domini, vi habetur in d.l.j.§.h.& l.ſeq. & etiam in ſerun rommuoi, vi l.etiam.e.ti. De hac ẽt habetur in §.introduxit.ioſti.quòd cũ eo.& per gl.in d.§.act.aũt de peculio,inſti.de act. & licet in act. de peculio ſoleat deduci quod domino vel patri dẽtur vt l. ſed ſi damoum §.j.cũ ſeq.de pec. tameo in hac actio. ſecus eſt, quia paier vel dominus non ſunt melioris cõditionis quàm alij creditores, cũ vocentur joſimiliter ad tributũ, vt habetur io d.l.§. introduxit,& per gloſ.in d.§.act.aũt.vide in dictis iuribus. Et quòd ſit prætoria, probatur in d.§.introduxit. Et quòd ſit in perſonam, dic in duabus præce. Itẽ quòd ſimplex ſingularis & directa eo modo. Sextò quod detur in ſimplũ.probatuꝛ in l.illud.§.ſi cuius.ff.de tribu. Septimò quòd nõ infamet, dic vt in aliis. Octauò quòd detur hæredibus & in hæredes, probatur in d.l.illud.§.fi. Nonò quòd ſit perpetua, probatur in eo.§.final. d.l.illud.quòd ſtricti iuris, oportet in d.§.actionũ. Vndecimò quòd ſit perſecutoria, probatur in l.quia vero, & d.l. illud.§.ſi cuius.de tibu. Duodecimò quòd in perſonam, dic vt duabus præce. Vltimò quòd non contraria eo.modo.

QVOD IVSSV.

21 PRimò hæc actio competit illi qui contrahit cum ſeruo vel filiofam.qui habuerunt iuſſum à domino vel à patre, quia dominus vel pater pró tali contractu poſſunt inſolidum cõueniri, tex.eſt in §.ſi igitur.inſti. quòd cũ eo.in l.j.& per totũ.ff.quòd iuſſu, & hoc iuſſum põt fieri ſiue verbis iubeatur, ſiue per epiſtolá vel nunciũ. ſiue ad vnũ cõtractum, ſiue generaliter ad omnes tex eſt in d.l.j.§.iuſſum. Item datur hæc actio, licet iuſſus non interuenit, quando pater, vel dominus ſe ſubſcribũt chirographo, quia per hoc videtur conſentire vel iubere. d.l.j.§.ſed & ſi ſerui, pirus etiá quòd per ratihabitionẽ. pater vel dominus poſſunt obligari.d.l.j.§.ſi ratũ. Et iſtud iuſſum põt reuocari re integra ſicut mandatũ.d. l.j.§.ſed ego quæro.& per hanc actio.pater vel dominus inſolidũ cõueniuntur.d.l.j.in princ.& d.§. j.inſti quòd cũ eo.& de hac etiam habetur per gl. in d.§.actio.aũt.inſti.de act. Secũdò quòd ſit act. prætoria, eſt tex.in d.§.j.inſti. quòd cũ eo. Tertiò quòd ſit rei perſecutoria, probatur cũ veniat ex contractu.per d.l.j.in prin.ff. quòd iuſſu, & inſti. de act.§.ſeq.iiij.quòd ſit act. in perſonam probatur vt dixi in præceden.cũ veniat ex contractu §. omnium.& § ſequens.inſti. de act. Quintò quòd detur in ſimplum, primò arguitur, cũ veniat ex cõtractu per.§.oẽs inſti.de act. Itẽ ex alio, quia cùm aſſ milerur mãdatn.d.l.j.§ ſed ego quæro.ff.quòd iuſſu, & act.mãdati detur in ſimplũ.d.§.omnes.inſti.de act.ergo & iſta, cum ſimilibus ad ſimilia decidere licet iuxta.l.non poſſunt, cum vulga.ff. de leg. Sextò videtur perpetua, primò arguẽdo quia rei perſecutoria, per regu.l.in honorariis. de acti. & oblig. Item facit ſicut inſtitoria vel triburoria dantur perpetuò, vt ſuprà in eis dixi per l.nouiſſime.de inſti.& l.illud.in fine de tribu. Et illæ actiones videntur ſimiles, quia ſicut in illis per ſeruum vel filium quæritur commodum patri vel domino l.j.in princip.de inſti.ita in hac. Septimo eſt ſtricti iuris, cùm non reperiatur.in.§. actionũ. Item non eſt cõtraria, per dictam in aliis. Nono videtur dari hæredibus, vt in hærede, primo facit quòd proximè dixi de d.l.illud in fin.& d.l.nouiſſime. item facit.reg.l.j.C.vt act.ad hære.& cũ.hære. Item ex alio quia cum veniat ex contractu d. l.j.ff.quòd iuſſu, vtique videtur dari hæredibus & in hæredes per l.ex contractibus.ff. de act.& obl. Item quod nõ infamet, & quod ſit directa. Duodecimò quod ſingularis, & vltimo quod ſimplex, dic vt in aliis præcedentibus cum ſimilibus.

DE IN REM VERSO.

22 HÆc actio competit ex cõtractu vel quaſi celebrato per filium, vel ſeruum ipſi contrahent. cõtra patrẽ vel dominum, quando res eſt cõuerſa in eorum patris vel domini vtilitatem, etiam quod nihil in peculio habeát ſeruus vel filius, vt habetur in §. præterea. inſti. quod cũ eo in l.j.in prin.ff. de in rem verſo. & vt ibidem dicitur, videtur cõtractũ cũ domino vel patre Nec iſta eſt eadẽ cum illa de peculio, quia põt dari cum ceſſat act. de peculio, & tamen habeat locum act.de in rẽ ver.d.l.j in fi.prin.eo. tit. Et etiam quia altera perpetua, & altera annalis, vt infrà dicetur, & licet præcedens, vt dixi, detur inſolidum, tamen iſta datur, quatenus eſt verſum in vtilitatem patris vel domini. d.§.præterea, & ſi non eſt verſum quatenus eſt in peculio. Nam eſt ſciendum, quòd edictum de peculio eſt triplex, quia põt referri ad merum peculium, & tũc dicitur de peculio. põt etiam eſſe verſum in vtilitatẽ, & tũc dicitur de in rem verſo. põt & tertio interueniſſe iuſſus, & tunc dicitur quod iuſſu, & hæc probátur in l j §.eſt aũt.ff. de pecu.ſed aliter & aliter vt in diſcurſu apparet. Secundò quòd ſit ſimplex, patet quia cognoſcitur actor à reo. Itẽ quòd ſingularis, patet quod cũ non detur pro vniuerſitate dico iurium. Quartò quòd non cõtraria. patet cũ dictis in gl.in d.l.ex cõſenſu.de act. & obli. Quintò eſt directa, cũ veniat ex verbis & mente præto.d.l.j.in prin. & d.§. præterea. & d.l.j §. eſt aũt.ff.de pec.licet quinque vtilis, vt l.pater i prin. & l.ſi in fi.ff.de in rẽ verſo. Sextò nõ infamat per dictá in aliis. Itẽ quòd detur hæredibus & cõtra probatur per ea quæ in præce.dixi. Octauò quòd ſit perpetua, probatur.l.j.circa fi. prin.ff. de in rẽ ver.licet videatur obſtare tex.in l.ſi ſeruus.§.cum ſticho.ff.de in rẽ verſo, ſed intelligas vt ibi declaratur per gl.& doc. Itẽ quòd ſit ſtricti iuris, patet in d.§.actionũ. Decimò quòd detur in ſimplum, arguas cũ veniat ex cõtractu, iuxta.d.§.oẽs. inſti. de act. Vndecimo quod ſit rei perſecutoria, probatur in §.ſeq inſti.e.tit. Duodecimo quod ſit in perſonam, patet ex dictis in præce. & cũ detur ex contractu, vt d.l.j. in prin.de in rẽ verſo. Vltimò quòd ſit in prætoria, eſt tex.in d.§.præterea.inſti. quòd cum eo.& d.l.j.in prin.ff.de pec.

DE PECVLIO.

23 HÆc cõpetit cõtrahentibus cũ filiusfa.vel ſeruis habẽtibus peculiũ ab eorum patribus vel dominis, de hac habetur in l.j.in fi.ff.quod cũ eo.in l.j.§.verb.& per totũ.ff.de pec. in §.præterea.inſti.quod cũ eo.& melius in §.act. ante de pec.inſt de act.& vt etiam tangit S. Blaſius hîc intelligitur de pec. præfectitio vel etiam aduentitio, quando pater remiſit vſumfructum & adminiſtrationem, vt expreſsè dicit Bartol.in

l.ſi.

l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.in fin. ff. de damno infect.iuxta ea quæ habentur in l. penult. C. qui bo.ced.poſ. ſecundùm eũ. & in hac actione quãdo fit condemnatio, prius deducitur, quòd debeatur domino, vel patri, vel ab aliis in quorum poteſtate ſunt, vt habetur in §. cũ autẽ inſt. quòd cum eo in l.ſed ſi dãnum.ff.de pec.cum ſim. Item quòd non infamet, quòd ſit directa, ꝙ ſingularis & ſimplex, vt dixi in ſuperiori, ſic etiã quòd non ſit contraria. Septimò videtur quòd debeat dari hæredibus, nam cum pœnales regulariter dentur hæredibus, vt in §. non omnes. inſti. de perpe. & temp.act.à fortiori iſta. Item eſt aliud fundamentum, cum detur ex contractu, per d.l.ex contractibus.de act.& ob.lib.& d.l.in honorariis. In hæredes etiam datur. l.& ancillarum.§.cõſtat.&.l.quęſitum.§.ſi cũ hærede.ff.de pec.& d.l.ex contractibus.de act.& obli. Octauò eſt prætoria, text.in d.§.actiões ante de pec. inſti. de act.l.j. in princ. ff. de pec. Nonò eſt in perſonam, vt probatur in §. perſonam inſti. de actio. Et etiam quia venit ex contractu, vt in pluribus dictum eſt. Decimò eſt rei perſecutòria, patet quia venit ex contractu, vt l.j.§.verb. ff. de pec.iungendo.§. ſeq. inſti. de ac. Xj.eſt in ſimplum, per d.§.omnes. inſti. de act.ex quo venit ex cõtractu, vt eſt dictũ. tũc bene verũ eſt, quòd aliquando pater vel dominus poteſt teneri de pec.de eo, quòd ad eos peruenit, & inquãtum locupletati ſunt.ſ.ex maleficio ſerui vel filij, vt habetur in l.licet.§.ex furtiua.ff.de pec. Xij.eſt eſt ſtricti iuris. per d.§.actionum.inſti. de acti.vt pluries dixi. Vltimò videtur quòd ſit perpetua, primò ex eo quòd eſt rei perſecutoria, vt ſuprà per regu.d.l.in honorariis. de act & obli. Sed hic videtur contra id quod ſuprà dixi in primo termino proximè præcedenti, vt dixi hanc eſſe annalem, & in hoc differre ab actiõe de in rem verſo. Sed intellige hoc modo quòd eſt perpetua quouſque filius vel ſeruus ſunt in poteſtate. Sed ſi exiuit poteſtatẽ per emancipatioẽm, manumiſſionem, vel aliter, tunc eſt annalis, & iſte eſt tex. magiſtralis in l.tandiu.ff. quando de pec. act. eſt annal.in l.cum poſt mortem.eod.tit. Item intellige, quòd ſi viuente filio competebat aliqua actio temporalis puta redhibitoria, quæ durat ſex menſibus, vt ſuper ea dixi, tantum durat poſt mortem filij vel ſerui, quantum tempus ſupererat: ita intelligit gloſſ.tex.in d.l.cum poſt mortem.verſi.ideò per text.in l. ſed & ſi per prætorem. §. quoties.ff. ex quib.cau.ma.in l.Iulianus diophantus. de minori.in quibus vide & cogita &c.

DE CONSTITVTA PECVNIA.

24 HÆc competit aduerſus eum qui cõſtituit ſe ſoluturum pro ſe vel pro alio nudo pacto illud quod erat debitum ciuiliter & naturaliter, vel naturaliter tantùm, vt habetur in l.j.§.debitũ.ff.de conſti.pec. ſecus quando ciuiliter tantùm debitum, quia tunc non poſſet deduci in conſtitutum.no. in d.§.debitũ.& l.iij.§.ſi quis ſiſt.eod.tit.licet ſecus ſit in fideiuſſore qui etiam pro ciuili ſola poteſt intercedere .l.j.ff.de de fideiuſ.& inſti. eo. in prin.& ratione differentiæ ponitur per Bartol.in d.l.j. licet aliàs ex pacto nudo regulariter non agatur.l. iuriſgentium. §. igitur nuda.ff.de pac.tamẽ cũ quis tenetur ex pacto nudo, & poſtea illud cõſtituat ſe ſoluturũ alio pacto nudo, poteſt agi.d.§.debitum, & refert S. Blaſius hîc, & ſi duo pacta nuda magis operatur, & ad hoc facit gloſſ.ſingula.in l. cum ſcimus.C. de agri. & cenſib. libro xj.de confeſſione geminata qui magis operantur. licet doct. vt ſentit Bartol. in d.l.j.de conſti.pec.dicant quòd ex conſtitutione de ſoluendo faciat prætor oriri ciuilem, quia ſi oriretur altera naturalis ſequeretur, quòd duæ feminæ ſine maſculo operentur ad generandum actionem, cùm naturalis hebeantur vt mater, & ciuilis vt pater, iuxta.l.licet §.ex oblatio.ff.de pro cu.& ea quæ habentur in l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pactis cum ſimili. de quo latè per dom. meũ.do.Bal.de bartholinis de Peruſ. in te repe. rub.ff.de verb.obl.in xx.co.& ſeq. Et quis ſit fideiuſſo. cõſtitutor, ſpõſor, expromiſſor, & mãdator, vide gloſſ. ſing. in aue.de fideiuſor.in princip. & de hac actione habetur in toto tit.de conſtit.pec. & in §.de conſtituta. inſti. de actio. & not. quòd ita demum tenet conteſtatio ſi perſonaliter fuit concepta, ſecus ſi imperſonaliter, vt in l.ij. de conſti. pec. Secundò quod ſit prætoria, probatur in d.§.in perſonam, & etiam quia venit ex contractu, vt dixi in aliis. Item quòd rei perſecutoria, patet cum ſit ex contractu per d. §. omnes. inſti. de act. Item quòd ſit in ſimplum probatur in l. quòd ſi maritus.in prin.de conſti.pec. in l.hactenus.§. ſi quis.cum l.ſequen.eo.tit.adde tex.rotondum in l.illa verba.§.bene.eo.tit. Sextò quòd ſit ſtricti iuris, dic vt d.§. actionum. Septimò quòd detur hæredibus, probatur in l. receptia .ver. ſed hæredibus.C.de conſti. pe. & quòd contra hæredes probatur ibidem & in l.j C.eod.titu. Octauò quòd ſit perpetua, probatur in d.l.receptitia. ver. anno menſis. Item quòd non infamet, dic vt in aliis. Decimò quòd ſit directa. poteſt probari cũ veniat ex verbis & mente prætoris.l.in §.ait prætor.& l.ſi duo.§.ait prætor.ff. de conſti. pec.bene verum eſt quòd quandoque reperitur vtilis, vt l. cum qui.§.ſi actori.eod.tit. Vndecimò quòd non contraria, dic vt per gloſſ. in d.l.ex conſenſu. ff. de actioni. & ob. Duodecimò quòd ſit ſingularis, & vltimò quòd ſit ſimplex, dic vt in præcedentibus. &c.

VTILIS EX EA CAVSA QVÆ EX CONFESSIONE EST, ET DICITVR INTEROGATORIA.

25 HÆc actio ſecũdùm Roſ.in libel.ſuis quæ punctualiter refert ſan. Blaſius. hîc datur quotieſcunque poſt li.conte.reus cõconuentus in iudicio confitetur coram iudice ſedente pro tribunali ſe eſſe debitorem illius qui agebet contra ipſum reum ex aliqua cauſa. Et de hac actione habetur in lege proinde.la.ij §. ſi procurator.ff.ad leg.aquil. & ſecundum Roffre. in d. libellis licet tex.d.§ .ſi procurator. dicat quòd dicitur vtilis confeſſoria, tantùm non eſt verum quòd dicatur confeſſoria, ſed debet exponi vtilis ex confeſſione, & ita ſequitur.ſan. Blaſius hîc merus recitator Roffre. & videtur facere, quia confeſſoria datur illi qui aſſerit ſibi deberi ſeruitutem, vt in §.æque.inſti. de action. & lege ſecunda. ff. ſi ſer.vendit. Sed aduerte quia in hoc repèti.Ludo.ro.in ſing.xxiij.inci.ex confeſſione.qui

dici-

dicit eſſe text.ſing.in d.l.proinde.§.ſi procurator
quòd actio deſcendens ex confeſſio . iudiciali di-
citur vtilis confeſſoria,& ita tranſit.quòd credo
verius eſſe per illium text. qui multum cauilla-
tur ſecundum expoſitionem Roſr. & ad contra-
rium adductum quòd confeſſoria ſit illa quæ da-
tur pro ſeruitute tuenda,illud non ob.imo vrget
contra,quia illa dicitur confeſſoria,nec adiicitur
vtilis,& ſic penitus ſunt diuerſæ,facit etiam allu
ſio ipſius vocabuli,vt cum detur ex confeſſione,
dicatur cõfeſſoria,iuxta textum in §.eſt aliud.in-
ſti.de dona.in lege ſecunda.§.appellata.ff. ſi cert.
peta. cum ſi. Et vt etiam dicit S. Blaſius hîc
propterea ponderatur, quòd confeſſio ſit factam
in iudicio in iſtis terminis, quia extra iudicium
nos peteret actionem,licet per ipſam poſſet,debi
tum probari, per textum no.in lege publia.& §.
lucius.& §.final. ff.depo. ita etiam ſentit Roma.
in loco præallega. Item fuit etiam ponderatum
poſt litẽ conteſta.quia ſi fiat confeſſio ad interro
gatoria quæ fierent per præparationem iudicij,
ex illa non oritur actio, iuxta legẽ primá & per
totum.ff.de interro.ac.ſecundum Roffre. vbi ſu-
prà.Secundo quòd ſit prætoria,videtur poſſe pro
bari in lege ſecunda.ff.de interro.ac.cum quis cõ
fiteatur mediante interrogatione, iuxta.l.voluit.
& lege de ætate.§.qui interrogatur.& lege ſi quis
eod. tit. In aliis vndecim teris iudicarem ipſam
eius naturæ eſſe, cuius erat actio contra ipſum
confitentem intentata vel in perſonam vel in rẽ
&c.argu. text. in lege cum poſt mortem.& quod
ibi not.ff. quando ae.de pec. eſt anna,cum ſimili.
Et faciẽt ea quę dicentur in proxi.ſeq.actiõe &c.

VTILIS EX EA CAVSA QVA IVRATVR, QVÆ DICITVR IVRATORIA.

26 PRimò eſt aduertendum quòd hæc actio
iuratoria poteſt conſiderari tripliciter.
Primò quando iuratur ſuper actione
perſonali. Secundò quando iuratur ſu
per actione reali, Tertiò quando iuratur ſuper
actione mixta,& hoc modo ſeparatim eas ponit.
ſan.Blaſius hîc. Sed vt dixi. ſuprà in actione re-
ſciſſoria per hoc non eſt neceſſe multiplicare,
quia in effectu vna eſt iuratoria, licet aliquando
deſeruiat actioni perſonali, aliquando mixtæ, &
propterea Ioan. in arbore ſua non aliter diuiſit.
Vnde cum iuratur adiecta cauſa aduerſario defe-
rente,quòd res eſt ſua, tunc dicitur in rem, vt le-
ge ſi duo.§.iulianus.ff. de iureiurando. & in lege
nam poſtea.§.finali eodem titulo.& §.ſi quis po-
ſtulante. inſti. de actio. Cùm verò iuratur quòd
dens mihi centum, ſi adiicitur forma & cauſa,
puta quia vendidi domum &c.tunc datur exem-
pto vel vendito ad rem tradendam vel pretium,
vt habetur in l. ſi duo.§. ſi quis.ff. de iureiurãdo.
Si verò non adiecta forma vel cauſa iuretur,tunc
ex iuramẽto datur actio in factũ, vt habetur in le
ge actori.C.de.reb.credi.& iureiura.& iſtis caſi-
bus dicetur iuratoria in perſonam. Cùm verò
iuratur ſuper actionibus mixtis, puta finium re-
gundorum: vt iuro, quòd fines ſunt tales in agro
&c.& tunc dicetur iuratoria mixta, & ſic poteſt
eſſe rei perſecutoria vel pænę vel mixta,prout eſt
cauſa ſuper qua iuratur, puta in cauſa furti, ra-
pinæ &c. Et ſic iudicabitur ſtricti iuris vel non
infamet,vel non, quod detur hęredibus vel non,
& ſic de aliis terminis, prout habetur in l.nam
& poſtea.§. iureiurando. & §.ſi damnetur.& §.ſi
is qui, de iureiurando. Et ex iis etiam confir-
mantur dicta in præcedenti actione, vt iudicetur
ſecundùm naturam illius actionis,& cauſam ſu-
per qua quis fuit iure confeſſus: & in his etiam
tu videbis & conſiderabis. Et quòd hęc iurato-
ria ſit pretoria, probatur in lege ait prætor. in
principio.ff.de ireiurando.&c.

NEGOCIORVM GETSORVM.

27 VT infrà dicetur, hęc actio conſideratur
multipliciter. Et primò quantum ad a-
ctionem negociorum geſtorum directá
dic,quòd competit illi cuius negocia ge
ſta ſunt ab aliquo ſine mandato,ipſo domino ab-
ſente, quia cùm reuertitur poteſt conuenire hac
actiõe dictum geſtorum.vt reddat rationem ad-
miniſtrationis,de hac habetur in §.j.& §.ſicut in-
ſti.de ob.quę ex quaſi cõtra.naſcun.in l.ij ff.de ne
go.geſt.quam multum no. ſecundùm Barto.quia
ponit formam libelli ſuper hac actione. Eſt & a-
lia actio nego. geſt. contraria, quę competit ipſi
geſtori,qui ſe immiſcuit negotiis aduerſus domi-
num negociorum ſi aliquid de ſuo impedit neceſ
ſariò vel vtiliter ad aliud.ſ. repetẽdũ. vt habetur
in d.l.ij.in fine & d.§.ſicut.Et qualiter diſtingua-
tur directa & contraria: ponit gloſſ. & Bart.in l.
cõſenſu.ff de ac.& obli & plenius Bar.& alij.in
l.curato.C.de neg.geſt.Item ſecundùm gloſ.in d.
l.curato.quam ſequitur S.Blaſius hîc. Tertio mo
do conſideratur actio nego.geſt.valet quòd dica-
tur vtilis directa,quę competat dominum,cuius ne
gocia geſta ſunt ab aliquo, qui ex neceſſitate offi-
cij gerebat, vt in tutore & curatore &c. Et de
hac volunt.quòd loquatur textus in dicta lege cu
ratoris. Quarto modo conſideratur, & dicitur
actio nego.geſtis. vtilis vtiliter,que competit illi
qui neceſſitate officij geſſit,ſi aliquid impedit &c.
Et ratio eſt in iſtis duabus vltimis, quia defi-
ciunt verba & mens legis, quia edictum de nego.
geſt.loquitur in gerente ſpontè non coactè. item
in gerente alterius, non ſua,ita intelligit gloſſ in
dicta lege curatoris. Et dantur iſtæ vtiles ex ex-
tenſiõe Iuriſconſ. vt etiam de his habetur per
gloſſ.& Bart.in lege actio.ff. de nego.geſt Sed eſt
aduertendum,quòd ſecundùm Barto. Vltramun.
tenent contra.& quod diſtinctio glo.in d.l.cura-
toris.circa nomina & aduerbia non eſt bona,nec
l.probatur,& ita etiam tenet ibi Bar.per text.vbi
dicit eſſe caſum in l. electio.§. item ex pluribus.
ff. de noxa. vbi ſi non poteſt habere locum actio
directa noxalis, datur prætoria. Tu adde text.in
l.ſi plurium,in prin.eo.tit.Item & melius,ſi dico- 28
retur vtilis directa, prout dicit gloſ.ſcilicet actio
quę datur domino aduerſus geſtorem ex neceſſi-
tate dixiſſet tex.in d.l.curatoris.qui tamen ſolùm
dicit vtili actione.argu.not. in c. ad audientiam.
de deci.& hoc ſtringit.Sed aduerte ne erres, quia
imò videtur quòd etiam contra gerentẽ ex neceſ
ſitate detur directa actio neg.ge.per tex.i l.iij.§.cu
ratori.& §.hac rõne.ff.de neg.ge.vbi cum tex.nõ
dicat vtili vel directa, ſed ſimpliciter actiõe neg.
geſt.& verba ſunt ĩtelligẽda in potiori ſignificato
iuxt.l.j.§.j.ſi ager ve.vel emphy.pe.& ẽt quia tex.
generaliter ſunt ĩtelligẽdi, iuxta l.j.§.generaliter
ff.de

ff.de leg.pręſt. Item videtur obſtare totus titul.de admi.tu.cum detur actio tutelæ.de qua in Spe. in §.ita autem.§.ſi quis.cum ſeq.de admini.tut.§.tutores.inſti.de obli. que ex quaſi contra. & hoc ſequendo ſi velles reſpondere ad d.l.curatoris.C.de neg.ge. Prima facie poſſet dici, quòd ibi conueniebantur hæredes illius qui geſſit, & verba edicti loquuntur, quando conuenitur gerens. Sed non eundo per ambages, prealle.non ob. quia ſecundum Bar.d. §.hac actione, debet ibi intelligi de vtili actione,& ſic concordet cū d.l.curatoris. Et ratio eſt quia verba edicti loquuntur in ſponte gerente alterius negocia. ſed cùm quis gerit ex neceſſitate debentur negocia propria ſaltem cura & ſolicitudine ar. l ſi pupilli. §. item queritur. ff. de neg ge.& ad ti. de admi.tu.ſ. quòd detur actio tutelæ,reſponde vt per Barto. in d.§.hac actione. Et reſponſio ſuprà data ad l.curatoris, eſt falſa. Primò quia ibi eſt dictio, etiam quę eſt implicatiua, quam debet intelligere, ꝙ & curator & eius hæredes teneantur vtili actione. Item ex alio non eſt bona, quia actio neg.ge.datur in hæredes. vt infra dicam,quòd non eſſet caſu quo alia daretur in geſtorem, & alia in hæredes. Concludo ergo cum Bartol.in d.l.curatoris, & cum Vltramon. quòd actio competens contra geſtorem ex neceſſitate, & quæ datur ipſi geſtori aduerſus dominum, ſemper dicatur vtilis. nec ſit opus addere directo vel vtiliter. contra gloſſ.in dict. l.curatoris, quam ſequitur S.Blaſius hîc, & malè cum reuerentia. Et vltra ar.quod feci ſuprà vltra Barto. nunc allego textum, vbi eſt caſus in terminis, in l actio.quæ eſt.l antepenult.ff.de neg.ge. ibi dum dicitur. Nec refert an directa quis an vtili actione agat vel conueniatur, & ſic vel quod agat geſtor ex neceſſitate aduerſus dominum, vel quòd conueniatur, ſuper dicitur vtilis actio. nec additur directò vel vtiliter, benè inſurgit ibi dubium, quia videtur innui,quòd quando eſt geſtum ſponte vtraque parte, dicatur directa, quod eſſet contra ea quæ ſupra dixi, niſi dicas ibi nomen directa ſolùm debeat referri ad verbum, agat non ad verbum conueniatur, & ſic ſingula ſingulis referatur.arg. l certè. §.is qui.ff.de præca.& l.communi diuidundo. §. neque. ff. commu. diuid. & quę dixi per d.§.hac actione.d.l.iij.ff.de neg.ge.tu ſubtilis cogitabis. Ego ita intelligo pro nunc hanc materiam, licet S. Blaſius tranſeat tribus verbis, & de vna quæ vt dixi ſuprà, conſideratur tripliciter non reſidendo.ſ.cum gl. in d.l.curatoris, ipſe fecit quatuor actiones. Secundò quòd ſit prætoria,probatur in.l.j. in prin. ibi edictum. & l. iij in prin. ff. de neg. ge. licet videatur obſtare tex.in l.aduerſus.C.eo.ti.dum dicit ciuiliter conſiſtere:ſed intellige vt ibi per glo. & doct. Tertiò quòd ſit actio in perſonam, poteſt probari, quia deſcendit ex quaſi cōtractu.d.§.igitur.inſt.de ob. quę ex quaſi contractu,& ex contractum,& quaſi deſcendētis ſunt in perſonam,iuxta. §.omnium. inſt.de ac.& ibi gl.in ver.modis & iuxta.§.ſequēs. inſti.e.ti.Sed eſt tex.expreſſus pro hoc,in l.pen.C. de neg.geſ. Item quòd ſit rei perſecutoria, probatur in d. §.ſequens.ver.earum.inſti.de act. Quintò quòd detur in ſimplum.probatur in §.omnes. inſti.de act. Et facit quia datur in id quod abeſt ex patrimonio.l.ij.in fi. ff. de nego. geſt. Item facit cùm ſit rei perſecutoria. per l. in honorariis ver illæ autem.de act. & oblig. Sextò quòd ſit bonæfidei, eſt textus.in §.act. inſti.de actio. Item eſt perpetua cum curet.xx. ann. vt eſt textus. iuncta glo. & ibi omnes in lege aduerſus.C.de neg geſt. Octauò datur hæredibus & in hæredes. l. iij.§. hæc actio.ff de nego.geſt.l.curatoriæ.C.eod.titu. Nonò quòd ſit ſingularis, & etiam quòd ſit ſimplex,dic vt in præcedentibus.Vndecimò non infamat,cum non reperiatur vt in publiciana dixi & videtur probari in l.actionibus. iuncta. l j.§. qui pro ſocio.ff.de nego geſt.vbi exprimuntur actiones quę infamant,inter quas non eſt iſta,ergo &c.argu.l. cum pretor. ff. de iudic.& lege maritus.C de procu. Duodecimò eſt directa, & vltimò ſit contraria, per latè dicta. ſuprà in primis eius terminis,& eſt textus.in dicto.§.igitur.inſti. de obliga.quæ ex quaſi contractu. & dicta lege actio.de nego.geſt. Eſt etiam vtilis vt duxi.& in d. l.actio.& de hac ſatis &c.

PROTVTELÆ DIRECTA
ET CONTRARIA.

28 PRimò eſt aduertendum quòd iſta actio conſideratur dupliciter. Vno modo dicitur directa. Alio modo dicitur contraria. Directa actio protutelæ competit pupillo vel minori contra illum qui geſſit negocia eorum tanquam tutor vel curator ſingula ſingulis referendo hoc modo, vel quòd ſciret ſe non eſſe tutorem vel curatorem, tamen fingebat ſe eſſe, vel quòd ignoraret putans ſe eſſe ad reddendum adminiſtrationis rationem & ad intereſſe pupilli vel minoris &c.habetur in lege prima in princi. & §. pro tutore.& per totum.ff.de eo qui pro tutor.vel cura.nego. geſtis. Contraria pro tutelæ datur ipſis gerentibus ſe pro tut. vel cura. cum verè non eſſent, aduerſus pupillum vel mino.ſi aliquid neceſſariò vel vtiliter de ſuo impenderūt in rebus pupilli vel mino.& de hac habetur in lege finali eodem titulo. Et pro cognitione terminorum aduertatis,quia S.Blaſi.qui ſtudet multiplicare numerum actionum,prius has duas reliquit vnum circulum, videlicet actionem tutelæ contraria, que longè differt ab actione pro tutelæ contraria. Tutelæ namque contraria, competit vero tutori. aduer. pupill ſi aliquid impedit, & ſic cura.aduerſus mino. Cōtraria vero pro tutelæ datur ei qui ſe fingebat, vt dixi, vel putabat ſe eſſe vbi nū erat.& de cōtraria tutelæ habetur in l.j.& & per totū.ff.de cōtra. act.tut. de qua.infrà ſtatim dicā.Secūdò hic actio protutelæ eſt prætoria,vt eſt tex.in l.j.in princ.ff. de eo qui pro tuto. Tertiò quòd in ſimplum.probatur in d.§.pro tutore.Quartò eſt rei perſecutoria, vt in d l.j.§.pro tutelæ.ff.de eo qui pro tuto. Quintò eſt in perſonam, cū veniat ex cōtractu, vt dixi in precedēti proxima.Sextò quòd ſit ſtricti iuris, videtur innui,quia non reperiatur in §. actionū. inſti. de actio. vt in aliis pluries dictū fuit.Nā in d.§.actio. licet ſit act.tutelæ,tamen nō reperitur ibi act.pro tutelæ.Sed quòd ſit bonæfidei, videtur tenere gl. in d.§.act.in ver.tutelæ. dicit in numero plurali, quòd iſtæ actiones cùm reperiantur contrariæ & directæ, in dubiò omnes debent iudicari bonæfidei. Item ex alio fundamento.quia in actio.ſtricti iuris nō veniūt vſuræ abſque ſtipulatione, ſed in actionibus bonæfidei veniunt tempore moræ, vt habetur in l.quāuis.C.de vſu. Sed in hac act.vſuræ veniunt abſque ſtipulatione, vt d. l.j.§.j. protutelæ

apud quem deponeret, dicit gloſ. in dicto ver. planè. & in ver. dolo. & l. j. §. meritò. ff. depo. Et ſic conſideratur iſta actio directa ex parte deponentis. Item & ſecundò cõſideratur cõtraria ex parte depoſitarij, ſi aliquid impedit neceſſariò vel vtiliter in re depoſita, prout & ſi dixi in aliis præcedentibus quæ reperiuntur directæ & contrariæ. Et propterea tu iuuenis aduertas ad rub. ff. depo. dũ dicit, vel cõtra d. q. de directa actione depoſiti & contraria. Et de contraria actione tutelæ eſt text. in l. ei apud quem. in prin. ff. depo. licèt etiam poſſit loqui de alia contraria ciuili, & vide textũ in lege. qui tumultus. eo. ti. ij quòd ſit prætoria, probatur in lege j. §. ſequens. ver. planè. inſti. de act. iij. quòd ſit in perſonam, innuitur cum ueniat ex quaſi contractu, ut eſt dictum in præcedentibus. iiij. eſt rei perſecutoria regulariter, ſed ex inficiatione creſcit, & eſt penè perſecutoria, cum detur in duplum. dict. §. in duplum. cum aliis quæ alle. & inde poſſet dici mixta, vt dict. §. ſequens. ver. planè in fine. v. datur in ſimplum & quãdoque in duplum: vt dixi ſuprà in primo termino. vj. quòd ſit bonæ fidei, patet quia reperitur in §. actionũ. inſti. de act. vij. poteſt eſſe perpetua & annalis ſecundùm varios terminos: vt dixi ſuprà in primo termino, & habetur in dicta lege. quòd tumultus, ff. depoſi. viij. datur hæredibus & in hæredes ſecũdùm varios terminos, vt habetur etiam in dicta lege quòd tumultus. ix. eſt infamatoria: vt in §. ex quibuſdam. inſti. de pœna teme. liti. intellige de directa actione, cum contraria non infamet, vt eo. §. ſicut in aliis cõtrariis. x. quòd ſit directa, patet ſuprà in primo termino habendo reſpectũ ad directam. Vndecimò quòd contraria patet eodem modo. Item eſt ſingularis per dicta in publiciana. Vltimò eſt ſimplex, per ibi dicta.

VIÆ REIECTÆ.

31 PRimò eſt ſciendum quòd ſunt opiniones, an iſta ſit propriũ nomen actionis, vel ſit adiectio ad actionem in factum, quæ datur ex illo edicto de via publica. & gloſſ. in l. ſi in agrum. ff. de via publica, & itine. publi. Refi. videtur tenere cum Ioan. & ſic quòd nõ ſit proprium actinnis nomen. Sed propter viam reiectam detur actio in factum, vel vtilis actio. l. aquiliæ quod patet dum glo. ibi ſubdit, vt quidã, ita ſequitur Bat. ibi Ioã. cremo. in arbore vult, quòd ſit propriũ nomẽ actionis, ex quo videtur redargui vna opi. ſan. Blaſij quã tenet in prima q. tract. vbi dicit quòd Ioã. cremo. qui fecit arborẽ fuit ille de quo Accurt. ſepiſsimè in gl. ſuis mẽtionẽ facit. Nam hoc nõ videtur verũ, quia Ioã. cremoo. in arbore tenet ꝙ iſta actio habeat propriũ nomen de per ſe. & tamẽ Ioã. gloſſator tenet contra in d. l. ſi in agrũ. in gl. j. nec eſt dicendũ ꝙ ita in hoc fuit ſibi cõtrarius. cogitabis. Quantũ ad hanc actio. tex. in d. l. ſi reſupinè fuiſſet ſibi cõtrarius poteris videre. bene verũ eſt quòd glo. in cle. fi. de teſti. videtur inouere cũ d. ſan. Blaſ. niſi dicamus quòd Ioã. in hoc fuit ſibi cõtrarius. cogitabis quantũ ad hãc actionẽ, tex. in d. l. ſi in agrũ. videtur velle quòd ſit proprium nomen, dum dicit viæ reiectæ actio dabitur. vt etiam dicitur. l. qui act. vt l. ſed & ſi §. iniuriam. ff. ad l. aquiliam, & in fine facit, quia aliàs genitiuus ſolet importare de per ſe, iuxta no. in rub. de noui ope. nun. poſſet bene eſſe quòd hodie ſit loco adiectionis cum loco cuiuſlibet interdicti detur act. in factum. vt in §. fi. inſti. de interdic. Et latè dicetur in materia interdictorum. Et quòd ſit proprium nomen. facit quia datur quanti actoris intereſt. d. l. ſi agrum. vt etiam dicitur in illo interdicto de via publica, quod detur quanti intereſt. vt habetur in l. j. §. fi. eo. ti. Et poſſet fortè attentari, ꝙ illud interdictũ de via publ. nõ differat ab actione, ex eo quod reficiendo quis viam publicam, ſi reiicit in fundũ alterius. ſed iſtud eſt in capite edicti, quia debet ſeruare ille qui reficit veterẽ altitudinẽ & latitudinẽ. d. l. in prin. ver. viam. Sed cogitabis pro nũc nõ recedo ab opi. antiquorũ, & maiorũ &c. Et redeũdo ad terminos huius actionis, eſt ſciendũ, ꝙ competit illi cuius fundo via pub. eſt reiecta ab alio qui reficiebat fortè gratia dilatandi fundũ ſuum, & datur quãti intereſt domini fundi. ita habetur in d. l. ſi in agrũ. ff. de via publ. & iti. pub. refi. ij. ꝙ ſit ſimplex, patet cùm cognoſcatur actor à reo, vt dixi in pub. Et eo modo ꝙ ſit ſingularis. iiij. ꝙ ſit directa, probatur quia ex verbis, & mẽte prætoris. d. l. ſi in agrũ. ver. nõ eſt contraria, iuxta gl. in d. l. conſenſu. ff. de act. & obliga. vj. ꝙ non infamet, patet cũ non ſit expreſſum, vt in pluribus dixi. vij. ꝙ detur hæredibus & in hæredes poteſt probari per §. nõ autẽ. inſtit. de perpe. & tem. act. in fi. & ex his quæ habentur in. d. l. in agrũ. §. fi. viij. probatur ex quo eſt rei perſecutoria, per reg. in l. honorariis. de act. & obli. Et ix. quòd ſit rei perſecutoria, probari poteſt cũ detur ex quaſi maleficio, ſicut dicimus in his quæ dantur ex quaſi cõtractu, & contractu. vt in §. ſeqnẽs verſi. etiã. inſti. de act. & dixi in pluribus præcedentibus. x. quòd ſit ſtricti iuris, patet cùm non reperiatur in §. actionũ. xj. quòd detur in ſimplũ, poteſt probari cum datur ad intereſſe. vt dixi per no. in l. ſi agrũ. xij. quòd ſit in perſonã poteſt argui, cùm ſit ex quaſi maleficio, per d. §. ſequẽs &c. Vltimò quòd ſit prætoria, poteſt probari in d. l. j. in prin. ff. de via pub. & itine. pub. refi. &c.

QVOD METVS CAVSA.

32 ANte omnia ſciendum eſt, ꝙ hæc actio quòd metus cauſa perſonalis differt ab vtili actione in rem, quæ datur metum paſſo, de qua ſuprà eſt viſum, vt poteſt colligi ex dictis per glo. & doc. in l. metum. §. volenti. §. quòd metus cauſa. Nam ſecundùm primã lect. ibi vtilis in rem, quæ datur metum paſſo habet locum quando metus interceſsit ſuper incorporalibus. Sed iſta quòd metus cauſa perſonalis quando ſuper corporalibus. Sed ſecundùm lect. Ioan. differunt, ſcilicet quòd actio quòd metus cauſa procedat aut pat cũ vtili in rem, vt in corporalibus vtraque procedat, ſed ſuper incnrporalibus ſolùm quòd metus cauſa. Sed ſecundùm tertiam lect. quæ fuit Azo. quam ſequitur Bartolus per l, ſi mulier. §. finali. ff. quòd metus cauſa. iſta actio perſonalis quòd metus cauſa datur vbicunque datur vtilis in rem, vt ſcilicet ſi per metum fuit translatum dominium alicuius rei, vel quis per metum fuit ab actione liberatus, datur quòd metus cauſa, vt quis reſtituatur in priſtinũ ſtatum. & quaſi reincindit in lect. Ioan. vt ſcilicet iſta quòd metus cauſa perſonalis detur etiam, vbi datur vtilis in rem, ſcilicet circa corporalia.

Sed additur illud, quia nũc eſt vtilis iſta ꝙ metus cauſa, vbi prius erat directa. ita colligere ex opinione Azot. ſecundùm verba Bartol. ſi bene ponderabis in dicto §. volenti. ver. iij. lect. & ita d. glo. magn. dum dicit, ideò dic ſecundùm Azot. quòd etiam prima perſonalis datur vtilis &c. & ex his habeas primum terminum. ſ. cui competat, & quando hæc actio. Et pro plena indulgentia vltra ea quæ dixi ſuprà in vtili in rẽ, quæ datur metum paſſo adde debes ſcire ratione metus eſſe prodita tria remedia. ſ. vtilis in rẽ, quãdo ſumus in corporalibus. vt in alienatione alicuius rei, vtilis in perſonã tã in incorporalibus q̃ in corporalibus. itẽ datur exceptio metus, puta quando quis promiſit nu. pecu. & numeratio non fuit ſecuta, quia datur illi qui promiſit exceptionem metus, & datur negotio nõdum perfecto. licèt aliquando detur etiam negotio perfecto, puta ſi res quàm dederã per metum redibit ad me, & ego conueniar, quia excipiam de metu, de vtili in rem, & vtili in perſonam. habetur in iuribus præalleg. De hac exceptione eſt tex. cum gloſ. in d. l. metum. §. ſed quòd prætor. ver. ſiue imperfecta. ff. quòd me. ca. Et vide quæ allega. ſuprà in vtili in rem quæ datur metum paſſo, & adde hîc dicta ij. quòd ſit prætoria, eſt text. in l. j. in prin. ff. quòd me. cau. & per alia iura quę allegaui in vtili in rem. vbi vide. iij. eſt in perſonam, vt in §. præterea quaſdam. in verb. in perſonam. inſti. de actio. Eſt bene verum, quòd eſt ſcripta in rem, & ſic datur contra omnes ad quos peruenit commodum ex metu, vt eſt tex. in l. metum. §. cùm autem. ff. quòd me. cau. in l. ſi cum exceptione. §. in hac. eo. ti. gl. in d. §. cum autem. & ſic patet quod datur contra tertium poſſ. Huic Bartol. in l. iij. C. eo. ti. ver. circa hoc quæritur. & ver. ſed ego prius gl. mag. ibi, reuocat in dubium. Vnde naſcatur hęc actio perſonalis in rem ſcripta, & pertranſit, quòd naſcatur ex variis figuris cauſarum, quaſi contrahatur quædam obligatio ex ſola rei præuentione. & propterea hæc actio ſit in rem ſcripta, & detur etiam contra tertium poſ. vtilis vero in rem detur, eo quia quis poſſidebat argu. de eo. §. ſi. ff. ad exhi. ſicut aliàs in actione ad exhibendum, quæ eſt perſonalis, & in rem ſcripta, vt l. iij. §. eſt autem. & §. fin. ff. ad exhi. ſic etiam in pluribus interdi. l. j. §. pe. ff. de interd. & infrà ſuis locis oſtendemus. iiij. poteſt dici quòd ſit rei perſecutoria ex eo, quòd eſt in re ſcripta, vt dixi ſuprà, in vtili in rem, & iuxt. l. iij. & iiij. C. quòd me. cau. Et aliquando eſt pœnæ perſecutoria, & facit cùm detur contra quemlibet poſſidentem. l. metum. §. fin. ff. eod. & vide tex. in l. quod diximus. §. hæc act. ff. eo. ti. ver. datur in ſimplum regulariter ſed res ſi non reſtituitur in quadruplum, infrà annum vtilem & patet annum in ſimplum. d. l. iij. in hac. & l. ſi cum exceptione. §. j. & ſequen. §. in fi. & §. hæc autem actio. ff. eodem. cum his quæ alle. ſuprà in vtili in rem, ad iſtum terminum vide etiam in §. quadrupli. & §. item actio. inſtit. de act. vj. quòd ſit ſtricti iuris, patet cùm non reperiatur in §. actionum. vij. eſt arbitraria, vt in §. præterea quaſdam. inſti. de actio. in l. ſi cum exceptione §. hæc autem actio. ff. quòd met. cau. cum ſimilibus. viij. poteſt dici quòd ſit perpetua ex eo quòd eſt perſonalis, & perſonales durant per triginta annos. l. pe. ver. quas omnes. C. de conſti. pe. ſed eſt aduertendum, quia ſecundùm glo. in d. l. iij. C. quòd met. cau. in ver. munitus. quam dicit Bar. Nonò licèt iſta actio ſit perſonalis non tamẽ durat xxx. annos contra d. l. pen. ſed ſolùm xx. Et ratio eſt ſecundùm gl. præal. Et etiam Bar. quia cũ hæc actio ſit in rem ſcripta, & ſic excedat ſuos terminos, cum detur contra quemlibet poſsidentẽ, vt ſupra eſt. d. exceditur ſuis terminis. ar. l. fin. in fi. C. de edi. diui adria. tol. & per conſequens non durat, ſicut aliæ perſonales. vide ibi. item hoc intelligę quantùm ad rei perſecutionem, & ſic ad ſimplum, quia ad quadruplum non durat niſi per annum, vt ſuprà dixi. ix. datur hæredibus & aliis ſucceſſoribus, vt dixi in vtili in rem. l. quod diximus, §. hæc actio. ff. quòd me. cau. vide quæ dixi in vtili in rem circa hunc terminũ. In hæredes datur in id quod ad eos peruenit. d. §. quod diximus. x. non infamat, per ea quæ in Publi. & aliis dixi. & ita firmat gl. in l. ſi cum exceptione. §. eum qui. ff. quòd me. cau. licèt Pla. dixerit cõtrarium, ſi ex eo quòd admittat ſecum aliam actionẽ de dolo, & etiam deſcendat ex cauſa famoſa, ſed non obſtat. ſicut aliàs eſt in interdi. l. neque. ff. de vi & vi arma. Itẽ aliàs in conditionibus. l. ceſſat. ff. de acti. & obl. & ita ſequitur Bar. in d. §. eũ qui. Vndecimò quòd ſit vtilis patet ex dictis in primo fundamento. Item non cõtraria per dicta in præcedenti. Item ſingularis & ſimplex, vt clarè patet.

DE DOLO MALO.

33 HOc competit illi qui recipit damnum dolo malo alicuius, vel ſi quis aduerſus ipſum doloſè verſetur conſulendo vel quid ſimile dolo faciendo, tunc ſi non ſupereſt ei aliqua actio qua poſsit experiri, datur ſibi hoc de dolo. ita probatur in l. j. §. j. & per totum. ff. de dolo. Item eſt aduertendum, quòd datur cum cauſæ cognitione, nec poteſt dari pro modica quantitate, ſed debet excedi ſummam duorum aureorum, vt l. ſi olim. §. fin. & l. ſequen. cum princip. l. non debet. ff. de dolo. habetur in. §. gallinarum. inſtit. de reb. diuin. Nec etiam datur contra quaſdã perſonas, de quibus habetur in dict. l. non debet. Sed eo caſu eius loco datur in factum actio quæ verbis temperatur, cum debeat fieri mentio bonæfidei, vt videtur tranſire Bart. prius Vltramon. in d. l. non debet. & Cyn. in l. ſi ſuperſtite. C. eo. tit. Et vt etiam dicit ſanc. Bla. hoc eſt multum aduertendum ſuper quo contractu interuenerit dolus aut in cõtractu bonæfidei aut ſtricti iuris, de quo habetur in l. eleganter. per glo. & omnes eo. ti. in l. ſi quis cùm aliter. de ver. obl. maximè per repetẽtes. ibi addit etiam vnum verbum, quòd dolus debet eſſe talis qui cadat in conſtantem virum, aliàs aſcriberetur leuitati & fatuitati potius quàm dolo, per ea quę habentur per Innoc. in c. cùm dilectus. ff. de his quæ vi metúſue cauſ. & ibi etiam per dict. abb. & dicit eſſe menti tenendum pro articulis faciendis in hac actione, ita S. Bla. Aduerte circa hoc, quia ſi eſt verum eſt multum no. & poteſt dupliciter intelligi. ſ. quòd dolus adhibeatur à conſtante viro, vt teneatur de dolo, vel quòd dolus adhibeatur contra cõſtantem virũ, aliàs doloſus non teneatur de dolo. Intelligẽdo primo modo credo ꝙ nõ ſit verũ. primò per bonum ſimile, quia in act. quòd me. cau. iuriſcon. interpretatur de metu, qui cadat in conſtantiſsimum virũ vt ſuprà diximus. & l. metum j. & ij. ff. quòd met. cau. quaſi nõ contẽtus de ſimplici metu. Sed in hac actio. de dolo non fuit aliter

aliter dictum,igitur arg.ad audientiam.cum ſi.de deci. Item & fortius ſi hoc eſſet verbum,ſequeretur quòd pupil. eſſet conſtans. cùm pupil. poſſit committere dolum & teneri de dolo, per l.harum.§.item in cauſæ. ver.ego arbitror. ff.de dolo pupillus autem eſt infirmi conſil. & captionibus potius ſuppoſitus.l.j.cum ſi. ff.de mino. ergo &c. Item reſtringeretur diffinitio doli,vt non intelligatur in perſona pupilli & ſimilium perſonarum. contra l,j.§.dolum. ff. de dolo. & per hoc primo modo non poteſt intelligi. Item & altero modo non poteſt ſtare, primò per iij. fundamentum ſuprà adductum. Item ſequeretur quòd quis ex ſuo dolo præmium reportaret,cõtra l.fi.in fi.C.ſi cer. pe.Sed fortè voluerũt ita intelligere,quòd ex quo minoribus non poteſt dari actio de dolo, ex quo eſt famoſa,& datur in ſubſidium,vbi alia non datur.d.l.j.§.verba. ibi alia actio non erit, & cum minoribus detur in integrũ reſtitutio ſi ſunt decepti.l.j.& l.diuus.§.nec intra has. ff.de integ. reſti.& l.j.§.idem Pompo.ff.de dolo. Correlariè ſequitur ꝙ actio de dolo non poſsit competere in inconſtantibus & ſic minoribus, cùm requiratur quòd dolus cadat in conſtantem virum. ita credo quòd poſsit bene ſe intelligere S.Bla. licèt verba ſua non oſtendant hunc ſpiritum.& ad c.cum dilectus.reſpondet plene quòd nihil facit,quia nõ videntur decpti, qui meliorem vitam elegerunt. vt dicit ibi gl.fi. Et etiã ex alio, quia ibi ſumus in ſpiritualibus, in quibus cùm etiam nõ habeat locum in integr.reſti. à fortiori non habet locum actio de dolo quæ eſt famoſa,cùm faciliùs conce datur reſtitutio, quàm actio de dolo. per l. diuus §.nec intra has. & d.§.idem ponimus.Ita ego intelligere pro nunc iſtos terminos in quibus tu cogitabis, quia non legi apud alios.ij hæc actio eſt prætoria.vt.ff.de dolo.l.j. in prin.& §.ait prætor. & l.ſi oleum.§.fi.& l.item exigit prætor.ff.eodem titul.iij.eſt in perſonam.vt §.præterea.ver.in perſonam.inſtit.de acti.cum ſimil.Quartò poteſt dici quòd ſit rei perſecutoria,quia datur in id quòd ad aliquem peruenit,ſed ſi ex dolo. §.item ſi quid. & l.ſi plures. §.hæc actio. ff. de dolo. cum ſi. Aliquando autem eſt pœnæ perſecutoria,cùm poſsit iurari in litem, & ex contumacia reus condemnari quanti iuratum eſt vel iudicis arbitrio. vt l.arbitrio.§.j.ff.eod. Quintò quòd detur in ſimplum,patet in d.§.hæc actio. & d.§.itẽ ſiquidem. Sextò ſit ſtricti iuris,probatur ex §.actionum.inſtitut. de actionibus. Septimò non eſt perpetua, ſed durat tantùm per duos annos connumerandos à die commiſsi doli continuo, vt habetur in l.fin. C. de dolo.Et in hoc ſunt correcta iura antiqua.vt l.iij vbi vide. C. eodem titulo. Octauò poteſt dici quòd detur hæredibus. per §. non autem.inſtitur.de perpe.& temp.act.in l hæredibus. ff. de dolo. in hæredes datur de eo quòd ad eos peruenit.d.l.hæredibus.& l.ſi plures.§.hæc actio. & l.in hæredem. ff. eodem titulo, cum ſimilibus. Nonò eſt actio famoſa.l.prima. §.prætor ait.ff.de dolo.d.§.ex quibuſdã inſtit.de pe.teme.lit. Decimò quòd ſit directa,patet, quia ex verbis & mente prætoris iuribus in ſecundo termino allegat. Item non eſt contraria,vt in præcedentibus dixi. Item quòd ſit ſingularis & etiam ſimplex, patet manifeſtè.Adde & decimoquartò, quòd eſt arbitraria in d.l.arbitrio.§.j.ff.de dolo.inſti.de act. in §.præterea.cum ſimil.&c.

FVRTI MANIFESTI.

34 PRimò eſt ſciendum, quòd hæc actio competit illi, cuius intereſt furtum illud manifeſtum non eſſe factum, & de de hac habetur in §.furti autem actio. inſti.de obli.quæ ex deli.naſcun.cum ſim.Nec refert,an ille apud quem res eſt ſubtracta ſit dominus vel non,dummodo eius interſit. vt d.§.furti. & §.inſti.vi bo.rap.Et fur manifeſtus dicitur qui facto furto antequam ad locum deſtinatum rèm perferat depræhenditur in publico vel priuato loco ſiue à domino,ſiue à quocunque,vt habetur in l.tertia, quarta & quinta. ff. de furt. immo plus quòd ſi dum fur fugiat abiiciat furtum,etiam erit fur manifeſtus. vt eſt tex. in l.ſi quis in ſeruitute. §.ſed celſus.ff.de fur. habetur etiam in manifeſtis. inſti.de obli.quæ ex delic.naſcun.& l.vulgaris.ff. eodem.& in c.vulgaris.de pœnit.diſtin.j. Et ſi aliquis caperet furem, non poſſit ipſum retinere vltra xx.horas, iuxta ea quæ habentur in l. capite v. ff.de adult. alius quis incideret in pœnam priuati carceris.de qua in l. prima.C.de priu.car. Etiam quòd laicus caperet furem, vt per Bartol.in d.l.ſi quis in ſeruitute. & per Bal. in c.cum non ab homine.de iud.refert ſan.Blaſi.hìc. Eſt etiam aduertendum quòd pœna furti manifeſti eſt in quadruplum,in quo non continetur rei perſecutio, cum abſque quadruplo ad rem ipſam poſsit agi conditione furtiua,vel rei vendi.Conditione furtiua aduerſus furem vel eius hæredem rei vendic. aduerſus quemcunque poſſeſſorem,vt habetur.in §. fi.inſtitut.de obli.quæ ex deli.naſ.Et quòd in quadruplo nõ inſit rei perſecutio, probatur in dict. §. final. dum dicit ad pœnæ tantùm perſecutionem.& probatur in §.ſic itaque ibi. ait extra pœnam &c.inſtitu. de actio. Et quòd agatur ad quadruplum,intelligitur intra annum, poſt annum verò datur in ſimplum. In eo autem quod dixi quòd poteſt dari conditio furtiua, & rei vendic. eſt intelligendum ſi quis ſit dominus. Si autem non ſit dominus quòd remedium habeat. vide Bar.in l.manifeſtiſſimi.C.de furt. per Ang. Aret. in d.§.fi.inſti.de obl. quæ ex delict. naſcun. Item eſt vlterius ſciendum quòd iſta actio quæ datur ad quadruplum & aliæ, vt ſuprà cùm ſint ciuiles per d.§.fi.d.cauſa eſſet agitanda coram iudice cauſarum ciuilium ſicut aliàs cauſæ criminales non agitantur coram iudice ciuilium, vt habetur in l. ſolemus.§.latrunculator.ff.de iudi.cùm ſim. licèt in contrarium videatur tex.in l.ex eo. C.de agen. in re. lib. xij. item etiam poſsit agi criminaliter, vt habetur in l.fi. ff. de fur. ſed in hoc eſt etiã pro iuuenibus aduertendum an.ſ.pro fur.quis de iure poſsit ſuſpendi, & in hoc non reperies multa iura.De iure digeſtorũ reperitur tex. qui facit mentionem de pœna furcarum in l.cap.§.famoſos.ff. de pœn. qui tamen duobus modis intelligitur,vt infrà dicam.De iure nouo eſt tex.in auth. ſed nouo iure.& in corpore vnde ſumitur.de ſer. fu. qui dicit quòd pro fur.quis non moritur. Eſt & alius text.magis nouus in §. ſi quis quinque ſolidos. in authen. de pact. tenen. in x. column. Sed ſecundùm Barto.in d.§.famoſos.ſecundum vnam lect. quando fur famoſus de iure digeſtorum poteſt ſuſpendi per illum textum ſecus quando non eſt famoſus. & ita loquitur text. in d. auth. ſed nouo iure,& tex.in l.fi.ff.de fur. Sed de iure nouiſsi-

mo vltra quinque ducatos quis poteſt ſuſpendi. aliàs fuſtigabitur, ita loquitur text.in.d.§.ſi quis quinque. Et ita etiam firmat gl.in §.iniuria.auth. de pa.iur.fir.licèt quidam per illum tex.velint in hoc eſſe reuerſum ad leges antiquas, prout refert Bar.in d. §.famoſos qui tandem tenet illam gl.in puncto iuris,licèt per viam ſtatutorum dicat eſſe prouiſum in qualibet ciui. Quis autem dicatur famoſus latro,vide glo.& doc.in d.§.ſed nouo iure.& Bar.in d.§.famoſos.vide in materia maximè Bal.& Sal.in d.auth.ſed nouo iure. Vide etiam in materia vnum mirabile d.Bár.in l. ſi dominium. ff.de fur. ꝗ. ſ. ex mutatione territorii noua naſcitur actio furti ad vindi.pub.& dicũtur furta multiplicari per quod multi ſuſpenduntur. vt refert Ang.Aret.quem vide in §.j.in j.col.inſti. de obli. quæ ex deli. naſcun. Secundò quòd ſit in pęnitoria.eſt tex in §.furti autem.inſti.de perpe.& tempo.act.cum ſi.quòd ſit in perſonam,patet cum veniat ex delicto prout dixi in his quæ veniunt ex contractu per d.§.ſequens.inſtitu.de act. Quartò quòd ſit rei perſecutoria, ſatis patet ex dictis. ſuprà in primo eius termino. Quinto quòd detur in quadruplum.ſuperius dixi & allegaui. Sextò quòd ſtricti iuris,patet in d.§.actionum. Septimò quòd ſit perpetua,vel temporalis,patet ex alleg. in termino ſuprà. Octauò quòd detur hæredibus probatur in §.nõ autem.inſti.de perpe.& temp.ac.& §.pœnales.in hæredes non,niſi de eo quòd ad eos peruenit, per d.in aliis &c. Nonò quòd infamet, probatur in l.furti.ff. de infa.in §.ex quibuſdam. inſt.de pœna teme.liti.cum ſim. Decimò quòd directa patet, quia ex verbis & mente. Vndecimò quòd non contraria,clarum eſt:item quòd ſingularis,& ſimplex,planè intelligas &c.

FVRTI ADVERSVS NAVTAS CAVPONES STABVLARIOS.

35 ANtequam vadam vlterius,primò eſt aduertendum quòd Io.in arbore ſua poſuit iſtam actionẽ furti aduerſus nautas &c. Deinde in duobus aliis circulis poſuit duas actiones in factum. Vna eſt in ſimplum aduerſus caupones &c. Alia in duplum, & ambæ dicuntur in factum. Et licet ſan.Blaſ.ſtatim prius illam furti ſubdat illas duas, tamen nos ſequemur ordinem arboris. Io. & de illis ſuis locis dicemus. Ad hanc dicas quòd competit illi, cui eſt factum furtum in caupona naui, vel ſtabulo alterius per ſuos famulos,quorum opera dicti nautę, ſcilicet caupones vel ſtabularij vtuntur, vel etiam quòd conſil.caupon.nau. & ſtabul. furt. factum. Et hæc actio datur in duplum.& de his eſt text.in l.prima, in princi.& §.nauigandi.ff.fur.ſit aduer. nau.cau. ſta. Et eſt in electione ipſius qui rem admiſit, an velit agere hac actione prætoria contra exercitorem nauis,an non cõtra furem act. fur. & ſic act, ciuil.d.§.nauigandi in flum.& ſecundùm Bartol. in rubr.ff.eod.titul.referendo. Dy. & Roffr.in libellis ſuis, iſta actio appellatur in fact. aduerſ. naut.caupon.&c nec eſt actio furt. manifeſti vel non, prout quidam dicunt. Et vltra Bartol.hoc probatur in d. §. nauigandi. in fi. iuncta gloſſ.in ver.experiri. Quæ autem ſit differentia inter hãc act.& illã.de qua in ti.nau.caup.ſtab.gl.in rub.ff. eo.ti.& in rub.fur.aduer.nau.& etiam colligitur ex glo.in lege licèt.§.in factum.ff.nau.cau. ponit plures differentias,quæ autẽ ſint bone, & quæ nõ vide Barto.in d.rub.ff.fur.aduer.nau. Ad illud autẽ quòd hæc actio datur in duplum eſt aduertendum quia licet gloſſ. in d.rubr.ff nau. caup. dicat quòd in hoc duplo ineſt rei perſecutio,tamen ſecundùm Barto.in d.rubri.vult dicere contrariũ, vt ſ.in hoc duplo non inſit rei perſecutio, ſed totum ſit pœna. Et quòd ſit actio in factum,probat tex.opt.in materia iſta in §.itẽ exercitor. inſti.de ob.quæ ex quaſi delic. naſcun. in l.fina.§.hæc actio.ff.nau.cau. ſtab. reliqua pro teris vide in locis prealle. & dicetur cũ erimus circa illas duas actiones in factum.de quibus. ſuprà mentionem habui. Secũdò quòd ſit prætoria, eſt text.in d.l.j. §.nauigandi.in duobus locis ibi,ex edicto prætoris.& ibi, iure honorario. & l.fina.§.hæc iudicia ff.nau.caup. Tertiò quòd ſit in perſonam, probatur cum veniat ex quaſi delicto.dicto.§.fin. inſti. de obli.quæ ex quaſi deli. Quartò quòd ſit rei perſecutoria.probatur in d.l.j. & eſt etiam pœnæ perſecutoria. vt ibidem. Quintò quòd ſit duplum, probaui ſuprà in primo termino. Sextò quòd ſit ſtricti iuris, patet in d.§.actionum. Septimò põt dici quòd ſit perpetua quantum ad rei perſecutionem,annalis ſit quantam ad pœnam, per ea quæ habentur in lege in honorariis. de actio. & obli. Et ſatis patet ex his quæ dixi in proxima præcedenti. vide text. in dicta lege fina.§.hæc iudicia. Octauò quòd detur hæredibus eſt tex.in d.§.fina. inſti.de obli.quæ ex deli.naſcun. ſed contra hæredes non datur.d.l.fi.§.hæc iudicis.ver.in hæredẽ. Niſi dicamus quòd teneãtur lo.eo, quòd ad eos peruenit prout dicitur multis in pœnalibus,vt in §.pe.inſti.de & perpe.tẽpo.ac. Nonò non infamat per d.in pub. Itẽ eſt dicta per dicam in pręcedenti. Itẽ non eſt contraria eo.modo. Item ſimplex & ſingularis,vt in præcedenti &c.

SERVI CORRVPTI.

36 HÆc competit domino ſerui aduerſus illum qui ſuo conſil.& perſuaſionibus ſeruum talem corrupit, vel quòd hortatus ſit eum ad furtum faciendum, vel quòd ſimile delictum, vel cum deteriorem fecerit animo & moribus puta contumacem domino luxurioſum,& ſic de ſimilibus, prout hęc omnia probatur in l.j.& ſeq.ff. de ſer.corru. in l.ſi quis perſuauerit.C.e.§.vnde,inſti.de act.& ob.quæ ex delic.naſcũ.& §.in duplũ.in ver.itẽ ſeru.inſti.de ac. Et datur in duplũ,vt dictis iuribus, bene verũ eſt in duplo ineſt ſimplũ,cũ nõ ſit totũ pœna.tex.eſt in l.vt tantũ.§.in hac.ff.de ſer.corru.gl.in l.i prin. ver.i duplũ.e.ti. Et eſt aduertẽdũ ꝙ habet locũ in ſer.ſolũ,quia ſi corrũperetur filiusfa.tũc nõ habet locũ hæc act.ſed ſuccedit vtilis actio, & reſpectu intereſſe poteſt deferri iuramẽtũ in litẽ reſeruata taxatione iudicis,vt eſt tex.& ibi bona gl.& doc. in d.l.vt tantũ.§.j.ff.eo. Secũdò quòd ſit ſimplex. item quòd ſingularis. Item quòd non contraria ſunt termini manifeſti per ſæpe dicta in præcedentibus. Quintò quòd ſit pretoria,eſt text.in l.j. in princip. ff. de ſer. corru. cum ſimilib. Sextò quòd ſit in perſonã,probatur cũ ſit ex delicto, vt dixi in pluribus aliis.& quod ſit ex delict.eſt tex. in l.i hoc iud.ff.de ſer. cor. Septimò ꝙ ſit rei perſecutoria

ſecutoria quantùm ad ré, patet ex infrà deductis. Octauò datur in duplum, vt l.doli. §.hæc actio.j. & l.ſi quis §.fin.& l.vt tantùm.§.in hac ff.de ſeru. cor.d.ver.item ſerui.inſti. de act. intelligendo ſanè,quòd inſit rei perſecutio, vt dixi in j.termino. Et ex hoc arguitur quòd ſit etiam perſecutoria. Nonò eſt ſtricti iuris.d.§.actionum.Item eſt perpetua & non temporalis,vt eſt tex.in l.hæc actio. ff.de ſer.cor.intellige ſanè quantùm ad rem perſequendã,aliàs eſt annalis, per reg. l. bonorarius.de ac.& obl.cog.Xj.datur hæredibus,vt d.§.hæc act. in hæredes non datur ex eo quod pœnalis per illum tex. niſi ſaltem de eo quod ad eos peruenit, vt in præced.dixi.item non infamet per.d.in pub. Vltimò eſt directa cùm veniat ex verbis,& mente prætoris, vt latè dixi in Publi. licet reperiatur quãdoque vtilis vt in vſufru. cui datur vtilis ſi ſit corruptus ſeruus in quo vſumfructũ habet. l. ſi quis ſeruum. §.ſi in ſeruo.ff.de ſeru.corrupt.

VI BONORVM RAPTORVM.

37 HÆc actio competit illi, cuius bona per vim ablatiuam rapta & ablata ſunt, dũmodo ſint mobilia, quæ aſportari poſſunt habetur in toto ti.ff.vi.bo.rapt. & inſti.eod. per gl.in l.j. C.de his quæ vi metúſuè cau.Et intra annum datur in quadruplũ, in quo ineſt rei perſecutio,prius annum in ſimplum, inſtitut.eod.ti. in prin.& in l.ij.in princip §.in hac actio. ff.eod. titul.quot ante ſint genera violentiarum.vide gl. in d.l.j.C.quòd me.cau.& gloſſ.in l.extat.ff.eo.ti. Et dato caſu quòd aliquis ex loco vbi nullus erat rem abſtuliſſet,an teneatur furti vel vi.bono.rap. vide quæ habentur in l.ſi quis ex domo. ff.de fur. per Bartol.in l.j.ff.vi bono.rapt. vide etiam ſanc. Blaſ.hîc qui refert & ſequitur. Secundò quòd ſit prætoria,etiam text.in dict.l.ij.in prin. ff.vi bon. rap.inſtitut.eod.in princi. Tertiò quòd in perſonam,patet cum veniat ex maleficio, vt in pluribus aliis dixi. Quartò quòd ſit rei perſecutoria quantùm ad rem, patet cum prius annum detur in ſimplum, vt iuribus allegat.in primo termino licet intra annum ſit pœnæ perſecutoria. Item quòd datur in ſimplum & in quadruplum, ſecundùm varios terminos iam eſt declaratum. Item quòd ſit ſtricti iuris, patet in dicto §.actionum. item quòd ſit perpetua quantùm ad ipſam rem,patet vt ſuprà licet quantùm ad pœnã annalis. Octauò datur hæredibus. text. eſt in l. ij. §.ſi.qui inci.hæc act.ff.vi bo. rap. contra hæredes non datur,vt ibi habetur, ſed an detur pro eo ſaltẽ in quo eſſent facti locupletiores,in text.in ver. an tamen vide cum gl.& doc.&c. Nonò eſt infamatoria.l.j.ff.de infa.§.ex quibuſdam inſt.de pœ. teme.li.Decimò eſt directa,quia ex verbis & mẽte.vt ſuprà dixi in aliis.Sed aduerte quia glo. inſt. vi bon.rapt.in princ.in ver. vtilis videtur tenere quòd ita demum hæc actio ſit directa,ſi plures res raptæ ſunt. Sed ſi vna tantùm ſit vtilis. ita videtur tranſire gloſſ.in ij.oppo.iuxta theoricam traditam ad l.qui filium.§.ſabini.poſt gloſſ.ibi. ff.ad Trebellianum. Angel. Aret. in §. reſponſa prudentum. inſtitut. de iu. na. gen. & ciuil. Sed ille text.inſtitut. vi bon. rapt. in princip. dum dicit quòd actio vtilis eſt etiam, ſi quis vnam rem minimã rapuerit,innuit contrarium,imò ſi hoc eſſet verũ,ſequeretur ꝙ ſemper hęc actio eſſet vtilis per dictionem,etiam,ibi poſitam,quæ implicat. quaſi dicat non ſolùm ſi plures raptæ ſunt, eſt vtilis actio vi bo.rapt.ſed etiam quando vna ſolùm. vnde melior videtur prima opi.gl.ibi dicentis,vtilis eſt, id eſt efficax. vel poteſt dici vtilis eſt, id eſt prodeſt, quaſi poſſit intentari hæc actio,non ſolùm pluribus rebus raptis ſed etiam vna.Vndecimò non eſt contraria per dicta in aliis. Item eſt ſingularis.Vltimò ẽ ſimplex per dicta in pub.&c.

INIVRIARVM QVÆ NON DESCENDIT EX LEGE CORNELIA.

66 HOc interdic. competit ei, qui moleſtatur ab alio in poſſeſsione rei immobilis, quia dicat ſe eſſe dominum, vel poſſeſſorem &c. quia per hoc interdi. ille qui poſſidet, nec habet poſſeſsionem ab alio vi, vel clam. vel præca. poteſt ſe tueri, & prohibetur ille moleſtator ipſum turbare &c. De quo interdicto iuxta verba prætoris habetur in lege prima. in principio. & per totum. ff. vti poſſ. & C. eodem titulo. & per cano. in capit. licet cauſam. de proba. & non ſolum habet locum in poſſeſsione ædium, ſed etiam aliarum rerum immobilium prout eſt text. ſecundum intellectum communem in dicta lege prima. in princ. vti poſ. & pro hoc facit text. aperte in dicta l. prima. §. hoc interdi. e l. ij. & ſeq. Item eſt prohibitorium retinẽde poſſeſsionis, per quod quia prohibetur inferre vim poſsidenti. Sed interdict. de vi & vi ar. vt dixi eſt reſtitutorium & recuperandæ poſſeſsionis. text. eſt in lege prima. §. eſt igitur &. §. illud. n. ff. vti poſſ. & de forma libelli in interdicto de vi & vi ar. vide Bartolum. in. l interdictum. ff. de vi & vi ar. Et de forma libelli in hoc interdicto. vide eundem Bart. in lege prima §. interdict. ff. vti poſſ. Et debes ſcire alium terminũ, quòd ille qui vult agere tali interdicto, eſt opus, quòd non poſſideat ab aduerſario vi clam vel præca. eſt text. in lege prima. §. perpetuo. & fin. ff. vti poſſ. & Bart. in dicto §. fina. ponit exempla ad hoc tertio requiſita. Item ſcias quod hoc interdict. non datur niſi poſſidenti. vel ciuiliter, vel naturaliter. Niſi quis eſſet in poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ, cum non poſsideat, non habere interdictum. text. eſt in l. ſi duo. §. creditores, ff. vti poſ. cum ſi. Secundò quod ſit prætorium eſt text. in dicta lege prima. in princip. ff. vti poſ. Tertiò quòd ſit perſonale, vt patet. Quartò eſt rei perſecutorium, cum detur ad retinendam poſſeſsionem vt dicta l. j. §. hoc interdictum. Quintò eſt in ſimplum. vt patet & l. pen. §. fi. eod. titu. Sextò eſt ſtricti iuris, vt etiam patet. Septimò non eſt perpetuum, ſed annale. d. l. j. §. j. ff. vti poſ ergo poteſt dici, ꝙ detur hæredibus, iuxta §. nõ oẽs. inſti. de ppe. & tẽp. ac. cũ ſi. In hæredes poſſumus dicere ꝙ nõ detur, cũ ſit annale, iuxta. l. in honorariis. de

act. & obl

actio. & obli. Nonò quòd infamet. Decimò eſt ſingulare. Vndecimo directum. Duodecimò duplex, quia non cognoſcitur actor à reo, iuxta ea quæ ſuper hoc termino dixi ſuprà in publiciana actione, & probatur ad literam in lege ſi duo. §. hoc interdictum. ff. eo. ti. Vltimò non contrariũ.

IN FACTVM VTROBI.

67 PRimù hoc interdictum competit ad ſimilitudinem ſuperioris, quando quis turbatur in poſeſſione, ſed differunt, quia illud datur pro poſ. rei immobilis illud vero pro poſ. rei mobilis, vt habetur in lege vnica. ff. vtrobi. & prout in ſuperiori, vt quis poſſit intentare, requiritur quòd ab aduerſario non poſſederit vi vel clam vel præcario. Eo modo in hoc, vt habetur in dicta lege vnica. de qua etiam habetur inſti. de interdi. §. ſed hodie. licèt Cano. in dicto cap. licèt cauſam. de proba. non videantur facere differentiam inter hoc interdictum & ſuperius, vt etiam refert. ſan. Blaſi. hic &c. Et quia hoc interdictum eſt hodie exequutum cum ſuperiori, vt hebetur in d. l. vnica. Ideò in reliquis fundamentis dicas. vt in ſuperiori dictum &c.

IN FACTVM DE SVPERFICIEBVS.

68 HOc interdictum competit ei qui turbatur in poſ ſuperficiei quæ habetur in ſolo alieno. Nam poteſt ſe in poſ. tueri hoc interdicto, ne moleſtetur &c. dato. ſ. quòd turbetur ab alio quam domino ſoli, quia tunc dantur ſibi actiones ciuiles, de hac habetur in l. j. in princip. & §. qui ſuperficien. cum ſi. ff. de ſuperfi. & ibi vide. Et quòd ſit prætorium, patet in dicta lege prima & dixi in ſuperioribus, vt quis obtineat requiritur quòd ſuperficiem non poſſideat ab alio, vi, clam, vel præcario, vt dicta lege prima in princi. ff. de ſuperficie. In reliquis dic, vt eſt dictum in interdicto vti poſſideris, quia eadem in iſtis ſeruantur, vn habetur in d. l. j. §. præponitur. verſic. omnia. ff. de ſuperfi. &c.

IN FACTVM DE INTINERE ACTVQVE PRIVATO.

69 PRimò hoc interdictum cõpetit ei qui per fundum alterius ad fundum ſuum habet iter vel actum, cum iuerit ſaltem per xxx. dies per illud iter etiam diſcontinuos in anno proximè retro, quia ſi vicinus ipſum prohiberet ire, per hoc interdictum poteſt prohibere vt à prohibitione deſiſtat, de hoc habetur in lege prima in princip. ff. de iti. actuque priua. Et in hoc interdicto, vt dicit hic etiam ſan. Blaſi. & bene, non agitur de iure ſeruitutis, quòd expeditur per actionem confeſſoriam & negatoriam. iuxta legẽ ſecunda. ff. ſi ſer. vend. ſed agitur in poſeſſione qua fuerit vſus ille, qui prohibetur per dictos xxx. dies. & in hoc vt infrà dicam, venit intereſſe. ſ. quanti interfuit eum non fuiſſe prohibitum &c. vt habetur in l. ij. §. in hoc interdicto. ff. de iti. actuque priua. Et requiritur quòd ille qui prohibetur ab aduerſario non fuerit vſus itinere vi, clam vel præcario, vt dicta l. j. in princip. & §. hoc interdict. eod. titul. & eſt prohibitorium ad iuuendas ruſticas ſeruitutes, dicta lege prima. §. primo. Et quia tex. eſt no. in d. l. j. §. ſi quis propter ff. de iti. actuque priua. quòd propter innundationem, vſus viæ, & itineris perditur &c. ſicut aliàs per inundationem perditur poſeſſio, vt habetur in l. iij. §. labeo. ff. de acqui. poſ. & ſic ſi aliquis præſcriberet per ioundationem, interrumperetur præſcriptio cum perdatur poſeſſio, vt habetur latè. in dicto. §. labeo. text. in dicto. §. ſi quis propter dicit quòd quis reſtituitur ad hoc interdictum per in integrum reſti. Ego volo tibi relinquere in propoſito dubitationem. ſ. an interrupta præſcriptione detur reſti. in inte. & licèt communis opi. quòd non. vt habetur in dicto. §. labeo. tamen in diſputando poſſit teneri contrarium, pro nunc vide in dicto. §. labeo. & in dicto. §. ſi quis propter. & vide in lege qui fundum. §. qui bona. ff. pro emp. &c. Secundò quòd ſit prætorium, eſt textus. in dicta lege prima in princ. Tertiò quòd in perſona patet. Quartò quòd ſit rei perſecutoriũ, probatur in lege vnde etiam. §. in hoc interdicto ff. eo. Quintò quòd in ſimplum, probatur in eo. §. Sextò quòd ſtricti iur. patet. Septimò eſt annale, vt. l. j. in prin. & d. l. vnde etiam. in prin. eod. titul. Octauò datur hæredibus. d. l. vnde etiam. §. ſi quis actore. ſi actor poſſeſſionem ſit adeptus. In hæredem non videtur dari cum ſit annuale, iuxta. l. in honorarijs. de actio. & obli. niſi dicamus quod detur vt in quemlibet prohibentem &c. Nonò quia non infamet. Decimò directum, quia ex verbis & mente, licet aliquando reperiatur vtile, vt d. l. vnde etiam. §. idem iulianus. eod tit. Vndecimò ſingulare. Duodecimò. ſimplex. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE ITINERE ACTVQVE PRIVATO REFICIENDO.

70 PRimò hoc interdictum competit ei qui habet iter & actum per fundum vicini ad fundum ſuum, vt ſuprà dixi in proxi. precedenti. & dato quod vellet reficere iter & vicinus prohiberet vel alius, per hoc interdictũ poteſt ſe tueri, vt cogat illos deſiſtere à tali prohibitione. Et de hoc interdicto eſt tex. in l. iij. §. ait pretor. ff. de iti. actuque priua. Et requiritur etiam in hoc quod non fuerit vſus itinere vi, clam vel precario. dict. §. ait pretor. Sed differt à ſuperiori, quia in hoc requiritur quod in anno vſus fuerit itinere. Item quod probet ſibi competere ius ſeruitutis, vt eſt tex. in d. l. iij. §. hoc autem ſuperiori. & §. ſeq. e. ti. vt ſi alterã deficiat, deficit interdictũ vt in. §. ſeq. & volẽs reficere tenetur vicino cauere de damno infect. vt dicta l. iij. §. qui hoc interdicto. Et ex hoc infertur quod refectio viæ non incumbit debenti ſeruitutem, ſed ei cui ſeruitus competit prout habetur etiam in l. quoties. § fin. ff. de ſerui. tit. generali. ſed ſecus ſit in ſeruitute oneris ferendi, vt habetur in l. cum deberet columnam. de ſer. vrb. predio. quod tene menti &c. Secundò quòd ſit pretorium, eſt text. in dict. §. ait pretor. Tertiò quòd in perſonam, patet. Quartò quòd rei perſecutorium. Et quintò quòd ſimplum probatur in dicta l. iij. §. vtilitas. eodem titulo. Sextò quòd ſtricti iur. Septimò eſt annale, vt ſuperius. dicto §. ait pretor & l. j. §. ſæpe. ff. de in-

terdict. Octauò datur hæredibus, vt apparet. §. j. ff eodem titulo. In hæredem non datur, niſi dicamus quòd detur in quemlibet prohibentem. Nonò nõ infamat. Decimò directum. Vndecimò ſingulare. Duodecimò ſimplex. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE AQVA QVOTIDIANA.

71 PRimò hoc interdi. cõpetit illi, qui per fundum alterius ſaltem vno die vel nocte in anno retroduxit aquã ad fundũ ſuũ, quiaſi ille dominus fũdi per quẽ aquam duxit ipſum prohibet; vel impedit, agitur contra ipſum hoc interdicto, vt à prohibitione deſiſtat, de hoc habetur in l. prima. in princi. & §. primo. & §. quod autem. ff. de aqua quoti. & æſti. nec debet duxiſſe aquam vi, clam, vel præca. vt dicta l. prima. in princi. Et eſt interdi. non ſolum prohibitorium, ſed eſt reſtitutorium, vt quis tollat, ſi quid fecit ad impediendum ducere aquam &c. vt eſt text. cum gloſ. in dicta l. prima. §. primo & §. labeo eodem titulo. Secundò eſt prætorium. dict. l. prima. in principio. Tertiò in perſonam. Quartò rei perſecutorium, cum proſequitur ius ſeruitutis, & illud quod quis amittit, requiritur per hoc interdi. dicta l. prima. §. præterea. Quintò quòd in ſimplum, probatur in præal. Sextò quòd ſtricti iuris, patet. Septimò eſt annale, non perpetuum, vt in ſuperiori fuit dictum, & probatur in dicta l. prima. in principio. Octauò datur hæredibus. dicta l. prima. §. ait prætor. In hæredes poteſt dici quòd nõ, cum ſit annale, per dictam l. in honorarijs, niſi detur, vt in quemlibet prohibentem, vt in ſuperiori dixi. Nonò non infamat. X. eſt directum &c. licet vtile quandoque ſit, vt dicta l. prima. §. ſi fundum. Vndecimò ſingulare. Duodecimò ſimplex. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE AQVA AESTIVA.

72 PRimò hoc interdictum pertinet ad eum qui per fundum alterius vno die, vel nocte in æſtate retroduxit aquam in fundum ſuum, vt non poſſit prohiberi &c. vt in ſuperiori dici. Et differunt, quia qui interdicit de aqua quotidiana, interdicit, vt hoc anno duxit, ſed in aqua æſtiua vti hoc æſtate, vide etiam de hoc in dicta l. prima. prin. & vide in. §. ante diximus. & quando incidit æſtas. vide in dicta lege prima. §. æſtatem, & ibi gloſſ. not. in quot partes diuidatur annus. & in hoc requiritur illa clauſula quòd non duxerit aquam, vi, clam, vel præca. vt ſuperiori. dicta lege prima. §. deinde ait. & in principio. l. & eſt etiam reſtitutorium. dicto §. primo. &c. Secundò quòd ſit præto. patet in dicta lege prima in principio. in perſonam &c. In alijs fundamentis dicas vt in ſuperiori, cum ſint ſimilia, vt dicta lege prima. §. labeo. Sed in hoc diſcordant, quia licet ſuperius ſit annale, tamen hoc durat per annum & ſex menſes. Item poteſt durare per biennium ſecundùm variam computationem temporis, vt habetur in dicta lege prima. §. deinde. & §. æſtatem. & ſequenti eodem titulo &c.

IN FACTVM DE AQVA EX CASTELLO DVCENDA.

73 PRimò competit ei, qui habet ius ducendi aquam ex caſtel. id eſt loco vbi publico aqua recipitur, vel riuo, vel alio loco publico ad fundum, vel domum, eo quia habuit conceſſionem. à principe vel communitate, ſi aliquis ipſum prohibeat. habet hoc interdic. de quo loquitur tex. in lege prima. § ait prætor, quę ex caſtel. cum duobus ſequen. ff. de aqua quotidiana, & æſti. & hoc eſt quoti. in ciuitatibus in quibus in ſtratis eſt caſtellum, vt eſt in ciuitate Aquileæ, & Viterbij, quia ſi habent conceſſionem, quòd ex caſtel. ducunt aquam in domum vel hortos, non poſſunt prohiberi. Et aduertendum, quod hoc interdi. non continet ſolum poſſeſſionis cauſam, & ſic præparatorium vt ſuperiora proximè. Sed cõtinet cauſam proprietatis, quia hoc non probatur an quis duxerit &c. Sed an habeat ius ſeruitutis aſſignatum vel non, vt eſt text. no. in. dicta l. prima. §. fina. ff. eo. & ea hora qua quis habet ius ducendi, eam debet ducere, & non alia, vt habetur in lege penultima. eodem titulo. In alijs fundamentis dic, vt in duobus proximis.

IN FACTVM DE RIVIS PVRGANDIS.

74 PRimò quòd interdictum competit ei, qui habet ius aquę ducendæ, vt dixi in ſuperioribus interdictis per riuum, quem volens purgare & reficere prohibetur ab alio quia tuetur ſe per hoc interdictum, & non habet probare an iure aquam ducat, de quo vide in l. prima de riuis. & in l. fin. eodem titulo. Et eſt prohibitorium, vt dicta lege prima. in fi. prin. & poteſt etiam eſſe reſtitutorium, vt in proximis dixi. bene verum eſt, quòd tenetur cauere de damno infecto iſte volens purgare. dict. l. prima. in prin. Secundò quòd prætorium. patet in dicta l. prima. in prin. Tertiò quòd in perſonam. In alijs dic vt in ſuperioribus, bene verum eſt, quòd eſt annale. dicta l. j. §. hoc interdictum. et l. ij. datur iſdem perſonis, & in eaſdem prout ſuperiora, vt l. iij. §. iiſdem. eodem titulo. & datur non ſolum ad riuos ſed etiam ad ſpecus & ſepta, vt dicta l. j in princi. Quæ quid differant, & importent. vide in dicta l. prima. §. ait ergo. cum ſi. &c. Et ſub verbo reficiendi, quid contineatur, vide in dicta l. prima. §. reficiendi &c.

IN FACTVM DE FONTE VT LICEAT EO VTI.

75 PRimò hoc interdictum cõpetit illi qui prohibetur haurire aquã ex fonte, cùm per annũ habuiſſet. vel appellere pecudes, vel inde aquã ducere, vt ille ſ prohibens deſiſtat à prohibitiõe, de quo habetur in l. vnica. in prin. ff de fõte. & differt à ſuperiori. ſ. de aqua ex caſ. diui. & aqua æſti. & quoti. quia illa loquũtur de aqua deducẽda. iſtud verò de aqua hauriẽda. prout etiã dicit gl. in rub. de fõte. Nec habet locũ pro aqua mortua, vt in ciſterna, ſed ſolũ de aqua viua d. l. j. §. hoc interdi. et l. iij. e. ti, & pcedit nõ ſolũ in fõte, ſed in piſcina, puteo, & lacu, dũmodo aquã viuã habeât, vt d. l. j. in fi. prin. & §. denique, & requi

& requiritur quòd quis non fuerit vſus hauſtu vi, aut clam, vel præca. d. l. j. in prin. ſed ſecundùm Barto. in d l. j. §. hoc interdi. el iij. licèt in ciſterna non habeat locum direc. tamen habet locum vtile. Hîc ſumpta occa. pone quòd ſtat ſtatutum in ciuitate quòd mulieres portantes perlas vel margaritas puniuntur tanta pœna. & eſt aliqua mulier quæ portat perlas fictas ſeu cõtrafictas nõ veras & viuas, certè nõ incidet in ſtatutũ. ita decidit Bartol. in l. j. §. hoc interdictum. Et tene menti, quia in multis ciuitatibus extant huiuſmodi ſtatuta &c. Secundò eſt prætorium. l. j. in princip. Tertiò in perſonam, vt alia. Quartò poteſt dici rei perſecutorium, cum quis proſequitur ius aquę hauriendæ. d. l. j. Quintò in ſimplum, vt ibidem patet. Sextò ſtricti iuris. Septimò eſt annale non perpetuum. d. l. j. Octauò hæredibus datur non in hæredes, vt in præcedentibus dixi. ſ. de aqua quot. & æſti. cum procedant à pari quantum ad perſonam, vt d. l. j. §. hoc autem. ff. de fonte. Nonò non infamat. X. eſt directum. Xj. ſingulare. Xij. ſimplex &c. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE FONTE REFICIENDO.

76 PRimò hoc interdictum competit illi, qui habens hauriendi aquam, vt in proxi. dictũ eſt ex fonte vellet reficere fontem, puteum, piſcinam &c. vt ſuprà dixi quæ indigerent refectione ſi prohiberetur, habet hoc interdictum vel à domino fundi, vbi eſt fons. vel ab alio &c. & de hoc interdicto loquitur tex. in l. vnica. §. deinde ait. ff. de fonte. Et fuit introductum ad ſimilitudinem interdicti de riuis reficiendis, quia nullus eſſet vſus &c. vt dicit text. in d. l. j. §. hoc interdictum. Secũdò quòd ſit prætorium eſt text. in d. §. deinde Tertiò quòd in perſonam, vt patet. Quartò quòd rei perſecutorium dic, vt in proximo. Quintò quòd in ſimplum, eod. modo. Sextò ſtricti iuris Septimò eſt annale. d. §. deinde. Octauò datur hæredibus & in hæredes, vt in illo de aqua æſti. vt proximè dixi. & approbat text. in d. l. j. §. fin. ff. de fon. Nonò quòd infamet. Decimò, quòd directum. Vndecimò quòd ſingulare. Duodecimò quòd ſimplex &c. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE CLOACIS PVRGANDIS.

77 PRimò pertinet illi, qui haberent cloacam iuxta fundum alterius, vel alium locum, per quàm immundicia colluuies demittebantur, dato caſu quòd vellet ea purgare vel reficere, puta quia curſus impediebatur, dominus fundi vel alius eum prohibet, habet hoc interdictum prohibitorium &c. de quo loquitur totus tit. ff de cloa. &c. Et eſt aduertendũ, quia fauore publicæ vtilitatis, vt quis poſſit purgare vel reficere cloacam, non quærimus an clam vi vel præcario ſit vſus cloaca, vt dicta lege prima. §. quia ante de cloaca. Item pertinet ad priuatas cloacas. dicta lege prima. §. hic autem. Secundò quòd prætorium. dicta lege prima in princip. Tertiò quòd in perſonam. patet. Quartò quòd rei perſecutorium, patet per media quæ dixi in duobus proximis. Quintò quòd in ſimplum eodem modo. Et etiam ex eo quod pertinet ad priuatas cloacas, vt dixi. Sextò quòd ſtricti iuris. Septimò quòd ſit perpetuum poteſt dici, cum ſit rei perſecutorium per dictam legem in honorariis. nec reperiatur, annale, per quod reſponde, ſi obiicitur quòd ſuperiora plura ſunt rei perſecutoria tamen ſunt annalia &c. Octauò datur hæredibus per regu. §. non omnes. de perpe. & tempo. act. ix. quòd non infamet. x. quòd directum. Vndecimò quod ſingulare. xij. quia ſimplex &c. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM NE QVID IN CLOACA FIAT IMMITTATVRVE.

78 HOc interdi. competit illi qui habens vſum cloacæ vnde aqua fluat, vel colluuies, aliquis vult aliquid facere vel immittere in cloacam propter quod vſus eius impediatur, quia contra illum eſt præditum hoc interdictum prohibitorium &c. de quo eſt text. in lege prima. §. pe. & fin. ff. de cluaca. Item pertinet ad cloacas publicas. dicto. §. pen. Secundo prætoriũ. dicto. §. deinde. Tertiò quod in perſonam. Quartò rei perſecutorium. Quintò in ſimplum. Sextò ſtricti iuris. Septimò eſt annale ex eo quòd eſt populare, per lege finali ff. de popu. actio. Et quod ſit populare, patet ex eo quod pertinet ad publicas cloacas. vt iam dixi. & in hoc iſtud differt à ſuperiori. Octauò hæredibus non datur, niſi cuilibet de populo. argumen. lege populares. de popul. actio. In hæredes non datur. lege fina. de popu. act. ix. quòd non infamet. Decimò quòd directum. Vndecimò quòd ſingulare. xij. quòd ſimplex Vltimò non contrarium.

IN FACTVM VT QVOD FACTVM IMMISSVMVE EST IN CLOACAM TOLLATVR.

79 HOc compètit, quando quis aliquid habet immiſſum in cloacam vel factum propter quod eſt impeditus vſus &c quia cogitur tollere & in priſtinum redducere, & ſic eſt interdictum hoc caſu reſtitutorium & ſuperiùs prohibitorium quæ ambo ponuntur in text. quẽ. ſuprà alle. in d. lege prima. §. pe. & fi. ff. de cloa. Et inquarum pertinet ad cloacas, dic vt in ſuperiori. ſi ad priuatas cloacas. termini ſui poſſunt aſſimilari illi interdi. de cloacis. put Et eod. modo dicas in ſuprà proxi.

IN FACTVM DE PRECARIO.

80 HOc interdictum competit illi, qui præca. conceſſit aliquam rem alicui vtendam & fruendam qui ſibi nollet rem reſtituere. contra ipſum datur hoc interdictum, vt rem reſtituat &c. de quo habetur in lege ſecunda in principio. ff. de præcar. cum præcario poſſidens videatur nomine concedentis poſſidere. iuxta notar. in lege quòd meo. in principio. & lege interdum. ff. de acquirenda poſſeſſione. Et interdictum reſtitutorium. dicta lege ſecunda in princ. & §. primo. Et in hoc ſit condemnatio ſecundùm

intereſſe actoris. vt habetur in l.quæſitum. §. ex hoc interdicto.ff.de præca.& in quo differat præcarium à cõmodato,vide gl.no.in l.j.ff.de præca. & poteſt conſtitui præcarium in rebus mobilibus & immobilibus. vt l.in rebus. ff.eo. & poteſt conſtitui,quòd transferatur poſſeſsio, & quòd nõ l.ij.§.fin.& l.in rebus.& l.certæ.§.is qui.ff.de præca.Et ſciris quòd quotidiè in inſtrumentis ponitur illa clauſula,& ex nunc conſtituit ſe pręcario nomine emptoris poſsidere, &c. quid importet. dicas quod importat, quia primo intelligitur tranſlata omnis poſſeſsio in emptore ciuilis & naturalis. deinde intelligitur tranſlata naturalis in præcario poſsidente, vt habetur in dicta l.interdictum de acqui.poſ.Sed diceretur ſimpliciter,& ex nunc conſtituo nomine emptoris poſsidere. tunc omnis poſſeſsio remanet pœnes emptorem. & ſic plus operatur conſtitutum,& quàm præcarij rogatio in fauorem emptoris, vt habetur in l. qui bona.in principio.ff.de acquirenda poſſeſsione per Bart. & omnes in dicta l. interdum. Et tu canoniſta habes titu.de præcariis. & in capitulo primo, habes de præcario. Quid ſit præcaria, dicas quod eſt conceſsio rei mobilis per annuam penſionem de quinquennio in quinquennium in capitulo primo de præca.& ibi gloſ. & in capitulo præcariæ.vbi gloſ.magiſt. x.quæſt.ij. Bal in capitulo primo. §.tua qui. mo. feu amit.&c.Secundò quod ſit prætorium,eſt tex.in dicta l.ſecunda. Tertiò in perſonam, vt alia. Quartò rei perſecutorium,vt l.quæſitum. §.ex hoc interdicto. ff.eo. Quintò quòd in ſimplum,probatur ibidem. Sextò ſtricti iuris.Septimò perpetuum non eſt annale per tex.qui aſsignat pulchram rationem ab abſurdo.in dicta l.quæſitum.§.penultimo.viij.datur hæredibus & in hæredes dicta l.quæſitum. §.ſi. licèt præcarij rogatio ad hæredes non indiſtinctè tranſeat,de quo vide in l.cum præca.§.ſi.ff.eodem titulo.Nonò nõ infamat. Decimò directum. Vndecimù ſingulare. Duodecimò ſimplex. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE ARBORIBVS CÆDENDIS.

81 PRimò ad hoc interdi. eſt ſciendum quòd habet duo capita alterum in arboribus,quæ ſunt prope prędia vrbana, alterum in arboribus cædentibus in prædiis ruſticis. Primum caput competit illi in cuius ædes rami arboris alterius pendent & nocent ædificio.nam non poteſt monere quod ſuccidat arborem radicitus ſi nollet facere illo cui competit interdi. propria auctoritate poteſt ſuccidere & auferre ligna.l prima, in principio vſque ad §. deinde.ff de arbi.Secũdum caput pertinet illi cuius fundo rami arboris extenduntur, quia poteſt monere facere, quòd rami cædantur, quouſque arbor diſtet per quindecim pedes à terra in altitudinem. iſte eſt textus in primo §. fina. de arbo.cæden.quod tene menti,quia poſſet quotidie contingere maximè in hac ciuitate Paduæ, vbi ſunt nulli horti & arbo. Et pratica eſt ſecundùm Bart. quòd denũcietur domino illius arbo. quòd ipſam ſuccidat, & de hoc fiat inſtrumentũ, &tunc ſi non ſuccidit poteſt denuncians propria autoritate facere inmò poteſt ligna aſportare, tene menti. Et non ſolum procedit in arboribus, ſed etiam in vitibus, cum veniant appellatione arboris.dicta l.prima ver.arboris. Et aduerte dato caſu quòd radices arporis nocerent, tunc datur vtile interdi.de arboribus cædendis,per gloſſam in l. prima C. de interdi.de quo ibi. Secundò quòd prætorium l. prima §. ait prætor & §. deinde.Tertiò quòd in perſonam, vt alia.iiij. videtur rei perſecutorium. Quintò in ſimplum, vt probantur iſti duo termini in dicta lege prima §. nõ ſolum. Sextò ſtricti iuris. Septimò perpetuum ex quo rei perſecutorium,dicta le. in honorariis. Octauò datur hæredibus, vt in §. nõ omnes de pęrpet. & temp.ac. In hæredes dic eodem modo &c. Nonò non infamet. Decimò directu. Vndecimò ſingulare.Duodecimò ſimplex. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE GLANDE LEGENDA.

82 HOc interdictum competit ei qui habet arborem, quæ pendet in fundum vicini vel aream in quam cadunt fructus, quia ſi prohiberetur recolligere dictos fructus habet, dictum interdicti intra dies tres poſtquam fructus ceciderunt & appellatione glandis veniunt omnes fructus, de quibus omnibus habetur in l.vnica.ff.de glan. leg.& in l.qui venenum.§.glandis. ff.de verb. ſig. Secundò quòd ſit prætorium, eſt text.in dicta l. prima.in principio.Tertiò quòd in perſonam, vt reliqua.Quartò quòd rei perſecutorium, probatur in dicta l. prima. in principio. Quintò quòd in ſimplum,ibidem.Sextò quòd ſtricti iuris.Septimò quòd non eſt perpetuum, ſed temporale, vt ſuprà patet.Octauò hæredibus & in hæredes intra illud tempus,quod durat.vt ſupra.Nonò non infamat.Decimò quòd directum.Vndecimò quòd ſingulare.Duodecimò quòd ſimplex &c. Vltimò non contrarium.

IN EACTVM DE MIGRANDO.

83 HOc interdictum competit inquilino, qui ſoluta penſione domino vellet recedere de domo, & aſportare res ſuas, & dominus domus prohiberet,quia poteſt tueri ex hoc interdicto. & de hoc eſt text. in l.prima ff. de migra. Et aduerte, dicitur in dicta l.prima.§.hoc interdictum quod eſt in frequẽs &c. debet intelligi ille text. quòd de raro itur ad illud interdictũ ex eo quia inquilino qui turbaretur competit actio ex conducto & officium iudicis vt l. & ædes.§.inquilinus.ff.loca.& ideò de raro recurritur ad hoc interdictum. Et circa hoc ſcias, quòd penſio domus, niſi aliud ſit dictum, ſoluitur in fine anni. vt l.eden.C.loca.& ita tenet etiam Bart.in d.l.j.§.ſi penſio. ff. de migra. Et habetis etiam illam regulam vulgatam in hac materia, quod res conductoris inuectæ & illatæ intelliguntur obligata ratione pẽſionis,pone quòd vnus conductor locauit quod poteſt facere,iuxta l.nemo rem.C loca.& l. moſchis. §. Æmilius. ff. de iure fiſci.an r's iſtius ſecundi conductoris ſint domino obligatæ,vide caſum ſingularem in l.fin. in l. §. ſi colonus. ff. loca.& quòd ibi doc. quem text.exclamat Poteſt. in ſing. ccclxxxvj. Et competit

petit hoc interdictum ſolùm inquilino, non autem colnno, vt habetur in dicta l. prima. §. hoc interdict. ff. de migra. Et dato quòd baberet habitationem gratuitá datur vtile interdictum, vt eodem §. Et eodem modo daretur vtilis, ſi non eſſent res propriæ inquilini, ſed fortè ſibi commodatæ vel locatæ, vel apud eum depoſitæ. vt habetur in l. fin. eodem titulo &c. Secundò quòd prætorium, eſt text. in dicta l. prima, in princip. Tertiò in perſonam, vt reliqua. Quartò rei perſecutorium. dicta l. in principio. Quintò in ſimplum, vt ibi. Sextò ſtricti iuris. Septimo perpetuum & non temporale, dicta l. prima. §. finali. Octauò datur hæredibus & in hæredes, vt eſt text. in dicta l. prima. §. finali. Nonò non infamat. Decimò eſt directum cùm ex verbis & mente, licèt qoandoque vtilis datur, vt prædixi, & habetur in dicta l. prima. §. interdict. Vndecimò quòd ſingulare. Duodecimo quòd ſimplex &c. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE SALVIANO INTERDICTO.

84 HOc interdict. competit locatori aduerſus conductorem, ad aduocádam poſſeſſionem earum rerum quas aſportauit, quæ erant obligatæ ipſi locatori ratione penſionis. & eodem modo competit creditori aduerſus debitorem pro rebus ſibi iure pignoris obligatis, juxta ea quæ babentur in §. item Seruiana. inſtitu. de act. & iſtis caſibus datur directum. Sed in caſu quòd dictæ res eſſent alienatæ per conductores, vel debitores, tunc competit vtile interdict. Saluianum, de quo habetur in l. prima, in principio. ff. de Saluian. interdict. & in l. prima. C. eod. titul. Et vt dicit etiam S. Blaſ. eſt pinguius remedium huius interdict. quam Seruianæ hypothecariæ, quia ſufficit in ipſo quòd creditor probet illas res fuiſſe poſſeſſas tanquam ſuas per debitorem tempore obligationis contractæ. Sed in hypothecaria oportet creditorèm probare de dominio debitoris, vt habetur in dicta l. prima de Saluian. inter. per omnes in dicto §. item Seruiana. de quo ibi. Et in hoc reus condemnatur ad reſtituendam detentationem vel poſſeſſionem rei obligatæ, vt babetur in l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pignor. &c. Et licèt text. in l. prima. C. de præca. & Saluian. interdict. dicat quòd Saluianum non datur contra tertium poſſeſſorem, debet intelligi de directo, quia vtile poteſt dari, vt dicta l. j. ff. eodem. ſecundùm gl. in dicta l. j. C. eo. Et in hoc differt à Seruiana quæ contra tertios datur. Et in alio etiam, quia Saluianum eſt inter poſſeſſoria, inter petitoria & alia etiam eſt dicta, de qua ſupra dixi. Secundò quòd prætorium, patet ex his quæ habentur in l. fin. C. de condi. inde. Tertiò quòd in perſonam, vt reliqua. Quartò quòd rei perſecutorium probatur in dicta l. prima, in princip. Quintò quòd in ſimplum, ibidé. Sextò quòd ſtricti iur. Septimò perpetuum cum rei perſecutorium. d. l in honorariis. Octauò hæredibus & in hæredes tanquam in extraneos poſſidentes, iuxta. §. non omnes. inſti. de perpe. & tép. actio. & dict. l. j. & infra §. j. & j. reſponſo. Nonò non infamat. Decimò directum. Vndecimò ſingulare. Duodecimò ſimplex. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM DE OPERE DEMOLIENDO QVOD FACTVM EST POST NOVI *ope. nuncia. ante remiſſionem nunciationis.*

85 ANtequam tranſeam ad terminos huius interdicti putaui aliqua præmittenda fore. Primò quia in l. j in princi. ff. de ope. no. nun. dicitur hoc edicto quòd differant interdictum & edictum. de quo poſſes de facili dubitare. vide gloſſ. in loco præallega. in verſic. edicto. & ibi Barto. in prima columna. & Roff. in libellis ſuis, licet variè loquantur, tamen communis concluſio poſt Bartol. ibi eſt quòd edictum differat ab interdicto, vt genus & ſpecies, & edictum ſit nomen generis, vt in §. conſtat. inſtit. de iure natu. ſed interdictum ſit tanquam ſpecies, vt alias dicitur in adoptione. Sed cognoſcitur vnum ab alio, *quia interdictú dicitur quaſi inter duos dictum, nám quandocunque erat queſtio inter duos, prætor aliquid contra ſtatuebat, tunc dicebatur interdictum, iuxta. §. ſunt tamen. inſti. de interdict. & hoc quando ſumus in lib. de interdict. ſed quando ſumus extra librum de interdi. id eſt extra quintum librum in. ff. nouo, tunc poſt Roff dicit ibi Bartol. quòd quando loquitur præciſe præceptiuè eſt interdictum, quia ex verbis apparet inter duos redditum vbi vero nõ eſſet contra duos redditum, ſed prætor ex officio facit, tunc dicitur edictum. & per hoc ſequitur quod titulo de opere no. nun. tractet de interdicto non de edicto quia inter duos redditur, & licèt text. in principio. titulo dicat hoc edicto, tamen in l. prætor. in prin. & §. j. dicit hoc interdicto, & concordantur quod in vno loco iuriſconſultus vtatur nomine generis, & altero nomine ſpeciei, & per hoc patet hæc actio in factum de opere demo. dicitur procedere ex interdicto, & dicitur in factum iuxta §. fin. inſtit. de interdi. Secundò eſt ſciendum, quòd in hac materia ſunt conſiderandi plures caſus. Primus eſt quod quando quis ędificat in ſolo alieno clam, tunc babet locum interdictum quod vi aut clam, vel etiam vi, & ædificium ſit iam factum. Sed quando habet ædificari tunc babet locum interdictum de ope. no. nun. & ſic datur ad futura opera. & erit ſecundus caſus. De quibus duobus vide text. in dicta l. j. de oper. no. nun. Tertius caſus eſt quando facta nunciatione noui operis, illa nunciatio remittitur, quia tunc renunciatione remiſſa ſi prohibeatur, habet remedium ex titulo de remiſsionibus ille qui vellet ædificare. de quo in tit. de remiſ. & babetur in l. ſi altus. §. ait Iulianus. ff. qood vi, aut clam. à quo remedio dicetur in proximo interdicto. idem eſt præſtita ſatiſda. quòd pro remiſsione habetur. vt dicta l. ſi altus. §. ait Iulianus. & ibi gloſſ. Quartus caſus eſt quando poſt ope. no. nuncia. ſit ędificatum ante remiſſionem nuncia. quia datur hoc interdictum. de opere demoliendo. Vnde verum eſt quòd competit aliud remedium. ſcilicet interdictũ de ope. no. nuncia. Item & interdictũ quòd vi aut clam. vt eſt text. in d. §. ait Iulianus. Et an ſint ſuperflua, vide gloſſ. & doct. in d. l. j. §. j. de opere. no. nun. & quot modis poſſit, agit in iſtis operibus ſecundum varios caſu vide tex. iuncta glo. in ver. interdi. in l. prætor. §. nonnulli. ff. de ope. no. nun.

num.tene menti, quia eſt quotidiana materia.Secundò quòd ſit prætorium ſunt plures text. vt ſuprà alle. Tertiò quòd in perſonam,vt in reliquis. Quartò eſt rei perſecutorium, cùm agitur vt reſtituatur opus quod eſt in iuribus præalle. Quintò in ſimplum, vt ibidem,licèt etiam quo ad quid poſſit dici pœnale, quia ſuis expenſis quis cogitur ædificium tollere,vt d.l.pe. §.fi.& ibi gl. & doct. ff.de ope.no.nun. Sextò ſtricti iuris. Septimò datur hæredibus,vt l.prætor, §. hoc interdict. ff. de no.ope.nun. In hæredes non datur niſi inquãtùm ad eos peruenit, quia tenetur hæres præſtare patientiam deſtruendi operis.d.l.pe.Octauò eſt perpetuum.d.l.prætor.§. hoc interdicto. Nonò non infamat.Decimò directum.Vndecimò ſingulare. Duodecimò ſimplex. Et Vltimò nõ contrarium.

IN FACTVM VT LICEAT ÆDIFICARE EI CVI EST FACTA NVNCIA NOT. OPE. SI SATIS- *dederit vel ſatiſdare paratus eſt, &c,*

86 PRimò hoc interdict. competit illi cui poſtquam ſibi fuit facta nun. not.ope. ipſe fuit paratus ſatiſdare vel ſatiſdedit de demoliendo opere caſu quo appareret ſe iniuſtè ædificaſſe.Et etiam poſſumus dicere in caſu in quo eſt facta remiſſio,vt in præcedenti dixi. vnde ſi præſtita ſatiſdatione vel facta remiſſione iſte talis prohiberet ædificare poſſet teneri ex hoc iuterdi.prohibitorio.& de hoc habetur in l.prætor.§. deinde ait.& § ſeq. ff.de ope.no. nun. Secundò quòd ſit prætorium, prout in d.§.deinde.Tertiò in perſonam,vt cetera.Quartò rei perſecu.cum quis proſequitur ius ædifican. Quintò poteſt dici ſimplum, vt d.§. deinde. Sextò ſtricti iuris.Septimò durat intra annum ab inquietatione,vt habetur in d.l. prætor. §. fi. ff.eo. licèt ſecus ſit in præcedenti, vt dixi, & ſic non eſt perpetuum. Octauò datur hæredibus. dict. §. final. hæredes dicamus quòd nõ detur,niſi quatenus ad eos venit, vt in præcedenti, vel vt in quemlibet prohibentem.Nonò quòd non infamet. Decimò quòd directum. Vndecimò quòd ſingulare. Duodecimò quòd ſimplex.Vltimò non contrarium.

IN FACTVM LOCO INTERDICTI FVNDATORII.

87 HOc interdictum habet locum quando tutor vel curator delegauit creditori ſuo debitorem pupilli vel adulti ſingula ſingulis referẽdo in fraudem pupilli vel adulti, & creditor participat de tali fraude cum tutore, vel curatore, nam ſi debitor pupilli vel adulti ſoluant ipſi, ipſo iure liberantur à debito, ſed pupillo vel adulto ſuccurritur. Primò contra creditorem participem fraudis per hoc interdictum fraudatorium,vt eſt tex.in l. pupilli.in prin qui eſt ſecundus in iure.ff.de ſo. Secundò quando vellet pupillus recurrere contra tutorem habet actionem tutelæ.Tertiò contra debitorem poteſt recurrere quando fuit etiam ipſe in dolo prima actione, ſed fuit in bona fide per in integram reſtitutionem,ſecundùm Bart.in d.l.pupil. in j.ij.& iij.q. & de hoc interdicto fraudatorio fit mentio in l.ſi poſtulante.in prin. ff. ad Treb.licèt ibi capiatur pro interdicto.de his quæ in frau.cre. quia illud datur, quando quis alienat res proprias,hoc alienatur res pupilli,& ſic alterius ſecundùm Bar. in d.l.pupil.de quibus ibi vide plenius. Secundò quòd ſit prętorium,probatur ex eoquia eſt interdictum,vt dicitur in iuri.præalleg.Sed interdicta erant formæ & conceptiones verborum, quibus prætor,aut aliquid iubebat fieri, aut prohibebat, ſi prætor ergo non ius ciuile. Et iſta habetur inſt. de interd. in ptin.ita etiã innuitur per gl.in ru.ff. de interdi.vbi dicit ſuprà,dixit quando agatur de iure ciui.nunc qualiter de iur.præto.& ſic per interdi.ſed hoc eſt interdictum, vt ſuprà eſt probatum, igitur &c. Tertiò eſt in perſonã,vt reliqua. Quartò rei perſecutorium, vt probatur claré. in l.pupilli. Quintò eſt in ſimplum, vt ibidem probatur. Sextò eſt ſtrict.iu.d.§.actionum. Septimò perpetuum. cùm ſit rei perſecutorium. d.l,in honorariis.Octauò datur hæredibus.d.§.nõ omnes. & d.l.honorariis.in hæredes poteſt dici,quòd detur,inquantùm ad eos peruenerit, & in pluribus dictum eſt & ſic tanquam in poſſeſſores. Nonò non infamat, cùm non reperiatur. Decimò directum.Vndecimò ſingulare. Duodecimò ſimplex, &c. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM LOCO INTERDICTI, DE LOCIS ET ITINERIBVS.

88 ET antequam procedam vlterius Io.in arbore non ſignat plura interdi. quod ſuprà ſcripta ſint, ſed tamen reperio in eo videre quędam alia: & ſic in primis addo hoc interdictum de locis & itine. pub. Et habet locum, quando quis in itinere publico aliquid feciſſet,ob quod alius impediretur & eius vſus, & eod.modo in via publica.Et de hoc eſt ſpecialis rub. ff.de lo. & itin.publ. puta quòd via publica fuerit clauſa, quia ſit conſtructum monumentum, vel quid ſimile,vt habetur in l j.ij. & iij.eodem. titul. Et ſic habet locum,quando eſt impeditus in totum vſus viæ. & per hoc non eſt ſuperfluum hoc interdict. ab illo, ne quid fiat immitatúrue in via publica, ſuprà ſcri. quia illud habet locum, quando iter, vel via redditur deterior,ſed hoc procedit,quando ex toto impeditur vſus viæ.ita videtur probari in preal. iunctis quę allegaui in illo interdicto. Et per hoc addo iſtud interdict. vltra Io. & alios. cogitabis.Et procedit non ſolùm in viis publicis, ſed etiam in vicinalibus. vt d.l. iij. quotuplex ſit via.vide tex,in l.j.§.viarum.ff.ne quid in lo. pub. Et tene menti ad ſtatuta loquentia quòd in viis publicis quis non poſſit facere ponticellos vel committens delictum in via publica puniatur actiori pœna, vel ſi princeps mitteret proclama, quòd omnes viæ publicæ in ſuo territorio ſint liberæ, & quemlibet tranſeuntem promittit conſeruare indemnem, quia intelligeretur ſtatutum de viis priuatis ſine vicinalibus. vide Bartol. in. d.l.j.ff.de lo.& iti.pub.per l.iij.e.ti.Secundò quòd ſit prætorium probatur per ea quæ adduxi ſuprà in proximo interdi.In aliis. dic.vt fuit dictum in illo interdicto ne quid in via pub.

IN FACTVM LOCO INTERDICTI DE VIA PVBL. ET DE AEDILIBVS CVRVLIBVS.

89 ET de hoc non eſt facta mentio etiam in arbore nec per ſcribentes,& quando competit,& quomodo,vide tex. nouum, quia fuit

ſuit tranſlatus Piſis in l.ædiles.de via publ. & ędi. cur.quæ lex eſt multum not. & quotidie. de facto contingit. Ex his duobus interdictis additis reuertor ad arborem Ioan.&c.

IN FACTVM EX EDICTO DE ALBO CORRVPTO.

90 ET aurequam Io.in arbore ad hoc deueniat pouit quandam rubricel.quòd prętérita interdicta ferè omnia reperiuntur directa & vtilia. Modo ſequuntur actiones in factum ex quolibet prætoris edictio deſcendentes. De primo. ſ.de interdictis an ſint directa vel vtilia, latè eſt dictum ſuper quolibet. De ij. ſ.de ædictis declarabitur ſuper quolibet. Sequitur vt dixi actio in factum ex edicto de albo corrupto &c.Sic dict. rubr.prout duo dicit,habet duas partes. Primò hoc edictum competit aduerſus eum qui corrupit vel vitiauit, deleuit, vel deturpauit aliquam ſcripturam vel edictum poſitum per prætorem vel iudicem in aliquo loco eminenti vt in muro dealbato, vel in valuis eccle. vel in palatiis,vt hodie fit,quia cuilibet de populo contra talem corrumpentem datur actio in factum ex hoc edicto,vt habetur in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iudi,& in §.pœna. inſtitur. de act. & facit mentionem gloſſ.in rubr.ff.de albo ſcri. Et quot modis accipiatur album, vide gloſſ.in auc. qui ſemel in veſic.vocatur C.quomodo & quando iu.ibi Cy.& Io.An.ī addi. Spe.in addi.inci.& tam ampliùs in titul. de citat. §.ſequitur, & qui incidit in hoc edictum ſi non poteſt ſoluere pœnam,de quo dicam infrà. luit in corpus, ſi plures ſint corrumpentes omnes tenētur inſolidum, nec vnius ſolutione liberatur alius,vt dict.l.ſi quis id quòd & l.ſequen. & ibi vide, & hæc actio eſt popularis.dict.l.ſi quis id quod in fin.princip.& ibi latè vide an & quando procedat. dict.l.ſi quis id quod.Secundò quòd ſit prætorium,vt patet in d. l.ſi quis id quod. ſerui quorum & l. ſi familia. & dict.§.pœna.&c. Tertiò eſt in perſonam & non in rem. primò probat ex eo quòd ex delicto deſcendit propter quod obligatur perſona, ergo nō eſt in rem,vt §.j.inſt.de act. & habetur in l.actionum genera. ff. de act. & oblig. item ex alio quia imperator enumeratis actionibus in rem, poſteà enumerat,quę ſunt in perſonam,& ſubdit §.pœn. vbi ponitur hæc actio.Quartò eſt pœnæ perſecutorium, vt ſuprà in primo termino dixi, & ſubdam ſtatim. Quintò eſt in ſimplum, hoc eſt in ipſam ſolam pœnam quæ habet imponi quæ eſt quingentorum aureorum, vt eſt text. ſecundùm communem literarum in dict. l. ſi quis id quod. licèt ſecundùm aliam lect. ſit quingenta aureorum.quam opin. multi ſunt ſecuti,vt fuit Cyn.& Bald.vt refert hoc S. Blaſ. & ſequitur ex eo quòd eſt minor pœna & licèt non alleget,facit l. interpretatione.& l.ſanctio legum. ff.de pœn. cum ſimil. Sed Bart.ibi ſimiliter tranſit quòd ſit pœna. ccccc.duc, & idem ſequitur Alexand. & eſt communis litera.& quòd fiat mitior interpretatio eſt verum in dubiis,ſed hîc ſumus in claro cum communis litera ita dicat, igitur.argu.l.continuus.§. cùm ita.de verb obli Et quandoque etiam in dubiis, imò etiam in claris exarcebatur pœna arg. l.aut factam. in fin.ff. de pœn. cum ſi. addc.vj.eſt ſtricti iuris.Septimò non poteſt dici quòd ſit perpetuum, cum non ſit rei perſecutorium. arg.l.in honorariis de act.& obl. Item ex alio cum ſit populare,vt dixi ſuprà,non excedit annum à l.fin.ff. de pop.ac. Item cum contineat meram pœnam, vt l.prima. §.fin.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp. Octauò poteſt dici quòd non detur hæredibus nec in hæredes,per l.pen.ff.eod.titul.de popu.act. Nonò quòd non infamet.Decimò directum. Vndecimò ſingulare.Duodecimò ſimplex &c. Vltimò non contrarium.

IN FACTVM SI QVIS IVS DICTI NON OBTEMP.

91 PRimò hoc edictū eſt proditum aduerſus illum, cui fuit factū aliquod præceptum à iudice ad inſtantiam alterius partis, quia ſi non obedit illi mandato patri ob cuius inſtantiam fuit edictum datum,ex hoc edicto actio in factum datur aduerſus illum nolentem iudici obedire ad intereſſe expenſarum, quæ fuerunt factæ in aduocatis, procura. &c. de hoc habetur in l.j.in §.fin.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp. cum ſi. licèt ille text. habeat plures lect. de quibus ibi vide.Secundò quòd ſit prætorium, patet cum ſit edictum, vt d.l.j ſed adiecta ſunt prætoria,vt inſtitu.de iu.natu. §.prætorium quoque. Tertiò quòd in perſonam dic vt in præcedenti. Quartò eſt pœnæ perſecutorium,vt patet cum ad intereſſe detur &c. vt d. §. fi. & hoc reſpectu rei ſed reſpectu actoris non cū detur ad intereſſe, ita etiā tenet Io.in gl.arboris. Quintò quòd in ſimplum, cum detur ad intereſſe expenſarum, vt dixi. Sextò quòd ſtricti iuris,patet.Septimò ſi tenemus quòd detur ad meram pœnam,tunc non poteſt dici perpetuum, vt dicto §.finali, & in l. in honorariis. de ac. & obl. Sed ex quo eſt rei perſecuturium,& datur ad intereſſe, certè poteſt dici perpetuum,quia dicto §. ſecundùm lectur. magis communem,vt dicit etiam ibi Bartol.in princip. loquitur de pœna applicanda parti ratione intereſſe. & iſto caſu ſit perpetuum. Sed cùm finis loquatur de mera pœna applicanda fiſco, & tunc durat anno tantùm, vt ibi habetur. Octauò poteſt dici, quòd detur hæredibus retentis terminis, vt ſuprà dixi,quòd loquimur, quando agitur ratione intereſſe, vt habetur in dicto §. finali.In hæredes non datur, cum veniat ex delicto. vt dicit gloſ. in §. final. niſi dicamus, quòd detur inquantùm ex contumacia defuncti peruenit &c. Nonò quòd non infamet. Decimò quòd directum. Vndecimò quòd ſingulare. Duodecimò quòd ſimplex.Vltimò non contrarium &c.

IN FACTVM SI QVIS TEMERE IN IVS VOCA. QVEM NON *licuit.*

92 R Primò, hæc actio in factum ex hoc edicto competit parentibus aduerſus libertos.qui parentes ſuos vocarent in ius petita venia à prætore, vel petita & non obtenta, qui ſi fecerunt citare parentes incidunt in hoc edictum, & contra eos datur ad pœnā 50.aureo.Et eo.modo procedit in libertis, qui

qui non obtenta licentia patronos ſuos in ius vocа. de hoc habetur in toto ti. ff. & C. de in ius voc. & §. fi. inſti. de pœna teme. liti. & in §. pœna. inſtit. de accuſ. Et caſu quo tales non eſſent ſoluendo, luant in corpus iudicis arbitrio, vt habetur in l. fi. ff. de in ius vocá. & iſta talis pœna non habet locum niſi in perſonis contentis in edicto prætoris. Sed in aliis, qui indebitè facerent citare, qui non continẽtur in edicto, non procedit hæc pœna, ſed per officium iudicis puniuntur, vt habetur per gl. & Bar. & omnes in d. l. fi. & per gl. in d. §. pœnales. & de edicto habetur in l. iiij. §. prætor. ff. eo. & de perſonis quando non poſſunt vocari, vide in l. ij. iij. & iiij & vj. & in l. adoptiuus. in l. ſi libertus. cũ ſimilibus. ff. eod. tit. Idem eſt in filio ſpirituali, qui fuit leuatus ex ſacro fonte ab alio ſecundùm Ang. in d. l. adoptiuus. Et idem in filio adoptiuo etiam extraneo, qui non tranſit in poteſtatem adoptantis, vt habetur in d. l. adoptiuus. Idem in ſocero & ſocru, per l. qui parentis. ff. ſo. ma. Idem in viro & vxore. Idem in vaſallo. Idem in defenſore ciuili. Idem in ciuitate ex qua quis eſt oriundus. Idem in prælato abbate. Idem in priuato conueniente fiſcum. Idem in Papa & Imperatore. Idem in doctore reſpectu ſcholarium, de quibus omnibus tágit S. Blaſius hîc. vide enim in eo quod eſt dictum de filio adoptiuo, qui non tranſit in poteſtatem quòd non poſsit vocare in ius ſine venia patrem adoptiuum, licèt iſta communis ſit opinio, vt refert do. Alexan. in d. l. adoptiuum. Tamen contra hoc tenui in diſputando. & ibi vide in mea repet. tit. de habetur. ab inteſtata. in §. ſed ea omnia. vbi omninò vide & clariùs &c. Et de his omnibus quæ ponit hîc S. Bla. vide. d. Alex. diffuſiùs & pleniùs & l. generaliter. ff. de in ius vocá. qui pleniùs loquitur. ad eum me remitto, quia per hoc non eſſet dare cognitionem terminorum prout intendo, & non aliud. & videns bene fateor quòd ſi velis videre illam concluſionem de filio adoptiuo, & ſocio quòd tibi non diſplicebit. & ſi bene inſpexeris repetitionem quam feci in illo tit. de hæred. ab inte, dum legerem ſcholaris adhuc publicè in ſtudio Paduæ, tu reperies ſi bene recolo. xxviij. concluſiones diſputatas in tam paruo opuſculo &c. Secundò quòd ſit prætorium hoc edictum, primò patet ex dictis in præcedenti. & eſt text. in §. pœnales. inſti. de ac. & l. iiij. §. j. ff. de in ius vo. in l. pe. eo. tit. Tertiò quòd ſit in perſonã, probo, vt dixi in illo de albo corrupto. Quartò quòd ſit pœnæ perſecutorium, patet in d. l. pe. & d. §. fi. inſti. de pœn. teme. lit. d. §. pœnales. Quintò quòd in ſimplũ, patet cùm detur ad l. aureos &c. Sextò eſt ſtricti iuris. Septimò datur intra annum. cùm ſit merè pœnale. d. l. in honorariis. & d. l. j. ſi quis ius dicen. in §. fi. & eſt tex. in terminis. in d. l. pen. ff. de in ius voc. Octauò non datur hæredibus nec in hæredes. vt eſt tex. clarus in d. l. pe. & in hoc aſſimilatur actioni iniuriarum. vt habetur in §. non autem. inſti. de perp. & temp. act. Et ſcias quòd licèt actiones pœnales non dentur in hæredes & hæredibus, tamen eſt verum, niſi defunctus litem fuerit conteſtatus, vel cum defuncto, vt habetur in §. pœnales. inſtit. eod. tit. & latè habetur in l. j. C. ex delict. defunctо. & illud me remitto &c. Nonò non infamat. Decimò directum. Vndecimò ſingulare. Duodecimò ſimplex. Vltimò on contrarium.

IN FACTVM EX EDICTO SI QVIS IN IVS VOC. NON IERIT.

39 ANtequam vlterius tranſeam, primò eſt ſciendum quòd ti. ſi quis in ius voc. non ierit. differat ab eo ſi quis ius dicen. non obtem. de quo ſuprà eſt dictum, & hoc quia ille loquitur quando quis non obtem. iudici quocunque modo, iſte quando quis non obtemperat ſolum in non veniendo, vt dicit Bart. in l j. §. is videtur. in ij. col. ſi quis ius dicen. licèt gloſſ. mag. ibi circa fin. ponat plures differentias quas non refero. Secundò eſt ſciendum quòd ſunt opin. an pro hoc edicto ſit bene poſitus circulus in arbore per Io. & licèt multi ſimpliciter ſequantur. Io. vt fuit Rof. in libellis ſuis. & tranſeat etiam hîc S. Bla. tamẽ Bar. in l ex quacunque. in iij. col. in ver. quarto. extrà gl. ff ſi qui in ius voc. non ierit, tenet quòd malè ſit poſitus iſte circulus, & quòd iſta nõ ſit actio competens alicui ex litigantibus, ſed potius accuſatio, cùm veniat pœna ſolũ applicanda fiſco & non parti, prout etiam dicit gloſ. mag. in d. § is videtur. Præterea eſt tradita theorica in l. j. ff. de condi. ex lege. quòd quando verba diriguntur ad iudicem, tunc pœna venit non iure actionis. ſed officio iudicis. Et propterea cùm in hoc edicto verba dirigantur ad iudicem. dict. l. ex quacunque igitur &c. licèt tex. in d. l. ex quacunque. §. fi. videatur inuenire, quòd cadat intereſſe actoris &c. Bene nihil video, per quod reſpondeat ad iura Bartol. pro nunc, vnde teneo cum eo, quòd non ſit dare hunc circulum. & per conſequens hanc ſpecialem actionem, ſed potius accuſatio in qua iudicis officio pœna veniat imponenda &c. In aliis omnibus dic. vt eſt dictum In edict. ſuprà ſi quis ius dicen. non obtemp.

IN FACTVM CONTRA EVM QVI NON ACCEPIT CONIVNCTAM PERSONAM IN FIdeiuſſorem pro principali coiuncta perſona in iudicio.

40 HÆc actio competit aduerſus eum qui noluit recipere in fideiuſſorem de iudicio ſiſti, vel aliter cõiunctam perſonam eius à quo fideiuſſo. expectatur, quòd ſi ille nolens tales perſonas recipere ſciebat ſanguinis coniunctionem & recuſat tales fideiuſſo. datur aduerſus eum hæc actio, & poteſt peti vt condemnetur in l. ducatis. & de hac eſt tex. in dict. l. ij. in fi. ff. in ius voc. vt eant, quæ autem ſit ratio vide glo. & doct. ibi, & alia fuit potiſsima, & quia eſt præſumendum quòd neceſſarius non ſinat illa quarum neceſſarium, iuxta l. ij. ff. de recept. & quæ ſint tales perſonæ, vide in l. j. & ij. ff. in ius voc. vt eant. Secundò quòd ex edict. & ſic prætoria ſit, patet in l. j ff. in ius vocan. vt eant. & proba per ea quæ dixi, in eo. ſi quis ius dicen. Tertiò quòd in perſonam. proba, vt in eo. Quartò pœnę perſecutoria, vt d. l. ij. §. fi. Quintò in ſimplum, vt ibidem. Sextò quòd ſtricti iu. Septimò non poteſt eſſe perpetua cùm meram pœnam contineat. vt dixi in eo. ſi quis ius dicen. Octauò non datur hæredi nec in hæredem,

vt in

vt in eodem probaui. Nonò quòd non infamet. Decimò quòd directa. Vndecimò quòd ſimplex. Duodecimò quòd ſingularis. Vltimò non cõtrarium &c.

IN FACTVM EX EDICTO NE QVIS EVM QVI IN IVS VOC. EST VI *eximat.*

95 HÆc actio competit aduerſus eũ qui per violentiam exemit aliquem qui erat citatus in iudicium ne compareret, propter quod alius vel ipſemet exemptus paſſus eſſet damnum, quia iuratur in litem à parte quæ paſſa fuit tale damnum. Et de hoc eſt caſus in l.fi.§.j.ff. ne quis eum qui in ius voc. Secundò quod ſit prætoris, eſt tex. in l.j.in prin.eo.ti. Tertiò in perſonam dic vt ſuprà dixi. Qoartò quòd rei perſecutoria, patet in dict.§.j. Quintò quòd in ſimplum ibidem. Sextò quòd ſtricti iur. Septimò datur hæredibus ſi eorũ interſit. In hæredes non, vt l.ſi alium.§.fi.eo.titu. Octauò durat anno, vt ibidem. Nonò quòd non infamat. Decimò quòd directa. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò quòd ſimplex &c. Vltimò non contraria. Adde.

IN FACTVM ADVERSVS EVM QVI DOLO MALO FECIT QVO QVIS *in iudicio ſiſteret.*

eatis ſit in perſonam, probatur quòd etiam in rẽ ſit. Quantum autem ad hanc petitionem hæreditatis dicas quando datur illi, qui dicens ſe hæredẽ ex teſtamento vel ab inteſtato aduerſus poſſidentem hæreditatem vel bona hæreditaria pro hærede vel poſſeſſore etiam minimam rem, dictam hæreditatem, vel bona, & res ſibi reſtitui petit, & ſe ex teſtamento vel ab inteſtato hæredem declarati pro parte vel inſolidum &c. De hac habetur in l. j. ij. & per totum. ff. de pet. hære. Et ad iam dicta vide l. regulariter. & l. licèt minimam. eod. titu. & de reſtitutione hæreditatis, quæ acceſſoriè venit offi. iudi. mercenario, vide Bart. & gloſ. in l. j & ij. de eden. & in l. licet. ff. de pet. hær. Secundo quòd ſit ciuilis, probatur in l. j. ff. de bo. poſ. hær. pe. probatur in l. fi. in fi. j. C. de pet. hære. & l. item veniũt §. cum produximus. ff. eo. tit. Ad hoc tamen fortiter videtur obſtare text. in l. j. ff. ſi pars hære. pet. vbi videtur innui quòd ſit prætoria, quod intellige, vt per gl. in d. l. j ſi pars hær. pe. quam ſequitur Bar. Tertiò eſt mixta, vt ſuprà præmiſi. & tex. expreſſus in l. hæreditatis. C. de pe. hæ. Quartò quòd ſit rei perſecutoria, patet ad ſenſum, cùm hæreditatem & iura hæreditaria per eam conſequamur, vt habetur in l. item veniunt. §. fin. & ll. ſeq. ff. de pet. hær. Et ex alio etiam cum ſit in rem partim. §. ſeq. inſti. de ac. Quintò quòd ſit in ſimplum, patet cum ſolum rei perſecutoria, vt ſuprà. Sextò eſt bonæ fidei cum expreſſè ponatur in §. actionum. inſti. de ac. & probatur in l. j. C. de pet. hære. vij. eſt perpetua, vt d. l. hæreditatis. C. de pet. hære. de quo etiam vide in l. fi. C. de edi. d. Adri. tol. viij. datur hæredibus. vt l. iij ff. de pe. hær. & eo. modo in hæredes ſaltẽ vt poſſeſſores. de quo in l. regulariter. ff. eo. ti. Nonò non infamat. Decimò directa vt probatur in l. item veniunt. §. prætor. eo. tit. licèt vtilis quandoque reperiatur, vt l. etiam. §. primo. eodem titulo. Vndecimò vniuerſalis, vt probatur in lege prima. in principio. ff. de rei vendi. Duodecimo quòd ſimplex, patet. Vltimò non eſt contraria &c.

FINIVM REGVNDORVM.

132 PRimò eſt aduertendum, quòd hæc actio poteſt dupliciter conſiderari. Primò vt ſit directa, quæ competit, quando eſt contentio de confinibus prædiorum ruſticorum, & datur dominis prædiorum, quando viderent ſe habere intereſſe ſuper confinibus. De hac habetur in §. quædam actiones. inſtit. de ac. & in §. fi. de offi. iudi. & in toto tit. ff. fi. regun. & quando commodè confinia poni non poſſent. poteſt iudex toto terreno vni licitato ipſum alteri in pecuniam cõdemnare. de quo habetur in d. §. quædam. & in l. ij. in fi. ff. fi reg. & d. §. eadem. cum ſeq. inſti. de offi. iud. Secundò modo conſideratur, vt ſit vtilis quod accidit, quando ab vna parte eſt prædium ruſticum, & ab alia prædium vrbanum, vt eſt text. in l. ij. in princi. ff. fi. regun. Et eſt glo. in ver. confines. in d. §. quædã & ſi hincinde ſint domus, non poteſt tunc agi fi. re. vt habetur in l. iiij. in fi. ff. fi reg. & glo. in d. ver. cõfines. Et tũc recurreretur ad alia remedia, prout etiam dicit. ſ. Blaſi. hoc & bene. Et hæc actio dicitur deſcendere ex quaſi contractu, vt in §. item. iſti. de ob. quæ ex quaſi contra. cum ſi. Secundò quòd ſit ciuilis poteſt dici, eo quia à prætore introducta non reperitur. Tertiò eſt mixta, vt d. §. quædam. Quartò rei perſecutoria cum ſit etiam in rem d. §. ſeq. v. eſt ſimplum, cum ſit rei perſecutoria. vj. eſt ſtricti iuris, cum non ſit in d. §. actionum. vij. eſt perpetua, & durat xxx. an. vt l. ſi C. fi. reg. Et etiam vt in hoc reſpiciamus naturam perſonalium, iuxta l. j C. de anna. exc. & gl. in d. §. quædam in ver. erciſcundæ. in fi. Octauò datur hæredibus & in hæredes, iuxta. l. ij. C. fi. reg. Nonò quòd non infamet. Decimò quòd directa. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò quòd ſimplex &c. Vltimò non eſt contraria

FAMI. ERCIS.

133 HÆc actio vt præcedens duobus modis conſideratur. Primò vt ſit directa, quæ competat inter hæredes alicuius mortui ex teſtamento vel ab inteſtato ad diuidendum hæreditaria bona, quæ à morte teſtatoris & à datione fuerunt communia & pro indiuiſo poſſeſſa. De hac etiam habetur in d. §. quædam. inſti. de ac. e. ti. ff. & C. fa. erciſ. Alio modo conſideratur, vt ſit vtilis quando ſcilicet corpora hæreditaria ſunt pro indiuiſo communia plurium bonorum poſ. de iure prætorio vel vnius hæredis de iure ciuili, & alterius de iure prætorio. vt in caſu quando reſtituitur ex Trebel. Et de hac ſecunda tractant ſcribentes in d. §. quædam. & habetur in l. ſed & eius in §. fami. & gl. ſi. & ibi vide. ff. fa. erc. & vide in l. ſi ex aſſe. ff. e. tit. & hæc actio ſemel intentata non poteſt amplius intentari, vt l. ſi filia. §. fa. erc. ff. fa. hære. Secundò quòd ſit ciuilis probatur in l. j in prin. ff. fa. erc. cum ex. ll. xij. tab. veniat. Tertio eſt mixta. d. §. quædam. iiij. quòd rei perſecutoria, vt in proxima dixi. v. quòd in ſimplum eodem modo vj. quòd bonæ fidei, probatur in d. §. actionũ. in l. non eſt ambiguum. C. fi. reg. vij. quòd perpetua, probatur in l. j. C. de anna. exce. viij hæredibus datur & in hæredes, vt in proxima dixi. Et etiam quia eſt perſecutoria iuxta l. in honorarijs. de act. & ob. Nonò quòd non infamet. Decimò quòd directa patet, licet reperiatur etiam vtilis, vt dixi, & etiã in caſu. l. ij §. ſi quarta. ff. fa. erciſ. Vndecimò quod vtilis, & probatur, quia vniuerſitate hæreditatis vt in petitione hæreditatis eſt dictum, & quia hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius &c iuxta. l. nihil. ff. de reg. iu. Duodecimò duplex eſt, vt d. l. iiij. in familiæ. & l. inter cohæredes. §. qui familiæ. eodem titulo. in l. iudicium. ff. fi. reg. in l. in his tribus ff. de iu. cum ſi. Vltimò non eſt contraria, vt patet.

COMMVNI DIVIDVNDO.

134 HÆc actio habet locum inuicem inter eos qui habent aliquam rẽ particularem. vel plures res particulares in communi ſiue per viam ſocietatis, eo quod eas ſimul emerint ſiue ſine ſocietate, eo quod ſimiliter ſint ſibi in teſtamento legatæ vel donatæ. Vnde ſi vnus vellet, quòd alius diuideret ſecum & alius nollet, cogitur per hanc actionem. De qua eſt tex etiam in d. §. quædam. & in l. j. & per totum. ff. communi di. & l. ij. in prin. & differt à præcedenti, quia illa habet locum, quando habet diuidi hæreditas hæc

quando

quando res particulares vt iuribus præalle . & etiam hæc & ſuperior deſcendunt ex quaſi contractu,vt d.§.item.inſti.de ob . quæ ex quaſi contractu & largo modo omni caſu poteſt dici ſocietas, vt d.§.item an ad diuiſionem poſſet agi etiam actione pro ſocio,vt tenet gl.in d.§. item & .ſ.Blaſi.hîc ſequitur.cuius contrarium tenet glo . in l.j. ff.communi di.& in illo tex.probatur,quia actio pro ſocio pertinet ad perſonales præſtationes &c. & etiam quia poteſt remanere res communis , etiam quòd ſocietas ſit ſoluta,vt habetur in l.actionum.§.ſi poteſt.ff.pro ſo.& hoc puto veriùs contra glo.ſ.Blaſi.& quòd hoc ſit verum,patet in l.ij. in prin.ff.cõmuni di.dum dicit quòd etiam quod res cum ſocietate ſit communis, datur communi diuidundo,ergo non pro ſocio,& maximè per regulam de qua in l.edita.C.de eden.quod de pluralitate actionum iudicamus , quatenus eſt expreſſum vt no.in l.ij.§.deinde.ff.de orig.iur. Et hanc opi.contra glo.in d.§.item.& per conſequens contra.ſ.Blaſi.poſtquam ita ſcripſi reperi teneri do. Io.fa.& do.Ange.ar.in d § item.in d.iuribus &c. Secundò quòd ſit ciuilis,probatur , quia non reperitur à prætore introducta,& generaliter actiones à iure ciuili originem trahunt, vt habetur in l.ij §.deinde.ff de orig.iur.Tertiò quòd mixta habetur in d.§.quædam. iiij.quòd rei perſecutoria, vt præcedenti dixi.v.quòd in ſimplum,eo.modo. vj.quòd ſit bonæ fidei,eſt tex.in d.§.actionum. & l.iiij.§.hoc iudicium.ff.communi di.vij.quòd perpetua,vt præcedens & per eandem.l.viij.quòd hæredibus,eod.modo & in hæredes etiam datur d l. iiij.§.ſicut. Nonò quòd non infamet , vt ſuprà. Decimò quòd directa patet, licèt vtilis ſit quandoque,vt l.ſi quis putans.iu prin. & l.ſed poſtquã & l.in ſum.cum ſi ff.communi diui. Vndecimò quòd ſit ſingularis eſt tex.no.in l.per hoc.in principi .ff eodem titulo. Duodecimò quòd ſit duplex.probatur in l.ij.§.in tribus.eodem tit . Vltimò non eſt contraria.

CERTI CONDITIO GENERALIS.

135 HÆc actio competit vbicunque aliqua obligatione poteſt peti certũ, vt ſciatur quid ſit æquale & quantum,intantum quòd eius rei ſolutio non poſsit variari,videtur in l. vbi autem non apparet in prin.de ver.ob per gl. Bart.& omnes doct.in l.certi conditio iu prin.ff. ſi cert.pet. habetur etiam de hac inſti . qui mo.re contra ob.in prin.& an etiam poſsit per hanc actionem peti intereſſe,habetur in d.l.iuribus . Et aliàs cùm legerem hunc articulum latè diſputaui inſti.qui mo.re contra ob. in priu. poſt glo.fi.ibi. Et vt dixi licèt communis opi.ſit quòd poſsit peti etiam intereſſe per certi cõditionem, tamen in diſputando poſſet teneri contrarium. Et pro nũc habetur in diſputando.Primò adduco tex.in l.iij. in fi.C.de inuti.ſtip.vbi pro intereſſe agitur incerta actione.i.actione ex ſtipulatu.non autem certi conditione . patet dum dicit , ex ſtipulatu tuo.& dum dicit,ob incertæ actionis effectum Secundò videtur tex.in l fi.ff.ſi quis in ius voc. non ſe.vbi dicitur incerti cum eo agendum eſt id quod intereſt.quam l.ita intelligit glo.ibi ſecundum primum & tertium intellectum.iij.videtur text.in l. ſi pœnam.ff.de ver.ob.vbi ſecundum gl . cum habet peti intereſſe agitur ex ſtipulatu ſecũdùm gl. ibi.iiij.videtur tex.in l.liber ho.§.fin . qui incipit decem.de ver.ob.vbi ſi ego ſtipulor dari mihi aut Titio decem,primo caſu eſt certa ſtipulatio. ſecũdo nõ,ratione itereſſe.vnde dicit ibi gl. quòd agitur ex incerto.id eſt ex ſtipulatu,non autẽ certi cõditione.v.per tex.in l.quòd ſi nulla.ff.de lega.j.vbi hæres qui extruxit domum exuſtam & ſoluit legatario , repetit expenſas per conditionem incerti,& ſic intereſſe expenſarum.vj. facit tex.in l. ſi me præſente.§.cum inter.ff. de condi. inde.vbi ſi quis tradat iter in fundo per errorem ad quod non tenebatur,condicit illud per cõditionem incerti tanquam ſua interſit.vij.vrget, quia in iudicijs reſpicitur forma petionis,vt in l.ſi idem cum eo.§.fi.de iuriſdi.om.iud. Sed quando petitur intereſſe,eſt incertum,ergo pro incerto non poteſt dari certi conditio.Et in circulis poſſes hanc ſuſtentare,licèt in deciſiuis non ſit à communi opi. recedendum. Plura alia dixi quæ nunc omitto, quia non eſt locus hîc . Secundò quòd ſit ciuilis, probatur cum per conditionem quis cogatur dare aut facere,vt inſti.de ac.§.omnium.& §.ſic itaque. Et ſunt perſonaliſſimæ,vt in §.appellamus. ver.perſonam.inſti.eo.tit.& cum de iſtis fiat mẽtio in d.§. omnium . & poſteà ſequatur §.ſed iſtæ dicetur ille quòd præcedentes deſcendunt ex litis cauſis.ergo ſequitur quòd hæc ſit ciuilis. Tertiò quòd ſit in perſonam,patet in d.§.appellamus ver.in perſonam.iiij.quòd rei perſecutoria , cùm ſuper quid certi perſequatur,vt d.l certi cõditi.cũ ſi.v quòd in ſimplum,patet cum rei perſecutoria. Sextò quòd ſtricti iuris,patet in d. § . actionum. vij.poteſt eſſe perpetua & temporalis,& dari etiã hæredibus & in hæredes ſecundùm diuerſitatem actionum quibus applicatur , & in quarum locum datur.cùm in his earum naturam ſequatur, vt habetur in l.ſi eum §.qui iniuriarum. ff.ſi quis cau.in l.duobus.§.exceptio de iureiuran. cum ſi. Nonò non infamat,vt in alijs. Decimò directa vtroque modo. Vndecimò ſingularis . Duodecimò ſimplex.Vltimò non eſt contraria.

CONDITIO CERTI SPECIALIS.

136 HÆc actio ſecundùm communem opinionem competit pro mutuo ſolùm , quia datur illi qui mutuauit rem mutuo aptam quæ conſiſtit pondere numero vel menſura, vt rem muatam in genere reddat cum eadem bonitate & qualitate,& de hac habetur in l.cũ quid. ff ſi cer.pet.In rub.eo.titu.& in l.ij.inſti.qui. mo.re contra.ob.in prin . cum ſimilibus , & vt dixi communis opinio eſt quòd ſit dare pro mutuo ſolùm hunc certi conditionem ſpecialem,tamen diſputando poſſet attentari contrarium . Et primo pro hac parte eſt gl.in l.quot . ff de præſcrip. verſ. Secundò facit quia de pluralitate actionum iudicamus quatenùs eſt.l.expreſſum.l.ij.§.deinde ff.de ori.iur Sed nulla lex dicit eſſe duas certi cõditiones,ergo erubeſcimus ſine. l.loqui. §.conſideremus.in auc.de trien.& ſemiſ. Tertiò. l.ſæpe loquitur in numero ſingulari dicendo certi conditio,ſed numerus ſingularis eſt vno contentus. l.vbi numerus.ff.de teſt.c.pluralis.de re.iu.in. vj.

Quartò

Quartò ſi plures eſſent certi conditiones haberent diuerſa nomina. arg. l. ſi idem. C. de codicil. Quintò vnaquæque actio cognoſcitur ex medio concludendi, vt habetur in l. non debet. ff. de dolo in lege. prima ff. de eden. ſed ſæpe concluditur quia eſt certum, igitur. Sextò lex abhorret plures actiones prouenientes ex diuerſis cauſis. lege hæredes. §. de pluribus. ff. fami. erciſcun. ergo multo magis vbi eſt vnica cauſa & perſona. Septimò poteſt ponderari text. inſti. qui. mo. re contra. ob. in fi. prio. vbi dicitur, actio oritur quæ appellatur certi conditio. nec addatur ſpecialis, quod potuiſſet dicere, vt dixit in titu. de ver. ob. in princi. facit in ar. capitul. ad audientiam de deci. Octauò facit rubrica. ff. ſi certum petatur & de certi conditione dic, vt de certi conditionibus ergo &c. Hæc & plura alia adducebam dum legerem Paduæ inſti. qui. mo. re. contra. ob. in princip. & in diſputando poſſet hoc ſuſtineri, licèt non ſit recedendum à communi opin. &c. Secundò quòd ſit ciuilis, proba per fundamentum quod in ſuperiori dixi. Et eodem modo quòd ſit in perſonam. Quartò quòd rei perſecutoria. Quintò quòd in ſimplum per eadem fundamenta. Sextò quòd ſtricti iuris patet in dicto §. actionum. Septimò eſt perpetua cum ſit perſonalis, iuxta lege. ij. C. de conſti. pecu. Octauò quòd hæredibus detur, perſecutentia ſit, iuxta l. in honorarijs, quòd in hæredes detur patet cum ex contractu detur. iuxta. l. ex contractu. ff. de act. & ob. Nonò quòd non infamet, Decimò directa vtroquemodo. Vndecimò ſingularis. Duodecimò ſimplex. Vltimò non eſt contraria.

CONDITIO TRITICARIA.

137 HÆc actio datur & poteſt cõpetere ad omnes res mobiles vel immobiles, & tam corporales quam incorporales, imo non ſolùm ad omnia ſed etiam ad poſſeſſiones, excepta pecunia numerata, pro qua non poteſt dari hæc actio. De his omnibus vide text. in l. j. & ij. ff. de condit. tritica. Et licèt certi conditio generalis detur etiã ad pecuniã, tamẽ non datur ad incertum & ſic ſe habent vt excedentia & exceſſa, vt etiam dicit. ſ. Blaſi. hic, de quo vide in l. certi conditio. in priu. ff. ſi cer. pet. Quæ autem ſit ratio, quod triticaria non datur ad pecuniam numeratam. Bar. in d. l. j. eo. tit. ponas duas rationes, illa magis applaudet quòd triticaria non datur ad res, quarum æſtimatio varietur de hora in horam & in dies, Sed quare hoc etiã cogitabis &c. In omnibus alijs fundamentis dicas vt proximè dictum eſt, & potes probare per eaſdem leges.

CONDITIO OB CAVSAM.

138 HÆc actio habet locum quando aliquid eſt datum alicui, vt ipſe aliquid aliud faciat, vel det & ſic propter aliquã cauſam de futuro quo caſu ſi illud non fiat, & ſic cauſa non impleatur poteſt illud quod eſt datum repeti per condi. ob cau. de qua loquitur totus ti. ff. & C. de condi. ob cauſam. Et. ſ. Blaſi. hìc reuocat in dubium, an conditio ob cauſam competit ex capite cauſæ non ſecutæ. Et eo. modo ex capite pæniteotiæ, & firmatis regulis ponit plures fallentias, quas per te vide. nec inſiſto aliter, imo nõn lego ipſum, ſed de his me remitto ad latè dicta per doct. in. §. ſi pecunia. ff. de condit. ob cauſam. vbi eſt locus ſuus, In omnibus alijs fundamentis dicas vt in prima & ſecunda conditionibus diximus per eadem iura.

CONDITIO OB TVRPEM CAVSAM.

139 HÆc actio competit, quando aliquis accepit aliquid turpiter, quod alius dedit ſibi decem vt non faceret ſacrilegium vel homicidium, quo caſu cum turpiter recipiat quia tenetur gratis facere & à criminibus abſtinere iuxta ti. de ſicar. & tit. de ſacrile. & ex parte dantis nulla eſt turpitudo, per hanc actionẽ poſſunt ab ipſo illa decem condici. Et eo. modo ecõtra, ſi ex parte dantis eſſet turpitudo & ex parte recipientis non, vt in pecunia quæ daretur meretrici, quia non poſſet repeti, imo plus eſſet ſi eſſet aliquid meretrici promiſſum poſſet agere ad illud. Item & tertio poſſet eſſe cauſa turpis ex parte vtriuſque vt in caſu. l. mercedem. C. de condit. ob tur. cauſam. com ſi. Primo caſu in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio prohibentis. Ad hæc omnia ſingula ſingulis referendo vide l. j. & ij. ff. de condi. ob tur. cauſam. Et ad illud de meretrice vide l. iiij. §. ſed quod meretrici. e. ti. & licèt gl. ibi teneat quòd ad promiſſum meretrix non poſſet agere tamen vltramon. Cy. & Bart. tenent contrarium. de quo ibi vide. In alijs fundamentis eodem modo, vt in prima conditione dicas.

CONDITIO SINE CAVSA.

140 PRimò ſcias, quòd hæc conditio aliquando appellatur conditio incerti, vt in l. qui ſine. ff. de condi. ſine cauſa ſed communiter dicitur ſine cauſa & competit quando quis promittit alicui putans ſe teneri, vel ſoluit ex cauſa, quæ licèt videretur iuſta effecta eſt iniuſta, vel ad non cauſam redacta. vnde ſoluens vel ꝑmittens poteſt repetere ſolutionem, vel facere ſe reponi in priſtinum ſtatum, in quo erat ante obligationem contractam, & per hoc hanc actionem de qua in titulo. ff. & C. de conditio. ſine cauſa. in lege prima. & ff. eodem. In alijs fundamentis eodem modo dicas, vt in prima conditione eſt dictum &c.

CONDITIO INDEBITI.

141 HÆc actio competit aduerſus illum, qui recipit aliquam ſolutionem alicuius rei indebitæ ſibi, quæ tamen per errorem fuit ſoluta, quia cum non conueniat naturali æquitati, quem locupletari cum aliena iactura, poteſt repeti. de hac vide in lege prima. per totum. & in lege nam hoc natura. ff. de conditio. indebi. Quintuplex autem poſſit eſſe indebitum, vide gloſſ. & omnes in dicta lege prima. de conditio. indebi. Et vbi competit conditio indebiti poteſt etiam competere conditio ſine cauſa, vt probatur in lege prima. ff. de de conditio. ſine cauſa. Et vt perfectè intelligas

termino.

C.de ſacroſancta eccleſia. Etem in terminis, c.ſep, de reſtiiu.ſpol. Item in c.authoritate, eodem titu. in l.fina.eodem titu. in l. ſi quis conductionis. C. loca.in l.non ob rem. C. vnde vi. dicta l. ſi & me & Titium. & dicta l. ſi quis argentum, cum ſimilibus, &c.

ACTIO AD EXHIBENDVM.

144 HÆc actio competit. vbicunque alicuius intereſt rem aliquam mobilem ſ.in Publi. demonſtrari & exhiberi ſi pro illa velit contra aliquem agere vel contra ipſum qui eam retinet. Et vel quòd ſit dominus vel quòd non, non curatur dummodò ratione intereſſe petat exhiberi. licèt in caſu quis volens agere babet probare ſe dominum, & dicet ſe dominum, vt in l.iij. in §. interdum. ver. ¡Iulianus. ff. ad exhib. & gloſ.in dicta l.tertia, §.primo. De hac habetur in l.prima & ſecunda. ff.eodem. & in l.tertia. §.ſciendum, eodem tit. Caſu quo quis nolit exihbere, tunc poteſt iurari in litem adhibita taxatione iudicis, vt dicta l.tertia, §.præterea. Et pnſt hoc eſt ſciendum quòd in arbore Io. ante hanc actionem ponitur quædam nòtula. videlicèt quòd hæc actio ſecundùm quoſdam ſit anormala hoe eſt non in totum realis, nec perſonalis in totum. Et poteſt argui ſic. ſi eſt prſonalis, ergo habet in rem obligationem, ex qua oriatur & obligatio. aut venit ex contractu aut quaſi, vel maleficio vel quaſi, in quibus hoc non cõpræhenditur. ¡Item datur contra poſsidentem. l. tertia. §. fina. ff. ad exhi. contra naturam perſonalium, iuxta §.omnium inſtitut. de act. & per boc non poteſt dici perſonalis. Non poteſt etiam dici realis per texium expreſſum in dicta l. tertia. §. eſt autem. ff. ad exbib. Sed tamen teneas ipſam eſſe perſonalem & oriri ex contumacia non exhibentis, ſicut aliàs contumacia punitur vt iuribus vulgaribus. & facit ad hoc. l. fina. ff. de rei vend. Item non obſtat, quòd contra poſsidentem detur, vt aliàs eſt dictũ ſuprà in interdictis, quæ ſunt perſonalia, & tamen dantur aduerſus poſsidentem &c. Et ſic redeundo ad terminos quòd ſit cinilis, proba per idem quòd diximus in actione communi di. &c. Tertiò quòd in perſonam, eſt text. expreſſus in d.l.tertia. §.eſt autem. ff. ad exhi. Quartò eſt rei perſecutoria, vt probatur in dicta l.tertia. §. finali. Quintò datur in ſimplum cum ſimpliciter detur ad rem exhibenda ei cuius intereſt, vt dicta l.iij. §.ſciendum. Sextò quòd ſtricti iuris patet in dicto §.actionum Item quia eſt arbitraria, vt in §. præterea inſtitu. eodem titu. Septimò quòd perpetua probatur, cùm ſit perſonalis. dicta l. ſecunda, de conſt.pec. l.prima, de anna. except. ſuprà dictum eſt in proximis. Octauò hæredibus & in hæredes non datur, quia ſuis nominibus ipſi vtuntur. & ſic hæredi non datur vt hæredi. Et eodem modo in hæredem vt hæredem, niſi ex dolo defuncti ſit locupletior. de hoe eſt textus in l. de eodem §. fina. ff. ad exhib. Nonò quòd non infamat. Decimn quòd directa, & probatur in l. ſi quis hominem. ff. eodem titulo Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò ſimplex. Vltimò non contraria.

ACTIO EX EMPTO.

145 HÆc actio datur emptori contra vẽditorem vt rem venditam ſibi tradat, ſi babet facultatem, vel ſaltem præſtet intereſſe. iuxta ea quæ habentur in lege prima. ff. de actioni. empt. Et etiam datur in caſu euictionis rei ad intereſſe, vel duplum, ſi emptor fuit ſtipulatus, iuxta. legẽ emptori. ff. de euict. & toto illo titulo. & C. eodem. Et in caſu iſto euictionis detur directa actio. ex empto, an vero vtilis Barto. declarat in lege Ariſtote. §. Labeo. ff. de do. vide in dictis iuribus &c. Secundò qnòd ſit ciuilis, probatur in lege proinde. in principio. ff. de ædil. ædic. cum ſimilibus. Tertiò quòd ſit actio perſonalis eſt text. in lege ſi in illam. circa fin. C. de actio. emp. Quartò quòd ſit rei perſecutoria, probatur in §. ſequẽs verſicu. rarum. inſtitu. de actio. cum ſit perſonalis & ex contractu veniat. Quintò quod ſit in ſimplum, probatur in §.omnes. verſicu. in ſimplum. inſtitu. de actio. Sextò quòd ſit bonæ fidei, eſt tex. in dicto §.actionum. Septimò eſt perpetua, cum ſit perſonalis, vt in ſupradictis, & in lege neque. C. qui non obſtat longo tempore præſcripti. lege penultima. C. de conſtituta pecunia. Octauò datur hæredibus à fortiori, cum etiam pœnales dentur, in §.non autem. inſtitnti. de perpe. & tempo. actio. & etiam cnm ſit rei perſecutoria. &. ff. quod me cau. lege ſi cum excep. §.ſatis. In hæredes etiã datur, vt lege ex contractu. ff. de actio. & obli. Nonò quòd non infamet. Decimò quòd directa quia ex verbis & mente, licèt quandoque vtilis reperiatur, vt. ff. de act. emp. l. ex empto, §. is qui. cum ſi. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò ſimplex, bene eſt verum quod poteſt eſſe etiam vniperſalis cum competit pro vniuerſa hæreditate empta vt patet, & habetur. C. de hære. vel action. ven. per totum &c. Vltimò non contraria.

EX VENDITO.

146 HÆc actio datur econtra à ſuperiori. ſ. ipſi venditori aduerſus emptorem ad prætium rei conuentnm ſibi dandum, vt habetur in lege ex empto. de actio. & emptio. & in l. Iulianus. §. offerri. ff. eod titu. Et ſi venditor non conſideret de emptore poſſet rem deponere penes tertiam perſonam ſecundùm Bar. in l. ſi ſolututus ff. de ſol. de quibus vide in dict. §. offerri. Secundò quòd ciuilis à ſimili cum præcedenti patet. & proba per fundamentum quod dixi in communi diuidundo. Tertiò quòd in perſonam, probatur in l.j. C. de actio. empt. Quartò quòd rei perſecutoria. Quintò quòd in ſimplum, probantur hæc in l. Iulianus. §. ex vendito, de act. empt, & lege venditi. C. eodem titulo. Sextò quòd bonæ fidei, probatur in d. §. actio. In alijs fundamentis dicas vt, in ſuperiori proxima dixi, eſt bene verum, quòd hæc etiam reperitur quandoqne vtilis. l. Iulianus. §. ſi procu. &c.

EX LOCATO.

147 HÆc actio datur locatori contra conductorẽ, puta vt ſibi ſoluat mercedẽ debitã, vel aliud intereſſe, vel etiam ſi eſſet finita locatio, & cõductor vellet rẽ reſtituere. de

hac habetur in l.ſi tibi habitationem.ff.loca. & in l.præſes.C.eodem.titu.& habetur inſti. loca.in prin.& in §.ſi.eod.tit. Vide bonam gl.in materia cum ſi. Secundò quòd ſit ciuilis, probatur in l.j.ff.de ſuperfi.& etiam in l.prima.ff.loca. quia cum ſit ſimilis emptioni & venditioni, & ex iſtis dentur actiones ciuiles, eodem modo ex iſto. Tertiò quòd in perſonam, dic vt in ſuperioribus proximis, iuxta d.§.ſequens. In alijs fundamentis dicas vt in duabus proximis.

EX CONDVCTO.

148 HÆc actio competit à contrario à ſuperiori in caſu.ſ. quia datur conductori contra locatorem, puta quòd locator adimpleat contractum ex parte ſua, & præſtet patientiam, quòd conductor poſsit re conducta frui. de hac etiam habetur in iuribus in proxima allegatis, & l.ſi tibi alienam. & l.ſi quis domum.in prin. ff. loca.cum ſi. In omnibus alijs fundamentis. dic vt ſuprà, proxima cùm non diſcordet. Et vide in termino bonæ fidei.l.aduerſus.C. locati. & quòd in hæredes l.ſed & addes.§.ex conducto.ff.eo.& l. viam.C.eo.cum ſimi.

ONERIS ADVERSI.

149 HÆc actio procedit in caſu, quando quis conducit aliquam rem & vltra naturam contractus quæ facit ipſum teneri de dolo lata culpa & leui, iuxta legẽ ſi vt certo.§.interdum.& §.nunc videndum.ff.de loca. Fuit etiam pactum vt teneatur conductor de quocũque periculo ſiue aduerſitate, & ſic de caſu etiam fortuito, quia dato caſu aduerſo, ipſe conductor tenetur locatori ex hac ſpeciali actione, quæ dicitur oneris aduerſi, quòd pactum poteſt veſtiri interuentu rei, & etiam interuentu ſtipulationis, iuxta ea quæ habentur in l.petens & in l.in bonæ fidei. C.de pactis.& in l.iuriſgentium. §. quidem. ff.de pactis Sed ſecundum Azo.in ſumma.C.loca. hæc actio hodie non habet locum, nec eſt neceſſaria, cum hoc caſu ſufficiat actio ex locato, vt habetur in lege opus quòd aduerſio, & in leg.in naue.ff.loca. Et ſanctus Blaſius hìc dicit, quòd hoc poteſt eſſe verum, quando pactum de ſuſcipiendo onere fuit in continenti appoſitum.vt.ſ.veſtiatur cohærentia contractus & informet veterem actionem & nouam locati pariat, iuxta dicta l.in bonæ fidei, & dicta l.petens. ſecus ſecundùm eum eſſet ſi tale pactum ex interuallo apponeretur, niſi legis auxilio veſtiatur iuxta l legitimam. ff. de pactis. quòd tamen relinquit cogitandum. Tu dic vt dixi, quòd poteſt veſtiri interuentu rei, & etiam poteſt ex interuallo cohærentia ſtipulationis, iuxta ea quæ habentur in dictis iuribus, dic vt in iuribus præalleg. & hoc excepto quod non eſt bonæ fidei, dicas vt in ſuperioribus &c.

PRO SOCIO.

150 HAEc actio datur vni ſocio contra alium ſocium, puta quando vnus ſocius nollet communicare bona ſua eſſet ſocietas omnium bonorum vel etiam intuliſſet damnum ſocietati, quia per hanc actionem cogitur reſarcire & in multis ſimilibus caſibus in quibus in tit. ff.& C.pro ſocio & inſt.eo.per totum. Et hæc actio ex parte omnium ſociorum eſt directa, cùm non mutetur nomen contractus & contrahentiũ ſecundùm gl.in l.conſenſu.ff.de actio.& ob.& eſt tex.expreſſus in §.ex quibuſdam.inſti.de pe.te. li. Et quòd dicatur actio pro ſocio, eſt tex.in §.actionum.inſt.de act.& in l.tandiu.C.pro ſocio. Secũdò quòd ſit ciuilis, proba vt dixi in actione communi diui. Tertiò quod in perſonam eodem modo. Quartò quod rei perſecutoria eodem modo, cum veniat ex contractu, Quintò quòd in ſimplum, patet quòd in rei perſecutoria. Sextò quòd bonæ fidei in d.§. actionum. in l.ij.C. pro ſocio. Septimò quòd perpetua patet dum eſt perſonalis. Octauò quòd hæredibus & in hæredes detur. habes in l.ſi Titius.§.in hæredes.ff. pro ſoc. & lege in actione.§.mortis. Nonò quòd infamet probatur in d.§.ex quibuſdam. inſti.de pœ.te.li.in l.j ff. de infami. Decimò directa.d.§.ex quibuſdam.nec contraria eſt. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò quòd ſimplex non eſt contraria.

MANDATI DIRECTA VEL CONTRARIA ACTIO.

151 DEbes ſcire quòd mandati directa datur domino, qui mandat alij aliquod negotium expediendum, & ille ſuſcipit dictũ mandatum, quia dominus per hanc act. poteſt dictum mandatarium cogere ad reddendam adminiſtrationis rationem, & ſi in eo malè verſatus eſt &c. Contraria act. mandati datur ipſi mandatario, vt ſi quid de ſuo impẽdit &c. poſsit à domino repetere. Et hinc eſt, quòd iuriſcon.in rubr.dixit mandati vel contra, quaſi intelligat de directa & contraria act.mandati. & hoc caſu bene procedit theolog.gloſſ.in lege conſenſu. de actionibus & obligationibus quod quando nomen deſcendit à nomine, nec variatur nomen contractus, ab vna parte actio.eſt directa, ab alia contraria. De his duabus actionibus habetur inſtitu. de pœ.te, liti. §.item tute. & habetur in dicto §. actionum.vide textum in lege ſi fideiuſſor.& lege ſequen. in lege cum per procuratorem. in lege etiam.C.mant & ff.mand.lege ſi vero non reum. §. contraria. cum ſimili. Secundò quòd ſit ciuilis, probatur per ea quæ in actione communi di. Tertiò quòd in perſonam, probatur in lege mandati. in principio.C.de fideiuſſo. Quartò quòd rei perſecutoria, patet cum ex contractu veniat. dicto §. ſequens. ver.catum. Quintò quòd in ſimplum, quia ſimpliciter ad intereſſe datur. vt.ff.man.procuratorem. §.mandati. Sextò quòd bonæ fidei. habetur in dicto.§.actionum. Septimò quòd ſit perpetua, probatur.ff.manda.lege ſi mandato.§.ille qui. Octauò quòd hæredibus & in hæredes, probatur in dicta lege mandati C.manda. in dicta lege ſi vero non renumerandi. §.finali. &.ll. ſequent.cum ſimili. Nonò quando ſumus in directa quod ſit famoſa, probatur in dicto §. ex quibuſdam. inſtitutio.de pœ.te.liti. Contraria non infamat, vt ibi probatur à contrario ſenſu. vide etiam in lege in re mandandata. C. manda. Decimò directa eſt & contraria, vt dictis iuribus, licèt quandoque vtilis ſit, vt lege ſi mandauero. §. interdum. & §. ſi is cui. ff. mandatum. cum ſimili. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò ſimplex vt patet &c.

DEPOSITI DIRECTA ET CONTRARIA.

152 ACtio depoſiti directa datur domino, qui rem depoſuit aduerſus ipſum depoſitarium, id eſt recipientem rē in depoſitum quia ſi nollet depoſitum reſtituere, per hanc actionem cogitur. Actio depoſiti contraria datur ipſi depoſitario, ſi quid fortè impendit in re depoſita neceſſario vel vtiliter, quia poteſt agere dominum rei per hanc actionē reſtituat, & in quo teneatur ipſe depoſitarius in re depoſi. de his omnibus vide in §.præterea.inſt. qui.mo. re.con.ob. & d.§.itē tutelæ.inſti.de pœ.te.liti. vide in l.j.ff.depo.C. depoſiti. Et iſtæ ciuiles regulariter competunt pro omni depoſito exceptis illis quatuor caſibus tantùm.in quibus datur prætoria directa, ſcilicet contraria.de quibus dixi inter prætorias. & habetur in l.quod tumultum,ff. depo. Secundò quòd ſit ciuilis, dic vt in præcedēti.Tertio modo quòd in perſonā,& eſt tex. in l neque.C. qui non ob.lon.temp. præſcrip. & rei perſecutoria & in ſimplum, vt in præcedentibus dixi. & rei perſecutoria ſignatur in l.ſi hominem.§.datur.ff. depo .vi quod ſit bonę fidei probatur in d.§.actionum. & in l.ij.C.depo.& l.j.§.hanc.ff.eo. Septimò quòd ſit perpetua patet ex eo quòd eſt perſonalis, vt eſt dictum ſupra in multis ciuilibus. Octauò datur hæredibus & in hæredes, d. §.datur &l.j.§.hæc& §.apud.& §.qui depoſitū. Nonò directa infamat licet contraria non d §.ex quibuſdam. Decimò eſt directa, & poteſt eſſe etiā in præcedenti .Vndecimò ſingularis .Duodecimò ſimplex contraria eſt reſpectu contrariæ.

TVTELÆ.

153 HÆc actio datur pupillo finita tutela contra tutorem vt reddat rationem de geſtis vel neglectis per eum in tutela pupilli.de hac habetur in §. actionum. inſti. de act.& in toto ti.ff.de tute. & ra. diſtinct.& in l.ex maleficiis. §. tutelæ.ff. de act. & ob. & in l. vbi.ff.de tute.& ra.diſtra. cum ſi. Et licet ſanctus Blaſius hic ſignauerit etiam cōtrariam actionem tutelæ,& eam dixerit ciuilem,tamen ſi bene recolo contrariam tutelæ ego ſignaui inter prætorias,& credo quod ſit xxix.actio. & miror de ipſius exceptitia,cum pro contraria ſit ſpecialis circulus inter prætorias & inter ciuiles. de hac nullum ſignum reperies ,etiam non eundo per iſta mendicata ſuffragia. quòd habetur contraria non ſit ciuilis,ſed prætoria ibi dixi , & eſt textus in terminis in l.j in princ.ff.de con. & vti. ac. tu. Et ibi dixi quod ſanct.Bla.iſtam contrariam dereliquit,& tunc video quod ipſe fecit ductus eo errore.quia credebat ciuilem cum eam hic inter ciuiles ponat,quod cum reuerentia eſt falſum , vt ibi probaui.& hoc,& cōtra ipſum teneas.ij quòd ſit ciuilis probat,vt dixi in actione communi diui.iij.quòd in perſona.eſt tex.no.in l.neque.C.qui non ob.lon.temp.perſc.iiij quod rei perſecutoria proprio patet ex eo quod eſt ex quaſi contractu. d.l.ex maleficiis.§.tutellæ.& inſti.de ob.qui ex quaſi contractu.§. item tutellæ. v. quod in ſimplum, probatur in l.ij & l.quicquid C.arb tu. vj. quòd bonæfidei,probatur in d.§. actionum cum ſi. vij. perpetua eſt,vt d.l.neque.C.qui nō.ob. lon. tempore præſcri.in l.tutores. C. arbi. tute. viij. quod hæredibus & in hæredes , probatur in l. tutelæ.C. arbi.tut.& l.j.§ hanc actionem. ff. de tute. & ra. diſt ix.quòd infamet hæc directa ciuilis,eſt tex.in §.quibuſdam.inſti.de pe. te. li. x. eſt directa vt.d. §.ex maleficiis.& ſuprà.Sed quāquā reperitur vtilis,vt l.cū tutor.& l.alterius.ff. de tut. & ra. diſtr. xj.quòd ſingularis. xij. quòd ſimplex &c. Nono eſt contraria.

COMMODATI DIRECTA ET CONTRARIA.

154 ACtio commodati directa datur illi qui alteri rem aliquam commodauit,vt rem reſtituat nec deteriorem reſtituat. Et de hac habetur in §.item is.inſti.quib. mod. re con. ob.& in toto tit ff.&.C.commo.in l. de. De contraria actione commodati vide in l.in commu. §.j.ff.commo.Et hæc competit ipſi commodatario ſi quid in re commodata vtiliter vel neceſſario impendit,vide in preallegatis iuribus.Et in re commodata in commodatarium non tranſit dominium nec poſ.& habetur in l.rei commodatæ cum l.ſeq.ff com Secundò quòd ſit ciuilis in perſonam,& rei perſecutoria.& in ſimplum, dicas,vt in precedētibus.Sexto quod ſit bonæ fidei,eſt tex. in d.§.actionum.vij.eſt perpetua,cum ſit perſonalis,vt in pluribus dixi.viij.datur hæredibus ,cum rei perſecutoria.d.l.in honorariis. In hæredes etiā datur,vt l.iij.§.heres ff.commo.ix. non infamat, cum non reperiatur.x.eſt directa, vt patet & probatur in d,l.iij.§.ſi filio.com.licet vtilis quanquā reperiatur,vt in d.l.iij.in prin.Contraria reperitur,vt dixi.xj.ſingularis.xij. ſimplex. Vltimo contraria reſpectu contrariæ.&c.

PIGNORATITIA DIRECTA ET CONTRARIA.

155 ACtio pignoratitia directa datur ipſi debitori contra credito,vt rem pignoratā reſtituat ſatisfacto ſibi de credito.De qua habetur in i§.ſi inſti.qui. mo. re cōtra obl. in l. ſi rem.§.omnis.ff.de pig. act. Ponunt ſcribentes in §.item ſeruiana.inſt.de act.& an naſcatur hæc actio antequam ſit ſatisfactum creditori,gl.in d.§.ſi.in verbo pignoratitia tamen quòd non de quo ramen ibi vide,& in d.§,omnis.& in d.§.item ſeruiana.& in l,ſi rem alienam.ff de pig.act.Contraria act.pignoratitia datur creditori aduerſus debitorem quo caſu creditor aliquid vtiliter vel neceſſario in re pignorata impendiſſet.De hac habetur in l.tutor,§.contrariam.ff de pig acti. & in l. ſi ſeruos.co,ti.& debent eſſe ſumptus mediocres cum nimis oneroſus creditor audiri non debeat, & econtra nimis delicatus debitor , vt d.l. ſi ſeruos in fine. Et quòd reperiatur contraria & directa pignora. demonſtratur ex rubrica. ff. dum dicit de pignoratitia actione , vel econtra. Et quòd pignoratitia à ſeruiana differat,vide in d.§. item ſeruiana.inſtit.de act.&c. Secundò quòd ſit ciuilis,proba vt dixi in actione communi diuiiij.quòd in perſonam.eſt tex. in l. fina. C. de diſt.

inreiurando ſcilicet quòd dicatur actio iudicati non in factum & ad dictam legem actori.eſt in factnm propter augmentum. & hoc puto de iure vetius, vt probatur in multis iuribus in lege quarta & dicta lege miles. §. qui iudi. §. fin. & dicta lege in iudicati.ff.de re iudicata vbi omnes tex.debent actionem iudicati non autem in factum,& hanc opinionem alis ſeqnebatur legendo dicta lege miles.dominus Petrus Paulus de raineriis de Peruſio.Et quibus modis fiat & poſsit peti executio ſententiæ,vide Bartolus in lege intra dies.ff.de re iudicata.& Angelus in repe.l.j.C. de iudi.quem etiã allegat S. Blaſius hic. Secundò quòd ſit ciuilis proba vt in actione communi diuid. Et eodem modo quòd in perſonam, & rei perſecutoria,& in ſimplum,& vide in d. l. miles. §.fi.vj.quòd ſit ſtricti iuris, proba ex.d. §. actionum.vij.quòd perpetua,eſt text.in d. l. miles.§.fi. Octauò quòd hæredibus & in hæredes, probatur ibidem.Nonò qnòd non infamet. Decimò directa.licet videatur vtilis per textum in l.j. ff. de re iudi.quod tamen intelligas,vt ibi xj.ſingularis niſi per vniuerſitatem detur,iuxta tit. C. de hæred. vel act. vend. Duodecimò ſimplex &c. Vltimò non contraria.

EX STIPVLATV PRO DOTE.

160 HÆC actio reciprocat viro.ſcilicet vxori. Viro quando ipſe non recipiſſet dotem ſibi promiſſam,vel à muliere, vel patre vel alio,quia per hanc actionem poteſt ipſam petere. Vxori patri vel alij conpetit quando eſſet ſolutum matrimonium morte viri,vel quouis caſu, vel etiam conſtante matrimonio marito vergente ad inopiam, vel in ſimili caſu ad repetendam.ſcilicet dotem marito datam.de hac latè per omnes in l.ij.& l.ſi conſtante. ff. ſolut. matri. in l.in rebus.& in l.vbi adhuc.C. de iur. do. in.l. vnica.C.de rei vxo.act.in d. §. acctionum. inſti. de act.ſiue in.§.fuerat.Et ſic pro dote recipienda vel repetenda datur actio ex ſtipulatu intantum quòd etiã ſi ſtipulatio non interueniſſet cum ius eam præſumat præſumptione iuris & de iure, nihilominus hæc actio conpetit.de quo in d. l. vnica.in præſenti C.de rei vxo.act.& hoc eſt vnum ſpeciale in dote de pluribus aliis priuilegiis.ſanct. Blaſi.ſe remittit ad tractatum ſuum quem de dotis priuilegiis edidiſſe dicit latè vide per doc.in.l. j.ff.ſol.mat.poſt Bat.ibi maximè per dominum meum dominum Petrum paulum de Rayneriis ibi,qui cumulat centum decem & octo priuilegia,& vide ad dotes tractatum aureum conductũ per dominum meum dominum Bal.de bartholinis de Peruſio noſtræ academiæ principem. Secundò quòd ſit ciuilis probatur in dicta lege vnica in principio C.de rei vxor.actio.cum introducatur à lege ciuili etiam quia nõ intercesserit ſtipulatio,vt dixi.& actio ex ſtipulatu eſt ciuilis, vt in §.præterea inſtitut.de actioni. Tertiò quòd in perſonam. & rei perſecutoria. & in ſimplum,patet cũ ex cõtractu & dote proſequatur & nõ plus ſextò qnòd ſit bonæ fidei patet in dict. §. actionum.ſiue in §.fuerat dicta lege vnica.cum ſimilibus.ſeptimò.perpetua cùm perſonalis, vt in multis dixi.Octauò quòd hæredibus probatur in dicta lege vnica.§.& hoc cum ſimilibus In hæredes, vt lege rei iudicatæ.§. primo & lege etiã in principio ff.ſoluto matrimonio. Nono non infamat. Decimò. directa, licet vtilis reperiatur quandoque, vt lege Caius. poſt medium ff. ſoluto matrimonio. Vndecimò ſingularis. Duodecimò ſimplex.Vltimò non contraria &c.

AQVAE PLVVIÆ ARCENDAE.

161 HÆC actio competit aduerſus eum qui volens conſtruere in ſuo prædio aliquod ædificium impediuit curſum aquæ pluuialis, qui exinde fluere ſolebat vel etiam foſſam in qua aqua recipiebatur reſtagnare permiſit, item quod eſt nocitum prædio alterius vicini vel cuiuſuis,quia per hanc actionem talis cõſtiruens conpellitur opus deſtruere,vel emendare,vt aqua vicino non noceat & expẽſis ſuis.ſcilicet aquam ad ſolitum curſum reducat,& hoc quando quis manu ſua conſtruxit ædificium.ſi verò alius id feciſſet tunc dominus prædij cogitur præſtare patientiam demoliendi &c.Hæc omnia ſunt clara & habẽtur in lege prima §.primo & §. in ſumma & l.in ſumma. §.j.& l.ſi tertius §. fin. ff. de aqua plu.at.Et eſt aduertendum quòd ita demum procedit hæc actio ſi aqua noceat prædio, nam ſi noceret alicui ædificio,tunc nõ habet locum hæc actio.Iſte eſt text.no.quem ſemper tene menti in materia in d.l.j.§.item ſciendum.el.ij. ff. de aqua plu.at.Et quæ aqua debeat eſſe, vt actio locum habeat,vide in d.l.j.§.in ſumma &c.Secundo qnòd ſit ciuilis,proba,vt eſt dictum in actione communi.diui.iij.eſt in perſonam.vt d. l. ſi tertius. §. aquæ. iiij.eſt rei perſecutoria.& eo modo in ſimplum, cum & operis deſtructionem perſequatur, & reparationem curſus antiqui ipſius aquæ & damnum contingens ſimpliciter. vt dixi per d.l.j. in princi.& l.quamquam.in fine principi eodem titulo.Sextò eſt ſtricti iuris.vt.d. §. actionum. Septimò eſt perpetua.quia perſonalis.Octauò hæredibus datur,cum ſit perſecutoria. vt in plutibus eſt dictum.Et eo modo poteſt dici,quòd ſit in hæredes.pet.§.non autem.inſtit.de perpet. & temp. actionum. Nonò quòd non infamet,patet dum non repetitur.Decimò directa, licet aliquando reperiatur vtilis. vt l. in ſum. §. item varus. & l. ſi vſufru.in fin.prin eod.tit.Vndecimò quòd ſingularis.Duodecimò quòd ſimplex. Vltimò non contraria.

DE PASTV PECORIS.

162 HÆC actio eſt aduertenda quæ conſideratur dupliciter.Vno modo quando animalia alicuius ab eo depaſta ſunt in fundum alicuius,frumentum ordeum & ſimiles vel quomodocunque fructus damnum dederunt. nã dominus animalium tenetur vtili actione de paſtu pecorum ad intereſſe damnum paſſo.Alio modo conſideratur in factum de paſtu pecoris,quando ſcilicet fructus alterius cadunt in fundo vicini qui immiſit ſua animalia ad paſcendum illos fructus,de ambobus eſt text.vnicus in iure in l. qui ſeruandarum.§.fin ff.de præſcri. ver. vide gl. in l.fin.C.ad l.aquil.Et ſecundum ſanctum Bla-

TIGNO INIVNCTO.

166 HÆc actio datur aduerſus illum, qui alienum tignum ædificio ſuo iniunxit, puta ligna, regulas, calcem, arenam, lapides, & ſimilia. Et eod. modo in vineam perticas & pedamenta &c. Nam cùm lex non patiatur ædificia dirimi, dat hanc actionem domino tigni ſiue rei iunctæ ædificium ad duplum æſtimationis illius rei, in quo duplo ineſt rei rei perſecutio. De hac vide in l. j. ff. de tign. iniunct. in l. adeò. §. cùm in ſuo. ff. de acqui. re. dor. inſtitut. de rerum di. §. cùm in ſuo, & plenè in l. in rem actio. §. tignum. vbi gl. not. quam vide omnino, quia plures facit quæſtiones in materia. ff. de rei vend. vide in d. iuribus &c. Secundò quòd ciuilis, probatur in dicta l. j. de tig. iniunc. Tertiò quòd in perſonam, probatur in §. omnium. inſtitut. de actio. Quartò quòd rei perſecutoria reſpectu rei, vt patet. Quintò quòd in duplum, vt iam dixi. Sextò ſtricti iuris. Septimò perpetua, quia perſonalis. Octauò quòd hæredibus & non in hæredes, probatur in §. non autem. inſtitut. de perpet. & temporum act. Nonò quòd non infamat. Decimò directa. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò quòd ſimplex &c. Vltimò non contraria,

ARBORVM FVRTIM CÆSARVM.

167 HÆc actio competit aduerſus eum qui furtiuè animo lucrandi, vel alter incidit arbores alicuius, quia d. dictarum arborum datur hæc actio ad duplum æſtimationis arborum in quo duplo in primis ineſt rei perſecutio, & etiam ſit deductio lignorum, ſi remanſerunt domino, de hoc habetur in l. prima. ff. ar. fu. cæ. in l. furti. §. finali. & l. ſeq. & l. pœn. ff. eodem titulo. quia etiam poteſt competere legis Aquili. act. quando ceſſare eam faciat, vide in l. prima. Et hoc procedit quantùm ad actionem ciuilem, ſcilicèt cùm ciuiliter agitur, ſecus ſi ageretur criminaliter, quia tunc dicti inciſores arborum tanquam latrones puniri debent, vt eſt tex. cum gloſ. in l. ſciendum. ff. eodem titulo. Et vidi decapitari quendam pauperculum, quia alteri & arbores & vites furtiuè inciderat. Et nouiſsimè in regno audiui eſſe editam pragmaticam, vt incidentes arbores de die patiantur manus de nocte pœnam capitis &c. Secundò quòd ſit ciuilis. probatur in dicta l. prima. cum ex l. duodecima. tab. deſcendat. Tertiò quòd in perſonam, quia venit ex delicto. Quartò eſt rei & pœnæ perſecutoria & in duplum quod dic vt ſuprà dixi. Sextò quòd ſtricti iur. patet in §. actionum. Quòd perpetua cum perſonalis, & eſt text. in dicta l. furti. §. hæredibus ſed non in hæredes eſt text. in dicta l. furti. §. eodem titulo. Et probatur etiam in dicto §. non autem omnes. Nonò non infamat, cùm non ſit expreſſum. Decimò quòd directa. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò quòd ſimplex. Vltimò non contraria.

RERVM AMOTARVM.

168 HÆc actio competit reciprocè tam marito contra vxorem quæ res mariti ſubtraxit. cùm in matrimonio eſſet, & in terminis faciendi diuortium, quam etiam vxori contra maritum eodem modo. Et videntur ſocij diuinæ humanæ domus, iuxta l. aduerſus. C. de cri. expil. habere. & etiam in honore matrimonij. Non enim eſſet honeſtum dare inter eos actionem furti. datur hæc actio quæ datur rerum amotarum, quę non aliter infamat. De hoc in l. prima & ſecũda. ff. rerum amo. & C. eodem. Et aduerte quòd ita demum habet locum hæc actio. ſi res fuerunt amotæ cau. diuortij faciendi, & cum effectu ſecutum fuit diuortium, vt habetur in. l. rerum quidem. ff. eod. ij quòd ſit ciuilis, probatur in d. l. prima, in principio. & dic vt dixi in actione communi di. quantùm ad hoc iij. quòd ſit in perſonam patet. cùm ex delicto, & etiam quia eſt conditio, vt l. rerum. la picola. ff. eodem. cùm conditiones ſint in perſonam, iuxta. §. appellamus inſt. de actio. Quartò eſt rei perſecutoria. vt eſt text. in l. ſi mulier. §. fina. ff. eodem. intantùm quòd non habet locum priuilegium, vt conueniantur inquantùm facere poſſunt, vt dicto §. fina. quòd tene menti. ad l. maritum ff. ſolu. matr. & ad l. non tantùm. ff. de re iud. Quintò eſt in ſimplum. vt l. ad fiſcum, ff. rerum amor. Sextò eſt ſtricti iuris. Septimò eſt perpetua, quia perſonalis, vt pluries dixi. Octauò datur hæredibus, vt dicta l. ſi mulier. §. fina. In hæredes inquantùm ad eos peruenit. vt l. fina. C. eodem. titu. Nonò quòd non infamat, probatur in l. ſecunda. ff. & C. eo. Et etiam eſt conditio iuxta l. ceſſat. ff de actio & obligat. Decimò directa, licèt vtilis ſit quandoque, vt dicta l. ſi mulier. in principio. in l. vina quoque. eodem titu. Vndecimò ſingularis. Duodecimò ſimplex. Vltimò non contraria.

RATIONIBVS DISTRAHENDIS.

169 HÆc actio datur pupillo, finita tutela aduerſus tutorem, qui res aliquas pupilli non aliter animo fraudandi vel furandi abſtulit, & in ſuos vſus conuertit, quia per hanc actionem tenetur ad duplum æſtimationis rei per eum ſubtractæ. licèt in dicto duplo contineatur rei perſecutio. in qua etiã actione licèt poſſet venire intereſſe non duplatur. Pro omnibus his vide tex. magiſtros in l. actione. per tot. l. & l. j. § de rationibus. cum §. ſeq. vſque in fina. ff. de tut. & ra. diſt. vbi tractatur de ij. parte illius rubricę in in qua competit hæc actio. vt d. iuribus &c. Secundò quòd ſit ciuilis, proba vt in communi di. Tertio quòd in perſonam, patet quia ex quaſi delicto. Quartò quòd pœnæ & rei perſecutoria, proba in d l. j. §. pen. & l. actione. §. fi. Sextò quòd ſit ſtricti iuris patet. Septimò quòd perpetua in d. l. §. pe Octauò quòd detur hæredibus non in hæredes, probatur in d. §. pe. ix. quòd non infamet. Decimò directa. Vndecima ſingularis. Duodecimò ſimplex. Vltimò non contraria.

LEGIS AQVILIÆ

170 HÆc actio competit aduerſus illum. qui occidit vel vulnerauit ſeruum alicuius, vel aliquod eius animal, quia omnino æſtimatio-

æſtimationem damni per eum dati datur domino hæc directa actio legis Aquiliæ. Ad cuius terminos habes ſcire, quòd quatuor modis poteſt dari damnum. Primò de corpore iu corpus, vt iam examplificaui quo caſu habet locum directa actio legis Aquiliæ. vt in §. cæterum. inſtitutio. ad l. Aquil. ſecunda. datur damnum de non corpore in corpus, quando quis iucluſiuit auimal alicuius, vt famæ necaretur, vel in aliqnem locum periculoſum, vt inde præcipitium fecerit. & hoc caſu competit vtilis actio. l. Aquilia. vt dict. §.cæterum. Et eodem modo, ſi quis de manu excuſsit annulum alicui & in flumen cecidit. vt l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis de manu. ff. eodem. licèt etiam iſtis duobus caſibus Ioan. etiam det in factum actionem per l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. eodem. iij. per gloſ.in §.finali, inſtitut. eodem iij. datur damnum de corpore in non corpus, cùm quis ſeruum de poteſtate præcipitauit, vel de tipa vel aliquod animal. Et hoc caſu datur directa actio. l. Aquilia.per gloſſ.in dicto §.fina. in ver. Aquilia. iiij. datur damnum de non corpore in non corpus vt ſi ſeruum ligatum à domino ſolui, vt aufugeret, quo caſu habet locum in factum. l. Aquilia.dicto §.fina. & ibi vide. Et de hoc in factum ſubſidiaria. l. Aquilia. diximus ſuprà inter prætorias &c. vide in præallegatis iuribus &c. Secundò quòd ſit ciuilis patet in dicta l. prima & ſecunda, ad l. Aquil. Tertiò quòd in perſonam patet cùm veniat ex quaſi delicto &c. Quartò eſt mixta hoc eſt cùm ſit rei & pœnæ perſecutoria ſiue in perſouam & in rem, vt iu §. ſed & legis inſtitur. de actio. Item quandoque datur in ſimplum, quandoque in duplum. vt l.ij. in prin.ff.ad l. Aquilia. dicto §. ſed & legis. & l. contra. C. ad l. Aquili. Duplatur quando ſumus in caſu inficiationis.vel eſt in ſimplum, vide text. etiam in l. indem Neratius. §.peuultimo, eodem titulo. Et vt habebas etiam alios terminos, quando occideretur ſeruus vel aliud auimal, quòd appellationem pecudis venit, tunc fit æſtimatio damni, quanti illud animal plurimi fuerit ab anno retro,vt in dicta lege ſecunda, in principio.ſi verò ſolùm vulneretur ſeruus, vel aliud quodcunque animal manſuetum dico vel non tunc fit æſtimatio damni à triginta diebus retro. Iſte eſt text.in §.ex hoc tamen capite. & §.capite iij. inſtitut. ad l.Aquil. imò etiam ſi eſſet datum damnum in rebus anima carentibus. Nec inuenio quòd fiat diſtinctio, quando vulneratur animal manſuetum vel non, & differentiam etiam in tempore vt ponit ſanctus Blaſius hoc vide & perquiras ſi potes reperire &c. Sextò eſt ſtricti iu.dicto §.actionum. Septimò perpetua, cum etiam perſonalis.Octauò datur hæredibus non in hæredes, niſi ex damno ſint locupletiores, text.eſt in l. inde Neratius. §. hac actioue. ff. ad l. Aquil. Nonò non infamat, quia non reperitur etiam cùm detur contra vxorem, quòd uon eſſet per l. penulti. C. re amo.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi cùm maritus. ff.ad l.Aquil. iungendo ea quæ diximus in actione rerum amo. &c.Decimò directa licèt vtilis reperiatur,vt dixi in §.penultimo, inſtitut. eadem. non eſt contraria. Vndecimò ſingularis. Duodecimò ſimplex. Vltimò non contraria.

IN FACTVM DE PAVPERIAE DIRECTA ET VTILI.

171 HÆc actio habet locum contra eum,qui dum haberet aliquod animal quadrupes illud animal dedit damnum alteri puta in fuudo & ſimilibus rebus, vel etiam ſi occidit ſeruum, quia per hanc actionem dominus tenetur ad emendam damni,vel dare animal pro noxa.& hoc in animalibus quadrupedis,& manſuetis,cæterum in animalibus bipedibus,vt in gallo,& gallina,& ſimilibus,&tunc pro damno habet locum vtilis actio de pauperiæ,hæc habentur in l.prima & ſecunda.ff. ſi quadru.pau.fe.di.& in l.pe.eo.tit.& inſti.e.in prin.In quadrupedibus autem feris,& non manſuetis, quæ eſſent in alterius dominio,puta vrſus ſi eſſet ligatus, vel leo,canis,& ſimilia.Et tūc ſi nocerēt homini,libe rodatur in dominū vtilis actio de pauperiæ in factum,ædilitia ad emēdam damni.Si verò per hoc homo liber eſſet interfectus, tunc eſſet pœna ducentum ducatorum.vt l.qui vulgo. ff.de edil.edi. Si verò ſit nocitum ſeruo alicuius, datur & in factum ædilitia & de pauperiæ vtilis ad emendam damni domino ſerui ad duplum, vt probatur in §.fin.inſti.ſi quadru. pau.fe.di. vide in d.iuribus. Secundò quòd ſit ciuilis,probatur in lege prima. ff.e.inſti.e.iu prin. iij.quòd in perſonā patet.Quartò rei perſecutoria & in ſimplum & in duplum, vt iuribus præallegatis.& lege prima. & lege hæc actio.ff.eodem. Sextò quòd ſtricti iuris patet. Septimò quòd perpetua,quia perſonalis. Octauò hæredibus,ſed non in hæredes datur, niſi iu quoſlibet detinentes,probatur in lege prima.§. final. ff. eo.Nonò non infamat.Decimò directa. ſed vtilis repetiatur,vt dixi. Vndecimò quòd ſingularis, Duodecimò quòd ſimplex.Vltimò non cōtraria.

INIVRIARVM EX LEGE CORNELIA IN TRIBVS CASIBVS.

172 HÆc actio iniuriarum qui in tribus caſibus dicitur competere habet locum,cum quis alium pulſauit ad eius iniuriam ſine dolore,vel ſecundò eum verberauit cum dolore vel etiam cum ſanguinis effuſione,vt l iij. ſi quis alterius domū contra eius voluntatem intrauerit, & ad eius iniuriam. Iu iſtis tribus caſibus succedit actio iniuriarum ex d.l. Cor. vt habetur in §. ſed & lex Cornelia inſti.de iniur.& l.lex.Cornelia.ff.e.Et eo.modo qui iniuriam alterius famoſum libellum ſcriberet,vel aliud diuulgaret.vt d. l.lex Corne.§.ſi quis librum.& ſeq.l.j. C. de fa.libel.& v.quæſtio.j.capitu.fina. in quo caſu introducta etiam actio ciuilis per alias conditiones priucipis.& ex ſenatuſcon.vt dict.l.iuribus. alias daretur actio prætoria, vt diximus ſupra inter prætorias &c. Et in hac actione ciuiliter & criminaliter poteſt fieri iniuria, iuxta l.iniuriarum eſtimatio eodem titulo. Nec ſine animo poteſt iuferri iniuria .iuxta l.illud. ff.de iureiurando. & l. nou ſolùm. eodem titulo. Vide etiam ſanctus Blaſius. hic, qui bene loquitur. vide latè Bar. in lege.iniuriarum æſtimatio. ff.de iu iure. Secundò quòd ſit ciuilis, patet in primo alleg. ſupra.

Tertiò quòd in perſonam. Quartò rel perſecutoria.& etiam pœnæ, & in ſimplum, vt colligitur ex l. conſtitutionibus §. primò ff. eodem. Sextò quòd ſtricti iuris patet. Septimò quòd non ſit perpetua, ſed duret anno. videtur tex. in l. ſi non conuitij. in fine. C. de iureiurando. & hoc tenet Ioannes vt refert gloſſ. in dicto §. ſed lex. initi. en. licèt Mar. contra per text. de perpe & temp. in principio. Et habetur tranſeundo ſal. in dicta l. ſi non conuitij videtur cum pluribus antiquis cum hac opinione tranſire pro nunc nihil dico ſuper hoc. Octauò nec hæredibus nec in hæredes datur. l. iniuriarum ff. de iniuria, & dicto §. non autem. inſtitutione de perpetuitate temporum actione. Nonò quòd infamet, habetur in § ex quibuſdam: inſtitutione de perpetuitate temporum licitè. Decimò directa. Vndecimò ſingularis. Duodecimò ſimplex.

IN FACTVM CONTRA MAGISTRATVM QVI NON EXEGIT IDOneam *cauſam.*

173 HÆc actio, prout etiam dicit ſanctus Blaſius & bene, datur pupillis contra magiſtratus depoſatos ad cautiones exigendas vel recipiendas pro pupillis quando tutores ſunt tales quod tenentur ſatiſdare, iuxta tit. de inſatiſdatione tutelæ, cum ſimilibus. Vel ſi exegerunt cautionem fuit minus idonea vnde ad intereſſe pupillorum vel adultorum datur hæc actio contra dictos magiſtratus, iuxta titulum etiam ff. & C. de magiſtratu conuentu &c. referret etiam Roſ. in libellis ſuis in rub. de act. in fa. quæ datur contra magiſtratum. &c. Secundò quòd ſit ciuilis patet. cum deſcendat ex ſenatuſconſulto. l. penult. C. de magiſt. conue. & ſenatuſconſulto, ſunt de iure ciuili. l. ius ciuile. ff. de iuſtitia & iuramento. Quòd in perſonam patet cum ex quaſi delicto. Quartò quòd rei perſecutoria reſpectu pupilli vel adulti patet ad ſenſum. Quintò quòd in ſimplum eodem modo cum tantum intereſſe perſequantur, vt per totum titulum de magiſtratu. conuentu. vi. ſtricti iuris vt patet. Septimò eſt perpetua cùm perſonalis &c. Octauò hæredibus per §. non autem. de perpet. & tempore actio. In hæredes non, niſi ex dolo & lata culpa. lege non ſimile. ff. de magiſt. conuentu. l. ſecunda C. eodem §. finali inſtit. de ſatiſdatione tutorum. Nonò non infamat. Decimò eſt vtilis, vt Codice eodem l. penultima non eſt cõtraria. Vndecimò ſingularis. Duodecimò ſimplex.

INGRATI.

174 HÆc actio (ſi actio dici poteſt) competit aduerſus libertum qui exiſtens ingratus patrono qui eum manumiſit, poteſt propter ingratitudinem in ſeruitutem reuocari. Et de hac habetur in §. maxima inſtitut. de cauſa dicta & per totum. Codice de liberalitate. & eorum liber. Et ſimile poſſumus dicere in patre aduerſus filios emancipatos ingratos &c. Et quòd iſta ſit propriè actio videtur textus in lege finali Codice de liber. & eodem lib. facit duodecima quæſtione ſecunda, capitulo lib. licet gloſſa ibi condicat. vide in dicto §. maxima. Secundò quòd ſit ciuilis proba, vt in communi diuidundo. Et etiam cum detur ex dictis legibus. Poteſt dici in rem ſicut præiudicialis de libertate. In ſimplum & rei perſecutoria & ſtricti iuris patet. Item perpetua cùm perſecutoria. Item hæredibus licèt non in hæredes. vt patet. Nonò non infamat. Decimò directa. Vndecimò ſingularis. Duodecimò ſimplex.

POST hæc ſic expleto tractatu omnium actionum quæ reperiuntur in arbore additis quibuſdam aliis, vt patet. Sanctus Blaſius in ſuo tractatu proſequitur ſeptemdecem alias actiones, ſi actiones propriæ dici poſſunt, quas leges & aliis authoritatibus nititur roborare, & cum ipſis ſimpliciter tranſit, ego, qui tanti doctores veſtigis in omnibus ſequi deberem, diſcutiam, ſi decem actiones ſint neceſſariæ. Et vel quòd ſint neceſſariæ vel quòd non in arbore mea eas ſignaui, & vnicuique ſuum circulum tradidi, vt apparet. Imprimis itaque admirandum eſt, quòd ſi Ioannes vidiſſet dictas actiones eſſe propriè actiones & neceſſarias quòd in arbore ſua non dederit circulum, & de eis non fecerit mentionem, cùm inter antiquos doctores, & gloſſ. quanta ſit eius opinio manifeſtum eſt, cùm vt plurimum ab aliis moderníoribus gloſſ. & à doctoribus approbetur. ſed quia quantò iuniores, tanto proſpiciatores, iuxta l. præcipiunt. ff. de ædil. edi. & l. gallus. in principio, ff. de liberis & poſthumis. & l. tertia. §. ſed & ſeruus. ff. de condict. ob cauſam igitur non eſt mirandum, ſi ipſe addidit. videamus itaque de ſingulis, & an iure probentur.

CERTI CONDITIO EX STIPVLAtione.

175 HÆc actio ſecundùm eundem S. Blaſium habet locum, cum quis eſt ſtipulatus aliquod certum, cuius ſolutio non poteſt variari ab eo, qui eſt debitor dicit probari, iuxta notata per Bartolum & doctores, in l. vbi autem non apparet. in principio de verborum obligationibus. & dicit eam dari contra promiſſorem ad id quòd promiſit dare, vt ea lege in fine. Sed ſi quis eſſet ſtipulatus incertum competit ex ſtipulatu vel incerti conditio. l. ſi quis certum. ff. ſi certum petatur. inſtitut. de verbo. ob. in prin. hæc ipſe. Mihi pro nunc videtur firma opi dicẽdum, quòd hęc actio non reperiatur. nec ſit

ſit proprium nomen actionis. Nam tex. quem ipſe alleg. inſti. de ver. ob. in princi. dicit plenè diſtinguendo, quòd ſi incertum deuenit in ſtipulatione, datur actio ex ſtipulatu. ſi verò certum, datur certi condi. ſ. certi conditio generalis, de qua ibi, & in l. certi conditio. ff. ſi cert. pet. & idem dicit tex. in l. ſi quis certum. ff eod. Et licèt glo. in d. l. ſi quis certum ſoluendo contrarium. l. ſi pacto quo pœnam. C. de pac. dicat ibi agitur ex ſtipulatione certi conditione, intelligitur de certi conditione generali, de qua ſuprà locuti ſumus, nec in aliqua no. per Bar. mihi probat hanc actionem diuerſam. ſ. à certi conditione generali. quæ (vt dixi) poteſt etiam dici ex ſtipulatione ſecũdùm gl. in d. l. ſi quis certum. Remaneat igitur meo iudicio quòd hæc actio eſt ſuperflua, cùm non probetur iure. Super quo tamen propter authoritatem tanti docto. relinquo cogitandum.

IN FACTVM QVÆ ORITVR EX CONFESSIONE INFORMITER FACTA IN IVdicio.

176 AD hanc dicas, quòd competit, quando quis confeſſus fuit in iudicio eſſe debitorem alterius non adiecta aliqua cauſa, & & ſic informiter confitetur, nam in talem datur hæc actio ad faciendum vel dandum illud, quod fuit confeſſus, de qua habetur in l. proinde. §. j. ff. ad l. Aquil. in l. nam & poſtea. §. peo. & fin. l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iuretur. & ita tenet Roffr. in ſuis libellis, ex quo reſultant limitationes, altera ad l. cùm de indebito. in fi. de proba. quòd confeſſio, ſ. ſine cauſa non præiudicet, quia eſt verum extra iudiciũ. altera ad l. Publian §. Lucius. ff. depo. quia in iudicio facta confeſſio pareret obligationem, & per conſequens actionẽ, licèt ſecus ſit ſibi extra iudiciũ hoc. ſ. Bla. Ego legendo in locis preal. non potui deprehendere hãc actionem, tamen quia ſicut datur actio in factum ex iureiurando cùm informetur iuramento, ita dicamus hîc quòd detur in factum cùm informiter quis confitetur. ar. l. illud. ad l. Aquil. & l. non poſſunt. ff. de legit. cum vul. Et in aliis terminis qualiter ſit iudicandum crederem quòd deberet dici quòd ſit eiuſdem naturæ, prout erat prima actio intentata contra ipſum tanquam in eius locum iſta ſubrogetur. ar. l. ſi eum. §. qui iniuriarum ff ſi quis cau. in l quæ in ius. ff de re iud. Cum aliis quæ dixi in vtili, quæ ex confeſſione eſt, tamen tu etiam videbis &c.

QVANTO MINORIS EMPTOR EMPTVRVS ESSET.

177 VT dixi ſuprà in actione quanti minoris, quæ eſt prætoria. licèt ſint multi, qui nolint concedere hanc actionem. tamen communis opinio eſt cum gloſſ. in l. Iulianus in prin. de act. emp. quòd. ſ. reperiantur duæ quantò minoris, illa prętoria, & iſta ciuilis, vt ibi plenè dixi. Et datur iſta emptori contra venditorem ad quãtùm minùs erogaſſet emptor, ſi vitiũ ſciuiſſet, cũ illa prætoria datur ad tantũ minùs q̃tũ communiter res valet, vt ibi fuit dictũ, in tãtũ q emptor p nihilo emiſſet ſi vitiũ ſciuiſſet, ad id totũ datur hęc act. vide latè in d. l. Iulianus, in princip. & §. item qui furem, & glo. magna ibi. Et in quo differat vna ab altera, eodem modo &c. Secundò hæc eſt ciuilis, vt d. l. Iulianus. & ibi omnes. Tertiò eſt in perſonam, quia venit ex contractu iu. §. frequens. inſti. de ac. Quartò datur in ſimplum vt ad prætium vel intereſſe. d. l. Iulianus. §. item qui furem. Quintò eſt rei perſecutoria, cùm detur ad prætium vel intereſſe, vt patet. Sextò eſt ſtricti iuris, quia non reperitur in §. actionum. vij eſt perpetua ſecundùm glo. in d. §. item qui furem ver. quid diff. rt. In alijs fundamentis crederem eſſe dicendum, vt dicitur in quanto mino. prætoris.

QVANTO PLVRIS.

178 LIcet Roffr. in libellis ſuis velit hãc eſſe actionem de per ſe, & competere, quando venditor fuit cauſa, vt res pluris venderetur, & illud plus dari emptori hanc actionem, vt refert etiam ſ. Blaſius hîc, tamen ſecundùm eũ non videtur ſibi, quòd ſit proprium nomen actionis, nec probetur intentio Rof. in l. Iulianus. §. ſi venditor. & in §. per contrarium. ff. de actio. emp. Sed quòd idem ſit effectus, qui eſt in actione quantò minoris. Et licèt per opin. Rof. poſſet argui quòd dicit datur actio quantò minoris, vt in proxi. præce. ita quanto pluris poſſit dari in iſto caſu, tamen tu reſponde. Et ita credo quòd illa cauſa propter vitium rei iſto vero carentur propter fraudem venditoris. Sed quia contra ipſum eſt actio ex empto, non eſt opus hac actione. Et quòd ſit verum probat tex. in d. §. ſi venditor. dũ dicit, empti eo iudicio teneri. & in §. per contrarium. ibi. ex vendito. Et ſic vltra ſanctum Blaſium teneo contra Roffr.

EX STIPVLATV REM PVPILLI SALVAM FORE. VEL ADVLTI &c.

179 HÆc competit pupillo finita tutela ad intereſſe contra tutorem, vel adulto contra curatorem, quãdo tutor vel curator per ſtiplationem promiſerunt rem pupilli vel adulti ſaluam fore Et de hic habetur in toto ti ff. rem pu. vel adulti ſal fo. & inſti. de ſatiſ. tu. in princip. Hæc ſ. Blaſius. Vltra eum, quòd iſtud ſit proprium nomen actionis, videtur probari. vt l. j. ibi, agi. ff. rem pu. ſal. fo. & l. non quaſi in prin. §. illud ſciendum. & §. hanc ſtipulationem. & §. generaliter. ff. eo tit. & l. cùm pupillus. & l. ſi. ff. e. Secundò quòd ſit prætoria probatur in gloſſ. rubr. ff rem pu. ſal fo, & videtur innuere text. in §. furioſi. inſti. cura. & in prin. de ſatiſd. tu. Et probatur inſti. de diui. ſtipu. in fi. prin. iuncto §. fi. In omnibus autem alijs terminis credere eſſe dicendum, prout eſt dictum in actione, quæ eſt ciuilis, vt ſuprà per tex, in l non quaſi. §. generaliter. & l. cum pupillus. in fin. ff. rem pup. ſal fo. vbi videtur æquiparari actio tutelæ cum hac. Bene hoc exciperem quòd iſta non infamet prout actio tutelæ, cùm non reperiatur cautum. Item quòd iſta non eſt bonæ fidei, cùm non reperiatur in l. actionum prout etiam ſentit glo. in d. l. cum pupillus, & vide & cogita.

Ex ſtipula

EX STIPVLATV REM RATAM HABERI.

180 IMprimis hęc ſtipulatio interponitur per procuratorem, de cuius mandato dubitatur. l. j. C. de procu. l. iij. ff. rem ra. & debent peti ante litem conteſt. l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. Et ſi procura. interueoit pro minore debet etiam promittere, quòd non petet reſtit. in inte. vt l. iij. ff. rem ra. ha. Et in hac actione venit intereſſe ſtipulatoris. l. ij. ff. rem ra. ha. Et debet iſta ſtipulatio præſtari etiam per cõiunctam perſonam. non ſolum. §. j. ff. de procur. l. maritus. C. eod. l. iij §. ſed ſi forte. ff. iudi. ſol. Hæc ſanct. Blaſ. Vltra dicta per eum in quibus adhuc non probat an ſit actio de per ſe &c. adde etiam quòd dicatur ſtipulo tamen venit appellatione actionis, habetur inſtar actionum, vt in l. actionis verbo. §. j ff. de act. & ob. in l. non ſolùm. ff. rem ra. ha. l. j §. j. ff. de prætro. ſtipu. Et quòd in hac actione veniat intereſſe ſtipulatoris adde text. in l. in ſtipulatione. ff rem ra ha. In eo autem quòd dicit S. Blaſius, quòd ſi procurator interuenit pro minore debet non ſolùm cauere de rato, ſed etiam quòd non petatur reſti. in integ. ſi hoc eſſet indiſtinctè verum, eſſet multum no. ſed intellige ſolum procedere, quando procuratori minoris eſſet facienda ſolutio, ſed ſi procurator minoris veniret ad litigandum, tunc non cogitur præſtare hanc cautionem, cùm etiam minor non cogitur, vt habetur in l. ſi iudex circunuento. ff. de mino. in l. ſi intra. C. de in integ. reſtit. Et ita poſt multa concludit Barto. Inter varias tamen opin. in. dict. l. iij. ff. rem ra. ha. quòd tene menti perpetuò. Secundò quòd ſit prętoria probatur etiam inſti. de di. ſtip. in fi. prin. iuncto §. fina. & per gloſ. rubr. ff. rem pu. ſal. fo. &c. In omnibus aliis terminis credo poſſe dici vt in proxim. præce. nec in aliquo varietur, vide & rumina.

EX STIPVLATV IVDICATVM SOLVI.

181 ISta ſtipulatio interponitur & præſtatur ab omni perſona, quæ iudicio alieno nomine comparet ex parte rei. l. minor. §. fi. cum l. ſeq. & l qui proprio. §. alium. ff. de procu. Et hodie nemo ſuo nomine conuentus tenetur ſatiſdare iudicatum ſolui vt in §. ſed hodie inſtit. de ſatiſda. & l. vnica. in fin C. eodem titulo. Hæc ſinctus Blaſ. Ad hoc adde glo. no. in rubr. ff. iud. ſol. Adde quod hoc ſtipul. iudicatum ſolui continet tres clauſulas: ſcilicet quòd dolus malus abſit, quòd ſoluatur iudicatum, & de re defendenda, vt l. iudicatum ſolui. ff. iud. ſol. Et intantum quis tenetur ex tali ſtipula. inquantùm iudex iudicat, quo facto debetur habere expeditam quantitatem. l. iudicatum ſol. la. ij. ff. eodem titu. Et quando committatur talis ſtipulatio. vide in l. iam tamen. §. nunc videamus, eodem titulo. quòd habeat inſtar actionis, dic vt proxima præcedenti. Et illa clauſula quòd dolus malus abſit ad quod tempus debeat referri, vide in l. nouiſſime. § fina. ff. eodem. Secundò quòd ſit prætoria, vult gloſſ. in rub. ff. de iu. ſol. & proba. prout in præcedentibus. In aliis terminis eod. modo vt in præcedentibus dicetur &c.

EX STIPVLATV DE DAMNO INFECTO.

182 HÆc ſtipula. interponitur, quando domus tua minatur ruinã, ſuprà meam, & committitur, quando poſtea ruina mihi contigit ex vitio ipſius rei, ſecus ſi caſu fortuito. l. damni. § Sabini. & l. fluminum. §. hæc ſtipula. & l. idem ſeruus. §. quanquam de dam. infect. Et in ea venit damnum, & ſic diminutio patrimonii, non autem lucramento ceſſans. d. l. fluminum. & fin. in l. Proculus. in fin. Et veniunt etiam penſiones inquilini, qui propter timorem ruinæ migrauit. Et idem ſi ex hoc non potuit rem locare. l. in hac. & l. damni. eodem titul. de qua in toto titu. de dam. infec. Hæc ipſe, tu adde pro terminis in hac materia, & quòd hæc ſtipulatio non præſtatur inquilino. ſ. domino. Et an ab extraneo peti poſſit, vide in l. inquilino, & & ibi gloſ. ff. eo. Item non præſtatur illi qui haberet cum alio domus communes, & damnum timeret. Iſte eſt tex. in l. ſi ædibus. & ibi in fi. correlatiè dicit tex. ita demum hac ſtipula. opus eſſe, ſi alio modo damnum ſarciri non poſſit. & in d. l. ſi ædibus. habes, quòd licèt allegare præceptores, vt facit ibi Caius iuriſconſultus in duobus locis. Quid autem ſi cum peteretur cautio, & quis nollet præſtare, & antequam iudex aditur ædes corruant. Vel ſi iudex decernat quem in poſſeſſionem non cauente aduerſario, & antequam intrat ædes corruant, pro his caſibus vide text. ſingularem in l. cùm poſtulaſſem. in prin. ff. de dam. infect. ſecundùm Bar. ibi & ſecundum Are. in §. j. inſti. de act. Et qualis debeat fieri æſtimatio in hac ſtipulatione, vide tex. in l. ex dam. infe. in prin. ff. de dam. infe. & l. inter quos §. fina. & l. nam ſi non. eod. tit. & l. quidam. §. fi. ff de ſer. vrb. præ. Et dato quòd paries communis corrueret qualiter ſit agendum, vide text. in dict. l. ex dam. infe. §. j. & dato quòd in eadem que eſt plurium ſit datum damnum vide in ea l. §. quoties. el. ij. per te vide plenius. Secundò quòd ſit prætoria, & proba per iura quæ in præce. allegaui. Et in aliis fundamentis eodem modo.

EX STIPVLATIONE INTERPOSITA DE OPERE DEMOLIEN. IN CAVSA NVNCIAtione noui operis.

183 IN hac actione dic, quòd iſta ſtipulatio committitur cõtra illum qui fecit opus poſt nunciationem noui operis præſtita ſatiſdatione de opere demoliendo, ſi iniuſtè opus faceret. Et per illam ſatiſdationem præſtitam vel habitam pro præſtita quando ſtat per nunciãtem nouum opus quò minùs ſibi promittatur, cenſetur remiſſa nunciatio noui operis, & durat ſtipulatio, vt habetur in l. prætor. §. j. & §. ſi quis paratus. & §. qui remiſſionem ff de ope. no. nun. Et iſta actio ſtipulatori contra promiſſorem. vt deſtruatur ædificatum indebitè in caſu quo ille promiſſor non iure ædificaſſet, vt in d. iurib. aliàs ſecus vt ibi. Hęc Ioan. baptiſta &c. Et nihil addo niſi quòd ad materiam vide quæ dixi in actione in factum de opere demoli ſuprà. Et iſta ſit prætoria dic, vt in proximis præced. In aliis crederem quòd

EX STIPVLATIONE DE IVDICIO SISTI.

185 HÆc actio datur ex ſtipulatione de iudicio ſiſti interpoſita tam ex parte actoris quàm rei, qui non poſſiderent immobilia, vt toto ti. ff. ſi quis cau. & l. ſciēdum. qui ſatiſ. cog. in auc. offeratur. C. de lit. conteſt. §. hodie. inſti. de ſatiſ. auc. generaliter. de epi. & ele. Hæc S. Blaſius. Adde ad haue quòd ſit prætoria per tex. in l. j. ff. ſi quis cau. in glo. rubr. & inquantùm detur hæc actio, vide tex. in l. iij. ff. eo. In aliis terminis vt in præce.

EX STIPVLATV PRO REBVS MORBOSIS.

189 HÆc locum habet, quando venditor promiſit emptori per ſtipulationem iumentum vel ſeruum eſſe ſanum, nam datur ad intereſſe emptori in caſu morboſitatis, vt l. ſi fundus. & l. euicta, §. duplæ. ff. de euic. & habetur inſti. de di. ſtipu. Nihil addo, niſi quòd cùm ſit cōuentionalis non poſſum propriè eam prætoriam facere, licèt gloſ. iuncto tex. in l. actionis verbo. §. j. de act. & obli. videatur innuere quòd ſit prætoria, & etiam videatur innui in rubr. de ædil. edi. Adde rubricam de euic. qui ſequitur in aliis fundamentis & terminis poteſt vt præcedentes baptizari.

EX STIPVLATIONE PER QVAM LEG. VEL FIDEICOM. &c.

190 HÆc interponitur à legatario vel fideicommiſſario in fauorem hæredis quando hæres. ſ. nolens ſoluere ipſis legatum vel fideicommiſſum dubitans ne plus ſoluat ratione Fal. vel Treb. imponendæ, qui legatarius vel fideicommiſſarius debent promittere de reſtituendo hæredi id, quòd veniſſet detrahendum ratione Fal. vel Treb. vt habetur in l. j. & l. ſi. ff. ſi cui plus quam per l. Fal. & interponitur in dona. cau. mor. d. l. j. §. hęc ſtipulatio. Et eo modo præſtat legatario, vel fideicommiſſario: & ſecundo loco eſſent ipſi grauati reſtituere. dict. l. j. §. ſed & legatario, niſi legatarius vel fideicōmiſſarius velit cauere hæredi euitato circuitu, vt l. videamus. ff. eod. Adde primò quòd iſtæ ſtipulationes vt plurimum interponuntur, quia intereſt potius non ſoluere, quàm ſolutum repetere, iuxta. l. iij. ff. de compen. Et ratio rationis eſt, quia is cui ſoluit poſſet effici non ſoluendo. Et tunc ſuccedit etiam alia ratio, quod inanis eſt actio, quàm inopia debitoris excludit. l. nam & is. ff. de do. cum ſimi. Secundò adde quòd eſt prætoria, per tex. in d. l. j. in prin. ibi ſubuenit prætor. In aliis baptizat, vt proximè dictum eſt, &c.

EX STIPVLATIONE ARROGATORIS.

191 HÆc ſtipulatio interponitur à patre, qui arrogat aliquem in filium, qui eſt ſui iuris, & ſit pupillus, quia debet tabellioni tanquam publicæ perſonæ ſtipulari de reſtituendo omnia bona, quæ ipſe habuit de bonis pupilli arrogati & vltra hoc quartā partē bonorum ſuorum. Et facere talem reſtitutionem illis perſonis quibus bona pupilli obueniſſent, ſi arrogatio non fuiſſet. Et hoc ſtante quòd arrogatus ſit in pupillari etati. De hoc in auc. de adop. & l. his verbis & l. non aliter. & l. ſi arrogatio. ff. de adop. §. cum autem. inſti. eod. tit. Et pro his omnibus ſtipulationibus datur quandoque certi conditio, quandoque actio ex ſtip. iuxta l. ſi quis certum. ff. ſi cer. pe. & inſti. de ver. ob. in prin. quando certum vel incertum in ſtip. deuenit ſecundùm varios terminos. Tu adde vnum quod non eſt neceſſarium, vt prædicta procedant, quando pupillus decedit in pupillari ętate, per d. §. cùm autem. cū aliis pręall. & l. hæc autem. ff. eod. Et idem in pupilla arrogata. d. l. hæc autem, cum ſeq. Et cùm non reperio prætoriam eſſe, potes eam ciuilem facere, tamen vide, cùm videar laſſus in fine opuſculi.

Poſt hæc ſanctus Blaſius ponit xxiiij. quæſtiones ad materiam actionum. Primò quid ſit actio. Secundò in quo differt ab exceptione. Tertiò quæ iure introducta ſit actio. Quartò in quo differt ab actione. Quintò an quis poſſit agere ſine actione. Sextò an actio ſit exprimenda in iudicio. Septimò ſi exprimitur act. inepta &c. Octauò ſi producitur libellus ineptus. Nonò ſi fertur ſententia in meritis cauſæ. Decimò in quo differt actio ab offi. iudi. Vndecimò, quæ ſint actiones ex variis figuris cauſarum. Duodecimò an de iure canonico ex pacto nudo naſcatur actio. Decimotertiò an poſſint cumulari plures actiones. Decimoquartò an agenti poſſit obiici exceptio. Decimoquintò an plures in eodem libello poſſunt conueniri. Decimoſextò in quo differt actio ab obligatione. Decimoſeptimò an in actione ſit exprimenda cauſa proxima vel remota. Decimooctauò quot modis colligitur actio. Decimononò an actio per præſcrip. tollatur ipſo iure. xx. in quo differt actio directa, & vtilis. Vigeſimoprimò quot modis datur actio. Vigeſimoſecundò an ſit dare actionem in genere xxiij. an ex contractu inutili oriatur actio. Vigeſimoquartò vtrùm deducto contractu in ſtipulationem oriatur actio etiam ex contractu. De quibus hîc per eum per quatuor col.

FINIS.

TABVLA OMNIVM ACTIONVM

TAM PRETORIARVM QVAM CIVILIVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI, PER EVNDEM DOMINVM IOANEM CRISPVM, EDITA.

142 ¶ Ad exibendum.
145 Actio ex exemplo.
163 Aquæ pluuiæ arcendæ.
163 Actio ex teſtamento.
167 Arborum furtim cæſarum.
71 Bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio.
83 Caluiſiana.
24 Conſtituta pecunia.
29 Contraria tutelæ.
134 Communi diuidundo.
135 Certi conditio generalis.
136 Certi conditio ſpecialis.
137 Conditio triticaria.
138 Condictio ob cauſam
139 Condictio ob turpem cauſam.
140 Conditio ſine cauſa.
141 Conditio indebiti.
142 Condictio furtiua.
145 Condictio ex lege.
154 Commodati directa & contraria.
171 Certi condictio ex ſtipulatione.
30 Depoſiti in quatuor caſibus.
33 Dolo malo.
162 Depoſiti directa & contraria.
181 De pacta pec.
38 exercitoria.
146 Ex vendito.
147 Ex locato.
148 Ex conducto
160 Ex ſtipulatu pro dote.
164 Ex ſtipulatu quæ ex verborum obligatione oritur.
179 Ex ſtipulatu rem pupilli ſaluam fore.
180 ex ſtipulatu rem ratam haberi.
181 Ex ſtipulatu iudicatum ſolui.
182 Ex ſtipulatu de damno infecto.
183 Ex ſtipulatione interpoſita de opere demoliendo in cauſam nunciationis noui operis
184 Ex ſtipulatione quam interpoſuit uſufruc.
185 Ex ſtipulatione pro rebus quæ uſu conſumuntur.
186 Ex ſtipulatione ex titulo.ff. vt leg. vel fideicommiſſo nomine caueatur.
187 Ex ſtipulatione contra illum qui rogatur eſt reſtituere quicquid poſt mortem eius ex hæreditate ſupereſſit.
188 Ex ſtipulatione de iudicio ſiſti.
189 Ex ſtipulatione pro tabæ morboſis.
190 Ex ſtipulatione per quam legatarius vel fideicommiſſ. p omittit hæredi dare ſibi ſeliſta & tradita teſtituenda ratione l. fal.
191 Ex ſtipulatione aregptoria.
8 Fideicommiſſaria hæreditatis petitio.
12 Fauiana.
34 Furti manifeſti.
35 Furti aduerſus nautas caupo.ſtabu.
131 Finium regundorum.
133 Familiæ ercîſcundæ.
165 Furti nec manifeſti.
2 In rem reſciſſoria.
14 In factum reuocatoria.
17 In factum ædilitia vel redhibitoria.
19 Iniuriarum.
21 In rem verſo.
38 Iniuriarum quæ non deſcendit ex lege Cornelia.
39 In factum ſubſidiaria l. aquiliæ.
40 In factum loco cuiuſlibet interdicti.
41 In factum de mortuo inferendo.
42 In factum de ſepulchro ædificando.
43 In factum ne quid in loco ſacro.
44 In factum & quid factum immiſſumue tollatur.
46 In factum vt quod factum immiſſumue tollatur.
47 In factum ne quid in loco publico.
48 In factum de fluminibus ne quid fiat into tabſurve.
49 In factum & quod factum immiſſumue tollatur.
50 In factum vt liceat frui lo. pu. quem quis conduxit
51 In factum vt liceat reficere viā pu. vel iter
52 In factum vt liceat ire vel agere per viam publi. vel itae.
53 In factum ne quid in flumine publico.
54 In factum & quod factum immiſſumue tollatur.
55 In factum vt in ripam fluminis naui. vel mo.
56 In factum vt liceat nauigare in flumi. pub.
57 In factum ne vis fiat ei qui in poſ. miſ. eſt
58 In factum quorum bonorum.
59 In factum quorum legatorum.
60 In factum de tabulis exhibendis.
61 In factum de liberis exhibendis.
62 In factum de liberis deducendis.
63 In factum de libero homi. exhibendo.
64 In factum vnde vi.
65 In factum quod vi aut clam.
66 In factum vti poſsidetis.
67 In factum vtrobi.
68 In factum de ſuperficiebus.
70 In factum de iti. actuque priua. reficiendo
71 In factum de aqua quotidiana.
72 In factum de aqua æſtiua.
73 In factum de aqua ex caſtello ducenda.
74 In factum de riuis purgandis.
75 In factum de fonte vt liceat eo vti.
76 In factum de fonte reficiendo.
77 In factum de cloacis purgandis.
78 In factum ne quid in cloaca fiat immiſſum.
79 In factum vt quod fac. immiſ. in cloa. tol.
80 In factum de precario.
81 In factum de arbo. ceden.
82 In factum de glande legendo.
83 In factum de migrando.
84 In factum de ſaluiano interdicto.
85 In factum de opere demo. quod. eſt poſt no. oper. nun. ante remiſsionem nunciationis.
86 In factum vt li. ædifi. ei cui eſt fac. nun. no. oper. ſi ſatiſda. paratus eſt.
87 In factum loco interdicti fraudatorij.
88 In factum loco interdic. de io. & itineribus pub.
89 In factum loco interdicti de vie publica & ædilibus Curulibus.
90 In factum ex edicto de albo corrupto.
91 In factum ſi quis ius di. non obtemperauerit.
92 In factum ſi quis temere in ius voc. quem non liceat.
93 In factum ex edicto ſi quis in ius vocatus non erit.
94 In factum contra eum qui non accipit coniunctam perſonam in ſidei iuſ. pro principali coniuncta perſona in iudicio.
95 In factum ex edicto ne quis eum qui in ius voca. eſt vi eximat.
96 In factum aduerſ. eum qui dolo malo fecit quo quis in iudicio ſi.
97 In factum ex edicto de edendo aduer. non edente.
98 In factum ex edicto de calumniatoribus
99 In factum ſubſidiaria actionis de dolo.
100 In factum quæ datur propter aliena. iud. mutan. cā. fa.
101 In factum in ſimplum aduer. nau. cau. ſta.
102 In factum in duplum aduer. nau. cau. ſta.
103 In factum de deiectis & effuſis.
104 In factum qui datur inhabitan. aduer. deiectorem.
105 In factum quæ datur pro eo quod ita poſitum eſt vt ſi cade. dam. da.
106 In factum aduer. menſorem qui fal. modixe.
107 In factū aduerſus eum qui ſatu. mor. in locum alie. &c.
108 In factum fune. ad repe. ſumptum in funec. la.
109 In factum ſi locus ſacer. vel reli. pro puro vend.
110 In factum ex lure iur. cum in formiter iuratur.
111 In factum ſi mulier ventris nomine in poſ ſeſ. per cal. miſ. ſit.
112 In factum ſi mo. qui miſſa erat in poſſeſ. ventris no. per calum. in alium tranſtu. bo. poſ. vel qui ipſam habent in poteſtate.
113 In factum quem datur aduer. tu. vel cura ſal. cōtrahen. cum eo. pu. ſi ſe tutor vel curator iactauerit.
114 In factum quæ datur ipſi minori ob hoc damnum paſſo.
115 In factum aduerſus eum qui do. ma. adhibuit. vt aliter autoraretur inſcius.
116 In factum ex edicto ſi quis omiſſa cauſa teſti.
117 In factum aduerſus publicanum.
118 In factum aduerſus illum qui ſciens ſe liberum hominem paſſus eſſe vendi errorem ignorantem.
119 In factum aduer. eum qui cum eſſet in bo. poſ. fructus vendit quos percepit.
120 In factum aduer. debitorem qui creditori in re. impen. bo. ſi. impenſas non reſtituit.
121 In factum aduer. creditorē qui dum in bo. poſ. eſſet rem deteriorem dolo malo fecit.
122 In factum contra illum cuius do. ma. dā. da. eſt per turbam.
123 In factum ex edicto ſi quis teſtamentum eſſe ſol. fue. &c.
124 In factum de incendio ruina naufragio.
125 In factum de ſepul. viola.
126 In factum ex edi. prætoris ſeu ex l prætoria.
128 In rem confeſſoria.
129 In rem negatoria.
130 In rem præiudicialis de libertate & ſeruitute.
159 In factum ex re iudi. quæ etiam dicitur iudicati.
170 In factum de pauperie.
171 Iniuriarum ex lege Cornelia in tribus caſibus.
173 In factum contra magiſtrum qui non exegit ido. cau.
174 ingrati.
176 In factum quæ oritur ex confeſſione informiter facta in iudicio.
170 ¶ Legis aquiliæ.
156 ¶ Mandati directa & contraria.
27 ¶ Negotiorum geſtorum.
45 Ne quid fiat immiſſumve in via pub.
146 ¶ Operis aduerſi.
1 ¶ Publiciana.
9 Præiudicialis rem de libertinitate.
10 Præiudicialis in rem de partu agnoſcendo.
11 Pauliana.
18 Pro tutelæ directa & contraria.
131 Petitio hæred. tatis.
150 Pro ſocio.
155 Pignoratitia directa & contraria.
156 Præſ. criptis verbis æſtimatoria.
21 Peculio.
157 Præſcriptis verbis ex permutatione.
158 Præſcriptis verbis in multis caſibus.
4 ¶ Quaſi ſeruiana.
16 Quanto minoris.
22 Quod iuſſu.
52 Quod metus cauſa.
177 Quanto minoris emptor empturus eſſet,
178 Quanti pluris.
15 ¶ Redhibitoria.

¶ Rubri. de ciuilibus, licet ſint aliquæ etiam prætoriæ.

117 Rei vendicatio directa & vtilis.
168 Rerum amotarum.
169 Rationibus diſtrahendis.
5 ¶ Seruiana.
36 Serui corrupti.
20 ¶ Tributoria.
153 Tutelæ.
166 Tigno iniuncto.
5 ¶ Vtilis in rem quæ datur ſuperficiario.
6 Vtilis quæ datur merum paſſo.
23 Vtilis ex ea cauſa quæ ex confeſſione eſt, & dicitur interrogatoria.
26 Vtilis ex cauſa quæ iuratur & dicitur iuratoria.
31 Viæ receptæ.
37 Viæ bonorum raptorum.

¶ Finis tabulæ.

IOAN. DE BLANASCO, BVRGVNDI IVRISCONSVLTI VETVSTISS. IN TIT. DE ACTIONIBVS IN INSTIT. COMMENTARIA.

***

EGO Ioannes de Blanaſco Burgundio, Maſticenſis diœceſis, præſentem materiam de actionibus tractaturus, altiùs aliquantulum ipſam exordiar, & imprimis dicturus ſum de ipſis edendis, & in iudicio proponendis. Tum in qualibet actione iſtius tituli, pro poſsibilitate meæ paruę ſcientiæ, ſum formaturus libellum, ea omittẽdo, quæ hodierna conſuetudo non approbat. Nam quamuis de rigore iuris in libello ſit inſerendum nomen Imperatoris & Conſulis, vt in Auten. vt præpo. no. Imper. in rub. & nig. & etiam dies libelli oblati l. concepti. vt C. de apo. pu. l. prima. Quia tamen hodierna conſuetudo de iſtis non multum curat. & quia in iſtis non conſiſtit magna vis, ego gratia breuitatis, in libellis, quos formabo, omittam, & erit meus modus formãdi. Quod primò ponam factum, ex quo oritur obligatio. Secundò, ex facto concludendo, eliciam ius agẽdi. Dicẽdo ita, Vnde cùm ita ſit &c. Tertiò ſupplicabo iudici, vt officium ſuum, quod habet circa actiones, exerceat, ita dicendo: Vobisque domine iudex &c. & iſte eſt modus rectus formandi libellum. Cæterùm loco præfactionis cuiuſdam, quinque, vel ſex, volo præmittere ad inferiorum intelligentiam. Primùm eſt, an aliquid faciendum ſit ante libelli oblationem. Secundò, Quando libellus ſit offerendus. Tertiò, Cui. Quartò Quare. Quintò, Qualiter offeratur. Sextò, An nomen actionis ſit in libello exprimendum.

An aliquid faciendum ſit ante libelli oblatio em.

CIRCA primum ſic procedo, & quæro, an aliquæ interrogationes ſint ante libelli oblationem faciendæ: & ſubiiciatur res exemplo. Sic ponamus, Stichus promiſit ſe dare mihi vineam, per ſtipulationem, antequam daret, conſtitutus in vltimis, condidit teſtamentum, in quo vnum filium ſuum inſtituit, alium præteriit, mihique dictam vineam legauit. Vtile fuit hoc legatum, vt ff. de leg. iij. l. ſi mulier. §. ſi rem. Filius præteritus petiit bonorum poſſeſsionem contra tabulas ſcilicet omiſſo edicto quod eſſet etiam, & ſi dictam bonorum poſſeſsionem contra tabulas & ſic hæres ab inteſtato, vel quod ex inſtitutione hæreditatem adeat, ſi adeat mihi tenebitur actione ex teſtamento pro medietate vineæ. Si autem non adeat, tenebitur condictione certi ex ſtipulatu, vt ff. de lega. præſtand. contra tabu. bono. poſſeſ. pe. l. ſi duo. § ſi Nec obſtat eodem titulo. l. Is qui. §. Sed ſi ſcriptus Quia dictus §. corrigitur per dictam legem. ſi duo. Ego videns quod contra eũ mihi poteſt competere duplex actio, & vnam earum poſſum, & debeo eligere, vt ff. de regu. iur. l. nemo. §. quoties. Nec ipſam poſſem eligere, niſi mihi reſpondeat qualiter ſit hæres. Hanc interrogationem ante libelli oblationem volo ei facere. Quæritur an teneatur reſpondere? Et ſunt quidã qui dicunt, quod non: cùm huiuſmodi interrogationes ſint faciendæ, inſtituta actione, quantùm ad libellum inſtituenda, tamen quantum ad litis conteſtationem, cùm ante litis conteſtationem non dicamus agere, ſed agere velle, vt ff. rem ratã haberi. l. amplius. & inducunt pro ſe ff. de interrogatoria actione. l. prima. & l. de ætate. §. quod ex quadrãte. Qui tacuit. Mihi tamẽ cõtrariũ videtur, quia ſecundũ omnes iſtæ interrogationes fiunt ad litẽ ordinandã quia ſi ipſe reſpõdeat in prædicto exẽplo ſe hæredẽ ex teſtamẽto litẽ per actionẽ ex teſtamẽto ordinabo. Si dicat ſe hæredẽ ex inteſtato, litem per conditionem certi ex ſtipulatu ordinabo. Si autem antequam ſciam ex reſponſione ſua, qualiter ſit hæres, offeram ei libellum, proponámque actionem ex teſtamẽto. tandem ſi interrogem eum, qualiter ſit hæres: ipſe petet iudicia deliberatorias XX. dierum ad deliberandum, vt in Auten. offeratur &c. Poſtmodum forſan reſpõdebit ſe hæredem ab inteſtato, & ſic neceſſe habebo contra eum certi conditionem ex ſtipulatu proponere, ſuper qua ipſe habebit iterum XX. dierum inducias, & ſic habebit inducias duplicatas. Vt ergo materia dilationum tollatur. vt C. de temp. ab l. ſecunda. Bonũ eſt, vt dictæ interrogationes fiant ante libelli oblationem. Item quia niſi fierent ante libelli oblationẽ, homines inciderent in prõptum ſui periculum, quia neſcirent actionẽ ſibi cõpetentem eligere, & ſic multoties proponerent ineptam, quare à cauſa caderent, vt ff ſi mẽſor fal. mo. di. l. prima. reſpon. j. Imò quod plus eſt, ſi inepta proponeretur actio, proponens eam mutare non poſſet, quicquid reſponderet conuentus, vnde fruſtra fieret interrogatio poſt libelli oblationem, cùm propter eam non poſſet lis melius ordinari, quia proponens in actione propoſita perſiſtere debet, vt C. quomodo & quãdo iu. Auten. qui ſemel. quare facienda eſt interrogatio ante libelli oblationem. Item videtur caſus l. bene intellectæ. ff. quorum lega. l. prima. §. quod autem. quia ibi in libello duæ proponũtur actiones contra regulam generalem, eo quod cõuentus ante libelli oblationem nolit reſpondere, qualiter poſsideret. Ibi enim fiebat interrogatio ante libelli oblationem. Non obſtant leges in contrarium inductæ, quia quod dicitur ibi actione inſtituta, intelligo, quantum ad propoſitum, non autem quantùm ad libellum.

Quando editio fieri debeat.

SEcundò quæritur, Quando editio debeat fieri. & dixit Ioannes, quòd ante vocationem in ius. quod probat ex ordine titulorum Codicis quia primò ponitur titulus de

bellus offerendus, tamen quando interuenit contradictor, quia tunc datur cum cauſæ cognitione, & in forma iudicij examinatur, videtur quòd cauſa, quare petitur Carboniana bonorum poſſeſſio, ſit in ſcriptis redigenda, vt ff. de Carbo. edict. l. tertia. §. cauſæ. & §. duo. Et idem poſſumus dicere in poſſeſſione quæ datur gratia ventris, quæ datur cum cauſæ cognitione quando extitit contradictor, & ita in forma iudicii examinatur, vt ff. de ventre in poſ. mitt. l. prima. §. ſi ea. Idem poſſumus dicere in bonorum poſſeſſione, quæ datur gratia litis agnoſcendæ, de qua habes. ff. de inoffi. teſt. l. poſthumus. §. ſi quis inſtit. Idem poteſt dici ſecundùm iura antiqua, in omnibus poſſeſſionibus quæ tribuunt ius. Quia quamuis vbi nullus eſt contradictor, dentur cum cauſæ cognitione, vt ff. de bono. poſ. l. tertia. §. Si cauſa. & ff. Quis or. in poſſeſ. bono. ſer l. ij. §. dies. Quia vbi nullus eſt contradictor, nulli paratur præiudicium, non eſt neceſſarius libellus, vt ff. de legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſ. petita. l. filium. §. ſi quis. Sententia lata pro petitore; videtur eſſe quodammodo lata ſub conditione, ſcilicet ſi petens habet ius, vt in quærela inofficioſi videmus, vt ff. de inoffic. teſtamen. l. poſthumus. §. Si quis ex his. & facit eodem tit. l. filio. §. vltimo. Niſi autem contradictor extitit ibi, quia pararetur præiudicium contradictori, neceſſarius eſt libellus, vt ff. de bo. poſ. contra tab. l. cùm emancipatus. Aliàs eſt. §. iul. ſub l. ſi duobus. quia quamuis non petatur principaliter à parte, ſed à iudice, tamen cùm ibi agatur aliquid in præiudicium aduerſæ partis, edendum erit aduerſæ parti, vt poſſit deliberare ſecum, an contendere velit, & an habeat aliquid quod opponatur, ne iudex aduerſæ partis petitionem exaudiat, quia cùm ſit eadem ratio edendi, ſicut & quando aliquid petitur à parte idem ius debet ſtatui, vt ff. ad l. Aquil. l. illud. & ff. de ver bo. obl. l. à Titio. Hodie verò cùm in bonorum poſſeſſione ius tribuẽtibus ſola agnitio ſufficiat, nec oportet quòd petantur, vel decernantur, ſed ſufficit ſolùm quòd coram iudice agnoſcãtur, vt C. Qui admit. ad bon. poſ. l. vltima: non videtur hodie in eis libellus neceſſarius. Sed hoc fallit in bonorum poſſeſſione contra Tabulas, quia per eam alius deſinit eſſe hæres, vt ff. de bo. poſ. contra Ta. l. cùm emancipatus. Item per eam legata infringuntur, ſecundum iura digeſtorum, & Codicis, vt C. de bo. poſ. l. prima. Cum ergo per eam fiat magnum præiudiciũ hæredi ſcripto, quod deſinit eſſe hæres, & legatarius quorum legata pereunt ex exceptis legatis certis perſonis. Videtur quòd iſtud non debeat contingere ſola voluntate libelli præteriti, imò poſtquam aliis tam magnum præiudicium generatur, quòd eis debeat libellus offerri, & cauſa in iudicio terminari. maximè ſecundùm iura Autenticorum, ſecundùm quæ cauſa præteritionis inſeri debet in teſtamento, & an illa cauſa ſit vera, necne inter præteritũ, & inſtitutum, debet in iudicio examinari, vt in Auten. vt cùm de appel. cog. §. illud quoque maximè. ſecundùm opinionem Ioan. & Azo. qui dicunt per bonorum poſſeſſionem contra tabulas teſtamẽtum irritandum, & non irritum. Nec obſtat l. vltima C. qui admit. ad bo. poſ. Quia intelligitur in bonorum poſſeſſionib. ab inteſtato, in quibus ſi ſuccedens eſſet cognitus de iure Ciuili, poſſet ſuccedere ſola volũtate. Item in bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas. Quia & ſcriptus ibi poſſet ſuccedere iure Ciuili ſola voluntate, ſi vellet. & hæc ſunt vera, niſi quando inſtitutus ſolus peteret bonorum poſſeſſionem contra tabulas, alio ſibi committente edicto, vt ff. de bo. poſſ. cõtra tabu. l. ſi poſt mortem §. vltimo. Nam tunc cùm nihil fiat contra alium inſtitutum, quia petens erat ſolus inſtitutu, nec aliud fiat in fraudem legatarium, quia ſecundùm iura Autenticor. vbi omnibus debentur legata, vt C. de lib. præte. vel ex hæred. autenti. ex cauſa. videtur quod hoc caſu ſine libello, & ſtrepitu iudicij fiat bonorum poſſeſſio contra tabulas, coram iudice agnoſcente in bonorum poſſeſſione non tribuentibus ius ſeruò, quod ſuperius dictum eſt. Item prædicta regula fallit in nunciatione noui operis, quæ fit ſolo verbo, vel per iudicẽ, vel per pupilli iactum, vbi non exigitur libellus, vt. ff. de noui operis nuntiatione. l. de pupillo. §. nuntiare. & §. meminiſſe. Sed quamuis libellus non ſit neceſſarius in nuntiatione facienda, tamen in proſequutione nuntiationis libellus erit neceſſarius. Veniret enim ille, cui nouum opus nunciatum eſt, dicens ſe eſſe paratum ſatiſdare de opere demoliendo ſi apparuerit iniuſtè ædificatum eſſe, & ideò petet nuntiationem noui operis ſibi remitti quod iure petere poteſt, vt ff. de noui operis nuntiatione. l. prima. in principio. & l. prætor. §. deinde & ff. de remiſſ. l. prima. §. primo. Nuncians autem dicet, Paratus ſum probare ius meum incontinenti, vnde remiſſionem non debes impetrare. Certè in hoc caſu non debet impetrare remiſſionem imò in hoc caſu expectabitur per tres menſes, vt nuntians probet de iure ſuo, vt Codice de ædific. prima. l. vltima. Oſtendendo de iure ſuo, neceſſe habebit libellum offerre, in quo edet cauſam, quare nuntiauit nouum opus, cùm ex multis cauſis fiat nuntiatio. vt ff de noui operis nuntiatione l. prima. §. nuntiatio. & §. ſequenti quia ſi poſſidẽs illam rem, in qua fit nouum opus, proponat talẽ cauſam, quare poteſt nuntiare, quia alius in re, quam poſſidet, ædificat ſiue operatur, quod faciẽdo nuntiatorem in ſua poſſeſſione inquietat ſiue turbat, quare petit quòd à tali inquietatione deſiſtat ſi proponit interdictum, Vti poſſidetis. vt ff. vti poſ. l. ſi duo. §. item videamus. & duobus §. ſequẽtibus. Sed certè & ille cui nuntiatur nouum opus, ſi poſſidet rem in qua operatur, poteſt conuenire nuntiatorem interdicto vti poſſidetis, quia ſic nuntiatio poſſeſſionem ſuam inquietat, vt prædicta l. §. hoc interdictum. Si autem nuntians contendat gratia proprietatis ius ſibi eſſe nuntiandi, ageret negatoria dicendo, quod illi non competit vti poſſit operari in ſuo. Nam negatoria datur nomine fundi, vt ff. ſi ſeruitus vendicatio. l. ſecunda. Si autem contendat ſibi eſſe ius gratia ſeruitutis nuntiandi, vetbi gratia. Nuntians habebat ſeruitutem in domo vicini non altius tollendi, & quia vicinus incœpit operando altius tollere, ille cui ſeruitus debebatur, nuntiauit ei opus nouum, modo autem ius ſuum declabit per confeſſoriam actionem, vt ff. de noui operis nuntiatione. l. in pronuntiatione §. ſi ego & ff. ſi ſeruitus. vendicatio. l. ſi eo loco. Vnde quamuis in nuntiando non ſit neceſſarius libellus. tamen videtur quòd in proſecutione ſit neceſſarius libellus, cùm prædictæ actiones ordinariæ proponantur. Item, ſi ille cui nuntiatum eſt nouum

opus,ſpreta nuntiatione ædificauerit, tenebitur interdicto deſcendenre ex edicto de operis noui nuntiatione, vt deſtruat opus, & proceditur iure ordinario,& offerri debet libellus,vt ff.de operis noui nuntiatione,l.prætor ait. §.primo. Item fallit prędicta regula in actione in factum deſcendente ex re iudicata, quæ dicitur habere paratam executionem, Imò vocatus haberet xx. dies de induciis, & lis conteſteretur, & fierent huiuſmodi ſolennitates, quod non debet eſſe, vt ff.de minoribus. l. minor xxv. an. & facit np. C. de execu.rei iudica. l. ſecunda. Vbi videtur facere differentiam inter alias actiones ordinarias, in quibus oportet iure ordinario experiri, & iſtam in factum, in qua non videtur requiri ſolennitas quantùm ad libellum & huiuſmodi ſimilia obſeruanda. Item, ſi ſuper actione offerretur libellus in factum, & lis conteſtaretur, & iterum ſententia proferretur, & ſic ſolitus ordò iudiciorum in actione obſeruaretur, iam eſſet abire in infinitum, quia ex prima ſententia oriretur actio in factum, per quam peteretur ſententia executioni mandari, & ſuper ea proferretur ſententia, ex qua iterum oriretur actio in factum, ſuper qua actione in factum iterum offerretur libellus & proferretur ſententia, ex qua ſententia iterum oriretur actio in factum &c. & ſic abiret res in infinitum, quod non debet eſſe, vt C.de ſacroſanctis eccle. l. vltima. & ff. de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis x. Ad quod reſpondent quidam, quòd damnum quod aliquis ſua culpa ſentit, nec ſentire videtur, vt ff. de re iudic.l.quod quis. Vnde imputetur eligenti actionem in factum ſi ſentiat damnum, vt in infinitatem incidat, vt libellus offeratur, quia potuit eligere officium iudicis, vt non eſſet infinitatem reperire, nam ſententia non ſolùm petitur executioni mandari per actionem, imò officio iudicis. vt ff. de re iudica.l. à Diuo. §. primo & ſecundo. & ita etiam dicunt loqui l ſecundam. C.de executione rei iudicatæ. Sed hoc eſt diuinare. Item videtur malè dicere, eo quod videtur ponere extraordinarium, id eſt, officium iudicis efficaciæ maioris quàm ordinarium, ſcilicet actionem iudicari, quod non debet eſſe. Nam ordinària iudicia, vel auxilia maioris debent efficaciæ eſſe, quia ad extraordinariũ nunquam recurritur, habente locum ordinario, vt ff. de minoribus. l. in cauſæ. Item ſecundum iſtam reſponſionem iam non eſſet finem reperire, in actione iſta in factum deſcendẽte ex re iudicata.& ſic ſuperflua eſſet in iure, quod non eſſe debet, vt C.de veteri iure enuc. l.prima. circa principium. ibi, & omni ſuperflua ſimilitudine, & l.ij. circa prin. Item fallit prædicta regula, ſecũdum alios, ſi renuntietur libello ex parte ipſius rei, quod cùm pro ſe ſit introductus, renuntiare poteſt, vt C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo.& C.de priui.ſcho. l.vlt. Alij dicunt quod non poteſt remitti expreſſè, ſed tacitè ad inſtar ſacrament. cal. vt notatur C. de ſacra. cal. l. ij. §. ſed quia veremur. Tu dic quòd non poteſt remitti tacitè, eo quod dicitur offeratur libellus, vnde debet eum offerre actor. & ſi non petatur à reo, cùm offerre ſit propriè ſine petitione, vt ff de leg. iij. l.fideicommiſſa. §.Si rem. Item, Reus non poteſt ſolus renuntiare expreſſè, quia libellus non ſolùm offertur in fauorem rei, imò in fauorẽ iudicis, qui ſecundùm petita debet formare ſententiam, ſuper petitis autẽ pronuntiatur, nec ſuper aliis pronunciare poteſt, vt ff.communi diuid.l. vt fundus,& C.de fideicõmiſ.liber.l.vlit. Tempore autem ſententiæ, poſſet reuocari in dubium quod petitum eſſet, & qualiter petitum eſſet, de quo iudex forſan non poſſet fieri certus, & ita iudicare impediretur, & ita in fauorem iudicis cuius eſt lites dirimere. ff.ſi cert. petatur. l.quidam eſtimauerunt. Bonum eſt ergo vt petitio in libellum ſcribatur, ne propter debilem humani memoriam, ſuper petitis contentio oriretur, vt ar.ff.de pig.l.contrahitur. Item certè ſi libellus eſt ſcriptus faciliùs indagabitur veritas, quia iudex habebit libellum in manibus,& ſecundùm poſita ſeu contenta in libello faciet interrogationes ſuas ex officio ſuo, iterum intuẽdo petitionem faciliùs videbit, an dicta teſtium concordent petitioni eam probãdo, vel diſcordent. Vnde cùm iudicis ſit inquirere veritatem modis omnibus quibus poteſt, vt C.de iudi. l.iudiciũ. planum eſt, quod libellus offertur in fauorẽ iudicis, quia cum libello faciliùs veritas inquiretur. Itẽ Quia ſi libellus datus ſit, faciliùs pronũtiabit iudex, quia condemnando reum, nihil habebit dicere, niſi ſolùm quod petitum eſt, vel abſoluendo actorem, nihil habebit iudex dicere, niſi abſoluendo re ab hoc quod petitũ eſt, vt ff.de re iudic. l.in ſumma. Vnde cùm libellus ſit introductus in fauorem iudicis,& partis liquidum eſt, quod pars ſola nõ poterit huic iuri renuntiare, vt ff. de aqua plu. l. in diem.& l.in concedendo. ſed de iudicis conſenſu poterit renuntiare, vt quod omnes tangit, ab omnibus comprobetur, vt C.de auct. præſtand.l.vlti. Sed videtur quòd prædicta nihil ſint, quantùm ad effectum, quia dato quòd renuntiatio nihil veleat mero iure, tamen idem conſequetur actor, quia ſi reus dicat non potui renuntiare, dicet actor verum eſt, os tuum debet eſſe clauſum, quia hoc nõ potes dicere de iure, ne venias contra factũ tuum, vt ff.de ſeruit.ruſt.præd. l.per fundum. Ad quod dicitur quòd quamuis non dicatur à parte parti, tamẽ pars dicet iudici ſic: Domine, libello renunciaui: ſed quia nõ potui renuntiare, nec ſuper hoc audeo mutare: Supplico vobis, vt ex officiu veſtro libellum faciatis offerri, cùm veſtra interſit, Vt quod partibus deeſt Iudex ſupplere debeat, vt quæ deſunt par. Iud. ſupp. in rubro & nig. & ſic per Iudicem conſequetur intentionem ſuam. Vel dic quòd quando factum meum, ſi valeret præiudicaret mihi,& cuidam priuatę perſonæ, non poſſum venire contra. vt in l. per fundum. Si autem vertatur in præiudicium publicæ perſonæ, vt iudicis: tunc videtur quod poſſit venire contra factum, vt hic.& C.de lib.cau.l.j.& C.de agri.& cen. l. Quemadmodùm. Item dicunt quidam quòd prædicta regula fallit, quando agitur de conditione alicuius aſtricti curiæ. vt C. de epiſcop. & cle.l.Si quis Curialis.ibi veluti manu.ſed contrarium dicendum eſt, vt C.de Cur.l generali.

Vtrum nomen actionis ſit in libello inſerendum.

VLtimò quæritur, vtrum nomen actionis ſit in libello inſerendum. & quia de hoc ſatis notatum habemus ff. de edend. l. j. & infra eo.§.primo breuiter pertranſeo, & videtur quòd nomen actionis ſit in libello inſerendum,& regulariter exprimendum. Conſtat enim ſecundùm

ſecundum omoes, quòd quando ex eodem facto, duæ oriuniur actiones habentes diuerſos effectus quod nomen actionis eſt edendum. Aliàs enim non poſſet deliberare reus, cùm neſciret quam actionem actor intenderet proponere. Imò non videtur actor edere actionem ipſi reo, cùm ipſum dimitteret incertum, vt ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. nihil intereſt. Sed regulariter ex omni facto ex quo oritur actio, duæ oriuntur actiones habentes diuerſos effectus, quod patet in omni actione bonæ fidei. Nam aut actio bonæ fidei datur ad incertum, & cum ea coocurrit condictio incerti generalis ad omnia incerta, vt ff. de condi. indebiti. l. Sed & ſi me putem. §. fina. & de condict. furt. l. & ideò. §. vltim., Item ſi actio bonæ fidei detur ad certum, cum ea concurret certi condictio generalis, vt ff. ſi cert. pet. l. certi condictio. Sed generales cùm ſint ſtricti iuris, alium effectum babent, quàm ſpeciales: nam in prædictis ſpecialibus cùm ſint bonæ fidei, veniunt vſuræ ex mora. Non autem in generalibus, quùm ſint ſtricti iuris, vt ff. de nego. geſt. l. quia tantumdem, & ff. de vſur. l. mora. §. in booæ fidei. Item iſtud apparet in omuibus actionibus ſtricti iuris infamantium, cum quibus concurret vna iſtarum prædictarum generalium, quæ habebit alium effectum, quia non infamabit, vt ff. e. l. ceſſat. Item in tertio caſu iſtud apparet, ſcilicet in omnibus actionibus ſtricti iuris arbitrariis, cum quibus cuncurret vna ſuperiurum actionum generalium, & hoc caſu generales habent alium effectum, cùm non ſint arbitrariæ, quia non enumerantur infrà eod. §. præterea. Cùm ergo in tribus caſibus, ſiue in tribus generibus actionum ſit reperire, quòd ſemper naſcantur duæ actiones diuerſos habentes effectus, diceodum eſt generaliter nullum nomen actionis edendum, quamuis fallat in quarto caſu, ſcilicet io actionibus ſimpliciter ſtricti iuris, quæ nun infamant, nec ſunt arbitrariæ, vt ſic ex tribus caſibus reſpooſionem colligamus.

Ad prædicta dic quòd nomeu actioois non eſt regulariter edendum: præterquàm in illo caſu, quando ex eodem facto duę contrariæ. vel habentes diuerſos effectus ſpeciales oriuntur actiones & de hoc hîc non proſequor, quia ſatis habetis de hoc notatum per dominum Azonem in Summa. C. de eden. & ff. de edendo. l. prima. Nec obſtat prædictum argum. Quia ſi propnnatur cauſa ſpecialis actionis. ipſa actio ſpecialis tali facto ſpecialiter deputata, videtur propuſita, ſcilicet quod ſi maritus legat vxori veſtimenta cauſa ipſius parata. Videtur legaſſe ſpecialiter deputata ipſi vxori, non autem communia veſtimenta, ſiue prumiſcui vſus, quibus aliquando vtebatur mulier. aliquando vir. Sic & in propoſito nom actio communis, ſed illa quæ ſpecialiter illi facto deputatur, videtur propoſita, poſtquàm expreſſè non proponitur cõmunis, & ſic ſatis videtur ſpecialis actio propoſita & electa, & reus ſatis certus de actione propoſita. Illud autem quod dicitur, quando ex eodem facto oriuntur duę actiones diuerſos effectus habentes, quòd neceſſè eſt nomen actionis proponere, intelligitur: quaodo duæ actioues oriẽtes, ſunt coæquales, vt adeò vna videatur bene propoſita ſecundùm quod altera, quòd non eſt in prædictis caſibus. & facit ad hoc. ff. de lega. iij. l. hoc legatum.

De Culpis, & Dolo, qualiter diffiniantur.

QVia multoties exercitio actiooum, & ſpecialiter in poſitionibus faciendis de culpis agitur, quum ĩ quibuſdam actionibus veniat dolus, & Lata culpa taotũ in quibuſdã Dolus, Lata culpa, & Leuis ſolùm in quibuſdã, etiã leuiſsima vt ff. cõmoda. l. ſi vt certo. §. nũc videndũ. Ideò ad vberiorẽ doctrinã. vt facilius poſſumus facere poſitiones. De Culpis & Dolo videndum eſt diffinitiuè. Et ſcias quod Dolus eſt fallax calliditas ad circũuenendũ fallendumque alium adhibita, quod in eu conſiſtit, qui in rebus ſuis & alienis fallaci animo, uon ſimpliciter cõuerſatur. Primũ probatur. ff. de dolo. l. prima. §. primo. Secundum probatur. ff. depo. l. quod Nerua. & ff. cõmodati. l. ſi non certo. §. quod non ſenectute. & ff. de admit. tut. l. tutor. §. primo. Lata culpa eſt quædam negligentia ex fatuitate procedens quod ſimpliciter in rebus ſuis & alienis conuerſatur. & per hoc differt à dolo; in eo tamẽ puod non conſulit, quòd ad eum modum verſatur, ꝙ hominũ cõmunitas exigit. Nã primũ ꝓbatur. ff. de ver. ſi. l. latè. Secũdũ ꝓbatur ff. depoſi. l. ꝙ Nerua. Lata veru culpa dolo comparatur, vt ff. ſi menſor fal. mo. dixerit. l. j. §. hæc actio. & hoc dicitur, oon quod vnum ſit alterum, ſed regulariter vbi quis tenetur de dulo, poteſt teneri de lata culpa, ſi interueniat. Fallit iſtud in tribus caſibꝰ, primum in lege Cornelia de ſic. vt ff. ad legem Corneliam de ſic. l. lege. Secundò fallit io infamia irroganda, vbi uon æquiparatur dolo, quia propter latam culpã oon efficitur quis infamis, niſi lata culpa eſſet in iure ignorantia, vt ſupr. de ſuſpect. tut. §. ſuſpectus. & ff. de ijs qui no. infam. l. liberorum. §. notatur. Tertiò fallit in delatione iumenti in litem: quia propter dolum ſolum, & nõ ipſam culpam latam iuratur in litem, vt ff. de in litem iuran. l. actiunibus. Item fallit in actione familiæ erciſcundæ, in qua aliquando non tenetur. cohæres, niſi de dolo, & non de lata culpa, vt ootatur inſtit. §. Quædam. infrà eo. Leuis culpa eſt quædam negligentia ex minorata diligentia procedens, quòd cùm ſimpliciter verſatur quis in rebus ſuis, & alienis, & ſic differt à dolo, & ad eum modum quem hominum natura cõmuniter exigit. & per hoc differt à lata culpa. In eo tamẽ notãda eſt qund modo io præſenti, nõ eſt ita diligẽs ſicut & in præterito erat, ſcilicet, tẽpore celebrati cõtractus, reſpicit enim tẽpus retro, vt ſup. de ſocie. §. vlti. Leuiſsima culpa eſt deficere à ſapientia quæ in hominũ natura valeat reperiri, quòd cũ ſimpliciter verſetur quis in rebus ſuis & alienis: Et differt à dulo. & ad eũ modũ quẽ hominũ natura exigit, & ſic differt à lata culpa, & adeò diligens eſt hodie, ſecũdũ quòd fuit retro, & per hoc differt à leui culpa, in eo tamẽ conſiſtit quòd per defectum ſummæ ſapientiæ malè ſe habuerit, vt ſup. quibus modis re contra. ob. §. At is qui. ibi, ſi modo alicuius &c. Sed quid ſi alius potuiſſet diligentius rem cuſtodiuiſſe ratiooe artificij, forte quidam medicus ita diligenter cuſtodiuiſſet ſeruum accõmodatũ. quod nõ perijſſet tenebitur ne cõmodatarius? Videtur ꝙ ſic, quia videtur in leuiſſima culpa eo ꝙ alius diligẽtior potuit reperiri. Adꝗ dic, ꝙ nõ tenetur, ꝓpter hoc, niſi aliter eſſet in culpa, quia illud ꝙ dicitur, ſi a liꝰ diligẽtiur potuit reperiri, ſic intelligitur. ſ. ratione ſapientię

humanæ

humanæ per artificium non acquiſitæ. Poſtquàm enim ſuſcepit rem, nec tanquam artifex ſuſcepit rem, ſapientiam, vel diligentiam per artificium acquiſitam, non tenetur præſtare argumento ſum pto à contrario ſenſu. leg. ff. locati. l. ſi quis domũ §. ſiquis mos. Caſus, eſt fatalis rei interemptio, cui nullo cõſilio hominum reſiſti poteſt, vt ff. de admir. rerum. ad ciuita. per. l. ij. §. ſi eo tempore. Viſis iſtis præambulis loco præfationis cuiuſdam, ad literam accedamus.

DE ACTIONE, CONDICTIONE, ET CONSVETVDINE.

ACTIO nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi in iudicio &c. Viſa continuatione dictorum & dicendorum. Hîc ponit diffinitionem, dicens: quòd Actio ſcilicet, eſt ius ſcriptum, nam ex iure ciuili ſcripto actiones deſcendunt, vt ff. de orig. iur. l. ſecunda. §. Deinde ex his. Sed & actio poteſt eſſe ius non ſcriptum, vt condictio deſcendens ex conſuetudine: Nam Conſuetudo legem imitatur, vt ſup. de iur. na. gen. & ci. §. ex non ſcripto. Vnde cùm ex legibus deſcendat actio, merito ex conſuetudine deſcendit, imò multo fortiùs quàm conſuetudo ſit maioris poteſtatis quàm lex, vt ff. de legibus. l. de quibus. in fin. & facit ad prædicta c. Quæ ſit longa conſuetudo. l. prima. & interſit iura non ſcripta, ſcriptis iuribus concordare. & C. de inof. do. l. prima. Vnde quia in inferioribus non eſt locus, vt poſsim de condictione & conſuetudine tractare, ideò de ipſa videamus. Circa conſuetudinem quatuor inquiruntur, & primo, Quales actus inducunt conſuetudinem, Vtrum actus exercitati, & iam dudum peracti ſine aliqua controuerſia. verbi gratia, Aliquis habet molendinum, vel furnum in municipio ſolus, iam dudum obſeruatum eſt ſine aliqua controuerſia, vel decoquebant in furno meo. Nunc quidam de municipio vult facere furnum, vel molendinũ in ſuo fundo, allegans illas leges, quia cuilibet licitum eſt facere in ſuo quod vult. ff. de ſeruit. ru. præ. l. vlt. §. fi. ff. de damno infecto. l. fluminum. §. vlt. & duabus ll. ſequentibus, de aqua plu. arc. l. prima. §. idem ait. C. de ſeruit. l. altiùs. Habens autem furnum, vel molendinum replicat dicens, Tu non potes facere in municipio iſta, etiam in tuo fundo furnum, vel molendinũ ſi faceres homines municipij non poſſent frequẽtare prædictum furnum, vel molendinum, cùm à tempore à quo non extat memoria ſolus habuerim ego, & prædeceſſores mei furnum meum, & molendinum. vel furnum ciues ſoli frequẽtabãt. Non obſtant leges prædictæ, quia in municipio iſto, videtur contraria conſuetudine derogatum, quòd poteſt fieri, vt. ff. de lega. & ſe. con. & longa cõſuetudine. l. de quibus. modo eſt in quæſtione, Vtrum illi actus ſic diu obtenti vel ille vſus ſine controuerſia obtentus inducat conſuetudinem. Et ſunt quidam qui dicunt quod ſic, vt videtur dicere dominus M. in ſumma. C. quæ ſit longa cõſuetudo. §. ex quibus. Ibi primum eſt, quia ſic obtentum eſt ſine cotradictione. & facit pro domino Azo. Quia vetuſtas vicem legis obtinet. Vnde cum ita ex tempore vetuſtiſsimo fuit obſeruatum, planum eſt, quòd ita in futurum debet obſeruari cùm vicem legis obtineat, vt ff. de acqua. plu. arc. l. prima in fine. Contrarium tamen credo quia ſecundùm hoc iam eſſet conſuetudo, quod homines irent ad ſanctum Iacobum, quia ſic factum eſt à tempore, à quo non extat memoria. Actus igitur tales qui à principio fuerunt ſine cotradictione non inducunt conſuetudinem, ſed ſi ſuper eis fuiſſet à principio controuerſia vnde inducerent, vt puta aliquis de municipio inuito illo qui ſolus habebat, impediuit eũ, quod non potuit facere molendinum, vel forſan denunciauit ei nouum opus, ciuilis ille conqueritur iudici, eo quod talis eum turbauit in poſſeſsione, vel petit remiſſionem noui operis, quàm paratus ſit ſatiſdare. Iudex verò dicit, non admittam quærimoniam tuã quia alter cuius eſt molẽdinum benefecit, quòd te turbauit, quia iui conſuetudinarium ſibi competens nolebat infringere, quo audito ille, qui volebat ædificare, deſtitit. Certè nunc primo iure conſuetudinis incipit prædicta habere. Vnde ſi poſtmodùm tenuit prædicta pacificè per tantum temporis, quòd ſufficiat ad conſuetudinem præſcribendam: De cætero iure conſuetudinis ſolus habebit furnum vel mulendinum in municipio, & homines municipij furnum prædictum & molendinum tenebuntur frequentare. Ex tunc enim ex quo mota eſt controuerſia, incipiet eſſe in poſſeſsione dictæ conſuetudinis. arg. ff. quemad. ſer. amit. l. vltima. & de iti. actuque pri. l. vltima. quod patet ex quodam ſubtili argumento. Nam ad hoc quòd præſcribatur libertas contra ſeruitutem vrbanam, oportet quòd duo interueniant. Si enim haberes ſeruitutem tigni immittendi in parietem meum & immiſiſti, & poſteà depoſuiſti, oportet ad hoc quod ego præſcribã libertatem, quòd duo interueniant, primùm quòd tu non habeas per decem annos, vel ampliùs. Secundùm, quòd ego foramen tigni obturauerim. Similiter videtur aciendum quando conſuetudo præſcribitur contra legem. Nam illud videtur eſſe præſcriptio in omnibus caſibus accidentibus in materia de qua loquitur, habet ſeruitutem, vt ſecundùm ſuam ſententiam ſopiantur. Ad hoc ergo quòd præſcribatur quædam libertas contra huius ſeruitutem, duo oportet interuenire. Primùm quòd lex deponatur ſiue ſuſpendatur quantùm ad exercitium: Ita quòd homines vtantur alio modo quàm dicat lex. Secundò oportet, quod foramen lege obſtruatur, foramen enim legis eſt. Quia quamuis homines extra iudicium, quaſi cõtra legem, vel præter legem faciunt, foramen tamen lege ſemper apertum eſt, en quod ſi ille contra quem fit, hoc conquereretur iudici, res ſopiretur ſecundùm legem argu. ad hoc. ff quod metus cauſa. l. extat. & C. de iudi. l. nullus. oportet ergo quòd contra legem præſcribatur, quòd iſtud foramen obſtruatur. Tunc autem videbitur obſtructum, quando iudex libello ſupplicantium ſecũdùm legem non admittet, dicens ampliùs nolo admittere libellum ſecundum legem, quia conſuetudo ſe habet in contrarium, ex tunc enim poterit præſcribi conſuetudo contra legem, vt ff de ſeruitu.

ſeruitu.vrb.præ.l. Hæc autem iura. Ergo apparet quòd actus ſine controuerſia non inducunt conſuetudinem, ſed ſi controuerſia interuenit, bene inducunt conſuetudinem, quod eſt tunc, quando fit contra legem, & ille cuius præiudicium vertitur, offert libellum ſecundum legem, & iudex nõ admittit, vt ſuprà dictum eſt. Item, ſi bis fuerit obtenta in contradictorio iudicio, vt ff. de le.l.quũ de conſuetudine Quando enim homines vtuntur ſine controuerſia vtuntur ex gratia, non autem vtuntur tanquam conſuetudine. Sed tunc deinde incipiunt vti iure conſuetudinis, quando ſuper hoc eſt mota controuerſia, & ex tunc incipit præſcriptio conſuetudinis. Secundò quæritur, quot actus ſunt neceſſarij, vt conſuetudo inducatur, & ſunt qui dicunt, quòd ſolus binus actus, vt C.de epiſ.au.le.nemo in fine. & hoc ſecundùm Azo Sed dominus Ia.Bal.dicit, quòd binus actus non ſufficit, imò oportet, quòd fiat pluries, & hoc æquum eſt, vt C.quæ ſit lon.conſuetu.l. prima.& C.de ædifi.priua. l. an in totum. Cùm enim leges prædictæ velle videntur, quòd frequens actus inducat conſuetudinem, & quod bis fit rarò fit, vt probabo: igitur binus actus non inducit conſuetudinem, quia illud quod bis fit, rarò fit, quod probabo. Auten.enim dicit, quòd mulieres nolentes habere tutelam filiorum ſuorum, non debent compelli de cætero iurare, ne veniant ad ſecunda vota, eo quod de facili periurarunt. Quãuis enim aliquæ fuerint quæ ſeruauerint, tamen rarò fuerunt, vt in Auten. vt ſine prohibitione matres.§.Quia verò. Ex quo arguo, aliquæ ſeruauerunt, ergo ad minus duæ, quia plurale geminat ſuum ſingulare, vt ff.de teſtibus l. vbi.& cùm dicitur, quòd rarò inuentæ ſunt, & ſic quod bis fit rarò fit. Item ſi iura ſcripta non conſtituuntur ex ijs, quæ vno, vel altero caſu accidere poſſunt, ſed ex ijs cõſtituuntur, quæ pluries accidunt: multò fortius ita erit in iure non ſcripto, vt ff.de leg. l.ex ijs.& l.ſequenti. quare binus actus conſuetudinem nõ inducit, ſed actus pluries, & frequẽter reiteratus. Quando autẽ pluries, & frequenter dicetur obſeruatum per iudicem, determinabimus, vt ff.de iur.deliberan.l.prima.in fine. Nec obſtat C.de epiſco.aud.l.Nemo.in fine, quia non loquitur ibi de conſuetudine, quæ faciat ius non ſcriptum, ſed loquitur ibi de quadam humilitate, vel aſſuefactione præcandi. Opinio domini Iac.magis placet. Tertiò quæritur, quanto tempore præſcribatur conſuetudo, & dicit M quod X.anois quod apparet, quia tempus X. annorum eſt longum, vt C.de præſcriptio.long.tempo X.vel XX. annorum in rubri ſed conſuetudo dicitur longa vt C.Quæ ſit long.conſue.in rubrica. Item pro eo facit ff.ſi ſeruit.vend.l.ſi quis diuturno. Sed dominus Iac.Bald.dixit quod præſcribitur XX.annis.& hoc illa ratione, quia conſuetudo eſt ius nõ ſcriptum, quod ligat tam præſentes quàm abſentes, quod debet eſſe vniforme. Debet igitur præſcribi talis præſcriptio quæ vniformiter poſsit ligare abſentes.& præſentes, ſed hoc non reperitur niſi de præſcriptione XX.annorum. Si autem dices, q̀ X.annis inter præſẽtes, & XX. inter abſentes præſcribetur, inconueniens eſſet, cũ ius debeat eſſe vniforme, ar.ad hoc C.de long.temp.præſcri. quæ pro liber.nõ aduer liber.præſtat. ſed quomodo poteſt præſcribi cõſuetudo cũ nõ habeat continuam cauſam, quæ actus illi ex quibus conſuetudo inducitur, non exercentur continuè, imò cum magna interpellatione Videtur igitur quod non poſsit præſcribi, etiam aliquo tempore. vt ff.de ſeruitu.l.Seruitutes. Sed dic quòd quamuis non habeat continuam cauſam, habet tamen, quaſi cõtinuam cauſam. Quia poſtquàm factum eſt ſemel, ſiue actus ſemel acciderit, ex quo debet induci cõſuetudo.& cõtra illum actũ non eſt admiſſus libellus quærimoniarũ, vel obtentum eſt bis in contradictorio iudicio. Ego præſumo, quòd iudex ſit ſemper paratus, quòd quandocunque ſimiles actus acciderint, quòd eos approbabit non recipiendo contra ipſos libellum quærimoniarum, vel pro ipſis iudicando. vnde quamuis non continuè accidant, tamen quia iudex ſemper paratus eſt, vt dixi, poterit præſcribi conſuetudo, tanquã habens quaſi continuam cauſam vt ff.de ſeruitu. vrbano.prædiorum.l.foramen. Sed videtur quòd ſit aliquem caſum excogitare, in quo præſcriptio decem, vel viginti annorum, non poterit habere locum. Ponamus quòd in aliqua ciuitate ſit obſeruatum obtentũ bis in contradictorio iudicio pluries. & frequẽter iudicant, animo inducendi conſuetudinem, quòd nulla præſcriptio valeat, niſi præſcriptio quadraginta annorum, & ſic iſtud obſeruatum eſt per viginti annos, in fine vigeſimi anni, computando viginti annos ex illo momento, in quo prius fuit iudicatum quòd præſcriptio noc valeret, niſi quadraginta annorum: erit ne verum dicere conſuetudo eſt, & iam legitimè præſcripta, quòd non valet præſcriptio, niſi quadraginta annorum. & certè videtur quòd ſic ſecundùm dominum Ia. quia præſcriptio eſt per viginti annos. Item ſecundùm M. quia ſi præſcripta eſt per viginti annos, ergo multò fortiùs per decem. Econtra videtur quod non, quia ſi eſt verum dicere, quòd ſit conſuetudo, non quod valeat præſcriptio, niſi quadraginta annorum, igitur ius non ſcriptum erit, quòd non valeat præſcriptio, niſi quadraginta annorum, igitur præſcriptio minor quadraginta annorum, non valebit tanquam contra ius non ſcriptum, ſed præfata conſuetudo eſt præſcripta minori præſcriptione, quia viginti annorum, igitur non eſt legitimè præſcripta, ergo non eſt conſuetudo. Item quòd conſuetudo iſta approbat, vel approbare vult in alijs, in ſe, ipſa debet approbare, vt ff.quod quiſ. iur.in alterum ſta per totum. Vnde cùm in alijs approbat præſcriptionem quadraginta annorum eandem præſcriptionem debet in ſeipſa approbare, vbi non videtur legitimè præſcripta, niſi fuerit præſcripta quadraginta annorum. Item aliquis non debet habere commodum ex eo quod nititur impugnare, vt in legatario videmus, qui non debet habere commodum ex teſtamento, quod nititur impugnare, imò amittit legatum, vt ff.de inoffic.teſta.l.propter.§.meminiſſe. Vnde cum prædicta nitatur conſuetudo impugnare leges loquentes de præſcriptione decem vel viginti annorum: videtur quod ab eis non debeat recipere fulcimentum, id eſt roboris firmitatem, & ita autoritas dictarum legum non poterit allegari in præſcriptione præfatæ conſuetudinis, vnde videtur quod in caſu veſtro conſuetudo non poſsit præſcribi præſcriptione decem vel viginti annorum, cùm leges inducentes dictam præſcriptionẽ nitantur impugnare. Ad prædicta voluit quidam dicere tibi. Primò feci dictam oppoſitionem,

quòd

qoòd in caſu iſto, conſuetudo habet mantellum ad omnem ventum. Nam ſi loquamur de ipſa cōſuetudine in ſe approbet leges loquentes de præſcriptione x. vel xx. annorum, & ab eis recepit fulcimentum. Si autem intuatur conſuetudo in comparatione ad caſus quibus aprabitur, reprobar præſcriptionem prædictá, vnde dicta præſcriprio x. vel x x. annorum, non babebit locum in caſibus illis, in quibus aprabitur conſuetudo. Simile eſt de quodam qui habet mātellum ad vtrūque ventū. ff. de inoff. teſt. l. Papinianus. §. Sed nec impuberis. & ita conſuetudo bene poterit præſcribi x. vel xx. annis. Vel dic alio modo ad prædicta, quòd duplex eſt tempus præteritum, imò tempore conſuetudo præfacta approbat præſcriptionem x. vel xx. annorum in omnibus caſibus ſuis, quia conſuetudo cùm ſir lex non ſcripra dat formam præteritis futuris comprobando, vt C. de leg. l. leges. & ff. de leg. l. quùm leg. ſecundum vnum intellectum. Vnde quùm præſcriptio præfatæ cōſuetudinis antequàm præſcriptio ſit tota de tempore præterito, quia non poteſt dici conſuetudo, antequam præſcriptio ſit tota præterita, & in vltimo inſtanti, quando præterit præſcriptio inſurgentis conſuetudinis imponens formam futuris. Vnde cùm ſua præſcriptio ſit de præteritis factis, vel præcedentibus ipſam conſuetudinem, ſecundùm quod approbat dictam præſcriptionem x. vel xx. annorum in aliis caſibus præteritis, ita in caſu præſcriptionis ſuæ. Item, dicas l. non nituntur impugnare niſi pro tempore futuro, & ita poteſt ab eis pro tempore prætarito recipere fulcimentum ſecundum hoc præfata conſuetudo poterit præſcribi x. vel xx. annis. Si autem velis ſuſtinere opinionem domini Azo. quod x. annis poſsit præſcribi. Dic quod non fuit intentio domini Azo. quod conſuetudo præſcribetur, alio modo inter præſentes, & alio modo inter abſentes, quia ſic ius eſſet deforme. Sed poſuit quod x. annis præſcribatur inter præſentes, vnde quùm maior pars populi ſir præſens quod eſt factum eis tacitè probantibus valebit etiam quantùm ad abſentes, vnde conſuetodo præſcripta in præſentia maioris populi ligabit abſentes, vt ff. de mun. l. Qui maior. Quartò quæritur vtrū frequēter iudicare contra ipſam l. per x. vel xx. annis ex certa ſcientia animo inducendi conſuetudinē inducat conſuetudinē: & videtur quod non, quia prima ſententia eſt nulla ipſo iure. Secunda ſimiliter nulla, & ſic de omnibus aliis, vt ff. de ap. l. ſi expreſſum. Sed ex pluribus, quæ nulla ſunt ipſo iure, non poteſt fieri aliquid validum, quod paret in pluribus excuſationibus, quæ nullę ſunt ipſo iure, vt ff. de excu. tu. l. ſpadonem. §. qui iura. & ita quòd ex pluribus prædictis ſententiis poſtquàm ſunt ipſo iure nullæ non poſſunt induci cōſuetudines validæ. E contra videtur quod lex derogatur per ipſam conſuetudinem, vt ff. de leg. l. de quibus. Sed illud poteſt fieri iudicando contra legē, vt ff. de leg. l. eū de cōſuetudine. Ad prædicta dicunt quidá, quod ſi ſententia directè feratur cōtra legem non valet, & ex pluribus eſſe latam nō inducitur conſuetudo, vt opponitur, etiam ſi ſententia feratur contra ius litigatoris, vnde ex eis inducitur conſuetudo, quia tunc ſunt validæ, vt ff. quæ ſen. ſi app. reſcin. l. prima. §. primo & ſecundo. Sed cum ſententia lata contra ius litigatoris non ſit contra legem, quo modo poterit tollere, vel mutare legem, vt C. de teſta. l. Sancimus. Ad quod dicunt, quòd quamuis non fiat contra legē expreſsè, tamen aliquid fit indirectè. eo enim ipſo, quod iudex pluribus vicibus pronunciaret, quod teſtamentum impuberis valeret, non hoc expreſſo impuberis. Sed dicendo pronūcio, quod teſtamentum Ioannis valet, & Ioannes erat impubes, non obſtante, quod bene opponebatur ex aduerſa parte, quòd Ioannes impubes erat quando condidit teſtamentum, reſultaret conſuetudo, quæ derogaret legi. Quia quamuis nihil fiat expreſsè contra legem, fit tamen aliquid tacitè, & hic eſt caſus vbi expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, vt ff de condiction. & demonſtrat. l. nonnunquam. in fine. Vel aliter dicas, quòd prædictæ ſententiæ nullæ ſunt, reſpectu iuris ſcripti, ſed reſpectu iuris non ſcripti, quod debet ex eis reſultare, aliquæ ſunt. Viſis præmiſsis, videamus de formatione libelli, ſuper condictione ex conſuetudiue, & ponamus gratia exempli, quod in villa blanaſci eſſet talis conſuetudo, quòd quicūque baberet ibi lapidicinas, currum oneratum lapidibus tenebatur dare, ita quod ille qui volebat habere lapides, ſuis expenſis extraberet eos pro quinque ſolidis. Petrus Ricardi habet ibi lapidicinas, nolo ſibi dare quinque ſolidos, & extrahere de lapidicina currum oneratum lapidibus non permittit mihi. Certè contra ipſum formabo ſic libellum. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanaſco, eſſe conſuetudinem approbatam, & legitimè præſcriptam in villa Blanaſci, quod quicunque habet in dicta villa, vel in territorio dictæ villæ lapidicinas debet pro quinque ſolidis talis monetæ cuilibet volenti morari in dicta villa extrahere currum oneratum lapidibus. Vnde cum ego Ioannes faciam moram in villa dicta, & Petrus Ricardi babeat in territorio dictæ villæ lapidicinas, in quodam ſuo fundo ſito in tali loco, cuius fines ſunt tales, nec permittat mihi extrahere ex eis currum oneratum lapidibus pro quinque ſolidis quos ſibi obtulli, & adhuc paratus ſum dare, ago contra ipſum, vt mihi permittat currum oneratum lapidibus extrahere de lapidicinis ſuis. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Petrū, in hoc quod permittat mihi currum oneratū lapidibus de lapidicinis ſuis extrahere, per diffinitiuam ſententiam condemnetur. Iſtud exemplum probatur ff. cōmunia prædior. l. venditor §. ſi cōſtat. Item bene dicitur pro quinque ſolidis, quos ſibi obtullit quia oblatio ſubfficit, vt poſsim agere, vt ff. de actioni. empti. & vēdi. l. Iulianus. §. offerri. Sed videtur quòd iſte libellus ſit malè formatus, quia hîc agitur præciſè ad factum ſcilicèt ad hoc, vt permittat mihi extrahere, & petitur quòd fiat condemnatio præciſè ad factum, ſcilicèt ad hoc quod permittat mibi extrahere lapides &c. quod non debet eſſe, vt ff. de re iudica. l. ſi quis ab alio. in fine. Ad quod dic, quòd quando aliquid petitur, vt fiat ab aduerſario, vt fiat cum labore, obtinet quod dictum eſt, ſed hic petitur ſolùm cum patientia, quæ fit ſine labore: petitio enim vt patiatur, quod ego extraham. Item bene debet hic fieri condemnatio præciſe ad patientiam, ſicut euenit in omnibus ſeruitutibus, vt ff. ſi ſeruit. vendi. l. egi. & de ſer ui. vrbano. præd. l. lege.

l.lege.in fine.l.quocunque. Cum etiam in ſeruitutibus fiat condemnatio præciſè ad verum factum, vt ff.ſi ſeruitu. vendi. l. harum. Item, videtur quòd malè ſit formatus, quia per talem conſuetudinem inducitur quædam violenta venditio, vnde talis conſuetudo derogat legibus, C.de contrahen.emption.l.inuitus. & C.de iure deliberand.l.nec emere.ff.de re iudica. l. id quod noſtrum. Vnde cum iuducatur quædam violenta venditio, videtur quod debeat peti intereſſe, & non res, vt ff. de actio.emp.l. prima. Et dicit quod non eſt venditio, imò ius conſuetudinarium inductum ex tacita voluntate populi. Vnde habens lapidicinas, cùm ſit vnus de populo præſumitur tacitè conſenſiſſe, & præſumptio eſt iuris, & de iure. Vnde tacitus ille conſenſus ſibi præiudicat, & neceſſè habet obtemperare dictę conſuetudini. Sed tacitus conſenſus non inducit aliquem contractum, vel quaſi vnde actio bonæ fidei poſſit naſci, ſed datur actio ex ipſa conſuetudine, quæ erit ſtricti iuris, cùm non reperiatur numerata inter actiones bonæ fidei, vt inſtitu.de actio.§.actionum. vnde per prædictam actionem non debet peti, niſi quatenus eſt comprehenſum in ipſa conſuetudine: vnde non petitur intereſſe. Secus in empti actione, quæ eſt bonę fidei. Vnde in ea venit hoc etiam de quo non eſt expreſſe actum, vt ſuprà de oblig.ex contractu. in fine. Quidam autem timentes prædictas oppoſitiones formauerunt libellum prædictum, Dico domine iudex, eſſe conſuetudinem in villa Blanaſci approbatam, ac legitimè præſcriptam, quòd quicunque habet in dicta villa lapidicinas, vel territorio dictæ villæ debet permittere pro quinque ſolidis cuilibet volenti, habenti domicilium in dicta villa extrahere de lapidicinis ſuis currum oneratum lapidibus. Vnde cum ego Ioannes habeam domicilium in dicta villa, & Petrus Ricardi habet lapidicinas in quodam ſuo fundo, cuius nomẽ eſt tale, qui ſitus eſt in tali loco, cuius fines ſunt tales, ex parte vna poſſidet talis, ex alia talis ex alia eſt via publica, nec permittit mihi extrahere de lapidicinis ſuis currum oneratum lapidibus pro quinque ſolidis, quos ſibi obtulli, & mea interſit in xx. ſolid. vt mihi permittat extrahere currum vnum oneratum lapidibus de lapidicinis ſuis. Ego ago contra ipſum, vobiſque domine iudex ſupplico vt dictũ P.Ricar. in xx. ſolidos pro intereſſe meo per ſententiam diſinitiuá condemnetis. Sed videtur, quod iſte libellus ſit inepte formatus. Ita dicitur ago contra ipſum, iſta verba generalia ſunt, ergo obſcura, & debent declarari. Sed duobus modis poſſunt declarari. vel ſic: ago contra ipſum ad intereſſe meum. & iſtud non poteſt eſſe, quia interrſſe non debetur, ergo peti nõ debet, vt infrà eo.tit.§.huic auten.in fine. Sed iſtud debet peti quod cauetur in conſuetudine ſcilicèt vt permittat mihi extrahere: ad inſtar ſerui mortui per culpá debitoris qui petitur, & non intereſſe, vt ff.de ver.ob.l.ſi ſeruum.in fin. Vel ſic poteſt declarari, ago contra ipſum, vt mihi permittat extrahere currum oneratum. Item, non ita poteſt declarari propter hoc, quia ſupplicatur iudici, vt fiat condemnatio ad intereſſe. Sed ſi prædicto modo fieret petitio, iudex non poſſet condemnare ad intereſſe, quia non poſſet cõdem nare niſi ad hoc quod petitum eſſet, vt C.de fideicom.lib.l.vlt. Ad quod prædictus libellus non eſt obſcurus, ſed ſatis bene formatus, & declaratio illius verbi. Ego ago contra ipſum, vt mihi permittat extrahere vnum currum lapidibus de lapidicinis ſuis. Sed iſta declaratio non eſt neceſſaria, quia ſatis intelligitur ex eis, quæ dicta ſunt ante. Cum ea quæ dicuntur in antecedentibus, in ſubſequentibus debent intelligi tacitè repetita, vt ff.de ver.obl.l. Titia.§.idem reſponſo primo. Vnde cùm ſatis ſubintelligantur dicta verba, libellus non eſt obſcurus. Sed ſi prædicta verba ſubintelligantur, vel etiam ad cautelam exprimantur non obſtant, C.de fideicom.lib.l.vlt. Quia illud eſt ſpeciale in ſeruo, qui manumitti debeat, vt in alio non fiat condemnatio, & eſt introductum in fauorem libertatis. Aliàs autem eligente actore maximè potorit fieri condemnatio ad intereſſe, cùm intereſſe æquipolleat rei. & nihil refert quid fiat ex æquipollentibus, vt ff.ſi cer.petat.l.certum ita enim videmus in actione ex empto vt ff. de act.empti.l.prima. Vnde in caſu noſtro bene petetur vnum, & fiet ndemnatio in alio ſcilicet intereſſe. Sed ſi vis o.. n opinionem euitare, ita dicas: Ago contra ipſum, vt permittat mihi extrahere currum oneratum lapidibus: quod ſi non vult facere, ago contra ipſum ad intereſſe meum, quod æſtimo xx. ſolidis. Vnde vobis domine iudex ſupplico, vt ſi noluerit mihi permittere, extrahere currum vnum oneratum lapidibus de lapidicinis ſuis, ipſum in xx. ſolidis pro intereſſe meo per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Item, ſcias quod ita verba approbata, & legitimè præſcripta ſunt ad abundantẽ cautelá, non autem ſunt neceſſaria. Scio tamen quòd quidam voluerunt ita formare libellum, Dico eſſe factum à xx. annis, & circa pluries & frequenter, & bis obtentum in contradictorio iudicio &c. & hoc contra illos qui dicunt quòd præſcriptio x. annorum eſt neceſſaria. Vel ſecundum alios ſic, diu eſſe factum, bis à xx. annis, & citra &c. Sed iſta opponere in libello non eſt neceſſe. Nam ſufficit quod dicatur conſuetudo eſſe. Nam ſi eſt conſuetudo, neceſſe eſt, quòd prædicta interueniant, ſed prædicta venient in poſitionibus, vt iam videbis. Bonum eſt enim actori vti breuibus verbis in libello, quia ſi obſcura ſunt, ſuũ erit interpretrari, vt ff.de iud. lege, ſi quis intentione.

Poſitiones Actoris tales ſunt.

PONO ita eſſe obſeruatum à xx. annis, & citra iuris conſuetudinem: Aliàs enim non inducceretur conſuetudo, ſecundùm quod ſuperius notaui. Secunda poſitio talis erit, pono quod obtentum eſt bis in contradictorio iudicio, id eſt non obſtante quod in contrarium allegabatur. Lex tamen iudicat pro allegante conſuetudinem. hæc poſitio probatur ff.de legib. l. cùm de conſuetu. Hæc autem poſitio non inducit nec cauſam ſufficientem quia quamuis bis eſſet obtentum in contraditorio iudicio, non tamen ſequatur propter hoc quòd eſſet conſuetudo, niſi eſſet legitimè præſcripta, ita quòd cucurriſſent x. annis ex illo tempore, ex quo primò fuit obſeruata iuris conſuetudo ſecundùm M. vel ſecundũ Ia. Bal, Itẽ, non inducit cauſam

cauſam ſine qua non poſſit ſtare côſuetudo, quia quamuis non eſſet bis obtentum in contradicto iudicio. Tamen nihilominus poſſet eſſe conſuetudo, ſi pluries & frequenter eſſet actum, ſecundùm Ia. vel bis, ſecundùm Azo. iuris conſuetudo infrà quod iudices voluerunt contra talem conſuetudinem admittere libellum.i. quærimoniam vt ſuperiùs notaui. Sed iſta poſitio eſt ſpecies præcedentis poſitionis, quia ad nihil aliud fit, niſi vt ſciamus an ſit obſeruata iuris conſuetudo. Ex tunc enim apparet, quòd iudices, imò quòd totus populus, qui non contradixi, voluerunt illud eſſe conſuetudinem. Item, per hoc quod bis ita obtentum eſt, quamuis lex in contrarium allegaretur, apparet quòd non errauerint conſtitutiones conſuetudinem, quia ſi errauiſſent non valeret, vt ff. de leg.l. quod non ratione. Secundùm vnum caſum, & ita poterit obtinere in caſibus ſimilibus iuris conſuetudo, ſi fuerit legitimè præſcripta. & ita ſonat lex prædicta, cùm de conſuetudine ſcilicet probanda illud explorandum arbitrio ſcilicet vt ſciamus, an ſit introducta ſine errore, & vt ſciamus, an actus ex quibus induci debet conſuetudo, fuerit ſine iuris conſuetudine, id eſt eo animo, vt induceretur conſuetudo, ſed hoc ſolùm nõ inducit conſuetudinem, niſi ſit legitima præſcriptio ſecuta. Item, ſecundùm hoc poteſt eſſe conſuetudo vt ſupra notatur. Tertia poſitio, pono quòd bis factum eſt, ſecundùm Azon. vel pluries & frequenter ſecundum Ia. Bal. Quarta poſitio, pono quòd à tempore à quo ita factum eſt, primo animo inducendi conſuetudinem elapſi ſunt decem anni, & hoc ſecundùm M. vel XX. & hoc ſecundùm Ia. Bal. vt ſuprà notaui. Quinta poſitio, pono quod eſt erronea, vel per errorem introducta. Si enim per errorem introducta non valeret in ſe, ſecundùm vnum caſum illius. leg. ff. de lega. l. quod non ratione. Vel non valeret vt traheretur ad conſequentiam in ſuis ſimilibus, ſecundùm alium caſum. Sed ſcias quod iſta poſitio quantùm ad actorem eſt ſuperflua, quia pro ipſo præſumitur. nam cùm conſuetudo inducatur ex tacito conſenſu populi, vt ff. de lega.l. de quibus. Nec veriſimile ſit quòd erret. ideò præſumitur populum non errare, & ſi errat, error talis facit ius, vt ff. de offi. præto. Barbarius. & de ſupel. leg. l. tertia, in fine ex certa ſcientia inducta præſumetur. Item, cùm præſumatur quòd omnes ſciant leges, vt C. de legatis.l. leges. Certè præſumetur quòd conſuetudo inducta contra legem, ſit inducta ex certa ſcientia, quia non eſt veriſimile, quòd populus, vel iudices iura, vel leges ignorẽt, in quibus verſantur, vt ff. de ori. iur. l. ſecunda. §. omnes, & Seruius Sulpitius. Vnde ſi faciunt cõtra ipſas leges conſuetudine aliquid, præſumo quòd ſcienter faciunt hoc, & non errando.

Poſitiones rei,

POno, quòd nõ fuit obſeruata iuris conſuetudo, imò ex quadam gratia: nam ſi ita non eſt induceretur ex hoc cõſuetudo. Nam quamuis omnes homines iuerint ad molendinum meum detulere de gratia per viginti annos, & ampliùs, non tamen propter hoc ſequetur, quod inducatur conſuetudo. imò quandoque voluerint, poterunt facere contrarium, vt ſuprà notatur. Item pono, quòd non eſt factum bis, ſecundùm Az. vel non eſt factum pluries, vel frequenter ſecundùm Ia. Item pono, quòd infrà decem annos ſecundùm M. vel viginti ſecundùm Iacobum factum fuerit contrarium. & ſic interrupta fuit præſcriptio eius naturaliter, qualiter prodeſt omnibus, vt ff. de vſufr. l. naturaliter. Nam ſicut præſcribitur conſuetudo, vt liget omnes, ſi interrumpitur eius præſcriptio, quantum ad omnes interrumpitur, ne eius conſuetudinarium inueniatur informe. Item pono, quòd eſt erronea, nã ſi ita eſt non valet, vt ff. de leg. l. quod non ratione. ſecundum vnum caſum illius legis. Sed qualiter probatur error, cum præſumatur populum & iudicem non erraſſe, vt no. ſuprà. Vnde allegans hoc caſu errorem debet eum probare, vt videm⁹ aliàs. ff. de probar. l. cum in debito. §. ſi non confiteatur ab initio. Ad quod dic. quod probabitur. & iudex qui iudicauit pro conſuetudine, erat ignarus iuris, quia forſan miles erat, qui poteſt eſſe iudex, vt C. de iud. l. certi iuris eſt. Milites autẽ ſunt iuris ignari. vt C. de iure. deli. leg. ſancimus. circa prin. & de iur. & facti ign. l. prima. Aduocatus autem decepit. & ſic pluries & frequenter deceptus ab aduocatis iudicauit pro conſuetudine, credens eſſe ius ſcriptum, ſicut ab aduocatis firmabatur. Vnde cum errauerit, non conſenſit in conſuetudine, inducenda. Qui enim errat, non conſentit, vt ff. de iuriſd. omn. iudic. l. ſi per errorem. Vnde cum in conſuetudine inducenda requiratur conſenſus, vt ff. de leg. l. de quibus. manifeſtũ eſt, quòd erronea conſuetudo, non erit conſuetudo. Item alio modo probatur erronea. Ponamus quòd aduocatus allegans conſuetudinem, dicat ſuper caſu conſuetudinis eſſe de nouo factam legem, vel decretum, & producebat vnam chartam falſam bullatam papali bulla, vel imperiali, in qua continebatur, quod caſus illius cõſuetudinis erat ius ſcriptum. Vnde iudex credens eſſe ius ſcriptum, pro conſuetudine iudicauit. Alij autem dicunt, quòd erronea cõſuetudo in ſuo caſu valet, ſed nõ in caſu ſimili, vt notatur in dicta le. quòd non ratione. Item pono quòd conſuetudo non eſt contra ius naturale, vel euangeliorum. Nam ſi ita non valet cum dictum ſit ius immutabile, vt inſtit. de iure. na. gen. & ciuil. §. penult. Et dicitur ius euangeliorum naturale, quòd à natura naturante omnia cõditum eſt. Item pono, quòd per poſteriorẽ legem eſt derogata, vt ff. de ſepul. vio. l. tertia. §. diuus. & C. qui admit. ad bo. poſſ. l. quilibet. Item pono quòd eſt reprobata per legem. Nam ſi ita eſt, non valet, vt C. de vſur. l. eos nec liceat. In fine autem ſcias, quòd libellus primò formatus ſub conditione ex conſuetudine eſt, melius formatur rigore iuris inſpecto.

Gloſſa ſuper illo verbo, debetur, poſito in diffinitione actionis, Quod ſibi debetur,

SVper hoc verbo habetis in gloſſa ordinaria multas difficultas, ſed vt tibi omnia plana ſint, Dicas quòd ſibi debetur, ſcilicet à iudice. Iudex enim habet in omnibus actionibus officium. vt ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item ſciendum. vt ſecundùm actionis naturam debitam reddat iuſtitiam, & verè dico debitam. Nam iudex iurat quod circa ſubiectos ſuos ſeruabit puris manibus iuſtitiam, caſtigando noxios. Deuotos autem paternè contractando.

Item

Item, quòd erit æquus in cauſis vtrique parti, nulli præſtando ampliùs quàm iuſtum erit, vt in Auten. de iur. iur. quod præſtatur ab ijs, qui admi. ſuſ. circa medium. & ſic ex iuramento ſuo obligatus eſt naturaliter ſubiectis reddere debitam iuſtitiã. Nam cùm faciat prædictum ſacramentum in manu publicæ perſonæ, per publicam perſonam ſubiectis acquiritur obligatio, vt ff. rem pup. ſo. l. ij. & iij. Et ita per actiones petitur debita iuſtitia, vnde iſta verba ponuntur ad differentiã officij iudicis, per quod non petitur debita iuſtitia de iure communi. Sed petitur miſericordia quodam iure ſpeciali, vt patet in reſtitutione in integrum, vt ff. de min. l. quòd ſi minor. §. ex hoc edicto. & per hoc patet ſolutio oppoſitionis quæ fit in gloſſa ordinaria de realibus actionibus, per quas non petitur quod debetur à parte, vt §. prox. Sed bene petitur iuſtitia debita à iudice. Nam iudex habet officiũ in realibus actionibus, reddendo iuſtitiam debitam, vt patet in rei ven. ff. de rei ven. l. qui reſtituere. Secundùm iſtam expoſitionem iſta verba non ponuntur ad differentiam criminalium actionũ, quæ non ſunt ius perſequendi, ſed accuſandi, vel criminandi. Nam verbũ perſequendi propriè ad actiones, & petitiones refertur, vt ff. de actio. leg. acto. Secundùm hoc patet, quòd hìc bene diffinitur realis actio.

Vtrum Cauſa & Actio ſint idem.

VLtimò quæritur circa paragraphum iſtũ vtrum actio & cauſa ſint idem, & dicit P. quod ſic. Dominus Io. & dominus Az. dixerunt quod non, vt patet in gloſſa ordinaria ſuper iſto §. Iſta autem diſſenſio ſic poteſt ſopiri. Aut enim conſideratur actio, prout eſt implicata, ſcilicet in ventre obligationis, & idem eſt actio quod cauſa ſcilicet obligatio. Nã ius, id eſt, actio eſt in cauſa poſitum, ſicut filia eſt in ventre matris, vt ff. ad l. Aqui. l. ſi ex plagis. §. cliuo capitolino. Vnde ſicut filia antequam naſcatur eſt eadem cum matre, quia portio matris eſt. & ff. de ven. inſpi. l. prima. §. ex hoc reſcripto. Ita actio antequã edatur, vel nominetur, eſt eadem cùm cauſa. Si autem conſideretur actio prout eſt explicata ſiue edita, vel in iudicio nominata: tunc aliud eſt actio à cauſa. ſecundùm hanc diſtinctionem patet diſſolutio omnium legum & rationum inductarum per dominum Io. & Az. Prima ratio talis eſt, obligatio eſt mater actionis, ſed aliud eſt mater quàm filia, ergo videtur quod aliud ſit actio quàm obligatio. Sed dic, quod obligatio eſt mater actionis editæ ſiue explicitæ. Nam antequàm edatur, vel nominetur actio, obligatio non eſt ſua mater. Nã tunc habet eam in ventre, & mater non dicitur propriè mater, antequã editus ſit partus. Secunda ratio talis eſt, ſi vẽdidi tibi equum pro x x. & pecto x x. Hìc, quia vendidi eſt facti, tunc omnes cõtractus ſint facti, vt ff de cura furio. l. cõſilio. §. vl. Vnde cùm actio ſit ius, alia erit actio. Cauſa ſtorenorum duplex eſt, talis cauſa, alia eſt ab actione, vt in ratione dicta. Alia cauſa proxima actionis, vbi obligatio quæ eſt mater, vt ſuprà de oblig. in prin. Et iſta cauſa eſt idem cum actione, prout actio eſt implicata, vt ſuprà tetigi. Tertia talis eſt, poteſt eſſe ꝙ cauſa eſt vera, vt quia verũ eſt dicere, quod vẽdidi tibi equũ, tamẽ cõpetit mihi actio vel quia remiſi, vel quia ſolutũ eſt mihi. Solutio in cauſa remota bene poteſt eſſe veritas, nõ tamẽ mihi cõpetit actio, ſed in cauſa proxima ſcilicet in obligatione, impoſſibile eſt veritatẽ eſſe quin cõpetat actio. Impoſſibile enim eſt verum, te eſſe mihi obligatum efficaciter ex vẽdito, quin mihi cõpetat actio. Quarta ratio eſt talis, inducta ſunt certa nomina actionis, nec inductũ eſt, quod actio vocetur cauſa, vel obligatio, ergo actio eſt idem quod cauſa, ar. ff. de ſuppel. l. labeo. Ad quod dic quòd actio nominatur, prout eſt explicita, vt patet in puero, cui non ponitur nomen, antequã edatur. Sed poſtquã editus eſt, ei imponatur nomen, & reſpectu prout actio edita ſiue explicata vel nominata, alia eſt à cauſa. Quinta ratio eſt talis, ſi cauſa & actio eſſent idem, fruſtra dicerẽ mutari nomen actionis, & agitur de dolo patroni, quia agitur in factum, tunc cauſa remanet eadem. Ad quod dic, quod ibi cõſideratur actio prout eſt implicita ſeu innominata, & hoc reſpectu infamat. Vnde cùm actio famoſa non poſſit dari contra patronũ, nõ vocabitur ipſa explicita actio doli, ſed vocabitur curialis, ſcilicet actio in factum, & non infamabit, & hoc reſpectu alia eſt actio à cauſa. vnde cautè dixit Placẽtinus ſicut apud Dialecticos maior propoſitio, & minor & concluſio. idem ſunt, quod argumentũ ſit apud legiſtas. Idẽ eſt cauſa quod actio, & bene dixiſſe videtur idem in vtroque, non tamen dixit, quod vnum eſſet alterum. Nam tres propoſitiones ſunt idem quod argumentum, non tamen tres propoſitiones ſunt argumentum. Hìc enim forma, vel prædicatio eſt impropria, ſicut iſtud argumentum continet tres propoſitiones. Sed propriè dicitur, argumentum eſt ex tribus propoſitionibus, & tamen idẽ eſt ſcilicet in materia argumẽtum, quod propoſitiones Nihil enim plus eſt in argumento, quàm tres propoſitiones. Sic in propoſito prout actio eſt in ventre obligationis, idem eſt quod obligatio, non tamen vere diceretur, Actio eſt cauſa ſiue obligatio ſed propriè dicitur: Actio eſt ex cauſa ſiue ex obligatione. Et ita poteſt ſopiri hæc diſſenſio. Sed opinio Ioan. & M. ſatis vera videtur de rigore iuris. Prædicta tamen diſtinctio ſatis poteſt probabiliter ſuſtineri: Io. de Bla.

DE REI VENDICATIONE.

RVBRICA.

VIſa actionis diffinitione, ſequitur diuiſio, & quia principaliter tractatur de rei vẽdicatione in hoc §. videm' qualiter libellus formetur in rei vẽdicatione, & dominus Rofredus ita format libellũ in ea, Vobis domine iudex cõqueror ego R. de Martino qui detinet domũ ſitã in tali loco, cuius fines ſunt, ex vna parte poſſidet Titius, ex alia Sempronius. & ex alia eſt via publica, quã domũ dico ad me pertinere iure dominij. Vnde vt dictã domum mihi reſtituat, ago cõtra ipſum, & propono rei vẽdicationẽ. Vel ita, peto dictã domũ mihi reſtitui cum fructibus inde perceptis & percipiendis, & ad hoc propono rei vẽdicationẽ. Et ꝙ iſte libellus ſit malè format' oſtẽditur, quia per rei vẽdicationẽ petũtur res quæ poſſidẽtur, cũ poſſeſſio pariat actienẽ in rẽ, vt C. de alie. mu. iu. cau. fac. l. j. Sed

res incorporales nō poſsidētur,vt ff.de acqui.poſ.
l.iij.& de acqui.rer.dom.l.ſeruus.§.incorporales.
& ff.de vſur.l.ſequitur.§.ſi viam. Quare res incor
porales non petuntur per rei vendicationem, vt
ff.de rei ven.l.rei vendicatio.& l.ſi rem.Sed in di
cto libello petitur de rebus incorporalibus,vide-
licet factum quando rei reſtitutio petitur.Item,il
lud ſolùm poſſum ſtipulari quod non eſt meum,
nā rē meam nō poſſum ſtipulari,vt ff.de ver.obl.
l.nemo. Sed quis bene poteſt ſtipulari reſtitutio-
nē rei ſuæ,vt prædicta.l.quare reſtitutio rei meæ
non eſt mea. Vnde reſtitotio rei meæ noo poterit
peti per rei vendicationem , cùm non ſit mea, vt
ff.de rei vend.l.in rem.& l.ſolùm.§.meum.& e.ti.
§.aliæ.ibi vbi dicit,vendicat rem ſuam.non dicit
quòd vendicet reſtitutionem rei ſuæ.Item ex dua
bus actionis cōtrarijs non poſſumus idem conſe-
qui,vt C.de fur.l.prima.& C.ſi ſeruus extr.ſe emi.
maoda.l.prima.Cùm ergo per perſonalem actio-
nem poſsim conſequi reſtitutionem rei meæ,vt ſi
ſtipulatus ſum rem meam mihi reſtitui, vt prædi-
cta le. nemo. Reſtuutionem rei meæ non pote-
ro petere per rei vendicationem , cùm rei vendi-
catio competat contra illum qui nullo,aliquo iu
re eſt obligatus,vt in e.§.præſenti . Perſonalis ve-
rò actio competit contra illum qui aliquo iure
eſt obligatus,vbi io e.§.ſit itaque . & §. ſi appella-
lamus.& ſic ſunt contrariæ.Item , quæ eſſet vtili-
tas quod homines tota die ſtipulentur rem ſuam
ſibi reſtitui,cùm illud poſſent conſequi per rei vē
dicetionē?Nec eſt veriſimile quòd homines inuti
liter ſtipulentur,vt ff. leg.no.ca.l. Hæc ſtipulatio.
§.diuus.Item,conditio aliqna non currit nec cū
rei vendicatione,vt ad idem detur,excepta condi
tione furtiua, cùm rei vendicatio detur domino
ad rem ſuam petendam.Nulla vero cōditio detur
domino ad rem ſuā,excepta furtiua, vt ff. vſufruc.
quemadmodum ca.l.vlti. Sed ſuper rei vendica-
tionem petatur directè rei reſtitutio,iam concur
ret cum conditione incerti. Sed ponamus rem
meā reſtitui ſtipulatnm fuiſſe , quia cum ſtipula-
tus ſim factum,actio ex ſtipulatu mihi competit,
quæ datur ad incerta,vt inſtitn.de ob.in princip.
cùm factum ſit incertum,vt ff.de ver.ob.l.vbi.§.
Qui id quod in faciendo.& per conſequens dabi
tur cōditio incerti,quæ datur ad incerta , cum ſit
proprium conditionis quæ datur cùm petitur in-
certum,vt ff.de condi.indebit.l.ſed ſi me putem.
in fin.& de condi.fur.l.& ideò §.finali. Vnde iam
peteretur idem,& eodem modo, ſcilicet rei reſtitu-
tio,per rei vendicationem.& conditione incerti,
quod eſſet inconueniens , Item prædictus li-
bellua videtur male formatus,quātùm ad finem.
In fine enim dicitur ita.Peto dictam domum mi-
hi reſtiaui cum fructibus inde perceptis & perci-
piendis.Aut enim agitur contra bonæ fidei poſ-
ſeſſorem,& tunc manifeſtū eſt, quòd male forma
tus eſt , quia bonæ fidei poſſeſſor non tenetur de
percipiendis,nec etiam tenetur de perceptis om-
nibus,quia de conſumptis non tenetur. Vnde nō
tenetur niſi ſolùm de perceptis fructibus extanti-
bus,vt C.de rei ven.l.certum.& ff.finium re.l.iiij.
§.poſt litem. Aut agitur contra malæ fidei poſ-
ſeſſorem ſine titulo ,& tunc quamuis teneatur
de perceptis conſumptis, & de perceptis extanti-
bus,& de percipiendis,Tamen diuerſimodè, quia
de conſumptis tenetur condictione ſine cauſa, de
extantibus rei vendicatione , alia ſcilicet rei ven.
ab illa qua petitur res principalis , vt C . de con-
ditio.ex l.& de condictio.ſine cauſa.l.mala fides.
De percipiendis vero tenetur officio iudicis , vt
ff.de rei vend . l.ſi nauis. Si ergo agatur contra
malæ fidei poſſeſſorem ſine titulo , proponatur,
vel proponi debet in illo libello triplex auxilium
videlicet conditio ſine cauſa,noua rei vendicatio
alia à præcedenti. iudicis officium . Idem eſt ſi
agatur contra malæ fidei poſſeſſorem,cum titulo,
hoc excepto,quod a percipiendis excipiatur pro-
pter titulum,vt C.de rei vend.l.ſi fund. Cùm igi-
tur dicta auxilia,vel cauſæ eorum non proponan
tur in libello prædicto: videtur quod libellus in-
eptè formatus ſit,quia ſine cauſa neminem audi-
re debet prætor , vt ff. de tranſactio. lege cùm ſe-
cunda.§.in cauſa. Cauſa enim inſeri debet , vt C.
de edictio dict.Adria.toll. l. vltima.§ .ſin autem
Item,quia pro fructibus petendis noo proponit
aliquam actionem,nec æquipollens actioni , vel
cauſam ſufficientem . ergo videtur quod ineptè
formatus ſit quantùm ad hoc , Cùm nemo ſine
actione poſsit experiri , vt C.de admit . tut. lege.
Quocunque.§.item ſi pro temporali,& ff.de neg.
geſt.l.pupilli.§.vltimo Imò ſequeretur abſolutio,
quantùm ad fructus ſaltem conſumptos , quia in
hoc iudex non inueniret cauſam propoſitam,
qualiter poſſeſſorem de fructibus deberet conde-
mnare , & maximè de fructibus conſumptis
Item ,quantùm ad rem principaliter petitam.,
ſequeretur abſolutio,cùm dominium non ſit ſuf-
ficiens cauſa,quare aliquis teneatur mihi, vel poſ-
ſim petere ab aliquo directè , vt mihi reſtituat
rem , nec rei vendicatio eſt apta actio ad peten-
dum rei reſtitutionem,vt ſup probaui:quare cum
proponatur inepta actio vel cauſa, videtur quod
ſequi debeat abſolutio,vt ff.ſi menſor fal . mod.l.
prima.§.primo.Vnde vt euites prædicta , ita for-
ma libellum.L I B E L L V S.Dico domine iudex
ego Io.de Bla.quòd R.poſsidet ſeu detinet talem
fundum, ponamus Tuſculanum ſitum in tali lo-
co,cuius fines ſunt tales , ex vna parte poſsidet P.
Ri.ex alia.G Gilberti,ex alia P.Guidon.& ex alia
eſt via publica,quem in fundum dico ad me per-
tinere,quare petitionem meam cōtra dictum R.
dirigo.Vobiſque domine iudex ſuplico,vt vos do
minium dicti fundi eſſe meum per ſententiam diſ
finitiuam declaretis,mihi dictum R.ad dicti fun-
di reſtitutionem condemnando. iſte libellus be-
ne formatus eſt,quantùm ad rē,quia res certa ſuis
ſignis certificata petitur,ſecundùm tenorē legum
ff.de rei ven.l.ſi in rem quis agit.Aliquādo tamen
incerta petitur quantū ad libelli oblationem: ver
bi gratia,Mixtum eſt meum frumentum cum tuo
neſcio quot corbes erant in frumento meo mi-
xto cum tuo. Agam contra te , ſi detines illud
frumentum,rei vendicatione petendo ſic. L I-
B E L L V S. Dico domine iudex ego talis Ioan.
de Bla.quòd tale frumentum meum , quod perce-
pi de tali fundo meo,vel ex tali fundo , quem bo-
na fide poſsidebam , vel in quo habebam vſum-
fructum,quod erat in tali domo.mixtum fuit per
Titium,cum frumento Roderij quod habebat in
eadem domo. Vnde cùm Roderius totum acer-
uum frumenti detineat , petitionem meam con-
tra ipſum dirigo . Vobiſque domine iudex ſuppli-
co,vt quod viſum vobis iuſtum fuerit de frumen
to eſſe meum per ſententiā declaretis, dictum R.
ad dicti frumenti reſtitutionem condemnando,
vt ff.

vt ff. de rei vend. l. Marcellus. in fine. Sed quamuis talis petitio incerta recipiatur quantùm ad libellum, certificare debet tamen iudicem in proceſſu iudicij, quia aliàs iudex non poſſet diffinire, vt infra. e. §. curare. Petenti tamē poteſt prodeſſe, quod recipiatur talis libellus incertus, quia à principio non poterat eſſe certus quantùm eſſet ibi de frumento, poſteà tamen certus poterit eſſe in proceſſu iudicij, vel per procuratores, vel per teſtes, qui abſentes erant, pro quibus mittet, vel per ſacramentum aduerſæ partis, & ſecundùm hoc poterit certificare iudicem in proceſſu iudicij. Sic aliàs recipitur à principio libellus incertus in actione perſonali, dum vſus iuret ſe ignorare pondus rei petitæ, videlicet argēti depoſiti, vt ff. depoſi. l. prima. §. ſi quis argentum. Scias tamen quod quamuis regulariter ſi petatur res conſiſtens in pondere, debebat pondus in libello complecti, niſi iuret vt dixi. Fallit tamen iſtud in actione furtiua odio furti, & quia dominus pondus rei ſubreptę non potuit præuidere, vt ff. de furt. l. in actione. Quòd autem prædictus libellus ſit rectè formatus, & debeat petere à iudice, vt declaret dominū rei meę, & quòd ſic debeat pronuntiare, probatur ff. de procura. l. Panponius. §. ſed is qui quaſi defenſor. ibi, rem meam pronuntietur. Cùm iudex debeat pronuntiare ſecundùm petita, vt ff. de commu. di. l. vt fundus. Per quod apparet quod petatur ab eo quod dominum rei eſſe actoris per ſententiam declaret. Ad quod facit ff. de rei vendi. l. ex diuerſo. §. primò. & facit quod notatur ſupra §. proximo ſuper verbo, debetur. Bene autem ponitur in libello diligens petitionem, quia petitiò propriè in rem eſt, vt ff. de act. l. actio. & dicitur, petitio quaſi per tertium perſecutio. Nam ab aduerſario qui nullo iure mihi obligatus eſt, non directè peto, ſed per tertium videlicet per iudicem ab eo peto. A iudice enim peto debitam iuſtitiam. Poſt quam enim res eſt mea, debet aduerſarium ad rei reſtitutionem condēnare, vt ff de rei vend. l. Qui reſtituere. Vnde quamuis ab aduerſario non petatur directè, tamen quia petitur ab eo indirectè, & petitio eſt in ſui præiudicium. debet ſibi offerri libellus, & hæc habent locum circa rem principalem.

Adiectio pro fructibus petendis.

SI AVTEM fructus petendi ſunt, fiet accumulatio actionum, & ita dicetur, & iungetur in fine ſuperioris libelli, ſi poſſeſſor eſt bonæ fidei. Item, fructus naturales extantes mei ſunt, quia quoſdam vero fructus naturales, tales, Videlicet cæraſa, poma, ex re mea perceptos, ſine cauſa conſumpſit prædictus poſſeſſor, & factus eſt locupletior in decem ſolidis. Itē, cùm fructus induſtriales extantes, & omnes fructus perceptos poſt litis conteſtationem, debeat mihi reſtituere, ex veſtro officio domine iudex ſupplico, vt dictum poſſeſſorem ad reſtitutionem fructuum naturalium extantium, & ad reddendum mihi x. ſolidos, & ad reſtitutionem fructuū naturalium, & ad reſtitutionem omnium fructuum quos percepit poſt litem conteſtatam, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. In iſta autem petitione fit trium iurium diuerſorum accumulatio, quia pro fructibus naturalibus extantibus proponitur quædam noua rei vendicatio, cū dicti fructus bonæ fidei poſſeſſoris ſint, vt ff. de vſur. l. fructus. Item pro fructibus naturalibus conſumptis, non tenetur bonæ fidei poſſeſſor rei vendicatione, quia non poſsidet eos, nec dolo deſiit poſsidere, tenetur tamen certi condictione generali, vel condictione ſine cauſa, in quantùm eſt locupletior ex re aliena, vt ff. ſi certum petatur. l. ſi & me & Titium. pro fructibus vero induſtrialibus exiſtentibus, & pro perceptis poſt litis conteſtationem, tenetur officio iudicis. Nam conſumptos lucratur, vt C. de rei vend. l. certum eſt. Si autem eſt malæ fidei poſſeſſor ſine titulo, nullus fructus facit ſuos. Vnde eodem modo tenetur ad naturales, & induſtriales. Tenetur etiam de percipiendis, vt ſupra notatur. Vnde loquis ita, Vnde cùm dictus R. mala fide poſsideat fundum meū prædictum, apparet quod fructus extantes ex re mea percepti, mei ſunt.

Item, ſi quos fructus ex re mea perceptos conſumpſerit, ex non iuſta cauſa conſumpſit. Item, quia poſsidet ſine titulo, de fructibus percipiendis tenetur. Quare vobis iterum domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad reſtitutionem fructuum perceptorum & percipiendorum per diffinitiuā ſententiam cōdemnetis. Si autem eſt malæ fidei poſſeſſor cum titulo, excuſatur à percipiendis, vnde percipiendi non petentur ab eo, vt ſuprà notatur. In prædicti igitur petitione fructuum, triplicium iurium facta eſt accumulatio, quia pro fructibus omnibus exiſtentibus proponitur quædam noua rei vendicatio pro conſumptis, proponitur condictio ſine cauſa. Pro percipiendis verò proponitur officium iudicis inhærens actioni, & ita debet fieri vt ſuperiùs notatur. Scias autem quod in petitione fructuum non deſignaui rem certam: vnde videtur petitio male formata quantùm ad nouæ rei vendicationem, quam propono pro fructibus cùm in rei vendicatione res certa debeat deſignari, vt ff. de rei vend. l. ſi in rem quis agat. Ad quod dic quod ex cauſa aliquando res incerta vendicatur, vt ſuprà notatur. Hæc autem cauſa eſt, quare res incerta debeat vendicari, quia incertus ſum quantum aduerſarius de fructibus percepit, vel percipere potuerit. Vnde eſſet mihi periculoſum ſi à principio peterem fructus certos, quia forſan plus peterem quàm deberem, vel minus. Vnde cùm hic ſit incertus petitor quantùm petat de fructibus propter factum aduerſarij, quia neſcit quantum poſſeſſor percepit, recipitur petitio incerta, vt ff. de rei vend. l. quæ de tota. in fin. & ff. de furt. l. in actione. Certificabitur tamen iudex in proceſſu iudicij vt ſuprà notat. Nec obſtat ſi quis dicat priuſquàm veniret ad iudicē debuit inquirere certitudinem, & imputetur ei ſi non fecit, vt ff. quis ordo in bono. poſſ. ſer. l. ſecunda. in fin. Reſpondeo quòd ſine iudice & ſine forma iudicij non potuit inquirere, quia familiares poſſeſſoris, qui ſciunt quantum percepit de fructibus non certificarent ſuper hoc niſi coacti. Vnde trahentur per iudicem, vt ferant teſtimonium, & ſic coacti iudicem certificabunt ſuper iis, vt ff. de tabul. exhi. l. locum. §. hoc iter vt exhibere. Caueas tamen tibi, quod duplex eſt cauſa rei vendicationis, generalis, vt dominum, vt ff. de rei ven. l. in rem actio & iſta generalis cauſa ſi proponatur, totum ius actoris in iudicium deductum

vndecunque habet, & ſic eſt propoſita dicta cauſa in dicto libello. Eſt quædam ſpecialis, quia dico rem ad me pertinere iure dominij, eo quod emi anno domini &c. Vel dico, ad me pertinere iure dominij eo quod vſucapi. Nam per vſucapionem acquiritur dominium, vt ff. de vſuca. leg. tertia. & qui ita proponit facit vt ſapiens. Nã ſi aduerſari' fuerit abſolutus, poteſt recurrere ad aliam cauſam ſpecialem, quia non videtur totum ius ſuum in iudicium deduxiſſe. & facit ad hoc. ff. de excep. rei iud. l. ſi mater. §. eandem. & l. an eadem. §. actionis. ibi non expreſſa cauſa &c. Quod quidam prauè ita intellexerunt, vt dicerent quòd quãdo proponitur rei vend. non oportet dicere cauſam generalem ſcilicet ſe eſſe dominum ſimpliciter, vel cauſam ſpecialem ſcilicet ſe eſſe dominum ex tali cauſa. quod autem ibi dicitur non expreſſa cauſa, dicitur ſcilicet ſpeciali, exprimatur tamen generalis. His viſis, videamus de poſitionibus actoris, & quia multis modis acquiritur dominium, ſecundùm eos modos facit actor poſitiones ſuas, quos modos poteris inuenire, ſuprà de rerum diui. per totum, & ff. de acqui. do. per totum, & ſpecialiter in l. illa adeò. Vnde cautus ſit aduocatus ex qua cauſa vult dicere clientulum ſuum, dominum, vt illam cauſam proſequatur, & ſecundùm eam faciat poſitiones. Et gratia exempli ponamus quòd velit dicere clientulum ſuum eſſe dominũ ex contractu, ponamus emptionis, faciat poſitiones tales.

Poſitiones actoris.

Pono quòd talem rem emi, & ſic præceſſit contractus, quoties enim me volo dicere dominum ex contractu, oportet quòd ponam contractum præceſſiſſe, vt ff. de acquir. rerum do. l. nunquã nuda traditio. Item pono, quod res prædicta eſt ſobiecta cõmercio noſtro, aliàs enim nõ poſſet vẽdi, vel emi, vt ff. de cõtrahen. emp. l. ſi in emptione. §. j. Item pono quòd venditor erat talis perſona, quæ poterat vendere, quia non erat ei bonis interdictum. Non etiã erat furioſus, vel pupillus, vel prodigus cui eſſet denegata regularitet ſuarũ rerũ adminiſtratio. Si enim venditor eſſet deprædans, nõ poſſet transferre dominiũ in emptorẽ, vt ff. de cõtra. emp. l. ſi ſciens. Item pono, quod venditor tradidit mihi rem, vt C. de pact. l. traditionibus. & C. de prob. l. cùm res. Nec dico quòd oporteat quòd nuda tradatur poſſeſsio, quamuis in l. cum res videatur in contrarium. Sed illud intelligitur, quãtum ad liberationem venditoris, qui ſi vult ſe liberare ab actione ex empto, oportet quòd tradat vacuam poſſeſsionem, vt ff. de contra. emp. l. ſecunda. in fi. & l. tertia. Vnde non intelligatur quantũ ad hoc quod oporteat tradi vacuam poſſeſsionem, ad hoc quod dominium transferatur, imò ſatis eſt. ſi datur res, quamuis non tradatur vacua poſſeſsio, vt ff. de fundo do. lege ſi fundos. Item pono, quod ſolui prætium, vel fides habita fuit de prætio, aliàs enim non transferatur dominium in me dominium, vt ff. de contrahen. empt. l. qui vendidit. & ſupra de rerum diui. §. venditæ. Item pono, quòd venditor erat dominus, aliàs non transferret dominium, niſi eſſet creditor, vt ff. de acquirenda rerum do. l. traditio. & l. non eſt nouum. Vel pono, quod venditor erat creditor, & dictam rem habuit obligatam à domino, & poterat eam vendere ex pacto, vel ex lege. Nam ſi idẽ eſt debitor, idemque dominus, videtur vendere tanquam per miniſterium. vt ff. de diuer. & temp. præſ. l. de acceſsionibus. §. vltimo. Item pono quòd venditor tradendo non errauit, vt ff. do acquir. rerum dom. le. ſi procurator. & ſcias quod quamuis in contractibus oporteat traditionem interuenire, ſufficit tamen quaſi traditio, vt ſi venditor oſtendat rem venditam emptori, animo tradendi, de turri forte, vel de alio loco. Vel ſi venditor mercium tradidit claues horrei emptori, vt ff. de acqui. poſſ. l. prima. §. placet. & l. qui in eo. §. ſi venditorem. & de contrahend. empti. l. clauibus. In eccleſia tamen ſpeciale eſt, vt ſine traditione acquiratur dominium, vt C. de ſac. ſan. eccle. l. vlti. Item in legato, vt ff. de furt. l. act o. Item in hæreditate, quia ſola aditione hæreditatis, quæ fit ſolo animo, dominium rerum hæreditariarum tranſit in hæredem, vt ff. de acquirenda. poſſ. l. cùm hæredes. Idem in generali fideicommiſſo: nam facta reſtitutione, ſolo verbo dominium tranſit in fideicommiſſarium, vt ff. ad Trebel. l. facta. Item in ſocietate omnium bonorum. Item, in pacto adiectionis in diem. Item, in lege commiſſoria, vt iſta probantur per ordinem, ff. pro ſoci. l. prima, & ſecunda, & tertia. & de rei vend. l. ſi qui bas. & ff. de legatis. commiſſ. l. vltima. & C. de pact. inter emp. & ven. l. commiſſoriæ. Item, in donatione, quãdo donator retinet vſumfructum vt C. de do. l. quiſquis. Nam per talem retentionem fingitur res tradita, & dominium tranſlatum. Item, ſi dominus conſtituat ſe poſſidere nomine alterius, vt ff. de rei ven. l. Quædam mulier & de acqui. poſſ. quod in eo. Vnde cautus ſit aduocatus actoris, vt quãdo neceſſariũ erit ponere de traditione ponat

Poſitiones rei.

Reus nõ faciat poſitiones cõtrarias, quia ſufficit ei quantùm ad hoc quod abſoluatur ab intentione actoris, quòd ponat & probet tale quid, per quod appareat actorẽ nõ eſſe dominũ, & quãuis non probet ſe dominum, vt C. de rei ven. l. vlt. Itẽ poteſt ſic ponere. Pono quòd res, quã tu petis eſt religioſa vel ſacra, quia ſi ita eſt nõ competit vẽdere, vt ff. de rei ven. l. in rem. §. loca, præterquã in caſu: Nam prælatus eccleſiæ bene vendit res ſacras, vt C. de ſac. ſanct. eccle. l. ſancimus. Item pono, quod eſt res incorporalis, Nam pro eis non datur vendicatio, vt ſuprà notatur. Item pono, quod nec poſsideo, nec dolo deſij poſsidere, quia ſi non poſsidet nec dolo deſijt poſsidere, non tenetur vendere, vt ff. de rei ven. l. officium. & l. ſin autem. §. primo. Et ſcias quod octo vel nouem ſunt modi generales, ad quos alij reducuntur, acquirendi dominium. Occupatio in animalibus ſyluestribus, & cætera ſimilibus, quæ ſunt in nullius bonis. Item ſpecificatio, vt ſi ex melle tuo & vino meo bona fide fecero mulſum, vt hic probatur & ff. de acqui. rer. do. l. prima in fine. & l. ſeconda & ff. ad exhibẽ. l. de eo. §. ſi quis ex vuis. & ff. de acqui. rer. do. l. quis quid. §. j. Itẽ acceſſio, quæ aliquãdo fit facto hominis interueniente, vt ſi arbor mea plantata ſit in agro, & radices egerit. Vel ſi ſcripſi in chartis tuis vel ædificaui in ſolo tuo, nam ædificium cedit ſolo. Vel ferruminatione iunxi bona fide brachium

brachium imaginis tuæ imagini meæ. Aliquando fit acceſſio diuina voluntate, ſine facto hominis vt patet in alluuione, vt hic approbatur & ff. de acqui. rer. do. l. adeò. §. vltimo. & §. prima. & §. cũ in ſuo & ff. de rei ven. l. in rem actio. §. item quicunque. Item, confuſio eſt modus acquirẽdi dominium, vt ſi quis confundat æs tuum cum auro meo, ita quod ſeparari non poſsit, maſſa communis efficitur mei & illius cuius æs erat, ita tamen quod plus habeat in miſſa qui prætioſiorem partem poſuit, vt ff. de rei ven. l. Marcellus. in fin. & l. ſequenti. & l. idem Pomp. al. incip. ſi frumentum. §. ſed ſi de du. Poſſumus etiam ponere exemplum de confuſione, vt patet ſi nummos alienos mihi ſolutos immiſceam bona fide cum alijs nummis meis, vt ff. de ſolu. l. ſi alieni. Item inuentio, vt ſi in alieno inuenio theſaurum, vt ff. de acqui. rer. do. l. nunquam, §. theſaurus. Item, aſsignatio, vt ſi imperator, vel ille qui poteſt hoc facere, aſsignet militibus prædia ſuis aliena, vt ff. de acqui. rer. do. l. ergo. §. alluuio. & l. in agris limitatis. & ff. de rei ven. l. ſi verberatum. §. item ſi fortè. Item præceptio, vt ſi ſim bona fide poſſeſſor alieni fundi, nã induſtriales fructus facio meos, vt ff. ſi. reg. l. quarta. §. poſt litem. Item tempus, vt patet in vſucapione quamuis Martinus dixerit idem in præſcriptione, vt ff. de vſuc. l. tertia. Et certè vtile dominium in præſcriptione. Quamuis autem iſti octo modi ſint principales, ſunt tamen alij qui ex iſtis deriuantur vt traditio, hæreditatis aditio, legati deportatio, & cæteri ſimiles. Et verè iſti modi reducuntur ad prædictos. Nam quamuis traditione, vel hæreditatis aditione acquiratur dominium, oportet tamẽ quod ille qui tradit vel ille cu' hæreditatis adiiur, vel ille à quo habet cauſam aliquam de prædictis modis, ſint domini. Idem etiam in deportaio, nam ad hoc quod fiſcus ſit dominus oportet quod deportatus, vel ille à quo habuit cauſam dominus fuerit aliquo de prædictis modis. Quia tamen fiſcus ſuccedit in locum priuati, non debet plus iuris habere, quàm priuatus, vt ff. de iur. fiſci. l. fiſcus cùm priuati. Vt reuertamur ad præcedentes poſitiones. Si reus, quando ponatur, tradentem fuiſſe dominum negaret, oporteret probare tradentem, vel eum à quo habuit cauſam ipſe tradens, fuiſſe dominum aliquo de prædictis modis, & quia faciliùs recurritur ad tempus: ideò videamus poſitiones circa vſucapionem, & quia inter cæteros titulos, frequentior eſt titulus pro emptore, ideò circa ipſum videamus poſitiones, ponat ergo ita actor.

Poſitiones actoris.

POno quòd Robert' erat in paſchate præterita, cui non erat interdicta regulariter ſuarum rerũ adminiſtratio, quia non erat pupillus, vel furioſus, vel prodigus cui eſſet bonis interdictum. Item pono, quòd ego, vel ille à quo habui cauſam, eminus talem rem ab eo, aliàs non poſſet ſequi vſucapio, vt ff. de vſuca. l. ſi ab eo, & pro empt. l. qui fundum. §. qui ſciens. Itẽ pono quòd ego vel ille à quo ego emi, non ſumus ſerui quia ſi ita eſſet, nõ poſſemus vſucapere, cùm non poſſemus poſsidere, vt ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſeruus. Item pono, quòd poſſeſsio fuit mihi tradita, aliàs non poſſem præſcribere, vt ff. de vſuca. l. ſi in poſſeſsione. Itẽ pono quòd ego vel ille à quo habui cauſam, poſsidemus per ſpatium tẽporis lege diffiniti, vt ff. de vſuca. l. iij. Vel ita ponatur. Pono quòd cõtinuata mea poſſeſsione cũ poſſeſsione illius, à quo habui cauſã poſſedi p ſpatiũ tẽpo. l. diffi. Nã poſſeſsiones iſtæ & tempora continuãtur, vt ff. de acquir. poſ. l. Pompo, §. vlt. Reus econtra ponat poſitiones. Pono, quòd talis erat vitioſa, vt puta furtiua, vt ſuprà de vſucapione. §. furtiuæ. Item alienans habebat malam fidem in alienãdo, nam ſi ita eſt, non poteſt ſequi præſcriptio, vt C. de præſcrip X. vel XX. annorũ Auten. malæ fidei Item pono, quòd quando emiſti, vel quando fuit tibi tradita, habuiſti malam fidem. Nam quãuis in cæteris titulis ſufficiat quod tempore traditionis habeat bonam fidem, in illo tamen pro emptore, oportet quod duobus temporibus habeat bonam fidem, videlicet, tempore contractus, & tempore traditionis, vt ff. pro ſoluto. l. tertia. Item pono, quod talis rei prohibita erat alienatio, quia fundus dotalis, vel res minoris. Nam ſi alienatio eſt prohibita, per conſequens & præſcriptio; vel vſucapio, vt ff. de fundo do. l. ſi fundus. & facit ad hoc C. de admi. tut. l. ex quæ tutores. Item pono, quòd vſucapio vel præſcriptio fuit interrupta ciuiliter, vel naturaliter, vt ff. de vſuca. l. naturaliter & C. de de præſcr. XXX. vel XL. an. l. ſicut in tẽ. & l. cũ notiſsimi. & C. rei vẽ. l. more litis. Cauillationes ſuper rei vẽdicatione. His viſis, videamus quaſdã cauillationes circa illã actionẽ. Lite conteſtatã productis teſtibus & apertis, videt reus quòd debet ſuccũbere quod facit, deſinit poſsidere, vt quidam amicus ſuus incipiat poſsidere. Videtur quod abſoluẽd' ſit, quia nõ poteſt teneri dicta rei vẽdicatione, cùm non poſsideat, nec detineat, & iſta tãtùm detur contra poſſeſſorem, vel detentatorem, vt C. de alie. iu. mu. l. prima. & ita non condẽnabitur in cauſa facti directa. Item vtili rei vendicatione, & quæ datur contra ipſum, qui dolo deſijt poſsidere, non poteſt condemnari, cùm ſuper eã non fuerit libellus oblatus, nec litis conteſtata, nec poſt litis conteſtationem acciderit: Vnde alia interpellatione opus eſt, vt ff. de iud. l. non poteſt. Ille enim qui dolo deſijt poſsiderere, tenetur vtili rei vendicatione, vt ff. de noxa. l. electio. § ſi is quem. cùm doloſus habeatur pro poſſeſſore. vt ff. de rei vend. l. ſin autem. Sed ſi ita eſt, reus abſoluetur, & poſtea conueniet eum, qui incepit poſsidere, & ille productis teſtibus & apertis ſimiliter faciet, & deſinet poſsidere, & ſic actor nunquam veniet ad finem. Ad quòd dico, quòd ipſe reus eſt condemnandus, non obſtante quod dolo deſijt poſsidere, ne melioris eſſet conditionis doloſus, quàm non doloſus, argu. ff. de noxa. l. non ſolum. nec obſtat in contrariũ fuit propoſitũ, quòd non poterit condẽnari indirecta rei vẽdicatione, quia non poſsident &c. Quia illud intelligendum eſt de eo qui non poſsidebat tempore litis. conteſta. quia ille talis non tenetur directa ſed vtili tantùm, nec indirecta debet condemnari niſi tempore ſententiæ inueniretur poſsidere. Nam ſatis eſt quod tempore ſententiæ poſsideret, vt ff. de rei vend. l. ſin autem. §. primo. In vtili tamen dico quòd non poteſt nec debet condemnari, quia illa non eſt propoſita. & facit ad hoc ff. de rei vend. l. ſin autem. §. ſed & is qui. CAVILLATIO. Item aliquando cauillatur ſic contra teſtes. Reus videns quòd onus probandi incumbit actori, qui non curauit rem probare, cogitans actorem deſi-

cere in probationibus. Teſtes actoris optimè deponunt pro actore quod res actoris eſt, & omnes concordant, atteſtationes ſunt apertæ. Reus videt quòd ſecundùm dicta ipſe debet condemnari, venit ad aduocatum ſuum clamãs, heu miſer quid faciam? Si voluiſſem à principio probaſſem rem meam eſſe per ampliores teſtes quã actor probauerit, non f ci, hodie non poſſum, quia atteſtationes ſunt appertæ, vt C. de proba. Authen. atqui ſemel. Aduocatus vero reſpondet: Amen dico tibi, triſtitia tua vertetur in gaudium. Quamuis enim directè non poſsis probare, rem tuam eſſe, tamen indirectè poteris, & idem obtinebis. Scis enim ꝙ exceptio falſi nedum poteſt proponi ante ſententiam, imò poſt, & ita notum eſt, quod exceptio falſi poteſt proponi poſt atteſtationes apertas, vt ff. de re iud. l. diuus. §. ſi ex falſo. Improbabis quòd teſtes ſui falſi ſunt, eo quod dicunt rem actoris eſſe, & tu paratus es probare, rem tuam eſſe, & ſic probabis quod dixerunt falſum, & falſi ſunt, cùm eadem res inſolidum non poſsit eſſe duorum, vt ff. commod. l. vbi certo. §. ſi duobus vehiculum. Sed ſi ita eſt, iã Authen. prædicta, quæ dicit, quod pars non poteſt producere teſtes, poſtquam didicit teſtificata alterius partis, imponeretur verbis & non rebus, quod eſſe non debet, vt C. communia de lega. l. ſecunda. in fin. Ad quod dicas, quòd non poterit probare de cætero rem ſuam eſſe directè, ne fieret contra mentem prædictæ Authenticæ. Nec obſtat hoc quòd teſtamentũ poteſt probari poſt aperturam teſtium, quia illud intelligẽdum eſt circa hoc ſuper quo non vertitur principalis actio. Vnde arguuntur circa hoc teſtes de falſitate, Quia cùm illud ſit ſemel quæſitum, an res ſit actoris, & teſtes omni exceptione maiores ſuper hoc legitimè depoſuerint. & dicta teſtium aperta ſunt, non conuenit ampliùs de hoc quærere, ar. l. C. de fide inſtru. l. vlt. Ne legitimè ſopitum alio euentu, & C. de admi. tu. ſancimus. poterit tamen falſitas teſtium probari, circa circũſtantias. Verbi gratia. teſtes dicunt quod res eſt actoris, interrogati quomodo ſciunt: Reddunt talem cauſam, quia actor emit talẽ rem, ponamus codicem tali anno, in craſtino paſcharis à Titio tunc præſente & commorante, Bononiæ. & poſteà poſſedit continuè per tres annos. Nam reus probabit, quod teſtes falſi ſunt, eo quod Titius non erat tunc bononiæ, imò Romæ. Reus enim certus erat à principio, quod actor volebat probare rem ſuã. Vnde ſibi imputetur ſi non produxit teſtes ad probandum ſimiliter rem ſuam. Nam ſi vellet hoc facere, mos eſſet ei gerendus, & ille obtineret qui melius probaret, vt ff. de probationibus lege eidem & C. ad legem Corneliam de falcificanda legem vbi. Nam ſi hoc non fecit poſt teſtes apertos, non poteſt ad hoc recurrere, quia præſumeretur quædam ſubornatio, vel quorundam teſtium falſorum redemptio: quia non eſt veriſimile, ſi à principio haberet ſuper hoc teſtes veros, quin produxiſſet. ſed in circunſtantiis dictorum teſtium eſt ita, quia de illis non fuit certus, niſi poſt aperturam teſtium, vnde illas circunſtantias probare poterit falſas, & perconſequens apparebit falſitas teſtium. Alia. Item aliquãdo cauillatur circa teſtes ſic: Aliquis vult producere teſtes ſuper hoc, quod ipſe ſit directè domin⁹, vel vtiliter alicuius rei: teſtes ita deponunt, Nos dicimus ꝙ talis eſt dominus talis rei. Interrogati ſciunt, dicunt quòd emit rem mobilem, & continuè poſſedit per triennium. Vel ſic, quòd emit talem, rem immobilem & continuè poſſedit per decem vel viginti annos. Videtur quod quod iſti teſtes falſi ſunt, vel ſaltem quòd nõ ſint recipiendi, quia ſuper hoc quod ignorant, & quod impoſsibile eſt eos ſcire, ipſi deponunt. Ad hoc enim quod aliquis probet ſe dominum directè per vſucapionem, vel vtiliter per præſcriptionem oportet quòd probet ſe continuè poſſediſſe: & ita deponunt teſtes præcedentes, vt ff de vſuc. l. naturaliter. Sed teſtes debent deponere de hoc quod ſciunt, vt C. de teſti. l. teſtium. Sed impoſsibile eſt teſtes ſcire poſſeſſorem poſſediſſe continuè per triennium, vel x. annos, quia aut deponunt de ciuili poſſeſsione, & illa eſt quæ animo retinetur vt C. de acqui poſ. l. nemo ambigit. Vnde cum nõ poſſunt ſcire teſtes, vel videre illud quod eſt in animo alterius, videtur quod ſi dictum teſtium referatur ad ciuilem poſſeſsionem, quod deponant manifeſtè ſuper hoc, quod ignorant, & ita reprobandi ſunt: cùm debeant deponere de hoc quod ſciant & videant: & illud eſt in animo alterius non eſt viſibile, & ſcibile, præterquàm à Deo. Si autem referatur ad naturalem poſſeſsionem dictum teſtium, videtur apertè falſum eorum teſtimonium. Qualiter enim poſſunt ipſe dicere, Nos vidimus quòd continuè per x. annos poſſeſſor inſiſtebat pedibus in poſſeſsione talis rei immobilis, vel tenuit corporaliter talem rem mobilem, animo poſsidendi continuè per tres annos? Si hoc dicant duabus de cauſis falſum dicunt, tum quia in illis tribus annis aliquando dormierunt, & non hoc viderunt, tũ quia impoſsibile aut difficilè eſt quod poſſeſſorem rem mobilem retinuerit ſemper, vel poſſeſſor rei immobilis ſemper inſiſteret, quin aliquando iam ierit ad dormiendum, vel comedendum, vt ff. de ſeruit. l ſeruitutes. Ad vtranque autem poſſeſsionem ſimul, ipſorum dictum non poteſt referri quia naturalis & ciuilis non poteſt eſſe inſimul continua, propter naturalem, vt prędictũ eſt. Ad prædicta dicas, quod impoſsibile eſt. ꝙ verè probetur continua poſſeſsio trium, vel x. norum Sed partim probatur verè, partim præſumptiuè. Dictum enim teſtium interpretandum eſt. quod eſt tale, Nos vidimus poſſeſſorem continuè poſsidere per x. annos, & ampliùs, quod talis poſsidebat naturaliter. & nulllus alius contendebat ſe habere poſſeſsionem ciuilem illius rei, per quod præſumitur quod ciuiliter etiam poſsideret Item vidimus poſtea, quod pluribus vicibus naturaliter inſiſtendo poſſedit, nullo alio contradicente, vel allegante, vel vẽdicãte. ſe habere poſſeſſionẽ ciuilẽ illius rei, per ꝙ præſumitur, ꝙ quando nõ erat in poſſeſsione naturali, ꝙ ciuiliter poſſideret. Itẽ præſumitur, ꝙ cõtinuè poſſederit niſi probetur eum poſſeſsionem perdidiſſe, cum non præſumatur aliquis iactare, vel perdere res ſuas, vt ff. de proba. l. cũ indebito. Itẽ quãuis quis in ſui præiudiciũ poſſederit, nõ præſumatur hodie poſsidere, vt notatur C de prob. l. ſiue poſsideris. tamẽ ad ſui vtilitatẽ qui retro poſſedit, præſumitur hodie poſsidere §. qui ad nũdinas. Si autẽ teſtes ſecũdum prędictam interpretationem diſtinguerent dicta ſua, melius eſſet.

De vti

DE VTILI REI VENDICATIONE.

POſt hoc videamus de vtili rei vendicatione, quæ datur emphyteutæ, & certè debet formari libellus, ſecũdùm ſtilum ſupra notatum in directa rei vẽdicatione ſic, Dico, domine iudex, ego Ioannes de Blanaſco, quòd Ric. poſsidet ſeu detinet talem fundũ (ponamus Tuſculanum) ſitum in tali loco, cuius fines ſunt tales, ex vna parte poſsidet P.R. ex alia G. Gilber. ex alia P. Gui. ex alia eſt via publica, quem fundum dico ad me iure vtili dominij pertinere, eò quòd prædictus R. vel ſic dic eò quod Dramelocus dicti fundi dominus eum mihi conceſsit in emphyteuſin Vnde petitionẽ meã contra dictum R. dirigo, vobiſque domine iudex ſupplico, vt vtile dominiũ dicti fundi eſſe meum per ſententiam diffinitiuam declaretis, mihi dictũ R. ad dicti fundi reſtitutionem condemnando. Si autem eſt bonæ fide poſſeſſor, ita iunge petitionem fructuum, in fine, ſuperioris libelli. Item, quia fructus naturales exiſtentes, vel extantes ex prædicto fundo percepti, cuius vtiliter ſum dominus, mei ſunt, &c. Eodem modo iunge, vel addas per omnia, vt notatur ſuprà in directa rei vendicatione, emphyteuta enim rem ſibi datam in emphyteuſin poteſt vendicare, vt ff. ſi ag. vect. vel. emphyt. l. j. Cætera multa patent ex iis, quæ ſcripſi in directa rei vendicatione. Verum aliqua alia, quæ tãgunt factum, ſub quodam compendio tradam. Et primo qualiter iſte contractus celebretur, & dicunt aliqui, quòd tantùm celebratur in ſcriptis, vt C. de Iur. emphy. l. ij. Eo enim ipſo quòd dicit. pactiones iſtius contractus fieri in ſcriptis, videtur per conſequens lege prohiberi ne valeant ſine ſcriptis cõceptæ, vt ff. de iud. l. cùm prætor. C. de procura. l. maritus. Alij dicunt, quòd videtur veriùs, quòd poteſt celebrari ſine ſcriptis, vt C. de pact. l. pactum. & ita ſe habet de cõſuetudine, quæ eſt optima legũ interpres, vt ff. de leg. & ſe. conſul. l. ſi de interpretatione. Nec obſtat lex prædicta, quia ſubauditur ibi, maximè. Nec enim prohibet lex prędicta, vt non valeat niſi fiat in ſcriptis. Ergo nec hoc debemus prohibere, cũ omnia videãtur conceſſa, niſi probentur prohibita. ff. de quibus cau. ma. l. nec non. §. quòd cis. Inquam maximè, quia arg. à contrario ſenſu non ſemper validum eſt, vt C. de epi. & cle. l. cõuenticulam. & quia lex allegata, non dicit ſubſtantiam contractus debere fieri in ſcriptis, ſed de pactionibus quæ aliàs circa cõtractum fiũt, loquitur. Secũdò ſcias, ꝙ qui non poteſt alienare, vt minor furioſus & prodigus, cui eſt bonis interdictum, nec etiã poteſt dare in emphyteuſin: nec res ſacra poteſt dari in emphyteuſin, cùm res quæ alienari non poteſt, vt res ſacra, non poteſt dari in emphyteuſin: cũ nomine alienationis, dare in emphyteuſin, cõprehendatur, vt C. de reb. alie. vel non. l. ſancimus. Tertiò ſcias, quòd ſi emphyteuta in ſoluenda penſione, per trienniũ ceſſat, rei quã accepit in emphyteuſin à priuato, vel per bienniũ rei quam accepit in emphyteuſin ab eccleſia, cadit ipſo iure à dominio vtili, ita ꝙ dominus qui dedit emphyteuſin poteſt rem vendicare, vt C. de iur. emphy. l. ij. & C. de ſac. ſan. eccl. Auten. qui rem huius, Nã quãuis aliàs ſi proceſſum fuerit ad traditionem, non reintegrentur omnia, niſi res retradita fuerit, hic tamen ſine omni retraditione integrabuntur omnia. Nã ille qui dedit in emphyteuſin nõ tranſtulit omnino dominiũ, ſed retinuit directum, & ita citò redit res ad naturã ſuã. vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. ſi in ſpẽ dotis. ar. ff de publi. l. cõmiſſa. Hoc tamẽ intelligas, ſi placeat ei qui dedit in emphyteuſin. nam quod emphyteuta cadat á iure ſuo per ceſſationem eſt introductum in fauorẽ dãtis in emphyteuſin. Vnde huic fauori poteſt renuntiare. ff. de l. cõmiſſo. l. cùm venditor. Nam quòd in fauorem nullum dicitur, me volẽte habebit effectum, vt ff. de iniuſt. rup. irr. teſt. l. filio. Vnde dominꝰ eligere poteſt, vt valeat contractus & petere canonẽ debitum. Quod ergo dicitur emphyteuta cadat à iure ſuo, verũ eſt, ſubaudi. ſi placeat domino, vt aliàs quãdo dicitur, quòd cõpenſatio fit ipſo iure, vt C. de cõpen. l. fin. Subauditur ſi obiecta ſit ab homine, & placeat volenti obijcere cõpenſationẽm vt ff. de compen. l. ſi quid à fideiuſſore. & circa finem tituli. §. compenſationes. Nam ibi dicit componite. Ex ijs apparet poſitionem quandam, quã quidam faciunt, non eſſe recipiendam. Nam eſto quòd emphyteuta ceſſauerit per triennium in ſolutione penſionis tandem cadit à poſſeſsione rei, quàm habebat in emphyteuſin quidam extraneus poſsidet rem illam, emphyteuta vult vendicare, vtili rei vendicatione. Aliter facit talem poſitionem. POSITIONES. Pono, quòd tu ceſſauiſti in ſolutione penſionis per triennium & ſic cecidiſti à domino vtili ipſo iure. Vnde cũ tu non ſis dominus, non competit tibi vendicatio directa, vel vtilis. Certè iſta poſitio non eſt recipienda: Nam iſtud non poteſt dicere, niſi ille cui ex ceſſatione eſt ius acquiſitum, videlicet dominus directus. Vbi aliàs videmus, ſi quis rẽ meã poſſedit per triginta annos, & ita ius detentionis me inuito acquiſiuit ſibi, ſi cadat à poſſeſsione talis præſcriptor, & quidam extraneus poſſedit rem meam illam. Si volo vendicare rem illam ab illo detentore. ſiue nouo poſſeſſore, non poterit ſe ita defendere, Tu non potes à me petere, quia ius vendicandi cum effectu amiſiſti, eo quòd ceſſaſtj rem tuam vendicare per triginta annos. & talis eam præſcripſit. Nam hoc ſolum poteſt obijcere, ille cui ex tali ceſſatione acquiſitum eſt ius, vt C. de præſcrip. triginta vel quadraginta anno. l. ſi quis emptionis. circa medium. Quamuis emphyteuta non habet ius vendicandi contra dominum. Ius tamen vendicandi poteſt habere contra illum extraneũ, vt ff. ſi ſeruitus ven. l. loci corpus. §. competit. Non obſtat quòd emphyteuta amittit dominium vtile ipſo iure, quia illud intelligendum eſt vt ſuprà notatur, ſi domino placeat. vnde quamdiu dominus tacet, poterit ab omnibus vẽdicare. Et ſunt prædicta vera quod emphyteuta cadit à iure ſuo per ceſſationem triennij, niſi emphyteuta eſſet minor. Nam tunc quia præſcriptiones huius non currunt contra ipſum, ipſo iure ceſſatio triennij non præiudicat ei. vt C. quibus cauſis in integ. reſtit. non eſt ne. l. vlt. & C. de fun. pat. leg. ſecunda libro. xj. Secus tamen forſan eſt in prædijs minoris tributarijs, quæ debent tributum fiſco, nam incidunt in commiſſum, niſi ſoluatur tributum, quamuis detur minoribus reſtitutio, vt ff. de publ. l. imperatores. in fin. & ff. de mino. l. ſi ex cauſa, §. pe. Nõ obſtat. l. ff. de admi. tu. leg. damnum. quia loquitur in tributo ſiue vectigali debito fiſco. Si autem loqueretur in penſione, quæ debetur priuato pro prædio ẽphyteutico dicerem

dicerem eam correctam per legem Iuſtiniani,C. in quibus cauſis in integ.reſt.non eſt nec.l.vltim. & ſimiliter alia lex Conſtantini,C.de admini.tut. l.ſi tutor.Sed quid ſi dominus directus, & emphyteuta velint à quodam extraneo fundum emphyteuticum vendicare, quis præferretur? certè emphyteuta. Nam vtilis præfertur directæ, vt ff.de procura.l.in cauſæ.in fine.& facit ff. ſi ag. vectig. vel emphy. Si autem dederit fundum alienum emphyteuta habens bona fide, poterit in eo fundo vtile dominium præſcribere. Sed quid ſi poſtquàm præſcripſerit,ceſſauit in ſolutione per triennium: Nonne debet reſtituere fundum illi, qui ſibi dedit in emphyteuſin? & videtur quòd non, quia non habuit ab eo dominium, & ſic iam plus ei reſtitueret, quàm recepiſſet ab eo, videlicèt, vtile dominium.Dicendum eſt tamen contrarium quia quamuis non habuit ab eo dominium, habuit tamen ob eo cauſam. Vnde ſi ceſſat in ſolutione, debet reſtituere quicquid iuris conſecutus eſt, videlicèt, actione ſibi factæ donationis in emphyt.vt ff.de donatio. cauſ.mortis. l.ſi alienam. Sed quid ſi emphyteuta ceſſaſſet per triennium in ſoluenda penſione: Poſſet ne dominus petere penſionem illius triennij. Et nihilominùs emphyteutam expellere à fundo dato in emphyteuſim? Et certè videtur quòd non, quia eo ipſo, quòd petit penſionem, videtur renuntiare quòd emphyteutam non poſsit expellere,ſicut creditor qui impetrauit dominiũ, ſi poſtea petit debitum, videtur renuntiare iuri impetrationis dominij vt C.de iure dominij impetran.l.ſecunda.& eſt ſimile argum. ff. de lege commiſ.l. legem. §. vltimo. Debet enim contentus eſſe re, id eſt, penſione. Rem enim, & pœnam, ſcilicèt, vt poſsit expellere,non debet dominus conſequi. vt ff.de actionibus empt.l.ij.& l.prædia. & ff. de exceptione doli.l.apud Celſum. §.laboro. Sed videtur contra, quia emphyteuta debet penſionem pro fructuum commoditate quam habet. Vnde ſi illo triennio in quo ceſſauit ſoluere penſionem percepit fructus videtur, quod quamuis expellatur, tamen pro fructibus,quos percepit,debeat ſoluere, vt ff. de regulis iuris. l. ſecundùm naturam. Ad prædicta potes dicere,quòd aut dominus poſtquam ceſſatum eſt per triennium,recipit penſionem futuri temporis, & tunc quia emphyteuta tenetur, domino placere videtur tacitè, poſtquã futuri temporis recipit penſionem, vt emphyteuta non cadat ab vtili dominio.argu. dictæ. l. C.de iure do. impetran.l.ſecunda, & ff. locati. l.item quæritur §.vltimo. Si enim iure ipſo ita caderet à dominio, quamuis domino, quamuis domino etiam non placeret, tunc recipiendo penſionem futuri non reintegraretur dominium, cùm talis modus transferendi dominium non inueniatur, & certi ſunt modi transferendi dominium, argumentum.ff de iis qui ſunt ſui vel alij iuris.l.patre furioſo.& ff.de actionibus.l.obligationum fere.§.placet. Si autem petat penſionem,& recipiat pro triennio ſolutionem in quo ceſſatum eſt,tunc duo ſunt,quorum Quodlibet habet onus ſuum. Nam vnum eſt, quod emphyteuta percepit fructus, vel per eum ſtetit, quo minus percepit, propter quod onus penſionis debet ſuſtinere vel ſoluere. Aliud eſt, quod facit moram per triennium in ſoluenda penſione, propter quòd debet ſuſtinere onus expulſionis,ſi domino placet. Vnde cũ hic res & pœna exigunt propter diuerſas cauſas, Emphyteuta vtrunque debet ſuſtinere, & dominus poteſt vtrunque exigere,nec ergo erit vno contentus, cùm pœna in hoc caſu non ſuccedat loco rei,vt ff.de arbit. l.ſi quis rem. Item, quia pœna expulſionis eſt pœna legalis.Vnde poteſt bene hic exigi vtrunque.& res,& pœna,vt in re furtiua, & in pœna furti videmus,quia ex actione vnius,nõ præiudicatur actioni alterius,vt ff.de cond. fur. l. ſi pro fure.ij.reſpon. In pœna autem conuentionali obtinet illud,vt vtrumque peti poſsit, & ſic non obſtat lex prædicta. Item, non obſtat lex de iur.domi.impetr.quia ibi poſtquàm recepit vſuras,nihilominùs ſi vellet vti dominii impetratione eſſet ſibi contrarius, eo quod propter illud, quod ſibi debebatur impetrauit dominium. A qua impetratione videtur receſsiſſe, poſtquàm vult debitũ in ſuis iuribus remanere. Sed in propoſito non eſt ſibi contrarius,quia propter diuerſas cauſas ſoluitur res,& luitur pœna, vt ſuprà notatur. Quæſtio. Sed ſi ceſſauit emphyteuta per triennium in ſoluenda penſione.poteritne dominus turbare poſſeſsionem fundi emphyteutici autoritate propria, ſiue iure? & videtur quòd non, imò ſi hoc faciat,videtur quòd debeat admittere ius ſuum, vt C. vnde vi, l.ſi quis in tantùm.& ff. quod metus cauſa. l.extat. Dicendum eſt tamen contra, quia emphyteuta ſolus poſsidet naturaliter,ad inſtar vſufructuarij,vt ff.de acquiren.poſ.l. naturaliter. Dominus enim retinuit dominium directũ gratia cuius poſsidet ciuiliter, vt ff.ſi ag. vecti.pe.l.prima.in fine,ibi,quamuis non efficiantur domini.Vnde poſt ceſſationem triennij,poterit dominus accedere ad fundum gratia poſſeſsionis ciuilis,quam habet,& intrare fundum autoritate propria,nec emphyteuta poterit reſiſtere, cũ per triennium ceſſauit in ſoluenda penſione: imò quod plus eſt ſi reſiſtat emphyteuta,licebit domino vim vi repellere. & facit ad prædicta ff. de acqui poſ.l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas.& ff. de vi & vi ar.l.prima. §.ſinautem.&c.C.vnde vi. l.prima. Curialius tamen faciet ſi petat per iudicem, vt C.de pig.l.creditores.& de Iudæis.l.nullo. Non obſtant ll.in contrarium allegatæ, quia intelliguntur ea caſu,quando inuaſor nullam poſſeſsionem habebat. & hæc ſunt vera, niſi emphyteuta daret in emphyteuſin.Nam iſte talis,totum ius,quod haberet, transferret in alterum. Vnde cùm nullum ius, nec vllam poſſeſsionem retineret, neceſſe haberet per iudicem repetere. Scias autem, quod omne damnum in re particulari, etiam ſi ipſum ſit vltra dimidiam rei, pertinet ad emphyteutam. Damnum autem vniuerſale, ſiue vniuerſalis interitus rei pertinet ad dominum, & tunc emphyteuta non tenetur ſoluere pẽſionem, vt C.de iur.emphy.l.prima.& ibi nota. Itẽ ſcias, quòd ſi emphyteuta alienat inuito domino,cadit à ſuo iure,vt C.de iure emphy.l.vlt.Quamuis autem de ſolutione penſionis, qualiter exigatur ſit quodammodo extrauagans quærere,quantum ad tractatum de vtili rei vendicatione, tamen ad vberiorem doctrinam de hoc aliquid videamus. Et primò per quam actionem exigatur, & certè an contractus ſint. Aut eſt de nouo celebratus, ita quod ſuperſunt teſtes,per quos poteſt probari forma:vel ſupereſt publicum inſtrumentum, per quod poteſt probari ſimiliter forma contractus: tunc ſi actor viderit ſe poſſe probare ſtipulationem

ſtipulationem interueniſſe pro penſione ſoluēda, agat ex ſtipulatiooe ipſa, videlicet condictione certi ex ſtipulatu,ſi penſio certa eſt. Aliàs autem agat condictione ex l.Zenonis.quæ eſt. C. de iur. emphy.l.prima.& facit ſuprà,locati.§.adeò.Cùm enim iſte contractus inductus ſit à l. noua Zenonis,nec cauetur quo genere actionis agatur, agetur conditione ex l.vt ff. de condi.ex l.l.prima.Si autem contractus eſt ita antiquus,quòd non ſunt teſtes,nec inſtrumentum ſupereſt, per quod poſſit probari forma contractus. tūc diſpiciat actor, vtrum poſſit probare quod talis cōtra quem vult agere, ſoluerit ei penſionem pro tali fundo, per x. vel xx. annos,quod ſi probare contigerit, poterit alleget contractum, vel ſtipulationem, ex vno eorum agat, vt ff.de vſur. l. cùm de in rem verſo.Satis enim erit,ſi actor ita ponat,& probet. POSITIONES. Pono quòd ego, vel anteceſſores mei, dedimus tali fundum talem in emphyteuſin pro tanta penſione.poteſt addere in petitione ſua, quam penſionem promiſit reddrre per ſtipulationem, quod ſum paratus ita brobare.quia mihi ſoluit pēſionem talis fundi, ſiue pro tali fundo per x.vel xx.annos.Nam ex curſu temporis præſcriptio tituli inducitur,quia non eſt veriſimilè, quòd aliquis iactet pecuniam ſuam ſine cauſa.vt ff.de probat.l.cùm de indebito.Aliàs niſi allegaretur cauſa,vel titulus ex ſolo curſu temporis non poteſt agi,vt C.de pac.l. ſi certis annis Tempus enim non eſt modus tollendi obligationem,vel inducendi, vt ff.e.l.obligationum fere.§.placet.Penſio autem petitur ab illo cum quo contractum eſt,vel à ſucceſſore ſuo vniuerſali, nō autem petitur à ſucceſſore ſingulari, vt ſi emphyteuta det ſeruo in empyteuſin, non petetur ab eo ſeruo penſio per dominum directè, quia perſonalis obligatio non ſequitur fundum, vt ff. de contrahenda empt.l.vlti.Secus autem eſt in tributo, vt C.ſine cenſu vel reli.l.prima. Sed contra ſecundùm emphyteutam dominus poterit agere rei vendicatione, & ſi ille excipiat de contractu, dominus replicabit, quia autor tuus non ſeruauit mihi fidem,nec volo tibi ſeruare.QVÆSTIO. Item quæritur,quid eſſet ſi emphyteuta vellet ſoluere penſionem pro xxx.annis,erit ne audiendus, & certè videtur quòd ſic,quia plus facit,ſiue plus tēporaliter ſoluit,quod debet ſoluere, vt §.plus. Vnde ſi facit quod plus eſt,ſatis videtur feciſſe,vt ff.de in lit.iurando.l cùm furti.& ff. de aqua plu. ar.l.is cū quo in fin.Contra tamen dicendum eſt, quia iſte talis non ſoluit,vel non vult ſoluere cōpetenti tempore.vt ff.de ſol.l.ſi ſoluturus.& facit optimè ad hoc ff de obl. l. qui Romæ. primo reſponſo Poſſet enim iſtud eſſe periculoſum domino,quia in fine xxx.ann.dominus nō poſſet oſtendere de iure ſuo, quia poſſet eſſe quod teſtes qui vidiſſent fieri ſolutionem eſſent tunc mortui,ſed ſi fiat annuatim ſolutio penſionis,ſatis erit ei leue probare,quòd talis tenet talem fundum ab eo in emphyteuſi, quia per x. annos, vel ampliùs ſoluit ei penſionem,vt ſuprà notatur : & quamuis illud ſit plus quod ſoluere vult,non tamē videtur plus, poſtquam domino non placet, vt ff.de vſu & habi.l.vlt.& infra.eo.§.præterea ſi quis generaliter. Item ſcias,quòd emphyteuta nōn poteſt præſcribere contra vendicationem directam, quam habet dominus directè, etiam ſi teneret pro xxx.annis,& in primo tempore nunquam ſoluiſſet penſionem,vt C.de præſcri.xxx. vel xl.l.malè agitur. & hoc eſt verum, niſi mutata vel interuerſa eſſet cauſa poſſeſsionis, vt ff.de vſur.l.non ſolùm. §.ꝙ vulgò.Contra tamen perſonalem actionem bene præſcribitur tanto tempore, & erit vna præſcriptio, cùm vna ſit actio quæ incipiet, poſtquàm primò ceſſatum fuerit,vt C.de præſcript. xxx.vel xl.an.l.cùm notiſsimi.§.vlt.Et eſt ſciendum quòd iſte contractus eſt de iure ciuili, quia ex l. Zenonis, vt ſuprà notatur.Item, tantùm habet fieri in rebus immobilibus. Item ſcias, quòd alia forma ſeruatur in rebus eccleſiaſticis dandis in emphyteuſin,quàm in rebus priuatorum, vt C. de ſacr. ſanct.eccle.Auten.perpetua.& Auten.qui rem. & Auten.ſi quas ruinas.Derogant tamen eis per generalem conſuetudinem, ſecundùm ſuperiùs notata,faciat poſitiones ſuas,diligēs aduocatus,quia gratia breuitatis tranſeo. QVÆSTIO. Sed quid ſi dominus negaret penſiones ſolutas ſibi. Certè dicendum eſt. quod ſi emphyteuta poteſt probare ſe ſoluiſſe penſiones per tres annos proximè præteritos,ſufficiet,quia in omnibus præcedentibus annis præſumitur ſoluiſſe. vt C. de apochis.pu.l.quicunque.

DE VTILI ACTIONE IN REM, QVAE DATVR SVPERFICIARIO.

POſtmodùm videamus de vtili actione in rem,quæ datur ſuperficiario. Et primò notandum eſt,quòd ille propriè dicitur ſuperficiarius,qui conduxit ſolùm alienum ſuper non modicum tempus,forſitan ad xx. an.& in ſolo ſuperficiem impoſuit, vt ff.de rei vend.l.ſuperficiario.& ff.de ſuperfic. Dicitur Superficiarius qui habet ſuperficiem poſitam in alieno. Ad hoc igitur vt quis ſit propriè ſuperficiarius,oportet ꝙ ſuperficiem impoſuerit in alieno ſolo,& iſte talis quamuis non habet directum dominium, gratia tamen ſuperficiei habet vtile dominium per hoc patet ſolutio cuiuſdam opinionis quæ ſolebat fieri. Quia videtur quod ſuperficiarius non habet vtile dominium, quia ſuperficiarius conduxit,ſed locando non ſolet quis transferre dominium, vt ff.locati l.non ſolet. & ita videtur quòd ſuperficiarius non ſit dominus, quarè videtur quòd non poſsit vendicare, vt ff. de rei vendicatio.l.in rem actio. Nam verum eſt iſtud,quod locando non transfertur dominium directum,quando res locatur in eodem ſtatu,permanſura.Sed quando locatur ſolum,vt ibi ſuperficies imponatur,certè hoc caſu bene transfertur vtile dominium, vel aliter iure ciuili non transfertur dominium locando, ſed iure prætorio bene transfertur vtile dominium,ſi eo animo locatur ſolum,vt ibi imponatur ſuperficies. Sed quid ſi ali quis conduxit ſolum in quo ſuperficies erat impoſita, & conduxit ad non modicum tempus: habebit ne vtilem rem? & dicendum quòd ſic de æquitate,vt ff.ſuperfic.l.prima.§.quod ait.Quamuis enim de rigore iuris hic ſuperficies non poſſit,quantùm ad dominium,ſeparari à ſolo, vt qui dominus erit ſoli, intelligatur dominus ſuperficiei,vt ff.de action.l.obligationum fere.§.placet. Tamen de æquitate prætoris, ſi quis locauerit alteri ſolum cum ſuperficie ad non modicum tempus,eo animo,vt ſolum remaneat ſuum,& ſuperficies

ficies efficiatur conductoris, Conductor efficietur dominus de iure prætorio ſuperficiei, & per conſequens poteſt dici quod habeat vtile dominium, ratione cuius poterit rem vendicare. Directum tamen dominium remanet penes locatorem. Et bene dixi eo animo, quia in huiuſmodi contractibus exigitur, vt ff. ſi certum pet. l. ſi ego. Sine animo enim, nec dominium vtile, nec dominium directum transfertur, quod verum eſt. Vnde niſi locator habuerit animum transferendi vtile dominium in conductorem, & hoc poſsit probare conductor, ſtabo legi, quæ dicit conductorem non effici dominium, vt ff. loca. l. non ſolet. & vt ita non poſsit intendere actionem in rem. Nec obſtat prædicta lex, non ſolet. quia verũ eſt, quòd directum dominium non transfertur locando, ſed vtile transfertur bene, vt in caſu noſtro, ſi animus interuenerit, & non ad modicum tempus facta fuerit conductio. Sic & aliàs locando transfertur dominium, ſecundum vnum intellectum, vt ff. locati. l. in naue ſaupheli. In iſta vtili actione in rem, ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanaſco, quod R. poſsidet ſeu detinet tale ædificium, ſiue talem domum ſitam in tali loco, cuius fines ſunt tales, quia ex vna parte eſt domus Guicardi, ex alia eſt domus P. quod ædificium, ſiue quam domum dico ad me pertinere iure vtilis dominij, eo quòd Dramelocus exiſtens ſoli dominus, mihi ſolum in quo poſitum eſt ædificium locauit, vſque ad xxx. annos pro quinque ſolidis annuatim exſoluendis, vt in ſolo prædicto ſuperficiem imponerem, ſuperficiemque impoſui, quia ibi domum ædificaui. Quare petitionem meam contra ipſum dirigo, vobiſque domine iudex ſupplico, vt vtile dominium dictæ domus, vel dicti ædificij eſſe meum per diffinitiuam ſententiam declaretis, mihi dictum Roff. ad dictæ domus, vel dicti ædificij reſtitutionem condemnando. & ita formatur in vero ſuperficiario. In illo verò qui non impoſuit ſuperficiem, ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex quod R. poſsidet talem domum, ſitam in tali loco, cuius fines ſunt tales, quòd ex vna parte &c. quam domum dico ad me pertinere iure vtilis dominij, eo quòd Dramelocus exiſtens dictæ domus directo dominus eam mihi locauit, ad non modicum tempus, videlicèt ad xxx. annos, pro quinque ſolidis annuatim exſoluendis animo transferendi in me vtile dominium. Vnde petitionem meam contra ipſum Roffr. dirigo, Vobis domine iudex &c. iunge de fructibus ſicut ſcripſi in directa rei vendicatione. Sed quæret aliquis, quando directò poteſt dominus in me transferre dominium, cùm non habeat illud, & ita videtur quòd non poſsit in alium transferre, vt ff. de acqui, rerum do. l. traditio. Sed dicendum eſt, quòd habet vtile dominium formaliter, habet tamen etiam cauſatiuè, quod poteſt alii cócedere ſine effectu, quia quàm diu vtile dominium non conceſsit alij, habet commoditatem habitandi domum, locandi eam vbicũque voluerit, aduocare eam à quolibet poſſeſſore. Hæc autem ſunt vtilitates vtilis dominij. Vnde quamuis non habet vtile dominiũ formaliter, quia non poſſumus dicere, directò Dominus, eſt vtiliter dominus, habet tamẽ eum effectũ, quare poterit eũ alii cócedere: ſicut in vſufr. dicimus. Quamuis dominus non habet vſumfructum formalem, habet tamen vſumfructum iunctum cum cauſa ſua, ſiue quantum ad effectum, & ita poteſt ipſum alteri concedere. & concordat ad hoc ff. de acquir. rer. do. l. non eſt nouum. Item, quia ille dicitur ſuperficiarius, qui rem conduxit ad nõ modicum tempus. Quid intelligatur hîc non modicum tempus, eſt in arbitratu iudicis, cùm non ſit determinatum à iure, vt ff. de iur. delibe. l. prima, in fine, & ſcias quod iſta vtilis in rem, quæ datur ſuperficiatio, poteſt etiam dari contra dominum, vt ſupra de emphit. notatur. Diligens aduocatus faciat poſitiones ſuas, ſecundùm quod ſuperiùs notatur. Si aliter formetur libellus, ſecũdùm quod Roffredus format, eſt reprobandus, vt ſuprà notatur, in directa rei vendicatione.

DE VTILI ACTIONE IN REM, PER QVAM PETITVR FILIVS.

POſt hoc videndum eſt de actione in rẽ, per quam petitur filius, qui detinetur ab alio nolens, vel inuſtus. Nam poſſeſſio ſiue detentio parit actionem in rem vt C. de alie. mut. iud. cauſa facta l. j. Vnde ad hoc quod iſta rei vendicatio detur. oportet quod fili⁹ detineatur ab altero, quia iſta rei vẽdicatio datur cõtra illum, qui filium detinet, vt ff. de rei ven. l. j. §. per hanc. Et quæ ſit differentia inter hanc rei vẽdicationem. & præiudicialẽ in rem &, interdictũ de liberis exhibendis, & cognitionem prætoriam. Dic vt notatum habes in d. §. per hanc. Præiudicialis autem datur contra ipſum filium, vt infrà eod. §. præiudiciales. Ad hoc autem quod iſta actio intentetur per patrem, oportet quòd filius ſit in poteſtate patris, vt dic. §. per hanc. In hac actione ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanaſco, quod Titius eſt filius meus legitimus, ſiue nepos legitimè nat⁹ ex filio meo tali, & in poteſtate mea cõſtitutus. Vnde cùm Roderius detineat eũ, cõtra ipſum R. petitionẽ meã dirigo: Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Titium eſſe filium, vel nepotẽ in poteſtate mea cõſtitutum, per diffinitiuã ſententiã declaretis, dictum R. ad reſtituẽdum condẽnando. Scias autem quòd iſtius perſonæ liberę nulli ſunt fructus. Sed loco fructuum petentur quæda obuẽtiones, & petetur æſtimatio operarum filij quibus pater caruit, vt arg. ff. ad le. Aqui. l. qua actione. & de his qui deiec. vel effu. l. vlti. Vnde Titius filius meus, aut detinetur à R. tãquã filius, quia R. dicebat Titiũ eſſe filium ſuũ. & tunc ex nulla cauſa poteſt aliquid acquirere Roderio neque ex re. nec ex opera. vt ff. de vſuc. l. iuſto. in prin. Imò quicquid acquiſiuit exiſtens penes Roderiũ poteram ab ipſo Roderio vẽdicare, ſi exiſtat nomine meo, ſi res illę acquiſitæ ſunt de peculio ad me pertinente, vel nomine filij, ſi aliunde acquiſitæ ſunt, puta ex aduentitia cauſa. Nam vt rerum filij legitimus adminiſtrator, res pertinentes ad eum potero vendicare nomine ipſius. Ad quod facit C. de bon. quæ liber. lege cùm oportet. & de bon. matet. l. prima. Si autem iſte Titius detineatur à R. tanquam filius bona fide, acquiret ei ex duabus cauſis: ex re ipſius Roderij, & ex perſona ſua, vt ff. de acquirenda rerum do. le. acquiritur. §. idem placet. Si autem poſsideatur mala fide, non videtur poſſe

tur poſſe ex aliqua cauſa acquirere, vt C. de rei ven. l. prima. & ff. de acqui. poſ l. prima §. ſi & per eum. Si autem bonæ fidei poſſeſſor, res quæ ooo pertinebant ad ipſum conſumpſerit, & ſic ſine dolo deſijt poſsidere, tenetur in tantùm, in quantùm locupletior conditione certi. Si autem malæ fidei poſſeſſor cõſumpſerit, ad eas in ſolidum tenetur condictione ſine cauſa, vt ſuprà in directa rei vendicatione de fructibus ootaui. Si autem eſt malæ fidei poſſeſſor tenetur de operis, quas pater potuiſſet à filio habuiſſe. Sed occaſione illa, quòd filius detinebatur ab alio caruit illis, vt aliter dicimus, quòd malæ fidei poſſeſſor, tenetur de fructibus percipiendis, non quos percipere potuit poſſeſſor, ſed percipere potuiſſet petitor, vt ff. de rei vend. l. ſi oauis. Vnde pro huiuſmodi obuentionibus petendis, addas ſuperiori libello. Et primò ſi Roderius detineat Titium tanquam filium bona fide. Item, quia Titius filius meus exiſtens penes Roderium vnum Codicem acquiſiuit ex operis ſuis. Item, vnum digeſtum ex proſpera fortuna, quæ res filij mei ſunt, quantùm ad proprietatem. Item, acquiſiuit talem equum de peculio ad me pertiuente, qui equus meus factus eſt, tam nomine filij mei quàm meo uomine. Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad dictarum rerum reſtitutionem ſi exiſtant, vel quas res poſſedit R. ſi conſumptæ ſunt ante litis conte. ipſum R. inquantum factus eſt locupletior. Item in æſtimatione operarum quibus carebo poſt litis conteſtationem per diffinitiuam ſententiam condemnando. & bene adiunxi iſtam vltimam clauſulam. Non poſt litis conteſtationem, omnes poſſeſsiones pares ſunt, vt notatur ſuprà in directa rei vendicatione. Si autē bona fide poſsideat R. Titium tanquam ſeruum, eodem modo iungetur, hoc excepto, quod acquiſita ex operis ſuis, vel ex re poſſeſſoris, non poterunt peti, cùm ſint facta ipſius poſſeſſoris, vt infrà notatur. Si autem R. ſine iuſta cauſa detineat Titium mala fide, ita iungas. Item, quia filius meus exiſtens penes R. malæ fidei detentorem &c. omitte autem ilam clauſulam, ſi exiſtant, vel ſi conſumptæ ſunt &c. vſque ibi. Item, io æſtimatione. Illam autem clauſulam ita ponas. Item, in x. ſolidis. quia intereſt mea in x. ſolidis non caruiſſe operis filij mei. Item, in æſtimatione operarum quibus carebo poſt litis conteſtationem &c. In iſto libello ſi tu vis nominare actionem circa rem principalem petiram, ita dicas, quòd propono rei vendicationem, adiecta cauſa quantum de iure, pro obuentibus autem tria accomulantur auxilia, vt notatur ſuprà in directa rei vendicatione. Ad hoc autem, quòd pater poſsit vendicare filium, oportet quòd ponat & probet ipſum eſſe filium. Item, quòd ſit in poteſtate, vnde recurre ad l. ff. de iis qui ſunt ſui vel ali. iur. l. filium. & ff. de in ius voc. l. quia ſemper. & inſti. quibus mod. ius pa. po. ſol. per totum. & ſecundùm illa iura probes, & facias poſitiones, quia gratia breuitatis tranſeo.

Qualiter ciuis Petatur per vtilem rei vendicatio.em.

Eodem modo poteſt formari libellus cõtra ciuitatem, vel municipium quando detinent ciuem, vel municipem alterius municipij, vel ciuitatis, gratia talis detentionis datur iu rem actio, vt C. de alie. mu. iud cauſa facta. l. prima. Contra ciuem tamen inobedieus ſi eſt, intentabitur præiudicialis in rem, vt dicam infrà e. §. præiudiciales. In hac actione in rem ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico ego Ioaones, poteſtas Bonon. quòd R. eſt ciuis Bononienſis, vnde cùm eum ciuitas Mutinenſis detineat, vt ciuem vel incolam, petitionem meam nomine ciuitatis Bonon. contra ciuitatem Mutinenſem, ſiue contra poteſtatem Mutinenſem oomine ciuitatis dirigo. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt R. eſſe ciuem Bonon. per ſententiam diffinitiuam declaretis, ciuitatem Mutinenſem, vel poteſtatem Mutinenſem, nomine eiuſdem ciuitatis ad reſtitutionem dicti ciuis condemnando, ad quod propono rei vendicationem, adiecta cauſa de iure ciuitatis. Item cùm ciuitas Mutinenſis dictum R. mala fide detineat, & ciuitas Bonon. in hoc damnificata ſit in C. lib. imperialiū, quòd dictus R. qui ſapientiſsimus homo eſt non ſubij munera publica. Supplico vobis domine iudex nomine ciuitatis Bonon. vt ex officio veſtro ciuitatem Mutinenſem, vel poteſtatem nomine ciuitatis dictæ in C. lib. mihi imperialium Condemnetis. Iſta vltima clauſula bene apponatur. Nam fructus ſiue commoditas quos habiturus eſſet domious, veniunt in rei vendicationem ex officio iudicis, contra malæ fidei poſſeſſorem, vt ſuprà notatur, in directa rei vēdicatione. & facit ff. de rei vend. l. ſi nauis. Fructus exiſtentes ſiue commoditas exiſtens in hoc caſu non poteſt peti, quia cùm prædictus R. ſit liber homo. & non poſsideatur à ciuitate Bononien. neque ſit in poteſtatis Bononien. iure domioij, quod acquirit, non erit ciuitatis Bonon. & ita res acquiſitæ per eum non poterunt peti à ciuitate Bonon, argu. ad hoc ff. de vſuca. l. iuſto. & ff. de acquir. ret. do. l. Homo liber. & l. acquiritur. Sed æſtimatio commoditatis prædictæ loco fructuū venit in petitionē vt ſuprà proximo notatur, in operarum æſtimatione filij. & concordat ad hoc ff. ſi ſeruitus vend. l. loci corpus. §. in confeſſoria. Ideò autem dixi petendum à poteſtate nomine ciuitatis Mutinenſis, quia magiſtratus nomine ciuitatis conueniuntur, vt ff. quo cuiuſcunque vniuer. l. ciuitates & magiſtratus cõueniunt debitores ciuitatis ſimiliter nomine ciuitatis, vt ff. quòd cuiuſcunque vniuer. l. vlti. & ad formationem iſtius libelli facit ff. ad municipales. l. de iure. De vtili rei vendicatione, quæ datur in certum poſſeſſorem, hic non dico, quia de ea ad plenum liquere poterit per ea, quæ tractabo infrà. Super tractatu, de perſonali actione, quod metus cauſa. Eodem autē modo, vt pater filium, ciuitas ciuem petet, ſic Abbas monachum poteſt vendicare adiecta cauſa, de iure Canonum.

DE ACTIONE CONFESSORIA.

Equè ſi agar de fundo &c. In iſto §. ſequēti vſque ad §. aliæ. tractatur de cõfeſſoria, & negatoria actione. Et primò videndum eſt, qualiter formatur libellus in confeſſoria actione. & dominus Roffredus ita format eum. LIBELLVS. Conqueror ego Roffr. de Mattino qui me prohibet ire, agere per talem fundum poſitum in tali loco, cuius fines ſunt tales. per quem fundum dico mihi ius eſſe eundi, agēdi, vnde me prohibeat ago contra ipſum, & ad hoc propono

propono cõfeſſoriam actioné. Vel ita concipitur ſecũdùm alios. Ago cõtra talẽ vt me patiatur ire, agere, vel ducere aquá per fundũ talem, cuius fi-nea ſunt tales, per qué fundũ cõpetit mihi ius eundi, agendi, vel aquam ducendi, & ad hoc propono confeſſoriam. Iſte libellus reprobatur multis modis, & primò reprobatur ratione communi, quia obſcurus. Dicit enim, ꝙ illa de cauſa petit, quòd competit ei ius agendi, eundi. Iſta enim verba duplicia ſunt. Poteſt enim eſſe ſenſus, competit mihi ius, eò quòd hoc anno via ſum vſus ſiue itinere, non vi, non clam, non præcario, xxx. diebus. Nam ſi ita eſt, competit mihi ius eundi, agendi, id eſt actio in factum, quæ eſt ius, ſubrogata loco interdicti de itinere actúque priuato. Vel poteſt eſſe ſenſus, quòd competit mihi ius &c. Actio in factum ſubrogata loco interdictorum, vti poſſidetis. Si in quaſi poſſeſſione ſeruitutis meæ turbatus ſum, vel interdictum quod vi aut clam, ſi vi aut clàm fiat aliquid contra mihi debitam ſeruitutem. Nam pro huiuſmodi ſeruitutibus interdicta quaſi poſſeſſoria parata ſunt. Vel poteſt eſſe ſenſus, competit mihi ius &c. id eſt ſeruitus eundi, agendi. Nam huiuſmodi ſeruitutes vocãtur iura. & probantur omnia iſta per ordinem ff. de itinere actu. pri. l. prima. §. ij. & ſupra eodem §. j. & infra de interdictis. §. vltimo & ff. de ſeruitut. l. quomodo. & ff. ſi ſeruit. ven. l. ſicut. §. Ariſtor. Vnde cùm prædicta verba ſint duplicia & ſic generalia obſcura ſunt, cùm generalitas obſcuritates pariat, vt ff. de iur. fiſ. l. in fidei. Cùm obſcurè ſit edita actio nec videtur edita. vt ff. de int. act. l. de ætate. §. nihil intereſt. Item prædicti libelli reprehenduntur de inſufficientia, quantùm ad duo, quia non fit ibi mentio de fructibus, cùm tamen in hac actione veniat petendum intereſſe loco fructuum. vt ff. ſi ſeruit. ven. l. loci. §. in confeſſoria. Item, iudex debet pronuntiare de cauẽdo, quod non fiat contra debitam ſeruitutem in futurum, vt ff. ſi ſeruit. ven. l. harum & l. egi. Quod non videtur poſſe facere, niſi nominatim eſſet petitum, vt argumẽ. ff. commu. diuidund. l. vbi fundus. & ita quantũ ad iſta duo inſufficienter eſt formatus libellus. Sed de hoc ſileat reus, quia expedit ei, vbi inſufficiẽter formatur ab actore. Item, reprehenditur vterque libellus, quia in vtroque dicetur ago, & actio eſt in perſonam, vt ff. e. l. actio. Vnde perinde eſt ac ſi diceret: Aduerſarius eſt mihi perſonaliter obligatus, vt me non prohibeat, vel vt me patiatur &c. Quod non poteſt dicere proponendo realem actionem, vt ſuprà proximo §. Item directè petit ab aduerſario per actionem realem, quod non poteſt facere, vt ſuprà proximo §. in directa rei vendicatione notatur. Item reprehẽditur, quia aliud ſunt interdicta & aliud ſunt iudicia petitoria, cum diuerſis nominibus nũcupentur, & diuerſi ſunt eorum effectus. ar. l. C. de eod. l. ſi idem. Sed illud idẽ nihil diminuto cõſequeretur, & peteret quis per poſſeſſorium iudicium vti poſſidetis, ſcilicet vt non inquietaretur, vel vt aduerſarius pateretur eum ire, agere, ita ne inquietaret eum quod petitur per petitoriũ. Sed tãtùm diuerſorum iudiciorũ, quorũ vnum datur ad poſſeſſionem, reliquum datur ad proprietatẽ. Cur nõ ſint diuerſi effectus, vel diuerſa petita, nõ video. vt ff. vti poſ. l. j. §. huius autem. Et illud poſſet obiici de interdicto, ꝙ vi aut clam. Nam huiuſmodi interdicta bene dantur pro ſeruitutibus, vt ſuprà notatur. §: facit ad hoc ff. ſi ſerui. ven. l. & ſi fortè. §. ſciendum. Item ſtultus eſſet qui eligeret petitorium, cùm illud idem conſequeretur per poſſeſſorium, vt ff. de rei ven. l. is qui deſtinauit rem petere. Quamuis iſtæ actiones videantur leues, tamen vt euites omnem amaritudinem, ita forma libellum. LIBELLVS. Dico domine iudex, Ego Ioannes de Blanaſco quod R. poſsidet fundum talem, cuius fines tales ſunt, per quem fundum competit mihi ſeruitus itineris ſiue viæ, ad talem fundum meum, cuius fines ſunt tales, vnde cùm prædictus R. off. non permittat me ire per prædictum fundum, quem poſsideo, ad alium fundum meum prædictum, petitionem meam contra ipſum dirigo, vobiſque domine iudex ſupplico, vt in prædicto fundo me habere ſeruitutem viæ ſiue itineris per diffinitiuá ſentẽtiam declareris, dictum R. vt patiatur me ire, agere, & vt caueat de non impediendo me in futurum per ſe vel hæredes ſuos cõdemnando. Et caue tibi quòd intereſſe loco fructuum petitur in hac act. Vnde ſi eſt bonæ fidei quaſi poſſeſſor, id eſt, ſi bona fides prohibet actorem, reus quo minùs eat vel agat (nam qui prohibet loco poſſeſſoris eſt, vt ff. ſi ſeruit. veo. l. ſicut. §. ſed ſi quæritur.) ita iunge, Vobis domine iudex ſupplico vt dictũ R. mihi in id quod mea intereſt à tempore litis conteſtationis, vſque ad diffinitiuá ſententiá me no fuiſſe prohibitum cõdemneris. Si autẽ eſt malę fidei quaſi poſſeſſor, id eſt, mala fide prohibet, ita iunge. Item, quia R. me mala fide impedit quo minùs per prædictũ fundum poſſim ire vel agere. & mea intereſt in x. libris, me nõ fuiſſe prohibitum: Vobis domine iudex ſupplico, vt dictũ R. mihi in x. libris, & inſuper inquantùm mea intereſt me poſſe vel ire vel agere, ſcilicet ab iſto tẽpore vſque ad tẽpus ſententiæ per diffinitiuá ſentẽtiam cõdemneris. Iſte libellus bene formatus eſt, nõ eſt obſcurus, cùm dicatur ſeruitus itineris. Item, non eſt in aliquo diminutus, nam intereſſe, loco fructuum petitur. Itẽ, petitur quod cautio de non impediendo debeat interponi, quæ omnia debẽt fieri, vt ſuprà probaui. Item, bene petitur, vt per ſententiam ſeruitus declaretur, vt ff. ſi ſerui ven. l. ſicut. §. ſed ſi quæritur. Item, caue tibi de verbis ſuperioris libelli, quibus dicitur: Dico ego Io. de Blanaſ. quòd R. poſsidet fundum &c. quia non eſt neceſſe ad hoc quod detur mihi cõfeſſoria, quòd ille qui impedit me ire aut agere, poſsideat fundum, per quem cõpetit mihi ſeruitus. Datur enim contra quẽlibet impedientem, & quamuis non poſsideat fundum, per quem ſeruitus debetur, vt ff. ſi vſuſfr. pe. l. vtifrui. §. vtrũ autem. Vnde ſatis eſt ſi dicatur: Ego dico domine iudex, quòd in tali fundo, cuius fines tales, competit mihi ſeruitus eundi vel agendi ad alium fundum meum talem cuius fines ſunt tales, vnde cùm R. non permittat ſiue impediat me ire, agere, eò quòd foſſetam facit quæ non poſſum tranſire, vel alia impedimenta pręſtat, petitionem meá contra ipſum dirigo &c. vt ſuprà. Item ſcias, quòd in ſuperiori libello ponitur cauſa generalis, quia dicitur ſeruitus eundi, vel agendi mihi competit, vnde ius ſuum qualecunque videtur in iudiciũ deduxiſſe, vnde poteſt ad aliá cauſam recurrere. Secus eſſet, ſi cauſam ſpecificaſſet, quia dictum eſt cõpetit mihi ſeruitus itineris ſiue viæ. ad talem fundum meum, eò quòd Titius dominus ſeruiẽtis fundi, mihi dictam ſeruitutem cõſtituit.

Nam

Nam ſi ſuccubuerit in hac cauſa, poteſt ad aliam recurrere. vt ff de except. rei iud. l. ſi mater. §. eandem. & §. actiones. & §. ſeruitus. Seruitus autem petitur perſonalis per confeſſoriam, & in ea ſic formatur libellus, LIBELLVS. Dico domine iudex quòd R. poſsidet talem fundum, cuius fines ſunt tales, in quo fundo mihi competit ſeruitus vſusfructus. Vnde cùm dictus R. non permittat mihi vſumfructum dicti fundi, vobis domine Iudex ſupplico, vt vſumfructum mihi competentem in dicto fundo per diffinitiuam ſententiam declaretis, dictum R. vt me patiatur vtifrui, & vt caueat de me non impediendo in futurum condẽnãdo, & quia à tribus annis retro iniuſtè me prohibuit vtifrui dicto fundo, & eius fundi fructus percepit: Vobis domine iudex ſupplico, vt dictũ R. ad reſtitutionem fructuum trium, annorum, vel ad æſtimationem fructuum perceptorum in dictis tribus annis quos æſtimo x libris condemnetis. In confeſſoria enim per quam petitur vſusfructus veniunt fructus, vt ff. ſi vſufru. pe. l. vſusfructus. §. in his autem actionibus. Et hoc eſt verum, quia intenditur contra poſſeſſorem fundi in quo competit vſusfructus. Cæterùm ſi intẽderetur cõtra impedientem qui non poſsideret, vel contra illum intenderetur qui vſufructuarium impedit vti ſeruitute debita fundo in quo habet vſumfructum quod debet eſſe, nam non petit directè ſeruitutẽ, vt ff. ſi vſusfruct. pe. l. j. & ij. petetur in iſtis caſibus intereſſe loco fructuum. Et quamuis prædicta poſsit probabiliter ſuſtineri, ego tamen non video in ſeruitutibus prædialibus vel perſonalibus, quòd ſola prohibitione detur confeſſoria, niſi prohibens vel impediens poſsideat fundum debẽtem ſeruitutem, in quo fundo facit prohibitionem, quia cùm actio realis detur gratia poſſeſsionis, & iſta iura non poſsideantur per ſe, niſi cum corporibus: videtur quod confeſſoria non detur contra prohibentem qui non poſsidet. probantur hæc C. de ali. mu. iud cau. facta. l. prima & ff. de acqui. rer. do. l. ſerui. §. incorporales. & ff de acqui. poſ. l. tertia. Et ſic confeſſoria non dabitur cõtra non poſsidentem fundum debentem ſeruitutem, niſi in duobus caſibus. Primus ſi prohibens fundum debentem dolo deſiit poſsidere. Secundus, ſi petat vſufructuarius vſumfructũ ab eo, qui debet ſeruitutem in fundo, in quo habet vſumfructum. Nam in hoc caſu petitur vſusfructus ab eo qui non poſsidet fundum debentem vſumfructũ ſed tamen poſsidet fundum debentem ſeruitutem prædialem. & probantur hæc ff. ſi vſusfru. pe. l. prima. & vlt. Vel potes dicere ſi vis ſuſtinere prædicta, quod prohibitio habetur pro poſſeſsione.

Poſitiones rei.

POſt hoc videndum eſt, quid probare oporteat actorem, ſiue ponere, & certè ſic poteſt ponere. Pono quòd Guliel. eſt, vel erat dominus in ſolidum fundi Tuſculani Pono q eo tẽpore quo dominus erat, cõſtituit mihi ſeruitutẽ viæ per dictũ fundũ ad aliũ fundũ meũ, & pono, quòd per patiẽtiam me, quaſi in poſſeſsionem induxit. Item pono quòd fundus ad cuius opus mihi fuit cõſtituta ſeruitus, eſt & fuit meus tempore illo in quo conſtituta fuit mihi ſeruitus, vt probantur hæc ff. de ſeruit. ruſti. prędi. l. prima. in fin. & ff. communia præ. l. prima. & ſi ſeruit. ven. l. prima. Item potes ponere. POSITIO. Pono quòd legando fuit mihi cõſtituta à domino fundi, nam in vltima voluntate bene poteſt conſtitui ſeruitus, vt ff. cõmunia prædio. l. placet. Item pono, quod x. annos inter præſentes, vel xx. inter abſentes, vſus ſum, non vi, non clam, non præcario tam ſeruitute, quæ habet continuam cauſam, vel quaſi: nam ſi ita, debetur mihi ſeruitus Nam ſeruitus præſcribi poteſt x. vel xx. annis, etiam ſine titulo, vt ff. ſi ſeruit. ven. l. ſi quis diuturno. Et bene dixi, quæ habet continuam cauſam. Nã aliter non poſſet præſcribi, vt ff. de ſeruit. l. ſeruitutes. & de ſer. vr. præ. l. foramẽ. Verum in tis ſeruitutibus, quæ non habet continuã cauſam, talis poteſt fieri poſitio. POSITIO. Pono q tam ego, quàm prædeceſſores mei, vſi ſumus tali ſeruitute, non vi, non clam, non præcario à tempore, à quo non extat memoria, vt ff. de aqua plu. at. l. prima. in fin. & l. ſequenti & c. ita ponat ſubtilius. POSITIO. Pono quòd dominus talis fundi, mihi conſtituit in dicto fundo ſeruitutem eundi vel agendi, ad talem fundum meum ad aliũ quod apparet, quia domino non contradicente tui per x. vel xx. annos, non vi, non clam, non pręcario, per prædictum fundum. Sed caueat clientulus ſuper calumniæ ſacramento, quia hic ſecurè ſine metu periurij forſan non poterit ponere. & probantur prædicta, quia ex curſu temporis inducitur præſumptio tituli. ff. de vſur. l. cùm de in rẽ verſo. Item ſi plures fuerunt domini fundi, eo tempore quo conſtituta fuit mihi ſeruitus, ita ponat. POSITIO. Pono, quòd omnes domini illius fundi mihi conſtituerunt ſeruitutẽ. Aliàs nõ valeret conſtitutio ſeruitutis, vt ff. de ſer. ruſt. præ. l. per fundum. & cõmunia prædi. l. vlt. Item pono, quòd prædium meum, cui debetur ſeruitus eſt immediate iunctum prædio ſeruienti, vel ſi non eſt immediate iunctum dicat, POSITIO. Pono, quòd prædium. quod eſt inter prædium meum, & prædium ſeruiens, finalem debet ſeruitutem prædio meo. Nam aliàs medium quod non ſeruiret, impediret ſeruitutẽ, vt ff. de Seruit. ruſ. præ. l. qui ſella. §. vlt. Reus vero contrarias poſitiones faciat ſic. POSITIONES REI. Pono, quòd Guliel. quem dicis ſeruitutem tibi conſtituiſſe, non erat eo tempore, quando conſtituit, dominus fundi, in quo conſtituit ſeruitutem, eo quod Titius eſt, & erat tunc temporis dominus in ſolidũ prædicti fundi, & impoſsibile eſt duos eſſe eiuſdem rei dominos in ſolidum, vt ff. commo. l. ſicut certo. §. ſi duobus vehiculum. Item pono quòd Guliel. erat dominus pro parte tantum dicti fundi, & ita non potuit ſeruitutem conſtituere, & aliàs contrarias poſitiones poteſt facere reus, vt ex ſuperioribus perpendere poteſt diligens aduocatus. Item poteſt ponere, Pono quòd per x. vel xx. annos, non es vſus ſeruitute, quam dicis tibi deberi. & ita præſcripſi libertatem. C. quemadmodum ſeruit. amit. l. nam ſatis. §. primo. Contra iſtam poſitionem poteſt ponere actor ſic: Pono, quòd ſocius meus ſiue vſusfructuarius. vel qui bona fide poſsidebat fundum, vſus eſt ſeruitute. vel pono, iter debebatur ſepulch. & ita non amittitur non vtendo vt probantur hæc ff quemadmodum ſeruit. amit. l. iter. & duabus ll. ſequentibus. Vel ſic ponat actor. Pono, quòd locus per quem debebatur mihi via, fuit in tali diſpoſitione per x.

vel xx.annos,quod non potui ire. Nam ſi ita eſt non admittitur ſeruitus non vtendo.ff.quemadmodum ſerui.amit.l.ſi locus.& ff.de ſeruit.ruſt. præ.l.Atticilinus.Item poteſt ponere reus, pono quòd non iuiſti per fundum meum iure ſeruitutis,ſed quadam ſeruitute quia via publica,quæ erat iuxta fundum meum erat flumine occupata. Vel pono,quòd nō vtebatur iure ſeruitutis , imò vtebatur quaſi iure ſuo,quia credebat quòd eſſet via publica. Vel,pono quòd vtebatur iure ſeruitutis,quia credebat quòd fundus ille, in quo dicit ſe nunc habere ſeruitutem itineris, eſſet ſuus tunc temporis, quando per eum faciebat tranſitum.Vnde apparet quòd non ibat iure ſeruitutis cùm res ſua nemini ſeruiat. & probantur hæc ff. quemadmodum ſer.amit.l.ſi locus.& ff.de ſerui. ruſt.præ.& ff.de iti.act.quæ priuat.l.prima.§.Iulianus recte ait& l.vlt.& ff.ſi vſusfru.pe.l.vtifrui. Has poſitiones gratia breuitatis tetigiſſe ſufficiat Scias autem ſeruiturum non ea eſt natura,vt aliquid faciat quis,vt ff.de ſeruit.l.quoties.§.vltim. Sed illud fallit in ſeruitute oneris ferendi,vt ff. ſi ſeruir.ven.l.& ſi fortè.§. etiam. Ex quibus iocoſè quodam tempore ita apponebam. Quidam plebanus ſiue incuratus agebat contra parochianos ſuos eo quòd parochiani illi quando tenebant agros ſuos,dimittebant decimā fructuum in agro, plebano ſiue incurato,non requiſito clamabant tantùm , ſi quis ex parte plebani recipiebat decimam, & tandem dimittebant in agro. Plebanus dicebat , agendo contra parochianos , quod impediebant ei ſoluere decimas , quia me vel nūtium meum deberet requirere & offerre ſolutionem decimæ,& ſi ego vel nuntius meus non vellemus recipere decimam , non deberent dimittere in fundo, imò in tutto collocare. arg.l ff. de ulur.l. acceptam. & C,de ſolutio.l. obligatione. Ego verò contra plebanum ſic opponebam : Ius percipiendi decimas eſt quædam ſeruitus quam dominus retinuit pro ſacerdotibus & leuitis in ſingnum vniuerſalis dominij.Vnde eius non debet eſſe naturæ, vt fiat aliquid, vt ſuprà notatur. Quare parochiani non debent offerre, cùm illud eſſet aliquid facere , ſi plebanum requirent & offerent.Vnde ſatis eſt, ſi dimittant in fundo. Nam ſecundùm præceptū legis Moſaicæ , ipſi debēt reddere domino deo decimas,illud eſt reddere deo cùm deus ſit vbique. Non obſtāt leges prædictæ, quia locum habent in eis debitis , quæ petuntur actioni perſonali. Sed decimæ petuntur actione reali,videlicèt,confeſſoria, quare intenditur contra illos qui nullo iure ſunt obligati , vt ſuprà proximo §. vnde iſti parochiani non ſunt perſonaliter obligati ad ſoluendas decimas. Vnde videtur quod debeant offerre. Vnde prima fecie ſuper decimas , ita videtur formandus libellus. LIBELLVS.Dico domine iudex ego Ioannes de Blanaſco,ſiue incuratus Blanaſci,quò Ricard. poſsidet talé fundum ſitū in tali loco,cuius fines ſunt tales, qui ſitus infra metas parochiæ Blanaſci , Vnde cùm ius percipiendi decimas omnium fundorum ſitorum infra metas parochiæ Blanaſci,iure communi ad eccleſiam pertineant Blanaſci,& dictus R. in prædicto fundo non permittat dictam eccleſiam percipere decimas, meam petitionem contra dictum R.dirigo nomine eccleſiæ Blaſ..Vobiſque domine iudex ſupplico, vt eccleſiam Bla.habere ius percipiendi decimam in prædicto fundo per ſententiam diffinitiuā declaretis dictum R.mihi nomine Blaſ.ad patientiam,& in in X.libris nomine intereſſe,quia tātùm mea intereſt,nomine Eccleſiæ Bla.me non fuiſſe prohibitum in iure percipiendi decimas in prædicto fundo condemnetis.Canoniſtæ tamen dicunt, quòd decimæ petuntur vt debitæ actione perſonali,ſcilicèt,condictione ex canone. Vnde parochianis obligatis perſonaliter ad ſoluendas decimas,cùm obligatio ſit mater perſonalis actionis . vt ff. de procur.l.licet.§.ea obligatio.Non eſt ſatis ſi parochiani dimittant decimam in fundó,cùm ſolutio ſit facienda ſecundùm iura ciuitatis noſtræ, hoc eſt loco & tempore cmpetenti,vt inſtitu.de obli. in prin & ff.de ſol.l.ſi ſoluturus. Vnde ſecundùm eos forſan ita formaretur libellus . LIBELLVS. Dico domine iudex egó Ioan.incuratus eccle.Bla.quòd R.poſsidet & colit fundum talem cuius fines ſunt tales,ſitum intra metas parochiæ Bla.Vnde cùm iure noui & veteris teſta.atque iure Canonum ſanct.patrum, mihi nomine eccleſiæ Bla.debeat reddere decimas fructuum prædicti fundi prædictus R.nec decimas præſentis anni fructuum velit mihi reddere,quòd iam per triēnium aliud à præſenti anno facere noluerit , in quo damnificata eſt eccleſia Bla.in x. libris , quia tantùm intereſt mea,nomine dictæ eccleſię,quòd prædictum triennium redditæ eſſent mihi decimæ fructuum perceptorum de prædicto fundo. Ago contra ipſum nomine eccleſiæ Bla. vt fructuum anno præſenti perceptorum in prædictó fundo mihi eccleſiæ reddat decimas.Item, vt reddat mihi x libras nomine intereſſe. Vobiſque domine iudex ſupplico vt dictum R.ad reddendum decimas fructuum præſentis anni , & ad decem libras nomine intereſſe mihi nomine eccleſiæ Bla.per diffinitiuam ſententiam cōdemnetis. &nota quòd hic præciſè agitur ad factum ſcilicèt ad hoc quod reddat vt aliàs ſpeciale eſt , vt ff. de procu.l.filius.§.vlt.Et fit regulariter contra.Nam non agitur præciſè ad intereſſe, vt ff. de rei ven. l.ſi quis ab alio.§.vl.Et eſt ratio ſpecialitatis,quia vt reddantur decimæ,ſtatutum eſt tam in veteri quàm in nouo teſtamento,& ſi non redderentur periculum animæ verteretur,& animæ hominum quibuſcunque cauſis præferendæ ſunt, vt C. de ſac.ſan.eccle.l.ſancimus.in fin.Verum autem decimæ petantur actione reali,videlicet cōfeſſoria, vel perſonali cōdictione ex Canone,& quicquid ſit iuris,ſuper prædictis Canoniſtarum relinquo iudicio. CAVILLATIO. Caueas autem tibi ſuper quadā cauillatione,quam quidam faciūt ſuper confeſſoria actione.Nam qui proponit cōfeſſoriam pro ſeruitute prædiali,in libello proponit duo.Ponit enim quòd habet fundum,& quòd per alium fundum fuit ſibi ſeruitus conſtituta. Vnde aduocatus rei , quando reus habet malam cauſam litem facit conteſtari,his verbis : Dico ego dominus fundi per quem dicis tibi deberi ſeruitutem non conſtitui tibi ſeruitutem in dicto fundo. Vel dic. Dico litem conteſtando,quòd dominus fundi,in quo dicis te habere ſeruitutem,non conſtituit tibi ſeruitutem, & ita partem contentorum in libello, ipſe negat, per quod magis videtur exceptionem proponere quam litem conteſtari. Nam hodie expeditum

eſt per

eſt per decretalem Innocentij IIII. Quòd exceptionis peremptoriæ obiectu non fit litis conteſtatio. Poſtmodum videt reus, quòd ſententia eſt lata contra ipſum. Ipſe dicit ita, lis eſt conteſtata contra ſolitū ordinem iudiciorum, vtpote, quia lis non fuit conteſtata, eo quòd per narrationem & reſpōſionem non fuit cœptum negotium, quia non reſpondi, niſi ad partem poſitorū in libello, quare ſentētia nulla, vt C. de ſen. & inter. om. iud. lege prolatam. quarè facias quòd lis conteſtetur. Nego poſita prout poſita ſunt, & dico petita fieri non debere. Vel ſi non vult totum negare, ita dicat litem conteſtando, Dico tibi ſeruitutem non debere. & hoc ſatis erit, nā habebit duplicē cauſam veritatis, Vel quia fund⁹ cui dicit deberi ſeruitutē non eſt actorū. & ita nō debet ſeruitutē ei, Vel nō poteſt facere ſeruitutē, Vel quia non fuit cōſtituta ſeruit⁹ à domino, Vel ſi cōſtituta fuerit pro tempore omiſſa eſt, ſi ita eſt non habet, vel non competit ei ſeruitus.

DE ACTIONE NEGATORIA.

POſt hoc videams de actione negatoria & gratia breuitatis, prætermiſſa aliorū formatione, ita formatur libellus in hac actione. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioan. de Bla. me dominū talis fundi ſiti in tali loco cuius fines ſunt tales &c. per quē fundū Titius vtitur itinere, ſiue via, ad aliū fundū talem quē poſsidet: Vnde cū prædicto Titio non cōpetat ſeruitus eundi vel agendi per talē fundū, meā petitionē contra ipſum dirigo. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt fundū meū eſſe liberū à tali ſeruitute per diffinitiuā ſententiā declaretis, dictū Titiū, ne de cætoro vadat per fundū meum. Itē vt caueat de nō eūdo in futurū. Itē in x. libris, quia in tantum intereſt mea ipſum non iuiſſe per fundū meum, per diffinitiuam ſententiā cōdemnando. Formatio iſtius libelli, ſatis apparet per ea quæ dicta ſunt ſuperiùs in cōfeſſoria. Nā actor in ea actione faciet eas poſitiones, quas in cōfeſſoria debet facere reus & è cōtrario, nā ita ponat. POSITIONES ACTORIS. Pono, quòd ſi debui ſeruitutē tibi pacto, liberaſti me, & pacta ſeruāda ſunt vt ait prætor. Itē pono quòd tēpore ſtatuto, nō eſt vſus debita ſeruitute, vt C. de ſeruit. & aqua. l. ſicut. & amittitur ſeruitus non vtēdo, quāuis nō vtēs ignoret ſibi deberi ſeruitutē, vt ff. quēadmodū ſeruit. amit. l. ſi partē. §. ſi fundū. Verum ſi per factū aduerſarij nō fuerit vſus debita ſeruitute tēpore ſtatuto ad amittendam ſeruitutē, quāuis eam amiſerit de rigore iuris, ei tamen reſtituitur. ff. de vi & vi ar. l. ſi plures. §. primo. Idē ſi per aliud impedimētū cōtingens ex parte rei, nō poterit vti, vt ſuprà in confeſſoria notatur. Itē ſcias, quòd differentia eſt inter ſeruitutes ruſticas, & vrbanas in præſcribēda libertate. Nā in ſeruitutibus ruſticis præſcribentē libertatē nihil oportet facere. Sed in ſeruitutibus vrbanis cōtra, vt patet in ſeruitute tigni immittendi. Nā præſcribentē libertatē nihil oportet facere. Sed in Seruitutibus vrbanis cōtra. vt patet in Seruitute tigni immittēdi. Nā præſcribētē libertatē oportet foramina obturare. Vnde reus ita poteſt ponere. POSITIONES REI. Pono, quòd foramina in quib⁹ fuerūt immiſſa tigna mea nō obturaſti imò aperta ſunt. Nam ſi ita eſt, quāuis etiā non fuerit vſus ſeruitute tigni immittēdi tēpore ſtatuto ad admittēdā ſeruitutē, non tamen admiſit, vt ff. de ſer. vr. præ. l. Hæc autē iura. Vnā tamē poſitionē quæ nō fuit facta in cōfeſſoria. neceſſe eſt hîc fieri, ſcilicèt iſtam. Pono quòd fund⁹ pro quo ago negatoria eſt meus. Aliàs enim nō cōperit negatoria, vt ff. ſi ſeruitus ven. l. ij. Iſtud notādū eſt, quòd agēti negatoria, nō incūbit probatio, vt probet fundū liberū, cū fundus à principio fuerit liber, vnde hodie præſumitur liber, & habebitur prohibitio, niſi probetur in contrariū, vt C. de probat. l. ſiue poſsidetis. Ei tamē incūbit neceſsitas probādi fundū ſuū, pro quo egit negatoria. Cùm hîc dicat, ei qui dicit, probatio incūbit, vt ff. de probat. l. ei qui dicit. & nota hoc ſpeciale, ꝙ quāuis poſsideat fundū, tamē probabit ſe dominū, eo quòd agēdo hoc dicit. Vltimò, quia circa iſtas actiones tractatus eſt de ſeruitutibus, talē ſubiicio de facto quæſtionē. Aliquis diuidit hęreditatē patris ſui cū fratre ſuo, & ita factū eſt, quòd vnus habet terras arabiles multas, & quaſi nihil de nemoribus. Alter habet paucas arabiles, & multitudinē nemorū. Actum eſt inter eos, quòd ille qui habet pauca nemora habeat pro ſe & hæredibus ſuis ſeruitutē vſus in perpetuū. Mortuus eſt, relictis plurib⁹ hęredibus, ex quibus quilibet vult vti inſolidū nemore. Quæritur vtrum poſsit. & videtur quòd ſic, quia vſus ſeruitus eſt indiuidua, quarè videtur quòd tranſeat ad quēlibet hæredū inſolidum, vt ff. de vſu & ha. l. vſus pars eſt. ff. de ſeruit. l. me. & ff. ver. ob. l. ij. §. j. Dicendū eſt tamē cōtrarium, quia ſi ita eſſet, poſſet cōtingere ſucceſsione temporis, & quòd tot eſſent hęredes, & hæredum hæredes, ꝙ ſi quilibet vellet vti inſolidum ſecundū cōditionē perſonæ ſuæ, ꝙ proprietas eſſet inutilis illi qui habet eā, quod eſſet incōueniens, vt ff. de vſufr. l. ij. §. ne tamē in vniuerſum. Nō obſtāt ll. allegatæ, quia in ſeruitutib⁹ prædialibus ita eſt, quod in prædio ſeruiente deſignatur certus locus ad exercitium ſeruitutis, vt patet in itinere, quod ciuili modo fit per vnā certā partem fundi. Vnde quāuis per illā partē fundi multi eant, nō tamen per hoc efficietur proprietas inutilis, vt ff. de ſeruit. inutil. l. ſi cui. Secus in ſeruitutibus perſonalibus, vt in vſu, qui ſi tranſiret ad quēlibet hæredē per pactum quilibet vteretur ſecundùm cōditionē perſonæ ſuæ, vt ff. de vſu. & ha. l. in eo fundo. §. alia eſt lex plenum præter habitationē. Vnde ad hoc deueniret res, vt proprietas eſſet inutilis domino. vnde ad euitādum iſtud, incōueniens rigor prædictarum legum, nō obſeruabitur in ſeruitute populi, in eo caſu quādo tranſit ad hæredes per pactum. Nec mirum ſi rigor in hoc caſu non obſeruetur, cùm ſeruitus vſus morte vſuarij finiri debeat, vt ff. de vſu. & ha. l. vſus aqua. Vnde cùm hîc per pactum tranſeat ad hæredē præter ius, nō mirum ſi rigor iuris hîc nō ſeruetur. Vnde ibi iſti hæredes nō debent habere, niſi ſolùm tantùm, quantùm ille cui ſucceſſerunt. quia in locum eius ſuccedant, debent cōdictionē eius ſequi, vt infrà eo. §. fuerat. & ff. ſi quis cauti. l. ſi eum, §. qui iniuriarum. & ff. de iure fiſci. l. fiſcus. Ioan. de Blanaſco.

DE ACTIONE PVBLICIANA.

ALiæ autē ſunt. Hîc tractatur de Publiciana, & antequā perueniam⁹ ad formationē libelli, de quinque videam⁹ quæ dicūt

aliqui de neceſsitate ſuperuenire in publiciana. Primùm quòd traditio interueniat,ſed hoc videtur falſum in eo cui verbo reſtituta eſt hæreditas, quòd ſine apprehenſione ſeruitutis poſſeſsionis habet publicianam,vt ff.de public.l.cùm ſponſus §.is cui.Secundùm eſt,quod res ſit tradita ex titulo apto ad transferendum dominium. Sed iſtud videtur falſum.Nam ſi agam contrà aliquem vendicando rem aliquam, & pronuntiarom ſit rem meam eſſe & autoritate ſententiæ ſit mihi res tradita,datur mihi publiciana,vt ff.de publi.l.tertia in fi.Sed iſta cauſa nõ eſt habilis ad trãsferendũ dominiũ,quia tradens,tradet mihi rem vt meam nõ vt ſuam,ergo ſi ſua eſſet nõ transferret dominiũ,vt ff.de cõdi,ob cauſam.l.dedi.§.ſubtiliùs at. Tamen in hoc caſu bene competit publiciana,& tamen nõ eſt habilis cauſa ad transferendum dominiũ,vt viſum eſt.Item poteſt opponi quando authoritate iuramẽti mei traditur mihi res,quam iuraui meá eſſe,vt ff.de publ.l.eum qui.§.ſi petenti.Tertium eſt,quod à nõ domino acceperit,aliàs enim eſſet tranſlatum dominium. Sed iſtud videtur falſum in ſuperioribus caſibus,in quibus quãuis accepit à domino,nõ tamen dominiũ trãſlatũ eſt,vt ſuprà proximè notatur,attamen bene competit et publiciana.Quod ſi caderet à poſſeſsione ago nõ video quòd aliud auxilium poſſet locum habere.Quartum,exigitur quod bona fide acceperit,& ꝙ tunc credat ſe factũ dominũ,ſed vtrũque iſtorũ videtur falſum.Nam ſi vẽdicem rẽ quá ſciá meam non eſſe,& mihi adiudicata ſit,& poſſeſsio tradita,mihi competeret publiana,propter authoritatem rei iudicatæ.Attamen recipiẽdo habui malam fidem.& quod ita ſit probatur quia lex ſine diſtinctione dixit dari publicianá,ei cui ex cauſa res iudicata ſit tradita,vt ff.de publi.l.tertia.in fi. Ergo non diſtinguere debemus, vt e.l. de prætio. Item,quòd tũc credat ſe eſſe dominum, hoc videtur falſum in eo cui eſt tradita res ex cauſa iudicati,quando ipſe petebat rem vt ſuam vendicando, Nam ſi crederet,tunc primũ ſe factũ dominũ, crederet ſe factũ dominũ ex traditione,quæ facta eſſet ex cauſa iudicati.Sed hoc non eſt præſumẽdũ, quia quando petebat vendicando rem ſuam ipſe iurauit de calũnia,in quo ſacramento dixit ſe credere rem ſuam eſſe , ergo præſumendum eſt, quòd ipſe crederet antequam peteret rem ſuam eſſe , aliàs deieraret , & non eſt veriſimile aliquem deierare, quia non eſt veriſimile aliquem eſſe immemorem ſalutis æternæ,vt C.ad l.iul. re. l.vlti.Sed ſi credat rem ſuá antequàm petat,planũ eſt quòd nõ exigitur ſe tũc primò credere eſſe dominũ,quádo res traditur. Si autem diceres quòd ille,qui deierauit in ſacramento calũniæ,quòd nõ credebat rem ſuam eſſe antequá peteret, ſed tunc primò credidit,quádo tradita fuit ei res ex cauſa iudicati.poſſet petere rem per publicianam, non autem ille qui credebat ſe ante dominũ, ſequeretur incoouenieus,quia melioris conditionis mala fides quàm bona fides,& ſtultus quàm peritus foret.quod eſſe non debet,vt ff.de noxa.l.non ſolũ.ff.ꝙ vi.aut clam.l.ſerui & l.ſi vnus.Itẽ ſi diceres,quòd ille qui tempore traditionis ſe credit factũ dominũ ex traditione , propter hoc habeat actionem publicianá,iam ſequeretur incõueniẽs quòd in lucro captádo prodeſſet iuris ignorãtia. cũ l.ſeq.ff.de vir.& fact.ign.Iſte enim qui credit ſe dominũ factũ ex cauſa traditionis , erat in iure quia de iure eſt ita,ꝙ ſi tradẽs,tradit rẽ vt accipiẽtis,nõ vt ſuá,nõ trãsfert dominiũ, nec transferre poteſt,vt ſuprà notatur.Cũ ergo cõtrariũ credat, errat in iure.Iſta planiùs ꝓcedũt in eo qui iurauit rẽ ſuá eſſe,& authoritate iuramẽti ſui fuit res ſibi tradita:Ná ſi tũc primò,quádo res fuerit tradita, crederet ſe factũ dominũ ex traditione , planũ eſſet ꝙ deieraret.Vnde agẽdo publiciana diceret ſe deieraſſe,quia dicerent ei,ſi agis publiciana,neceſſe habuiſti te credere dominũ ex traditione eſſe factũ,ergo ante traditionẽ credebas te nõ eſſe dominũ ſed cõtrariũ iuraſti,ergo agendo taliter allegas turpitudinẽ tuá,videlicèt.periuriũ tuũ : vnde nõ es audiendus,vt C.de ſeruo pig. da. manu. l.ſi ſi creditoribus. & C. de trãſactionibus l.tranſactione finita.Vltimum exigitur,vt iuret ꝙ credat hodie ſe nõ dominũ.Sed videtur reprobari in caſu proximè dicto:ná ille qui iuraſſet rem ſuam eſſe,ſi ageret publiciana,per cõſequẽs,ſecũdũ eos,apparet eũ nõ eſſe dominũ.Itẽ,ꝙ crederet ſe nõ eſſe dominũ,& tamẽ iurauit ſe eſſe dominũ, vnde manifeſtè apparet,ꝙ de periurio ſuo cõfitetur , & illud allegat agendo,quare nõ videretur audiẽdus, vt ſuprà notatur.Itẽ,ſi ita eſſet vt dicũt,iam ꝓ nihilo eſſet in hoc caſu actio inuẽta:ná ſecũdũ ꝙ patet ſi ageret publiciana , ipſe diceret de periurio ſuo,vt ff.de iurein.l aliàs.Vnde vt euites præcedẽtes oppoſitiones dicas,Quatuor eſſe radices publicianæ,quarũ vna mixtá ſecũdùm aliquos videtur habere cauſam.PRIMA RADIX PVBLICIANÆ.Prima eſt deſcendẽs ex cõtractibus,vel quaſi.Et vt omnia cõprehẽdas dicas ꝙ prima radix eſt habere,& iuſtá cauſam rẽ tenẽdi,quá titutũ appellamus,quæ proficere valeat ad vſucapiendũ,vel etiá ad præſcribẽdũ,& in iſta radice videtur habere locum illa quandoque quæ ſuprà teiſgi,vt notatũ eſt in §.iſto in glnſ ord. In iſta radice ita formatur libellus.LIBELLVS.Dico domine iudex quod R.poſsidet domũ talem iniuſtè,cuius fines tales ſunt,ex vna parte talis,& alia talis &c.Quam domũ dico ad me pertinere iure quaſi dominij,eo quòd bona fide eam emi,à titio bona fide tradente,& in bona fide recipienti tradita fuit à dicto Titio,quem Titium tempore contractus,ac traditionis credebá eſſe dominum cùm non eſſet. Vnde petitionẽ meam contra dictum R.dirigo. Vobiſque domine iudex ſupplico , vt meum quaſi dominium quod habeo in prædicta domo (vel ita) vt me habere iuſtam cauſam petendi dictá domum ratione quaſi dominij ſententia diffinitiua declaretis:dictum R. ad reſtitutionem dictæ domus cõdemnando. Item, cùm mala fide poſsideat R.domum dictam , & non habeat titulum,per quod apparet quòd obuẽtiones perceptas ex dicta domo ſine cauſa conſumpſit. Vobis domine iudex ſupplico,vt dictũ Titiũ ad obuentiones dictæ domus perceptas , & extantes, quas æſtimo x. libris,& etiá ad percipiẽdas condẽnetis.Sicut enim in rei vendicatione poteſt accumulari triplex auxiliũ ꝓ fructibus petendis,ſcilicet,cõdictio ſine cauſa ꝓ fructibus coſumptis,à malæ fidei poſſeſſore.Itẽ noua rei vẽdicatio pro fructibus extãtibus.Itẽ officiũ iudicis pro percipiẽdis,ſic erit in publiciana.Ná pro fructibꝰ extãtibus perceptis à malę fidei poſſeſſore dari poteſt noua publiciana.& hęc omnia poſſunt probari,

quia

quia ea quæ veniunt in rei vendicatione, veniunt in publiciana, niſi pro fructibus extantibus perceptis, aliud ſpecialiter in l. ſtatueretur, vt ff. de public. l. eum. §. in publiciana. Vnde talem accumulationem potes hic facere, qualem dixi faciendam pro fructibus in rei vendicatione: & ad inſtar illorum, quæ ibi notaui, dicas hîc: & ſicut ibi notauit dominium declarari, ita hic quaſi dominium in ſententia debet declareri. Item, ſicut modus formandi libellum, quem tenet dominus Richard. in rei vendicatione reprobatur, vt ſuprà in rei vendicatione notatur: Ita modus ſuus in hac actione poteſt reprobari, Quia cùm iſta actio ſit alia, ab aduerſario non debet peti directè rei reſtitutio, quod tamen dominus facit in libello ſuo, quem format in hac actione. Vnde recurre ad ea quæ notaui in rei vendicatione. Item ſcias, quòd in libello non ſine cauſa appoſui in principali petitione, iniuſtè poſsidet. Item, in petitione fructuum, non ſine cauſa dixi, nec habet titulum, quia ſi poſſeſſor haberet titulum ab alio intentans publicianam, aut quia intentans publicianam ab vno emiſſet, & poſſeſſor ab alio, quamuis poſterior publiciana non poſſet conueniri, quia cum vero titulo poſsideret, vt ff. de public. l. ſiue autem. §. vlti. & l. ſequenti. Vnde reus poteſt ita ponere. POSITIO REI. Pono, quod rem petitam quam poſsideo emi ab alio, à quo tu intentâs publicianam nõ emeras eam, bonámque fidem habui in emendo, & quando mihi res tradita fuit: Nam ſi ita eſt, publiciana non poterit conueniri, vt ff. de public. l. ſiue autem. §. vltim. & l. ſequenti. POSITIO ACTORIS. Poſt hoc videamus quid oporteat actorem ponere, vel probare, & primò ita poteſt. Pono, quod talem rem emi. Item pono, quòd tempore contractus habui fidem bonam. Item pono, quòd fuit mihi tradita, & quòd tẽpore traditionis habui bonam fidem. Nam quamuis, & cæteris titulis ſufficiat tempore traditionis habere bonam fidem, & probantur hæc, ff. de public. l. quæcunque. & l. ſunt & aliæ. §. primo. & ff. pro ſocio. l. ſecũda. Scias tamen, quòd bona fides præſumitur ſemper, niſi probetur contrarium, vt ff. de probat. l. Verius. Reus verò quamplures poſitiones habet, & facere poteſt, & primò poteſt facere contrarias poſitiones ſuperioribus, aliter autem poteſt facere ita. POSITIONES. Pono, quòd alienans habuit malam fidem. Nam hodie malæ fidei poſſeſſore alienante non procedit vſucapio ſiue præſcriptio, vt C. de præſcri. x. vel xx an. Auten. malæ fidei. & ſic ceſſat vſucapio. & per conſequens publiciana, vt ff. de publi. l. etſi quidem. §. Hæc autem actio. Vnde de qualibet cauſa quæ impedit vſuc. poteſt ponere reus, vt verbi gratia. Pono, quòd talis res eſt furtiua, vt ſuprà de vſuc. §. furtiuæ. Vel ita pono, quòd emendo habuiſti malam fidem, vt ff. de pub. l. eum qui. §. vlti. Mala autem fides poteſt probari, eo quod me denuntiante rem meam eſſe, nihilominùs emit, vt C. de rei vend. l. ſi fundum. Vel ita pono, quod fundus erat dotalis, vnde vſucapi non potuit, vt ff. de fundo do. l. ſi fundum. Cæteras poſitiones gratia breuitatis omitto. SECVNDA RADIX PVBLICIANÆ. Secunda radix publicianæ eſt, ſi ex cauſa iudicati res fuerit tradita, in qua ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talem fundum, cuius fines ſunt tales ad me de iure quaſi dominij pertinere, eò quod dictũ fundũ iure dominij petij à Titio coram tali iudice, qui pronuntiaui fundum eſſe meum, Titium ad reſtitutionem dicti fundi mihi faciendam, condemnando qui Titius ex cauſa iudicati mihi tradidit dictum fundum. Vnde cùm R. poſsideat dictum fundum iniuſtè, petitionem meam contra ipſum dirigo. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt me habere iuſtam cauſam petendi dictum fundum in ſententia diffinitiua declaretis, dictúmque R. ad reſtitutionem dicti fundi per ſententiam diffinitiuam condemnetis. Huic libello ſimiliter adde de fructibus, vt in libello facto in prima radice, quare appoſui, iniuſtè poſsidet. Dic vt ſuprà notaui in alio libello, quare peto ius, quod habes in re, in ſententia declarari. dic vt ſuprà in rei vendicatione notatur. In iſta autem radice publicianæ non oportet, vt tradens ſit dominus, nec oportet quod tradatur ex habili cauſa ad transferendum dominium, quia iſta non eſt habilis cauſa ad transferendum dominium, non oportet quòd tempore traditionis ſe credat factum dominum, vbi omnia iſta ſuprà notaui. Satis enim eſt ad hoc quòd poſſit rem petere per publicianam, autoritate rei iudicatæ, & quòd ex cauſa iudicati res fuerit tradita. Aliqui tamen volentes euitare prædicta, dicunt quòd lex tertia, ff. de public. in fine loquitur quando ex cauſa iudicati ſuper actione perſonali tradita fuit res. Verbi gratia. Agebam contra Titium actione ex empto pro equo quem credebam eſſe ſuum, ipſe verò fuit condemnatus, & tradidit mihi equum vt ſuum, non vt meũ, cauſa eſt habilis ad transferendum dominium. Sed bene concedunt ex cauſa iudicati ſuper rei vendicatione, quòd public. non competeret. & facit ad hoc. ff. de acquirenda poſſeſsiona. l. Pomponius. §. ſi iuſſu. Sed illud videtur poſſe probari. Nam iuſiurandum in multis æquiparatur ſententiæ, vt C. de rebus credi. & iureiur. l. actori. Sed ſi ex cauſa iuramenti ſuper reali actione, res fuerit tradita, bene competit publiciana, vt ff. de publiciana. l. eum. §. ſi petenti. Idem igitur videtur, etiam ſi tradita fuerit ex cauſa iudicati ſuper reali actione. Alij volentes euitare prædicta dicunt, quòd ſi res tradatur ex cauſa iudicati, ſi eſt tradentis, bene transfertur dominium, quòd quamuis tradat eam, vt accipientis, non vt ſuam, tamen ſpeciale eſt propter autoritatem rei iudicatæ, vt dominium transferatur. Et ita dicunt quòd tradere ex cauſa rei iudicatæ ſuper reali etiam actione eſt tradere ex habili cauſ. ad dominium transferendum. Sed iſtud videtur poſſe reprobari. Nam videtur quòd ſicut ſententia non poteſt tollere à nobis naturalem obligationem, vt ff. de cond. indebit. l. Iulianus. Ita videtur, quòd ſententia non ſit tantæ efficaciæ, quòd à nobis tollat dominium rerum noſtrarum, maximè cùm tradens ex cauſa iudicati, non habebat voluntatem dominium transferendi, arg. ff. de regulis iuris. l. Id quod noſtrum eſt. Ad dominium transferendum in iſto libello tales poſitiones poteſt facere reus. POSITIONES REI. Pono, quòd ſentẽtia venalis fuit, ſcilicet, lata per pecuniam. Nam ſi ita eſt, non valet ipſo iure, vt C. quando prouo. non eſt nec. l. venales. & ita nec quod ſequitur ex ea, alicuius erit momẽti, vt C. de leg. & cõſti. prin. l. non dubium. Item, poteſt ponere quicquid reddat ſententiã nullam. Vt

verbi gratia, Pono, quòd in cauſa non fuit lis conteſtata, & ita ſententia fuit lata contra ſolitum ordinem iudiciorum, vnde non valet ipſo iure, vt C. de ſenten. & inter. omnium iudic. l. prolatam. Item pono, quòd ſententia fuit lata à non ſuo iudice. Nam ſi ita eſt, non tenet ſententia, vt C. ſi non à competen. iudic. per totum. & aliàs multas poſitiones poſſem facere circa hoc, quas breuitatis gratia omittã. POSITIONES ACTORIS. Actor verò poteſt facere contrarias poſitiones ita, Pono, quòd ſententia fuit pro me lata. Item pono, quòd ex cauſa iudicati, res fuit mihi tradita. quæ poſitiones patent ex ſuperioribus. Ideò autem dixi reum ponere debere ſententiam nullam, quia ſententia que nulla eſſet, non poſſet dare ſiue parere iuſtam cauſam petẽdi. TERTIA RADIX. Publicianæ eſt, ſi ex cauſa iuriſiurãdi res fuerit tradita, in qua ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talem fundum, cuius fines ſunt tales ad me iure quaſi dominij pertinere, eo quòd dictũ fundum petij à Titio iure dominij coram tali iudice qui Titius detulit iuſiurãdum mihi, vt per deum iurarem fundum meum eſſe, egoq́ue ſic iuraui vt detulit, & autoritate iuriſiurandi mei, dictus fundus mihi traditus fuit, vnde cùm Roffr. poſſideat &c. coniungas eadem verba per omnia quę poſita fuerunt in proximo libello ſuprà. Et probatur libellus iſte per l. ff. de pub. l. eum qui. §. ſi petenti. In iſta autem radice Publicianæ non eſt neceſſe dicere, quod hodie credat ſe non dominium; nec eſt neceſſè dicere, quòd receperit rem ab eo, quem credebat tunc dominum propter inconuenientia quæ ſequerentur, vt ſuprà notat. Satis enim eſt dicere rem ſibi traditam ex autoritate ſui iuriſiurandi. Nec enim eſt aliud quærendum, niſi an iurauerit, & res ex autoritate ſui iuramenti ſibi tradita fuerit ſuprà, vt infrà eodem §. ſi quis. Et bene ponitur in libello, ego ſic iuraui &c. quia ſic iurandum eſt, prout declaratum eſt, vt ff. de iureiu. l. iij. §. vlti. Aliàs poſitiones in hoc libello facere omitto, quia in §. Item ſi quis ad plenum ponam, vbi tractabo de actione in factum deſcendente ex iureiurando QVARTA RADIX PVBLICIANÆ. Quarta radix publicianæ eſt ex vltima voluntate deſcendens: vt puta aliquis (ponamus Titius) poſſidebat rem bona fide ſine titulo, qui Titius condidit teſtamentum, & Seium hæredem inſtituit, & rogauit eum vt mihi hæreditatem reſtitueret: is verbo mihi reſtituit hæreditatem, quòd poteſt fieri, vt ff. ad Trebel. l. reſtitutã. & l. facta. Certè ſic mihi reſtituta hæreditate, rem, quam Titius poſſidebat, poſſum petere per publicianam, quamuis eius rei poſſeſſionem non apprehenderim, vt ff. de public. l. cùm ſponſus. §. primo. In iſta radice ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, talem fundum, cuius fines ſunt tales, ad me pertinere iure quaſi dominij, eò quòd Titius poſſedit dictum fundum, & tempore mortis ſuæ repertus fuit dictus fundus in hæreditate eius, qui Titius condidit teſtamentum, & Seium hæredem inſtituit, eumque rogauit, vt hæreditatem mihi reſtitueret, qui mihi hæreditatem verbo reſtituit. Vnde cùm R. dictum fundum iniuſtè poſſideat, petitionem meam contra ipſum dirigo, vobiſque domine iudex ſupplico, vt me habere iuſtam cauſam petẽdi dictũ fundũ, ſententia diffinitiua declaretis, dictum R. ad reſtitutionem dicti fundi, condemnando. Huic libello ſimiliter adde de fructibus, vt in libello facto in prima radice. Iſte libellus probatur per legem dictam, cùm ſponſus. §. primo. Verba plura iſtius libelli declara, vt ſuperioribus libellis declarata ſunt. In iſto libello autem, non eſt neceſſè me dicere poſſeſſionem dictæ rei me adeptum fuiſſe, quia reſtitutio quæ facta eſt verbo habetur pro traditione, vt dicta l. facta. Item, cùm ipſe habeam bona fide, & credam rem eſſe de hæreditate defuncti habeo titulum pro hærede, vt ff. pro hærede. l. penultima. Vnde cùm res fingatur mihi tradita, & bonam fidem habeam, & titulum pro hærede, videtur quòd habeam iuſtam cauſam petendi, & ſic habeam publicianam, vt ff. de public. l. quique. Et hoc eſt verum, niſi eſſem de ſuis hæredibus, quia tunc non haberem titulum pro hærede, vt C. pro hærede. l. ſecunda. Vnde ſuper hoc poteſt fieri talis poſitio. POSITIO. Pono, quòd tu es de hæredibus. Item, ſuper prædictis poteſt fieri talis poſitio. POSITIO. Pono, quòd teſtator erat impubes & deportatus vel captus, eo tempore quo fecit teſtamentum, quia ſi ita eſſet, non valeret teſtamentum, nec fideicommiſſum, & ita per conſequens nec reſtitutio, vt ff. de reſt. l. eius. in principio. & §. primo. & §. vltim. & l. ſi filius. Cæteras poſitiones gratia breuitatis omitto. Sunt tamen quidam qui dicunt, quòd fideicommiſſarius, non habebit publicianam, facta ſibi reſtitutione, ſolo verbo, niſi pro rebus, pro quibus defunctus habebat publicianam, & ſic intelligunt dictam. l. cùm ſponſus. §. primo. Et ſecundùm iſtorum intellectum, qui ſatis poſſit ſuſtineri, defectiuus eſt libellus ſuperior. Vnde ſecundùm iſtos deberet ita iungi ſuperiori libello eò quòd Titius, qui dictum fundum recepit à tali bonæ fidei titulo donationis condidit teſtamentum, & Seium hæredem inſtituit. Præcedentia & ſequentia dic vt altero libello. QVÆSTIO. Vltimò quæritur, Vtrum per introductionem in poſſeſſionem quamuis poſſeſſio nõ quæratur, publiciana competat. Verbi gratia, Vendidi tibi vineam alienam, quæ poſſidebatur. ab eo cuius erat, & induxi te in poſſeſſionem, ſed poſſeſſio non fuit tibi quæſita, cùm poſſideretur ab altero, & duo in ſolidũ poſſidere non poſſunt, vel poterunt, vt ff. de acq. poſ. l. iij. §. ecõtrario. Et videtur ꝙ hoc facto ſit acquiſita publiciana, quia dominiũ ſic acquiritur ſola inductione in poſſeſſionẽ, & per cõſequens rei vẽdicatio, ergo videtur idẽ in publiciana, vt ff. de fundo do. l ii fundũ. cũ in publiciana videãtur omnia eadẽ eſſe, quæ in rei vẽdicatione dicuntur, vt ff. de public. l. eum qui. §. in public. Sed contra videtur, quòd ſic ſequereretur, quòd filius, vel colonus poſſent facere deteriorẽ cõditionem patris vel domini, ꝙ non poteſt eſſe, vt C. de acq. poſ. l. ex liberis. Si enim pater haberet fundum, & eũ poſſideret. pro quo ſibi competeret publiciana, & ſola inductione in poſſeſſionem quæreretur publiciana, filius iam poſſet alij vendere, & in poſſeſſionem inducere, & ſic per factum filij quæreretur alij publiciana, quæ eſſet in præiudicium patris: quia ſi pater caderet à poſſeſſione, & iſte cui acquiſita eſſet publiciana poſſideret, non daretur patri publiciana, vt ff. de public. l. fine. §. vltim. & l. ſequenti. Item, ſequeretur maximum inconueniens,

quia

quia quilibet extraneus in re, quam poſsiderem, & pro qua mihi competeret publiciana, poſſet alteri dare publicianam, & ſic conditionem facerē deteriorem. Vnde dicendum eſt, quod per ſolam inductionem non quæratur publiciana. Nec obſtat quod de rei vendicatione obijcitur, quia latiores habentis debet habere dominus rei in tribuendo rei vendicationem ſeu dominium, quàm non dominus in tribuendo public. Non obſtat, quod eadem ſunt in rei vendicatione, quę in publiciana quia illud eſt verum, quantùm ad hoc quòd quis teneatur de fructibus. Non autem, quãtùm ad acquiſitionem. Nam publiciana non poterit acquiri, niſi acquirens efficiatur poſſeſſor rei. Secus tamen eſt in rei vendicatione.

DE RESCISSORIA ACTIONE.

RVrſus &c. In hoc §. tractatur de reſciſſo-
5 ria. Et primò quæritur vnde dicatur? & certè dicitur ab effectu, quia reſciſſoria actio eſt effectus, qui relinquitur à læſione reſciſſa, vtputa ſi minor læſus eſt in cõtractu, quia rem ſuam, quam Titius poſsidebat, vendidi ipſi Titio autore tutore ex decreto, pro minori quã valeret. imulorat officium iudicis, vt reſcindatur læſio, id eſt contractus in quo læſus eſt, hoc eſt dicere vt reſtituatur taliter, vt non obſtãte cõtractu in quo eſt læſus, poſsit rem vendicare. Sic igitur reſcinditur contractus per officium iudicis, & rei vendicatio, quæ reſuſcitatur ex tali reſciſsione vocatur reſciſſoria. vnde reſciſſoria iſta actio eſt effectus qui deriuatur ex reſciſsione, vt ff. de procura. l. qui proprio. §. item quæritur. & ff. de minor. l. in cauſæ. §. interdum. In hoc enim caueas tibi, quod dixi, quòd minor vendidit rem ſuã quam Titius poſsidebat, ipſi Titio poſſeſſori &c. quia tunc ſolùm in hoc deceptus fuit, quòd rei vendicationem quam habebat contra Titium amiſit, vnde reſtituitur ei rei vendicatio, quã amiſerat. quæ ſic reſuſcitata, vocabitur reſciſſoria. Si autem rem quàm haberet penes ſe vendidiſſet, & tradidiſſet, tunc quia deceptus eſſet tam in contrahendo, quàm in tradendo, cõtractus & traditio reuocaretur per officium iudicis. Vnde reuocaretur in hoc caſu non per reſciſſoriam, quæ effectus eſt reſciſsionis, ſed reuocaretur per officium iudicis reſciudens, id eſt, per reſtitutionis beneficium. Nam quantùm ad traditionem & contractum fit plena reſtitutio, officio iudicantis: & ſic intelligitur dictus. §. interdũ. & §. ſequẽs. QVÆSTIO. Secundo quæritur, vtrum reſciſſoria ſit propriũ nomen actionis. & dicunt quidam quod ſic, vt ff. ex quibus cauſis maio. l. necnon. §. exemplo. Alij dicunt non eſſe proprium nomen actionis, ſed cognomen, ſicut de peculio, & Inſtitutoria non ſunt actionum nomina. ſed cognomina, vt ff. de pecu. l. licet. §. ſi à filio. Ibi, vbi dicitur ſi pro peculio actione mandati, & lege depoſiti. quod patet, quia illa quæ prius erat directa, nunc eſt vtilis, vnde nomen præcedentis actionis adhuc remanet. & hoc quod dico reſciſſoria erit cognomen. & facit ad hoc C. ex quibus cauſis maio. lege vltima. Verum in præſenti quæſtione ita credo diſtinguendum, aut læſio non abſorbet penitus actionem. Verbi gratia, Aliquis tenebatur mihi condictione certi, ex mutuo, abſens (fingitur gratia Reipublicæ) per xxx. annos, ipſe acquiſiuit ſibi exceptionem, eo quòd per triginta annos non petij, vt C. de præſcription. triginta annorum. l. ſi tibi. tamen actio antiqua remanet, cùm tempus nõ ſit modus tollendi obligationem, vt ff. de actionibus & obligationibus. lege obligationum ferè. §. placet. & ſic poſt præſcriptionem remanet actio antiqua vulnerata, vnde in præſenti caſu læſio, id eſt præſcriptio non abſorbet totaliter actionem. Vnde cùm iſto caſu antiqua actio ordinata competat, fruſtra recurreretur ad extraordinariam actionem, vt ff. de minor. l. in cauſæ. Vnde hoc caſu agetur antiqua actione, vt quia læſa erat illa actio eo quòd reo per curſum temporis erat acquiſita exceptio, petitur tempus reſciudi de medio, ex qua reſciſsione iuuatur antiqua actio, in hoc quod non obijciatur ei exceptio, & ex defectu iſtius iuuaminis ſiue reſciſſæ præſcriptionis recipit illud cognomen reſciſſoria, vt C. de capti. & poſtli. reuer. lege ab hoſtibus. Similiter poſſum ponere exemplum, ſi aliquis me abſente, iuſto titulo & bona fide rem meam immobilem poſſederit per viginti annos. acquiſiuit ſibi vtilem rei vendicationem, & exceptionem contra meam directam rei vendicationem. Nam directa rei vendicatio mihi competit, non obſtante præſcriptione, ſed vulnerata eſt, eo quòd exceptio competit cõtra me. vt C. de præſcri. long. temp. x. vel xx. ann. l. ſuper. & de præſcrip. triginta anno. l. ſi quis emptionis. Nam cùm illis legibus dicatur quòd præſcribenti acquiratur exceptio, liquet quòd illi, cõtra quem currit præſcriptio, competit actio, cùm exceptio ſit actionis eliſio, vt ff. de exceptionibus. lege ſecunda. Et iſtis caſibus cùm antiqua competat, hîc quod dico Reſciſſoria erit cognomen, ac læſio penitus abſorbet actionem. Verbi gratia, eo caſu, quando poſsidenti rem ſuam minor vendidit eam pro minori quàm valeret ex decreto iudicis, tutore autore: nam tranſtulit dominium in emptorem, cùm rem exiſtentem penes poſſeſſorem, vendidit eidem, vt inſtitut. de rerum diui. §. interdum, & ſic cùm minor tranſtulerit dominium rei ſuæ, re ipſa deceptus, apparet quod ipſa læſio abſorbet totaliter actionem minoris. Nam cùm non ſit dominus, poterit non vendicare, vt ff. de rei vend. l. in rem actio. Item potes ponere aliud exemplum, nam ponamus quod aliquis me abſente cauſa Reipublicæ vſucepit rem meam, & ita totaliter amiſi actionem meam, ſcilicet rei vẽdicationem, cùm vſucapiens fuerit factus dominus, & duo non poſſunt eſſe in ſolidum domini. vt ff. de vſuc. l. tertia. & ff. commo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. Certè in iſtis caſibus cùm reſtituendus in integrum amiſerit actionem, & actio extincta non reſuſcitatur in perpetuum, vt ff. de ſolu. lege qui res. §. aream. non videtur reprehenſibile fore ſi dicamus his caſibus, reſciſſoriam eſſe proprium nomen actionis, cùm non ſuperſit aliqua actio, cuius poſsit eſſe cognomen. Sed in præcedentibus bene ſupererat actio, cuius poterit eſſe cognomen hîc quod dico reſciſſoria. QVÆSTIO. Ex iſtis duæ quæſtiones videntur eſſe ſolutæ. Prima eſt, vtrum in perſonalibus actionibus habeat locum reſciſſoria, & videtur quod non, quia per præſcriptionem non tollitur ipſo iure perſonalis actio, vt ſuprà tetigi, ſed ſolùm per exceptionem. Vnde cùm remaneat actio ordinaria, fruſtra recurreretur ad actionem extraordinariam, videlicet

videlicet ad reſciſſoriam, vt ff. de minor. l. in cauſæ. Sed dicas quod verum eſt, quòd fruſtra recurreretur ad reſciſſoriam, quæ ſit proprium nomen actionis. Sed bene recurritur ad reſciſſoriam, vt ſit actionis cognomen, & ita reſciſſoria habet locum in perſonalibus actionibus, vt non ſit proprium nomen actionis, ſed cognomem. & facit ad hoc C. de capti. & poſt li. re. l. ab hoſtibus.

QVÆSTIO. Secunda quæſtio eſt, vtrum ſit datiua vel natiua quæſtio? & dicendum eſt, quod ijs caſibus vbi hoc quod dico reſciſſoria eſt cognomen actionis, quod ſit natiua quia ibi eſt aſſignare quando poſsit naſci, ſcilicet ex reliquijs præcedentis dominij, vel præcedentis actionis. Imò quod plus eſt, eadem eſt actio iſta cum prima in hoc caſu, quia nihil aliud eſt actio iſta reſciſſoria, quàm prima, adiuncto iſto cognomine reſciſſoria. Vnde ſicut prima erat natiua, ita iſta. In ijs autem caſibus, vbi reſciſſoria eſt proprium nomen actionis, ibi dicendum eſt quòd ſit datiua, cùm non ſint ibi aliquæ reliquiæ præcedentis dominij vnde poſsit naſci. Aliqui tamen dicunt quòd in iſto etiam caſu eſt natiua, & quia quamuis de iure ciuili, nihil de dominio remanſerit: videtur tamen prætorio aliquid remanſiſſe: ex quibus reliquijs quæ iure prætorio remanent, oritur in hoc caſu reſciſſoria. vt ff. de in integr. reſtitu. lege, nemo videtur. Sed illa lex non facit pro iſta opinione, imò fortiùs pro præcedenti, quia ibi dicitur, nemo videtur re excluſus, ſubaudi, quia data reſtitutione à burſa prætoris recipiet reſciſſoriam in caſu illo, vbi nihil de præcedenti dominio remanebat, non autem dicitur quod aliquæ reliquiæ ibi remaneant vnde poſsit naſci. Ex iſta autem diſtinctione apparet ſolutio tertiæ quæſtionis.

QVÆSTIO. Quæ eſt, quádo actio reſciſſoria naſcatur quia eo caſu, quando eſt cognomen actionis, naſcitur etiam ante reſtitutionem datam cùm hoc caſu nihil aliud ſit quàm actio antiqua, quæ ante reſtitutionem nata erat. In eis autem caſibus in quibus reſciſſoria eſt proprium nomen actionis, dico eam demum dari poſt reſtitutionem, quia actio antiqua erat penitus ſublata, vt ſuprà notatur. Quamuis quidam dicũt eam cum caſu dari ſiue natam ante reſtitutionem: alij verò contra dicunt eam ſolùm competere, poſt reſtitutionem. Sed dictas opiniones per prædictam diſtinctionem ad concordiam reuocaui, non obſtante oppoſitione dictæ legis C. ex quibus cauſis ma. l. vlti. Vbi dicitur, quod actioni reſciſſoriæ, quæ datur reſtitutis in integrum, obijcitur annua exceptio. Igitur videtur eſſe nata, etiam ante datam reſtitutionem, quia aliàs non videtur quòd poſsit ei obijci præſcriptio, niſi nata eſſet, vt ff. quando actio de p. an. eſt. l. prima. § annus. Sed dic quòd non obijcitur ibi principaliter præſcriptio actioni reſciſſoriæ, ſed ſolùm per quandam conſequentiam. Nam dicta præſcriptio vtilis anni, obijcitur officio iudicis, per quod petitur reſtitutio, & ſi non poteſt peti reſtitutio, iam apparet ex quadam conſequentia non poſſe naſci reſciſſoriam, quæ non poteſt naſci niſi prius petita, & data reſtitutione, & ita non ipſi natæ. ſed ipſi naſcituræ obijcitur præſcriptio, quare prædictum arg. non obſtat.

QVÆSTIO. Poſtmodum videamus, & quæritur, quanto tempore durat reſciſſoria, & certè in hoc non eſt dare certam regulã. Nam cùm poſt reſtitutionem detur reſciſſoria cũ effectu vt ſuprà tetigi, & reſtitutio ſit ſolùm in quantum quis læſus eſt, vt ff. ex quibus cauſis ma. l. ſed etſi per prætorem. §. quocũque, & l. nec non. §. ſi quis ſæpius, Sic ſolùm reſtituetur illud tempus in quo fuit læſus, & in tantùm durabit reſciſſoria, vt puta, ſi cum titulo, me præſente, rem meã per nouem annos poſſediſti, poſteà me abſente cauſa Reipublicæ poſſediſti per annũ. & ſic compleuiſti præſcriptionem, tandem me reuerſo de abſentia, petij reſtitutionem, & habui: certè in hoc caſu poſt reſtitutionem habeo reſciſſoriam rei vendicatione, quæ annalis erit; nam eo ſtatu mihi reſtituitur actio. in quo erat eo tẽpore, quando abſentaui me. Vnde ſicut tunc non erat duratura, niſi per annum, ita non eſt modo duratura, niſi per annum, ne proſit, vel obſit, quod cõuenit, vt ff. ex quibus cau. maio. l. prima. Et ſic non poteſt ſub regula limitari, quanto tempore reſciſſoria ducaturatura ſit: quia aliquando erit annalis, aliquando maioris temporis. aliquando minoris, & vnius diei, vt ex ſuperiorib' poteſt liquere. Nõ obſtat C. ex quibus cauſis ma. l. vlti. vbi videtur dicere quod ſit annalis, cùm præſcriptio vnius anni obijciatur ſibi, quia non obijcitur ei natæ, ſed naſcituræ: vnde illa præſcriptio poſteriùs obijcitur officio iudicis, quã reſciſſoria, vt ſuprà notatur. Sed quæritur, vtrũ iſta reſciſſoria nata, vel efficaciter data reſtitutione poſsit perpetuari litis conteſtatione? & dicendum eſt. quod ſic: cùm omnis actio litis conteſtatione regulariter perpetuetur, vt C. de anna. excep. l. prima. §. penul. & C. de præſcript. x x x. vel xl. ann. l. cùm notiſsimi. & l. vltima.

QVÆSTIO. Vltimò quæritur, vtrum eodem libello poſsit proponi ſiue intentari officium iudicis, & reſciſſoria? & dixerunt quidam quod ſic. omni caſu ad inſtar actionis ad exhibendum quæ eſt præparatoria rei vendicatione attamen poteſt ſimul cum rei vendicatione eodẽ libello proponi, vt ff. de peculio. l. depoſiti. in fi j. reſpon. & ff. depoſiti. leg penulti. maximè vt diminuantur lites, vt ff. ſi certum petatur. lege quidam Econtra videtur quòd non poſsit ſimul proponi, nam ita video in actione ad exhibendum. & rei vendicatione, iniunctis & incluſis, vt ff. de rei vẽ. l. in rem actio. §. item quicunque. & ff. ad exhib. l. gemma. & videtur optimum ſimile. Nam ſicut incluſa, & iniuncta antequam ſeparantur, non cẽſentur habere aliquod eſſe ſeparatum, vt poſsint vendicari, ſic reſciſſoria non cenſetur habere aliquod eſſe antequam ſententia feratur ſuper reſtitutione, ſiue ſuper officio iudicis per quod petitur reſtitutio, vt non ita poſsit in libello proponi. Item, nemo ſine actione experitur. vt ff. de nega. geſt. l. ſi pupilli in fin, & l. ſequenti. Sed ante datã reſtitutionem non habet quis reſciſſoriam: qualiter igitur experietur ea, proponendo eã in libello cum officio iudicis, cùm tunc temporis non ſit nata? Omnibus iſtis vellet quis reſpondere quòd reſciſſoria nata eſt ante datam reſtitutionem. ſed nõ cum effectu. Sed iſtud ſaltẽ in omnibus illis, vbi dixi reſciſſoriã propriũ nomẽ actionis, videtur ꝙ apertè eſt falſum. Sed dato quòd iſta ſit in omni caſu, videtur ꝙ nõ poſsit eam proponere ſimul in eodem libello cum officio iudicis, quia ſi hoc faceret deieraret in ſacramẽto calũniæ. actor enim tam ſuper officio iudicis, quã ſuper reſciſſoria iuraret de calũnia. vt C. de iur. ca. l. j. quomodo ſuper reſciſſoria poteſt ipſe iurare, quod credit ſe habere

iuſtam

iuſtam cauſam, cùm non ſit efficax ante datam reſtitutionem? ſecundum omnes, vel in quibuſdam caſibus, etiam non ſit nata datam reſtitutionem. Sed non videtur mihi multùm reprehenſibile fore ſi diceretur, quod reſcißoria non poſsit proponi in eodem libello, cum officio iudicis. Vel ſi vis dic, vel diſtingue, vt ſuprà, quia in iis caſibus in quibus reſciſſoria eſt proprium nomen actionis tunc non videtur danda ante datam reſtitutionem, cùm non poſsit proponi ante reſtitutionem. In iis vero caſibus, in quibus videtur nata ante reſtitutionem, ſatis poteſt ſuſtineri, vt poſsit ſimul cum officio iudicis in eodem libello proponi. Secundùm hoc nõ obſtat, quod ſupra notatur in reſciſſoria nata, vel data, efficax, data reſtitutione an poſsit perpetuari litis cõteſtatione. Et dicendum eſt, quòd ſic, quòd nemo ſine actione experitur, quia in dictis caſibus bene habet actionem. Item nõ obſtat, quod opponitur de actione ad exhibendum de incluſis & iniunctis, quia ſicut rei vendicatio quæ competebat antequàm eſſent ſeparatę nõ poſſet proponi, ita in reſciſſoria dico, quòd in eis caſibus vbi non eſt nata, ante reſtitutionem datam, non poterit proponi etiam in libello antequam reſtitutio data fuerit. Non obſtat quod dicitur, quia videbatur in ſacramento calumniæ me deierare, quia dico quòd in dicto ſacramẽto, quantùm ad reſciſſoriam propoſitam, intelligitur tacita conditio, ſcilicet, ſi reſtitutio fuerit data, & ſi reſtitutio fuerit data, planum eſt, quod habebit iuſtam cauſam, & non deierabit, ſic aliàs tacita conditio intelligitur in ſacramento, vt C. de non numerata pecunia. l. indubitata, & C. de tranſactionibus. l. penultima. & facit ad prædicta, quia actioni quæ mihi cum effectu competit poſſum ponere. ſi in proceſſu iudicij tantùm faciant, quod mihi competat cum effectu. Satis enim eſt, quòd in proceſſu iudicij incipio habere ius agendi, vt ff. de pig. act. l. ſi in rem. §. vltimo.

DE LIBELLI FORMATIONE.

Poſtmodum videamus, qualiter formetur libellus in prædictis auxiliis, ſcilicet in officio iudicis, & reſciſſoria. Et primò in eis caſib^9, in quibus vtrunque poteſt proponi in eodem libello ſuper officio iudicis, ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico ego Ioannes coram vobis domine iudex talis, quòd Titius in præſentia mea equum talem, quondam meum, vſucapere incepit, & de vſucapione biennium impleuit, tandem cauſa Reipublicæ me abſentaui, & in mea abſentia dictus Titius cœptã vſucapionem compleuit. Vnde domine iudex ſupplico, veſtrum officium implorando, vt me per ſententiam reſtituendo tẽpus vſucapionis, quod in abſentia mea cucurrit videlicet vnum annum, de medio ſubducatur, vt dictum equum per reciſſoriam valeam vendicare. In reſciſſoria autem ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico ego Ioannes de Bla. coràm vobis domine iudex talis, quòd Titius poſsidet talem equum quõdam meum, quem vſucepit per duos annos in præſentia mea, & per vnum annũ me exiſtente abſente cauſa Reipublicæ poſſedit. Vnde cùm tẽpus, quod cucurrit in abſentia mea, per reſtitutionem datam mihi à iudice tali fuerit ſubductum de medio, Petitionem meam contrà ipſum Titiũ dirigo, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Titium, ad reſtitutionem dicti equi mihi faciendam per diffinitiuam ſentẽtiam condemnetis. Minor autem ſic formaret libellum in officio iudicis. LIBELLVS. Dico ego Ioannes de Bla. quòd tempore minoris ætatis authoritate tutoris mei vendidi talem equum exiſtentem penes Titium, ipſi Titio pro x. cum dictus valeret x i i i i. & ſic re ipſa facilitate ætatis meæ fui deceptus. Vndo vobis domine iudex ſupplico, veſtrum officium implorando, vt me per ſententiam reſtituentes in integrum, dictum contractum, quem cum Titio celebraui reſcindatis, vt dictum equum poſsim per reciſſoriam vendicare. In reciſſoria ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico ego Ioan. de Bla. quod Titius poſsidet equum talem quondam meum, quem penes eum exiſtentem, pro x eidem vendidi, cũ tamen XIIII. valeret, & ſic fui deceptus leuitate ætatis re ipſa. Vnde cùm contractus dictus per reſtitutionem datam mihi à tali iudice ætatis beneficio fuerit reſciſſus, meam petitionem contra Titium dirigo, Vobiſque &c. Et nota quòd quando officium intento, non facta mentione de aduerſario, quod tunc ſolùm peto à iudice. Verùm quia talis petitio vertitur in præiudiciũ aduerſarij de æquitate offero. libellum vt ſuprà notatur, qualiter ſit edenda actio Sed quando reciſſoriam intento. facio mentionem de aduerſario, & eundem ſtylum ſeruo, quem ſeruaui in rei vendicatione directa. Et nota quòd ſi minor rem exiſtentem penes em ptorem ei vendidiſſet, tunc per officium iudicis contractus recinderetur, & res reuocaretur, vt ſuprà notat. & ſic formaretur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, quòd ego Ioan. de Bla. exiſtens in minori ætate authoritate tutoris mei, talem equum vẽdidi, & tradidi Titio pro x. Cùm tamen valeret x i i i i. & ſic ætatis facilitate re ipſa deceptus fui. Vnde cùm dictus Titius dictum equum poſsideat, petitionem meam contrà ipſum dirigo. Vobiſque domine iudex ſupplico, veſtrum officium implorando, vt me reſtituentes in integrum per ſententiam, contractum venditionis & traditionis, quem de dicto equo feci, reſcindatis, dictum, Titium mihi ad reſtitutionem dicti equi faciendam, condemnando. Et iſtorum libellorum formatio ſatis probatur per ea quæ ſuprà diximus, in prima, ſecunda, & tertia quæſtione. Nota quòd in iſto vltimò libello mentionem feci de aduerſario, & hoc illa de cauſa, quia mediante iudice, res ab eo petebatur. Item quàmuis ſuprà de fructibus, non fecerim mentionem, fructus tamen bene poſſunt peti in reciſſoria. Nam data reſtitutione per iudicem, poteſt res vendicari per reciſſoriam, ac ſi nunquam fuiſſet vſucapta. Vnde cùm in prædictis caſibus vſucapiones ſint bonæ fidei, accumulatio fiet de fructibus, ſicut in directa rei vendicatione notaui, facienda contrà bonæ fidei poſſeſſorem, & iunge de his, vt ibi notatur. Nam in hac actione reſciſſoria bene veniũt fructus, vt ff. ex quibus cauſis ma. l. nec non. §. vlt. & ff. de minor. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. & l. pater. §. primò & ſecundò. Quãdoque tamen fructus in iſta reſciſſoria veniunt, quàmuis ſint conſumpti. Item fructus quos percipere potuit ille contra quem agitur, & quàmuis fuerit bonæ fidei poſſeſſor, quod eſt in iis caſibus, in quibus minor petit aliquem contractum reſcindi, ex qua reſciſſione, neceſſe habebit dare aduerſario, vt patet in minore. qui contrà venditionem à ſe factam reſtituitur ab aduerſario recipiente rem cum fructibus

ctibus, & quàmuis fuerint conſumpti, & ipſe reddit pretium ſi ſaluum habeat, vt ff. de vindicta libertate. l. quòd ſi minor. §. reſti. & l. pater. §. ij. Vnde in hoc caſu plures fructus poſſunt peti, vel plures fructus veniunt contra bonæ fidei poſſeſſorem, quàm in directa rei vendicatione. In qua contra bonæ fidei poſſorem non veniunt fructus induſtriales conſumpti, vt ſuprà in rei vendicatione tatum eſt. In iis vero caſibus in quibus vtrunque auxilium, Officium iudicis, & reſciſſoria poteſt ſimul proponi, ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, Ego Ioannes de Bla. quod Titius talem fundum meum, cuius fines ſunt tales, poſſedit cum titulo per octo annos, me exiſtente præſente, tandem me abſente cauſa Reipublicæ, ob talem cauſam dictus Titius dicti fundi mei, præſcriptionem inceptam cõpleuit. Vnde vobis domine iudex ſupplico, vt me per ſententiam reſtituendo de tempore præſcriptionis, quod in abſentia mea cucurrit, videlicet duos annos de medio, ſiue de præſcriptione dicti Titij reſcindatis, & quo hoc facto, videlicèt, tempore ſubducto de medio, apparebit me poſſe dictum fundum meum per rei vendicationem reſciſſoriam petere cum effectu. Petitionem meam contra ipſum Titium, qui prædictum meum fundum detinet, ex tunc dirigo, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt me primitus reſtituẽdo, dictum Titium ad reſtitutionem dicti fundi mihi faciendam per diffinitiuam ſententiam condemnetis, & actiones de fructibus, vt ſuprà dixi, in directa rei vẽd. Etiã in reſciſſoria iſta poterunt venire aliquo caſu fructus percepti, & percipiendi: ſi me cauſa Reipublicæ abſente malæ fidei poſſeſſor, ſine titulo compleuiſſet præſcriptionem xxx annorum, quod poteſt eſſe, vt ff. de præſcrip. xxx. annorum. l. ſi quis emptionis. §. primo. Nã hoc caſu data reſtitutione bene tenebitur de omnibus fructibus conſumptis, perceptis, & percipiendis: vt in directa rei vend. ſup. not. Probatio dicti libelli ſatis apparet per ea, quæ ſupra dicta ſunt. Sic igitur apparet, quòd in prædicto caſu vtrunque auxilium bene ponitur in eodem libello: quia cũ ipſe actor non obſtante præſcriptione remanſit dominus, quàmuis contra ipſum acquiſita, vt ſuprà not. actionẽ habet quàmuis non efficacem, quam potuit in libello ponere. Item, bene poteſt procedi ad probationes, quia dominium directum non amiſit per præſcriptionem, ſecus ſi res eſſet vſucapta, quia tunc amittitur dominium. Vnde ante datam reſtitutionem non videtur poſſe procedi ſuper reſciſſoria, quæ cõpeteret pro re vſucapta, cùm non poſſet procedere probationes ſuper domino, quod non habet niſi demum data reſtitutione. Vnde fruſtra in libello proponeretur, poſtquàm ſuper ea poſſet procedi, quod non debet eſſe, vt ff. de no. ea. l. ſtipulatio. §. diuus. POSITIONES.

Tales poſſunt fieri à reo. POSITIO. Pono, quòd pro minima re petis reſtitutionem, nam ſi ita eſt non dabitur reſtitutio, vt ff. de reſt. in integrum. l. ſcio. Item, ſi minor eſt, ita poteſt poni, quod vſus eſt iure communi, vnde non debet reſtitui, vt C. de reſt. minor. l. vltima. Item pono, quòd tu minor per caſum fuiſti deceptus, non inconſulta facilitate. Nam illud cuilibet maiori accidiſſet, nam ſi ita eſt non dabitur reſtitutio, vt ff. de minor. l. verum. §. item non reſtituitur. Et aliæ quàm plures poſitiones, contra minorem poſſent fieri, quas breuitatis gratia, omitto. Minor ſi contrarias faciat poſitiones, cõtra abſentem gratia Reipublicæ, qui reſtitutionem petit, tales fiãt poſitiones. POSITIONES REI. Pono (dicet reus) gratia tui proprij commodi te abſentaſti. Item pono, quod ſtudioſe te abſentaſti, ſiue procuraſti illam abſentiam. Item pono, quòd citius potuiſti rediiſſe quàm rediiſti. Nam ſi ita eſt, tãtò minùs reſtitueretur ei de tempore. Imò tempus illud quo potuit rediiſſe, computabitur ei pro tẽpore præſentiæ. Item pono, quòd tantùm fuiſti poſt læſionem completam in præſentia negligens, quantùm fueras læſus in abſentia. Nam ſi ita eſt tempus negligentiæ ſubrogabitur loco temporis abſentiæ, & non dabitur reſtitutio, vt omnia iſta probantur ff. ex quibus cauſ. ma. l. item ij qui Reipublicæ. & l. ſequenti, & l. ſi cui in prouincia. §. tamdiu. & l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. Et nota quòd abſenti cauſa probabili, vt ſtudiorum bene datur reſtitutio, vt ff. ex quibus cauſis ma. l. necnon. vnde poteſt poni.

Pono, quòd in ſtudio ſemper viuebas cum meretricibus, ibas ad proſtibulum, quando ſcholas debebas viſitare. Nam ſi ita eſt, planum eſt quòd non erat in abſentia tam probabili. Item, poteſt poni circa iſtud vltimũ ſic. Pono, quòd procuratorem dimiſiſti, per quẽ potuiſti defendi legitimè, vt ff. ex quibus cauſis ma. l. is qui Reipublicæ. Et quæ ſit differẽtia inter abſentiam neceſſariam, & abſentiam probabilem, & probabilem tantùm, & neceſſariam tantùm, & quod iure obtineat in eis. Dic vt notatur per dominum Acc. ff. de in integrum reſti. l. vlti. Vnum tamen in iſta materia reuoco in dubium, verum fictè cõtumax qui ſedente pro tribunali venit, poſſit ipſo iure appellare? & dicunt quidam quod ſic. vt ff. de iud. l. & poſt. edictum. §. vlti. Aliqui dixerunt contra, quia non appellat ipſo iure ſed per reſtitutionem, vt C. de iudic. l. properãdum. §. ſin autem. & §. cùm autem. & quod dicitur ff. de iudic. l. poſt edictum. in fin. Ibi vbi dicitur ſi minus audiretur, & intelligunt reſpon. primũ ſi nullo modo fuit cõtumax neque verè neque fictè. His poſitionibus ſum contentus circa actionem iſtam gratia breuitatis. Actor verò poterit facere poſitiones contrarias.

DE PAVLIANA IN FACTVM ACTIONE.

5 ITem, ſi quis in fraudem &c. Hoc paragrapho tractatur de Pauliana, quæ datur creditori ad reuocanda ea, quæ debitor ſuus in fraudem eius alienauit. Et quia quædã alia eſt reuocatoria, videlicèt Fauiana, quæ datur patrono, videamus de vtraque ad vberiorem doctrinam. Et primò videamus de ea quæ datur creditori, videlicèt de Pauliana, & in ea ſecundùm eius triplicem radicem, tripliciter formatur libellus. Datur enim Pauliana ad reuocanda nõ gratis alienata inter viuos, & ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico coram vobis domine iudex talis, Ego Ioan. de Bla. quòd Petrus Ricardi poſſidet fundum talem, cuius fines ſunt tales, quem fundum Roderius debitor meus in centum libris ex cauſa in fraudem meam, alienauit in prædictum Petrum, titulo emptionis, dicto Petro fraudẽ participãte. Vnde cũ bona dicti Roderij debitoris excuſſerim, nec ſufficiant ad exoluẽdũ illud quod mihi debetur,

debetur,ago contra dictum petrum Ricardi, vt mihi dictum fundum reſtituat. Vobiſque domine ſupplico, vt dictum Petrum ad teſtitutionem faciendam dicti fundi mihi cum fructibus qui cohærebãt dicto fundo tempore alienatioois (quos æſtimo x.libris.) Item, cum fructibus perceptis, vel qui percipi poterũt poſt litis cooteſtationem per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Nota quòd in libello notabiliter dixi, poſsidet, vt denotarem, quòd de neſceſsitate debeat dari contra poſsidentem. Quandoque hæc actio bene contra non poſsidentem datur, vt puta ſi ille in quem alienatum eſt, alienauit in alterum qui bona fide recepit. Nam alienas beoe tenetur ad pretium, ꝙ recepit pro re Paulian,& tamen nõ poſsidet, vt oſtenderem indubitabilem caſum, in quo vt ff.quæ in frau.cre.l.is qui à debitore. Ideò autem dixi poſsidet, vt perpetuo re⁹ teoebatur. Nã de eo ꝙ peruenit ad eũ tenetur perpetuò: de eo autẽ ꝙ non peruenit, infra annum, vt ff.quæ io frau. cre. l.ait prætor.§.hæc actio. Item, bene dixi, debitor, in libello, aliàs enim non reuocarem alienata per eum, vt in præſenti §. Item, bene inſerui, in centum libris, oſtendens eum eſſe debitoreo noo ex maleficio: cùm non inueniatur lex, quæ dicat quod creditor ex maleficio poſsit reuocare alienata in fraudem ſuam, imò per coniecturam reperitur in contrarium. Nam dicitur, quod alienata in fraudem creditoris reuocantur, id eſt, alieoata in damnum creditoris. Sed iſtud refertur ad damnum pecuoiarium, & ad diminutiooem patrimonij, vt ff.de dam.infect.l.tertia. Per quod apparet, quod creditor erat non ex maleficio, & ita videtur dixiſſe Rofredus. Gloſſa tamen ordinaria in hoc dicit, vel dicere videtur contrarium quando dicit nomen crediroris largè accipi, quaſi dicat, ex quacuoque cauſa ei debeatur: & gloſſa ordinaria, ſatis bene videtur dicere, quia non curat ex qua cauſa debeatur, dũmodò pecuniarium ſit debitum, largo modo ſumendo pecuoiarium. Si autem debitor eſſet ex maleficio, eo quod aliquod maleficium commiſiſſet propter quod bona ſua deberẽt publicari, tunc ſi alieoaret in fraudem, quia mallebat, quod quidam priuatur haberet, quàm quod perueniret ad fiſcum, tũc non videtur quòd talis alienatio poſsit reuocari. Cùm lex dicat indiſtinctè poſſe douare inter viuos poſt cõtractum crimen, vt ff.de dona.l.poſt cootractum. Et bene dixi inter viuos, quià cauſa mortis non poſſet dooari, vt ff.de dooat. cauſa mort. l.ſi aliquis. Ex quo apparet, quod multò fortiùs ante contractum, quando ipſe poſſet alienare, & ex hoc poteſt ſumi tale argumentum, Quod ſi aliquis alienat omnia bona ſua ea de cauſa, quòd cogitat aliquod maleficium facere, nõ vult quod bona ſua publicentur, quòd talis alienatio non reuocabitur, potiſsimè illa de cauſa, quia tẽpore factæ alienationis nõ erat debitor, ſiue non commiſerat aliquod maleficium, quamuis poſtea ipſum committat, vt ff.de act.& obli.l. is cui. Item, bene inſerui in libello, titulo emptionis, & quod emptor participauit fraudẽ. Nã quando nõ gratis fit alienatio, oportet quòd ille in quem fit alienatio fraudem participauerit, vt ff. quæ in frau.cre. l.qui autẽ.§.hoc edictũ. Item bene dixi in libello, Ago, nam iſta actio eſt perſooalis, vt ff.de vſufr.l. videamus.§.in Fauiana. quia ipſa ibi inter perſonales enumeratur.& facit ad hoc ff.de ac.l.Actio:

Item, bene loſerui ln libello quòd bona debitoris excuſſerim, oam iſtud debet primo fieri, quàm Pauliana intentetur, vt C.quæ.in fraud.cre.l.prima. Item, bene petij coodemnari ipſum de fructibus cohærentibus terræ tempore alieoationis, & de fructibus pereeptis, & percipiendis ante litis conteſtationem. Nam de fructibus aliis perceptis aote litis conteſtationem, quæ non cohærebaot terræ tempore alieoationis, non videtur teneri, vt ff.quæ in frau.cred.l.vl.§.noo ſolum. & tunc ſecũdum determinationem illius §. videtur poſſe intelligi, io eo.tit.l.ait prætor.§.per hanc. Et in hoc videtur Rofredus malè formare libellum, cùm ſimpliciter petat in libello, quòd reus condemnetur de omnibus fructibus. Sed quomodò eſt, quòd reus tenetur de fructibus percipiendis poſt initiatum iudicium, quia videretur excuſandus propter titulum, vt C.de rei veu.l.ſi fundus. Dic quod fraus ſua facit, vt titulus habeatur pro non titulo, vt ita à percipiendis non excuſetur Digeſt.quod metus cauſa. lege ſed & patens. Sed nonne debet ſibi emptori pui in fraudem emit reſtitui pretium? & certè non, vt ff.quæ io fraudẽ creditorum.l.ſi debitor. Si tameo extant nummi in bonis debitoris ad officium iudicis pertinet, vt iubeat eos reddi, vt ff.quæ in fraudem credito. l.ex iis. SECVNDA RADIX Paulianæ eſt, ſi gratis fiat alienatio inter viuos, vt puta quod debitor donet in fraudem creditoris, & tunc per omnia formatur libellus, vt ſupra. Hoc excepto, quod non oportet dicere, quod ille in quem facta fuit alienatio, participauerit fraudem. Satis eſt hoc caſu, quod debitor in fraudem alienauit, vt ff.quæ in frau.credit.l.qui autem.§. ſimili modo. TERTIA RADIX eſt, quando alienatur in vltima voluntate, & tunc formatur libellus vt ſuprà. Hoc detracto, quod non oportet ponere, quòd aliqua fraus interuenerit, vel alienantis, vel illius in quem fit alienatio. Solus enim euentus ſpectatur, ſcilicet, quod re ipſa fuit creditor fraudatus, vt ff.quæ in fraudem.credit.l. qui autem. §.penul. Nota tamen quòd vno caſu, quamuis facta fuerit alienatio ioter viuos, & non gratis, bene fit reuocatio, quamuis alienãs, vel ille in quem facta eſſet alienatio fraudem non participaret, vt ff.quæ iu fraudẽ cred.l.omnes§.Lucius. Scias autẽ quòd aliqui dicunt, quòd actio in factum differt à Pauliana. quòd actio in factum datur ad reuocanda, vt dicunt, incorporalia, vt actiones, vt puta, quia debitor in fraudem creditoris liberauit debitorem ſuum, vt ff.quæ in frau.cre.l.in hac, in factum. Sed dominus Azo dicit non eſſe differentiam, imò vt dicit, hoc, quod dico in factum, eſt nomen actionis, hoc quod dico Pauliaua eſt cognomen. Secundùm dominum igitur Azonem Pauliana bene datur ad reuocanda huiuſmodi incorporalia, ſed diuerſimodè: quia ſi actio qua fuit debitor liberatos in fraudem, fuit conditionalis, dabitur Pauliana ad hoc quod ſe repooat in obligationem, & ſecundùm hoc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis quòd Rodetius debitor meus in c. liberauit per acceptilationem ex cauſa donationis in fraudem meam Petrum Ricardi, qui ex cauſa legati ſibi debeat x. ſub conditione ſi nauis veniret ex Aſia. Vnde cùm bona dicti Roderij debitoris mei excuſſerim nec ſufficiant ad exoluendum illud quod mihi debetur ab eo, ago contra dictum

Petrum

Patrum Ricardi, ut ſe reponat ad dictam obligationem à qua fuerit liberatus. Vobisque domine iudex ſupplico, vt dictũ Pe. R. ad hoc quod ſe reponat in prædictam obligationem per diffinitiuã ſententiam condemnetis. Si autem actio eſſet pura qua debitor fuiſſet liberetus in fraudem, tũc ageret creditor, ad hoc quod debitor liberatus in fraudem, ſolueret pecuniam, & vſuras. & facit ad prædicta ff. quæ in frau.cre.l. ait prætor. §. ſi cùm mulier. & ff. de iure do.l. licet. §. quocunque. Sed videtur quòd prædictus libellus ſit malè formatus. Nam petitur quòd fiat damnatio præciſè ad factum, quod non debet eſſe, vt ff. de re iud.l. ſi quis ab alio. in fi. Dic quòd duplex eſt factum, quoddam eſt quod non fit de leui, ſed cum corporis labore, vt facere domum. Item, ſi promittat quis ſe curaturũ ne ſtipulator ſuper aliqua re dãnum patiatur. quia illud non fit de leui, & in iſtis caſibus obtinet, quòd aliquis non debet præciſè ad factum condemnari. Si autem eſt tale factum, quod de leui poteſt promiſſor explere, vt ſe reponere in priſtinam obligationem, tunc bene poteſt præciſè ad factum condemnari, vt hic, & ff. quod metus cauſa.l. ſi cum emptione. §. ſed & ſi quis per uim. Item, videtur malè formatus libellus, propter aliam retionẽ, quia petitur hoc, quod ſe reponat in priſtinam obligationem. Nam uidetur iſta petitio continere impoſsibile, & ita nõ videtur admittende: cùm impoſsibilium nulla ſit obligatio, vt ff. de Regul. iur.l. impoſsibilium. Dicta enim obligatio erat extincta, quarè videtur quòd in perpetuum non reſuſcitetur, nec poſſit reſuſcitari, vt ff. de ſolutionibus.l. qui res. § aream. Vnde videtur quòd petat impoſsibile. Item videtur, quod ineptè petatur hoc quod reponat ſe &c. Ipſe enim erat obligetus ex cauſa legati: in eam enim obligationem non poteſt ſe ponere, quia illa ſublata eſt, vt dixi, & ita ſi ſe reponat in aliquam obligationem, reponat ſe in uerbalem, non autem in priſtinam, quarè videtur quòd deberet petere quod promitteret per ſtipulationẽ reus in quo fuit liberatus ex cauſa legati. Ad hoc dicas, quòd dicta petitio non continet impoſsibile. bene enim verũ eſt quòd actio ſiue obligatio extincta non reſuſcitatur in perpetuum, ſcilicet eadem ſpecie vel nùmero, ſed eodem genere bene poteſt reſuſcitari de voluntate partiũ. Vnde quando petitur, quòd ſe reponat iu priſtinam obligationem, hoc eſt dicere, vt ſe reponat in eandem obligationem genere, non numero, vel ſpecie, ſed tunc obſtat ſequens oppoſitio, quod non videtur eodẽ genere, quia priſtina obligatio erat ex teſtamento, ſequens enim erit ex ſtipulatione. Sed dic quòd priſtina cauſa duplex eſt, remota & illa bene eſt ex legato, & proxima, & illa erit ex ſtipulatione: Nam cùm ille qui erat obligatus ex ceuſa legati, non aſſet obligatus verbis, non potuit per varba ipſo iure liberari, niſi illa obligatio tranſlata fuerit in Aquilianam ſtipulationẽ, & ita apparet, quòd proxima obligatio priſtina erat verbalis, vt ſuprà, quibus modis tollatur obligatio. §. eſt autem prodita. Vnde apparet, quòd bene petitur, quòd ſe reponat in obligationem priſtinam proximam, quæ eſt verbalis, & dic quòd ſatis videatur ſe reponere in obligationem priſtinam, eo quod ſe reponit in æquipollentem obligationẽ, & non refert qeid ex equipollentibus fiat, vt C. de inſtitutioni. & ſubſti. ſub condi.l. iij. & ad hoc facit optimè ff. de lega. ij.l. cum filius. §. hæres. Vltimò autem nota, quòd creditores non videbuntur fraudari, ſi eis conſentientibus debitor res ſuas alienauit, & ita non poterũt reuocatoria agere, vt ff. quæ in frau.cre.l. qui autem. §. præterea. ſecundùm ſuperiùs nota poſitiones ſuas faciat diligens aduocatus, quia gratia breuitatis omitto.

DE ACTIONE IN FACTVM FAVIANA.

SEquitur videre de Fauiana, quæ datur patrono, & iſta habet duas radices. Aut enim alienat inter viuos, & tunc ſic formatur libellus, LIBELLVS.

Dico domine iudex, Ego Ioan. quod R. nuper defunctus habens in bonis plus quam centum aureos talem fundum, cuius fines ſunt tales, in vita ſua titulo donationis me patrono ſuo prætèrito, & extraneo inſtituto alienauit in Titium in fraudem mei, qui eram patronus ſuus, remanens nihilominùs maior centum aureis, non obſtante dicta alienatione. Vnde cùm bonorum poſſeſsio contra tabulas dicti liberti, ſit mihi à tali iudice decreta, & dictus Titius poſsideat prædictum fundum, ago contra ipſum Tit. vt mihi tertiam partem dicti fundi pro diuiſo reſtituat. vobiſque domine iudex ſupplico, vt ad reſtitutionem tertiæ partis dicti fundi pro indiuiſo cum fructibus perceptis & qui percipientur pendente iudicio dictum Titium per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Bene dixi in libello, nuper defunctus. Nam viuente liberto non poterit patronus reuocare alienata per libertum, quia tunc demum, quando libertus eſt defunctus, competit ius ipſi patrono in bonis liberti, videlicet tertia pars hodie. Vnde ſi patronus ſuperuiuat liberto, cum hoc caſu debeat habere tertiam partem bonorum liberti. hoc caſu videbitur fraudatus in alienatione per libertum, & poterit agere Fauiana. Eſſet enim inconueniens, quòd ante mortem liberti poſſet agere patronus reuocatoria, cum poſſet caſus ſe offerre, in quo nihil de bonis liberti debet habere, vtputa ſi libertus ſuſceperit liberos, vt in ff. de ſucceſ. lib. §. ſed noſtra, & § ſeq. & ff. ſi quid in frau. pat.l. penult. Ibi quæro ſi poſt mortem: viuente enim liberto, non poterit reuocare, cùm adhuc non videatur fraudatus, maximè ne videretur eſſe ſolicitus de hæreditate viuentis, quod nõ debet, vt ff. de vlga. ſubſt.l. ſecunda. §. interdũ. Quid igitur erit ſi viuẽte liberto res fuerit penes illum in quem alienata fuerit per xxx. annos, poſt ea moritur libertus, poterit ne res illa per patronum vendicari? & videtur quod non, cùm curſu xxx. annorum, omne ius videatur ſublatum. Dicendum eſt tamen contrarium quia cum non poterat reuocare, non videtur fuiſſe negligens, vnde præſcriptio non currit contra ipſum vt C. de anna. except.l. prima. in fi. Item bene inſerui in libello me patrono ſuo præterito, Nã ſi me inſtituiſſet & ex tali inſtitutione haberem debitam partem, non poſſem aliquid reuocare, arg.l. ff. ſi quid in fraud. pat.l. ſi patronus. §. vlt. Si autẽ ex tali inſtitutione non haberet debitam partem tunc poſſet reuocare, quàmuis eſſet hæres inſtitutus, vt in l. præallegata.

l. præallegata. §. patronũ. & ita poſui iſtam clauſulam vt oſtendam indubitabilẽ caſum, in quo ego patronus poſſem reuocare: tamen vt prædixi, bene competit & competere poteſt mihi reuocatoria actio, quamuis eſſem hæres inſtitutus, ſcilicèt ſi debitam portionem non haberem. Itẽ, bene inſerui, extraneo hærede inſtituto: propter hoc quod ſi eſſent liberi, & fuiſſent ipſi inſtituti, me patronum excluderent: vnde non poſſum aliquid reuocare, vt ff. de bonis lib. l. & ſi ex modica. & inſti. de ſucc. lib. §. ſed noſtra. Nec in libello feci mentionem de teſtamento, niſi vt oſtenderẽ caſum indubitabilem in quo datur Fauiana. Nã etiam non facto teſtamento, ſi libertus ſine liberis deceſsiſſet, & tantùm alienaſſet quòd debita portio non remaneret patrono ſuccedenti ab inteſtato, poſſet reuocare alienata per Fauianam, vt C. ſi quid in fraud par. l. ſecunda. Item, dixi, Ideò habens in bonis amplius, quàm centum aureos, qui ſi minùs haberet, etiam in totum poſſet excludere, extraneum inſtituendo. Vnde ſi alienat aliquid de bonis ſuis, in hoc caſu non videbitur dolo facere, & ita quod erit alienatum non poterit reuocari, vt ſuprà de ſucc. lib. § ſed noſtra & §. ſequenti. & facit ad hoc ff. de probat. l. patronus. Itẽ in vita ſua, ideò in ſerui in libello, quòd ſi cauſa mortis alienaſſet, non habuiſſem neceſſe dicere in fraudem meam alienatum, quia ſolus euentus inſpiceretur, vt ff. ſi quid in fraud. patr. l. prima. § primo. In fraudem, ideò dixi, quia fraus liberti à patrono probanda eſt, vt ff. de probat. l. patronus. Remanens nihilominus &c. ideò appoſui, quia ſi tot, alienaſſet quod efficeretur minor centum aureis. facta eſſet allienatio in fraudem legis, & reuocatio facta eſſet ipſo iure, ita quod in eis rebus patronus poſſet vendicare partem ſuam ipſo iure, vt ff. de iur. patro. l. ſi libertas. Item bonorum poſſeſſ. contra &c. ideò dixi, quia patronus præteritus antequam agat pro bonis liberti, debet agnoſcere bonorum poſſeſsionem contra tabul. vt C. de bo. poſſeſſ. cõtra tab. lib. l. j & ff. ſi quid in fraudem par. l. ſi patronus. Item, ideò dixi, De cetera quia quamuis in bonorum poſſeſsionibus quæ competunt ab inteſtato, ſufficiat ſola agnitio, vt C. qui admit. ad bo. poſſ. l. vltima. In iſta tamen bonorum poſſeſsione contra tabulas, quæ datur in præiudicium hæredis ſcripti, & rumpit teſtamentum pro parte vel in totum, exercetur in forma iudicij, vnde non ſufficit ſola agnitio, vt ſuprà notatur, qualiter actio edatur. Ideò autem dixi, quod Titius poſsidet fundum, vt oſtenderem rem extare, aliàs non teneretur ille in quem facta eſſet alienatio, vt ff. ſi quid in fraud. patro. l. ſi id quod à liberto. Item, ideò dixi, vt mihi tertiam partem &c. quia non fit reuocatio, niſi pro parte, quæ competere debet patrono, quæ hodie eſt tertia, vt ſuprà nota. de ſucc lib. §. ſed noſtra. Vnde ſi ſua totalis tertia ſibi deſit, vt in noſtro caſu, ager vt tertiam partem reuocet rei alienatæ aliàs autem ſi non deeſſet ſibi totalis ſua portio, ageret quatenus ſibi deeſſet, vt C. ſi quid in frau. patro. l. prima. Et hæc vera ſunt niſi res eſſet indiuidua, quia tunc totum reuocaretur, vt ff. ſi quid in frau. pa. l. j. §. quamuis. Item ideò petij ipſum condemnari ad fructus perceptos, quia omnes fructus percepti veniunt in hanc actionem, vt ff. ſi quid in fraud. pa. l. j. in fi. & l. ſequenti. Et in hoc eſt differentia inter hãc actionem & ſuperiorem, vbi non veniunt fructus niſi cohærentes terræ, tempore alienationis & percepti & percipiendi poſt litis conteſtationem, vt ſuprà in Pauliana notaui. Si autem libertus non habens liberos deceſsiſſet abinteſtato, & tantùm alienaſſet in vita ſua, quod patronus ſuccedens abinteſtato tunc non inueniret ſibi debitam portionem. verbi gratia, Habebat libertus in bonis ſexcentum, quingenta alienauit in v. hominib. inter quos fuit Titius in quem fuerunt c. alienata Certè de ſuâ ſibi debita portione deficiunt, ſcilicèt c. vnde de quolibet cẽtenatio reuocabit xx. vt c. quæ ſibi deſunt habere poſsit, vnde de quibuſlibet c. reuocabit quintam partem, & ita formabit libellum. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quod R. in vita ſua habebat valentiã ſexcentum, in fraudem meam. qui patronus ſuus eram, alienauit valentiam quingentorum, inter quæ in Titium titulo donationis alienauit talem fundũ, cuius fines ſunt tales, qui fundus centum valet.

Vnde cùm Titius dictum fundum poſsideat, ago contra ipſum vt mihi quintam partem fundi reſtituat &c. & quod quinta pars hic petitur, rectum eſt, quia non debet reuocare de quolibet alienato patronus, niſi ſecundùm proportionem illius quãtitatis, quæ ſibi deeſt ad legitimam portionem, vt ſuprà notat. Item ſcias, quod ſecunda radix iſtius actionis eſt, ſi libertus alienauit cauſa mortis, & tunc ſolus ſpectatur euentus, & formatur libellus vt ſuprà. Hoc excepto, quòd non oportet dicere libertum fraudem commiſiſſe, vt ff. ſi quid in frau. pat. l. prima. §. primo. Item ſcias quod ſi libertus alienauit non gratis, vendendo iuſto pretio, non poſſet reuocatio fieri. Si autem non iuſto pretio fieret reuocatio, non tamen emptor haberet electionem, an vellet reddere rem, & recipere pretium quod dedit, vel vellet ſupplere iuſtum pretium, vt ff. ſi quid in frau. pa. l. prima. §. ſi quis in fraudem. & §. ſed ſi rem. Ex quibus apparet, quòd dicta actio non habet locum in titulo non lucratiuo, quando nihil eſt ibi lucri, quia iuſtum pretium datũ fuit, & ideò quia doloſus non eſt titulus lucratiuus, vt ſi libertus dotauit filiam ſuam in fraudem patroni tũc non poterit fieri reuocatio, vt ff. ſi quid in frau. pat. l. j. §. ſed ſi libertua. Item. libertus poteſt donare, nec fiet reuocatio amicis metentibus, vt ff. ſi quid in frau. pat. l. viuus libertus. Sed quęro, vtrùm contra fraudatorem aliqua competat actio? Et cõtra libertum nulla reperitur, tamen contra debitorem in fraudem alienantem. bene competit actio in factum pauliana, quando ſic perdidiſſet bona, nulla ratione inueniri poſſent, vt ff. quæ in frau. cre. l. vlt. §. vlt. & formetur libellus. LIBELLVS.

Dico domine iudex talis quòd Rogerius debitor meus in c. ita diſsipauit bona ſua latenter, & in alienas perſonas alienauit in fraudẽ meam, ita quod mitti iuſſus à tali iudice in poſſeſsionem bonorum eius cauſa debiti, quod mihi debebat conſeruandi, non inuenio in bonis eius, vnde poſsim debitum mihi conſeruare, nec inuenio bona per eum alienata. Vnde ago contra dictum R. debitorem meum, vt in carcerẽ detrudatur quouſque reuelauerit eos, in quos bona ſua alienauit. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum. R. ad hoc quod ſit in carcere, quouſque reuelauerit eos, in quos bona ſua in fraudem meam alienauit per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et in iſta

actione prætor, non tantùm emolumentum actoris intueri videtur, imò pœná. Vtrũque igitur conſiderat, ſed non tãtùm vnum, cõſiderat enim emolumentum in hoc quod debitor reuelet, quid fecit de bonis ſuis. Aliàs enim ſi nihil actoris intereſſet, niſi vt officeret non videtur audiendus. & facit ad hoc ff. quæ in frau. cre. l. ſi oa. §. vlt. & ff. de rei vẽd. l. in fundo. Item, ſcias quòd vtilis Fauiana datur impuberi arrogato ad reuocãda ea quæ pater arrogator alienauit in fraudem eius. vt ff. ſi quid in frau. pa. l. vlt. Item ſcias, quòd litera iſtius §. poteſt duobus modis legi. Vno modo, vt ſit ſenſus, quòd ſi bona debitoris ſiot à creditoribus poſſideri iuſſa, & debitor poſt tale præceptum iudicium alienauit, competit Pauliana, & ſecundùm hoc puncta poſt dictionem illam poſſeſsis. Aliter legitur, & eſt ſenſus quòd tunc demùm competit Pauliana, ſi creditores iuſsi fuerint mitti per iudicem in poſſeſsionem bonorum debitoris, & ſecundùm hoc puncta poſt dictionem illam tradidit Prior lectura videtur verior. Et ſecũdùm hoc ponitur caſus hic indubitabilis, in quo locum habet Pauliana. Nam & in alio caſu bene competeret, puta ſi alienaſſet debitor in fraudem creditoris, antequàm iuſsiſſet eos iudex venire in poſſeſsionem. Si diligẽter inſpexeris quæ notãtur circa iſtas actiones, & videas qualiter Rofredus proceſſerit, perpendere poteris manifeſtè quòd inſufficiẽter tractauit, & in pleriſque libellum eius poteris reprehẽdere. Sed gratia breuitatis omitto.

DE SERVIANA.

§ ITem Seruiana &c. In iſto paragrapho tractatur de Seruiana & Hypothecaria. Et primò videndum eſt de Seruiana, & certè eius radix eſt duplex. Nam aliquando datur per illationem & inuectionem in ruſticum prædium, & ſecundùm hoc in ea ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, Ego Ioan. quod Ro. conduxit à me vſque ad annum, vnum fundum talem ſitum, in tali loco, pro penſione x. librarum in anno, & me ſciente induxit in dictum fundum talem arcam, cuius erat dominus, vel pro qua ſibi Publiciana competebat, vt dicta arca ibi eſſet, quàm diu fundum coleret, Vnde cùm dicta arca ſit mihi pro penſione fundi tacitè obligata, & Titius dictam arcã detineat, Petitionem meam contra dictum Titium dirigo, vobiſque domine iudex ſupplico, vt in dicta area me habere ius tacitæ hypothecæ in ſententia declaretis, dictum Titium ad reſtitutionem dictæ arcæ mihi faciendam per diffinitiuam ſententiam cõdemnando. SECVNDA RADIX eius eſt, quãdo competit pro inuectis & illatis in prædiũ vrbanũ, & in hac formatur libellus vt ſuprà, Hoc excepto, quòd non fit hic mentio ſententiæ, & quia illa quæ inuecta ſunt in prædiũ vrbanum etiam ignorante locatore, ſunt obligata nihilominùs locatori: ſecus eſt in inuectis in prædia ruſtica. Quia ad hoc, quòd ibi habeat tacitã hypothecam, oportet ſuam ſcientiam interuenire, & ideò in ſuperiori libello dixi, & me ſciente &c. & probatur hæc C. locati l. certi iuris. & ff. quibus modis pig. & Hypo. tacitè contrahitur. l. hoc iure. Item, bene inſeritur pro penſione x. librarum, aliter non eſſet locatio, niſi pecunia interueniſſet: vt ff. locati. l. j. §. ſi quis ſeruum. Et ita per conſequens non videtur tacita hypotheca habere locum in prædiis quæ conceduntur ad colendum partiario colono, cùm non reperiatur habere locum niſi in prædiis conductis. vt ff. de pact. l. item quia tacitè. Item, bene dixi cuius erat dominus, nam res aliena non poſſet pignori obligari, niſi conſenſu domini expreſſo, vel tacito, vt ff. de pig. l. & qui nondum. & C. quæ res pign. oblig. poſ. l. l. qui filius. Item, bene inſeritur, pro qua Publiciana, vt ff. de pig. l. ſi ab eo. Scias tamen, quòd vnum ſufficit dicere in libello, vel quòd ſit dominus, vel quòd Publiciana competat, & forſan vtrunque non debet inſeri in libello. Item, & bene eſt ibi inſertum, vt dicta arca ibi eſſet quàm diu &c. Quia ſi ad tempus fuiſſet inducta, non contraheretur tacita Hypotheca, vt ff. de pigno. l. debitor. Quare dixi petitionem meam &c. Recurre ad ea quæ ſuprà nota in rei vendicatione, quia cùm iſta actio realis ſit, vt ff. de pignor. l. pignoris, non poteſt per eam reſtitutio rei peti diu cta ab aduerſario, vt notat in rei vendicatione. Quare autem dixi, vt inde declaret me habere ius tacitæ hypothecæ &c. recurre ad ea quæ nota. in rei vendic. Item ſcias, ſi quis conduxit domum, & habitationem alicui gratis præſtiterit, & ille cui hæc habitatio eſt gratis præſtita, induxit res ſuas in domum, quòd propter hoc non obligantur tacitè, vt ff quibus modis pigno. & Hypothe tacitè contrahi. l. ſi gratuitam. Et hoc eſt verum, niſi pro deterioratione, vt eo tit. l. non ſolùm. Item, ſi ſumus plures ſocij in domo, & vnus principaliter conduxit domum, & aliis ſociis locauit cameras, ſi vnus ex ſociis inducat res ſuas in cameram, quam conduxit, res illæ non erunt obligatæ pro penſione totalis domus, niſi pro penſione cameræ, & cuicunque ſoluerit penſionem, hoſpiti vel ſocio, qui principaliter domum conduxit, liberabuntur res, vt ff. de pign. act. l. ſolutum. §. ſolutam. Item, ſcias quòd res, quæ non poteſt alienari, vtpote, quia prohibita eſt alienatio, nec poteſt pignori obligari expreſſè: cùm nomine alienationis contineatur pignoris obligatio, vt C. de rebus alien. non alie. l. ſancimus. Ex quo volunt aliqui arguere, quòd ſi pupillus autore tutore cõduxit domum, & induxit res pupillus in domum illam, quòd non erunt tacitè obligatæ. Nam ſicut expreſſa obligatio, non videtur poſſe valere in rebus iſtius pupilli, ita videtur quòd non tacita valeat, vt ff. de rebus eorum quæ ſunt ſub tute. vel cura. l. prima. §. vltim. & l. ſeq. Sed potes dicere contrarium, quia ſicut tutore autore cum decreto iudicis, poteſt res pupilli alienari, vt C de prædi. & aliis rebus mi. l. prima, & C. de admit. tut. l. lex quæ tutores. Ita videtur quod autoritate legis illius. ff. de pact. l. Item, quia tacitè poſſunt res pupilli obligari. Nam ſi aliquando autoritas ſolius iudicis ſufficit, vt C. qui admit ad bono. poſ. l. bonorum. videtur multò fortiùs quod autoritas ſolius legis ſufficiat. Item, quia vſus eſt ille pupillus iure maiori, ſiue iure communi, & ita non videtur iuuandus, vt C de reſti. mi. l. vltima. Prima opinio approbatur communiter. Dominus tamen meus, dominus Rofredus vltimã opinionẽ approbat. Item ſcias, quòd ex inductione non videtur ea obligata, quæ ſpecialiter non erat obligaturus inducens, vt ff. de pig. l. obligatione generali. Vltimò nota differẽtiam inter hypothecariam & ſeruianã: nam in hypothecaria, creditor

non

hypothecaria, creditor non poteſt ſua propria autoritate in pignus manus inijcere. Sed locatur cui cōpetit Seruiana, autoritate ſua propria res inductas tacitè ſibi obligatas poteſt retinere, vel occupare, vt ff. de dam. infect. l. vtique. & ff. in quibus cauſis pig. ta. contrahi. l. eſt differentia. & C. de pigno. act. l. pignoris. §. vltimò.

DE HIPOTHECARIA ACTIONE.

IN hypothecaria ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. quòd ego mutuaui x. libras bonon. Roderio, pro quibus reddendis ipſe hypothecauit mihi talem fundum, ſitum in tali loco cuius fines ſunt tales, cuius fundi dominus erat, vel pro eo ſibi competebat publiciana actio. Vnde cùm prædictum debitum non ſit mihi adhuc ſolutum, & Petrus R. dictum fundum detineat, petitionem meam contra ipſum dirigo. Vobiſquè domine iudex ſupplico, vt me habere ius hypothecæ in dicto fundo, In ſententia declaretis dictum Petrum R. ad reſtitutionem dicti fundi, mihi faciendam per diffinitiuam ſententiam cōdemnando. Iſtud verbū hypothecam inſeras in libellū, ſi ſimplici conuentione fuit contractū pignus. Aliàs ſi traditione eſt contractum dicas pignori obligauit, vt in proximò §. Item bene dicitur, nec adhuc mihi ſolutū &c. Nā vt mihi competat hypothecaria ſubeſſe oportet debitū, vt C. de pig. act. l. neque creditores. & ff. quæ res pig. ob. pol. l. pen. Pro re tamen aliqua tuenda, vel liberāda poteſt hypotheca vel pignus interuenire, vt ff. qui pot. in pig. habe. l. credito. §. poſt diuiſionem. Item, bene inſeritur, dictum fundū poſſedit, quia poſſeſsio, in rem parit actionem, vt C. de alie. mu. iud. cauſ. fact. l. j. cætera declata, vt nota. modò in libello formatu ſuper Seruiana. Sed quæritur, cū in alijs actionibus realibus veniant fructus ex officio iudicis, vt ſuprà in rei vendicatione notat. quarè in libellis formatis ſuper iſtis actionibus, nō fit mentio de fructibus quia videtur quātùm ad hoc diminuti? Ad hoc dic quòd fructus ex officio iudicis nō videntur poſſe venire in hac actione. Sed fructus bene veniunt per ipſam principalem actionem, vt per hypothecariam, aliam actionem ab ea, per quam petitur res principalis, petuntur fructus, nec differt ab ea per quam petitur res principalis, niſi in vno, quia non oportet probare creditorem debitorem fuiſſe dominum fructuū tempore obligationis, vt ff. de pig. l. & quæ nondum ſunt. & idem eſt in generali hypotheca omnium bonorum, vt primò. §. dictæ l. & C. quæ res pig. ob. po. l. vlti. Vnde cùm ſuper hypothecaria gratia exemplandi, ſatis ſic formatur libellus, ſuper principali: ſuperfluum eſſet quòd in fructibus poneretur expreſſum, cùm eodē modo petuntur, quo res principales. & quòd ita ſit, ſatis videtur poſſe probari. Nam aut fructus percipiuntur à debitore, & planum eſt, quòd ſunt pignore obligati, vt ff. quibus mo. pig. vel hypothe. ta. con. l. in prædiis. aut percipiuntur ab alio, & tunc percipiuntur à bonæ fidei poſſore, ſiue ab eo in quem debitor tranſtulit dominium, & tunc ſi debitor ſeuit fructus videntur pignori obligati, cùm ea etiam quæ nondum ſunt, poſſunt obligari, vt ff. de pig. l. & quæ nondum ſunt. & hoc eſt verum, niſi eſſent conſumpti per bonæ fidei poſſeſſorem, vt ff. de pig. l. prima. §. cùm prædium. Si autem debitor non ſeuit, tunc bonæ fidei poſſeſſor factus eſt dominus fructuum, & quia res aliena non poteſt pignori obligari, vt ſuprà notatur. Iſti fructus nō eſſent pignori obligati. & quòd ſit factus dominus probatur ff. finium reg. l. iiij. §. poſt litem. & hæc vera ſunt, ſi percepti ſunt ante litem motam, ſi autem lite mota percipiuntur, tunc aut tempore litis motæ pendebant, & tunc per eandem hypothecariam petuntur, per quam petitur res principalis, cùm ſit pars rei, vt ff. de rei vend. l. fructus pendentes, aut non pendebant tempore litis motæ, ſeminati enim fuerunt & percepti poſt motā litem, durante autem lite. Et tunc videtur quòd poſſent venire ex officio iudicis, vt ff. de pig. l. ſi fundus. §. interdum. & ff. finium reg. l. iiij. §. poſt litem. Et hoc caſu non poſſum negare, quin libelli ſuprà formati videantur diminuti. Vnde in hoc caſu ita debet iungi, vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum talem ad reſtitutionem talis rei cum fructibus qui poſt litem motam percipiuntur per ſententiam condemneris. & iſte defectus quaſi reperitur in omnibus formationibus factis per Rofredum. Si autem percepti ſint per malæ fidei poſſeſſorem, tūc quia non facit fructus ſuos, illi fructus erunt pignori obligati, & tunc quamuis dictos fructus conſumpſiſſet, quia dolo deſiiſſet poſsidere, vt ff. de pig. l. ſi fundus §. in vendicatione. Vnde cum fructus quaſi regulariter petantur per nouam hypothecariam, de fructibus non ſit mentio in prædictis libellis.

DE ACTIONE CONSTITVTÆ PECVNIÆ.

DE conſtituta autem pecunia &c. In hoc §. fit mentio de duab. actionibus. Primò de actione conſtitutæ pecuniæ, & ſuper ea ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, Ego Ioan. de Bla., quod Titius debet mihi X. ex cauſa mutui, & per nudū pactum. Vnde cùm Roderius dicta X. conſtituit ſe mihi ſoluturum pro Titio, ago contra dictum Ro. vt X. mihi ſoluat, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad X. ſoluenda mihi per diffinitiuam ſententiam condemneris. Bene inſeritur in libello ex cauſa mutui. vel per nudum pactum. Nam ad hoc quod quis teneatur de pecunia conſtituta oportet quod debitum naturale ſolùm, vel naturale & ciuile præcedat debitum. Nam ciuile ſolùm non poteſt conſtitui, vt ff. de conſtit. pec. l. is. §. debitum. & §. ſequenti, & l. quòd ſi maritus. §. primò. Item bene dixi, conſtituit ſe ſoluturum mihi quia ſi impersonaliter conſtituiſſet ita dicendo, bene ſatis fiet tibi, non tenetur, vt C. de conſtitut. pecu. Auten. Si quando. & eſt in Auten. vt cùm de appel. cog. §. vlt. Scias autem, quod ſi aliquid ſtipulatus fuerit inutiliter, non valebit tanquàm conſtitutum, vt ff. de conſtit. pec. l. prima. §. cum qui. Vltimò nota, quod nedum pro alio, imò pro ſe quòd prius debeat poteſt conſtituere, vt ff. de conſtit. pec. l. quòd ſi maritus. §. vltimò.

DE ACTIONE EX STIPVLATV.

Poſtmodùm videndum eſt, qualiter formatur libellus, ſuper actione deſcẽdente ex ſtipulatione. Et certè, ſi ſtipulatio fuerit incerta, oritur ex ſtipulatu actio, ſi certa, oritur condictio certi, ex ſtipulatu, vt ſuprà de verb. obl. in prin. Sed videtur quòd ſemper ex ſtipulatione, etiã quamuis ſit incerta, vt quia promiſſum ſit aliquod factum, vt ff. de ver. obl. l. vbi autem. §. quòd. Quòd in faciendo oriatur condictio incerti, nam ex incerto contractu bene oritur cõdictio certi, vt ff. ſi certum petatur. l. certi condictio. Ibi ſiue ex incerto. Ad hoc dicas, quòd agens, aut agit ad incertum, & tunc competit actio ex ſtipulatus aut agit ad intereſſe, taxando intereſſe, dicẽdo, ita quòd non fecit, quod promiſit, intereſt mea x. quod tunc poteſt agi condictione incerti, vt in l. allegata: per quod apparet, quòd ſi intereſſe ſimpliciter petatur cùm ſit incertum, quòd petitur per actionem ex ſtipulatu, vel per condictionem incerti, vt ff. ſi quis in ius vocari non ier. l. vltim. Si autem taxetur intereſſe, tunc petitur per condictionem certi. Hoc enim generale eſt, quòd ex ſtipulationibus quæ ſunt incertæ, quãdo factum promittitur, quod intereſſe quantùm ad effectum petitur, cùm veniat in condemnationem, vt ff. de iudic. l. ſi quis ab alio. in fin. ſuper actione ex ſtipulatu formatur ſic libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis quòd Roderius promiſit mihi per ſtipulationem in tali fundo meo, cuius fines ſunt tales, ædificare vnam domum, de lapidibus & ſæmentis ſuis, quæ haberet x. pedes in latitudine, & xv. in longitudine, & totidem in altitudine, pro x. libris talis monetæ, quas ſibi dedi. Vnde cùm tantùm temporis, à tempore promiſsionis, & circa, ſit elapſum quòd dictam domum facere potuit. Ago contra ipſum, vt mihi præſter intereſſe meum, vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Roderiũ ad intereſſe meum, mihi reddẽdum per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Ideò autem inſeritur in libello vnam domum, quæ haberet x. &c. Quia ſimpliciter diceretur de domo, & ſimpliciter eſſet domus promiſſa, nulla videretur ſtipulatio, nulla videretur petio, cùm deſtinatione patrisfamilias conſtituatur domus, vt ff. de li. l. quod in reum natura. §. ſi quis poſt. Vnde talis petitio, & talis promiſſio videretur deriſoria, vt ff. de leg. primo. l. ſi domus. quia faciendo domum vnius pedis, videretur quod poſſet liberari, vt ff. de iur. dom. l. cùm poſt. §. gener. Vnde ad euitandum omnem ſcrupuloſitatem, & vt iudex de intereſſe faciliùs iudicare poſsit, ideò taliter determinando, adiunxi. Item, bene inſeritur, in tali fundo meo, quia aliter non valeret ſtipulatio, cùm nihil mea intereſſet, vt ff. de eo quod certo lo. l. non vtique. §. ſi quis Inſulam. Item, bene inſeritur pro x. libris &c. quia in ſtipulatione debet ſubeſſe cauſa, ad hoc quòd ex ea cauſa poſsit agi: vt ff. de ver. obl. l. ſi quis cùm aliter. & ff. de doli except. l. ſecunda. §. circa. Contrarium tamen concedo. Sed ideò dictam clauſulam inſerui, vt ſatis facerem opinioni omnium. Sine dicta tacta tamẽ clauſula libellus poteſt ſtare, quia ſufficiens eſt cauſa ſtipulationis, ad hoc ꝙ poſsit agi, & ſic probatur, quia ſolutio & promiſſio parem habere vim iudicantur, vt ff. ad l. Fal. l. vlt. Sed nemo præſumitur indebitè ſoluere, vt ff. de prób. l. cũ de indebito. Sic igitur videtur quòd nemo præſumatur, quarè non eſt neceſſè, quòd cauſa inſeratur & probetur. Et quòd promiſsio & ſolutio ſint paria, habes ff. de conſti. pe. l. idem. & ff. de donat. l. ſi patronus. §. vltimo. Item, cùm ſtipulatio dicatur à ſtipite, id eſt, firmo, videtur ꝙ per ſe, ſine alia cauſa ſit firma ad agendum, vt ſuprà de ver. obli. circa prin. Item hoc videtur probari per ſingula genera obligationum, quòd ſic vtiliter formatur libellus, quia plures ſunt obligationes, ſunt genitrices, ſiue matres actionum, vt ſuprà de obli. §. vlt. & ff. de procurat. l. licèt. §. ea obligatio. Vnde ſicut vnaquæque aliarum obligationum ſufficiens cauſa eſt, quando poſsit agi, etiam ſine adiũctione cauſæ extrinſecæ, ita videtur in propoſito. Item, in ſtipulatione eſt actio, obligatio ciuilis, vt in iſto §. dicitur. Item, naturalis ſubeſt. vt ff. de pact. l. prim. §. adeò. Vnde cùm ibi ſit vtrunque vinculum, videlicèt naturale & ciuile, videtur quòd ſine cauſa extrinſeca ſit ſufficiens vinculum ad agendum, vt ſic promittens de neceſsitate obligetur alicuius rei ſoluendæ cauſa, vt ſup. de obl. in prin. Item, non videtur quòd promiſſor hìc poſsit petere: Edas mihi cauſam ſtipulationis: quia ſtipulator ita reſponderet, cauſam qua promiſiſti non teneor edere tibi in libello. Nam cauſam facti tui teneris ſcire, cùm in facto proprio nõ ſit ignorãtia probabilis, nec tolerabilis. ff. pro ſuo. l. vlt. & ff. ad vel. l. quãquam. & C. de reſcin. ven. l. quiſquis. Vnde cùm ſit in ea cauſa, vt cauſam ſuæ promiſsionis ſcire teneatur, non erit ſibi edenda, vt ff. de eden. l. ſi quis ex argẽtariis. §. prohibet. Si autẽ promiſſor diceret bene ſciui cauſam à principio nõ ſubeſſe, tũc donaſſe videtur, vt ff. de operis lib. l. Cãpanus. Non obſtãt leges in cõtrariũ allegatæ, quia ita intelligẽdæ ſunt. Aliquis credebat, ꝙ procurator ſuus nomine ſuo mutaſſet ſeruo meo gerẽti negotia mea meo nomine contẽplatione mei x. libras Bonon. quas à me propter prædictã cauſam falſam inter nos tacitè intellectã ſtipulatus eſt. Certè nec ego nec ſtipulator à principio fuimus in dolo, quia veritatẽ ignorabamus. Sed ſtipulator comperta veritate, poſteà in agendo videtur dolum facere, & ideò obſtabit exceptio doli, vt dictis ll continetur, quia à principio nulla fuit cauſa, vtpote quia falſa, & aliter promiſiſſem, niſi dictam cauſam credidiſſem interueniſſe. Nam cũ non interueniret dicta cauſa, & ita fuit nulla, dabitur mihi exceptio, vt ff de donat. l. ij. §. vlt. Verum eſt, iſtum errorem probare debet promittens ad inſtar receptionis indebiti, vt ff. de probat. l. cùm de indebito. §. primo. ibi, vbi dicit, vel aliquam ignorantiæ cauſam &c. Ex præmiſsis apparent duo, quòd cauſa ſtipulationis non eſt edenda. Item, quòd quãuis quis promiſerit ſine cauſa expreſſa, tamen nihilominùs valebit ſtipulatio, quouſque probatum fuerit, cauſam nullam, vel falſam interueniſſe, quod per obliquum poteſt probari, cùm ſemper præſumatur cauſa interueniſſe, vt ſuprà notat. Quod ergo dicitur, dicta lege, quòd ſi quis promiſerit ſine cauſa, obſtat exceptio doli, verũ eſt, ſi poſsit probari quod dictũ eſt. ſcilicèt error à promiſſore, ſed interim bene valebit, & ex ea poterit agi, etiam ſine expreſsione alterius cauſæ. In caſu ſcias tamen ꝙ quamuis ſtipulatio habeat roboris firmitatem ſine expreſsione cauſæ, nõ valet tamen cautio-

cautio ſine expreſsione cauſæ, vt ff. de probat. l. cùm de indebito. §. vlti. Et eſt ratio, quia cautio ibi fiebat ad probandum præcedentem cauſam. Vnde vt dicta cauſa interponatur nõ valet. Item, bene inſeritur io libello clauſula, tantum temporis &c. vt ff. de ver. obl. l. ſi inſulam. & l. ſi ita ſtipulatus. Sed quãuis non poſsim agere ad totum intereſſe meum, antequàm tantum temporis ſit elapſum, tamen poſſum agere quatenus intereſt mea fuiſſe incitatum, vt ff. de verb. ob. l. ſtipulationes. §. vlt. & facit ad hoc ff. de ver. obli. l. exiſtimo. §. vltim. Item, bene inſeritur, vt præſtet mihi intereſſe, nec apponitur aliqua taxatio, dicendo, ita vt præſtet x. quia tantùm intereſt mea &c. quia tunc ageretur ex contractu incerto ad certum, & ſic proponeretur primò condictio certi. vt ſuprà notatur. Sed miror, cùm factum ſit in obligatione, ar. leg. ff. de verb. obl. l. ſi ſeruum. §. vlt. quomodò petetur ioteresſe, & ſic condemnatio ad intereſſe. vt C. de fideicommiſ. lib. l. vltima. Reſpondeo, ſpeciale eſt in obligariooibus facti, vt ff. de re iu. l. ſi quis ab alio. in fin. & de hoc ibi ſatis plane notatur in gloſſa ordinaria. Sed quare non ita petitur fieri condemnatio ad intereſſe, vt in nomine promiſſo mortuo poſt moram debitoris, qui quãuis nõ poſsit præſtari, tamen petitur vt ff. de ver. ob. l. ſi ſeruum. §. vlt. & fit condemnatio ad intereſſe? Reſpondeo propter periculum, in quod poſſet iocidere actor, ſi peteret factum. Ponamus enim quòd promiſſor fuit in mora faciendo domum, & poſt moram ipſius ſtipulator alienauit locum, in quo debebat domus fieri. Certè ſi ſtipulator peteret mihi domum ſibi fieri, promiſſor diceret ſibi, malè petis, quòd domum tibi faciam tali loco, quia non intereſt tua, vt ff. de ver. ob. l. qui inſulam. Vnde vt prædicta formatio babeat locũ in omni caſu, poſui in libello, quòd ageretur ad intereſſe. Non tamen nego, quin ipſe actor poſsit ad factum agere, ſi expediret ei quod factum explicaretur, vt quia adhuc intereſt ſua, & tunc ita diceretur in libello, vnde &c. Ago contra dictum R. vt domũ faciat tali loco. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ſi domum facere noluerit ad intereſſe meum ipſum per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Homo enim mortuus poſt moram promiſſoris poteſt ſemper peti quia nullatenus poteſt præſtari, & ideò fiet condemnatio in intereſſe. ſed ſi actor peteret factum, quia factum poteſt explicari, & ita præſtari eſſet in periculo eo caſu, quando locum alienauit in quo domus debebit fabricari. Eo tamen caſu non agitur ad factum, vel agi poteſt, quia actoris intereſſet factum explicari, etiam quamuis actor ageret ad intereſſe, reus tamen præſtando factum vſque ad litis cõteſtationem liberaretur, vt ff. de verb. obl. l. ſi inſulam. Sed quæ eſt cauſa, quare in obligationibus quæ factę ſunt quãquàm agatur ad factum, tamen ſupplicatur vt fiat condemnatio ad intereſſe? Reſpondeo, quòd iudex debet facere certam ſententiam, vt iofrà eo. §. curare. Sed ſeotentia non poſſet eſſet certa, ſi ferretur ſuper facto, cùm facta ſint incerta, vt ff. de ver. obli. l. niſi autem. §. qui id quod in faciendo. & ſentẽri ıte debet iudex ſuper intereſſe. quare petitur à iudice vt ipſe ferat ſententiã ſuper intereſſe. Super certi cõdictione, quæ oritur ex ſtipulatiõe, ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Io. de Blanaſco quòd Roderius promiſit mihi per ſtipulationem talem hominem, ponamus ſtichum, vnde, vt dictum hominem mihi det, ago contra dictum Ricardi Vobiſque domine iudex ſupplico &c. & patet iſta formatio libelli ff. ſi certum petatur, lege certum. De iſta condictione amplius non dicam, quia de ea pleniùs dicam infra eodem. §. appellamus. De actione quæ datur ex præſumpta ſtipulatione, vbi viginti annis præſtitum fuerit aliquod certum ſeruitium ita formatur vt prius, ſed in proſequutiooe negotij & poſitionibus faciendis, & modo probandi, dic vt ſuprà nota. in poſitionibus confeſſoriæ actionis.

ACTIONES DE PECVLIO.

5 Actiones autem de peculio &c. In primis ſcias, per hoc quod dico de peculio, nõ eſt nomen actionis, ſed adiectio, vt ff. de pecul. l. licet. §. Iulius. ibi vbi dicit, actione mandati de peculio &c. Et eſt adiectio actionum deſcendeotium ex maleficio, vel quaſi vt ff. de his qui deiece. vel effu. l. prima. §. filius. In quantum tamen peculium locupletatum eſſet ex maleficio ſerui, bene daretur actio de peculio conta dominum, vt ff. de peculio l. tertia. §. ex furtiua cauſa. In hac actione de peculio. quot actiones ſunt deſcendentes ex contractu, vel quaſi, tot poſſent fieri libelli, cùm ferè omoium ſit adiectio, ſed in vna ſufficit forma gratia exempli ſic. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioannes de Blanaſco quòd mutuaui decẽ libras talis monetæ Sticho ſeruo Roderij, vnde petitionem meam contra dictum Roder. dirigo, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt inquiſita quantitate peculij prædicti ſerui dictum R. ſecundùm quod poterũt ſuſtinere vires peculij dicti Stichi ad reddendas mihi x. libras talis monetæ per diffinitiuam ſenteotiam condemnetis. Bene dico, Seruo Sticho, quia liber homo patrisfamiliæ peculium babere non poteſt, vt ff. de verb. ſig. l. ſi liber homo. Peculium enim non habet niſi ſeruus vel filiusfamiliàs. Item, bene dixi, vnde petitionẽ meam contra dictum &c. Quia hic cuſtodio ſtylum formationis libelli, quàm in realibus, vnde nolui hic petere directè à domioo vt reddat. Quãuis dominus Rofredus in libello ſuo petit directè à domino vt reddat: ad inſtar enim realis actionis datur actio de peculio, vt ff. de pecul. l. quæſitum. Vnde ſicut realis actionis datur cõtra eum, qui nullo iure eſt obligatus, vt ſuprà eo. §. primo. Ita videtur quòd actio de peculio detur contra illum qui nullo iure eſt obligatus, ꝙ apparet, quia bene agitur cõtra dominum & patrem de peculio, quamuis nihil in peculio ſit, & ſufficit quòd tempore ſeoteotiæ ſit peculium. Vnde ſicut detentatio rei facit aliquem teneri rei vendicatione, vt C. de alie mu. iu. cauſa facta. l. j. ita & in peculio. Nam ſicut rei vendicatio datur contra quemlibet detinentem, vt ff. de rei vendic. l. officium. & ſic rem concomitatur peculium: ita actio de peculio concomitatur peculium, & tranſit de vna perſona in aliam perſonam actio: quod non eſſet, niſi eſſet obligatio perſonalis. Cũ obligationes adeò ſint oſsibus noſtris affixę, quod à nobis ſeparari non poſſint. & facit ad hoc ff. de pecul l. & ancillarum. §. ſi ſeruus. & l. quis ergo caue. & ff. pro ſocio. l. tertia. Per quod apparet, quòd qui tenetur de peculio non

eſt obligatus. Vnde malè poneretur in libello, agendo contra dominum vt redderet, ſed ſtylus realium hic ſeruãdus eſt, & ſi alicubi inueniatur. quod lex vocet obligationem peculiarem impropriè ponitur, vt homo mortuus nõ propriè homo dicitur, ſed ſecundùm quid, vt ff. de fidei. l. hæres. §. ſeruo tuo. Item, bene ponitur ſecundùm vires peculij: quia in plus non tenetur dominus. Nam deducit dominus priùs quod ſibi debetur, vt ff. de pecul. l. depoſiti. §. vlt. & l. ſed ſi damnum. §. peculium. Iſta ſufficiant circa actionem, de ea non multùm curo, quia burſam meam nunquàm fecit hydropicam &c.

DE ACTIONE IN FACTVM *deſcendente ex iureiurando.*

ITem ſi quis poſtulante &c. In iſto §. tractatur de actione in factum deſcendẽte ex iureiurando, ſuper qua ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Io. de Bla. quòd cùm peterem x. libras talis monetæ, Ipſe Roderius detulit mihi iuſiurandum, vt per deum iurarem, quòd dictas x. libras mihi deberet. Vnde cùm delationem iuriſiurandi ſuſceperim, & prout detulit iuſiurandũ ſic iuraui: Ago contra dictum R. vt mihi x. libras talis monetæ reddat. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt ipſum in x. libris mihi reſtituendis per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Bene inſeritur peterem, nec adiungitur cauſa, quia ſi cauſa adiiceretur, ex illa cauſa ageretur. Ponamus quòd peterem ab eo ex cauſa venditionis, competit mihi vtilis actio ex vendito, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Blanaſ. quòd cùm peterem à Roderio decẽ libras, ex cauſa venditionis cuiuſdam equi quem dicebam me ei vendidiſſe, ipſe detulit mihi iuſiurandum, vt per deum iurarem, quòd ipſe deberet mihi ex cauſa mutui venditionis, vnde cùm delationem &c. Vnde vt proponeretur actio in factum de qua tractatur hîc. ideò ita informiter, ſine cauſa poſui dicta verba in libello. & facit ad hoc ff. de iureiurando. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. & §. Marcellus. Item, bene inſeritur, detulit, quia aliàs ex iuramento non daretur actio, niſi eſſet delatum. vt ff. de iureiur. l. tertia. Item, bene inſeritur, per Deum, quia ſi detuliſſet iuſiurandum improbatæ religionis, non valeret talis delatio, vt ff. de iureiuran. l. non erit §. primo. & §. diuus pius. Item, bene inſeritur ſuſceptum, quia ſi non ſuſcepiſſem incontinenti, quàmuis poſteà eſſem paratus ſuſcipere, non deberem audiri, & ff. de iureiuran. l. non erit. §. vlt. & l. ſequenti. Item ſcias, quòd qui detulit iuſiurandũ, quòd antequàm iuſiurãdum præſtetur, illud poteſt pœnitere, vt C. de rebus cre. & iureiur. l. ſi quis iuſiurandum. Item bene inſeritur detulit, quia aliter non eſſet ratum iuſiurandum, vt ff de iureiurando. l. tertia §. vlti. & l. ſeq. Item ſcias, quòd ille cui non competit rerum adminiſtratio, vt pupillus vel prodigus cui bonis interdictum eſt, non poteſt deferre iuſiurandum, vt ff. de iureiuran. l. iuſiurandum. §. primo.

Circa materiam iſtam nota, quòd ſi iuratum eſt formaliter, habet actionem vtilem ex cauſa formali, ſine cauſa, nec recurritur ad actionem in factum vt ſuprà notat, Præterquàm in actione reali vbi quamuis iurauerit cum forma dominij, quia ex delatione ſibi facta iurauit, rem ſuam eſſe ex cauſa dominij, tamen recurritur ad actionem in factum, vt ff. de iureiuran. l. ſed & ſi poſſeſſori. ſecundo reſponſo. Vltimò nota, quod ex iuramento alterius non datur mihi actio: quia ſi aliquis iurauit quòd mihi x. deberet, non poſſum agere contra ipſum ex tali iuramento. quod ſic probatur: Nam certi ſunt modi veſtiendi pacta, ſiue obligatorij, ſed iuſiurandum nõ inuenitur de illis, ſiue computatus inter illos, ideò iuſiurandum alterius promiſſoris non habet efficaciam, vt ex ea poſsit agi. ſimili argumentatio fit, ff. de actio. & obliga. l. obligationum ferè. §. placet. & ff. de iis qui ſunt ſui vel alie. l. patto. & hoc eſt verum præterquam in obligatione operarum, vt ff. de operis lib. l. vt iuſiuran. & hoc eſt fauore libertatis vt domini citius dent ſeruis libertatem. vt ff. de lib. cau. l. vlt. Sed quæ eſt ratio quòd iuſiurandum alterius non fuit modus ueſtiendi pacta: vt ita poſſem agere contra te, ſi iuraſſem te mihi daturum X. ſolidos, quod ſi promitteres per ſtipulationẽ? Reſpondeo quod ſi eſſet, homines multoties recurrerent ad illum modum obligandi tanquàm ad firmiorem, & multoties forſan non obſeruarent iuramentum, & ita quodammodò, eſſet inuenta via, qua homines laborentur ad deiedum. Ad tale enim ſacramentum. in quo ſi non obſeruatur magnum animæ periculum vertitur, non eſt de facili recurrendum, & ideò conditio iuſiurandi in teſtamentis remittitur, vt ff. de condit. inſ. l. quæ ſub conditione. Item etiam ob iſtam cauſam ſtatutum eſt, ne cum iureiurãdo arbitri eligantur, vt in Authen. de iud. §. qui vero. coll. ſexta. Sed ex iuramento meo mihi bene datur actio. ideò enim agitur, quia iureiurãdo meo fuit contentus, vt in præſenti §. & ff. de iniur. l. tertia.

DE ACTIONE IN FACTVM *Quæ datur contra eum, qui rumpit album prætoris.*

POenales &c. In iſto paragrapho vſque ad §. præiudiciales. fit mentio de tribus actionibus Prętoriis pœnalibus, de quibus breuiter expediendum eſt quia non ſunt in vſu. prima eſt de actione in factum, quæ datur contra illum, qui corrupit album prætoris, ſuper qua ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis ego Ioan. de Bla. quòd Roderius doloſè corrupit album prætoris, in tali loco poſitum, vnde contra dictum R. ago, vt in quinquaginta punietur, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Rod. in quinquaginta per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Formatio iſtius libelli probatur ff. de iuriſ. omniũ iud. l. ſi quis id quod perpetuæ. & quamuis hodie ponere album, non reperiatur vſu, & ſic per vſum contrarium iſta actio videatur in diſſuetudinem abiiſſe vtilis tamen actio videtur poſſe locum habere, vt ſi corrumperet librum, in quo acta curiæ ſcripta ſunt, vel librum in quo ſtatuta ſunt ſcripta. Et nota quòd bene inſeritur in libello, vt mihi in l. &c. Nam quamuis popularis actio cuilibet de populo competat, vt ff. de populari. actioni. l. prima. tamen exercens popularem actionem creditor efficitur litis conteſtatione. Et ita poſtquàm creditor efficitur, condemnatio eſt agenti præſtanda, quarè reſtat quod bene petij, Roderium mihi condemnari, vt ff. de verborum ſignifica. l. ſi cui reſponſo ſecundo. Quod apparet, quia agens actione populari poteſt iuſiurandum deferre, vt ff. de

iureiur.

lureiur. l. eum qui §. in popularibus ſed inſiurandum ſuccedit loco ſolutionis, vt ff de iureiur. l. etiã loco ſolutionia. Vnde ſicut poteſt deferre iuſiurandom, ita poteſt & debet ſolutionem recipere. Nõ obſtat. ff. de termino moto. l. vlt. vbi videtur dicere, quòd pœna exacta per actionem popularem ſit totaliter præſtanda fiſco. Sed non dicit ibi fiſco, imò dicit in publico, quòd dicat cuilibet agenti de populo præſtãda eſt. In caſu tamen vno ſpeciale eſt, vt propter immanitatem criminis, ve totaliter detur fiſco, vt C. de ſepul. viol. l. qui ſepulchrum. Item inuenio in caſu pœnã dimidiandum inter fiſcom & agentem, vt ff. ad Syll. l. lege. §. ex hoc edicto. Scias tamen quòd niſi inueniatur ſpecialiter in lege contrarium, quòd ſemper pœna præſtãda eſt actori, quia ſtandũ eſt legi quæ generaliter loquitur. dicens: quòd poſt litis cõteſtationẽ actoc efficitur creditor, vt ſuprà notatur.

DE ACTIONE IN FACTVM, QVAE DATVR CONTRA LIBERTVM, VOCANTEM PA*tronum in ius ſine venia.*

IN actione in factum, quæ datur contra libertum vocãtem patronum in ius ſine venia, ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, quòd R. libertus meus me, vocauit in ius, & litem conteſtatus fuit ſine venia à competenti iudice Impetrata. Vnde contra dictum R. ago, vt in quinquaginta aureia puniatur. Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. mihi in quinquaginta aureis condẽnetis, vel ſi non habet vnde ſoluat, eum corporaliter caſtigetis. Iſta formatio ſatis probatur, ff. de in ius vocan. l. penult. & vlt. Item bene inſeritur, quòd libertus litem conteſtatus fuit: quia ſi pœnituiſſet ante litis conteſtationẽ, non ſolueret pœnam, vt ff. de in ius vocan. l. quamuis.

DE ACTIONE IN FACTVM, QVAE DATVR CONTRA EVM QVI EXAMIT ALI*quem ne veniret ad iudicium.*

SVpec actione in factum, quæ datuc contra eum qui vi exemit aliqoem ne veniret ad iudicium ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Blaſ. quòd Stichum habentem perſonam ſtãdi in iudicio, vocari feci ad iudiciũ autoritate iudicis, cui de hoc poteſtas erat. Vnde cùm R. dictũ Stichũ vi exemit, dolo malo, ne ad iudicium veniret, Ago contra dictũ R. vt mihi præſter tantũ quantum in litem iurauero per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et ſcias, quòd bene inſeritur, Stichum habentem perſonam &c. quia ſi non haberet perſonam ſtandi in iudicio, non daretur actio iſta, vt ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt, vi eximit. l. tertia. §. ſi quis ad pedaneum. Item, bene inſeritur dolo malo, quia aliàs non daretur hæc actio. vt ff. eo. tit l. ſed eximendi. §. vlti. Item, bene inſeritur. ne ad iudicium venirec, quia ſi eſſet impeditus, & nihilominus veniret ad iudiciũ non daretur hæc actio. vt titu. alleg. l. penul. §. docere. Item, bene inſeritur, tantum, quantum in litis &c. vt d. l penul. §. primo. Et ſufficit quòd per alium eximat, vt dicto tit. l. pen. in prin.

DE ACTIONE IN FACTVM QVAE DATVR CONTRA EVM QVI DOLO IMPEDIVIT. QVO *minus quis veniret ad iudicium &c.*

SVpec actinne in factum, quæ datuc cõtra eum, qui dolo impediuit, quo minus quis ad iudicium veniret, ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Bla. quòd Titium habentem perſonã ſtandi in iudicio, vocari feci ad iudicium autoritate iudicis, cui de hoc poteſtas erat. Vnde cũ R. dolo malo fecit, quo minùs ad iudicium veniret, quia ipſum ita inebriauit, quòd ad iudicium venire non potuit, & mea intereſt in x. libris Titium veniſſe ad iudiciũ. Ago contra R. vt mihi præſtet x. libras talis monetæ, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. in x. libris &c. Quã plurima verba iſtius libelli declarantur, vt in ſuperiori libello. Vnde inſeritur, quòd ipſum ita inebriauit, nã dolus ſpecificari debet, vt ff. de dolo. l. ſed ex dolo. §. vlt. & l. ſeq. Itẽ, bene inſeritur, & mea intereſt in &c. Nã iſta actio datur ad intereſſe, & pec hoc differunt à ſuperiori proximo, vt ff. de eo, per quem factum eſt. l. j. §. ſi plures. & ff. ne quis eum, qui in ius vo. eſt. vi exi. l. vlt. Item, iſta actio ſiſti, conſuluit vocanti, & vocato. ſuperinc vocanti tãtùm, vt ff. de eo, per quem factum eſt. le. j. §. ſi reus. Aliàs differentias not. in rubrica illius tituli & in præſenti §. Item, bene inſeritur dolo malo, nam hic dolus conſideratur tantùm in ſuperiori actione, dolus cum vi, vt ibi not. & ff. de eo, per quem factum eſt. l. j §. dolũ. Sed quomodo probatur intereſſe. Dic quod actor probabit, quòd pro illo die ipſe dedit ſalarium aduocatia, & in tãtum ſua intereſt. Item, ipſe fuit vocatus à negotiis ſuis, quod ſua poteſt multa intereſſe, vt ff. quemad. teſta. aperi. l. ſi quis ex ſignatoribus. Dolus autem probabitur ex perſpicuis indiciis, vt C. de dolo. l. dolum. Item, ſi tali facto actor amiſerit actionem ſuam, & ille qui fecit quò minua vocatua veniret ad iudicium eſſet non ſoluendo, actio daretur de æquitate, nihilominùs contra vocatum, vt ff. de eo, per quem factum eſt. l. vlt.

DE PRÆIVDICIALIBVS IN REM, ET POST, QVARE DICANTVR PRÆIVDICIALES.

PRæiudiciales. In iſto §. tractatur de præiudicialibus actionibus in rem. Et vt ſcias quare dicantuc præiudiciales, nota quod aliqua earum incœpta præiudicet principio aliarum quæſtionũ, & medio finis ipſius poteſt præiudicare aliis quæſtionibus: vt eſt illa per quã quæritur. vtrũ aliquis ſit libertus, aut ingenuus. In principio enim præiudicat quantùm ad hoc, quia quàm diu pendebit quæſtio libertinitatis & ingenuitatis, non poterit vocare illum, qui ſe contendit patronum ſine venia in ius ſuper aliqua actione, & ita hîc fit quoddam præiudicium quæſtionibus mouendis, quantũ ad principium. Quia non poſſunt indiſtinctè moueri, ſine veniæ impetratione, ſed petita venia bene poterunt moueri, quia ſi verè eſſet libertua, & hoc cõſtaret, nec reuocaretur in dubiũ, tamẽ cũ impetratione veniæ bene poſſet mouere quęſtionẽ cõtra patronum

ſacramentum fuerint promiſſæ, vt C. de rebus credit. l. actori. Si autem per ſtipulationē, tunc cū ſint in faciendo omnes operæ, vt ff. de operis lib. l. j. & ita quātùm ad hoc, omnes operæ ſunt incertæ, vt ff. de ver. obli. l. in prin. Quāmuis dominus Azo diſtinxerit, an operæ fuerint certæ, & tunc petantur per conditionē certi: cùm petātur, vt pecunia credita, vt d. l. à duobus. an fuerint incertæ, & tūc petantur per actionem ex ſtipulatu. Sed certè vt dixi, quātū ad hoc quòd omnes ſunt incertæ, nō obſtat, quia petuntur vt pecunia credita. Quia ſic expono, id eſt, ſicut pecunia credita petitur per actionē perſonalē, ita operæ: non autē dico, quod per eandem actionem vtrunque petatur. Non obſtāt ll. inductæ à domino Baga. primò non obſtat illa ff. de proba. l. quo omnes. quia in l. illa ita ponendus eſt caſus. Patronus quidā habebat quēdā pro liberto, & erat in poſſeſſione iuris patronatus, certè cùm patronus poſſeſſor ſit in actione præiudiciali: ſi intentaretur, ipſe gauderet commodo poſſeſſoris. Sed propter hoc, ſi ipſe vellet petere operas, non gaudebit ipſe cōmodo, imò oportebit ipſum probare operas impoſitas. Vnde quod ibi dicitur, licet præiudicio &c. Ita expone, ſcilicet ſi præiudicialis intentaretur. Vnde dicitur ibi quod operæ petantur per præiudicialem. Item, non obſtat. ff. ſi lib. ingenuus eſſe di. l. vl. Quia ibi dicitur quod quoties quæritur an aliquis ſit libertus per actionem præiudicialem, redditur præiudicium, id eſt, præiudicatur aliis quæſtionibus, videlicet quæſtioni operarum. Vnde ſi operæ peterentur in hoc caſu, vel per actionem in factum, vel per actionē ex ſtipulatu, ſuper tali quæſtione fieret præiudicium. Vnde non dabitur illi, quòd operæ artificiales poſſint peti per præiudicialem. E contra. ſi patronus ſit in poſſeſſione iuris patronatus, & qui habebatur pro liberto, gereret ſe pro liberto, tunc formaretur libellus contra patronum, & contra ipſum præiudicialis intētaretur, in qua ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Bla. quòd Rogerius me quaſi, ſine detinet pro liberto ſuo, nec me patiatur pro ingenuo gerere. Vnde cùm ſim ingenuus, petitionē meam contra dictum R. dirigo, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt me ingenuum eſſe pronuntiantes, dictum R. vt patiatur me gerere pro ingenuo per diffinitiuam &c. Iſta libelli formatio ſatis apparet ex ſuperioribus.

DE ACTIONE PRÆIVDICIALI, QVA QVAERITVR VTRVM ALIQVIS *ſit filius vel nepos.*

EST alia actio præiudicialis, per quam quæritur: An aliquis ſit filius vel nepos, quæ vocatur de partu agnoſcendo, ſcilicet in filium, vel nepotem. Quando autē aliquis ſe dicit filium alicuius, & ille negat eum filium. ita formatur libellus contra patrem. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Io. de Bla. me eſſe filium Durandi de Bla. Vnde cùm dictus Durandus me non agnoſcit in filium, petitionem meam contra ipſum dirigo, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt me filium eſſe Durandi pronuntietis, dictum Durandum, vt me agnoſcat in filium, & vt filialia iura mihi præſtet, condēnādo. Si autem ego non agnoſcerem patrem meum, tūc cōtra me ita formaretur libellꝰ. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Io. de Bla. me eſſe patrem D. de D. legum doctoris, vnde cùm nō agnoſcat me in patrem, petitionem meā contra ipſum dirigo. Vobíſque domine iudex ſupplico, vt me eſſe patrem, & vt mihi paternalia iura præſtet, cōdemnetis. Filialia iura ſunt, vt filio præſtet alimēta, & ſimiliter iſtud eſt paternale ius. Nam ſi pater indigens eſt filius ſibi præſtare debet alimēta, vt ff. de lib. ag. l. ſi quis à libertis. Verùm ſi aliquis eorum indigeat alimentis, bonum eſt, vt in libello inſeratur ſpecialiter, vt notatur ſuprà e. §. in libello qui formatur contra libertum, & ſic pro alimentis agetur præiudiciali, vt ff. de lib. ag. l. tertia. §. primo. Sed & pro alimentis agitur officio iudicis, vt C. de alie. lib. à par. l. vlt. & ff. de iis qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ſi iudex. & eſt differentia, quando agitur ad alimenta per præiudicialem, & quando agitur per officium iudicis, quia ſi agatur per præiudicialem, principaliter agitur ad genus, ſcilicet, quod pronuntietur agens de tali genere, ſcilicet talis filius vel nepos, vt cras, vel poſt cras ei morienti poſsit ſuccedere. Per conſequentiam autem quandam agitur ad alimēta: quia ſi pronuntietur filius talis, per conſequens habebitur pro filio, vt ille contra quem pronuntiatum eſt, teneatur ipſum alere, & hoc caſu fit plenaria cognitio, vtrū ſit filius, & ſententia lata facit ius, ff. de lib. ag. leg. prima. §. vlti. & l. ſequenti. Sed quando per officium iudicis agitur, principaliter alimenta petuntur, ſed ſuper genere incidenter cognoſcitur, vtrū ſit filius, & de hoc cognoſcitur ſummatim. Vnde ſententia lata ſuper alimentis præſtandis, intentatur, non dum contra patrem, imò etiam contra matrem, & auum maternum. dum tamen pater non exiſtat, vel ſi exiſtat, eſt non ſoluendo, vt ff. de lib. ag. lege penultima. Ille autem qui petit alimenta, docere debet ſe pauperem: vt ff. de libe. agnoſcen. l. vlti. Repellitur autem ab alimentis petendis, ſi vel ſciat artificium vnde poſsit ſuſtentari, vel propter ingratitudinem, vt ff. de lib. agnoſce. l. ſi quis ali. § ſed ſi filius. & §. item iudex eſt. Alia eſt differentia inter officium iudicis, & præiudicialem actionem. Quia ad hoc quòd partus natus poſt diuortium poſsit pro alimentis officium iudicis intentare oportet quòd ſentētia ſenatuſcōſulti Plautiani fuerit obſeruata, videlicet quòd mulier poſt xxx. dies à tempore diuortij, vel poſt triginta dies ex cauſa, denuntiauit ſe prægnantem, vt ff. de lib. ag. l. j. §. j. & §. ſi mulier. Sed ſi agatur præiudiciali, nō eſt neceſſe, ꝙ ſentētia dicti Senatuſcōſulti fuerit obſeruata, quia ibi fit plenaria cognitio, vt ff. de li. ag. l. j. §. ex iis apparet. Quāuis dominꝰ Rofredꝰ in his videatur cōtrarius. Filiatio autē ſiue genus probatur, vt docetur in ff. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. lege filium. Nam ſi conſtante matrimonio natus fuerit habebitur pro filio, vt lege dicta & ff. de in ius vocan. lege quia. Sed quid ſi non poteſt probare matrimonium, ſed bene poteſt probare quòd natus fuerit ex libera muliere, quam pater habebat in domo, tanquàm vxorem? Et hoc ſufficit. Nam in dubio præſumitur matrimonium, vt ff. de ritu nup. l. in libertæ. Item ſi pater coram teſtibus, vel in epiſtola vocabat filiū ipſum. Nam præſumptio erit ipſum eſſe filium, vt ff. de probationi. l. vltima. Sed quæ eſt differentia inter rei vendicationem adiecta cauſa de iure

Quiritum

Quiritum per quam vendicatuc filius, vt ff. de rei vend.l.prima.§.j.& hanc præiudicialẽ? Reſpondeo dupliciter. Nam in rei vendicatione duo cõſiderantur. Primum eſt vt ſit filius & ita genus cõſideratur. Secũdum eſt, vt ſit in poteſtate, vt §. alleg. ſed in præiudiciali nõ requiritur poteſtas Filius emãcipatus cõtra patrem, & econuerſo, pater cõtra emancipatum, poſſunt actionẽ præiudicialem intentare. Nã & vxor quæ virũ non habet in poteſtate, tamẽ poteſt contra virũ præiudicialem intẽtare, vt ff. de liberis agnoſcẽdis.l.iij.§. & quid ſit ſi an vxor ſit.& §.penultimo,& vltimo. Secunda differentia, quod rei vendicatio datur contrà detinentem filium, & condemnatio parit actionem in rem, vt C.de ali.mu,iud.cau. facta.l.j. Sed præiudicialis datur contra filium, vt ex præcedentibus liquet. Item, tertia differentia poteſt aſſignari. quia præiudicialis datur tam cõtra patrem, quàm contra filium. Vnde per præiudicialem aliquid vendicatur in patrem, ſed per rei vendicationem aliquis tantùm vendicatur in filium, vt omnia iſta ex ſuperioribus apparent. Sed quæ eſt differentia inter officium iudicis, quod intentatuc contra filium, & præiudicialem actionem? Et certò officium intentatur contra filium, quia quod à nemine detinetur, vel ſi detinetuc, volens detinetur, quando certum eſt de filiatione. Sed filius volebat obſequi patri, præiudicialis verò datuc tantùm, quando dubium eſt de filiatione. Item, differentia alia, quia in officio iudicis conſideratur, vtrum filius ſit in poteſtate. ſed in præiudiciali non conſideratur poteſtas, vt ſuprà notatur, ſed genus ſolùm conſideratur. & facit ad hoc ff. de liberis exhibendis. l. tertia. §. hoc autem interdictum. & ff. de officio proconſulis & legati.l.nec quicquam. §.de plano. & ff.de officio præfecti vrbis. l.j.§. ſed & patronus. & ff.de feriis.l.ſecunda.§.vltimo. In ſuperioribus autem caſibus datur actio præiudicialis, ad hoc, quòd aliquis habeatuc pro patre, vel pro filio. Sed nonne, ſi aliquis gerat ſe pro filio meo, potero ego habere actionẽ, per quam negem eſſe filium? & certè cùm iſta actio ſit introducta, cõtra illum qui aliquo iure ſeruitiali vtitur in re mea, vt ſuprà eo.§.cõtra quoque. multò fortius videtur, quòd in hoc caſu ſit introducenda talis actio, cùm maius hîc vertatur periculum: nam ſi aliquis gerat ſe pro filio meo, periculum omnium bonorum meorum hîc vertituc, quia ſi decederem, ipſe forſitan diceret, Ego ſum in poſſeſsione filiationis, vnde cùm ſim filius eius, volo ſibi ſuccedere, & ita forſan ſuccederet mihi, Arg hoc ff.de carb. edicto.l.j.§. ſed etſi quis. Item, iſtud ſatis videtur intelligi ex legibus, quę dicunt, ꝙ quamuis iudex pronuntiauerit ſuper alimentis præſtandis ſummaria cognitione prohibita, non tamen fit præiudicium quæſtioni filiationis, vt ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.ſi iudex. & ff. de lib. ag. l.ſi quis ali.§.ſi parens.& §.ſeq. Innuunt prædictæ ll. quod pronuntiando ſuper alimẽtis, quòd ſupereſt adhuc quæſtio filiationis. Sed illam quæſtionem non mouebit ille cui alimenta decreta ſunt, quia cùm ipſe ſit in poſſeſsione filiationis, & ei tãquam filio alimenta præſtantur, fruſtra moueret quæſtionem filiationis, cùm gaudeat commodo poſſeſſoris ad inſtar illius, cui data eſt Carboniana bonorũ poſſeſsio, qui gaudet cõmodo poſſeſſoris, vt ff.de Carbo.edicto.l.de bonis.§.vlt. Quis ergo mouebit illam quæſtionem? Certè pater, vnde ille mouebit illam quæſtionẽ filiationis per actionem præiudicialem, per quam negabit eum, qui eſt in poſſeſsione filiationis, eſſe filium, ſine actione enim non poſſet mouere ipſe quæſtionẽ, cũ nemo ſine actione experiatur, vt ff.de admi. tu.l quocunque.§.item ſi tempore. Et eſt huius actionis mirabilis vtilitas, quia ſi expectaretur eum eſſe in poſſeſsione filiationis vſque poſt mortem eius, cuius dicebat ſe eſſe filium, & tunc ſi inciperet poſſidere hæreditatem defuncti, peteretur ab eo hæreditas per proximiores agnatos vel cognatos. Vel ſi diceret ſe filium replicaretur contra ipſum, quia non fuit filius defuncti, & ita in modum exceptionis, vel replicationis moueretur ei quæſtio filiationis, forſan tunc cùm non ſupereſſent teſtes, per quos poſſet probari, quòd non eſſet filius, vel ſi ſupereſſent, non haberent eandem fidem propter tẽporis interuallum. Vel forſan mutarent conſiliũ, vt ff.de Car.edicto.l.quarta.§.dux. Qualiter autem probetur non eſſe filium. dic, vt ff.de iis qui ſunt ſui vel alie.iur.l.filium. In iſto caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioa.de Bla.quòd R.gerit ſe pro filio meo recipiendo etiam à me alimenta tanquàm filius, ex decreto iudicis. Vnde cùm non ſit filius meus, petitionem meam contra ipſum dirigo, Vnde vos domine iudex ſupplico, vt dictum R. non eſſe meum filium, & me non debere ei alimenta præſtare per ſentẽtiam declaretis, ipſum vt non ſe gerat de cætero pro filio meo, per diffinitiuam ſententiam condemnando. Secundùm hoc igitur ita ſubaudias de partu agnoſcendo, vel non agnoſcẽdo Nam pro non agnoſcẽdo, vt dixi, datur patri præiudicialis. Item quod dicitur de partu agnoſcẽdo, ſubaudi tam à parentibus paternis quàm maternis Nam ſicut per officium iudicis, cùm ſummaria cognitione petentur alimenta à matre, vt ff.de lib.ag.l.penult. ita etiam credo quòd cũ plenaria cognitione vendicando genus maternũ per præiudicialem poſsint peti, ex quadam cõſequentia alimenta, vt ſuprà notatur. Et ita libellus formabitur contra matrem, & pro ipſa vt formatus fuit in patre. Illud autem ſcias, quòd filius etiam naturalis, cùm ſit hodie alendus, & poſsit ſuccedere in certa parte, liberis non exiſtentibus, quòd præiudicialem intentet contra patrem, ſi pater non agnoſcat eum in filium, vt in Auten. Quib' modis natu.effi.ſui.§.diſcretum.& §.oportet. & §.vlti. Sed & frater contra fratrem (cùm frater teneatur alere fratrem, vt ff.vbi pupil.edu.debeat.l. qui filium.) poteſt præiudiciali agere. Et non credo, quòd in hoc caſu per officiũ iudicis, cum ſummaria cauſæ cognitione frater compellatur alere fratrẽ: imò neceſſaria erit plena cauſæ cognitio, & ita neceſſarium erit quòd præiudicialis intẽtetur per quam fraternale genus vẽdicabitur, & fraternalia iura petentur, videlicet alimenta. Et facit optimè ad hoc, ſecundùm verũ intellectum, quod non eſt vocatus. ff.de vent. in poſ. mit.l. vbicunque. §.primo. Vbi videtur ponere differentiam, quãdo mulier gratia ventris petit ſe mitti in poſſeſsionẽ bonorũ eius, in cuius bonis partus ſi naſcatur habebit bonorum poſſeſsionẽ vnde liberi, quia illud fiet paſsim, & ſine cauſæ cognitione plena, nã ſummaria ſufficiet, an petat mitti in bonorũ poſſeſsionẽ eius, in cuius bonis partus ſi naſcatur, habebit bonorũ poſſeſsionẽ vnde legitimi, quia defunctus

erat de

erat de agnatis. Nam tunc mulier non mitteretur in bono poſ. niſi cum plena cauſæ cognitione, & quòd ibi dicitur non eſſe cognitionem cauſæ neceſſariam, ſubaudi, ſummariam, ſed plena cauſę cognitio, bene erit neceſſaria. Vnde ſicut regulariter collateralium. ibi habetur plena cauſæ cognitio, ita videtur hìc, cùm frater ſit collateralis, maximè cũ regulare ſit, quòd plena cauſæ cognitio fiat, vt C. de iud. l. iudices. ſpeciale autem eſt, quòd ſummaria cauſæ cognitio habeat locũ. Vnde cùm dictum ſpeciale non ſit introductum in præſenti caſu, ego ſtabo regulæ generali, vt ſi frater petat à fratre alimenta, quòd petat per actionem præiudicialem, niſi fiat plena cauſæ cognitio. Sed nónne habebit locum præiudicialis ad vendicandum genus agnatorum in tertio gradu, vel vltra, vt ſi non hebeant me pro agnato, quòd contra ipſos poſſim intendere præiudicialem Et dixerunt quidam quòd ſic, vt ſit ſenſus de partu agnoſcendo, tam à parentibus, quàm ab agnatis. Sed alij dicunt contra, quia agnatis nihil intereſt ad præſens, quia non reperitur, quod dicti agnati debeãt præſtare alimenta. Vnde non intereſt ſua, niſi propter ſpem quòd alicui de agnatis ſuccederet, ſed illud non poteſt ipſe agendo allegare, cùm nõ debeat eſſe ſolicitus de hæreditatibus viuentium, vt ff. de vulg. & pupil. ſubſt. l. ij. §. interdum. & ita vendicari non poterit genus agnatorum per præiudicialem. Conſilium tamen bonum eſt, quòd ſi iſte habeat aliquos teſtes ad probandum, quod de tali agnatione eſſet, quòd aliquos teſtes faceret publicari ad æternam rei memoriam, ita quòd ſi teſtes morerentur, quòd dictis eorum poſſet vti, cùm tempus ſe differret, vt ff. ad legem Aquiliam.

DE PRÆIVDICIALI, PER QVAM QVAERITVR, AN ALIQVIS SIT *ſeruus vel liber &c.*

Est tertia quęſtio præiudicialis, per quã aliquis quæritur, an ſit ſeruus vel libertus, & quidem ſi ille qui dicitur ſeruus, ſit in poſſeſsione ſeruitutis, ita contra dominũ formabitur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Io. de Bla. quòd R. detinet in ſeruũ ſuum cogẽte me ſeruilia miniſteria ei exhibere. Vnde cùm ſim liber & ingenuus, petitione meá cõtra ipſum dirigo, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt me libertũ & ingenuũ pronuntietis, dictumque R. ad hoc, vt me libere vti libertate mea permittat per diffinitiuá ſententiá condẽnando. Si autem ſeruus eſt in poſſeſsione libertatis, dominus cõtra ſeruũ ita formabit libellum. LIBELLVS. Dico domine iudex talis ego Ionannes de Bla. quòd R. eſt ſeruus meus, Vnde cùm ſe gerat pro libero petitionem meam contra ipſum dirigo. Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. eſſet ſeruum meum per ſententiá declaretis, ipſum vt mihi ſeruilia miniſteria exhibeat per diffinitiuam ſententiam condemnando, & facit ad hoc ff. de libera. cau. l. ordinata. Seruitus autem poteſt probari, vel quia ipſum cœpi ab hoſtibus. vel quia maior xxv. an. mihi ignoranti conditionem ſuam paſſus eſt ſcienter ſe vendi ad pretium participandum, & in veritate participatus eſt: vel quia natus fuit ex ancilla mea: vel quia venditus mihi fuit à domino, & traditus: vel quia dominus habuit ipſum pro derelicto, & ego occupaui ipſum, vt inſtit. de iur. perſonarum. § ſerui & §. penul. & C. de rei vend. l. partum. & C. de pactis. l. traditionibus. & ff pro dereli. l. vlti. Non autem probatur ſeruus, eo quòd dominus tenuit eum, vt ſeruum per xl. annos, vt C. de præſcript. quæ pro liber. l. ſola libertas. Econtra probatur, vel quia filius ingenuæ mulieris, vel quia manumiſſus, vel quia ſciẽte domino militauit, vel quia tempore infirmitatis eum expoſuit, vel quia monachus per triennium ſtetit in monaſterio, vt d. l. partum. & inſti. de liber. in prin. & C. qui militare non poſ. l. ſuper ſeruis. & in Authen. de mona. §. ſi verò. Item, probatur liber, ſi pro præmio accepit libertatem, vt C. ex quibus cau. ſer. liber. pro præ. acci. per totum. Item, per præſcriptionem xx. an. vt C. de long. temp. præſcrip. l. quæ verò libertus. & notatur ad verbum libertus. l. præſtat. ſecundũ iſtos modos probandi poſſunt fieri in omnibus poſitiones in ſuperioribus actionibus.

DE PRÆIVDICIALI, PER QVAM PETITVR VASALLVS

Et quia, vt credo, ille qui fecit homagiũ legium poteſt præiudicialẽ peti, videamus qualiter eo caſu concipitur libell⁹. Sed primitus quædam de homagio, ſiue homicinio ſunt præmittenda. Et in primis quæritur, Vtrùm aliquis poſsit ſe conſtituere hominem meum, ſiue facere homiciniũ mihi? Et dicendum eſt quòd quamuis aliquis liber homo, non poſsit ſe facere ſeruum meum, per aliquam pactionem, vt C. de liber. cau. le. nec ſi volens. nec etiam per confeſsionem factam in iure, vt C. de liber. cau. l. interrogatam. & ita pactiones non admittuntur, vel etiã cõfeſsiones, vt totaliter obfuſcent libertatem, vel quaſi ſpeciem inducant ſeruitutis, vt ſi legeretur tali conditione alicui, vt non recederet à certo loco, iam eſſet quaſi ſeruus; vt ff. de liber. ho. exhi. l. nihil. vnde cùm prædicta cõditio adimpleatur, non debet interponi cautio, vt ff. de cond. & demon. l. Titio. § Titio. Per pactionem tamen aliquis poteſt conditionem ſuam grauare. Vnde per pactionem, interueniente ſcriptura, aliquis poteſt ſe conſtituere aſcriptitium, vt C. de agric. & cen. l. cùm ſcimus. Ita videtur quòd aliquis per pactionem videlicet per ſtipulationem poſsit conſtituere ſe hominem meum. interuenit etiam oſculum in pluribus partibus, de conſuetudine. Nam quando ſtipulatio concipitur, in pluribus partibus, dominus tenet inter manus ſuas, manum illius qui facit homagium. & ille flexis genibus facit homagium per ſtipulationem, promittendo fidelitatem, & dominus ipſum in ſignum, quia verſa vice ei fidelis erit, ipſum oſculatur. Nam eandem fidelitatem debet dominus Vaſallo, quàm Vaſallus domino, vt in conſtitutio. Federici de vſibus Feudorum, qualiter dominus proprietate priuetur. Et per hoc poteſt reſponderi rationibus, quæ poſſent in contrarium allegari, quòd aliquis non poteſt paciſci, vt infringatur ſua libertas, imò augetur. Nam dominus tenebitur ipſum iuuare, & cuſtodire ab inimicis, & pro ſuo poſſe in ſuo iure, ipſum defendere,

defendere, quæ forſan ipſe non adimpleret bene, niſi mediante auxilio domini. Scias tamen quòd huiuſmodi homagium non eſt introductum iure ciuili ſcripto. Sed quamuis non ſit introductum iure ciuili, tamen legibus adiuuatur. Nam pactiones licitæ cuſtodiendæ ſunt, vt ff. de pactis.l.prima.& l.Iuregeotium. §.prætor ait. Poteſt præſcribi hominicium, ſiue homagium: nam ſi ab aliquo per triginta annos receperim ſeruitia, quæ homines legij exhibent, præſcribam in eum homagium (& qui dicuntur homines legij infrà videbis) Nam & ego video, quòd quis per triginta annos, ſtando in fundo efficitur Coloous, vt C.de agri,& cen.l.cùm ſatis.§. cùm autem. Vnde ſecundùm quod Colonatia conditio præſcribitur per triginta annos, ſic etiam præſcribi poteſt Homagium per triginta annos. Non obſtat ſi quis diceret, quòd iui hominiciæ non habet continuam cauſam, cùm qois ſeruitia, quæ debet continuè Vaſa lus præſtare, non poſsit mihi exhibere & ita videtur.quod non poſsit præſcribi, vt ff.de ſeruituti.l.ſeruitutes.Reſpondeo, quia & quamuis non habeat continuam cauſam, habet tamen quaſi continoam, quia præſtitit mihi ſemel ſeruitia, quæ debet præſtare homo legius domino Videtur cõtinua eſſe in ea cauſa, vt quandocunque requiratur, ſeruitia præſtabit, & ita quaſi continuam cauſam habet, vnde præſcribi poterit, vt ff. de ſeruitute vrbanorum prædiorum.l.foramen Non obſtat, quòd poſſet obiici, quòd temporis longinquitate etiam quadraginta anoos non poteſt præſcribi aduerſus libertatem, vt C. de præſcriptio. quæ pro liber. & oon aduer. li. l. ſola. quia iſtud non eſt præſcribere aduerſus libertatem, vt ſuprà notatur. Sed certè x. vel xx. ano. non poteſt præſcribi homo legius, quia talis præſcriptio non habet locum, niſi præcedente titulo, vt C.de præſcript. long.temp.x.vel xx ann.l.diuturoa poſſeſsio. Sed ſuper homine legio non poteſt titulus interuenire, cùm ſit liber homo, & ita eius commercium ſit nobis interdictum, vt inſtitut. de inutil.ſtipulat.circa princip. Vnde etiam vendi non poteſt, vel donati, vt ff.de contraben. emptio.l.ſed Celſus. Vnde cùm non poſsit aliquis titulus interuenire, vel pro emptore, vel pro donato, vel alius non poterit præſcribi x. vel xx.an. Non nego tamen, quin liberi hominis emptio facta valeat ab ignorante, non tamen vt acquiratur titulus in re, ſed vt obligetur venditor de ea, vt ff. de contrahenda emptione, l. & liberi hominis. Scias tamen, quòd ſi aliquis per decem vel viginti annos præſtiterit mihi ſeruitia tanquàm homo meus legius, poſsum allegare cauſam interueniſse, dicendo, tu es homo meus, & per ſtipulationem mihi promiſiſti, facere ſeruitia, quę homines legij facere dominis ſuis debent. & quòd illa fuerit.probo. Quia non eſt veriſimile, quòd tanto tempore præſtitiſses, niſi cauſa homagij interueniſset, & ita ex curſu temporis, inducitur præſumptio cauſæ, vt ff.de vſuris.l.cùm de in rem verſo. Caueat tamen qui hoc dicet, ne faciat contra calumniæ ſacramentom.Ex prædictis liquet, quòd doobus modis acqoiritur homagium, vel per præſcriptionem longiſsimi tẽporis xxx.vel xl.annorum, ſi tamen eo tempore tanquã ab homine ſuo ſeruitia reciplat: nã ſi reciperet tanquàm ab amico, non præſcriberet, vt ff.qoemadmodum ſerui.amit.l.vlti. Vel per promiſsionẽ nec curo verùm in promiſsione facienda interueniat cauſa, vel non. Interueniret enim cauſa ſi diceret: iam conſtituo me hominem tuum, quia tu dediſti mihi feudum tale, vel vt defendas me in tali iure meo, à talibus aduerſarijs meis, vel in emẽda talis iniuriæ quam tibi intuli. Nam quàmuis cauſa non interueniat, tamen valet promiſsio cõ effectu, vbi ſuprà notatur in actione ex ſtipulatu. Et hoc eſt verum, ſcilicet ſoper obligationibus, quæ nunc primum ſortiuntur effectum id eſt, quę nunc de nouo conſtituuntur. Si aotem ad comprobandum veterem obligationem, interponeretem cautionem ſine cauſa, oon valet, quia indiſcretè loqueretur, vt ff.de proba.l. cùm de indebito.§.ſinautem. Viſo vtrum homagium poſsit conſtitoi, & qualiter conſtituitur, videndum eſt, Vtrum filius hominis mei, ſit homo meus? Et videtur, quòd non: nam partos ſequitur conditionem ventris, vt C.de rei ven.l.partom. Vnde cùm vxor hominis mei non ſit adſtricta iure homagij videtur quòd nec partus natus ab ea, & facit ad hoc C.de liber.cau.le.vlti. & C. de agri.& cen.l. mulier.& l.ne diutinus.& lege. vltima. Econtra videtur, quòd filius hominis mei ſit homo meus, nam filius murileguli eſt murilegulus, vt C. de muril.l.vlti. Item, filius coloni mei eſt colonus meus, vt C.de ag.& cen.lege.cùm ſcimus. §.illud. Item, per homagium efficitur quis quodammodò in poteſtate domini. Igitur omnes filij, quos in poteſtate habeat, vel habiturus eſt, efficerentur in poteſtate domini, ad ſimilitudinem patris, qui dedit ſe in arrogationem, quia ipſe & omnes eius filij tranſeunt in poteſtatem patris arrogatoris, vt ff de adop.l.ſi pater & l.ſi arrogato. Item, homines tales non ſunt ſerui, imò liberi, & ita poſſunt matrimonium contrahere, etiam legitimè. Sed cùm legitimæ nuptiæ factæ ſuot, filij ſequuntur cõditionem patris. Igitur videtur, quòd filij hominum meorum, ſequuntur conditionem patrum ſuorum, vt ita ſint homines mei, vt ff.de ſtatu. ho.l.cùm legitimè. Ad prædictam quæſtionem dicendum eſt, quòd conſideranda eſt cauſa quare quis fecit homagium. nam poteſt eſſe, quòd propter emendam alicuius delicti quis fecit homagium, vt verbi gratia, Aliquis interfecit patrem meum. propter pacem habendam mecum, ipſe fecit mihi homagium. Certè in hoc caſu, in multis ſe videtur ita habere conſuetudo, vt filij talis hominis mei, non ſunt homines mei, & ſatis videtur probabilis conſuetodo. Nam filius non debet portare iniquitatem patris, vt C. ne pater pro filio, vel filius pro patre.per torum. Niſi pœna teneat ſuum autorem, & non vltra extẽdatur, vt C.de pœnis.l ſancimus. Nam ſicut filij delinquentis ſubſtantiam delinquentis debent habero liberam, quia hodie propter delictum bona non publicãtur, excepto crimine læſæ maieſtatis, multò fortiùs perſonas proprias debent habere ſine onere.& facit ad hoc in Auten. vt nulli iudic. §. vlti. Et hæc ſunt vera, quando in emendam ſimpliciter fecit homagium, non ſubijciens bona ſua, niſi ratione feudi. Nam ſi bona ſua ſubijceret mihi accipiendo à me ea in feudum. tunc videretur ea bona mihi tradidiſſe, & in me dominium tranſtuliſſe, & iterum, me in feudom recipiſſe. vt C.de dona.l.quiſquis. Et in hoc caſu, ſi filij vellent abſtinere à bonis paternis, nõ poſsem eos in homines

mees

meos vendicare. Si autem volunt habere bona paterna, & agnoſcant ea, planum eſt, quòd non ſũt homines mei, propter rationes prædictas: quia cum bona tranſeant cum onere ſuo, Si volunt habere bona faciant mihi homagium, vt arg. C. ſine cen. vel reliquis. l. ſecunda. & ita indirectè compellerentur mihi homagium facere. Nam ego vendicabo bona tanquàm directò dominus: & ſi excipiant, quòd pater eorum erat vtiliter dominus, ego replicabo quòd dicta bona non debent habere, niſi agnoſcant ouus, quòd pater eorum ſuſtinebat. Si autem aliquis conſtituat ſe hominem meum legium, quia dedi ſibi in feudum aliquam rem, & vt debeam ipſum defendere ſiue protegere, tunc videtur ita dicendum, quòd poſtquã conſtituit ſe hominem meum legium, quòd principaliter perſouam ſuam aſtringat: vt ſic interueniat, vt res cuiuſdam remunerationis gratia, vt ff. mandati. l. ſi remunerandi. Vnde cùm iu hoc caſu perſona patris ſit principaliter obligata, vt ſibi prouideat, ſcilicet, vt ipſum defeudam & protegam, & quis præſumitur ita prouidere filiis ſuia ſecundùm quod ſibi, vt ff. de probat. l. ſi pactum. Certè in hoc caſu videtur, quòd perſonæ filiorum aſtrictæ ſint iure homagij, & quàmuis vellent abſtinere ab re, quam dedi patri eorum in feudum, quia principaliter propter illam rem non fecit mihi homagium, vt ſuprà notatur. Nam ſicut ſtipulando, vel paciſcendo poteſt prouidere filiis, ita etiam conſtituendo ſe hominem alicui magnati, vt ab ipſo tam liberi ſui, quàm ipſe protegãtur, poterit filiis prouidere, vt ff. de pactis l. & ſi hæredi. §. nos autem. & §. Iulianus. & lege. antts. Et ita filij eorum aſtricti erunt iure homagij. Nec videtur alicui abſurdum, ſi pater perſonam filiorũ ſuorum poſsit aſtringere, nam etiam ipſos poteſt vendere ne fame pereat. Vnde magnum eſt ius paternæ poteſtatis. & inæſtimabile. & facit ad hoc C. de patribus qui filios diſtra. l. prima. & ff. de legatis primo. leg. filiusfamiliàs. §. ſecundùm vulgarem. Ratione enim patriæ poteſtatis filios impuberes conſtituit in poteſtate tutorum, & ita videtur, quòd filios ratione dictæ poteſtatis poſſunt conſtituere filios in poteſtate dominorum. Iſtud tamen argumentum eſt debile. & facit ad hec. ff. de tutelis. lege prima. & de teſtamen. tutel. per totum. Idem eſt multò fortiùs, ſi conſtitueret ſe hominem meum legium, vt ſibi à me dato. In dubio autem ſi non exprimat cauſam, vel non liquet quare fecit homagium, præſumam, quòd ideò fecerit homagium, quòd eum defendat dominus, vt ſic filij eius ſint aſtricti, & res potius valeat quàm pereat, vt ff. de rebus dub. l. quocunque. Ex præmiſsis igitur liquet, quòd filius hominis mei regulariter eſt homo meus, fallit tamen in caſu, vt ſuprà dixi, Sed quid ſi pater exhæredaſſet aliquem de filiis, iſte filius exhæredatus, erit ne homo patris ſui domini? Et certè de æquitate dicendum eſt. quòd non. Sed cum effectu excluditur à ſubſtantia paterna, quia pro mortuo habetur, vnde ſicut mortuus non eſt aſtrictus alicui, ita conditio iſtius non erit aſtricta alicui, vt ff de coniung. cum eman. lege prima. §. ſi pater. Item, ſicut pater legando, non poteſt filium exhæredatum onerare, ita videtur quòd multò minus poſſit grauare conditionem perſonæ filij ſui exhæredati. vt C. de fideicommiſ. l. quidam filium. Non obſtat, ſi opponatur, quòd filio exhæredato poteſt tutorem dare, & ita videtur, quòd filio poſsit dominum conſtituere, vt ff. de teſtamen. tu. l. pater. Quia illud eſt ſtatutum ad prouiſionem filij, & nullatenus. Iſtud verò, ſcilicet homagium, quamuis poſsit eſſe introductum ad filij prouiſionem, vt ſuprà notatur, tamen quantùm ad onus introductum eſt. Et non eſt iuſtum quòd filius exhæredatus oueretur per patrem. Non obſtat, ſi oppouatur, quòd aliquis ex pœna non debet conſequi immunitatem, vt ff. de inter. & rele. le. antepenulti. §. vltimo. Vnde cùm exhæredatio ſit introducta in pœnam, quòd apparet, quòd non inſeratur cauſa iugratitudinis, non valet exhæredatio. Item, ipſam oportet probare per hæredem inſtitutum, vbi in Auten. vt cùm de appel. cog. §. cauſas, & C. de inoffi. teſtamen. l. omni modo. Videtur quòd filius propter exhæredationem non ſit immunis ab homagio. Ad quod dicas, quòd pœna priucipaliter nou tribuit immunitatem, & hoc eſt verum regulariter. Sed iſtud aliquando fallit, vt euitetur impoſsibilitas vel abſurditas, nam ignominia nonnulli ab arbitrio tutelæ excuſantur, & hoc ideò, quia non poſſunt intrare vrbem, vt ff. de admit. tut. l. ſed & milites. §. ignominia. Vude propter impoſsibilitatem, quia vrbem intrare non poſſunt, excuſantur ibi ab onere. Similiter & hic propter abſurditatem excuſatur ab onere, quia abſurdum eſſet dicere, exhęredatum eſſe obligatum. id eſt, aſtrictum ex facto paterno. Sed quid ſi filius non fuit exhæredatus, abſtinuit tamẽ ab hæreditate paterna, erit ne homo domini patris ſui? Et certè quàmuis de rigore iuris, poſsit dici conditionem eius aſtrictam, attamen de ęquitate videtur, quòd poſtquàm lucrum hæreditatis paternæ non pertinet ad eum, quòd non ſit aſtrictus ex facto paterno, vt & iſte poſtquàm reſpuit lucrum, quòd poſsit reſpuere onus, vt ff. de reg. iur. l. ſecundùm naturam. & ita ſe habet conſuetudo in pleriſque locis. Ex prædictis liquet, quòd omnes filij hominis mei, ſuut homines mei. Sed quæritur vtrùm omnes teneantur mihi ſeruitia, quæ mihi pater eorum exhibebat, præſtare, etiam quilibet inſolidum? Et videtur quòd ſic: quia pater eorum tenebatur mihi ſeruire, quia homo meus erat. Vnde cùm quilibet ex iſtis filiis ſit homo meus, videtur quòd quilibet teneatur mihi ſeruire perinde ac pater, cùm eadem ratio in eis reperiatur, & ita idem ſtatuendum eſt, vt ff. ad le. Aquil. l. illud. & ff. de verborum obligationibus. lege à Titio. Item, hoc poteſt ſic probari, ſi fundus tuus mihi debet viam vnicam, vt ff. de ſeruit. l. ſicut. Si autem illæ diuidantur, & efficiantur duo fundi, iam debebuntur mihi duæ viæ: nam quilibet fundus debebit mihi viam inſolidum, vt ff. quemad. ſerui. amit. l. nam ſatis. §. penulti. & vlt. Ita videtur hîc, quòd quamuis loco vnius plures ſucceſſerint, tamen videtur, quòd quilibet mihi teneatur ſeruitia inſolidum exhibere. Econtra videtur, quòd omnes teneantur ad vnum ſeruitium præſtandum, tale, quale pater eorum præſtabat: nam ex perſona hæredum non debet obligationis conditio immutari, vt ff. de verborum oblig. lege ſecunda. ibi, Non enim ex perſona hæredum &c. Item, ipſi ſucceſſerunt patri ſuo: videtur igitur quòd eiuſdem conditionis ſint vt pater, & ita in plus nõ teneantur quàm pater eorum tenebatur, vt infrà eo. §. fuerat. Maximè ne deterioris conditionis ſint hæredes quàm pater, vel defunctus, vt

ff.de fundo do.l.dotale. & ff.de regu.iur. l.hæred. & lege inuitus.§. cùm quis. Dic ad prædictam quæſtionem, quia ſi à defuncto homine cauſa, & occaſio homagij incœpiſſet. verbi gratia, Aliquis pauper miles venit ad comitem, & dixit ei: domine, ſi velletis me protegere & defendere in iuribus meis, vellem eſſe veſter homo, & ita fecit ei homagium, & forſan omnia bona ſubiecit ei ratione Feudi. In hoc caſu adhuc diſtinguendum eſt, quia quædam ſunt ſeruitia quæ ſunt in non faciendo, vt in non vocando in ius ſine venia ad inſtar liberti. Item, in non mouendo turpem actionem. Item, vt Vaſallus non ſit aduocatus contra dominum: nam iſta iura videtur dominus habere in homine ſuo ad inſtar patroni & liberti, vt C.de in ius vocan.l.venia. & ff.de dolo. lege non debet. Et talia iura, quæ ſine difficultate præſtantur, vnde tranſeunt ad quemlibet hæredem inſolidum, & quilibet filiorum ad iſta iura tenebitur inſolidum: nam aliquis eorum non poterit nec debebit turpem actionem contra dominum intentare. Quædam alia iura ſunt, quæ conſiſtunt in faciendo, vt venire cum armis ad adiuuandum dominum &c. Huiuſmodi ſeruitia ſunt quæ homines tenentur dominis ſuis facere. Et in his ſeruitiis, cùm ſint indiuidua, quilibet obligatus eſt inſolidum, vt ff.de ſerui lege. viæ. Si tamen vnus dictum ſeruitium præſtiterit, cæteri liberabuntur, debent igitur vnum eligere, qui vadat ad adiuuandum dominum cum armis. Nec dominus in plus poterit eos grauare, & ita non erit eorũ cõditio deterior quã patris, quia omnes non præſtabunt niſi vnum ſeruitium. & facit ad hoc ff.fami.erciſcun.l.hæredes.§.contra ſi promiſſor. & ff.de verborum obligationibus.l. ſecunda. Si autem nolunt concordare, quis eorum teneatur facere ſeruitium. agetur contra quemlibet inſolidum, & condemnabitur quilibet ad intereſſe pro ea parte, pro qua hæres eſt. Vnde quàmuis agatur inſolidum, fiet tamen condemnatio ad intereſſe, pro ea parte, qua hæres eſt conuentus, vt ff. depoſi leg.ſi domino in factum. vel forſan iudice innuente compellentur cõcordare, per quem præſtetur ſeruitium prædictum, vt ff.de leg.primo.l. huiuſmodi.§.vltimo. Si autem ſeruitium eſſet in dando, tunc quilibet teneretur pro ea parte qua eſſet hæres, & non in plus, vt C.de annon.& tri l. prima.lib.x & C.de prædiis, & aliis.l. prima & ſecunda. Et facit ad hoc.ff.de alimen.& ciba.l.ſolẽt ſecundo Reſpon. Ex iis apparet cuiuſdam conſuetudinis declaratio. nam in pleriſque locis ita obſeruatur de conſuetudine, quia aliquis eſt homo meus, & omnia bona ſua à me tenet in Feudum, quia primogenitus filius eius faciet mihi fidelitatem, & me tenebitur iuuare cõtra inimicos meos, vt ſuprà dixi. In iſtis iuribus quæ conſiſtunt in faciendo, licitum eſt vnum eligere, & conſuetudo eligit primogenitum, vnde tantùm facit hic electio conſuetudinis, quantùm faceret electio hominis. & bene dixi, quòd primogenitus tantùm mihi præſtabit fidelitatis ſacramentum. Quia illud eſt quoddam ius in faciendo, & ita parum eſt ius iſtud ad implendum, vt ſuprà notat. vnde præſtabitur per electum à conſuetudine. Omnes tamen ſunt homines mei qui conſiſtunt, quantũ ad iura in non faciendo, & ſicut conſuetudo primũ onerauit in vno, ita in alio eum releuauit, quia minores fratres tenebuntur ei facere homagium, & ſacramentum pro fidelitate præſtare, quia qui in vno grauatur, in alio releuatur, vt ff.de iureiu. l.cum qui. Ita ſe habet conſuetudo in partibus vltramontanis in pluribus locis. Modo volo accipere ſecundum membrum diſtinctionis, aut occaſio homagij proceſſit a domino, quia comes dedit alicui pauperi militi aliquam rem immobilẽ, vt ei faceret homagium, tunc ſi pater alicui ex filiis illam rem aſſignauit, vel iudex familiæ erciſcundæ, vel de communi voluntate omnium fratrum, vnus ex fratribus illam rem habuerit, ille ſolus homagij iure tenebitur deſeruire, vt ff commo.l.tertia.§.ſi hæres & quia res tranſit cum onere ſuo, vt C.de prædiis mino.l.ſecũda. & quia hoc eſt ſecundùm naturam, ita res, vel de communi voluntate fratruũ. vel per iudicem ſemper debet vni aſſignari, vt ff.de alimen.& ciba.l. tertia. vt electus homagij onera ſuſtineat, & iſta res vocatur Feudum legium, quia pro iſta re comes debet habere hominem legium. QVÆSTIO. Sed quæritur, vtrùm aliquis poſſit eſſe homo legius duorum? Et non credo, quia ſicut duo non poſſunt eſſe domini eiuſdem rei inſolidum, ita nõ poſſunt habere iura homagij legij inſolidum in eodem, vt ff.commo.l.ſi vt certo. §.ſi duobus vehiculum, Sed quid erit in tali caſu, conſuetudo eſt in pluribus locis, quòd mulier ſuccedit in Feudum legium. Vnde ponamus me eſſe hominem legium Comitis Matiſconenſis, accipio aliquam in vxorem, quæ habebat Feudum legium à duce Burgundiæ: nam pater eius occaſione alicuius rei erat homo legius ducis Burgundiæ, illud mihi dat in dotem. Dux Burgundiæ pro Feudo ſuo legio vult habere vnum hominem legium: ego non poſſum ſibi facere homagium legium, quia homo legius ſum Comitis. Quid ergo faciendum erit in hoc caſu? & certè dicendum, quòd quàmuis Feudatarius ſiue Feudataria poſſit rem Feudi propter neceſſarium caſum dotis alienare, vt arg.C. communia de lega.leg.vlt. Auten.ibi ſignata, res quæ ſubiacent. tamen in non capacem non poſſunt alienari. Vnde cùm ego non ſim capax, non poterit in me alienari. & ex prædicta cauſa neceſſaria. Vel dicas, quòd mulier ex cauſa dotis alienat, tamen remanebit Vaſalla. Nam poſtquàm conſuetudo illius loci approbat, quòd poſſit in Feudum ſuccedere omnia videtur approbare, ſine quibus non poſſet in Feudum ſuccedere. Vnde erit Vaſalla, & præſtabit ſacramentum fidelitatis, vt argu ad hoc ff.de iuriſd.omnium iud.l.ſecunda.& ff.de penu.lega.lege tertia.§.vlt. QVÆSTIO. Sed tunc quæritur, quomodo deſeruiet Feudum? & dicendum eſt, quòd per interpoſitam perſonam, Nam cum mulierbre officium non ſit viſitare arma, ipſa loco ſui mittet ad dominum ſuum vnum armatum vel plures, ſi hoc exigat Feudũ. Nam huiuſmodi opera bene poterit per aliũ explicare, vt C.de cadu.tol.lege prima §.ſin autẽ in faciendo. QVÆSTIO. Sed ponamus, retento primo themate, quòd ego & vxor mea ſumus mortui, relictis liberis, quid erit? nã liberi ſequuntur meam conditionem, vt ſuprà notat. & ita omnes ſunt homines Comitis Matiſcoñ. Dux Burgundiæ vult ratione Feudi, quòd vxor mea tenebat & ab eo habere vnum hominem legiũ. liberi mei non poſſunt facere. ſibi homagiũ, quia ſunt homines legij Comitis. Dic ſi ſunt plures liberi, quòd quantùm ad ſeruitia quæ conſiſtunt

in faciendo

in faciẽdo, eligitur vnus ex liberis. qui facit ſacramentum fidelitatis, & omnia iura homagij, quæ ſunt in faciendo adimplet, vt ſuprà notatur. Ille verò vocabitur homo legius, vnde aliquis liberorum meorum, quàmuis ſit homo Comitis, quantũ ad iura, quæ ſunt in non faciendo, tamen non ſimpliciter eſt homo legius, eo quòd loco ſui iura homagij alius ſubit, vt inſtit. quibus mo. contra. ob. §. præterea. & ita ille poterit facere homagium illi duci. QVÆSTIO. Sed ponamus, quod non ſupereſt, niſi vnicus. Certè in hoc caſu dicẽdum eſt, quòd idoneum ſubſtituat, qui iuret fidelitatem duci, quo ſcilicet ille qui ſubrogat poſsit adimplere iura homagij, vt C. de epiſcop. & clericis. l. quiſquis. Sed quando poterit adimplere, iura homagij & dicendum eſt, quòd tunc poterit adimplere, quando habebit liberos idoneos, & legitimæ ætatis. Nam tunc vni ex liberis, poterit illud Feudum aſsignare, & ille faciet homagium duci, & ſic per conſequens pater videbitur facere homagium, cùm eadem ſit perſona patris & filij &c. vt C. de impub. & ali. ſub. l. vlti. & præſtat optimũ argumen. ad hoc in Auten. Quibus mod. na effi. ſui. §. ſi verò ab initio. in fi. ibi, & per eorũ filios. QVÆSTIO. Sed ponamus, feci Comiti homagium legium, iuuirat vt eam cum eo in exercitum: recedo de domo mea, venio ad Comitem, Tenebitur ne comes mihi præſtare expenſas quãdiu cum eo fuero in militia, & dicendum eſt, ſi habeam pingue Feudum, vel ſi diues ſum, quod Comes non teneatur mihi præſtare expenſas: ſi autem pauper ſum, Comes tũc tenetur mihi præſtare expenſas, vt ff. de operis liber. l. ſuo victu. & l. operatum. §. vlti. Idem credo ſi Feudum legium eſſet paruum nam tunc Comes tenetur mihi præſtare, vt credo, expenſas, ne propter paruam rem ſuſtinerem magnam additionem, vt in Auten. de fide. §. niſi autem. QVÆSTIO. Item, quæritur, vtrùm cum domino meo teneor ire ad partes remotas, vt puta, ſi velit me ducere ad partes transmarinas, vt contra Barbaros ipſum iuuarem dicendum eſt, quòd ſi eſt talis Baro, vt rex Francorum, qui poteſtatem habet pugnare contra Sarracenos, vt etiam prædeceſſores eius pugnauerunt contra dictos Barbaros, & conſueuerunt pugnare. Certè videtur, quòd in hoc caſu homines ſui, videntur eum ſequi ad partes remotas, ad inſtar patroni, qui operas congruentes poteſt ſuæ perſonæ liberto indicere, Certè videtur ſimiliter quòd in hoc caſu Rex poſsit indicere hominibus ſuis, vt cum eo eant ad partes transmarinas, maximè, quia dictus Rex conſuetus eſt ire ad partes transmarinas, conſuetudo inſuenda eſt patris familiàs, vt ff. de pig. act. l. vel vniuerſorum. & facit ad hoc. ff. de oper. l. operæ. & l. penul. Rex tamen forſan dictis hominibus teneretur pręſtare, vel expenſas totas, vel partem expenſarum: quòd totum terminandum relinquitur arbitrio boni viri, qui conſiderabit magnitudinem Feudorum, vt ff. de annuis legatis. l. Mæuia. §. vlt. Si autem non ſit talis Baro, qui habeãt poteſtatem pugnandi contra Barbaros, nec etiam conſueuit pugnare contra Babaros. In hoc caſu videtur, quod homines non teneãtur ſequi dominum ad partes transmarinas, nec dominus huiuſmodi ſeruitium poſsit eis indicere, vt ff. de procu. l. ſed hoc. §. ij. & ff. de oper. liber. lege quod vbi. §. vltimo. & facit ad hoc. ff. de arbitra. lege ſi cùm dies. §. ſi arbiter.

QVÆSTIO. Sed quæritur, vtrùm homo hominis mei, ſit homo meus? & dicendum quòd non ſicut libertus liberti mei, non eſt libertus meus, vt ff. de liber. agno. l. ſi quis alij, à libertis. §. ſi quis à liberti liberto. & ff. de verb. ſig. l. Modeſtinus. & ff. de alimentis, & ciba. leg. l. alimenta. §. primo. Ex quo apparet quòd quàmuis omnes magni Barones, ſcilicet Comites palatij, Duces, & cæteri ſimiles ſint Vaſalli, ſiue homines legij regis illius regni vnde ſunt, vel etiam imperatoris ſi ſuſiſtunt imperio immediatè: tamen homines iſtorum Baronũ non ſunt homines regis vel imperatoris. Vnde per hoc reprobatur quorundam fatua opinio, qui dicunt, quòd omnes regni Franciæ ſunt homines regis: quia non eſt verum: nam homines hominũ ſuorum, non ſunt homines eius. Sed quàmuis non ſunt in poteſtate regis iure generalis iuriſdictionis, quam rex habet in regno (nam verbum poteſtatis pluribus modis accipitur, vt ff. de verb. ſig. l. poteſtatis verbum.) tamen in omnibus hominibus regni ſui habet imperium, vt in lege allegata. Nam ſicut omnia ſunt imperatoris, quantùm ad iuriſdictionem, cùm ſit mundi dominus, ſic omnia quæ ſunt in regno regis, quantùm ad iuriſdictionem, vt C. de quadrien. præſcript. lege bene à zenone. & ff. ad l. Rhodiam de iactu. lege deprecatio. Sed ponamus, vt multotiens accidit, Aliquis Baro de regno Franciæ inſurgit contra Regem, vt quondam fecit Comes Marchæ, & Comes Toloſanus. Iſte Baro præcipiit hominibus ſuis in virtute ſacramenti, quòd recipit ab eis, quòd iuuent ipſum contra regem, tenebuntur ne obedire? Et certè videtur quòd ſic, quia dictum Baronem iuuare tenentur contra quemcunque per iuramentum, & certè graue eſſet fidem fallere, vt ff. de pactis. lege prima. Item, ita generaliter promiſerũt, quòd iuuarent dictum Baronem contra quemcũque. Et verba generaliter dicta, generaliter ſunt intelligenda. Vnde videtur, quòd contra Regem teneantur dictum Baronem iuuare, cùm perſona Regis non ſit excepta, vt ff. de liber. præſtan. bon. poſ. contra tab. peti. lege prima. §. generaliter. & ff. de ſeruitu. vrb. præd. lege ſi ſeruitus. Item, quia videtur, quòd homines prædicti teneantur domino ſuo obedire, & ita iuuare ipſum contra Regẽ. Et præceptum dominicum videtur eos excuſare, vt alias præceptum patris excuſat filium, vt ff. ad le. Cor. de fal. l. filius. & etiam præceptum iudicis excuſat, vt ff. de his qui no. infa. l. furti. §. qui iuſſu. Dicendum eſt tamen contrarium, quòd Baro ille qui inſurgit contra regem, videtur incidere in legem Iul. maieſtatis, ex illo capite, quia videtur machinatus in mortem magiſtratus populi Romani, vel veriùs, quòd directò videtur feciſſe cõtra principem, nam rex Franciæ in regno ſuo princeps eſt nam in temporalibus ſuperiorem non recognoſcit. & facit ad hoc. ff. ad leg. Iuli. ma. lege prima. Vnde cùm ſic grauiter delinquit dictus Baro, quia crimen læſæ maieſtatis committit, homines eiuſmodi non tenentur ipſum iuuare. Nec præceptum dominicum ipſos excuſat, nam in grauioribus non debent domino obedire, vt C. de acti. & obliga. lege ſeruus. Item vinculum ſacramenti ad hoc non ligat ipſos, quia turpium nulla eſt obligatio, vt ff. de verborum obligationibus. lege generaliter. QVÆSTIO. Sed ponamus, Baro quidam Regni Franciæ, ponamus, Dux Burgũdiæ, habet guerram cõtra aliquem vicinũ ſuum,

ponimus contra ducem Lothoringiæ,Rex Francorum , ponamus. habet guerram contra regem Alemaniæ, qui vult ſibi ſubiugare coronã Fräciæ. Dux Burgundiæ præcipit hominibus ſuis, vt iuuent eum conta ducem Lothoringiæ, Rex præcepit eiſdem hominibus , vt iuuent eum contra regem Alemaniæ , cui debebant dicti homines obedire? Duci,cui allegati ſunt iure homagij, vel regi Francorum , cui ratione generalis iuriſdictionis ſubditi ſunt? Et videtur. quòd Duci tenebuntur obedire,nam duplici iure Dux dictos homines habet obligatos,videlicet, iure iuriſdictionis, quam habet in eis. Nam dominus habet iuriſdictionem in hominibus ſuis,vt in Autent . de quæſtor.§.ſi verò. colla.ſexta. Item habet eos alligatos iure homagij. Rex verò non habet ipſos alligatos,niſi vnico iure,videlicet , iure generalis iuriſdictionis. Vnde cùm Dux habeat duplex ius, in dictis hominibus.videtur potior in præcipiendo dictis hominibus , quàm Rex , qui non habet niſi vnicum ius.vt in Auten.de conſang. & vteri. fratr.§.primo . & §.penultimo. ibi , & excludant duplici &c.Econtra videtur,quòd teneantur obedire Regi , & non Duci . Vocati enim ad maius tribunal,habent excuſationem à minori tribunali,vnde dimiſſo minori tribunali,debent obedire maiori,& ita videtur poſtquàm dicti homines vocati ſunt à maiori,ſcilicet à Rege,quòd ei debeãt obedire,dimiſſo duce,vt ff.de re iud.l.contra pupillum.§.vlti. Ad quod dicendum , quòd in propoſita quæſtione potius homines tenentur obedire Regi: Nam rex vocat eos. vt corona non ſubiugatur,& ita vocat ipſos propter bona totius patriæ,ſiue propter bonum publicum regni . Vnde rex præcepit dictis hominibus nomine patriæ , videlicet regni Galliæ, cuius adminiſtrationem gerit,& ita iſti tenentur pugnando pro patria obedire talibus præceptis,& ad hoc tenentur iure gentium,vt ff.de inſtit.& iure.l.veluti. Et intantùm debemus obedire patriæ pugnando pro ea, & intantùm ſumus ad hoc alligati , quòd etiam defendendo patriam,licitum eſt contra patrem venire & ipſum interficere,vt ff.de relig. & ſump. ful.le. minimè. Vnde in hoc caſu,propter hoc,vt pugnetur pro patria , multò fortiùs licitum erit , dictis hominibus venire contra præceptum ducis domini eorum,potiſsimè , quia Dux facit præceptum gratia priuatæ vtilitatis ſuæ, ſed Rex facit præceptum gratia publicæ vtilitatis, & publica vtilitas præferenda eſt priuatæ.vt ff.pro ſocio. lege actione.§.Labeo. Non obſtat hoc , quòd duplici iure tenentur vni , quia vna ratio bene efficax poteſt vincere duas minores, vt videmus in hoc caſu,& ff.de inoffi.teſta.l.nam & ſi parentibus. Nam vbi vna ratio efficax vincit duas,non nego tamen, quin potiùs Duci tenerentur obedire , ſi Rex vocaret ipſos gratia alicuius negotij,quòd non tangeret publicam vtilitatem. Nec obſtaret, quòd vocati ſunt ad maius tribunal,nam quàmuis rex ſimpliciter ſit maior duce , non tamen maior eſt regulariter dictorum hominum,imò Dux eſt maior regulariter ipſorum. QVÆSTIO. Sed ponamus,vt vidi de facto , Eccleſia Matiſcoñ. videlicet, epiſcopo eccleſiæ debebat pro comitatu Matiſcoñ facere homagium Regi Francorum.Comes verò pro comitatu debebat facere homagiũ eccleſiæ Matiſcoñ.& ita eccleſia tenebat comitatum , à Rege in feudum,euenit quòd rex Francorum acquiſiuit dictum comitatum, quia emit,patiente eccleſia Matiſcoñ Eccleſia petit à Rege, vt ſibi faciat ſibi homagium. Eſt in quæſtione , vtrũ Rex dictum homagium teneatur facere ? & videtur quòd ſic:quia cùm loco comitis Rex ſucceſſerit,videtur quòd naturæ eiuſdem debeat eſſe , vt quemadmodum Comes iure homagij debeat eſſe aſtrictus eccleſiæ, ita videtur quòd rex dictum homagium ſubire teneatur.& facit ad hoc infrà e.§. fuerat.& ff.ſi quis cau.l.ſi eum.§. qui iniuriarum. & ff.de donat.inter virum & vxorem.l. & ſi donatæ.§.ſponſus.& ff.de conditionibus . & l filio. § Titia.Nam fiſcus ſuccedens priuato,eadem præſtat ſiue ſubit onera , quæ tenebatur præſtare ſiue ſubire priuatus. Et ita videtur in caſu noſtro, quòd rex teneatur eadem ſubire onera, quæ tenebatur ſubire comes,vt & ita teneatur homagium ſubire vel præſtare , vt ff.de iure fiſci.l. fiſcus. Item , Comitatus tranſiuit ad Regem , igitur videtur quòd tranſiuit cum onere ſuo , vt & ita rex pro comitatu dicto teneatur homagium facere, vt C.ſine cen.vel re.l ſecunda. Econtra videtur, quòd homagium non teneatur facere , quia in eo eſſet quidam circulus , nam Eccleſia propter comitatum teneretur Regi facere homagium.& rex propter dictum comitatum teneretur eccleſiæ facere homagium . Cùm ergo circulus à iure reprobetur, videtur , vt tollatur omnis circulus, quòd neuter,nec eccleſia , nec rex teneatur alteri facere homagium.vt ff.de condi.indebit. le.dominus in teſta. Item , ſi rex faceret homagium eccleſiæ,iam eſſet feudatarius,& ita ex iure feudi haberet vtile dominium. Item, quia eccleſia tenetur facere Regi homagium, Rex habet ex iure dicto dominium,quia directò dominus eſt . Vnde iam ex duplici cauſa haberet dominium rei, quia ex vna cauſa haberet vtile dominium, ex alia cauſa directum,quòd eſt inconueniens,vt ff.de acquirenda poſſeſsione.lege tertia.§.ex plurimis. Item ſequeretur aliud inconueniens, quòd idem ſe ipſo eſſet poſſeſſor potior , vtputa ſi eccleſia ageret, faceret homagium Regi.iam Rex eſſet potior eccleſia . Sed ſi rex faceret homagium eccleſiæ, iam eccleſia maior rege,& ita videretur per conſequentiam,à primo ad vltimum.quòd idem eſſet ſe ipſo potior , quòd eſſet inconueniens , vt ff.de diu.& tempor.præſcript l.de acceſsionibus . quãuis argu.contra ſit ff.qui po.in pig.ha. lege Claudius fœlix. Item , quando Comes habebat comitatum,ita poteramus verè dicere,eccleſia tenetur iure homagij pro comitatu , quam tenet Comes,& ita tenetur pro Comite Regi, vnde Comes erat ille,qui principaliter debebat teneri iure homagij,cum habebat comitatum:eccleſia verò pro dicto comite tanquàm acceſſoriè tenebatur regi, cùm nullam vtilitatẽ inde haberet eccleſia , quia tantùm præſtabat alteri , quantùm recipiebat ab altero,quia & homagium recipiebat à Comite,& homagium faciebat Regi.Cùm igitur Rex qui eſt principalis creditor ſuccedat principali debitori videtur omnis acceſſoria obligatio extincta , vt & ita,nec eccleſia teneatur homagium facere regi,nec Rex eccleſiæ, vt ff.de fideiuſſ. l.Iulian⁹. Ad prædictam quæſtionem dicas,ſaluo iudicio melioris ſententiæ,ꝙ de rigore iuris, Rex nõ tenetur facere homagiũ eccleſia Matiſcoñ.imò ſibi obiicier quaſi quandam compenſationem. ita dicendo,ex perſona Comitis non tenebat eccleſiæ Matiſcoñ.

facere

facere homagium: ipſa verò pro eadem re, tenetur mihi iure homagij. Vnde volo, quòd eccleſia ſit liberata ab homagio, quo mihi tenetur: & ego liberatus ſum ab homagio, quòd dictæ eccleſiæ tenebar facere, & ſic eccleſiæ compẽſationem obiicio. & facit ad hoc ff. ſi pars hæred. peta. l. prima. §. vltimo. Non obſtat, quòd obiicitur, quòd Rex cùm ſuccedat, in locum comitis ſuccedat, tenetur eadem facere quæ Comes. Item, quòd res tranſit cum onere ſuo, quia hoc ipſo, quòd eccleſiam liberat ab homagio, quo eccleſia tenebatur ei, hoc quod eſt hoc ipſo, quòd obiicit ei compenſationem. Videtur ſubire onus, quòd tenebatur comes. Item, hoc ipſo videtur tranſire res cum onere ſuo, quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat, vt ff. ſi certum pet. l. certum. compenſatio autem, & ſolutio videntur paria, vnde Rex videtur ſatis homagium ſubire, poſtquàm compẽſationem obiicit. Quidam tamen volunt dicere contrarium, quòd Rex tenetur ſubire homagium, & ita inuicem ſibi bona fide ſeruiunt. arg. pro eis. ff. ſi certũ peta. l. eius qui in prouincia. in fin. Viſo igitur qualiter homagia conſtituantur, & viſis quibuſdã quæſtionibus circa homagium, vt profundius ſciaris naturam homagij: notandum eſt, quòd duplex eſt homagium: quoddam eſt legium, quaſi legalitatem, & fidelitatem gerens. Nam homo legius, aduerſus omnes fidelitatem gerit domino ſuo, & ita in homagio legio, nullus excipitur quantùm ad verba, quantùm vero ad intellectum, illi qui habent generalem iuriſdictionem intelliguntur excepti: nam contra illum nõ tenetur dominum ſuum iuuare, vt ſuprà notatur. Secundùm hoc apparet, quòd non poteſt facere homagium legium duobus, quia talem ſimplicem fidelitatem, in quo nullus intelligatur exceptus, præter ſuperiorem non poteſt aliquis facere duobus, vt liquidà apparet. Homagium non legium eſt quando aliquis excipitur verbi gratia, Facio tibi homagium, hoc excepto, quòd poſſum mihi dominum legium conſtituere, contra quem nolo teneri tibi, nec te iuuare. Idem eſſet, ſi exciperetur alia perſona, hoc vbi facio tibi homagium, hoc excepto, quòd contra talem perſonam nobilem nolo te iuuare. Iſte eſt homo non legius, quia fidelitatem non tenetur gerere aduerſus omnes. Excipit enim quoſdam, contra quos fidelitatem, ſiue auxilium non teneatur præſtare. Et primò quæritur, ſi aliquis eſt homo meus legius, verum alterius poſsit ſe conſtituere hominem non legium, me contradicente, vel irrequiſito? Et videtur quòd non, quia poſtquàm in eo habeo talem qualem ſeruitutem homagij, videlicet, videtur quòd homagij ſeruitutem non poſsit conſtituere alteri in perſona ſua, me contradicente, vel irrequiſito, vt ff. de aqua plu. arcen. lege in concedendo. & duabus ll. ſequentibus. Econtra videtur, quòd alteri poſsit facere homagium non legium me inuito vel irrequiſito, quia in homagio legio excipitur fidelitas quàm mihi debet. Vnde in hoc non præiudicatur mihi in aliquo, quare ſi hoc prohibeo, illa de cauſa videor prohibere vt officiam non autem vt mihi conſulam. Vnde videtur, quòd non ſim audiendus, ar. ff. de ſeis vend. l. in fundo. Item, ſeruitus ducendæ aquæ per eundem riuum poteſt pluribus conſtitui, vt tamen per diuerſas horas ducant, & per diuerſos dies. Ita videtur in caſu propoſito, quia in eadem perſona conſtituitur ſeruitus homagij pluribus, vt tamen eo iure diuerſis temporibus vtantur. Quia eo tempore, quando ego dominus legius vtar iure homagij alicuius, qui non eſt dominus legius, non vtetur iure homagij, quia in fidelitate vel homagio non legio intelligitur exceptum homagium meum legium. Vnde eo tempore, quando mihi ſeruiet, non poterit compelli à domino non legio, vt ſibi ſeruiat. Vnde ſicut ſeruitus ducendæ aquæ, etiam indiuiſibilis quæ ſufficere non poteſt pluribus, conſtitui tamen poteſt per eundem riuum pluribus, dum tamen diuerſis temporibus: ita videtur quòd poſsit fieri in caſu propoſito, vt ff. de ſeruitu. ruſt. præ lege ſecunda. §. vltimo. Dicas ad prædictam quæſtionem, quòd aut eſt aliqua cauſa quare poſſum prohibere, ne homo meus legius faciat alteri homagium, vtputa, quòd homo meus legius vult facere homagium inimico meo. Certe hoc poſſum prohibere, & mè contradicente, & irrequiſito non debet hoc facere: quia inimicis meis non debet amicitias copulare. Si autem non eſſet aliqua cauſa, quare poſſem vel deberem prohibere, tunc me irrequiſito, & etiam prohibente poſſet alteri homagium non legium facere. In hoc caſu prohibitio mea tanquam ſine cauſa non eſt facta ab homine meo ſeruanda. & facit ad hoc C. de inoſ. teſt. l. liberi. in fin. & ff. de leg. primo. l. filiusfa. §. diuus. Argumentorum patet ſolutio, quia vnum ſoluit alterum. QVÆSTIO. Quæritur, ſi aliquis eſt homo non legius duorum quia hoc bene poſsibile eſt, quòd aliquis ſit homo non legius duorum, pro diuerſis feudis quos tenet à diuerſis dominis, & contingit quod vnus de prædictis habet Guerrã cum altero, tenebitur ne aliquem ex prædictis duobus iuuare? Et videtur quòd duo domini concurrentes, videntur ſe impedire quia neutri teneatur ſeruire. vt ff. de vſufr. l. quocunque. Econtra videtur quod vtrique teneatur ſeruire, vel amittat feudum quia difficultas præſtationis ex parte promiſſoris proueniens, non vitiat obligationem. Vnde quamuis non poſsit ſeruire duobus dominis in hoc caſu, tamen obligatio illius cui non ſeruit, non videtur perempta, imò ab eo poterit feudum aduocare. vt ff. de ver. ob. l. continuus. §. illud. Ad prædictam quæſtionem dixerunt quidam, quòd locus eſt gratificationi, ad illum quem volet iuuare, & ab altero erit excuſatus ad inſtar ſerui duorum dominorum, qui videt vtrũque interficere, & poteſt vni tantùm præſtare auxilium. Nam poteſt, quẽ vult iuuare, & gratificationi loc⁹ eſt, vt ff. de ſenaconſul. Syll. l. ſi quis in graui. §. ſi cùm omnes. Veriùs dicas de rigore iuris, quòd illum cui primò fecit homagium tenetur iuuare, vt C. qui poti. in pig. ha. leg. ſecunda. quia priorem fidelitatem ſemper tenetur ſeruare, & intelligitur excepta in ſecũdo, & ſic de rigore iuris non tenetur iuuare illum, cui ſecundò fecit homagium. Sed de benignitate, & ex quadam æquitate ita videtur ſeruandum, vt illum cui primò fecit homagium iuuet perſonaliter, illum verò cui ſecundò fecit homagium per ſubſtitutum, nam tales operæ bene poſſunt per ſubſtitutum adimpleri. vt C. de caduc. toll. lege prima. §. ſin autem. Non obſtat fidelitas quàm promiſit priori domino ſub tali forma, quòd iuuaret ipſum, & nullum iuuaret contra ipſum excepto domino legio, quia non videtur præſtare auxilium contra primum dominum: quamuis

ſecundo auxilium præſtet per ſubſtitutũ, quia nõ fecit hoc animo nocendi primò domino,ſed cauſa conſulendi ſibi,ne amittat feudũ ſibi datũ à ſecundo domino,ar.ad hoc ff.de aqua plu. ar. l.j.§. denique.Nã vt quis ſibi cõſulat,licitũ eſt aliquid facere quod inſtar habet doli,nõ tamen dolus eſt quia ſic facit vt ſibi conſulat,vt ff.de neg.geſt.l.at qui natura §.cùm me abſente. QVÆSTIO. Sed quid eſſet in dubio,ſi neſciretur,cui primò teneretur iure homagij,vt puta , quia homagiũ incœpit ab anteceſſoribus retro actis temporibus? Certè in hoc caſu videretur dicẽdũ de rigore iuris quòd neutrum teneretur iuuare,quia vt ſuprà tactum eſt,non tenetur iuuare niſi primum,& non apparet quis ſit prim⁹ in iure homagij,quarè neutrũ tenetur iuuare,vt ff.de rebus du.l. ſi fuerit. & ff.de teſta.tu.l.duo ſunt Titij. De æquitate tamen dicendum eſt,quòd de perſona ſua poteſt gratificare cui vult,vt illum perſonaliter iuuet, vt ff.de relig.& ſupmt.fu.l.vlt.alteri autem debet per ſubſtitutũ deſeruire,vt ſuprà dictũ eſt,Ad euidentiã omniũ prædictorũ,vt profundè de natura homagij videamus.Quærendũ eſt circa ſucceſsionẽ feudorum:& primò quæritur,vtrùm ſimilis ſit ſucceſsio feudi cæteris ſucceſsionibus? Et reſpõdetur quòd non,quia neque mulier neque monachus ſuccedit in feudũ.ſecundùm conſuetudinẽ approbatam,per dominũ Fridericum ſeniorem , vt in conſtit.de vſibus feudorum continetur. QVÆSTIO. Sed ponamus in aliquibus locis eſt cõſuetudo,quòd mulier,agnati cognatiſiue proximiores,ſuccedũt in feudũ,imò quod plus eſt,de conſuetudine in aliquibus locis obtinet, quòd extraneus poteſt hæres inſtitui in feudum,vnde ſecundùm iſtam conſuetudinem formabo talem quæſtionẽ. Aliquis deceſsit,nec habẽs liberos,ſed vnũ ſolùm agnatũ habebat, iſte agnatus ſuccedit ab inteſtato.Modò eſt in quæſtione,vtrũ iſte agnatus eo ipſo,quod hæreditatem hominis mei adiuit, & ita per conſequens feudum agnouit , quòd homo meus tenebat à me,cùm feudum ſit inter res hæreditarias,& nõ poteſt pro parte hæreditatẽ agnoſcere,pro parte repudiare,vt ff.de acqui. hære.prima.vtrùm eo ipſo videatur homo meus? & videtur quod non.Nam aditio hæreditatis non facit hæredem poſſeſſorẽ,multò minus videtur igitur quod faciat ipſum ab alio iure homagij poſsideri , vt ff.de acquir.poſ.l.cum hæredes. Quod videtur poſſe probari per vulgare Regni Franciæ, nam in illo regno dicitur,quod ſi aliquis homini meo ſuccedat ex agnatis vel cognatis quod ipſe debet mihi facere homagium intra quoddam certum tempus, quod habent de conſuetudine. Sed ſi hoc ipſo quòd adiiſſet hæreditatẽ hominis mei eſſet homo meus , fruſtra faceret mihi homagium, cùm amplius homo meus eſſe non poſſet , vt infrà eo. §. ſit itaque. Econtra videtur, quòd eo ipſo quòd hæreditatem hominis mei adiit quòd ſit homo meus.Nam ſic omnibus creditoribus hæreditariis tenetur eo ipſo quòd hæreditatem adiuit,vt ff.ex quibus cauſ.in poſ. ea l. tertia.§.vlt.& C.de hære.act.l.ſecunda , & tertia. Ita videtur,quòd mihi ſit obligatus iure homagij eo ipſo quod adiuit. Item,eo quòd adiit hæreditatem ſolo animo,eſt hæres , vt C.de iur.deliber. l.ſi auia.Sed eo ipſo quòd eſt hæres defuncti , fingitur eadem perſona cum defuncto. Vnde ſicut defunctus erat homo meus,ita videtur quòd iſte hæres ſit homo meus,vt in Auten. iuſiurandum, quod præſta.in priu.Ad prædictam quæſtionem dicendum eſt, quòd ſicut duplex bonorum poſſeſsio,quędam Edictalis, quædam Decretalis , & ſunt idem in ſubſtantia,decretalis tamen plus dat efficaciæ,vt ff.de ſucceſ.edict.l.prima. Decretalis enim diebus finiri poteſt,vnde niſi quis petat poſſeſsionem decretalem, intra certum tempus, amittat edictalem,& ita per conſequens decretalem,quia de cætero nõ poterit decerni, vt C. qui admit.ad bonorũ poſ.l.emãcipata. Ita eſt duplex homagiũ,quoddã edictale ſiue hæreditariũ,ꝙ habet aliquis eo ipſo ꝙ hæres eſt,Nã eo ipſo ꝙ hæres videtur ſubiiſſe onus homagij , cùm fingatur eadẽ perſona cum defuncto,& ſic hoc ipſo quòd prædictus adiuit hæreditatem hominis mei repręſentat eius perſonam,poſtquàm loco ipſius ſubrogatus,vt infrà.eo.§.fuerat. Vnde fingitur homo meus,& iſtud eſt homagium edictale ſiue hæreditarium,& iſtud poteſt finiri tempore , ſi domino placuerit,vt iam videbimus.Eſt aliud homagium decretale,nam intra certum tempus hæredes hominis mei,ſiue ſint filij,ſiue alij qui ex conſuetudine poſsint in feudum,& ita per conſequens in homagium ſuccedere,debet agnoſcere me in dominum,& fidelitatem renouare ſiue præſtare , & ego teneor ipſos recipere in homines ratione talis feudi.Et iſtud eſt homagium decretale, nã ego dominus recipiendo ipſum in hominem , videor ſibi decernere ius feudi,& verè iſtud dici poteſt homagium decretale.Nam ſicut bonorum poſſeſſio non tribuit ius,niſi ſub conditione ſi ius haber ille qui fecit ſibi detineri,ita eſt ſub homagio. Nam ſi aliquis veniat ad me,& dicat ego ſum hæres talis hominis veſtri in feudũ,quod à vobis tenebat,deuenit ad me , volo vobis facere homagium.Certè ſi ipſum recipio,& ſibi decerno feudum,ſi veniat poſteà alius,qui dicat ſe proximiorẽ,& in veritate ſit proximior,& talis qui poſsit in feudum ſuccedere, receptio quam feci de primo non præiudicat poſtea venienti:quia ſub illa conditione,videor ipſum in hominem recepiſſe, & ius feudi decreuiſſe,ſiue de feudo inueſtiuiſſe, ſi competebat , vel pertinere debebat ad ipſum feudum. & facit ad hoc ff. de liber. præſtan. bo. poſ.contra tabu.petita. l. filium.§. ſi quis bonorum poſſeſ. Sic igitur iſtud homagium decretale plus iuris tribuit . quia poſtquàm eſt hæres mei hominis,homo meus eſt,tamẽ niſi intra tẽpus renouet homagium faciendo mihi fidelitatem , ſi mihi placet , feudum amitti. Bene dico , ſi mihi placet : quia ſi mihi non placeret , non admitteret feudum : imò agerem contra ipſum , vt agnoſceret me in dominum , & hoc ne ex contumacia ſua vnde puniri debebat , me domino inuito , conſequeretur immunitatem, quod non debet eſſe , vt ff.de interdict.& rele.l.penul.§. vlti. & facit ad hoc ff. ex quibus cauſis ma. l. ſi cui. Sed quod eſt iſtud tempus intra quod homagium debet renouare? Videretur æquum quòd ſi eſſet de deſcendentibus , vel aſcendentibus ille qui vult facere homagium quòd habeat annum ſi autem eſt de aliis,habet centum dies , vt ff. de ſucc.edict.l.prima.§ largiùs.& C.qui amit.ad bono.poſ.l.ſecunda.Secundùm conſuetudinẽ tamen feudorum,videtur quòd debebat habere annum & diem

& diem, vt de vſibus feudorũ, quæ fuit prima cauſa beneficij amit. circa principium. De conſuetudine tamen diuerſarum regionum, aliquando habet plus, aliquando minus, quæ conſuetudines ſeruandæ ſunt ſuis locis, vt ff. communia prædiorum lege venditor. §. ſi conſtat. Ex prædictis patet ſolutio prædictæ quæſtionis, quia hoc ipſo quòd adiuit hæreditatem hominis mei, homo meus eſt homagio edictali, quòd amittere poteſt tempore ſi volo, vt prædixi. Sed ſi volo etiam poſt tempus compellitur ſubire homagium decretale, ſed non ne ſatis eſt, ſi dimittat feudum mihi, vt & ita per renuntiationem ſiue deſertionem feudi poſſit euitare, ne faciat mihi homagium? Et certè non credo, quòd de rigore rationis per talem deſertionem poſſit ſe liberare deſerendo feudum, quia eadem perſona fingitur cum defuncto. Vnde ſicut defunctus non poteſt ſe liberare deſerendo feudum, ita nec iſte deſerendo feudum poterit ſe liberare ab homagio. Quòd autem defunctus non poterit ſe liberare, apparet, quia contractus feudi & homagij, eſt contractus de conſuetudine inductus, & ex vi eiuſdem conſuetudinis approbatus & nominatus. Vnde ſicut de contractibus in iure ſcripto inuentis, non eſt poſt contractum celebratum locus pœnitentiæ, ita videtur quòd in cõtractu feudi & homagij à conſuetudine inuento & nominato non ſit locus pœnitentiæ quòd apparet in contractu emphyteutico, quia etiam ſi maxima pars rei perierit emphyteutæ, neceſſè tamen habet ſoluere penſionem, nec deſerendo rem poteſt pœnitere. & facit ad hoc ff. de condict. ob cauſam da. l. vlt. & c. de act. l. ſicut. & C. de iur emphy. l. prima. Et dato quòd eſſet contractus innominatus, vt voluerunt quidam dicere, ſcilicet ille, do. ſcilicet feudum, vt facias, ſcilicet homagium: non tamen ex parte defuncti eſſet locus pœnitentiæ, quia ex parte ipſius res non eſt integra, quia feudum recepit & homagium fecit, & ita ex parte ipſius non eſt locus pœnitentiæ, qui etiam ſi homagium non feciſſet, compelli tamen poterat per actionẽ præſcriptis verbis & facit ad hoc C. de rerũ permuo. l. rebus. Credo tamẽ quòd contractus feudi & homagij ſit contractus nominatus à conſuetudine, inuentus à conſuetudine. Tamen in pleriſque locis, aliquis deſerendo feudum bene liberatur ab homagio. Item nota, quòd cautè dixi ſuprà, quòd hæres hominis mei tenetur fidelitatem renouare. Nam quàmuis nunc de nouo non faceret mihi fidelitatem, tamen ex perſona defuncti qui fidelitatẽ promiſit, tenetur, cùm eadem perſona fingatur, vt in Auten. iuſiuran. quòd præſta. circa princip. Vnde non videtur promiſſio nouæ fidelitatis, ſed antiqui homagij quædam renouatio. Item, circa naturam iſtam quæritur vtrùm fœlonia commiſſa à patre meo mihi noceat, quominùs ſuccedam in feudum? Et videtur quòd non, quia calamitas ſiue caſus parentum, non debet nocere filiis. Si enim pater meus contra legem Aeliam Sentiam exegerit iuſiurandum à liberto, hoc non nocet mihi, quando libertus debeat me reuereri, nocet tamen patri meo. Item, ſi ſim nepos Senatoris, quia ſum filius filij Senatoris, hoc non nocet mihi, quin gaudeam Senatoria dignitate aui, & habere debeam tanquàm Senatoris nepos priuilegia, quia pater meus commiſit aliquod delictum, per quod amiſit priuilegia filij ſenatoris. Cũ igitur ex prædictis exemplis colligatur, quòd peccatum patris non noceat filio, videtur ſimiliter in caſu propoſito, quòd fœlonia patris mei mihi non noceat, quin in feudum ſuccedam. & facit ad hoc ff. de ſtatu. ho. l. & ſeruorum. §. ingenui. ibi, quia non debet &c. & ff. de ſenat. l. emancipatum. §. vlt. & ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. vlt. Contra videtur, quòd fœlonia patris mei mihi noceat, quia eadem perſona fingor cum patre meo. Vnde ſatis videor fœloniam commiſiſſe, poſtquàm pater meus commiſit, vt C. de impub. & ali. ſub. l. vltim. Item, quia lex dicit, quòd iuſiurandum exactum à patre contra legem Æliam Sentiam, bene nocet liberis vt nullum ius habeant in liberto, ita ſimiliter videtur in caſu noſtro, quòd Fœlonia patris mei noceat mihi, quod in feudum nõ poſſim ſuccedere, vt ff. de iur. patro. l. qui contra. Ad ſolutionem huius quæſtionis ita diſtingue, quia feudum aut cœpit à patre meo, vtputa, quia patri meo aliqua res fuit data nouiter in feudum, vnde ab ipſo incipit feudum, & in iſto caſu fœlonia ſua nocet mihi: quia in tale feudum non poſſum ſuccedere, niſi ex perſona patris mei. Vnde ſicut pro Fœlonia quam commiſit, repelletur: ita ergo repellar, quia hæredis ſuccedentis in vitium prohibenda eſt fortuna vt C. de fruct. & lit. expen. l. ſecunda. & facit ad hoc C. de bon. libe. l. prima. Vbi filij propter delicta patris amittunt iura libertorum paternorum. Aut feudum incœpit ab auo, & tunc aut ego viuente auo non fui animalis, vtputa, quia ipſo viuente non fui conceptus, & in hoc caſu fœlonia patris mei mihi nocet, vtputa, quia ex perſona aui nil poſſũ in feudũ vendicare, cùm inter me & auum meum nulla iura conſanguinitatis fuerint, vt ff. de iniuſto & irrito. l. ſi quis ea heredato filio. ver. cæterũ. & ff. vnde cog. l. j. §. ſi quis proximior. aut viuente auo fui conceptus, & tunc aut pater meus commiſit fœloniam viuente auo, & in hoc caſu fœlonia patris mei non nocebit mihi, quia ex perſona patris mei nolo admitti ad feudum, ſed ex perſona aui. Vnde in hoc caſu perinde erit, ac ſi pater meus non eſſet in medio. Vnde ſic eo caſu, ego tanquàm proximior ſuccederem, non obſtante fœlonia, quam pater meus feciſſet, ita in hoc caſu ſuccedam ego. Et præſtat ad hoc arg. quia ſi auus, à quo iura patronatus incipiebant, commiſerit fœloniam contra libertum ſuum, quia ipſum capite accuſauit: ego nepos & pater meus non debemus habere iura patronatus in eo liberto, quia ille fœloniam commiſit, à quo iura patronatus incipiebant. Si autem auus non commiſit dictam fœloniam, imò pater meus viuente auo meo, & nato vel concepto commiſit dictam fœloniam, quia libertum patris ſui, id eſt, aui mei capite accuſauit. Certè in hoc caſu pater meus non ſuccedat in ius patronatus. Fœlonia tamen ſua non nocebit mihi, quia ex perſona aui mei bene ſuccedam in ius patronatus. vt ff. de iur. patro. l. diui fratres. Et intelligitur lex quæ eſt ei titulo quæ incipit Iura, quia iura patronatus incipiebant ab auo, & viuente auo pater liberorum fuit crimine perduellionis damnatus, propter hoc liberi nõ amittẽt iura libertorũ, quia ex perſona aui bene ſuccedũt. & ſic ſolui poteſt cõtrarietas alterius legis, C. de bo. liber. l. j. quia ibi debet poni caſus, & exponi litera, niſi ius patronatus incepit ab eo qui crimẽ commiſit, ſcilicet à filio Sabiniani, qui filius

filius eſt patroni, Sabinianus autem pater meus commiſit fœlnoiam poſt mortem Aui mei. Et in hoc caſu fœlonia ſua obeſt mihi, quia tempore mortis aui mei, pater meus erat capax feudi. Vnde ex perſona aui non poſſum admitti in feudum, quia tẽpore mortis aui mei, pater meus erat proximior & capax. Vnde ſucceſsit in feudum, me excluſo, cùm eſſet proximior gradu. & facit ad hoc Inſtitut. de hæred. qual. & diſ. §. ſine. Et hoc eſt verum, ſi pater meus adiuit hæreditatem aui mei, aliàs ſi repudiaſſet, vel non adiuiſſet, tunc poſſem ego ſuccedere auo, & ex perſona aui habere feudum. & facit ad hoc C. de bon. poſ. vnde liberi. l. vlt. Ex perſona autem patris mei non poſſem ſuccedere in feudum, cùm ipſe eſſet repellendus, vt ſup. no. & ſecundùm hoc poteſt intelligi ff. de iur. patro. l. qui contra. quia filius patroni poſt mortem patroni exegit iuſiurandum. Vnde illud bene nocet liberis eius, vel forſitan ibi ius patronatus incepit ab exigente iuſiurandum. Quia multas quæſtiones circa homagium vidimus, ſiue circa homiciniam. Videamus poſtmodum quæ iura dominus habet in homine ſuo, & quia multa iura habet in ea ſecundùm diuerſas conſuetudines terrarum, narrabo aliqua gratia exempli. Et primò dominus habet tale ius in homine ſuo, quia ratione homagij vendicat ſibi iuriſdictionem. non dico mixtum imperium vel merum, quia eo ipſo quòd aliquis eſt homo me' legius, eo ipſo eſt ſubiectus iuriſdictioni meæ. & ego ſum iudex eius, & omnia bona quæ non habet ab alio in feudum non legiũ, ſunt ſubiecta mihi ratione iuriſdictionis, quamuis bona illa non teneat à me ratione feudi. Quia poſtquàm ſubiecit mihi perſonam ſuam principaliter, reſtat vt omnia bona ſua videatur mihi ſubieciſſe, vt ar. ff de adopt. l. ſi patri. & quod dominus habeat iuriſdictionem in homine ſuo, probatur in Authent. de quæſtor. §. ſi verò forſan. Dominus vero non legius, non habet iuriſdictionem in homine ſuo non legio, niſi quantum feudum ſe extendit. Quia hæc eſt differentia inter homagium legium, quia homo legius principaliter ſe aſtringit gratia perſonæ ſuæ, quamuis aliqua res quæ vocatur Feudum legium gratia remunerationis interueniat, vt ſuprà notat. Vnde principaliter ita ſubiiciendo perſonam ſuam, omnia bona ſua ſubiecit mihi, vt ſuprà notatur. Non dico ratione feudi, quamuis hoc poſſet fieri, vt ſuprà notat. principaliter, ſed ratione iuriſdictionis. Sed homo meus non legius non obligat vel aſtringit perſonam ſuam, niſi ratione feudi. Vnde ſola contemplatione feudi ſubiecit perſonam ſuam, & ita fit ſubiectus iuriſdictioni, ſiue ſolùm ratione feudi, in quantùm ſe extendit, vt & ita quãtùm facit ſuper generale, tamen faciat hoc ſpeciale in caſu ſuo, vt ff. de admi. tu. l. ſi duo. in fi. Item, non debet mouere Vaſallus actionem famoſam contra dominum, nec vocare ipſum in ius ſine venia, vt ff. de dolo. l. non debet. & ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac lege. §. prætor. Item, accuſare dominum non poteſt, niſi ſuam vel ſuorum perſequatur iniuriam, vt C. in quibus cauſis col. cenſi. do. ac. poſ. l. vlt. in fin. lib. xi. Item, dominum debet iuuare contra inimicos eius, vt ff. de Senat. conſ. Syll. l. ſi quis in graui. §. ſi tum omnes. Et hoc eſt verum, quòd dominum tenetur iuuare contra omnes, exceptis quibuſdam coniunctis perſonis, quæ continentur ff. de ſtatu ho. l. lege. & C. de teſtibus. l. parentes. Nam dominus non poteſt præcipere homini ſuo, vt contra tales perſonas ipſum iuuet, quia hoc eſſet contra bonos mores. Item, vitam propriam non debet præferre vitæ domini ſui. ex quo colligitur, quod ſi dominus debebat facere duellum, quòd commiſerat crimen, puta quia aliquis volebat probare contra dominum per duellum, quòd commiſerat crimen. l. Iuliæ maieſtatis, certè prædictus dominus poteſt præcipere homini ſuo, vt pro ipſo ſubeat duellum, cùm homo vitam domini præferre debeat ſuæ, vt ff. ad Syll. l. prima. §. iuxta hoc. Item homo, domino indigenti præſtare debeat alimenta, aut aliàs ipſum videretur necare, vt ff de liber. ag. l. necare. Item, non poteſt vendere feudum irrequiſito domino, vt ar. C. de iur. emphy. l. vlt. Sed nonne ſi dominus nolit emere feudum, poterit ne Vaſallus poſt mentionem factam domino alteri vendere feudum? Et dicendum quòd ſic, dum tamen vendat homini ſuæ conditionis, quia ſi miles eſt, debet vendere militi. Si enim venderet Burgenſi, dominus non teneretur Burgenſem in hominem recipere, & ita vel dominus occuparet feudum, vel ſi vellet, poſſet eligere venditorem adhuc eſſe hominem ſuum, quia per talem ſubrogationem, quia Burgenſem ſubrogauit, non videtur ab homagio liberatus, oportet enim quòd emptorem ſuæ conditionis ſubroget. ar. C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. veteris. & ff. de duobus reis. l. nemo. & facit optimè, C. de fundis limitroph. libro vndecimo. De rigore iuris videtur, quod inuito domino, & etiam domino nolente emere non poſſet feudum alienare, & ita quòd in homagium non poſsit alium ſubrogare. Nam ille qui emeret feudum in homagium ſubrogaretur, cùm res tranſeat cum onere ſuo, vt C. ſine cenſu vel relict. l. ſecunda. Quod probatur quia debet operas ſuas quæ ſunt in faciendo domino, vt iuuare ipſum contra inimicos, & ceteras operas huic ſimiles. Sed certè in talibus operis, non videtur quòd poſsit alium ſubrogare, vt ff. de ſolutio. l. inter artifices. & loquor modo de homagio non legio. Verum tamen de rigore iuris deſcendentes de corpore ſuo, vt filios, nepotes, poteſt ipſe ſubrogare, vel in vltima voluntate, vel alio modo, cùm fingatur eadem perſona cũ ipſo, vt C. de impub. & ali. ſub. l. vlt. & ff. de liber. & poſt. l. in ſuis. De conſuetudine tamen quæ æquitati conſonat, poſtquàm dominus non vult emere, ipſe poterit dictum fundum homini ſuæ conditionis, vendere, vel melioris conditionis, vt ſuprà notatur. Item, ſi certum eſt, quòd aliquis ſit homo meus, & de tali feudo non vellet mihi ſeruitia præſtare, poſsem autoritate propria inuedere ad inſtar locatoris, qui inuecta & illata authoritate propria poteſt includere. vt ff. de dam. infe. l. vtique. & ff. in quibus ca. pig. ta. contrahitur. l. aſt differentia Nam ſicut pater poteſt authoritate propria illum quem conſtat filium, & dominus illum, quem conſtat ſeruum corrigere, ſic videtur quòd dominus, ab eo quem conſtat hominem ſuum eſſe poſsit ſeruitia homagij authoritate propria in curia ſua exigere, vt C. de emenda. ſeruo. l. prima. & C. de emenda. propin. l. prima. Si autem non eſt certum ipſum hominem eſſe meũ, & ipſe ſe gerit perinde ac ſi non eſſet homo meus non poſſum mihi dicere ius, vt ff. de iuriſd. om. iu. l. qui iuriſdictioni præeſt. Vnde recurrendum eſt

ad ius

ad iuſ ordinarium. & poſtquàm ipſe eſt in poſſeſſione libertatis, contra ipſum formabo libellum, vt ff. de liber. cau. l. ordinata. Homo meus, quia liber eſt poteſt teſtari, & me inuito poteſt facere de bonis ſuis quod vult, vt C. de teſta. l. teſtandi legitima. Vltimò ſcias, quòd quamuis loquutus fuerim de ſeruitio illo, quòd homo meus debet me iuuare contra inimicos, tamen ſi in dando feudo dictum ſit præſtare aliud ſeruitium, vtputa quia tantùm debebat tenere tripodium, quando aſcenderet equum, vel dare quodlibet anno vnum par pullorum, illud erit ab homine adimplendum, vt C. de rerum permut. l. rebus. In ſucceſſione feudi non poſſum tibi dare certam, quia vt ſuprà notatur, diuerſimodè obtinet ſecundùm diuerſas conſuetudines terrarum recipiendum eſt, tum quę verba & conuentiones in dando feudo fuerunt interpoſitæ, nam contractus ex conuentionibus legem accipiunt, vt ff. depoſiti. l. prima. §. ſi conuenerit. Vnde ponamus, quòd ita dictum ſit: concedo tibi feudum & hæredibus tuis ſolis. Certè non debet ſuccedere, niſi hæredes de ſuo corpore deſcendentes, quia donans de liberis ſolis videtur cogitare, vt ff. ad Trebell. l. ex facto. §. vltimo. Si homo meus gerat ſe non vt homo meus, & ita ſit in poſſeſſione libertatis homagij, contra ipſum præiudicialis vtiliter intentabitur, & ita formabitur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis ego Ioannes de Blanaſco, quòd R. eſt homo meus legius. Vnde cùm dictus R. non ſe gerat vt homo meus legius, nec mihi vt domino velit obedire, petitionem meam contra ipſum dirigo, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. eſſe hominem meum in ſententia declaretis. Si autem eſt homo non legius, petam ipſum vt mihi præſtet ſeruitia, quæ homo legius, debet præſtare domino condemnari. Si autem eſt homo non legius, ita formatur libellus, vt priùs. Hoc addito, quia vbi legius, dicas non legius, & dicas ratione talis feudi, quia homitia non legia fit gratia rei principaliter, vt ſuprà notatur. Si autem eſt in poſſeſſione ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioanes de Blanaſco, quòd H. dominus Branſedunon. exigit à me ſeruitia tanquàm ab homine ſuo legio. Vnde cùm non ſim homo ſuus legius, petitionem meam contra ipſum dirigo. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt me non eſſe hominem dicti H. domini Branſedunt in ſententia declaretis, dictum H. ad hoc vt à me dicta ſeruitia non exigat de cætero condemnando. In iſtis libellis ſecutus ſum ſtylum formandi in realibus, vnde plura verba in iſtis libellis poſita declarantur per ea quæ ſuprà notat. in rei vendicatione. Diligens aduocatus faciat poſitiones ſecundùm ea quæ ſuprà notata ſunt.

DE CONDITIONE FVRTIVA.

5 SIc itaque &c. In hoc paragrapho tractatur de conditione furtiua: ſuper quam ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanſaſco, quòd R. mihi ſurripuit furtiuè ouem talem, cuius eram dominus, & ſum adhuc (ſi res eſt in rerum natura.) Vnde vt mihi dictam ouem reſtituat, ago contra dictum R. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad reſtitutionem dictæ ouis, cum fructibus inde perceptis & percipiendis per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Nota quòd in ſuperiori libello bene ponitur furtiuè ſurripuit, ad oſtendendum, quòd animo fraudulento fuerit ſurrepta, quia aliàs non eſſet furtum, neque ageretur conditione furtiua, vt ſi furioſus ſurriperet, vtpote, quia animo caret, & ſine affectu furandi non fit furtum, vt ſuprà notat. de obligationibus quæ ex delict. naſcun. §. placuit. Item, propter hoc dixi, furtiuè, vt comprehenderentur ſub breuiloquio omnia quæ dicuntur. ff. de furt. l. prima. §. vltimo, quia res fuit ſurrepta lucri gratia. Quia ſi iniuriæ cauſa faciendæ eſſet facta, vel libidinis cauſa non daretur actio furti, vt ff. de furt. l. quoſ. §. qui ex voluntate. & l. qui iniuriæ. & l. verum eſt ſi meretricem. & in hoc videtur diminutus libellus formatus per Rofredum, quia ſolum verbum ſurripuit, ponit. Bene dico talem ouem, quia res declaranda eſt per ſigna & circunſtãtiæ, vt ff. de rei vend. l. ſi in rem quis agat. & ff. de furt. l. in actione furti. Item, bene ponitur, cuius eram dominus, quia conditio furtiua ſoli domino competit, vel hæredi eius: vt ff. de condi. furt. l. prima. & l. ſed nec legatarius. Item, bene ponitur, ſi res eſt in rerum natura, quia ſi res non eſt in rerum natura, non eſſem dominus eius, nihilominùs tamen ego haberem conditionem furtiuã, quia fur liberatur rei interitur, imò poſt interitum rei tenetur tempore, & etiam hæres eiuſmodi conditione furtiua, vt ff de conditione furtiua, l. ſi pro fure. §. penultimo & vltimo. Sed ſi eſt in rerum natura, exigitur quòd ego ſim dominus, vt ſuprà notat. & ideò poſui, eram & ſum, quia duobus temporibus oportet me eſſe dominum, ſi res eſt in rerum natura, ſcilicèt tempore facti furti, vt ff. de condi. furt. l. ſed nec legatarius. Item, tempore quando agitur conditione furti, oportet agentem eſſe dominum, niſi in vno caſu, quando ſine facto ſuo deſinit eſſe dominus, vt in dicta lege, & ideò in eo caſu non oportet vt dicat in libello ſe nunc eſſe dominum, ſed ita dicat, cuius eram dominus, & adhuc eſſem, niſi ſine facto meo amiſi dominium, & certè dominus R. illa dimiſit. Dixit enim in libello ſuo, ago contra te, qui mihi ſurripuit codicem meum &c. Et certè planum, quod diminutè formatus eſt præfatus libellus, nam bene poteſt eſſe, quod mihi ſurripuit codicem meum &c. non tamen mihi competit furtiua conditio, vtputa, ſi facto meo dominium amiſi, vt ſuprà notatur. Vnde Rofredus non poſuit ſufficientem cauſam agendi. Item, actio perſonalis eſt, & oritur ex varijs figuris cauſarum, vt ff. de actio. & obli. l. actio in perſonam. Item, bene ponitur, cum fructibus perceptis &c. quia fructus veniunt in hac actione. & in hoc videtur Rofredus diminutè dixiſſe, quia de fructibus non fecit mentionem, & facit ad hoc ff. de condi. furt. l. in rem furt. §. vlt. Et non ſolùm fructus veniunt in hac actione, imò & intereſſe extrinſecum, vtputa, ſi ſubiectus fuit mihi ſeruus, qui à quodam extraneo fuit hæres inſtitutus ſub illa cõditione, ſi poſt morte teſtatoris iuſſu meo intra triduum hæreditatem adiret, & propter hoc quòd ſurreptus fuit mihi, non potui ſibi pręcipere, vt

hæreditatem

hæreditatem adiret,& ita hereditatem amiſi,nam vna cum re ſurrepta à fure peretur æſtimatio hereditatis. & ita formatur libellus. L I B E L L V S. Dico domine iudex,ego Ioan. de Blan, quòd R.furtiuè ſurripuit mihi talē ſeruum, cuius eram dominus,& adhuc ſum,ſi eſt in rerum natura, qui fuit hæres inſtitutus à tali , ſub illa conditione,ſi intra triduū iuſſu meo hæreditatem adiret. Vnde cùm non potuerim præcipere ſeruo , vt adiret hæreditatem ea de cauſa quod ſurreptus mihi erat,& ita hereditatis lucrum amiſerim,ago contra R. vt mihi ſeruum & æſtimationem dictæ hæreditatis reſtituat, Vobiſque domine iudex ſupplico &c.& probatur hoc ff. de condi.fur.l.eùm ſi dicatur. Ex prædictis patet , quòd conditio furti datur domino. Sed quid ſi cui ſurripitur non eſt dominus,ſed habet ius in re , vt quia erat ſibi pignori obligata ? Certè io hoc caſu oou habebit ipſe conditionem furti, ſed habebit conditionem certi, vt ff.de condi fur.l.ideò.§.vlt. Si autem non haberet ius in re,vt quia res eſſet ſibi commodata vel depoſita apud eum,& ſibi ſurrepta eſt,poterit ſupplicare iudici,vt iudex ex officio faciat ſibi celeri reſtitutione reddi,quod faciat authoritate illius legis. C. de ag.& cen. l. ſi coloni. Conditio furtiua tollitur per nouationem , vt ſi dominus animo nouandi ſtipulatus fuerit æſtimationem rei ſuæ,quia rem ſuam ſtipulari, ſibi dari non poteſt. Item, tollitur ſi res fuit domino oblata , & poſteà perempta. vt ff.de condi. fur.l. parui. & l. vlt.ſecundùm quod ſuperius notatur , faciat poſitiones diligens Aduocatus.

DE CERTI CONDITIONE GENERALI.

6 APpellamus &c. In iſto §.tractatur de cōditionibus,& quia plures ſunt conditiones,& de ipſis per ordinem videamus,& & primò de conditione certi generali. Et primò notandum eſt,quòd dominus Io.dixit, quòd erat quædam conditio generaliſsima , quæ vocatur certi conditio generaliſsima. Et erant nihilominus conditiones ſpeciales ex mutuo,& ex ſtipulatione. Sed dominus Ia.Bal.dixit, quod vnica erat ſolùm conditio certi generaliſsima , ſed nec eſt dicendum quòd quædam ſit certi eoditio , ex mutuo ſpecialiter , quædam ex ſtipulatione ſpecialiter,quia ſi ita eſſet , iam eſſet certi conditio generalis ſuperflua,quia non eſſet reperire caſum in quo competeret , quin ſpecialiter competeret, & ita pro nihilo eſſet inuenta,cùm ſpecialis actio ſufficeret, quod tamen debet eſſe,quod aliquid ſuperfluum debeat eſſe in iure , vt C. de vete.iure enu.l.prima.ibi,& omni ſuperuacua &c. Vt ergo dicta conditio non ſit ſuperflua,dicendum eſt ſecundùm Ia.quòd ſi in mutuo & ſtipulatione certa non ſit inuenta aliqua actio ſpecialis , & ita in aliis duobus caſibus habebit locum certi conditio generalis.& ita quòd aliqua ſpecialis non concurret cum ea,& ita nihil erit dicere certi conditio ſpecialis ex mutuo vel ſtipulatione. Si autem vis ſuſtinere Ioan, dicas quòd quamuis dicatur, quòd ſit quædam conditio certi ex mutuo ſpecialis.item ex ſtipulatione attamen reperire erit caſum, vbi ipſa habebit locum ita quod alia ſpecialis non concurret eum ea. Verbi gratia. Quando aliquis ex re mea in hoc caſu locupletior factus eſt , quia bonum & æquum eſt , vt illud reddat mihi , & in iſto caſu datur conditio certi generalis,& ita quòd non concurrit alia cum ea. Vnde in iſto caſu conditio certi generalis erit neceſſaria,& ita nō eſt ſuperflua, vt ff.ſi certum petatur. l.ſi & me & Titium. Item,dato quòd nō eſſet inuenire caſum ſpecialem in quo illa ſola haberet locum,quod tamen falſum eſt,vt notat. attamen non eſſet dicendum ſuperfluum eam eſſe,quia neceſſaria eſſet propter talem rationem:poſſet enim eſſe quòd aliquis teneretur mihi actione famoſa furti vel alia,ego volo agere cōtra ipſum,& famę ſuæ volo parcere. Certè non poſſum iſtud facere per actionē furti ,quia illa omni caſu infamat, vt ff.de furt.l.non poteſt. Vnde in iſto caſu ſi volo parcere famæ ſuæ,recurram ad actionem, quæ non infamabit ,ſ.ad certi cōditionem generalem quæ non infamat,vt ff.de actio.l.ceſſ.t.& ſic propter iſtam rationem poteſt eſſe neceſſaria. In iſta cōditione ita formatur libellus. L I B E L L V S. Dico domine iudex,ego Io.de Bla.quòd R.me & Titium rogauit, vt vnus noſtrum x.libras talis monetæ ſibi mutuaret. Vnde ego volens ſibi mutuare præcepi.Menio debitori meo in x.libras talis monetę , vt dictas x. libras ſolueret R. dicto, qui,vt præcepi dictas x.libras ſoluit R. qui non vt à debitore meo volens ſe mihi obligare accepit dictam pecuniam,ſed accepit eam credens à Titij debitore accipere. Vnde cùm pecunia mihi debita peruenerit ad dictum R. ago contra ipſum vt mihi x.libras reddat. Vobiſque domine iudex ſupplico , vt dictum R. ad reddendum ſiue ad dandum mihi x.libras talis monetæ per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Iſta libelli formatio probatur per dictam l.ſi & me & Titium. item, bene dixi talis monetæ, quia poſtquam certi conditio proponitur in libello,debet inſeri res certa, quæ,qualis,quantáque ſit oſtendatur , vt ff.ſi certum petatur.l.certum. Q V Æ S T I O. Sed circa materiam quæritur,vtrùm intereſſe poſsit peti per certi conditionem, & dic de hoc vt ſuprà notat.eodem §.de conſtituta. Sed quæritur,ſi aliquis promiſit mihi x.corbes vini,& agam contra promiſſorem , vtrum in eo caſu competat conditio certi? & diſtingue , quia tantùm promiſit habendo reſpectum ad rem ſimilem. Verbi gratia,mutuaui ſibi x.corbes vini,& ipſe habēdo reſpectum ad vinum quod ſibi mutuaueram , promiſit mihi x.corbes vini. Certè in hoc caſu habebit locum certi conditio,quia dictæ x.corbes promiſſæ certificātur per x.corbes quas ſibi mutuaui , cū vinū eiuſdem bonitatis debeat mihi ſoluere,vt ff ſi certum petatur.l.cùm quid. in fi. Si autem promiſit mihi x.corbes vini,non habendo ad aliquam rem ſimilem reſpectum præcedentem,ſed ex cauſa donationis,dictum vinum mihi promiſit,in hoc caſu,non habet locum certi conditio.tùm non petam certum. Nam hoc quod dico x. corbes vini non eſt res certa , niſi dicam Campani vini optimi,& ita non erit locus certi cōditioni,ſed actioni ex ſtipulatu,vt ff.de ver.ob.l.vt autem. Sed circa prædictum libellum video adhuc & quæro, quarè ibi non poteſt habere locum certi conditio ex mutuo ? Dic quòd ibi non fuit mutuum.cùm non habuerit dictus R animum ſe obligandi mihi,& cùm animus exigatur in talibus,vt ff.ſi certum petatur.l.ſi tibi pecuniā. Vltimò nota quòd bene inſeritur in libello prædicto , vt R.ad dam-

num

num condemnetur, quia ex conditione obligatur ad dandum, vt in præſenti §. & ſuprà proximo §. Dare autem eſt accipientis facere, vt ff. de verbo. oblig. l. vt autem. §. j. Videndum eſt de certi conditione ex ſtipulatione, & de ipſa dic vt notatur ſuprà, eo. §. de conſtituta.

DE CERTI CONDITIONE EX MVTVO.

POſtea videndum eſt de certi conditione ex mutuo. Et primò notandum eſt, quòd dominus Io. triplex dicit mutuum eſſe, ſcilicet mutuum ciuile tantùm, vbi pecunia non interuenit, vbi obligatio literarum quæ eſt efficax poſt biennium, vt ſup. de literarum obligationibus per totũ. Aliud eſt mutuũ naturale tantũ, quãdo ſine ſtipulatiõe mutuatur pecunia ſcilicet quãdo mea pecunia fit tua ex cauſa mutui, vt ff. ſi certum petatur. l. ſecunda. Tertium mutuum ſecundùm cum ciuile natura eſt, natura cooperante, vt quando pecunia & ſtipulatio interuenit, & tunc ſi ſtipulatio vtilis interuenit, agitur ex ea: ſi autem ſtipulatio non eſt vtilis, non agitur ex ea, vt ff. de noua. l. ſi ita. §. vlt. & l. ſequenti, & ff. ſi certum peta. l. certi cõdi. l. quãuis. Sed dominus Ia. Bal. dixit vnicum eſſe mutuum, ſcilicet naturale, nam alia duo non vocabat mutuum, imò erant propriora genera obligationum diſtincta ex oppoſito. Nam mutuum ciuile tãtùm, eſt obligatio ex literis. Item, mutuum ciuile natura cooperãte, eſt verborum obligatio. Mutuum verò naturale eſt obligatio quæ re cõtrahitur. Cùm igitur vnum diuidatur ſuper alterũ, ex oppoſito apparet quòd vnum non eſt alterum. Vnde verborum obligatio, vel literarum obligatio non eſt obligatio quę re contrahitur, & ita non ſicut mutuum, cum mutui datione verborum obligatio contrahitur. Vnde apparet, quòd nihil eſt, vel literarum obligatio ſit mutuum ciuile, vel quòd verborum obligatio pecunia numerata interueniente ſit mutuum ciuile, natura cooperante. & facit ad hoc ſuprà de obligat. §. vlti. inſtitu. quibus modis re contrahit. ob. in prin. Et ſic ſecundùm Ia. nõ eſt niſi vnicum mutuũ, ſcilicet naturale, quod ſatis placet. Viſo quod vnicum eſt mutuum, ſcilicet naturale, ſciendum quòd de facto dupliciter cõtrahitur, nam ego pecuniam meam poſſum meo nomine mutuare, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico ego domine iudex Io. de Bla. quòd ego mutuaui x. libras clu. monetæ Rodetio. Vnde vt mihi det x. libras clu. monetæ, ago cõtra ipſum, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad dãdum mihi x libras clu. monetæ, per diffinitiuã ſententiam condemnetis. & facit ad hoc ff. ſi cert pet. l. ſecunda, primo reſponſo. & §. j. Aut contrahitur mutuum, quia dat pecuniam mutuo nomine meo, certè ſi ratum habeo acquiritur mihi actio, vt ff ſi certum pe. l. certi condi. §. quoniam, & ita formatur. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Io. de bl. quòd Petrus Ricardi mutuauit nomine meo x. libras clu. monetæ Rodetio. Vnde ago contra dictum R. vt mihi det x. libras clu. monetæ. Vobiſque domine iudex &c. & facit in dict. l. certi §. ſi nummos Si autem non haberem ratũ illud mutuum, quod P. R. facit nomine meo in hoc caſu etiam quamuis P. R. mutuaſſet pecuniam meam, tamen ipſe P. habet vtilem cõditionẽ certi ex mutuo, ſine omni ceſsione, ſuper qua formatur libellus ita. Dico domine iudex talis, ego Pe. R. quòd x. libras clu. monetæ, quas habebam de pecunia Ioá. de Bla. legum doctoris mutuatæ ſunt R nomine dicti doctoris. Vnde cùm dictus doctor nõ habeat ratum dictum mutuum quod eius nomine celebraui, & R. dictam pecuniam cõſumpſit, ago cõtra dictum R. vt mihi det x. libras clu. monetæ, Vobiſque domine iudex ſupplico, &c. Item, notandum eſt, quòd bene inſeritur in omnibus libellis ſuperioribus mutuaui, ad deſignandum quòd pecunia erat mutuantis, & quòd de meruum factum fuerit, vt ff. ſi certum petatur. l. ſecunda. §. appellata. Sed iſtud videtur falſum, quantùm eſt in vltimo libello, quia ipſius pecunia non erat mutuantis. Sed dicendum eſt, quòd pecunia erat conſumpta. & ita fingitur eſſe mutuantis, quia perinde recipiens vſus eſt ea, ac ſi fuiſſet dantis, & ita mutuum conſumptione reconciliatur, vt ff. ſi certum petatur. l. li à furioſo. Item aliis tribus modis reconciliatur ſtipulatione, cõſumptione, cõditionis euẽtu, & vſurapione, vt notatur in Gloſſa Acc. ſuper d. §. appellamus. Sed poſſunt addi alij modi reconciliandi mutuũ, fide ſeruata à creditore, vt eſt quãdo aliquis obligauit ſe ſpe futuræ numerationis, & poſtmodùm creditor fidem ſeruat, ſcilicet, quia numerat, vt C. de non nume. pe. l. rũm vltra. quia niſi numeraret, agere non poſſet creditor, cùm vltra hoc quod dediſſet nihil poſſet exigere. Item reconciliatur fide ſeruata à debitore qui ſe obligauit ſpe futuræ numerationis, & poſtmodùm fidem agnouit cautionis vſuras incipiendo ſoluere. Nã prius agnouit fidẽ cautionis cum effectu obligatus eſt, nec poteſt excipere de non numerata pecunia, vt C. de non nume. pec. l. cum fidem. Item, reconciliabitur tẽpore, vt ſi aliquis inſtrumento ſe obligauit ſpe futuræ numerationis, & cucurrit poſtmodùm biennium, nam obligatus erit poſtmodùm cum effectu, vt ſuprà de lit. oblig §. planum. Item reconciliatur abnegatione, vt ſi quis abnegauit propriã ſcripturam in qua obligauit ſe ſpe futuræ numerationis. Nam ſi creditor poſsit probare quod illa erat ſcriptura debitoris propria, debitor obligabitur cum effectu, vt C. de non nu. pe. Auten. contra qui propriam. Sed tres vltimi modi reconciliandi, loquuntur de mutuo ciuili reconciliando, quòd nõ eſt propriè mutuum, ſed literarũ obligatio, vt ſuprà notatur, vnde de hoc nihil ad propoſitum. Item, poteſt reconciliari repudiatione, vt ff. ſi certum pe. l. proinde. Item, bene inſeritur mutuaui in ſuperioribus libris, propter aliam rationem ſcilicet ad deſignandũ quòd mutuum fuerit celebratum, & ita per conſequens quòd animus contrahentium interuenerit, aliàs enim non eſſet mutuũ, vt ff. ſi certum pe. l. ſi ego. Item bene ponitur det, id eſt, accipientis faciat, vt ff. de verb. obl. l. vt autem. §. vlt. Nec poſui, reddat, quia reddere eſt propriè illud quod acceptũ eſt. quamuis & aliquando impropriè cùm habeat ſignificationem dandi, vt ff. de verborum ſignific. l. verbum reddendi. Vnde cùm quantùm ad propoſitũ cõtrahentium, aliqua pecunia debeat reddi, quamuis caſu poſſet accidere quòd eadem redderetur, bene & propriè ponitur, det, vt ff. ſi cert. peta. l. ij. & quibus modis re contrahit. obli. verſi. §. quandoque nobis &c. Et quod dixi quòd debet reddi alia pecunia. Verum eſt, in eodem tamen genere,

genere, videlicèt Pariſienſis, vt ff. ſi certum pet. l. ſecunda. Sed nunquid poteſt ſolui alia moneta, vt ſi tibi mutuaui Pariſienſes, & tu velis mihi reddere Tur. Et videtur quòd ſic, vt ff. de auro & arg. l. prima. §. vltimo. Econtra videtur, quòd non poſſit ſolui in alio genere, vt ff. ſi certum pet. l. ſecunda. §. vltimo. Dicendum eſt quòd multùm refert, vtrum interſit creditoris, quòd aliqua pecunia non ſoluatur, & tunc in alio genere non tenetur recipere pecuniam. An non interſit, & tunc in alio genere bene poteſt ſolui alia pecunia, vt ff. de ſol. l. Paulus. Sed videtur ſemper intereſſe creditoris, poſtquàm ſibi non placet, quod alia pecunia ſibi ſoluatur, & ita videtur quòd ſolutio prędicta imponat legẽ verbis & non rebus, quia creditore nolẽte ſemper videtur ſua intereſſe, & ſic ſemper ſoluetur creditori volẽti pecuniam in eodem genere, & nõ in alio vt infrà, eo. §. prætereà. ibi, quin etiam viliſsimũ &c, & ff. de vſu & ha. l. vlt. in quibus ll. dicitur, quòd ſi quis facit alterius meliorem conditionem, tamen deteriorẽ videtur facere, poſtquàm ſibi non placet. Sed dicas quòd bona eſt prædicta ſolutio, non obſtat prædictum argumentum, quia illud eſt verum in rebus, in quibus cadit ſingularis affectio: vt in domo parua in qua aliquis pauper poteſt habere maiorem affectionẽ quam in magna & pretioſa, quia ſi haberet magnã & prætioſam domum plures viſitarẽt ipſum ratione domus. Itẽ, aliquis poteſt habere affectionem in domo ſic facta & compoſita, quamuis non ſit multùm bene compoſita & ornata, & maiorem poteſt habere affectionem in ea ſic compoſita & pauperrima, quàm ſi eſſet pretioſiſsimè compoſita propter hoc quòd ſui maiores habuerũt eam, vnde non vult eã mutare, ſicut apparet in ædificiis, quæ rex habet Pariſiis. Vnde qui mutaret ædificium in melius in hoc caſu, faceret conditionem domini deteriorem propter ſingularem affectionem. & facit ad hoc ff. de mu. l. ſi in emptione. Item in homine habetur ratio affectionis ſingulariter. Vnde cùm habeam ſeruum vilẽ, qui cũ ſit filius meus, nihilominùs & debeam ſeruũ in genere, ſi peteret à me ſeruũ illum vilem, filium meum naturalem, quantùm eſſet in creditore, ipſe conditionem meam faceret deteriorem, & plus petere videretur, quia in talibus locum habet affectio ſingularis, vt ff. manda. l. cùm ſeruus extero. Sed pro pecunia non habetur affectio ſingulariter, quia non poteſt plus alicuius ſingulariter intereſſe quàm vt habeat quatuor Pariſiẽ. pro v. tur. Nã tantũ valẽt v. tur. quãtũ quatuor Pariſien. Vnde cùm circa pecuniã non habeatur ſingulariter affectio, ſed communis, creditor non poteſt allegare quod deterior fiat ſua conditio, ſi reddatur ſibi pecunia æquiualens alterius generis eo ipſo quòd non vult. niſi communiter ſua intereſſet. Quia poſtquàm non intereſſet ſua, niſi ipſe vellet pecuniam æquiualentem recipere, non eſſet audiendus, quia non faceret iſtud niſi vt officeret vt ff. & rei vend. l. in fundo. & facit ad hoc ff. de in lit. iuran. l. nſimus Sed qualiter formatur libellus in tali mutuo? Vltra montes in Burgundia æquiualent iſtæ monetæ. Vien. Valentin. Clarotenon. Ligon. focij. Sicut in Lombardia æquiualent papien. Regien. Bergam. & communiter homines viuntur vna moneta pro alia. Modò ita fuit quòd aliquis mutuauit alicui x. libras cõmuniter, tam de Vien. quàm de alijs ſuperioribus monetis, quæ currunt cum Vien. ſed neſcit quantũ de alia mutuauit, qualiter formabitur libellus in hoc caſu? Nam ſi dicat mutuaui x. libras Vien falſum diceret, & deieraret in ſacramento calumniæ, quod non eſt veriſimile, quòd faceret, vt C. ad l. Iul. repe. l. vltima. Item, ipſe non poteſt cum ſana conſcientia dicere tantùm mutuaui de Vien. tantùm de alia moneta, quia hoc ignorat. Vnde ſi hoc diceret in ſacramento calumniæ deieraret. Item, ſi petat ſub incerto, dicẽdo mutuaui Vien. & non dicat numerum, petitio ſua non admitteretur, cùm debeat quid certum continere, vt ff. de rei vend. l. Si in rem quis agat. ibi, Signatæ. i. monetæ numerum, & facit ad hoc in Auten. de litig. §. ad excludendas. ibi, eius quantitatis. &c. Ex quo innuitur quòd certa quantitas ſit in libello cõprehendenda. Item, niſi certa quantitas præſtaretur in libello, dicendo ita, tantùm mutuaui de Vien. & tantùm de alia moneta. Iudex non poterit ferre ſententiam, quia non poterit certificari de re petita, & ipſe curare debet, vt certam ſententiam ferat, vt infrà e. §. curare. videtur igitur iſte creditor in periculo ex omni parte cõſtitutus. Vt igitur prædictus ſcrupulus remoueatur in dicto caſu ita formatur li. LIBELLVS. Dico domine iudex. ego Io. de Bl. quòd ego mutuaui R. x. libras tam Vien. quã alterius monetæ currentis & ęquiualentis cum Vien. Vnde vt ipſe det mihi x. libras tam Vien. quã alterius monetæ currentes & æquiualentes cum Vien. Ago contra ipſum R. Vobiſq; domine iudex &c. In iſto libello ſublatæ ſunt omnes prædictæ anxietates, quia non in ſacramento calumniæ deierabit. Item ipſe petit certam quantitatem, & ita admittetur ſua petitio. Item, non oportet ſpecialiter declarare. tantum mutuaui de Vien. tãtum de alia moneta. Nam ad quid ſpecificaretur iſtud, cùm omnes dictæ pecuniæ ſint æquiualentes, nihil refert quid ex æquipallentibus fiat, vt ff. ſi certum pe. l. certum. & C. de inſtitu. & ſup. condi. fa. l. iij. Sed quid erit in in tali caſu. Aliquis venit ad talẽ Burgenſem. Domine mutuetis mihi x. libras tur. Certè dixit Burgenſis non habeo pecuniam ad manum. Sed ecce quẽdam equum, ſi placet vobis, volo quòd dictũ equum habeatis pro x. libris tur. Certè dixit petẽs mutuum, & mihi placet dictum equũ habere pro x. libris tur. quas vobis volo debere ex cauſa mutui, erit ne mutuum iſte contractus? Hoc quęritur, & videtur quòd non, quia mutuum cõſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, conſiſtunt, ſed talis non fuit data, imò equus igitur non videtur mutuum, vt ff. ſi certum peta. l. ſecunda. §. primo. Econtra videtur eſſe mutuum, quia petens mutuum, poſt fingitur equum emiſſe, & æſtimationem creditori ſoluiſſe, & æſtimationem breui manu mutuo recepiſſe, nam iſta ſingularia præcepta in pecunia recipiuntur, vt ff. ſi certum pe. l. ſingularia, in fi. & facit ad hoc ff. de iur. do. l. licèt. §. quocũque. Dic in prædicto caſu eſſe mutuum, vt concludit vltimum argumentum in eodem caſu, & ita formatur lib. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd R. accepit à me talem equũ æſtimatũ x. libris, de communi cõſenſu meo & ſuo: ita vt x. libras Turon. mihi deberet ex cauſa mutui. Vnde ago contra ipſum dictũ R. vt mihi det x. libras Turon. Vobiſque domine iudex ſupplico &c. & probatur iſta formatio libelli, C. ſi certũ pet. l. ſi pro mutua. Poſtmodùm quęritur,

Campſor

Campſor habet ante ſe pecuniam numeratam,ſcilicèt x libras Turon.quidam petit ab eo pecuniã, Ipſe dicit accipe pecuoiam iſtam,ille accepit.Erit ne mutuum vel donatio? Diſtingue quia aut præciſſerunt verba de mutuaodo,& erit mutuum,aut verba de donando,& erit donatio,quia ſubſequẽtia per præcedentia determinantur,vt ff.de teſt.l.hæredes §.ſed ſi notam.& ff.de liber.l.ſi ſeruus in fin.Si autem non apparet, ſuper quo tractabaot priùs.Diſtingue in dubio aut dans erat obligatus recipiẽti in ioſtinctu naturæ ad antidora, vt quia recipiens ſeruietat donanti,& in caſu iſto præſumitur donatio,argumẽ.ff.de pe.hæreditatis.l.ſed & lege.§.conſuluit.& ff.de in rem verſo.l.ſi pro parte.§.ſi domini.& ff.man.§.idem quia.io ſi.& l.ſequenti.& melius facit in l.ſi verò non remuneraodi.§.inde Papinianus.Aut ſi erat obligatus inſtinctu naturæ,aut erat perſona extranea, & non præſumitur donatio,imò mutuũ.quia nemo pręſumitur donare,vt ff.de probat.l.cùm de indebito.Non eoim de facili dant bomines,vt no.C.ad Vell.l.ſed ſi ego in ſi. Aut perſona coniuncta, & præſumitur donatio,vt ff.de prob.l.procula. Alij aliter diſtingunt,quia aut magna eſt quantitas, & præſumitur mutuum,aut parua,& præſumitur donatio,ar.ff.commo.l.in rebus.§. poſſuot. & ff. de donat.inter.virum & vxo.l.verũ.ff. de impen. in re.do.fa.l.omnino.& l.quòd dicitur.Vltimò ſcias quòd ad boc quòd valeat mutuũ, oportet quòd dans mutuum babeat poteſtatem domioium trãſferendi.Vnde pupillus,furioſus,& ille cui bonis ioterdictum eſt,non poſſunt mutuare:vt ff.ſi certum petatur.l.nec omnes.§.ſi pupillus. QVÆSTIO.Sed quid erit in tali caſu,ego mutuaui R.vinum optimum Campañ.ponamus x. corbes in Martio & valebant tunc ſcilicèt tempore contractus corbes x.ſolid.Tur.tandem in Maio interpellaui dictum R.vt mihi ſolueret, & tunc valebat corb.xv.ſolid.Turoñ.tandem in Iulio vocaui dictum R.ad iudicium,& tempore litis conteſtationis valebat corbis x.ſolid.Turoñ. Deuentũ eſt ad ſententiam,& tempore ſenteotię non valebat corbis niſi vi. ſolid. Turoñ. Quæritur cuius temporis conſiderabitur æſtimatio? Et non diſtinguo hoc caſu inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris.Sed diſtinguo quod multùm refert, Verũ tẽpus morę pręceſſerit tẽpus litis cõteſtatę, vt in noſtro caſu,quia primò interpellaui dictũ R. quã litem cõteſtatus fui,& ſic perinterpellationẽ fuit in mora.vt ff.& vſur.l.mora & boc caſu cõſiderabitur tempus moræ,vt ff.de condict. tritica.l.in hac actione.in fin.Si autem tempus moræ fuit idem cum tempore litis conteſta.vel forſan ſequtum fuerit tempus litis conteſt.vt puta,quia ſine ioterpellatione vocaui dictum R.ad iudiciũ & in prima die litis fuit conteſtatio. In hoc caſu enim tempus moræ & tempus litis conteſta.(vel forſan quòd intellexit ſe non debere niſi poſt litis conteſtationem.) In hoc caſu enim tempus moræ.ſequitur tempus litis cooteſt.vt ff.de vſur.l.ſciendum.& ff.ſi certum pe.l.quod de.Et in hoc caſu ſpectabitur tempus litis conteſt.vt ff. ſi certum pe.l.vinum.ibi cùm petitum eſſet, id eſt, cũ lis conteſt.fuit non ante litis conteſtationem,vt dicitur quis &c.& ff.rem ratam baberi.l.ampliùs. Sed aliquid ſpectatur in hoc caſu alicuius æſtimatio temporis,cùm non debeat fieri coodemdemnatio in æſtimationẽ, vt C. de fideicommiſſar.liber.l.vltima? Reſponderunt quidam quòd imò fiet condemnatio in æſtimatione propter neceſsitatem ſiue iuſtam cauſam, vt ff. de legatis.l.ſi domus.§.qui confitetur.Sed nõ videtur in hoc caſu aliqua cauſa neceſſaria,cùm R. ſit obligatus ad vinum in geoere,& genus perire non poteſt,vt ff.ad l.Fal.l.io rem.§.incertæ.Vnde cum ſuprà dictus R.poſsit reperire vinum,videtur quòd nulla cauſa neceſſaria ſit condemnandi dictum R. in æſtimatione,imò videtur quod debeat condẽnari ad æque vinum bonum reddendum ſicut recepit,vt ff.ſi certum pe.l cùm quid.Vnde dicitur quòd fiet condemnatio ad rem.Si quęras: quare ergo inſpicitur æſtimatio? Dic quòd iudex couſiderat æſtimationem vt debitorem codemnet ad rem.Inſuper quantũ valuit plus vinũ à tempore moræ,vt in caſu prædicto potes videre,quia iudex cõdẽnabit dictũ R.ad x.corbes vini,& inſuper quia à tẽpore moræ,valebat corbis quælibet plus vii ſolid.Tur.quã modo valeat ſ.à tẽpore ſentẽtiæ io totam pecuniam condemnabit dictum R. Vnde vt vides praticam,in hoc caſu ita formatur.LIBELLVS.Dico domine iudex,talis ego Io.de Bla.quòd mutuaui x corbes vini optimi Campani.R.quem menſe Maij interpellaui vt mihi ſolueret:& tunc temporis valebat corbis vini optimi Cãpani xv.ſolid.Turon.Vnde cũ dictus R. nõ reddetit,Ago cõtra ipſũ,vt mihi decẽ corbes vini optimi Campani reddat.Vobiſque domine iudex ſupplico,vt dictum R.ad x.corbes vini optimi Campani reddendas,& inſuper ad tantam pecuniam quantùm plus inuenietis dictum vinum valuiſſe a tempore moræ,vltra quam valeat tempore ſententiæ per diffiuitiuam ſenteotiã cõdẽnetis.Et bene dixi à tẽpore moræ vltra quàm ſi poſt moram creſceret æſlimatio,& habet iudex eiuſmodi rationem,vt prædicta l.in hac. Si autem tempus moræ ſequatur,vel ſit idem cum tẽpore litis conteſtatæ,ita formatur libellus, vt ſuprà.Sed ibi vbi ſit mentio de tempore morę, ponas de tempore litis conteſtatę.

DE CONDICTIONE OB CAVSAM.

POST hoc videndum eſt de condictione ob cauſam,in qua ſic formatur libellus.LIBELLVS.Dico domine iudex ego Io.de Bla.quòd ego dedi R.talem equum vt Pariſios iret.Vnde cùm Pariſios non iuerit, ago cõtra dictum R.vt mihi dictum equum reſtituat, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad reſtituendum mihi dictum equum per diffinitiuam ſeotentiam condemoetis.Vel aliter poteſt formari libellus ſic. LIBELLVS. Dico domine &c.quòd ego dedi R.talem equũ vt iret Pariſios. Vnde cùm res ſit adhuc integra, & me pœniteat equum prædictũ dediſſe,Ago contra ipſum R.ꝙ &c.vt ſuprà bene inſeritur quòd dedi, vt iret Pariſios,& ita fuit contractus innominatus, ſcilicèt do,vt facias.Nã in contractibus innominatis habet locum condictio iſta,& non in omnibus, ſed in duobus tantùm.ſcilicèt in do,vt des, & in do, vt facias.Nã in in facio vt des,vel in facio vt facias non habet locũ cùm factum non poſſit repeti,& facit ad boc ff.de condi.ob cau.l.vlti.& ff.de rerum permu.l.licet.in fine.& ff.de præſcrip.ver.

naturalis.§.ac cum eo.§.ſequenti. Item bene inſeritur, dedi, id eſt accipientis feci, quia aliter non eſſet celebratus contractus innominatus, vt ff. de rerum permut.l.prima in fine. Item nota, quòd primus libellus non videtur ſufficienter formatus, quia ibi dicitur, vnde cùm Pariſios nõ iuerit. Sed iſta non eſt cauſa ſufficiens agendi, quia bene poteſt eſſe quod non iuit Parſios, non tamen dabitur repetitio, vt puta, ſi res non eſt integra, quia magnos apparatus fecit ad proficiſcendũ, vel quia incœpit ire, non tamen adhuc iuerat. Nam cõtra illũ qui incepit quandiu eſt inhabitu proficiſcendi nũquam dabitur repetitio. & probatur hoc ff. de cõd.ob.cau.l.ſi pecunia ideò. & l.quod ſeruus. Vnde adhæreas ſecundo libello, ſed primum libellum poſſes ſuſtinere hoc addito. Vnde cum Pariſios adhuc non iuerit, & res ſit integra. Ago &c. Itẽ, in ſecundo libello, bene inſeritur, & me pœniteat. Nam in iſtis contractibus innominatis locus eſt pœnitentiæ, vt ff.de condi. ob cau. lege dedi.§.ſed tibi. & hoc eſt verum, quòd in iis contractibus locus eſt pœnitentiæ, niſi contractus eſſent negatiui. Verbi gratia, dedi tibi pecuniam ne ad iudicem ires, ſi me pœniteat, non tamen poſſum pecuniam repetere quandiu ad iudicem nõ iuiſti, vt ff.de cõdi.ob cau.l.dedi. in prin. Et eſt ratio, quia ſi dedi tibi, ne ad iudicem ires, Verum eſt incontinenti te non iuiſſe ad iudicem, & ita cauſa propter quam datum eſt, videtur in habitu adimplendi incontinenti. Vnde non erit locus repetitioni, donec contrarium factum erit, vt d.l.quod ſeruus. Item nota, quòd ad hoc quòd ſit locus repetitioni, oportet quòd cauſa propter quam datum eſt, ſit expreſſa. Item, oportet quod ſit finalis cauſa, hoc eſt dicere, quod aliàs nõ eſſem daturus, niſi illã cauſam crederem ſequi. Nã ſi nõ eſſet finalis, ſed impulſiua, vt ſi volebam tibi donare, ita dixi: Do tibi decem ſolid. vt emas caligas, in hoc caſu non eſt locus repetitioni. & probatur hoc C.de condi.ob cau.l. ſi repetẽdi.ff. de donat. l.ſecunda.§.vlti. Item, ſi cauſa eſt impoſſibilis ob quam datur à ſciente eam impoſſibilem, non poteſt repetere, ſi datur ab ignorante, poteſt repeti, vt C.de condi.ob cau.l.dicam. & l.militem.

DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSAM.

DE condictione ob turpẽ cauſam, ſequitur videre, & ſic in ea formabitur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan.de Bla. quòd ego dedi Roderio x. libras Clun.monetę, ne faceret homicidium. Vnde cum dictus Roderius, dictam pecuniã turpiter accepe rit, Ago cõtra dictũ R. vt mihi det x. libras Clun. monetæ. Vobiſque domine iudex ſupplico vt dictum R. ad dãdum mihi x.lib Clun.monetæ, per diffinitiuam &c. & quòd iſte libellus bene formetur, ſic probatur, quia turpitudo ſolùm verſatur ex parte recipiẽtis, qui ſine omni pecunia debuit abſtinere ſe ab homicidio. Si autem ſolùm ex parte dantis verſaretur turpitudo, vel verſaretur ex parte vtriuſque, tunc potior eſſet conditio poſſidentis, nec eſſet locus repetitioni, vt ff. de condictione ob turpem cauſam.l.prima, ſecunda, & l. tertia. & l.quia ſi ob ſtuprum.§. ſed quod demeretur.

DE CONDICTIONE INDEBITI.

POST hoc videndum eſt de cõdictione indebiti. Et notandum, quòd condictio indebiti, aut datur contra illum qui bona fide recipit indebitum, & tunc datur inquantum factus eſt locupletior, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex. ego Ioan.de Bla. quòd ego credens me debere R.x.libras turon. cùm nõ deberem, errãs ſolui ei x. libras Turon. cùm non deberem, erram ſolui ei x. libr.Tur. Vnde cùm dictus R. bona fide, dictam pecuniam receperit, & factus ſit locupletior in totis x.libris. Ago contra ipſum R. vt mihi det x. lib. Turon. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium ad totas decem libras turon. per diffinitiuam ſententiam cõdemnetis. Si autem mala fide recepit, tũc tenetur inſolidum, & non tantùm inquantùm factus eſt locupletior, & tunc ita formatur libellus. LBELLVS. Dico domine index, quòd ego Ioan.de Bla credens me debere R.x.libras turon. cùm non deberem, errans ſolui ei x.lib.turon. Vnde cùm dictus R. mala fide receperit dictam pecunia, ago contra ipſum, vt mihi det x.lib. turon. Vobiſque domine iudex &c. & probatur iſta libelli formatio ff. de condic.indebi.l.quarta.§.vlt. Item ſcias quod in cõndictione veniunt fructus & ita formatur libellus contra mala fide recipiẽtem. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, quòd ego Ioan.de Bla. credens me debere R. talẽ vineam, cùm non deberem, errans dedi ei dictam vineam. Vnde cùm dictam vineam mala fide receperit dictus R. Ago contra ipſum, vt mihi reddat dictam vineam cum fructibus inde perceptis quos eſtimo x.libris. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad reddendum mihi dictam vineam, cum fructibus inde perceptis, quos eſtimo x.libris turon. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Si autem bona fide receperit dictã vineam, tunc non ageretur contra ipſum, niſi inquantùm eſſet locupletior ex fructibus. & formatio iſta libelli probatur ff.de condi.inde lege indebiti. Nota, quòd bene inſeritur in ſuperioribus libellis errans ſolui, quia ſi ſcirem me non debere & ſoluerem, donare videor, vt ff.de condi.inde.l. error. Error autem ſiue ignorantia præſumitur, ne probetur contra ſcientiam, vt ff.de probat. l. verius. Quàmuis enim ſoluentem oporteat probare quòd indebitum fuerit, quod ſoluit, niſi fuerit miles, vel agricultor, vel mulier, quia tunc oportet probare creditorem debitum ſe recepiſſe, vt ff.de probat.l.cùm deinde primo reſpon. & §. ſin autem is qui. Tamen poſtquàm probauit ſe indebitum ſoluiſſe non oportet eum probare errorem, quia error præſumitur, vt ſuprà not. Sed videntur libelli ſuperiores malè formati, quia dicitur ibi: cùm crederem me debere: nec adiungitur ex qua cauſa. Et poſſet eſſe talis cauſa, ex qua credebat ſe debere quod non repeteret, vt eſt in cauſa quæ inficiatione creſcit. Item, ſi eſſet pia cauſa, vt ff.de condi.inde.l.cùm is. §. ſi mulier. & C.de condi.inde.l.ea quæ per inficiationem. Vnde videtur quòd cauſa ex qua credebat ſe debere ſit expecialiter exprimẽda: quia poſſet eſſe talis, ꝙ reus cõtenderet, & talis quòd reus caderet: & certè non reprobare, ſi cauſa inſeretur, vt ita diceretur, Credẽs me debere ex cauſa mutui, cui &c.

Item,

Item, videntur malè formati in alio, quia generaliter dicitur. Errans ſolui. & tale poſſet eſſe indebitum, & talis error quòd non competeret condictio indebiti, vt ſi eſſet indebitum ciuiliter, & debitum naturaliter. Nam tunc ſi per errorem facti probabilem ſoluerit, repetitur. ſi autem per errorem facti minus probabilẽ, vel per errorẽ iuris eſſet ſolutũ non repeteretur, vt C. ad l. Fal. l. ſi error. & ff. de iur. & facti igno. l. vlti. §. quod ex cauſa. & de hoc dic vt not. habes ff. de condi. l. prima. Vt ergo ſciatur an competat condictio indebiti, videtur quòd ſpecificandũ ſit, qualiter ſit indebitũ, vtrùm naturaliter & ciuiliter, an naturaliter, an ciuiliter tantùm Item, qualiter errans ſoluit, vtrùm in iure, vel in facto: vtrùm probabili. vel minùs probabili. Item, ſi eſſet indebitum ope exceptionis odioſæ, nõ repeteretur, ſimiliter ſi per errorẽ facti minùs probabilem, vel per errorẽ iuris eſſet ſolutum ſed per facti errorem probabilẽ ſolutum bene repetitur, vt ff. de condi. inde. l. qui exceptionem. & ff. ad ſenat. conſul. Maced l. vltima. Idem eſt in rei iudicatæ exceptione, quia tali exceptioni indebitum non repetitur ſolutum per errorem iuris, vel per errorem facti minus probabilem. Vt igitur ſciatur quando competat conditio indebiti. videtur quòd omnia prædicta ſint ſpecificanda, maximè vt reus poſsit ſcire, ſi velit cedere vel contendere. Potes reſpondere ad prædicta, quod ſicut in actione reali ſatis eſt quòd generalis cauſa inſeratur, & tunc actor totum ius ſuum videtur in iudicium deduxiſſe, vt ff. de except. rei iudic. l. ſi ſur. §. eadem. & l. & ad eundem. §. actiones. Sed videtur eſſe ſatis, quòd in condictione generali indebiti cauſa inſeratur. Vnde ſatis eſt, ſi dicatur ita in generali, cùm non deberem, & errans ſolui. Nam dicta verba ſatis videntur eſſe declarata ex hoc, quod agere intẽdit, nam verba ſecundùm intentionem proponentis accipienda ſunt cum effectu, vt ff quod quiſque iur. in alt. ſta. l. prima. §. Hæc autem verba. & facit ad hoc ff. de iureiur. l. eum quod. §. ſi mulier. Vnde cùm intentio agentis ſit proponere cõdictionem indebiti, videtur quòd tale indebitum propoſitum ſit, quod poſsit repeti, & talis error propoſitus ſit, qui repetitionem pariat, & ſic ſufficiens cauſam in prædictis libellis videbitur propoſita, & non indigebunt prędicta aliqua declaratione. Si autem prædictas oppoſitiones vitare, & de rigore velis concludere, ita declara prædicta Et ſi nullo modo eſt debitum, vel ciuiliter debitum, eſt indebitum naturaliter, vel vtroque modo eſt debitum ope tamen exceptionis fauorabilis, vt velleiani eſt indebitum, iſta omnia pari paſſu ambulant, & per quencunque errorem repetentur, vt not. in gloſſa ordinaria ff. de condi. inde. l. prima, & l. qui exceptionẽ. Vnde cũ quilibet error ſufficiat ad tale indebitum repetendum, ſatis erit in prædictis caſibus, ſi dicatur in generali, vnde cùm errans ſolui &c. tamen poterunt declarari cætera verba, vt ita formatur libellus, LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioannes de Bla quòd ego credens me debere x. libras turon. R. ex cauſa mutui, cùm nullo modo deberem, vel ita dicas cùm naturaliter x. libras ſibi non deberem, errans ſolui &c. vt in ſuperioribus libellis. Itẽ, indebito ope exceptionis fauorabilis ita dic LIBELLVS. Dico domine iudex, ego M. vxor Ioã. de Bla. legũ doctoris fideiubẽdo interceſsi pro P. R. in x. libris turon. in manu R. creditoris, & dictas x. libras dicto R. errans ſolui, cùm dictas x. libras non deberem ei ſoluere, tuta exceptione Velleiani. Vnde cùm dictus R. &c. vt in ſuperioribus libellis. Super iſto libello, reus poterit facere poſitiones de illis caſibus, in quibus Velleianum ceſſat, quos habetis notatos ff. ad ſen. conſul. Velleia. l. prima. in gloſſa ordinaria. In iſto libello, ego nolui dicere, cùm non deberem, quia mulier naturaliter & ciuiliter tenetur. Sed tuta eſt exceptione priuilegiali ne teneatur ſoluere, & quod ipſa teneatur naturaliter, probatur ex hoc, quia cùm ſenat. conſult. Velleianum, ſit pars iuris ciuilis, & iura ciuilia naturalia iura non poſſunt tollere, planum eſt, quòd ſenatuſconſultum non tollit naturalem obligationem, vt ſuprâ de iure natur. gen. & ciuil. §. vltimo. Si autem eſt debitũ naturaliter vt quia per nudam pactionem, ſed ciuiliter indebitũ, vel eſt indebitum ope exceptionis odioſæ, vt exceptione Macedon. iſta pari paſſu ambulant, nec repetuntur ſoluta, niſi per probabilem errorem facti fuerint ſoluta, & ſuper dictis caſibus ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Bla. quòd Durandus pater meus, cuius ſum hæres, promiſit R. per nudam pactionẽ x. libras Clun. monetæ. quas probabiliter errans ſolui. cùm ſoluere non deberẽ dicto R. credens dictas x. libras per ſtipulationem eſſe promiſſas. Vnde cùm dictus R. &c. vt ſuprà Bene ponitur probabiliter errans, nam in alieno facto erraui, in quo eſt probabilis ignorantia, vt ff pro ſoc. l. vltima. In indebito, ope exceptionis odioſæ, formatur ita libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Bla. quòd R. in Menſe Maij me exiſtente in patria poteſtate, mutuauit x. libras turon. patre meo peregrinante tunc tẽporis in partibus tranſmarinis, quam probabiliter errans ſolui, cùm ſoluere non deberem dicto R. credens me tempore accepti mutui patrem familiàs, cum non eſſem, quia credidi patrẽ meum tunc temporis eſſe mortuũ, cùm nõ eſſet. Vnde cùm dictus. R. &c. vt ſuprà. Hic eſt ſimiliter probabilis error, quia in alieno facto, & facit ad hoc ff. ad ſenatuſconſult. Maced. l. vlti. Quia ſicut nouatio facta, per probabilem errorem facti reuocetur. ita ſolutio debet reuocari. Illud tamen ſcias quod cautus Aduocatus, primò proponet generales ſuperiores libellos, quia ſuum erit interpretari proceſſũ iudicij: vt ff. de iudiciis. l. ſi quis intentione. & ita poterit interpretari pro quo indebito voluerit, & pro quo errore ſibi placuerit. Periculoſum enim eſt deſcendere ad prædictas ſpecificationes, tamen ſi aduocatus fuerit cautus, neceſſe habebit ad dictas ſpecificationes, deſcendere. Dominus Rofredus ſuper iſtis ſicco pede tranſiuit. Ad quoddam quod dictum eſt ſuprà, videtur opponẽdum, dictum eſt enim quod debitum naturaliter, & indebitũ ciuiliter repetitur, ſi ſoluitur per probabilem facti ignorantiam: ſed iſtud videtur falſum, quia ſuper eſt naturale debitum, quod impediat repetitionem ſaltem per beneficium compenſationis, vt ff. de compend. lege etiam quod natura. Ad quod dicas, quòd prędictum indebitum bene poteſt repeti. non obſtat compenſatio. Nam in hoc caſu debitum naturale non venit in compenſationem, & eſt ſpeciale, quia leges dicunt, quòd in hoc caſu poteſt repeti dictum indebitum ſolutum per ignorantiam facti,

Sed ſi nos diceremus quod haberet locum compenſatio, iam imponeremus legem verbis, & non rebus, quod nõ debet eſſe, vt C. communia de leg. l. ij. in fi. Sed circa hãc materiã facio tibi quæſtionem talem: Ego debebam cuidam creditori naturaliter & ciuiliter x. Feci per metum, vel per vim cõpulſiuam, ꝙ creditor fecit mihi pactum de non petendo, & ita fuit ſublata obligatio naturalis, vt ff. de ſol. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. poſtmodùm ſolui ei x. per ignorantiam probabilem, forſan procurator meus ſoluit ei, modò eſt in quæſtione, Vtrùm pecuniam ſolutam poſsim repetere? Et videtur quòd ſic ff. de condict. indebi. l. qui exceptionem. §. vlti. quia indebitum naturaliter & debitum ciuiliter, videtur eſſe ſolutum. E contra videtur quòd non poſsit repeti, quia ſi nõ ſoluiſſem, creditor haberet actionem contra me, vt me reponerem in priſtinam obligationem, vt ff. quod metus cauſa. l. metũ. §. ex hoc edicto. Sed cui damus actionem, multò fortiùs exceptionẽ: & ita creditor, ſi volo repetere habebit exceptionẽ, vt ff. de regu. iur. l. inuitus. §. j Dic quod dictã pecuniam nõ poſſum repetere quia antequàm ſoluerem, ego eram obligatus ad hoc quod ſoluerem ſic igitur liberatus ſum ſoluendo. Vnde cum eadẽ ſolutio non ponat repetitionem & liberationem planum eſt, quòd nõ potero repetere, vt ff. de ſol. l. qui hominem. §. vlti. Non obſtat, quod obiicit, quòd per pactum de non petendo, ſit mihi acquiſita exceptio, quia naturalis obligatio ſublata fuit Nã illa exceptio eſt mihi inefficax, vtputa, quia ſi illam exceptionem opponerem, creditor replicaret, quia illud pactum non eſt ſeruandum, vtpote, quia turpiter fuit exactum, vt ff. de pactis. l. iuriſgentium. §. prætor ait. & nõ refert. vtrùm quis nõ habeat exceptionem, an inhabilem ad proponendum, vt ff. quod cuiuſque vniuer. l. prima. §. penultimò. Aliquis debebat mihi naturaliter x. nec tamẽ ciuiliter, vt quia pater eius cuius eſt hæres per nudum pactũ mihi promiſerat dicta x. ipſe ignoranter mihi ſoluit dicta x. Modò eſt in quæſtione, Vtrùm liberatus ſit iſte ſoluens à naturali debito, quod debebat? Et videtur quòd ſic. Quia ſoluit quod ipſe debebat, & ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio, vt ſuprà quibus mo. tol. ob. in principio. E contra videtur quòd non liberetur: nam non probabiliter errãs, ſoluit dicta x. naturaliter debita, ſed ciuiliter indebita, vnde poteſt ea repetere, vt ff. de iur. & fact. ign. l. penult. §. ſi quis ignorans. Cùm ergo poſsit repetere, non eſt liberatus, cùm eadem ſolutio non patiat repetitionem & liberationem, vt ff. de ſol. l. qui hominem, §. vlt. Dic ad prædictam quæſtionẽ quòd nõ eſt liberatus, nõ obſtat quod fuit obiectum, quòd ſolutione eius &c. Illud eſt verum, ſi non errans ſoluerit, ſed ſi hic ſoluit errans, quod credebat ſe teneri cum effectu, cùm non teneretur.

DE CONDICTIONE SINE CAVSA.

POſt hoc videndum eſt de condictione ſine cauſa, & in ea ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, talis, ego Ioã. de Bla. quòd ego conduxi veſtimenta talia R. lauanda, quæ veſtimenta perdidi, & dicto R. conuentus actione locati centũ ſolid. pro æſtimatione dictorum veſtimentorum dedi. Vnde cũ dictus R. dicta veſtimenta recuperauerit, ſic quoque ſine cauſa æſtimationem habeat. Ago contra ipſum, vt mihi centum ſolid. reddat, per diffinitiuam &c. Iſte libellus probatur ff. de cõdi. ſine cauſa. l. ſecunda. Sic igitur in prædicto caſu condictio ſine cauſa datur, quia quàmuis à principio habuerim ego iuſtam cauſam dandi, tamen ex poſt facto, poſtquàm dictus R. dicta veſtimenta recuperauit cauſa reducta eſt ad non cauſam, & ſic competit condictio ſine cauſa, vt ff. de condi. ſine cau. l. nihil. Sed datur quàmuis à principio etiam nulla cauſa dandi interuenerit. Vnde concurrit condictio indebiti, cum cõdictione ob cauſam. vt ff. de condictione ſine cauſa. l. prima. In caſu aliquo vendicat ſibi locum vbi non haberent locum ſpeciales actiones, vt quando ſine cauſa promiſi, & tunc ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Bla. quòd ego ſine cauſa promiſi in publico inſtrumento x. libras Cluñ. monetæ R. Vnde ago cõtra dictum R. vt me liberet à dicta promiſsione, Vobiſq; domine iudex ſupplico vt dictũ R. ad hoc ꝙ me à dicta promiſsione per diffinitiuã &c. Iſta libelli formatio ꝓbatur ff. de cõdi. ſine cau. l. j. & l. qui ſine cau. Sed videtur malè formatus iſte libellus, eò quòd præcisè agitur ad factum, quod non debet eſſe, vt ff. de re iud. l. ſi quis ab alio. in fi. Sed dic, quòd liberale eſt tale factum, quod ſine magna difficultate poteſt adimpleri. Vnde ad tale factum bene agitur præciſè, & aliquis in eo condemnatur præcisè, vt ff. quod metus cau. l. ſicut exceptione. §. ſed & ſi quis patto. Sed & promiſſor ſi agatur contra ipſum ex promiſsione facta ſine cauſa habebit doli exceptionem, vt ff. de exceptione doli l. ſecunda §. generaliter. quarè videtur quòd exceptio deberet ſufficere, vt ff. de eo per quem fac. eſt l. prima. §. ſi reus. Sed dic quòd exceptio non ſufficit, quia exceptio regulariter non proponitur ſine actione agente. Vnde non eſt in poteſtate illius cui competit exceptio quando eam proponat, ſed iſtud dependet ex poteſtate actoris, vt ff. de doli exceptione. l. purum §. vltimò. Vnde actor qui poſſet probare intentionem ſuã per publicum inſtrumentũ deſiſteret tantùm agere, quod teſtes promiſſoris eſſent mortui, per quos ipſe poſſet probare intentionem ſuam, ſcilicèt, quòd ſine cauſa promiſiſſet & tunc promiſſor neceſſe habet ſoluere. Vnde vt euiter illud periculum, bonum fuit promiſſori, vt haberet actionem. Nec miteris quod dixi, quod promiſſor debeat probare, quòd ſine cauſa promiſit. quia iſtud eſt verum, quamuis quidam dicant, quòd eo ipſo, quod ſtipulator agit ex ſtipulatu, cuius cauſa nec apparet, nec probatur per ipſum ſtipulatorem, competit doli exceptio promiſſori, etiam quàmuis nihil probet. Sed iſtud nõ credo verum, vt not. ſuprà eo. §. de conſtituta, ſuper actione ex ſtipulatu. Fallit tamẽ in promiſsione ex cauſa mutui, contra quàm exceptione oppoſita, ſtipulator cauſatiuè compellitur docere ſubeſſe cauſam promiſsioni, videlicèt pecuniam fuiſſe numeratam, vt C. de nõ numerata pecunia: l. ſi ex cautione. Nam cùm ſit ſpeciale in mutuo generale ſiue commune ius obtinet in contrariũ, vt ff. de leg. & ſenat. conſult. l. Ius ſingulare. & ff. ad municip. l. prima in fine. & ita de iure communi obtinebit, vt ſtipulator, nec teneatur probare

cauſam

cauſam ſtipulationis,niſi ſolùm interceſsiſſe,cum nemo ſine cauſa præſumatur promittere, ſicut aliquis præſumitur ſoluere ſine cauſa, vt ff.de proba.l.cùm de indebito.

DE CONDICTIONE TRITICIARIA.

POſt hoc videndum eſt de condictione Triticia, & in vno caſu videtur neceſſaria, & in ea ita formatur, libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan.de Bla.quòd R. talem fundum meum, cuius fines ſunt tales, per vim expulſiuam occupauit. Vnde ago contra dictum R. vt dictum fundum mihi reddat cum fructibus perceptis,& percipiẽdis, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R.ad reddendum mihi dictum fundum cum fructibus inde perceptis,& percipiendis,per diffinitiuam ſententiam &c. In hoc condictio Trititiaria eſt neceſſaria:quia ſicut condictio furtiua datur ad rem ſuam mobilem condicẽdam in odiũ furis ita in odiũ inuaſoris condictio Trititiaria datur ad rem ſuam immobilem condicendam: & probantur hæc prædicta ſup.§.proximo.& ff. de condi.certi.l.ij.Sed quia iſta condictio concurrit cũ condictione incerti,hoc excepto,quòd non competit pro pecunia numerata,vt ff.de condictione Triti.l.prima & dictum eſt ſuprà de cõdic. certi. Amplius non dicam de condictione Trititiaria.

DE CONDICTIONE EX *lege,& gratia breuitatis ſolùm vnum ponitur.*

POST hoc videndum eſt de condictione ex lege.& quia ex literarum obligatione vt credo, agitur condictione ex lege, videamus de literarum obligatione.qualiter ſine periculo periurij in ea formetur libellus. Et certè ſecundùm eos, qui dicunt hoc eſſe mutuum ciuile,non videtur quòd poſsit aliquo modo formari ſine periculo periurij,quia ipſe actor ita dicet in libello. LIBELLVS.

Dico domine iudex talis,quòd ego mutuaui x. libras tali: quod apparet, quia ſuper hoc confectum eſt inſtrumentum publicum in quo confeſſus eſt,& iam elapſum eſt biennium.Vnde ago contra &c. Sed ſi ita neceſſe habuerit actor dicere, planum eſt quòd deieraret in ſacramento calumniæ, quia non mutuauit, & in libello ſuo dicit ſe mutuaſſe, & non eſt veriſimile quòd quia deieraret, vt C.ad legem Iul.repe.l.vltima.& ff.de iureiur.l.aliàs.& ita inaniter eſſet inuenta literarum obligatio, quia non eſt veriſimile, quòd aliquis eam proponeret. Item ſi ita vt prædictum eſt formaretur libellus: hoc non eſt agere, quòd aliquis eam proponeret ex literarum obligatione,imò ageretur ex mutuo,quia mutuum probaretur per inſtrumentum, vt ergo ex dicta obligatione poſsit inde taliter agi ſine periculo periurij, In ea ita formatur libellus. LIBELLVS.

Dico domine iudex talis,ego Ioan.de Bla.quòd R. confeſſus eſt in publico inſtrumento per manum talis tabellionis confectum, non cancellato,non abolito, non vitiato in aliqua parte ſui, ꝙ ego mutuaui ei x.libras Clun. monetæ. Vnde cùm biennium ſit elapſum à tempore confecti inſtrumenti,ago contra dictum R.vt mihi det x libras Clun.monetæ, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad dandum mihi x. libras Clun.monetæ, per diffinitiuam &c. Certè quia taliter proponet libellum non deierabit. Et iſtud non erit agere ex mutuo, imò ex literarum obligatione, ex qua obligat, cùm libellus dicat ex ea poſſe agi poſt biennium, vt ſupra de literarũ obligatione. Nec dicat quo genere actionis agatur, dicam quod agetur condic.ex l. vt ff.de condi.ex lege.l.prima. Item, bene inſeritur in ſuperiori libello, ſcilicèt, vt mihi det,id eſt, accipientis faciat,vt ſuprà de verb.oblig.l.vt autem.§.vltimo. Nec volui dicere,reddat, quia iam innuerã,quòd ſibi mutuaſſem, quia propriè verbum, reddendi, habet ſignum retro dãdi, quamuis & aliam ſignificationem habeat,ſcilicet per ſe dandi. Vnde bene poſsit inſeri in prædicto libello,ſed magis propriè ſtat ibi verbum dandi. & facit ad hoc ff. de verb.ſignific.l. verbum reddendi.

DE ACTIONE COMMODATI DIRECTA.

9. IArũ verò &c.In hoc verſic.octo actiones per ordinẽ inſeruntur, vnde de ipſis per ordinem videndũ eſt. De cõdictione certi ex mutuo, vel ex ſtipulatione, vel de actione ex ſtipulatu, hîc non tãgo, quia ſ. de ipſis notaui. Et primò incipiẽdũ eſt de actione cõmodati, & in ea ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis ego Ioan de Bla.ꝙ ego gratis accõmodaui R. talem equum ad hoc vt iret Cluniatum. Vnde cùm iuit, & rediit, & ſic vſus ad quem dictum equum commodaui, finitus eſt (commodatarius autem non tenetur de caſu, niſi culpa præceſſerit caſum, vel ſpeciale pactũ hoc induxerit.) Item, quia prædicto vſu finito, dictum equũ locauit pro mercede x.ſolid.turonẽ.ad portandũ merces,& talem hominem. Ago contra dictum R.vt mihi dictum equũ reſtituat & x.ſolid.turon. Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R.ad reddendum mihi equum dictum, & x. ſolid. tur. per diffinitiuam ſententiam condemnetis &c. Bene inſeritur, gratis, in ſuperiori libello. Alioqnin ſi non eſſet factum gratis, non eſſet commodatũ, imò locatio, vel alius contractus, vt ff. commodati.l.ſi vt certo.§.nunc videndũ.vt ſuprà mand. §.vlti. Talem equum in libello nolui inſerere, quia in talibus rebus quæ vſu non conſumuntur propriè eſt cõmodatum, nõ tamen eſt propriè cõmodatũ, in pecunia, & cæteris rebus, quæ vſu cõſumuntur, vt ff.commo.l.iij.§.vltimo. Niſi ad oſtentationem, vt ibi dicitur. Item, bene inſeritur ad hoc, vt iret vſque Cluniat. nam commodatum propriè fit ad aliquem vſum certum. quod patet Nam vbicunque lex loquitur de comodato facit mentionem de ſpeciali vſu, ad quem dicitur res commodata, vt ff.comodat.l.vlti. Precarium autem conceditur non ad certum vſum. vt ff.de preca.lege prima. Item, bene inſeritur, quòd vſus finitus ſit: nam ante vſum finitum, non poteſt commodatum reuocari, vt ff. commo. lege in commodato.§.ſicut. Præcarium quãdoq; reuocatur, quia non cõceditur ad aliquẽ certum vſum, vt ff.de præcar.l.cum præcario. Itẽ x. ſolid. quos percepit ex re mea bene petũtur. Nã fructus & obuentiones bene veniunt in hac actione, vt ff.commoda.l.ſi is qui commodatum. §. primo.

Imo etiam ſequela rei venit in hac actione, vt ſi commodaui tibi equum, quem ſequebatur pullus nam pullus poterit peti per vtilem actionẽ commodati, vt ff. commoda. l. commoda. & l. ſi vt certo. §. vſque adeò. Sic igitur actio commodati datur ad rem reſtituendam, ſed etiam datur ad intereſſe, vt puta, ſi commodatarius reddiderit rem deteriorem effectam, & tunc in ea ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Blana. quòd ego commodaui talem equum, tunc temporis ex vtroque oculo bene videntem, R. ad hoc vt iret Cluni, qui finito vſu ad quem receperat, equum dictum reddidit mihi vno occulo per culpam ſuam. Vnde cùm mea intereſſit, in x. lib. tur. dictum equũ fuiſſe excæcatum vno oculo, Ago contra dictum R. vt mihi det x. lib. tur. per diffinitiuam &c. Iſta libelli formatio probatur ff. commoda. l. tertia. §. primo. Videtur quòd prædictus libellus obſcurus ſit in hoc quod generaliter proponitur per culpam R. excecatum. Cùm triplex ſit culpa, lata, leuis, & leuiſſima, vt not. ſuprà in tractatu de culpis. Vnde cùm generalitas obſcuritatem pariat, vt ff. de iur. fiſ. l. cta fidei. in fin. primo reſpon. videtur quod prædictum verbum ſit declarandum, niſi & ita ſpecificetur, Verùm lata, vel leuis, vel leuiſſima culpa interuenerit. Sed dic quòd in prædicto caſu, commodatum ſolùm factum fuit gratia commodatarij, quod apparet, quod ita proponitur, quod ego accommodaui R. dictum equum, vt iret Cluni. Sed in iſto caſu cõmodatarius tenetur de omni culpa, & ita non eſt exigenda aliqua declaratio, cùm reus propter hoc non ſubleuaretur in aliquo, quia de omni culpa tenetur. & facit ff. cõmodati. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. & §. commodatum autem plerunque. Sed ſi commodatarius teneret vtilitatem vtriuſque; tunc commodatarius non tenetur de leuiſſima, ſed ſolùm de lata & leui, vt dicto §. nunc videndum. & ff. commoda. lege. in rebus. Item ſi cõtineret vtilitatem ſolius dantis, quia in hoc caſu commodatarius non tenetur de leui, vel leuiſſima culpa, ſed ſolùm de lata & dolo, vt prædicta l. ſi vt certo, §. interdum. In iſtis bene eſſet facienda declaratio, & in iſtis caſibus ita eſſet declaratio facienda, dictũ equum reddidit mihi excæcatum per dolum, vel per latam culpam, & hoc in eo caſu, in quo non non tenetur, niſi de dolo, & lata culpa. In alio autem caſu, in quo etiam tenetur de leui culpa, ita fit declaratio: dictum equum mihi reddidit excæcatum per dolum, vel latam culpam, vel leuem. Et iſtæ declarationes ſatis videntur bene factæ quia quælibet prædictarum cauſarum ſub disiũctione poſitarũ ſufficit ad prædictã actionẽ.

DE ACTIONE CONTRARIA COMMODATI.

Dicẽdũ eſt poſtmodùm de actione cõtraria commodati, & in ea formatur ita libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioã. de Bla. quòd R. accomodauit mihi talẽ equũ, quẽ arripuit talis infirmitas, ſine culpa mea & dolo, in quo curando, feci magnas expenſas, quia xl. ſolid. turonen. expẽdi. Vnde cõtra dictum R. ago, vt det ſiue reddat xl. ſolid. turonẽ. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictũ R. ad dandũ mihi x. ſolid. turonen. Et nota, quòd bene inſeritur in ſuperiori libello magnas expenſas, nam pro paruis expenſis non daretur contraria cõmodati, vt ſunt expenſæ cibariorum, vt ff. commo. l. in rebus §. poſſunt. Quæ autẽ ſunt paruæ expenſæ, poſtquàm in hoc caſu nõ eſt determinatũ, arbitrio iudicantis relinquitur determinandũ, vt ff. de iure dot. l. prima in fine. Item bene inſeritur in li. ſine dolo & culpa mea, quia ſi fuiſſem in dolo, vel in culpa, cùm ex hoc deberem condẽnari, ex hoc non deberem conſequi aliquam actionem, vt ff. de neg. geſt. l. ſiue hæreditario. Viſo qualiter formaretur in vtraque actione libellus commodati, tam directa quàm contraria. Notandum eſt, quod commodatarius non teneretur de caſu niſi æſtimatio facta, vel pactum ſpeciale hoc induxerit, vel culpa præcedens caſum, vt dicta l. ſi vt certo. §. nunc videndum. & §. quòd non ſenectute. & §. ſi interdum. Et bene dixi. pactum ſpeciale, quia ſi commodatarius in ſe ſuſciperet omnem caſum, per pactũ generale, non ſpecificando aliquem caſum ſpecialem, non obligaretur ex tali pacto, vt ff. ſi quis cautio. l. ſed etſi. §. quæſitum. & recurrere ad oppoſitiones notatas in dicto §. Nunc videndum. Mar. dixit ſufficere generale pactum, Azo, & Ioan. dixerunt contrarium. Illas autem oppoſitiones potes diſtinguendo cõcordare. Multùm refert, vtrum tractaretur inter aliquos de caſibus enumerandis. Verbi gratia, Ego commodaui equum meũ cuidam ſcholari, qui ſocio ſuo recedenti volebat facere comitatiuam, pactum initũ fuit inter nos, vt dictus ſcholaris teneretur de omni caſu fortuito, vocaui teſtes, vt audirent dictam conuentionem, & coram teſtibus incœpi enumerare caſus, de quibus volebam dictum clericum teneri, quando enumerabam, non potuit expectare, imò dixit, omnes ſocij mei iam ſunt equites, amplius non poſſum morari, volo, dixit ſcolaris, quòd omnes caſus habeantur pro enumeratis, & de omni caſu, volo teneri. In hoc caſu valebat opinio M. vt generalis conuentio aſtringat aliquem, vt de omni caſu teneatur. Nam argumẽto prædicti §. quæſitum. valeret pactum: nam aliquis aſtringeretur de caſibus fortuitis, ſi caſus fortuiti eſſent ab eo qui acquiri debet obligatio ſpecialiter enumerati. Cùm ergo per me non ſteti, quin omnes caſus enumerarẽ, debent dicti caſus quantùm ad me, pro enumeratis haberi, vt C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condi. fa. l. prima. & ff. quãdo di. le. ce. l. ſi poſt. §. item ſi qua conditio. Aut tractatur de caſibus enumeratis. Verbi gratia, Scholaris bene ſtetit, quouſque enumeraui omnes caſus fortuitos, & poſtmodùm interpoſuit generale pactum, quòd de omnibus fortuitis caſibus, qui poſſent enumerari, ipſe volebat ſe teneri: certè per iſtud generale pactum, non obligatur de caſibus fortuitis ſpecialiter non enumeratis, poſtquàm non ſtetit per ipſum, quin ego omnes caſus enumerarem, vt prędicto §. quę ſint. Quia ſi tale pactum generale valeret, multoties obligarent ſe homines ſub quodam inuolucro verborum ad id ad quod ſpecialiter ſe nõ obligarent, ad quod certè non deberem teneri, vt ff. de pig. l. obligatione generali. Vnde pactum generale non ſufficit ad obligationem aliquam de caſu vt C. depoſit. lege prima. ibi vt dicit ſiue aliquid ſpecialiter conuenit. & ff. depoſit. lege prima. §. ſæpe. Illud autem ſcias, quòd ſi commodatarius vſus eſt re ſibi commodata ad

alium

alium vſum quàm ad quem ſibi commodata fuerit,quòd furtum committit.& de cætero tenebitur de caſu & periculo rei,& quamuis ſine culpa & dolo ſuo res perierit,& hoc illa de cauſa, quòd fur incœpit eſſe qui de omni caſu & periculo tenetur,vt probatur ff.commo.l.ſi vt certo. §. quinimò & qui al.re.ff.depoſi.l.prima.§.ſi rem.Sciẽdum autem eſt,quòd rem alienam ſi commodem pro eo habeo actionem commodati , vt ff. commoda.l.commodare.& l.ſequen.& ideò in ſuperioribus libellis,nolui apponere rem eſſe actoris.

DE ACTIONE DEPOSITI DIRECTA.

POſt hoc videndum eſt de actione depoſiti directa,in qua dupliciter formatur libellus:nam aut nõ reſtituitur res , & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex.ego Ioan.de Bla.quòd ego depoſui apud R.vnum codicem dè antiqua litera,parui voluminis,ſcriptum in charta pecorina.Vnde contra dictum R.ago,vt mihi dictum codicem reſtituat. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictũ R. ad reſtituendum mihi dictum codicem per ſententiã diffinitiuam condemnetis.Etiam vſuræ ex mora veniunt in hanc actionẽ,& ita tunc formatur libellus.LIBELLVS.Dico domine iudex quòd ego Ioan.de Bla.depoſui apud R.x. libras turon. in quoddam ſacculo. Vnde cùm die tali dictum R.ſuper reddendo depoſito interpellauerim , nec ad hoc mihi reddiderit dictum depoſitum , ago contra ipſum,vt dictam pecuniam depoſitam mihi reddat,Vobiſque domine iudex ſupplico vt dictum R.ad dictam pecuniam mihi ſoluendam , & ad vſuras ex tempore interpellationis mihi dandas perſonæ meæ,& conſuetudini regionis conuenientes per diffinitiuam ſententiam condemnetis.Iſti libelli probantur C.depoſi.l.prima. Item in principio libelli bene inſeritur, vnum codicẽ de antiqua litera &c.Nam ſigna rei in hac actione danda ſunt,vt ff.depoſi.l.prima.§.ſi quis argentum.Item ſciẽdum,quòd ille qui depoſuit, ſtatim poſt depoſitionem poteſt depoſiti agere nec expectatur vt depoſitarius dolum committerit : hoc enim ipſo in dolo eſt,quòd ſtatim non reſtituit,vt ff depoſi.l.prima.in fi.Et ſi lex eſſet in depoſito dicta,quia ſic depoſitarius non tenetur niſi poſt moram reſtituere depoſitum, cùm deponens poſſet voluntatem mutare,cùm nihil interſit depoſitarij,vt ff.depoſi.l.prima.§.penulti. Item in ſecundo libello bene inſcritur,Vnde cùm die tali dictũ R.&c.quia intentiones meæ erant petere depoſitum,pecuniam & vſuras,quia vſuræ bonæ fidei iudicis veniunt ex mora.Mora autem fit per interpellationem,vt ff.de vſur.l.mora.primo reſpõ. & §.bn.fi.Et non ſolùm vſuræ veniunt in hic actione ex mora,imò fructus.Item , bene inſeritur perſonæ meæ,& conſue.&c.vt C.de vſur.l.eos.§. ſuper vſurarum.& omnis acceſsio venit in hanc actionem,vt ff.depoſiti.l.prima.§.hanc actionem vt ff.depoſiti.l.prima. §.hanc actionem. Aut res deterior redditur,& tunc ita formatur libel. LIBELLVS.Dico domine iudex talis , ego Ioan. de Bla.quòd ego depoſui apud R. equum talem, bene videntem vtroque oculo,quem mihi excæcatum oculo dextro per dolum ſuum, ſiue per latam culpam reddidit.Vnde cùm meam interſit x.libris turonen.dictum equum non fuiſſe excæcatum dicto oculo,ago contra dictum R.vt mihi reddas.x.libras turon.Vobiſq; domine iudex &c. Probatur libellus iſte ff.depo.l.prima §.ſi res depoſita.Et ſcias quòd bene inſeritur in ſuperiori libello per dolum,ſiue per latam culpam , quia depoſitarius non tenetur regulariter,niſi de dolo & lata culpa,vt C.depo.l.prima.reſpon.primo. Fallit tamen in caſibus,quia aliquando tenetur de leui culpa,aliquando de leuiſsima,aliquando etiam de caſu ſiue omni periculo,vt notatur in gloſſa ordinaria ſuper l.prima §.depoſiti.Et ſi obiuleri ſe caſus,in quo teneatur vltra latam culpam , illud erit declarãdum in libello,& de hoc dic vt prox. ſuprà in actione commodati non illud autem notandum eſt,quod rei depoſitæ poſſeſsionẽ & proprietatem retinemus,& hoc eſt verum,niſi res apud ſequeſtrum deponatur,vt ff.depoſi.l. licet §. rei.Sequeſter enim regulariter poſsidet,niſi iſtud factum eſſet inter partes,vt ff. de acquiren. poſ.l. intereſſe puto.Et dicitur ſequeſter propriè qui à pluribus recepit depoſitum ea conditione,vt vincenti reddat rem.vel eo pacto,vt exiſtente aliquo caſu alicui de partibus reddat depoſitum:& iſte ſequeſter officium quod ſuſcepit non poteſt deponere,niſi iuſta cauſa interueniẽte,& tunc per prætorem apud aliquam ſacram ædem deponitur, vt ff.depoſiti.l.ei apud quem.§.primo.& §.vlti. & l. ſequenti.Tenetur autem ſequeſter actione ſequeſtraria depoſiti,ita vt hoc,quod dico ſequeſtraria, depoſiti,ita vt hoc,quod dico ſequeſtraria, ſit cognomen actionis,vt ff.depo.l.ſi in Aſia.§. cùm ſequeſter.Super qua formatur libellus. LIBELLVS.Dico domine iudex talis.Ego Ioan.de Bla. quòd cùm ſuper tali codice,fuit controuerſia inter me & magiſtrum Stephanum de Vegetio, eo quod dictum codicem poſsidebã,dictus verò Magiſter Steph.ad ſe codicem aſſerebat,iure dominij pertinere,dictum codicem apud R.de conſenſu depoſuimus,ea lege,vt dictum codicẽ illi noſtrũ qui vinceret apud cõpetentem iudicem reſtitueret.Vnde cùm à competenti iudice ſim abſolutus ab impetitione magiſtri Stephani,& ita vici, Ago contra dictum roderium,vt mihi dictum codicẽ reſtituat,Vobiſque domine iudex&c.Et probatur iſte libellus ff.depo.l.licet.in principio. & l. ei §. primo.& ff.de verb.ſig.l.ſequeſter.& ff.de dolo.l. ſi oleum.Si autem plures res eſſent depoſitæ apud ſequeſtrum,gratia ſpõſionis,vt puta, ego depoſui apud R.annulum meum,& tu tuum,vt ipſe redderet vtroſque annulos ei qui vinceret alterum in currendo,tunc cõpeteret actio præſcriptis verbis vt ff.de præſcript.verb.l.ſi in rẽ.§.ſi quis ſponſus. Non obſtat dicta lex,ſi oleum.vt ſi agitur præſcriptis verbis , quia ibi ſequeſter aliquid ſuſceperat pro cuſtodia,aliàs non recepturus depoſitum , & ita non erat ibi depoſitum.Scias quod in ſuperiori libello bene inſeritur à competẽti iudice, quia aliter non valeret ſententia, vnde per cõſequens nulla victoria eſſet,vt C.ſi à non competen. iud. per totum.

DE ACTIONE DEPOSITI,

Quæ in quatuor caſibus creſcit per inficiationem,

ILlud autem notandum eſt,quòd actio depoſiti in quatuor caſibus creſcit per inficiationem , ſi deponatur cauſa incendij , ruinæ , vel naufragij , vel tumultus cauſa &

in e

In ea ita formatur lidellus. LIBELLVS. Dico domine iudex,ego Ioannes de Bla. quòd cauſa tumultus imminentis depoſui penes R.talem codicem,Vnde ago contra ipſum, vt dictum codicem mihi reſtituat qnòd ſi depoſitum inficiatus fuerit,ago contra ipſum, vt dictum codicem & & æſtimationem codicis mihi reſtituat, Vobiſq; domine iodex ſupplico,vt dictum R.ad reſtituendum dictum codicem mihi,ſi non fuerit inficiatus depoſitum:Vel ſi fuerit inficiatus,ad reſtituendnm codicem vna cum æſtimatione dicti codicis per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur iſte libellus proximo ver.& infra eo.§.at ille damni iniuriç.& ff.depo.l.prima.§.primo. Ná actio depoſiti in quatoor caſibus creſcit inficiatione.Et ſcias,quòd in ſuperiori libello bene inſeritur tomultus imminentis,vt ff.depo.l.j.§.meritò.Si enim non immineret fruſtra timeretur,vnde vani timoris nulla fieret çſtimatio, nec daretur actio depoſiti ad duplum.argumétum ad hoc ff.de re iudic.l.ſi quis ab alio.Item bene inſeritur In ſuperiori lib.doloſe inficiatus,ſi enim ſine dolo inficiaretur,non propter hoc dareinr in duplum,vt ff depo.l.ſi quis inficiatus. Sciendum eſt quòd ſi res mea apud me deponatur, nullum erit depoſitum,vt ff.depo.l.qoi rem ſuam. Item nota, qoòd ex hoc ipſo,quòd aliquis reſtitutionem depoſiti retardat,doloſe facit furtum,& tenetur cõdictione furtiua & amodò res erit periculo ſuo poſtquàm ſemel commiſit furtum, vt ff.dspo.l.j.§.ſi rem.& l.ſi quis inficiatus.§. vltimo. Illud vltimò ſciendum eſt, quòd ſatis ad hoc, quòd depoſitarius condẽnetur in actione depoſiti, quòd tempore ſententiæ ſit in dolo,vel in culpa, vtputa,quia tunc inueniatur rem depoſitam detinere, nec vellet eam reſtituere, hoc enim ipſo eſt in culpa,vt ff.depoſiti.l. prima.§. idem Neratius.& l.ſi in Aſia.§. vltimo. Actioni autem depoſiti nõ obiicitur compenſatio. Item, propter denunciationem extraordinariam non impeditur depoſiti reſtitutio,propter ordinariam tamen bene impediretur, vt ſi dominus vendicaret rem depoſita à non domino, nam depoſitarius teneretur eá reſtituere, domino vendicante potius quàm deponenti, vt omnia hæc probãtur C. depoſiti.l. ſi quis vel pecunias. & Auten. ſed iam cautum eſt. & ff.depoſiti.l.bona fide.

DE CONTRARIA ACTIONE DEPOSITI.

POſt hoc videndum eſt de contraria actione depoſiti,& in ea ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine Iudex talis,ego Ioan.de Bla. quòd R.depoſiut penes me vnũ equum talem, pro quo paſcendo expendi x.ſolid.turonen. Vobiſque domine iudex ſupplico,vt dictum R. ad reddédum mihi x.ſolid.Turonen.per diffinitiuam ſententiá condemnetis.Iſte libellus probatur ff. depo.l. actione.Sed quare eſt quod modicæ expenſæ veniunt in hac contraria depoſiti, cùm modicæ cibariorum expenſæ non veniant in actiòne commodati contraria?vt ff. commoda. l. in rebus.§. poſſunt.Reſpondeo quòd illud eſt illa ratione, quia ille qui recepit depoſitum regulariter nullam habet vtilitatem,cùm regulariter depoſitum ſolam vtilitatem contineat dantis.Vnda cùm nõ ſperet aliquod lucrũ,nec debet ſuſtinere aliqnod damnum,etiam modicũ.arg.ad hoc ff.de reg.iur. l.ſecundùm naturam.& ff.locati.l.ſi merces.§.vis maior.Nemini enim debet eſſe ſuum officiom dánoſum,vt ff.de fur.l.ſi ſeruus.§.quod vero. Vnde ne depoſitario ſuum officium ſit dánoſum,dicendum eſt,quòd modica dána poſsit recuperare & hoc eſt verum,niſi depoſitum contineret vtilitatem depoſitarij,vt verbi gratia,Roderius depoſuit penes me tali ratione,ne poſſum in eo vti ſine operibus eius.Certè hnc caſu non poſſum ego cibaria,nec huiuſmodi paruas expenſas petere,vt arg.ff.depo.l.prima.§.ſi quis ſeruum.& §.ſequenti.Et hoc eſt verum,quando in prædicto caſu eſt depoſitum,quando aliàs & quamuis non poſſem vti operis equi,eſſem ſuſcepturus depoſitum, aliter auté eſſet contractus innominatus, vt in prædicto §.Si enim merces ab initio interueniat,vel aliquid loco mercedis, & depoſitarius non eſſet aliàs depoſitum ſuſcepturus,planum eſt,qood nõ eſt depoſitum,imò locationis contractus vel innominatus,vt in prædicto §.Si autem aliàs eſſet ſuſcepturus depoſitum,& non acceperit aliquid, vt mercedem,ſed accepit tanquam remunerationis gratia,nihilominus eſt depoſitum,vt ff. de vi bo.rap.l.ſeconda.§.in hac actione.ibi vt dicit,vel prætium depoſitionis non quaſi mercedem.Illud tamen notandum eſt,quod quamuis regularitec rei depoſitæ proprietatam retineamus, vt ſuprà nota.Illud tamen fallit ff.depo.l.Lucius. & l.dies ſponſaliorum.

DE ACTIONE PRO SOCIO.

SEquitur videre de actione pro ſocio. Et ſciendum eſt,quod ipſa generalis eſt, ſecondùm quod datur ad diſſoluendam ſocietaté.& in ea omnia veniũt quæ poſſunt petá per actioné ꝓ ſocio vt ff.ꝓ ſocio l. arbit.Ea enim ſic generaliter intétata,diſſoluitur ſocietas,vt ff.ꝓ ſocio.l.arbit. Ea enim ſic generaliter intentata, diſſoluitur ſocietas,vt ff.pro ſoc.l.actione. Actio enim pro ſocio ſic generaliter non poteſt intentari durante ſocietare,vt C.pro ſoc.l.tandiu.& ſecundùm quòd ipſa generalis eſt,ſic in ea res generaliter exprimuntur, quàmuis in perſecntione iudicij ſpecialia capitula exprimantur, vt C. de iudic. l. licet.& in ea ita formatnr libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan.de Bla.quòd inter me & Roderium, omniũ bonorum ſocietatem contraximus, anno tali ducendam,vſque ad tale rempus.Vnde cùm dictum tempus elapſum ſit,ago contra dictum Ro.vt res mihi communicandas communicet, partem dimidiam fructuum,quos ex rebus communibus percepit,mihi reddat,& damnum quod in ſocietate dedit per dolum ſiue latam culpam,& leuem æſtimationem pro parte dimidia mihi reſarciat, vt partem dimidiam expenſarum,& damni quod occaſione ſocietatis ſuſtinui,mihi reddat,vt mihi caueat me præſtare indemnem ſuper hoc,quod tali legatario,cui legatum eſt ſub conditione, debebat occaſione retum communium, dictum legatum ei reddere ſub conditione promiſsi.Vobiſq; domine iudex ſupplico,vt dictum Roderium ad omnia prædicta adimplenda,per diffinitiuá ſentẽtiam condemnetis. Sic generaliter libello propoſito in perſecutione negotij circa capitula ſpecia

lite:

ſpecialiter exprimam, quia ibi dicam. Pone quòd dictus Roderius durante ſocietate acquiſiuit talem vineam, Vnde cùm eam debet communicare mihi quia quicquid per ſocium omnium bonorum acquiritur, iuri communicationis acquiritur id eſt, communicari debet, vt ff. pro ſocio. l. tertia. §. primo. Sed videtur quod mirum, quod à ſocio omnium bonorum peto, vt aliquis res mihi communicet: nam eo tempore quo ipſe eſt ſocius meus omnium bonorum, omnia bona ſua ſunt mihi communia, vt ff. pro ſocio. l. prima. in fine. quarè videtur ſibi talis petitio ſuperflua. Sed dic, quòd rerum aliæ ſunt incorporales, vt nomina: & tales res, eo ipſo quòd ſocietas contracta eſt, non dicentur eſſe communes, ita enim nomina affixa ſunt oſsibus noſtris, vt à nobis ſeparari non poſſint. Vnde ad hoc quòd communicentur, neceſſarium eſt facere ceſsionem, & ſic quantùm ad tales res bene incerta ſunt verba prædicti libelli, vt ff. pro ſocio. l. tertia. Aliæ ſunt res corporales, & tūc aut tempore contractæ ſocietatis erant acquiſitæ, & tunc in ſocietate omnium bonorum incontinenti efficiuntur communes, & ſuperflue peteretur vt communicari deberent, vt ſuprà dictum eſt. Aut non erāt acquiſitæ tempore ſocietatis cōtractę, ſed ſocius meus poſt contractam ſocietatem, aliquas res acquiſiuit, quare dominium in eam tranſlatum eſt, & iſtæ res ſuæ propriæ efficiuntur, ſed mihi communicandæ ſunt, & quantùm ad iſtas res, ſimiliter ſunt propriæ, & bene ſtant verba ſuperioris libelli, vt ff. pro ſocio l. ſi quis ſocietatem. Et ſcias quòd bene inſeritur in ſuperiori libel. Anno tali &c. Nam cùm ſocietas poſsit contrahi dū viuunt contrahentes, vel vſq; ad certū tēpus, vt ff. pro ſocio. l. prima. iſtud eſt declarandum, ne generalitas obſcuritatem pariat, vt ff. de iure fiſci. l. ita fidei. in fin. pri. reſpon. Item bene inſeritur, Vnde cùm dictum tempus elapſum ſit, vt oſtendatur ſocietatem finitam. Nam iſta actio pro ſocio non poſſet ſic generaliter intentari, niſi ſocietas finita eſſet, vt ſuprà not. Elapſo autem tempore videtur finita ſocietas quantùm ad hoc, quod actionem pro ſocio generaliter intentando poſſum à ſocietate liberè recedere, vt ff. pro ſocio. l. actione. §. item qui ſocietatem in tempus. Item bene inſeritur in ſuperiori li. partē dimidiā fructuū &c. Nā & hoc venit in actione pro ſocio, vt ff. pro ſocio l. pro ſocio arbit. §. vlti. Item, bene inſeritur, vt damni quod per dolum, vel latam culpam, vel leuem &c. Nam de iis omnibus tenetur, vt ff. pro ſocio. l. cum duobus §. venit. & l. ſocius ſocio. Item, bene inſeritur, vt partem dimidiam expenſarum &c. quia expenſas quas feci in ſocietate, debeo ego recuperare, vt in dicta l. pro ſocio arbit. §. vlt. & hoc eſt verum, dum tamen fecerim expenſas ſecundùm conditionē perſonæ meæ. Nā ſi ego eſſem ruſticus quidam, & in conducendis equis expenderem vt irem ad aliquem locum, ad quem neceſſe haberem vt gratia rerum ſocietatis forſan citatus ad aliquē locum occaſione dictarum rerum, iſtas non poſſum recuperare, quia non conueniebat perſonæ meæ, debui enim ire pedes, vt ſolitus eram aliàs, vt ff. manda. l. idēmq;. §. idem Labeo. & l. ſi quis aliter. §. Impendia. & ff. de adminiſtr. tut. l. à tutoribus. §. vlti. Item, bene inſeritur, & damni quod occaſione ſocietatis &c. Nam hoc venit in actione pro ſocio, vt ff. pro ſocio. l. cū duobus. §. quidam ſagenā. & quāuis ſit aliud in actione cōtraria mādati. vt ff. mādati. l. inter cauſas. §. nō omnia. & eſt ratio, quia ius ſocietatis eſt ius fraternitatis, vt ff. pro ſocio. l. verū. Itē bene inſeritur in prædicto libello, vt mihi caueat me præſtare &c. Nā ꝙ ſolui occaſione ſocietatis debeo deducere, in eo verò quod ſub conditione promiſi debet mihi caueri à ſocio, vt ff. pro ſocio. l. omne. & l. fi. ſic ibi inquit, quod in iſta actione generali, generaliter formatur libellus. Nō nego tamen quin actor poſsit eſſe cōtentus vno prædictorū vel duobus, vel pluribus ſecundū ꝙ ſibi videbitur expedire, vt ſolùm petat expenſas, quas fecit, vel partē fructuum, vel res ſibi cōmunicari debere, nō ſolū autem contrahitur ſocietas omnium bonorum, ſed etiam cōtrahetur vnius negotiationis, vel plurium vt ff. pro ſocio. l. ſocietates contrahuntur. & tūc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioā. de Bla. quòd ego & Ro. cōtraximus ſocietatē ſuper pannis emēdis & vēdēdis, ita quòd quilibet noſtrum poſuit mediā partem capitalis, & dimidiam partem lucri debebat habere, & dimidiam ſuſtineri dāni. Vnde cùm dictam negotiationem pannorum emendorū & vēdēdorū inter me & dictum R. tāquàm ſocij adminiſtrauimus, Ago contra dictum R. vt res mihi cōmunicandas communicet pro media parte, vt damna & expenſas, quæ ſuſtinui occaſione dictæ ſocietatis pro media parte mihi reſarciat, vt doli & culpæ admiſſarum in ſocietate reddat rationem. Item, quia dictus Roderius in parte mihi reddenda, quam mihi debebat lucro ſocietatis fecit moram, Ago contra ipſum, vt mihi reſtituat partem lucri, quæ debet mihi contingere, & quatenùs intereſt mea, dictam moram non fuiſſe adhibitam, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad omnia prædicta adimplenda per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Scias, quòd bene inſeritur in ſuperiori libello, ſocietatem contraximus, quia aliter non naſceretur actio pro ſocio, vt ff. pro ſocio l. ſi pro ſocio. Item, bene inſeritur quòd ita, quòd quilibet noſtrum &c. quia ſi vnus totum capitale poneret, & totam operam, ita quòd alter nullum damnum deberet ſuſtinere, nec capitale deberet ponere, nec operā adhibere, ſocietas non valeret, quia donationis cauſa eſſet contracta, vt ff. pro ſocio. lege v. §. vltim. Vnus tamen bene poteſt capitale totum apponere, & alter operam tantùm, attamen æquales erunt partes lucri, vt ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. ſed in coeunda. & ſuprà de ſocietate. Nam & ita coire aliquando poteſt, etiam nihil debebit ſocius ex damno ſuſtinere, ſi tanta ſit eius opera atque induſtria, vt plus contulerit ſocietati quàm damnum quod accidit, & ſuper hoc pactum fuerit factum, vt ff. pro ſocio. lege ſi non fuerint. §. primo. Si autem ſocietatis partes adiectæ, conſtat eas æquas debere eſſe, vt dicta lege, ſi non fuerint. in principio. Item ſcias, quod ex abundanti inſeritur in ſuperiori lib. illud, & dimidiā ſuſtinere dāni &c. nā ex quo partes erāt in lucro expreſsè cadē vidētur tacitè factę in dāno, vt ſuprà de ſocietate verſi. & quidā ſed nihil. & §. illud expeditū eſt. Itē, bene inſeritur in ſuperiori li. Vnde cūdictā negotiationē &c. adminiſtrauimus &c. Nā in pręſēti libello peto ego vt res cōmunicādas cōmunicet, vt reddat rationē doli & culpę

Vt

Vt reddat mediam partem expenſarum &c. quæ nō poſſunt peti, niſi negotiatio ſuper qua eſt contracta ſocietas eſſet adminiſtrata, ſi enim negotiatio ſuper qua contracta eſt ſocietas, non eſſet adminiſtrata, & ſtaret per vtrunque ſociorum, vnus non poſſet agere contra alterum, quia negligentia cum negligentia compenſaretur, vt ff. de compenſa. l. ſi ambo. Si autem ſtaret per alterum quo minùs dicta negotiatio eſſet adminiſtrata, ſocius per quem non ſtaret aget contra illum per quem ſtaret ad intereſſe, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Bla. quòd ego & R. ſocietatem contraximus ſuper pannis emendis & vendendis anno tali durandam vſque ad tale tempus. Vnde cùm per dolum latam & leuem culpam dicti R. ſteterit, quo minùs dictam negotiationem adminiſtraremus, & iam dictum tempus elapſum ſit, & noſtra interſit in x. lib. Turonē. dictam negotiationem fuiſſe adminiſtratam, Ago contra dictum Roderium, vt mihi x. libras Turonen. reddat, Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Iſta libelli formatio probatur ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. ſi quis ſocietatem. & l. actione. §. item ſi ſocietatem. Illam clauſulam, & iam tempus elapſum ſit, ideò appoſui, vt omni caſu ſequeretur condemnatio ad intereſſe. Nam ſi adhuc eſſemus in tempore ſocietatis contractæ, & negotiatio adhuc poſſet competenter expediri, ſocius poſſet purgare morā ita dicendo, adhuc ſumus intra tempus ſocietatis contractæ, & dicta negotiatio poteſt adhuc commodè expediri, & forſam comodiùs quàm adhuc potuiſſet ad commoditatem noſtram paratus ſum facere, quod in me eſt. Nam ſi ita eſſet, uideretur audiēdus, aliàs non. arguitur ad hoc ff. locati. l. ſi in lege. §. colonus. Item, propter aliam rationem poſui ego in ſuperiori lib. adminiſtrauimus. vt oſtenderem finitam negotiationem, & ita per conſequens finitam ſocietatem, vt ff. pro ſocio. l. actione. § item ſi alicuius. Nam durante ſocietate non intenteretur generaliter actio pro ſocio, vt ſuprà notatur. Item, bene petitur in ſuperiori libello, quatenùs intereſt ſociū non habuiſſe moram in parte lucri reddenda. Vnde in actione pro ſo. veniunt vſuræ, tanquā intereſſe, vt ff. pro ſoc. l. ſocias. Et ſcias, quòd in iſta actione generali nolui res ſpecificare, ſed ita dixi, vt res cōmunicandas &c. Sed quæ ſunt res communicandæ? Reſpondeo, res occaſione ſocietatis perceptæ, vt ff. pro ſuo. l. cū duobus. §. Papinianus. Illud not. circa actionem pro ſoc. quia quàmuis in contractibus nominatis nō ſit generaliter locus pœnitentiæ. vt C. de act. l. ſicut. attamen in ſocietate locus eſt pœnitentiæ, nam ſocietati bene poſſumus renuntiare, vt ff. pro ſoc. l. uerum. §. vltimo. Nemo enim in ſocietate detinetur inuitus, vt C. communi diuidundo. l. in fi. Si autem aliquis nimis tempeſtinè renuntiat ſocietati. ipſe liberat ſocium à ſe, non tamen liberatus eſt à ſocio, nam pro intempeſtina renuntiatione tenetur ſocio ad intereſſe, & tūc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Bla. quòd inter me & R. ſocietatem contraximus durandam, quàm diu viueremus omnium bonorū. Vnde cum dictus R. nimis tempeſtiuè ſine cauſa dictæ ſocietati renuntiauit, & mea interſit in x. lib. Tur. dictam renuntiationem nō eſſe factam, Ago contra dictum R. vt mihi X. libras Tur. reddat, Vobiſque domine iudex &c. & probatur ff. pro ſocio. l. ſi conuenerit. & duabus ll. ſequen. Et ex illis legibus apparet, quarè dixi in ſuperiori libello ſine cauſa, & non ſolū poſſum petere intereſſe, imò poſſum petere ſi volo, vt res poſt renuntiationē acquiſitas mihi communicet, perinde ac ſi tūc tēporis duraret ſocietas, vt ff. pro ſo. l. actione. §. diximus. & §. item ſi ſocietatem. & §. item qui ſocietatem. Sed vnum mirabile accidit in cōtractu ſocietatis & quaſi inſolubile. Ponamus inter me & te contraximus ſocietatem eo pacto & ea lege quod duraret quàm diu viueremus. Modò quæritur in prædicto caſu, vtrum intentando actionem pro ſocio contra me poſsis ſocietatem ſoluere? Et videtur quòd ſic, quia lex generaliter dicit, quod actionis intentatione facta eo animo, vt diſſoluatur ſocietas diſſoluitur ſocietas, vt ff. pro ſo. l. actione. Sed videtur quòd in hoc caſu nō poſsit intētari actio cum effectu, quia obiicietur exceptio ex pacto ſocietatis, in quo fuit actū vt ſocietas duraret quàm diu viueremus. Omne enim pactum regulariter exceptionem parit. ff. de pact. l. iuriſgen. §. ſed cum nulla. & §. quinimò. & ita cùm actio pro ſocio non poſsit in hoc caſu intentari cum effectu, videtur quòd intentatione talis actionis inefficacis non poſsit ſolui ſocietas. Dicas ad prædicta, quod intētatione prædictæ actionis ſoluetur ſocietas cum effectu, & intentare poteris contra me dictam actionem cum effectu, vt tibi communicem omnia per me acquiſita vſque ad illam diem qua intentaſti actionem, nam ex tunc ego ero liberatus à te, non tu à me propter nimis tempeſtiuam renuntiationem, vt ſuprà nota. non obſtabit in hoc caſu tibi exceptio. Ratio autem ſpecialitatis illa eſt, ne detinearis inuitus in ſocietate, quod non debet eſſe, vt C. communi diuid. l. vlt. Sed quàmuis dictum pactū operari non poſsit exceptionem, tamen operatur hic, vt ſi contra formam pacti ſocietatis ſine cauſa renuntias nimis tempeſtiuè, vt tenearis mihi ad intereſſe, vel ad ea cōmunicanda quæ poſteà quæſiuiſti quàmuis non ſis ſocius, nam me liberaſti à te, nō tamen liberatus es à me, vt ſuprà notat. ſic destructa ſocietate agitur pro ſocio. Sed & durāte ſocietate bene agitur pro ſocio aliquo ſingulari capitulo, vtputa, vt res aliqua cōmunicanda communicetur, & tunc ita formatur li. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioannes de Blanaſco quòd inter me & R. omnium bonorum contraximus ſocietatem durandam quàm diu viueremus, Vnde cùm dictus Roderius acquiſierit iure dominij talem fundum, cuius fines ſunt tales, ago contra dictum R. vt dictum fundum mihi communicet, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium ad hoc quòd communicet mihi dictum fundum, per diffinitiuam ſententiā condemneris. Nā quando pro aliquo ſingulari capitulo agitur pro ſocio, propter hoc non diſſoluitur ſocietas, vt ff. pro ſo. l. actione. §. nonnunquam. Et quòd ibi interſeritur de ſocietate veſtigalium, gratia exempli ponitur. Nam idem poteſt dici in qualibet alia ſocietate, & durante ſocietate poteſt agi, vt pacta ſocietatis cuſtodiantur, & tunc ita formari libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Io. de Bla. quòd inter me & Roderi. contraximus ſocietatē tali tēpore, durandam vſque ad tale tempus, ſuper emendis & vendendis pannis tali pacto adhibito, quòd dictus

Roderius

Roderius quando eſſemus in nundinis cibaria debebat præparare ſiue præſtare,& ego debebam pannos emere. Vnde ago contra dictum R. vt cibaria ſiue epulas præſtet vel præparet, quod ſi facere noluerit, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad intereſſe meum mihi per diffinitiuam ſententiam condemnetis, vt probatur hæc libelli formatio ff. pro ſo.l. cum ſocietas. & ſcias quòd ad patientiam præſtandam, bene agitur actione pro ſocio,& ita formatur li. LIBELLVS. Dico domine iudex, talis ego Ioannes de Blana. quòd inter me & R. contraximus ſocietatem, vt inter tales duas domos noſtras faceremus craticium parietem ad onera vtriuſque ſuſtinenda contulit quilibet noſtrum ſemipedem terræ, & ſic communiter craticium parietem extruximus. Vnde cùm dictus R. non patiatur me immittere onera mea in dictum parietem, ago contra dictum R. vt mihi ſuper hoc patientiam præſtet. Vobiſque domine iudex ſupplico &c. & probatur iſte libel. ff. pro ſo.l. cum duobus. §. Item Mela. etiam in actione pro ſocio, non ſolùm veniunt expenſæ, vt ſuprà nota. imò etiam venit ad producendum ſicut dos mulieris ſocij, vt ff. pro ſoc. l. actione. §. vlt. Et quod dixi expenſas venire in actione pro ſocio, hoc eſt, niſi propter maleficium ſuum ſuſtinuerit, vel fecerit dictas expẽſas. In caſu etiam recuperat quas feci ratione maleficij, vtputa, ſocij eramus inter me & te omnium bonorum, ſurripuiſti aliquid furtiuè & mihi ſcienti, & non ignoranti dictum furtum fuiſſe commiſſum participaſti rem ſurreptam, ſi poſteà condemnatus ſis ad duplum occaſione dicti furti, ego debeo tibi reſtituere mediam partem pœnæ. Illud tamen ſcias, quòd illud quòd ſurripueras non debebas mihi communicare, quoniam maleficiorum communicandorum nulla poteſt vel debet coiri ſocietas, vt omnia iſta probantur ff. pro ſoc. l. cum duobus. §. vlti. & lege ſequenti. Illud autem ſcias, quòd ſocietas regulariter nõ tranſit ad hæredẽ, & de hoc dic vt notatur ff. pro ſoc. lege nemo. Quia quot ſunt ferè negationes, tot modis poteſt contrahi ſocietas, & illud eſſet longum enarrare, qualiter ſuper qualibet formaretur lib. & fierent poſitiones, gratia breuitatis omitto. Vltimò nota differentiam inter iſtam actionem, & actionem communi diuidundo, quia iſta actio datur ad hoc, vt res principalis quæ erat de ſocietate, communicetur. Sed in communi diuidundo actio datur ad hoc, vt res dicta communicata diuidatur, vt ff. commu. diuid. l. prima. & bene dixi, res principales. Nam circa fructus & perſonales præſtationes dictæ actiones videntur habere idem effectum, nam in vtraque actione tàm communi diuidundo quàm pro ſocio, venit vt pars fructuum reddatur. Venit & in eis, vt pars expenſarum reddatur, vnde quantùm ad hoc concurrunt dictę actiones, & ſi aliquid prædictorum fuerit exactum per actionem aliquam prædictarum, tanto minùs poterit exigi per alteram. Vnde quantùm ad fructus & perſonales actiones vel præſtationes, videntur habere eundem effectum. Circa principalem tamen rem habent diuerſos effectus. Item ratio nominum venit in actione pro ſocio non autem in actione communi diuidundo vt iſta probantur. ff. pro ſoc. l. pro ſocio arbi. §. vltimo. & ſi actum fuerit.

DE ACTIONE MANDATI DIRECTA.

Sequitur videre de actione mandati directa. Et diligenter attendas, quòd actio mandati poteſt eſſe generalis, vt quando mandatum generale eſt. verbi gratia, Ego mandaui alicui vt omnia negotia mea gererer, certè in iſto caſu actio mandati eſt generalis, vt ff. pro ſoc. l. pro ſocio arbit. Nam cùm ibi dicatur quòd actio negotiorum igitur ſit generalis, quando aliquis geſsit vniuerſitatem negotiorum ſiue mandatorum, idem videtur in actione mandati quod ſit generalis, quando aliquis geſsit vniuerſitatem negotiorum cum mandato, nam cum eadem ſit ratio, & idem ius videtur ſtatuendum, vt ff. de verb. oblig. l. à Titio. & ff. ad l. Aquiliam. l. illud. non obſtat, quod in prædicta lege, pro ſocio. dicitur, actionem mandati eſſe ſingularem, quia illud intelligendum eſt, quando mandatum fuit vnius rei ſiugularis, vt not. ibi dominus Ioã. Et quod actio mãdati ſit generalis, cognoſcitur ex hoc quod mandatum generele eſt, & ille qui ſuſcipit tale mandatum, vocatur procurator generalis, vt ff. de procurat. l. procurator cui generaliter. & ff. pro ſoc. l. actione §. renuntiare. & ff. de mino. l. illud §. vlti. Et illud an ſit vniuerſalis vel ſingularis, prodeſt ſcire in formatione lib. quia in eo caſu, vbi erit generalis, ſufficiet res generaliter exprimere, & in eo caſu ita formatur li. LIBELLVS. Dico domine iudex, talis ego Ioan. de Bla. quòd ego mandaui R. vt omnia negotia mea gereret, qui gratis ſuſcepit mandatum & exercuit, Vnde ago contra dictum Roderium vt rationes & æſtimationem damni, quod dedit mihi per dolum vel culpam malè adminiſtrando negotia mea reddat, reliqua quoque reſarciat. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium ad omnia prædicta adimplenda per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Item, quia in reliquis reddendis moram adhibuit peto dictum R. ex tempore moræ aduerſas legitimas condemnari. In prædicto libello non expreſſa res ſpecialiter: quia nec hoc oportebat, cùm prædicto caſu actio mandati generalis ſit, in proceſſu tamen cauſæ exprimam ſpecialia capitula, quia ita dicam, Pono, quòd per culpam talem, talis domus mea malè fuerit refecta, & ita corruit, in quo damnificatus ſum in x. libris Turoñ. Item pono, quòd tale frumentum quod meum erat, in quo erant c. corbes, pro minori prætio dediſti ſeu vendidiſti, quàm deberes, in quo damnificaſti me in vi. libris Tur. Talia enim ſpecialis capitula proceſſu iudicij erũt exprimenda, vt C. de iudic. l. licet. Satis tamen eſt, quòd in libello res generaliter comprehendantur, poſtquã actio generalis proponatur. Et ſcias quòd in prędicto li. bene inſeritur mandaui verbum, nam per tale verbum mandatum contrahitur, & non ſolùm per tale verbum imò per verbũ rogo, volo & cætera ſimilia, vt ff. mandat. lege prima. & quod dixi per prædicta verba contrahi mandatum intelligas ſic, id eſt, conſenſu expreſſo per predicta verba, nam mandatum conſenſu contrahitur vt prædicta l. dicitur. Item, bene inſeritur, qui gratis, nam ſi mandatum non fuiſſet ſuſceptum gratis, non eſſet mandatum, Imò locatio, vel contractus innominatus, vt ff. man. l. j. §. vlt. Gratia tamen remunerationis, vel honoris

vel honoris poteſt aliquid dari, nec impedietur propter hoc mandatum, vt ff.man.l.ſi remunerandi.§ primo. Item bene inſeritur, & exercuit. aliàs enim non teneretur ipſe de geſtis malæ adminiſtrationis, ſed teneretur propter hoc quod omiſiſſet ad intereſſe, vt dicta l.ſi remuneraodi.§.primo & l.ſi procuratorem §.mandati. Item bene inſeritur, vt rationes reddat, nam cum generaliter negotia mea adminiſtrauerit, rationes tenetur reddere vt ff.de nego.geſt.l.ſecũda vt dicit actus ſui rationem reddere &c. In ratione autem reddenda continentur duo actus corporales, vt computet quid fecit de redditibus meis quos percepit. Item, continetur verbo reddẽdi rationes, vt reliqua reddat, vt ff.de cond.& de l. cùm ſeruus. Sed ad quid ergo facta fuit mentio in ſuperiori libello, vt deberet reliqua reddere, cum tamen illud ſatis continetur verbo reddendi rationes. Reſpondeo ex quadam abundanti cautela ne videretur eſſe neglectum, niſi ſpecialiter exprimeretur, vt ff. de iniur.l. item apud Labeonem.§.ait prætor. Item bene petitur æſtimatio damni, quòd dedit per dolum & per culpam nec ſpecificato per quam culpam, nam iſtud ſpecificare eſt ſuperfluum, cùm iſte procurator teneatur de omni culpa, vt C.mã l. à procuratore. Et eſt verum, quòd iſte procurator meus, ſiue mandatarius tenetur de omni culpa, niſi aliquid mihi mãdatori poſſet imputari, vt puta, quia eſſem in culpa, verbi gratia, Roderius erat homo minus diligens in factis ſuis propriis, & in factis alienis, & ſciebam hoc, nihilominùs tamen commiſi ſibi negotia mea gerenda. Ego ſum in culpa, nam mala electio in culpa eſt, vt ff.commo.l.eum qui §.vlt.& l.ſequenti. Vnde poſtquàm ſciebam dictum R.minus diligentem, videtur mihi impurandum, qui parum diligentem amicum mihi elegi ſcienter, vt inſtit. quibus.mo. re contrahi. obli. § præterea. Et illud clarè apparet in mãdato, quia ſi minorem in procuratorem elegi ad aliqua negotia mea gerenda, & per hoc quod dictus minor minus diligens fuit in negotiis meis adminiſtrandis, damnificatus fui iſtud damnum non poſſum exigere, nec à minore, nec ab alio, quia imputari debet mihi, quod ſcienter minus diligentem elegi, vt ff.de mino.l.cum mandato.in fin. In hoc caſu ſecundùm rationem conſcientiæ meæ, vel non exigam à procuratore leuiſsimam culpam, vel leuem, vel latam etiam. Nam ſi ſciam dictum procuratorem non eſſe diligentiſsimum, credam tamen eum diligentem, non exigam ab eo leuiſsimam culpam, nam eligendo dictum procuratorẽ fui in leuiſsima culpa, quia diligentiſsimus, vel ſapientiſsimus paterfamiliàs non elegiſſet talem. Si ergo dictus procurator cõmittat leuiſsimam culpam, non potero propter hoc contra ipſum agere. Nam ſciebam illam committi debere. & ita videtur mihi imputandum, quia talem elegi. Ipſe enim procurator fuit in leuiſsima, & ego in leuiſſima culpa, quarè videtur quòd culpa cum culpa compenſetur. Culpam tamẽ leuem ab eo poſſum exigere, cùm crederem ipſum diligentem, quia ita credebam ipſum non debere admittere leuem culpam. Nam minora cum maioribus non compenſatur, ſiue cum grauioribus, ſicut culpa non cõpẽſantur cum dolo qui eſt grauior, ſic etiam non compenſabitur leuiſsima culpa cum leui in caſu propoſito. & facit ad hoc ff de compen.l. ſi ambo. & ff.ad legem Aquiliam.l.item ſi obſtetrix §.vlt. & l.ſi putator ex arbore. Similiter ſi ſciam ipſum minus diligentem, non tamen credam eum ſtultum, leuem culpam nõ potero ab eo exigere. Si autem ſciam ipſum ſtultum, etiam in hoc caſu nõ potero exigere latam culpam, quia ſciebam ipſum eſſe in tali diſpoſitione, vt latã culpã deberet cõmittere, & ita mihi imputari debet hoc quòd talẽ elegi. Dolum tamen poſſum exigere ab eo, etiã quãuis ſciebam ipſum doloſum, quia futurus dolus non poteſt remitti, vt ff.de pact.l. ſi vnus.§. illud. Et ita poſſet dici de æquitate. De rigore tamen videtur dicendum, quòd in omnibus prædictis caſibus teneatur procurator de leuiſsima culpa, non obſtante conſcientia mea, ſi tamen procurator erat perſona qui aliàs poteſt obligari. Nam hoc ipſo quod ſuſcepit mandatum, videtur ſe aſtringere vt teneatur de leuiſsima culpa, & poſtquàm ipſe talis perſona eſt qui poteſt obligari, videtur poſtquàm ſe obligat ad hoc, vt teneatur etiam de leuiſsima culpa. Leges enim generaliter loquuntur, vt mandatarius teneatur de leuiſsima culpa, & ita videtur generaliter omni caſu intelligendum, vt ff.de leg. præſtan. bono. poſ. con.tabu.p.l.prima.§.generaliter.& facit ad hoc C.mandati.l.in rem mandatam. Hoc enim ipſo quòd ſuſcepit mandatum obligat ſe de lata culpa, leui & leuiſsima, vnde videtur quòd obligatio præponderet ſcientiæ meæ, vt ff. de excep. do.l. apud celſum.§.idem Labeo. Non enim propter hoc, ſi fuit negligens in factis meis adminiſtrãdis, vt ff.ſo.ma.l.ſi conſtante.§.ſi maritus. Nec poteſt dictus procurator obiicere aliquam compenſationem quia culpa hunc mihi non fuit circa illud commiſſa, quia ego fui eligendo in culpa. Dictus verò procurator adminiſtrando fuit in culpa. Item in ſuperiori libello bene petitur vſura ex mora, vt ff.mandati.l.idémque.§.quia ſi procurator in prædicto autem libello actum eſt negotiatione ſuſcepta, & malè adminiſtrata per dolum vel per culpam. Sed & pro adminiſtratione ſuſcepta & non adminiſtrata, bene agitur ad intereſſe, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioannes de Blanaſco, quòd ego mandaui R.vt omnia mea negotia gereret, qui gratis ſuſcepit mandatum. Vnde cùm dictus R.negotia mea per dolum, vel culpam omiſit adminiſtrare, & mea intereſt in x.libras Turonen. negotia mea fuiſſe adminiſtrata, Ago contra dictum R.vt mihi reddat x. libras Turonen. Vobiſque domine iudex.&c.& probatur iſta libelli formatio C.man.l.procurat. & ff.mandati. l.ſi remunerandi.§.primo.& l.ſi procuratorem.§. mandati.actio. & § ſequenti. Sic autem vt dictum eſt in generali actione mandati generaliter depingitur res. Si autem actio mandati ſit ſingularis, vt puta, quia mandatum interuenit pro re ſingulari, iſto caſu res erit ſpecialiter exprimenda, & ita formabitur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioannes de Bla. quòd ego mandaui R.vt ipſe emeret mihi talem equum, qui gratis ſuſcepit mandatum. Vnde cùm dictum mandatum non impleuerit per dolum vel per culpã, & mea intereſt mãdatũ prædictum fuiſſe impletũ in vi.libris Turon. Ago cõtra dictũ R.vt mihi reddat vi.libr.Tur. Vobiſque domine iudex.&c. Et probatur ille lib.per l. allegatam, ſi procuratorem. §.mandati. & l.ſi remunerandi.§. primo. & ſic formatur libellus, quia non

non geſsit.Sed & poteſt formari quando geſsit & male,& tunc ita formatur libellus LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioan. de Bla.quòd ego mandaui R. vt mihi emeret talem equum,qui gratis ſuſcepit mandatum. Vnde cùm dictum mádatum malè expleuerit dictus R.quia equum emit, & per dolum, vel culpam non curauit,vt de euictione caueretur,& mea interſit in x. libris de euictione fuiſſe cautum Ago contra dictum R.vt mihi reddat x. libras. Vobiſque domine iudex &c. . & probatur iſte libellus ff. mand.l. idemque. in fine primo reſponſo. Aliquando etiam qnamuis ſit mandatum expletum, bene agitur cauſa mandati, ſi res non tradatur, & tunc ita formatur libel.LIBELLVS. Dico domine iudex talis ego Ioan. de Bla. quòd ego mandaui R. vt mihi emeret talem fundum, qui gratis dictum mandatum ſuſcepit, Vnde cùm dictum fundũ ex mandato meo emerit,traditúſque ſibi fuerit, nec eum mihi velit reſtituere dolo vel culpa, cùm tamen ſoluerim ei prætium quod dedit pro prædicto fundo, vel paratus ſum ſoluere. Ago contra dictum R. vt dictum fundum cum fructibus inde perceptis mihi reſtituat, cauendo de facto ſuo,quòd dictum fundum videlicet oneri alicui pignoris vel ſeruitutis non ſubiecerit. Item actionem pro euictione habet, mihi cedat. Vobiſque domine iudex ſup.vt dictum R.ad omnia prædicta adimplenda per dif. ſen. con. &c.& probatur iſte li. ff. man.l. ſi procurator. §. dolo. vſque ad fin legis. & l.ſe Et ſcias, quòd bene inſeritur in prædicto lib.ex mandato meo, quia ſi ex conſilio illud feciſſet, nec ego teneter ei actione mandati, nec ipſe mihi, vt ff.pro ſo. l. ſecunda.& ff.manda.l.ſecunda.in fin.Item, bene inſeritur in prædicto lib. tradituſque ſibi fuerit, quia ſi non fuiſſet ei traditus adhuc dictus fundus, ego non poſſem contra dictum R.abſolutè agere, vt mibi traderet dictum fundum,quia abſoluiè non teneretur mihi reddere dictum fundum cedendo mihi actionem quam habuit contra dictum venditorem liberaretur á me,& ad nihil ampliùs teneneretur,vt ff.mandati.l.ſi mandato meo.in fin.primo reſponſ.in illo ver.Nam & ego &c.Item bene inſeritur,cùm tamẽ ſibi ſoluerim &c.quia niſi ſoluiſſem,vel paratus eſſem ſoluere non poſſem ego contra ipſum agere cum effectu, vtpote,quia rem quam ex mandato meo emiſſet, poteſt ipſe retinere vſque ſolnero ei pecuniam,vt ar.ff.de act. emp.& ven.l.Iulianus §.offerri.& ff.de cõdi.inde. l.ſi non ſortem. §. ſi centum, & facit ad hoc ff.de verb.obli.l.ſi ita. §. Seia. Item, bene petuntur fructus percepti, quia nihil occaſione mádati debet remanere penes mandatarium, vt ff. man. l. idémque.§.idem Labeo.& l.ex mandato. & ff.de procur.l.qui proprio.§.vt in cæteris. Item,bene petitur in ſuperiori lib.vt mandatarius caueat de facto ſuo, quia poſtquàm neuter, videlicet mandatarius,vel venditor geſſiuit in animo vt domi nium rei emptæ mibi mandatori acquireretur, ego non efficior dominus antequàm mihi tradatur, & ita mandatarius ſiue procurator efficitur dominus,& ita potuit dictam rem ſubiicere oneri ſeruitutis, vel pignoris, vt ff.de acquirend. rer. do.l.res ex mandato meo.& ideò de facto ſuo cauere debet,vt ff.mandati.l.de tuo etiam facto.Itẽ bene petitur. vt mádatarius cedat actionẽ quam habet pro euictione,vt in dicta l.ſi procuratorẽ.

§.fin. Cætera omnia declara vt in primo libello declaraui.Illud autem ſcias,qnòd mandatum ſuſceptum neceſſarium eſt conſumare,vt ff.mandati l.ſi mandauero. §. ſicut ante liberum. Et hoc eſt verum,quòd mandatarius tenetur mandatum adimplere, niſi re exiſtente integra renuntiauerit, vt §.proximè allegato.& §.renuntiari.quod ita videntur intelligere plures,vt ſi qui ſuſceperit mandatum,quòd renuntiando re integra,ita omne ius ſit ſaluum mandatario,poſsit ſe liberare ne mandatum teneatur adimplere, quod non credo, vt etiam re exiſteute integra poſsit ſe liberare renuntiando nõ poteſt ſe liberare,niſi habuerit aliquod impedimentum, per quod non poſsit mandatum adimplere.Nam dictum impedimentum ſi habeat mandatarius,vt intelligat ſe dictũ mandatum non poſſe adimplere,tunc demum renunciando poteſt ſe liberare,ne teneatur mandatum adimplere,vt ff. man. l. ſi quis alicui. §. qui mandatum.& ſecundùm determinationem iſtius §.intelligitur.§.priùs allegati,vnde non eſt ſufficiens illa poſitio.Pono,quòd re exiſtẽte integra, vt omne tuum ius tibi ſaluum eſſet,ego renuntiaui tibi mádatum quod ſuſceperam me nolle adimplere.ſed ita debet poni,Pono,quòd in tali impedimento impeditus,mandatum quod ſuſceperam non potero adimplere. Item pono, quòd re exiſtente integra.vt omne ius tibi ſaluum eſſet renuntiaui tibi mandatori,quod dictum mandatũ non poterã adimplere.Item mandatarius,non tenetur mandatum adimplere,ſi re axiſtente integra mandatum finitum ſit Quibus autem modis & qualiter mãdatũ finiatur,dic vt in ſumma domini Azon.C.man.Illud autem habeas pro regula,quòd rei turpis non contrahitur mandatum,vt ff.man.l.ſi remunerandi.§. rei turpis. Sed quæritur cùm actione mandati tenetur ad intereſſe,vt ff.mandati.l ſi procuratorem.§.mandati.ſi ſolùm mandatoris interſit tempore ſententiæ, ita quod non tempore litis conteſt.Vtrùm hoc ſatis ſit, vt mandatarius debeat condemnari? Et dicendum eſt quòd ſic,vt ff.mandati.l.ſi mandauero tibi,vt actio.Non obſtat ff.ad exhibendum.l.tigni.§.vlt. vt dicitur,quòd ad hoc quòd cõdemnatio ſequatur,oportet,vtroque tempore intereſſe, ſcilicet tempore litis conteſt.& tempore ſententiæ.Quia illud eſt verum in actionibus in rem,in quibus ſi à tempore litis conteſt.incipiamus intueri intereſſe,neceſſe eſt quod duobus temporibus interſit mea,& tempore litis conteſta.& tempore ſententiæ,ſatis eſt quod tunc temporis interſit actoris, vt nota.ibi dominus Az.Sic erit in præſenti caſu quia poſtquàm incipimus à tempore ſententiæ,ſatis eſt,ſi tunc temporis interſit actoris.& facit ad hoc ff.de pig actio.l.ſi rem.§.viti. Sed quid erit econtra?tempore litis conteſt.intererat mandatoris mandatum adimpletum fuiſſe, tempore ſentẽtiæ non intereſt ſua,ſequetur ne damnatio?Videtur quòd ſic,nam intuendum eſt tempus litis conteſt.ſufficit enim ſemel tempore litis conteſt. interfuiſſe,vt ff.de ſer.cor.l.doli.§.vlt.& ff. de furt. l.inter omnes in prin.Et ad ſolutionẽ iſtius quæſtionis ita diſtinguas,aut actio deſcendit ex maleficio, aut quaſi,& tunc ſatis eſt ſemel interfuiſſe tempore litis conteſt.vel forſam tempore commiſsi delicti,vt legibus dictis,& ff.de actio.l quęcunque. Aut actio deſcendit ex contractu, vel quaſi,& tunc aut eſt ſcripta in rem,& non eſt ſa-

propter hoc repellcretur à creditore,vt ff.man.l. ſi fideiuſſor.& de hoc dic vt norat domious Azo. in ſumma.§.item mandato meo. Item,hoc eſt verum,quòd fideiuſſor regulariter non poteſt conuenire principalem,niſi prius ſoluerit.Illud tamẽ fallit in quatuor caſibus. Primus eſt, ſi cnnnenit de hoc creditor.Secnndus eſt,ſi diu ſtetit in obligatione,quòd diu, accipiendum eſt arbitrio boni viri,cùm non ſit lege determinatum, vt ff.de inr. delib.l.prima.in fin. Tertius eſt,ſi condemnatus eſt fideiuſſor. Quartus,ſi reus incœpit reſua malè vti, & tunc agitur vt liberetur fideiuſſor,& in hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex talis, ego Ioannes de Blanaſ. quòd ego pro R.vnlente & mãdante, vel ſic pręſente,& oon contradicente fideiuſsi apud creditorem ſuum in x.libris talis monetæ quas ſibi debebat.Vnde cùm diu ſteterim in obligatione,vel ſic: vnde cùm conuentus, & condemnatus ſim, & à ſententia appellauerim ſuper prædictis x. libris. Vel, Vode cùm dictus R. rebus ſuis malè incipiat vti, Vel ſic: Vnde cùm iotra tale tempus coouenerit mecum, quòd à fideiuſsione prædicta faceret me liberari, nec boc fecerit, ago contra dictum R. vt à dicta obligatione me eximat, vel liberari faciat, Vobiſque domine iudex ſupplico,vt dictum R. ad hoc quòd me liberari faciat per diffinitiuam ſententiam cõdemnetis. & probatur prædictus lib. C. mandati. l. ſi prn ea. & ff. mandati.l.Lucius. Et bene inſeritur in prædicto lib. & à ſententia appellauerim, aliàs enim non poſſem egn agere contra debitorem, niſi appellaſſem. Nam appellare teneor, niſi nuntiauerin debitori præſenti, vt appellet ſi iniuſtè putauerit, vel niſi propter paupertatẽ appellare omiſerim, vt dicta l. ſi pro ea.& ff. mandati.l.ſi procuratorem.§.ignorãtes. Ipſe autem debitor eximet me, vel liberari faciet à dicta obligatione ſi ſoluat quod debet,nam ſolutione eius quod debetur,tollitur omnis obligatin.

ACTIONIS EX EMPTO.

CAPVT I.

POſtmodùm videndum eſt de actione ex Empto. Et qnidem eius ſunt x.capitula, & ſecundùm naturam vniuſcuiuſque capitui petitionem formabo.Primum caput actioois ex Empto eſt,quòd detur ad intereſſe.Et certè tripliciter datur ad intereſſe, & primò, ſi non ira datur res vendita, agitur ex quadam cnnſequentia & intereſſe ſingulare, & ita formatur libellus. LIBELLVS.Dico domine iudex talis,ego Io. de Bla.ꝙ R. vẽdidit mihi talem ſeruum pro pręrio v i.librarũ talis monetæ.Vnde cùm dictũ pretiũ paratus ſum dicto Roderio ſoluere,vel ſic:vnde cũ dictũ pretiũ ſoluerim d. Roderio ago cõtra eũ, vt mihi dictum ſeruũ tradat,mèque in poſſeſſione potiorem faciat. Vobiſque domine iudex ſupplico vt prędictũ Roderium ſi prædictum ſeruum noluerit mihi tradere, mèque in poſſeſsionẽ potiorem facere ad intereſſe meũ ſingulare quod æſtimn x.lib.talis monetæ, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. & probatur iſte lib. C. de act.emp.l.ſi traditio.& ff.de emp.l.prima.Et quare petii rem tradi, ipſum tamen perij in ſingulare intereſſe cõdemnari? Dic ꝙ ideò hoc feci, quia tradere eſt in obligatinne, ſed intereſſe venit in cõdemnatione,vt nota.ff.de act.emp.l.j.Igitur ante ſententiam quãdocunque tradat rem,meo debito poterit liberare ſe,cum dictæ ll.dicant,quod ſi non tradatur,ſequatur ad intereſſe condemnatio. & ita cùm ſub illa cõditione, ſi nnn tradatur res, debet ſequi condemnatio ad intereſſe, planum eſt, ꝙ dicta conditio poterit etiã antè ſententiam adimpleri.Nec obſtat cauillatio aliqnorum,quin ad intereſſe ſequatur condemnatio. Quidam in cauſa actionis ex empto ita cauillantur. Dicit aliquis,domine iudex, ego proteſtor quod ſi ſum in cauſa damnationis, quod paratus ſum rem tradere,vnde non cõdemnetis me ad intereſſe, nam iudex dicet ei apertis atteſtationibus, Tu vides qualiter actor probauit intentionem ſuam, vnde ſi liquet tibi quod tu ſis in cauſa condemnationis,reddas rem. Verùm autem videatur iudici,reum eſſe in cauſa condemnationis,in illa interloquutiooe debebit iudex diuulgare, vt C.ad l.Cor. de fal.l.ſecunda.Si autem fuerit in cauſa condemnationis reus,condemnet eum ad intereſſe ſingulare iudex,& imputetur ei,quia rem venditã non non tradidit,Bene dicitur in libello talẽ ſeruum, nam res declaranda eſt,& ſuis ſignis ſpecificandæ, vt ff.de rei ven.l.ſi in rem quis agat.Item bene inſeritur pro pretio v i.librarum,quia aliàs non eſſet venditio,niſi pecunia numerata interueniſſet, vt ff de contrahen.emp.l prima.§.pen. Item, bene inſeritur, cũ prędictum pretium paratus ſum ſum ſoluere,quia niſi ſoluiſſet, vel paratus eſſet ſoluere.ipſe non poſſet agere ex empto, vt ff.de act.emp l.Iulianus.§.offerri. Item bene inſeritur, mèque potiorẽ in poſſeſsione faciat, vt ff de act. emp.l.ex empto. Aliàs incipit emptor. §.idẽ Neratius. Qualiter autem probetur ſingulare intereſſe,& vtrum præciſè poſſit peti traditio rei, Dic vt C.de ſent. quæ pro eo quod int. l. prima. & vt not.ff.de act.empt.l.prima.in gloſſa ordi. In prædicto autem lib.potes addere de quibuſdam quæ accedunt rei venditæ,vt fructus percepti poſt perfectam emptionem. Item ſi vẽdita ſit domus putealia & imagines quæ ibi ſunt cauſa perpetui vſus accedunt emptioni,vnde ſi domus ſit vendita, ita potes iungere præcedenti petitioni libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io.de Blanaſ. quòd R vendidit mibi talem domum, ſitam in tali loco,pro pretio x. librarum talis monetæ, quod pretium ſibi ſolui,vel ſic:quod pretium paratus ſum ſoluere ei. Vnde ago contra dictum Roderium,vt dictam domum mihi tradat, cum putealibus,labris,imaginibus,per quas aquæ ſaliunt. Item, cum obuentionibus à dicta domo perceptis à tempore venditionis & citra, quas æſtimo x.libris talis monetæ, Vobiſque domine iudex ſupplico,vt dictum R. ſi dictam domum cum rebus priùs petitis,noluerit mihi tradere,ad meum ſingulare intereſſe condemnetis, quod tantum æſtimo. Vel ſi dictam domum tradiderit,non tamen cum obuentionibus & prædictis inſtrumentis, condemnetis ipſum quatenùs intereſt mea prædicta me habere, quod intereſſe tantum æſtimo.Obuentiones enim ſine fructus bene petũtur per emptorem. item, prædicta inſtrumenta putealia, & cætera ſimilia, vt ff.de act.emp.l.Iulianus.§ ſi fructibus.& §.vlt.& tribus ll.ſequen.& l. fundi nihil eſt.& C.de act.emp.l. fructus.& l. pe. Item, quòd ratione iudicij communi diuidundo

obueniſſet emptori poſt contractum venditionem occaſione rei vēditæ, illud etiam poteſt peti per emptorem. Item, ſi ſeruus ſit venditus, illud quod acquiſiuit ſeruus poſt prædictam venditionem ex proſpera fortuna, vel ſi quid donatum fuerit ſeruo contemplatione emptoris. Omnia iſta poteſt petere emptor per actionem ex empto, & in libello ſuo coniungere, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. § idem Celſus. & §. ſi quid ſuo. Item bene poſui illam clauſulam in fine libelli, vel ſi dictam domum &c. Et bene & cautè in dicta clauſula inſeritur, quatenùs intereſt mea ſimpliciter, vt & ita de intereſſe communi intelligatur. Vnde volui apponere quatenus ſingulariter intereſt mea, quia tunc demum fit condemnatio ad intereſſe ſingulare, ſi res ſingula principalis non tradatur, vt ff. de act. emp. l. j. & C. de act. emp. l. ſi traditio. Cùm ergo principalis res tradita fuerit, non agetur pro acceſſoriis ad ſingulare intereſſe, quòd quamuis acceſsiones rei venditæ accedant, nō tamen ſunt principaliter venditæ, & quamuis aliquando gratia acceſsionis rem principalem emamus, vt ff. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. acceſſoria etiam videntur principaliter vendita, vt ff. de contrahen. emp. l. immodicus. Vnde quando res principaliter tradita eſt non agetur pro iſtis acceſſoriis ad ſingulare intereſſe, cùm regulare ſit quòd tantùm commune intereſſe veniat in contractibus & delictis, vt ff. ad l. Aquiliam. l. ſi ſeruus ſeruum. & ff. ad legem falcidiam l. prætia rerum. Vnde ſtabo regulæ, cùm non inueniam quòd pro iſtis acceſſoriis agatur ad ſingulare intereſſe, maximè cùm non ſunt vendita, ſed rei venditæ accedant, & pro re vendita non agatur ad ſingulare intereſſe, & hoc eſt verum, re principali tradita. ſi autem res principalis nō fuit tradita, ageretur ad ſingulare intereſſe, etiam acceſsionis veniret intereſſe, forſan etiam ſingulare fuit, non vt ſingulare acceſsionis, ſed vt ſingulare principalis rei. Nam plerunque propter acceſsionē habemus affectionem, ſiue affectuamus rē principalē, vt l. allegata, ſi in emptione. Sic in ſingulari intereſſe differt res principalis, & res acceſſoria aliàs: etiam differunt, quia pro re principali euicta, agitur de dupla. Sed pro re acceſſoria euicta, non agitur ex ſtipulatione de dupla, vt ff. de euict. l. naue. Aliqui tamen voluerunt diſtinguere, an dicatur aliquid expreſſè acceſſurum, & tunc ſi illud non tradatur idem erit quod in re principali vendita, & ſicut re principali non tradita, agitur ad intereſſe ſingulare, ita etiam acceſſoria re non tradita, agetur ad ſingulare intereſſe. Cùm eadem iura quæ dicta ſunt in re principali vēdita reperita, intelligentur in re quæ debet accedere, niſi ſpecialiter à lege cōtrarium ſtatuatur, vt ff. de act. emp. l. ax empto. aliàs incipit, emptorem. §. ſi quis rem. Si autem non dicatur aliquid expreſsè acceſſurum, ſed aliquid tacitè accedat, tunc non videtur idem ius in acceſſorio quod in principali, vt ff. de euict. l. penultima. Et ita in hoc caſu pro rebus tacitè accedentibus, non agetur ad intereſſe ſingulare, ſed commune, quia non idem ius obtinet in caſibus acceſſoriis, quod in principali obtinet. Vel potes dicere quod videtur verius, vel quòd pro omnibus acceſſoriis indiſtinctè agitur ad ſingulare intereſſe, cùm videtur eſſe par rei prinpipaliter venditæ, & ita principalis res non videtur tradita, poſtquam accaſſorium quod eſt pars rei venditæ non eſt traditum. & ita agetur ad ſingulare intereſſe pro iſtis acceſſoriis non traditis, vt ff. de ædil. edi. l. quòd ſi nolit. §. vltimò & duabus ll. ſequentibus. Et ſecūdum hoc in ſupplicatione præfata li. nihil aliud erit dicēdum, niſi quod dictum eſt in prædicto libello, & vt ita dicatur: Vobiſq; domine iudex ſupplico, vt dictum R. ſi dictā domum noluerit mihi reſtituere vnà cū aliis rebus acceſſoriis, ſuprà petitis ad meum ſingulare intereſſe quod tantum eſtimo, tam pro re principali quàm pro acceſſoriis, per diffinitiuam ſentētiam condemnetis. Nam ſecundùm hoc ſi res principalis tradatur, quātum actor poterit probare, quod de ſuo ſingulari intereſſe, quod taxauerat ſibi deſit, deducto hoc, quod ſua ſingulariter intererat pro re principali ſibi tradita illud conſequatur, vt ar. ff. de act. empt. l. ex empto. §. idem Neratius. Si tamen velles primam ſeruare opinionem, tu dices non obſtare. §. ſi quis rem. quia quod ibi dicitur, idem eſſe in re acceſſoria, quòd in re principali obtinet. Verùm etiam quantùm ad illud, de quo proximè loquutus fuerar, ſcilicet vt venditor teneatur propter dolum ſuum. Nam ſicut venditor tenetur propter dolum in re principali, ita etiam in re acceſſoria. vnde quod ibi dicitur, diximus, ſubaudi proximè. Item non obſtat ff de ædil. edict. l. quod ſi nolit. §. vltimo cum l. ſequen

Quod verum eſt. quod idem eſt in re acceſſoria, quod in re principali quantùm ad materiam illius tituli. §. quantùm ad ædilitias actiones. quia ſicut ſuprà tetigi propter affectionem acceſſorij, aliquando emimus principale, & ita æquum eſt, ſicut vēditor principalem rem debet præſtare ſanam morbis & vitiis ſolutā, quod ita acceſſoriam præſtar, non tamen idem eſt in acceſſoria quod in principali, quantùm ad ſingulare intereſſe, cùm res acceſſoriæ non ſunt veditæ, ſed venditioni accedunt, vt ſuprà nota. Si tu vis ſuſtinere mediam opinionem. dic quòd non obſtat. §. ſi quis rem. & l. quòd ſi nolit. §. vlt. cū l. ſequen. Quia illæ ita loquuntur, quando expreſsè fuit dictū aliquid venditioni accedere, & ſic potius faciunt pro media opinione. Ideò hoc tetigi, quod vtile eſt aduocatis in talibus habere diuerſas vias. Ex prædictis apparet, quod ſi res principalis non tradatur quod ad ſingulare intereſſe agitur, ſcilicèt quod eſt intra rem, nam intereſſe quod eſt extra rē non venit, vt ff. de actioni. emp. l. ſi ſterilis. §. cùm per venſſitionem. Secundo modo agitur actione ex empto ad intereſſe, ſcilicet quod eſt extra rē, quando res traditur, & ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioā. de Bla. quòd R. vendidit mihi tale pecus, ſciens eum eſſe morboſum, & mihi tradidit. Vnde cùm per morbum dicti pecoris ſim damnificatus in centum libris, eo quòd contagione dicti morboſi pecoris talis meux grex, vel talia mea pecora periit, vel perierunt, Ago contra dictū R. vt centum libras mihi reddat, Vobiſque domine iudex &c. Iſte libellus probatur ff. de act. emp. l. Iulianus. in princ. § j. & de hoc dic vt ibi nota. in gloſſa ordin. Tertio modo agitur ad intereſſe actione ex empto, quamuis contractus venditionis non teneat, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico dominex iudex, ego Ioan. de Bla. quòd R. vendidit mihi tales maſſas tanquam argenteas cùm non eſſent. & ſic deceptus fui. Vnde cùm mea interſit in x. libris talis monetæ, me non fuiſſe deceptum, Ago contra

contra dictum R. vt mihi x. libras talis monetæ reddat, Vobiſque domine iudex &c. Certè prædicta venditio non valuit: in ſubſtantiali enim quantitate diſſenſimus.& probatur hoc ff.de acti. empt.l.ſi ſterilis.§.quamuis.

ACTIONIS EX EXEMPTO.

CAPVT II.

SEcundum caput actionis ex empto datur ad cauendum, & in eo ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioannes de Blanaſ. quòd R. vendidit mihi talem ſeruum. Vnde ago contra dictum R. vt mihi caueat dictum ſeruum ſanum eſſe, morbis & noxiis ſolutum eſſe, fugitiuum non eſſe, erroneum non eſſe.Item vt caueat mihi de euictione,Vobiſque domine iudex ſupplico, vt ſi dictus R.cauere noluerit ſanum eſſe,quod intereſt mea in x.ſolid.dictum ſeruum ſanum eſſe, ipſum R.condemnetis in x.ſolid.Item,ſi dictum ſeruum cauere noluerit ſolutum eſſe noxiis quod mea intereſt in xx.ſolid.ipſum ſeruum ſolutum eſſe noxiis, dictum Roderium condemnetis in xx. ſolidis. Item, ſi cauere noluerit dictum ſeruum fugitiuum non eſſe, erroneum non eſſe, quia mea intereſt in tribus libris,dictum ſeruum non eſſe fugitiuum,vel erroneum,dictum R.condemneris in tribus libris. Item, ſi cauere noluerit de euictione,quia in x.libris intereſt mea, dictum ſeruum non euinci à me,ſupplico vobis domine iudex,vt dictum Roderium in x.libris per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Sic igitur ſi in omnibus prædictis contumax reperiatur, condemnabitur diligenter omnibus cõputatis in quatuordecim. & x.ſol. Et ſic videtur, quòd vltra quàm intereſt mei emptoris,venditor condẽnetur, quod apparet, quia ſi euincatur à me quo caſu ſeruus omninò auferretur à me non poſſet taxare intereſſe meũ,niſi in x.libris, hoc poſito,quod mea in plus non intereſt.Et ita videtur ꝙ vltra totale meũ intereſſe petam eum condemnari.Et certè verũ eſt, ꝙ vltra totale intereſſe meum, petã eum cõdemnari.Sed,vt dixi ſuprà exactio non fiet incõtinenti, imò differtur vſque quo conſtiterit ſeruum in aliquo prædictorum caſuum, vt arg.ad hoc ff.ad l. Aquiliam.l.in lege Aquilia. Item, ſi reperiatur in prædictis caſibus ſeruus, non tamen propter actionem iudicatum deſcendentem ex re iudicata, fiet executio vltra totale intereſſe, quia quicquid erit exactum in tali intereſſe computabitur,vt in actione facienda ex ſequentibus caſibus quod priùs exactum fuit,computetur, & non vltra totale intereſſe executio debet fieri. Omnia prædicta, & formatio prædicti libelli probantur. ff. de act.empt.l.ex empto.§.fin.& § ſequenti. Sed quid prodeſt,quòd prædictę promiſſiones interponantur, cùm ſi ſeruus fuit morboſus poſſit agi redhibitoria,ſi fuerit vitioſus,poſſit agi pretoria quanti minoris res, vel ciuili, quantò minoris erat empturus,vt ff.de ædil.edi.l. prima. vſque ad fin. legis.cum tribus ll.ſequen.& ff de act.emp.l.Iulianus.& ff. de except. rei iudic.l. ſi is qui. §.j. Item, & quamuis non ſit promiſſum de euictione,attamen poteſt agi actione ex empto,ſi res fuerit euicta, vt ff. de euict.l.euicta. Ad prædicta reſpondeas, quia actio quæ deſcendit ex ſtipulatione eſt perpetua,ſed dictæ prætoriæ ſunt temporales, vt ff.de ædil.edi.l.ſciendum.§.vlt.& ita vtile eſt emptori dictam ſtipulationem interponere, vt perpetuam actionem habeat. Item,quando eſt ſeruus fugitiuus, vel erroneus, vtile eſt emptori dictam ſtipulationem interponere, quia ſi fuit interpoſita,per conſequens venditor promitteret ſeruum fugitiuum non eſſe,vel erronem non eſſe,& ita hoc affirmando ipſe debitor tenebitur redhibitoria propter prædicta vitia, cùm aliàs non teneretur, vt ff.de ædil.edi.l.ob quæ vitia.§.in ſumma. Item non eſt inutilis ſtipulatio,quia ſi fuerit interpoſita, emptor poterit agere, & quàmuis ſciat vitia, non tamen poſſet agere redhibitoria, vel actione ex empto,vt ff.de doli ex. l.apud Celſum.§. idem Labeo,& ff.de ædil.edi.l.prima. §.ſi intelligitur, Item,vtile eſt quòd caueatur de euictione, quia ſi agatur ex ſtipulatione de euictione, inſpicietur tẽpus venditionis quatenùs tunc temporis valebat res,vt ff.de eui.lege ex mille.§.primo. Si autem agatur ex exempto inſpicietur tempus euictionis vt ff.de euict.l.euicta.& poteſt intereſſe emptoris, vt potius inſpiciatur tempus contractus, vtpote, quia poſtmodum prætium rei diminutum eſt. Et ſcias, quòd ſi dictæ ſtipulationes interpoſitæ fuerint ex eis agetur ad intereſſe,vt ff.de euict. l.ſi ita quis ſtipulandi. Item, poteſt eſſe vtilitas, vt interponantur dictæ ſtipulationes, quia ſi res eſt prætioſa, vt homo, poterit peti vt interponantur in duplum,vt ff.de euict. lege emptori. & ita formabitur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex,ego Ioan.de Bla. quòd R. vendidit mihi ſeruum talem.pro pretio vj.lib.Turoñ. quod ſolui dicto Rhoderio. Vnde ago contra dictum Rhoderium vt mihi caueat de dupla pretij reſtituenda,ſi apparuerit dictum ſeruum eſſe in cauſa redhibitionis ob aliquem morbum. Item, ſi apparuerit dictum ſeruum eſſe erronem, vel etiam Fugitiuum.Item, ſi dictus ſeruus euincatur. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Rhoderium,ſi præ dictam cautionem de dupla noluerit interponere ad duplum prædicti pretij,videlicet ad duodecim libras Turoñ. mihi præſtandas, cum aliquis prædictorum caſuum extitit, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Nec mireris ſi ex tribus cauſis ago, vt promittatur de dupla, quia ex duabus primis cauſis, ego ago autoritate edicti ædilium Curulium, qui voluerunt quòd ſic promitteretur ſcilicet de dupla, ſi res vendita ſit in cauſa redhibitionis,vt ff.de ædil.edict.l.quod ſi nolit.§.aſsidua. Aliàs dictus.§.nihil faceret ad titulum,niſi ſic intelligeretur. Item,autoritate prædicti edicti petitur,vt caueatur de dupla, ſi ſeruus apparuerit fugitiuus, vel erroneus, vt ff.de ædil. edict. lege quæren. Item quarto, quia per prædictas cauſas quàmuis vendita res non euincatur, attamen quaſi euincitur, poſſum etiam petere vt caueat de dupla venditor ſub illa conditione,ſi res verè euincatur,vt ff.de euict.l.ſeconda. & niſi caueat de dupla ex prædictis cauſis incontinenti debet condemnari ad duplum. Sed actio differtur vſque dum apparuerit rem venditam eſſe in aliquo præcedentium caſuum, vt ff. de euict.l ij.& ibi notatur in gloſſa ordi. & ſic per prædicta iam ſatis eſt declaratus prædictus libellus. Et ſcias, quòd in prædicto libello petitur vt caueat de dupla pretij. Vnde duplum refertur ad pretium conuentum,non autem ad æſtimationẽ rei,qua forſan

caruit. Vnde ſi committatur dicta ſtipulatio, agetur ad duplum pretij conuenti, vt ff. de euict. l. cũ fundus. & l. ſi fundo. Item bene petitur in prædicto libello, quòd R. condemnetur ad duplum prætij mihi præſtandum. Cùm aliquis prædictorum caſuum extiterit, quid vt ſuprà nota. exactio differri debet. Aliqui circa materiam iſtam voluẽ ita cauillari, aliquis vendidit mihi equum, quem ſciebam morboſum, volo dictum equum redhibere, quia me pœniret dictum equum emiſſe, nnn poſſum, quia morbum ſciebam, vt ff. de ædil. edi. l. prima. §. ſi intelligatur. Venio ad aduocatum, peto conſilium qualiter dictum equum poſſim redhibere. Dicit Aduocatus, dictum equum non potes redhibere, quia morbum non ignoraſti. Verùm agas actione ex empto, vt venditor caueat tibi equum eſſe ſolutum morbis. Nam actione ex empto potes dictam cautinnem conſqui, quia prædictam cautionem præceperunt interponi Ædiles, vt ff. de euicti. l. ſi itaquis ſtipulanti. in fi. & ff. de act. emp. l. emptor. Quam cautionem ſi non vult interponere, tu potes petere vt condẽnetur tibi ad intereſſe, vt d. l. ex emptn. §. etiam. & §. ſeq. & ſic habebis propoſitum, quia conſequeris quatenùs plurimum tua intererit dictum equum eſſe ſanum. Vel habes aliam viã, quia hoc ipſo quòd non volet tibi cauere, tu poteris agere redhibitoria, & ipſe venditori equum redhibere, vt ff. de ædil. edi. l. ſi venditor. & ita ſimiliter habebis propoſitum Si autem venditor cauerit tibi dictum equum ſanum eſſe, tu ex ea ſtipulatione poteris agere quũ tua intereſt dictum equum ſanum eſſe, vt ff. de euic. l. ſi ita quis. Nec obſtabit tibi tua ſcientia, vt ff. de doli exc l. apud Celſum. §. idem Labeo. & ſic omni caſu propoſitum tuum habebis. Sed huic cauilationi ita reſpondendum eſt, quia in hoc caſu non tenetur cauere venditor dictum equum ſanum eſſe cùm de morbo, quem ſciebat emptor, non teneatur venditor, vt allegato §. ſuprà intelligatur. Si enim caueret venditor iam teneretur de morbo quem emptor non ignorabat, vt ſuprà tractatum. Et lex quæ dicit quòd de tali morbo non teneretur venditor, iam imponeretur verbis & non rebus, quod non debet eſſe, vt C. communia de leg. l. ſecunda. in fin. Item emptor iam conſequeretur per vnam viam, quòd per aliam ſequi prohibitutus eſt, quod non debet eſſe, vt ff de tut. & cura. da. ab iis. l. ſcire. Bene tamẽ credo, quòd dictum equum promitter ſanum eſſe ex omni alia infirmitate, illa excepta quam venditor non ignorabat, imò ſi illam non excipiebat, poſtquàm de illa infirmitate manifeſtè cõſtat venditori & emptori, illa infirmitas videtur excepta à generali promiſſione, vt ff. de contrah. emp. & ven. l. ea quæ, quaſi de alus infirmitatibus quas emptor ignorabat, videatur eſſe cautum.

ACTIONIS EX EMPTO.

CAP. III.

TErtium caput actionis ex empto, datur ad exhibendum & declarandum, & in eo ita formatur li. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd Rod. exiſtẽs hæres Titij talem fundum ſitum in tali loco, qui erat de hæreditate Titiana, mihi vẽdidit, vacuamque poſſeſſionem mihi tradidit pro pretio x. librarum Turon. quas dicto R. ſolui. Vnde cùm ignorem fines fundi prædicti, prædictus verò R. habeat originalia inſtrumenta, quæ ei ex hæreditate Titiana obuenerunt, quibus fines & iugerum exiſtentium in prædicto fundo minus declarari poſſunt. Ago contra dictum R. vt mihi fines prædicti fundi oſtendat, dicta originalia inſtrumenta exhibeat. Vobiſque domine iudex ſupplico vt dictum R. ſi prædicta facere noluerit ad intereſſe meum mihi præſtandum, quod æſtimo quatuor libras per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Ipſe enim venditor tenetur emptnrem inſtruere ſuper finibus, & iſtud poteſt multũ intereſſe ipſius emptoris quia forſan vicini occupabãt iniuſtè aliquas partes fundi venditi, cùm fines non eſſent clarè diſtincti, & ſic emptor ignorabat fines & numerum iugerum. & probatur ille libellus ff. de act. emp. l. Titius hæres.

ACTIONIS EX EXEMPTO.

CAPVT IIII.

QVartum caput actionis ex empto datur ad damnum reſarciendum, & auxilium cedendum, & in eo ita formatur lib. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Io. de Bla. quòd R. vendidit mihi talem equum, & tradidit pro pretio quatuor librarum, quas ei ſolui. Vnde poſt contractam emptionem & venditionem, adhuc equo exiſtente penes R. venditorem. Titius iniuſtè culpa vel dolo, dictum equum oculo dextro excecauit. Item, cùm poſt prædicti equi emptionem & venditionem contractam dicto equo adhuc penes R. exiſtente, dolo dicti R. vel culpa lata vel leui, talẽ morbum incurrerit, & mea intereſit in xx. ſolid. dictũ equum dictam infirmitatem non incurriſſe, Ago contra dictum R. vt mihi cedat actionem legis Aquil. quam ipſe habet contra Titium. Item, vt mihi reddat xx. ſolid. Vobiſque domine iudex ſupplico vt dictum R. ſi actionem legis Aquil. nolit mihi cedere ad intereſſe meum, quod æſtimo xl. ſolid. mihi præſtandum. Item, ad xx. ſolid. præſtandos per diffinitiuam ſententiam cõdemnetis, & probatur iſte li. ff. de action. emption. l. ſi ea res. & l. venditor domus. & ff. de periculo & comun. rei vend. l. cuſtodiam.

ACTIONIS EX EMPTO.

CAP. V.

QVintum caput actionis ex empto, datur ad reuocandum, & ita formatur libell. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Blanaſco quòd Roderius vendidit mihi talem equum. Egn verò dicto Rnderio dedi annulũ talem pro arra. Vnde cùm antequàm dictus equus eſſet mihi traditus, & antequàm ſoluiſſem pretiũ, cõmuni cõſenſu ab emptione receſſimus. Ago contra dictum R. vt mihi dictum annulum reddat, Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Iſtud capitulum eſt ad reuocandum ſiue ad diſtrahendam emptionem, quatenùs proceſſit. & probatur libellus iſte. ff. de act. emp. l. ex empto. §. is qui vinea. Et ſcias, ꝙ bene inſeritur in prædicto libello, Receſſum eſſe ab emptione & venditione antequàm pretium eſſet ſolutum, vel res tradita,

quia

quia tunc ſic rebus integris exiſtentibus, licitũ eſt vtrique parti ab emptione recedere ſolo conſenſu, vt C. quando liceat ab emp. l. prima.

ACTIONIS EX EMPTO.

CAP. VI.

SExtum caput actionis ex empto datur ad redhibendum, in duobus caſibus regulariter. Primus eſt, quando venditor ſcienter decepit emptorem, & tunc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd R. mihi credenti emere virginẽ ſciẽter vendidit, & tradidit talem ancillam corruptã, pro pretio ſex lib. turoñ. quas ei ſolui. Vnde cùm prædictus Ro. paſſus fuerit me errare ſcienter, nec me certificauerit, Ago contra dictum R. vt ſex li. Turoñ. quas ſolui ei, pro pretio dictæ ancillæ mihi reddat, cum paratus ſim ei dictam ancillam reſtituere, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad ſex lib. mihi reſtituendas, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. & probatur iſte libellus ff. de act. emp. l. ex empto. §. redhibitionem. & §. ſi quis virginem. Item, datur actio ex empto quantò minoris ad redhibendum, quãdo aliquod vitium, vel aliquis morbus qui debuit exprimi nõ fuit expreſſus, qui ſi fuiſſet expreſſus, vel dictum morbum vel vitium ſciuiſſem, nullo modo eſſem empturus, & habet locum dicta actio, quando vitium vel morbus celatus fuerit, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. circa principium. Sed & in dicta actione poteſt habere locum in quibuſdam aliis quæ debuerunt exprimi, vtputa mali vicini. & confines, & quia iſte caſus ſiue iſtud exemplum magis dubium eſt, in eo ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd R. mihi vendidit talem fundi poſſeſsionem, quia vacuam mihi tradidit pro pretio ſex libr. Turoñ. quas ego ſolui. Vnde cùm non fuerint expreſsi mihi tales mali confines dicti fundi, quos ſi ſciuiſſem, nullo modo eram empturus dictum fũdum. Ago contra dictum Roderium, vt mihi reddat ſex libr. Turoñ Cùm paratus ſim ei reſtituere dictum fundum, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium &c. Iſte libellus probatur ff. de contrahen. emp. l. quòd ſæpe. §. vlt. Vnde cùm in dicto §. dicitur, ſi empturus non eſſet, teneri venditorem actione ex empto, quanto minoris emptor eſſet empturus, quæ in hoc caſu cùm emptor nullo modo eſſet empturus continet redhibitionem, vt ff. de exceptio rei iudic. lege ſi is cui. §. ſecundo.

ACTIONIS EX EMPTO.

CAP. VII.

SEptimum caput actionis ex empto, datur ad pretium diminuendũ, ſiue ad pretij partem repetendam, & iſtud fit per actionem ex empto ciuilem, quãto minoris eſſem empturus in eo caſu, quando propter dictum vitium non dimiſiſſem ego quin dictam rem emerẽ ſed minus pretium dediſſem ſi ſciuiſſem. & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd Roderius vendidit mihi tale pecus, tali morbo morboſum, quẽ morbum ignorabam, pro pretio ſex librarum Turoñ. quòd ei ſolui. Vnde cùm pro dicto pecore minus fuiſſem daturus xl. ſolid. Turoñ. ſi dictum morbum non ignoraſſem, Ago contra dictum Roderium, vt mihi decem ſolid. reſtituat & probatur iſte libellus. ff. de actio. emptio. lege Iulianus. in fine primi reſponſi. Et de natura dictæ actionis qualiter differat ab actione prætoria, quanto minoris res. Dic vt notatur ibi in gloſſa ordinaria.

ACTIONIS EX EMPTO.

CAP. VIII.

OCtauũ caput actionis ex empto, datur ad decipiendum. Et hoc duobus caſibus. Primò, dolo incidente in contractu qui purgatur per actionẽ ex eo cõtractu, & tunc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioã. de Bla. quòd cum vellem talem ſeruum emere à Ro. pro vj. lib. Turoñ. ipſe R. de artificio ſerui mentitus, quia dixit eum ſcriptorem cùm non eſſet, dolo me induxit in tantum quòd dictum ſeruum emi ab eodem R. pro pretio octo librarum Turoñ. Vnde cùm duas libras Turo. pro prædicto ſeruo dedi vltra quàm à principio dare propoſuiſſem, vel etiam dolo prędicti R. inductus, Ago contra dictum R. vt mihi reddat duas libras Turoñ. Vobiſque domine iudex &c. & probatur iſte libellus ff. de act. empt. l. Iulianus. §. venditor. & facit ad hoc. ff. de dolo. lege eleganter. & quòd ibi nota. In alio caſu datur actio ex empto ad decipiendum, vtpura, ſi emi rẽ deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, & in iſto caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd R. talem equum, qui non valebat niſi octo libris turoñ. vẽdidit & tradidit mihi pro pretio quatuordecim lib. turoñ. Vnde cùm ego ſim deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, Ago cõtra dictum R. vt xiiij. lib. turoñ. mihi reſtituat, cùm paratus ſim dictum equum ei reſtituere, vel ſi nolit contractum reſolui, vt mihi reſtituat ſex lib. turoñ. quas dedit vltra veram æſtimationem. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Ro. ad reddendum mihi quatuordecim lib. turoñ. Vel, ſi velit contractum reſcindi, ad reddendum mihi ſex lib. turoñ. per diffinitiuam ſententiam condemneris. Quamuis enim licitum ſit contrahentibus ſeſe inuicem decipere, ſine dolo re ipſa, vt ff. de minor. lege in cauſæ. §. Pomponius. non tamen poſſunt ſe decipere vltra dimidium iuſti pretij, vt C. de reſcin. ven. l. ſecunda. & ideò ſi talis deceptio interuenerit, poterit purgari, vel per conditionem ex lege C. de reſcin. vend. lege ſecunda. vel per actionem ex eodẽ contractu. & probatur prædictus libellus. ff. ſi quid in frau. pa. l. j. §. ſi quis in fraudẽ. & §. ſequen.

ACTIONIS EX EMPTO.

CAP. IX.

NOnum caput actionis ex empto pro euictione intentatur. Et in eo ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex. ego Ioan. de Bla. quòd R. vẽdidit mihi talẽ fundũ, & eiuſdẽ fundi mihi vacuã

poſſeſsionem

poſſeſsionem tradidit pro pretio x. tibr. turon quas ſolui dicto Ro. Tirius verò dictum fundum, iure dominij à me coram competenti iudice petiit, & à me dictum fundum per ſentẽtiam euicit, Vnde cùm dicto R. ſatis tempeſtiuè denunciauerim, vt veniret prædictam cauſam defenſurus, & mea interſit in duodecim libris Turoo. dictum fundum fuiſſe à me euictum, Ago cootra dictum R. vt mihi duodecim libr. turon reddat, Vobíſque domine iuder ſupplico &c. & probatur prædictus lib. ff. de euic. l. euicta. Ex l. enim probatur, quòd in actione ex empto de euic. reſpicitur æſtimatio ſiue intereſſe temporis euictionis, quod non eſt in cautione de euictione, vt ſuprà nota. Et ideò aliquando propter incrementa poſt venditionem accidentia, aliquando vtile eſt poſt ex empto de euictione agere, quàm ex ſtipulatione interpoſita pro euictione. Quarè autem inſeratur in prædicto lib. quòd ego denuotiauerim R. euic. cauſam, & quæ ſunt cauſæ quæ agentem de euictione repellunt. Dic vt in ſumma domini Azo. in vlti. §. de euictiooe ootatur.

ACTIONIS EX EMPTO
CHAP. X.

DEimum caput actionis ex empto, datur vt ad impleatur quod eſt conueniũ per pactum incontinenti appoſitum ex parte vẽditoris, & in eo ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd R. vendidit mihi talem equum pro pretio xx. libr. turon. conuenſique incontinenti quòd ſcriberer mihi vnum eodicem. Vnde cùm prædictum prætium dicto R. ſoluerim, vel paratus ſum ſoluere ei, Ago eotra dictum R. vt mihi ſcribat codicem, quod ſi facere noluerit, Vobisque domine iuder ſupplico, vt dictum R. ad intereſſe meum mihi præſtandum, quod æſtimo r. lib. Turon. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. & facit ad formationem iſtius libelli ff. de pact. l. iure gen. §. quinimò. & præſtat ad hoc ar. ff. de act. emp. l. ſi. ſterilis §. ſi tibi. Et caueas tibi in petente factum, quia ſi eſt tale factum, quòd interſit tua vt adimpleatur, poteris agere ad factum cùm ſit in obligatione, & ſupplicare vt fiat eondemnatio ad intereſſe. Si autem promiſſor facti fuerit in mora, & tempore eo, quando tu agis non intereſſet tua factũ adimpleri, agetur directò ad intereſſe, vt oot. ſuprà §. de conſtituta. ſuper actione ex ſtipulatu.

DE ACTIONE EX VENDITO.

POſt hoe videndum eſt de actione ex vendito. Et ſcias quòd eius ſunt quinque capitula, quorum primum datur ad pretiũ & ideò ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domino iuder, ego Io. de Bla. quòd ego vendidi talem equum Ro. pro prætio r. lib. turon. Vnde cùm dictum equum paratus ſim dicto Ro. tradere, ipſum in poſſeſsione facere potiorẽ. Item, cùm poſt emptionem & venditionem contractam talis infirmitas dictum equum inuaſit, in quo curãdo expendi xx. ſolid. Ago contra dictum Rn. vt pretium videlicèt r. libr. cum vſuris legitimis à tẽpore moræ currentibus. Item, xr. ſolid. quos curando dictum equum expendi mihi reddat, Vobiſque domine iuder &c. Quarè ioſeratur pro pretio r. lib. dic vt not. ſuprà in actione ex empto quia ſine pretio conſiſtente in pecunia numerata non conſiſtit venditio. Item bene inſeritur in prædicto libello, quòd dictum equum paratus ſum dicto R. tradere, aliter non poſſem ego agere ad prætium, vt ff. de act. emp. l. qui pendentem. Item, bene inſeritur, ipsumque in poſſeſsione facere &c. quia ad hoc tenetur venditor ff. de act. emp. l. ex empto. aliàs lex incipit emptorem. §. idem Neratius. Item bene petuntur vſuræ legitimæ, retro à tempore moræ, vt ff. de act. emp. l. fructus. ſed etiã et tempore quaſi moræ veniunt vſuræ in actione et vendito. hoc eſt à tempore rei traditæ emptori, vel à tempore quo emptor habet facultatem percipiendi fructus. vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. Vnde ſi res tradita ſit emptori, & venditor velit vſuras poterit ita dicere, Vode cùm dictum equũ prędicto R. tradiderim ipſumque in poſſeſsione fecerim potiorem, Ago contra dictum R. vt dictum prætium mihi reddat cum vſuris legitimis currentibus à tempore traditionis rei &c. vt in ſuperiori lib. Sed quid faciet vẽditor. ſi emptor cauillationem talem adhibeat, videlicet emptor quod non fuit in mora ſoluendi prætium. & ita ratione moræ non poteſt condẽnari de vſuris. Itẽ res nõ fuit tradita, nec habuit difficultatẽ fructus percipiẽdi, & ita ratione quaſi moræ nõ debet condẽnari de vſuris. venditor agit contra emptorem ad prætiũ, dicens, ſe paratũ reſtituere rẽ, emptor ſolũ cõdẽnatur ad prætium & non ad vſuras, quia nec fuerat in mora, nec etiã res fuerat ſibi tradita condemnatione ſecuta. Ad prętium emptor incipit agere ad rem ſibi traditam, vna cũ fructibus, quod poteſt facere, vt not. ſuprà in actione ex empto. & venditor in hoc caſu condemoabitur ad fructus, vel ad eſtimationẽ fructuũ. Vnde in hoc caſu videbitur vẽditor deceptus, quia neceſſe habebit fructus emptori reſtituere vel reddere, non tamen vſuras poterit petere, quia vſuræ illæ officio iudicis actioni ex vendito inhęrente debentur. Vnde actione principali intentata, & in ea condemnatione ſequuta, iam peti non poterunt, vt C. depoſiti. lege quarta. Ad hoc volunt aliqui ita dicere, quòd per petitionem rei venditæ conſulet ſibi. vtpote, quia dominium tenet, non reſtituet vſque quo emptor reſtituerit vſuras, vel præſtet. Ad hoc argumentum optimum ff. de actio empt. l. Iulianus. §. offerri & C. de vſuris. l. per retentionem. ſed prædicta iura non videntur facere ad propoſitum, quia. §. offerri, dicit quòd venditor rem vendictam poteſt reſtituere vſque quo ſibi ſatisfaciat emptor de pretio, loquitur dictus §. Non autem ſuper vſuris, maximè quando iam de prætio ſatisfactum eſt. Item dicta lex, per retentionem. non facit ad propoſitum, quia loquitur ipſa, quando vſurę debentur per nudum pactum, & pro eis ſoluendis pignus eſt obligatum, quorum vtrunque deficit hîc, quia nec dictæ vſuræ debeotur per nudum pactum, res vendita eſt obligata pro dictis vſuris ſoluendis. Cum vendita res antequàm tradatur emptori ſit venditoris, & ita non poteſt ei obligata eſſe, vt ff. de pignor. actio, lege ſi rem alienam. Alij dicunt, quòd officio iudicis doli exceptione oppoſita conſequetur venditor, vt in tantum mitiùs condemnetur, quantum faciebat quantitatis vſurarum. Alij dicunt, quòd per com-

compenſationem ſibi conſulet. Sed illud videtur falſum, quia fructus conſiſtunt quaſi in ſpecie, ſed vſura conſiſtit in genere ſiue in quantitate, & pecuniæ ſiue quantitatis ad ſpeciem, non eſt recepta compenſatio directè. Sed indirectè bene recipitur, quia corpus æſtimatur ſiue ſpecies, & ita ipſa ſpecies quantùm ad æſtimationem ſuam poterit venire in compenſationem, & hoc eſt quod dicitur aliàs, quod omni poteſt obiici compenſatio, vt C de compenſat. l. vltima. in principio. Et de iſtis vſuris dic vt not. eſt ſup. in dicta l. fructus. & in dicto. §. ex vendito. Nec videatur tibi inutile, quod loquutus ſum de iſtis vſuris, quia forſan diceres quid ad me de vſuris? cùm omnia ſint per Ius canonicum abrogata. Reſpondeo quòd in iſtis contractibus bonæ fidei veniunt vſuræ iure Canonico, ſed non tanquàm vſuræ, ſed tanquam intereſſe, & iſto modo pro vſuris repetendis concedit dominus Papa reſcriptum, non tanquàm ſupra intereſſe. & facit ad hoc ff. pro ſocio. l. ſocius qui in eo. Itē, in ſuperiori libello bene petũtur expenſæ factæ in curando ſeruo, vt ff. de act. emp. l. Iulia. §. ex vendito. Verbi gratia, & hoc eſt verum, niſi dictæ expenſæ eſſent paruæ, vt ff. commod. l. in rebus. §. poſſunt &c. SECVNDVM CAPITVLVM ex vendito eſt, quod datur ad id quod conuentum eſt in pacto incontinenti appoſito, & in eo formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Blanaſ. quòd vendidi R. talem fundum, ſitum in tali loco, cuius fines ſunt tales, pro pretio x. libr. Turoñ. eo pacto, incontinenti appoſito, quòd quandiu viuerem, prædictum fundum deberem habere conductum pro mercede trium librarum quolibet anno præſtandarum. Vnde cùm dictum fundum tradiderim dicto R. ago contra dictum R. vt mihi detentionem prædicti fundi tradat, vt dictum fundum tanquam conductor poſsim colere, & exinde fructus percipere, quòd ſi hoc facere noluerit dictus Ro. Vobis domine iudex ſupplico, vt eum ad intereſſe meum mihi præſtandum, quod æſtimo x libris Turoñ. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. & probatur prædicta petitio ff. de actio emp. l. tenetur. §. primo. & l. ſi ſunt. §. ſi tibi. TERTIVM CAPITVLVM Actionis ex vendito eſt, quod datur de iis quæ emptor iniuſtè occupauit, & in eo ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanaſ. quòd vendidi R. talem fundum ſitum in tali loco, cuius fines ſunt tales, pro pretio x. lib. turoñ. & prædicti fundi vacuam poſseſsionem prædicto R. tradidi, in quo fundo erant tales fructus iacentes, & ſcīti ad prædictam emptionem & venditionem contractam. Vnde cùm prædictus R. iniuſtè detineat prædictos fructus, ago contra dictum Ro. vt dictos fructus mihi reddat, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad reddendum dictos fructus &c. & probatur iſta petitio C. de act. emt. l. ſecunda. in fine. & idem poſsit dici de rupiis & cæſis, vt veniant in actionem ex vendito, ſi ab emptore occupentur, vt ff. de act. emp. l ſecunda. in fine. QVARTVM CAPITVLVM Actionis ex vendito eſt, quod datur ad aliquid faciendum, quod facere decet emptorem, & in eo ita formatur libellus. LIBELLVS Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd ego vēdidi R. mille lapides exiſtētes in tali fundo meo. Vel ſic: Aceruũ lapidum exiſtentem in tali fundo quem poſsideo, In quo poſſunt eſſe tres currus ſonerari pro pretio x. libr. turoñ. Vnde cùm tantum temporis à tempore cõtractæ emptionis vel venditionis elapſum fuerit, quòd dictus R. dictos lapides à dicto fundo potuerit exemiſſe. Ago contra dictum Rodertum, vt dictos lapides de prædicto fundo eximat, quòd ſi facere noluerit, Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad intereſſe meum mihi præſtandũ, quòd æſtimatio iiij. libr. turoñ. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur libellus ille. ff. de action. empt. l. ſi is qui lapides. Et ſcias quòd bene inſeritur in prædicto libello, cùm tantum temporis &c. quia vt aliquis aliquid debet facere, tantum temporis debet expectari, antequam agatur cum promiſſore, vt illud factum adimpleuiſſe potuerit, vt ff. de verborum obliga. l. ſita. Item peto fieri condemnationem ad intereſſe, ſicut in omnibus facti obligationibus debet fieri. vt ff. de re iudi ſi quis ab alio. in fine. QVINTVM CAPITVLVM Actionis ex vendito datur ad contractum reſoluendum. & in eo ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioã. de Bla. quòd ego vendidi talem fundum ſitum in tali loco, cuius fines ſunt tales R. vacuãque poſſeſsionem tradidi pro prætio x. lib. tur. eo pacto adiecto, vt ſi prædictum prætium, cũ nõ eſſet ſolutum intra talem diem, quòd dictus fund⁹ mihi reſtitueretur. & quanto minus alteri venderē, quòd R. mihi reſtitueret illud. Vnde cũ prædictũ prætiũ nõ ſoluerit, dictus R. intra prædictum terminũ & dictum fundum. & in xl. minus quàm vē didiſſem prædicto R. alteri vendiderim. Ago contra dictum R. vt mihi dictum fundum reſtituat, & vt xl. ſolid. mihi reddat, in quibus prædictum fundum minus vendidi. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad reſtituendum mihi dictum fundum. & vt xl. ſolid mihi reddat. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Sic igitur ratione pacti datur actio ex vendito, ad reſcindendum cõtractum, vt C. de act. emp. l. vēditi. Et probatur prædictus libel C. de pac inter empt. & ven. l. j. & l. qui ea. Item ſcias, quod R. ſi interim fundum deterioraſſet per culpā latam vel leuem, vel per dolum, quòd ad æſtimationem deteriorationis & teneretur mihi reſtituere, & eam poſſem in libello petere, vt ff de lege commiſ. l. ſi fundus. Item, bene inſertum fuit in prædicto libello, niſi prætium mihi eſſet ſolutum intra tale tēpus, quòd dict⁹ fundus mihi reſtitueretur, non aliud volui dicere, quàm vt prædictus fũdus eſſet inemptus, quia tũc eſſet pactum legis commiſſoriæ, & daretur ei vēdicatio. vt C. de pactis inter emptio & vend. lege qui ea lege. & l. commiſſoriæ. Et ſcias quòd in prędicta poſitione poſsunt fructus venire, aliàs non, nam ſi R. arras vel aliquam partem pretij mihi dediſset, & ita diem non ſolueret quod diceret ad ſoluendum ipſe amitteret arras, & partem prætij, & in recompenſationem huius. ipſe lucraretur fructus, aliàs ſi non ſoluiſset aliquid, nec arras dediſſet, non lucraretur fructus, & poſsent ab eo peti, vt ff. de le. commiſ. l. ſi fundus. §. ſed quod ait. & lege ſi per emptorem. Iſtud ſcias quòd quàmuis dixerim plura eſſe capitula iſtarum actionum, & ſuper quolibet capitulo diſtinctè libellum formaue ſim. tamen in vno libello poſsunt plura capitula poni N m ego poſſum agere ex empto, & in libello eodem petere, vt res vendita mihi præſtetur, vel

intereſſe

intereſſe ſingulare, & vt caueatur de euictione, & ſic plura capitula in eodem libello poſſum intentare. dum tamen non ſint contraria: nam tunc nõ poſſum, vtputa, non poſſum agere ex exempto, vt res mihi traderetur, & vt contractus reſcinderetur: nam contrarius eſſem mihi, & ita eſſem audiendus, ff. quando appel. ſit. l. ij. §. ſed ſi alius. vt C. ſi ſeruus exte. ſe emi. man. l. prima. Et ſcias, quod tunc deinde poteſt actio ex empto, vel actio ex vẽdito intentari, quando emptio præceſsit perfecta, tunc autem videtur perfecta, ſimul atque de prætio conuentum eſt, vt ſuprà de emp. & vendi. in principio. Et hoc eſt verum quòd incontinenti eſt perfecta, niſi conditio ſit appoſita, quia non eſſet perfecta quouſque conditio extitiſſet, nec ante poſsit agi. Item, hoc eſt verum, niſi actum eſſet, quod emptio & venditio celebrarentur in ſcriptis, quia tunc non eſſet perfecta, niſi mundum eſſet completum, nec ante poſſet agi, vt ſuprà de emp. & ven. §. primo. C. de fid. inſtru. l. contractus. & ff. de periculo & com. rei ven. l. quod ſi impendendo. Qualiter autem, & ad quam quantitatem reducatur pœna promiſſa in his cõtractibus. Dic vt ff. de act. emp. l. ſi Iulianus. §. ibidem.

DE ACTIONE LOCATI.

POſt hoc videndum eſt de actione Locati cuius actionis ſunt quatuor capitula. Primum caput datur pro mercede petẽda, & in eo formatur libel. LIBELLVS. Dico domino iudex ego Ioan. de Bla. quòd ego locaui talem domũ ſitã in tali loco, vel fundo ad habitãdum vſque ad annum R. pro mercede ſiue pro pẽſione x. lib. turoñ. Vnde cùm dicto R. dictam domum habitandi commoditatem fecerim, & iam tempus conditionis elapſum ſit, nec prædicta pẽſio mihi ſoluta fuerit. Ago contra dictum R. vt mihi decem libr. turoñ. pro penſione reddat cum vſuris legitimis retro à feſto ſancti Ioan. currentibus, cùm tunc dictum R. in mora per interpellationem cõſtituerim. Vobiſque domine iudex &c. Et probatur ille libellus ff. locati. l. dominus. §. vltimo. & l. ſi in lege. §. ſi domus. Et bene inſeritur in ſuperiori petitione, pro mercede x. libr. turoñ. quia niſi merces interueniſſet in pecunia, nulla eſſet locatio, ſed alius contractus innominatus, vt ff. locati. l. ſecunda. & ff. depoſiti. l. prima. §. ſi quis ſeruum. Item, bene inſeritur maior quantitas pecuniæ quàm vnus nummus, quia vnius nummi nulla eſt locatio. vt ff. locati leg. ſi quis conduxit. Item, bene inſeritur in ſuperiori libello, me feciſſe commoditatem, vt dictus R. dictam domũ poſſet inhabitare, quia vt venditor non poteſt agere cum effectu contra emptorem, niſi rem tradiderit, vel paratus ſit tradere, vt ff. de act. emp. le. qui pendentem. ita locator cum effectu non poterit agere contra conductorem, niſi ea præſtiterit quę præſtare debet. Hoc eſt facere conductori commoditatem, vt poſsit vti ſiue frui re conducta. Et eſt bona ſimilitudo contractus vẽditionis & locationis, cùm ferè eiſdem regulis conſiſtant, vt ff. locati. l. ſecunda. Item, bene inſeritur tempus conductionis eſſe elapſum, quia ante de rigore iuris non poteſt agere. Cùm enim quædam lex innuat in principio anni faciendam ſolutionem, eo quòd lex dicit conductorem poſſe expelli, niſi penſionem ſoluerit, & ita videtur etiam quòd in principio anni ſit expellendus, niſi ſoluerit. Vnde videtur pẽſionẽ debere ſolui in prin. anni, vt C. loca. l. tertia. ar. ſumpto à contrario ſenſu. Item, quædam lex innuit, quòd in medio anni ſit ſoluenda, eo quòd ſalarium quod aduocatus præſtat de publico ſoluitur in medio anni, vt C. de aduoca. diuer. iud. lege per hanc. §. autem aurei. Alia verò lex innuit quod dicta penſio ſit ſoluenda in fine anni, vt ff. de minor. lege prima §. ſi penſio. Vnde cùm dubitatio inſurgat ita ex diuerſis iuribus, ego ſequar quòd minimum erit debenti, vt & ita in fine anni debeatur, vt ff. de reg. iur. l. in ſtipulationibus. Et ita videtur dicendum in dubio, niſi regionis mos, vel pactum contrahentium aliud induceret, vt in l. proxima allegata dicitur. Et iſtud apparet ex hoc, quòd dicta penſio debetur hoc anno, & ita in fine anni videtur ſoluenda, vt ff. de verbo. obliga. l. qui hoc anno. Sed quàmuis locator in prin. anni non poſsit iure actionis penſionem exigere. tamen in prin. anni poterit conductorem expellere, & conductor nõ habebit aliquod auxilium petitorium pro re vendicanda, cũ non ſit dominus rei, vt ff. loc. l. non ſolet. Item, non habebit aliquod auxilium poſſeſſorium, cùm non poſsideat ſibi, ſed domino, vt ff. loc. l. cùm in plures. §. hæredem. & ff. de acquirenda poſſeſ. l. qui vniuerſas. §. qui per colonum. & C. de præſcript. xxx. an. l. malè agitur. Nec poterit habere conditionem ex illa l. C. de ag. & cen. l. ſi colonum. quia lex illa loquitur in poſſeſſore bonæ fidei. Cũ omnia celeri reformatione reſtituenda ſunt iſta, aut conductor non poſsidet, vt ſuprà notat. Neceſſe igitur habebit conductor ita currere ad auxilium perſonale, ſi vult re frui, videlicet ad actionem ex conducto, ſed ſi illam actionem vult intẽtare, neceſſe habebit mercedem primò offerre ad inſtar emptoris, qui non poteſt actionem ex empto intentare, niſi primò offerat pretium, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri. & illa eſt bona ſimilitudo inter emptorem & conductorem, cũ eiuſdem regulis iure ſubſiſtant, vt ff. loca. le. ſecunda. Sed quæreret aliquis à me, quid ergo prodeſt cõductori, quòd iure actionis non poteſt à conductore exigi pecunia antequam finitum ſit tempus conductionis, cùm illud locator habeat alia via? Et ego reſpondeo, quòd illud poteſt ei prodeſſe in tali caſu. Ponamus, quòd res carius ſit locata quã valeret conductor gauderet, ſi locator non permitteret eum frui re conducta, quia ipſe ſe teneret in pace, & locator non poſſet agere ad penſionem, vtpote, quia tempore conductionis non feciſſet commoditatem fruendi ipſi conductori, vt ſuprà nota. Et ſcias, quòd per officium iudicis in actione locati, quæ eſt bonę fidei, veniũt vſurę à tẽpore moræ, & ideò in prædicto libello bene apponitur cum vſuris legitimis &c. vt ff. de vſuris. l. mora. in principio. & in bonæ fidei. SECVNDVM CAPVT actionis ex locato. datur ad æſtimationem deteriorationis, ſiue damni dati, & in eo ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex. ego Ioa. de Bla. ꝙ ego locaui R. talem domum, ſitam in tali loco, pro mercede x. librarum turoñ. Vnde cùm dicta domus per latam culpam, vel leuem, vel per ſuum dolum fuerit combuſta, & mea intereſt in xx. libr. turoñ. dictam domũ non eſſe combuſtam. Ago cõtra dictũ R. vt det mihi xx. lib. turoñ. Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur iſte libellus ff.

in quibus cauſis pig. ta. contrahit. l. non ſolum. & bene facta fuit mentio de dolo, lata culpa & leui quia iſta veniunt in iudicium locati & conducti. vt C. locati. l. g. ſi vulnerauerit. Si autem propter inimicitias quas aliquis habebat cum conductore, propter culpam conductoris rem conductam damnificauerit, de hoc tenebitur conductor, vt ff. ſol. matri. l. in his. & ff. locati. l. ſi merces. §. culpæ. TERTIVM CAPVT actionis ex locato, datur ad aliquid adimplendũ, quòd lex conductoris vel natura deſiderat, & ideo ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd ego locaui R. tales vineas colendas, vt fructus ex his perciperet pro mercede x. librarum turoñ. Vnde cùm tempus propagandarum vinearum, videlicet menſis Martij iam venerit, & iam ex eo tempore tantum elapſum eſt, quòd dictas vineas putaſſe iam competenter potuiſſet: Ago contra dictum R. vt dictarum vinearum propagationes & putationes faciat, quòd ſi facere noluerit, Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad intereſſe meum mihi præſtandum, quod æſtimo vj. libris turoñ. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Iſta petitio probatur ff. locati. l. ſi merces. §. conductor. Et ſicut agitur hoc ad illud implendum, quòd natura contractus deſiderat, ita poteſt agi ad illud implẽdum, quòd per pactum conuentum eſſet, vt dicto §. conductor. & C. loca. l. legem. Et caueas tibi, quia hoc agitur ad factum, & ſupplicatur vt fiat condemnatio ad intereſſe, ſicut fit in omnibus facti obligationibus, vt ff. de re iudicata. l. ſi quis ab alio. in fio. Et hoc eſt verum, quòd factum petitur ſi adhuc actori expediat ipſum impleri, aliàs directè ageretur ad intereſſe, vt notat ſuprà eod. §. de conſtituta. ſuper actione ex ſtipulatu. Item, bene inſeritur, tantum elapſum eſſe ex eo tempore &c. vt ff. de verborum obliga. l. ſi ita. QVINTVM CAPVT Actionis ex locato datur ad rem reſtituendam. Et hoc propter multas cauſas, nam poſt finitum tempus locationis, debet res locata locatori reſtitui, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd ego talẽ locaui domum R. pro mercede x. libr. vt in ea per annum deberet habitare. Vnde cùm tempus locationis ſit finitum, & dictus R. dictam domum detineat, ago contra dictum R. vt dictam domũ mihi reſtituat, Vobiſque domine iudex &c. Et in re mobili ita poteſt formari libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd ego talem equum R. locaui pro mercede xx. ſolid. Turoñ. vt per menſem dictum equum deberet equitare, Vnde cùm tempus locationis ſit elapſum, & dictus Ro. dictum equum detineat Ago contra dictum R. vt dictum equum mihi reſtituat, Vobiſque domine iudex &c. Et probatur ille libellus ff. locati. lege. videamus. §. qui vinum. Quare inſertum fuit in ſuperiori libello, quòd dictus R. rẽ conductam detineat? Reſpõdeo ad abundantem cautelã, quia & quàmuis dictam rẽ detineret, tamen actione locati teneretur, quia dicta actio perſonalis eſt, nec rem comitatur, ex hoc tamen ſi reſtituat condemnatus, præſumetur in dolo hoc ipſo, quòd habet & nõ reſtituit, vt ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. dolo ex hoc contra ipſum conductorem iuraretur in litem, quia in actionibus bonæ fidei ob dolũ iuratur in litẽ. vt ff. de io lit. iur. l. in actionibus. & facit ad hoc. ff. loca. l. ſi cui. §. qui ſeruum. Et poſſumus adiungere ſuperiori libello conditio ex l. & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd ego locaui R. pro mercede xx. ſolid. Turoñ. talem equum, vt eum per menſem æquitaret. Vnde cùm tempus locationis elapſum ſit, & dictus R. dictum equum detineat, Ago cõtra dictum R. vt mihi dictum equum reſtituat quòd ſi facere diſtulerit vſque ad diffinitiuam ſententiam, Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad equum prædictum mihi reſtituendum &c. Item, æſtimationem prædicti equi quæ eſt x. libr. Turoñ. per diffinitiuam ſententiam condemnetis & quòd ita poſſit peti æſtimatio ſub illa cõditione ſi ante ſentẽtiã non fuerit res locata reſtituta, probatur C. loca. l. conductores. & dic de hoc vt ibi not. Et in iſto caſu, nec ſuperuacuè ponitur in libello dictum R. detinere equum, quia contra tales qui detinent datur conditio ex prædicta l. cùm ibi dicatur poſſeſſionem detinentes. Verùm autem cõductor poſſit locatori quæſtionẽ dominij referre? Dic vt C. locati. leg. ſi quis conductionis. Item, propter alias tres cauſas datur actio ex locato, vt res etiam ante tempus conductionis finitum reſtituatur, videlicet ſi domus locata ſit neceſſaria propriis vſibus domini, vel refectione indigeat, vel conductor in re conducta malè verſetur & tunc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioann. de Bla. quòd ego locaui talem domum, vt in ea per annum habitaret pro mercede x. lib. Turoñ. Vnde cùm dicta domus meis propriis vſibus neceſſaria eſſe cœperit ex cauſa ſuperueniente poſt dictam domus locationem celebratam, vt pote, quia vxorem duxi, Vel ſic: vnde cùm prædicta domus poſt dictam locationem celebratam in ea cauſa eſſe cœperit, vt refectione indigeat tali, quæ non poſſet fieri inquilino habitante. Vel ſic. vnde cùm dictus Rofr. dicta domo malè vtatur, vt pote, quia aſſeres tecti remouet, & comburit, Ago contra dictum R. vt dictam domum inhabitantem, vt de dicta domo diſcedat, mihique dictã domum reſtituat, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur prædicta petitio C. locati l. ædem, & quaſi omnia poſita in prædicto libello declarantur per gloſſas poſitas in prædicta l. ædem. Vnde recurre ad eas, & nota quòd bene inſeritur in prædicta petitione, domum poſt celebratam locationem in ea cauſa cœpiſſe eſſe, vt refectione indigeret, quia ſi à principio quando dominus locauit domum refectione indigeret, & hoc ſciret dominus, locauit tamen eam nihilominùs, videretur denuntiare priuilegio illius l. ædem. propter prædictam cauſam non poſſet expellere conductorem. ff de vaca. & excu. mu. lege prætor. §. ſi poſt acta. Item bene inſeritur dictam domum indigere tali refectione, quia non poſſet fieri inquilino habitante quia ſi ipſo habitante poſſet fieri, ipſe inquilinus non diſcederet à domu ſiue à conductione, imò ageret ex conducto vt domus reficeretur. Vnde cùm illo caſu poſſit pro conductore, vt perficiatur contractus agi, planum eſt, quòd contractus non debet reſcindi, poſtquàm ius permittit agere in illo caſu vt adimpleatur. & quòd ita ſit, probatur. ff. loca. l. ex conducto. Vel dic quod verius, quia ideò dictam clauſulam appoſui, quia ſi ſine magno incõmodo inquilini poſſit domus refici, etiam eo inhabitãte nõ debet inquilinus diſcedere, vt ff. lo. l. habitatores

l.habitatores.Si autem inquilino habitante, non poſsit fieri refectio, debent inquilini diſcedere à domo. Cætera huius materiæ dic vt notatur in dicta l.ædem.

DE ACTIONE EX CONDVCTO.

POſt hoc videndum de actione ex conducto. Et ipſius ſunt plura capitula, videlicet decem, quorum primum datur inquilino, vt ſibi re locata liceat frui. Et iſtud caput habet duo mẽbra: nam aliquando poteſt agere conductor ex tribus cauſis, videlicet ſi prohibeatur habitare à locatore, vel ab eo quem locator poterat prohibere, vel ſi prohibeatur ab eo quem locator nõ poterat prohibere, vtputa, quia dominus domus prohibeat inquilinum habitare, & hoc caſu locator ſcienter locauerat domum alienam. Et in iſtis caſibus veniet totale intereſſe ipſius conductoris, & æſtimabitur etiam ex lucro, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd Ro. locauit mihi mercatori pro mercede x. libr. Turon. quas ei ſolui talem domum exiſtentem Pariſiis ſuper magnum pontem, qua domo non poſſum frui, prohibitus à dicto Ro. vel à filio eius quem habet in poteſtate. Vel à Titio domino domus, cum R. locator dominus domus locatæ non eſt. Vnde cùm non permittat dicta domo frui, & cùm ſcienter dictus Ro. mihi domum alienam locauerit, & dominus domus non permittat me dictam domum habitare, & mea interſit in xx. libris Turoñ. dicta domo poſſe frui, tum quia aliam domum neceſſe habeo locare in x. libris Turoñ. tum quia ſum bonus mercator, & domus eſt in optimo loco pro mercatura, qua de cauſa mea intereſt dicta domo poſſe frui in x. libris Turoñ. propter lucrũ quod in dicta domo facerem, Ago contra dictum R. vt mihi facit commoditatem domum prædictam habitandi, quod ſi non fecerit, Vobis domine iudex ſupplico, vt ad intereſſe meum ſuperiùs taxatum, videlicet ad xx. libras Turoñ. mihi præſtandas dictum R. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et ita agatur, vt permittat me dictus R. frui prædicta domo, & ſupplico, vt ſi hoc non faciat, vt fiat condemnatio ad intereſſe. Hoc eſt verum, quando breui tempore ſum prohibitus dicta domo frui, nec adhuc occaſione illius prohibitionis aliam domum locaueram. Nam in hoc caſu ſi locator velit mixi præſtare ſine mora commoditatem fruendi re liberabitur. Aliàs autem ſi iam aliam domum conduxiſſem, nec vellem habere duas domos conductas, vel ſi diu eſſem prohibitus re conducta frui, non agerem, vt me permitteret inhabitare, ſed directo agerem ad intereſſe meum, nec locator præſtando mihi commoditatem fruendi liberaretur. Et tunc ita diceretur in libello, ago vt mihi det viginti libras Turon. pro intereſſe meo: Vobis domine iudex ſupplico &c. Et probatur ff. locati. l. ſi in lege. §. colonus. Et probatur prædictus libellus, ff. locati. l. ex conducto. & l. ſi in lege. §. item vtiliter. & l. ſi fundus. §. vlti. & duabus legibus ſequentibus. & l. ſi tibi alienam. & l. nos videamus. & l. ſi quis domum. & l. ſi vno §. plane. Quare autem in præſenti libello dixi mercedẽ interueniſſe, dic vt ſuprà notatur i actiõe locati. Itẽ. bene dicitur ſolui, vt ff. de act. emp. l. Iulia. §. differri. SECVNDVM CAPVT. Actionis ex conducto datur ad exonerationem mercedis, vtputa ſi aliquis vt iudex, vel alius cui locator non poteſt reſiſtere prohibuerit conductorem frui, vel dominus domus prohibuerit conductorem frui in eo caſu, quando locator bona fide domum locauit, credens eam eſſe ſuam vel etiam ipſe dominus prohibet conductorem frui, propter neceſſariam refectionem ſuperueniẽtem poſt locationem cõtractam, vel propter hoc quòd dicta domus neceſſaria eſt vſibus ipſius domini ex quadam cauſa ſuperueniente. agatur in õmnibus in iſtis caſibus ad exonerationem mercedis, non autem ad intereſſe, vt dicta l. ſi fundus. §. vlti. & duabus legibus ſequẽtibus. Et gratia exempli in vno prædictorum caſuum ſufficit libellum formare, & primo caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd R. locauit mihi talem domum, ſitam in tali loco, vſque ad annum pro mercede xij. lib. Tur. quàm pecuniam ſolui prædicto R. Vnde cùm eo modo quo conductor debet vti, non potuerim dicta domo vti, niſi per tres menſes, tantùm impedit᷒ à tali nobili, vel tali iudice. Ago cõtra dictũ R. vt mihi tres partes pẽſionis reſtituat, videlicet nouẽ libr. Turoñ. cũ dicta domo non potuerim frui, vt debem, niſi per quartam partem anni: Vnde ſiq; domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad reddendum mihi nouem libr. Turoñ. per diffinitiuã ſententiam condemnetis. Et probatur iſte libellus per iura prædicta. Si autem per totum temp᷒ eſſem prohibitus, quia nulla die dictam domum habitaui propter prædicta impedimenta, in toto peterem fieri penſionis exonerationem, quia totam penſionem repeterem per prædicta iura, vt idem de toto quod ad totum quod de parte, quoad partem, vt ff. de admini. tu. l. qui duo. in fin. Si autem nihil de mercede ſoluiſſem, & impeditus eſſem, vt prædictum eſt, Si locator agit ad mercedem, haberem exceptionem, vel poſſem agere ex conducto contra locatorem, vt me liberaret, vt ff. locati. ſi vno. §. vltimo. Et de hoc poſſumus facere vnum capitulum actionis ex cõducto, quod datur ad liberandum, ſed non curaui de hoc facere tertium capitulum diſtinctum, quia in eo non eſt magna vtilitas. Illud autem ſcias, quòd locator liberabitur à petitione conductoris, ſi æquè bonam habitationem præſtiterit conductori, ſecundùm quod erat illa qua conductor vti fuit prohibitus, vt ff. loc. l. ſi quis domũ. ij. reſpon. Sic igitur ex prædictis paret, quòd in vrbano prædio ſi prædicta impedimenta acciderunt, fiet remiſsio ſiue exoneratio mercedis ſecundùm proportionẽ temporis: & hoc illa de cauſa, quia ex vrbano prædio quotidie vtilitatem percipimus habitando. Vnde ſecundùm proportionem temporis quo inhabitamus, onus deberemus ſuſtinere, nam cùm qualibet die vtilitatem percipiamus, habitando prædium vrbanum, pro tempore quo inhabitamus, non poterimus petere remiſsionem, debemus ſoluere, vt ad eum pertineat onus ad quem pertinet emolumentum, vt ff. de reg. iur. l. ſecundùm naturam. Pro tempore autem quo non habitamus, prædictis impedimentis impediti. & ſecundùm eius proportionem atque quantitatem poſſumus petere, vt fiat exoneratio mercedis, ſecus ſi impeditus fuerit conductor ruſtico prædio frui aliquo caſu accidentali, vtputa incendio, vel per exercitus, vel tempeſtate, vel ſterilitate incõſueta ſecundùm

ſecundùm proportionem fructuum, & hoc illa de cauſa, quia prædium ruſticum cõducimus propter fructus, non autem propter hoc, vt qualibet die dicti prædij percipiamus vtilitatem, imò per totum annum laboramus in prædio ruſtico, & totam eius vtilitatem percipimus vno menſe, ſcilicet tempore menſium, in omnibus autem aliis menſibus in dicto prædio laboramus, & nullam vtilitatem percipimus, & ideò ſecundùm proportionem fructuum, fit remiſsio ſiue exoneratio pẽſionis vel mercedis. In eo caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd R. locauit mihi fundum vſque ad annum pro mercede xij. libr. Turoñ. quas prædicto R. ſolui. Vnde communiter quolibet anno quo celebratur ex prædicto fundo ſolitum fuerat habere xlviij. corbes Bladi. & propter tempeſtatem vel ſterilitatem inconſuetam ex cultura quàm in directo fundo feci, non perceperim niſi quartam partem illius quantitatis, quæ ex cultura prædicti fundi communiter haberi conſueuerat. Ago contra dictum R. vt tres partes penſionis ſiue mercedis, videlicet ix. libras Turoñ. mihi reſtituat. Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur prædictus libellus plenè & planè ff. locati. l. ex conducto. § ſi vis tempeſtatis. vſque ad finem legis, & ſecundùm quantitatem l. vſque ad §. item cum quidam. & §. vtcunque tamen. Vnde ſi vis videre planam declarationem prædicti libelli, recurre ad prædicta iura, & ad ea quæ ibi notata ſunt in gloſſa ordinaria. Et cautè poſitũ fuit in prædicto libello ex cultura quàm in dicto fundo feci, quia ſi dictum fundum non coluiſſet, & poſtmodum accideret tempeſtas, per talem tempeſtatem non peterem remiſſionem, vtpote, quia non grauaſſet me dicta tempeſtas, quia in dicto fundo nihil ſeruaueram. Vnde locator cùm per eum non ſtetiſſet, quo minùs dicto fundo vſus eſſem, penſionem poterit à me petere, non obſtante dicta tempeſtate, vt dicta le. ex conducto. §. cùm quidam. Dictus tamen §. aliter poteſt intelligi, vt ibi notatur. Ex prædictis ergo plenè liquet, quòd in prædiis ruſticis ſi tempeſtas, vel alius caſus acciderit, fit exoneratio, ſeu remiſsio ſecundùm proportionem fructuum. In prædiis autem vrbanis fit remiſsio ſecundùm proportionem temporis regulariter. Sed quid erit in tali caſu, in aliqua ciuitate ſunt nundinæ, conducit quidam tabernarius vel caupo. domum pro xij. libr. Turoñ. vt in ea domo exerceat tabernam vel cauponam, bene habuiſſet dictam domum prædictus tabernarius per totum annum, menſe nundinarum excepto pro quinque libr. Turoñ. & x. ſolid. Turoñ. In mẽſe enim nundinarum de dicta domo benè poterant haberi pro mercede ſeptem libr. turoñ. Tabernarius habitauit dictam domum per vndecim menſes, adueniente menſe nundinarum, vel aduenientibus nundinis, expellitur de prædicta domo ab eo, quem locator non poterit prohibere. Certè in hoc caſu ſi fiat remiſsio ſecundùm temporis proportionem, quia prædictam domum inhabitauit per vndecim partes anni, videlicet per vndecim menſes, & non fuit impeditus, niſi per duodecimam partem anni non fieret remiſsio, niſi in duodecima parte penſionis, videlicet in xx. ſolid. turoñ. & ita conductor prædictus de prædicta domo ſolueret vndecim libr. turoñ. quòd videretur inconueniens, quia domus non valebat in mercede pro vndecim menſibus quibus tabernarius inhabitauit, niſi quinque libras. & v. ſolid. turoñ. media autem pars iſtius iuſtæ pẽſionis ſunt quinquaginta & quinque ſolid. Si prædictus meccenarius ſoluat vndecim libr. tur. inueniet ſe deceptum in v. libr. & x. ſolid. turoñ. Et inueniet ſe deceptum vltra dimidiam iuſtæ penſionis, quòd non debet eſſe vt C. de reſcin. vend. lege ſecunda. Item, locator iam reciperet partem penſionis pro tempore quo conductor non habitaſſet, pro vndecim enim menſibus non debebat habere locator, niſi quinque libras. xv. ſolid. tur. quia illa erat iuſta penſio vt ſuprà poſui. Si ergo vltra prædictam ſummam recipiat locator pro prædictis xi. menſibus, iam recipit partem penſionis pro illo menſe quo non habitauit conductor, vt in illo caſu præſtante impedimentum, quòd non debet eſſe, vt ff. loc. l. qui inſulam. Item ſi ita eſſet, locator locupletaretur cum aliena iactura, quòd non debet eſſe, vt ff. de condic. indeb. l. nam hoc natura. Vt ergo prædictum inconueniens tollatur, ita dicas: Quòd in prædio vrbano fit remiſsio penſionis propter caſum ſecundùm proportionem tẽporis: habita tamen ratione commoditatis temporis, quatenùs commodius erat vno tempore habitare quàm alio. & quatenùs plus vel minus eo tempore prædium vrbanum poſſet locari. & ſic intelligas illam l. qui inſulam & ſecundùm hoc ita in prædicto caſu formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd R. locauit mihi talem domum exiſtentem in ciuitate Cabiloñ. vt in ea domo cauponam vel tabernam exercerem pro mercede xij. libr. turoñ. quàm dicto R. ſolui. & prædictã domũ habitaui, vel habitare potui per totum annum tali menſe excepto, in quo nundinæ ſunt in prædicta ciuitate, quo menſe dictam domum habitare non potui à Duce Burgundiæ impeditus ſine dolo vel culpa mea. Vnde cùm prædicta domus pro vndecim menſibus quibus prædictam domum inhabitaui, vel inhabitare potui, non valeret locando, ſed æſtimationem iuſtæ mercedis, vt v. libras. & v. ſolidos turoñ. pro menſe verò in quo fui impeditus bene valebat locando ſecundùm æſtimationem iuſtæ mercedis ſeptem libr. & x. ſolid. turoñ. propter nundinas, quæ ſunt eo menſe, quo menſe in prædicta ciuitate carius locantur longe quàm aliis menſibus. Ago contra dictum R. vt mihi ſex libr. & quinque ſolid. tur. det ſiue reddat, Vobiſque domino iudex ſupplico &c. Et probatur prædictus libellus in prædicta l. qui inſulam. Nam quòd ibi dicitur proportione ſubaudi, habita cariſtiæ ratione, quatenùs vno tempore vel menſe quàm alio carius locantur domus. Et in prædicto libello bene fuit inſertum ſine dolo vel culpa mea: nam ſi propter dolum vel culpã meã accidiſſet, quod ego habitare fuiſſem impeditus, non poſſem ex illa cauſa agere contra locatorem, vt ff. de neg. geſt. l. ſi ne hæreditaria. Iſtud autem videtur accidere propter meam culpam, ſi impediẽs hoc faciat propter inimicitias quas mecum habet vt ſuprà not. in ij. cap. actionis ex locato. TERTIVM CAPVT Actionis ex conducto, datur ad reficiendũ. & in eo formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. ꝙ R. locauit mihi talẽ domũ ſitã in tali loco, pro mercede x. lib tur. quas ei ſolui. vel paratꝰ ſum ſoluere, quæ domus poſt prædictã locationẽ contra-

ctá,cœpit egere tali refectione,puta, vt ſarcitētur tecta vel talis paries adaptetur, qui minatur ruinam.Vnde cum dictam domum nō poſſem commodè habitare niſi prædicta reficiantur,quæ breui tempore poſſunt refici,Ago contra dictū R.vt prædictam refectionem faciat, quod ſi nō fecerit Vobis domine iudex ſupplico,vt ad intereſſe meū quod æſtimo tribus libris Turonen.mihi præſtandum dictum Ro.per diffinitiuam ſententiam condemnetis.Et probatur iſte libellus ff.loc.l.ex conducto.Et ſcias,quòd bene inſeritur in prædicto libello,domum egere cœpiſſe,poſt prædictam locationem cōtractam,refectione:quia ſi tempore locationis ædes minarentur ruinam non poſſet inquilinus agere,vt dictæ ædes reficerētur:imputaretur enim ei cur tales ædes conduxiſſet, vt ff.de dam.infect.l.qui bona fide. §. de illo. Item,bene inſeritur, non poſſum commodè &c. quia ſi,non obſtante hoc, quod domus refectionem indiget, poſſum commodè dictam domum habitare, niſi intereſſe mea,vt domus reficeretur,vnde nō poſſum egere.Item bene inſeritur quæ breui tempore &c. quia ſi longum tempus expeteret prædicta refectio,vt verbi gratia, ponam,quod nō poſſet refici intra tempora locationis, fruſtra ageret conductor,vt reficeretur domus conducta, vtpote, quia dicta refectio non poſſet perfici ita cito, intra tēpus quod debet inhabitare,quòd ex dicta refectione aliquādo cōmoditatem ſentiret,& ſic non intereſſe ſua, vt dicta domus reficiatur hoc caſu,ſed cōductor poterit hoc caſu à cōductione diſcedere & agere ex cōducto ad mercedis exonerationē pro tempore quo non poteſt cōmodè habitare,vt ff. loca.l.qui inſulā,&c.loca l.ædem.Idē eſt etiam vt poſſit agere ad exonerationem mercedis, quāuis intra tempora locationis dicta refectio poſſit fieri, vtpote, ſi reficiatur principaliter locus cœnaculi,qui locus conductori valde neceſſarius eſt ad habitandum.Nam in illo caſu, quia magnam commoditatem ſuſtineret conductor ex refectione, ipſe, ſi vult poteſt migrare à domo & agere ad exonerationem penſionis,vt ff. locati.l.habitatores. Sed & cōductor in hoc caſu ſi vult prędictā incōmoditatem ſuſtinere,poterit agere ſi vult, vt reficiatur domus:quia intra tēpus conductionis poterit prædicta refectio perfici Et hoc verum, nec hoc videlicèt quòd conductor poſſit migrare, & agere ad exonerationem mercedis, quod interdū eſt in ſui fauorem,retorquebitur in ſui læſionem, quod non debet eſſe,vt ff. de leg.& ſenat.conſult.l. nulla. & ff. de mino.l.ſi iudex. Si ergo domus egeat tali refectione quæ intra tempora locationis locationis poſſit fieri, & poſſit dicta refectio ſine magno incōmodo cōductoris fieri,habet vnicā viam, vt agat ex conducto,vt dicta refectio fiat:nec propter hoc poteſt migrare & agere ad exonerationem mercedis, & ſic poteſt intelligi dicta l.ex conducto. Si autem dicta refectio poſſit fieri intra tempus cōductionis, ſed non ſine magno incommodo inquilini,habet duplicē viā,vel quod poſſet migrare, & agere ad exonerationē mercedis, vel quod agat ex conducto, vt domus reficiatur, vt ſuprà not. & ſic poteſt intelligi dicta lex, habitatores. Si autem dicta refectio non poſſit fieri intra tēpus locationis,tunc non habet niſi vnicā viā,videlicèt quòd poſſet migrare & agere ad exonerationē pēſionis, imò ſi nō vellet migrare dominus, expelleret eum, vel per actionē ex locato,vt in quarto capite eiuſdem actionis not.vel fortā ſua autoritate. & ſic poteſt intelligi C. loca.ædē. Illud autem ſcias, quod ſi conductor vſus fuerit domo quæ refectiōe indigebat, perinde ac ſi nō indigeret quod non tenetur ad ſolidā mercedē, vt ff.loc.l. quod ſi dominus. Itē,ſi conductor ex apparenti cauſa, quāuis nō vera migraſſet,poteſt petere exonerationem.Si autem cauſa timoris nō eſſet iuſta,non poſſet petere exonerationem,vt ff. loca.l.habitatores.in fine. QVARTVM CAPVT actionis ex cōducto, datur vt vſus inſtrumentorum præſtetur conductori,& in rotra formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex,ego Ioan.de Bla.quòd Ro. locauit mihi talem fundum,ſitum in tali loco,in quo creſcunt vineæ & oliuæ pro mercede x.lib. Turonen.quas ei ſolui,vel ſoluere paratus ſum. Verū cùm dictus R.non præſtet mihi vſum doliorum,in quibus vuas prædicti fundi poſsim colligere. Item, cùm non præſtet mihi prælum in quo poſsim oliuas prædicti fundi premere. Item cùm non præſtet mihi vſum talium vaſorum oleariorum, quibus indigeo, vt in eis oleum colligam, cùm prædicta inſtrumēta habeat dictus Roderius ad opus prædicti prædij quem conduxi, deputata, Ago contra prædictum R.vt vſum prædictorū inſtrumentorum mihi præſtet,quod ſi facere noluerit, Vobis domine iudex ſupplico,vt dictum Rod.ad intereſſe meum mihi præſtandum quod eſtimo v. lib. Tur. per diffinitiuam ſententiam condemnetis.Et probatur iſte libellus ff.loc.l.ſi ædes.§.illud.Et ſcias, quod bene inſeratur in ſuperiori libello me ſoluiſſe, vel ſoluere paratus eſſe mercedem,quia aliter non poſſem ego agere ex conducto, ad inſtar emptoris, qui non poteſt agere ex empto,niſi pretium ſoluerit,vel paratus ſit ſoluere,vt ff.de act.empt.l.Iulianus.§.offerri.Et bene inſeritur in ſuperiori libello. Cùm prædicta inſtrumenta habeat ad opus prædicti fundi deputata,quia ſi non haberet dicta inſtrumenta, vel ſi haberet & non eſſent perpetuò deputata,ad opus prædicti fundi non teneretur vſum prædicti inſtrumenti mihi præſtare,vt argu. ff.de act.emp.l. fundi.§.Labeo.& §.penul.& vlti. Et ita intelligo prædictum §.illud.In iſto tamen caſu differt.contràctus locationis à contractu venditionis, quia quāuis in locādo prædio non dictū ſit de inſtrumentis prædij, locator tamē debet præſtare dicta inſtrumenta quantùm ad vſum conductori, & quamuis terre non fuerint affixa, vt in prædicto §.illud. Venditor autem nō tenetur præſtare inſtrumēta emptori,niſi eſſet ſolo affixa,vel niſi ſuper his præſtandis eſſet ſpecialiter conuentum,vt ff.de actio. empt. l.fundi. circa principium.& eſt ratio, quia locatione non ſolet transferri dominium,vt ff.locati.l.non ſolet. Vnde locator non multùm grauatur, ſi prædictorum inſtrumentorum præſtet vſum conductori. QVINTVM CAPVT actionis ex conducto,datur ad damnum reſarciendum,quod dedit res conducta. Et habet duo membra,quia aut conducitur res certa,& non tenetur, niſi ſcienter locauerit, & tunc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex,ego Ioan.de Bla.quòd Ro.locauit ſcienter mihi ignoranti talē equum calcitroſum, pro mercede decē ſolid.Turonen.quā pecuniam prædicto Rode. ſolui.Vnde cùm prædictus equus

mihi

mihi dederit tale damnum, quia recalcitrando à nullo inſtigatus interfecit tale aliquid meũ, quod damnum æſtimo decem libr. Turoñ. Ago contra dictum Ro. vt mihi reddat decem libras Turoñ. Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et hoc eſt verum, quòd locator tunc demum tenetur, quando ſcienter locauit equum vitioſum, vel ſeruum incertum. Si aliquis locaſſet incertum ſeruum, & quamuis conductori ignoranter traderet vitioſum, vt pura, furem teneretur ex culpa quia malui in eligendo in culpa fuiſſe. & tunc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd ego conduxi à Ro. vnum de ſeruis ſuis, quem mihi vellet tradere, vt duceret mulum meum pro mercede viginti ſolid. Turoñ. quam ſolui prædicto Roderio, qui talem de ſuis ſeruis elegit, & eum mihi præſtitit, vt mulum meum duceret, per cuius ſerui negligentiam ſiue dolum, meus mulus quem æſtimabam decem libras Turoñ. periit. Vnde cùm prædictus Roderius locator talem ſeruum eligendo, vt mihi conductori ad ducendum mulum meum præſtaret, in culpa fuerit, quia mulum elegit. Ago cõtra dictum Roderium, vt damni æſtimatione videlicet decẽ lib. tur. quòd damnum ſuſtinui per dolum, vel culpa prædicti ſerui mihi præſtet. Vobiſque domine iudex &c. Et probantur prædicta ff. locati. lege ſi tibi domum. §. vltimo. & lege cùm in plures. & §. ſeruum. Ex dictis enim iuribus paret illa diſtinctio, quia ſi quis locauit rem incertã vitioſamque conductori præſtiterit, quòd ipſe tenetur, quamuis vitium ignorauit, quia in culpa fuit malè eligendo rem quam conductori præſtitit. Si autem rem certam vitioſam locauit. tunc demum teneretur ſi ſciens fuerit, ſed hoc fallit in vaſe vitioſo locato, quia locator ex hoc tenetur, & quamuis ignarus fuerit etiam ad totũ intereſſe. Vnde hoc caſu conductor ita poteſt formare libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd Roderius locauit mihi tale vas, pro penſione decem ſolid. turoñ. quos ei ſolui. Vnde cùm dictum vas eſſet vitioſum eo quòd putrefactum erat adeò quòd vinum non poſſet continere: & per dictum vitiũ viginti corbes vini quas in dicto vaſe repoſui, effluxerunt, in quo damnificatus ſum in decem libris Turoñ. Ago contra dictum Roderium, vt mihi decem libras turoñ. reddat, Vobiſque domine iudex &c. Vnde in prædicto libello non eſt neceſſe dicere, quòd dictum vas ſciens locauerit, vt ff. loca. leg. ſi ædes. §. ſi quis dolia. In ſaltu verò paſcuo locato, in quo herba peſtifera creſcebat, ex qua mortua ſunt animalia conductoris, quæ in eo paſcebantur, ita diſtinguitur, quòd ſi ſcienter locauit, locator tenetur conductori ad omne intereſſe, ſi ignoranter non poteſt petere penſionem, vt in d. §. ſi quis dolia. Sed ſi conductor iam ſoluiſſet pẽſionem locatori, nunquid poſſet eam conductor repetere? Et credo quòd ſic per conditionem indebiti, quia tutus exceptione perpetua & fauorabili ſoluit, vt ff de condi. indeb leg. qui exceptionem. Vel veriùs dic, quòd penſio ſoluta repetetur per actionem ex conducto, vt dicta lege ſi ædes. §. ſi quis cum in annum. Vel potes dicere, quòd repetitur per conditionem indebiti, nec obſtat d. §. cùm in annum: quia ibi non errauit plus dando. Caſus enim incendij ad hoc nõ extiterat, ſed hic errauit, quin caſus quare non tenebatur dare, vide

T. de Action.

licet quòd herba mala erat in ſaltu tempore ſolutionis extabat. Et quare in prædictis penſionibus dixi me ſoluiſſe penſionem, dic vt proximo caſu ſupra not. Itẽ, in primo libello iſtius capitis bene inſertum fuit, dictum equum nullo inſtigatum, quia ſi inſtigatus vel dolo incitatus, calce percuſsiſſet, de hoc non teneretur locator, vt arg. ff. ſi quadrupes pau. fe. di. l. prima. §. ſed ſi canis. in fin. §. generaliter. SEXTVM CAPVT actionis ex conducto, datur ad exhibendum, & in eo ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd R. locauit mihi talia horrea pro mercede vij. tur. libras, quas ei ſolui, quibus horreis cuſtodiendis, me ſciẽte, tales cuſtodes adpoſuit. Verùm cum dolo vel culpa duorum cuſtodum dicta horrea effracta ſint. Ago contra dictũ Rich. vt mihi dictos cuſtodes exhibeat, quod ſi facere noluerit, Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad intereſſe meum, quòd æſtimo x. libris Turoñ. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Sic igitur ſi me ſciente appoſuit cuſtodes horreis, vel periculo cuſtodiæ renuntiauerit, non teneretur locator, niſi vt exhibeat cuſtodes, vt C. loca. l. ex diui Pii. Dic de hoc, vt notatur ibi ff. locati. l. dominus. SEPTIMVM CAPVT actionis ex conducto, datur ad damnum reſarciendum, quòd fuit datum per culpam vel dolum ipſius locatoris, quando res contracta eſt, pro qua locator tacitè tenetur de cuſtodia, vt ſi condu. i horrea tua, tacitè teneris vt horrea cuſtodias: ita quòd ſi extra caſum fortuitum aliquod damnum ſuſtinui in horreis per dolum, vel latam culpam, vel leuem, locator tenetur ad illud damnum reſarciendum, vt C. loca. l. dominus horreorum. & l. in iudicio. & ita formatur libel. hoc caſu. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioann. de Bla. quòd R. locauit mihi talia ſua horrea vſque ad annum pro mercede vj. libr. Turoñ. quam mercedem ſolui dicto R. Vnde cũ per dolum vel culpam latam, vel leuem prædicti R. mihi ſubreptæ ſint tales res in dictis horreis, quas res æſtimo x. libris turoñ. Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur iſte libellus ex prędictis iuribus. Si autem mercedem ſpecialiter pro cuſtodia locator receperit, vel expreſſè cuſtodiam rei promiſerit, teneretur de leuiſsima culpa, vt ff. loca. l. quod ſi mercedem. & ſup. de empt. & ven. §. quod ſi fregerit. & facit ad prædicta, quod locator teneatur tacitè de cuſtodia, quamuis ſpecialiter de cuſtodia non recipiat mercedem ff. nautæ, cau. ſta. l. nautæ. OCTAVVM CAPVT datur ad recuperandas expenſas, quas quis fecit in re conducta. & in eo ita formatur libell9. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Blana. quòd R. locauit mihi talem domum vſque ad annum, pro mercede x. lib. turoñ. quas ei ſolui. Verùm cum in dicta domo vj libras turoñ neceſſario expenderim, quia dictam pecuniam expendi in faciendo talem parietem, qui niſi refectus eſſet, domus dicta corruiſſet. Ago contra dictum R. vt ſex libras turoñ. mihi reddat: Vobiſque domine iudex &c. Et probatur dictus libellus ff. loca. l. dominus horreorũ. §. vltimo. & l. penul. Quæ ſint expenſæ neceſſariæ vel vtiles, dic vt ff. de ver. ſig. l. impenſæ. NONVM CAPVT actionis ex conducto, datur vt liceat tollere adiecta rei cõductæ, & ita in eo formatur libel. LIBELLVS Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla quòd R.

 locauit

locauit mihi talem domum vſque ad annum, pro mercede x.librarum tur.quas ei ſolui. Vnde cùm dictæ domui adiecerim tale meum oſtium, nec dictus Roderius dictum oſtium permittat me tollere, Ago contra dictum R. vt facultatem mihi faciat tollendi oſtium prædictũ: quòd ſi facere noluerit, Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium ad intereſſe meum mihi præſtandum, quòd æſtimo x.libris Turoñ.per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur libellus ff.loca.l.ſed addes.§.inquilinus. Item, ex illo capite agitur, vt res inuectas tollere liceat, in qua actione etiam venit, ſi introitus ſibi anguſtatus fuerit, itaque res inuecta non poſsit tolli, nec liceat eum elargiri, & in hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Io.de Bla. quòd R.locauit mihi talem domum, pro penſione x.lib.Turoñ.quas dicto Roderio ſolui, in domumque dictam arcam cameratam induxi, quã arcam ex prædicta domo non poſſum extrahere, cùm introitus domus ita fuerit per dominum domus anguſtatus, quòd dicta arca extrahi non poteſt. Vnde ago contra dictum R. vt mihi faciat facultatem extrahendi dictam arcam de prædicta domo, & introitum elargiendo ſumptibus meis, ita quòd dictam arcam poſsim extrahere: Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R.ſi prædicta facere noluerit, per diffinitiuam ſententiam condemnetis, ad meum intereſſe mihi præſtandum, quòd æſtimo x.libris Turoñ. Et probatur ille libellus in prædicta lege, ſecunda.l.ſed addes.§.inquilinus. Et bene fit ſupplicatio in prædicto libello, vt fiat condemnatio ad intereſſe, ad inſtar actionis ex empto, vt ff.de ac.le.j. & vidiſti ſuprà in primo cap.iſtius actionis. Sed certè non video rationem quare non poſsit ſupplicari, vt fiat condemnatio in tantum, in quantum actor iurauerit in litem, & vt ita poſsit dici in pluribus petitionibus ſuprà formatis. Iſta clauſula quæ ſequitur, poſsit ſuperioribus petitionibus adiungi, quòd ſi facere noluerit: Vobiſque domine iudex ſupplico vt dictum R.in tantum, in quantum iurauero per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Nam cùm actio ex conducto ſit bonæ fidei, vt infrà eo.§.actionum.in ea poterit in litem iurare, vt ff.de iu litem iur.l.in actionibus. & ff.loca.l.ſi cui.§.primo. DECIMVM CAPVT Actionis ex conducto, datur ad hoc vt locator agat, vel actionem cedat, & in illo caſu ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan.de Bla.quòd R.locauit mihi talem fundum vſque ad annum pro mercede trium librarum Tur. Hoc actio etiam vt vnica pars fructuũ, qui naſcerentur in prædicto fundo eſſent prædicti R. Dictam vero mercedem ſolui prædicto R. Vnde cùm Titius meſſem maturam ex prædicto fundo ſuſtulit, & ſic pro meſſæ prædicto R. domino & locatori prædicti fundi competat conditio furtiua. Ago contra dictum R. vt mihi cedat conditionem furtiuam quæ ſibi competit contra Titium, vel vt agat contra Titium conditione furtiua, & quod conſequutus fuerit, mihi reddat, quę ſi facere noluerit, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R.ad intereſſe meum, quod æſtimo x.libr.Turonen.per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur iſte libellus ff.loca.l. cùm in plures. §. meſſem. Et iſtud auxilium eſt potiſsimum neceſſarium ipſi colono, quando impeditur fundum conductum colere, nam tunc videtur quod nullum auxilium ſibi competat, vt ſuprà in primo capitulo actionis ex locato notaui. Nam cùm non habeat aliquod remedium cõtra impedientẽ, aget tñ cõtra locatorẽ ex cõducto vt ille agat cõtra impedientẽ vel interdicto vti poſsidetis, vel interdicto vnde vi, ſecundũ quãtitatẽ facti. nã qui impedit colonũ, dominũ videtur impedire, cùm dominus per corpus coloni poſsideat, vt ff.de vi & vi arma.l.vlti. Et ſcias, quòd bene inſeritur in ſuperiori petitione, pro mercede trium librarum turoñ. quia ſine pecunia non eſt locatio, vt ſuprà in prin.ca.actionis ex conducto notaui. Sic bene inſeritur, hoc acto, vt vnica pars fructuum eſſet prædicti R. & ſic in locationis contractu pactum fuit appoſitum, quòd vnica pars fructuum eſſet prædicti R. Si enim ego nummis ſolum colerem, non indigerem actione ex conducto, vt R. prædictus conditione furtiua ageret, quia incontinenti quòd meſsis eſſet ſeparata à terra, eſſet mea, & intentare poſſem conditionem furtiuam, & actionem furti, vt ff.de furtis.l.ſi apes.§.vlt. Et ideò poſui in ſuperiori petitione exemplum in me partiario colono, & ſcias quòd cautè poſui, dediſſe me tres libras pro mercede ad oſtendendum, quòd non eram purè partiarius colonus, quia ſi purè eſſem partiarius colonus, non darem pecuniam, imò inter me & dominum fructus diuiderentur iure ſocietatis. Vnde ſi pecuniam non darem, non eſſet locatio, vt ſuprà notatur, & non competeret actio ex conducto mihi, imò actio pro ſocio, vt ff.loca. l.non merces.§.apparet, & ſic in §.meſſem.debet poni caſus ſiue exemplum, videlicet in tali conductore, qui partim pecunia colat, partim ſit partiarius colonus. Aliter non poſſet dictus §. ſuſtineri propter diuerſa iura repugnantia. Item bene inſeritur in ſuperiori petitione, ſub diſiunctione, vel vt cedat mihi actionem, vel vt agat, quia quotiens quis tenetur propter hoc, quòd actionem habet, ſatis eſt ſi actionem cedat, vt ff.de pecul.l. quod debetur. Quare autem in ſuperiori petitione inſerui, me penſionem ſoluiſſe, recurre ad hoc, quod notatur ſuprà in quarto capitulo iſtius actionis. Interdum tamen & quàmuis merces domino ſoluatur, vt puta, quia iuſta de cauſa, forſan propter ſterilitatem remiſit eam locator, nihilominus ex conducto agitur, vt ff. de pactis. lege ſi conuenerit. & ff. loca. lege ſi tibi habitationem.

DE ACTIONE FVRTI
MANIFESTI.

Ex maleficiis &c. videndum eſt qualiter eſt qualiter ſuper actione furti manifeſti formatur petitio, & certè in ea ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan.de Bla.quòd Roderius furatus eſt mihi talem equum meum valentem x.lib.tur. quẽ promiſerã dare Titio tali die ſub pœna x.lib.tur. Vnde cũ dictus R. antequã peruenit ad locum illum quo deſtinau in illo die manere, cũ eo viſus fuerit tenens rem furtiuam, vel etiam deprehenſus. Itẽ, cum occaſione prædicti furti dictum equum non potuerim dare Titio dicta die, & ita in pœnam inciderim x.libr.Tur. Ago contra dictum R. vt quadruplum æſtimationis equi, & quadruplũ pœnę promiſſę mihi reddat. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictũ R. ad quadruplũ æſtimationis equi

equi & pœnæ promiſſæ mihi reſtituendū, per diffinitiuā ſenteotiā condēnetis. Et probatur ille libellus ff. de furt. l. iij. & iiij. & ſuprà de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. §. manifeſtus. Et ſub breuiloquio comprehendi in illa petitione ſub verbo furatus eſt, omnia quæ exiguntur ad hoc quod furtum ſit, vnde naſcitur actio furti, ſiue omnia quæ ponuntur in diffinitione furti, vt ff. de furt. l. prima. §. vlti. Et recurre ad hoc quod notaui ſuprà eo. §. ſit itaque ſuper conditione furtiua. Et bene inſeritur viſus, vel etiam deprehenſus, quia alterum iſtorū ſufficit ad hoc quòd ſit fur manifeſtus, vt in §. allegato, manifeſtus. Niſi in caſu, quando dominus videns furem ſurripientem, abſcondit ſe, ne occideretur à fure, nam in hoc caſu non erit fur manifeſtus ſola viſione, niſi deprehenſus fuerit, vt ff. de fur. l. ſi quis in ſeruiture. §. vlti. Et ſcias, quòd in prædicta petitione bene petitur quadruplum æſtimationis rei. Item, quadruplum pœnæ commiſſæ, nam quia in dicta petitione inſerui me eſſe dominum prædicti equi ſurrepti, apparet quòd actio furti mihi competit ratione dominij, vnde æſtimatio rei debet quadruplicari, vt ff. de furt. l. ſi vendidero. §. cum autem & l. furtiuam ancillam. Et eſt verū, quòd æſtimatio cōmunis rei quadruplicabitur, ſed ſingulare ad intereſſe nō quadruplicabitur, vt ff. de fur. l. ſi fur. Intereſſe tñ extrinſecū vt pœna cōmiſſa bene quadruplicabitur, vt ff. de fur. l. inficiādo. §. ſūma in re cōtēta, vtputa ſi qs ſurripiat mihi tabulas & nō habebat alias ſufficiētes ꝓbationes debiti, nā ſūma cōtenta io dict. tab. quadruplicabitur, vt ff. de fur. l. qui tabulas. Quando actio furti datur ei cuius intereſt, vt bonæ fidei poſſeſſori vel creditori, & ita ratione intereſſe tantùm non quadruplicabitur, vel oon æſtimatur niſi ioterеſſe, vt prædictis ll. vt ff. de furt. l. furtiuam ancillam, & lege ſi vendidero. §. cùm autem. & tunc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd talis equus erat mihi pignori obligatus pro x. à Titio debitore meo, quem equum ſine culpa mea Rode. mihi furtiuè ſubtraxit. Vnde cùm dictus R. antequàm veniret ad locum illum, quod deſtinauerat eo die manere, cum furto viſus fuerit tenens rem furtiuam, vel etiam deprehenſus, & mea intereſſit in x. dictum pignus habere. Ago contra dictum R vt quadruplum mei intereſſe, videlicet xl. mihi det, Vobiſque domine iudex &c. Et declaratur libellus iſte per dicta iam, Sic igitur creditor agit ad id quod ſua intereſt, vt quadruplicetur videlicet credito tenus, & hoc illa ratione, quia ſine culpa creditoris fuit pignus ſubreptū: alioquin ſi culpa creditoris interueniſſet, teneretur creditor debitori, ad reſtituendum pigous ſoluta pecunia: pignorātia actione: & tunc quia in totam ſummam pignoris intereſſet creditoris vt pignus haberet, tota ſumma pignoris hoc caſu veniret in actionem furti manifeſti quadruplanda, vt ff. de furt. lege eum qui amit. §. idem ſcripſit, & de hoc dic vt ibi notatur. Et ſcias, quòd intereſſe quod venit duplandum in actione furti mnanifeſti, æſtimatur ex damno non ex lucro: & ratio intereſſe quod quis vſucepiſſe potuiſſet non æſtimatur, vt ff. de furt. lege ſi is cui. §. vltimo. Quia autem ſunt duo qui poſſunt agere furtiua, dic vt ſuprà de obligatio. quæ ex delic. naſ. §. furti. & §. ſequen. vſque ad §. in ſumma.

T. de Action.

DE ACTIONE FVRTI NON MANIFESTI.

POſtmodum videndum eſt, qualiter formatur libellus in actioue furti non manifeſti. Et certè in hac actioue proinde formatur libell⁹ vt io actione furti manifeſti, hoc excepto, quod oon agitur ad quadruplū, ſed ſolum ad duplum. Item, non oportet dicere furem fuiſſe viſum vel deprehenſum. Vnde in hac actione ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioannes de Blan. quòd Roderius furatus eſt mixi talem equum meum, quem æſtimo decem libris turoñ. Vnde ago contra dictum Roderium vt duplum æſtimationis prædicti videlicet xx. libras turoñ. mihi det: Vobiſque domine iudex &c. Et declaratur ille libellus per iam allegata ſuprà in proximo libello. Item, per hanc actionem, poteſt peti duplum pœnæ commiſſæ, ſicut per actionem furti manifeſti, quadruplū pœnæ commiſſæ, vt ſuprà proximè vidiſti. Item, quando actio iſta furti non manifeſti, datur ratione intereſſe, ſolum intereſſe duplicatur, ſicut in actione furti manifeſti, quando datur ratione intereſſe, ipſum ſolum quadruplicatur, vt ſuprà proximo notatur. Et ſcias, quòd is etiam qui opem tulit, tenetur actione furti non manifeſti. Item, is qui præſtitit conſilium, quando fur non erat aliàs ſurrepturus, vt ff. de furt. l. qui opem. & l. qui ſeruo. & ſuprà de obligat. quæ ex delic. naſc. §. aut niſi. in fine. Et ſcias quòd pro libera perſona poteſt agi actione furti manifeſti vel non manifeſti, ſi dicta libera perſona ſurrepta fuerit, & agitur ab eo qui dictam liberam perſonam habet in poteſtate. Vnde pater aget pro filio ſurrepto, non mater, & duplicabitur vel quadruplicabitur æſtimatio operarum, quibus pater caruit. Nam ipſum liberum corpus non duplicabitur, cùm æſtimationem non accipiat, vt ſuprà de obliga. quę ex delic. naſcun. §. interdum. & ff. de furtis. lege mater. & ff. de his qui deie. vel effu. lege vlt. Et ex his quæ dixi de furto manifeſto, ſiue de actione furti manifeſti apparet actionis natura furti non manifeſti. ff. de furt. le. non manifeſtum. ideò ſuper ea ad præſens ſuperſedeo. Ideò breuiter de iſtis duabus actionibus tractaui, quia aduocati parum luctantur in eis, & quia de his quàm pleniſſime notatum eſt per dominum Azonem in ſumma. §. de furti. QVÆSTIO. Sed circa iſtam materiam volo quærere tres quæſtiones. Prima erit de iuris ſubtilitate, aliæ duæ erunt de facto. Primò igitur quæritur: Aliquis ſurripuit mihi codicem hodie, iſta eadem die deſtinauit ire ad talem locum, & ibi cum furto manere, antequàm viſus ſit ab aliquo, tenens rem furtiuam, & antequàm veniat ad locum deſtinatum quàm diu erat in itinere. Eſt in quæſtione. Vtrùm ſit fur manifeſtus, vel non manifeſtus? Et certè non videtur fur manifeſtus, quia adhuc non erat viſus vel deprehenſus. & ita cùm vnum ex iſtis duobus exigatur ad hoc, quòd ſit fur manifeſtus, vt ſuprà de obliga. quæ ex delic. naſcun. §. manifeſtus. & ita reſtat, videtur quòd non ſit fur manifeſtus, & ita reſtat, quòd non ſit manifeſtus, vt ff. de furtis. l. nec manifeſtum. Sed quòd ſit fur non manifeſtus, oſtenditur. Nam iſte ſi deprehendatur antequàm ad locum deſtinatum perueniat, fur manifeſtus eſt, vt ff. de furtio. lege iij & iiij. ſi

ergo fur non manifeſtus. Iam poſſet caſus cõtingere, quod idem eſſet fur manifeſtus & non manifeſtus, quod eſſet inconueniens cum ſint contraria, vt prædicta l. nec manifeſtum. Item ſi eſt fur non manifeſtus, ergo actio furti non manifeſti eſt nata ſed ſi eſſet nata, non poſtmodum poſſet naſci poſſet actio furti manifeſti, quod falſum eſt, quia ſi deprehendatur antequàm veniat ad locum deſtinatum, eſſet fur manifeſtus, vt ſup. nota. Et quod ſi eſſet nata actio furti non manifeſti, quod non poſſet poſtmodum naſci actio furti manifeſti probatur ff. de furt. lege quoduis. Item, ſi deprehenſus eſt manifeſtus, ergo ante nunquam fuit fur non manifeſtus: cùm ſi fuiſſet fur non manifeſtus, nunquam deſineret teneri actione furti non manifeſti, vt ſuprà declaratum eſt. Dicas ad prædictam quæſtionem, quòd interim eſt fur non manifeſtus, ſed quando fuerit viſus vel deprehenſus, efficitur manifeſtus, ita quòd ille effectus retro trahitur, & non videtur fuiſſe non manifeſtus, vt in pecunia legata quæ interim eſt legatarij, antequàm repudiet eam, ſed quando repudiauit eam legatarius retro videtur fuiſſe ipſius hæredis, vt ff. ſi certum petatur. lege proinde. Sic igitur in propoſito dicendum eſt, vt ſi fur viſus fuerit vel deprehenſus, quòd ille effectus retro trahatur, vt dictus fur nunquàm videatur fuiſſe non manifeſtus, ſed ſemper manifeſtus. Non obſtat quòd obiicitur, quòd ſit fur non manifeſtus, ergo actio furti non manifeſti eſt nata, & ſi eſt nata, nunquàm poſtmodum naſci poteſt actio furti manifeſti, quia dico quòd verum eſt, quòd nunquàm poſtmodum poſſet naſci actio furti, niſi effectus ipſe retro trahatur, qui facit videri nunquàm furem fuiſſe non manifeſtum, nec vnquàm actionem furti non manifeſti natam fuiſſe videri. Item, non ſequitur quòd idem ſit fur manifeſtus, & non manifeſtus, quia ſi deprehendatur vel videtur, retro ſemper fuiſſe manifeſtus videtur, & nunquam non manifeſtus. QVÆSTIO. Secundò quæritur, & poſſet vtilis eſſe quæſtio de facto. Surreptus eſt mihi codex à Titio qui effugit dicitur mihi quòd dictus Titius, dictum codicem in domo depoſuit talis fœneratoris, furſan pignori obligauit. Venio ad fœneratorem, & ita dico ei, Domine dicitur quòd Titius depoſuit penes vos, vel forſan pignori obligauit talem codicem quem mihi ſubtraxit. Dicit fœnerator, neſcio quid dicis. Nunquid in hoc caſu potero habere auxilium aliquod, vel officium iudicis, vel aliud auxilium, vt mihi liceat quærere per ſecreta domus dicti fœneratoris, vtrum codex ſit ibi vel non? Et videtur caſus legis quòd non habeam aliquod auxilium, ſuprà de obliga. quæ ex deli. naſcun. §. ſed ex actiones. ibi, cùm enim requiſitio rei furtiuæ &c. Videtur enim iniquum quòd mihi præſtaretur facultas quærendi per domum dicti fœneratoris, quia iſto modo ſecreta domus ſuæ mihi fierent aperta, Itẽ forſan iſto modo detegeretur vtilitas, vel paupertas dicti fœneratoris quod eſſet inconueniens, vt C. quãdo & quibus quarta pars in bonis decu. debe. l. ij. Et poſſet dici ad prædictam quæſtionem, quòd iudex ſummatim cognoſcet vtrùm ſit aliquod argumentum, vel aliquod iudicium per quod taliter qualiter præſumatur dictum Titium depoſuiſſe penes dictum fœneratorem dictum codicem, forſan quia hoſpitiũ eius frequentabat, vel erat cõpater eius, vel quia non habebat aliũ notum in ciuitate: præmiſſa ſũmaria cognitione ſi aliquod leue argumentum vel indicium inueniat pro me iudex ipſe mihi ſubueniens ex officio ſuo mittendo nuntium, vel perſonaliter eundo ad domum dicti fœnatoris faciet facultatem mihi quærendi per ſecreta loca domus vtrùm dictus codex ſit ibi: quòd ſi fœnerator nolit hoc facere, compelletur ad hoc multa indicta, vel captis pignorib. & facit ad hoc ff. ad exhiben. lege tertia. §. ſciendum. & ff. ſi ſeruus fug. l. diuus. Poſſet tamen antequàm mihi detur facultas quærendi per domum dicti fœneratoris, exigere ſacramẽtum calumniæ, quòd non hoc pero animo calumniandi, vt ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis. §. exigitur. & ita poteſt dici de æquitate, quàmuis de rigore videatur durum non obſtat. §. ſed hæ. Quia verum eſt, quòd requiſitio eſt ſublata ſecundùm veterem morem tamen ſecundùm hodiernam obſeruationem bene poteſt fieri dicta requiſitio. Itẽ non obſtat, quod durum videtur quòd detegantur ſecreta domus, quia verum eſt, quòd non debent detegi, niſi cum cauſas, vt in lege ſecunda. C. quando & quibus quarta pars in bo. decu. debe. Et hæc fuit cauſa quare debuit fieri. QVÆSTIO. Tertiò, quæſtio talis eſt: Vos ſcitis quòd de furto poteſt agi ciuiliter contra furem ad pœnam dupli vel quadrupli. Item, fur poteſt ex furto accuſari, vt ei pena extraordinaria imponatur, vt ff. de furtis, lege vltima. Modò ita contigit, quòd ego accuſabam aliquem de furto, vt ei legitima pœna imponeretur, quia dicebam quòd talis meum codicem ſurrepſerat: bene probaui intentionem meam. Modo quæritur, Vtrùm iudex ferendo ſententiam ſuper accuſatione debeat pronuntiare, nihilominùs prædictum codicem eſſe mihi reſtituendum? Et videtur quod ſic per caſum l. ff. de furt. l. interdum. §. quòd furem. Contrarium videtur, quia ego non egi vt mihi reſtitueretur res, ſed ſolùm vt pœna legitima imponetur furi Cùm ergo non egi ad rei æſtimationem, non videtur ſuper hoc pronunciandum, vt C. cõmuni diui. l. vt fundus. & C. de fideicom. lib. le. ſi. Item, accuſatio præiudicat quantum ad exercitium actioni ciuili, vt ff. vi bo. rap. l. ſecunda. §. primo. Sed ſi pronuntiaretur ſuper re reſtituenda, iam non fieret præiudicium per accuſationem actioni ciuili, quòd eſſet inconueniens Vnde reſtat non eſſe pronuntiandum ſuper reſtitutione rei ſiue codicis, quod concedo. Non obſtat. §. qui furem, quia ibi ita fuit iudicatum de facto, non ſecundùm ordinem iuris, quia factum erat ibi notorium, & inuenta fuit res furtiua cum fure, & ſic iudex eam iuſſit reſtitui illi cui furtum factum erat ex officio ſuo. Vnde tale exemplum non eſt trahendum ad conſequentiam, vt C. de ſen. & inter lo. iu. l. nemo. Et quòd in illo §. qui furem. non fuit actum ſecundũ iuris ordinem, iſtud ſatis apparet ex hoc, quòd actor propter hoc, quod ita ordinate proceſſum eſt, amittit etiam perſecutionem ciuilem, quia poſtquã furem ita authoritate propria duxit ad iudicẽ, & rem furtiuã recuperauit, actor non poteſt poſtmodũ agere ad pœnã ciuilem dupli vel quadrupli. quòd eſt notãdum in eo caſu, quia re habita ita ordinato modo præiudicatur actioni furti, cũ aliàs regulariter contrariũ cõtineat, quòd rei perſecutio nõ præiudicat actioni furti. vt ſuprà de obl. quæ ex delic. naſ. § . vl. Vltimò ſcias, quòd actio furti nõ manifeſti eſt ciuilis, vt infrà de noxa. §. ſunt autẽ. Actio autẽ furti

manifeſti

manifeſti eſt prætoria, vt ioſtà de perpe. & temp. act. §. furti quoque manifeſti.

DE ACTIONE VI BONORVM RAPTORVM.

vſ. VI autem bonorum Raptorum &c. Sequitur videre de actione vi booorum raptorum, & in ea ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioaones de Blanaſ. quòd R. doloſè rapuit à me talem meum equum, quem æſtimo x. libr. Toroñ. Vnde ago cootra dictum Rod. vt mihi dictum equum cum triplo æſtimationis quòd facit xxx. libr. Turon. reſtituat, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad reſtituendum mihi dictũ equnm, & vt det triplum æſtimationis prædicti equi, videlicet xxx. libras Turoñ. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Libellus iſte probatnr ſuprà vi bono. rapto. in princip. & ff. vi bon. rapt. l. prima. & io præſenti §. Et ſcias, quòd bene inſeritur in ſuperiori libel. doloſè aliter enim ſi rapuiſſet credens ſibi licere, non teneretnr vi bon. rapt. vt ff. vi boo. rapt. l. ij. §. in hac actione. Et bene petitur in ſuperiori libel. reſtitutio rei cum pœna tripli, quia actio vi bono. rapt. eſt in quadruplũ. Sed vnum ſimplum eſt, rei perſecutio, vt ex iuribus ſuprà allegatis patet. Et ſcias, poſtquàm in ſuperiori libel. petitur triplum, quòd bene inſeritur meum eſſe eqnum, nam ſi meus non eſſet dictus equus, ſed mihi commodatus ita vt mea intereſt equum non rapi, ſi io eo caſn dictus equus raperetur ſioe culpa mea commodatij, cõpeteret mihi actin vi bonorum raptorũ, vt mihi, reſtitueretur cum triplo æſtimationis intereſſe. Vnde nõ æſtimaretur dominium, ſed intereſſe, vt ff. vi bon. rapt. l. ſecunda. §. in hac actione. ibi, vt non dominium accipiamus. Et ſecundùm hoc ita formarut libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioan. de Blanaſ. quòd doloſè rapuit mihi talem equum commodarum mibi à Titio vt equitarem eum vſque ad talem locum. Vnde cùm dictus R. dictum equum rapuerit antequàm vſus eſſem dicto equo, & me interſit in x. ſolid. Turoñ. poſſe vti dicto equuo ad vſum ad quem mihi fuerit cõmodatus, Ago contra dictum R. vt mihi reſtituat dictum equum cum triplo intereſſe mei quod facit xxx. Turoñ. Vobíſque domine iudex ſupplico, &c. vt in ſuperinri lib. & ſic ſecundùm hoc reſtitutio eſſet ſimplum, quòd continet rei perſecotionem, triplicaretur verò intereſſe, quòd contioet pœnam, vt in prædicto §. in hac actione. Vel veriùs dic, qnod quadruplum intereſſe petatur, & vnum ſimplum illius qnadrupli ſit rei perſecutio, non autem rei reſtitutio. Vnde io ſuperioti li. ita debet inſeti illa clauſula, ago cõtra dictam R. vt intereſſe meum quadruplum, videlicet xl. ſoli. Turoo. mihi reſtituat, Vobiſque domine iudex ſuplico &c. Et probatur boc ff. quòd me. cau. l. ſi mulier. §. ſi poſſeſſionem. Item ſcias, quòd in prędicti petitiõe bene inſeritnr ſine culpa mea, quia ſi culpa mei commodatarii interuenißet. intereſſet mea rem commodatam habere in vniuerſa æſtimatione, eo quòd propter culpam meam teneret commodati. Et in hoc caſu ipſa res cum triplo æſtimatioois ipſius rei mihi eſſet reſtituenda. Vnde triplicaretur vel quadruplaretus hoc caſu vera rei æſtimatio, vt argu. ff. de furtis. l. idem ſcripſit. ſic igitur commodatarius poteſt agere vi bonorum raptorum. Sed quæritur vtrùm dominus rei habeat electionem, velit ne agere contra raptorem, vel cõtra commodatarium, vt in furto dicitur? Et dominus Azo videtur dicere in fin. ſummæ. C. vi booo. rapto. quòd pro rapina facta vni, non potes alius agere, quia iſtud non reperitur, quamuis ſecus ſit io furto, vt C. de furt. l. vlt. & ſuprà de obli. quæ ex delic. naſ. §. quæ de fullone. & ſic videtur ſentire dominus Azo, quod dominus non habebit prædictam electiooem. Et ſcias, quòd edictum de rapina non ſolùm conſulit pro rapta re, imò cõſulit pro damno dato hominibus collectis ad hoc, vt daretur damnum, & datnr in hoc caſu in quadruplum. & ſecundùm hoc. io boc caſu ita formatur lib. LIBELLVS. Dico domioe iudex, egn Ioannes de Blanaſ. quòd Roderius collectis talibus hominibus dedit, vel dari prucurauit fraudulenter tale damoum mihi fieri, quia ipſe cum hominibos collectis, vel homines collecti conſilio ſuo, interfecerunt talia animalia, quod damnum æſtimo x. libris Turoñ. Vnde contra dictum R. ago. vt quadruplum æſtimationis prædicti damni mihi reddat, videlicet xl. libras Turoñ. Vobíſque domioe iudex ſupplico &c. Et probatur iſte libellus ff. vi booo. rapto. l. ſecunda. Et nota, quòd beoè inſeritur in ſuperiori libel. collectis talibus bominibus ad hoc &c. quia ad hoc quòd ipſe teneatur in quadruplum pro tali damno, ſiue dederit ipſe damnum, ſiue non, dum tamen datum fuerit ab aliis quos collegit, oportet quòd doloſè ad hoc collegerit homines, & appellatinne hominum cullectorũ etiam vnicus homo collectus continetur. vt ff. vi bono. rapto. l. ſecunda. §. homioes. & quod dixi ſuprà de talibus hominibus &c, & ex abundanti dixi, quia forſan non opnrtet ſpecificare in petitione nominando homines collectos, vt arg. ff. vi bono. rapt. l. ſecunda. § hac actione. Et ita ex prædictis patet, quod ille qui collegit tenetur in quadruplum? ſed collectus tenetúr ne de damno dato, prædicta actione in factum ad quadruplum? & certè ſi ipſe dederit damnum, tenetur de omni damno, tàm obſidato quàm alio in quadruplum. & io hoc differt à principali perſona quę collegit, quia priocipalis perſona quæ collegit, tenetut de omni damno dato, ab hominibus quos collegit, etiam quãuis nullum damnum manu propria dederit, ſed collectus actione prędicta in factum, non tenetur ad quadruplum de totali damno, niſi manu propria damnum dederit. Vnde ſecundùm hoc cootra collectum ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex. ego Ioannes de Blanaſco quòd Titius collegit homines, vt mihi darent damnum: qui collecti mihi damnum dederũt, quia talia animalia mea interfecerunt, quod damnum æſtimo x. libr. Tur. Vnde cùm Roderius fuerit de numero prædictorum hominum collectorum, & ipſe manu propria dederit damnum cum ſecurri vel cultello, dicta animalia vulnerando. Ago contra dictum Roderium vt æſtimationis prædicti damni quadruplum mihi reddat, videlicet xl. libras Tur. Vobíſque domine iudex, ſupp. &c. Et iſte libellus probatur, ff. vi bon. rapt. l. ij. §. ſi quis non homines ipſe. Secũdùm hoc, iam vidiſti tria capitula illius edicti vi bonor. raptor. ff. Quia primũ datur pro re rapta in quadruplũ. Secundum datur homibibus collectis pro damno dato

dato contra colligentem. Tertium datur contra collectũ. Sed illius edicti eſt tertium caput, quod habet, quando quis homines non collegit, ſed à ea fuerant collecti, forſan propter aliquod colloquium tractandum inter ipſos, & ipſe venit & dixit, quid facitis hic tota die otioſi? nónne boni viri eſtis? & pertinet ad vos vt maleficia remaneant impunita? Vnde cũ talis peſſimus hæreticus modò verberauit me, bonum eſſet vt de eo acciperetis vindictam. qui dixerunt vnanimiter bene dicit, & irruerunt in res prædicti, & multa damna ad commotionem prædictam dederunt, & in rebus illius qui commouit turbam quam non collegerat, tenetur ad duplum damni. & hoc caſu ita formatur lib. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanaſ. quòd magnam turbam hominum ante portam eccleſiæ Blanaſci, vt ibi tractarent de negotiis ſuis Roderius doloſè commouit, vt darent mihi damnum, qui homines ad monitionem prædicti Roderii dederunt mihi tale damnum, quod æſtimo x. libris Turoñ. Vnde ago contra dictum Roderium vt duplum æſtimationis prædicti damni, videlicèt xx. libras Turo. mihi reddat, Vobíſque domine iudex &c. Iſte enim, quia turbam non collegit, non tantùm peccauit, quantùm ille, qui turbam non collegit, & ideò minùs ab eo exigitur. Et probatur iſte libellus ff. vi bo, rab. l. prætor ait. §. dolo. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd cõmouens turbam quã non collegit, tenetur ad duplum dãni. Sed nónne homines de turba tenebuntur de damno? & dicendum quòd ſic: ſi manu propria dãnum dederint, quia tunc de totali damno tenebuntur ad duplũ, ad inſtar tertij capitis edicti vi bon. rapt. Et iſtud poterit dici quintum caput, & in hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanaſ. quòd turba hominum collecta ante portam eccleſiæ Blanaſci, dedit mihi ad commotionem doloſam Roderij tale damnum, quod æſtimo x. lib. Tur. Vnde cùm P. R. fuerit de numero prædictæ turbæ, & ipſe manu propria damnum dederit, quia cum cultello animalia mea vulnerauit. Ago contra prædictum P. R. vt duplum æſtimationis prædicti dãni mihi reddat, videlicèt xx libras Tur. Vobíſque domine iudex &c. Et probatur prædictus libellus. ff. vi bon. rapt. l. prætor. §. ſi quis aduentu ſuo, vt ad §. loquitur autem. Et maximè probatur ille libellus ibi vt dicit, vel ipſe ex turba fuit, q. d. quòd ille qui eſt de numero turbæ, tenetur dicta actione ad duplum. quod intellige, ſi damnum dederit, vt in tertio capite vidiſti. Vnde ſecundùm determinationem §. illius, ſi quis non homines, ſup. allegati videtur intelligendum quòd ille qui eſt de numero turbæ teneatur. Ex prædictis liquet, quòd edictum vi bono. rept. habet quinque capita. Primum, conſulit pro re apta, & oritur actio ex eo quæ vocatur vi bonorum raptorum, & habet tantùm locum in mobilibus rebus, vt ſuprà vi bon. rapt. ver. meliùs. Alia quatuor capita, conſulunt pro damnis datis, & ex eis videtur naſci actio in factum, vt ff. vi bo. rap. l. prætor. §. hoc autem. Hęc autem quatuor capitula quæ conſulunt pro damnis inter ſe differũt, nã in primis duobus oportet homines eſſe collectos doloſè. In duobus vltimis nõ oportet homines doloſè eſſe collectos, ſatis em̃ eſt, ſi qualitercũque aliquo caſu turba fuerit collecta, vt in §. præallegato, ſi quis aduentu ſuo. Item, in duobus primis eſt, vt habeant locum, quod vnicus homo collectus fuerit, vt ſuprà notatur. Sed in duobus vltimis, oportet turbam interuenire. Turbam autem non facerent homines duo vel quatuor, ſed x. aut xx. turbam faciunt, vt ff. vi bonorum raptorum. l. prætor. §. turbam autem appellatam. vſque ad §. hoc interdicto. Et debes ſcire quòd omnia prædicta remedia videlicet actio vi bonorum raptorum, & actio in factum pro damnis ſunt annalia quantùm ad pœnam, in quantùm verò proſoquuntur rem, vltra annum extenduntur. Nam in omnibus prædictis auxiliis, vnum eſt ſimplum & rei perſequutio, & quantùm ad illud ſimplum, vltra annum protenduntur vtilem, vt ff. vi bono, raptorum. l. tertia, in princi. & in §. in hac, & l. prætor. in principio. Sed quid quatuor capita ſiue auxilia quæ dantur pro damnis datis in rebus immobilibus. Verbi gratia, ſi quis collegit homines, vel turbam commouit, vt deſtruerent vineas meas? Et dicunt quidam quòd non, quia ſicut actio vi bo. rap. non conſulit, niſi ſuper mobilibus rebus, vt ſuprà nota. Ita dicunt, quòd actio in factum pro damnis non conſulit, niſi ſuper damnis datis in rebus mobilibus. Videtur tamẽ quòd pro omnibus damnis conſulat, ſiue data ſint in mobilibus, ſiue in immobilibus, cùm lex generaliter de omnibus damnis, nihil diſtinguendo loquatur. vt ff. vi bonorum rapto. l. ſecunda. §. damni prætor. Et ſcias, quòd raptor bene tenetur furti manifeſti, ſed qui præſtitit opem raptori, bene tenetur vi bono. raptorum: ſed non tenetur furti ad quadruplum, bene tamen tenetur furti non manifeſti, vt ff. de furt. l. cùm vendidero. §. cùm raptor, nam quod ibi dicit, furti non tenetur, ſubaudi, manifeſti. Et ex hoc apparet, vna vtilitas actionis vi bono. rapt. Nam ſi quis diceret. cum raptor ſit fur manifeſtus, & fur manifeſtus teneatur in quadruplum, quod eſt totum pœna, per actionem furti manifeſti. Videtur ſtultus eſſe qui eligit agere vi bon. rap. vbi totum pœna non eſt, & ita videtur inutilis. Sed dic quod ibi non eſt propter illum qui præſtitit opem, qui non tenetur furti manifeſti, attamen tenetur vi bono. rapto. vt ſuprà vidiſti. Item propter aliam rationem, quia bene poteſt eſſe caſus, in quo habebit locum actio vi bonor. rapto. non tamen habebit locum actio furti manifeſti, ſed actio furti non manifeſti, vtputa, ſi quis rapuerat ex domo in qua nemo erat, vt ff. de furtis. lege ſi quis ex domo. Vnde in hoc caſu vtile eſt agere vi bonorum raptorum. Sed quarè tenetur in plus fur manifeſtus, qui tenetur ad quadruplũ, quam raptor qui tenetur ad ſolum duplum pro pœna? Et multi multas rationes aſsignauerunt, ſed vna ero contentus: raptor & fur duo ſunt in genere, fur ſi non videtur, vel non depræhenditur antequàm perueniat ad locum, quo ea die cum furto volebat manere, tenetur ſolum ad duplum, quia fur non manifeſtus eſt, vt ſuprà notatur in actione furti. Sed in hoc caſu eſt deterior conditio raptoris, quia ipſe tenetur ad triplum pœnale, & quamuis à nullo videatur nec depræhendatur, vt in l. allegata, ff. de furt. l. ſi quis ex domo. Non eſt igitur mirũ, ſi conditio raptoris meliòr ſit quàm conditio furis in eo caſu, quando videtur vel depræhẽditur, quia plerúnque qui vno grauatur, in alio releuatur, vt ff. de iureiuran. l. eum qui.

DE

DE ACTIONE LEGIS AQVILIÆ

11. LEgis Aquiliæ &c. Hic tractatur de act. l. Aquil. & certè dominus Rofredus de iſta actione diffuſè tractauit duobus locis. Verùm quia omnia quæ dixit circa hanc actionem, ſunt notata in ſumma per dominum Azo. Ea non curo ſcribere, ſed breuiter formationē libelli volo ponere. Et nota, quòd huius actionis tria ſunt capita. Primum caput locū habet quādo damnum mortis datum eſt à corpore in corpus hominis, vel quadrupedis, quæ numero pecudum habeatur, vt ff. ad l. Aquil. l. ſecunda. & ſupr. de l. Aquil. circa prin. & in iſto capite ſic formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioan. de Blana. quòd R. interfecit iniuſtè per culpam vel dolum talem ſeruum meum hæredē inſtitutum à Titio tunc temporis, quando prædictus ſeruus interfectus fuit. Vnde cùm dictus ſeruus valuerit x. libras Tur, ęſtimatione facta retro per annum à tempore mortis, quatenùs plus valuerit. Item, cùm interſit mea in x. libris Tur. dictum ſeruum non fuiſſe mortuum, tàm propter hæreditatem in qua fuerat inſtitutus, quàm per eum acquirere non potui, tàm propter hoc, quòd dictus ſeruus fraudulenter rationes meas adminiſtrauerit, de quo quæſtionem haberi volebam, vt fraudes per eum commiſſæ, & fraudium particeps per eum detegerentur, Ago contra dictum R. vt mihi xx. libras Turoñ. ſi cōfiteatur damnum ſe dediſſe, vel ſi diffiteatur, vt duplum damni videlicèt xl. libras Turon. det. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad xx. libras Turon. mihi dandas, ſi confiteatur damnum ſe dediſſe, vel ſi diffiteatur ad xl. li. Turon. mihi dandas &c. probatur prædictus lib. per iura pręallegata. Et nota, quòd bene inſeritur in ſuperiori libello iniuſtè, quia ſi iuſtè interfeciſſet dictum ſeruum. vt puta, quia fur nocturnus eſſet vel diurnus & telo ſe defenderet, non teneretur interfector, vt ff. ad l. Aquil. l. quarta, & v. Item bene inſeritur culpa vel dolo, quia in l. Aquilia dolus & omnis culpa etiam leuiſsima venit. vt ff. ad l. Aquil. in l. Aquilia. Item, bene inſeritur, ſeruum eſſe mei agentis, quoniam legis Aquiliæ actio hero. i. domino competit, vt ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. legis Aquil. Quare autem petatur æſtimatio ſerui quatenùs plurimi fuerit retro per annum, declaratum eſt per iura ſuperiùs dicta. Et ſcias, quòd bene petij in ſuperiori libello intereſſe meum, quatenùs intererat mea ſeruum non fuiſſe interfectum propter hæreditatem, quam per eum acquirerem: item quatenus intererat mea, quòd de prædicto ſeruo quæſtionem habuiſſem, nam omnia iſta veniunt in actione legis Aquiliæ, vt ff. ad l. Vquil. l. inde Neratius. Singularis tamen affectio non venit vel non æſtimatur in actione legis Aquiliæ, vt ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruum meum. Et bene inſeritur, teſtatorē eſſe mortuum tunc temporis, quando prædictus ſeruus fuit interfectus, aliter enim æſtimatio hæreditatis non veniret in actione legis Aquiliæ, quia teſtator deleui quàm diu viuit, poteſt mutare teſtamentum, vt prædicta l. inde Neratius. §. idem Iulianus. SECVNDVM CAPVT legis Aquiliæ non eſt in vſu, ſed TERTIVM eſt in vſu & illud habet locum, quando damnum datur in aliis rebus, quàm quæ ſint numeratæ In primo capitulo. Item, quando datur aliquod damnum abſque morte homini, vel quadrupedi, quod ſit de numero pecudum. Nam de omni cætero damno, de quo nō eſt cautum primo capite, cauetur tertio: & æſtimatio fit ex eo capite, quatenùs retro plurimi fuerit res. per triginta dies, & ita in eo capite formatur lib. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Blana. quòd R. iniuſtè talem domum meam deſtruxit corruendo per dolum vel culpam, quæ retro per triginta dies, à tempore dati damni æſtimatione facta, quatenùs plurimi fuerint, valebat xxx. libras Turonen. Vnde ago cōtra dictum R. vt mihi det xxx. libras Turon. ſi confiteatur ſe damnum dediſſe vel diffiteatur, vt duplum damni videlicet lx. lib. Turonen. mihi det, Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur ſup. de l. Aqui. §. capite tertio. & §. hoc capite. Et bene inſeritur in ſuperiori libello iniuſtè eam domū corruiſſe, quia ſi iuſto timore ductus ne ad ſe incendium perueniret dictam domum corruiſſet non teneretur l. Aquil. vt ff. ad l. Aquil. l. ſi quis fumo. §. quod dicitur. cætera declarat vt in prædicto libello. Et ſcias, quòd in ſuperioribus bene petitur duplum, ſi diffiteatur damnum, vt ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. hæc actio. & duplatur quicquid venit ſimplandum, vt ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. quadruplatur. & ff de ſeruo corrūp. l. in hoc iudicio. Ex prædictis patet, qualiter agatur ex tertio capite. quādo damnum peremptionis datur in alia re ab homine vel quadrupede quæ numero pecudū habeatur, quia agitur quatenùs res plurimi fuerit repetitione facta retro xxx. dierum. Sed ponamus, damnum peremptionis non eſt datum, ſed damnum cædis vel vulneris, fiet ne repetitio retro xxx. dierū. Vt verbi gratia R. amputauit ſeruo ſcriptori dextrā manum, fiet ne repetitio, quatenùs res plurimi fuerit retro per xxx. dies? Et videtur quòd non, nam ſi fieret repetitio, quatenùs retro per xxx. dies res plurimi fuerit, iam peteretur æſtimatio totius ſerui, quod eſſet inconueniens: nam ſeruum habeo quamuis debilitatum. Vnde videtur quòd ſaltem in tantùm, in quantùm valet ſeruus quem habeo debilitatum, minùs petere debeam. eſſet enim inconueniens, quòd ſeruum quem habeo, peterem: & ita videtur quòd ſeruus non æſtimetur, ad quid enim veniret in æſtimationem illud, quod habeo cùm peti non poſsit? argum. ad hoc ff. de condi. furt. l. ſi ſeruus. §. bonæ. & ff. de action. empt. l. ex empto. §. Neratius. Si autem dicas, quòd ſeruus non æſtimabitur quatenùs retro plurimi fuerit, ſed manus æſtimabitur quatenùs retro plurimi per xxx. dies. Iſtud non videtur poſſe, quia manus retro non habet proprium eſſe ſiue ſeparatum. Vnde videtur, quòd ipſa manus per ſe non poſsit æſtimari. Et certè ridiculum eſſet dicere, quòd manus per ſe æſtimaretur, quia manus per ſe nihil valeret. Partes enim quæ ſunt in corporibus, quæ conſtant non ex diſtantibus capitibus, ſed vno ſpiritu limitantur, non retinēt proprium eſſe, & ſic videtur quòd per ſe non poſſet æſtimari. & facit ad prædicta ff. de rei ven. l. in rem actio. verſicu. in his corporibus. & ff. de acquiren. poſſeſſ. l, qui vniuerſas. & ff. de vſuca. l. rerum mixtura. Cùm ergo manus per ſe non poſſit æſtimari, nec ſeruus debeat totaliter æſtimari qualiter hoc caſu fiet æſtimatio? Reſpondeo

verum

verum eſt, quòd ſeruus totaliter non æſtimabitur nec manus per ſe, ſed damnum, vel manus prout eſt in toto, non per ſe, æſtimabitur? & fiet repetitio xxx. dierum. verbi gratia, Ponamus, quòd prędictus ſeruus erat optimus ſcriptor, ſed in præcedenti die in qua fuit ei manus amputata caſu aliquo oculos amiſerat. Vnde ſi æſtimaretur manus prout eſt in toto, ſiue damnum manus amputatæ, quod idem eſt, habita æſtimatione ſecundùm præſens tempus, parum æſtimaretur damnum, quia dictus ſeruus erat cæcus antequam amitteret manum: & ita antequam amitteret manum cõmoditas ſcribẽdi erat amiſſa in eo ſeruo. Vnde ſi æſtimaretur damnum ſecundùm præſens tẽpus, nõ veniret in æſtimatione ſcripturæ commoditas. Vt ergo in æſtimatione ſcripturæ habeatur commoditas ſcripturæ fieret repetitio retro xxx. dierum, & ita formatur libell. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanaſco, quòd Roderius dolo vel culpa amputauit tali ſeruo meo, ſcienti optimè ſcribere manum dextram, quod damnum æſtimo x. libras Turoñ. retro xxx. dies, à tempore dati damni æſtimatione habita, quatenùs dictum damnum plurimùm potuit æſtimari. Vnde ago contra Roderium vt mihi det x. libras Turoñ. ſi damnum confiteatur ſe dediſſe, vel ſi diffiteatur, vt duplum damni æſtimati, videlicet xx. libras Turoñ. mihi reddat, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad x. libras Turon. mihi dandas, ſi damnum confiteatur, vel ſi deffiteatur ad xx. libras Turon. mihi dandas, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Certè niſi fieret repetitio præteriti temporis, prædictum damnum vix æſtimaretur x. ſolid. Turoñ, quia iam cæcus erat, quando ei manus amputata erat & de cætero non poſſet ſcribere, ſed propter repetitionem xxx. dierum, dãnum prædictum æſtimabitur perinde ac ſi ſeruus eſſet in eò ſtatu, in quo erat antequam amitteret oculos. Et certè conſiderando eum ſtatum, ſi quis tunc prędicto ſeruo amputaſſet manum, bene dãnificaſset me in x. libr. Turon. & ita tantum nunc æſtimabitur prædictum damnum propter repetitionem, & facit ad hoc ff. ad l. Aquil. l. quemadmodùm. §. vltimo. Et ſunt prædicta vera, quòd actio legis Aquiliæ directa competit, quando damnum datum eſt de corpore in corpus. Si autem damnum datum ſit de non corpore in corpus, competit actio legis Aquiliæ vtilis. vel actio in factum loco ipſius ſubrogata. Si autem de non corpore in non corpus detur dãnum, cõpetit ſubſidiaria in factum, vt notatur in gloſſa ordinaria, ſup. de l. Aquilia. §. vltimo. Et quòd in prædictis caſibus eodem modo æſtimatur damnum repetitione anni facta, vel xxx. dierum, & creſcit lis per infiçiatam ſicut in directa Aquil. vt notat dominus Azo in ſumma. §. penultima. Vnde quia in directa actione l. Aquiliæ formaui libellum, tàm in primo capite, quàm in ſecundo, tamen in ſubſidiaria in factum actione, & in vtili actione. l. Aquil. non formatur libellus. Sed tn in dictis actionibus forma libellum ad inſtar præcedẽtium libellorum. Et ex iis quæ ſuprà notatur, potes vnum colligere dę iure quòd actio l. Aquil. ſoli domino competit, & hoc eſt verum de directa. Vtilis enim competit non domino vtputa fructuario: item bonæ fidei poſſeſſori. Item creditori duobus caſibus, quando debitor non eſt ſoluendo vel perſonalem actionem amiſerat tẽpore, vt ff. ad l. Aquil. l. ſi dominus. & l item Mela. §. vlt. & l. qui occidit. §. pignori. Et quod dixi bonæ fidei poſſeſſori dari actionem legis Aquiliæ, intelligas ſi titulum habeat, quia talis habetur pro domino, vt ff. de ſeruo corrupt. l. ſecunda. §. primo. & ff. de relig. & ſumpt. fu. l. ij. §. j. Et fiet æſtimatio in huiuſmodi caſibus, non totalis rei, ſed eius quòd intereſt agentis repetitione facta anni, vel xxx. dierum. Verbi gratia, bona fide & iuſto titulo poſſidebam quẽdam ſeruum optimũ ſcriptorem, ex cuius operis quolibet die habebam duos ſolidos, tandem factus fuit paralyticus, ita quod in perpetuum nihil poterat haberi ex operis dicti ſerui, poſtmodùm R. interfecit prædictũ ſeruum, ſi fieret æſtimatio quatenus mea intereſt, ratione præſentis temporis in nihilum fieret æſtimatio, quia talem ſeruum potius expedit non habere quàm habere quia paralyticus erat. Vnde R. hoc conſiderato potiùs fecit vtilitatem meam, quàm detrimentum, ſed ſi æſtimatio trahatur retro, R. bene tenebitur, nam in anno præcedente mortem eius, eſt inuenire diem, in quo dictus ſeruus erat ſanus & incolumis, & veriſimile erat quòd per multos annos deberet viuere ſanus & potens. Vnde fiet æſtimatio perinde ac ſi ea die, quo ſeruus ſanus erat, eſſet interfectus, & ita dicetur in li. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioã. de Bl. quòd bona fide & iuſto titulo poſſidebam talem ſeruũ ſcriptorem optimum, quem R. dolo vel culpa interfecit, quod damnum æſtimo a. lib. Turo. retro per annum, à tẽmpore dati damni æſtimatione habita, quatenùs dictum damnum plurimi potuit æſtimari, Vnde &c. vt in precedenti li. Sic igitur in præſenti petitione nò pero æſtimationem ſerui, quia meus non erat, ſed æſtimationem damni vel cõmoditatis poſſeſſionis. & facit ad hoc ff. quod metus cau. l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem. Æſtimatio autem dãni vel cõmoditatis eſt in operis ſerui quas ego lucrifacio, cùm ſim bonæ fidei poſſeſſor. Sed qualiter æſtimabit iudex illud damnum, cũ ſit incertum quàm diu ille ſeruus viuet? Et dic quòd iudex æſtimabit, habendo oculum ad tempus ſanitatis, quando ſeruus prædictus erat ſanus, vt perinde æſtimet ſicut ſi illo tempore eſſet interfectus, & tunc temporis ſi dictus ſeruus eſſet interfectus, fieret æſtimatio cõſiderãdo ætatem ſerui ſecũdùm determinationẽ legis, vt ff. ad l. Falc. l. hęreditatẽ. Et idem dicas de vſufr. ſi agat acti. l. Aquiliæ. Liber homo verò pro dãno dato perſonę ſuę, poteſt agere ad æſtimationem dãni act. l. Aqui. Vtili tamen act. l. Aqui. poteſt agere ad ęſtimationẽ operarũ, quibus caruit & cariturus eſt. Item, ad expẽſas curãdo factas, vt ff. ad l. Aquil. l. liber homo. & ff. de iis qui deiece. vel effu. l. vlt. Et ſcias, ꝙ in act. l. Aquiliæ ſequitur cõdemnatio ad duplum ſi interfectio ſecuta fuerit, niſi poſtmodùm reus detulerit iuſiurandum actori, & actor iurauerit damnum eſſe datum. Nã in hoc caſu ſatis eſt, quòd reus condemnetur in ſimplum, eò quòd actor releuatus eſt ab onere probationum, vt ff. de iureiuran. l. cum qui.

DE ACTIONE EX TESTAMENTO.

5 ITem miata &c. in hoc §. tractatur de actione ex teſtamento quę eſt mixta, id eſt, in duplum, quorum vnum ſimplum continet.

continet. Io iſta actione ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioano. de Blanaſco oomine talis eccleſiæ, cuius ſum Syndicus, quòd Titius à Roderio hærede ſuo in teſtamento ſolenni dictæ eccleſiæ cuius ſum œconomus, legauit x. libr. Tur. Vnde cùm dictus R. in ſoluendis prædictis x. libris Tur. moram adhibuerit, & tandem à me œcooomo eccleſiæ. oomine ipſius eccleſiæ ad iudicium vocatus fuerit, vt prędictas x. libras Turoñ. ſolueret, Ago cõtra dictum R. vt duplum legati xx. libr. Turoñ. mihi nomine dictæ eccleſiæ reddat, vel ſic, vt duplum legati videlicèt xx. libras Turoñ. dictæ eccleſiæ reddat: Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad xx. libras Turoñ. reddendas dictæ eccleſiæ, vel mihi nomine dictæ eccleſiæ per diffinitiuam ſententiam coodemneris. Et quòd prædictus libellus bene formatus ſit, patet ex præſenti §. & infrà eod. ſed illa quæ de iis. Nam ad hoc quòd dicta actio poſſit cum effectu in duplum intentari, duo exiguuntur, & quòd mora ſit commiſſa, & quòd ad iudiciũ ſit vocatus, vt ex prædictis duobus §§. colligitur. Si ergo reus dicens teſtamentum nõ valere, vel alia iuſta de cauſa ſolutionem diſtulerit, oon poterit ad duplum condẽnari, vtpote, mora facta ſi non eſt, vt ff. ſi certum petatur. l. quod te. & ff. de vſur. l. ſciendum. Qualiter quis io mora conſtituitur, dic vt ff. de vſur. l. mora. Cætera quæ exiguntur in actione ex teſtamento nota vt notatum eſt per dominum Azo. io ſumma. C. de teſtamentis. Et ſcias quòd bene ioſeritur in prædicta petitione duplex clauſula, id eſt, ago &c. quia ſi ſum ſimplex œconomus, petere poſſum vt dicta pecunia mihi reddatur, cum ſim adminiſtrator legitimus, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, & ita bene debet ſolui mihi, vt C. de ſacr. ſao. eccle. l. iubemus. & ſic habet locum prima clauſula. Si autem ooo eſſem ſimpliciter œconomus omnium rerum monaſterii, ſed vnica ſolùm actio eſſet mihi mandata vt illam exercerẽ, vt deberet reus mihi ſoluere. Vnde nõ poſſem in li. petere, vt mihi pecunia redderetur, vt ff. de ſolu. l. hoc iure vtimur. Et in hoc caſu habet locum ſecunda clauſula. Et ſcias, quòd dicta petitio bene ioſeritur, vt dictus R. mihi condemnetur, nã in perſooa procuratoris ferenda eſt ſentẽtia. C. de ſeo & ioter. o. iu. l. prima. Et quãuis ſic breuiter dictis poſſem tranſire prædictũ §. tamen aliquantulum diffuſiùs volo notare de actione ex teſtamento. Et ſcias, quòd ad hoc vt competat actio ex teſtamẽto, oportet quòd teſtamentum ſolenne præcedat. De ſolennitatibus teſtamenti, dic vt in ſumma domini Azon. C. de teſtamẽt. Illud tamen volo hic ſpecialiter exprimere, quòd in teſtamento in ſcriptis coodito, oportet quòd teſtis maou propria ſubſcribat ſubſcriptionẽ talem quę nomen ſuum contineat, & etiam nomen teſtatoris, & quod per ſe ipſum ſigillet. Ex quo poteſt colligi quòd in teſtamento cõdito in ſcriptis nullus poteſt eſſe, niſi vocatus ſit. ff. de teſt. l. ad teſtiũ. §. ſi quis. & §. penul. Vnde quamuis aliàs quis videatur feciſſe quod per aliũ facit, oõ tamẽ eſt in ſubſcriptionibus teſtamẽtorum. & facit ad prædicta. ff. de ad ami. tu. l. ita autẽ. §. egiſſe. Et hoc eſt verum, quòd ſubſcriptionibus teſtium ſolennitas exigitur ſi teſtamentum eſt in ſcriptis, ſecus ſi ſit nuncupatiuum, vt C. de teſt. l. hac conſultiſſima. § per nũcupationẽ. & l. in teſtamẽtis. & ſuprà de teſt. §. vlt. Sed quando dicitur teſtamentum io ſcriptis & quando dicitur eſſe nuncupatiuum quæritur? & eſt vtile ſcire in tali caſu. Aliquis ordinauit teſtamentum, & omnia coram teſtibus ouncupauit & fecit dictum teſtamentum in ſcriptis redigi, ſed ſolennitas ſcripturæ non fuit obſeruata vtputa, quia teſtes non ſubſcripſerunt. Certè io hoc caſu ſi teſtamentum eſt nuncupatiuũ, valent quæ ſcripta ſunt in eo, ſi eſt ſcriptum non valent quæ ſcripta ſunt in eo. Ad prædictam quæſtionem ita reſpondeas, quòd teſtamentum dicitur in ſcriptis, non quia ſit in ſcriptura redactum, ſed quando actũ eſt tacitè vel expreſsè vt in ſcriptis ordinaretur, tantùm facta eſt ſcriptura, ſicut aliàs venditio noo dicitur, quia tantum confecta eſt ſcriptura io ſcriptis ſed quando eſt actum vt ſcriptis celebraretur, vt ſuprà de empt. & vend. in iis autẽ notatur io gloſſa ordinaria. Et iſtud videmus io teſtamento cæci, quòd quàmuis in ſcriptis redigatur, ſctum non in ſcriptis eſt, ſed nuncupatum, vt C. de teſta. l. hac conſultiſſima. Quãdo ergo actũ eſt expreſsè vt ſit in ſcriptis teſtamẽtum, non eſt dubium quin tunc dicatur in ſcriptis nuncupatum. Verbi gratia, ſi decurſum eſt ad ſolennitatẽ ſcripturæ, vtpote, quia talia facta ſunt quæ non cõſueuerunt fieri, niſi in teſtamento in ſcriptis, videlicet ſubſcriptiones, ſigillationes & cætera ſimilia, oam ſi ita eſt, tunc dictum teſtamentum eſt in ſcriptis, arg. ad hoc C. de teſta. l. oon codicillum. Vnde ſi in prædicta ſcriptura adhibitæ fuerunt ſolennitates, vtpote, quia teſtes aliqui ſubſcripſerunt & ſigillarunt, & alij non ſubſcripſerũt neque ſigillauerunt, dicitur prædictum teſta. videri in ſcriptis factum. Vnde quia non valet vt in ſcriptis factum, noo valebit aliquo modo. Nam teſtari io ſcriptis & teſtari ouncupatiuè ſunt contraria. Si quis ergo eligat teſtari in ſcriptis, videtur renuntiare iuri teſtandi nuncupatiuè, vt C. de funct. l. prima. & ff. de lege commiſſo. lege poſt diem. & ita ſi dictum teſtamentum non valet vt in ſcriptis, nec valebit tanquàm nuocupatiuum, cùm illi iuri ſit reoũciatum, & quàmuis ſit arg. cootra ff. de teſta. mili. l. ſi miles. Sed ſolutio patet in textu eo, quòd ibi loquitur in milite, in quo diuerſum debet probari, quàm io pagano, vt ibi dicitur. Si autem in prædicta ſcriptura non eſt decurſum ad prædictas ſolennitates, dicam teſtamẽtum prædictum nuncupatiuum quàmuis cauſa labilis hominum memoriæ ſit in ſcriptis redactũ, vt ff. de pig. lege contrahitur. Et ita interpretandum eſt dictum teſtamentum nuncupatiuum, vt potius res valeat quàm pereat, vt ff. de reb dub. l. quocuoque. Et notare debes quòd actionis ex teſtamento ſunt tria capitula: nam aliquando datur cootra hæredem ſcriptum, & oritur ex teſtamẽto: aliquàndo datur cõtra legatarium. Nam legatarius qui eſt honoratus, poteſt onerari, & cõuenitur actione ex teſtamento, vbi ita probatur C. communia de leg. l. ſecunda. io fine. Aliquando etiam datur contra hæredes venientes ab inteſtato, nam ex codicillis bene agitur ex teſtamento, cum largo modo ſumpto vocabulo poſſit dici teſtamentum, quaſi teſtatio mentis, vt ſuprà de teſtamentis, in principio. & facit ad hoc quòd ex codicillis agatur ex teſta. C. de codic. l. fin. Et ſcias, ꝙ codicilli aliquando conficiuntur io ſcriptis, aliquãdo ſioe ſcriptis, & quãdo cõficiũtur eſt neceſſe vt ſubſcriptiones quinque teſtiũ interueniãt, ſicut in teſta

pręďicta petitione, dictũ agnouiſſe legatum : aliàs enim ſi non agnouiſſet, non teneretur, vt poſſet cópelli agnoſcere, vt ff. ad Trebel. nam quo ad ius §. vltimo, & l. mulier. §. vlt. Et ſcias, quòd quamuis in prædicta petitione agatur, vt R. reſtituat dictum fundum, tamen ſi non habet adhuc fundum cedendo actionibus liberatur, vt ff. de leg ſecundo. in principio. & dic vt ibi in §. primo. inquantum legatarius poſsit honorari. In tertio capitulo perinde formatur lib. vt in primo capite, nihil addito vel diminuto, niſi vt ibi, vt eſt in teſtamento ponas in codicillis, vt in tertio capite : dic vt notatur in ſumma domini Azo. C. ſi omiſſa cauſa teſtamenti.

DE ACTIONE FAMILIÆ ERCISCVNDÆ.

QVædam actiones &c. In actione familiæ erciſcundę, generaliter pro omnibus ſuis capitulis ita formetur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Blan. quòd ego & Iacobus frater meus ſumus hæredes ex teſtamento in hæreditate patris noſtri Durandi, præpoſiti de Bla. cuius hæreditatis Iacobus ſolus percepit hactenus fructus, quos æſtimo x. lib. Turon. Item, dictus Iacobus dolo vel culpa tale damnum dedit in hæreditate, quòd æſtimo decem lib. Turon. Item, dictus Iacobus aliter adminiſtrando res hæreditarias, videlicet negligentèr, quàm res ſuas proprias per ſuam malam adminiſtrationem damnificauit hæreditatem prædictam in x. lib. Turon. Item, Iacobus me exiſtente capto ab hoſtibus egit cõtra talem debitorẽ hæreditarium in x. libr. Tur. & ei damnatus. Ego autem in prędicta hæreditate expendi x. lib. Tur. reficiendo talem domum, & redimẽdo tale pignus. Dictus verò Durandus pater noſter, quandam ab vxore mea dotis percepit decem libras Turon. & in teſtamento ſuo mihi talem fundum prælegauit, & etiam inter viuos dedit mihi, in me conferens vltimum arbitrium, talem vineam percepit etiam prædictus Durãdus pater noſter quondam in teſtamento ſuo, vt talis ſeruus exportandus vendatur. Vnde cùm prædictus Iacobus me cohæredem ſuum, in prædicta hæreditate confiteatur, vel ſic : Vnde cùm prædictæ hæreditatis partem dimidiam pro indiuiſo poſsideam, perſequutionem meam contra dictum Iacobum intendo, vt dimidiam partem fructuum, quos ex dicta hæreditate percepit, quam æſtimo quinque libras Turon. Item, vt mediam partem æſtimationis damni, quod in hæreditate dedit, negligenter vel malè adminiſtrando, vel alio modo. Item, vt mediam partem expenſarum quas in hæreditate prædicta feci, quarum ſumma omnium eſt viginti libr. Turoñ. mihi reddat. Item, victoriam quam habuerit contra hęreditarium debitorem me exiſtente ab hoſtibus capto, communicet pro media parte. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt prædictam hæreditatem inter me & prædictum Iacobum fratrem meum per ſententiam diuidentes, dimidiam partem prædictæ hæreditatis pro diuiſo vtrique noſtrum aſsignetis, & ſi qua res quæ commodè diuidi non poteſt, alteri noſtrum adiudicata fuerit, ab altero de euictione caueri faciatis. Item, cùm cuilibet noſtrum ſecundùm æqualem quantitatem nomina hæreditaria aſsignetis cogendo quemlibet noſtrum, vt alteri cui nomen adiudicatum fuerit, partem ſuam actionis vel actionum cedat. Item, vt res mihi donatæ à patre meo, in me vltimum arbitrium conferente, vt res mihi ab eodem prælegatæ in dotem quam ab vxore mea recepit, tanquàm præcipuas mihi per ſententiam aſsignetis. Item, vt tabulas teſtamentarias, & alias cautiones hæreditarias penes me, tanquàm penes ſeniorem deponi faciatis, cùm paratus ſim cauere dicto Iacobo fratri meo, exhibere dicta inſtrumenta quoties opus fuerit. Item, vt tales libros reprobatæ lectionis, qui in prædicta hæreditate inuenti ſunt : comburi faciatis. Item vt ab vtro noſtrum alteri caueri faciatis ſuper indemnitate præſtanda, ſi occaſione contumaciæ vnius alter in damnum incideret. Item, vt prædictum ſeruum ſecundùm præceptum teſtatoris exportandum, vendi faciatis : dictum Iacobum ad omnia mihi præſtanda quæ ſuprà ab eo petij, per diffinitiuam ſententiam condemnando. Et quòd libellus prædictus bene formatus ſit, probatur in ſingulis capitulis ſuis. In principio enim bene inſeritur, nos eſſe ex teſtamento: nam hæredibus datur directa actio familiæ erciſcundæ. Vtilis verò actio familiæ erciſcundæ, datur bonorum poſſeſſoribus, vt ff. familię erciſcundæ. l. ſecunda. & ſuprà de bonorum poſſeſsione. §. quos autem. Et nota, quòd in ſuperiori petitione bene petuntur fructus percepti pro media parte. Item, bene petitur media pars damni, quod dictus Iacobus dedit occidendo, vel vulnerando, vel frangendo dolo, vel culpa, vt ff. familiæ erciſcundæ. l. item ex diuerſo. & l. puto. §. vltimo. & l. ſequen. Item, bene petitur damnum, quod dictus Iacobus dedit malè adminiſtrando, quando aliter conuerſatus fuit in rebus ſuis proprijs, & in rebus hæreditariis: & ita poteſt eſſe quando non tenebitur de lata culpa, vtputa, ſi malè & ſtultè conuerſabatur in ſuis rebus proprijs: nam ſi eodem modo conuerſatur in rebus communibus, non tenebitur : ſi tamen peritiſsimè conuerſabatur in ſuis rebus proprijs, & minùs peritè vel minùs ſapienter in rebus communibus conuerſabatur, tenebitur. Vnde poteſt eſſe ſecundùm diuerſitatem facti, quòd de dolo ſolùm, vel lata culpa & leui prædictus Iacobus tenebitur, vt ff. familiæ erciſcundæ. l. hæredes. §. non tantùm. Item, bene petitur vt victoriam quam habuit, me non exiſtente hærede, quem pro mortuo habebat, vtpote, quia captus eram ab hoſtibus, mihi debeat communicare, cedendo mihi actionem in factum, deſcendente ex re iudicata pro media parte, ſi debitor damnatus ad hoc non ſoluerit : vel præſtando mihi mediam partem pecuniæ, ſi debitor condemnatus ſoluit, vt ff. famil. erciſcundæ. l. ſi hæres vnius. Item, bene petij, vt res prelegatæ. Item, dos ab vxore mea data. Item, donatio mea facta à patre conferente &c. mihi tanquàm præcipuo aſsignauit regulariter, vt ff. familiæ erciſcundæ. l. pater. & l. ſi filia. §.

Papinianus. & l. item Labeo. §. primo. & l. rem pignori. & l. ſi maritus. & l. fideicommiſ. & C. familiæ erciſcundæ. & l. filiæ. & C. de coll. l. ſi donatione. Ex prædictis enim iuribus colligitur, quòd donata à patre filio tanquàm bene merito, vel conferendo in eum vltimum arbitrium non tenetur aliis fratribus, vel hæredibus communicare, ſed donata ei, vt peculium haberet: bene tenetur aliis fratribus communicare. Item, in ſuperiori petitione bene petitur media pars expenſarum. Et hoc eſt verum, quando factæ fuerunt expenſæ ſuper tali negotio, quod pro parte facientis non potuit expediri, vt reficiendo domum vel pignus redimendo, vt ff. famil. erciſcun. l. conſequenter. §. ſumptuum. & §. vltimo. & l. hæredes. §. ſi vnus. Item, in prædicto libello bene inſeritur perſecutionem, &c. Nam cùm iſta actio ſit mixta propriè, ad eam adaptaui verbum perſequendi, vt ff. de action. & obligat. l. actio in perſonam. Et poſt verbum perſequendi, non expreſsi in prædicto libello, niſi perſonales præſtationes. In ſupplicatione tantùm facta iudici multa alia expreſsi. Primò vt per ſententiam primam hæreditatem diuideret &c. Nam illud facere iudex debet, & etiam vt caueatur de euictione, vt ff. famil. erciſcun. l. hæredes. § iudex. Item, ſupplicatur iudici, vt nomina cuilibet noſtrum &c. Nam ſi ſolùm nomina eſſent in hæreditate, non intentaretur familiæ erciſcun. iudicium cum per l. duodecim tabul. ſit ipſo iure diuiſa, vt C. familiæ erciſcun. l. ea quæ. Sed occaſione aliarum rerum bene veniunt in actione familiæ erciſcun. non diuidenda, ſed aſsignanda, vt ff. familiæ erciſcun. l. ij. §. vltimo. & l. plane. Item, bene ſupplicaui iudici, vt penes me deponi faceret tabulas teſtamentarias &c. vt ff. familiæ erciſcun. l. cæteræ. §. vlti. & l. ſequenti. & ff. de fid. inſtrumen. l. vltima. Item bene petitur, vt libri reprobatæ lectionis comburantur, nam tales libri, & mala medicamenta veniunt in actione famil. herciſc. vt corrumpantur. vt ff. famil. erciſc. l. cæteræ. § mala medicamenta. Item, bene ſupplicatur iudici, ab vtroque alteri cauere faciat &c. nam poteſt eſſe quòd defunctus promiſit aliquam pecuniam ſub pœna, quo caſu non ſufficeret vni ex hæredibus quantùm ad hoc, vt euitaret pœnam, partem pecuniæ ſoluere. Nam niſi cohæres ſoluat aliam partem, nihilominùs ille qui ſoluit, incideret in pœnam. Vnde quia per cõtumaciam vnius, alter poteſt in damnum incidere, petitur ſupplicando, vt dicta cautio interponatur, vt ff. familiæ erciſcundæ. l. hæredes. § in illa. Item, bene ſupplicatur, vt ſeruus ſecundùm pręceptum teſtatoris &c. nam præcepta teſtatoris adimpleta ſunt, vt ff. familiæ erciſcundæ. l. his cõſequenter. § ſed & cùm monumentum. Ex prædictis patet quòd in actione familiæ erciſcundæ quædam veniunt diuidenda, vt res corporales: quædam veniunt aſsignanda ſiue deleganda, vt nomina: quædam veniunt deponenda, vt cautiones hæreditariæ. quędam veniunt præcipienda, vt prælegata, & dos vxoris, & cætera ſimilia: quædam veniunt comburenda ſiue corrumpenda, vt mala medicamenta: quædam veniunt reſarcienda, vt pars fructuum, pars expenſarum, pars æſtimationis damni, ſiue damnum datum ſit in corrumpendo, ſiue damnum datum ſit malè adminiſtrando, ſiue damnum ſit datum in non conſentiendo, vtpote, ſi defuncto legatus erat ſeruus in genere, nec cohęres meus velit mihi eligenti cõſentire, & in hoc damnificauit me, nam per actionem familiæ erciſ. conſequar ego æſtimationem talis damni, vt ff. faml. erciſ. l. hæredes, § ſi incerto. Item, quædam veniunt adimplẽda, vt pręcepta teſtatoris: quędam veniunt exponenda, vt cautiones. tam pro euictione quàm indẽnitate pręſtanda, & non credo plura capitula actionis iſtius, & omnia incerta ſunt in ſuperiori libello ſub verbis vniuerſalibus. Nam cùm iſta actio ſit vniuerſalis, vniuerſalia verba ſufficiunt, vt ff. pro ſocio. l. pro ſocio arbiter. Qui autem voluerit formare libellum in pręd icta actione, accipiat de pręd ictis capitulis quantùm ſufficiat ſuo propoſito. Vnde ſi propoſito ſuo non cõgruat, niſi vt res corporales diuidantur, ita poteſt formari libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blanaſco quòd ego & Iacobus frater meus ſucceſsimus ex teſtamento, pro ęqualibus portionibus in hęreditate patris noſtri Duraodi. Vnde cùm dicta hęreditas inter me & dictum Iacobum fratrem meum non ſit diuiſa, & ego ſim in poſſeſsione prędictę hęreditatis, pro media parte, pro indiuiſo, perſecutionem meam contra dictum Iacobum inſero. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictam hęreditatem inter me & prędictum Iacobum diuidentes, partem dimidiam cuilibet noſtrum pro diuiſo aſsigneris, & ſi qua res que diuidi nõ poteſt, alteri noſtrum adiudicata fuerit, recepta ab altero pecunia, vt ei cui adiudicata fuerit per ſententiam, ab altero qui recepit vel recipiet pecuniam de euictione caueri faciatis. Et ſcias, quòd ille libellus pro maiori parte cõſonat libello cum ſuperiori, ponitur duę clauſulę ibi. Vnde cùm dicta hęreditas &c. & certè ideò ponuntur prædictę duæ clauſulæ, quia ad hoc quod quis agat famil. erciſ. contra aliquem vnum de duobus ſufficit, vel quòd actor in poſſeſsione ſit hæreditatis, vel quòd reus confiteatur actorem cohęredem, vt ff. famil. erciſ. l. prima. Item in iſto libello & in ſupuriori, non ſolùm ſupplicat actor pro ſe, imò etiam pro reo, quia ſupplicat vt vtrique media pars pro diuiſo aſsignetur. Et hoc eſt illa de cauſa, quia cùm iſta actio ſit de publicibus iudiciis, vterque in ea eſt actor & reus, vt in præſenti §. & ff. de iudic. l. in duplicibus. Ideò autem in iſto libello ſuperiori ponitur, ſi qua res quæ commodè diuidi non poteſt &c. quia ſunt quædam res quæ diuidi non poſſunt, & illę actori vel reo adiudicantur, itaque alter ab eo cui res adiudicatur, recipit pecuniam, vt ff. famil. erciſ. l. Meuius. §. penulti. Quando autem iſta actio naſcatur, & vnde, & quanto tempore duret, dic vt notatur ff famil. erciſ. l. j. & in ſumma domini Vzo. in vlt. §. Verùm autem poſsit pluries intentari, dic vt notauit dominus Azo in ſumma. §. eſt autem hæc actio. & eſt §. penul.

DE ACTIONE COMMVNI DIVIDVNDO.

POſtmodùm videndum eſt, qualiter libellus ſuper actione cõmuni diuidũdo formetur. Et certè dicta actio pluribus competit, & plura ſunt eius capitula, & ſecundùm

ſecundùm hoc pluribus modis in ea formatur libelins. Er datur iſta actio, quando quis haber iure directum dominium, pro parte, pro indiuiſo, & pro diuidenda, & perſonalibus præſtationibus, & tunc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Blan. quòd talis domus, ſita in tali loco, iure dominij communis inter me & Ro. in qua domo dictus Rod. dedit tale dãnum, parietem dolo vel culpa deſtruxit, quòd damnum æſtimo x. libr. Turoñ. Item, dictus R. dictam domum ſolus tenebat, & aliter conuerſando in ea. quàm in domo ſua propria per negligentiam ſu im domum male tectam dimiſit, ita quòd damnificata eſt dicta domus in x. lib. Turo. Item, dictus R. hactenus ſolus obuentiones percepit ex dicta domo, quas obuentiones æſtimo x. libr. Turon. Item, ego in prædicta domo reficienda expendi x. lib. Tur. Item, dictus R. in dicta domo, me contradicente, vult facere balnea ſiue ſtufas, & iam incepit operari, vel ſic: Item, dictus R. me ignorante vel contradicente. in dicta domo fecit ſtufas vel balnea. Vnde cùm dictus R. bene faceatur dictã domum inter me & ipſum eſſe communem. vel ſic, Vnde cùm dictam domum pro media parte pro indiuiſo poſsideã perſecutionem meam contra dictum Roderium inſero, vt mediam partem æſtimationis dãni quod corrumpendo, vel negligendo in prædicta domo, ved red. Item, vt mediam partem expenſarum, quas in dicta domo feci, ſumma quorũ omnium eſt xx. lib. Turon. mihi reddat. Item, vt ab opere prædicto quod in dicta domo vult facere deſiſtat, & illud quod fecit ſuis ſumptibus deſtruat. Vel ſic: item vt ſtufas quas in prædicta domo fecit ſuis ſumptibus deſtruat, & intereſſe meũ quod æſtimo x. libr. Turon. quia tantùm mea intereſt in prædicta domo ſtufas eſſe fabricatas, mihi reddat. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictam domum inter me & dictum R. per ſententiam diuidentes dimidiam partem prædictæ domus, ſi commodè diuidi poteſt, vtrique noſtrum aſsignetis. Alioquin ſi commode diuidi non poteſt, alteri noſtrum dictam domum adiudiceus, ipſum cui adiudicata fuerit, alteri in pecunia condemnando recipientémque pecuniam, alteri cui res adiudicata fuerit, de euictione caueri facientes, dictum R. ad omnia mihi præſtanda quæ ſup. ab eo perij, & ad hoc vt deſtruat dictum opus per ſententiam condemnentes. Et quod dictus libellus bene formatus ſit, probatur in ſingulis ſuis partibus. In principio enim dicitur, illam domum eſſe communem inter me & Rod. iure dominij. certe illud ponitur, vt potiùs denotet certam qualitatem quam iuris neceſsitatem. Nam etſi non eſſet communis iure domini, ſed in ea re haberemus Publicianam, poſſemus nihilominùs agere communi diuidundo. vt ff. commu diuidun. l. cõmuni diuid. §. qui rempublicam. Item, bene inſeritur hæc clauſula. Vnde cùm dictus Roderius bene fateatur &c. recurre ad hoc quod notatur ſuprà in actione erciſ familiæ. vt ff. de exce. l. fundi. Item, in præſenti libello bene agitur cõmuni diuidun. pro domo, quę eſt res corporalis, nã pro corporalibus ſolũ agitur communi diuidundo, vt ff. cõmuni diuid. l. per hoc iudicium. Et ſcias, quòd æſtimatio damni quod dictus Roderius dedit in re cõmuni corrumpendo vel negligendo bene petitur, vt ff. commu. diuidundo. l. etiã nõ omnes. §. venit, & facit ad hoc quod ſuprà nota. in actione familiæ erciſ. Nam ſicut in ea actione aliquando quis tenetur de dolo ſolum, aliquando de dolo & lata culpa & c. ita videtur in hac actione. Itẽ, bene petitur media pars obuentionum ab R. perceptarum, vt ff. commu. diuid. l. ſi quis plures. §. primo. Item, bene petitur media pars expenſarum per hanc actionem, & hoc eſt verum, ſi in tali negotio expenſum fuit, quòd non potuit pro parte expediri vt refectio domus ſecundùm quòd inſertum eſt in præſenti libello: vt C. communi diui. l. ſi quis plures. §. ſin autem. & l. per hoc iudicium. §. planè. Item, in ſuperiori libello bene petitur, vt ab opere deſiſtat, & hoc eſt verum, quando me contradicente vel ignorante fecit. Alioquin ſi me patiente & non contradicente feciſſet, non poſſem petere vt dictum opus deſtrueret, ſed damni æſtimationem poſſem petere, vt ff. commu. diui. l. Sabinus. & agitur præciſè, vt factum opus deſtruatur, & hoc eſt verum, ſi actori placuit. Alioquin poteſt agere ad intereſſe, & eſt ſpeciale, vt præciſè agatur in hoc caſu ad factum, vt ff. de noui operis nuntiatione. l. ſtipulatio. §. ſui autem, & ff. de aqua plu. arcen. l. ſi Titius. §. officium. Et hoc eſt, quòd ſocius à ſocio poteſt prohiberi per actionem commu. diuid. ne quid faciat in re communi. ſi in re communi velit quid facere, ad quod res communis non erat parata. Alioquin ſi ad hoc faciendũ res cõis eſſet parata, etiã inuito ſocio poſſet illud facere. vt ff. de rerum diui. l. vi tãtùm. § religioſum. Item, bene ſupplicatur iudici, vt dictam domum per ſententiam diuidat, ſi commodè diuidi poteſt: alioquin dictam domũ alteri noſtrum adiudicet, & ei de euictione caueri faciat, vt ff. commu. diui. l. tertia. & l. item quãuis. §. vlti. & C. communi diui. l. ad officium. Et bonum eſt ad cautelam, vt omnia iſta in libello inſerantur, vt iudex poſsit liberè pronuntiare. Alioquin ſi non eſſet inſerta in lib. poſſet in dubiũ reuocari: An ſuper his poſſet pronuntiare, cùm ſuper petitis ſolùm pronuntiare debeat, vt ff. commu. diui. l. vt fundus. & C. de fideicom. liber. l. vlt. SECVNDVM CAPVT iſtius actionis, datur iis qui habent communem vectigalem agrum, & tunc formatur libellus, vt ſuprà hoc excepto, quòd iudici non ſupplicatur, vt dictum fũdum non diuidat, cuilibet aſsignando partem pro diuiſo, quia regionibus diuidi non debet, ſed ſolũ ſupplicatur, vt alteri fundum adiudicet, & de euictione caueri faciat illum qui adiudicauit alter in pecunia condemnando, vt ff. communi diui. l. l. communi diuidundo. in prin. §. primo. TERTIVM CAPVT iſtius actionis datur creditoribus, quibus communiter eadem res eſt adiudicata. & in iſto caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex. ego Io. de Bla. q. talis fundus ſitus in tali loco, eſt mihi & R. cuilibet pro x. lib. Turoñ. communiter obligatus pignori. Vnde cùm dictus R. fateatur dictum fundum mihi & ſibi pignori obligatum communiter & ego velim à dicta communione diſcedere. Vel ſic: vnde cùm ego ſim in poſſeſsione dicti pignoris pro media parte, pro indiuiſo. & à dicta cõmunione velim diſcedere, perſecutionem meam contra prædictum R. inſero, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt alteri noſtrũ ius pignoris per ſententiam adiudicetis. in dicto fundo eũ, cui ius pignoris adiudicatum fuerit, alteri ad ſuũ debitũ

SECVNDVM CAPVT iſtius actionis competit pro finibus ſiue pro terminis iam dudum poſitis turbatis, & hoc poteſt eſſe dupliciter vel vt antiqui termini iterum ponantur,& vt ſtetur ipſis terminis antiquis, ſi per eos commodè diſtinguantur,vel agi,vt noui termini ponantur, & adiudicatio fiat, in primo caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan.de Blan.quòd ego & R.habuimus talia prædia,ſita in tali loc confinia, quorum prædiorum fines erant ſiue termini, iam dudum poſiti per talem lapidem poſitum in tali loco. Vnde cū dictus R.dictos terminos amouerit: Vel ſic:vnde cū dicti termini amoti ſiut,& dictus R.de prædio meo duo iugera occupauerit,& exinde mala fide fructus percepit,quos æſtimo x.libr.Tur. Vel ſic, vnde cùm dictus R.ſuper prædictis terminis referat mihi controuerſiam, nolens dictos terminos obſeruare. Sed vltra terminos de fundo meo proprio duo iugera occupauit, & exinde mala fide percepit fructus, quos æſtimo x.lib.Turoñ.perſecutionem meam contra dictum R.infero,vt mihi x.libr.Turoñ.reddat, Vobíſque domine index ſupplico,vt dictos terminos reponi facientes,vel faciatis inter prædia dicta. Vel ſic: Vobíſq; domine index ſupplico,vt per talem locum eſſe terminos dictorum agrorum in ſententia declaretis dictum R.ad hoc vt dictos terminos obſeruet, & vt mihi x.libr.Tur.reddat, per diffinitiuam ſententiam condemnando. Et probatur prædictus libellus ex hoc, quòd poteſt eſſe, quòd dictus R. dictos terminos amouit, & habet locum prima clauſula,Vnde cùm dictus R.&c. vel alius amouit dicto R.ignorante, & habet locum ſecunda clauſula.vel nullus amouit,imò dicti termini ſūt adhuc terræ affixi, dictus tamen R.negabat illos eſſe terminos,& de prædio meo occupauit,& habet locum tertia clauſula,vnde cùm dictus R.ſuper prædictis terminis referat &c. Et probatur iſte libellus ff.finium regun.l.in finalibus.Dictus autem Ro. ſi terminos amouit, poteſt conueniri ex l.agraria in quinquaginta aureis fiſco tribuendis,vt ff.de term.mo.l.vlt.declara cætera,vt in ſuperiori libel.In ſecūdo caſu,quádo fines ſunt turbati,& per antiquos terminos non poſſunt prædicta commodè diſtingui, agitur vt commodiùs diſtinguatur,& vt adiudicatio fiat,& ita hoc caſu formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex.ego Io. de Bla. quod ego & R.habemus talia prędia,ſita in tali loco,cōfinia quorum iſtud meū eſt,aliud ipſius R. quorū prædiorū fines ſiue termini,poſiti erāt iādudum per talē lapidem poſitum tali loco,& ex illo lapide admodum vnius anguli vſque ad talem arborem. Vnde cùm dictus Ro.ſuper prædictis terminis mihi referat cōtrouerſiam,nolens prædictos terminos obſeruare, ſed vltra dictos terminos de fundo meo proprio duo iugera occupauit,& exinde mala fide percepit fructus quos æſtimo x.libr.Turo. Item,cùm per prædictos terminos prædicti fundi commodè non diſtinguantur, perſecutionem meam contra dictum R.intendo,vt mihi reddat x.lib.Tur.Vobíſque domine iudex ſupplico, vt prædictorum prędiorum terminos antiquos eſſe tales,vel debere eſſe tales,vt prædixi,per ſententiā declarantes dicta prędia commodiùs diſtinguaris,dictos terminos commutando,cū eis commodè dicta prædia nō diſtinguerētur, vni noſtrū

de prædio alterius aliquam particulam adiudicando,& eum cui adiudicatio facta fuerit, alteri in pecunia, quatenus iuſtum fuerit condemnando, de euictione caueri facientes, inſuper dictum R. ad decem lib.Tur.mihi reddendas, per diffinitiuā ſententiam condemnetis. Et probatur iſte libel. ff.finium regun.l.ij.in fin.& l.iij.Et patet ex prædictis quod actio finium regun.eſt duplex,quia vterque in ea eſt actor & reus,& ideo actor quaſi pro ſe & reo ſupplic,a& facit ad hoc ff. finium regun. l.iudicium. item,patet ex prædictis,quod tunc demum datur iſta actio finium regun. quando controuerſia eſt de finibus, vt ff.eo.l.ſecunda in fine. vbi dicit,controuerſiam dirimat &c.Vnde ſi nulla eſſet controuerſia ſuper finibus,quàmuis commodè fines non eſſent diſtincti,vtpote, quia terra prædij conuicini faceret angulum in terram meā, propter hoc non poſſem ego agere vt fines commodius diſtinguerentur, & vt adiudicatio illius anguli qui intra terram meam fieret mihi,vel quēadmodum illius anguli ex vtraque parte, terra mea quæ contingit angulum vicino adiudicaretur,& ipſe mihi in pecunia condemnaretur, quia finium regun.actio ceſſat, poſtquàm non mouetur controuerſia de finibus,& ita non poſſum agere,vel in terra ſua mihi adiudicetur, vel mea ei adiudicetur. quia iſtud fit per officium iudicis, quod inhæret actioni finium regun.vt infrà de officio iud.§.penul.Vnde cùm actio ceſſet,officium quod inhæret ei ceſſabit,vt C. depoſi.l.iiij.maximè, quia emere vel vendere nemo compellitur inuitus. Quamuis quidam dicant in hoc caſu, locum habere vtilem actionem finium regundorum.quæ dabitur ad hoc,quòd vicinis vendat mihi illum angulum, vel vt emat tantum de terra mea quòd commodè indirecte fines diſtinguantur,& vt aliàs quis compellitur inuitus vendere, vt ff.de religi.l.e ſi quis ſepulchrum. Si autem actor ante ſententiam rem alienam occupauerit, punitur,quia non ſolùm rem,quam malè petebat amittet,ſed etiam tantum agri modum,quantum ademit compellitur præſtare, vel conditione ex lege,vel iudicis officio,de hoc dic,vt C.finium regun.l.ſi conſtiterit.Quanto autem tempore poſſit præſcribi huic actioni, & quando currere incœpit præſcriptio,& vt naſcatur, dic vt dominus Azo not in ſumma C.finium regundo.§.item mixta.vſque ad finem.in actionibus quæ tanguntur vſque ad §.item ſerui corrupti.ſunt formati libelli,Vnde videas,hic non repeto.

DE ACTIONE SERVI CORRVPTI,

ITem ſerui corrupti &c. In actione ſerui corrupti,ita formatur libel. LIBELLVS.Dico domine index,ego Ioan. de Blæ.quòd R. dolo malo corrupit Stichū ſeruum meū.mouēdo eum,vt cum meretrice quadā fugeret,& res meas aſportaret.Vnde cū ex dicta corruptione dictus ſeruus fact' eſt in x.lib.tur.deterior quia cum meretrice fugit, & res meas tales quæ valebāt x.lib.tur.ſecū incōtinēti quo aufugit,abſtulit.Ago cōtra dictum R. vt duplū prædictorū tam æſtimationis deteriorationis ſerui, quā æſtimationis rerū ablatarū,quod facit xl. libr.turo.mihi reddat,Vobiſque dñe iudex ſupplico, vt dictū R.

ad duplum prædictorum mihi dandum, per diſſinitiuam ſententiam condemnetis. Dictus libellus probatur in ſingulis ſuis membris. Et nota quòd in præſenti libello bene inſeriuur dolo malo, nam ſi aliquid faciendum induxiſſet ſeruum ſine dolo, mouendo forſan per locum, quamuis ex hoc ſeruus, factus deterior eſſet, non teneretur tamen, qui mouiſſet, actione ſerui corrupti, vt ff. de ſer. corrup. l. dolo. Item, quòd in præſenti libello inſeritur. Stichum ſeruum meũ potius denotat facti qualitatem, quàm iuris neceſsitatem, nam oon dominus, vt vſufructuarius, & creditor, & bonæ fidei poſſeſſor, ſecundùm dominũ Azo. poſſunt agere ſerui corrupti, nec fiet æſtimatio in id quod intereſt vſufructuarij, vel creditoris, ſeruum non eſſe corruptum, vt ff. de ſeruo corrup. l. ſi quis ſeruum. §. ſi in ſeruo. Item, bene ponitur in ſuperiori libello, ſeruum eſſe factum deteriorem ex corruptione. Nam ſi tale quid eſſet ſeruo perſuaſum, ex quo non eſſet factus deterior, non competeret ſerui corrupti actio. Et tenetur quis ſerui corrupti, ſiue de bono malum fecit, ſiue de malo deteriorem, etiam quamuis ſine perſuaſione ſua ſeruus eſſet malum facturus: quia ſuadendo non oportet augeri malitiam, vt prædicta omnia probantur ff. de ſeruo corrup. l. perſuadere. & §. ſequenti. vſque ad fioem. Item, bene ponitur in ſuperiori libel. res meas incõtinenti quod aufugit, abſtuliſſe. Aliter nõ teneretur perſuaſiua pro rebus, ſi ex interuallo furtum feciſſet ſeruus, vt ff. de ſer. corrup. l. Neratius. Item in prædicto libello bene petitur duplum, tam rerum quàm æſtimationis deteriorationis, vt ff. de de ſer. corrup. l. doli. §. hæc actio. & l. ſeruum. §. vltimo. & l. ſequenti. Et ſcias, quod ſi quis bona fide poſsideat ſeruum meum, & corruperit eum, quòd non tenebitur actione ſerui corrupti, vt ff. de ſer. col. l. prima. Itã ſcias, vuòd ſi filius meus, vel filia corrupta fuerit, quod cõpetit vtilis actio filij corrupti, vt duplum mei intereſſe mihi reddatur, nõ enim poteſt æſtimari liberum corpus, ſed operæ filij mei æſtimabuntur, quibus propter corruptiooem filij carui, & illud intereſſe duplicabitur. Item res quas filius ſecum abſtulit, veniẽt in hoc iudiciũ, vt duplum reddatur, vt ff. de ſer. corrup. l. vt tantùm. §. j. & ff. de his qui deie. vel effu. l. vlti. Vel. dic ſecundùm Azo. quod intereſſe in hac vtili actione, quando filius corruptus eſt, venit æſtimandum per iuſiurandum in litem: cùm aliter non poſsit æſtimari, cùm liberum corpus æſtimationem non recipiat. Nam cùm hoc agatur propter dolum, æſtimatio ipſius intereſſe debet fieri per iuſiurandum in litem, vt ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. in hoc interdicto. in fine. & facit ſuprà de iureiuran. §. pœna. Et ſcias. quòd hæc actio eſt perpetua, vt ff. de ſeruo corrup l. hæc actio. [Obſerua interim hãc actionẽ ex edicto prætoris deſcẽdere l. j. ff. de ſeruo corru. ſic enim ait prætor. Qui ſeruũ ſeruámve recepiſſe perſuaſiſſéve quid ei dicetur dolo malo quo eum, eúmve deteriorem faceret in eum, quanti ea res erit iudicium dabo. Ex eo, edicto colligitur apertiſsimè cui, in quem, in quantum, & intra quod tempus, competit ſerui corrupti actio. Antè verò quàm hæc excutiamus, vidẽdum, quid ſit perſuadere. Perſuadere eſt plus quàm compelli, atque cogi ſibi parere. perſuadere verbum medium eſt & tàm ad bonam, quàm malam partem referri poteſt d. l. j. §. perſuadere. Recepiſſe verò is dicitur, qui ſuſcipit ſeruum ad ſe. & eſt propriè refugium præſtare abſcondendi cauſa d. l. j. §. quod autem. quod non procedit, ait ibidem Bartolus, in eo, qui dat potum vel cõmeſtionem. Corrupiſſe ſeruum ille cenſendus eſt qui bonum ſeruum, malum facit, & qui malum deteriorem dicta l. j. §. ſed verùm. in fi. Is quoque deteriorem facit, qui ſeruo perſuadet, vt iniuriam faceret vel furtum, vel fugeret, vel vt alienum ſeruum ſolicitaret, vel vt peculium intricaret, aut amator exiſteret, vel erro, vel vt malis artibus eſſet deditus &c. de quibus vide dictam l. j. §. fi. & l. ſeq. His præmiſsis, videndendum cui competat hæc actió & indubitati iuris eſt eam domino ſerui competere l. vi tantùm, §. item non ſolùm. ff. illo titulo. l. penultima. ff. eodem titulo. Græcus interpres de eo accipiendum putat, qui dominus erat eo tempore quo corrupti ſunt ſerui mores, non ei, qui dominus eſt. quo tempore agitur. Bartolus in dicta l. prima §. qui bona fide. exigit, vt verè dominus ſit. Hæredibus quoque eam actionem competere Vlpianus ſcribit l. hæc actio ff. de ſeruo corrupto. quod & Azo infert in Summa C. eod. §. & eſt actio numero. 44. Videamus nũc. aduerſus quos detur. & Prætor in eum, qui recepit, per ſua ſit, deteriorémve fecit iudicium ſe daturum promiſit dicta l. prima in principio. Planè aduerſus eius hæredes non datur, idque Vlpianus prodidit. d. l. hæc actio cuius quidem rei hãc rationem ſubiicit. quia pœnalis eſt, quod pœna accipi debet non autem de rebus, qua rerum nomine in hæredes datur, vt innuit gloſ. in dicta l. hæc actio. cuius ſententia à multis comprobata eſt. Is quoque qui bona fide ſeruum emit hoc edicto non teneri dicit Vlpianus Iuriſconſultus in dicta l. prima. §. qui bona. Ergo ſi mala fide emerit, hac actiooe cum teneri credibile eſt argumento à contrario ſenſu in iure fortiſsimo per l. primam §. huius rei ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdictio. Tempeſtiuum eſt, vt videamus, in quantum detur hoc iudicium: & Prætor in duplum dari ait dicta l. prima in principio. quod Iuſtinianus Imperator probat §. in duplum. Inſtit. de actionibus. quod intellige, vt per Theophilum, Accurſium, Angel. & alios interpretes ibidem. In hac autem actione non extra rem duplum eſt, ſed quòd domini datum eſt, duplatur d. §. l. vt tantùm. in hac actione. Poſtremò intra quod tempus detur, diſpiciamus. Hanc prætor intra anoum dat dicta l. prima. in principio Ergo poſt annum non datur. Hanc tamen perpetuam Vlpianus eſſe ait dicta l. hæc actio. Tu cogitæ.]

DE CONDICTIONE EX LEGE. QVAE DATVR IN TRIPLVM CONTRA

Actorem qui dolo plus petiit, vt reus maiores ſportulas ſibi præſtaret.

5 TRiplici &c. Statuta fuit quædam lex, quam non habemur, quæ permittebat executoribus litium exigere ſportulas ſecundùm quantitatem rei petitæ, vnde à reo

reo exigebantnt ſportulæ ſecundùm quantitatem quæ ab eo petebatur. Vnde aliquando actor volens reum grauare, plus petebat à reo, quàm ei deberetur, vt ex hoc reus grauaretur, præſtando maiores ſportulas, & certè ille actor iſti tenebitur in triplum condictione ex lege prædicta. quam non habemus. Et hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Blana. quòd ego debebam R xx. ſolid. Turon. qui coram legitimo iudice me conuenit doloſe à me petens x. lib. Turon. vt ex hoc maiores ſportulas darem executoribus litium. Vnde cùm ex hoc damnificatus ſim in x. ſolid. Turo. quia intantùm executores plus exegerunt à me, & nomine ſportularum quàm exegiſſent, ſi verum debitum ſolùm petiuiſſet: Ago contra dictum R. vt triplum prædicti damni, videlicet xxx. ſolid. mihi det, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad dandum mihi xxx. ſolid. Tur. per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur ille libellus ex præſenti §. Et nota quòd bene inſeritur in præſenti libello, doloſe à me petens &c. quia ſi ſine dolo hoc feciſſet actor, non teneretur arg ad hoc in Auten. de defen. ciui. §. & iudicare. verſicu. ſed nec pro hoc ipſo. ibi, vt dicit. & ſtudio acta &c. Vnde iſta verba ex hac cauſa &c. ponuntur cõſecutiuè, quia plus petiit, vt ex hoc ſequeretur talis effectus, videlicet vt reus damnificaretur. Alii tamen dicunt quòd dicta verba non ponuntur conſecutiuè, ſed effectiuè quia ex tali plus petitione ſequutus fuit talis effectus, quod reus ſuſtinuit damnum, ſecundùm hoc ſiue actor doloſe plus petierit ſiue non, non poterit contra ipſum agere ipſe reus, & ſecundùm hoc non eſſet neceſſe apponere in prædicto libello doloſe. ſed quòd prius dictum eſt, credo verius. Item, bene inſeritur coram legitimo iudice, quia ſi corã non legitime iudice fuiſſem conuictus, non tenerer coram eo reſpondere, nec tenerer etiam ſportulas dare. Vnde ſi dictas ſportulas ſoluero, in culpa ero, & ita nec damnum videor ſentire, vt ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa. & ſic poſtmodùm damnum non videbor pati, nec agere poſſem.

DE ACTIONE QVOD METVS CAVSA.

5 Qvadrupli &c. Hoc §. tractatur de actione quod metus cauſa. & iſtius actionis ſunt quatuor capitula. PRIMVM CAPVT iſtius actionis. competit cõtra quemcunque ad quem res peruenerit, qui habet facultatem rei reſtituendę, cum ſit ſcripta in rem, actio quod metus cauſa. vt ff. quod metus cauſa. l. metũ. §. cũ autem. Et in iſto capite ita formetur libell. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd per metum talem qui caderet in conſtantem hominem, talem equam meam cuidam dedi, in accipientemque tranſtuli. Vnde cùm R. poſsideat dictam equam: ago cõtra dictum R. vt dictam equam mihi reſtituat, cum fructibus inde perceptis atque percipiendis, quos æſtimo x. libr. Tur, cùm mala fide, ſine titulo poſsideat. Si autem cum titulo poſsideat mala fide, ita dic, cum fructibus inde perceptis, quos æſtimo x. libr. Turo. cum mala fide cum titulo poſsideat. Si autem bona fide poſsideat, ita dicendum eſt, cum fructibus extantibus, quos æſtimo ſex libr. Turon. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R ad reſtituendum mihi dictam equam cum fructibus perceptis, & percipiendis. Vel ſic: cum fructibus perceptis, & percipiendis. Vel ſic: cùm fructibus perceptis. Vel ſic: cum fructibus extantibus, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Quod ſi prædictus Roderius intra dilationem à vobis domine iudex conſtituram prædicta reſtituere noluerit, Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad triplum omnium prædictorum dãdum mihi. vel ſic ad quadruplum omnium prædictorum re & acceſsionibus in dicto quadruplo computatis mihi dandum, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Iſte libellus probatur in ſingulis ſuis membris, & in principio ipſius libel. bene inſeritur, per metum talem &c. nam ex tali metu agitur quòd metus cauſa, non ex vano metu, vt ff. quod metus cauſa. l. metum. & l. ſequenti. Item, bene inſeritur, talem equam ſpecificando, quia cùm iſta actio ſit in rem ſcripta, proinde ſpecificanda eſt res & ſuis ſignis deſignanda, ſicut in rei vendicatione, vt ff. de rei vendi. lege. ſi in rem quis agat. Item, bene inſeritur cuidam dedi, nõ diſtinguendo, ſed ſpecificando quis metum adhibuit. Nam metus habet in ſe ignorantiam, vnde prædicta non teneor ſpecificare, vt ff. quod metus cauſa. le. ſi cum exceptione. §. in hac actione. Item, quod ponitur in prædicto libello dedi in accipientem &c totum ponitur pro eodem. Sed ad maiorem expreſsionem ponitur, cùm dare ſit accipientis facere, vt ff. de verbo. oblig. lege vt autem. §. vltimo. nec iſta violentia compulſiua impedit tranſlationem dominij, cùm voluntas coacta voluntas ſit, vt ff. quod metus cauſa. l. ſi mulier. §. ſi metu. quamuis de rigore iuris prætorij poteſt competere vtilis rei vendicatio, vt ff. quod metus cauſa. lege metum §. volenti. Item bene inſeritur in prædicto libello, dictum Rode. poſſidere, nam cùm iſta actio ſit in rem ſcripta. vt ſuprà nota. poſſeſsio ſufficit, quantùm ex parte poſſeſſoris ad hoc, vt teneatur poſſeſſor actione quod metus cauſa. Item, pro fructibus triplex clauſula in dicto libello inſeritur, ad inſtar rei vendicationis in qua malæ fidei poſſeſſor ſine titulo de fructibus perceptis, & percipiendis tenetur. Malæ fidei autem poſſeſſor cum titulo tenetur de perceptis, & à percipiendis propter titutulum excuſatur. Bonæ fidei autem poſſeſſor, tenetur in fructibus induſtrialibus ſolùm in illis qui extant. & recurre ad hoc quod notatur in rei vendicatione, ſuprâ eod. §. omnium. Et hæc ſunt vera, quando iſta actio datur contra poſsidentem ea de cauſa, quod poſsidet, ſi autem ea de cauſa daretur actio quod metus cauſa, contra aliquem quòd ipſe metum habuiſſet, teneretur de fructibus perceptis, & percipiendis non obſtante titulo & etiam de caſu, vt etiam videbis in ſecundo capite iſtius actionis. Item, in præſenti libello bene ſupplicatur vt in primo condemnetur ad rem, & ad fructus: & ita prima ſententia eſt diffinitiua, cum finem imponat controuerſiæ, vt ff. de rei vẽ. l. j. Et idem eſt in ſecunda ſententia, cũ imponat finem cõtrouerſiæ, & illud not. Axo in ſumma ſua C. quod metus cau. §. illud. Inter hoc quæri poteſt, quòd ſi rem cum acceſsionibus noluerit reſtituere intra dilationem à iudice conſtitutam: & bene dico intra dilationem ſtatutã à iudice, quia cum iſta actio ſit ſcripta in rẽ, poſt primã ſententiã nõ

habebit

habebit ceus quadrimeſtre tempus. ſed ad inſtar cei vendicationis, ſtatuetur tempus à iudice, ipſi reo intra quod debebit reſtituere rē, quod ſi non fecerit, bene ſupplicatur ad triplum pœnale omnium quæ reſtitui debet per priuatam ſententiam, vel ad quadruplum re & acceſsionibus in quadruplo cumputatis, condemnetur, vt iſta probantur infra de officio iud. §.j. Et bene dixi in quadruplum omnium quæ per pcimam ſententiam debent reſtitui, nam omne quod reſtitui oportet, quadruplatur, vt dicta l.ſi cum exceptione §. quadruplatur. Vnde ſi rem quam bona fide poſsidebam, compulſus fuerim tradere, agam ad æſtimationem poſſeſsionis: & æſtimatio poſſeſsionis quadruplicabitur, vt ff. quod metus cauſa.l.ſi mulier §. ij. Et quod in dicto libello apponitur duplex clauſula, vel quod dictus Ro. condemnetur ad triplum pœnale, vel quadruplū, bene ſtat & æquipollentia ſunt. Nam ſi condemnetur in ſecunda ſententia ad triplum pœnale ſolùm nihilominùs habebo quadruplum, nam ex prima ſentētia habebo vnum ſimplum, & ſic illo ſimplo computato habebo quadruplum. Nam ex ſecunda ſententia conſequar triplum, imò quod plus eſt, quòd quamuis per ſecundam ſententiam fuerit mihi dictus R. condemnatus in quadruplum, tameo ex ea non agam, niſi ad triplum pœnale. in vno enim ſimplo, videlicèt in re acceſsionibus, videtur magis admonitio quàm diffinitiua, ſed illud ſimplum conſequar ex prima ſententia, cùm ipſa ſit diffinitiua, vt ſupra not. & ita notat dominus Azo in ſum. C. quod metus cauſa.l.illud §.inter hoc quæri poteſt. SECVNDVM CAPVT iſtius actionis, competit contra metū inferentem: & tunc deſignatur certa perſona, quæ metum intulit, nec conſideratur, an habeat facultatem rei reſtituendę. vel non, & tunc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domioe iudex, ego Ioan.de Blanaſ. quòd Ro. compulit me per metū, qui caderet in conſtantem virum, vt ei darē talē equam meam, Vnde contra dictum R. ago, vt dictam equam meam mihi reſtituat cum fructibus inde perceptis & percipiendis de doloque ſuo, quod abſit, promittat. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad dictam equam mihi reſtituandam, cum fructibus inde perceptis & percipieodis, vt de dolo ſuo repromittat, pec difinitiuam ſententiā condemnetis, qued ſi prædictus R. &c. vt præcedēti libel. declaratur. Iſte libellus eſt ſicut ſupe. in hoc tamē differt ab eo, quod in iſto inſeritur certa perſona quæ metum adhiuit, & agatur contra eam, & eſt vtilitas mei agentis in hoc, quod non obſtante titulū quem haber à me, ipſe tenebitur de fructibu. perceptis & percipiendis, & de nomi periculo ſicut fur, cùm ſemper in mora eſſe intelligatur ſicut fur, ſed quando agitur contra illum qui metum non adhibuit, ſi eſt bonæ fidei poſſeſſor liberatur rei interitu. Et eſt verum, quòd metum inferens tenebitur de omni caſu, ſiue de rei interitu, ſiue res pereat ante primam ſententiam, ſiue poſt primem, ante ſecundā, ſiue poſt ſecundam ſētentiam, & poſt quadrimeſtre tempus. Si antem intra quadrimeſtre tempus pereat, excuſatur à periculo, quia triplex pœna propter facinus ſufficit, vt omnia iſta probantur ff. quod metus cauſa.l.ſed & paratus. & l.ſi cū exceptione. §. aliquando. & §. pedius. & §. quatenus. &c. quod metus cauſa.l. prima. Et ſcias, quod in præſenti libello bene petitur, vt de dolo, quod abſit, promittatur, vt ff. quod metus cauſa.l.metū. §. Iulianus. TERTIVM CAPVT competit contra eum, qui non adhibuit metum, nec habet nunc facultatem rei reſtituendæ, lucrum tamen ſenſit ex re, vtpote, quia res, quam per metum compulſus fuit dare, deuenit ad R. ex cauſa lucratiua, & ipſe R. dictam rem vendidit, & ex ea venditione pretium habuit, & res poſtmodū periit, nam in ſubſidium rem per empta, agam contra prædictum Ro. actione quod metus cauſa, vt mihi reddat lucrum, quod ex re mea ſenſit, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan.de Bla. quòd compulſus per metum, qui caderet in conſtantem virum, cuidā dedi talem equum meum. qui equus deuenit ex cauſa lucratiua ad R. dictus vero Rod. dictum equū Titio vendidit pro ſex libris Tur. quas recipit in pecunia numerata. Vnde cū dict[9] mortuus equus ago contra dictum R. vt mihi det ſex libras Tur. quas ex dicto Titio habuit, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad dandum mihi ſex libr. Tuc. per diffinitiuam ſententiam condemnetis, quod ſi dictam pecuniam intra quadrimeſtre tempus ſoluere noluerit &c. vt præcedentibus libellis. Et probatur iſte libellus ff. quod metus cauſa.l. ſi ipſa res. Re enim exiſtente cùm recurſum haberem ad rē, non poſſum agere ad pretium, vt C. de rei vendi.l.ſi mater. Et in iſto libello bene inſeritur, ſi poſt primam ſententiam intra quadrimeſtre tempus, vt infra de offi.iud. § j. QVARTVM CAPVT habet locum ad reſcindendum contractum, ſcilicet, vt res retro tractetur, & in eo caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioann.de Bla. quòd R. compulit me, vt ſibi venderem, & traderem talem equum meum per metū, qui caderet in conſtantem virum pro x. lib. Tur. quas mihi dedit in pecunia numerata. vnde cū dictas x. libr. paratus ſim reddere dicto R. ago cōtra dictū Rod. vt dictum equū mihi reddat: Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Rod. ad reſtituendum mihi dictum equum per diffinitiuam ſententiam cōdemnetis, quòd ſi dictum equum &c. vt in primo libello. Et probatur libellus iſte C. quod metus cau.l. ſi vi vel metu. Et bene appoſitum fuit, metum adhibitum eſſe tàm in contrahendo quàm in tradendo. Alioquin ſi metus ſolum eſſet adhibitus in contrahendo, & ſpontaneè tradidiſſem. nō haberem actionem quod metus cauſa, quia ſublata eſſet proxima cauſa turpitudinis, vt C. quod metus cauſa.l. cùm tecum. vt ſibi promitterem, vel vt eum liberarem, poſſum contra ipſum agere, vt me liberet, vel vt ſe reponat in priſtinam obligationem. & veniet ad quadruplandum quicquid veniet ſimplandum, vt ff. quod metus cauſa.l. metum. §. ſed quod prętor, & l.ſi cum exceptione. § ſed & ſi quis. Petinde illud nota, quis non poteſt agere ex metu, quem ſibi quis infert, vt ff. quod metus cauſa.l.ſi mulier. Itē, ſi occaſiocaliter das mihi per metum, non illatum à me, ſed ab alio, ſed illud recipio tanquā mercedem laboris, non poteſt contra me agere, vt ff. quod metus cauſa.l.metum §. ſed licet. Et ſcias, quod iſta actio eſt infra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum, ita demum datur, ſi non eſt alia, vt ff. quod metus cauſa l.ſi cum exceptione. §. in cauſæ.

DE ACTIONE IN FACTVM, QVAE DESCENDIT EX EDICTO DE CALVMNIATORIBVS.

POſt hoc videndum eſt de actione infactum quæ deſcendit ex edicto de calumniatoribus. Et iſtius actionis ſunt tria capita: nam aliquando iſta actio eſt io quadruplum, quòd non eſt merè pœnale, imò quantum ad vnũ ſimplum, continet rei perſecutionem reſpectu dãtis & recipientis, vt ſi dedi tibi ne faceres mibi negotium per calumniam, & ita in boc eaſu formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io.de Bla. quòd ego dedi R.x.libras Turo. ne me per calumniam accuſaret. Vnde ago contra dictum R. vt mihi dictæ pecuniæ quadruplum videlicet xl.libras Turoñ. reddat, Vobíſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur iſte libellus ff. de calum. l. prima. ex illo verbo, quod nõ faceret. Hoc autem apparet, quòd quãtum ad vnum ſimplum continet rei perſecutionem hinc inde cùm x.libr. Turoñ. ei dediſſem: aliquando etiam eſt in quadruplum merè pœnale, reſpectu recipientis, vtputa, ſi qois dedit tibi x.libras, vt mibi moueres negotium per calumniam. Nam ille qoi dedit tibi pecuniam, nihil repetet à te, quia turpiter dedit ego tamen agam contra te ad quadruplum. Et iſtud eſt ſecundum caput, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioan. de Bla. quòd Titius dedit Roderio decem libras Turoñ. vt mihi moueret negotium per calumniam. Vnde ago contra dictum Roderium vt quadruplum pecuniæ ſibi datæ mihi det videlicet xl.libras Turoñ. Vobíſque domine iudex ſupplico &c. Hic certè apparet, quòd iſtud quadruplũ reſpectu mei recipientis, totum eſt lucrum pœnale, quia nihil mihi abeſt. Reſpectu tamẽ dãtis, non eſt totum pœnale, vtpote, quia Titius vnum ſimplum dedit ei, quòd non poteſt repetere cùm turpiter dederit. Et probatur prædictus libellus & omnia prædicta ff. de calum. l. & generaliter. §. vlti. Aliquando etiam eſt in quadruplum, quòd eſt ex vtraque parte per totum pœnale, vt ſi Titius qui non erat procurator meus, ſine mandato meo dedit Roderio decem. libr. Turonenſ. vt mihi non moueret negotium per calumniam, nec hoc ratum habui. Nam Titius quòd dedit, videlicet x. libras Turoñ. repetet per conditionem ob turpem cauſam, & nihilominus agam contra ipſum R. ad quadruplum, & ita iſtud quadruplum recipiam totum tanquàm lucrum pœnale, quia nibil dedi, nec mandato meo aliquid datum eſt, nam tunc viderer ego dediſſe, ſi mandato meo datum eſſet. Item, prædictus Roderius totum dictum quadruplum ſoluit tanquàm pœnam, cùm nihil ſibi abſit, quia Titius ab eo repetit, quod dedit, & illod eſt Tertium caput, & hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd Titius ſine mandato meo, nec me ratum habẽte, dedit R.x.lib. Tur. ne mihi moueret negotium per calumniam. Vnde ago contra dictum R. vt dictæ pecuniæ quadruplũ videlicet xl.lib. Tur. mihi det. Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et ꝓbatur iſte libellus ff. de calum. l. ſi quis ab alio Et ſcias, quòd iſta actio infra annum in quadruplũ, poſt annum verò in ſimplũ eſt, & cũ poſt annũ cõpetit cõditio, nõ eſt neceſſe hanc actionẽ dari, vt ff. de cal. l. in hæredẽ. §. vlt. & l. ſeq. Ex prædictis patet ſolutio illius quæſtionis, vtrùm in hac actione totum quadruplum ſit pœna, quia in primo & ſecundo capite, non eſt quadruplum merum pœnale. In tertio tamen capite totum quadruplum pœnale eſt.

DE CONDITIONE EX LEGE QVAE DATVR IN QVADRVPLVM, CONTRA EXECVTORAM

qui exegit nomine ſportularum, cum nihil deberet exigere.

§ ITem ex lege &c. Si quis Executor nomine ſportularorum, quas à me exegerit, cũ nihil à me deberet exigere, quis priuilegium habebam ſuper ſportulis non ſoluendis, vel amplius exegerit à me quàm deberem, tenetur in quadruplum huiuſmodi, quod iniuſtè exegit: cuius quadrupli mihi damnũ paſſo, ſimplum dandũ eſt triplum fiſco: & agetur conditione ex hac lege, cũ non ſit cautum quo genere agatur, & ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd R. executor à me conuento coram tali iudice, exegit nomine ſportularum, vltra quod deberet exigere x. ſolid. Tur. Vnde ago contra dictum R. vt mihi reddat x. ſolid. Turoñ. & vt triplum, videlicet xxx. ſolid. Turo. det fiſco nomine pœnæ, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad x. ſolid. Turo. mihi reddendos, & ad xxx. ſolid. Turoñ. nomine pœnæ, fiſco dandos, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probantur prædicta in hoc §. vt hîc quoque, & propter hoc in lib. me dixi clericum, vt de facili poſsit ſciri, quantùm exegerit amplius, quàm deberem nomine ſportularum, cùm in clericis determinata ſit quantitas ſportularum, vt in Auten. de ſanct. epiſcopis. §. ſportularum.

DE NEGOTIORVM GESTORVM ACTIONE, TAM DIRECTA QVAM CONTRARIA.

§ ACtionum &c. In hoc §. multa tanguntur ſed quia in pluribus ex eis, in ſuperioribus formaui libellos, eas nõ repeto hîc ſed in alijs formabo libellũ. Et primo in actione negotiorum geſtorum, & quia multi ſunt geſtores, & ſecundùm diuerſas proprietates eorum diuerſimodè formatur libellus in hac actione, ideò in tractatu iſtius actionis quaſi per quandam diſtinctionem capitulorum procedamus dicendo ita: Quia geſtorum, alius ſpontaneæ gerit & accedit tanquàm omnia geſturus, vel forſan accedit, tanquàm vnum geſturus. Contemplatione tamẽ eius alius nõ acceſsit, qui erat omnia geſturus, & hoc caſu dictus geſtor tenebitur de omnibus negotiis geſtis & omiſsis ſiue gerendis. Et hoc caſu contra ipſum geſtorem ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Blan. quòd Rod. geſsit negotia mea ſine mandato meo, & acceſsit ad ea gerenda, tanquàm omnia geſturus. Vnde ago contra dictum R. vt omnium negotiorum meorum rationem & æſtimationem doli & culpæ in eis commiſſorum faciendo vel omittendo, reliquaque reddat. Vobiſque dñe iudex ſupplico, vt dictum R. ad prædicta petita adimplẽda, per diffinitiuã ſententiam cõdẽnetis. Et probatur iſte libellus, quia poſtquã

dictus

dictus R. acceſsit tanquã omnia geſturus, de omnibus tenetur, etiã de omiſsis. Nã tenetur de dolo, lata culpa & leui, cõmiſsis tã in male adminiſtrando quam in negligẽdo vel omittendo: & iſta probãtur ff. de neg. geſt. l. Pomponius, & l. ſequẽti. Cũ enim accidit tanquã omnia geſturus, vnus eſt contractus & ita tenetur de omnibus negotiis, vt in prædictis ll. Tenetur etiã de dolo, lata culpa, & leui regulariter, vt C. de neg. geſt. l. tutori. Et ſcias quod iſta actio negotiorum geſtorum eſt generalis, vt ff. pro ſocio l. ſcio arbiter. & ideò generalia verba inſerui in prædicto libello. In perſecutione tamen negotij exprimentur ſpecialia, ſiue ſpecificabuntur negotiorum genera, vt C. de iud. l. licet. Nam tales poſitiones facit actor. POSITIO. Pono, quòd talem negotium meum male adminiſtraſti. Pono, quod talem domum tegere neglexiſti, in quod damnificatus ſum in X. libris Turo. Pono quòd de rebus meis, ſiue occaſione negotiorum meorum habes X. libr. Tur. & ita in perſecutione cauſæ exprimentur ſpecialia. Et bene petitur in præſenti libello, & etiam reliqua, vt ff. de neg. geſt. l. ſecunda. Non enim ſatis eſt reliqua reddere, niſi ratio reddatur. Vnde res incipiet à facto, quia geſtor tenebitur computare, in quibus negotiis expendit, & quantùm ad eum occaſione negotiorum peruenit, Tandem ad dationem res perueni, & nam computatione facta geſtorum, debebit reddere quæ reliqua apparebant, vt ff. de condi. & demonſtra. lege Iulianus. & l. cũ ſeruus. Et eſt ſpeciale hoc caſu, vt quis præciſè condemnetur ad factum, videlicèt, vt reddat rationes, & hoc ideò, quia tale factum de leui poteſt expediri, vt aliàs videmus. ff. quod metus cauſa. l. ſicut exceptione. §. ſed & ſi quis. & ff. de procura. l. filius. §. vlti. & l. ſi defunctus. Regulariter tamen non agitur præciſè ad factum, vt ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. in fine. Et ſcias, quòd in prædicto libello bene inſeruntur illa verba, ſine mãdato, quia ſi mandato interueniſſet tacitè vel expreſſè, non competeret actio negotiorũ geſtorum, imò actio mandati, & tacitè videtur mandatum interuenire, ſi me patiẽte vel præſente gerat negotium meum, vt iſta probantur ff. mandati. l. ſi remunerandi. §. primo. & l. qui fide. Et non ſolùm prædictus qui acceſsit tanquàm omnia geſturus tenetur negotiis omnibus geſtis & gerendis, imò etiam ille qui acceſsit tanquàm vnũ negotium geſturus, & hoc caſu ita formatur libel.

LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Blanaſ quòd ſine mandato meo R. acceſsit ad tale negotium meum gerendum, contemplatione autem huiuſmodi Titius qui omnia negotia mea gerenda non acceſsit. Vnde cùm dictus R. hoc ſciuerit, & nõ ignorauit eo tempore, quãdo ad dictum negotium meum gerendum acceſsit, & ſic omnia negotia mea gerere tenetur: ago cõtra dictum R. vt omnium negotiorum meorum rationem & æſtimationem doli & culpæ in dictis negotiis cõmiſſorum, ſiue malè adminiſtrando, ſiue negligenter omittendo, reliquaque cũ vſuris legitimis à tempore moræ currẽtibus reddat, Vobiſque domine iudex ſupplico &c. vt in præcedenti libello. Et probatur ille libellus ff. de neg. geſt. l. ſi Pupilli §. videamus. Iſte enim geſtor hoc caſu tenebitur de gerendis negotiis quæ non geſsit, vnde omnium negotiorum tenetur rationem reddere, & pręſtare æſtimationem doli culpæ commiſſorum, ſiue adminiſtrando malè, ſiue negligenter omittendo. Vnde ſi omnia alia negotia mea omittat illo excepto, quòd cœpit gerere, tenebitur pro illis negotiis omiſsis, quatenus intereſt mea dicta negotia eſſe geſta, prædicto §. Et repetas hîc quę dicta ſunt in prædicto libello. Et ſcias quod cautè ponitur in præcedẽti libello. Vnde cùm dictus Rod. hoc ſciuerit &c. Quia ſi R. ad vnum negotium meum gerendum acceſſiſſet tanquàm illud ſolũ geſturus, ignoraret autem quod alius eiuſmodi cõtemplatione ad hoc non acceſsiſſet, ignorabat enim aliũ eſſe geſturũ omnia ſi ipſe non gereret, in hoc caſu, ſi ipſe R. deſiſtat peracto negotio, ad quod acceſsit non tenebitur de aliis negotiis gerendis, omiſsis, & probo. Nã lex dicit, quod peracto negotio, ad quod acceſsit, licitum eſt impune à geſtione negotiorum recedere, cùm ſatis ſufficiat, vt in paucis amicis laboribus cõſulatur, vt C. de neg. geſt. l. tutori. Iſte autem R. peracto negotio ſecundùm cõſilium ſeu promiſsionem prędictæ l. diceſsit à geſtione, ingnorans quòd alius contemplatione eius genere omiſiſſet, ſi autem ex hoc incommodũ ſentiret, iam deciperetur prædictæ l. authoritate, quod eſſe non debet, vt C. de iis qui ve. æta. impe. l. j. Cùm enim diceſsit à geſtione legitimè, pœnam non meretur, vt dicamus eum non teneri de commiſsis, quia de iis teneretur iam errans in facto, etiã alieno, in quo probabilis eſt error, Facti pœnam ſeu damnum ſuſtineret, quod eſſe non debet, quia error facti præcipuè in dãno vitando debet excuſare, vt prædicta probantur C. ad l. Iul. de adult. l. Grachus. & ff. de iuris & facti igno. l. error facti, & ff. pro ſoc. l. vlt. Item, ſi iſte R. teneretur de omiſsis, iam beneficio, quod mihi contulit, deciperetur, nam gerendo negotium mihi beneficium contulit, vt ff. de neg. geſt. l. prima. Non ergo iſtud beneficium in ſui ingnorantis læſionem debet redundare, cùm beneficiis, nõ oportet nos decipi, vt ff. commo. l. in commodato. §. ſicut. Et ſic quod dicitur in prædicto §. videamus. quòd geſtor tenetur de commiſsis, ſi alius contemplatione eius ad negotia non acceſſit, ſic intelligendum eſt, ſi geſtor hoc ſciebat eo tempore, quando ad negotium gerendum acceſſit, quia ſi hoc ſcit, per conſequens debet ſcire, quòd ſi gerit vnum negotium, quòd de omnibus negotiis gerendis tenebitur, & ita imputabitur ei, ſi non gerat omnia, quia de omiſsis tenebitur. Ex his declarata eſt poſitio quædam, quam hoc caſu poteſt facere reus, vt ita ponat. Pono, quòd ego ingnorabã alium eſſe geſturum omnia, qui contemplatione mei, vt dicitur ad dicta negotia non acceſsit Et in hoc caſu præſumetur ingnorantia, & qui allegabit ſcientiam ipſam, probare tenebitur. vt ff. de probat. l. verius. Per hoc etiã apparet mortificatio cuiuſdã cauillationis, per quã poſſent decipi ſimplices aduocati. Verbi gratia, mercator recedit à nundinis, venit ad terram ſuam, inuenit negotia ſua deſerta quàm plurima. Titius tamen amicus ſuus vnum ſuum negotium geſsit, venit mercator ad aduocatum, dicens: quid potero facere? cognitia mea remanſerunt deſerta Titius tamen tantùm vnum negotium meum geſsit, & ſicut geſsit illud, ita potuiſſet geſsiſſe omnia. Vnde libenter conuenirem eum pro negotiis omiſsis ſi poſſem, dicat fallax aduocatus, quæratis vnicum amicum veſtrum qui dicat, quòd omnia negotia veſtra geſ-

ad gerendum mercator diſquirit amicos, & precaris noſtris exigentibus leuiter inuenit vnũ ſuum amicum qui hoc affirmat, & etiam iurat, quod omnia eſſet geſturus, ſi dictus geſtor non acceſſiſſet ad gerendum. hoc inuento dicit aduocatus, planum eſt quod dictus Titius tenetur de omnibus negotiis, etiam de omiſsis, vt prædicto §. videamus. Sed Titius ita defendet ſe, domine, ego ignorabam hoc ſi volunt dicere quòd hoc ſciebam, probant hoc, quòd debent facere, vt ſuprà notatur. Item, in præſenti libello bene petuntur reliqua cum vſuris à tempore moræ currentibus. ff. de nega. geſt. l. quia tantundem. Et ad hoc vt ſciat iudex ex quo tẽpore fuit in mora geſtor, actor faciet talem poſitionem. Pono, quòd tali die interpellaui te reum vt ſolueres mihi. Item pono, quòd non habens iuſtam cauſam, diſtuliſti ſolutionem, vt iſtæ poſitiones probantur ff. de vſur. l. mora. & l. ſciendum. & ff. ſi certum petatur. l. quod te. Et ſcias, quòd ſunt quatuor genera negotiorum, vt infrà videbis. quæ genera negotiorum congregantur ſub prædictis libellis, ſicut pulli ſub gallina. Nam qui acceſſit ad omnia negotia mea gerenda, tenetur etiam gerere negotia, quòd eſt etiam meum ratihabitione, vtputa, ſi eſt coniuncta perſona, etiam tenetur exigere à debitoribus meis, & ſi hoc non facit, in culpa eſt, & de hoc tenebitur, ſed extraneus nõ teneretur de hoc cùm non haberet actionem, & nemo ſine actione experitur, vt ff. de neg. geſt. l ſi pupilli. §. vlti. & l. ſin autem. Etiam geſtor iſte qui acceſſit, tanquam omnia geſturus tenetur à ſe exigere, etiam naturale debitum, quod ſi non fecit, deuoluitur in actionem negotiorum geſtorum, vt prædictum eſt. Faciet in proſecutione negotij talem poſitionẽ. Pono, quòd x. lib. Tur. mihi debebas naturaliter tu geſtor. Item pono, quòd durante geſtione ea potuiſti à te exigere, ſi enim non potuiſſet à ſe exigere vtpote, quia ita eſſet breue tempus geſtionis, non deuoluetur prædictum debitum in actionẽ negotiorum geſtorum, non enim imputandum eſt geſtori. ſi nõ protinus res ſuas diſtraxit, vt hæc probantur ff. de neg. geſt. l. proculus. & l. at qui natura. & l. diuortio. Et quot ſint cauſæ, quare alienationes deuoluuntur in actionẽ negotiorum geſtorum, dic vt d. l. diuortio. Si autẽ prædictæ poſitiones veræ ſunt, apparebit quòd dictus geſtor ad prædictas x. lib. debebit condemnari. Sed cum in prædictis petitionibus cõtineatur, negotiũ quod eſt meum ratihabitione, tenebitur ne de omni negotio, quòd poteſt eſſe meum ratihabitione? Ponamus enim quòd ita dico geſtori. Pono, quòd nomine meo potuiſti emere talem equum, pro x. lib. Tur. qui bene nunc valet xx. lib. Tur. quas amiſi. Vnde apparet, quòd tu debes mihi condemnari in x. lib. Tur. quia in tantum intereſt mea, dictum negotium eſſe expletum. Et certè dicendũ eſt, quia aut ego ſolitus eram equos emere, & inter negotia mea bene inueniebat pecuniam, vnde poterat ſoluere prætium dicti equi, & hoc caſu tenebitur geſtor, aliàs non tenebitur, quia conſuetudo domini negotiorum inſpicienda eſt. vt ff. de pigno. actione. l. vel vniuerſorum. Et bene dixi, ſi inuenerit pecuniam inter negotia mea, vt ff. de adminiſtra. tu. leg. quocunque. §. ſicut ibi, ſi modo fuerit pecunia &c. Item, & quamuis conſuetus eſſem equos emere, & pecunia bene inueniretur inter negotia mea, non tamen tenebitur, niſi fuerit in mora emendi, quia dictum negotiũ non debet præcipiti feſtinatione expedire, vt ff. de adminiſtratione tuto. l. tutor qui repertorium §. ſi tutor. Aliàs autem ſi non eſſem ſolitus emere equos. geſtor ad dictum negotium gerendum non debuit accedere, cùm eſſet inſolitum, & ſi accederet, teneretur de caſu geſtor, vt ff. de nego. geſt. l. ſi negotia abſentis. In aliis etiam caſibus tenetur de caſu, quod dic vt notat dominus Azo in ſumma, C. de neg. geſt. §. item competit hæc actio in omnibus iis. Sed non ſolũ agit dominus negotiorum geſtorum, contra geſtorem negotiorum geſtorum directa, imò geſtor actione negotiorũ geſtorum contraria agit, contra dominum negotiorum pro impenſis quas fecit in iſta actione cõtraria, ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd ego acceſſi bona fide, ſine mandato ad omnia negotia Roderij gerenda, & ea vtiliter gerere cœpi. Vnde cùm in negotiis dicti R. expediendis, expenderim x. libras Turoñ. Ago contra dictum R vt mihi decem libras Tur. cùm vſuris legitimis, à tempore moræ currentibus reddat, Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. &c Et probatur iſte libellus ff. de neg geſt. l. ſecunda. Et ſcias, quòd in præſenti li. bene inſeritur, bona fide me acceſſiſſe ad negotia R. gerenda. Aliàs enim ſi mala fide animo deprædãdi, ad negotia prædicta acceſſiſſem non agerem ſimpliciter ad illud totum quod impendi, niſi quatenus dictus R. eſſet locupletior, vt ff. de neg. ge. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. Quando enim animo deprædandi quis accedit ad negotia gerenda, talis geſtor tenetur de caſu, vtpote quando, caſu euenit, quòd dominus negotiorum non fuerit locupletior ex tali geſtione, non poterit geſtor dictus agere contra dominum pro impenſis, cùm dominus hoc caſu non teneatur, niſi quantũ locupletior. Et hoc in caſibus pluribus aliis accidit, quos dic, vt ſuprà proximè notatur. Ideò autẽ in præſenti libello dixi, dicta negotia me vtiliter cœpiſſe gerere, quia ad hoc quod expẽſas poſſim petere, ſufficit me vtiliter incipere gerere, quáuis effectus nõ ſequatur, vt ff de ne. ge. l ſed an vltro. §. j. Quare autẽ in præſẽti libello inſerui illa verba, ſine mãdato. Itẽ, quare peto vſuras currẽtes à tẽpore moræ, recurre ad ea quæ in præcedentibus notantur. Et nota, quòd bene peto illud quod impendi, impendiſſe autem videor, ſiue de burſa mea ſolui. ſiue alteri me obligaui. Nam illud in quo obligatus ſum, mihi videtur abeſſe, vt ff. de neg. ge. l. ſi quis in mandato Titij. ideò autem in præſenti libello non ſpecifico ſpecialiter. in quo expendi dicendo ita in tali negotio expendi xx. ſolid. Turo. Item in tali tantùm, ſed generalibus verbis vſus ſum, quia illa actio negotiorum geſtorum cõtraria perinde generalis eſt ſicut directa. Vnde ſufficit, quòd generalia verba prædicto libello inſerantur, in proſecutione tamen negotij ſpecificabuntur prædicta. & recurre ad hæc, quæ notantur in præcedentibus &c.

QVÆ SVNT GENERA NEGOTIORVM GESTORVM.

ALiquando geſtor non accedit, tanquàm omnia geſturus, ſed ſolùm tanquàm vnum geſturus, & tunc, quia quatuor ſunt genera negotiorum, quatuor modis poteſt

poteſt hic formari libel. Nam aliquod eſt negotium quod eſt meum ratihabitione, vt ſi R. emit nomine meo vnum equum, & ſibi traditus fuit, nam ſi tale negotium habeo ratum, agam contra dictum R. vt mihi dictum equum reſtituat, & ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Io. de Bla. quòd R. gerens negotium ſine mandato, emit talem equum meo nomine, pro x. libr. Turoñ. ſibique traditus fuit. dictus autem R. per culpam ſuam latam, vel leuem, de euictione non curauit ſibi caueri. Vnde cùm emptionem prædictam ratam habeam, & paratus ſim ſoluere prætium prædicti equi, Ago contra dictum Roderium vt dictum equum mihi reſtituat. Item, quia mea intereſt in xx. ſolid. Turoñ. vt de euictione ſibi feciſſet caueri. Ago etiam contra dictum Roderium vt xx. ſolid. Turoñ mihi reddat, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium ad reſtituendum mihi dictum equum, & ad xx. ſolid. Tur. mihi præſtandos, per diffinitiuã ſententiam condemnetis. Libellus iſte probatur ff. de neg. geſt. l. mandaſti. Et nota, quòd bene petitur præſenti libello, quatenus intereſt mea, cautionem de euictione eſſe interpoſitam, quam dictus Roderius omiſit per latam culpam, vel leuẽ, vel per dolum, nam geſtor de his tenetur, vt C. de neg. geſt l. tutori. & eo. l. ſi negotia. imò quod plus eſt, geſtor aliquando tenetur de leuiſſima culpa, ſi alius diligentiſſimus eſſet geſturus, qui contemplatione huius geſtoris ad negotium gerendum non acceſſit: nam in hoc caſu geſtor tenebitur de leuiſſima culpa, vt ff. de nego geſt. l. ſi pupilli. §. videamus. Et hoc eſt verum, ſi alius acceſſurus geſtor non ignoraret, vt ſuprà notatur. Item, bene inſeritur in dicto libel. me ratum habere, quia cũ iſtud negotium meum ſit ratihabitione, aliter nõ agerem, niſi ratum haberem, vt ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. idem ait. Item, bene inſeritur, quod paratus ſum ſibi prætium dare, vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. afferri. Item, in prædicto libello bene inſeritur, dictum equum eſſe traditum R. Nã ſi non eſſet ad hoc traditus dictus R. non teneretur mihi, eo quòd actionem haberet, & ideo cedendo actionem ex empto, liberaretur, vt ff. de pecul. l. quod debetur. Item, in præſenti libello bene inſeritur, dictum negotium eſſe geſtum nomine meo, aliàs enim non poſſem dictum negotium ratum habere, vt dicta l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego, niſi in ſubſidium, vt ſi alius non poſſet ratum habere, quia non eſſet factum ad vtilitatem ſui, vt dicta l. ſi pupilli. §. ſed ſi Titij. Sed videtur quòd præcedens nõ ſit aliquatenus admittẽdus, eo ꝙ cõtraria continet. quod apparet: Nam ego dico, ratam habere emptionem, quam fecit prædictus Rode. & ita per conſequens omnia facta per eum, quantùm ad dictam emptionem, videor habere rata: nam pro parte habere ratam, & pro parte reſpuere, nõ poſſem. Merito enim hanc inconſtantiam prætor recuſaret, vt ff. de procuratoribus. le. in cauſæ. Sed petendo xx. ſolid. Turoñ. eo quòd dictus Ro. non curauit per dolum, vel per culpam cautionẽ de euictione facere interponi, non habeo ratum quod fecit, & ſic videor mihi contrarius eſſe in dicto libello, quare videtur quòd non ſit dictus libellus admittendus, vt ff quando ap. ſit. l. ſecunda. §. ſed ſi aliquis. Ad quod dic, quòd ratum habere poſſum duobus modis. vno modo, vt ſenſus ſit, Ratum habeo, id eſt, mihi placet, quòd geſtor fecit, ita quod nolò conuenire, neque contra geſtorem iſta de cauſa agere, & ſi ita haberem ratum non poſſem poſtea ab eo petere xx. ſolid. Turoñ. illa de cauſa, quòd cautio de euictione nõ eſſet exacta. quia eſſem mihi contrarius, cum ratihabitio interueniſſet ad liberandum. Alio modo poſſum ratum habere vt ſit ſenſus, ratum habeo, id eſt, volo tale negotium ratihabitione conſtituere meũ, perinde ac ſi gerendum mandaſſem. Nam ratihabitio retro trahitur, & mandato comparatur, vt C. ad Maced. l. vlti. Vnde talis ratihabitio potius ſit ad obligandum quàm ad liberandum, nec impedit quin poſſim agere, nec propter hoc ero mihi contrarius, & ſic accipitur in præſenti libello ratum habeto. Nam talis ratihabitio comparatur mandato, vt ſicut mandatum obligat mandatarium, & mandatarius tenetur de culpa & dolo commiſſis in mandato exequendo, ita in caſu propoſito ratihabitio obligat geſtorem, & geſtor nihilominus obligabitur ſi negotium dolo vel culpa malè expleuit, cùm plus non debeat operari ratihabitio ſecuta, quàm mandatum à principio interueniens, cùm vnum competit alteri, vt ſuprà notatur. Et iſtam diſtinctionem poteſt colligere ſubtiliter intelligens. ff. de neg. geſtis. l. Pomponi⁹ ſcribit. & l. ſequenti, in principio. Sed vnde oritur actio negotiorum geſtorum. in hoc caſu? & illud aliquando expedit ſcire, vt ſciamus, vbi quis ſortitur forum. Nam ponamus: mercator quidam geſſit negotium meum in nundinis Barri, mihi exiſtenti Bononiæ, notificatur illud, Bononiæ exiſtens ratum habeo, ſi actio oriatur ex ratihabitione, & ratihabitio ſecuta eſt Bononiæ, videbitur eſſe quaſi contractum Bononiæ, & ratione contractus Bononiæ celebrati mercator poterit Bononiæ conueniri, vt ff. de iud. l. hæres abſ ns. & l. omnem obligationem. Si autem oriatur ex geſtione dicta actio apud Barrum vbi geſtio fuerit celebrata, videbitur ibi eſſe quaſi contractum, & in eo loco ſortitur forum mercator, & ibi de ratione dictæ geſtionis poterit conueniri, vt C. vbi de ra. agi. o. l. j. & ij. Et circa hanc quæſtionem videtur dixiſſe dominus Io. quòd oritur ex ratihabitione, aliter non detur, niſi ratihabitio poſtmodum ſecuta ſit, vt ff. de ne. geſt. l. ſi pup. §. idem ait. Sed dominus Azo dicit, & verius. quòd eſt ex geſtione, ratihabitione poſtmodum ſecuta, & ſolutione pecuniæ, vt ff. de pig. act. l. ſi rem. §. omnes. In caſu autem propoſito, nec dum dominus negotiorum agit contra geſtorem, imò geſtor agit contra dominum pro impenſis, ſed tunc ſi eſt negotium ſolitum. Voco autem negotium ſolitum, vel quod dominus ſolitus eſt exercere, vt emere ſeruos. & ſimilia, vt ff. de neg. geſt. l. ſi negotia. Vel quod veriſimile eſt, quòd dominus velit exercere. vt verbi gratia, quòd debitum à debitoribus ſuis exigatur. Nam quamuis dominus nuſquam à debitoribus ſuis exegerit, quia nunquam aliàs habuit debitorem, tamen veriſimile eſt, quòd velit debitum à ſuo debitore exigere, cùm non præſumatur quis ſuam pecuniam iactare, vt ff de prob. l. cùm de indebito. Vel dic, quod ſolitum & inſolitum propriè ſe habent circa negotiationes. & certè ſi eſt negotium ſolitum, ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Bla. quòd ego ſine mandato emi, tempore congruo x. corbes frumenti, nomine Rode. abſentis tunc temporis qui eſt mercator frumẽti,

& eo

& eo tempore ſulitus erat emere frumentum. Vnde cum dictum negotium incœpi agere vtiliter, & ſic pro rato habendum eſt, Ago contra dictum R. vt x.libras Turon. quas in dicto negotio expendi, mihi reddat cum vſuris legitimis à tempore moræ currentibus, Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur iſte libellns ff. de neg. geſt. l.ſecunda. & l.ſed an vltro.§.primo. Et ſcias quòd bene inſeritur in præſenti libello, dictum R. eſſe abſentem, quia ſi eſſet præſens & ſciret, videretur tacitè mandaſſe, & competeret contraria mandati, vt ff.mandati.l.qui fide. Item, bene inſeritur, dictum R. ſolitum fuiſſe tali tempore emere frumẽtum, quia ſi non eſſet ſolitus, iam acceſsiſſem ad negotium inſolitum, & non teneretur dictus R. niſi inquatum eſſet locupletior, vt iam videbis in ſequentibus. Item bene inſeritnr in præſenti libello, dictum negotium pro rato habendum, qnia poſtquàm vtiliter fuit cœptum, et ſi effectut ſecutus non fuerit, perinde poteſt agi contraria negotiorum geſtorum, ac ſi dominus negotiorum ratum haberet, vt ff.de neg.geſt.l.Pomponins ſcribit. Ibi. & quẽadmodũ &c. non dico ſicut dixerũt quidam, quòd dominus negotiorum abſolntè cõpellatur ratum habere nã ratũ habeo depẽdet ex volũtate, & voluntas abſolutè cõpelli nõ poteſt, ar.l.C.de hæred.inſti.l.cùm proponas. Sed videtur quòd præcedens libellus malè factus ſit, & quòd talis petitio non ſit recipienda: nam quis inuitus non debet compelli, vt rem emptam habeat, vt C.de contrahen.emp.l.inuitum. & C. de iure delib.l.nec emere. Sed ſi prædicta petitio recipiatur, iam dictus R. ſolueret prædictum frumentnm inuitus, & ſic inuitus compelletur ad emptionem, quod eſt contra prædictas regulas. Nec eſt dicendum, quod iſtud fiat per interpoſitam perſonam ipſius geſtoris, nam quod eſt prohibitum fieri directò, per aliam fieri viam prohibitum eſt, vt ff.de tuto. & cura. da. ab iis.l.ſcire.§.primo. Ad quod dic, quòd ſpeciale eſt in hoc caſu, ne geſtor negotiorum verſaretur in damno. Vtile enim eſt, vt geſtores habeant actionem, negotia abſentium deſerta remaneant, vt ff. de neg. geſt.l.prima & ſecunda. Item videtnr, quod dictus Roderius cauillando ita poſsit prædictam petitionem eneruare. Dicet enim ad hoc, vt competat actio contraria negotiorum geſtorum ipſi geſtori pro impenſis, quas fecit inſolidum repetendis neceſſe eſt à principio vtiliter eſſe cœptum negotium: & quamuis lucrum poſſet afferre mihi dictum negotium, quia mihi non placet habere frumentnm, & ſic poſtquàm mihi non placet habere frumẽtũ iam fieret deterior cũdictio mea, ſi frumenti prætium ſoluo, & frumentum habeo, quia eo ipſo quod non placet mihi, videtur dictum negotium eſſe malè cœptum, vt ff. de vſu & habitatione.l.vltima. Et iſta cauillatio eſt generalis, necdum in præſenti petitione imò in petitionibus circa alia negotia. Sed reſpondeas ad prædictam canillationem, & dic quòd dominus negotiorum non poreſt dicere ſibi non placere, poſtquàm ſolitus erat emere frumentum, & ſi illud diceret, videtur in fraudem illud dicere. Vel dic quòd hoc caſu, non licet domino negoriorũ hoc dicere, ne via fraudibus aperiretur. Si enim dominus negotiorum poſsit illud allegare, iam eſſet leue cuilibet euitare contrariam actionem negotiorum geſtorum, dicendo factam eſſe ſuam conditionem deteriorem, eo quòd ſibi non placet. Vnde ne via fraudibus aperiatur, non licebit cum effectu domino negotiorum hoc allegare, vt ff.nau.cau.ſta.l.prima.§.primo. & ſuprà vi bono.rap.§.ſecundo. Si autem eſt negotium inſolitum, tunc non poteſt agi contra dominnm negotiorum, niſi inquantum eſt locnpletior, vt ff. de neg.geſt.l.ſi negotia abſentis. Sed videtur quòd iſtud non poſsit ſtare: nam hoc caſu non eſt negotium vtiliter cœptum, ergo non eſt habendum pro rapto, argumento ſumpto à contrario ſenſu.l. ff.de negotiis geſtis.l.Pomponius ſcribit. & l. ſed an vltro.§.primo. Item, ad dictum negotium ratum habendum, poteſt compelli dominus negotiorum, & propter hoc quia non eſt vtiliter cœptum negotiũ, vt modò dixi, & propter hoc quod ratum habere dependet à mea voluntate, quæ nõ poteſt compelli, vt ſuprà nota. Sed dominus negotiorum gerendorum non habet ratum, nec ad hoc poteſt compelli, nec ius fingit hoc ratum eſſe quia non fuit vtiliter cœptum, dominus non poterit in aliquo conueniri, vtpote, quia non eſt locupletior, quia cùm non habeat ratam emptionem inſolitam factam nomine ſuo, res emptæ nõ ſunt ſuæ, vt ff.de neg.geſt.l.ſi ego. Item, cùm non habeat ratam emptionem, non habet actionem ad res dictas perſequendas, cùm iſtud negotium ſit ſuum ratihabitione, vnde poſtquàm non habet ratum non habet actionem. Item, res emptæ non ſunt penes dominum negotiorum, & ita non habet earum ratentionem. Sic igitur poſtquàm non dominus negotiorum non habet actionem ad res dictas perſequendas, nec earum eſt dominus, nec in eis retentionem habet, non videntur dictæ res in bonis ſuis, & ſic non videtur locupletior in aliquo, vt ff.de acquir.rer.do.l.rem in bonis. Sed ſi ita eſt, quod in hoc caſu, ſi dominus nagoriorũ diceret ſe non habere ratum, quod non poſſet cõueniri, iam illa l.ſi negotia.imponeretur verbis, & non rebus, cùm facile eſſet cuilibet dicere non habeo ratum, & ſic nullus in perpetuum conneniretur. Ad prædicta dic duobut modis, vno modo ſic: ſi vera ſunt prædicta, ſi res emptæ ſint penes geſtorem: ſed poteſt eſſe quod res emptæ ſunt penes dominum negotiorum, vt verbi gratia, Aliquis emit nomine meo ſeruum nouitium, cum non eſſem ſolitus emere talem ſeruum, & emit pro x.libr.Tur. Venit ad me dicens, domine ego emi talem ſeruum nouitium ad opus veſtrum. Dixi ei: frater certè de hoc doleo, verùm poſtquàm emiſti ducas ad domum meam ſi placet tibi. Ipſe dictum ſeruum mihi tradidi, & ad domum meam duxit. Dictus ſeruus non valebat niſi octo, & in tantum dictum ſeruum vendidi. In hoc caſu, non videor locupletior, niſi in octo, & in tantum geſtor me poterit conuenire, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, quòd ego R. gerens negotinm ſine mandato. Ioan. de Bla. nomine ſuo emi pro x.lib.Tur. talem ſeruum nouitium. Vnde cùm dictum ſeruum tradiderim dicto Ioan. & ex iſta geſtione factns ſit locupletior in octo libr. Turon. Ago contra dictum Ioã. vt mihi reddat octo libr. Turon. Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Libellus iſte probatur per l.dictam, ſi negotia. Et bene inſeritur in præſenti libello, quòd dictus R. tradidit mihi ſeruum, aliàs enim contra me non poſſet cum effectu agere, quia dicendo me non habere ratum dictum ne-

gotium non videret locupletior, vt ſuprà notatur & ſic non poſſet me in aliquo coouenire. Sed vidatur quod in boc caſu, dictus R. poſſet me ad prætium ſolidum conuenire, nã recipiendo ſeruũ emptum ratum babeo contractum, ar. ad hoc ff. quod iuſſu l. j. §. ſed & ſi ſerui. Sed ratum habẽdn contractum omnia teneor præſtare quæcunque præſtaturus eſſem ſi in perſona propria contractum celebraſſem, arg. ad hoc ff. ſi cert. pet. l. cùm fundum. §. ſeruum tuũ. Sed ſi ego in perſona propria cõtractum celebraſſem, tenerer ad ſolidum prætium, ita videtur nunc quòd ad ſolidum prætium teneat, qnod apparet, quia ratibabitio man dato comparatur, vt C. ad Mac. l. vlt. Sed ſi mandaſſem dicto geſtori, vt mihi emeret ſeruum nouitium pro x. lib. Tur. tenerer ad ſolidum prætiũ mandati contraria. vt ff. mandati. l. tertia, & quarta. Videtur igitur in propoſito, quòd ad ſolidum prætium teneat, cùm ratum habuerim contractũ, & ratihabitio tantùm operari debeat quantũ mãdatũ, cum mandato operetur. Ad quod dic, quòd hoc caſu non videor habere ratum, quod pro x. libr. emit, ſed videor babere ratum, quod emit vt ſibi teneat, in quantum locupletior ſum. Sed tũc opponitur, quia illud factum pro parte approbo, quod emit eo ipſo, quod recipiendo ſeruum, contractum ratifico, pro parte verò reprobo. Quia non habeo ratum hoc ipſo, quod dictum ſeruum recipio, quòd tantùm ſcilicet x. libras Turoñ. dedit, ſed illud non videtur mihi licere, quia ita pro parte poſſum probare, & pro parte reprobare, vt ff. de procurat. l. in cauſæ. & ff. de admi. tu. l. cum quæritur. Ad quod dic, quòd expreſsè nõ poſſem ego pro parte ratum habere, & pro parte reprobare, ſed tacitè prædictum ſeruum, ſcilicet recipiendo, poſſum pro parte negotium reprobare. Et hoc eſt, quòd expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, vt ff. de condi. & de. l. nunquam. Vel dic, quòd ſpeciale eſt boc, vt boc poſsit fieri, & eſt ratio ſpecialitatis culpa geſtoris. Ex bis apparet, ꝙ re exiſteote penes geſtorem in prædicto caſu, non poteſt locum habere prædicta l. ſi negotia. Quia ſi dictam rem volo petere à geſtore, oportet quòd contractum expreſsè babeam ratum, & tunc neceſſe haberem, ſolidum prætium ſoluere, vt prædixi, & ſic inſolidum tenerer, quia geſtor diceret. Vel vos contractum approbetis prout feci, & detis mihi ſolidum prætium. Vel vos reprobetis, & dimittatis rẽ penes me. argu. l. allegatæ, cùm quæritur. & ſic ſi habeo ratum expreſsè, dicta lex non habet locum, quia tenebor inſolidum, oc dũ inquantum ſum locupletior. Si autem non habeo ratum, nec tunc babebit locum, quia non tenebor in aliquo. Alij autem dicunt, quod domino negotiorum oon habente ratum, nihilominus poterit coueniri in quantũ locupletior. nõ obſtat ꝙ ſuprà probatũ, quòd nõ videtur locupletior, poſt quàm nõ habet ratũ, quia reſpõdẽdo ꝙ imò videtur locupletior, poſt quàm ſtat per eum, quo minus ſit locupletior, vt ff. de condi. & de l. Iure ciuili. & ſic fictione iuris videbitur dominus locupletior, & poterit conueniri. & ſecundùm hoc, ita poterit formari libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego R. quod ego gerens negotium, ſine mandato, Ioan. de Bla. nomine ipſius emi pro x. libr. Tur. talẽ ſeruũ nouitiũ. Vnde cũ dictus ſeruus optimè valebat, cõmuni æſtimatione habita v i. lib. Tur. & ſic dominus Io. videatur locupletior in v i. lib. Tur. cùm dictum ſeruũ paratus ſim dicto Io. tradere. Ago contra dictum Io. vt mihi x. libras Tur. reddat, Vobíſque domine iudex ſupplico &c. Sed huic opinioni obiicitur lex, ſi negotia. quæ dicit quod ego non teneor, niſi inquantũ ſit locupletior geſtor, ergo non poteſt à me petere niſi id in quo ſim locupletior. Sed ipſe geſtor habet id, in quo ſum locupletior, ergo dolo facit, qui petit à me quod habet. Ad quod potes reſpondere, qui habet rem qui non poteſt ab eo euelli ſiue deſcedere, ſine facto ſuo, rem non poteſt petere, Sed non erat ita hic, quia ſi ego habeo ratum inuito geſtore, ſeruum emptum transferam in me vt ff. de neg. geſt. l. ſi ego. Vnde in boc caſu rem babeo, & rem petere poſſum, ar. ad hoc ff. de ver. obli. l. Iulianus. Sed iſta reſponſio videtur minus ſufficiens, in eo caſu, in quo expreſsè dico, me non habere ratum. Quia in eo caſu, de cætero habendo ratum, ooo potero rem in me transferre, vtpote, quia non erit mihi licitum variare, quia cum primo reſpui, poſteà non potero ratificare, quia voluntatem noo potero mutare, vt ff. de optio. leg. l. apud Aufidium. & ſic videtur, quod poſtquã non habeo ratum expreſsè, & ſic geſtor babeat penes ſe irreuocabiliter illud, in quo eram locupletior, quod non poſsit à me aliquid petere. In dubio tãtùm quàm diu, ſi ego velim habere ratum, vel non poterit dictus geſtor cõtra me agere, quia res non eſt irreuocabiliter apud eum. Ex præcedentibus videntur duæ quæſtiones ſolutæ. Prima eſt, ſi quis geſsit negotium meo nomine inſolidum, vt pura, quòd emit ſeruum nouitium pro x. libris Turon. qui non valebat niſi v i. libras, vtiliter ſoluendo v i. libras Tur. geſtori, quia in tantum ſolùm videbor locupletior, quando habebo dictum ſeruum poſſumnè dictum ſeruum ab initio geſtore exigere? Et dicendum eſt, quòd non, ſicut liquet ex ſuperioribus, quia agere non poſſum contra geſtorem, boc caſu, niſi ratum habeam, vt ſuprà dictum eſt, & ratum habendo expreſsè neceſſe baberem totum prætium ſoluere, vt ſuprà notatur. SECVNDA QVÆSTIO eſt terentis terminis prædictis. Verùm ſi geſtor agat contra me in illo pendulo quàm diu pendet: vtrùm habeam ratum vel non, agat. Dico in quantum videor locupletior, vtrùm dimittendo ſibi ſeruũ nouitium emptum liberare me poſsim ab eo? Et videtur quòd ſic, vt ſuprà notatur, maximè quia in caſu iſto fuit in culpa geſtor, negotium inſolitum exercendo, nec ipſe geſtor me poterit compellere, vt inuitus habeam ſeruum prædictũ emptum iuſto prætio, vt C. de contrahenda emp. l. inuitum. Aliud eſt negotium re ipſa, vel ipſo geſtu, vel cura & ſolicitudine, & in iſtis tribus generibus negotiorum, non oportet cuius contemplatione negotium ſit geſtum, ſi veritas ſolùm cõſideratur, quia vno ſtilo in eis formatur libellus, & in negotio quod eſt dictum reipſa, ita formatur li. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioã. de Bla. quòd Roderius gerens negotium meum ſine mandato, intendens aliena gerere negotia, talem inſulam meam fulſit malo dolo, vel culpa lata, vel leui. Vnde cùm ex dicta mala refectione ſim damnificatus in x. libris Turoñ. ago contra dictum Rod. vt mihi det x. libras Tur. Vobíſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur iſte libellus ex his iuribus quæ dicunt geſtorem teneri de dolo, lata culpa & leui, C. de neg. geſt. l. tutori. & ff.

& ff.de neg.geſt.l.ſi negotia.Et hoc eſt verum,niſi ad negotia deſerta acceſſerit,quia tunc non tenetur geſtor,niſi ex dolo & lata culpa,vt ff. de neg. geſt.l.tertia.§.interdum. Quare in præſenti libello inſerui illa verba,intẽdens &c.infrà dicam in contraria,ita formatur lib. LIBELLVS.Dico domine iudex,ego Ioan. quòd bona fide refeci domum talem Roderij,alienum intendens gerere negotium.Vnde cum dictum negotium vtiliter gerere cœperim, & in dicto negotio x. libr. Tur.impenderim,ago contra dictum R.vt mihi reddat x.libr.Tur.cum vſuris legitimis à tempore moræ currẽtibus.Vobiſque domine iudex ſupplico&c.Et probatur iſte libellus ff. de negotiis geſtis.l.item ſi computaui.in fin.& l.ſi pupilli. §. quid ergo.Omnia verba præſentis libelli poſſum declarare per ea quæ notátur ſuprà,illis exceptis alienum intendens gerere negotium &c.Illa autẽ verba ideò in præſenti libel.& in ſuperiori inſerui,vt oſtenderem tale eſſe negotium vnde obligatio & actio,poſsit naſci,nam ſi dictam domum crederem meam,& refeciſſem eam,nulla obligatio vel actio inde naſceretur,quia neminem mihi volui obligaſſe,ſed per exceptionem ſeruarem mihi dictas expẽſas,vt ff.de cõdi.inde.l. ſi in area. Ideò autem inſerui dictum negotium,me vtiliter gerere cœpiſſe,quia ſufficit vtiliter cœptum, & quàmuis effectus ſecutus non fuit,vt ſuprà notatur.Item,propter aliam rationem,ſcilicet vt oſtẽderem vtiles & neceſſarias eſſe expenſas quas feci. ſi enim eſſent volũtariæ,vel quæ eſſent oneraturę dominum negotiorum,non peterem,quia non eſſet negotium vtiliter cœptum,vt ff.de neg.geſt. l.ſed an vltro.§.ſed vt Celſus.& l.ex duobus.Aliqui volunt circa prædictam petitionem apparenter cauillari ita.Ponamus, quòd dictus R. cuius domum refeci,nunquam refecerat domum aliquam quam haberet,ego nihilominus refeci domum prædicti R.& vtiliter cœpi gerere negotiũ, & expendi x. libras Tur. ſed effectus ſecutus non fuit.vtputa,quia caſu dicta domus fuit combuſta,ita quod dictus R.non eſt factus locupletior, nihilominùs volo à dicto R. expenſas recuperare.Ipſe R.ita ſe defendit cauilloſè,tu acceſsiſti ad negotium inſolitum,quia nunquàm aliquam domum refeci,ſed quando quis ad inſolitum negotium accedit,Dominus negotiorum non tenetur niſi inquantum eſt locupletior. vnde cùm in nihilum ſim locupletior,non debeo tibi teneri, vt ff.de neg.geſt.l.ſi negotia.Sed ego ita ſibi debeo reſpondere,quia diſtinctio ſoliti & inſoliti, non cadit niſi in negotio quod meum eſt ratihabitione,vtputa,circa negotiationes,vt in prędicta l.apparet:ſed illud negotium non eſt tale. Et ſcias quòd in prædicto libello non inſerui dictum negotium me geſsiſſe contemplatione domini negotij,quia illud non exigitur, neque in negotio quod domini eſt re ipſa.neque in negotio, quod eſt domini cura & ſolicitudine,neque in negotio quod eſt domini ipſo geſto, vt quando ſoluitur creditori alicuius,vt ff.de neg.geſt.l. item ſi computaui.in fi.& l.ſi pupilli.in prin.& l.vlt. & l. qui vtiliter.§.vlt.In negotio tamen quod eſt domini, ratihabitione,oportet dicere in petitione negotium eſſe geſtũ contemplatione domini quia aliter dominus non poſſet ratum habere, cùm non eſſet ſuo nomine geſtũ,vt ff.de negotiis geſtis. lege,ſi pupilli.§.ſed ſi ego. Et ſecundùm iſtam diſtinctionem poteſt ſolui diſſenſio quæ eſt inter dominum Ioan.& dominum Azo.quam habetis nota.ff de negotiis geſtis.l.tertia.§. vlt. vt opinio domini Io.qui dixit,quòd ad hoc quòd competat actio negotiorum geſtorum, oportet eſſe factum contemplatione domini negotiorum, intelligatur in negotio quod eſt domini ratihabitione: opinio verò domini Azon.qui dixit,quòd quàmuis factum ſit contemplatione domini negotiorum nihilominùs datur actio negotiorum geſtorum,intelligitur in aliis tribus generibus negotiorum.Secundùm hoc ergo ſi ſolui creditori alicuius etiam non contemplatione veri debitoris,Titius debebat tibi x.deceſsit Titius ſororem meam credidi eſſe hęredem ipſius Titij,cùm non eſſet,imò R.erat eius hæres,contemplatione ſororis meę ſolui tibi,ex qua ſolutione Rodericus eſt liberatus,quia ſolui nomine hæreditatis, quàmuis contemplatione ſororis meæ fecerim. Certè hoc caſu habebo contra R.actionem contrariam negot.geſt.quàmuis etiã ſui contẽplatione non geſſerim negotiũ quia ipſo geſtu negotiũ ſuũ eſt, vt dicta l.quæ vtiliter.§.vltimò. Et hęc ſunt vera, quando ſolui nomine hæreditario,alias autem ſi meo nomine ſoluiſſem,quod R.deberet,non haberem actionem negotiorum geſtorum, quia R. non eſſet liberatus,quia mihi eſſet acquiſita condictio indebiti per quam poſſem repetere dictam pecuniam ſolutam, & eadem ſolutio non parit liberationem & repetitionem,vt ff.de condic.inde.l.cum iis.in fin.Et ſic ſecundùm Azo.nõ poſſum agere aliquo modo contra R. hoc caſu nomine meo.Dominus Io.dixit, quòd ſi ſtatuo in animo,quòd iſta ſolutio cedat pro R.quòd ipſe liberabitur.& contra ipſum potero agere negotiorum geſtorum.Iſta autem diſſenſio poteſt ſic ſopiri.vt ſi ego hoc ſtatuam de voluntate creditoris in animo meo,videlicet quòd dicta ſolutio cedat pro R.quòd ipſe erit liberatus, & habebit locum opinio domini Io.quia ſicut de voluntate creditoris fit.vt illud quod debetur ex vna cauſa,debetur ex alia,multo fortius hoc poterit fieri,vt ff.ſi certum petatur.l certi.§. vlt. & l. ſingularia.Si autem hoc non ſtatuam de voluntate creditoris,tunc obtinet opinio Azo.vt ff.de compenſa.l.in rem.§.vlt.Et de iſtis generibus negotiorum, & de hac diſſenſione habetis notatum ff.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.quid ergo. Super negotio autem quod eſt domini cura & ſolicitudine.Item,ſuper negotio autem quod eſt domini ipſo geſtu libellum formare omitto, quia in eis formatur libellus ad inſtar ſuperioris negotij. Et ſcias,quòd multa ſunt quæ impediunt actionẽ cõtrariã neg.geſtorũ,pro impenſis repetendis, vt ſi negotiũ perierit culpa geſtoris præcedente caſum vt ff.de negotiis geſtis.l.ſiue hæreditaria.Itẽ,amicitia ſiue pietas impediunt expenſarũ repetitionẽ, vt C.de neg.geſt.l.alimenta.& ff. de neg. geſt. l.is qui amicitiã.Et hęc ſunt vera,ſi pietas vel amicitia ſit in volente repetere:ſecus ſi amicitia in hoc ſolũ interuenerit,ne negotia alicuius male gerantur,vel deſerta remanerent,quia tũc nõ impediretur expenſarũ repetitio,vt ff.de neg. geſt. l.tertia. §.ſed interdũ.& l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego Et de iſtis cauſis quæ impediunt actionẽ negotiorũ geſtorũ, dic vt notauit dominus Azo in ſumma.C.de neg. geſt.§.ceſſat autẽ.Prędicta locũ habent, quando quis ſponte adminiſtrat negotium.Si autem quis

non ſponte adminiſtrat negotium, ſed neceſsitatis ſuſpicione habebit locum negotiorum geſtorum actio vtilis, vt ff. de negotus geſtis. lege tertia. §. hac actione. & l. atqui natura. §. ſi libero. Et ſcias quòd aliquando ſuſpicio eſt neceſsitatis, non tamen neceſsitas eſt, vt ſi quis credat ſe curatorem, cum non ſit. Et idem iuris eſt in iſto, quod in ſuperioribus nam tūc demum tenetur, ſi immiſcuerit ſe geſtioni, vnde ſicut in ſuperioribus actio negotiorum geſtorum tenetur in geſtione, vt ſuprà notatur, ita in propoſito caſu, quia tunc demum tenebitur, ſi ſe geſtioni immiſcuerit, vt C. de neg. geſt. l. curatorem. & quia in iſto caſu obtinet idē quod in ſuperioribus iſtum caſum omitto,

DE ACTIONE VTILI NEGOTIORVM GESTORVM, TAM DIRECTA QVAM CONTRARIA.

Eſt alius qui gerit ſuſpitione neceſsitatis, vt ſi quis verè ſit curator adulti, nam iſte talis tenebitur actione negotiorum geſtorum vtiliter. Et iſtius vtilis actionis ſunt duo capita. PRIMVM eſt, quòd aliquando datur iſta vtilis actio, vt curator totalis ſuæ adminiſtrationis reddat rationem, & hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine Iudex, ego Ioan de Blanaſco quòd R. fuit curator mihi datus à legitimo iudice, vel fuit mihi datus in teſtamento patris mei, & à iudice confirmatus. Vnde cùm dictus Rodetius ſciuerit ſe mihi datum curatorem, factus ſum xxv. annis, & ſic cura finita ſit: ago contra dictum R. vt mihi ratione curaturæ videlicèt negotiorum geſtorum & gerendorum, atque æſtimatione doli & latæ culpæ, & leuis, in cura prædicta omiſſorum ſiue malè adminiſtrando, ſiue negligenter omittendo, ſiue cùm poſsit non acquirendo, reliquaque cum vſuris legitimis reddat: Vobíſque domine iudex &c. vt dictum Rod ad omnia prædicta, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur iſte libellus, C. arbi. tute. l. quicquid. Et ſcias, quòd hoc caſu vtilis actio negotiorum geſtorum eſt generalis: vnde ſufficit, quòd generalia verba in eo proponantur, vt ff. pro ſoc. l. pro ſocio arbiter. tamen in proſecutione iudicij deſcenſus ſit ad ſpecialia, vt C. de iud. l. licet. Sed quæ eſt differentia inter hanc vtilem actionem negotiorum geſtorum & ſuperiorem? Reſpondeo, quod in ſuperiori directa oportet quod geſtio intercefferit, cum ex geſtione oriatur, vt ſuprà notatur. In hac autem nō oportet geſtionem interceſsiſſe, imò ſi geſtio etiā non intercefferit, nihilominus contra curatorem debetur vtilis actio negotiorum geſtorum, vt ff. de admi. tut. l. ſi plures. & l. tutores qui poſt. §. meū. & §. de ritu. nupti. l. ſi quis tutor. §. qui autē Ille. Si autem ſunt plures curatores, quorum vnus geſsit, alter non, ſeruatur quidam ordo inter eos, vt notatur in actione tutelæ. Et ſcias, quod in præſenti libello bene inſeritur, curam eſſe finitam adueniente xxv. anno, vt notat dominus Azo in ſumma, C. quando cu. vel. tu. eſſe deſi. §. vlt. Et enim aliis etiam modis finitur, vt in dicta ſumma nota. Nam ſi cura eſt finita, bene poteſt agere cōtra curatorem, vt totius adminiſtrationis reddat rationem, cùm aliàs niſi cura ſit finita, non poteſt ſic vniuerſaliter intentari vtilis actio negotiorum geſtorum contra curatorem, vt totius adminiſtrationis reddat rationem, vt ff. de adminiſt. tu. l. actus. & C. de admi. tut. l. aduerſus, & l. rationes. Et nota, quòd bene dicitur in præſenti libel. dictum R. eſſe datum curatorem à iudice legitimo vel ab inteſtato datum eſſe, à iudice confirmatum Nam aliàs non valeret curatoris datio, cùm non poſsit dari in teſtamento. vt ſuprà de cura. §. primo. Item. bene inſeritur in prædicto libello, dictum R. ſciuiſſe ſe mihi datum curatorem, quia aliter non teneretur de omiſsis, vt ff. de admi. tu. l. quidam decedens. §. ex quo. Et ſuper iſto articulo, quando tutor vel curator incipiat teneri, diſtingue, vt dominus Azo notauit in ſumma, C. ad admi. tut. §. item debet gerere. Item, bene petuntur reliqua cum legitimis vſuris, vt de hoc ſtatim notatur in actione tutelæ. SECVNDVM CAPVT iſtius actionis locum habet, vt curator reddat rationem alicuius negotiationis, vel alicuius negotij, in quo male ſe habuerit, & in hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, quòd ego Ioan. de Bla. minor xxv. annis, quod R. curator meus x. libras Turon. de pecunia mea in vſus ſuos conuertit clandeſtinè. Vnde authoritate Titij alterius curatoris mei contra dictum R. alium curatorem meum ago, vt mihi x. libr. Tur. cum vſuris centeſimis reddat: Vobíſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad x. lib. Tur. mihi reddendas cum vſuris centeſimis, per diffinitiuam ſententiam condēnetis. Certè in hoc caſu bene intentari poteſt actio vtilis negotiorum geſtorum, & antequàm finita ſit cauſa. ff. de tut. & ra. diſt. l. ſi cum adhuc. §. cum curatore. & ff. de contrar. act. tu. l. prima. §. finito. & ff. rem pu. ſal. fo. l. non quaſi. §. hanc ſtipulanonem. Et ſcias, quod in prædicto libello bene adiunxi me agere authoritate Titij curatoris mei: aliàs enim niſi curatore authore non poſſum agere minor. xxv. annis, quia non haberem perſonam ſtandi in iudico, vt C. ſi aduerſus ſententiā. l. cum minores. & C. de procu. l. non eo minus. & ff. de re iud. l. acta. §. contra indefenſionem. Et ſcias, quòd in præſenti libello bene fuit inſertū, cum vſuris centeſimis. Nā ad vſuras centeſimas, tenetur dictus curator poſtquàm clandeſtinè conuertit pecuniam in vſus ſuos, vt C. de admi. tu. l. non ęſtimo. & ff. de neg. geſt. l. qui ſine l. Et ſcias quòd authoritas vnius curatoris ſufficit hoc caſu ad hoc, vt agatur contra aliū, vt ff. de auto. tu. l. pupillus. & ff. de teſt. tu. l. ſi plures. Si autē non haberem curatorē, niſi R contra quem volebam agere, petam curatorem mihi dari ad litē, authoritate cuius agā contra R. curatorē meum, vt ff. de tutel. l. qui habet. §. ſi pupillus. & ſuprà de cura. §. item inuiti. vltimò ſcias, quòd minor non poteſt ſolū agere cōtra curatorē perſonaliter pro malè adminiſtratis, imò res curatoris poteſt perſequi à quolibet poſsidēte Hypothecaria actione, cū ſint ei tacitè obligatæ pro mala adminiſtratione, vt C. de ad. tu. l. pro officio. & quia in cōtraria vtili negotiorū geſtorū ſimiliter formatur libbellus, vt in directa cōtraria negociorū geſtorū, de qua ſatis viſum eſt in ſuperioribus, & ideò in ea formatione libelli omitto. In vno tamē videtur eſſe differētia, ſic quia ſicut directa nō poteſt intētari pro totali adminiſtratiōe, niſi finita cura. Sed pro impēſis factis in aliquo ſingulari negotio bene poteſt intētari. anteq̃ finita ſit geſtio. vt ff. de cōtraria tu. act. l. j. §. ſi. ſed cōtraria directę actiōis negotiorū

geſtorum

geſtorũ,ſemper poteſt intentari.Itẽ, in alio eſt differentia,quia ſi quis gerat voluntariè negotia pupilli.non poteſt agere cõtra pupillũ per contrariá actionẽ directæ actionis negotiorum gerendorũ, niſi in quantũ amplius pupillus eſſet locupletior, vt ff.de neg.geſt.l ſi pupilli Si autem quis gerat de neceſsitate negotia pupilli, vt quia datus eſt curator ipſi pupillo, in eo caſu, in quo datur curator pupillo,vtputa, propter abſẽtiá tutoris.Itẽ ꝑpter diffuſũ patrimoniũ,vt C.in quibus cau.nõ ha.tu. vel cu.datur.l.j.& ꝑpter.Iſte talis curator habebit ĩpẽſis factis in cura,cõtrariá actionẽ negotiorũ gerẽdorũ,etiá quãuis pupillus nõ ſit factus locupletior,dum tamẽ vtiliter cœptum fuerit negotium, vt arg.ff.de contra.act.tu.l.ij.§.ſufficit.Et non obſtat huic diſtinctioni,C.de neg.geſta.l.ij. quia lex intelligitur in voluntario geſtore,vt ibi nota.ſecũdum veriorẽ intellectum. Et ita patet contrariá directæ actionis negotiorum gerendorum dari contra pupillum in quantum eſt locupletior,ſed contraria vtilis negotiorum gerendorum datur contra pupillum, & quãuis non ſit locupletior pupillus,dum tamẽ negotium ſit vtiliter cœptũ, vt ſuprà notatur,& iſta eſt melior cõditio de neceſsitate gerentis,quàm voluntariè gerentis,vt aliàs hoc contingat.ff.qui ſatiſdare co.l. ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.Item in hac contraria negotiorum gerendorum veniunt vſuræ,& de hoc dic,vt iam notatur in contraria actione tutelæ.

DE DIRECTA ACTIONE TVTELÆ.

QVia actio tutelæ vicina eſt præcedenti vtili negotiorũ geſtorũ,ideò poſt eáſequitur videre de actione tutelæ,& ſiquidem vnus eſt tutor,in ea ita formatur libel. LIBELLVS. Dico dñe iudex,ego Io.de Bla.quòd R.fuit tutor meus legitimus,vel datiuus, vel teſtamẽtarius:Vnde cùm finita ſit tutela,Ago contra dictũ R.vt rationẽ tutelæ negotiorũ geſtorum & gerendorũ,atque æſtimationẽ doli & latæ culpæ,& leuis in tutela cõmiſſorum,ſiue malè adminiſtrãdo ſiue negligenter omittẽdo,ſiue cũ poſſet, non acquirendo reliquaque cum vſuris legitimis reddat. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictũ R.ad prædicta omnia,per diffinitiuá ſententiá condẽnetis. Hoc libello vſus ſum verbis generalibus. cùm iſta actio ſit generalis,& de hoc dic vt ſuprà proximè in vtili actione neg.geſt.not.Et probatur iſte libellus C.arb.tu.l.cũ qui bonis,& l.quicquá. Et ſcias,quòd tutor in omiſsis & in geſtis tenetur de dolo lata culpa,& leui præterquá in negotio emptionis,quòd negotium ſi tutor gerit nomine pupilli,non tenebitur de dolo & lata culpa & leui. Ius enim voluit,quòd in negotio emptionis tutor teneretur de leui culpa, cùm in tali contractu homines de leui decipiátur,vt ff de adminiſt.tu.l.tutor qui reper.§.cõpetet.Itẽ ſcias,quòd in præſenti petitione bene petitur, vt dictus Ro. reddat rationem,vt ff.de tute.& ra.diſt.l.j.§.officio.Et dic de hoc vt ſuprà in dicta actione nego.geſt.not. Et ſcias,quod in propoſita petitione bene petuntur reliqua,vt C.arb.tu.l.tutore.Et nota quòd cum iſta actio ſit generalis,vſus ſum verbis generalibus in lib.dicendo ita,reliqua &c.Et appellatione reliquorum continebitur quicquid eſt de pecunia pupilli penes tutorem, ſiue eam conuerterit in vſus ſuos,& ſic ſit debitor pupilli, ſiue

non conuerterit,vt ff. de adminiſtr.tut.l. Lucius. imò quòd plus eſt,ſi tutor vel curator conuerterit pecuniá pupilli vel adulti in vſus ſuos, vt quia de pecunia pupilli adulti emerit ſibi tutor, vel curator vnum prædium,appellatione reliquorum cõtinebitur illud prædium.ſi in proſecutione negotij à minore hoc eligatur, Vnde iſta talia in proſecutione negotij declarabuntur, vt C. arbi.tu.l. curator. Et nota, quòd reliqua petuntur cum vſuris legitimis. Vſuræ autem legitimæ erunt centeſimæ,ſi clandeſtinè pecuniam pupilli conuertetit in vſus ſuos,aut erunt pupillares, id eſt, quas pupillus poteſt ſtipulari ſecundùm conditionem perſonæ ſuæ,vt ſi eſt mercator beſſes, ſi illuſtres trientes &c.Aut erunt frequentatæ in regione,vt puta,ſi moram fecit poſt depoſitum officium reddenda reliqua. Nam ſicut in cæteris bonæ fidei iudiciis vſuræ veniunt ex mora. ita erit in hac actione. Et hoc eſt verum,quòd frequentatæ in regione veniunt,ſi ſunt minores ſiue leuiores,quàm illæ quas ipſe pupillus poteſt ſtipulari ſecundùm conditionem perſonæ ſuæ. Aliàs enim ſi maiores eſſent.non venirent:quia occaſione conſuetudinis in regione obtentæ, non debet quis maiores vſuras habere quàm eius conditionem deceant, vt omnia iſta probantur ff.de adminiſtr.tu. l.tutor qui repertorium.§. quæ autem ſunt pupillares.vſque ad finem.§.ſi tutor. & l. non æſtimo.& ff.de vſuris.l.mora.§.in bonæ fidei &c.& C.de vſuris.l.eos ſi ſuper vſurarum non in quantitate vſque ad finem. Et hæc ſunt vera,quando eſt vnus tutor. Si autẽ ſunt plures tutores diſtingue, quia aut tutela non fuit diuiſa,neque à iudice, neque à teſtatore.& in hoc caſu ſiue omnes geſſerunt,ſiue nullus geſsit omnes tenentur. Et hoc caſu eodem modo formatur libellus vt ſuprà. & facit ad hoc ff.de tut.& ra.diſt.l.prima §.nunc tractemus. Si autem vnus geſsit,& alter non, primò conuenitur gerens pro iis quæ geſsit Secundò conuenitur magiſtratus, ſi gerens ſoluendo non fuerit. Tertiò conuenitur contutor, quando magiſtratꝰ ſoluendo non fuit in quatuor caſibus. Quibus poſt conuenitur contutor quàm magiſtratus,vtputa,ſi contutorem non accuſauit de ſuſpecto,vel tardè accuſauit, vel accuſando tuta pupilli prodidit,vel ſi non curauit à contutore ſuo ſatiſdationem exigere. De his autem negotiis quæ geſta nõ ſunt,tenetur tàm gerens quàm non gerẽs, vt hæc probantur C.de tute.& ra.diſt.l.prima.§. vſqueadeò autẽ. & ff.de admi.tu.l.tres tutores.per totàm legem. Et hoc caſu poteſt quatuor vel quinque modis formari libellus,in hoc modo, vt gerens eligatur tam in geſtis quàm in dimiſsis, & tũc ita formatur lib.vt ſuprà.Alio modo gerẽs ſolũ eligatur in geſtis,& tũc ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex,ego Io.de Bla. quòd Titius & R.fuerunt tutores mei,datiui, vel legitimi,vel teſtamentarij. R. non adminiſtrauit talia negotia mea. Vnde cùm tutela finita ſit:ago contra ipſum R. vt negotiorum geſtorum rationem atque æſtimationem doli & culpæ latæ,& leuis in eis cõmiſſorũ reliquaque reddat. Vobiſque domine iudex &c. Alio modo. vt non gerẽs eligatur in omiſsis negotiis. & tunc ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex,ego Io.de Bla.quòd Titius & R. fuerunt tutores mei legitimi,vel datiui,vel teſtamentarii, Titius non adminiſtrauit talia negotia mea,alia negotia mea

fuerunt omiſſa, in quo damnificatus ſum in x. libris Tur. Vnde cùm tutela finita ſit, & dictus Ro. ex tali tempore ſciuerit ſe eſſe tutorem, quòd prædicta negotia omiſſa expediſſe potuiſſet: ago cõtra dictum R. vt mihi x. lib. Tur. reddat. Vobiſque domine iudex &c. Et probatur iſte libellus ex prędicta l. tres tutores. ibi, Item in eo nemo geſsit &c. In eo enim quod nemo geſsit poſſum eligere quẽ volo. Tutores mei habent beneficium diuidendarum actionum, quod beneficium prædictus R. qui fuit conuentus inſolidum pro negotiis omiſsis potuit opponere, vt ff. de admini. tu. l. ſi plures. & de hoc vt ibi notatur. Item in præſent. lib. bene inſeritur dictum Rod. ſciuiſſe ſe datũ curatorem & hoc dic vt notatur ſuprà proximè in vtili negotiorum geſtorum actione. & hæc vera ſunt, quando gerens erat ſoluendo. Si autẽ non erat ſoluendo regulariter, poſt gerentem conuenitur magiſtratus pro negotiis per gerẽtem adminiſtratis. & & tertio in ſubſidium contutor non gerens. & ita hoc caſu formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan de Bla. quòd Titius & R. fuerunt tutores mei datiui, & Titius talia negotia mea adminiſtrauit, in quibus damnificauit me in x. libris Turonen. per dolum, latam culpam, & leuem, pro quo damno egi cõtra dictum Titium. Tandem contra magiſtratum. ad cuius curá pertinebet ſatiſdationem exigere, vel qui de facultatibus inquirens maiori magiſtratui mentiendo renuntiauit Titium eſſe idoneum, à quibus potui nihil exigere, cùm non eſſent ſoluendo. Vnde cùm tutela finita ſit, & R. prædictus ſciuerit ſe datum tutorem, eo tẽpore, quo Titius dicta negotia administrare cœpit: ago contra prædictũ R. vt mihi x. lib. Tur. reddat: Vobiſque domine iudex &c. In quatuor caſibus tamen, vt ſuprà, non conuenitur non gerens ante magiſtratũ, & tunc ita formatur liballus. LIBELLVS. Dico domine Iudex, ego Ioan. de Bla. quòd Titius & R. fuerunt tutores mei datiui, & Titius talia negotia mea malè adminiſtrauit per dolum vel latam culpam, vel leuem, in quo damnificauit me in x. libr. Turonen. Tandem egi contra dictum Titium, & nihil potui ab eo exigere, cùm non eſſet ſoluendo. Vnde cùm finita ſit tutela, & prædictus Roderius ſciebat eo tempore ſe eſſe tutorem, quo Titius dicta negotia adminiſtrauit dolo, vel lata culpa, vel leui. dictũ Titium nõ potui remouere, vt ſuſpectum vel nimis tardè petiit, vel petendo iure pupilli prodidit vel à dicto Titio non curauit ſatiſdationem exigere: ago contra dictum Roderiũ, vt mihi decem lib. Turon. reddat. Vobiſque domine iudex &c. Et probatur iſti libelli ex prędictis iuribus. & potiſsimè ex illo §. vſqueadeò. Et ſcias quòd in præſenti libello bene inſeritur, me egiſſe cõtra magiſtratum, ad cuius curam &c. cũ maiores magiſtratus non poſſunt cõueniri, ad quorum curam pertinet ſatiſdationem exigere, vel inquirere de facultatibus tutoris, & maiori iudici renũtiare. vt hæc probantur ff. de magiſtratibus con. l. j. in princip. & §. neque prætor. & §. ſi præſens. Item, quod inſeritur in præcedentibus lib. dictas perſonas non eſſe in aliquo ſoluendo, facti qualitatem ſignificat, non iuris neceſsitatem, quia etiam ſi in aliquo eſſent ſoluendo, illud in quo non eſſent ſoluendo, exigerem à dicto Roderio, vt idem iuris ſit de parte, quo ad partem, quod de toto, quo ad totum, vt ff. de adminiſtratione tut. l. ſi duo. in fine.

Quare in prædictis libellis dicatur, dictum Roderium ſciuiſſe de datum tutorem: recurre ad hoc quod not. ſupra proximè in vtili actione negotiorum geſtorum. quare fit mentio de dolo, lata culpa, & leui tex ſuperioribus liquet. Item ſcias, quòd bene inſeritur in omnibus præcedentibus libellis, tutelam eſſe finitam, quia demum tutela finita, naſcitur actio tutelæ, vt ff. de tut. & ra. diſt. l. prima. in fi. Aut tutela fuit diuiſa à teſtatore, vel à iudice, & vnus ex tutoribus non poteſt conueniri ex perſona alterius, niſi in quatuor caſibus, in quibus conuenitur ex perſona contutoris poſt magiſtratum, videlicet, ſi contutorem ſuum male adminiſtrantem non petiit amoueri, vt ſuſpectum. vel tarde petiit &c. & in iſto caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. quòd Titius & R. fuerunt tutores mei datiui, & à iudice legitimo diuiſa fuit adminiſtratio, ſic vt Titius adminiſtraret negotia Italica, & R negotia prouincialia. Titius autem negotia ſibi per iudicem legitimũ aſsignata male adminiſtrauit per dolum, latam culpam, vel leuem, in quo damnificauit me in x. libr. Tur. tandem pro dicto damno, egi cõtra dictum Titium & poſtmodùm contra magiſtratum talem. ad cuius curam pertinebat ſatiſdationem exigere, vel qui de facultatibus inquirens maiori magiſtratui mentiendo, renuntiauit dictum Titium facultatibus idoneum, à quibus nihil exigere potui, cùm ſoluendo non eſſent Vnde cùm tutela finita ſit, & prædictus R. ſciuerit ſe tutorem datum eo tempore, quo prædictus Titius dicta negotia malè adminiſtrauit, vel etiam neglexit, & dolo vel lata culpa, vel leui, dictum Titium non potuit vt ſuſpectum remoueri, vel tardè petiit &c. Ago contra dictum Ro. vt mihi x. lib. Tur. reddat: Vobiſq; domine iudex &c. Iſte lib. probatur C. de diuid. tu. l. ij. Declaratio verbum præſentis libelli, ſatis apparet per præcedentia. Et iſtam materiã tranſire volui breuius, quia de iſta materia ſatis notat dominus Azo in ſumma C. de diuid. tu. In vno tamen videor diſſentire ab opinione ſua, quia ego dico, quòd quando tutela eſt diuiſa, quòd in prædictis quatuor caſibus, videlicet quando contutor contutorem ſuum non accuſauit de ſuſpecto, & quando tardè petiit contutorem ſuum remoueri, vt ſuſpectum, vel quando remouendo iura pupilli prodidit, vel quando à contutore ſuo non curauit ſatiſdationem ſuam exigere. Primò conuenitur magiſtratus quàm contutor, qui in prædictis quatuor caſibus fuit negligens. Sed dominus Azo dixit, quòd ante magiſtratũ conuenitur contutor. pro me facit ff. de adminiſtr. tu. l Lucius. §. penult. & vt dicit. tunc ſi ſolidum pupillus conſequi non poterit, de officio contutoris quærendum eſt, qui ſuſpectum facere debuerit, vt expreſſe innuitur ille ordo, primò conueniatur magiſtratus, tandem contra contutorem agitur ratione aliquorum prædictorum caſuum. Et quæritur, an contutorem ſuſpectum facere debuit vel an nimis tardè fecit? Non obſtat §. vſqueadeò. & ff. de tutel. & ra. di. l. prima. quàm dominus Azo inducit pro ſe, quia illum § intelligo, quãdo tutela nõ erat diuiſa à teſtatore, vel à iudice, & vnus geſsit, & alter non, quia in hoc caſu, tutor nõ gerens. primò conueniretur quàm magiſtratus, vt ſuprà notatur. Sic ergo ſecundùm Azonem prædictus libellus non eſſet ſic formandus, quia non

eſſet

eſſet facieoda mentio, quòd magiſtratus eſſet exactus ante cuuuentum: vnde illa clauſula eſſet in libello omittenda ſecundùm eum. Quod dixi in turoribus pluribus, quando tutelam oullatenus diuiſerũt, vel per ſe diuiſerunt tutelam, vel quando diuiſa fuit à teſtatore, vel à iudice, intellige, tacitè repetitum in pluribus curatoribus, vt ſit promptum, iura iuribus cuocordare.

DE CONTRARIA ACTIONE TVTELÆ.

SEquitur videre de contraria actioue tutelæ, & in ea formatur libell. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego ;eſsi tutelam Io. de Blan. multáque in dicta tutela expendi, quarum expenſarum ſumma eſt x. libr. Tur. Item, pro dicto Ioan. obligaui me in x. creditori ſuo. Vnde cùm dictas expeuſas vtiliter à priocipio fecerim, & tutela finita ſit. Ago contra dictum Ioannem, vt reddat mihi x. libras Tur. cum vſuris legitimis. Item, vt me à creditore ſuo liberet. Vobiſque dumine iudex &c. Iſte libellus ita formatur ſub verbis generalibus, quia non declaratur ſpecialiter, in quibus negotiis dictæ expenſæ ſactæ fuerint. Sed verbis generalibus dicitur, expẽſas eſſe factas vſq; ad ſummá decem librarum. & hoc ideò, quia iſta actio generalis eſt, vnde verba generalia ſufficiunt, vt ff. pro ſocio l. pro ſocio arbiter. io pruſecutione tamen negotij iſta declarabuotur. Et probatur prædictus libellus. ff. de contratia actione tut. l. j. circa priocipium. Et nota, quòd in dicto libello bene inſeritur, tutelam eſſe finitam, quia aliàs nõ competeret dicta actio, niſi tutela eſſet finita. Item, bene inſeritur impenſas à principio eſſe vtiliter factas: nam iſtud ſufficit quãuis effectus nun fuerit, vt iſta probantur ff. de contra. act. tu. l. prima. §. finito. & l. ij. & §. ſufficit. Item ſcias, quòd bene petuntur impenſæ. cum viuris legitimis, ſub verbis generalibus, cùm iſta ſit generalis, vt ſuprà nota. In proſecutione tamen negotij declarabitut, quę erunt vſuræ legitimæ: uam illæ vſuræ videbuntur legitimæ eo caſu, quando tutor expendit de ſua pecunia propria, etiam recipiẽdo ab altero, quas poteſt ſtipulari ſecundùm cooditionem perſonæ ſuæ, & hoc eſt verum, niſi ſrequentatæ in regione eſſent legitimæ. Si autem pecunia quam tutor expendit in vtilitate pupilli, recepit ab altero, tunc ſi recipit à creditore, quia dictam pecuniam recepit ſub vſuris à quodam fœneratore, tunc erunt legitimæ vſuræ quas neceſſe habet dare creditori. Si autem dictam pecuuiam quam expeodit pro pupillu, recepit ab alio debitore, qui pingues vſuras ei ſoluebat, ſi dicta pecunia nimium profuit pupillo, legitimæ vſuræ erunt, quibus caruit tutor. Et hæc vera ſunt, quando expendit tutor non ſuluendo creditori pupilli. Si enim ſoluiſſet crediturі pupilli, tunc eſſent legitimæ quibus pupillum liberaſſet. Si autẽ tutor pecuniam pupilli debuit ſœnerari, & hoc nõ fecit, & aliquã pecuniam datam, ſcilicet quanta erat pecunia quam debuit fœnerari de ſua propria pecunia expendit in vtilitatem pupilli, huius pecuniæ nun conſequetur vſuras, quia fiet compenſatio hincinde. Idem eſt, & ſi tuеor tantùm debebat pupillo quantùm expendit pro eo, vel ſi tãtam pecuniam, quãtam pro pupillo expendit ſtatim de pecunia propria pupilli, in vſus ſuos proprios conuertit. Nam iis caſibus non conſequetur vſuras, ipſe tutor vſquequo reddatur ei pecunia quam expendit niſi in bonis pupilli fuerit, vnde ſibi potuiſſet ſoluere. Et nota, quòd in dicto libello bene petitur, vt pupillus quondam faciat ipſum tutorem, quondam ab bis, in quibus pro pupillo obligatus eſt liberari, quod poterit facere ſoluendo his, quibus ipſe tutor eſt obligatus, cùm omnis obligatio tollitur ſolutione eius, quod debetur: vt omnia iſta probantur ff. de contra. act. tu. l. ſecuoda. §. contrarium. & §. ſequen. vſque ad §. ſufficit. & ſuprà quibus modis tollitur obligatio. in principio. Et quæ dixi, hæc tacitè intelligas repetita circa vtilem actionem negotiorum geſtorum cõtrariam, quæ datur curatori, in qua potes formare libellum ad inſtar actionis contrariæ tutelæ. Et ſcias vltimò, quòd tutor tenetur reddere rationem tutelæ pro negotiis geſtis, & gerendis tempore tutelæ, & ad hoc tenetur actione tutelæ pupillus, pro eo tempore tenetur ipſi tutori pro impenſis, quas fecit eo tempore contraria tutelæ, ſed & pro tempore poſt tutelam tenetur ipſe tutor actione tutelæ, & babet contrariam actioẽ tutelę, ſi poſt finitã tutelã cõnexa ſint negotiis expeditis durante tutela, vt C. ar. tu. l. tutor poſt libertatẽ.

DE DIRECTA PIGNORATITIA ACTIONE.

SEquitur videre de actione pignuratitia. Et iſtius actionis directa ſunt tria capitula, quorum duo in vna petitione poſſunt comprehendi. Et eſt vnum caput, vt pignus reddatur ſoluta pecunia. Aliud caput eſt, vt creditor reddat deteriorationis æſtimationem, quæ cõtingit in pignore, dolo, vel culpa lata, vel leui. Et iſta duo capita poſſunt in vna petitione comprehendi, & ſecundùm hoc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. ꝙ ego pro x. lib. Tur. quas debebã Roderio ex cauſa mutui obligaui ei, & tradidi equum talem, qui equus per culpam latam, vel leuem, vel per dolum prædicti Rode. amiſit vnum oculum, & deterioratus eſt in ſex libris Tur. Vnde cum dictam pecuniam dicto Rod. ſoluerim, ago contra eum, vt mihi dictum equum reſtituat. cum obuentionibus ex dicto equo perceptis, quas æſtimo xl. ſoli. Tur. Item, vt de dolo ſuo, quòd abſit, repromittat atque æſtimationem deteriorationis prædictæ: Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictũ R. ad omnia prædicta petita per diffinitiuam ſententiá cõdemnetis. Iſte libellus poteſt probari in ſingulis ſuis membris. Et primò bene inſeritur, me obligaſſe dictum equum, dicto pro x. lib. Turone. quas ei debebã. Nã ad hoc vt competat pignoratitia actio, oportet quòd cauſa debiti, vel alia cauſa ficta, vel vera, præcedat, vt ff. de pignor. act. l. ſi rem. §. primo. Nam pignus datur creditori, vt ſit ſecurior pro debito quod ſibi debetur, vel vt creditum ſit magis in tuto. vt ſuprà, quibus modis re contra. oblig. §. vlti. & ſuprà de oblig. quæ ex delict. naſ. §. furti. Vnde apparet, quòd propter cauſam datur pignus, & ita ad hoc quod pignoratitia competat, neceſſe eſt intercedere veram cauſam, vel fictam, vt verbi gratia, Volebam ab aliquo recipere pecuniam mutuò, & ei obligaui codicẽ meũ, & tradidi, poſtmodũ numeratio pecunię

non

non fuit ſeruta, certè hoc caſu, quamuis pignus non teocat. vt C. pig. conuen. nu. ſeco. ſi fu. tamen mihi cōpetit pignoratitia actio, quamuis nullam pecuniam ſoluam. Idem eſt, ſi conditio deficit: nam in iſtis caſibus à principio interuenit cauſa apparens probabilis, quæ ex poſt facto nulla declaratur, & in hoc caſu ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd obligaui & tradidi talem librum meum R. pro x. libr. Tur. quas mihi debebat mutuare. Vnde cùm dictus R. dictam pecuniam non mutuauerit: ago contra ipſum, vt mihi dictum librum reſtituat, Vobiſque domine iudex &c. Et probatur iſte libel. ff. de pign. act. l. ſolutum. §. non quaſi datur. Item ſcias, quòd in præcedēti libello bene inſeritur, & obligaui. & tradidi, quia ad hoc, vt pignoratitia actio detur, oportet quòd traditio interuenerit, cùm dicta obligatio deſcendat ex obligatione quæ re contrahitur, vt ſuprà quibus modis re contrahitur obliga. §. ſi creditor. Et ex hoc apparet ſolutio talis quæſtionis. Ponamos, quòd conueni cum tali creditore meo, vt talis liber meus ei eſſet pignori obligatus, non tamen dicto creditori meo tradidi poſſeſsionem, ſed poſſeſsio ad eum aliunde venit, nec fuit ei tradita, meo nomine poſſeſsio. Modò eſt in quæſtione: verùm ſoluta pecunia, ipſe creditor teneatur mihi pignoratitia actione? Et certè dicendum quòd non, quia dicta actio, vt ſuprà dictum eſt, deſcendit ex obligatione quæ re contrahitur, ſed hoc inter me & creditorem meum, nō fuit obligatio re contracta, ſed ſolo ſenſu fuit pignus obligatum, quod poteſt eſſe, vt ff. de pig. act. & l. quam. Vnde quamuis ad creditorem meū aliunde venerit poſſeſsio dicti pignoris, non tamen tenebitur mihi pignoratitia, quia à me in ipſum nō pręceſsit res, & inter me & ipſum non fuit re contracta obligatio. Et ſcias, quòd bene inſeritur in præcedenti lib. equum, nec adiungitur equū eſſe meum, quia quamuis aliena non poſsit pignori obligari, vt hypothecaria detur creditori, pignoratitia tamen datur debitori, ſi obligando rem alienam pignori tradidit creditori, vt ff. de pigno. act. l. ſi rem. §. is quoque. & l. ſi pignore §. ſi preco. Item, bene inſeritur dictum equum amiſiſſe oculum per dolum, vel latam culpam, vel leuem creditoris, quia de his tenetur creditor, vt ſuprà, quibus mo, re contra oblig. §. vlt. & ff. de pig. act. l. ſi cùm venderet. § vlti. & l. ſequen. Item bene inſeritur, me ſoluiſſe pecuniam, pro qua pignus fuit obligatū, & deinde ſoluta pecunia ex præcedenti contractu fingitur nata pignoratitia actio, vt ff. de pign. act. l. ſi rem. §. omnes. Itē, bene petuntur obuentiones, quia quicquid creditori ratione pignoris obuenit, debet in debitū cōputare, vel ſi debitum ſolutum fuerit, debet reſtituere prætérquàm in caſu, vt ſi debitor ſurripuit pignus creditori, & creditor agat contra debitorem furti. & conſequenter ab eo pœnam furti: nam iſtam obuentionem neque computabit in debito, neque reſtituet debitori. Sed ſi ab extraneo conſecutus eſſet dictam pœnam ipſam teneretur reſtituere, vel in debitum computare, vt C. de pig. act. l. ſi pignore ſurrepto. in princ. & verſ. primo. Item, bene petitur, vt de dolo repromittat, vt ff de pign. act. l. creditor. Et ſi fundus eſſet pignori obligatus, poſſet peti in libello ab ipſo creditore, vt ipſe de iure, id eſt, de ſeruitute debita fundo repromitteret, ne forte debita ſeruitus ceſſante vti creditore amiſſa ſit, vt prædicta lege continetur Non ſolùm autem pecunia ſoluta datur pignoratitia actio, imò etiam datur pecunia habita pro ſoluta, quia multis modis contigit, vt in ſequentibus videbis, & ſecundùm hoc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io de Bla. quòd ego pro x. lib. Tur. quas debebam R. ex cauſa mutui obligaui & tradidi ei pignori talē equū. meum. Vnde cùm dictas x. libr. Tur. paratus ſum ei ſoluere, & eas in iudicio coram vobis domine iudex offero dicto R. Vel ſic: vnde cùm dictas x. libr. Turon. dicto R. congruo loco, & tempore obtulerim, & eo volente recipere in æde ſacra tali depoſuerim, & conſignauerim. Vel ſic: vnde cùm dictæ x. libræ Turon. habeantur pro ſolutis compenſatione facta debiti cum æſtimatione dāni: nam dictus Ro. tale damnum dedit in prædicto equo, dolo vel culpa lata, vel leui, quod æſtimo x. libr. Turon. Ago contra dictum R. vt mihi dictum equum reſtituat &c. vt in præcedenti libello. Et ſcias, quòd in præſenti libello bene inſeritur, me dictam pecuniam dicto R. in iudicio offerre, nam talis obligatio facit, quòd ego poſſum agere pignoratitia, vt ff. de pig. act. l. ſi rem. §. primo. Oblatio tamen facta extra iudicium non ſufficit, vt pignoratitia poſsim agere. vt C. de pigno. act. l. creditores. Oblatio & depoſitio & cōſignatio ſufficiunt ad hoc, quòd poſsim agere pig. act. vt prædicta l. neque creditores. Et propter hoc bene ſtat illa clauſula in præſenti petitione. Vnde cùm dictas x. libras Turon. dicto R. congruo loco &c. Item, bene inſeritur, vt dictæ x. libr. Turon. habeantur pro ſolutis, compenſatione facta debiti cum æſtimatione &c. Nam cùm creditor teneatur ad æſtimationem damni, quod contigit in pignore dolo ſuo, vel lata culpa, vel leui, vt in præcedentibus meritò iſtud poterit cum debito compenſari, cùm ex omni cauſa regulariter compenſatio recipiatur, vt C. de compen. l. vltima. & l eleganter. §. vlti. Item, aliā clauſula quę ſequitur, poteſt inſeri in petitione, Vnde cùm nouatione facta ex alia cauſa, quàm ex cauſa mutui, dictas x. libr. promiſerim prædicto R. nec pignora fuerunt repetita. ago &c. Item, alia clauſula poteſt inſeri, vnde cùm dictæ x. libræ habeantur pro ſolutis, eò quòd dictus Rod. mihi fecit pactum de non petendo, vel acceptilatione me liberauit, ago &c. Et probantur illæ clauſulæ. ff. de pig. act. l. ſi rem. §. ſatisfactum. & l ſolutum. Item, talis clauſula poteſt inſeri, vnde cùm dictæ x. lib. habeātur pro ſolutis, compenſatione facta debiti, cum æſtimatione obuentionum, vel fructuum ex pignore præceptorum: ago &c. Et probatur illa clauſula C. de pig act. l. prima. & vlti. Item ſerua, ſi erat pignori obligata pro dictis x. libris Turon. & Rod. proſtituiſſet illam ancillam: ſolutum eſſet ius pignoris. & poſſet agi pignoratitia actione. & talis clauſula inſereretur: vnde cùm ius pignoris ſit ſolutum in dicta ancilla, eò quòd Ro. creditor dictam ancillam proſtituit: ago contra dictum Roderium &c. Et probatur hoc ff. de pig. act. l. eleganter. §. vltimo. Æſtimatio damni &c. per ſe poteſt peti, & ita formatur libellos. LIBELLVS. Dico domine iudex, quòd ego pro x. lib. Tur. quas debebam R. ex cauſa mutui obligaui & tradidi ei pignori, talē lib. meum, in quo libro dedit dictus R tale damnū, dolo vel culpa lata,

lata, vel leui quod damnum æſtimo ſex libr. Tur. Vnde cùm dictas x.libras Tur.ſoluerim prædicto R.Ago contra ipſum, vt ęſtimationem prædicti damni, videlicèt ſex libr.Tur.mihi reddat, Vobiſque domine iudex &c.Et probatur iſte libellus ff. de pig.act.l.eleganter.§.vlti.ibi, & ſi res pignori datas &c.Sic igitur expleta ſunt duo prædicta capitula, quorum primum datur ad pignus reſtituendum, niſi creditor emiſſet pignus à debitore, vt ff. de pig.act.l.aliena.§.interdum.Secundum datur ad æſtimationem damni dati, per dolum, vel per culpã. De damno enim dato per caſum fortuitũ, non tenetur creditor, vtputa, de amiſsione pignoris, debitor ſi quid vult à creditore cõſequi, debet probare dolum, vel culpam ipſius creditoris intereeſsiſſe, vt iſta probantur, C.de pig.act.l. quæ fortuitis.& l.ſi creditor & ff.de probat.l.quocũq; §.qui dolo. Iſta autem duo capitula iungi poſſunt in petitione eadem, vt ſupra notatum eſt. TERTIVM CAPVT, quòd datur contra creditorem, qui vẽdidit pignus, vt ipſe reddat ſuperfluũ, quod habuit vltra quàm ſibi deberetur, & in iſto caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan.de Bla.quòd ego pro x. libris Turon.quas debebam R.obligaui, & credidi ei pignori talem librum meum. Vnde cùm dictus R dictum librum vendidit, & ex dicto libello, vltra quàm deberetur, habuit ſex libras Turo. Ago contra dictum R.vt mihi ſex libras Tur reddat, cum vſuris legitimis, à tempore moræ currẽtibus: Vobiſque domine iudex &c. Et probatur iſte libellus ff.de pig.act.l.creditor.& l.quamuis. §.vltimo. & l.ſequenti. Poteſt etiam aſsignari QVARTVM CAPITVLVM pignoratitiæ actionis, nam ſi creditor vendiderit pignus, & conuenit cum emptore, vt ſibi debitor pecuniam prætij reſtitueret emptori, licitum eſſet ei rem ſuam recipere. Poteſt agere contra creditorẽ actione pignoratitiæ, vt actiones ſuas cedat ei, vt ff.de pig.actione.l.ſi cùm venderet.

DE CONTRARIA PIGNORATITIA ACTIONE.

SEquitur videre de contraria pignoratitia actione. Et ſcias quod ipſa datur ex ſex cauſis. Primò enim datur, ſi debitor rem alienam obligauit, vel rem ſuam alteri obligatã. Secundò ſi creditori obligauerit, nec dicta res vtique debito ſufficiat, & tenetur his caſibus debitor creditori, quem decepit ad intereſſe: & ita in prædictis caſibus ratione deceptionis datur contraria pigno.act.creditori, in eo caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, quòd R.pro x.libr.Turon.quas mihi debebat, talem rem alienam, mihi ignoranti, obligauit pignori. Vel ſic: talem rem alteri obligatam pro x. lib.turon.mihi ignoranti, pignori obligauit. Nam dicta res vtique debito non ſufficit. Vel ſic: talem ſcyphum æreum mihi pignori obligauit, aſſerens mihi ignoranti illum ſcyphum eſſe aureũ. Vnde cũ in prædicta obligatione pignoris ego ſim deceptus, & mea intereſſit in ſex libr.turon.me nõ eſſe deceptũ: ago cõtra d.R.vt mihi vj.lic.Tur.reddat: Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur iſte libellus ff. de pig.act.l.prima & ſecũda & l.ſi rem aliená.in principio.& l.ſi quis in pignore §.ſed etſi quis. Nec eſt vis quantam ad pignoratitiam actionem, vtrùm debitor ſcienter decipiat creditorem, an re ipſa, vt ff.de pign.act.l.tutor.§. contrarium. Aliqui tamen dicunt, & eſt ſatis probabile, quòd in eo caſu, in quo debitor rem alienam pignori obligauit, agit creditor vt debitor æquè bonum pignus, quod ſit ſuum, obliget. & facit pro iſtis ff.de conſti.pe.l.qui autem §.penulti. Dominus tamen Azo dixit, quòd in prædicto caſu agitur ad intereſſe. Nam quàmuis debitor ſoluendo fuerit, vt ff.de pig. acti.l. cum debitore. intereſſe tamen ipſius poteſt creditoris, quia tutius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere, vt ſupra de obliga.quæ ex delict. naſc.§.furti. Item, poteſt ſua intereſſe propter chirographũ debitum, propter quod debitum poſſet retinere pignus, & ſibi pro receptione conſulere, vt C. etiam ob.chiro.nec pign.re.poſ.l.prima.§.penulti. Vel poteſt intereſſe creditoris, qui forſan pignus erat obligatum pro naturali debito, in quo debito creditor poſſet ſibi cõſulere per receptionem pignoris, vt C.de vſur.l.per receptionem. Item, poteſt intereſſe creditoris, quòd non eſſet deceptus in obligatione pignoris, in expenſis quas fecit agendo perſonaliter contra debitorem, quia ſi pignus habuiſſet, forſan nõ egiſſet actione perſonali. Et ſcias, quòd in præſenti libel.optimè inſeritur, mihi ignoranti, ſi enim eſſem ſciens, non viderer deceptus, & ita non poſſem agere, vt ff. de act.empt.l.prima. Secũdò agitur pignoratitia cõtraria propter expenſas quas fecit creditor in pignore, & in iſto caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioannes de Bla.quòd R.obligauit mihi pro x.lib. Turõ quas mihi debebat, talem ſeruum, quem arripuit talis infirmitas, in quo curando impendi lx.ſolid.Turon.reddat. Vobiſque domine iudex &c. Et probatur iſte libellus ff.de pig.act.l.ſi neceſſarias. Et iſtæ expenſæ neceſſariæ eſſent etiam quàmuis modicæ ſint recuperantur à creditore, cùm lex prædicta non diſtingat, ſecus tamen eſt in contraria commodati, in qua non veniunt modicæ expenſæ, vt ff.commodati.l. in rebus. §.poſſunt. Et eſt ratio, quia commodatarius vtitur re commodata eũm res ad certum vſum commodatur, vt prædicto §.poſſunt. ſecus in creditore qui non vtitur pignore: ſi autem in dicto ſeruo non feciſſem expenſas neceſſarias, ſed vtiles, vtpote, quia dictum ſeruum artificiis inſtruxiſſem, ſi quidem voluntate debitoris, vel feci vel imbui cœperat ab ipſo debitore, contraria pignoratitia actione potero omnes expenſas recuperare, ita dicendo in libello. Dico domine iudex, quòd Ro. obligauit mihi pignori, & tradidit talem ſeruum, quem de volũtate dicti R.in tali artificio feceram inſtrui, & expendi ob hoc ſex libras Tur. Vel ſic: quem ſeruum cœptum à dicto Ro.imbui in tali artificio dictũ ſeruum feci inſtrui, & expendi ob hoc ſex lib.turon. Vnde ago.cõtra dictũ R.vt mihi ſex lib.Tur. reddat. Vobiſque domine iudex &c. Si autẽ dictus ſeruus neque cœperat imbui per debitorem, nec volũtate ipſius debitoris feciſſẽ expẽſas, tũc agere pro expẽſis, quatenus arbitrio iudicis videtur ęquũ ita dicẽdo in lib. Dico domine iudex quòd R.obligauit mihi pignori, & tradidit talẽ ſeruũ ſuũ, quem tali artificio neceſſario feci inſtrui, & expendi ob hoc ſex lib.Turon. Vnde ago contr dictum Ro.

dictum R. vt mihi ex dictis expenſis tantùm reſtituat, qu itenus viſum fuerit vobis iuſtum, per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probantur iſti libelli ff. de pig. act. l. ſi ſeruos. Iudex enim arbitrabitur de quantitate expenſarum reſtituenda ſecundum quantitatem ſumptuum, & facultates debitoris inſpiciendas. Non enim ſi debitor pauper eſſet, iuſtum eſſet, vt omnes expenſæ recuperarentur, ſi magnę eſſent, quia ſic debitor compelleretur carere ſeruo obligato, quod eſſet iniuſtum, vt in prædicta l. probatur. Et quare in omnibus prædictis libellis dixi ſeruum eſſe mihi traditum, recurre ad ea quæ notantur ſuprà in directa pignoratitia actione. Item in ſecundo libello dixi, artificio neceſſarias, non vt oſtenderem expenſas eſſe neceſſarias, quia expenſæ factæ in dicto artificio non ſunt neceſſariæ, imò vtiles, vt ff. de verbo. ſigni. l. impenſæ. ſed vt oſtenderem dictas impenſas eſſe vtiles. Nam ſenſus dicti verbi eſt talis, quia artificium eſt neceſſarium humano generi, id eſt, vtile. Si enim non eſſet vtile humano generi, vt furandi ars, dictæ expenſæ nõ eſſent vtiles, imò potius inutiles. Tertiò datur pignoratitia actio ad hoc, vt debitor caueat creditori, qui vendidit pignus, indemnem eum futurum ſuper hoc, quod euictionis nomine promiſit, & hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. quòd R. obligauit mihi talem librum pignori, & tradidit pro x. libr. Tur. quas mihi debebat ex cauſa mutui. Vnde cùm dictum librum pro x. libr. turoñ. legitimè vendiderim, dicto R. prædictam pecuniam nolente mihi ſoluere, atque de dupla euictione promiſerim ego creditor cùm talis ſit conſuetudo regionis, in qua vendidi. Vel ſic: atque de dupla euictione promiſerim, cùm ex hoc dictum librum melius vendiderim. Ago contra dictum Roderium, vt mihi caueat me indemnem præſtaturũ ſuper hoc, quod de euictionis nomine promiſi, quod ſi facere noluerit, Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum Ro. ad tantam pecuniam mihi præſtandam, quã nomine euictionis promiſi, videlicèt ad xx. libr. Turoñ. per diffinitiuã ſententiam condemnetis. Et probatur iſte libellus ff. de pig. act. l. neceſſarias. §. primo. Quare autem inſertum ſit præſenti libello, dictum pignus eſſe mihi traditum, recurre ad ea quæ notan. ſuprà in directa pig. act. Item bene inſeritur in præſenti libello, me dictum pignus legitimè vendidiſſe, ſi enim minùs legitimè dictũ pignus vendidiſſem cùm ex hoc eſſem condemnãdus, non poſſem habere actionem, vt ff. de neg. geſt. l. ſiue hæreditaria. Item, bene inſeritur eſſe talem conſuetudinem regionis, vt de dupla promitteret creditor vel ex hoc, quòd de duplo promiſi meliùs vendidiſſem pignus. Aliàs enim ſi conſuetudo regionis non eſſet talis, nec hoc feciſſem ratione illa, quia melius venderem pignus, propter hoc non poſſem agere, vt debitor mihi caueret, cum in culpa fuerim promittendo, cùm creditor non teneatur promittere de euictione, vt C. credi. euic. pig. non debere. l. j. & ij. Item, bene ſupplicatur iudici, vt ſi dictus R. cauere noluerit, vt condemnetur ad duplum, in tantum ſcilicèt, inquantum promiſi pro euictione: ſed quàmuis nũc ſit condemnatio ad duplum, differtur tamẽ exactio vſquequo res vendita euincatur. ſic & aliàs ſit ff. ad l. Aquil. l. in lege. & recurre ad hoc quod notatur ſuprà eo. §. earum. in ſecundo capite act. ex empto. QVARTO datur pignoratitia contraria creditori, pignore euicto, quod creditor vendidit, & tunc ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd Ro. obligauit mihi talem librum pignori, atque tradidit pro x. lib. Turon. quas mihi debebat ex cauſa mutui, tandem dictum librum pro pretio x. libr. Turoñ. legitimè vendidi, dicto Rod. nolente mihi ſoluere prædictam pecuniam, atque de dupla pro euictione promiſi, ſcilicèt ego creditor cùm talis ſit conſuetudo regionis, in qua vendidi dictũ librum, & in qua mihi fuit pignori obligatus. Vel ſic: atque pro euictione de dupla promiſi, cùm dictum librum melius vendiderim. Vnde cùm dictus liber ſit euictus à Titio, qui ipſum emit, & ipſi Titio ſim iam ad duplum ratione euictionis cõdemnatus: Ago contra dictum R. vt duplum videlicet xx. lib. Turon. mihi reddat, Vobiſque domine iudex &c. Et probatur iſte libellus ff. de pig. act. l. ſi pignore. §. vlti. & l. ſequenti. Si enim conſuetudo regionis non requireret, vt creditor de duplo promitteret, nec dicta promiſsio aliquod emolumentum afferat pignore vendito euicto, non poſſet agere debitor, niſi pro ſumma debiti, vt prædictis legibus continetur. Et bene feci mentionem de conſuetudinem regionis, in qua contractus pignoris fuit celebratus, nam illius regionis conſuetudo intuenda eſt, vt ff. de euict. l. ſi fundus. QVINTO agitur pignoratitia contraria, vt debitor reſtituat ei poſſeſsionem pignoris venditi rogari præcario ab ipſo debitore, & ſecundũ hoc ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioã. quòd R. obligauit mihi pignoratitia actione, & tradidit talẽ librum pro x. libr. Tur. quas mihi ex cauſa mutui debebat poſſeſsionem cuius libri dicto R. conceſsi præcario. Vnde cum dicto R. nolente mihi ſoluere prædictam pecuniam, dictum librum legitimè vendiderim Titio pro prætio x. libr. Turon. Ago contra dictu R. vt poſſeſsionem prædicti libri mihi reſtituat, vt oportet eam nudam valeam tradere prædicto emptori, Vobiſque domine iudex ſupplico &c. Et probatur iſte libellus ff. de pign. act. l. ſi pignore. §. ſi poſt diſtractum pignus. Et quia in multis libellis inſerui, me pignus legitimè vendidiſſe, vt ſcias qualiter pignus legitimè vendatur, recurre ad ea quæ notat dominus Azo in ſumma C. de diſt. pig. SEXTO agitur pign. act. contraria, ſi debitor ſcienter obligauit ſeruũ mihi furem, & hoc caſu ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex ego Ioan. de Bla. quòd Ro. ſcienter mihi talem ſeruum furem tradidit, ac pignori obligauit pro x. libr Tur, quas mihi ex cauſa mutui debebat. Vnde cum dictus ſeruus ſurripiendo furtiuè tales res, me damnificauit in ſex libr. Tur. Ago contra dictũ R. vt mihi reddat ſex lib. Tur. Vobiſque domine index ſupplico &c. Et probatur iſte libellus ff. de pign. act. l. ſi ſeruus pignori.

DE ACTIOENE PRÆSCRIPTIS VERBIS.

Sequitur videre qualiter formatur libellus ſuper actione præſcriptis verbis æſtimatoria, & certè in ea ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine index, ego Ioan. de Bla. quòd ego talem equum æſtimatum x. libr. Turon.

Turon.Tradidi R.hoc acto,vt mihi dictum equũ reſtitueret,aut x.libr.turon.& ſi amplius x. libris poſſet habere ex venditione dicti equi illud eſſet ſuum.Vnde cum dictus R.nollet mihi reddere dictum equum cum obuentionibus inde perceptis quas æſtimo ſex lib.Turon.aut x.libr.Turon.mihi reſtituat,cum vſuris à tempore moræ currentibus,Vobíſque domine iudex ſupplico , vt dictũ R.ad hoc,vt reſtituat mihi dictum equum , cum obuentionibus inde perceptis,aut x. libr. Turon. cum vſuris à tempore moræ currentibus per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur iſte libellus ff.de æſtim.act.l.prima.Et ſcias, quod multi errãt in hac materia:ſed vt non ſit locus erroti,breuiter nota,& dic , quòd præcedens æſtimatio eſt vera æſtimatio , & facit periculum rei pertinere ad recipientem,vt prædicta l.ff. de æſti. actio.l.prima.in fine.& vtrũque eſt in obligatione,ſub diſiunctione tamen quod apparet,quia & alternatiua promiſsione,vtrunque eſt in obligatione,cum vtrunque poſsit conſtitui,& niſi vtrũque eſſet debitum,non poſſet conſtitui , vt hæc probantur ff.de conſti.pecu.l.prima. §. debitum. & l.illud aut illud.Vnde cùm vtrunque ſit in obligatione,quãuis alterũ ſit in ſolutione,bene petetur vtrũq; ſub diſiũctione in præſenti libello , Si autẽ equus eſſet mortuus ad eũ quirecepit equũ æſtimatũ ſpectaret omnimodò periculũ & omnimodò eſſent in ſolutione,niſi tũc eſſet in mora recipiẽdi equũ,quia equ° bene fuit ei oblat°, & ipſe noluit recipere,vt ff.de ſol.l.Stichum aut Pãphilum.Sed videtur quod de periculo contingente per caſum non teneatur,& in iſta opinione fuit dominus Azo.atg.ff.pro ſoc.l.cum duobus.§.dãno.ſed vt leges legibus concordent,diſtingue.Aut res æſtimata datur in contractu , qui celebratur gratia recipientis tantùm,vt in commodato , & tunc quia ibi venit leuiſsima culpa,iam æſtimatio nihil operaretur , niſi recipiens teneretur de periculo contingente per caſum.Vnde& æſtimatio aliquid operetur,quod debet eſſe,vt ff.de legatis primo.l.ſi eum.tenebitur accipiẽs de caſu fortuito,vt ff.conmmodati.l.ſi vt certo.§.commodatum. Aut res æſtimata datur in contractu qui celebratur gratia vtriuſque.Et tunc diſtingue : aut eſt emptio,vel habet naturã emptionis, & in hoc caſu periculum caſus fortuiti pertinet ad recipiẽtem,vt in caſu propoſito,dedi enim dictoR.equũ prædictum transferendo in eo dominium , ſi erã dominus,& transferendo in eum poſſeſsionẽ,hoc acto,quòd tantùm æſtimationem dicti equi x.lib. videlicèt mihi reſtitueret,aut equũ. & ſi ampliùs poſſet ex dicto equo habere,quod totũ eſſet ſuũ. Vnde ſicut perfecta venditione totum lucrum ꝙ accidit circa rem emptam,eſt emptoris,ita in caſu propoſito totum lucrum,quod poteſt accidere circa rem,eſt ipſius accipientis. Nam ſi recipiens dictum equum cras,vel poſt cras venderet etiam xx.lib.quia in tantum eſſent equi facti cariores, quaſi totum quicquid haberet vltra x. libr. Tur. eſſet ſuum.Vnde cum lucrum ſpectet ad eum, nõ eſt mirum ſi damnum pertinet ad eundem , vt de periculo caſus teneatur,vt ff.de regulis iuris. l. ſecundùm naturam.Sic ergo ex prædictis apparet, quòd in caſu præſenti ideò fit ęſtimatio , vt recipiens totum lucretur,quicquid haberet vltra æſtimationẽ taxatã,& in hoc imitatur naturã emptionis , quia lucrum pertinet ad recipientem. Aut cõtractus ex quo res traditur non habet inſtar emptionis,vtpote,quia lucrum rei non pertinet ad recipientem,vt verbi gratia,Dico tibi,vade vendas tale equum,bene enim remunerabo tibi,dabo enim pro hoc facto mercedem quæ inter nos ſtatuetur,verùm dictum equum ęſtimo x. libr.Turon.quia nolo,vt pro minori detur. Hic enim fit æſtimatio,non vt lucrũ ſpectet ad recipientem,quia ſi pro pluri vẽderetur dictus equus illlud pertineret ad me tradentem,ſed ideò fit dicta æſtimatio.vt dicta res non detur pro minori. In hoc enim caſu periculum caſus non pertinet ad recipientem in leuiſsima culpa. Etiam diſtinguitur,quia ſi recipiens tradentem rogauit, periculum per leuiſsimam culpam contingens,eſt ipſius recipientis,aliàs autem ſi tradens recipientẽ rogauit periculũ per culpam leuiſsimam contingens,eſt ipſius tradentis , vt iſta probantur ff.de præſcript.verbis.l.ſi gratuitam.Et hoc caſu oritur actio præſcriptis verbis:nam non eſt mandatum, quia non fuit gratuitum,vt ff.mandati.l.j. Item, non eſt locatio,quia merces non interuenit,vt ff. depoſiti.l.j.§.ſi quis ſeruum.Item , bene petuntur obuentiones cum re,aut vſuræ à tempore moræ currentes,cùm iſta actio ſit bonæ fidei,vt in præſenti §.& ff.de æſti.acti.l.j.& ff.de vſuris.l.mora.§. in bonæ fidei &c.

DE ACTIONE PRÆSCRIPTIS VERBIS EX PERMVTATO.

SEquitur videre de Actione præſcriptis verbis ex ꝑmutato,& in ea ita formatᶜ li. LIBELLVS.Dico domine iudex ego Io. de Bla.quòd ego conueni cum R. permutare tale digeſtum meum,cum tali codice ſuo. Vnde cùm dicto R.dederim ff.meum,nec ipſe velit mihi dare C.ſuum.Ago contra ipſum Ro.vt mihi det dictum C.de euictioneq́ue promittat,quod ſi facere noluerit,Vobis domine iudex ſupplico , vt dictum R.ad ſingulare meum intereſſe , quod æſtimo xx.libr.Tur.per difinitiuam ſententiã condẽnetis.Et probatur iſte libellus C. de rerum permuta.l.ex placito.nam ex placito permutationis re deinde ſecuta,oritur actio præſcriptis verbis. Item,bene inſeritur , quòd ego dedi dicto R. ff. meum,id eſt,accipientis feci,vt ff.de verbo. obli. l.vbi autem.§.vlti.Nam ad hoc quòd ego poſsim præſcriptis verbis agere, oportet quod ex parte mea rei interuentu veſtiam pactum, rem faciendo accipientis.& in hoc differt cõtractus permutationis à contractu emptionis, & venditionis, quia non oportet quòd vẽditor faciat rem ipſius emptoris,vt arg.ff.de condi.ob cauſam.l.vlti.Nõ nego tamen quin ſuper re aliena poſsit permutationis pactum contrahi,oportet tamen quòd ille qui agit veſtiendo pactum,rem fecerit accipientis,quod cum fecerit,cõtra alterum poteri agere, & quàmuis res quam alter cõuenit ex cauſa permutationis dare ſit aliena,quia poteſt agere ad intereſſe,vt ar.C.de rerum permu.l.prima. Nõ obſtat ff.de rerum permutatione.l.prima.in fine.ibi non in hoc agemus &c. quia ſubaudiendum,non ſolùm. Nam duplicem viam habet, qui tradidit , & rem accipientis fecit , vel vt repetat per condictionem ob cauſam , quod dedit, vel vt agat ad intereſſe actione præſcriptis verbis.

Nam

Nam actio præſcriptis verbis,quæ oritur ex permutato datur ad intereſſe. & ideò bene petij in præſenti libello,vt ſi R.nolit mihi dare centum, vt condemnetur ad intereſſe, vt iſta probantur ff.de præſcrip.verbis.l.naturalis.§.ſinautem. Itẽ, bene inſerui in præſenti libello. talem codicem cum tali digeſto ſpecificando, nam permutatio eſt de re certa cum certa.Sed cõtractus do vt des, eſt de re incerta cum incerta,vel de re certa cum incerta,vt dominus Azo notat in ſumma C.de rerum permutatione.§.contrahitur. Item, bene petitur:vt de euictione caueatur,cùm hoc in caſu ſit ſimilis actioni ex empto.Et ita eadem venire debẽt in iſta quæ veniunt in actione ex empto. Vnde ſicut in actione ex empto venit, vt venditor caueat de euictione,vt notatur ſuprà in actione ex empto,ita veniet in iſta actione præſcriptis verbis ex permutato cùm ſit ei ſimilis, vt ff. de præſcrip.verb.l.naturalis.§.vltimo. ibi quemadmodum in ſuperioribus caſibus &c. & ſi alia res vtputa ſeruus deberetur ex cauſa permutationis oportet alias cautiones interponere.Et hæc petũtur in libel.vtputa,quia peteretur à reo vt caueret ſerum quem præſtare debeat, furtis & noxiis eſſe ſolutum,vt ar.ff.de rerum permutatione.l.vlti.& re petas hoc quod nota.de cautionib⁹, huius ſuprà in actione ex empto. Item, ex iis apparet, quare in pręſenti libello ſupplicaui iudici, vt R. condemnaret mihi ad ſingulare intereſſe:nam ita fit in actione ex empto.Similiter ita debet fieri in hac actione,cùm iſta actio in pleriſque ſimilis ſit actioni ex empto,& prædicta bene ſe habent, ſi reus ſciat rem quam rececepit eſſe actoris, quia tunc quàm pleniſsimè eſſet veſtitus cõtractus ex parte agentis,vtputa,quia rem tradidiſſet, & accipientis feciſſet.Si autem dubitet reus, an res ſit tradentis non videtur ex parte ſua plenè contractum veſtiuiſſe vſque quo de euictione cauerit. ar.l.ff.de condict.ob cauſam.l.vlti.& ff. de verb. obliga.l.Iulianus.§.primo. Vnde in hoc caſu videtur ita inſerendum in libello pręcedenti,Vnde cùm dicto Ro.dederim ff.meum, atque de euictione cauerim,nec ipſe velit &c.Alij tamen dicunt,dictam clauſulam non eſſe in libello inſerendam,quia tradens ſatis neſciuit contractum ex parte ſua,poſtquàm tradidit, & imputetur recipienti qui ſine cautione recepit &c.

DE PETITIONE HÆREDITATIS.

SEquitur videre de petitione hæreditatis. Et certè antequàm formetur libellus in hac actione,faciendæ ſunt illæ interrogationes quæ notantur C. de petit. hære.l. cogi. Nam ante libelli oblationem faciendæ ſunt interrogationes,vt notat ſuprà in principio iſtius operis.Et poſt factas interrogationes, ſi reperias quod ille,quem tanquàm poſſeſſorem vis conuenirem,rem quæ veniat in petitione hæreditatis poſsideat pro hęrede vel pro poſſeſſore.ſi eſt bonæ fidei poſſeſſor,ita formatur libel. LIBELLVS.Dico domine iudex ego Ioan.de Bla.quòd ego ſum hæres ex teſtamento vel ab inteſtato ipſius Titij.Vnde cum R.aliquam rem ex hæreditate Titij,vel aliquam rem cuius periculum ad Titium pertinebat pro hærede,vel pro poſſeſſore bona fide poſsideat,vel detineat. Ago contra dictum R.vt quicquid ex hæreditate Titij poſsidet ſeu detinet.Item, omnem rẽm cuius periculũ ad Titium pertinebat,quam dictus Rod. detinet ſeu poſsidet,poſsidebítue tempore ſententiæ.Itẽ, quicquid dictus Roderius ex cauſa maleficij debebat Titio,vel hæreditate cœpit debere,inquantùm locupletior reperitur à tempore, eo quod denuntiatum fuit ei hæreditatem ad me pertinere, vel tempore rei iudicatæ, cum vſuris legitimis fructuum perceptorum ante denuntiationẽ currentibus à tempore denuntiationis. Item, cum vſuris pecunię quam ex hæreditate Titij attigit legitimis à tempore denuntiationis currentibus. Item, cum fructibus perceptis & percipiendis poſt denuntiationem factam mihi reſtituat. Vobíſque domine iudex ſupplico,vt dictum Roderium ad omnia prædicta petita mihi reſtituenda per diffinitiuam ſententiã condemnetis.Et probatur iſte libellus in ſingulis ſuis membris.PRIMO enim inſeritur in libello,me eſſe hęredem ex teſtamento vel ab inteſtato: nam tali qui aliquo modorum iſtorum eſt hæres,datur petitio hęreditatis,vt ff.de petit.hære.l.prima,ſecunda, & tertia.Non tamen dico,quòd vtraque clauſula inſeratur in libello ex teſtamento, vel ab inteſtato. Nam qui agit,vnam viam debet eligere. & ſi eſt extraneus,non videtur poſſe habere recurſum ad aliam,vt C.de codicil.l.vlti. ſecundùm hoc igitur qui agit petitione hæreditatis,dicit ſe hæredẽ, cum hæc actio ſcripta ſit hæredibus,vt ff. de bono.poſ.hæred. petit l. prima. Sed ad hoc quòd quis ſit hęres,oportet quòd hæreditatem adiuerit,vnde reus poteſt omnia ponere, quæ impediunt hæreditatis aditionem, vt ſi dubitetur de morte illius,cuius ſe dicebat hæredem, vt ita ponat reus. Pono quòd dubitas, vtrùm Titius ſit mortuus:nam quàmdiu dubitat de vita illius,cuius ſe dicit quis eſſe hæredem, adire non poteſt hęreditatem,dico per conſequens non eſt hæres, ne agere poteſt petitione hæreditatis,vt C. de capti.& poſtli. reuer. l. nec nos.Et quia multis ex cauſis impeditur quis adire hæreditatem, de quibus ſingulis reus poteſt facere vnam poſitionem ideò vt hoc ſcias,recurre ad ea quę notat dominus Azo in ſummaC.de iur.deliber.& de adeun. hære.§.ſupereſt.vt videamus. Item, ſi quis ſe dicat eſſe hæredẽ ex teſtamento,reus poteſt ponere ea,per quę teſtamentum deficit,nã ita poteſt ponere.Pono,quòd teſtamẽtũ illud factum fuit ab impubere,vel ſic:pono, quòd illo teſtamento non interuenerunt ſeptem teſtes.& vt hoc ſcias,recurre ad ea quæ notantur in actione ex teſtamento, ſuprà eo.§.Item mixta.Item bene inſeritur alienam rem &c.non ſpecificando, quia cùm iſta actio ſit vniuerſalis,vniuerſalia verba in eius propoſitione proponuntur,& quòd ſit vniuerſalis, probatur ff.de rei vend.l.j.Itẽ bene inſeritur res ex hæreditate Titij ſiue ſint fructus,ſiue aliæ res, quæ ex eius hæreditate ſint penes poſſeſſorem. Item bene inſeritur,omnem rem, cuius periculũ &c.vt ſunt res commodatæ defuncto. Item depoſitæ penes defunctum,nam omnia iſta veniunt in petitione hæredit.vt ff.de petitione hæredita.l.& non tantùm.& l.item veniunt. vſque ad §. cùm prædiximus.Et hæc ſunt vera,quòd quicquid ex hæreditate bonæ fidei poſſeſſor percepit, veniat in petitione hęreditatis,ſiue ſint fructus, ſiue aliæ res,cùm fructus augeant hæreditatem, vt prædi. l.item veniunt. §. fructus. Vnde quàmuis in rei

rei vendicatione petuntur fructus extãtes per of-
ficium iudicis à bonæ fidei poſſeſſore, cõſumptos
verò fructus lucratur ſi ſint induſtriales, à malæ
fidei verò poſſeſſore petuntur fructus extãtes rei
vendicatione, alia ab ea, qua petitur res principa-
lis. cõſumpti verò petuntur ab eo conditione ſi-
ne cauſa, vt ſuprà e. in rei vendicatione notatur,
tamen in petitione hæreditatis veniunt ſemper
fructus, & per eandem petitionem petuntur fru-
ctus & res principales, & quamuis bonæ fidei poſ
ſeſſor fecerit fructus ſuos, ſi factus eſt ex eis locu-
pletior, petentur petitionem hæreditatis, cùm pe-
titio hæreditatis ſit mixta, vt iſta not. in d. §. fru-
ctus. Item, bene inſeritur in prædicto libello, di-
ctum Roderium poſsidere pro hærede vel pro
poſſeſſore. Nam contra talem datur petitio hæ-
reditatis, non autem datur contra titulo poſsidẽ-
tem, vt ff. de peti. hæred. l. regulariter. & l. pro hæ-
rede. Quare autem non datur contra titulo poſ-
ſidentem, illa eſt ratio, quia qui titulo poſsidet, &
bona fide poteſt eſſe dominus, vel dominum ac-
quirere, vt ff. de vſuc. l. tertia. In petitione autem
hæreditatis nõ oportet ſe probare dominum, ſed
ſufficit, ſi probet actor ſe hæredem, & rem quæ
petitur ſpectaſſe ad periculum defuncti, vt ff. de
petit. hæred. l. & non tantùm. Vnde ſi daretur cõ-
tra titulo poſsidentem, iam eſſet via inuenta, per
quam à domino poſſet aduocari per non domi-
num, quod eſſet inconueniens. Item, in prædicta
petitione bene inſeritur, dictum R'. aliquam rem
poſsidere, quia ad hoc vt infallibiliter poſsit pe-
titione hæreditatis conueniri, oportet quòd ali-
quam rem poſsideat, vel saltẽ quòd aliquod ius,
veputa, quòd ſit debitor, vt ff. de peti. hæred. l. li-
cet minimam. Et ſcias, quòd ideò dixi infallibi-
liter, quia ſi non poſsideret, poſſet euitare iudi-
cium, dicendo ſe nihil poſsidere, verùm ſi iudici-
um non euitauerit, tenebit iudicium, & ipſe con-
demnabitur, ſi tempore ſententiæ reperiatur ali-
quid poſsidere, vt ff. de petit. hæred. l. itẽ videndũ.
§. ſi quis. Item, in præſenti petitione bene inſeri-
tur, vt dixi, dictũ R. aliquam rem poſsidere ex hæ-
reditate Titij, nihilominùs tamen petitur ab eo
quicquid poſsidet, poſsidebitue tempore ſenten-
tiæ. Nam in iſto vniuerſali iudicio, quæ poſt litis
conteſtationem accedunt bene veniunt, nam re-
ſpicitur tempus ſententiæ, vt reus ad omnia, quæ
tempore ſententiæ reperietur poſsidere ex hære-
ditate condemnetur, vt ff. de petitione hæredita.
l. quarta. Et ſcias, quod bene petitur, quòd debet
ex maleficio indiſtincte veniunt in petitione hæ-
reditatis, etiam ſi quis nihil corporale poſsideat
ex hæreditate, pro tali tamen debito poteſt con-
uenire petitione hæreditatis, vt ff. de pe hered. l.
& ſi putauit. §. vlt. & l. ſequenti. debitum tamen
quod non eſt ex edicto, vel quaſi non venit in pe-
titione hæreditatis. niſi debitor contendat ſe hæ-
redem, vt ff de pet. hæredit. l. ſi debitor. Et contra
debitorem ita formatur libellus. L I B E L L V S.
Dico domine iudex, me eſſe hredem Titij, ab in-
teſtato, cuius Titij Ro. debitor erat ex maleficio.
Vel ſic: cuius Titij Ro. debitor erat ex tali con-
tractu in decem libr. Turo. ſed dictum debitum
non vult reddere mihi, eo quòd contendit ſe hæ-
redem Titii. Vnde perſecutionem meam contra
dictum R. dirigo, vt dictum debitum, & omne il
lud quod debebat dicto Titio mihi reſtituat, cũ
vſuris à tempore denuntiationis currentibus, Vo

bíſque domine iudex ſupplico, vt hæreditatẽ Ti-
tij ad me pertinere, tanquàm ad verum hæredẽ
per ſententiam declaretis, dictum Roderium ad
reſtitutionem omnium rerum, quas ex hęredita-
te Titij tempore ſententiæ reperitur poſsidere, &
ad reſtitutionem prædicti debiti, per diffinitiuã
ſenteneientiam condemnando. Et probatur iſte
libellus per leges ſuperiùs allegatis, Et bene inſe-
ritur in præſenti libello, perſecutionem &c. cùm
iſta actio ſit mixta, vt ff. de act. emp. l. iulianus
formationem iſtius libel. magis approbo quàm
ſuperiorem, quia perſonalis præſtatio ſolùm pe-
titur ab aduerſario, & ſit ſupplicatio iudici pro
rebus aliis, cùm pro illis nullo iure ſit obligatus
aduerſarius. Et recurre ad hæc quæ notantur ſu-
prà §. omnium. in rei vendicatione. Item, bene
petuntur in præcedenti libello res hæreditariç, in
quãtum dictus R. factus eſt locupletior, quia de
omnibus quæ ex hæreditate percepit bonæ fidei
poſſeſſor, etiam de fructibus conſumptis tenetur
ipſe, in quantũ eſt locupletior, & non vltra, vt ff.
de petit. hæred. l. item veniunt. §. eos autem & l.
verum autem. Et in hoc differt petitio hæredita-
tis à rei vendicatione. Nam petitione hæredita-
tis petuntur fructus à bonæ fidei poſſeſſore, vſ-
que ad eum modum quo locupletior factus eſt.
Cùm ipſe bonæ fidei poſſeſſor teneatur ſimplici-
citer, in quantũ locupletior reperitur. in rei autẽ
vẽdicatione ſecus eſt, nã fructus induſtriales cõ-
ſumpti non petuntur ab ipſo poſſeſſore per rei vẽ
dicationem, cùm eos lucretur, vt notatur ſuprà
eo. § omnium. in rei vendicatione Item, bene in-
ſeritur in præſenti li. duplex tempus, tempus vi-
delicet denuntiationis, vt teneatur ipſe poſſeſſor
in quantum tunc locupletior eſt, & quamuis po-
ſtea deſinat eſſe locupletior, cùm per denuntia-
tionem interpretatione iuris incipiat eſſe malæ
fidei, nec refert à quo denuntiatum eſt. Item, ex
eo tempore tenetur de vſuris fructuum percepto
rum ante illud tempus, & è quibus fructibus erat
locupletior, & propter hoc etiam bene petuntur
in præcedenti libello vſuræ fructuum percepto-
rum ante denuntiationem, nam tenetur præſtare
vſuras, cũ eos percipiat ex neceſsitate, vt hæc pro-
bantur ff. de petit. hæred. l. item veniunt. §. peti-
tam. & l. ſed & ſi lege. §. ſi autem. & l. hæres furio-
ſi. §. vltimo. Si autem non eſt locupletior tempo
re denuntiationis, reperitur tamen locupletior
tempore ſententiæ, iſtud ſufficit, vt ff de petition.
hæredita. l. ſi à domino. §. qui tempore. Item, be-
ne petuntur vſuræ pecuniæ quam attigit: quia ſi
non attigiſſet aliquam pecuniã, non teneretur ali
quam vſuram præſtare de pecunia quam non at-
tigiſſet. & quamuis eſſet malæ fidei poſſeſſor, vt
ff. de pet. hære. l. ſi poſſeſſor. Item vſura illius pe-
cuniæ debet præſtari à tempore denuntiationis,
cùm ex eo tempore fingatur malæ fidei, vt ſuprà
nota. & ſit in mora. Vnde cùm iſta actio ſit bonæ
fidei. & ex eo tempore veniunt vſuræ ff. de vſur.
l mora. §. in bonæ fidei. Item, ex tempore denun-
tiationis, bene tenebitur de fructibus perci-
piendis, cùm eo tempore fingatur malæ fidei
poſſeſſor, vt ſu. no. Vnde bene petuntur fructus
percipiendi ex eo tẽpore. Contra malæ fidei poſ-
ſeſſorem ita formabitur libellus. L I B E L L V S.
Dico domine iudex, ego Ioan. de Bla. quòd ſum
hęres Titij ex teſtamento, vel ab inteſtato. Vn-
de cum R. mala fide pro poſſeſſore, vel etiam pro

hærede aliquam rem ex hæreditate Titij, vel aliquam rem, cuius periculum ad Titium pertinebat poſsideat ſeu detineat, perſecutionem meam contra dictum Roderium dirigo, vt omnia damna quæ dedit in hæreditate Titij: item, quicqiud Titio ex cauſa maleficij debebat: item, vt omnes fructus quos ex hæreditate conſumpſit, mihi reſtituat, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt hæreditatem Titij ad me pertinere tanquàm ad hæredē in ſententia declaretis. Dictum Ro. ad hoc, vt omnes res de hæreditate Titij exiſtentes, vel quarum periculum ad Titium pertinebat, quas dictus R. poſsidet, poſsidebitue tempore ſententiæ, dolóue deſiit poſsidere, ſiue res quas deſiit poſsidere deperditæ ſeu etiam diminutæ ſunt, cum fructibus perceptis & percipiendis, cum vſuris legitimis pecuniæ quam attigit currentibus ex eo tempore quo attigit: item vt æſtimationem damni quòd dedit in hæreditatem Titij: item, vt omnia quæ debebat Titio ex delicto quorum perſecutio ad hæredem tranſit, mihi reſtituat per diffinitiuā ſententiam condemnando. Multa ex verbis præſentis libelli, ſunt per præcedentia declarata: vnde quorum declaratio patet, declarationem non ponam, ſed ſolùm. Cùm cauſa petitionis hæreditatis vniuerſalis ſit vniuerſalibus ſiue generalibus verbis vſus ſū, patet enī ex eo, ꝙ ea quæ poſt litem conteſtationis cœpit poſsidere reus veniunt in petitione hæreditatis, vt ſuprà notatur, quo nō eſt vtendum in libello compoſito ſuper petitione hæreditatis ſpecialibus verbis. Item nota, quòd illa actio eſt mixta tàm in rem quàm in perſonā, vt C. de petit. hære. l. hæreditatis. & ff. de pet. hęr. l. ſed & ſi l. §. petitio. Vnde in præſenti libello bene directè petij perſonales præſtationes, reales verò per iudicem petij, quòd faciendum eſt, vt ſuprà notatur modo. Et ſcias, quòd in præſenti petitione bene petuntur à malæ fidei poſſeſſore, res quas poſsidet, vel dolo deſiit poſsidere, ſiue res ſint diminutæ ſiue perditæ, cùm periculum pertineat ad malæ fidei poſſeſſorem. Item, bene petitur vſura pecuniæ quàm attigit ex eo tempore, cùm ex eo tempore habebat conſcientiam rei alienæ. Vnde per ſpecialem moram quæ fit in petitione hæreditatis eo tempore, quod quis habet conſcientiam rei alienæ, veniunt vſuræ ex eo tempore. Item, bene petuntur fructus percepti & percipiendi. Item æſtimatio damni, vt iſta probantur per ordinem ff. de petit. hæredita. le. ſed & ſi lege. §. perinde inquit condemnandos. & lege ſi poſſeſſor. in prin. & §. vlt. & l. deperditum. & dicta l. ſed & ſi lege. §. ſed & fructus. & le. item veniunt. §. petitam. & l. ſi à domino vel à patre. §. ſi poſſeſſor. Item in præſenti libello inſerui illam clauſulam, quorum perſecutio &c. Appoſui propter actiones quæ deſcendunt ex delicto, & dantur ad vindictam quæ non dātur hæredibus, vt eſt actio iniuriarum, vt infrà de perpetuis & tempora. actio. §. non autem. Item ſcias, quòd iſte tenetur reſtituere quicquid habuit occaſione hæreditatis, non autem ſi habuit aliunde, vt ff. de petit. hæred. l. vtrum. §. vlt. & l. ſequenti. Item, debita ex delicto veniunt in hac actione ſecundùm ſui primitiuam naturam. Vnde debitum ex dāno iniuria data, venit in hac actione ſecundū ſui primitiuam naturam in ſimplum ſcilicet, non autem inficiatione duplicetur, vt ff. de peti. hær. l. itē veniūt. §. cum prædiximus. Item ſcias, quòd illud quod dixi ſuprà, quòd petitio hæreditatis non datur contra titulo poſsidentem, fallit in quatuor caſib. Primus eſt, ſi titulus habeatur pro non titulo. Secundus eſt, ſi vniuerſitas modico diſtracta eſt. Tertius eſt, ſi emit vniuerſitatem, & venditor non comparet, & hi duo proximi caſus habent locum in emptore bonæ fidei. Si autem malæ fidei emit vniuerſitatem, is indiſtinctè tenetur, quamuis titulum habeat. Quartus caſus eſt, vbi emit à fiſco. Quintus caſus eſt, in titulo pro hærede qui non excludit petitionem hæreditatis, vt verbigratia, Ponamus quòd de hæreditate Titij, cuius ſum hæres R. qui poſsidebat bona fide ſine titulo, & ita R. tenebatur mihi petitione hæreditatis, & Roderius ſucceſsit dicto R. & rem quæ eſt de hæreditate Titij credit eſſe de hæreditate Roberti, & ſic in ea re dictus Roderius habet titulum pro hærede ex perſona ſua, ex perſona tamen defuncti Roberti, cuius eſt hæres tenebitur mihi petitione hæreditatis, cùm ille mihi teneretur, vt omnia iſta probantur ff. de petit. hær. l. nec vllam. §. j. & §. Neratius. & l. & ſi potauit. Aliàs non eſt ibi lex, imò eſt totum ſub lege, nec vllam. §. quòd ſi quis. & §. quòd ſi quis ſciens. & §. item ſi quis à fiſco. Et ſcias, quòd vnum mirabile accidit in materia iſta, ſcilicet quòd eſt melioris conditionis poſſeſſor ſine titulo, quàm cum titulo: quia ſi quis poſsideat bona fide rem hæreditariam ſine titulo, tenebitur petitione hæreditaria: ſi tamen illam rem vendidit, atque prætium perdidit, nec factus eſt locupletior, ipſe bonæ fidei poſſeſſor non poterit conueniri, quia non eſt factus locupletior. Item, ipſe eſt emptor, non tenebitur rei vendicatione, ſi recurſum de euictione contra vēditorem, & hoc illa de cauſa contingit ne venditor alia via teneretur in plus quàm factus ſit locupletior. Si autem venditor habuiſſet titulum deterioris eſſet conditionis, quia emptor poſſet conueniri rei vendicatione, & haberet recurſum contra venditorem, & ſic venditor teneretur vltra quàm eſſet locupletior, vt ff. de peti. hæred. lē. ſed & ſi lege. Idem ſi rem diſtraxit: & iſtud ideò contingit, quòd bonæ fidei poſſeſſor ſine titulo grauatur in vno in petitione hæreditatis, quia fructus induſtriales non lucratur, & ſi cōſumpti ſunt vt ſuprà notatur, non eſt ergo mirum ſi in hoc releuetur, vt ff. de iureiur. l. eum qui. Vltimò not. quòd hæres pro iis rebus hæreditariis, quarū poſſeſsionem adeptus eſt poſt aditam hæreditatem, ſi cadat à poſſeſsione earum, non poterit poſtmodum intentare pro rebus illis petitionem hæreditatis cum ſuo nomine: quia tunc cōpetit ei ꝓpria actio, at. ff. de pet. hær. l. quòd ſi in diē. §. ſed ſi negotiū. & l. nō tātùm. §. quòd ſi pro emptore.

DE BONORVM POSSESSORIA HAEREDITATIS PETITIONE.

SEquitur videre de bonorum poſſeſsoria hæreditatis poſſeſsione. Et certè in ea ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan. quia talis legitima vxor mea conſtante matrimonio deceſsit nō habēs ꝓlem agnatos, vel etiā cognatos, qui vellēt ei ſuccedere, ſicque pro bonis dictæ vxoris bonorū poſſeſsionē, Vnde vir & vxor, intra tēpus legitimum

cotam

cotá cõpetenri iudice agnoui. Vnde &c. vt in libellis formatis ſuper directa petitione hæreditatis. Et ꝓbatur iſte libel. ff. de bo. poſ. hære. peti. per totum, & facit C. vnde vir & vx. l. j. Itẽ in præſenti libello bene inſeritur, legitima vxor. Itẽ quòd mortua fuit cũſtante matrimonio, quia aliàs non daretur mihi bonorũ poſſeſsio in bonis eius, vt ff. vnde vir. & vx. l. j. Itẽ, bene inſeritur infra legitimũ tẽpus, ſcilicet centũ dierũ vtiliũ, quia poſtmodũ nõ poſſem bonorũ poſſeſsionẽ agnoſcere, vt ff. de bo. poſ. l. in bonorũ poſſeſsionibus. & C. qui admit. ad bo. l. ij. & ff. de ſuc. ed. l. j. §. largiùr. & §. ſi in rer. Itẽ, bene inſeritur, agnoui. nã hodie ſufficit, quòd bonorũ poſſeſsio agnoſcatur, quãuis ſecundũ antiqua tẽpore diſcerneretur, vt C. qui admit. ad bo. poſ. l. vlt. Fallit tñ in bonorũ poſſeſsione cõtrá tabulas, quia nõ ſufficit eã agnoſcere, vt notatur ſuprà, qualiter offeratur libel. circa prin. iſti⁹ ſummæ. Cætera, dic, vt in petitione directa hæreditatis notatur.

DE FIDEICOMMISSARIA HÆREDITATIS PETITIONE.

Sequitur videre de fideicõmiſſaria hæreditatis petitione. Et ſiquidẽ hæres coactus reſtitueret hæreditatẽ, nõ retinebit quartam, vnde fideicõmiſſarius erit hæres inſolidum & dicendo ſe effectu inſolidum eſſe hæredem aget, & ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico dñe iudex, ego Ioannes quod Titius hæres inſtitutus in teſtamẽto Meuij, rogatus fuit à dicto Meuio, vt mihi hæreditatem reſtitueret, qui Titius coactus hæreditatẽ Meuij adiuit, ipſamque mihi verbo reſtituit. Vel ſic incipias libellũ. LIBELLVS. Dico dñe iudex, ego Ioannes quod Meuius in codicil. rogauit proximiorẽ ſuccedentẽ ab inteſtato, vt mihi hæreditatem ſuã reſtitueſet. Titius verò ꝓximior coactus hæreditatẽ adiuit, ipſamque verbo mihi reſtituet. Vnde cũ effectus ſim hæres Titij, & R. poſsideat quid ex hæreditate Meuij, vel cuius periculum ad Meuiũ pertinebat, poſsideat vel detineat pro hærede, vel pro poſſeſſore &c. Omnia iungas, vt in directa petitione hæreditatis, tàm cõtra bonæ fidei poſſeſſorem, quàm contra malæ fidei poſſeſſorẽ. Et probatur ille libellus ff. de fideicom. hær. pet. l. ij. iij. & iiij. Et ſcias, quòd ea quæ faciunt deficere teſtamentũ vel codicillos poſsint hîc poni. Vnde recurre ad ea quæ notantur ſuprà in actione ex teſtamento. Item, bene inſeritur, quòd Meuius in codicillis rogauit &c. nã fideicõmiſſaria hæreditas poteſt dari in codicillis. vt C. de codi. l. hæreditatẽ. Et bene dixi, coactus, nam cogi poteſt & debet, ſi non vult hæreditatẽ adire, vt ff. ad Treb. l. ille à quo. §. tẽpeſtinum. Item propter hoc dixi coactus, quia in hoc caſu hæres non retinet quartam, & ſic dictum verbum inſerui prædicto libello, vt oſtenderem hæreditatis petitionẽ mihi inſolidum competere, aliàs enim non reſtitueretur mihi hæreditas: & nõ poſſem hæreditatẽ petere, niſi pro drodante, vel cùm ex iure quod haberem ego actor nimis meritetur, vt hæc probantur ff. ad Treb. l. nam quo ad ius. §. qui cõpulſus. & ff. ſi pars hære. peratur. l. j. Sed in alio caſu poteſt fideicõmiſſaria hæreditatis petitio inſolidum cõpetere fideicommiſſario, vt ſi hæres ex fructibus perceptis ex voluntate teſtatoris percepit quartã. Nã tales fruct⁹ bene computantur in quartam, idem eſt in fructibus quos hæres percepit poſt moram ſuam, vt ff. ad Trebel. l. in fideicõmiſſaria & l. mulier §. ſi hæres. Idẽ eſt, ſi teſtator expreſſe inhibuerit, ne quarta retineretur, vt in Auten. de hære. & fal. §. ſi non expreſſum. Item, ideo in dicto libello verbo factam reſtitutionem, quia ſi re & verbo eſſet totalis hæreditas reſtituta, & omnes res venientes in petitione hæreditatis eſſent mihi reſtitutæ, non poſſum poſtmodum petere dictas res, ſi ab earum poſſeſsione caderem per petitionem hæreditatis, vt ſuprà in directa pe. hære. notatur. Et quòd verbo poſsit fieri reſtitutio, probatur ff. ad Trebel. l. reſtituta &c.

DE ACTIONE EX STIPVLATV PER QVAM DOS PETITVR.

AVerat &c. Sequitur videre de actione ex
5 ſtipulatu, per quam dos petitur. Et eius ſunt duo capitula. Primum locum habet ſoluto matrimonio, in eo ita formatur libellus. LIBELLVS. Dico dñe iudex, ego Beata quòd legitimè cum Titio contraxi matrimoniũ, prædio tali à me, vel ab alio. tali nomine meo ſibi dato in dotem: vnde cùm dictum matrimonium ſolutum ſit bona gratia, vel culpa mariti. Ago cõtra dictum Titium. Vel ſic: vnde cùm matrimonium ſolutum ſit morte mariti, & Meuius ſit hæres Titij quondam mariti mei: ago cõtra dictum Meuium, vt mihi dictum fundum reſtituat cum omnibus fructibus anni, in quo ſolutum fuit matrimonium, cùm die prima Auguſti præcedentis menſis contracto matrimonio, fundus prædictus dicto Titio traditus fuerit, & in ſecunda die Auguſti poſtmodum per duos annos ſolutum fuit matrimonium. Vel ſic: vt mihi dictum fundum reſtituat cum dodrante fructuum perceptorum anno, in quo ſolutum fuit matrimonium, cum de prima Auguſti tali anno, contracto matrimonio fundus prædictus prædicto Titio traditus fuerit, & poſtmodum elapſis duobus annis: & tribus menſibus ſolùm ſolutum fuerit matrimonium. Item cum fructibus perceptis in aliis annis, quos fructus æſtimo x libr. Turon. Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Titium ad omnia prædicta. Item, ad fructus percipiendos pro tempore poſt litis conteſtationem currente habita tamen ratione ne egeat, per diffinitiuam ſententiam condemnandu. Vel ſic: Vobiſque domine iudex ſupplico, vt Meuium hæredem Titij mariti mei &c. pone vt ſuprà. Illa clauſula excepta, habita tamen &c. quæ non debet poni. Et probatur prædictus libellus in ſingulis ſuis membris. In principio enim dicitur matrimoniũ eſſe contractum, quia ſine matrimonio nõ poteſt eſſe dos, & ita ſi non fuiſſet matrimonium, prædictus fundus non eſſet totalis, neque peteretur per actionem per quam dos repetitur, vt ff. de iur. do. lege tertia. Item, bene inſeritur, dictum matrimonium eſſe legitimè contractum, quia ſi non valeret matrimonium, dictus fundus non repeteretur per actionem per quam dos petitur, ſed ſi poſſet reperi, repeteretur per conditionem ob cauſam, vt C. de con. ob. cau. l. j. Item, bene inſeritur, prædio tali &c. nec adiungitur aliquid de dñio, quia quamuis prædium alienũ eſſet datũ in dotẽ repeteretur nihilomin⁹ p actionẽ ex ſtipulatu, vt ff. ſo.

matrimonio l.ſi alienam. Item bene dicitur à me vel ab alio nomine meo, & ſemper videtur factũ nomine vxoris, vt dotem poſſet repetere, niſi reus ſtipulatus fuerit, vel pactus fuerit dotem ſibi reddi, vt C. de rei vxo. ac cu. l. prima. §. accedit. & hoc quod dicit pactus fuerit, intelligas in extraneo, nam ſecus eſt in patre, qui habet filiam in poteſtate. Extraneum autem voco, omnem qui non habet dictam vxorem in poteſtate, vt C. de iur. do. l. auia. & C. de rei vx. ac. l. prima. §. extraneum. Item, bene dicitur matrimonium ſolutum, quia matrimonio ſoluto, datur actio pro dote repetenda, non autem conſtante matrimonio datur, vt C. de iur. do. l. vlt. niſi in caſu poſito in illa l. Item bene inſeritur bona gratia, vel culpa mariti, quia ſi culpa mulieris eſſet ſolutum matrimonium, non poſſet dotem repetere, quia amitteret eam, vt C. de repu. l. conſenſu. & in Auten. de nuptiis. §. minores. cum duobus §§. ſequentibus. Et ideò duplicem clauſulam inſerui in prædicto libello: quia quando matrimonium ſolutum eſt diuortio, agitur contra maritum: quando ſolutum eſt morte, agitur contra hæredem mariti. Item. bene inſeritur, cum omnibus fructibus &c. & probatur ff. ſolu. mat. l. fructus. & l. diuortio. Item, bene inſeritur, dictum fundum eſſe traditum tali die, quia contracto matrimonio, ex die traditi fundi computatur annus: vnde cùm in ſecundo caſu prædictę actionis in tertio anno ſic computato, tantùm durauerit matrimonium per tres menſes, & ſic pro quarta parte anni planum eſt, quòd dodrans fructuum illo anno perceptorum bene petitur, vt ff. ſolu. ma. l. de diuiſione. Item. bene ſupplicatur, vt pro fructibus perceptis & percipiendis poſt litis cõteſtationem condemnetur dictus maritus: cùm poſt litis conteſtationem omnes videantur malæ fidei, vt ff. de petit. hære. l. ſed & ſi lege §. ſi autem. Item, bene inſeritur habita ratione &c. id eſt, in quantùm facere poteſt, & hoc eſt in perſona mariti, qui debet condẽnare in quantùm facere poteſt, non autem extraneus. Hæres tamen ſuus habet idem priuilegium, vt ff. ſoluto matrimonio. l. maritum. & l. ſequenti. & l. etiam. & ff. de regulis iur. l. in condemnatione. Et hæc vera ſunt quando dos cõſiſtebat in re immobili, nã tunc indiſtinctè ſoluto matrimonio agitur pro dote, & debet fieri ſolutio ſiue redditio incontinenti, aliàs ſi dos conſiſteret in pecunia numerata, induciæ annales darentur ad ſoluendum, & ex tunc ſi fieret mora in reddenda dote, veniret vſura, vt C. de rei vx. ac. §. exactio. Et hoc eſt verum, ſecundùm alios, vt res mobiles datas in dotem habeat fieri in mobilibus, & in hoc caſu cùm eadem ſit ratio, & ita idem ius debet ſtatui, vt ff. ad l. Aquil. l. illud. Sed videtur quòd præcedens libellus ineptè formatus ſit quia per actionem ex ſtipulatu petitur dos, vt in præſenti §. ſed talis actionis non ponitur cauſa in præſenti libello, quia non dicitur in eo promiſſionem ſolennem, pro reddenda dote interceſsiſſe: vnde cùm non ponatur cauſa nec actio, videtur ineptè formatus. Ad quod dicas quòd duplex eſt actio ex ſtipulatu: quædam quæ oritur ex expreſſa ſtipulatione, & in illa bene procederet oppoſitio: quędã procedit ex tacita ſtipulatione, quamuis fingit interceſsiſſe, & talis actionis potius eſt cauſa legis fictio, quàm ſolennis promiſsio, & iſta cauſa ſatis datur intelligi in præſenti libello. Nã poſtquã contractum fuit matrimoniũ, & inſertũ eſt libello cõtractum fuiſſe matrimoniũ, & dotẽ interceſſiſſe, ſatis liquet reo, quod ius fingit ſtipulationem pro dote reddẽda interceſsiſſe, vt C. de rei vx. ac. l. j. §. extraneum. SECVNDVM CAPVT iſtius actionis datur cõſtãte matrimonio, & in eo ita formatur libel. LIBELLVS. Dico dñe iudex, ego beata quòd cõtraxi legitimè matrimoniũ cum Titio cui dedi, vel alius nomine meo dedit centũ lib. Tur. in dotẽ. Vnde cũ adhuc duret matrimoniũ inter nos, & dictus Titius ſecundũ cõmunem vicinorum opinionẽ incipiat re ſua male vti, Ago cõtra dictum Titiũ vt centũ libr. mihi reddat, Vobiſque dñe iudex &c. Et probatur iſte libellus. C. de iur. do. l. vbi. Sed per illã l. videtur potius reprobari, cùm ſecundũ eã non poſſet agi, niſi maritus ſit ad inopiam deductus, ſed ſecundũ Auten. poteſt incontinẽti, cùm re ſua malè ita cœperat vti, vt in Autẽ. de æquali do. §. cuius quoque. Et bene inſeritur, ſecundũ vicinorum opinionem, vt ff. de fundo inſtru. & inſtr. l. cùm de lanionis. §. aſinam. Et ſcias, quòd in iſto caſu nõ petuntur fructus, vel vſuræ ab ipſo marito, cùm maritus ſuſtineat onera matrimonij in hoc caſu, vſque quò ſoluat dotem, & ita debent penes ipſum remanere, vt C. de iur. do. l. pro oneribus. Et hæc ſunt vera, quãdo dotales res datæ ſunt inæſtimatæ, vel æſtimatæ, non vt præſtetur æſtimatio, ſed vt appareat quãtum ſit res deterior, nã his caſibus ipſæ res repetuntur, vt C. de iur. do. ſi inter virum aliàs enim ſi eſſet facta æſtimatio vt æſtimatio eſſet in dotem, & ſoluto matrimonio facta videretur emptio ab ipſo marito, & æſtimatio repeteretur & non res, vt ff. de iur. do. lege j. §. plerunque. & C. C. de rei vxo. act. lege prima. §. cunque. Sed quando naſcitur actio dotis, quæritur? & quidã dixerunt eam naſci demum ſoluto matrimonio, vel marito vergente ad inopiam, vt C. de iur. do. l. in rebus. §. omnes. Alij dicunt, ipſam naſci incontinenti contracto matrimonio, ſed nõ poteſt intentari, niſi ſoluto matrimonio, ad inſtar pignoratitiæ actionis, quæ non intentatur, niſi ſoluta pecunia, ſed ſoluta pecunia naſcitur, & fingitur retro nata fuiſſe ex contractu præcedente, vt ff. de bonis dam. l. v. in fi. Gratia breuitatis tranſeo, cætera quæ hic non ſunt, quære in ſumma domini Azonis. C. de iur. do. § ſi. autẽ doti inæſtimatæ. vſque ad finẽ ſummæ, & in ſumma C. de rei. vx. act.

DE ARBITRARIIS, QVARE ARBITRARIÆ DICANTVR.

§ PRætereà &c. In præſenti. §. tractatur de arbitrariis, & dicitur hîc quaſdam eſſe arbitrarias actiones, ſed videtur quòd omnes actiones ſint arbitrariæ, nam in omnibus actionibus iudex habet arbitrium, vt ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item ſciẽdum eſt. Et iſtud videtur potiſsimè dicendũ in actionibus bonæ fidei, in quibus iudex habet tantùm arbitrium, vt vſuræ veniant in eis à tempore moræ per officiũ iudicis, vt ff. de negotiis geſtis. l. qui tantundem. Ad hoc dic, quòd actiones dicuntur arbitrariæ, ab eminentia arbitrii accidentalis: non autem dicũtur arbitrariæ arbitrio iudicis, quia cum in omnibus actionibus habeat iudex arbitrium, iam omnes actiones dicerẽtur arbitrariæ. Et bene dixi, arbitrio accidẽtalis: quia quãuis in actionibus bonæ fidei emineat arbitriũ, illa tñ eminẽtia, pcedit

ex natura

ex natura ipſius actionis, cùm multa ex natura ſua ſiue ex bona fide, quæ in eis exuberat veniant in eis, de quibus nec eſt actum, nec etiam cogitatum vt ſuprà de obl. ex conſen. in fin. & ff. de condict. ob tur. cau. l. vlt. in fi. Sic igitur bonæ fidei actiones non ſunt arbitrariæ, quia in eis accidentale arbitrium non eminet, ex quo actiones denominantur arbitrariæ, ſed iudex in eis habet arbitriũ ex natura ipſius actionis, & ex natura ſua nuncupãtur bonæ fidei. Sed quod eſt arbitrium, quod habet iudex circa iſtas actiones arbitrarias? & qualiter eminet quæritur. Et dicas, quòd illud arbitriũ eſt accidentale: nam iſtud arbitrium habet iudex circa publicas actiones, nõ ex natura ipſarum actionum, ſed ex aliqua occaſione extrinſecus procedente, vt ex ſequentibus apparebit, & propter hoc dicitur accidentale. Eminet autem illud arbitrium contra ſtrictas regulas actionum. nam cũ regula ſit ſtricta circa actiones, vt pro lata diffinitiua ſemel ſiue bene ſiue malè iudex ampliùs non ſe intromittat pronunciãdo vel iterum iudicando cum officio ſuo functus ſit, vt ff. de re iud. l. iudex. in actione tamen quod metus cauſa, & in rei vendicatione & cæteris ſimilibus, emineat arbitrium contra prædictam ſtrictam regulam, quia iudex bis iudicabit, & iſtam eminentiam arbitrij habet iudex, non ex natura ipſius actionis, ſed ex aliqua occaſione extrinſecus procedente, videlicet, ex contumacia nõ parentis, vt patet in actione quod metus cauſa, in qua reus primò condemnatur ad ſimplum, & ſi non vult parere primæ ſẽtentiæ contumaciter, contumaciam ſuam in hoc punit iudex, quia dictum reum cõdemnat in quadruplum. & ita bis iudicando, in hoc caſu eminet arbitrium, vt hæc probantur ff. quod metus cau. l. ſicut exceptione. §. j. & ij. & §. hæc autem actio. Item apparet, in rei vendicatione in qua ſi res nõ reſtituatur ad primam ſententiam, iterum iudex iudicat, & reum condemnat propter contumaciã ſuam, in quantum actor in litem iurauerit, ſi hãc viam actor eligat, vt ff. de rei vendicatione. l. qui reſtituere iuſſus. & idem poteſt dici in actione ad exhibendum, & cæteris ſimilibus arbitrariis, in quibus in litem iuratur. Aliquando eminet arbitrium in priuilegium admonendo, nã cum regula ſtricta ſit circa actiones, vt dominus ex legis beneficio dãdo ſeruũ pro noxa liberetur, vt ff. de re iud. l. miles. §. j. iudex tamen arbitrando aufert iſtud beneficium ipſi domino, ſi eius conſcientia arguatur. ff. de noxa. l. ij. & l. in delictis. §. ſi detrectata. Et iſtud arbitrium habet iudex ab extrinſeco, ſiue ne maleficia remaneant impunita, nã maleficiũ domini nõ debet remanere impunitũ, vt ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. in fi. Itẽ eminẽtia arbitrij in alio patet circa actiones noxales, nã regula ſtricta eſt quòd poſt litẽ conteſtatã in ſingularib' actionibus non permittatur emendatio, arg. ff. de iud. l. non poteſt. Vnde iudex non poteſt iudicare ſuper hoc quod poſt litem conteſtatam accidit in ſingularibus actionibus, ſed illud fallit in noxalibus actionibus, vt prædicto §. ſi detrectata. & hoc ideò quia eadem actio remanet, quamuis mutetur qualitas agendi &c.

DE ARBITRARIA LOCI.

ALiquando etiam eminet arbitrium in pl' vel minus condemnando, vt arbitraria loci. Nam cum circa actiones ſtricti

T. de Action.

iuris regula certa ſit, quòd nihil veniat in eis, niſi id de quo actum eſt, vel cogitatum expreſſe, vnde iudex non debet condemnare reum in prædictis actionibus, niſi ſuper hoc de quo cogitatum eſt, expreſſè inter partes, vt arg. ſuprà de oblig. ex cõſen. §. vl. Iudex tñ in arbitraria loci, vltra hoc, de quo expreſſè cogitatũ eſt inter partes. id eſt, vltra vel citra quantitatẽ promiſſi arbitrabitur, & illud arbitrium habebit ex natura loci in promiſſione adiecti. Et bene dixi, vltra vel citra &c. nam actoris habebit rationem iudex vltra reum condẽnãdo, ſi actoris intereſt rem ſolui loco promiſſo. Item rei habebit rationem citra, vel in minus eum condẽnando ſi eius intereſt, vt rem certò loco ſoluat, & hæc accidunt propter naturam loci, cùm in diuerſis locis ſint diuerſa pretia rerum, vt ff. de eo qui certo loco. l. ij. & l. ideò in arbitrium. Item, in alio eminet arbitrium, quia de rigore iuris videtur, quòd illius qui eſt in mora nõ debeat haberi ratio, cum ſit in culpa, & ita non videtur damnum ſentire, vt ff. de reg. iur. l. quod quis culpa. ſed iudex in præſenti actione habet rationem ipſius rei, qui eſt in mora, & hoc illa de cauſa, quia cùm vnum inducatur contra ipſum reum, videlicet, quod ab alio loco compellatur, vbi promiſit, meritò vnum pro ipſo inducitur, vt eius ratio habeatur, quamuis ſit in morà, vt ff. de iurein. l. eum qui. Et in iſta actione arbitraria loci, ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes de Blana, quòd R. promiſit per ſtipulationem mihi dare Pariſiis x. libr. Turoñ. & iam tãtum temporis tranſiit, quòd dictus R. potuiſſet iuiſſe vel miſiſſe, vt mihi daret x. libras Turoñ. factus eſt in mora dictus Rod. ſolutione dictarum x. libr. Turoñ. Pariſiis faciendas. Vnde cùm mea interſit in quatuor libris Turoñ. dictam pecuniam Pariſiis mihi fuiſſe ſolutam, ratione habita tàm lucri quòd feciſſem ex dicta pecunia, ſi mihi ſoluta fuiſſet, quàm damni quod ſuſtinui, eo quòd dicta pecunia non eſt mihi ſoluta Pariſiis. Ago contra dictum Rod. vt mihi det quatuordecim lib. Turoñ. tam nomine ſortis quàm nomine intereſſe, Vobiſque domine iudex &c. Et probatur iſte libellus in ſingulis ſuis membris. Primò bene inſeritur in præſenti libello, promiſit per ſtipulationem. nam hæc actio ex ſtipulatione venit, vt ff. de eo qui certo loc. l. ſecunda. §. hæc autem actio. Quamuis etiam alteri' actionis, puta actionis ex teſtamento poſſit eſſe cognomẽ hoc quod dico arbitraria, vt ff. de eo quod certo loco. le. ſi hæres. & ea quæ faciunt ſtipulationẽ deficere, poteſt reus ponere, vtputa ſi ponat ita: Pono, quòd dicta ſtipulatio fuit inter abſentes concepta. Et vt ſcias, quæ ſint quæ faciunt ſtipulationẽ deficere. recurre ad ea quæ notat dominus Azo in ſum. C. de inutil. ſtip. Item. bene inſeritur. nam tantum temporis &c. vt ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cũ ita. Item bene inſeritur, factúſque eſt in mora &c. quia ſicut in bonæ fidei actionibus à tempore moræ veniunt vſuræ. vt ff. de vſur. l. mora. §. in bonæ fidei. Sic in hac arbitraria poſt moram talem quæ de facili non poſſet purgari, veniet intereſſe, vt ff. de eo quod certo loc. l. quòd ſi Epheſi. §. itẽ. Item, bene petitur in præſenti libel. intereſſe tàm ratione damni, quã ratione lucri, vt ff de eo quod cert. loc. l. iij. §. vlti. & non ſolùm intereſſe ipſius actoris venit in hac actione, imò etiam intereſſe ipſius rei, vt ſuprà notatur.

DE ACTIONE AD EXHI-BE NLV.

SEquitur vt videamus de actione ad exhibendum.& in ea ita formatur libel. LIBELLVS. Dico domine iudex, quòd R.poſsidet,ſeu detinet talem codicem, quem petij mihi exhiberi in publicum , propter intereſſe meum ex honeſta cauſa, cùm ſim dictum codicẽ vẽdicaturus,Vnde ago cõtradictumRoderium.vt mihi dictum codicem exgibeat, Vobiſque domine iud ex ſupplico,vt dictum R.ad hoc vt mihi dictum codicem exhibeat,per diffinitiuam ſententiam condemnetis. Et probatur iſte libellus in ſingelis ſuis membris.Et primò bene inſeritur,detinet ſeu poſsidet,quia hæc actio contra poſsidẽtem datur,& etiam contra detinentem,quãuis nõ poſsideat,vt contra illum qui miſſus eſt in poſſeſſionem,vt ff.ad exhibendum.l. Celſus. aliàs incipit ſi quis merces.§. Iulianus. Item bene dicitur, talem codicem,nam actor ſigna rei debet dicere, vt ff.ad exhibendum.l.iij.Item,bene inſeritur,intereſſe mea ex honeſta cauſa,cùm ſim dictum codicem vendicaturus: nam ſi ex inhoneſta cauſa, vel minùs probabili intereſſet mea , non poſſem ad exhibendum agere,vt ff.ad exhiben. l.tertia.§, ſi metum.& l.penult. Et bene inſetitur , cùm ſim dictum codicem vendicaturus.& ſic intereſt mea peculiatiter: alioquin non agerem ad exhibendum,vt ff.ad exhiben.l. ſi liber homo . Et nota quod bene petitur,codicẽ exhiberi,cũ ſit res mobilis:nam pro rebus immobilibus non agitur ad exhibendum , cùm ſe exhibeant , vt C.quando li. vni. ſi.iu.ſe vin.l.ij.§.ſed vt. Et nota,quòd non ſolùm ſi intereſt mea ex prædicta cauſa , quia codicem ſuum vendicaturus, ago ad exhibendum : imò etiam ſi ex alia cauſa interſit mea,vtputa,quia ſeruus alicuius dedit mihi damnum cuius perſonam cognoſcebam , ſed eius nomen ignorabam, nam agam ad exhibendum contra dominum , vt mihi familiam exhibeat,vt dignoſcere poſſem eũ qui damnum dedit mihi,vt ff.ad exhiben.l.tertia. §.ſi quis noxali.Et ſcias quòd bene inſeritur, Ago &c.cùm iſta actio ſit perſonalis,vt ff.ad exhiben. l.tertia.§. eſt autem.& ff. de actio. l.actio in perſonam. Sic igitur agitur actione ad exhibendum contra poſsidentem , ſed non ſolùm contra poſsidentem agitur:imò contra illum qui dolo deſiit poſsidere,vt ff.ad exhibendum . le.Iulianus . Et ſcias.quòd eius qui agit ad exhibendum,debet vtroque tempore intereſſe,ſcilicet tempore lit.cõteſtationis,& tempore ſententiæ. ſi à tempore litis conteſtationem incipiamus , ſufficit ſi interſit tempore ſententiæ ad inſtar realium actionum, vt ff.ad exhiben.l.tigni.§.vlt.& ff de pecul.l.quæ ſitum.Satis enim eſt,ſi tempore ſententiæ habeat ius agẽdi.vt ff.de pig.actio.l.ſi rem.§.vlti. Et hæc ſunt vera quòd niſi interſit tempore ſententiæ & quamuis interſit tempore litis conteſtationis, quòd non ſequitur condemnatio in bonæ fidei poſſeſſore,qui habet iuſtã cauſam litigandi, qui propter iuſtum initiũ poſsidendi ab interitu excuſatur,ſi res eodem modo erat peritura apud actorem,alioquin ſi non eſſet eodem modo apud actorem perituta,aliàs ſi eſſẽt malæ fidei poſſeſſor,ſequeretur condemnatio ſi res quæ petitur exhiberi,erat in rerum natura tempore litis conteſtatæ , & ſic tunc temporis actoris intererat dictam rem exhiberi, quamuis tempore ſententiæ deſietat eſſe in rerum natura.Et ſic tunc temporis eius non intererat,quòd res exhiberetur, vt hæc probãtur ff.ad exhibendum.l.tigni.§.ſi quis. & ff.de rei vend.l.ſi verberatur.§. vltimo.& l.nõ vtique.Iſta autem eſt neceſſaria pro iunctis & incluſis quæ non poſſunt vendicari,niſi fuerint ſeparata,vt ff.de rei vend.l.in rem.§.item quæcunque.& ff.ad exhibendum.l.gemma. Et hoc eſt verum,quòd pro iniunctis poſſumus agere ad exhibendum,niſi per exhibitionem talium ciuitas deformaretur ruinis,nam tunc non permittitur, vt contra eum qui bona fide tignum alienum ædibus ſuis iniunxit,agatur ad exhibendum. Agetur tamen contra eum actione de tigno iniuncto cõtra malæ fidei poſſeſſorem , id eſt , contra illum qui mala fide dictum tignum ædibus ſuis iniunxit,agitur actione ad exhibẽdum , non vt tignum ſeparetur,ſed vt prætium eius præſtetur, ne ciuitas deformaretur ruinis,vt omnia iſta probantur ff.ad exhibendum.l.gemma.§.vltimo.& l.ſequenti.& ff.de ſolu.l.qui res.§.vlti.& ff.de tigno iniuncto.l.prima. Item,dicta actio eſt neceſſaria in caſu quem ſuprà tetigi,videlicet quando volo vt familia mihi exhibeatur , vt poſsim dignoſcere qui dedit mihi damnum. Item,eſt neceſſaria ideò ſcilicet,vt teſtes poſsint videre rem mihi exhibitam vt ſigna rei poſsint ad memoriam reducere,& firmius teſtimonium dicere,cùm exhibere ſit in publicum facere poteſtatem &c. vt ff. ad exhibendum.l.ij. Vnde teſtes videbunt rem exhibitam, cum eius exhibitio fiat in publicum. Et dicitur fieri in publico,id eſt,apud magiſtratum, vt ff.de ſeruis fugit.l.vel in publicum . Vtrum autem actio ad exhibendum poſsit ſimul intentari cũ rei vendicatione?dic vt ſuprà eo.§.ruſus.ſuper reſciſſoria actione. Item ſcias, quòd oportet quòd res in eadem forma exhibeatur in qua erat tempore iudicij accepti : nãm ſi deterior exhibeatur, nec videbitur exhibita. Idem eſt ſi res vſucapta exhibeatur,quia non videtur exhibita, vnde in iſtis caſibus nihilominũs ſequetur condemnatio, vt C.ad exhibendum.l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.& §.proinde. Et ſcias,quòd in iſta actione quantum ad intereſſe ipſius actoris ſit ſummaria cognitio. nam ſatis eſt ſecundùm Azon.ſi actor iuret ſua intereſſe,vt res ſibi exhibeatur.Veruntamẽ quantum eſt ex parte ipſius rei ſit plenaria cognitio: nam ſicut credo:plenariè cognoſcitur , vtrũ reus habeat facultatem exhibendi,vel dolo deſierit habere,eſſet ei incõueniens & periculoſum,niſi plenariè ſuper hoc cognoſceretur. & facit ad hoc.ff. ad exhibendum.l.tertia.§.ſciendum. Nam cũ ibi loquatur de ſummaria cognitione habenda ſuper intereſſe àctoris ſolùm reſtat quòd detur illi intelligi,quòd plenaria cognitio debet haberi ſuper hoc,vtrùm reus poſsideat,vt ff.de iudic.le.cũ prætor.maximè cum regulare ſit , quòd plenaria cognitio habet locum,niſi inueniatur ſpecialiter contrarium, vt C.de iudic.le. iudices. Pro ipſis inſtrumentis non datur actio in factum , niſi inſtrumentom noſtrum ſit: nam tunc pro eo bene poſſumus agere ad exhibendum.l.tertia.§.penultimo. Item ſolus hæres agit ad exhibendum pro teſtamento,vt ff.ad exhibendum.l.tertia.§.penul. §.ſi quis exrra hæredem.In hac actione cũ ſit perſonalis , veniunt perſonales præſtationes , quod potes videre in tali actione.LIBELLVS.Dico

domine

domine iudex, quòd Titius inſtituit Stichum ſeruum meum hæredem ſub illa conditione, ſi intra triduum ſeruus iuſſu meo adiret hęreditatem. Vnde cùm Roderius dictum ſeruum detineat: ago contra ipſum, vt mihi dictum ſeruum exhibeat, cùm dictum ſeruum ſim vendicaturus, & etiam ei velim iubere intra tempus à taxatore taxatum, vt hæreditatem Titianam adeat, Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium ad hoc, vt mihi exibeat dictum ſeruum. Item ad æſtimationem Titianæ hæreditatis, ſi intra tempus à teſtatore taxatum mihi dictum ſeruum non exibuerit, cùm illud commodè facere poſsit, per diffinitiuam ſententiam cōdemnetis. Hîc enim non ſolùm petitur rei æſtimatio, imò perſonalis præſtatio, videlicet hæreditatis æſtimatio, vt probatur ff. ad exhibendum. l. ſed etſi hæreditas. Et bene inſeritur in dicta petitione, cùm iſtud facere poſsit: nam ſi reus intra prædictum tempus, non poſsit dictum ſeruum exhibere, vtpote, quia tempus erat elapſum, vel forſan ita breue, & ſeruus erat vltra mare, ſicque impoſsibile erat dictum ſeruum exhiberi intra prædictum tēpus, fruſtra peteretur ab actore in hoc caſu æſtimatio hæreditatis intra predictum tempus, dictum ſeruum exiberi, cùm impoſsibilium nulla ſit obligatio, vt ff. de reg. iuris. l. impoſsibilium. Item, bene inſeritur, ipſum reum poſſe id facere commodè, vtputa, quia ſeruus erat in fuga, non teneretur, niſi ſolùm vt caueret dictum ſeruum exhibiturum, ſi in poteſtatem ſuam rediret, vt ff. ad exhibendum. l. Celſus. aliàs incipit, ſi quis merces. §. itē ſi quis. Et ſcias, quòd per hanc actionem, primò condemnatur reus ad reſtitutionem rei: tandem condemnatur quatenus actor in litem iurauerit, ſi nolit rem ad primam ſentētiam reſtituere ad inſtar rei vendicationis, vt in præſenti §. & ff. de rei vend. l. qui reſtituere. in fine. & ff. de in litem iurau. l. in actionibus. Pluribus autem viis quis poteſt conſequi exibitionem, vt notat dominus Azo in ſumma C. ad exhibendum. §. pro exibitione &c.

DE ACTIONE DE DOLO.

SEquitur vt videamꝰ de actiōe de dolo, & in eo ita formatur lib. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Io. de Bla. quòd Rod. dolo me induxit, vt ſibi vēderem codicem meū pro pętio x. libr. Tur. Cùm dictum codicē nullatenus eram vēditurus, niſi dolo fuiſſem inductus ab eo. Vnde cū dictum codicem dicto Rod. tradiderim: ago cōtra eum, vt mihi dictum codicem reſtituat. Vobiſque domine iudex &c. Et probatur iſte libellus ex eo ꝙ dolus dedit cauſam contractui bonæ fidei: vnde ipſo iure nullus eſt contractus. Si tamen occaſione dicti contractus turbatur res, transfertur dominium, ſi autem re tradita, & tranſlato dominio ex inutili cōtractu reuocabitur res per actionem de dolo, vt iſta probantur ff. de dolo. l. eleganter. & l. quòd venditor. & C. de reſcind. vend. l. dolus. Si autem dolus non dedit cauſam contractui bonæ fidei, ſed incœpit in contractu, vtpote, quia bene eram dictum codicem venditurus, ſed Rod. me induxit dolo, vt dictū codicem darem ei pro minori quàm eſſem daturus. In iſto caſu bene teneret contractus & expurgatur dolus per actionem ex eo contractu, vt ff. de act. empt. l. Iulian. §. eſt contrarium. Sed videtur, quòd in præſenti caſu non competit actio de dolo: nam competit conditio indebiti, vtpote, quia cōtractus erat ipſo iure nullus, vt ſuprà tetigi. Vnde nō tenebar rem tradere emptori. & ſic indebitè tradidi ei rem, quare videtur quòd condictio indebiti competat, vt ff. de cōd. indeb. l. ex his omnibus cauſis. Sed ſi competat conditio, indebti, non videtur poſſe habere locum actio de dolo, cùm non concurrit cum alia, vt ff. de dolo. l. prima. §. ait prætor. Ad quod dic, quòd in predicto caſu bene petitur conditio indebiti, & nihilominùs actio de dolo, quia actio de dolo bene concurrit cum ſua generali, videlicet cum conditione indebiti. Item, cum ſua ſpeciali, vt cum actione quòd metus cauſa. vt ff. quòd metus cauſa. l. ſicut exceptione. §. eum qui. Quod ergo dicitur, quòd actio de dolo non concurrit cum alia, ſic intelligendum eſt, ſcilicèt cum alia quæ ſit ei equalis. Si autem dolus dedit cauſam contractui ſtricti iuris, valet quidem contractus ſed doli exceptio competit, vt C. de inutili ſtipulatione. l. dolo. Si autem non eſſet conſultum per doli exceptionem, competeret actio de de dolo. verbi gratia, Si proceſſum eſt ad traditionem, non valet cōtractus ſtricti iuris, non tamen res reuocabitur per actionem deſcēdentem ex eo contractu, cùm actio ſtricti iuris non detur, niſi ad hoc, de quo ſpecialiter eſt cautum, vt ſuprà de obl. quæ ex conſenſ. §. vlti. Cùm ergo non competat ex eo contractu ad rem reuocandam, videtur quòd actio de dolo, ne tradens cum ſpeciali actione ſit deſtitutus, vt ff. de dolo. l. prima. §. ait prætor. Etiam dolus incidens in contractu ſtricti iuris, purgatur per actionem de dolo, quia per actionem ex eo contractu non poteſt purgari propter rationem iam dictam. & facit ad hoc ff. de dolo. l. eleganter. §. non ſolùm. Scias, quòd in dicto libello bene inſeritur, quòd Roderius dolo &c. nam circa perſonam illius qui fecit iniuriam, debet in lib. complecti. Item, in lib. bene inſeritur in qua te ego fui circunſcriptus. vt ff. de dolo. l. ſed ſi ex dolo tutoris. §. penultimo. & l. ſequen. Multa autem ſunt quæ impediunt hanc actionem, videlicèt, ſi alia actio quoque æqualis competat vel competierit. Item, ſi ſumma de qua litigatur, ſit duorum aureorum vel minorum. Item, contra hominem honeſtum, vel eum qui dignitate excellet, vel aduerſùs patronum parentémve, non debet dari humili libertóve, vel liberis. vt hæc probantur ff. de dolo. l. prima. §. ait prætor. & §. idem Pomponius. & §. penultimo, & vltimo. & quinque legibus ſequentibus. & l. ſi oléum. in fine. & quarta l. ſequenti, Item, iſta actio non competit vltra biennium, vt etiam lis conteſtatione perpetuetur, vt C. de dolo. l. vltima. Hæres tamen doloſi perpetuò tenetur de hoc, quod peruenit ad eum etiam actione de dolo, ſed ipſe doloſus non tenetur perpetuò de hoc, quod peruenit ad eum actione ad factum, & eſt ratio diuerſitatis, quia quando datur aduerſùs hæredem, non agitur ex eius dolo, ſed de calculo quantùm ſcilicet peruenit ad eum, vnde quia nō agitur ex eius dolo, ſed ex calculo non fit infamis. Vnde non eminet ei periculum, ſi perpetuo teneatur actione de dolo, de eo quod peruenit ad eum, ſicut aduerſùs hæredes ſuos, qui dignitate excellunt, vel aduerſùs hæredes parētum patronorúmve, datur actio de dolo humili, liberis libertíſve,

quia

quia ibi cùm de alieno dolo agitur, nullum eminet periculum, vt ff. de dolo. l. hæredibus. & l. itaque. Aduerſus tamen doloſum non debet dari perpetuò, niſi de eo quòd potuenit ad eum, quia periculum eminet, vtpote, quia agetur ex eius dolo, & ſic efficeretur infamis. tenebitur tamen actione in factum perpetuò de eo quòd peruenit ad eum, quia non infamabitur, ſicut prædictæ perſonæ, videlicèt parentes, pattoni; perſonæ dignitate excellentes, quamuis non teneantur actione de dolo, teneantur tamen actione in factum. vt ff. de dolo. l. non debet. in fine. Et ſcias quòd in iſta actione arbitraria duæ feruntur ſententiæ. Prima, de re reſtituẽda. Secũda ſi res non reſtituatur vt reus condẽnetur in quantùm actor iurauerit in litem. & hoc eſt verũ, niſi liquidum ſit, rem non poſſe reſtitui, quia forſan peremptta erat. Nam tunc fieret incontinenti condemnatio ad intereſſe, vt ff. de dolo. l. arbitrio. Et ſcias, quòd in omnibus iſtis arbitrariis poſſet iungi quedam clauſula in libellis ſuper eis formatis, vt ita diceretur, Vobíſq; domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium &c. quòd ſi reſtitutionem dictæ rei facere dolo noluerit ad primam ſententiam, Vobis domine iudex ſupplico, vt dictum Roderium quantùm in litem iurauero, per ſecundam ſententiam condemneris. Et ſcias, quód bene dicitur dolo facere noluerit, quia ex dolo nõ ex culpa iuratur in litem, vt ff. de in litem iuran. l. in actionibus. §. primo. Si autem dicta clauſula omittatur, non eſt vis, quia actor etiam ſine libello petet à iudice, vt reum condemnet, quatenùs ipſe actor in litem iurauerit. Nam cùm ſeconda ſententia ſit executoria ſuper actione in factum deſcendente ex re iudicata, non offertur libellus, vt nota. ſupra, in primo folio iſtius ſummæ, in caſu propoſito nõ eſt neceſſe, vt offeratur libel. Vnum tamen nolo prætermittere ſuper libello, quem formaui in actione do dolo, quia ſi circunſcriptus vult habere rem quam vendidit, dolo inductus, oportet quòd prætium, ſi quod recepit à doloſo reddat ei, vt C. quòd metus cauſa. §. nunc de actione. de dolo videamus vſque ad finem. Ex ſuperioribus patet libellorum omnium actionum quæ in hoc titulo tanguntur. quia ab iſto loco vſque ad finem non tangitur aliqua actio, quin formatio libelli pateat in ea, excepta de conditione ex lege, quæ deſcendit ex pacto donationis, de qua hîc fit mentio infra eodem §.

DE ACTIONE EX LEGE QVÆ DESCENDIT EX PACTO *Donationis.*

§ SEd & ſi quis cũ patére &c, Verſiculo, idẽ & in conditione ex lege deſcendente ex pacto donationis, ita formabitur libell. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioan, de Bla. quòd R. conuenit mihi donare talem codicem. Vnde cùm dictum codicem donando ſiue dando non tradidit mihi: ago cõtra dictum R, ad hoc, vt det mihi dictum codicem, ſi hoc poteſt facere habita ratione ne egeat, alioquin ſi hoc non poteſt facere, vt ipſum R. ad dãdum mihi tãtùm æſtimatione codicis, inquantùm facere poteſt habita ratione ne egeat, per diffinitiuam ſent. condemnetis. Vel dicas ſimpliciter ita: Vobiſque domine iudex ſupplico, vt dictum R. ad hoc, vt det mihi dictum codicem, per diffinitiuam ſent. condemnetis &c. Et probatur iſte libellus C. de don. l. ſi quis argentum. §. ſin autem hoc donator minimè expreſſerit. Et bene inſerui in prædicto libello vt det, id eſt, vt accipientis faciat, vt ff. de verb. obl. l. vbi autem. §. vlt. Donator enim tenetur accipientis, id eſt, donatarij facere, aliàs non videretur donaſſe, cùm donari non dicatur, niſi quòd eſt in bonis donantis, vt ff. de donat. l. in ędilibus §. vltimo. Et bene inſerui in prædicto libello, vt donator condemnetur in quantùm facere poteſt, vt ff. de re iud. l. inter eos. §. vlti. & in præſenti §. Illud tamen ſcias, quòd actor non habet neceſſe in petitione inſerere, vt cõdemnetur reus, in quãtùm facere poteſt, ſed poteſt ſupplicare ſimpliciter, vt condemnatio fiat ad hoc, vt res detur, & ideò in petitione prædicta inſerui duplicẽ ipſius clauſulam, ipſius enim eſt vt ſuum beneficium opponat, quod ſi non fuerit oppoſitum, & condemnetur donator inſolidum, executio tamẽ ſententię non fiet, niſi in quantùm facere poterit, vt ff. de re iud. l. Neſennius. §. vlt. Et ſcias, quòd donationis pactum poteſt eſſe nudum, quamuis efficaciam habeat exigendi, vt dicta l. ſi quis argentum § ſin autem. & ideò quia nudum poteſt eſſe, poteſt fieri per verba præſentis temporis, vt dicatur, dono tibi equum bonũ, id eſt cõuenio tibi dari eqnũ prædictum. Nam pactum bene fit per verba præſentis temporis, vt ff. de pact. l. tale pactum. quamuis ſecus ſit in ſtipulatione, quæ non contrahitur niſi per verba futuri temporis, vt. ff. de verb. ob. l. ſtipulationum §. ſtipulatio. Illud autẽ ſcias, quòd donatio facta vltra quingentos ſolidos nõ valet, quatenus eſt vltra, niſi inſinuata fuerit, ſcilicet apud competentem magiſtratum, id eſt, quòd donator exprimat ſuam voluntatem, & de hoc ſcriptura facta fuerit, in qua inſinuatione non exiguntur priuati in caſibus tamen valet donatio ſine inſinuatione, & quãuis excedat ſummam quingentorum ſolidorum, vt ſi detur pro redemptione captiuorum, & in aliis caſibus etiam quos dic vt C. de donationibus. l. pen. Et probantur prędicta C. de donationibus. l. ſancimus. & l. in donationibus. & l. penul. Sic igitur ſi donatio excedat quingentos ſolidos, actor vt totam donationem poſſet conſequi, ita debebit petitionem formare libelli. LIBELLVS. Dico domine iudex, ego Ioannes, quòd Roderius conuenit mihi donare talem vineam quæ valet ſexcentum ſolidos. Vnde cùm dicta donatio apud cõpetentem iudicem fuerit inſinuata, Ago contra dictum Roderium, vt mihi det dictam vineam, Vobíſque domine iudex &c. Quædam autem perſonæ ſunt quæ non poſſunt donare, & donationes pluribus cauſis deficiunt, quod dic vt ſumma C. de donat. Sic igitur expletis eis quæ in principio iſtius operis promiſi, gratias infero indiuiduæ Trinitati, atque Beatiſsimæ Mariæ virgini, & omnibus ſanctis, quorum auxilio dictũ opus effectui tradere mancipaui: ſupplicans vniuerſos in præſenti ſumma ſtudentibus, vt ipſi conſiderantes quod in eis eſt, quia hominis ſunt, non ad vocem detractionis velint prorumpere, ſed defectus meos, ſi qui ſunt, debeant ſubdeportare. Actum Bononiæ ANNO DOMINI M. CC. L. VI. Menſe Ianuarij.

INDEX PARAGRAPHORVM ET VERSICVLORVM QVI IN HOC LIBELLO CONTINENTVR.

Actio nihil. folio.224.
Æquè ſi agat 232.
Actiones autem 241.
Actionum 273.
Aliæ autem ſunt. 234.
Appellamus 349.
De conſtituta 240.
Earum vero 253.
Ex maleficiis 264.
Fuerat 282.
Item ſi quis in fraudem 237.
Item Seruiana 239.
Item ſi quis poſtulante 241.
Item mixta 267.
Item ſerui corrupti 271.
Item ex lege. 273.
Legis Aquiliæ 267.
Pœnales 241.
Præiudiciales 242.
Quædam Actiones 269.
Quadrupli 272.
Rurſus 236.
Sic Itaque 249.
Sed & ſi quis 284.
Tripli 271.
Vi autem bonorum raptorum 266.

PETRI PLATEANI ANGOLISMAEI, IN SVMMO TRIBVTORVM VECTIGALIV'MQVE TRIBVNALI REGII PATRONI PARAPHRASIS.

In Titulos Inſtitutionum Imperialium de Actionibus, Exceptionibus, & Interdictis.

Argumentum eorum quæ de actionibus dicentur.

Actio nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur. Et in rem, aut in perſonam eſt: In perſonam quando cum eo experimur, qui nobis obligatus eſt. In rem verò, quoties rem quam poſtulamus, iure dominij ad nos pertinere dicimus: Quæ tum pro rebus corporalibus vendicandis aduerſus poſſeſſorem, tum pro incorporalibus confeſſoria, aut negatoria, poſſeſſori competit. Et hæc quidem ius ciuile introduxit. Quibus prætor alias veluti ſubſidiarias adiunxit, tàm in rem quàm in perſonam. Et primùm quidem in rem, Publicianam actionem, & Reſciſſoriam: quæ quaſi ex dominio, præter iuris ciuilis conſtitutionem dantur. Deinde Paulianam, Seruianam, & quaſi Seruianam, quæ iure obligationis, non dominij, competunt. In perſonam vero actionem de conſtituta pecunia, ex nuda conuentione, ſublata receptitia. Actionem item de peculio, ex alterius obligatione. Actionem in factum, ex iureiurando, nulla quæſita obligatione ciuili. Et pœnales actiones, quas ex ſua iuriſdictione propoſuit: atque præiudiciales actiones, quæ licèt in rem eſſe videantur, re vera tamen non ſunt: Quandoquidem nihil vendicant, ſed de perſonæ tantùm ſtatu, aut agnoſcendo partu, per eas agitur. His etenim perſonalibus actionibus dari aliquid, id eſt, dominium eius transferri, aut fieri petitur. Vnde fit vt per eas id quod iam noſtrum eſt minimè peti poßit. Exceptæ cauſſa furum, quorum odio vt pluribus actionibus tenerentur, effectum eſt, vt tàm conditione, quàm rei vendicatione teneantur. Eſt enim actio in rem, propriè vendicatio. In perſonam autem actio, condictio. Porrò omnes in rem actiones, atque etiam in perſonam, ſi ex contractu naſcantur, rei perſecutionem habent: Sin verò ex maleficijs, interdũ pœnæ tantùm perſecutionem, vt actio furti: interdum vtramque, & pœnæ, & rei perſecutionem habent, vt vi bonorum raptorum, actio legis Aquiliæ, & ea quæ contra eos qui relicta pijs locis dare diſtulerint dantur. Cæterum ex reali, perſonalique actione quædam actiones mixtæ conficiuntur: vt familiæ erciſcundæ actio communi diuidundo, & finium regundorum. Suntque omnes actiones, aut in ſimplum conceptæ, quales ſunt omnes rei perſecutoriæ: Aut in duplum, vt furti manifeſti legis Aquiliæ, rei, tumultus, incendij, ruinæ, aut naufragij cauſſa depoſitæ: vel quæ ex eo quòd venerabilibus locis relictum eſt, competit. Aut in triplum, cùm maior veræ æſtimationis quantitas libello inſeritur, vt maiorem ſportularum ſummam reus luat. Aut in quadruplum, vt furti manifeſti, De eo quòd metus cauſſa factum eſt, & de pecunia calumniæ cauſſa data, ex legéque condictitia. Deinde ſunt & actiones quædã bonæ fidei, in quibus bona fides plus quàm in alijs exuberat: vt ex empto, vendito, locato, conducto, negociorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pigneratitia, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur, & ea quæ ex permutatione competit, hæreditatis petitio, Actióque ex ſtipulatu, quæ de dote competit, rei vxoriæ actione ſublata. Quædam verò ſtricti iuris, vt reliquæ omnes non numeratæ Actiones, in quibus vtriſque compenſatio hodie æquè locũ habet. Sed & arbitria iudicum in actionibus ſtricti iuris neceſſariò inuenta fuerunt, quibus id iudices ſupplerẽt, quod actionis natura minimè permittit, Vnde & Actiones quæ Arbitrariæ ideò dicuntur, introductæ ſunt. Tandem actione mota, etiam ſi de incerta re, aut quantitate actum fuerit, iudicis erunt partes, vt ſententiam ferat. Et ſi cognouerit actorem re, tempore, aut loco, aut cauſſa plus petiſſe, ſi minor quidem ſit, cauſſa cognita, facultate lapſo ſuccurrendum erit. Sin autem maior, neque idonea cauſſa iuſti erroris interuenerit, nõ vt olim cauſſa cadat ſed ſi quid tempore plus fuerit petitum, induciæ duplicandæ erunt. Si re, loco, aut cauſſa, omne damnum quod ex ea cauſſa acciderit, cum tripli condemnatione ei à quo petierit ſarcire iubeatur. Quòd ſi ex aduerſo minus petiſſe actorem conſtiterit, petentem in eodem iudicio poſteà reliquam ſummam admittere debet, & in eadem, eodémque quoque iudicio condemnare. Verum ſi aliud pro alio intenderit, eodem etiam iudicio cognita veritate errorem ſuum corrigere minimè vetabitur. Denique non ignoret iudex, quòd quemadmodum ſunt actiones, quibus ſolidũ quod nobis debetur perſequimur: eodem modo etiam eſſe, quibus modò ſolidum, modò minus conſequimur. vt in peculio filij, ſerui ve, cuius nomine pater, dominuſ ve peculiotenus tantùm condemnandi ſunt. Item ſi de dote mulier aduerſus virum, aut ſi cum parente, vel patrono, filius, vel libertus, aut ſocius cum ſocio iudicio ſocietatis experiatur, aliúſue ex donatione ſua conueniatur: ij omnes inquantum facere poſſunt tantummodò tenentur. Compenſationes quoque oppoſitæ, & bonorum ceßio, efficiunt vt non ſolidum conſequamur.

PETRI PLATEANI ANGOLISMAEI, IN SVMMO TRIBVTORVM VECTIGALIVMQVE TRIBVNALI LVTETIÆ PARISIORVM REGII

patroni, Paraphraſis in titulum de Actionibus, libro Inſtitutionum Imperialium quarto.

* * *1

Ad §. primum.

SVMMARIA.

1 *Actiones vnde appellatæ.*
Actio quid eſt. ibid.
2 *Perſecutionis verbum tā ordinarias, quàm extraordinarias poſtulationes apud iudicem complectitur.*
3 *Actionis verbo interdicta continentur.*
4 *Actiones cum legibus proditæ ſunt.*
5 *Impetrationum & formularum quædam reliquiæ à diuo Conſtantino ſublatæ.*

QVoniā hactenus de obligationibus dictū eſt, conſequēs eſt, vt illarum vim effectúmque explicemus (nempe actiones) quas obligationes ipſæ pariunt, l. Licèt. §. ea obligatio. ff. de procurator. & quæ obligationum etiam vincula tuentur. Parum enim eſſet de perſonis earundēque dominiis & obligationibus vidiſſe, niſi & de actionibus, quibus perſonæ ipſæ dominia, obligationéſque ſuas tuentur &
1 cōſeruāt, diceremus. † Vnde appellatæ ſunt
actiones, quòd ad iudicia eos agamus, à quibus nobis aliquid quocúnque modo debetur. Actio autem nihil aliud eſt, quàm ius quoddam, ſeu libera quædam facultas perſequendi in iudicio quod ſibi debetur. Atque omnem omnino actionem ex quacunq; obligationis cauſſa quid debeatur, propter quam lex agere nō prohibeat, hac diffinitione comprehendimus, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſsi fuerit perſequutio, l. Pecuniæ verbum. in fin. ff. de
2 verbo. ſign. † Nam & perſequutionis verbum omnes apud iudicem poſtulationes tàm ordinarias, quàm etiam extraordinarias cōplectitur, ipſáſque officij iudicis implorationes, quæ actionum inſtar obtinent, l. actionis verbo. ff. de actio. quòd tamen iudicis officium tùm implorari animaduertendum eſt, cùm ſolida vel expreſſa deeſt obligatio, aut ſummo iure actio, quā tamen competere æquitas ſuadet: vt ſi te ſolùm hæredem meum dānauero vti monumentum certa pecunia facias, nullam obligationem ea ſcriptura recipit: ad ſupremæ tamen voluntatis obſequium iudicis officium te cōpellet, l. hæreditas. ff. de petit. hæredit. Aut ſi ingratū libertū in ſeruitutē reuocare volueris, quia nulla actio ſtricto iure competit, extra ordinem iudicis officio id curandum erit, l. j. C. de liber.
3 † Interdicta quoque actionis verbo continentur, d. l. actionis verbo. de quibus ſuo poſteà loco dicturi ſumus, in iudicio tamē perſecutionē arctauimus, propter ea quæ vel extra iudicij limen ſine actione legitimè perſequimur: veluti debitorem qui fugam parat, quem propria authoritate conſequi & apprehēdere poſſumus, pecuniámque ſecum deferentem vſque ad concurrentem debiti ſummam auferre, ſi iudicis adeundi facultas deſit. Cæterum ſi adſit, creditorem de ſuſpitione fugæ, ſaltem iureiurando priùs docere debere verius eſt, & curare, vt de debito iudici antea liquido conſtet, l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cred. & illic Bar. & Iaſ. in l. ij. ff. ſolut. mat. At generaliter id quod deberi ſibi quiſque putat per actionem & iudicem repoſcere debet, non ſibiipſi ius dicere: Ne alioqui diui Marci decreto * ius crediti
4 perdat, l. extat. ff. de eo quod met. † Porrò admonendi ſumus actiones ipſas ſtatim cū legibus videri proditas, initio quidem rudes & ſimplices, & in quibus rectè diligentérque concipiēdis non tàm laborabatur, quàm tota res ipſa iudicis arbitrio committi videbatur (Nondum enim legitima agendi ſeries ante xij. tab. leges contexta fuerat) Quibus poſtea habenæ iniectæ ſunt, certæque formulæ ea ſeueritate compoſitæ, vt qui à præſcriptis verbis tantillum recederet, formula ſtatim excidiſſe diceretur, qui verò extra cauſam periiſſet, cauſa caderet: iure quidem agendi anteà, vt tum neceſſe erat à pontificibus impetrato, qui & conſulendi erant quibus diebus agi poſſet. Poſteà ea euerſa ſeruitute, Cn. quidem Flauij opera, qui ſubreptis App. Claudij libris cornicum oculos configens, formulas deſcripſit & diuulgauit, l. ij. ff de origi. iur. paulatim neceſsitas hæc tāta eſſe deſinebat: Et tranſlata à pontificibus in præ-
5 tores dandæ actionis poteſtate. † manentibus intereà vſque ad diui Conſtantini tempora impetrationum & formularum reliquiis, his primus formulas huiuſmodi tanquàm per verborum captiones inſidiantes ſuſtulit. Deinde diuorum Theodoſij & Valentiani temporibus impetrationes etiam funditus

* Eo diui Marci decreto hodie non vtimur quātum ad id attinet, vt quis ius crediti perdat.

funditus euerſæ ſunt. Proinde ouoe ſatis eſſe conſtat, ſi rei negotióque propoſito, actionem aptam eoouenieotémque propoſuerimus.

Ad ſ. Omnium.

SVMMARIA.

1 *Actionum omnium in duo genera diuiſio partita.*
Arbitria instar iudiciorum redacta ſunt. ibid.
2 *Actiones in perſonam.*
3 *Exprimi debet actionibus in perſonam qua ex cauſa reus conueniatur.*
4 *Actiones in rem.*
5 *Aduerſus poſſeſſorem nulla obligatione vinctum in rem datur actio.*
6 *Vitioſa eſt poſſeſsio, quæ per vim aut clam adepta eſt.*
7 *Actor ſpeciatim, & apertè deſignare tenetur rem quam petit.*
8 *Antiqua prætorum petitionis formula ab vſu receßit.*

1 VErùm cùm ita ſit finitionem cuiuſq; rei diuiſione multùm adiuuari: † Omnium actionum ſummam præcipuámque diuiſionem in duo genera partiemur, earum (inquam) actionum quæ aduerſus aliquem apud iudices de quacunque re mouentur, aut etiam apud arbitros, quando & arbitria inſtar iudiciorum redacta ſint, l. j. ff. de rece. arbi. Sunt ergo actiones omnes, aut in rem, aut in perſonam, quibus eas etiã quæ mixtam cauſam habere videntur, complectimur: ſed de his ſuo poſtea loco dicetur. Certũ eſt enim, vt ordinẽ teito agamus, agere vnumquẽque, aut eum eo qui ei obligatus eſt, aut eum eo qui non eſt ei obligatus, mouetur tamen eidem de re aliqua

2 controuerſia. † In priorem caſum proditę ſunt in perſonam actiones, ſic appellatæ, quòd vtriuſque perſonæ tam actoris quàm rei cohæreant. Aduerſus eum namque hæc actio locum habet qui obligatus eſt, ſiue ex contractu, vel quaſi ex contractu, ſiue ex maleficio, vel quaſi ex maleficio obligatio ſit: cuius tamen certa ſemper ſpecies in promptu nulla dilatione quæſita nomina-

3 tim * † exprimi debet, vt perinde ſciat reus ex qua cauſa conueniatur. l. j. ff. de edend. & an eedere vel contendere vltrà debeat. His enim caſibus proditę ſunt in perſonã actiones, quibus his qui experitur aduerſarium ei aliquid dare aut facere oportere intendit, aut aliud etiam aliis modis petit. Nempe ſi in eum proponat actionẽ, à quo aut infamatur, aut nimis terretur, vt deinceps vel deſignat vel agat, l. diffamari. C. de inge. & ma. Atque alia pleraque quæ ex variis cauſſarum figuris enaſci poſſunt. Io eum verò caſum quo obligatus non eſt is quo eum agimus, ſed de re aliqua contro-

4 uerſia mouetur: † in rem ſunt actiones propoſitæ, quæ nullo penitus obligationũ vinculo nituntur, ſed per eas rem noſtram quę ab alio paſsidetur petimus, ſempérque aduerſus eum eſt qui rem poſsidet, l. actionum genera. ff. de actio. Vt ſi rem ſingularem poſsideat aliquis, & quæ hominum commercio exempta non ſit: veluti rem ſacram, religioſam, liberúmque perſonam: aut vniuerſalem, vt gregem, armentum, & equitium, l. j. ff. de rei vendica. cuius quidem rei ab alio ſic poſſeſſæ Titius dominum ſe eſſe contendat, contrà quoque poſſeſſor id affirmet (quamuis & hoc ne-

5 ceſſe, vt mox dicetur, non ſit) Titio, † qui rem ſuum eſſe intendit aduerſus poſſeſſorem nulla obligatione vinctum, in rem datur actio. Nam non id inquirimus, vt ſciamus an alicui ea competat actio, vtrùm is qui agit obligatum eum habeat quem conuenit, ſed an eius rei quam petit dominus quocunque modo ſit, l. in rem ff. de rei vendica. ſiue directum ſit quod habet dominium, quod quidem verius firmiúſque dominium eſt: ſiue vtile, quale habent hi qui vectigalem fundum in perpetuum fruendum conduxerũt, l. vnica, ff ſi ager vectig. vel etiã ceſſum. Id enim noſtrum iure videtur, quod vendicare poſſumus, l. Quintus Mutius. lib. ij. §. argẽto. ff. de aut. & arg. Neque propterea vendicare prohibemur quòd abire à nobis dominium ſperatur ſi conditio aliqua extiterit: propter quam reſtituenda res ſit. Qui etiam principiò dominus nõ fuit, non ideò minùs rectè quid ſuum eſſe vendicat, ſi nouum dominij ius acceſſerit, ſaltem ſi eùm agere cœpiſſet nullam certam ſpecialémque cauſam dixerit, & ex eadem dominium ſuperuenerit, cap. abbatè ſanè, de re iudi. io. vj. Verùm qui aduerſarij facto dominus eſſe deſiit nihilo peius agit, l. ſi poſt ſuſceptum. ff. de rei vendi. Certum quemadmodùm rei petitæ dominium in actore quæſiuimus, ſimili modo etiam in reo poſſeſsio quoque deſideranda erit. Ideò qui hac actione vti vult, ne fruſtra experiatur requirendum eſſe ſibi exiſtimet, an is eum quo actionem inſtituit, poſſeſſor ſit oẽne, l. qui petitorio. ff. de rei vend. nec ad rem pertinebit, ex qua cauſſa poſsideat, cùm ab omnibus qui tenent habéntque reſtituendi facultatem, peti poſſit, l. officium ff. illo tit. Quio eum quem proprietatis iudicio pulſamus, & aduerſus quem in rem actionem exercemus, poſſeſſorem agnoſcimus, quio enim ad agendum procedit, prius rem apud ſe diligenter explorare debet, meritóque ei imputandũ eſt (vtcunq; ſe res habeat) cur vendicationem elegerit. Et ideò ſi is cui proprietatis quæſtio à te mota eſt, interim controuerſæ rei poſſeſsione frui à te prohibeatur, rectiſsimè ob interpellatam eo modo poſſeſsionum interdicto vti poterit. * Eſt tamen cuique liberum in rem actionem nõ pati, ſi ſe non poſsidere dixerit, ea

pœna

* Edẽdæ exprimendéque actionis neceſsitas iure ciuile manſit ſed ea pontificum decreto ſub'ata eſt. Secundú quæ nihil amplius hodie exigimus, quàm petitionem aptam, qua liquere poſſit quænam actio intendatur. capi. dilect. extra de iudi.

* Atque hodie de interpellata [illegible] poſſeſsione [illegible] ne in eo [illegible] cogatur, [illegible] nec et vacua poſſeſsio [illegible] fit, Ml. C. vol. 7. quod [illegible] arreſtis [illegible] prohibem [illegible] eſt d c vltima Aprilis 1531.

pœna mendaci impoſita, vt ſtatim atque de mendacio fuerit conuictus per iudicem, poſſeſsio in actorem tráſferatur, licèt rem ſuam eſſe non oſtenderit, l. vlti. de rei ven. ff. Neque cum eo tantùm qui poſsidet, ſed & qui poſsidere dolo malo deſiit, conſtituitur hoc iudicium, d. l. qui petitorio. quin etiam cũ eo qui ſine dolo poſsidere deſiit,
6 † ſiquidem prima eius poſſeſsio vitioſa cõperta fuerit, quia per vim aut clàm adepta ſit, l. ſi tu me vi. ff. de vi & vi ar. Is autem qui cùm non poſsideret, nec dolo feciſſet: quominùs poſsideret ſe, lui vt poſſeſſor obtulit, cap. examinata, & ibi Panor. de iudi. lite demum cum eo conteſtata, in rei æſtimationem condemnandus erit, qui etiam conſecuta ab eo qui ſe dolo obtuliſſet Felyn. in cap. aduerſario, extra de excep. non prohibetur iterum dominus rem ſuam à vero poſſeſſore vendicare. Ante litis verò conteſtationem, is qui ſine poſſeſsione ſe liti obtulit, diſcedere poteſt. Neque lite etiã conteſtata aliquid ab eodem dominus con ſequetur, ſi non poſſeſſorem eundem ſciuerit, quandoquidem à ſeipſo magis quàm ab alio deceptus ſit, qui aduerſus eum qui non poſsideret, ſciens prudénſque egerit, l. is qui
7 ſe obtulit. ff. de re vend. † Poſtremò curabit is cui hac actione vtẽdum erit, vt rem quàm petit, ſpeciatim & apertè deſignet, & vtrùm totam an partem & quotam petat. Nam & infectę materiæ pódus, ſignatæ numerum, factæ autem ſpeciem dici oportebit, menſurámque ſi res menſura contineatur. Nomen etiam hominis ſi petatur, quod ſi ignoretur, demõſtratione vtendum erit. Rei denique quæ petitur, dominium exprimendum erit, quale ſit, directúm ne, vtile, an ceſſum, vt ſecundùm ea quæ proponentur, dominium re declarari per iudicem, rémque reſtitui petas, l. ſi in rem. ff. de rei vend. Denique ſublata eſt omninò vetus illa formula, quæ in his iudiciis olim ſeruabatur. Nempe ſi de re mobili quæſtio eſſet, litigatores apud Prætorem manu ſimul rem exhibitam prehendebant, ſolemnibus verbis rem vendicando, quibus propriam eſſe quiſque aſſerebat. Sin verò de fundo diſceptaretur, veniebant cum Prætore in rem præſentem, ibique manus conſerebát, tanquam certi de qua tandem re quærebatur. Sed propagatis tandem Italiæ finibus, cùm in rem præſentem venire Prætori difficilius eſſet, litigantes ex iure manu conſertum vocabant, id eſt, alter alterum in rẽ de qua pugnarent, ad conſerendum manus vocabat, & ſimul in eum locum profecti glebam fortè vnam in ius ad Pręrorem deferebant, vbi iudicium certa quadam & præſcripta formularum conceptione ſuperſtitioſa cum multis ambagibus pera-
8 gebatur, Aul. Gel. lib. 7. cap. vlt. † Quæ hodie omnia ab vſu receſſerunt, actorémque tantùm eſſe oportet, qui rem de qua quæritur, vendicet, & ſuam aſſerat: non etiam, reum penes quem (vt anteà monuimus) ſola poſſeſsio ſufficit. Si tamen fundum controuerſum reus agnoſceret ſe inficias eat, in rem præſentem cum iudice vel apparitore perducendus erit, vt ei præſenti certa fundi demonſtratio fiat, niſi de ea re controuerſia eſſet, quæ ex genere vel vniuerſo cõſtat, aut alia quadam ratione non facilè oculis ſubiici poteſt, nempe hæreditas. Sin autem tempore illi conſtituto minimè adſit, demonſtrationis duobus ſaltem finibus circumſcriptæ elogium fiet, quo poſtea exhibito reus ſummotis priſcis ambagibus pergere iubetur.

Ad §. Aequè ſi agat.

SVMMARIA.

1 Actiones in rem pro corporalibus & incorporalibus agitur confeſſoriè vel negatoriè.

2 Negatoriè tantùm in incorporalibus agitur.

3 Seruitutes eundi, ambulandi per fundum vicini, agendi iumentum, &c.

4 Actiones vrbanorum & ruſticorum prædiorum ſunt eiuſdem conditionis.

5 Actio non deſtruendi ſeu deprimendi ædificij cuique datur.

6 Seruitus luminum.

7 Seruitus proijciendi & quid proiectum ſignificet.

8 Seruitus immittendi, & quid immiſſum dicatur.

9 Actiones negatoriæ ſunt etiam proditæ in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.

10 In pari cauſa melior eſt poſsidentis conditio.

11 In iudiciis mixtis veluti famil. erciſcundæ, communi diuidundo, fini regun. vterque actoris vicem gerit.

12 Ratio & differentia conſtituendarum ſeruitutum.

13 Acquiruntur ſeruitutes vſucapione, ſed variè, & olim ſublata ſeruitutum vſucapio.

14 Aquæductus è perenni flumine perpetuam poſſeſsionis cauſam habet, etiam ſi non ſit perpetuus.

15 Qui vſucepit per legitimum tempus, non tenetur docere de iure ſuo.

16 Seruitutes quædam, quæ non perpetuam poſſeſsionis cauſam habent.

17 Decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes ſeruitutes uſucapimur.

1 POrrò † ſciendum eſt in rem agi poſſe non ſolùm pro rebus corporalibus, in quibus ſolis exemplum poſuimus, ſed etiam pro incorporalibus, & id quidem confeſſoriè aut negatoriè. Nam quantùm ad eas actiones

attinet, quæ non ſeruitutis tuendæ, ſed
conſtituendæ nomine competunt, & ex
teſtamento fortè vel contractu, nec niſi
aduerſus eum qui obligatus eſt, vel eius
hæredem inſtituuntur, hîc non agimus.
Confeſſoriè autem, hoc eſt, affirmatiuè,
tàm de corporalibus, quám de incorpo-
ralibus agitur, non quòd ipſa confeſſoria
actio quemadmodùm pro ſeruitutibus &
iuribus introducta eſt, l. ſecunda. ff. Si. ſeru.
vend. & poſsidenti datur, l. penultima. ff. ſi
vſusfru. pet. ita eadem pro rebus corpora-
2 libus dari poſsit, † Negatoriè verò in in-
corporalibus tantùm agitur. Quoties nan-
que rem aliquam noſtram eſſe dicimus,
cōfeſſoriè & affirmatiuè agimus de quauis
re quæſtio ſit. Sed quando ius aliquod ve-
luti ſeruitutem aliquam alteri negamus:
negatoriè agimus, quod in corporalibus,
ſicut poſteà dicetur, locum habere nullo
modo poteſt. Cæterùm res ipſa lucidior
multò fiet, ſi eam exemplis oculo ſubiece-
rimus. Sicut igitur in rem actio (vt dictum
eſt) ei competit, qui fundum aut rem ali-
quam (quæ corporalis ſit) vendicare ve-
lit, ita etiam æquè fit ſi quis ſeruitutis de-
bitæ vel eius rei cui ſeruitutis debetur, do-
minus, l. prima. ff. ſi ſeru. vend. ſaltem vtilis,
l. in prouinciali. §. j. ff. de ope. no. nuncia.
aut etiam creditor, cui vtilis ſeruitutis pe-
titio datur, l. ei qui. ff. de ſerui. ius ſibi eſſe
in fundo agat, vt & in rem actio quoque
ſit. Proinde confeſſoriè & ad fundum &
ad ius in fundo agitur. Confeſſoria tamen
actio cum ſua natura pro iure tantùm da-
tur. Veluti ſi quis fortè dixerit ius ſibi eſſe
ædibus vtendi, fruendi, quæ ſeruitutes per-
ſonarum dici poſſunt, quòd à re perſonæ
3 ipſi debeantur. † Item ſi quis petierit ius
ſibi eſſe per vicini fundū eundi, ambulan-
di, aut etiam agendi iumentum, vel uehicu
lum, vel ex fundo vicini aquam ducēdi ad
fundum ſuum: quæ ſeruitutes prædiorum
ſunt & ruſticæ, de quibus antea ſuis locis
mentionem habuimus. Verùm quid de vr-
4 banis? † Et ſanè eiuſdem generis conditio-
niſque eſt de iure prædiorum vrbanorum
actio. Nempe ſi quis agat ius ſibi eſſe altiùs
ædes ſuas tollendi: quæ quidem facultas li-
cèt indiſcriminatim omnibus iure natu-
rali conceſſa videatur, l. altiùs. C. de ſerui.
aliquādo tamē ſolo iure ſeruitutis nititur,
vt ſi domos aliquas propoſuerimus, qui-
bus certus modus dominorū conuētione,
ſtatutóve municipali, aut aliter præfinitus
fuerit, vltre quem nemini liceat inuito vi-
cino altiùs ædes ſuas tollere, tibíque poſteà
vicinus id non ſolùm remiſerit, ſed & ædi-
bus ſuis ſeruitutem impoſuerit, vt pati de-
beant te tuas ædes altiùs ædificatas habere.
Si te ædificantem poſteà prohibuerit, hac
actione meritò tibi ſuccurretur, quas dices
ius tibi eſſe altiùs ædes tuas tollere, ídque
mero iure ſeruituris propter conſtitutam
à vicino ſeruitutem antea ſublata altiùs tol
lendi libertate, quoniam ad hoc proponi-
tur hęc actio tum confeſſoria, vt ſeruitu-
tem quis ſuam eſſe propugnet, licèt alio-

qui pro naturali altiùs tollendi libertate
aduerſus turbantem negatoria competat.
Quemadmodùm autem quędam eſt altiùs
5 tollendi actio, † ita contrà quoque altera
eſt, quàm non deſtruendi, ſeu deprimendi
ædificij, dicere poſſumus: vt ſi vicino ſer-
uitutem cōſtitueris ne ædes tuas deprimas
aut deſtruas, ea forſan ratione ne ſolis ful-
gor in ædes ſuas delabatur aut deuoluatur,
quando ſolē nō habere ſæpe ædificiis gra-
tum ſit, l. ſi arborem. ff. de ſerui. vrba. præd.
Idem erit ſit ambulacra vicini tuis arbori-
bus amœna & opaca fuerint, tuque prop-
terea de non cædendis aut tollendis arbo-
ribus ſeruitutem illi conſtitueris. d. l. ſi ar-
borem. Eſt inter exempla ſeruitutis vrbanę
confeſſoriæ ſeruitus proſpiciendi. quæ ius
proſpectus habet non ſolùm vt cœlum vi-
deatur, ſed etiam vt procul aliena ædificia
ſpectemus, idque in proſpectu habemus,
ne quid nobis officiatur ad gratiorem a-
6 ſpectum & liberum, † maiorque eſt hæc
ſeruitus ea quæ de luminibus officiatur
prohibet, in qua hoc ſolùm venit, ne lu-
mina obſcuriora fiant, tametſi cœlum
videri debeat. Nam & ex inferioribus lo-
cis ſicut proſpectus eſſe non poteſt, l. in-
ter ſeruitutes. & l. lumen. ff. de ſerui. vrb.
præd. Sed datum minima eſt ſeruitus lu-
minum, qua ſolùm id acquiſitum eſſe vi-
detur, vt vicinus lumina noſtra excipiat,
& ſi cœlum non videatur. Sufficítque lu-
meo præſtare, quo lucidior domus fiat. l.
luminum. illo tit. Item eſt ſeruitus vrba-
7 na† cōfeſſoria ſeruitus proiiciēdi. Proie-
ctum autem id intelligendum eſt, quod ita
protenditur vt nuſquàm conquieſcat, hu-
iuſmodi ſunt Meniana, & Suggrūdia, l. ma-
lum. ff. de verb. ſignific. ſiue etiā podia pen-
ſilia, quæ extra domus parietatem prouehi
ſolent inſtar pulpiti, quibus etiam in vicos
& plateas plærunque nobis eſt aſpectus.
Propterea ſi proiectum aliquod ex muro
in domum tuam habuerim, id aduerſus
prohibentem iure ſeruitutis tuerī poſſum.
8 † Eadem ferè eſt ſeruitus immittendi, ni-
ſi quod immiſſum dicimus quod ita por-
rigitur vt requieſcat, proiectum verò nuſ-
quam requieſcit, dicta l. malum. Si ti-
gna igitur aut trabes in domus tuæ parie-
tem immiſſas iure ſeruitutis habuero, eam
ſeruitutem hac actione tueri mihi erit li-
berum. Ante omnia tamen qui actione
confeſſoria experiri voluerit, priùs apud
ſe diſpiciat, nùm aliquo interdicto poſſeſ-
ſionem ſuam tueri poſsit, quandoquidem
id longè illi vtilius paratiúſque futurum
9 eſt, §. retinendæ, infr. de interd. † Ex ad-
uerſo facilè erit eiſdem exemplis agnoſce-
re inuicem quoque proditas eſſe actio-
nes negatorias, non ſolùm in vſufructu,
ſed eiſdem ſeruitutibus ruſticorum præ-
diorum, atque vrbanorum, quibus iura
ipſa ſeruitutum alteri negamus, idque ad-
uerſario nunc non eſſe liberum, quod
fortaſsis aliquando fuit: vt ſi quis inten-
dat ius non eſſe aduerſario vtendi, fruendi,
eundi, ambulandi, agendi iumentum vel
vehiculum

vehiculum, aquámve ducendi, altius tol-
lendi, impugnando quippe id quod alio-
qui facere erat liberum, niſi ea antea (vt
diximus) libertas ſublata eſſet. Item pro-
ſpiciendi etiam, vel proiiciendi immitten-
díue. Quæ quidem actiones ſolí veróque
domino rei, cui ſeruitus deberi contendi-
tur, aut negatur, directè competunt, l.j.ff.ſi
ſerui.vend. Vtiles verò eis qui vtile habent
dominium, d.l.in prouinciali.ff.de ope.no.
nunc. Itémque creditori, l.ei qui.ff.de ſer-
uit. Quo ad fructuarium verò attinet, vi-
ſum eſt contentum eum eſſe debere ea a-
ctione, quam ſui vſufructus nomine ha-
bet, vt per hanc ſi non patiatur vicinus
eundem vti aut ſeruitute, aut libertate,
teneatur, quaſi non patiatur vti frui, l.j.ff.
ſi vſusfr.pet. Ex his ergo quæ diximus, con
ſtat confeſſoriè agi poſſe, tùm de rebus cor
poralibus, tũ de incorporalibus. Cæterum
negatoriæ actionis genus in controuerſiis
rerum corporalium proditũ non eſt, eiúſ-
que rei ratio duplex eſſe poteſt. Nam qui-
cunque cum aliquo agit ex eo iure quod
habet cauſam ſuam iudici probare debet,
rem videlicèt quam vendicat, ſuam eſſe:
neque dicere ſatis erit rem ipſam aduerſa-
rij non eſſe: quoniam id quod meum non
eſt, tuum propterea eſſe exiſtimandum non
eſt, l.vltim.C.vnde vi. Imò ſi neque tuum,
neque aduerſarij fundum eſſe apparet, is
tamen vincet eo quidem iure, quo potio-
res poſſeſſores ſunt, licèt nullum ius ha-
10 habeant, l.vti frui.ff.ſi vſufr.peta. † per re-
gulam qua dicere ſolemus in pari cauſa
meliorem eſſe poſsidentis conditionem.
At in incorporalibus longè aliter eſt, in
quibus etſi negatoriæ agatur, verbáque
ipſi negatoriæ actionis in negationem ſo-
nent, ipſe tamen effectus actionis con-
feſſoriæ eſt. Perindéque de eo qui ſerui-
tutem negat dicendum venit, ac ſi fun-
dum ſuum eſſe liberum diceret.ex inſtitut.
Theophil. Eſt & altera ratio cur hoc ge-
nus negatoriæ actionis in corporalibus lo-
cum non habet: Nam ea actio negatoria
domino & poſſeſſori fundi competit, qua
liberum & nõ ſeruum eſſe fundũ noſtrum
dicimus quem poſsidemus. Idq; pro rebus
incorporalibus. Sed pcorporalib' is ſem-
per agit, qui non poſsidet. Nimirùm cor-
pus quod alter poſsidet vendicans, neque ei
qui poſsidet, actio vnquã prodita inuenitur,
per quam neget rem actoris eſſe, quando-
quidem non actione, ſed exceptione tua
ſuum tueri magis debeat. Licèt interdum
is qui poſsidet nihilominùs actoris partes
ſuſtinet, vt ſi vſucapionem obiiciat qua li-
berari, atque in poſſ. relictum iri petat, ſic-
11 que probationis periculo ſeſe exponat. † In
mixtis etiam duplicibúſque iudiciis famil.
erciſcundæ, comm. diuidundo, & finium
regundorum vterque actoris vicem gerit,
l.in tribus.ff de iudic. Volentibus nam-
que cohæredibus aut ſociis à communio-
ne diſcedere, viciniſque de finibus fun-
dorum contendentibus par omnium cau-
ſa videtur, & intelligitur vterque actor,
quamuis vterque poſſeſſor ſit, rémque,
quam poſsideat, petat, l.prima. ff. famil.
erciſcun. Sicut diffuſiùs in amplioribus
Pandectarum libris, opportuniúſque ma-
nifeſtum eſſe poterit. Idem etiam in inter-
dictis vti poſsidetis, & vtrobi, de quibus
poſteà pleniùs dicetur. In quibus tamen
omnibus negatoriæ actiones propterea lo-
cum non habent. Quarum actionum e-
uentus eſt, vt victori res aut cautio iudicis
officio præſtetur, res ipſa, hoc eſt, vt iubeat
aduerſarium iudex ſeruitutem præſtare &
pati, aut libertatem non impedire. Cautio
vero vt iubeat cautionem de ea re præſta-
re, neque ſucceſſores ſuos poſt hac aut ſer-
uitutem prohibituros, aut libertate etiam
impedituros. Neutrum verò faciẽte eo qui
condemnatus eſt, tanti condemnandus e-
rit, quanti actor in litem iurauerit, l. ha-
rum.ff.ſi ſeruit. vendi. Neque ſolùm pro
ſeruitutibus his quas enarrauimus, aut ſi-
milibus, ſed & pro quibuſcunque aliis iu-
ribus aſſerendis aut negãdis. eædem actio-
nes competunt, Ioan. Fab. Hîc ſanè locus
exigit quoniam de actione confeſſoria &
negatoria diximus, quæ pro ſeruitutibus
12 conſtituendis tuendis competunt, † vt &
harum conſtituendarum rationem diffe-
rentiámque, præſertim quæ temporis vſu-
capionem reſpicit, nunc breuiter oſtenda-
mus. Ita enim fiet, vt actionis vtriúſque
natura, perfectiùs, multò nota ſit. Præter
ergo contractus conuentioniſque ratio-
nem, qua ſeruitutes conſtituuntur, ſi vſus
accedat qui pro traditione accipitur, l.
13 quoties, ff. de ſeruit. † Acquiruntur & ſerui-
tutes temporis vſucapione, idque variè.
Etenim ſciendum eſt lege olim Scribonia
ſublatam fuiſſe eam vſucapionem, quæ ſer-
uitutes conſtituebat, l.ſequitur. §.vlt. ff.de
vſucap. cùm hæ corporaliter tradi, poſsi-
deri, & capi vſu non poſsint. Vnde vſuca-
pio nomen ſortita eſt. Tùm quòd ipſæ ſer-
uitutes ceu libertati aduerſæ, odioſæ ſunt.
Tamen & Prætorum conſultorúmque in-
terpretatione effectum eſt, vt in his quo-
que quemadmodum & in corporalibus
locum haberet vſucapio: atque ſi non rigi-
da illa legis interpretatione verè vſucapi
poſſent, attamen vſucapi intelligerẽtur, ſed
non vno eodémque modo. Seruitutum
namque aliquæ ſunt quæ perpetuam poſ-
ſeſsionis cauſam habent, vtputa quando
rei alicuius perpetuus vſus eſt minimè in-
14 terpellatus, ſicut eſt † aquæductus è perẽ-
ni flumine, aut etiam ſi perpetuus vſus non
eſt, naturalis tamen cauſa mixta inuenitur,
vt in ſtillicidio: quæ licèt aſsidua non ſit
perpetuò tamen fieri intelligitur, l.fora-
men.ff.de ſeruit.vrb.prædi. In quibus de-
cem annis inter præſentes & viginti inter
abſentes vſucapionem conſtitui viſum eſt.
15 † adeò vt qui diuturno eo vſu ſemel ea
nactus fuerit, de iure ſuo docere neceſſe nõ
habeat. Sed vtilẽ ſtatim actionẽ habet, non
confeſſoriã, aut negatoriã, vt oſtẽdat per id
tempus ſe non vi, aut clàm, non precario
poſſediſſe l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruit.vẽd.

eáque ſeruitute eſſe vſum,tanquàm qui iure ſuo vti ſe credere, l. vltima. ff. quemad. ſeruit.admit.quia ſi propter riui incommo ditatem, non quia via publica erat interrupta,per confinem agrum iter fecerit,ſeruitute tanquam ſua vſus non videbitur, l. prima.§. Iulianus. ff. de tit.actúque priua. Et poſſeſsionis ipſius in hũc modum probatio ei qui vſuſcepit, incumbit:quia bona fides in iſtis ſeruitutibus acquirendis, propter naturalẽ rerum libertatem, haud temerè præſumi ſolet. Neq; enim Prætorũ aut conſultorum interpretatio iam exploſam ſeruitutum vſucapionem, ſine magna prudentiq; cautione reuocare voluit. Atque ideò aduerſarij etiam ſcientiam probandam eſſe introductum eſt,l.ij.C.de ſeruit.& aqua.ſi in ea cauſa quidem fuerit ſeruitus,vt eam furtim, & ab ignorante vſucapere facilè quem potuiſſe credibile ſit. Nempe ſtillicidium ſi in ædes amplas, in quibus ſtillicidia multa eſſent,ea fortè diligentia,à vicino appoſitum fuerit,vt id facilè ignorari potuerit:nónne domini ignorantiam excuſantis ſcientia ſumma ratione probanda erit?Cæterum ſi titulum lege non interdictum, ab eo qui ſe dominum putaret,habuerit (quia ſi à vero dono nulla vſus præſcriptione eſſet opus) ſcientiæ tùm probatio nulla deſiderabitur,Paul.de Caſt.in d.l.ij.C.de ſeru.& aqua. Bar.in l.j.§.hoc interdicto.ff.de itine.actu.priua.ſed ei qui quaſi poſſeſſorem hunc ſeruitutis dixerit vi,clàm,aut precario poſſediſſe, probationis onus incumbet. Meritò autem, quũm perpetua ſit in his ſeruitutibus (de quibus loquimur) poſſeſsio ſufficere conſtitutum tempus aduerſùs eum, in quem vſu capitur,placuit.d.l.ſecunda. C.ſeruit.& aqua.quia non facile intelligitur quis non magnoperè negligens, qui hãc perpetuam ſeruitutis poſſeſsionem aduerſam, in ſuas
16 ædes aut prædia ſua paſſus eſt. † Verùm quantùm ad alias ſeruitutas attinet, quæ non perpetuã poſſeſsionis cauſam habent, ſed interuallatam:æquiſsimum viſum eſt,ſi harum vſucapio in longius tempus produceretur: vt in ſeruitutibus quæ manu hominis fiunt, neque naturalem cauſam mixtam habent. Siquidem harum poſſeſſio tàm breui tempore, negligentiæ eum in quem præſcribitur, minimè arguit: atque illarum quæ perpetuam poſſeſsionis cauſam habent.Plúſque vnius diei nos mouet continua poſſeſsio, quàm ea interdum quam per decem annos, aut viginti annos longis interuallis intermiſſam quis in ædes aut prædicta noſtra exercuit. Deinde non ſicut naturales cœli aut elementorum cauſæ,quæ omnibus ex æquo patent, & proptereà perpetuæ exiſtimatæ ſunt,dicta l.foramen.ff.de ſeruit.vrb. præd. ita & hominum actus, cuius deſecti ſunt. Igitur tanti temporis vſucapio in iis ſeruitutibus, quæ nec actione, nec natura perpetuam poſſeſsionis cauſam habent, conſtituta eſt:cuius initij memoria non extaret. Quandoquidem ſi in amittenda ſeruitute, cuius poſſeſsio non erat continua, re tametſi ad libertatem priſtinam redeunte, tempora conduplicata comperiuntur, l.ſi ſic. ff. quemad.ſer.amitt. & l.vltima. C. de ſerui. & aqua.quantò magis quærendæ ſeruitutis & libertatis extinguendæ tempus, in longius producendum fuit. Quod ſine aduerſarij ſcientia ſufficere propter tanti temporis ſpacium exiſtimatum eſt, cuius poſſeſsio iuris conſtituti vicem obtinet, l.hoc in re.§.ductu aquæ.ff.de aqua quot.& æſti. * Verumtamen ſi à tertio cauſam bona fide (quæ tùm præſumitur) is qui ſeruitutes huius generis præſcribit habuerit,
17 veritati conſentaneum eſt, † decem annorum inter præſentes,& viginti inter abſentes tempus, l.vlti.C.de præſcri.long. temp. ſufficere.* Idemque erit, ſi à præſcribente fortè aliquid annuum ſeruientis fundi domino,aliúdue aliter ſolutum fuiſſe conſtiterit vnde tacitus illius conſenſus præſumi poſsit,Vide Guid.pa.q. 473. Nèmpe ſi ab ab eo qui pecus in fundo tuo paſceret, inde aliquid acceperis. Meminiſſéque oportet negatiuarum ſeruitutum vſum, nõ niſi à prohibitione incipere, l. qui luminibus. & illic Accur.ff.de ſerui. vrb. præd. Affirmatarum,verò ex factis multiplicibus colligi, Bart. in l.prima ff. de itin. act. pri. & Fab. hîc. quorum certè æſtimatio, in boni prudentíſque iudicio arbiter reſidet.

* Scimus Lõgouallium ad l. imperium longè aliter ſenſiſſe, & id quidem ſubtiliter & doctè, quem & neotericis nonnulli ſecuti ſunt. Nos receptionem interpretũ ferè omnium ſecuti ſumus, & æquiore quaque in foro vtimur.

* Iuris pontificij interpretum ſita odinio, pro quibuſcũq; ſeruitutibus præſcribẽdis xl.annorum tempus eſſe neceſſarium idque cum cauſæ idoneæ, ſeu tituli allegatione, licet non probent, niſi ius ipſum præſcriptioni obſtaret: quum tanto tempore (cuius initij memoria non extet) eſſet opus. Guido pap.q.407. & q.408.

Ad §. Sed iſtæ.

SVMMARIA.

1 *Actio in rem, qui in eum datur qui dolo poſsidere deſijt, Prætoria eſt.*

2 *Actiones ciuiles Prætoriæ & honorariæ vnde originem ducant.*

3 *Ciuiles actiones dabat Prætor.*

SEd (vt è diuerticulo in viam redeamus) iſtæ quidem in rem actiones,quarum iam meminimus, & ſi quæ ſunt eis ſimiles, ex legitimis, ac ciuilibus cau
1 ſis deſcendunt,directè ſaltem † Nam quòd ad vtilem rei vendicationem attinet, quæ aduerſus eum, qui dolo poſsidere deſijt, datur - Prætoriam eſſe magis eſt. Nempe ad exemplum ciuilis actionis Prætoris beneficio inuentam, l. electio in princip.ff. de noxal. quæ propterea tamen annalis exiſtimanda non eſt. Nam non tamen aduerſarij dolo qui prætorias actiones annales facere ſolet, l. in honorariis. ff. de actio.quàm actoris dominio reique perſequutioni inſtar directæ vendicationis ni-
2 titur. † Ciuiles enim actiones exiſtimandæ ſunt, quæ ex l. duodecima tabularum, plebeſcitis ſenatuſconſultis, reſponſis prudentum, conſtitutionibúſve principium

principum originem dncnnt. Quæ verò
à magiſtratibus, vel prætorum edictis præ-
toriæ, ſeu honorariæ, l. ius autem ciuile ſu-
prà de iur. nat. Quarum vel præcipuum
diſcrimen eſt, qnòd illæ ſunt perpetuæ, hæ
temporales & ferè annales. Illæ ordinariç
& ipſo iure competentes, hæ veluti extra-
ordinariæ, nec niſi in ſubſidium. Sunt &
aliæ actiones, tàm in rem quàm in perſoná
vtriuſlibet generis. Non autem ſimul tàm
in rem, qnàm in perſonam, quas ex ſua iu-
riſdictione Prætor cõparatas habet: nimi-
3 rum ex edictis ſuis proditas. † Nam & ci-
niles actiones dabat Prætor, tanquàm qui
iudiciis omnibus præerat, & à qno ius a-
gendi (vt anteà diximus) impetrari opor-
teret. Sed & neceſſarium hoc loco viſum
eſt, actiones has honorarias prætoriáſve e-
xemplis oſtẽdere. Interdum enim à Præ-
tore permiſſum eſt in rem agere, & dicere
rem noſtram eſſe tanquàm vſucaptam, li-
cet eam non vſuceperimus. Et ita rem ven-
dicare tàm liberum eſt, quàm ſi eiuſdem
vt vſucaptæ domini eſſemus, quùm tamen
non ſimus. Vel ex aduerſo, poſſeſſorem ad-
uerſarium dicere non vſucepiſſe, quod ta-
men vſucepit.

Ad §. Namque ſicui.

SVMMARIA.

1 *Petitur interdum quid vt vſucaptum, quod tamen vſucaptum non eſt.*
2 *Publiciana actio vnde dicitur.*
3 *Traditio ſine bona fide non prodeſt accipienti.*
4 *Poßidentis conditio melior eſt.*
5 *Replicatio de dolo datur aduerſus exceptionem dominij.*

AT que imprimis de eo dicere inci-
1 piamus, † qui quamuis vſu non
cœperit, tanquàm tamen ſi vſuce-
piſſet agit. Veluti ſi cui rem aliquam incor
poralem etiam (Nam & ſeruitutum no-
mine hæc, de qua dicturi ſumus, competit,
actio) bona fide accipienti ex iuſta cauſa
emptionis, donationis, dotis, aut legati, vel
ex alia omnino cauſa, l. ſi ego. §. j. ff. de pub.
in rem act. quæ ſi à vero domino proficiſ-
ceretur, dominum in accipientem trans-
ferret, is licet eius rei dominus effectus nõ
ſit, quia necdum vſucepit. Si eiuſdem poſ-
ſeſsionem aliqua modo poſteà forſan a-
miſerit: nullam eum habere directam ac-
tionem, qua rem perſequatur, manifeſtum
eſt. Proditas quippe iure ciuili in rẽ actio-
nes docuimus, vt quis dominium ſuum
per eas vendicet. Quia tamen durius exi-
ſtimatum eſt nullam ei dari actionem, qui
bona fide habuit & poſſedit, inuenta eſt
Prætore actio, qua rem eam non aliter at-
que vſucaptam, & ſuam perinde ac domi-
nus, vendicare poterit: tametſi nulla vſuca-
pio interuenerit. † Quæquidem actio Pu-
bliciana dicitur: quoniam primus eam Pu-
blicius Prætor in edicto ſuo his verbis pro
poſuit. Si quis id quod traditur ex iuſta
ſta cauſa à non domino nondũ vſucaptum
petat, iudicium dabo, l. j. ff. de publi. in rem
act. Quoniam enim pro rebus, in quibus
dominium habemus, ſatis à iure ciuili pro-
ſpectum fuerat: æquiſsimum Prætori vi-
ſum eſt, ex iuſta cauſſa accipientibus à non
dominis, qui vſucapione tueri ſe nondum
poſſunt, auxilium ſuum impartiri. Ideb-
que ante omnia iuſtam accipiendi cauſſam
deſiderauit: non vt per eam dominium trã
feratur, ſed vt eiuſmodi tantùm ſit, per
quam transferri poſsit, l. ij. iij. & ſequen.
illo titu. etiam ſi iuſto errore cùm talis
non eſſet credita, tamen fuerit: vt cùm à fu
rioſo, aut minore ignorãs quis emit, l. eum
qui eodem. neque refert ſit ne cauſa lu-
cratiua, an oneroſa, ex contractu, an ex vl-
tima voluntate, d. l. eum qui. §. j. Omnino
verò traditionem ſequi oportet, aut certè
poſſeſsionem nos aliquo modo eius cœpiſ-
ſe, quod interdùm ſine traditione fieri po-
teſt: vt ſi res ei vendatur, cui depoſita aut
commodata ſit, l. qua ratione. §. interdum.
ff. de acquir. do. Aliter autem quantum-
uis iuſta cauſſa adſit, vſucapio minimè in-
choabitur, l. traditionem. ff. de pub. in rem.
& l. ſine poſſeſsione. de vſuca. ff. Sufficiet
tamen ei cui tradita res non eſt, authoris
à quo ius habet, ex iuſta cauſa poſſeſsio, ſi
ex eiuſdẽ capite non ſuo proprio quis Pu-
blicianam intendat, quia & in ſucceſſo-
rem ea tranſmittitur, l. cùm ſponſus. §. j. ff.
3 de publicia. † Verùm ſciẽdum eſt traditio-
nem licèt ex iuſta cauſſa factam, minimè
profuturam, niſi & bona fides in accipien-
te cùm res traditur, fuerit. Nam quantùm
ad venditorem attinet, nihil intereſt, l. eum
qui. §. Prætor ait eod. Porrò à Prætore me
ritò conſtitutum eſt rem à non domino
traditam eſſe oportere, & nondum vſuca-
ptam: quando ita ſit eum qui ex iuſta cauſ-
ſa à vero domino habet, aut qui rem vſu-
cepit, ciuilem habere actionem, neque deſi-
derare honorariam, l. j. illo tit. Is attamen
qui in ciuili ſuccumbit, ad hanc redire non
prohibetur, l. minor. §. j. ff de euictio. quam-
uis vtramque proponi ſimul conſtantior
veter opinio. Altera nimirum dominio, al-
tera cum dominio eſſe non poteſt. Cæte-
rum in reliquis inſtar ciuilis vendicatio-
nis reſpicit. Nam & in poſſeſſorem, eodem
modo proponitur, vbi taliẽ is qui poſsidet,
pari cauſſa vel ęquitate non adiuuatur, vt
quia nec titulum, nec bonam fidem habet.
Graue alioqui namque eſſet, æquè iuſtum
poſſeſſorem alterius Publiciana vexari eã-
démque æquitatem, quæ iuſto poſſeſſori
4 facit, eidem nunc aduerſam eſſe. † proinde
conſtitutum eſt in pari cauſſa meliorem
eſſe poſsidentis conditionem, l. ſiue au-
tem. §. duobus. ff. de publicia. quando is
aduerſarium poſſeſsione qua plus habet
vincat. Vnde ſatis apparet, multominùs a-
ctionem hanc aduerſùs verum dominum
competere, qui rei ſuæ poſſeſsionem recu-

perauit, ad hoc enim inuenta eſt hæc actio,
vt alteri non domino præferamur, non vt
res dominis auferantur. quibus ob eam
cauſam aduerſus publicianam iuſti domi-
nij datur exceptio, l. penul. & vlt. ff. illo tit.
Niſi ſanè peculiari etiam adhuc ratione a-
liqua durum videretur aduerſus dominiũ
actionem non dari: vt ſi fundum Sempro-
nij, quem mihi Titius non dominus ven-
didit, bona fide accepero, poſteáque ad Ti-
tium, qui Sempronij hæres extitit, poſſeſ-
ſio aliquo caſu redierit: iniquum profectò
eſſet ſi mihi publiciana aduerſus Titium, à
quo poſsidendi cauſam habeo, non dare-
tur: cùm & ſi quod dominij ius ei acceſſe-
rit, id mihi prodeſſe magis quàm obeſſe
5 debeat. † Propterea aduerſus exceptionẽ
dominij de dolo replicatio dabitur, l. ſi à
Titio. ff. de rei vend. Item ſi petente rem
ſuam vero domino, cùm de domino ſatis
forſan iudici non liqueret, abſolutus fuit
is qui bona fide emerat, in iudicio conuen-
tus, rei eiuſdem poſſeſsione deinde ad do-
minum reuerſa, poterit bonæ fidei emptor
Publiciana aduerſus verum dominium ex-
periri, l. ſi rem. ff. de exce. rei iu. Ea eſt æqui-
tatis vis reúmque ſemel iudicatarum au-
thoritas. Vnde is qui iuſſu prætoris cœpe-
rat contra bonæ fidei poſſeſſorem non do-
minum, neque de damno infecto cauen-
tem poſsidere, & poſsidendo dominum ca-
pere, ſi à domino poſteà poſsidente, aut
non admiſſus, aut deiectus inde fuerit, pu-
blicianam etiam actionem habet, l. dam-
ni. j. §. non ſolùm, ff. de damn. infect. Ad
hæc ſeruus pro noxa à non domino tra-
ditus, à vero domino poſteà poſsidente, ni-
ſi litis æſtimationem offerat, hac actione
vendicari poterit, l. & generalibus de no-
xa. ac. ff. Idémque erit ſi res domini volun-
tate alicui diſtracta fuerit, & eò poſteà re-
fragante tradita: Nam & ſi dominij non
tamen poſſeſsionis tráſlatio impedita fuit,
per quam aduerſus dominum Publiciana
quoque dabitur, l. Papinianus, ff. de Pu-
blicia.

Ad 5. Rurſus.

SVMMARIA.

1 *Non vſucaptum interdum fingitur, quod vſucaptum eſt.*
2 *Abſenti aduerſus præſentem ſuccurritur per prætorem.*
3 *Abſens quis intelligatur.*
4 *Non negligentibus ſubuenitur, ſed neceſsitate rerum impeditis.*
5 *In eum qui ſui commodi cauſa abeſt, vel ſi per dolum etiam reipub. cauſa abfuerit, actio non ceſſat.*

1 DIximus † de eo qui quàmuis non
vſucœpiſſet, vſucepiſſe tamen fin-
gitur, rurſus nunc de eo dicen-
dum ſequitur ex aduerſo qui licèt vſu cœ-
perit veréque vſucapionem compleuerit,
tãquàm tamen ſi non vſu cœpiſſet in eum
agitur: ſublata namque vſucapionis vi quę
alioqui ſummo iure duriúſque læſerat in
integrum reſtituit Prætor, vt non aliter a-
ctionibus noſtris vti ſit liberum atque ſi
nihil vſucaptum eſſet. Veluti de eo dicere
poſſumus qui cùm rem domini bona fide
poſsideret, Reipub. cauſa forſan in legatio-
nem miſſus medio tempore abeſſe cœpit,
& vſucœpit, vel ſtatim à reditu, quia & ad
tempus abſentiæ adſcribitur, l. ab hoſti-
bus. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. maio. Aut verò
de eo etiam dici poteſt, qui in hoſtium
poteſtate captiuus fuit, & ex re peculiari
per filium aut ſeruum rem vſucepit, l. ait
Prætor. §. hi planè. illo titu. (Nam aliis
modis regulariter qui ab alio poſsidetur
poſsidere non poteſt) l. homo liber. §. quic-
quid. ff. de acquiren. do. domino ſanè tunc
ſtatim, atque is qui vſucepit abeſſe deſijt,
rebúſque ſuis prouidere integrum fuit per-
mittitur vſucapione Prætoris beneficio
intra annum vtilem (qui in quadrien-
nium continuum noſtra poſteà conſtitu-
tione conuerſus eſt.) l. ſuperuacuam. C. de
temp. in integr. reſtitu. eam rem petere &
vendicare, intra annum alterum vtilem
à reſtitutione, quemadmodum & olim
fuerat conſtitutum. Atque ita vendica-
te, vt dicere poſsis poſſeſſorem vſu non
cœpiſſe quod tamen vſucepit, ob ídque
rem tuam eſſe, nec modò rem petere
à poſsidente, ſed multò magis petentem
exceptione ſummouere, ſi fortè rei poſſeſ- 5
ſionem iam nactus ſis, l. nec non. §. penult.
ff. ex quibus cauſ. ff. maior. qua etiam ſi ex-
cideris perpetuam actionem habebis qua
2 eam conſequaris, l. ſi is cuius illo tit. † Si-
cut enim abſentibus Prætor ſuccurrit (vt
proximè dicemus) ita etiam prouidet ne
alios capiant, l. Item ait Prætor. §. j. illo tit.
Licèt verò de eo tantùm qui Reipu. cauſa
abeſt, aut in hoſtium poteſtate captiuus, eſt
exẽplum poſuerimus, maiore tamen adhuc
ratione idem intelligendum erit ſi is qui
vſucepit ex alia minus iuſta cauſa abfuit,
vt reſtituatur is qui in ciuitate manſit. cui
vlla alterius abſentia fraudi eſſe non debet.
3 † Abſentem porrò eum intelligimus qui
non eſt in eo loco, in quo petendum ali-
quid fuit, & ſi fortè extra continentia vr-
bis ſit, l. abſentem. ff. de verbo. ſignifi-
cat. ſicut præſentem eum dicimus, qui in
ciuitate manet, aut continentibus ædi-
ficiis, l. præſentem illo titu. Ad hæc ne-
ceſſarium eſt etiam, vt qui abſens erat
& vſucapiebat, neminem defenſorem re-
liquiſſet. Nam ſi fuit defenſor, cùm ha-
bueris quem conuenias non debet in-
quietari, l. Item ait Prætor, ff. ex quibus
cauſis maio. Non tamen ideò prohibi-
tam eſſe reſtitutionem, exiſtimandum eſt,
quòd alio loco permiſimus, aduerſus
abſentem Præſidem adire, l. vt perfe-
ctiùs, C. de annal. except. libellúmque
porrigere, atque ita temporis interruptio-
nem

nem facere, quoniã & ſi hoc remedio no-
ſtro vſus non fuerit, illi tamen reſtitutio-
nem hanc propterea non denegamus, hac
ſi quidem reſtitutionis via pleniùs conſu-
litur, & ad ius ſuum omnino peruenitur. Il
la verò interruptio ſola fit. Reuerſo igitur
abſente, iuſta erit reſcindendæ vſucapionis
petitio, aut certè ſi nondum reditus illius
ſperetur bonis abſentis curator interim
dandus erit, contra quem præſens ſi velit
experiatur, Bar. in l. ignorare. C. de reſt. mi-
li. Sanè ſi poſt reditum eius qui abſens vſu-
cepit, reſtitutionem petere neglexeris, iun-
getur id tempus, quo ceſſas cum prioribus
vſucapionis temporibus vtiliter ante ab-
ſentiam lapſis, non aliter omnino atque tẽ
pus illud quo poſt impetratam reſtitutio-
nem ocioſe differres rem tuam vendicare.
Vſque adeò, vt ſi tempora ſimul iũcta vſu-
capionem compleant, nulla nouæ reſtitu-
4 tionis ſpes reliqua ſit. † Nam non negligẽ-
tibus ſubuenitur, ſed neceſsitate rerum im
peditis, l. non enim. ff. ex quib. cauſ. maior.
In vniuerſum namque reſtituendum eum
putauit Prætor, qui aliquid dãni iuſtè quæ-
ritur, l. vlt. ff. illo titu. Sicut autem præſenti
aduerſus abſentem, ita quoque abſenti ad-
uerſus præſentem in quadriennium quum
redierit reſtitutio ſimili modo à Prætore
datur. Hoc quoque actionis in rem genus,
intra annum poſteà vtilem conceditur, vt
ſi Reipu. militiæ, ſtudiorum, aut ſimili iu-
ſta abſentiæ cauſa quouiſmodo abfue-
rit. † Neque enim ſi alioqui etiam qui Rei-
5 pub. cauſa abeſt in integrum reſtitutionem
mæretur, vt ſi fortè non coactus, ſed ſui
commodi cauſa id procurauerit, l. Reipu-
blicæ illo titu. vel ſi quis in prouincia ſua
vltra tempus à cõſtitutionibus conceſſum
aſsidet, lege. hi qui eodem. aut denique ſi
quis, per dolum aliter abfuerit, hoc eſt, ſi
quum reuerti poſſet deberétue non eſt re-
uerſus. l. ſi cui eodem. aut ſi alterius grandis
commodi captandi gratia id egerit, l. item.
ij. eodem. vel etiam ſi data opera etiam ſine
lucro hoc affectauerit, l. qui data. eodem.
Sunt & aliæ multæ reſtitutionis cauſæ, ſed
quæ Prætoris arbitrio & æquitati relictæ
fuere, vt æſtimaret ipſe, ſi qua ei iuſta cauſa
videretur, l. j. eodem. ſicut ex latiore Dige-
ſtorum, ſeu Pandectarum volumine colli-
gere licet. Id tamen vnum poſtremò ex
his quæ iam dicta ſunt, obſeruandum erit.
Primùm ſemper hic agi, vt reſcindatur vſu
capio, deinde actionem hanc vſucapione
demum reſciſſa dari. Hoc igitur ordine re
cte coniungi cumularíve hæc duo iudicia
poſſe.

Ad §. Item ſi quis.

SVMMARIA.

1 *Actiones quædam tametſi in rem non con-
cipiantur, ſed in perſonam, perſonales tamen
eſſe non ſequitur.*
2 *Paulianæ actione virtus.*
3 *Caſus in actione pauliana.*
4 *Creditorum fraudatorum damno potius cõ
ſulitur, quàm accipientis lucro: non ſic in hæ
reditatibus legatis fideicom. &c.*
5 *Patronus poteſt liberti alienata reuocare.*
6 *Fraus in quibus dignoſcatur.*
7 *Actiones quando inſtaurentur*
8 *Creditores qui & quales ſint.*
9 *Reuocatio ceſſat, vbi non eſt fraus.*
10 *Creditoribus hipothecarijs non licet poſſeſ-
ſorem rei obligatæ conuenire, priuſquàm
principalis debitor inueniatur non ſoluen-
do.*
11 *Res cum fructibus perceptis, vel qui perci
pi poſſunt, reſtituenda eſt his qui decepti
ſunt.*
12 *Fructus veniunt in fauiana caluiſianáque
actione.*
13 *Reuocantur ea quæ in fraudem fiſci facta
ſunt.*
14 *Alienatio non valet poſt delictum cõmiſ-
ſum. 21. 26.*

Viſum eſt ergo de actionibus in
rem, per quas rem ipſam vendi
camus, quæ aut noſtra eſt, aut
ita habetur ac ſi noſtra eſſet. De
iis nunc dicere incipiamus, per quas res no
1 bis obligatas perſequimur, † quæ tametſi
in rem non concipiantur, ſed in perſonam
quæ poſsidet, vt rem reſtituat nam neque
dicimus rem noſtram eſſe, non ideò tamẽ
perſonales eſſe ſequitur, licet interdum e-
tiam in perſonã dicantur, l. pe. ff. ſi quid in
fraud. pat. Harum nanque actionum cau-
ſa obligatio quidem eſt, ſed rei ipſius non
perſonæ: neque quæritur an perſona obli-
gata ſit, ſed an rem poſsideat: in quo ſanè à
perſonalibus differunt, quæ omnino perſo-
næ obligationem deſiderant. Nimirum i-
gitur ſi inter reales actiones has referamus
quæ cum perſonalibus tamen iudicijs id
commune habent quòd ad hæredes tran-
ſeãt, & tàm hæredi quàm in hæredem dan
tur. l. ait Prætor. §. hæc actio. ff. quæ infrà.
2 cred. † Inter has actiones prima eſt ea, quã
ab authore Paulianam dicimus, in qua id
agit Prætor, vt perinde ſint omnia atque
ſi nihil eſſet alienatum, l. videamus. ij. ff. de
vſuris. & l. j. ff. quæ in fraud. cred. Vtque an-
teà vſucapionem iam completam reſcin-
dit, ita hic alienationem quoque euertit.
ſummo iure alioqui permanentem, & va-
lidam. Idque ex bono & æquo, omnium-
que vſu vtili. Ne ſi aliter libera & non ne-
ceſſaria ſit debitoribus ingratis rei creditæ
ſolutio, nulla fides inter homines ſalua ma
neat. Quoniam igitur alienatio in fraudẽ
creditorum à debitore facta ſummo iure
permanebat, neceſſariò viſum fuit credito
ribus actionem dare, quia alienationẽ hāc
reſcinderẽt, l. j. §. j. ff. de iis quæ in frau. cre.
3 Sed iã ad actionis vſ⁹ exẽplũ trãſeam⁹. † Ti
tius quũ multis credito. obnoxi⁹ eſſet, & ſci
ret ſe ſoluẽdo nõ eſſe, l. ſi qs cũ habe. illo ti.
aliquid

aliquid rerum ſuarum in fraudem atque
perniciem creditorum alienauit,& tradidit
Creditoribus ſanè ex ſententia Præſidis,in
bona Titij miſsis,bonis ſic poſſeſsis diſtra-
ctis & excuſsis,l.j.C.j.lo.titu. & l.penulti.
(vt inde appareat an re vera fraudati ſint
creditores) eiſdem permittitur aduerſus
poſſeſſorem reſciſſa demum traditione ex-
periri , & eam rem petere non aliter , ac ſi
alianata non eſſet,& poſſeſſori tradita, ob
idque in bonis debitoris manſiſſet,liberta-
te tamen ei à quo petitur relicta ſi oblata
pecunia creditoribus ſatisfacere maluerit.
Nam habenti rem pignori quæ ante à pi-
gnori obligata eſſet, id conceditur,l.Pau-
lus.§.qui pignoris.ff.quibus modis.pig.vel
hip.ſol.Igitur ante omnia alienationem in
fraudem creditorum à debitore factam eſ-
ſe oportere conſtat,vt & fraudare voluerit
& euentum fraus habuerit, l.ait Prætor.§.
j.ff.de iis quæ in fraud.Neque ſufficit in do
lo fuiſſe debitorem,niſi & is qui rem acce-
dit,conſcius particépſque fraudis fuerit, ſi
alienatio accipienti lucratiua non fuerit,
l.ait Prætor.§. quod ait Prætor.eod. vt in
omnibus contractibus dicendum eſt , in
quibus is qui accipit viciſſim dare aliquid,
aut facere tenetur. Cæterum ſi lucratiua
fuerit accipienti alienatio , nempe quæ ex
mera libertate procedit, vt donatio,debi-
toris alienantis dolus ſufficiet quantumuis
bona fides in accipiente fuerit:in quem ea-
tenus dabitur actio, quatenus locupletior
factus eſt.l.quòd autem.§.in his tamen eo.
4 †Æquiùs etenim viſum fuit fraudatorũ cre
ditorum damno conſuli,quàm accipientis
lucro in hæreditatibus tamen legatis,fidei-
commiſsis,& cauſſa mortis donationibus,
quæ etiam ex liberalitate procedunt , ſi in
fraudem quouiſmodo factæ comperiantur
nullæ * prorſus ſunt quum non aliter,niſi
ære alieno deducto debeantur,l.ſi.§.fin.ve-
rò. C.de iur.delib. Attamen id cauſſa pa-
troni ; ſi quid in eius fraudem geſtum eſſe
dicetur in omnem caſum ſolum alienãtis
dolum intuebimur, l. j. §.dolum.ff.ſi quid
5 in fraudem. pa. † poteritque patronus e-
tiam liberti hæres alienati reuocare, l.ij.ſi
in fraud. patro.C. Et meritò quoniam ei
qui bona fide emit precium rei acceptæ à
patrono reſtituitur,ſi non rem emptá ma-
gis quàm precium bonę fidei emptor iuſto
prætio habere malit,l.v.§.ſi quis.ff.ſi quid
in fraud.patro.Creditores verò qui aliena-
tionem reſcindunt nihil præſtant,l.ſi debi-
6 tor , eum ſeq. ff. quæ in fraud. † Cæterùm
conſilium fraudis eo præſertim depræhen-
ditur,ſi debitor creditores ſe habere , & ex
non ſoluendo ſe eſſe ſciebat,quum aliena-
ret,l.ſi quis quum heberet.ff. quæ in fraud.
cre.ſi alicui conſanguinitate,affinitate,vel
amicitia non mediocri coniuncto res ſuas
alienauerit,l.data.C.de dona.vel ſi aliena-
tione bonorum facta , ea nihilominùs de-
bitor poſsidere deprehendatur.Accur.in l.
ſicut.§.ſuperuacuam.ff.quibus modis.pig.
vel hi.aut etiam ſi clandeſtinè contractum
fuerit,ſolennitásve in contractu deſiderata

* Quoties nullum aliquid eſſe dicemus (vt ſępius dicturi ſumus) meminiſſe oportet reſcriptio nos ſemper vt, vt nullũ ita quodcũque fuerit declaretur, aut appellatione, ſi ſententia ut, quæ nulla dicatur.

minimè interuenerit, l. vlti. de rip. nup. ff.
Item.ſi res magni precij vili precio diſtra-
cta fuerit Bar.in l.ſi pupilli.§.vlti.ff.de au
to.tut.aut deniq; ſi vniuerſa bona ſua alie-
nauerit.l.omnes.§. lucius.ff.quæ in fraud.
cre. Alienationem verò intelligimus ſiue
rem ſuam tradiderit,ſiue debitum remiſe-
7 rit.† Nam hac actione non ſolùm domi-
nia reuocantur, verumetiam actiones in-
ſtaurantur,l.hac in factum illo tit. Siue e-
tiã vltro pignori dederit:l.quòd autem §.
apud eodẽ.imò etſi nemini tradiderit, ſed
pro derelicto habuerit : vt quis eam ſuam
faceret.l.ſed etſi eodem.Et generaliter ſi a-
liquid fecerit,vt habere deſinat quod ha-
bet, non ſi tantùm egerit ne acquireret,à
8 l.quòd autẽ eodem. † Planè creditores ac-
cipiemus omnes quibus ex quacũque cau-
ſa debetur,ſiue purè,ſiue in diem, ſiue ſub
conditione,l.creditor.& l.creditores.ff.de
ver.ſig ita tamen vt ſi à conditione pẽdeat
debitum ab eius etiam euentu vis aliena-
tionis in fraudem factæ pendeat,l.ſi quum
fideicommiſſa.§.ſi ſub.ff.quib. & à qui.vt
& retrotrahi poſsit cõditio,l.potior §.qui
balneũ.ff.qui potior.in pig. Neque ſolum
de creditoribus ante alienationem factis
intelligenda erunt quæ diximus:ſed & de
iis quos poſteà fecerit debitor, vt & frau-
dati videantur,& agere poſsint, ſi initum
fraudandorum eorũ conſilium fuiſſe con-
ſtet : veluti ſi confeſtim alienatione fa-
cta , iniquus debitor per dolum æs alie-
num contrahat , creditoremque ignarum
9 decipiat. † Alioqni ſi de fraudis conſi-
ſilio minimè appareat ,ceſſabit reuocatio:
vt ſi debitor bona fide iis ſatisfecerit,quo
rum fraudandorum cauſſa iam alienaue-
rat,poſteàque alios ſimpliciter creditores
ſortius ſit , non facilè exiſtimabimus ali-
quid fraudis meditatũ eum eſſe,vt de prio
ri alienatione quæri poſsint.Niſi certè ver
ſuram fecerit debitor, & priores credito-
res poſteriorum pecuniã dimiſerit, Nam
illud ſaltem poſterioribus dabitur , vt in
ius & locum priorum ſuccedãt, l.ait Præ-
tor. §.ita demum.ff.de iis quæ in frau.cred.
& ita reuocationi locus ſit, Verùm non ali
ter reuocationi locus eſſe poteſt,niſi bonis
debitoris prius poſſeſsis,venditis & excuſ-
ſis,* l. ait prætor. §. ſi quis particeps eod.
Generaliter enim anteà creditoribus inte-
grum non eſt alienationem reſcindere,
10 † Nam nec creditoribus hipothecariis rei
obligatæ poſſeſſorem cõuenire licet,priuſ-
quàm principalem decitorem excuſſerit,
vt is anteà nõ ſoluẽdo inueniatur, l.auth.
hoc ſi debitor. C.de pignor Monendi ta-
men erunt creditores,ne ſi reuocatione v-
ti malint , bona hæredis debitoris potius
eligant.horum namque ſemel fidẽ ſequu-
ti conſilium poſteà mutari non poſſunt, l.
ait Prætor. §.ſanè.ff.de iis quę in fraudem.
Porrò à die excuſsionis , venditioniſque
bonorum , intra annum vtilem judicium
hoc cõpetit,l.ait Prætor. §. annus eodem.
& poſt annum etiam de eo quod ad eum
peruenit aduerſus quem actio mouetur,
qiua

* De excuſſione, quomodo moribus noſtris heri debeat vide Guido pape q.432.

quia iniquum putauit Prætor in lucro ma
nere eum qui ſenſit lucrum ex fraude. Id-
circo extorquendum ei lucrum putauit, d.
l. ait Prætor. §. vlt. Interdum quoque quia
de reuocanda actione in fraudem remiſſa
agi poteſt reſtitutionem intra id tempus
poſtulari poſſe, quod obligationi ſupere-
rat dicẽdum eſt, non vtique intra annum,
11 d.l. ait Prætor. §. ſi conditionalis. † Cæte-
rùm res per hanc actionem cum ſua cauſa
reſtituenda erit, & fructus nõ tantùm qui
percepti ſunt, ſed & qui percipi potuerunt
veniunt, inſummáque fieri debet ex hac a-
actione reſtitutio in priſtinum ſtatum, ſiue
res fuerint, ſiue obligationes, d.l. ait prætor.
12 §. per hanc. † Simili modo veniunt & fru-
ctus in Fauiana Caluiſiánáque actione, per
quam ea quæ in fraudem patroni alienata
ſunt reuocantur, hoc eſt, quando debita &
legitima portio patrono non remanet. In
qua eadem ferè omnia intelligenda ſunt,
quæ de Pauliana actione anteà docuimus,
13 l. j. ff. de iis quæ in fraud. pat. † Eodem quo-
que modo reuocantur ea, non ſolum quæ
per donationem, ſed & alio quocũque mo-
do in fraudem fiſci alienata ſunt, l. in frau
dem. ff. de iur. fiſ. vt de eo dicere poſſumus,
qui repetundarum crimen, maieſtatis, l. ex
iudiciorum. ff. de accu. peculatus, l. vl. ff. ad
l. Iul. pecu. vel hæreſeos, l. iiij. C. de hæret.
aliúdue ſimile commiſit, vide gloſ. in d.l. ex
iudiciorum. quia ex eo quod quis crimen
eiuſmodi contraxit, bonorum alienatio ei
vetita eſt, d.l. ex iudiciorum. Si quidem ex
eo tempore propter facinoris ſui cogita-
tionem & conſcientiam, de pœna ſua cer-
tus eſſe potuit, l. quæſitum, ff. qui & à qui-
bus. Idem de vectigalium commiſsis di-
cendum erit. Nam quod commiſſum eſt,
ſtatim deſinit eſſe eius qui crimen com-
miſit, dominiúmque rei vectigali quæritur
l. commiſſa. ff. de publi. tametſi ex victus
cauſa aliáve neceſſaria, alienatio minimè
prohibeatur, ne alioqui plerique innocen-
tum neceſſariò ſumptu egeant, l. eo. ff. de
14 ſolutio. & l. alienationes. ff. fam. ercíſ. † At-
que adeò id verum eſt, in fraudẽ fiſci poſt
delictum commiſſum, alienationem non
valere: vt & ſi facta ea fuerit ante crimen
etiam contractum, dum ſcelus cogitaret
quod bonorum adminiſtationem adimit,
adhuc tamen reuocetur, ſi id dilucidis pro-
bationibus fuerit approbatum, l. ſed. & ſi
maritus. in fi. ff. qui & à quib. vel ſi aliena-
tio clàm aut propinquis, aut vniuerſa bo-
norũ omniũ, vel ſub cõditione. ſi bona pu-
blicẽtur facta eſſe oſtẽdatur. l. vlt. ff. de ſtip.
ſer. & illic Bar. aut aliis modis quibus iam
ante fraudis cõſiliũ deprehẽdi docuimus.
Verũtamen in reatu conſtitutis bonorum
ſuorũ adminiſtrationem alioquin genera-
liter conceſſam eſſe ambigẽdum non eſt, l.
aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fiſ. ſi in ea cau-
ſa res quæ alienatur non fuerit, vt reuoca-
ri poſteà non poſsit, veluti manumiſsio, l.
qui penè. ff. de manumiſsio. Cæterùm mor-
tis cauſa donatio. id inter donationes om
nes peculiare obtinet, vt ſemper indiſcri-
minatim tanquàm imperfecta reuocetur,
ſi is qui donauit, capitis pœna affectus po-
ſteà fuerit, l. aliquis. ff. de mor. cauſa dona.

Ad §. Item Seruiana.

SVMMARIA.

1 Seruiana actio vel quaſi Seruiana ſunt prætoriæ, & vnde habeant originem.

2 Actionis Seruianæ beneficium magis apparet in rebus ab inquilino inuectis.

3 Inuecta & illata quid ſignificent.

4 Actio quaſi Seruiana quid.

5 Actionem quaſi Seruianam poſſeſſor nullus ſummouere poterit, niſi in duobus caſibus, & eſt indiuidua.

6 Actione quicquid perſequimur, in bonis noſtris eſſe exiſtimatur.

7 Pignus & hipotheca (quantùm ad actionem quaſi Seruianam) confunduntur.

8 Pignoris & hypothecæ ſignificatio, & vnde dicantur.

9 Hipothecaria actio per abuſionem tám ad res mobiles, quã immobiles extenditur.

10 Hipothecaria actione aduerſus hypothecæ poſſeſſorem annui redditus reliquiæ perſequi poſſunt.

11 Prætor actiones in perſonam habet ex ſua iuriſdictione.

12 Pecuniæ appellatione quid comprehẽditur.

INter has prætereà actiones qui-
bus res nobis obligatas perſequi-
1 mur. † eſt & Seruiana actio à Ser-
uio Prætore dicta, & quaſi Seruia
na, quæ etiam hipothecaria vocatur, quæ
& ipſæ ex Prætoris iuriſdictione ſubſtan-
tiam capiunt. Nam de pignore iure hono-
rario ex pacto naſcitur actio, l. ſi tibi decẽ.
§. de pignore. ff. de pact. Seruiana quidem
actione experimur quæ interdum pro hi-
pothecaria etiam. l. j. §. cùm prædium. l. ſi
ſuperatus. l. ſi ab eo. ff. de pignor ſumitur)
pro rebus coloni in fundum illatis vel in-
ductis, quæ pignoris iure pro mercede fun
di nobis tenentur: & quas hoc nomine co-
lonus pignori futuras pepigit, § interdictũ
quoque. in. de interd. Nempe (vt in rem ve
luti præſentem veniamus ſi fundum à me
conduxiſti, & colonus mihi ita factus ſis
aureos centum. in ſingulos annos merce-
dis nomine mihi præſtaturus, vel etiam ſi
partiarius colonus effectus ſis, damno &
lucro fructuum communi inter nos futu-
ro, l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. in meũ-
que fundum res tuas complures poſteà in-
duxeris, veluti equos boues, aratra, ligones,
& ſeruos, cõuentúmque ſit: vt eæ mihi mer
cedis nomine obligarẽtur, ſi poſteà in præ
ſtãda mercede ceſſaueris, poſſeſsionéque re
rum iniectarũ excidero, hac actione à quo
uis poſſeſſore rerũ earum poſſeſsionẽ auo-
care poſſum, vt nõ niſi penſione ſoluta pi-
gnus diſſoluatur, l. ſi quùm vẽditor. ff. de e-
uict. Eſt autem petitorium hoc iudicium
Seruianum: tametſi poſſeſsionem nudam
auocet

auocet,d.l.ſi quum venditor.Nam confir-
mato pignoris nexu firmius quoddam poſ
ſidendi ius ſimul tribuit; quod aliter tolli
non poſsit; niſi perſoluta mercede debita)
locatorique permittit penſionis nomine
inuecta & illata præcludere: atque etiam
in tutiorem locum transferre,l.hæc eſt dif
ferentia.ff.in quib.cau.pig. quòd in omni
alia pignoris cauſa circa cõuentionem vel
præſidis iuſſum non licet,l.vi que.ff.de dã.
infec.Cæterùm per Saluianum interdictũ
(de quo ſuo poſteà loco acturi ſumus poſ
ſeſsionem quidem rerum coloni nobis o-
bligatarum adipiſcimur,ſed ſimplicem ſi-
ne alio iure,pro quo ad Seruianum iudi-
cium deſcendendum erit, l.vlti.ff de Sal-
2 uia interd. † Planè Seruianæ eius actionis
beneficium magis apparet in rebus ab in-
quilino inductis(inquilinum enim eum di
cimus,qui vrbani prædij conductor eſt, co
lonum qui ruſtici)l.re pignoris.ff.de acqu,
poſ,quoniam ea quæ in vrbanis habitatio-
nibus locatis inuecta vel illata ſunt.pigno-
ri locatori eſſe cenſentur,& ſi nihil nomi-
natim conuenerit ,l. item quia de pact.ff.
Sed in prædiis ruſticis contra,l.eo iure .ff,
in quib,cau pign.& non aliter quàm ſi vo-
luntate dominorum illata ſunt,hoc eſt,ex-
preſsa pignoris conuentione nominatim
*inita,l.certi iuris,C.loca.Neque id mirũ,
quùm & ſi obligatio generalis rerum iniet
poſita fuiſſet, non ea tamen continerentur
quæ ſpecialiter veriſimile eſt quemque o-
bligaturum non fuiſſe , l.obligatione.ff.de
pignor.huiuſmodi ſunt æqui,boues,aratra,
ligones,aut ſi quid aliud ſit,quod ad agro-
rum operam ruſticam pertineat, l.auth.a-
griculrores.C.quæ res pignor.oblig. quo-
rum libero vſu coloni ſemper opus hãbẽt
Reipublicæque interſit inſtrumentorum
ruſticorum vſum temere non impediri, l.
executores.illo titul. Nimirum ergo ſi ne-
que tacita hypotheca in his locum habeat,
& pacto expreſſo opus ſit. Fructus tamen
qui in prædiis naſcuntur,& collecti extãt;
quoniam non eiuſdem naturæ eſſe intelli-
guntur.pignori domino fundi locati ſunt,
etiam ſi id nominatim cõuentum non ſit:
l.in prædiis.ff.in quib.cau.pigno.licet præ
dia ex fructuum prætio empta in eandem
cauſam non veniant,l quàmuis. C.in qui.
3 cau,pig. †Inuecta porrò & illata intelligi-
mus omnia quæ inducta ſunt,vt ibi ſint,d.
l in prædiis,non temporis cauſa accommo
data,l.debitor ff.de pig. neque ſolùm pro
pẽſionibus.ſed & ſi deteriorem habitatio-
nem fecerit culpa ſua inquilinus pignori
ſunt,l.ij.ff.in quib.cau pign.Siue ſit inqui-
linus is qui à domino conduxit , ſiue alius
ſecundus qui à primo conduxit,l.ſolutum.
§.ſolutam.ff de pig.act. quòd non æquè ſit
in eo qui à colono conduxit.cùm in vtro-
que tam colono quàm qui ab eo conduxit
nominatim agi debeat, præterquàm in fru
ctibus,qui ſemper in cauſam pignoris ma-
neni,perinde ac ſi eos primus colonus per-
cepiſſet,l.ſi in lege.§.ſi colonus.ff. loc. E-
numerò res illatas imprimis eſſe neceſſa-

* Scien-
tiam domi
norum hic
ſufficere in
terpretã o-
mnium ſi-
xa eſt opi-
nio.Verũ in
hæc quã ſe-
quimur eu
iuriſconſul
torum ſen-
tentia eſſe
viſa eſt.

rium eſt quas pignori futuras pepigimus,
quàmuis ſola conuentio ſufficiat , ſi eas
deinde alij colonus nominatim non obli-
gauerit, Nam alioqui ſi eas antequàm in-
ducat alij hypotechæ nomine obligauerit,
& poſteà induxerit potior erit qui ſpecia-
liter purè accepit,quia non ex conuentio-
ne priori obligãntur,ſed ex eo quòd indu-
ctæ res ſunt , quòd poſterius factum eſt.
l.potior.§.ſi colonus.ff . qui potior in pig.
4 hab. † Actio verò quaſi Seruiana eſt , qua
creditores hipothecarij quocunque pigno
ris veri iure nitantur, pignora hipothecãſ-
ne à quouis poſſeſſore, ſiue qui dolo poſ-
ſidere deſiit perſequuntur,qui niſi vel ſol-
uat,aut rem reſtituat, vel ſaltem reſtitutu-
rum ſe caueat(ſi fortè reſtituere velit nec
poſsit,quia res abeſt & longe eſt)tanti con-
demnandus erit quanti actor in litem iu-
rauerit,ſicut in cæteris in rem actionibus,
l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff. de pignor.
Nam & pignoris perſecutio in rem eſt , l.e.
pignoris.illo tit. & ad quemcunque quo-
uiſque modo res pignori ſemel addita eat
ſemper ſuum onere ſuo trãſit. l.ſi debitor.
C.de diſtr.pig.ſiue expreſſa,ſiue tacita hy-
5 potheca fuerit . † Neque hanc actionem
poſſeſſor vllus ſommouere poterit,niſi qui
à priore creditore prioris ſui iure venden-
te emerit l.j.C.ſi antiq cred. vel ab hærede
qui beneficio inuentarij vſus eſt, l.vl.C.de
iur.delib.Indiuiduaque etiam manet actio
quæ nec pro hæreditariis portionibus , vt
perſonalis ſcinditur. Vnde & ſi rei obliga-
tæ pars alienata fuerit cum ſolido onere
transfertur , quùm in poteſtate debitoris
minimè ſit ius hipothecæ , aut diſtrahere,
aut diuidere.l.j & ij.C.ſi vnus ex plur. vi-
de Guid.pap.q. 432. Cæterùm ei qui pi-
gnus perſequitur,ſi quidem aduerſùs poſ-
ſidentem debitorem agat, vel eius hæredẽ.
l cùm hæres.ff.de diui & tem præſ.rem pi-
gnori datam fuiſſe probare ſufficiet, & ad
uerſùs debitorem excipientem ſe non fuiſ-
ſe dominum doli obſtabit exceptio, quòd
rem alienam dederit pignori, l.ſi rem alie-
nam.ff de pigno. Niſi ſinè generalis hipo-
theca bonorum fuiſſet,quia in eum eaſdem
rectè dicere poterit,rem , de qua ſpeciali-
ter quæritur , vt alienam comprehenſam
non fuiſſe,l.ij C.vbi in rem act.Sed ſi ad-
uerſus quemcunque aliũ rei obligatæ poſ-
ſeſſorem agatur,præter conuentionem pi-
gnoris non vitioſam interceſſam,l.cum vi
tioſè.ff.de pignor. probandum etiam erit
rem in bonis eo tempore quo pignus con-
trahebatur,illius qui pignori dedit fuiſſe,l.
ſi ſuperatus.& l.& quæ nondum.§.j illo ti.
ſi id poſſeſſor neget:in bonis autem noſtris
connumerantur , non ſolùm quæ dominij
noſtri ſunt,ſed & ſi quæ bona fide à nobis
6 poſsidentur.† Atque adeò , ſi quid in ac-
tione,petitione,perſequutione ve ſit in bo-
nis noſtris eſſe exiſtimabitur,l. bonorum
de verb.ſignifi ff. Verumtamen ſi tertius
hic rei obligatæ poſſeſſor cauſam à debi-
tore , ſaltem lucratiuæ acquiſitionis ha-
buerit , & ea nitatur , ſicque defendat,
aduerſus

aduerſus non domini debitoris exceptionem à ſe propoſitã, doli mali replicationem pati eoim debere ex perſooa eius, in cuius lotum ſuccesſit æquiùs, l. apud Celſum. §. ſi quis autem ex cauſa. ff de dol. except. Vbi verò poſſeſſori rem in bonis eius fuiſſet creditor oſtenderit, eandem retinere amplios nõ poterit iure etiam antiquioris hipothecæ, ſi quod forſan allegauerit habere ſe à debitore quẽ negauit dominum, ſed ante omnia propter improbum mendacium, rei poſſeſsionem in actorem tráſferret: vt deinde (ſi volet) agat. auth. item poſſeſſor. C. de pign. * Porrò pignoris hipothecæque appellatione, promiſcuè ſæpius hîc abutimur, alterúmque pro altero
7 ſubinde dicimus. † Idque ideò quoniam inter pignus & hipothecam (quantùm ad actionem quidem hipothecariam attinet) nihil intereſt, & de quacunque re inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata. vtraque hac appellatione continetur: ſempérque vtiliter hac actione experimur, ſiue debitor eorum nomine quæ mutuo ſumpſit pignori res ſuas dederit, ſiue hipothecæ obligauerit: modò tamen ex eis rebus non ſint quæ pignori obligari vetantur, vt quæ extra commercium noſtrũ ſuot, l. j. §. eam rem. ff. quæ res
8 pign. ob. † Solus enim nominis ſonus inter pignus & hipothecam differentiam facit, prior nempe vox latina eſt, poſterior græca quæ in idem redeunt, ὑποθήκη namque idem Græcè ſonat, quod pignus ſiue ſuppoſito, à verbo ὑποτίθημι ſignificans idem quòd pignori oppono. Differentiam tamen in hoc poſteà vſus fecit, quòd licèt ὑποθήκη appellatione, tàm res mobiles, qui ſoli compræhendantur: propriè tamen non aliter hipothecam latinè ſumimus, quàm cùm non tranſit rei obligatæ ad creditorem poſſeſsio, réſque ſiue nuda conuentione tenetur. Adeò vt eis etiam, cui prius res obligata fuerit, is cui ea anteà tradita eſt præferatur. Pignus verò propriè dicimus quod ad creditorem tráſit, l. ſi rem alienam. §. j. de pign. acti. ff. à pugno appellatum, quia res quæ pignori dantur manu traduntur, ideòque in rebus mobilibus conſiſtuot, l. plebs §. pignus. ff. de verbo. ſignif. Proinde inter pigoeratitiam hipothecariámque actionem, non parua eſt differentia, illa ſiquidem pecunia exoluta debitori datur, vt pignus recipiat, l. ſi rẽ alienam. §. omnis. ff. de pign. actio. creditorique ſi qoid in pignus neceſſariò impéderit, l. ſi neceſſarias. ff. illo tit. hac verò creditor pignus perſequitur, vt donec ei fuerit perſolutum id teneat, illa re contrahitur, §. vlt. ſuprà quib. mo. re contrah. ob. bonæ fidei eſt, & perſonalis, ſempérque triginta annis durat, l. ſicut. C. de præſcr xxx. vel xl. anno. Hæc ex conuentione naſcitur, l. ſi tibi x §. de pignore. ff. de pac. quibuſcunque verbis idoneis inita, malæ fidei eſt, realis, & varium tempus habet, l. cum notiſsimi. C. de præſc. xxx. vel xl. Nã ſi extraneus ſit qui rem tibi impigneratam ex iuſta cauſa decem annis inter præſentes viginti verò annis inter abſentes poſſederit, exinde tutus erit: Sin autem ex cauſa non iuſta triginta annis rẽ habuerit, ſecurus eſt præſcriptionis beneficio, & creditor debitorem conueniat oportet. Debitor autem, eiuſdémque hæres, aut alter creditor, longiori tempore fulciatur neceſſarium eſt, quadraginta ſi quidem iugi annorum intercapedine præſcriptionem aduerſus creditorẽ ſibi cõparabit, l. j. & ij. C. ſi aduer. cr.
9 & d. l. cũ notiſsi. & illic interpretes. † Hæc deniq; igitur hipothecaria actio quãtũ ad naturã illius pertinet, tàm ad res mobiles * quàm immobiles per abuſionem extenditur, & tàm aduerſus debitorem, quàm eius hæredem res pignori nexas poſsidentem datur, aut contra rerum obligatarum poſſeſſorem quémque. In prioribus ſpeciebus in perſonam, & in rem agi poteſt, vt debitor vel hæres ſoluat, aut pigneratis rebus cedat, l. j. & ij. C. ſi vnus ex pluribus vide Guido. pap. q. 438. atque ita vtriuſque actionis cumulatio promiſſa eſt. In poſteriori verò ſpecie, id tantùm petitur vt res creditoris hipothecæ ſuppoſita prouũcietur, & niſi debitum ſoluere maluerit eorum dominium in poſſeſſorem transferat,
50 d. l. ij. Si vnus ex pluribus. † Proinde ſæpius hipothecaria actione aduerſus hipothecæ poſſeſſorem annui redditus reliquias perſequimur. * Sed qui bis ſimul actionibus, aut vna harum, vel aduerſus vnum, vel aduerſus plures vult experiri, conſultè faciet ſi proteſtetur aliis reis ſe acceptum laturum, quòd ab vno alterius actionis opem fuerit conſequutus, eóque nomine lite ſe deſtitutum, l. iij §. vlt. ff. de duobus reis. * Reſtat nunc, vt de actionibus in perſo-
51 nam dicamus, † quas Prætor ex ſua iuriſdictione propoſitas habet. Nam non ſolùm in rem verumetiam in perſonam quaſdam eum introduxiſſe anteà dictum eſt: veluti de actione pecuniæ conſtitutæ dicere poſſumus, quæ ciuilis non eſt, ſed honoraria, cui olim erat ſimilis actio receptitia, niſi quòd ea latiùs pateret: quoniam pro quacunque re quam præſtaturum ſe quis recepiſſet promiſiſſétve, & quæ in ſtipulationem deduci poteſt competebat. Hæc verò de conſtituta pecunia actio, non niſi ad ea quæ pondere, numero, menſuráve conſiſtunt proponebatur. Sed hodie noſtra conſtitutione ſublata eſt ea actio receptitia: & quicqoid pleniùs habebat id in actione pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt, vt quod tàm latè ad res quaſuis patebat id hodie actio de pecunia cõſtituta, aduerſus quẽlibet cõſtituẽtẽ, & pro quacũque re de-
52 bita habeat, l. ij. C. de cõſti. pec. † Pecuniæ enim appellatio, nõ ſolũ pecuniã numeratã ſed omnes res tã ſoli quã mobiles, & tã corpora quã iura cõplectitur, d. l. ij. & l. pecuniæ nõie. ff. de ver. ſig. Propoſuit & Prætor actionem de peculio contra patrem vel dñm de iis rebus, quæ cũ filiusfa. aut ſeruis cõtractæ fuerit, inuenit & actionẽ in factũ, ex qua ſolùm quęritur, an actor iurauerit, necnon complures, aliàs de quibus ſigillatim dicere incipiamus.

* Ea mendacij pœna exolevit quemadmodum & pœna. l. vlt. ... ff. de rei vẽd. huic ſimilis.

* Hodie hic mos apud nos inualuit, vt pro reb. mobilibus hæc actio minimè competat pignoráq. mobilia ſi apud alium quã debitorem ſint, ea perſequi non liceat. Boher. in tit. de cõſuc. hip. §. j.

* Eo iure est Franciſci regis conſtitutio, quæ pro his quæ chirographo agnita fuerint, actio hipothecaria competit, quemadmodum nullo ad ſecto fuerit bonorum hipotheca. Ita ſi debitor chirographum non agnouerit verum à creditore fuerit teſtibus comprobatum, hipotheca à die inficiationis (ut æ retrotrahi ... locus erit.

* De pignoratione immobiliũ & mobiliũ, eorumque actione. Ita conteruer ... inter pignoratorem & eos qui intercesſerunt, quo pacto examinetur. De quo pignorum actione, & aduerſ. hãc reſtitutione. Vide elegantiſſimè per Imbertum Rupel. inſtitutionum ſuarum Forenſium libr. i.

Ad. §.

Ad.§. de conſtituta.

SVMMARIA.

1 *Fidem fallere grauiſsimum cum quacũque perſona de conſtituta agitur.*
2 *Conſtitutum fieri poteſt, quando quis aliquem pro ſe ſoluturum conſtituit.*
3 *Conſtituere ſe ſoluturum, aut ſe ſatisfacturum differunt.*
4 *Res pro re ſolui poteſt aliquando?*

COnſtitutæ igitur pecuniæ actio
(vt ad eam redeamus) aduerſus
quemlibet conſtituentem locum
habet, ſiue pro ſeipſo, ſiue pro alio ſolutu-
rum ſe conſtituerit. Conſtituta enim ex
1 cõſenſu facta cuſtodiri iuſsit Prætor,† gra-
uiſsimum eſſe exiſtimans fidem fallere, l.j.
in prin.ff.de conſti.pecu. quæcunque per-
ſona ſit quæ conſtituat, ad contrahendum
idonea, ſiue vir ſit, ſiue fœmina qui conſti-
tuerint, d.l.j §.j. Nam & mulieres de con-
ſtituta tenetur, ſi non pro alio conſtitue-
rint, quando eis quoquo modo pro aliis in
tercedere ſenatuſconſulto Velleiano veti-
tum ſit. Pro ſe conſtitui ſic poteſt. Aureos
quingentos Titio debebas, is quùm te in
iudicio conueniſſet, vt præſentem exactio
nem effugeres, calendis Martiis ſoluturum
te conſtitui, & ita dimiſſus es: Elapſo tem-
pore ſi non ſolueris, conſtitutæ pecuniæ
actio in te dabitur. Atque ita nouam ac-
tionem conſtitutum adiicit, quæ & valida
erit & perpetua, etiam ſi prior obligatio in
firmior erat, vt quia natura tantùm debi-
tum eſſet, l.j.§.vlt.illo titu. aut etiam tem-
poralis, vt veteri ſublata actione noua re-
maneat. Nam debitum tunc fuiſſe ſufficit
cùm conſtituebatur, licet nũc non ſit, quo-
niam retrorſum ſe hæc actio refert, l.item
illa.§.quod adiicitur illo tit. Eodem quo-
que modo pro alio fit conſtitutum, ſi pro
alio qui tibi centum fortè deberet ſolutu-
rum ſe Titius non per errorem conſtituit,
l.vlt.eod. Adeò vt per hoc conſtitutũ duos
ſimul debitores nulla nouatione facta na-
ctus ſis. Et donec fuerit ſolidum perſolu-
tum, manet obligatio, l.ſi quis eodem. Nõ
niſi tamen principali debitore anteà ex-
cuſſo aduerſus pecuniæ conſtitutæ reum
inſtar fideiuſſoris agi poterit, auth. vt cred.
2 primum agre.princ.deb.† Poteſt & ſic fie-
ri conſtitutum, vt alium pro ſe ſoluturum
quis conſtituat. Quanquam & ille alius ſi
nolit de conſtituto minimè teneatur, non
aliter, ac ſi alium pro te fideiuſſorem con-
ſtituas, l.qui autem.§.j ff.de conſtitu.pecu.
Quod ſi ita dictum eſt, ſatis tibi fiet, & à
me, & ab illo, ſi ille non conſenſerit ſolus
pro rata teneberis, longè aliter, ſi disiun-
ctiuè dixeris ſatis tibi fiet, aut à me, aut ab
illo. Nam illo non conſentiente ſolida in
te manet obligatio. Sin autem imperſona-
liter ſit dictum, ſatisfiet, nihil dictum eſſe
magis eſt, authen. ſi quando. C. de conſtitu.
3 pecu.† Porrò ſcire debemus aliud eſſe con
ſtituere ſe ſoluturum, aut ſe ſatisfacturum.
Nam, qui ſoluturum ſe conſtituit, non ſa-
tiſfacit conſtituto ſi offerat ſatiſdationem;
qui autem ſe ſatisfacturum conſtituit, ſi pi
gnus aut fideiuſſorem dedit, non amplius
tenetur, quùm nihil interſit quemadmo-
dum ſatisfaciat, l.promiſſor ſtichi.§.vlt.ff.
de conſtit.pecu. Ante omnia verò vt con-
ſiſtere poſsit conſtitutum, animaduertendum
eſt debitum aliquo modo anteà eſſe
oportere quod conſtituitur, ſiue ex natura
li & ciuili cauſa obligatio ſit. Veluti ex cau
ſa emptionis, dotis, tutelæ, aliòve ſimili cõ-
tractu. Siue natura tantùm debitum ſit, d.
l.prima.§.vlt.eodem vt in obligationibus
quæ inter patrem & filium, fratréſue ſub
patris poteſtate conſtitutos fiunt dicere
poſſumus, l.frater à fratre.ff. de condi. in-
deb. Siue etiam honoraria actione non ci
uili debeatur, vt quùm pater aut dominus
de peculio tenentur, d.l.j.§.vlt. de conſtit.
pecu. Non verò ſi iure tantùm ciuili obli
gatio ſit, l.iij.§.ſi quis autem illo titu. nem-
pe ſi futuræ numerationis ſpe, id te acce-
piſſe confeſſus fueris, quòd re vera tamen
non accepiſti, quanquàm & huic debito
fideiuſſor accedere poſsit. Nam cuicunque
obligationi fideiuſſorem accedere poſſe, §.
j.inſtit.de fideiuſ.ſuprà. ideò receptum eſt,
l.græcè.§.generaliter.ff. de fideiuſſ. qua fi-
deiubendo nihil firmat aut adiicit, ſed o-
bligationi ſimpliciter accedit, & eiſdem i-
pſis exceptionibus, quibus reus ſeſe defen-
dit nititur, quòd in conſtituto ita non eſt:
illud ſiquidem tàm veterem obligationẽ
confirmat, quàm nouam etiam per ſe ad-
iicit & actionem parit. Ideò talem obliga-
tionem prius deſiderat quæ ſubſiſtere poſ-
ſit. Atque adeò verum eſt debitum anteà
eſſe oportere quòd conſtituitur, vt etiam
nihil agat qui id quod non deberi certò ſit
tamen conſtituit, Ioan.Fab. neque ſorte cũ
vſuris quæ non debebantur conſtituta v-
ſuræ veniunt, l.hactenus §.vltimo.ff.de co-
ſtitu.pecu. Sequitur & conſtitutum natu-
ram conditionis debiti, l.id quod.eodem.
quamuis teneatur is qui citeriore die ſolu-
turum ſe conſtituit, l.prima.§. penultimo.
eodem. aliudque quàm quòd debetur pro
4 debito conſtitui poſsit,† ſicut & res pro re
ſolui poteſt: vt ſi quis centum debens au-
reos frumentum eiuſdem pretij conſtituat,
lege prima.§.eum qui.eodem. Ad hæc etiã
oportet in conſtituente eſſe conſtituendi
animum adeò vt de eo qui inutiliter ſtipu
latus eſt cum vtiliter ſtipulari vellet, &
non ſibi conſtitui: de conſtituta pecunia
experiri non poſſe reſponſum ſit, quia
non animo conſtituentis, ſed promitten-
tis id factum eſſet, lege cum autem.§.ſi ſer-
uum.ff.de ædil.edict. Quoniam ergo de
eo quòd anteà iam debetur conſtitutum
ſemper fit, ſolùm conſtituentis pactum e-
xigit, nulla ſcilicet ſtipulatione interpo-
ſita. Nam alioquì vbi ſtipulatio interpo-
nitur, & ciuilem obligationem habemus,
non eluceſcit honoraria.

Nam alioqui vbi ſtipulatio interponitur,
& ciuilem obligationem habemus, non e-
luceſcit honoraria.

Ad ſ. Actiones.

SVMMARIA.

1 *Actiones de peculio tot ſunt, quot & prin-
cipales oobligationes.*
2 *Actiones de peculio aduerſus quos introdu-
ctæ.*
3 *Peculium quid, & profectitium, & aduen-
tium*
4 *Peculium Caſtrenſe vel quaſi.*
5 *Peculium quando creſcat, decreſcat, & mo-
riatur.*
*Actio de peculio patri & domino non com-
petit. Ib.*
6 *Actio de peculio filiofam. condemnato ad-
uerſus patrem in omnem caſum datur.*
7 *Actione de peculio pater & dominus etiã
ex delicto tenentur.*

SEquũtur & actiones de peculio,
quæ in perſonam à Prætore inuẽ
tæ aduerſùs patrem dominúmve
comparatæ ſunt: de pluribus autem propte
reà loquimur, vt oſtendamus de peculio a-
ctionem non vnius alicuius tantùm gene-
ris eſſe, † verùm tot eſſe actiones de pecu-
1 lio, quot & principales obligationes ſunt,
quibus filiusfamiliàs aut ſeruus obligãtur.
Et inde nonnunquã dicimus actionẽ ædili
tiam de peculio, l. ij. §. cui congruit. ff. de
pecul. mandati quoque, depoſiti, l. depoſiti
illo titu. & tutelæ. l. j. C. quód cum eo. quòd
harum veluti principalium actionũ (qui-
bus adiicitur) conditionem naturámque
ſequatur. Vnde aut temporalis, aut perpe-
tua cenſetur, l. cum poſt quãdo act. de pe-
2 cu. anna. ff. † Aduerſùs igitur patrẽ domi-
númve impuberem etiam, l. iij. §. parui. ff.
de pecul. vel bonæ fidei tantùm poſſeſſo-
rem, l. eo tempore. §. ſeruus alienus eodem.
has de peculio * actiones ideò Prætor in-
troduxit: quoniam licèt ex contractu deli-
ctóque filiorum vel ſeruorum, ipſo iure ei
nihil non teneantur, æquum tamen prætor
arbitratus eſt peculio tonus eos condẽ
nari, quàmuis ſi vltro ſolidum perſoluerint
non repetant, l. ſi is. ff. de cond. in. credito-
réſque à patre conuenti ſolidum debitum
3 cõpenſent, l. ſi cũ filio. ff. de cõpenſa. † Eſt
enim peculium quaſi puſilla pecunia à pe-
core omnis pecuniæ fundamento dictum,
M. Varro, de ruſtic. lib. ij. capit. j. Pli. li. 33.
ca. 4. & ex eo conſiſtit ꝙ parſimonia ſua
quiſque parauerit, vel officio meruerit, à
quolibet ſibi donari. Idqúe veluti puſillũ
propriúmq; ſeruorũ filiorũ qui in poteſta-
te ſunt patrimoniũ, l. peculiũ & ex eo. ff. de
pecul. quãquam in re vera nõ ſit, quãdoqui
dẽ ſola peculij profectitij quod de rebus pa

* Quæ hic de domino & ſeruo cai peculiũ cõceſſum eſt tractãtur, in ter prætes noſtri ad abbates, & monachos, quibus ſacerdotia eõ ceſſa ſunt, aliaar admi niſtratio; et miſſa eſt, transferunt

3 ternis vel dominicis proficiſcitur (de quo
hic tantũ agimus) adminiſtratio filiifami-
liàs ſit, poſſeſsio autẽ & proprietas * patris
ipſius, tãetſi bonis patris publicatis ſepare-
tur hoc peculiũ, & filiofamiliàs tribuatur,
l. iij. §. ſed verũ. ff. de minor. Vide q. ca. Tho
loſa. xx. Peculiũ autẽ aduentitiũ (quod cui
ab auo paterno vel materno aduenit, vel
cognatorũ teſtamento aut aliàs fortè for-
tuna) huius loci non eſt: ex quo pater non
niſi nomine filij (cuius eſt proprietas, pa-
tris verò * vſusfructus) & tanquã admini
ſtrator legitimus conuenitur, l. cũ nõ ſolũ.
4 C. de bo. quæ lib. † Multò minus & caſtrẽ-
ſe peculiũ huc pertinet quod à parentibus
vel cognatis in militia degenti donatũ eſt,
vel ꝙ ipſe filiusfamiliàs aliunde acquiſiuit
quod niſi militaret acquiſiturus nõ fuiſſet,
l. caſtrenſe. ff. de caſtren. pecul. itẽ & quaſi
caſtrẽſe peculiũ quod ex publico munere,
aut functione aliqua, operave etiã ex priua
tis perſonis filiusfamiliàs adſequitur, l. v. C.
de adu. diue. In quibus pro patrefamiliàs
filiusfamiliàs habetur, l. ij. ad ſenat. Ma. ff.
illorũque nomine ipſe conuenitur, l. ex ca-
ſtrẽſi. §. vlt. ff. de caſtr. pecul. Cæterùm ad-
uerſùs patrẽ vel dominũ ſi etiã cũ filio aut
ſeruo cõtrahi prohibuerint, l. ſi quis ſeruũ.
in fin. ff. de pecul. adhuc manet actio, quia
nihilominùs interdum eiſdẽ perſonis pecu
liũ permittunt, tenẽtur: donec id citra frau
dẽ & non improbè ademerint. Nã poſteà
extra omnẽ obligationis nexũ ſecuti ſunt,
l. ſumma. ff. illo tit. Attamẽ creditores cum
filio agere nõ prohibentur, l. & ideò. eodẽ.
Sũma etiã cum ratione hoc in peculiũ præ
tor imputanit quod dolo malo patris aut
domini factum eſt, quominùs in peculio eſ
ſet, aut ſi etiam peculium intrincari in ne-
cem creditorũ paſsi ſunt, d. l. ſumma. Non
ſolùmque id peculium eſt ꝙ ab iis conceſ-
ſum eſt, verùm id quoque quod ignoranti-
bus quidem iis acquiſiũ eſt, & ſi reſciſcent
paſſuri erãt eſſe in peculio, l. nõ ſolùm eo-
dẽ. Naſcitur enim creſcitque, & decreſcit,
atque moritur inſtar hominis peculiũ. Si id
acquiſiuit ſeruus quod dominus neceſſe nõ
habet ei præſtare, id peculium eſt, & naſci-
tur: quia ſi tunicas tantùm aut aliquid ſimi
le quod dominus neceſſe ei habet præſtare
peculium non eſt. † Creſcit, quùm auctum
5 fuerit, decreſcit, quùm res intercidunt, mo
ritur quùm edẽptum ſit, l. peculiũ naſcitur
eodẽ. Hæc verò actio licèt in patrem & do
minum propoſita ſit, eiſdẽ tamen non cõ-
petit: quùm & ſine actione ſuo iure id de
peculio deducere poſſunt, quod tam ipſis
debetur, quàm eis qui in eorum poteſtate,
tutela, aut cura ſunt, quoniam veriſimile
non eſt in peculium id cõceſſum eſſe quod
ſibi debetur, l. peculium autem deducto
eodem. & peculium nihil aliud eſt, quàm
quod ſeruus domini permiſſu ſeparatim
à rationibus dominicis, & traductum ha-
bet: deducto inde ſi quid domino debetur,
l. peculium. j. & ij. ff. de pecu. Nullúmque
priuilegium eſt quod patri, minórve præ-
ponatur, quùm ex perſona filij, aut ſerui

* de peculio clericorum, vide Guido pag. q. 119.

* Ea pars Gallię quæ moribus regitur, eo iure ab vtitur. Sed vadecũ que bona filiis obuenerit, eis pleno iure quęruntur.

conueniuntur,l.ex facto eodem. Proinde
non aliter quam peculio tenus condemna-
ri poſſunt,niſi certè aut iuſſerint, aut in rẽ
verſum ſit quod contractum eſt: vel etiam
tabernæ aut cuiuis negotiationi alij inſtito
res,filium aut ſeruũ præpoſuerint. In qui-
bus caſibus actioni quod iuſſu, de in rem
verſo,& inſtitoriè locus eſt,de quibus ſuo
poſteà luco dicemus. Veruntamen ſi quid
filiuſfamilias aut ſeruo debeatur (quo ver-
bo quantùm ad ſeruum attinet abutimur,
factúmque magis demonſtramus,quam ad
ius ciuile obligationem referamus,l.ſeruus
eodem.) inſolidum patri & domino agere
permittitur,l.ſi cum filiofa.& l.nec ſeruus.
eodem tenetur & filiuſfamilias inſolidum
qui contraxit tantiſper ſaltem dum in po-
teſtate eſt,l.tàm ex contractibus.ff. de iud.
Nam ſui iuris effectus non niſi inquantum
facere poteſt cauſſa cognita ex contractu
anteà inito condẽnatur,l. ij. ff. quod cum eo.
etiam ſi hęres patris ex minima quidẽ par-
te fuerit,l.iij.ff. quòd cũ eo. eorúmq; prius
habenda erit ratio *, qui cum filiofami-
liàs,poſtquàm ſui iuris filius eſt contraxe-
6 rit. † Sanè filiofamiliàs condemnato ad-
uerſùs patrem datur in omnem caſum iu-
ſum iudicati actio de peculio, etiam ſi hu-
iuſmodi actio fuiſſet,vt eius nomine pater
alioqui de peculio condemnationem pati
non deberet,quia in iudicio filiuſfamiliâs
contraxiſſe videtur,ac proinde non origi-
nem iudicij ſpectandam,ſed ipſam iudica-
ti veluti obligationem,l.iij.§.idem ſcribit.
ff.de pecul. Delictum etiam quoties actio-
ne ex contractu concluditur,vt ſi in depo
ſito,vel tutela filiuſfa.malè verſatus ſit,pa-
ter de peculio quatenus tantùm id locuple
tatum eſſet tenetur:l.depoſiti illo tit. inſo-
lidum verò filiuſfa.rectè conuenitur,l. ſed
& ſi ex parte.§.j. ff. quòd cum eo. Tenét-
que de peculio actio,etiam ſi nihil in pecu
lio ſit quum ageretur,ſi modo fuerit rei iu-
dicatæ tempore,l. quæſitum. ff. de pecul.
7 † Quòd ſi poſteaquàm de peculio aduer-
ſùs dominum actum eſſet is ante rem iudi-
catam ſeruum vendiderit, etiam eius pe-
culij nomine quod apud actorem quæſie-
rit damnandus eſt: Nam culpa ſua id acci-
dit,l.ſi poſteaquam.eod.

*Ex eo Pau. de Caſt. eleganter reſpõdit, poſteriorem creditorem qui habenti ſacerdotium mutuam pecuniam, dedit ei qui eãdẽ antequã ſacerdotiũ obtineret pecuniã quoque credidit, in ſacerdotij fructibus præferendã eſſe. Pau. de Caſt in d.l. 1. ff. quòd cum eo.

Ad §. Itẽ ſi quis poſtulante.

SVMMARIA.

1 *Iuſiurandum maximum eſt remedium ex-*
pediendarum litium.
2 *Caſus in delatione iuſiurandi.*
3 *Nulla iuſiurandi eſt licita ratio, quã per Deũ*
verum & non per deos alienos.
4 *Iurare aut ſoluere oportet, atque iurare non*
velle eſt manifeſtæ turpitudinis.
5 *Iuſiurandũ actionẽ & exceptionẽ producit.*
6 *Iuſiurandum in perſonalibus cum cauſſæ*
expreſſione fieri debet, non in realibus.
7 *Iuſiurandi cauſſa poſterior potior eſt: ita vt*
de periuro non quæratur.
8 *Iuſiurandum quod à iudice defertur*
9 *Iuſiurandum in litem, & Iuſiurandum de*
calumnia.
10 *Iuſiurandum conuentionale.*

ITem eſt & actio quæ ex iureiu
rando in factum à Prętore datur,
de qua etiam latiùs diſſerendum
ſuo ordine ſequitur: quæ ita demum locũ
habet,ſi quis aduerſario poſtulante, & iuſ-
iurandum deferente, pecuniam quam ab
eo peteret deberi ſibi, eiue cuius defenſor
aut procurator eſſet, iurauerit,l.nam & po
1 ſteà.§.iuſiurandum.ff.de iureiurand.† Ma-
ximum etenim remedium expediendarum
litium eſſe iuriſiurandi religionem iandu-
dum exiſtimatum eſt,& in vſum venit, vt
& vim trãſactionis,ac ſolutionis obtineat,
l.iuſiurandum enim eodem. * maiorém-
que habeat authoritatem,quàm res iudica
ta.l.j.& ij.ff.illo tit. Quod ſanè, quia ple-
niorem adhuc interpretationem exigit, vt
manifeſtus liqueat,exemplo rem ipſam o-
ſtendemus.† Sempronius cùm à Titio cen
2 tum aureos peteret,iuſiurandum ei Titius
detulit,vel etiam procurator eius, qui aut
vniuerſorum bonorum adminiſtrationem
ſuſtinebat,aut cui idipſum nominatim mã
datum fuerat,vel qui etiam in rem ſuam
procurator eſſet iureiurando delato,l.iuſiu
randum quod ex conuentione eodem.(vt
vel imprimìs neceſſarium eſt,nam alioqui
ſuum deferre iuſiurãdum improbum eſſet.
d.l.iij.eodem.iurauit Sempronius eandem
centum aureorum ſummam quam petebat
ſibi deberi,& id quidem confeſtim delato
iureiurando,ne ſi poſteà ex interuallo iu-
rare paratus ſit nihil huc iuſiurandum pro-
ficiat,quia ex quo delatum eſt, iuratum nõ
eſt,l.non erit.§.vlti.cum l.ſeq.eodem.Et id
quidem ea ſemper furma fieri debet qua
delatũ eſt,ſi nõ illicitum iuſiurandũ impro
batæ religionis delatũ ſit,quod pro eo ha-
beretur,ac ſi res in iuſiurandũ nõ eſſet ad-
miſſa nõ aliter ac propria ſuperſtitione iu-
ratũ eſſet,d.l.nõ erit.†Neque aliã certè iuſ
3 iurandi rationẽ licitã eſſe ſciendũ eſt,quàm
per Deũ verũ.Cæterũ qui per alienos deos
deierat ſuç ipſius defectiõis teſtis eſt,Exod.
c.23.cap.& ſi Chriſtus.de iureiur.extra.Eo
ergo iureiurãdo,delato,ſuſcepto,& præſti-
to ſi necdũ Titius qui detulit ſoluat,Sẽpro-
nius aduerſùs eũ in factum datur actio, l.
actori.C.de iureiur.Idéque dicendũ erit,ſi
iuſiurãdũ minimè præſtitũ ſit,ſed remiſſũ.
Nẽpe ſi quũ iurare paratus eſſet Sẽpronius
gratiã ei Titius fecerit contentus volũtate
ſuſcepti iuriſiurãdi,l.remittit.ff. illo tit. quod
& abſenti ignorãtique remitti poteſt,l.La-
beo ff.eod.Enimuerò eũ à quo iuſiurãdũ pe
titur,ſoluere aut iurare omnino oportet ſi
nõ referre iuſiurãdũ malit,l.iuſiurandũ, &
ad pecunias.§.ait prætor eod.Alioqui ma-
nifeſtæ turpitudinis & cõfeſsionis eſt,nol-
le nec iurare,nec iuſiurandum referre, le-
ge manifeſtè.ff. illo titu. niſi fortè iuſtam
recuſandi iuſiurandi cauſſam habeat is
cui delatum eſt, lege generaliter.C.eodem
Quemad-

* Hic innumeros iuriſiurandi eſſe ſtus congeſſerunt interpretes, quos apud nos abrogatos prorſus eſſe lector monendus eſt: quorũ tamẽ pleriquevia etiã malicis aperirent.

Quemadmodum autem actori de quo hac tenus dictum eſt ex iureiurando à ſe præ-
5 ſtito datur actio,† ita & reo qui iurauit ac commodatur exceptio,ſi poſtulante ex aduerſo actore & iuſiuraodum deferẽte, reus ſe non debere iurauerit,de qua quidem exceptione ſuo poſteà loco pleniùs dicturi ſumus.Et quamuis in perſonalibus iudiciis de quibus exemplum tantùm poſuimus,ex iureiurando exceptio ſola reo propoſita ſit in realibus tamen iudiciis ſi rem de qua quæritur verè ſuam eſſe iurauerit, & non petitoris rem non eſſe tãtùm dixerit (quia ſola tùm competeret exceptio) non modò habebit exceptionem, qua poſſeſsionem ſuam tueri poſsit:ſed & actionem,ſi res forte ab eo poſsideatur qui iuſiurandum detulit,l.nam & poſteà.§.vlti.cum l.ſeq. illo tit.eóue qui in eius locum ſucceſsit,& ſi in rem ſucceſſerit:aduerſus alium verò nihil hac actione vti proderit,quùm alij nocere non debeat quod inter alios actum eſt,l.an eandem.§.actiones.ff.de excep.rei iud.Neque refert quùm de reali iudicio agitur,an is qui rem ſuam eſſe iurauerit,cauſſam expreſſerit,nécne quia facilè ſemper intelligitur generalis cauſſa domini,l. ſi actor.ff. de iureiurand.Vnde non ſolùm in factum actio,ſed & vtilis rei vendicatio competit.
6 † Quod in perſonalibus iudiciis longe diuerſum eſt.In quibus cauſſam cur debeatur,exprimi oportet:niſi ex quæ anteà acta ſunt expreſſam fuiſſe cauſſam conſtet:quũ eà ſemper cauſſa ſatis intelligatur , de qua quæſitum fuit,& ad eam non aliter refertur iuſiurandum,quàm iudicis ſentẽtia ad acta ipſius litis, l.in ſumma. ff. de re iud. Proinde ſi Titius iurauerit aliquid tibi vẽdidiſſe,tam ex empto,quàm in factum agere poterit.veruntamen ſi preciũ nominatim non expreſſerit,ad præcium conſequẽdum rectè Titius tecum aget. Quod & in reliquis perſonalibus actionibus idem dicendũ erit,l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit.ff.de iureiur.Planè per hãc actionẽ nõ illud quæritur an ei qui ea experitur,pecunia debeat: ſed tantũ an iurauerit,quaſi ſatis iureiurãdo
7 probatũ ſit nec erit §. dato eodẽ . † Poſteriorque iuſiurandi cauſſa potior ſemper habetur,adeò vt neque de periurio poſteà quæratur.Diuinam nanque vltionem ſatis habet contempta religio,l.ij.C.illo tit. nẽpe exitium *.Non tamen propterea iis exceptionibus vti prohibemur,quæ iuſiurandi vim & religionem minimè ſubuertunt, veluti ſi quis (vt iam diximus) rem me iã vendidiſſe iurauerit,&rem petat,vt præciũ ſoluat excipere potero, niſi de eo quoque ſoluto nominatim iuratum ſit,l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit.ff.eodem,aut ſi in fraudem creditorum iuſiurandum debitori delatũ ſit, aduerſus iuſiurandi exceptionem doli excepto creditoribus proderit,l.nam poſtea quam.§.ſed & ſi quis eod.vel etiam ſi tirè iuratum non eſſe contendas , & ea forma qua oportuit , eúmve iuraſſe qui non potuit,eo ſaltem deferente qui detulit:veluti furioſo,prodigo,aut pupillo , alióque

T.de action.

* Plectitur tamen periurium pontificum decretis atque etiam ciuili in re, Quod quomodò intelligendum ſit,vide in cano. quicunque 6.q.1.& l.vl tim. de crimi. ſtel. ff. Guido papæ.q. 17. & in l. ſi quis maior C.de tranſact.

ſimili , cui rerum adminiſtrandarum ius non eſt,l.tutor.§.j. & l.iuſiurandum quod ex conuentione eodem: quàmuis earum perſonarum iuſiurandum aduerſus , omni modo cuſtodiri debeat,qui contentus eo fuit quùm deferret,l.qui iuraſſe.ff.eo.vel poſtremò etiam ſi in ea cauſſa eſſet,in qua iurari
8 non poſsit.† Eſt & aliud quoddam iuriſiurandi genus ad cauſſæ agnitionem ſpectãs quod non aduerſarius defert , ſed à iudice ſupplendæ probationis gratia defertur * l.admonendi eod.idque ab eo cuius interest,ſi negocij conditio poſtulet, ante litis concluſionem poſtulandum eſt,Fran. Curtius in d.l.admonendi.Poſt quod exactum nonnunquam permittitur ex integro cauſſam agere,l.cum & iudices. C. de iureiur. prop.calum.* Idque iuſiurandũ aliquan-
9 do in purgationem defertur. † Iuſiurandum etiam in litem eſt,per quod lis ex affectione iurantis æſtimatur,& in arbitrio iudicis eſt.Item & iuſiurandum , quod de calumnia * appellatur,quo actor reúſque nihil calũniãdi animo ſeſe in cauſſa facturos pollicẽtur.† Aliúdq; ꝙ adfuturorũ cõ-
10 firmationem ex partium cõuentione * interponitur,l. ſacrata puberum.C.ſi ad ceſ. de quibus quia hic non agimus ad reliqua tranſeamus.

* Hodie iudex ad certiorem tantùm delibe rationẽ hoc iuſiurandũ interponit, & non in ſe ſupplenda probationis ſupplementum adhibetur, Nec quomodò deferatur videret nec iudex ſi ſtigantiũ alterum abes ſe interpoſito iureiurã du examinandum ſe per quoſcũ controuerſiæ capitulis.
* Huius iuſiurandi loco conſtitutionibus noſtris anteà erat introductũ, quodam ſi inſtitiaſſet conſtituti erat vt libellum nudum facti narratio nem continentẽ pars altera aſſeret, quem à calũnia vacare affirmaret, altera itidem ſacramento interpoſito per ſingula capitula reſponderet , an ea vera crederet néc ne. Quæ poſteà ſo ſenula Franciſci conſtitutione abrogata eſt ; & huius loco permiſſum eſt partium vtrique à iudice petere , vt ſuper capitulis vltro citróque propoſitis aduerſarius interrogaretur : grauiſsima mulcta ei impoſita , quem calũniæ cauſſa factum propoſuiſſe, aut improbè negaſſe conſtiterit.
* In omnibus hodie propẽ reſcriptis , quibus contractuum reſciſſionẽ impetramus , hæc ferẽ ſemper adijci ſolet clauſula , vt reſtitutionem impetrans ab idoneo pontifice iuriſiurandi religione abſoluatur , neque eam rem aduerſarius vocetur , ſed ſine cauſſæ cognitione ſacramenta hæc ſub epiſcopo vel archiepiſcopo indiſcriminati remittuntur , eoque iure vtimur, Vide Guido pap. 140.

Ad §. pœnales.

SVMMARIA.

1 *Actionis pœnalis exemplum.*
2 *Corrumpens album vel chartam torquetur in corpore ſi pauper eſt.*
Corruptores edictorum plectuntur pœna falſi.ibid.
3 *Inſolidum tenentur omnes,ſi plures corruperint, vel ſubſtulerint.*
4 *Fures non tenentur inſolidum ſi ſint in familia eadem.*
5 *Actio datur inſolidum in eos qui deiecerũt vel effuderunt.*
6 *Actionis pœnalis aliud exemplum. In perſona liberti & patroni.*
7 *Filius emancipatus diem dicere patri prohibetur,ſine præcatione veniæ.*
8 *Qui in ius non vocentur ſine permiſſu prætoris.*
9 *Patronus quomodò accipiatur.*
10 *Parentis interpretatio.*
11 *Parentes & patroni interdum ſine venia in ius à filio & liberto vocari poſſunt.*

12 Pœnalis actionis tertium exemplum.
13 Exemplum ſecundum in tertio exemplo.
14 Sapientis eſt non temerè credere.
15 Pœnales actiones ſunt prope innumeræ.

* Hic monēdi ſumus pœnas oēs hoc iure introductas, de quibus poſteà dictū ei iuſtus antiquatas eſſe. Haud quaquā tamē propter negligēdas, quoniam & ſi iis minimè vti præſcriptę ſunt, ... iudicis tamen religionem in pœnis aſtruendi decernendis (quæ plerāque arbitrariæ ſunt) in gerimus ...

SVnt & pœnales * actiones, quas etiam prætor magoo in numero introduxit, quibus pœnam ſolam ab eo cui nihil adeſt, petimus tametſi nihil
1 nobis quoque abſit, † veluti de eo primo loco exemplum erit, qui aliquid ex albo Prætoris corrupiſſet, in quo (nimirum in tabula quadá gipſata & dealbata) Prætorum edicta pro roſtris publicè proponere moris olim fuit, vt ſcirent ciues quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet. Edicti Prætorij verba ſunt hæc: Si quis id quod in iuriſdictionis perpetuæ cauſſa, non ꝙ prout res incidit, in albo, vel in charta, vel in alia materia propoſitum erit, dolo malo corruperit: in eum quinquaginta aureorũ iu-
2 dicium, quod populare eſt dabo. † Verùm in eos qui inopia laborant, corpus torquēdum erit, l. ſi quis id quod. de iuriſd. om. iud. ff. Sed & qui edicta propoſita dolo malo corruperint, falſi pœna plectuntur, l. iij. ff. ad l. Corn. de falſ. Atque etiam lege Iulia peculatus, ſi quid in tabulis publicis depictis deleuerit, vel induxerit. l. qui tabulam. ff. ad l. Iul. pecul. modò id quod palàm expoſitum eſt, ad vſum publicũ & perpetuũ propoſitum ſit. Nam ſi quid temporarium & priuatum fuiſſet, vt de aliquo in ius uocando, aut aliquid ejuſmodi, prout res incidit, ceſſaret hæc actio, d. l. ſi quid id quod. quamuis neque id quidem impunitum mā ſurum ſit, ſed pro perſonæ delictique qualitate pœna extra ordinem à judice ſtatui
3 oportebit. † Si plures ſint qui corruperint, ſuſtulerint, vel horum alterum fieri mandauerint, omnes inſolidum tenentur, eadē l. ſi quid id quod. adeò vt non ſufficiat vnum eorum pœna, l. adeò illo tit. luere, dominùſque pro ſingulis ſeruis ſuæ familię quę album corrupit, inſolidum teneatur, quoniam plura ſunt facta, & quiſque aliquid conferens ad album corrumpendũ, Prætoris maieſtatem læſerit. Quod in dàmno iniuria dato aut conuicio alicui facto idem eſt, l. ſi plures. ff. de iniur. in quibus ſingulorum propriũ eſt maleficium, quia tantò maior eſt iniuria, quantò amplioribus admiſſa tórque ſunt injuriæ, quot & perſonæ facientiũ, l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. j. ff. ſi
4 fam. furt. fec. dicat. † Verùm in furto aliud eſt, quum non in ſingulos familiæ ſeruos quę furtum cõmiſit, pœnæ perſequutio detur: ſed id præſtare ſufficit, quod præſtandũ foret, ſi id vnus liber feciſſet, ne ex delicto tota familia dominus careat: d. l. ſi plures. de iniur. Idque ideò tam variè in furto conſtitutum eſt, quoniam quum id à pluribus cõmiſſum eſt, nihil magis nocet, quā ſi ab vno cõmiſſum eſſet. Idémque in omnibus reliquis ex delicto pœnalibus actionibus eandem cauſſam habentibus, in quibus quoties corpus aut familia deliquit, ſinguli inſolidum minimè teneutur, l. item Mela. §. ſi ſeruum plures. ff. ad l. Aquil. Si tamen nõ tàm ex delicto quàm quaſi ex de- 1
licto pœnæ petitio ſit, vt ſi plures in eodē cœnaculo habitent, vnde aliquid deiectũ
5 aut effuſum eſt. † In quemuis actio datur, & quidem inſolidum: quoniam impoſsibile eſt ſcire quis deiecerit vel effuderit, Sed hoc ita vt ſi quũ vno actũ fuerit, cęteri liberentur. Reatus etenim omnium inhabitantium ab alieno facto originem ſumpſit, l. iij. cum l. ſeq. ff. de iis qui de. vel. effud. Porrò quoties pœnæ petitio cum rei perſecutione mixta eſt, & vt intereſſe petitur, quādo ſcilicèt actori abeſt, reo tñ nihil adeſt, aut contra quàmuis ex plurium delicto eodem tempore commiſſo ſinguli inſolidum teneantur, perceptio tñ ab vno alterum liberat, quum nihil amplius actoris intereſt, l. j. §. ſi plures. ff. de eo per quem. fac. & l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clá.
6 † Item aliud eſt pœnalis actionis exemplũ in libertum, qui patronum in ius vocaſſet quum id non impetraſſet. Conſtat enim inter dominum & ſeruum nullum regulariter conſiſtere poſsit iudiciũ, * ſed inter patronum & libertum ſæpe incidere poteſt cõtrouerſia: ita tamen vt interim ſem-
7 per ratio reuerētiæ habeatur. † Simili modo à Prætore vetitum eſt emancipato filio patri diem dicere ſine precatione veniæ. * Nā quātũ ad filiũfamiliàs attinet, lis nulla cum eo & patre eſſe poteſt, niſi ex caſtrenſi peculio, l. lis nulla. ff. de iu. aduentitióque, ſi id pater perdat & diſsipet, l. j. C. de bon. mat. Enimuerò qui emancipat, videtur facultatem contra ſe experiundi concedere intereà tamē pietatis ratione minimè poſt
8 poſita. † edicti Prætorij de ea re verba ſunt hæc parentem, patronum liberos, parentéſque, patroni patronémque, in ius ſine permiſſu meo ne quis vocet, l. iiij. ff. de in ius vo. Plauè in eum qui aduerſùs ea fecerit, quinquaginta aureorum ex hoc edicto Prætoris iudicium proponitur: quòd nec hæredi, nec in hæredem, nec vltra annũ datur, l. penul. eodem. Libertus autē ſi hanc pœnam præſtare non poterit, quaſi inofficioſus litigator caſtigatur, l. vlt. eod. Neuter verò, ſiue filius, ſiue libertus, prætextu ruſticitatis aut imperitiæ (vt in ſuperiori iudicio) excuſabitur, quàm vel ſolus ipſe interior naturæ mentiſque inſtinctus, eos tam in officio continere debuerit, quàm etiam debitæ parētibus vel patronis, & pietatis, & reuerentiæ ſatis admonere, l. venia. C. illo tit. Edicto enim pietas illa naturalis cauſſam dedit, qua quiſque parentes ſuos, & eos qui parentũ loco ſunt, proſequi de-
9 bet. † Patronũ hîc accipimus, qui ex ſeruitute manumiſit, vel colluſione detexit, vel ſi quis præiudicio pronuncietur, libertus eſſe, qui alioqui non fuit: aut ſi quis iurauerit libertum ſuum eſſet, l. adoptiuũ. §. pronun. eodem. quíve ex cauſa fideicommiſ. manumiſit, l. lis quoque. eodem. vel ſi quis hac lege emerit, vt manumittat, & ex conſtitutione diui Marci ad libertatem peruenerit

* De monacho aduerſus abbatē idem receptum eſt de quo pleniſsimè habes per Panor. conſil. 88. in priori parte.
* Moribus noſtris ... impetratione nō ... mor. cōſiſtit que inter patrē & filiū hodie in quacunque cauſſa iudicium, nulla patrię poteſtatis ratione habita quo ad iudicia. Vide Guido pap. 464. & 410.

10 peruenerit, l. ſed & ſi, eodem. † Parentem verò non ſolum vſque ad tritauum, ſed & quemcunque ex aſcendentibus in infinitū intelligimus: l. iiij, eod. quū neque parentū gradus Prætor enumerauerit, l. j. §. j. ff. de leg. præſtād. idque honeſtius ſit, d. l. iiij. etiā ſi naturalis tantùm pater ſit (vna, eſt enim in omnibus parentibus ſeruanda, l. parentes, illo. tit. reuerentia,) aut adoptiuus, idque iure magis poteſtatis quā præcepto Prætoris, l. adoptiuum, eod. Quæ certè perſonæ à liberto filioue ſine permiſſo Prætoris in ius vocari nō poſſunt, qui haud dubiè permiſſurus erit, ſi famoſa actio non ſit, & quæ pu-

11 dorē nō ſuggillet, quauis interdū ex cauſa famoſa permittere debeat, vt ſi libertum patronus grauiſsima iniuria affecerit, vel flagellis forte ceciderit, l. ſed & ſi, §. prætor ait eod. aut alioqui durius * habuerit, auth. ad hoc, C. de Latin. lib. tol. licèt attamen caſtigatio patrono vtique permiſſa eſt, l. Prætor dixit, §. prætor ait ff. de iniur. Propterea autem filius libertusue minimè excuſabitur, quòd patrē patronū in ius ſine venia procuratorio nomine vocauerit, quum ſi quid ei imputes qui officium hoc voluntarium ſuſceperit, l. filiusfamilias, §. inuitus ff. de procur. quod nō æque in eo dicendū eſt, qui ſemel factus tutor quū adminiſtrationem tutellæ ſubterfugere, nō poſſet neceſsitate officij ad id cogitur, l. j. quæ ſitē ff. de in ius voc. Patroni tamen vel parentes, vt tutores nomine alieno ſine venia in ius vocandi non erunt, l. ſed & ſi, §. vlt.

12 illo tit. † Poſſumus & tertio loco pœnalis in factum actionis exemplum adducere de eo qui vi exemerit eum qui in ius vocaretur, aut dolo fecit quo magis vi eximeretur qua quidem actione non id continetur quod in veritate eſt, ſed quanti ea res eſt ab actore æſtimata de qua controuerſia eſt. Quod ſi plures vi exemerint, in ſingulos dabitur actio, & nihilominus manet, qui exemptus eſt obligatus, l. pen. §. j. & ij. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi. Vnde pœnale eſſe hoc iudicium conſtat, edicto nempe de ea re à Prætore propoſito, vt pœnarum formidine eos compeſceret, quibus iudiciorum ordo contemptui eſſe ſolet, quique in ius vocatos vi eripiunt, l. j. illo tit. quorū exceptione factum eſt, quo minus quis in iudicio produceretur, quoniā alioqui ſi nihilominus productus eſſet pœna ceſſat, l. pen. eodē. aut ſi perſona quę in ius vocari non potuit exempta ſit: veluti parens, patronus, cęteræque perſonæ, l. j. eod. Nā ſi vterque contra edictum faciat, & libertus qui patronū in ius vocat, & is qui patronū vi eximit, * deteriore tamē loco libertus eſt, qui in ſimili delicto petitoris partes ſuſtinet, l. ij. eod. Idē erit in eo qui aliò quā debuerat in ius vocatus eſt, vel cui ius eſt ibi nō conueniri, aut etiam ſi is in ius vocatus ſit, cum quo iudicium eſſe nō poteſt, l. ſed eximendi. §. item eodem. Verum ſi quis eum qui per calumniam vocabatur exemerit, tenebitur, quia vocari potuit, & ad iudicem de

13 calūnia poſteà cognoſcere pertinet. † Eſt

& aliud edictū de eo per quem factum eſt quominus quis iudicio ſiſtat, quod etſi ab eo de quo iam locuti ſumus differre non videatur, inter vtrunque tamē non parū intereſt. Nam in priore vi opus eſt, hic dolus ſufficit, etiam ſi nulla vis acceſſerit, d. l. j. §. ſi plures. Vt ſi quis venienti ad iudiciū triſte aliquid pronunciauerit, propter quod ad iudicium non veniſſet; licèt quidam putent ſibi eum imputare debere qui tā credulus fuit; † (Sapientiæ enim nerui ſunt,

14 non temerè credere.) Verumtamen quum credulitas ipſa error ſit magis quā culpa, & quidē in optimi cuiuſque mente facilè irrepat aliud obtinuit, d. l. j. Item ſi plures dolo fecerit, quominus quis iudicio ſiſtat, & vnus pœnam præſtiterit cæteri liberantur, quum nihil interſit, d. l. j. § ſi plures. in iis verò qui vi eximerint aliud omnino diximus. Propterea non minus ipſi reo impedito, quàm actori qui in ius vocauerit ſuccurrit edictum de eo per quem factum erit quominus quis iudicio ſiſtat propoſitum. Reo namque aduerſus eum edicentem actorem exceptio, alium verò quàm actorem actio datur, d. l. j. §. ſi ſciens, ſicut ipſi quoque actori aduerſus eū qui dolo fecit quominùs in iudicio reus ſiſtat, eadem competit actio quanti eum ſiſti eiuſdem interſit. At in ſuperiore edicto ſoli actori prouiſum eſt, l. ex hoc eodem. Denique poſterius hoc edictum propriè tantùm locū habet poſt cautionem iudicio ſiſtendi cauſſa propoſitam, illud verò quandocunque exemptio in ius vocati facta ſit. Porrò actionū harū pœnalium exempla hæc hoc loco propoſ-

15 ſuiſſe ſatis erit, † ne ſi cæteras omnes pœnales actiones quæ propè innumeræ ſunt perſequamur, immenſum ſit, de quibus etiam paulò poſt dicturi ſumus.

Ad §. Præiudiciales.

SVMMARIA.

1. Præiudiciales actiones Prætoriæ ſunt. præiudicia quid ſignificent. ibid.
2. Actiones præiudiciales re vera magis ſunt perſonales, quàm reales.
3. Præiudicialis actio eſt, quærere in iudicio an aliquis liber ſit an ſeruus.
4. Præiudicialis actio in ingenuo & liberto eſſe oſtenditur, & in cæteris perſonis.
5. Præiudicio locus eſt, cū quæritur, an vxor ſit, quæ peperit.
6. Præiudicio locus eſt, cum quæritur, an vxor ſit, quæ peperit.
7. Mater certior eſt de partu, quàm pater.

1 Poſtremùm † illud de Prætoriis actionibus adiiciendum eſt, quod ex his adhuc ſupereſſe quæ præiudiciales appellantur. Sunt enim præiudicia res ſeu cauſſæ quæ ſemel ſtatutæ & anteà iudicatæ ſequenti poſteà negotio certam formam, aut ſunt præſtaturæ, aut diffinitionem allaturæ, Proinde tàm agendo

* De patronis hodie aduerſus clientes, vide ampliſsimè Guillel. Bene. in cap. Raynutius in verb. ſed dedecit. j.

* De clerico qui à foro ſeculari ap- parentibus eximitur, vi de Guido pa pæ. q. 71.

quàm excipiendo ſi quid tale incidat quod
vel anteà iudicatum præſens negotium di-
rimat. vel quod prius iudicandum ſit, red-
dit præiudicium, ita vt quod anteà diffi-
niendum eſſe videtur, nõ ſit cum alia cauſ-
ſæ cognitione miſcendum, l.j. & iij. C. de
ord. cog. & l. ordinata. ff. de lib. can. Et ob
id præiudiciales actiones hoc loco dici-
mus, quibus de quæſtione ſtatus præiudi-
cari petimus. Quæ quàmuis reales quidem
videantur ob id quòd quæſtione de iis ter-
minata, res poſteà petitur & vendicatur,
† re vera tamen perſonales magis ſunt: ve-
2 luti quibus de perſonæ tantùm ſtatu agitur
vt eo præiudicato vendicationi locus ſit:
non aliter atque ad exibendum actio, per
quam re exibita ad vendicationem perue-
nitur. † Inter præiudiciales ergo actiones
3 primo loco ſunt, hæ quibus de liberali cauſ
ſa quæſtio mouetur, an aliquis liber ſit an
ſeruus. Iure enim ciuili atque legitimo cau
tum eſt, vt ex ſeruitute ad quam immerito
protruſus quis eſſet in libertatem ante om
nia proclamare liceret, rurſúſque ex emen
tita libertate in ſeruitutem redigere. Et per
hanc præiudicialem actionem aſſeritur,
deffenditurq́ue præſens * poſſeſsio alterius
conditionis, l. liberalis illo titu. Non ſi ex
fideicommiſ. cauſſa libertas petatur, nam
id aliud eſt perſonales iudicium, quo poteſt
qui ſeruus eſt cum domino agere, vt ab eo
manumittatur, l. vix certis. ff. de iud. Si cui
tamen directa libertas ex teſtamento reli-
cta eſſet, ea quoniam ipſo iure competit,
ſtatim liberali iudicio propugnari poteſt,
l. ſi tibi teſtamento. C. de lib. cauſſa. † Item
4 & ſecundo loco præiudicialis ea eſt actio
qua quæritur an quis ingenuus ſit, vel li-
bertus, ſiue operæ petantur: Aut officiales
quarum proprietas in edentis perſona, &
eius cui eduntur conſiſtit, lege operæ in
rerum, ff. de oper. libr. id eſt, quæ in ſer
ui miniſterio, & ex domini commodo ſunt
in eiúſque perſonam nempe victum, cura-
tionem ocium, quietem, & voluptatem re-
feruntur, l. vt iuris. §. debetur. illo tit. Aut
fabriles vel artificiales, quæ à quocunque
& cuicũque ſolui poſſunt, neque perſonam
domini, ſed opus ipſum tãtùm reſpiciunt,
d. l. operæ in rerum. ſiue obſequium deſide-
tur, vt patrono libertus aſſurgat, ipſum ve
neretur, ſanctam & honeſtam illius perſo-
nam habeat, omniáque ad ſynceram pieta-
tem redigat: l.j. & ij. & l. liberto. ff. de obſeq.
à lib. præſt. ſiue famoſa actio intendatur,
ſiue in ius vocetur qui ſe patronum dicit,
vel etiam ſi vlla cauſſa interueniat, aut ſi li
bertum ſe eſſe quis fateatur, libertum au-
tem Caij Seij ſe neget. Nam ſemper idem
præiudicium datur. Sed actoris partibus
fungitur qui ſe patronum dicit, probaré-
que libertum ſuum neceſſe habet, aut ſi nõ
probet vincitur, l. vlt. ff. ſi lib. ingẽ. eſſe dica.
Eodémque modo quoties operæ quaſi à li-
berto petuntur probationes ab eo qui ſe
5 patronum dicit exiguntur. † Poſtremo præ
iudicialis dicitur actio quando de partu a
gnoſcendo agitur, quod pro eo interdum

* Vaſallum hodie claritas, quã nobilitatẽ dicimus, non ſic hodie præſenti poſſeſſione, quod tel... maiorũ vectigaliumq́ immunitatẽ attinet, defenditur. Sed ſtatim atque ea quis turbatur, niſi ipſam præſenti ideoque ſingulo tueatur, ea decidit donec in ea cauſſa eſſe eum, vt claritati natalium teſtis debeat, ſi fuerit pronunciatum. Quod ſané apud tributorũ & vectigalium ſummos, ſecundarióque iudices, ex a... ſeparos.

partu ſit qui poſt diuortium æditus eſt, &
tum ad ſenatuſconſultum Plantianum id
pertinet, quo mulieri permittitur, parentí-
ue eius in cuius poteſtate eſt, vel cui man-
datum ab eis eſt, ſi putet prægnantem, de-
nunciare poſt dies triginta poſt diuortium
connumerandos ipſi marito, vel parenti,
in cuius poteſtate eſt, aut ad domum denun
ciare ſi nullius eorum copiam habeat ſe
prægnantem eſſe. Contrà quoque marito
permittitur denunciare ex ſe prægnantem
non eſſe, aut cuſtodes mittere. Quod ſi ho-
rum nihil egerit, alere vt ſuum cogendus
erit, non tamen ſuus efficitur, donec iudex
in ea cauſſa eſſe, vt agnoſci debeat pronun
ciauerit, l. prima §. plane. ff. de li. agnoſc. in-
terdum verò de eo partu agnoſcendo agi-
tur qui conſtante matrimonio fuit æditus,
& tum alteri ſenatuſconſulto quòd diui
Adriani temporibus factum eſt locus eſt,
vt etiam de agnoſcendo eo cum patre aga
tur, adeo vt etiam ſi eo ſuperſtite poſt mor
tem patris naſcitur partus in cuius poteſta
tem re caſurus eſt, & ex cuius filio ſuſce-
6 ptus eſſe probetur. † Sed & ſi diſceptetur
an vxor fuerit quæ peperit, locus e-
tiam erit præiudicio, l. ſiue contra. §. j. illo
tit. Planè ſi parens neget filium, ſummatim
ſuper ea re à iudice cognoſcendum erit, l.
ſi quis à liberis. §. ſi vel parens eodem. vt ſi
filium vel parentem eſſe cõſtet, ali ſubeat
licèt verò ali oportere pronunciatum ſit,
ea res tamen veritati præiudicium non fa
ciet, l. ſi iudex. ff. de iis qui ſunt ſui vel alie.
iur. Meminiſſe autem oportebit ſenatuſcõ
ſultum aliud Carbonianum eſſe quo om-
nis quæſtio ad pubertatem vſque differtur
quum impubes eſt filius de quo agitur. In-
terímque tam alimenta quàm bonorum
poſſeſsionem eum conſequi, l.j. ff. de Carb.
edic. Sanè ei qui ſe filium dicit iuſtę conie-
cturæ ſufficient, veluti quòd ex matre le-
gitima, vicinis ſcientibus natus ſit matri-
monio conſtante, & intra tempora legi-
tima. l. filiũ. ff. de iis qui ſunt ſui vel alie.
iur. l. ſi vicinis. C. de nup. Cæterum paren-
tem aliter probare demonſtraréve poſsibi-
7 le non eſt. l. Lucius ff. de cond. & demon.
† Nam non vt mater quæ ſemper certa eſt
ita pater certus eſſe poteſt, quem ſolę nu-
ptiæ demonſtrant, l. quia ſemper. ff. de in
ius voc. Tres igitur præiudiciales actiones
diximus, ex quibus vna ferme illarum legi-
timam & ciuilem cauſſam habet, per quã
quæritur an aliquis liber ſit, ſed & de qui-
buſdam quæ ad eam pertinent. Prętor
etiam edixit, l. certiſsimè. ff. de lib. cauſſa.
Cæteræ verò ex Prætoris ipſius iuriſdi-
ctione ſubſtantiam capiunt.

Ad §. Sic itaque.

SVMMARIA.

1 *Directæ actiones tam in rem, quàm in per-
ſonam.*

2 *Quod noſtrum eſt nobis dari non illud opor-
tet.*

3 *A fure rem noſtram condicere poſſumus.*

4 Comme-

4 *Commodatum vel depoſitum ſi quis neget cō dictionis furtinæ actione conuenitur.*

1 SIc igitur † hactenus diſcretis a-
ctionibus, tam in rem quàm in
perſonam, ſatis manifeſtum feci-
mus, rem omnem aut peti, quæ noſtra qui-
dem pleno iure non eſt, ſed nobis ex aliqua
cauſſa qua perſonam ipſam ad eam dan-
dam vel faciendam vrgemus, debeatur,
aut quàm pleno iure ad nos pertinere aſſe-
rimus (quod niſi liqueat Publicianam ve-
luti in manum dedimus) vt aut tradatur,
aut reſtituatur: nunquam verò vt detur
quandoquidem rem eam cuius dominium
penes nos habemus, ita petere non poſſu-
mus, Si apparet aduerſarium mihi dare o-
2 portere. † quoniam quod noſtrum eſt no-
bis id dari non oportet. Dari enim intelli-
gitur quod ita datur, vt noſtrum eſt fiat ſed
quod noſtrum eſt fieri magis noſtrum nul
lo modo poteſt, neque amplius quam ſe-
mel rem noſtram (quæ noſtram eſſe non
deſiit) l. ſi rem meam. ff. de verb. obli. face-
re poſſumus, l. iij. §. ex pluribus. ff. de acqui.
poſ. quando ita ſit ex vna ſola cauſſa domi
nium contingere poſſe, l. an eandem. §. a-
ctiones. ff. de excep. rei iud. poſteriorémque
cauſſam priori nouum dominium non af-
ferre. Tametſi verum ſit ex pluribus cauſ-
ſis, ſi in idem tempus concurrant rem no-
ſtram tum fieri poſſe, d. §. ex pluribus. vel
etiam infirmius dominium nempe vtile, vt
emphiteuticum, in verius firmiúſque do-
minium nempe vtile, vt emphiteuticum, in
verius firmiúſque dominium poſſe verti,
l. j. & illic Accur. C. de dona. † Planè in
3 cauſſa furti ſingulari quodam iure prodi-
tum eſt, dominum rem ſuam à fure condi-
cere poſſe, l. vlt. in fi. ff. vſufru. quem ad. cu.
Et quemadmodum variis actionibus vti
conceſſum eſt eis quibus fauendum eſſe iu-
re exiſtimatum eſt, ita per cōtrarium quo-
que odio furum ne quando actio deficiat,
aut ipſi effugiant, non vna tantùm actione
vinciendos eſſe viſum eſt quo pluribus, ar-
ctioribúſque actionibus teneantur. Ideó-
que effectum eſt, vt extra pœná dupli aut
quadrupli quàm actione furti perſequimur
rem etiam noſtram ſublatam ſic per condi
ctionem furti à fure petere poſſimus, Si
apparet eum dare oportere. Licèt aduerſus
eundem non deſit in rem actio, per quam
rem quæ noſtra eſt, vt nobis reſtituatur
petere conceditur. l. in rem ff. de rei vend.
Sed plus habet furti condictio quàm ipſa
rei vendicatio, in illa namque quoquo mo-
do res quæ petitur in humanis eſſe deſierit
(ſi rem domino fur. non obtulerit) ſem-
per durat æſtimationis condictio, idque
tempus ſpectatur quo res vnquam pluri-
mi fuit, maximè quàm deteriorem rem fa-
ctam fur dando non liberetur, quia vide-
tur qui inuito domino rem contrectauerit
ſemper in reſtituenda ea quam nec aufer-
re debuit moram facere, l. in re furtiua. &
l. vlti. ff. d. cond. furt. quod in rei vendica-
tione non æquè conſtitutum eſt, l. item ſi
verberatur. §. vlti. cum ll. ſeq. ff. de rei vēd.
4 † Idem etiam ſi quis furtum in re commo-
data & depoſita commiſerit, quãuis in cō-
modati & depoſiti actione vltra culpam &
dolum malum facilè nun teneatur, in om-
nem tamen caſum hac condictione furtiua
tenetur, l. qui furtum. ff. de cond. fur.

Ad §. Appellamus autem.

SVMMARIA.

1 *In rem actiones omnes, appellantur vendi-dicationes.*

2 *In perſonam actiones condictionis verbo vocantur.*

3 *Condicere quid.*

4 *Condictiones por abuſionem appellatæ ſunt actiones in perſonam.*

POrrò ne quis forſan nominum va
rietate fallatur, id vnum poſtre-
1 mo tandē loco ſcire oportet, † ap
pellare nos omnes in rē quidē actiones, vē-
dicationes. Vnde & rē vēdicare non aliter
atque in rē agere dicimus, hoc eſt rē aliquā
vt propriā aſſerere, cōteſtarive, eandémq;
2 petendo veluti ſibi aſſumere. † In peſonam
verò actiones, quibus dare, tradere, reſti-
tuere etiā, aut facere quoquomodo oporte
re intenditur, generali quoque verbo cōdi-
3 ctionis vocamus. † Condicere enim pro-
priè eſt duo rū aut plurium inuicē aliquid
denunciantium, idcirco moris olim fuit,
vt qui litē cū aliquo habiturus eſſet, prius
ei denunciaret, vt hoc aut illo die ad iudi-
cium accipiendum, aut litem proſequendā
addeſſet, ſeque iudicio ſiſteret. † Vnde per
4 abuſionem condictiones poſteà appellatæ
ſunt in perſonam actiones, quæ ex omni
cauſſa, & ex omni obligatione perſonali
cōpetunt, l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. At
tamē nulla hoc tempore aduerſario ſit de-
nunciatio, vt ei denūciare petitor teneatur
l. debitores. C. de pigno. qua die acturus ſit,
quanquàm & humaniùs & ciuiliùs factu-
rus ſit, l. quidā hiberus. ff. de ſer. vrb. præd.
ſi anteà debitorem admoneat atque inter-
pellet, nec niſi omnibus tentatis in forum
deſcendat. Alioqui ſi confeſtim in iudicio
prima ſtatim conuentione ex improuiſo
vocatus debitor bonam fidem cognoſcat,
ſumptus litis durus inciuiliſque creditor
nullos merebitur, Vide Fely. in ca. licet He
ly. decimo.

At §. Sequens illa.

SVMMARIA.

1 *Actionum omnium finis eſt perſecutorius.*

2 *Actiones quedā rei perſequēdæ quædam pœnæ.*

3 *Ceſsione bonorū liberatur qui nō eſt ſoluēdo.*

4 *Condictio mutui, & ex ſtipulatu certi condictio.*

dicto

5 *Commodati actione rem mobilem conſequimur.*

6 *Depoſitum omni tempore peti poteſt.*

7 *Actio depoſiti in hæredem non tantùm pro parte datur, ſed in ſolidum.*

8 *Actio mandati rei eſt perſequutoria.*

9 *Actio eſt aduerſus mandantem vt ſumptus neceſſario factos ſoluat.*

10 *Actio pro ſocio rem perſequitur.*

11 *Socij hæres emolumenti ſocietatis ſucceſſor eſt.*

Actiones ex empto, vendito, locato & conducto rem perſequuntur ibid.

12 *Caſus de depoſito.*

13 *Negans depoſitum in dupli pœnam non condemnatur, ſed mendacij conuictus infamis iudicatur.*

NUnc ergo ad aliam & conſequentem actionum diuiſionem veniendum eſt, poſtquam de præcipua
quæ illarum diuiſione ſatis ſuperque diximus.
1 † Atque quum ſatis conſtet actionũ omnium finem, vt initio dictum eſt perſecutionum eſſe, non ſolùm earum actionum quæ in rem ſunt, quibus res noſtras vendicamus: ſed & quæ in perſonam etiam ſunt, per quas in perſonis id quod nobis debetur perſequimur. Proximus eſt vt actionum ipſarum effectum vſumque propriùs indice-
2 mus. † Sunt igitur quædam actiones rei perſequendæ gratia comparatæ quædã pœnæ perſequendæ, & quædam mixtæ, quibus & rem & pœnam ſimul perſequimur. Quod ſanè diſcrimen non parui eſſe momenti, vel ex eo quòd anteà proximè in tranſcurſu tetigimus conſtat. Pœnalium nempe actionum ſolã nos perſequi ex maleficijs. Quæ præterea pœnales actiones (vt ex conſequentibus apparebit) hæredibus dantur, non in hæredes, niſi quatenùs ad eos peruenit, dolòve aliquid geſſerint, aut niſi lis cũ defuncto fuerit conteſtata: in quibus vnius ſolutio alios eiuſdem pœnæ reos non liberat, l. ſi ſic Mela. §. ſed ſi ſeruũ ff. ad l. Aquil. & corporis ...itur quod inopia præſtari nõ poteſt. l. ſi quis id quod. ff. de iur om. iud. At in actionibus quibus rẽ nudã perſequimur, quod aut noſtrũ eſt, aut nobis debitũ, vel noſtra habere intereſt tantùm non etiã pœnã perſequimur, & tã hæredibus quã in hæredes æquè perpetuò dantur, vniuſque ſolutio alios liberat, l. iij. in fi ff. de duob. reis
3 † quod ſi ſoluendo non ſit qui debeat, bonorum ceſſione liberari poterit, dicetur in §. vlt. Has igitur actiones, vt referre incipiamus: Primo loco ſciendum eſt rei perſequendæ cauſſa comparatas eſſe omnes in rem actiones. Earum quoque actionũ quæ in perſonam ſunt ex quidem quæ ex contractu naſcuntur, ferè omnes ad ſolam rei perſecutionem condemnationem habent

4 † Velum ea qua mutuatam pecuniam petimus, puta conductio mutui, ... primo ſupra quib. mod. re contr. ob ob quæ numeratæ pecuniæ domino competit: quando mutuum id vere fit quod ex meo tuum, l. ij. §. appellata. ff. ſi cert. peta. tametſi dominij quæſtio à debitore referri non poſſit. l. ſi quis conductionis. C. locat. Aut per quam pecuniam in ſtipulationem deductam petimus, vt eſt certi conductio ex ſtipulatu, quia qui certum ſtipulatus eſt, ex ſtipulatu nõ habet actionẽ, ſed illa certi condictionẽ. l. ſi quis certum. ſi cert. petat. quæ ex omni cauſa, & ex omni obligatione competit, ex qua certum petitur. l. certi condictio. ff. ſi
5 cert. pe † Item commodati actio, qua rem mobilem conſequimur, quæ ſine vlla mercede accepta vel conſtituta, ad certum vſum tempúſve expreſſum, aut tacitum (ne alioqui precarium fiat) l. Lucius. ff. de don. data fuit & quæ vſu minimè conſumatur, niſi fortè ad pompam & oſtentationem quis acceperit, l. iij §. vl. ff. commoda. Quod & ſi culpa eius cui commodamus res deterior facta eſt, id quod noſtra intereſt ſimul conſequimur. d. l. ij. §. 4. Vel ex aduerſo eadem actione is cui commodata res eſt aduerſùs eum qui cõmodauit agit, quia intempeſtiuè rei commodatæ vſum auferi, vt ea re ſecundùm id quod conuentum eſt ei vti liceat, l. in cõmodato. §. ſicut. ff. commod aut quia vitioſa vaſa à non ignorante eidem commodata ſunt per quæ infuſum vinum, vel oleum, corruptum, effuſùmve ſit: l. in rebus. §. item qui ſciens. ff. illo titul. vel de impenſis in valetudine ſerui commodati factis. Nam quantùm ad cibariorum impenſas attinet naturali ratione ad eum pertinent qui vtendum accepiſſet. d. l. in rebus. §. poſſunt Aut denique tibi à Mæuio commodata perdita, ſi quum precium eius ſoluiſſes ea ad illum peruenerit, vt quod accepiſti repetares d. l. in cõ-
6 modato. §. vltimo. † Sequitur & depoſiti actio, qua depoſitum repoſcimus, etiã ante tempus quod reſtitutioni præfixum eſt, quum voluntatẽ in eo mutare omni tempore ſit liberum. Quod ſi non aliter quàm nummis acceptis depoſitũ is apud quem erat reddere noluerit, quàmuis ſine mora & incorruptum reddiderit, acceptam tamen pecuniam hac actione reſtituere cogetur l. vlti. ff de poſ. Item & actiones cedere, ſi rem apud ſe depoſitam penes alterum depoſuerit, qui doloſè verſatus ſit. l. ſi is apud quem illo titu. Daturque in hæredem ex dolo defuncti, non tantùm pro ea parte quæ ad eum peruenit, ſed & in ſolidum. Idque ideo quia dolus ex contractu, reique perſequutione deſcendit, l. ſi hominẽ §. datur illo tit. Ex aduerſo ei qui depoſitũ ſuſcepit contrarium depoſiti iudicium proponitur, quo de illius indemnitate agitur, legeei apud quem eodem. impenſarumque & cibariorum ratio habetur. † l. actione eodem. Mandati quoque actio rei 7
perſequutoria eſt, & ad intereſſe eius qui mandauerit, competit adeò vt
quan-

que actio rei perſequutoria eſt, & ad inter-
eſſe eius qui mandauerit competit adeò vt
quamuis nemo geſſerit, ſi nihil interſit ceſ-
ſet. Veluti ſi nihil ex eo deperierit, aut ſi a-
lius idoneè geſſit, lege ſi procuratorem.
§. mandati. ff. manda. In eum autem
proponitur qui mandatum ſuſcepit, ne-
que id impleuit, niſi tempeſtiuè renun-
ciauerit, vt integrum ius mandatori re-
ſeruetur per ſe, vel per alium eandem rem
9 commodè explicandi, l. ſi mandauit. §. vlt.
illo tit. † Per contrarium eodem modo ea-
dem aduerſus mādantem porrigitur actio,
qui mandatum ipſum aut quod æquè valet
impleuit, l. vlti. §. vlt. illo tit. vt ſumptus bo
na fide neceſſariò factos (tametſi negocio
finem adhibere minimè potuerit) hoc iu-
dicio reperat, l. qui mutuam. §. vlt. eod. non
tamen eas impenſas conſequitur, quæ ma-
gis caſibus quàm mādato imputādas ſunt,
vt quia ſpoliatus ſit à latronibus, aut nau-
fragio res amiſerit, l. inter nō omnia. §. eod.
Niſi eiuſmodi mandatum fortè eſſet, vt ea
accidere poſſe, aut mandator crediderit,
aut credibile cum fuerit, Innoc. in ca. ſicut
ij. de iureiur. extra. Ioan. And. in reg. acceſſo
rium. de reg. iur. in vi. Spec. in c. ſpecialia,
de iud. Bart. in l. ſi ſeruus communis. ff. de
fur. quod multo æquius viſum eſt, ne alicui
officium ſuum quòd eius cum quo contra-
xit, non ſui cōmodi cauſſa ſuſcepit, damno
ſum fiat. Maximè ſi id minimè damni paſ-
ſurus erat ſi mandatum non ſuſcepiſſet, l.
ſi ſeruus cōmunis. ff. de fur. In his porrò tri
bus poſterioribus actionibus tam directa
quàm contraria inuenitur actio, quàmuis
& mandati iudicium ab vna tantùm parte
dari poſſit, ſi is qui mandatū ſuſcepit man-
datum egreſſus fuerit, quoniam ſoli māda-
tori iudicium hoc tùm competit, l. poteſt
10 ff. mand. S† imili modo & rei perſecutionē
habet actio pro ſocio, quia per ipſam ma-
nente ſocietate variis modis ad communi-
candum l. j. ij. & iij. ff. pro ſoc. agitur, ſecun
dùm quòd ſocietas honeſtè contracta eſſe
dicetur, l. quod ex furto, illo tit. & ad præ-
ſtandum id quòd alter ex ſociis in rem ſo-
cietatis fecerit, impedieritve, l. ſociū. §. vl.
& l. ſeq. & l. adeò in fi. eo. nō ſi quid in alea
aut adulterio perdiderit, d. l. adeò eodem.
Finita verò ſocietate vt in vniuerſum dam
ni, & lucri inter ſocios ratio habeatur, l. tā-
diu. C. illo tit. Quod & ſi ceſſantium ſocio-
rum portiones inſulæ reſtituerit: aut ſortē
cum vſuris diui Marci conſtitutione intra
quatuor menſes poſtquàm opus refectum
erit conſequi poterit, aut deinceps propriā
rem habere, l. ſi fratres. §. idem reſpondit. ff.
eodem & l. vt proponis. C. de edif. priua. ni
ſi non quaſi ſocius, ſed vt loci totius do-
minium potius vſurparet id feciſſe eum
conſtiterit. Nam tùm id omne quod ab eo
extructum eſſet ſolo cederet, l. ſi is contra
quem. C. de edif. priua. In eam denique per
ſonam actio hæc dirigitur, quæ in contra-
henda ſocietate ſpectata eſt, l. vlti. ff. pro
11 ſoc. † & ſocij hæredem, qui licet ſocius nō
ſit, ſocietatis attamen emolumenti ſucceſ-
ſor eſt, l. verum. §. in hæredem eod. In eo-
dem quoque numero ſunt & actiones ex
empto & vendito, locato & conducto, qui-
bus nempe duabus prioribus tam ad rei
emptæ traditionem, quàm ad rei venditæ
pretium, & poſterioribus ad rei locatæ
mercedem, quàm vt re locata fuerit licet
agi poſſe perfectiùs poſteà indicabimus.
Quoniam verò in depoſito ſolùm rei per-
ſequutionem verſari diximus, id ita intel-
ligendum eſſe ſciendum eſt, niſi depoſiti eo
nomine agatur, quod tumultus, incendij,
ruinæ, & naufragij cauſſa depoſitum ſit.
12 † Nam ſi in publico tumultu, incendióue
dum omnia præpoſterè publicè priuatím-
que adminiſtrari ſolent, quum imminens
periculum ſolemnes actus non admittat,
aut cùm ruina aut naufragium timetur,
dum omnia perturbata ſunt, res ſuas alicui
ſubitò concrediderit, & is à quo poſteà eaſ
dem repoſceret perfidioſè inficiatus ſit,
(quia ſi bonam fidem agnoſcit illico re-
ſtituere iubetur) l. penul. C. de poſ. aduer-
ſus eum in duplum iudicium datur, hære-
démue eius ſi dolum commiſerit, l. ij. ff. illo
tit. & merito propter fortuitam miſerabi-
lémque depoſitionis cauſſam ex neceſſita-
te deſcendentem, non ex voluntate profi-
ciſcentem. Neque enim tempus, neque lo-
cus ſuperfuiſſe intelligitur quo res ſuas co-
gitatius & circunſpectius deponeret, ſed
conturbatus & territus rerum ſuarum cu-
ſtodem obuiam quémque eligere maluit,
quàm eas omnibus expoſitas prædæ relin-
quere. Enimuerò quum quis nulla præ-
mentæ neceſſitate, ſed ex animi iudicio fi-
dem alterius elegit, neque depoſitum red-
ditur, contentus eſſe debet ſimplo: quo-
niam facilitati ſuæ imputare debet, qui
non diligentiorem coquiſiuit, cui depoſi-
tum demandaret. Verùm quum exigente
neceſſitate deponitur, inficiantis creſcit
perfidiæ crimen, quod non ſine ratione ſe-
ueriùs publica vtilitate coercetur, d. l. ij.
Fítque in hac ſpecie mixta depoſiti actio,
quando per eam non ſolùm rem, ſed & pœ
nam perſequi ſit liberum. Præter eas verò
neceſſarias & improuiſas deponendi cauſ-
ſas non habet inficiatio depoſiti dupli pœ
13 nam, † ſed mendacij conuictum comit-
tatur infamia. quantumquidem ad a-
ctionem directam pertinet, lege qui
depoſitum. C. depoſ. Nam contrario iudi-
cio damnatus infamis non efficitur, ídque
ideò quoniam in contrariis iudiciis haud-
quaquā de perfidia agitur, ſed de calculo,
vt inde appareat quid imputādum veniat.
Hæ porrò actiones omnes quas hîc enu-
merauimus, tanquam rei perſequendæ tan
tùm gratia comparatas, non ideò pœnales
exiſtimandæ erunt, quod interdum vel ar-
bitrariæ fiant, vel in his de pœna conuen-
tum fortè ſit. in priori namque caſu præ-
ter vim naturámque actionis id omnino
eſt, in vtroque verò non tam legitima pœ-
na de qua hîc ſolùm loquimur, quàm aut
arbitraria propter aduerſarij pertinaca-
ciam, §. præterea in eo. aut conuentionalis
inueni-

inuenitur. Ceterùm hęc pœna quæ ex conuentione petitur cum reipſa minimè peti poteſt, l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. niſi nominatim promiſſa eſſe taro nihilominus maneote pacto, l. pen. ff. de tranſ. vel niſi quùm pœna fuerit promiſsiooi adiecta iuſiurãdi religio, l. ſi quis maior de trãſ. C.

Ad §. Ex maleficiis.

SVMMARIA.

1 *Actiones ex maleficio, quis propter & pœnam perſequuntur mixtæ ſunt.*

2 *Furtum manifeſtum ſeuerius eſt puniendũ, ſed tamen fures tantum pœna pecuniaria plectuntur.*

3 *Vi bonorum raptorum actio mixta.*

4 *Actio legis aquiliæ mixta eſt.*

5 *Actio teſtamenti contra heredes curatores: legatarios mixta eſt.*

6 *Heres qui pias cauſſas peragendas per annum non curauit, omni ſucceſsionis emolumento mulctatur.*

1 POenæ verò perſequẽdæ gratia introductę ſunt actiones quę ex maleficio naſcuntur, † quæ & interdum tam rei quàm pœnæ perſecutionem cootinent, & ideò mixtę dicuntur. Pœnam tantũ perſequimur actione furti, quia aut dupli pœnam petimos ſi furtum oon manifeſtum ſit, aut quadrupli etiam ſi manifeſtum eſſe dicetur, quod au-
2 dacius facious eſt, † quia palàm factum: idcirco ſeueriùs plectendum. Pœnam tamen aliam quam pecuniariam aduerſùs fures ius ciuile nou introduxit: neque oos quoque pro furto mori quenquam, aut cuiquã membrum abſcindi voluimus, ſed aliter tantùm caſtigari permiſimus * auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. Quantum verò ad rei furto ſublatæ perſecutiooem attinet: tam rei vendicationem, ſi fur poſiideat, aut alius quilibet, quàm etiam furti condictionem aduerſus furem hæredémve eius l. ex cauſſa. ff. de coo. furt. competere iam dictũ
3 eſt. † Vi autem bonorum raptorum actio mixta eſt, quia in quadruplo rei perſequutio cootinetur, & pœna tantùm tripli eſt, licet qui rapuit, furti etiam nec manifeſti teneatur. Ita tamen vt ſi vi bonorum raptorũ antea actũ ſit eſſet denegetur ei furti actio nõ ſi furti actũ ſit, quia & quod amplius eſt, in hac actione conſequi poterit, l. j. ff. vi boo. rapt. rerum item raptarum nomine, & damni iniuriæ, & condictione agi
4 poſſe anteà quoque iã iudicauimus. † Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria data mixta eſt, non ſolùm quum aduerſùs dolo inſidientem damnum datum in duplum agetur (niſi aut minor eſſet, qui inficiatus ſit, cui ſuccurritur, vt pro confeſſo habeatur, ſicque pœnam euitet, l. ſi ex cã. §. nunc videndum. ff. de minor. aut qui ante litis cõteſtationem inficiationem reuocari, l. electio. §. neque, ff. de noxa. act. vel qui etiam ſua inficiatione actorem non onerauerit, quia iuſiurãdum ei detulit, l. eum qui. ff. de iureiurand. vel ipſe ſe debere iurauerit) verumetiam interdum quum in ſimplum actio proponitur. Nam ſi quis hominem, quum claudus aut luſcus eſſet, occiderit, qui in eo anno integer & magni precij antequam occideretur fuerit: tanti certè dãnatur, quanti is homo in eo anno plurimi fuit, ſecundùm iam traditam diuiſionem, quum de lege Aquilia ſuo anteà loco ageremus. Atque hoc illud eſt, quod dicebamus hac ratione creditum eſſe pœnalẽ eſſe legis huius actionem: quia non ſolùm tanti quiſque obligatur, quantùm damni dederit: ſed etiam longè pluris. Ideòque in hæredem eam actionem tranſire quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum nunquam lis
5 æſtimaretur: † Item mixta eſt actio cõtra hæredes, vel curatores teſtamẽti, l. nulli. C. de ſacro ſanct. eccl. vel etiã legatarios: qui relicta ſacroſanctis Eccleſijs, Monaſterijs, Sacellis, aut aliis venerabilibus locis quibus certè relinqui poſſe Conſtantinus primus voluit, l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. legati vel fideicommiſsi nomine fraudulanter & ſine iuſta cauſſa, l. quòd te. ff. ſi cert. pet. tandiu dare diſtulerint, donec in iudicium vocarentur: Tũc enim rem ipſam, aut ſummam, quæ relicta eſt, dare compelluntur, & alterum tantùm pœnæ nomine, vt hinc appareat in duplum condemnationem eius eſſe, eorúmque nomine quæ in captiuorum redemptionem relicta ſunt, ſi eodem modo protrahatur ſolutio, pœnam eandem deberi pleriſque magis placuit, vide Bal. in l. vlti. §. cum autem ad Trebel. C. In alijs autem legatis, vel fideicommiſsis ita non eſt: in quibus tamen ex ſolo tempore tardè precij ſolutionis recepto mora ſit, vt ex eo fructus vſuræque debeantur, l. in mi-
6 norum. C. in quib. cauſ. in integr. † Quod & ſi decreto iudiciario admonitus hæres, à quo etiam extra piam cauſſam relictum eſt per integrum annum admonitionem contempſerit, & nihil dum præſtiterit, omni ſucceſsionis emolumento multabitur, pręter id quod in rationem trientis iure ſucceſsionis ab inteſtato lex dari cõcedit auth. hoc amplius. C. de fideicom. Eadémque pœna hæredem etiam manet ante annum, qui ſemel atque iterum & tertio à magiſtratu iuſſus piã cauſſam ſoluere neglexerit Bart. in ca. aut. hoc amplius. vide Pannr. in ca. ſi hæredes. de teſt. Poſſemus tandem & his pœnalibus actionibus, quòd metus cauſſa, actionem adiicere, quæ aduerſùs non reſtituentem in quadruplum eſt, l. ſi cum exceptione. §. j. ff. quod met. cau. vel eas quæ aduerſùs violentes rerum alienarum inuaſores ante iudicij exitum varijs conſtitutionibus propoſitę l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. l. ſi conſtiterit. C. fini. reg. ſunt. Item & alias multas, quas hîc cõgerere nobis quidem aliò properantibus non tam ſuperfluum, quàm moleſtum etiam viſum eſt.

* Pro more prouinciarũ iuxta iudicis coercionem admittere. Noſtris moribus furum pœna ſæpe diũ eſt, quæ haud temere pro primo furto irrogari ſolet, ſed fuſtibus, ſeruíque cę dantur, vel autes præcidantur, aut corpora ſtigmantur, & exilio plectuntur. Niſi furtũ eſſet domeſticũ, quod nõ tã domini detſdia, quàm furtum commiſſũ eſſet effractis nẽpe foribus arca cõnſracta, theſauro diſrupto, aliove ſimili modo furto cõmiſſo: vel etiã niſi fortè tale eſſet furtũ, quod pro illius grauitate, aut exẽplo, religio iudicum morte pœna dignũ iudicet. Vide Bald. in auth. ſed nouo iure. C. de furt.

Verum

Ad. §.

Ad §. Quædam actiones.

SVMMARIA.

1 Actiones ſunt tam in rem, quàm in perſonã mixtæ.
2 Erciſcere quid.
3 Cui prælegatum eſt, familiæ erciſcundæ actio competit.
4 Actio qua pars hæreditatis petitur à fami. erciſcundæ actione differt.
5 Semel tantùm agitur actione familiæ erciſc. niſi cauſſa cognita.
6 Quæ pater filio ſtudiorum cauſſa ſubminiſtrauit emancipato, non veniunt in portionem hæreditatis.
Familiæ erciſcunde actio quandiù durat. Ibid.
7 Actio communi diuidundo.
8 Fructus ex re communi percepti communicari debent.
9 Actiones pro ſocio, & communi diuid. aliquando concurrunt.
10 Finium regundorum actio.
11 Actio finium regund. In quibus locum habet.
12 Finium regund. tantum pertinet ad prædia ruſtica, actio.
13 Qui in furibus malè verſantur, qua pœna puniri debeant.
14 Familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regund. actionum vis.
15 Actiones quod vi aut clam, quod metus cauſſa, ſunt naturæ ſuperiorum.

VErùm ne ſummæ præcipuéque di-
uiſionis actionum initio propo-
itæ immemores nos quiſquã for
te exiſtimet per quam actiones omnes aut
in rem, aut in perſonam eſſe diximus: indé-
que ex his actiones aliàs, quæ mixtam cau-
ſam habere videntur, tacitè quodam modo
intelligi voluimus, per opportunè facturi
videbimur, quoniã & de mixtis actionibus
1 dicere cœpimus, † ſi de iis quæ tam actio-
nis in rem, quàm in perſonam actionis na-
turam habent, nunc quoque dicere ordia-
mur. Quædã igitur ſunt actiones, quæ mix-
tam cauſſam obtinere videntur tam in rẽ,
quàm in perſonam: & quæ partim vendi-
cationibus, partim condictionibus conue-
niunt. In quibus vix diſcernere queas quis
actor & quis reus ſit, l. in tribus. ff. de iud.
2 † In quarũ numero prima eſt familiæ erciſ
cundæ, id eſt, hæreditatis diuidendæ actio,
ab antiquo verbo erciſcor, idem ſonans quod
diuido, ſic denominata & familiæ nomine
quòd non minus ad res, quam ad perſonas
referri notum eſt, l. pronũciatio. §. familiæ
ff. de verb. ſignifi. Et ea quidem actio mix-
ta ideò exiſtimata eſt, quoniam actionis in
rem proprietatẽ habet, in eo quòd ea de re
bus agatur, & per eam quilibet hæres partẽ
ſuam hæreditatis petat, ſinguli nanque hæ-
redum ex parte domini ſunt. Habet & a-
ctionis in perſonam effectum: nam capita
in ea quædam & excutiuntur, & in condẽ-
nationem deducuntur: quæ actionis in per
ſonam non actionis in rem propria ſunt, &
& præſtationibus perſonalibus cõſtat, pro-
pter rationem fructuum & expenſarum, §.
itẽ Labeo. §. familiæ. ff. fam. erciſ. proinde
quod attinet ad hæreditatis ipſius diuiſio-
nem, reale eſt hoc iudicium, naſcitúrque ex
intentione cohæredum, qui volunt à com-
munione diſcedere, & ſuas portiones pe-
tunt, l. j. illo tit. Quod verò pertinet ad per
ſonales præſtationes, perſonalis magis vi-
detur, & quaſi ex contractu oritur, l. ii inter
ſup. de obl. quæ quaſi ex cont. Non ſolùm
autem inter cohæredes quoſlibet, l. ij. ff. fa-
mil. erciſ. ſucceſſores etiam honorarios, l.
ſed & eius. illo tit. ſed & filio arrogato eadẽ
ſaltem vtilis competit, ſui quadrãtis quam
ex conſtitutione diui Pij haber nomine, li-
cèt alioqui neque hæres, neque bonorum
poſſeſſor ſit. l. per fami. §. ſi quarta eo. Filiá-
que licèt bonorum ſucceſsionem non pe-
tierit, ad collationem tamen dotis per ar-
bitrum familiæ erciſcundæ cogi poteſt, l. ij.
ff. de coll. dot. † Itẽ & ſi vni ex hæredibus
3 fuerit prælegatum, hoc ei deberi familiæ
erciſcundæ iudicio reſponſum eſt, l. quia fi
liabus. §. vlt. ff. de leg. j. Neque ambigitur ar
bitrum familiæ erciſcundæ, vel vnum hæ-
redem, cæteris etiam inuitis petere poſſe, l.
arbitrum fam. her. ff. & quia familiæ erciſ-
ciſcundæ iudicio agit, aduerſarium tamen
ſuum cohæredem non fatetur, qui fami. illo
tit. Veruntamen tam ex parte eius qui pe-
tit, quàm eius à quo petitur, vniuerſalem
eſſe hanc actionem ſemper oportet, l. fun-
dus mihi. & l. filia. §. familiæ. illo tit. Vt ſci-
licèt is qui agit partem hæreditatis petat:
& qui conuenitur, poſsideat etiam vel di-
cat ſuam eſſe eiuſmodi aliquam vniuerſi-
tatem: quoniam quantum ad accipiendũ
familiæ erciſcundæ iudicium attinet, nihil
intereſt poſsideat quis hæreditatem, necne,
l. hæres §. quantum eodem. licet, quantum
ad agendum interſit, l. ij. ff. eod. In quibus
certè à petitione hæreditatis omnino dif-
fert, quæ non niſi aduerſus poſsidentem da
tur: & aduerſus eum etiam competit, qui
quamlibet rem hæreditariam, vel mini-
mam poſsidet, l. regulariter. cum l. ſeq. ff.
de petit. hæred. † Differt & ab hac actione
4 qua pars tantùm hæreditatis petitur, quæ
ſolùm eo pertinet, vt, indiuiſa hæreditas
petenti adiudicetur pro parte poſsidenda,
vtqué inter cohæredes admittatur, l. j. ff. ſi
pars hæred. pet. Sanè per iudicem hære-
ditatis diuiſione facta, ſi qua poſteà res
dolo occultata comperiatur, eius ſolius
nomine poterit hoc vniuerſale familiæ
erciſcundæ iudicium repeti, l. aduerſus. C.
famil.

5 fam. erciſc. † quàmuis aliter familiæ er-
ciſcundæ iudicio amplius quàm ſemel agi
nõ poſsit, niſi cauſſa cognita, lege ſi filiam.
§. vlti. ff. famil. erciſc. Extra iudicium ve-
rò hæreditate communi conſenſu diuiſa,
ſi deinde res aliqua non diuiſa inueniatur,
eius ſolius nomine vel familiæ erciſcundæ
vel communi diuidundo experiri quoque
modo licet, lege prima. C. illo titul. Cæ-
terùm ſi de nominibus diuidendis agatur,
ceſſabit actio, quùm ea quæ in nominibus
ſunt, diuiſionem ideò non recipiant, quòd
ipſo iure in portionem hæreditariam ex le-
ge duodecim tabularum diuiſa ſunt, lege ea
quæ. C. illo titu. Iura etiam cohæreditaria
quæ indiuidua ſunt, in diuiſionem non ve-
niunt: ſed ſingulis hæredibus inſolidum
competunt, lege fundus. ff. eod. neque ma-
la medicamenta, librive improbatæ lectio-
nis, & familia quæ non alia ratione, quàm
à iudice protinus corrumpantur veniunt,
lege cæteræ. ff. eodem. † Eorum verò quæ
6 pater filio emancipato ſtudiorum cauſſa
ſubminiſtrauit, habenda non erit ratio,
vt in portionem quæ ex defuncti bonit ad
eundem pertinet imputentur, ſi non cre-
dendi animo pater miſiſſe fuerit compro-
batus, lege qui pater filio. ff. fam. erciſ. Du-
rat autem triginta annis hæc actio, lege pri
ma. §. nemo. C. de Anna. exc. adeò vt ſi poſt
procuratam diuiſionem, & iudicio cœpto
intra hæc tempora cauſſam proſequi pars
vtraque neglexerit ceſſet actio: diuiſioni-
que forſan anteà quouis modo factæ etiam
inæquali propreteà ſtandum ſit, qubd &
in mutuis præſtationibus quæ in hoc iudi-
cium venire dictum eſt, idem dicendum e-
rit. vt poſt hoc annorum curriculum peti
non poſsint. Nullo verò modo intelligen-
dum eſt poſt triginta annorum ſpacium
cohæredes qui per id tempus indiuiſam hæ
reditatem tenuerunt, hoc iudicio eſſe exclu
ſos: & ob eam cauſſam rem illis hæredita-
riam perpetuò communem fore: nã neque
id vllo quantumlibet longo tempore fieri
poteſt, neque ſi etiam conuenerit ne omni-
no diuiſio fiat, valebit, lege in hoc iudiciũ.
§. ſi conueniat. ff. com. diui. huiuſmodi pa-
ctum, & ſi vt quandiu viuant (non inæter
num, l. nulla. ff. pro ſoc.) ſocij ſint, paciſci
rectè poſsit lege prima eod. Poſsidentibus
tamen ſingulis hærdibus longo tempore
decem annorum inter præſentes, & xx. in-
ter abſentes diuiſas hæreditatis partes, di-
uiſionem inter eos factam præſumi credi-
tum fuit, gloſ. plurimum commendata in
vlt. l. C. cõ. diuid. quanquam altero ex iis
hæreditatem omnem ſcientibus etiam cæ-
teris per id longum tempus poſsidente, ta-
citam non ideò induci renunciationem
conſtans ſit opinio, Bald. & Paul. de Caſt.
in lege licet. C. de iur. deliber. † Nunc ad
7 aliam & ſecundam actionem veniamus,
quæ mixtam quoque cauſſam tam condi-
ctionis, quàm etiam vendicationis habet,
nempe communi diuidundo actionem.
Ea enim cum actionibus in rem id com-
mune habet, quòd ſequatur quemlibet rei
poſſeſſorem, adeò vt aduerſus eum detur,
qui partem rei communis emerit, & tra-
ditam acceperit, lege prima & lege ad offi-
cium. ff. commu. diuidun. Quòd ſi non-
dum emptori eſſet tradita, poſſeſſor adhuc
venditor, non etiam emptor conueniendus
eſſet, lege Iulianus. § item Celſus. ff. de
act. empt. Neque ſolùm ipſi domino vt in
rem actio, ſed & cuiuis habenti iuſtam poſ
ſidendi cauſſam ſaltem vtilis competit, le-
ge communi. §. qui in rem. ff. commu. di-
uid. Neutro verò poſsidente tam eo qui
agit, quàm qui conuenitur, aut altero tan-
tùm, hac actione experiri quémque poſſe
citra dubium eſt, lege penul. eod. Veniunt
& in hoc iudicium perſonales præſtationes
per quas perſonalium actionum effectum
8 habet, lege per hoc. §. ſicut eodẽ. † veluti vt
ex re communi fructus ab altero percepti
communicentur, lege ſi quis putans. §. pri-
mo illo titu. & vt impendia in rem commu
nem facta pro parte conſtituantur, vel dã-
num in eam ab altero datum ſarciatur, le-
ge tertia & lege ſi nõ omnes eo. Planè in-
ter eos redditur hæc actio, inter quos res ali
qua corporalis non vniuerſalis, communis
eſt, vt ea diuidatur, d. l. per hoc eodem. Sed
vſuſfructus nomine interdum hoc etiam
redditur iudicium, d. l. communi. §. cum de
vſufru. eodem. Neque refert cum ſocietate
vtputa ſi ſocietatis effectu pariter eandem
rem emerint, l. vt ſit pro ſocio. ff. pro ſoc.
an ſine ſocietate, vt in re duobus legata, d.
l. vt ſit, communis ea ſit, de qua diuidenda
9 quæritur, l. ij. ff. com. diuid. † Imò & ſi ſo-
cietas interuenerit, poſſunt hæc duo iudicia
pro ſocio, & communi diuidundo, ſimul
concurrere: ita tamen vt alterũ altero tol-
latur, quatenus tãtùm eſſet vtriuſque finis.
Vnde ſi communi diuidundo actum eſſet
non tollitur in eo pro ſocio actio, quod ra
tione nominum plus habet. ſed hoc minus
ex ea actione conſequitur is qui aget, quòd
ex prima actione erit conſequutus, l. ſi a-
ctum. ff. pro ſoc. Nam quum vtrunque ſit
rei perſequutorium, bona fides non permit
tit, vt bis idem exigatur, l. bona fides. ff. de
reg. iur. Cæterùm in hoc potiſsimè alte-
rum iudicium ab altero differt quòd com
muni diuidundo præſertim ad diuiſionem
ſemper agitur: Iudicio verò pro ſocio, res
ſæpe ad communionem reuocantur, lege ſi
10 quis ſocietatem. ff. pro ſoc. † Proximum
eſt vt de reliqua actione mixta, nempe fi-
nium regundorum actione, dicamus, Nam
& ea propter perſonales præſtationes in
perſona eſt. Quoniam in hoc iudicio ra-
tio eius habetur quod intereſt, vt ſi vtili-
tatem aliquam ex loco perceperis, quem vi
cini eſſe apparet: Aut ſi menſor ab altero
ſolo mercedẽ acceperit, vt & alter in par-
tem mercedis condẽnetur, l. ſed & loci. in
prin. ff fin. reg Sed & pro rei vendicatione
proponitur, l. j. ff. fi. reg. quum per eam id ꝙ
noſtrũ eſt, cõſequamur: aut interdum ꝙ eſt
11 alterius. l. iij. illo tit. † Habet autẽ locũ hæc
actio

actio & in agris vectigalibus, & inter eos qui vſumfructum habēt, vel inter fructuarium & dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos qui pignoris iure poſsident, d. l. ſed & loci. §. finium. Eáque inuicem experiuntur, qui confines agros habēt, non intercedente via publica, vel flumine, eadem l. ſed & loci ad fi. alioqui tamen diuiſos: ne ſi communes & indiuiſos poſsideant ob eam cauſam ceſſet inter eos hoc iudicium, quòd nulli fines ſunt, ſed poſsideant ſinguli ſingulas partes communiter. Quod & ſi communi fundo vicinum fundum alter ſolus habeat: adhuc iudicium hoc accipi non poſſe reſponſum eſt, quia ſocij in hac actione aduerſarij eſſe non poſſunt, ſed vnius loci habentur: eadem l. ſed & loci.
12 §. ſi communem. † Ad prædia verò tantùm ruſtica, quāuis ædificia interueniāt, pertinet hęc act. nō ad vrbana, quādo ędificia iūcta ſunt, in quibus vicina magis dicūtur, q̄ cōfinia: & quæ cōmunibus parietibus plerunque diſterminantur, eadem l. ſed & loci. in fi. In finalibus ſanè quæſtionibus vetera monumenta ſequenda erunt, quę non ſucceſsionum varietate aut poſſeſſorum arbitrio mutata eſſe comperiantur, l. in fina-
13 libus. ff. illo tit. * † Quòd ſi termini dolo deiecti, exarati, vel prolati dicuntur, l. ij. de term. mo. aut finalium quæſtionum obſcurandarum cauſa loci facies conuerſa, veluti ex arbore arbuſtum, aut ex ſylua cædua nouale, aut ad id eiuſmodi, l. vlti. illo titu. quod peſsimum certè factum exiſtimatum eſt: ideò iudex, qui de finibus cognoſcet, delictum id non pecuniaria quidem mulcta, ſed pro conditione admittentium iuxta diui Adriani reſcriptum, aut relegationis coertione, aut verberum caſtigatione, & in opus publicum damnatione puniet, d. l. ij. ff. de termi. mo. In quos proculdubio Numa imperator ſeuerius multo conſtituit qui eos impunè occidi permittebat,
14 Alicarna. lib. 2. † Horum ſanè iudiciorum familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, iuſtam, grauem, & per quam neceſſariam eſſe cauſam conſtat, per quæ diſcordiis propinquiorum ſedandis proſpectum eſt, l. cùm pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. tàm in rei hæreditariæ, vel alioqui communis æqua diſtributione, quàm in terminorum cuique diuiſæ parti recta conſtitutione, quibus dirempti hæredes ſocijve quieſcant. Maximè cùm ita ſit nullos amplius ſupereſſe ex illis ſedecim Tuberionis familiæ viris, quibus his iudiciis opus neutiquam fuiſſe traditum eſt, Plutar. in Æmilio, eſt magna cōcordia cum vxoribus, & liberis in eadem domo, vnóque communi agello, degentibus. In iis porrò tribus iudiciis permittitur iudici, vt ibi fines non dirimere poſsit, aut aliter commodè diuidere, adiudicationibus controuerſiam dirimat, id eſt, rem totam vni ex bono & æquo iuſta æſtimatione facta adiudicet: & ſi pars alterius prægrauari videtur illum inuicē certa pecunia huic condemnet, l. iij C. com. diuid.

* Quibus modis confinia, ſeu agrorum termini probari poſſint. Vide Guido pap. q. 143.

& l. item Labeo. ff. illo tit. Cùm enim familiæ erciſcundæ, aut communi diuidundo agitur vniuerſæ res æſtimari debent, non ſingularum rerum partes, l. Meuius. §. vlt. ff. famil. erciſ. Atque quod omnibus vtiliſsimū eſt, aut quod litigatores maluerint iudicem ſequi oportet, le. iudicem. ff. cō. diui. Cæterùm licet videātur pleræque aliæ actiones mixtæ tàm in rem quàm in perſonā, re vera tñ non ſunt quāuis nonnihil ab alterutra interdum capiāt: veluti de hæreditatis petitione dicere poſſumus, quę mera proculdubio in rem eſt, & ſi præſtationes nōnunquā ex euectu perſonales habeat. vtputa eorúmque debitores ab eo qui ſe hæredem diceret, exigerint. l. ſed & ſi lege. §. petitio. ff. de pet. hær. Item ad exhibēdum actio perſonalis omnino eſt, licet in poſſeſſorem ſemper dirigatur, l. iij §. autem perſonale. ff. ad exhi. † Eiuſdem naturæ eſt interdictum quòd vi aut clam, l. competit. §. ſemper. ff. quod vi au clam, quod metus cauſa actio, l. ſi cum exceptione. §. Pedius. ff. quod met. cau. & omnes prætereà noxales actiones, §. omnis autem. infrà de noxa. act. aliæ quæ ſimiles: quæ non tam natura, quàm euentu perſonales poſſeſſoriæ ſunt. In his denique mixtis actionibus (de quibus loquuti ſumus ſingulæ perſonæ duplex ius habent, agentis & eius cum quo agitur, l. iudicium cōmuni. ff. fin. reg. Vnde duplicia iudicia dicta ſunt.

* Bonorū paternorum diuiſionem quæ inter fratres, fit hodie ita vſu heri ſoluere, vt antiquior a qui portionibus bona diuidat, & horum iunior optet, arg. cap. j de parro. extra ſcribit Guido pa q. 289 & Petr. de Vbal. in tract. ſuo de duo. fra. quod tamen apud nos non obtinet.

* Omnes hæ pœnæ ab vſu noſtro receſſerunt, excepta pœna quadrupli, quā in libris cuiuſque libelli rationum comminari ſolent ii qui ærarij fiſcalis rationibus diſpungendis præſunt, ſi aliquid acceptorum omiſſum fuerit.

Ad §. Omnes autem.

SVMMARIA.

1 *Actio omnis in ſimplum, duplum, triplum, vel quadruplum concepta eſt, niſi in certis caſibus.*

2 *Caſus in quibus excedit quadruplum actio.*

3 *In ſimplum quando agatur.*

ENimuerò quoniā paulò ante de pœnalibus actionibus meminimus, non ocioſum hîc videbitur ſi de vario hoc pœnarū actionúmque pœnalium diſcrimine perfectiùs nunc dicere
1 inſtituam*. † Omnis igitur actio vel in ſimplū cōcepta eſt, vel in duplū, vel in triplū, vel in quadruplū: vlteriùs autē nulla ſola actio extendi pōt, niſi vera pœna nō ſit, hoc eſt quòd antea diximꝰ, ſi non ex vtriuſque parte actoris & rei pœna ſit, vt actori nihil adſit eius quod petitur. * Nam quod ad eam pœnam quæ ex parte rei tantùm cui nihil adeſt, ſed actori abeſt, attinet. & vt intereſſe petitur quadruplo maior ſæpius eſſe poteſt: vt ſi quis clauum aliquem è naui ſuſtulerit, dederitque naufragij cauſam omnium rerum nomine tenebitur, le. iij. §. ſenatuſconſultum ff. de incen rui. & naufr. Aut ſi improbè pecus morboſum vendiderit, cuius contagione grex totus perierit, is detrimēta omnia quæ ex ea em-

ptione emptor traxerit, præſtabit, l. Iul.ff.
de act.emp.Solemus & interdũ pl⁹quadru
plo plurib⁹ tñ actionib⁹ ex eodẽ facto cõ-
ſequi, vt ſi Mæuio calũniatori ne mihi ne-
gotium faceret, decem dederim:& is tãtun
dem à te, vt mihi litẽ per calumniá moue-
ret, acceperit, ſummæ vtriuſque à Mæuio ac
ceptæ quadruplũ, & ſic octuplũ, diuerſis tñ
iudiciis cõſequar, l.gñaliter.§.vlt.ff. de ca
2 lũ.†Eodẽ quoque modo ſi nõ vni, ſed plu-
ribus pœna pendatur, facilè poterit tota
quadruplũ excedere: vt de eo dici põt, qui
præſente principe alienũ ſeruum manumit
tere auſus eſt. is nãque domino mácipium
reſtituere iubetur, duóſq; alios ſimiles pœ-
næ nomine, deinde fiſco tres, l. vlti.C. de iis
qui à nõ do. Itẽ per accuſationẽ nõ ſemel
pœna extraordinẽ ſuprà quadruplũ excre-
ſcere põt, vt in comitib⁹ magiſtratuũ aliqd
extra ea quæ à lege definita ſunt, accipien-
tibus accedit. qui & quadrupli pœnã iis pẽ
dere iubẽtur, qbus iniuriá fecerint, & bo-
nis omnib⁹ quæ fiſco inferuntur, mulctan-
tur, in aut. vt iud. ſine quoq. ſuf. §. ſic igitur.
col. 2. Pœna verò quæ nõ ex lege (de qua
tãtummodo hîc loquimur) ſed ex cõuẽtio
ne debetur, quadruplũ excedere nõ phibe
tur, l. Lucius Titi⁹.ff. de ac.emp. ſi nõ i frau
dẽ cõſtitutionum id quod legitimum vſu-
rarium modum excedit, adiiciatur: ſicque
fœnus illicitum quodammodo contraha-
tur, l. Iulianus. §. idem Papini. illo tit.†Ve-
3 rùm (vt quod inſtat proſequamur) in ſim-
plum tunc agi ſciendum eſt, quando ex ſti
pulatione, & mutui datione, ex empto, vẽ-
dito, locato, conducto, mandato, & deni-
que ex aliis cauſis agimus quàm plurimis,
quibus rem ipſam nudam & ſimplicẽ per-
ſequimur, de quibus iá ſatis antè dictũ eſt.

Ad.§. In duplum.

SVMMARIA.

1 *Actiones quæ ſint in duplum conceptæ.*
2 *Non oportet laudando augeri malitia.*
3 *Seruus quis deterior ſit, & ſi quis corrupe*
rit ſeruum, in quod teneatur.
4 *Prætores dupli pœnam in eos qui corrupe-*
rint ſeruos conſtituerunt.
5 *Delictum grauius eſt corrumpere liberum*
quàm ſeruum.
6 *Corruptione liberorum nihil moleſtius eſſe*
poteſt.

1 IN duplum verò agimus, † veluti
furti nec manifeſti, dãni iniuriæ ex
lege Aquilia, depoſiti, quum id ꝓ
tumultus, incendij, ruinæ, & naufragii cau
ſa depoſitum eſt, nũ redditur: quorum pau
lò antè etiam meminimus. Item ſerui cor-
rupti, quæ quidem actio aduerſus eum cõ-
petit, qui ſeruum alienum recepiſſe, pſua-
ſiſſéve ei qui dolo malo dicitur, quo eũ de-
teriorem faceret: ſiue bonæ frugi ſeruum
ad delinquendum hortatus eſt, ſiue malo
perſuaſit, vt delinqueret, vel ei oſtẽdit quẽ-
admodum faceret: atque adeò ſi id erat ſer
uus omnimodo facturus aut currẽti (quod
aiunt) tantùm calcar addiderit, adhuc tan-
quam improbus propoſiti laudator tene-
2 bitur.†Non enim oportet laudando auge
ri malitia, l. j.ff. de ſeru. corru. ſceleratũque
fuiſſe cõſilium ſatis erit, & ſi conatus effe-
ctum nõ habeat: quando id magis virtuti
probitatique ſerui tribuẽdum ſit, §. vnde il
3 lud ſuprà de ob. quæ ex delic.†deteriorem
autẽ ſeruum feciſſe eum intelligendũ eſt, q
ſeruo perſuaſit, vt iniuriá faceret, fugeret,
dñm contẽneret, l. corrumpitur. de ſer. cor
rup. eidẽve cõtumax eſſet, vel luxurioſè &
perditè viueret, aut etiá q aliter animũ ſer-
ui corruperit, & mores ſuos quocũque mo
do in peius mutauerit, d. l. corrũpitur. Pla-
nè in hoc iudiciũ earum rerum venit æſti-
matio, quas ſecũ ſeruus abſtulerit, quia o-
mne dãnum duplicatur, l. in hoc iudicium
illo tit. furta tñ poſteà facta nõ veniũt. Nã
& ſi ſeruo perſuaſeris vt chirographa debi-
torum corrumpat, eius nomine teneberis,
non ſi quid ſimile peccandi conſuetudine
poſteà admiſeris, l. Neratius. eod. Habetur
& æſtimatio in hac actione, quanti vilior
ſeruus factus eſt, ꝙ iudicis officio expedi-
4 tur, l. vt tantùm. §. æſtimatio.ff. illo ti.†Me
ritò ſanè ſapiẽtérque improbum hoc & per-
nicioſum genus hominũ alienos ſeruos cor-
rumpẽtium dupli pœna (quæ ſerui corru-
pti dño pẽditur) coercẽdum eſſe Prætori-
bus olim viſum eſt, ne alioqui magno ipſi⁹
quoque Reipub. malo priuatæ familiæ paſ
ſim periclitarẽtur. Maximè quũ ita natura
cũparatum ſit, vt plures habẽt q ſecũ ſen-
tiãt improbi viri, quá probi: quoniá p mol
les ſubináſque voluptates gliſcẽs improbitas,
harũ perſuaſionib⁹ vtitur, quo multi ſecũ
5 ſentiãt, Xenophõ in pedia Cyri. lib. 2.†Ne
que enim vlla dom⁹ vis diu cõſiſtere põt, ſi
mali ſint ſerui. Quod ſi qs nõ ſeruũ, ſed li-
berũ ſe potaſſe dixerit, quẽ corrupit, graui⁹
adhuc delictũ detegit. Verũ ſola vxor nup-
tiarũ fauore in ſimplũ tãtùm hoc nomine
dãnatur, l. vl. e. hæc denique actio perpetua
eſt, nõ tẽporalis, & hæredi cæteriſque ſuc-
ceſſorib⁹ datur, nõ in hæredem, & pœnalis
eſt. Sed quoniá noſtra quoque multum in-
tereſt animos liberorũ noſtrũ nõ corrum-
pi, & ſi Prætoris edicto huic malo obuiam
itum non eſt, quo ſerui tantùm corrupti
conſtituta eſt actio, qui in patrimonio no-
ſtro eſſet: vtili tamen actione officio iudi-
cis æſtimanda parentibus æquiſsimè pro-
6 ſpectum eſt, l. vt tantùm. eodẽ.†quibus ni-
hil liberorum corruptione moleſtius aut
grauius eſſe poteſt, & publicæ quoque vti-
litatis non parum intereſt, ingenuam
adoleſcentiam, ſeu Reipublicæ, totius
ſeminarium, & ſpem, fœdiſsimè cor-
rumpi. In duplum denique condem-
nationem etiam habet legatum, aut fi-
deicommiſſum, quod venerabilibus lo-
cis relictum, nec anteà quàm in ius ire-
tur, ſolutum eſt, ſecundùm ea quæ ſuprà
diximus.

Ad §. tripli.

SVMMARIA.

1 *In triplum condemnantur qui exigunt am-pliore ſummam, quàm iuſſum eſt à ma-giſtratibus.*
2 *Caſus poſitio in hac ſpecie. & quomodo a-ctio tripli naſcitur.*
3 *Conditio ex lege.*
4 *Quantitas præfinita pedaneïs iudicibus.*
5 *Sportulæ litium alumnæ vbi iudicum Frã-ciæ rapacitas notatur.*
6 *Iudices præcepto Iuſtiniani quæſtum face-re non debent.*
7 *Pragmaticorum numerus magnus lites au-get.*

IN triplum fit condemnatio, quũ
maiorem veræ quantitatis æſtima
tionem in libello conuentionis
aliquis complexus eſt, vt ex hac cauſa via-
1 tores, id eſt, litium exequutores, † qui ma-
giſtratus iuſſa alicubi deferunt, atque exe-
quuntur in ius vocantes, ampliorem ſum-
mam ſportulæ nomine, hoc eſt, mercedulæ
quæ iudiciorum miniſtris & exequutori-
bus datur, exigerent. Tunc enim id quod
propter eam cauſam damnum paſſus fue-
rit reus, in triplum ab actore conſequetur,
ſimplo tamen in quo damnum paſſus eſt in
ipſo triplo connumerando. † Veluti in hac
2 ſpecie Titius quum aduerſario ſuo nocere
vellet, quamuis Mæuius re vera viginti tã-
tùm deberet, libellum ei cẽtum aureorum
per viatorem miſit, ob quam cauſam ne-
ceſſe fuit Mæuio (Reorum namque eſt ſpor
tulas huiuſmodi ſoluere) ob maiorem ſum-
mam in libello inſertam, & maiores dare
ſportulas ſecundùm enim quantitatem in
libello vocationis in ius inſertã, ſportulæ
dari iubentur.) Excuſſa igitur petitione vi
ginti tantum deberi cõpertum eſt, atque e-
xempli gratia aureos quinque plus Mæuiũ
dediſſe, in quindecim aureos aduerſus Ti-
tium naſcetur actio, ſecundùm id quod no
ſtra cõſtitutione, quæ in noſtro codice ful
get, introduximus. † Ex qua proficiſci con-
3 ditionem ex lege manifeſtum eſt, quũ id ſa
tis certum ſit ex conſtitutionibus (niſi no-
minatim dicatur quæ actio detur) condi-
tionem ex lege naſci. Summa enim cum ra
tione exequutorib9 his ſalariũ certũ præfi-
niri voluimus, ne pro multorũ auaritia
plus quã æquũ eſt ſæpius exigeretur. † Vn-
4 de & Pedaneis iudicibus, qui de minorib9
humilioribúſque negotiis cognoſcunt, in
vnaquaque cauſa quę apud ipſos agitur, &
centum aureorũ quantitatẽ excedit, binos
ab vtraque parte aureos ſub conteſtationẽ
litis, binos item alteros ſub finem contro-
uerſiæ accipere tãtùm permiſimus. in auth.
de iudi. §. ſi quis autẽ. Aliíſque omnibus ne
vlla adminiſtratione ſua quæſtum ſibi fa-
cerẽt vetuimus, in auth. vt præſid. abſque
vlla datio pecu. ſatius multò eſſe exiſtimã-
tes, fiſcum diſpẽdiis aliquot pro iudicum
ſalariis onerare, quàm viam capturis ape-
rire, propagandíſque litibus occaſionem
præbere: Hic tu, quæſo, lector conſiderañ
tot cõtrouerſiarum ciuiliũ examina † ſpor
5 tulæ ipſæ litium alumnæ nobis producant
ac foueant: præſertim cum hæc à cuiuſuis
iudicis arbitrio pendeant, in quibus certè
maior pars hodie in Francia iudicum vitæ
ſubſidium collocantem habet. Quorũ gli-
ſcente in dies per nundinationes (proh do-
lor) numero, Indéque minuto vt neceſſum
eſt, pabulo, & rei familiaris neceſsitate vr-
gente, ingraueſcunt & capturæ, ita fit vt fa
cilè litium propagini indulgeãt, cõniueãt
que: Tũmque cognitores ipſi lites impro-
brius conflare audeant, Inde litium ſemi-
narium, reique familiaris tabes, malorum
Ilias naſcitur. † Quod ſi ex Iuſtiniani noſtri
6 præcepto nulla ſua adminiſtratione iudi-
ces ſibi quæſtum facerent: futurum profe-
cto eſſet, vt quanta diligentia ſerendis for-
tè propagandíſque litibus plerique incum-
bunt, tanto etiam ſtudio minuendis poſteà
ſine quæſtu litibus moleſtis, extirpãdíſque
inuigilarent. Quanquã non deſint, qui non
tam iudicum ſportulas, quã mores Franci
ſcos veluti natura cõtrouerſos & φιλοδίκους
increpandos putent, ideoque res noſtras ita
comparatas eſſe, vt tertia pars hominum
res ſuas magnopere iudicialibus contro-
uerſiis implicatas habeat, quaſi ducendis li
tibus animum vitàmque ducãt, & ſemel vi
tare nequeant. Deinde litium quarundam
naturã eſſe, vt earum materia euelli radi-
citus non niſi multiplici ac varia iuriſdi-
7 ctione poſsit. † Sed an id mali nobis prag-
maticorum potius turba inuexerit, haud
facilè dixerim, quorum tantus tamque ef-
frænis eſt numerus eorumque qui ę cõmer
cio forenſi quæſtum ſibi faciunt, vt nihil
non horum diligentia fortè ſit exquiſitum
quod ad litigij ſemen, & forenſe lucrum
amplificandum pertineat. Hinc litium ſe-
ges, quæ ſeminis interdum plus poſcit, quã
miſsis ſit reddìtura: illinc celebris horum
fama & exiſtimatio, qui ſaccularia m co-
pioſius exercent.

Ad. §. In quadruplum.

SVMMARIA.

1 *Actiones furti manifeſti, & de eo quod metus cauſa in quadruplum extendun-tur.*
2 *Actio quod metus cauſa datur in heredẽ.*
3 *Metus quid.*
4 *Actio in factum.*
5 *Lex Cornelia & Rhemia infamant.*
6 *Legis Aquiliæ, damni, iniuriæ, depoſiti a-ctiones in ſimplum ſunt, euẽtu in duplũ.*
7 *Qui fatetur iniuriam, damnum, vel depoſi-tum tantùm in ſimplum condemnatur.*

1 IN quadruplum† autem condem-
nationem habent actio furti ma-
nifeſti,& actio de eo quod metus
cauſa. Nam ſicui metum maioris mali in-
cuſſeris, qui meritò etiam in hominem
conſtantiſſimum cadat,l.metum.j. & ij.ff.
de eo quod met.cauſ. & coraueris vt rem
ſuam traderet,aliúdve quid faceret,habe-
bit is qui metum paſſus eſt,aduerſum te a-
ctionem,quod metus cauſa in quadruplũ
niſi ob iuſtum metum, quem ſibiipſi quis
meritò intuliſſet,aliquid fecerit dederitve.
Veluti ſi mulier contra patronum ingrata,
quum de ſtatu ſuo periclitaretur, aliquid
patrono dedit,ne in ſeruitutem redigatur,
l.ſi mulier.illo tit. Aut ſi quis metum quẽ
magiſtratus iure licito & non per iniuriã
intuliſſet.l.iij.§.eodem. Eóque ſtudio Rei-
pub.proſpicere prætor voluit,vt & reſtitui
iubeat omne illud quod quis in magiſtra-
tu,potentiorive loco,aut etiam in priuato
ſtatu poſitus, ab altero præſenti metu ex-
torſerit,l.videamus.eodem ſiue ſingularis
ſit perſona quæ metum intulit, ſiue popu-
lus,vel curia,vel collegium, vel corpus,le.
metum.§.animaduertendũ e. Et datur hęc
actio in hæredem, & cæteris in id quod ad
eos peruenit, ſufficitque rem ad hæredem
perueniſſe etiam ſi conſumpta poſteà fue-
rit,l.videamus.eod. Ad alium verò,ſi in a-
liam rem conuerſa ſit, licet poſteà perie-
rit,l.ſi ipſe.illo tit.†Eſt autem metus inſtã-
3 tis periculi vel futuri cauſa mentis trepi-
datio.l.ij.ff.illo tit.ſeu impendentis mali,
quod intolerabile eſſe videtur opinio,Cic.
tuſcul.quæſt.libr.4. maiorique ſupplicio
eſt hominibus metus, quàm ſi te ipſa malè
afficiantur,Xenophon in Pedia Cyri. libr.
2.non tantùm ſi in nobiſipſis quid veriti
fuerimus,ſed liberis noſtris,aut contra li-
beri in parentes. Quemadmodum de tyro
nis Iudæi filio traditur,q forti animo quæ-
ſtionem Herodis iuſſu illatam perpeſſus,
patris tormenta ſuſtinere non potuit, ſed
illius miſeratione commotus,cuncta pro-
tinus ſi patrem ſibi condonaſſet indicatu-
rum promiſit,Ioſephus de bel.Iud. ca. 17.
ad Titium. Vnde meritò aduerſus eos qui
metum incuſſerint, quadrupli pœna pro-
poſita eſt, vt omne quadruplum ſit quod
extorſerint, quódque reſtitui oportet. Et
ita quadruplo res quæque comprehenda-
tur cum omni cauſa. Nam & quadruplo
ſimplum ineſt,& pœna verè tantùm tripli
eſt,l.ſi cum exceptione.§.j. Daturque intra
annum hoc iudiciũ ab illato metu in qua
4 druplum,poſteà verò in ſimplum. † Eſt &
in factum actio, quæ condemnationem in
quadruplum habet,veluti de ea pecunia in
eam cauſam data,vt is cui datur,calumnię
cauſa alicui,l.j.§.vlt.& l.ſequen. de calum.
negotium faceret, eumque calumnioſo iu
dicio vexaret, licet poſteà id non fecerit.
Vel vt negotium non faceret. Nam in eum
intra annum in quadruplum eius pecuniæ
quam accepiſſe dicetur,poſt annum in ſim
plum in factum actio conſtituta eſt. Et ſi
in publicis iudiciis id fiat, legi Iuliæ re-
petundarum locus erit,d.l.j. Neque deerũt
iudicia concuſſionis,l.ij.ff. de concuſſion.
5 † legis Corneliæ de falſis, l.j.ff.ad l.Cor.de
fal.legiſque remiæ,l.j ff. ad ſeu. Turp. quæ
calumniatoribus pœnam etiam irrogant,
quos & infamia ſequitur, le.j. ff.de iis qui
nõt.inf. Sed & conſtituto imperatoris quæ
ad Caſsium Sabinum ſcripta eſt,prohibuit
iudici vel procuratori aduerſarij pecuniá
aliùdve pro pecunia dare.& ex hac cauſa
litem perire iuſsit,l.j.§.pe.ff.de calum.huic
verò quadruplo ineſt ſimplum,l.in hæredem
§.i.illo titul. ſicut in illa quoque actione
quæ de eo quòd metus cauſa factum eſt, l.
ſi cum exceptione.§.quatenus.ff. quod me
tu.cauſa. In quo à furti manifeſti actione
differunt. Veruntamen ſi vt tibi negotium
non fieret, non tu,ſed alius dederit pecu-
niam: vera pœna quàm conſequeris qua-
druplum erit,quum is qui dederit, eam pe
cuniam quam dedit, ab eo qui accepit re-
petat,l. ſi quis ab alio.ff.de calum. aduer-
ſùs quem hæc ſemper competit actio. Item
eſt ex noſtra conſtitutione conditio ex lè-
ge prodita, quæ & ipſi condemnationem
habet in quadruplum aduerſùs exequuto-
res litium,qui contra noſtræ conſtitutio-
nis formam & regulam à reis quicquam
exegerint. Porrò licet anteà actiones furti
nec manifeſti,ſerui corrupti,ex lege Aqui-
lia,depoſiti,& legatorum venerabilibus lo-
cis relictorum, in dupli condemnatione
pares fecimus:inter eas tamen hæc eſt dif-
ferentia quòd furti quidem nec manifeſti
actio,& ſerui corrupti,omnino dupli con
demnationem habent natura ipſa & ſui o-
rigine, ſiue quis inficietur,ſiue fateatur.
6 †Damni iniuriæ verò,legis Aquiliæ,& in-
terdum depoſiti actiones, initio certè du-
plum non continent,ſed euentu, ſecundũ
quod aliunde id accidit: Veluti per inficia
tionem, quum in confitentes ſimpli tan-
tum condemnationem induci iam dixeri-
mus. Proinde ante inficiationem tranſeũt
omnino hæ actiones in hæredem cum ſua
natura ſine vllo incremento,l.& non tan-
tùm.§.cum prædixerint.ff.de pet.hæredit,
præſenti,aut poſteà per inficiationem fu-
turo. Quod in prioribus actionibus diuer
ſum eſſe vel ex eo ſolo conſtat, quod illa-
rum natura dupli ſit,harum verò ſim-
pli. Idcirco pœna dupli, quæ in hære-
ditate non inuenitur, hæredi per poſt-
humam inficiationem meritò quæri non
poteſt. Vnde & in his actionibus datus fi-
deiuſſor duplum non præſtabit: quando
quidem id ex prima natura & condi-
tione obligationis minimè ſit,ſed ex no-
uo & accidenti rei conuenti delicto, fi-
deiuſſores magiſtratuum. ff.de fideiuſſo-
ribus. rémque in iudicium deductam non
ideò pluris opinamur, quia creſcere e-
ius condemnatio per contumaciam non
reſtituentis poteſt: lege prima. ff. de
in lite. iuris. Illa quoque actio
quæ de iis competit quæ relicta ſunt
venerabilibus locis, ſimpli tantummo-
do naturam habet, & inficiatione rei
ipſius

ipſius petitæ minimè iuſta cauſa facta, le.
quòd te. ff. ſi cer. pet. creſcit in duplum, ſi
non ante litis conteſtationem reuocata
fuerit inficiatio, aut à minore facta ſit, ſe-
cundùm ea quæ de damni dati inficiatio-
7 ne paulò ante dicta ſunt.† In confitentē
verò, & eum qui antequàm iuſſu magi-
ſtratus conueniatur ſoluit, ſimpli tantùm
redditur actio. Simili modo inter eas ac-
tiones, quæ quadrupli condemnationem
habent, vno eodémque loco poſuimus fur
ti manifeſti actionem, & eam quæ de eo
quòd metus cauſa factum eſt, datur: quas
tamen in hoc differre animaduertendum
eſt, quòd actioni quod metus cauſa id ta-
citè ineſt, vt qui ea conuentus eſt, ſi iuſſu
iudicis rem per metum ablatam reſtituat,
l. ſi cum exceptione. §. j. ff. de eo quòd met.
cauſ. abſoluatur: ſin minus in quadruplum
iudicium accipiat. Clementer enim ſatis
cum eo agitur, cui datur reſtituendi facul-
tas vſque ad ſententiam ab arbitro datam,
ſi pœnam euitare vult. Quod in reliquis
prioribus actionibus licet eodem ordine
poſitis non ita eſt, in quibus omnimodo
quis in quadruplum condemnatur. Nem-
pe in illa quæ in factum datur. Item con-
ductione ex lege quæ aduerſus exequuto-
res competit, maiores ſportulas quàm de-
ceat accipiētibus, & furti manifeſti actiōe.

Ad §. Actionum autem.

SVMMARIA.

1 *Iudicia quædam ſtricta, quædam laxiora.*
2 *Actiones ſtricti iuris, & bonæ fidei.*
3 *In omnibus iudicijs debet eſſe bona fides.*
4 *Contractus bonæ fide maiorem boni & æqui virtutem habent.*
5 *Qui ſtipulatus eſt per dolum & metum, Illi ſuccurritur.*
6 *Doli exceptione quando vtimur.*
7 *In bonæ fidei iudicijs vſuræ veniunt, non ſic in ſtricti iuris.*
8 *Res facta deterior reddita non videtur, in bonæ fid. iudicijs.*
9 *Bonæ fidei actiones quæ ſint.*
10 *Actione ex vendito ad pretium agitur.*
11 *Quando actio ex vendito in emptorem & venditorem transfertur.*
12 *Bonæ fidei actiones aliæ.*
13 *In conductorem actio datur, propter rem locatam deteriorem factam, & ex aduerſo in locatorem eſt actio.*
14 *Bonæ fidei actio negotiorum geſtorum directa & contraria.*
15 *Tutelæ actio, & tutoris officium.*
16 *Tutela quando finitur.*
Contraria tutelæ actio. Ibid.
17 *Pignoratitia actio tā directa, quā cōtraria.*
18 *Fructus rei pignori datæ debito imputantur.*

19 *Stellionatus crimine quis teneatur hipothecharia actio non eſt bonæ fidei. Ibidem.*
20 *Finium regundorum actio non eſt bonæ fidei.*
Præſcriptis verbis act. eſt bonæ fid. Ibidem.
21 *Ex nuda conuentione nulla naſcitur actio.*
22 *Caſus in act. præſcriptis verbis.*
23 *Bonæ fidei actio quæ fuit, eadem remanet etiam ſi incontinēti aliquid adijciatur, & hic caſus eſt.*
24 *Præſcriptis verbis actio interdum ſtricti iuris.*
25 *Petitio hereditatis eſt bonæ fidei.*
26 *Interrogatus quomodo poſſideat reſpondere cogitur.*
27 *Ex aſſe hæres totam hæreditatem petit.*

NVnc verò tàm ei qui in iudicio
concertaturus eſt, quàm iudicib⁹
ipſis ſcire per quam neceſſarium
1 eſt, †iudicia quædā eſſe ſtricta, & quædam
laxiora: illa quippe, in quibus ſtrictius &
anguſtius iudici poteſtas iudicandi conce
ditur: hæc verò quæ pleniorem, & liberio-
2 rem iudicandi poteſtatem faciunt. † Vnde
& actiones quibus iudicia hæc exercentur
modò ſtricti iuris vel iudicij, l. in actioni-
bus. ff. de in lit. iur. modò bonæ fidei appel
lamus. Nempe quòd ſuper illis arctius, &
veluti ex præſcripto iudicetur: his verò ex
bono & æquo, & fide bona fuſius ſenten-
tiam ſuam protendere ei qui iudicandi of-
ficio fungitur, ſit liberum. Quod nō aliū-
de proceſsiſſe exiſtimandum eſt, ex Franc.
Duareno. quàm à Prætoribus olim iis qui
in priuatis cauſis diiudicandis operam nō
dabant, à quibus propterea recuperatores
(qui poſteà delegati iudices appellari cœ-
perunt) litigatoribus dabantur, cum for-
mula quadam qua iudicium poteſtas aut
arctabatur, vt ne à præſcripto quidem tan-
tillum recedere liceret, aliudve ſequi, quàm
quod inter contrahentes eſſet conuentum:
tametſi id æquum eſſe forſan videretur.
Aut verò laxabatur, vt non tam ſtrictas li-
tigantium conuentiones, quàm bonam fi-
dem intueri liceret in omnibuſque arbi-
triis quibus addebatur formula hæc (ex fi-
de bona) ſumma erat vis, M. Tullius in To
picis. fideique bonæ nomen latiſsimè ma-
nabat. Quæ ſanè formula in iis præſertim
verſabatur iudiciis, quibus vitæ humanæ
ſocietas magis contineretur quæ hîc ſin-
gulatim pòſt ſubiiciemus. Neque exiſti-
mandum eſt iudicia hæc actionéſque bo-
næ fidei titulo ſolas ideò inſignitas eſſe,
quòd in cæteris bona fides minimè deſide-
retur: † quandoquidem in omnibus iudi-
3 ciis bonam fidem æquè conſiderandam eſ
ſe certum ſit: l. bonam fidem. C. de actio. &
obli. ſed quod in his æquum & bonū exu-
beret, & veluti perfluat. In cæteris verò ar
ctiori anguſtiorique limite contineatur.
Tantundem enim in bonæ fidei iudiciis of
ficium valet, quantum in ſtrictis iudiciis

nominatim rei alicuius facta mẽtio, quia
tantuodẽ.ff.de oe.geſt. Nã & quæ ſunt mo
ris & cõſuetudinis.in bonæ fidei quoque in
dicis veniũt, l.quòd ſi nolit.§.qui aſsidua.
ff.de ædil.edict. Et quãuis in ſtrictis iudi-
ciis dolus qui in cõtractibus ſtricti iuris in
teruenit(quoquomodò interueniat, eã vim
in iis nõ babeat æquum & bonũ, vt contra
ctum propterea reddat ipſo iure nullũ. Ne
que eadẽ actio quę ex cõtractu ſtricti iuris
inito naſcitur, ſatis valet vt dolũ ipſũ pur-
gare poſsit: ſed alterius actionis aut excep-
tioois auxilio opus eſt.† Attamẽ in bonæ fi
4 dei cõtractibos longè maior eſt æqui & bo
ni virtus, bonáque fides ipſa fortiùs ſeſe e-
xerit, io qbus ſi dol' interueniat, qui cauſã
contractui dedit, nullũ eſt, pſus q̃ agitur,
l.elegãter.ff de do.& l.iij §.vlt.ff.pro ſo.a-
deò fraudi & dolo cõtraria eſt bona fides:
Sinuerò dolus tantũ incidit, vt dum cõtra
heremus nullo dolo perſuaſi, alter noſtrũ
alterũ deceperit, nõ alia actione ad purgã-
dum hũc dolũ opus eſt, quã eadẽ ipſa actio-
ne, quæ ex cõtractu per nos inito deſcẽdit.
Veluti ſi vẽditor dolo fecerit, vt pluris ven
deret de artificio mẽtitus, ex empto actio
ſufficeret, l.Iul.§.ſi vẽditor.ff.de act.empt.
vt præſtet emptori quãto pluris ſeruũ emiſ
ſet: quia de artificio mẽtitus eſt. In ſtrictis
autẽ iudiciis quoquomodò dol' ſit, ad do-
li actionẽ aut exceptionẽ recurrendũ erit.
5 † Vt ſi ſtipulatio dolo vel metu adhibito
fiat, valet quod agitur, ſed p doli mali vel
metus exceptionẽ ſuccurrẽdus erit iſ à quo
petitur, l.dolo vel metu.C.de iout.ſtip. Sic
neque dicitur nullũ q̃ cõtrahitur, neque ex
ſtipulato actio ſufficit. Si etiã in propoſito
quũ aliter cõueniſſet obligari, aliter p ma-
6 chinationẽ obligat' es, obſtrictus eris, † ſed
doli exceptione vti poteris, neque ſi agere
voles, idonea erit ex ſtipulatu actio, ſed de
dolo deſiderabitor, l.ſi qs cum aliter.ff.de
ver.ob. In actionib' etiã bonæ fidei in litẽ
iuratur, quòd in ſtricti iudicij actionibus
generaliter fieri nõ ſolet, l.in actionib'. ff.
7 de io lit.iur. † Prætereà vſuræ.& fructus.ac
ceſsionéſque omnes ex mora debentur in
bonæ fidei iudiciis, Verùm in ſtricti iuris,
nõ niſi poſt cœptũ iudicium præſtãtur, ſi
actio ad id cõſequẽdum ſit quod noſtrũ nõ
ſit, veluti ex ſtipulatu. Nã ſi quod noſtrum
fuit.repetatur: æquum erit rem non aliter
quã cum fructibus reſtitui, l. videamus.ff.
de vſur. vſuriſque ex mora, vt in Saluiana,
Paulianáque actione, de qbus anteà memi
nimus, aliiſque ſimilibus. Quinetiã in bo-
næ fidei iodiciis rẽ ipſam cũ fructib' & vſu
ris acceſsionibúſque reſtituere ſatis nõ eſt,
8 † ſi res ipſa deterior reddatur, quæ reddita
quidẽ oo videtur, ſi deterior facta reddirur
niſi quod intereſt ſimul præſtetur, l.iij.§.j.
ff.commod. Adeò enim bona fides in his
iudiciis effundit ſe atque exundat, vt ge-
neraliter quodcunque æquum & bonum
eſt, veniat: licet à contrahentibus neque
dictum neque cogitatum quidem id ſit,
Accurſ.cui omnes conſentiont. Animad-
uertendum tameo eſt priuſquam ad ſin-

gulas actiones ipſas bonæ fidei veniamus,
nonnullas eſſe actiones, quæ quàmuis ma-
gnam cum iis quæ booæ fidei ſunt, ſimili-
tudinem habeant, non tamen bonæ fidei
actiones nominantur. Veluti ex teſtamen-
to actio, in qua quidem vſuræ ex mora de-
bentur.& res teſtamento relicta. leg.Titia
Seio. §. vſuras. ff.de legatis. ij. ſi deterior
reddatur, reddita non exiſtimatur. Item &
aliæ actiones, de quibus nunc mentionem
facturi ſumus. In ſumma actiones omnes
quas inter bonæ fidei actiones hic non e-
numerabimus, ſtricti iuris eſſe haud dubiè
exiſtimes. Iam de ipſis igitur ſingulatim di
9 cere incipiamus, poſtquàm de eiſdem a-
bundè ſatis generatim diximus. † Bonæ fi-
dei ergo actiones ſunt hæ. Et primum ex
empto, & vendito, quibus alter alteri obli-
gatur in id quod alterum alteri ex bono &
æqoo præſtare oportet, §.vl.ſuprà de obl.
quæ qoaſi ex cont. Illa ad tradendum id
quod emptum eſt agitur, l j.ff.de act.empt.
ſi modo precium emptor ſoluerit, aut ip-
ſum nondum ſolutum offerat, l.Iulianus.
§.offerri.ff.illo titu. quod ſi non tradatur,
quia in poteſtate venditoris non ſit, (Nam
aliter ad rei certæ venditæ traditionem o-
mnino cogeretur interpretes in d. l.j.ff de
act.emp. in id quod intereſt agitur, hoc eſt,
quòd rem habere intereſt emptoris, d.l.j.
Emptor verò nummos venditoris facere
cogitur, & paria ſunt ſi emptor precium
ſoluerit, aot eo nomine aliter ſatiſfecerit,
l.ex empto.illo tit. Id denique ſciendum
eſt etiam ſi de precio minimè ſoluto ven-
ditor non excipiat, idqoe iudex cognoue-
rit, bonæ fidei conuenire prononciare iu-
dicem de precij ſolutione ſimul atque ven-
ditorem, vt tradat, condemnat, ſicque dice
re, Condemno Titium, vt rem à ſe vendi-
tam Sempronio tradat, ſi modo precium
Sempronius dinumerat, aut eo nomine
aliter ſatisfaciat, l.ſi pater.& ibi Baldus. de
10 act.empt. † Hac verò ex vendito actione
ad precium agitur, vt id venditor ab em-
ptore conſequatur. quum & rem venditã
tradere emptori teneatur, non quidem vt
dominum emptorem aliter faciat, niſi &
ipſe dominus fuerit, l.ex empto.illo titulo.
Quod qoidem procedere intelligendum
eſt, quatenus corpus certum, vel ſpecies vẽ-
ditur. Nam ſi horum quæ in genere con-
ſiſtunt, veoditio fieret, veluti hominis, æ-
qui, lancis, argenti, vel auri: tunc domi-
num neceſſariò fieri emptorem oportere
creditum eſt, arg.l.ſi à ſubſtituto.§. vlti. &
l.cum certus.ff. de act.emp. Quemadmo-
dum diximus ex empto actionem aduerſus
venditorem rem tradere detrectantem da
ri: ita & hæc ex vendito actio aduerſus
emptorem dabitur, qui quooiam precium
nõ offert, cum damoo venditoris penes ſe
res vendita maneat, lege prima.ff.de per-
ſo.& conuentioni rei venditio. & lege
Iulianus.§. ex vendito ff. de actionit. em-
ptioni. Idem ſi res iam tradita ſit, &
precium non ſoluatur, vt ad precium a-
gi poſsit. Hæ denique actiones ex
empto

empto & vendito,ad multa alia variè pro-
poni poſſunt:Veluti quando venditor rem
vitioſam dolo vendiderit, ſiquidem igno-
rans, vt tantùm actione ex empto præſter,
quantominùs empturus fuiſſet qui emit, ſi
id ita eſſe ſciuiſſet.Si verò ſciés,omnia de-
trimenta quæ ex ea emptione emptor tra-
xerit,luat:d.l.Iulianus de act.emp.aut ſi in
corpore rei venditæ non in qualitate con-
ſenſum eſt:nempe quod virginem quæ mu
lier eſſet, venditor ſit ementitus, * vt ex
empto actione ad reſoluendum contra-
ctum, qui iure ſubſiſtebat, & an id quod
emptoris intereſt deceptum non eſſe agere
poſsit,l.ſi ſterilis.§.quamuis, & l.ex empt.
11 §.ſi quis virginem,eod. † Item vt venditor
emptori inſtrumenta exhibeat, quibus rei
venditæ ius cognoſcat,fines etiam fundi ven
diti vt oſtendat,l.Titius,illo ti.& vt etiam
eodem modo vt venditor agere pro dam-
no rei venditæ dato cogatur, vel actiones
ſuas cædat,l.ſi ea.eod.aut etiam vt euictio-
nem præſtet,l.non dubitatur.C.de euictio.
vel tandem,vt id quod in contrahendo cō-
uētum eſt,faciat,l.tenetur,§ j.de act.empt.
Per contrarium quoque ſimili modo ex
vendito actio aduerſùs emptorem ad alia
porrigitur, vt lapides quos ex fundo emit,
tollere cogatur,l.ſi is qui illo titu. aut do-
mo vendita & tradita, vt rupta cæſa reſti-
tuat,hoc eſt,quæ eruta ſunt: vt ſementa, &
arena quæ in domo erant.Cæſa etiam, vt
arbores in horto domus exciſæ,vel carbo-
nes facti,& ſimilia,l.fundi.§.ſi ruta,illo tit.
Nam quæcunque in domo ſunt affixa, aut
quæ in ſtipitem domo defoſſum habent,
perpetuíque vſus cauſa ędificij ſunt,ędium
ſunt: nō verò ea quæ ad præſens ſunt tan-
tùm, quæ & ſi ædium cauſa parata eſſent,
nondum tamen perfecta, ædium eſſe non
videntur,niſi ex ædificio detracta eſſent,vt
12 reponerentur,d.l.fundi, & l.ſequen. † Se-
quuntur & aliæ actiones quæ bonæ fidei
ſunt. Ex locato, & conducto. Illa etenim
ad rei locatæ precium, ſiue mercedem, in
conductorem interdum agitur, tempore
locationis finito, l.ij.ff.loca.l.ędem.c.eod.
& vt rem locatam reſtituat:Alioqui in rei
ipſius æſtimationem per iudicem condem-
natur,l.conductor.C.illo ti.Merces autem
quæ interuenit, ſiue penſio in pecunia nu-
merata eſſe debet.Alioqui non locatio,ſed
innominatus contractus facio, vt facias,
dicēdus eſſet,Accur.in l.j.§.ſi quis ſeruum,
13 ff.depo. †Item ſi res locata deterior redda-
tur, l.ij.ff.in quib.cau.pig.vel hi.eadē actio
in conductorem dabitur.Aut ſi conductor
intempeſtiuè colat, & opera ruſtica ſuo
quoque tempore non faciat. l.ſi merces.§.
conductor.ff.loc.Ex aduerſo in locatorem
ex conducto actio competit, ſi re quam
conduxit ei frui non liceat, l.ex conducto,
illo tit.aut ſi rem vicioſam ei locauerit,ve-
luti dolia pèrque vinum effluxerit, vt in id
quod intereſt condemnetur, nulla excuſa-
ta ignorantia:in id denique actiones hę cō-
petunt, vt ſecundùm legem locationis, &
conductionis omnia fiant, & quod in lege

* Non ſic in contracto ſub hac conditione matrimonio pontificum decretis reſponſum eſt. nā & muliere cōperta ea quam non aliter, quā ſi virgo inueniretur vxorem quis duxiſſet, matrimonium nō ideò ſoluitur. Vide cap. 1. & illic interpretes de cond. appoſ.

fuerit prætermiſſum id etiam ex bono &
æquo præſtetur, §.conductor ſuprà locat.
14 † Eſt & negociorum geſtorum actio bonæ
fidei,quarum altera directa eſt,altera con-
traria,vtraque tamen bonæ fidei: directa
enim domino rei geſtæ aduerſus eum qui
geſsit datur,ſi negligenter aut perperam a-
liter geſſerit: contraria verò negociorum
geſtori aduerſùs dominum, quando vtili-
ter geſsit, & ſumptus forſan in rem domi-
ni fecit, §. j. ſup.de obligat. quaſi ex con-
tract.Quæ tamen aut amicitia paterna,aut
pietatis intuitu,aut maritali affectione,aut
etiā officio,vel obſequio geſta ſunt, actio-
nem hāc non admittunt, l.j.C.de neg.geſt.
l.is qui.& l.ex duobus.§.vlt.ff.illo tit.tene-
túrque hac actione non ſolùm is qui ſpon-
te & nulla neceſsitate cogente ſe negociis
alienis immiſcuit,& ea geſsit. Verùm & is
qui vrgente neceſsitate aliqua geſsit, vel
neceſsitatis ſuſpitione, l.iij.§.hac actione.
ff.de neg geſt. modo tamen ſine mandato
geſſerit, d.§.ij.ſuprà de obl.& quaſi ex con
tract. Sunt & mandati,depoſiti,pro ſocio,
& commodati actiones bonæ fidei,de qui-
bus tamen quoniam anteà iam memini-
15 mus,ad reliquas feſtinemus. †Succedit tu-
telæ actio, cuius natura ſi directa actio ſit,
eſt petere vt rationes tutelæ à tutore red-
dantur, l.actione.ff de tutel. De omnibus
enim quæ ipſe fecit quum facere non de-
buerit, & de hiis quæ non fecit rationem
eundem reddere oportet. Nam tutoris of
ficium eſt rationis actus ſui conficere, &
pupillo reddere.alioqui ſi non fecerit, hac
eadem actione pupillo ſuccurretur.d.l.j.§.
officio; vt certè ſecundùm harum bonæ
fidei actionum naturam in litem à pupil-
lo iuretur,l.j.C.de in lit.iur.Niſi tamen fi-
nita tutela hac actione non experimur,
16 † quæ pubertate non tantùm finitur, ſed
& morte tutoris,vel pupilli,l.niſi.ff.de tu-
tel.Contraria quoque actione æquum vi-
ſum fuit ipſi tutori aduerſùs pupillum con
ſuli,vt ea quæ pro pupillis rectè impende-
rit conſequatur. Etenim prouocandi fue-
runt tutores, vt promptiùs de ſuo pro pu-
pillis aliquid impendant,cùm ſciunt ſe re-
cepturos id quod impenderint, l. j. ff. de
cont.iud.tut.Idémquo erit ſi cū tutorem ſe
putaret aliquis pro tutore negocia pu-
pili geſſerit, vel adminiſtrauerit, vel ſimili
modo pro tutore teneatur, quo caſu in
ipſum, quoque ſtatim pro tutore actio
competit, quæ bonæ fidei eſt, l.j.ff.de eo
17 qui pro tut. † In eodem numero eſt actio
pigneratitia,quæ tam directa, quàm con-
traria,bonæ fidei etiam eſt. Debitori com
petit directa, vt pignus repetat, ſoluto ta-
mē priùs debito, ita vt pecunia omnis an-
teà ſoluta eſſe debeat,aut eo nomine aliter
creditori ſatiſfactū: Quod ita interpræta-
mur,quoties cōſenſit creditor à pignore re
cedere l.ſi re.§.omnis,ff.de pi.act.Nā alio-
qui tādiu act.hęc ceſſat,q̄diu integra pecu-
nia numerata creditori nō eſt,etiā ſi ꝑ ma-
iore parte ſolutio facta eſſet,l.quādiu,C.de
18 diſt. pig. † Sciendum tamen eſt fructus rei
pignori

pignori datæ, & quicquid inde perceptum
eſt,id totum debito imputari, l.j. & ij. de
pign. act. Ex aduerſo creditori contraria
datur actio,ſi quid forſan in re pignori da-
ta impenderit,vel ſi debitor rem alienam,
vel alij pigneratam, vel in publicum obli-
19 gatam,etiam ignorans dederit. † Nam qui
ſciens dedit,ſtellionatus crimine tenetur.l.
tutor.§.contrariam.ff.de pign.act.Hippo-
thecaria autẽ actio inter bonæ fidei actio-
nes non annumeratur.Sunt & actiones fa-
miliæ erciſcundæ, & communi diuidundo
bonæ fidei,quæ ſemper directæ ſunt. Nam
ęque principaliter litigantium vterque in
his ſemper obligatus inuenitur,propterea-
que iudicia eiuſmodi duplicia appellãtur,
quoniam in his vterque actor & reus eſt,
20 Sicut de his anteà iam ſatis diximus. † Fi-
nium autem regundorũ actio tametſi ma-
gnam cum his ſimilitudinem habeat, bo-
næ fidei tamen non eſt quandoquidem in
prioribus iudiciis ius quoddam fraternita-
tis ſit,l.verum.ff.pro ſoc.in quibus non mi
rum ſi bona fides pinguior, exuberantiór-
que eſſe debeat. Pręterea & præſcriptis ver
bis actio bonæ fidei dicitur, tam ea quæ de
æſtimato proponitur, quàm ea quæ ex per-
mutatione competit. De æſtimato actio
conceditur, quando res æſtimata ven-
denda datur, tollendæ dubitationis gra-
tia an ex vendito eſſe debeat actio, pro-
pter æſtimationem, an ex locato, quaſi
res vendenda locata eſſe videatur, an
ex conducto, veluti operis conductis,an
etiam mandati. hæc ſi quidem æſtimato-
ria præſcriptis verbis actio, quoties de no-
mine contractus alicuius ambigitur, con-
ceditur. Eſt enim negocium ciuile geſtum
& quidem bona fide: habent igitur omnia
locum hic quæ de bonæ fidei iudiciis an-
teà dicta ſunt,glo.j.ff.de æſt.act. Æſtimatio
autem periculum eius facit qui ſuſcepit,ita
vt rem incorruptam, aut æſtimationem de
qua cõuenit reſtituere debeat. Niſi res ideò
æſtimata fuiſſet, vt ſciret is qui ſuſcepit
quanti eã venderet, & rogatu eius qui ven-
dendam rẽ dedit eandem ſuccepiſſet. Nam
tunc ſolius dantis periculo rei erit interi-
tus. Quod ſi rogaſſet is qui ſuſcepit ſuiip-
ſius itidem erit periculo. Si neuter, ſed ſo-
lius vtriuſque tantùm conſenſus fuit, do-
lum & culpam præſtabit tãtùm qui ſuſce-
pit,l.ſi gratuitam.§.ſi margaritas,ff.præſcr.
verb. Ea autem quæ ex permutatione com-
petit præſcriptis verbis actio, naſcitur de-
21 mum re ab altero ſequuta, † nam aliter ex
nuda conuentione permutationis nulla rẽ
ſequuta nemini actio competit, niſi inter-
poſita fuiſſet ſtipulatio, l.ex placito. C.de
rer.perm.& l.j.§.j.de æſt.act.ff. Verùm cir-
ca æſtimatoriam actionem præſcriptis ver
bis, & eam quæ ex permutatione compe-
tit, nulla eſt præſcriptis verbis actio bonæ
fidei quales ſunt hæ actiones quæ ex pactis
incontinenti adpoſitis producuntur, quæ
quidem præſcriptis verbis appellantur, l.
iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pact.& l.
ij.C.de pact.int.emp. Niſi ſanè pacta eiuſ-

modi de æſtimato,aut permutatione facta
eſſent. Nã adhuc præſcriptis verbis actio-
22 nes eas bonæ fidei eſſe dicẽdum eſſet. † Ve-
luti ſi cùm Titius fundum à me emeret,
iuxta emptionis & venditionis cõtractum
pactum ſtatim ſubſequutũ eſt,quo res ven-
denda aliqua æſtimata mihi datur, aut de
permutando Sticho ſeruo meo cum tuo
cõuentum fuit,actio certè præſcriptis ver-
bis quæ inde producitur bonæ fidei meri-
tò appellabitur. Quod & ſi contractui ſtri
cti iuris pacta huiuſmodi ſtatim adpoſita
ſunt,adhuc tamen actionem bonæ fidei eſ-
ſe pleriſque viſum fuit, id ex conſtantiori
opinione ferè omnium per l.lecta.ff.ſi cer.
pet.& l.petens.C.de pac.Planè conuentio-
nes hę ſtatim ſubſequutæ ineſſe quodam-
modo bonæ fidei iudiciis videntur, adeò
vt principalem ipſam actionem perimant,
& informent: hoc eſt, nouam veluti for-
mam actioni principali porrigant, vt ne-
dum ad id quod ſui natura competunt pro
ponantur,ſed etiam ad id quòd his conuen
tionibus incontinenti adpoſitis deductum
eſt, l.iuriſgentium. §.quinimo. ff.de pact.
23 † Et propterea quæ bonæ fidei actio erat,
eadem ad id quòd incõtinenti poſitum eſt
remanet: verbi gratia ſi fundi partem ea
lege tibi vendiderit Titius, vt partem al-
teram aureis annuis decem conductam ha
beres, ſi in conductione à Titio prohibea-
tis,non ex conducto, ſed ex empto erit a-
ctio,agétque venditor ex vendito, vt hæc
ſibi conductio præſtetur, cùm hoc ipſum
preciũ fundi videatur,quod eo pacto ven-
ditus fundus fuerit, l.fundi partem. ff. de
contra.empt. ideòque fructus ex mora ve-
24 niunt, l.ij.ff.de pac.int.empt. † Cæterùm
præſcriptis verbis actio ad alia etiam pro-
ponitur, vt ſi do aliquid vt facias, modo
pecunia nõ detur. Nam non precium dan-
dum, ſed res aliqua mutuo danda eſt, ad
hoc vt hæc competat actio. Et in hac ſpe-
cie non bonæ fidei, ſed ſtricti iuris eſt.
Idem erit ſi facio vt facias, vt etiam
adhuc ſtricti iuris ſit. Quod ſi do vt des,
fiet tunc permutatio, in qua præſcriptis
verbis actionem bonæ fidei eſſe diximus,ſi
modo non pecunia,ſed res pro re detur. Sã
verò facio vt des quòd poſtremum eſt,tũ-
que poſtquam feci dare ceſſas,nulla erit ci
uilis actio: ideò de dolo dabitur, quæ ſtri-
cti iuris eſt,hæc in l.naturalis.ff.præſcript.
verb. Veruntamen eum qui agere volet,
impleuiſſe ſemper prius oportet id quod
dare aut facere conuenit, antequam expo
ſtri poſſit,d.l.ex placito. C.de rer.permut.
Explicita igitur eſt præſcriptis verbis, ſi-
múlque in factum actio, quæ ad eadem
quæ proximè diximus proponitur, l.ſi tib.
ãtea.ff.præſi.ver.in eiſdémque caſibus pre-
ſcriptis verbis actio bonæ fidei eſt,cum ea-
dem eſſe intelligatur, quamuis porrigatur
etiam ad alia: Nam quoties euenit, vt ceſ-
ſantibus iudiciis proditis, & vulgaribus a-
ctionibus, proprium actionis nomen in-
inueniri non poſſit,ad hanc quæ in factum
eſt actionem deſcenditur,in §.vlti.infrà de
interdict.

interdict. in locum etiam interdictorum ea proponetur, de qua ſuo poſteà loco dicendum relinquimus. Porrò quamuis anteà incertum eſſet de hæreditatis petitione (tanquam nulla realis actio ſit quæ bonæ fidei inueniatur) an inter bonæ fidei iudicia connumeranda eſſet, 25 † noſtra tamen conſtitutione manifeſtum fecimus eam eſſe bonæ fidei, cùm etiam præſtationes perſonales quaſdam habeat, l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hær. Quæ quoniam vniuerſas res hæreditarias iura cõperitur, atque etiã nõ hæreditarias quæque ſint, dum tamen harum periculum ad hæredem pertineat, l. item videndum. §. vlt. illo tit. interpretanda erit vt bonæ fidei ſemper ſit: niſi forſan pro contractu, actionéve ſtricti iuris proponeretur: veniunt ſiquidem omnes hæreditariæ actiones in hæreditatis petitionem cum ſua prima natura, minimè quidem aduentitia, l. item veniunt. §. cùm prædixerint eodem. Quoniam verò per omnia huic hæreditatis petitioni æquè ſimiles ſunt, eadémque recipiant poſſeſſoria, fideicommiſſoriáque hæreditatis petitio, l. j. & ij. de poſ. & fid. hær. pen. ff. eaſdem ſimili modo inter bonæ fidei actiones connumerari ratio eadem exigit. Cõpetit autem hæreditatis petitio ei qui quoquomodo hæres eſt, ſiue iure veteri, ſiue nouo, ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, per ſe. vel per aliũ, etiam extraneum, l. j. ij. & iij. ff. de pet. hær. Siue etiam quia inſolidum, vel ex parte hæres ſit, & datur in eum qui vel ius pro hærede, vel pro poſſeſſore poſsidet, vel rem hæreditariam licèt minimam, l. licèt minimam illo tit. & l. regulariter. Is autem pro hærede poſsidet, qui ſe hæredem contendit. Pro poſſeſſore verò, qui interrogatus cur poſsideat, ſit reſponſurus ſic, quia poſsideo, l. pro hærede, & l. ſeq. eod. Quæ quidem poſſidendi cauſæ tituli, vim non habent, cùm ita ſit contra titulo poſsidentem petitionem hæreditatis non dari, ſed rei vendicatione eſſe opus. l. hæreditatis. C. illo tit. licèt in bonæ fidei poſſeſſorem qui hæreditatem emit vtilis petitio hæreditatis interdum porrigatur: vtputa ſi non extet venditor, vel modica vendidit, l. etiam. §. j. illo ti. ff. & in eum quoque qui ſciens rem alienam emit, vt vniuerſitatis emptorem datur, cúmque qui hæreditatem quaſi vocantem à fiſco emerit, eadem l. §. ſi quis ſciens.

26 † Meritò igitur interrogatus quis quomodò poſsideat, * dicere cogitur pro hærede, an pro poſſeſſore poſsideat, quod alioqui inutile eſſet, l. cogi. C. illo tit. * Veniũt autem in hoc iudicium fructus percepti, percipiendíque, & inhoneſti etiam quęſtus. ne honeſta interpretatio, non honeſto quęſtu poſſeſſori lucrum faciat, l. ſi poſſeſſor ex hæreditate & l. ancillarum. ff. illo titu. Bonæ fidei tamen poſſeſſoribus cõſultum eſt, vt in id duntaxat teneantur in quo locupletiores facti ſunt, l. ſed & ſi lege. §. cõſuluit, eod. qui vel impenſas omnino deducunt: licèt res non extet, reddãt autem non aliter quàm ſi res melior ſit facta, l. planè, eodem. In hac prætereà actione is qui hæreditatem petit ius ſuum non ex aduerſarij 27 poſſeſsione, ſed ex iure ſuo metietur. † Si quis itaque ex aſſe ſit hæres, totam hæreditatem petet, & ſi partem tantùm poſſeſſor detineat, ꝙ ſi ex parte hæres tãtùm ſit, partem petet, quamuis totã hæreditatem poſſeſſor habeat, l. j. §. j. ff. ſi pars hæred. Attamen petitionem hanc hæreditatis proponi ſolùm modo ſciendum eſt poſſeſsione rerum hæreditarium ab hærede nondum adepta: Nam ſi ſemel adepta eſſet, non amplius hęreditariæ, ſed propriæ res dicerentur: Accur. in l. j. §. veteres. ff. de acqui. poſſ. ſpecialéſque ideò pro his in rem actiones deſiderandas eſſe veriùs eſt.

* Quoties quis conuenitur vt reſpondeat an quotáque parte pro hærede ſe gerat, ante quàm inter rogationi huic reſpondeat, declarare debet actor cum actionis ſpeciem quam in eum, vt hæredẽ mouere vult. Atque ita iudicatur, ne aliter litigãtium malignus occaſionem faceſſendi, quibus velit habeat.

* Iure pótificio cogũtur ſacerdotiorum poſſeſſores ſuæ poſſeſsionis titulum oſtendere. ca. ordinarij de offi. archid. lib. 6. atque Franciſci cõſtit. id inito cuiuſque litis cuiſ poſſeſsorie cũ de ſacerdotiis agitur curandum eſt: ne ſi in qui poſſeſsione cadat quid facere neglexerit.

Ad §. Fuerat.

SVMMARIA.

1 *Actio rei vxoriæ.*
2 *Matrimonium vnde nomen accepit.*
3 *Ex ſtipulatu actio ſtricti iuris eſt.*
4 *Actio de dotibus exigẽdis tàm viro quàm vxori competit.*
5 *Filiæ aduerſus patrem datur actio de dote.*
6 *Extraneus quis dicatur.*
Actione ex ſtipulatu de dote bona tacitè obligãtur, etiã ſi conuentũ non ſit. ibid.
7 *Dos aduentitia, & profectitia.*
8 *Actio de dote tantum ad filios ſolos transfertur non ad hæredes.*
9 *Hipothecæ tacitæ quãdo ceſſat vis in dote*
10 *Lapſus tẽporis in alieno facto dãno non eſt.*
11 *Exactio dotis in quibus poteſt ſtatim fieri.*
12 *Mulier aduerſus virum dotẽ petere poteſt ſi res pereant conſtante matrimonio.*

PRæter verò has actiones bonæ fidei quas iam hîc ſingulas enumerauimus, 1 † fuerat anteà & alia actio quæ rei vxoriæ appellabatur, qua dotibus ſubueniebatur, ab vxore quidem potiùs quã à viro tametſi dotis ſit dominus, l. doce, C. de rei vend. ideò denominata, ꝙ non tàm viris, quàm ipſis vxoribus fauere iura intenderint. Idque nũ ſolùm propter obſequia quæ mariti pręſtant, verũ etiam partus periculum, ipſamque grauem liberorum geſtationem, & procreationem, l. aſsiduis. C. qui por. in pign. hab & l. j. ff. ſol. marr. 2 † Vnde & ob ipſum vxorũ matrum onus, matrimonium forſan non aliunde nomen accepit, quaſi matris onus dictum, proptereà ab eiſdẽ fœminis potius, quam à viris inde ſumptũ. Verũ quia eiſdẽ vxoribus rei vxoriæ actione cõuẽtionéque nuda quę ad dotis etiã exactione ſola ſufficiebat, l. ad exactionẽ. C. de iur. dot. pleniorem eſſe ex ſtipulatu actionẽ certioréque duximus, omne ius quòd res vxoria anteà habebat, in hãc quæ de dotibus exigendis proponitur tranſtulimus, rei vxoriç actione omnino ſublata. 3 † Et licèt non ignoremus ex ſtipulatu actionem ſtricti iuris eſſe, quia tamẽ noua natura de dote ſtipulationi indita eſt, eidẽ rei vxoriç actionis in cuius locũ

ſufficitur

permittitur: Veniúnque in hoc iudicio
tam vſuræ,quàm etiam fructus, l.vnica.§.
12 cùm autem.C.de rei vxo.act. † Eodémque
modo & mulier de dote aduerſùs virum
conſtante matrimonio experiri poterit, ſi
ad inopiam vergat, Ne vel decoctis rebus
omnibus, mulier non habens vnde alatur,
turpe aliquid facere rerum penuria auſit.
Non tamen vt alienandi quicquam facultatem viuente marito propterea mulier habeat. Nam & eo tempore matrimonio
non ſoluto, fructus quoque non ſolùm ad
ſuſtẽtationem ſui,ſed mariti filiorum percipientur,l.vbi.C.de iur.dot.

Ad §. In bonæfidei.

SVMMARIA.

1 *Bonæfidei actionum vis lata eſt.*
2 *In compenſando bonæfidei iudiciorum vis & natura.*
3 *Compenſatio quid eſt.*
4 *Compenſatio quomodo locum habet.*
5 *Compenſationes cur neceſſariæ.*
6 *Si quis ſoluerit,cùm compenſare poſſet, poſteà poterit condicere ſi velit.*
7 *Compenſatio in pœnis & in delictis locum habet,præſertim in viro & vxore ſe inuicem accuſantes.*
8 *Compenſatio in quibus non admittitur.*
9 *Compenſatio eadem eſt in genere ac in ſpecie, & hic caſus eſt.*
10 *Compenſatio in quibus locum habet.*
11 *Compenſatio ſolutionis vicem obtinet.*
12 *Compenſatio in mutuis litiũ expenſis.*
Compenſatio contra fiſcum, ibid.
13 *Compenſatio contra quancunque perſonam admittitur.*
14 *Compenſatio non fit in depoſito.*
15 *Retentione vti poteſt qui in re depoſita ſumptus fecit.*

IN bis porrò bonæ fidei iudiciis
(de quibus hactenus diximus) libera poteſtas permittitur iudici
ex bono & æquo æſtimãdi quantùm actori
1 reum dare oportet. † Nam (vt anteà dictum eſt) harum bonæfidei actionum vis
latiſsimè manat, in quibus potiores ſunt
iudicis partes æſtimandi quid quénque
cuique dare oportuerit, quando ita ſit in
his alterum alteri obligari in id quod ex
bono & æquo præſtare oportet.§.vlti.ſup.
de oblig ex conſenſu. etiam ſi id à contrahentibus minimè expreſſum ſit. Quod in
ſtrictis iudiciis longè aliud eſt, in quibus
quicquid adſtringendæ obligationis cauſa
eſt,id niſi palàm verbis exprimatur, omiſſum intelligitur, l.quicquid adſtringendæ.
2 ff.de verb.obli.† In his ergo bonę fidei iudiciis continetur illud, vt ſi quid inuicem
pręſtare actorem oporteat,ea compenſatio
in reliquum,is cum quo actum eſt cõdemnetur. Ita vt ſi quis agat bonæ fidei actione,& decẽ aureos petat. Iſque inuicẽ quinque aureos debeat: iudicis erit officium in
quinque ſolos condemnare cõpenſatione
habita cum iis quinque quæ inuicẽ debentur. Quod ſi compenſationis rationem index non habuerit,nihilominùs ſalua petitio eius quòd debetur,manet:neque rei iudicatæ exceptio obiici poteſt,niſi compenſationem iudex (quaſi non exiſtente debi-
3 to)reprobaſſet,l.quòd in diem.§.j.ff.de cõpẽ. Eſt autẽ cõpenſatio inuicem quę contra debẽtur imputandi ratio, ſeu debiti &
crediti inuicem inter ſe contributio. Neque hac dictione (inuicem) ſine cauſa ſæpiùs vtimur, quia eius quod alij quàm ei
qui cõuenitur debetur,minimè admittitur
cõpenſatio,l.eius.C.eo.tit. Vnde creditor
cõpenſare nõ cogitur ꝙ allij,quã debitori
ſuo debet,& ſi creditoris creditor ob debitum propriũ pro eo qui cõuenitur,cõpenſare velit,l.in rẽ verſi.creditorem,eod. Sicut etiã ei qui alterius nomine petit debitum propriũ,rectè non obiicitur. Vt ſi tutor id quod pupillo debetur,petat,cõpenſatio eius pecuniæ, q̃ ipſe tutor ſuo nomine aduerſario debet,opponi nõ poteſt. Ea
igitur eſt horũ bonæ fidei iudiciorũ in cõpenſando,eo ꝙ inuicẽ debetur,vis & natura: Quæ nõ eadem tamẽ in ſtricti iuris iudiciis olim erat, in quibus nõ tã libera eſt
iudicis poteſtas: ſed ſumma exactáq; iuris
4 cõſtituti ratio habetur. † Ideóque ſi ad decem aureos tecũ Męuius egiſſet,quáuis inuicẽ quinque Titius tibi deberet,nihilominùs tamẽ in decem condemnandus fuiſſes:
atque id quidẽ quantũ ad ſtrictã iuris rationẽ attinet. Sed emiſſum eſt poſteà diui
Marci Cęſaris reſcriptũ, per qđ in eiſdẽ iudiciis cõpenſatio quidẽ inducebatur. Sed
hoc ita demũ, ſi doli mali exceptione is cũ
quo agebatur, vſus fuiſſet,tãquàm dolo creditor faceret,qui quod redditurus eſſet, peteret,l.dolo.ff.de doli excep. Adeò vt quãuis iudici ipſi de cõpenſando debito perſpicuè ex prolatis inſtrumentis liqueret, non
tamen prohibebatur in totã ſummã à creditore petitã reũ, qui doli mali exceptione
vſus nõ eſſet, condẽnare. Noſtra verò cõſtitutio compenſationes eaſdem latiùs libe-
5 riúſque in eiſdẽ iudiciis introduxit. † Quæ
quidẽ neceſſarię ideò viſæ ſunt, quãdo noſtra multũ refert, nõ potius ſoluere, quã ſolutũ repetere, l.iij.ff.de cõpenſ. Proinde à
nobis ſancitũ eſt, vt compenſationes omnes quæ iure aperto nitũtur, hoc eſt, quæ liquidæ ſunt, & certę, neque inuolucris &
ambagibus innodatæ, ſeu inuolutę, ſed quę
facilem ſui exitum pręſtant, (cuius rei notio iudicis arbitrio relinquitur,) l.vl.§.hoc
vterque.C.de compenſa. actiones ipſo iure
minuant, id eſt, eo ipſo quod à iudice compertum erit, compenſationi eſſe locum, nulla doli mali exceptione propoſita actiones ipſæ pro ea parte, pro qua fieri cõpenſatio debebit, ſtatim tabeſcant, * &
6 extinguãtur, d.l.vl.C.eo.ti. † Adeò vt is q
cõpenſare potuit, ſi ſoluit, cõdicere poſsit,
quaſi

*Hodie compenſatio principia reſciſ- pro impetratur, niſi deca- tione de aduerſa pars ſu.

quaſi indebito ſoluto l.ſi ambo.ff.de com-
pen. Proptereà ſi actionem decem auro-
rum habueris cum Titio, cui quinque de-
beas ipſo iure ſtatim actio ſimul atque de-
bere eidem cœpiſti quinque aureis minu-
ta eſt ex Theophilo. Neque in ſorte tan-
tùm principali, ſed & in vſuris minutio hęc
fit.l.ſi conſtat.C.de compenſa. Quum igi-
tur alter pecuniam ſine vſuris debet, alter
cum vſuris, concurrentis apud vtrunque
quantitatis admiſſa compenſatione vſuræ
non debentur. Veluti ſi Meuio, cui viginti
petebas cum vſuris, decem ſine vſuris de-
bueris, ſummæ tantùm reliquæ decem per
compenſationem non concurrentis, vſu-
ræ præſtandæ erunt l.cum aliter. ff.illo tit.
Sed ſi inuicem ſit pecunia cum vſuris da-
ta, diuerſis tamen vſuris compenſatio ha-
bebit, nihilominus locum eius quod inui-
7 cem debetur, l.idem iuris, eodem. † Idque
in pœna compenſatione non immeritò di
cemus: Vnde ſi tam actor quàm reus alter
ab altero in emphiteoſim aliquid accepe-
rint, & per triennium, neque pecunias ſol-
uerint, neque apochas reddiderint, quum
vtrique liceat alterum à prædiis emphi-
theoticariis repellere, vtriuſq; pœnæ com-
penſatio rectè admittitur: Fab. cui omnes
conſentiunt. Nam & in delictis etiam id
receptum inuenimus, nimirũ vt dolus do-
lo compenſetur, l. ſi duo.ff. de dol. excep.
Viro igitur & vxore mores accuſantibus,
vtriuſque delicti compenſationem admit-
tendam eſſe pronunciatum eſt. Ea nanque
ratione quod paria delicta mutua cõpen-
ſatione diſſoluuntur, l. viro atque vxore.
ff.ſol.matr. niſi criminalis intẽdatur actio,
l.ſecunda.§.ſi publicè. ff. ad l. Iul.de adul.
Planè ei qui compenſatione vti volet, ne-
ceſſarium erit de eadem iudicem monere,
ipſamque compenſationem petitioni acto-
ris obiicere. quum aliàqui iudicem ariola-
ri oporteret. compenſationi eſſe locum, fa-
cit, l.ſecunda.& l.ſi conſtat.C.de compenſ.
In omnibus verò actionibus eandem vim
compenſationi dedimus, non ſolùm bonæ
fidei, ſed & ſtricti iuris, ſiue in perſonam
ſint, ſiue etiam in rem, quum ad rei petitæ
quidem æſtimationem ventum eſt. Nem-
pe ſi reus in litis æſtimationem quam reſti-
tuere non poteſt, fuerit condemnatus, l.e-
8 ius.& l.qui reſtitutionẽ, illo tit. † Nam ſpe-
cierum aliter ſiue corporum quæ extra pe-
cuniam numeratam ſunt, cõpenſatio ideò
non admittitur, quoniam iure aperto (vt
diximus) non nituntur, neque aliquid aut
certa vtriuſque rei æſtimatio ſit. In quibus
varia ex affectu & vtilitate ſingulorum ca-
dere poteſt affectio, propter quę plus mi-
núsve alterum ex corporibus æſtimari poſ
ſit, l.precia rerũ.ff.ad l.Falc. Idémque etiam
de corporis cum pecunia compenſatione
dicendum erit, adeo vt ſi pecuniarium no-
mẽ pignori datum fuerit, pecunia quidem
exacta inde rectè compenſabitur. Quod ſi
nõ pecuniæ, ſed corporis nomẽ fuerit, cor-
poris exactio compenſationem facere non
poterit: ſed pignus faciet. l. ſi conuenerit.ij.
in fi.prin.ff.de pig. act. Nobis enim inuitis
aliter neceſſario coactiq; rei noſtræ ingere-
tur venditio, l.nec enim. ff. de contrahen.
emp. Si tamen corpora ipſa in pecuniam
numeratam neceſſariò vertantur, compen-
ſatio non prohibetur: vt quando legatus
eſt tibi fundus, qui Sempronij erat, neque
Sempronius eum vendere vult, vel immen-
ſum precium petat, æquiſsimum erit condi
heredi, vt æſtimationem tibi præſtet, l.ſi
dominus.§.qui confitetur. ff. de leg. j. qua
cum pari ſumma quæ à te eidem debetur,
9 compenſare (ſi volet) poterit. † Quæ au-
tem de ſpecierum compẽſatione diximus,
eadem & de generis compenſatione intel-
ligenda erunt: vt ſi duo inuicem hominem,
equũ, aut aliud in genere debeant: Nam &
genere ſpecies cõtinetur, l.Meuius. §.duo
bus.de leg, iij. Neq; ſolui aliter genus quàm
per ſpeciam poteſt, l.cum incertus.ff.de le-
gatis primo. quæ in generis obligatione in-
10 fuſa eſt. † Quinetiam in rebũs omnibus
cæteris quæ pondere, numerò, menſurá ve
conſiſtunt, compenſationi locus ſemper
erit, ſi in genere ſuo functionem, præſtatio-
nem, & redditionem recipiant per ſolutio-
nem, magis quàm per ſpeciem, hoc eſt, quæ
eius ſunt naturæ, vt præſtando rem aliam e-
iuſdem generis creditori ſatisfiat, & quæ
inutiliter vtendæ conceduntur, ſi ſpeciem
ipſam quæ data eſt, reddere debitor coga-
tur: vt in ære, argento, auro, pecunia nume-
rata, vino, oleo, frumento, l.j.§.mutui.ff.ſi
certum pet. veluti ſi libras æris, argenti, vel
auri duodecim, vel decem corbes frumen-
ti, aut decem cados olei ab eo petas, cui
tantundem debeas, compenſatio vtriuſque
rectè fiet. Ita tamen vt vtrunque æquè bo-
num ſemper ſit, l.cum quid.ff.illo tit. Nam
alioqui per ſpeciem magis quàm per ſolu-
tionem functionem reciperet, d.l.ij.§.mu-
11 tui. † Compenſatio autem ſolutionis vi-
cem obtinet, l.ſi debitor.in fi.ff. quib. mo-
dis pig. Cæterùm pecuniæ numeratæ cum
pecunia numerata compenſatio ea eſt, qua
magis vtimur: & idem erit. ſi materiam au-
ri argentíve cum pecunia compenſare vo-
lumus. Paria nanque ſunt materiam ipſam
præſtare, aut auri vel argenti preciũ quan-
ti comparari poteſt. l.Titie amicæ.ff.de au-
ro & argen.leg. Nonnunquam tamen ceſ-
ſat pecuniæ compenſatio. ſi is à quo ea pe-
titur facultatem ſoluendæ ſpeciei habeat.
Quod tam in obligationibus noxalibus,
quàm his qui ſub alternatione fiunt acci-
dit. De quibus ſuo loco poſteà commodiùs
dicetur. Interdum etiam frequenter com-
penſationes à iudicibus fiunt, tametſi in-
certa debiti quantitas ab vtraque parte o-
12 mnino ſit, † vt in mutuis expenſarum li-
tis compenſationibus fieri ſolet, quòd iu-
ſtè litigatores vtriuſque in litigando cauſæ
contemplatione fieri magis ſcire oportet,
quàm quod liquidum, aut æquale vtriuſq;
debitum eſſe proptereà exiſtimetur, Bald.
in auth. generaliter. C. de epiſco. & cleri.
Non ſolùm verò contra priuatas perſo-
nas, ſed & contra fiſcum compenſatio ad-
mittitur.

admittitur. Ita tamen vt is qui cõpenſatio-
nem fiſco opponit, intra duos menſes de-
bitum ſibi docere debeat, l. aufertur. §. fi-
13 ſcus de iur. fiſ. † Contra etiam quamcunque
perſonam priuilegiis noſtris fulcitam ea-
dem compenſationis exceptio opponi po-
teſt, interpretes omnes hîc. Quam tamen
poſſeſſionem alienam perperam occupan-
tibus denegamus, l. vlt. in fi. C. de compen.
Item & Reip. Calendario, & vectigalibus
debitoribus, aut etiam ex frumenti vel olei
publici pecunia, tributorúmque, & alimé-
torum, atque fideicommiſſi ciuitatis cauſa,
vel ſi is agat q̃ ſtatutis ſumptibus ſeruit, l.
in ea. C. illo tit. Fiſco etiam in cauſa tribu-
taria ſtipendiorum, annonarúmque oppo-
ni compenſatio non poteſt, neque in pre-
cio rei ab eodem emptæ, d. l. aufertur. § fi-
ſcus. Ob negocium denique copiarum, id
eſt, commeatus, ſiue annonæ expeditionis
tempore mandatum curator condemna-
tus, pecuniam iure compenſationis retine-
re non poteſt, l. ob negocium. C. de compé.
† Eſt & poſtremò inter omnes actiones ſo
14 la depoſiti actio, quæ ſingulari quodam be
neficio à compenſationis lege eximitur.
Durum enim & impium viſum eſt, eum
qui fidei alterius rei ſuæ cuſtodiam peni-
tus commiſit, l. j. ff. depoſ. ſub compenſa-
tionis prætextu eludi, depoſitæque rei ex-
actione fraudari, l. ſi quis vel pecunias. C.
depo. Tantámque etiam fidem eum qui
depoſitam rem cuſtodiendam ſuſcepit, ei
qui depoſuit præſtare volumus, vt repoſcé-
ti depoſitam pecuniam non obſignatam.
(Nam de obſignata quę ſpeciei & corpori
non quantitati annumeratur ſatis per ea
quæ dicta ſunt patet) illam ſtatim reddere
cõpellatur, nulla exceptione, denunciatio-
ne, auth. ſed tàm ille. C. eod. tit. & defenſio-
ne in contrarium admiſſa, l. penulti. C.
eod. tit. Nam & hoc ipſo dolum commit-
tit, quod repoſcenti non reſtituit, l. j. §. eſt
autem. ff. illo tit. Neque etiam ſi ex vtraque
parte inuicem fuerit depoſitum, compen-
15 ſationi locus erit, d. l. pen. † Sumptus ta-
men in rem depoſitam factos retentionis
nomine obiici poſſe receptum eſt: Accur.
& Bal. in d. l. penult. Ideóque cibariorum
nomine quæ ſeruo depoſito data eſſent,
hac actione apud eundem iudicem experi-
ri poſſe placuit, l. actione eod.

Ad §. Prætereà.

SVMMARIA.

1 *In ſtricti iuris act. id tantùm venit quòd contractum fuit.*
2 *In bonæ fidei & ſtricti iuris iudiciis, eadem eſt æquitas & ratio, ſed alia via in vtraque agitur.*
3 *Arbitrariæ actiones inſtar bonæ fidei ſunt, quædam & quales ſint.*
4 *In perſonam actiones arbitrariæ ex quibus procedit ad exhibendum actio.*
5 *Actio ad exhibendum in quibus datur.*
6 *Exhibetur res ſed periculo actoris.*
7 *Arbitrariæ actiones aliæ in perſonam, de dolo malo, & quod metus cauſa.*
8 *In arbitrariis iudiciis ſi reus ſit contumax tanti condemnatur, quanti actor in litem iurauerit.*
9 *Actio noxalis ex maleficiis arbitraria.*
10 *Actio quod certo loco arbitrariæ.*
11 *Caſus in pecunia traiectitia.*

IAm ergo ſatis conſtat bonæ fidei
actionum vim & naturam multò
potentiorem eſſe ea quę ſtricti iu-
ris actionibus ineſt, eòque pręſertim quod
(vt ſæpiùs repetitum eſt) in his bonæ fidei
iudiciis iudici permittitur ex bono & æ-
quo æſtimare, quantùm actori reum dare
oporteat. Et id quidem ex natura actionis
ipſius bonæ fidei, quæ latè vſque adeò pa-
tet, vt etiam ſi à contrahentibus id non ſit
1 expreſſum, id tamẽ vi ſua cõplectatur. † In
his verò ſtricti iuris actionibus, quarum
non tam fœcunda natura eſt, id venit ſo-
lùm quod dictum à contrahentibus fuit,
vel ſi in rem actio ſit, vt res petita tantùm
reſtituatur. Non etiam vt æſtimatio ſi re-
ſtitui res non poſsit detur. Proinde ſi quid
vltra bonum & æquum (quòd in omnibus
contractibus locum habere magis eſt,) l.
bonam fidem. C. de act. & obl. deſideret, id
ſtricti iuris actio non poterit. Ergo ſi ſemel
actor egerit, quippe rem reſtitui petierit, iu
déxque in id reum condemnauerit, à quo
poſteà reſtitui res non poſsit, euanidum
erit iudicium, quando in rem actio non ni
ſi ad rei petitæ reſtitutionem ſit efficax.
Hîc pedem non ſiſteret bonæ fidei actio,
neque his finibus contenta eſſet, quin ad
id ſtatim tranſiliret, & prætergrederetur
quòd ex bono & æquo æſtimare iudex de-
beat, quantùm actori reum dare oporteat,
l. in bonæ fidei. ff. de eo quòd cert. pet.
2 † Nônne igitur idem in ſtricti iuris iudi
ciis ratio, æquitáſque ipſa poſtulat? Et ſa-
nè poſtulat, idémque conceditur; ſed alia
via: Nam cùm ita ſit ſtricti iuris actionem
non ita patere, atque bonæ fidei actio, me-
ritò ad auxilium aliud veniendum erit.
Nempe ad iudicis arbitrium, à quo omni-
no pendebit actio. Itaque arbitrio, ſenten-
tiáve iudicis in rei reſtitutione, aut alio
ſimili iudicio (de quibus nunc paulò pòſt
dicetur) data, vidẽdum erit an reus eidem
pariturus ſit. Nam ſi pareat actio non de-
ſiderabitur. Sin minus, actio eadem quæ
prius competierat arbitraria fiet, & dabi-
tur, ſic appellata, quòd ex eo arbitrio ſen-
tentiáve cui paritum non fuit, pendeat. Ea
colligi videntur ex l. arbitrio. ff. de dolo. &
l. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. ff.
de eo quòd met. cau. Tametſi in quibuſdã
iudiciis (de quibus mox dicemus in qui-
bus vnica tantùm ſententia fertur, alia ra-
tione actiones arbitrariæ denominentur:
nimirùm quòd iudicis arbitratu, religioni,
& ſententiæ æſtimãdum relinquitur, quan-
3 tùm actori reus præſtaturus ſit. † Cæte-
rùm in his actionibus arbitrariis inſtar

bonæ fidei actionis permiſſum eſt iudici
ex bono & æquo ſecundùm rei cuiuſque
negotiis naturam, & conditionem de qua
actum eſt æſtimare quemadmodum ſatis
actori fieri debeat. Inuentæque ſunt pro-
pterea hæ actiones arbitrariæ, de quibus
nunc dicere per opportunum videtur. Sunt
igitur actiones hæ tam in rem, quàm in
perſonam. In rem, vt rei vendicatio, qua
rem ſuam eſſe actor intendit, eadémque vt
poſſeſſor rem reſtituat petitur. Publiciana
itidem actio, qua rem eam perſequimur
quā bona fide poſsidebamus, & vſucapie-
bamus, medio autem tempore amiſimus. I-
tem & Seruiana, quaſique Seruiana actio,
quæ etiam hipothecaria vocatur, quæ ad
rerum in pignoris, aut hypothecæ cauſam
obligatatum perſequutionem dantur, vt
de his anteà pleniſsimè diximus. In quibus
iudiciis is qui rem reſtituere condemna-
tus fuerit, & præcepto iudicis fuerit obſe-
cutus, abſolutionem conſequetur. Quòd ſi
non pareat, actiones hæ arbitrariæ fient,
quibus ſtatuit iudex quantum reum acto-
ri dare oportebit, nempe ſi non reſtituatis
à quo petitum eſt: quia aut noluit, aut fe-
cit, quominus potuit, in quantum actor in
litem iurauerit. Sed ſi dolum non adhibuit,
quanti actoris eiuſdem intererit tāti con-
demnandus ſit. Monendúſque erit iudex
quoties in litis æſtimationem condemna-
tionem faciet (quòd multis ex cauſis ab
eo fieri poteſt) vt ſemper cauſam ſpecia-
liter deſignet, inquam huiuſcemodi con-
demnationem cenſeat acceptam iri. Alio-
qui niſi hæ ſpecialiter præcidantur, iure
appellatur. Idque, ideò quoniam quum
intra hos cancellos minimè arctatur con-
demnatio, dum illius executio fit pluta,
quàm liceat incommoda deduci poſſunt,
victúſque qui ſententiæ generali huic ac-
quieuit, nullam ipſius ſpeciem oppugnare
poteſt, accedit, l. prætor, & illic interpretes.
ff. de iniur. *Quandiu tamen rem ipſam
poſſeſſor habet tandiu in rem actio actori
ſi volet competit, vt etiam manu militari
* eam rem conſequatur, l. qui reſtituere.
4 ff. de rei vend. † In perſonam verò actio-
nes arbitrariæ hæ ſunt, veluti ad exhiben-
dum actio, quæ maximè propter vendica-
tiones inducta eſt. l. j. ff. ad exhib. vt re ex-
hibita, hoc eſt, in publico eiuſdem poteſta-
te facta, ei qui agit experiundi ſit copia, l.
ij. ff. illo titu. Ita tamen ſi anteà is qui agit
argumenta rei de qua agitur dixerit, ſi rem
ipſam nouerit, aut nouiſſe potuerit, vel de-
buerit, l. iij. in princip. & §. ſi quis noxali.
5 illo tit. †Competit autem ei qui qualicun
que in rem actione acturus eſt, atque etiá
cuicunque cuius pecuniariter intereſt ex-
hiberi, l. ſi liber homo, eod. quod ſumma-
tim à iudice cognoſcēdum eſt, non ſolùm
ſi interſit, ſed & ſi iuſta probabiliſque cau-
ſa ſit cur interſit, l. iij. §. ſciendū. eod Inter-
fuiſſe autem oportet ei reſtitui, qui agit eo
tempore quo lis conteſtatur, & quo fit con
demnatio, l. tigni. §. vlt. illo tit. In eum au-
tem proponitur hæc actio, qui facultatem
exhibendi habet, quoquomodò rem poſ-
6 ſideat, aut detineat, l. celſus eodē. † verum
eo loco exibenda res erit vbi fuerit cum lis
conteſtaretur, periculo & impendiis acto-
ris perferenda, perducendáve eo loco vbi
actum ſit. Niſi fortè data opera is qui ex-
hibere debet, in locum abditum rem con-
tulit, vt actori incommoda eſſet exhibi-
tio. Nam ne calliditas ei proſit, ſumptibus
ſuis in eum locum vbi agitur exhibere de-
bebit, l. ſed & ſi hæreditatis. §. quo autem
loco, eodem. Sed vt ad id quod propoſitum
eſt veniamus; ſi Mæuius rem apud ſe oc-
cultam exhibuerit, non aliter condemnan-
dus erit. Verùm ſi iudicis arbitrium, præ-
ceptúmve contemnat, arbitraria fiet hæc
actio, proptereáque in litem iurabitur: Et
quantum actori præſtādum erit iudex ſta-
tuet, l. non ignorabit. C. illo tit. & l. credi-
7 tor. §. iuſſus. ff. de appel. † In perſonam
quoque actiones arbitrariæ ſunt, actio
quòd metus cauſa, & de dolo malo actio,
in quibus licentiam habet reus vſque ad
ſententiam datam reſtitutionem rei quæ
per metum eſt ablata, aut per dolum eli-
ciata facere, & niſi reſtitutio fiat, ſequitur
condemnatio quanti ea res eſt: l. arbitrio.
8 ff. de dol. † Nam in arbitrariis iudiciis per
contumaciam tanti reus condemnatur,
quanti actor in litem iurauerit: Ita tamen
vt officio & taxatione iudicis iuſiurandum
refrenetur, d. l. arbitrio & l. videamus. ff.
de in lit. iur. & ſi actor iurare noluerit mos
ei gerendus erit, l. ſi poſſeſſor. ff. de rei ven.
In actione etiam quòd metus cauſa qua-
drupli condemnationem ſi malit conſe-
quetur: l. ſi cum exceptione. §. hæc autem
actio. ff. de eo quod met. cau. Non tamen
ſemper in eiſdem iudiciis arbitrium iudi-
cis dandum veniet, dupléxque ſequetur
condemnatio: Nempe ſi initio ſit manife-
ſtum reſtitui rem non poſſe, quia ſeruus do
lo poſſeſſoris defunctus ſit, protinùs in id
quod intereſt condēnandus erit, d. l. arbi-
trio. ff de dolo. Cæterùm de actione quòd
metus cauſa cui & dolus ineſt, abundè iam
dictum eſt, quídque dolus, tàm in bonæ fi-
dei quā ſtricti iuris contractibus faciat vi-
9 dimus. † Sequitur & noxalis actio quæ nō
ex contractu, ſed & ex maleficiis, & noxia
ſeruorum aduerſùs dominos inſtituta eſt,
cuius actionis vis, & poteſtas, hæc eſt, vt
dānatis dominis liceat per corporis quod
deliquit deditionem litis æſtimationē vi-
tare, l. j. ff. de noxa. act. niſi ſciente domino
ſeruus deliquiſſet. Nam per ſciētiam inſo-
lidum obligatur, ſi quum prohibere poſſet
non prohibuit, l. ij. & ſequen. illo. tit. Non
tamen aliter in hac actione experiendum
eſt, quàm ad de dāno dato ſatisfactionem.
Noxæ quippe deditionis facultas ex lege
accipitur, neque in obligationem venit,
lege miles. §. j. ff. de rei vend. Si te igitur in-
ſcio ſeruus tuus damnū Lucio Titio dede-
rit, vt de dāno ſatisfacias rectè Titius hæc
actione tecū experietur. Quod ſi noxæ de-
ditionē antequā ſententia pronunciaretur
fortè elegiſti, in eáque propterea condem-
natus

* Vbi de æſtimanda lite agitur, quonā pacto libellus edatur, quo ſpecialiter omnia incōmoda ex lite profecta comprehenduntur eſtimādaq; Quæ in eo veniāt, quorúmque ratio habenda ſit. Et quo modo probanda ſiue quæ in eo deducātur. Vide imber. lib. inſt. for. j. quum de litis ſumptibus & in litis ſetiē ſuper litis æſtimatione. ac damnis agit.

* De ea exequutione quę per manum militarem fit, & quomodo id apud nos receptū ſit. Vide quæ adiecimus in tit. de interdict. in §. primo.

natus ſis, neque ſententiæ poſteà à parte-
ris,quanti ea res eſt, aut quantùm intereſt,
Titius hac actione (quæ arbitraria inſtar
earum de quibus diximus effecta eſt) con-
ſequitur. Et ſanè in hunc caſum, & ſi tan-
tùm vnica iudicis ſententia fertur, neque
arbitrium, vt in prioribus actionibus de-
tur,nihilominùs tamen arbitria ideò actio
eſt,quia (vt iam diximus) libera æſtiman-
di damni poteſtas iudici tribuitur, & eius
arbitrio definitur, vt à domino præſtetur,
niſi ſeruum noxæ dedat. Cæterùm quando
in noxæ deditionis condemnationem vo-
lente,& eligente eo qui ſententiam eſt paſ-
ſus condemnatio fit ab ipſius arbitrij, vel
ſententiæ obſequio.aut contemptu pendet
actio,cui quoniam noo paretur arbitraria
10 fit actio. † Supereſt actio quæ ad id quod
certo loco promiſſum eſt proponitur,quæ
etiam eodem modo in perſonam arbitra-
ria dicitur. Non ſolùm quando duplex fer
tur ſententia, quod per contumaciam rei,
vt in prioribus actionibus accidere ſolet.
Sed quando vna tantùm pronunciatur:
ea namque ratione, quòd æſtimatio eius
quod dari oporteat, prorſus à iudicis re-
ligione & arbitratu pendet. Habet autem
locum hæc actio quando ſuo loco & tem-
pore, ſecundùm id quòd inter contra-
hentes conuentum eſt ſolutio non fit. Aut
contra, quando is qui certo loco promiſit,
alio loco conuenitur, vt ſic habeatur vti-
litatis vtriuſque ratio, l. ij. & iij. §. vlti-
mo,ff.de eo quòd cert. loc. Idem erit ſi à
teſtatore hæres ſit iuſſus certo loco quid
dare, l.ſi hæres, illo tit.vel ſi mutua pecu-
nia data fuerit, vt certo loco reddatur,l.
aut ſi mutua,eo.aut etiam ſi certo loco ſol
uere quis conſtituerit,l.ſi duo.§.j.ff de con
ſti.pecu. Et generaliter qui quoquomodò
ſe ſoluturum certo loco obligat,ſi ſolutio-
ni ſatis non fecerit, arbitraria hac actione
conueniri etiā alio loco poterit, in qua æ-
ſtimatio quòd alteruttius intererfuerit ve-
nit, l.vnica,C.vbi conu.qui cer.lo. In hác
porrò actionem veniet quod interfuit,&
quidem vltra legitimum modū vſurarum
& fructus ſi qui ſunt, l.videamus.§.actio-
11 ne ff.de vſu. † Quinetiam lucri ratio ha-
bebitur,vt in propoſito fingamus eum qui
pecuniam traiectitiam dedit merces com-
parare fuiſſe ſolitum, neque propter mo-
ram accipientis comparare eum potuiſſe,
compendij ſanè quod facturus fuiſſet ſi e-
miſſet ratio habenda erit.l.iij.§. vl.ff.de eo
quòd cert.loc. In omnibus igitur his actio-
nibus liberum eſt iudici ex bono & æ-
quo ſecundùm cuiuſque rei propoſitæ cō-
ditionem & naturam ſtatuere quemad-
modùm actori conſuli oporteat. Neque in
his tantùm, ſed & quibuſcunque ſimili-
bus tàm in rem, quàm in perſonam ſtricti
iuris actionibus, interdictiſque omnibus,
in quibus arbitratu iudicis quid reſtitui,
dari, vel fieri iubetur, & quia ei non pa-
retur, alia condemnatione quod æquum
& bonum iudici viſum eſt ſtatuitur, l.
qui,reſtituti nem.ff.de rei vend.

Ad ſ.Curare autem.

SVMMARIA.

1 *Iudex debet certæ rei vel quantitatis con-*
demnationes facere.
2 *Certa peti non poſſunt in hæreditatis actio-*
ne,& in aliis ſequent.
3 *In ſimplicibus & particularib. obligationi-*
bus certa eſt iudicis ſententia.
4 *Certa relatio facit certam ſententiam.*
5 *Incerta ſententia nullum controuerſiæ im-*
ponit finem.

QVoniam tamen liberā admodum
poteſtatem tàm in bonæ fidei a-
ctionibus, quàm in ſtricti iuris e-
tiam iudiciis hactenus iudici conceſſimus:
commodiſſimè hoc loco facturi videbi-
mur,ſi eundem admoneamus, vt quantùm
ei poſſibile ſit (prolata ſcilicèt apud ſe ac-
curatiſſimè reuoluendo, & vbicunque il-
lum æquitas mouerit interrogationes ad-
mittendo,)l.vbicunque.ff.de interrog.act.
1 † certæ rei aut certę quantitatis cōdemna-
tionem faciat, etiam ſi de incerta re aut
quantitate apud eum actum fuerit. Nam
libellus incertus (ſi criminalis non modò
fuerit, in quo vagari cum crimine alienæ
æſtimationis non licet.)l.libertorum,& il-
lic Bart.ff.de accuſa.admitti poteſt,ſi à reo
minimè refellatur, l.vlti. C.de an.exc. Ita
tamen vt poſteà iudicis ſolertia certum id
fiat ſuper quo iudicatur. Sicque certā ſen-
tētiam quatenus id ab eo fieri poterit pro-
nunciet: Ne ſi aliter fiat, dum controuer-
ſiam dirimere ſe iudex exiſtimat. nouæ liti
potius cauſam excitet. Illud verò minimè
prætermittendum eſt, iudicia quædam eſſe
in quibus petitio certa omnino eſſe non
poſſit, neque etiam quæ ſuper his profe-
3 rantur ſententiæ. † Veluti ea quæ vniuer-
ſalia & generalia nominantur,vt eſt hære-
ditas,quę iuris eſt ſucceſſio multa comple-
ctens,l.hæredita.ff.de peti.hæred.dotis etiā
cauſa quæ vniuerſalis eſt, interpretes in l.j,
ff.ſolu.matr. Item etiā actiones tutelæ ne-
gociorum geſtorum, & pro ſocio,quæ ge-
nerales dicuntur, quod ſpecies multas ſub
ſe comprehendant,in quibus omnibus ni-
hil aliud petere poſſis quàm hæreditatem,
doté,rationes tutellæ reddi,& ſimilia quod
quidem generale,& nondum particulatim
certum eſt. Deníque etiā nihil aliud ſuper
his proferre poſſibile erit, niſi vt hæredem
declares, dotem adiudices, & vt rationes
reddantur,condemnes. Idem etiam dicen-
dum veniet quoties debitoris erit electio:
quid actori petenti ſoluat, l. vbi autem nō
apparet.ff.de verb.obliga.vt ſi debeat Sti-
chum,aut Titium, vel hominem. Item &
alio quocunque caſu eueniat facto aduer-
ſarij incertitudinem procedere, l.j. §.quia
autem.ff.quorum lega. Imò verò ſi ex alia
cauſa incertitudo probabilis appareat, e-
tiam in facto noſtro proprio libelli incer-

titudo excuſabitur,Innoc.in c.cū cauſa,de
3 empt.& vend. † Lōgè profectò aliter atque fieri ſolet in ſimplicib⁹& particularibus obligationibus,in quib⁹ ſanè actoris petitio, & iudicis ſentētia omnino certa eſſe debet, vt libello propoſito ſciat reus cedere ne an cōtendere vltra debeat,l.j.ff.ne edēd.veluti ſi in rē agatur,& res,& pars deſignāda erit: ita vt infectæ quidē materiæ pōdus,ſignatæ numerus, & factæ ſpecies dici debeat, imò & menſura ſi res menſura cōtineatur, l.ſi in rem.ff.de rei vēd.Si tamē his rebus propter quas præcipua erit cōcertatio aliquid acceſſoriè petatur,excuſanda erit adhuc incertitudo:Nempe ſi petātur ſimul fructus,impēſæ, l.vnica. C.de ſent.quæ pro eo quod int. intereſſe, aut aliqua alia ad rē ipſam acceſſoriè pertinentia. C. cum ad ſedem de reſt. ſpol.Idem iuris erit ſi petat quis, vt indēnis præſtetur,l.ij.de ſen.quæ ſine cert. quātita. aut etiā ſi factū petatur,puta dominū fieri, aut foſſam fodi,l.vbi autem.de verb.oblig. quæ omnia certo omnino modo peti, aut iudicari minime poſſunt.Illud etiā adiiciemus quoties certa ſentētia omnino fieri debet,non tantū certā dici,ſi certa & particu-
4 laris ſit deſignatio & demōſtratio,†verumetiā ſi certa appareat relatio,per quam ſententia certa eſſe poſsit:verbi gratia ſi parte aliqua actorū ad quam relatio fiat certa ſit quantitas comprehenſa: vt ſi dixerit iudex condemno te ad ſolutionē debiti quod tuo chirographo compoſti,l.quidā tamē.§.ponpo. ff.de arbitr. vel ſic ſolue quod petitum eſt,l.in ſumma.ff.de re iud.Si verò indiſcriminatim & circa confeſsionem partis iudex pronunciet,dicâtque.Condemno te,vt quantum ei debes reddas, * aut quantum fueri compertum te debere, veriùs videtur inutilem hanc ſententiam dicere,l.ait præ-
5 tor.§.j.illo tit. † tanquam quæ controuerſiæ nullum imponat finem, nihilq; certum actori & reo pronunciet. Vnde litem eandem denuò repetendum eſſe magis cōſtat, vt ſcilicet appareat an debeatur,&quid debeatur. Cùm deberi ne, aut non deberi,vel quid debeatur,nundum pronunciatum ſit. Incertúmque tam actorem, quàm reum,vt anteà iudex reliquerit. Quid enim tam ſupiua iudicis huius ſentētia prodeſſe potuit, quæ nihil prorſus dirimat,ſed dirimendum adhuc relinquat,ſcilicet condēno in id debitorem quod debeat,aut quod debere con ſtiterit:Et nihilominus debitor aſſerit minime conſtare quod debeat, aut ſi debere conſtiterit,decem tantùm ſe debere cōtendit,cū viginti actor petat. Si actis id dirimi poſſe iudex reſpondeat:Ergo nihil à ſe diffinitum eſſe fateatur neceſſe eſt,quandoquidem antequam iudicaſſet cōtrouerſiā actis dirimi poſſe ſatis liquebat.Quæ iudicis hîc fuerunt partes? Nônne quiſq; quantumuis craſſus actis non viſis etiā id ex tēpore iudicet? Condēno te ad pœnā quā luere debes, & alia eiuſmodi: ſicut Claudium Cæſarem fertur ſententiā his verbis protuliſſe,Secun dùm eos iudico qui vera propoſuerint,proptereáque & meritò palam omnibus poſteà

* Omnium hic interpretum opinio in contrariū eſt quā iuſtis quidē (vt viſum eſt) rationibus minimè ſequimur.

cōtemptui fuiſſe.Verùm rei tam manifeſtæ plus æquo immoramur, quàm defenſionis quidē ſolitudine dubiam facere videmur.

Ad §. Si quis agens.

SVMMARIA.

1 *Actori non eſt petendum pluſquam debetur.*
2 *Caſus quo ſuccurritur etiam adultis ſi plus quàm debetur illas,petierint.*
3 *Legata ſupra dodrantem relicta per l.falcidiam minuuntur.*

Sed quoniam multis caſibus libelli incertitudinē excuſari proximè di-
1 ximus,† Admonēdus erit & actor, vt actionē ſuā tamen ita conſtituat,ne amplius quàm ſibi vere debeatur petat: Nā ſi maiorem ſummam fortè fuerit complexus, vt cum deberentur centum nummi ad ducentos egerit, aliiſve modis plus petierit, quos ſtatim hîc ſubiiciemus :illū ſic profectò falſa veris impunè miſcere iamdiu minime æquū viſum eſt. Atque antequàm de hodierno iure aliquid dicere incipiamus,id quod olim in vſu erat priùs exponere haud abſurdū erit:is igitur qui intētione ſua plus cōplexus olim fuerat quā iure id ab eo fieri oporteret,cauſa cadebat, non ſolúmque id quod plus petierat minime conſequebatur, ſed etiā vere ſi debitū amittebat. Ac neque illi ſperandū erat auxilium aliquod in integrúmve reſtitutionē aliquā facile præſidio ad futurā.Nā non aliter adiuuabatur(quod etiā iure noſtro mâſit)niſi minor xxv.annis eſſet,cui ob debile & infirmum ætatis conſiliū labenti,tutela reſtitutionis cauſa cognita propoſita eſt,l.j.ff.de minor. Ita tamē illi ſuccurrebatur,niſi dolo pl⁹ petiiſſet,quo ſanè caſu nos etiā quibus dolus & caliditas ſemper odio fuit, cēſuimus generaliter eum qui dolo ſuper maiore ſumma quàm deberetur cautionē exegerit, eámque ſummā in iudicio plus petere auſus fuerit,neque eū ante litem cōteſtatā doli pœnituerit,toto debito fraudari,l.vnica.C.de plu.peti.Tantū abeſt, vt peruerſos hominū mores,dolúmve vſque vlium in minore excuſandū,aut reſtituendū
2 putauerim⁹,l.auxiliū de minor. C.†Adultis tamen interdū etiam ſuccurrebatur,ſcilicet ſi tā magna & iuſta cauſa interueniebat,quę occaſionē errori dederat, vt vir admodum prudens & cōſtans labi potuiſſet.Veluti Titius quū decederet hæredē Mæuiū in cētum inſtituit,legauítque amicis quibuſdā quinquaginta:poſteáque cū ſuperuixiſſet Sēpronio reliquā ſummā codicilis reliquit.Aperto teſtamēto poſt teſtatoris obitū quū nondum codicili apparent, petierunt à Mæuio hærede integra legata,minime exiſtimantes
3 exhauſtā eſſe legatis hæreditatē. († Sciēdum nāque eſt legata quæ ſuprà dodrantē relicta ſunt per legem Falcidiā ipſo iure minui, & in eam cauſam cadere,quaſi nec relictū fuiſſet quòd plus iuſto relictum eſt) Medio demum tempore prolati fuerūt codicilli,quibus reliqua quinquaginta erant relicta,ſicque pars legatorum adempta,vnde manifeſtè apparet legatarios plus petiiſſe:Sed quia id propter

id propter iuſtiſsimam erroris cauſam facerent, venia eis dabatur, legatáque deducta parte falcidiæ conſequebantur. Alieni namque facti ignorantia prudentiſsimos etiam fallit, l. in omni. ff. de iur. & fac. igno. eiúſque præſertim cui ipſi nō interfuimus. Nam qui aliter negocio etiam alieno interfuiſſet, idque ſæpius forſan tractaſſet, minimè excuſandus eſſet, l. procula. ff. de prob. Aut etiam ſi factum id palàm & publicè proſcriptum fuerat, l. ſed. & ſi pupillus. §. de quo. ff. de inſt. ac. aut grande ita & arduum, vt facilè illius hominem obliuiſci minimè credibile ſit, l. cùm illorū. de ſent. exc. extra. Idque maximè ſi lucrum captamus, Bar. in l. quæ fundum. §. ſeruus. ff. pro emp. aut etiam actores ipſi ſumus, l. qui in alterius. ff. de reg. iur. quandoquidem eum qui experiri vult anteà rem diligenter explorare, denique ad agendum maturæ procedere oportet. Facti verò prioris ignorantia, deſidia præditi, & nimium ſecuri hominis eſt, l. plurimum. ff. de iur. & fact. igno.

Ad §. Plus autem.

SVMMARIA.

1 *Quatuor modis plus peti poteſt.*
2 *Quomodo tempore plus petitur.*
3 *Dies incertus pro conditione accipitur.*
4 *Qui tardius ſoluit minus ſoluit, & qui præmaturè petit plus petit.*
Loco quando plus petitur. Ibid.
5 *Caſus poſitio in eo quòd certo loco dari promiſſum eſt.*
6 *Ratio vtilitatis habetur in actione quod certo loco.*
7 *Habenda eſt ratio vſurarum pro loci varietate.*

Plus itaque petētis pœnam iure veteri conſtitutam recenſuimus, fit
1 autem id quatuor modis, † vt plus petatur re, tēpore, loco, & cauſa: quæ ſingula ſuo ordine exponamus, re igitur plus petitur, ſi quis pro decem aureis qui ipſi debentur viginti petat. Aut ſi is cuius ex parte res eſt, totam eam vel maiorē partem ſuam eſſe intendat. Attēditúrque plus petitio re, circa rem ipſam quæ in iudicio principaliter petitur, nō verò circa ea quæ acceſſoriè proponuntur, Fab. & Platea. hîc per l. ſi ex interpretatione. ff. de pœn. Veluti ſi petatur fundus cum fructibus, domus cum penſionibus, factum cum intereſſe, aut aliud quiduis ſimile. Quæ quidem omnia huiuſmodi minimè principale petitum augent, neque plus petiiſſe præterea is dicendus erit, qui ab horum petitione ſum-
2 motus fuerit. † Tēpore plus petitur, ſi quod in diē, aut ſub cōditione mihi debetur antequam dies venerit, aut conditio exiſtat, petatur, ſiue partium conuentione dies ſit adpoſita, vt promitto ad Calēdas Martias, ſiue ex natura rei inſit dilatio, l. interdum. ff. de verborum obligat. vt ſi debeatur id quod in vtero ſit, aut fructus futuri in obligatione ſint. Nam tunc incipit actio, quū per rerum naturā id præſtari poteſt. † Dies
3 enim incertus pro conditione accipitur, l. dies incertus. ff. de condit. & demonſt. idem ſi cum Romæ eſſem, Carthagine dari ſtipulatus ſum. Nam tempus id complecti videtur, quo perueniri Carthaginem poteſt. Idem præterea dicendum veniet ſi à lege dilatio conceſſa ſit, vt in exactione dotis, quæ in annum diſſoluto matrimonio differtur, l. vnica. § exactio. C. de rei vxo. act. quod ad res mobiles tantùm attinet. Item etiam quod pendente conditione petitum eſt, plus petitioni locum facere diximus, quum ex conditionali ſtipulatione ſola ſpes debitum iri ſit, donec conditio euenerit, §. ex conditionali, ſup. de verbo. oblig. Atque ita impropriè quodammodò illum plus petere dicimus, qui nihil re ve-
4 ra petit. † Sed quemadmodum is qui tardius poſt tempus, ſcilicet ſoluit, minus ſoluere intelligitur: ita & qui præmaturæ petit, plus petere videtur. Loco verò plus petitur, ſi id quod certo loco tibi ſoluendum eſt, alio loco petas, * ſine commemoratione loci illius in quo id ſoluendum erat. Nā detracto loco conuento minimè experiendū, l. ij. §. vl. ff. de eo quòd cer. lo. etiſ, ne auferatur loci vtilitas. Interdū enim alio loco quàm cōuento illius modo mētio fiat) agere ex cauſa permittitur, † Veluti, Exēplum è Theophilo in hac ſpecie, cētum aureos Epheſi dare promiſiſti, ea profectò ſūma epheſi peti debet: Alioqui loco pl' petere videbor, ſi eùm Romæ te inuenero, Romæ petiero nulla mentione Epheſi facta. Verùm fingamus eueniſſe quòd eam ſummam à te petere Epheſi mihi nunquā licuit, propterea quod tu nunquā Epheſim venires, hoc ſanè caſu, vt plus petitionis captiunculas effugiam, ex æquo & bono liberum Prætor fecit, vt extra Epheſim tecum agam (dummodò Epheſi mentio fiat, & in loco domicilij tui te cōueniā,) l. hæres abſens. ff. de iud. atque ſic tecum experiri permiſſum eſt. Si appareat aduerſarium Epheſi dare oportere, miniméque fieri potuiſſe, vt Epheſi daret. Peto vt hic dare à te iudex cōdemnetur. Hæc enim loci cōuenti cōmemoratio facit, vt minimè promiſſori loci vtilitas adimi videatur quā haberet ſi epheſi ſolueret. Propter quam cauſam alio loco petenti generaliter propoſita eſt arbitraria actio, de qua paulò antè mentionem
6 habuimus. † In qua ratio vtilitatis habetur quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret quo ſe ſoluturum ſpopondit. Sicut etiam viciſsim eadem actio eius cui promiſſum eſt vtilitatem continet, ſi mora vel culpa debitoris interueniat, vt maioris propterea pecuniæ condemnatio fiat, l. prima. ff. de eo quod cert. loc. Verùm nonnunquam ſine loci commemoratione cum debitore alio loco experiri licet, vt ſi in loco domicilij conueniatur, dicta l. hæres abſens. §. vltimo. imò ſi venditor ſolutionem moretur, fruſtretur creditore, & differat

* Hodie tam. l. vnica. C. vbi cō nt. quis certo qui l. hęres abſens. ff. de iud. & alia quæ de ſtinato ſolutionis loco cōuenti ſtatuūt in diſſuetudinem abierunt. Nam quoties in perſonā agitur in domicilij foro reus recte conuenitur.

differat, aut latitet, quocūque loco ad forū ſortiēdum idoneo, inueniatur cōueniri poſſe receptū eſt, Accur. cui omnes cōſentiūt. vt domicilium eo loco quo cōuenitur habeat, aut larem, rerúmque, ac fortunarum ſummam, l. ciues. C. de incol. vel etiam per decēnium ſtudiorū cauſa illic ſedes ſibi cōſtituerit, d. l. ij. illo titu. aut Romæ denique conueniatur, quæ com[m]unis patria noſtra eſt, l. Roma. ff. ad munic. Atque extra forū ſi vagabūdus debitor fuerit ſine domicilio, l. iiij. §. prætor. ff. de dam. infe. vel quia ita conuentum fuerit. Neque enim ſine ratione viſum fuit vtilitatē loci minimè detrahēdam eſſe, ea nāque in mercibus maxima inuenitur, quas Epheſi forſam præſtare facilè erit, extra Epheſim verò difficilimū. Vt in vino, oleo, & frumēto, quę per ſingulas regiones diuerſa habēt precia. Non ſolumq; in rebus, Verū in ipſis queq; pecuniis eius quod intereſt ratio ex varietate
7 regionū habēda eſt. † Licèt enim videatur pecuniæ vna & eadē quantitas, tamen aliis locis faciliùs, & leuioribus vſuris inueniūtur, l. ideò. ff. de eo quòd cert. loc. Nā Romæ cùm multi ibi ſint qui fœnus exerceāt, aliquādo qui fenerat quartā cēteſimæ partē, ſiue quadrātes tantū vſuras poſcet, quæ annos ternos aureos ſolūmodò faciūt. In prouincia verò vbi nō tantus eſt fœnerantiū numerus, qui ſub vſuris credūt dimidiū cēteſimæ, hoc eſt, ſenos aureos quotannis in centenos accipiūt. Vnde cōſtat ſi extra Epheſim agere voles, Epheſi mentionē faciēdā tibi eſſe, quo ratio eius ꝙ intereſt haberi poſſit, etiā ſi vtilius debitori ſit Romæ potiùs q̄ Epheſi ſoluere, cū petitio ſimilis ſtipulationi eſſe debeat. Si verò debitor Epheſi à creditore deprehēdatur, pura intētione ſine loci cōmemoratione experiri poterit. Paria ſiquidem ſunt litem in loco mouere, aut nominatim loci mētionē facere.

Ad §. Huic autem..

SVMMARIA.

1 *Qui vnum aut alterum promittit, quoduis peti poteſt à promiſſore.*

2 *Electio petitionis interdum actori permiſſa, licèt alternatio in promiſſione fuerit.*

3 *Quando alterius rei ſolutione tota ſoluitur obligatio.*

4 *In obligatione alternatiua die præfinita, dies longior venit.*

5 *In obligatione diſiunctiua perſona quis petat.*

6 *In obligatione diſiunctiua loco, quo loco petendum.*

7 *In obligatione diſiunctiua re, quid petatur.*

8 *Quando alterutra res perit, quæ extat petitur, niſi debitoris culpa perierit.*

9 *Res aliquando perit creditori, & aliquādo debitor reſtituere tenetur diuerſo caſu.*

10 *Actio de dolo in debitorem.*

11 *Forma petendi in alternatiua obligatione.*

AB eo verò qui loco plus petit nō multum differt is qui cauſa ſine electione plus petere videtur, ꝙ alternatione contingit, quando verba in obligationibus adpoſita minimè coniuncta ſunt: vnde anceps exactio procedit, dubiaq; pręſtatio pēdet Gręci τὸν ἐπαμφοτεριςμὸν dicūt. Quòd exēplo perſpicuū erit, vt ſi à te hominē Stichum, aut aureos decē ſtipulatus fuero, deinde ſublato altero decem tantùm petā, cauſa, aut vt diximus electione plus peto: quoniam electionem quam tibi ſtipulationis ſic cōceptę natura dederat, occupo, & aufero, cùm promiſſoris nō ſtipolātis ſit electio vtrùm ſoluere maluerit pecuniam, an hominem. † Qui igitur
7 alterū tātùm petit, electionem aduerſario præripit, & eo modo ſuam quidem conditionē meliorē, aduerſarij verò deteriorem facit: quando interdum minus expedita ſit pecuniæ, quàm hominis ſolutio. Quare cū ita ſit libellum obligationi ſuæ cōformem eſſe oportere, æquum eſt, vt eodem modo petatur quo promiſſum eſt. Neque re plus peti dici poteſt quando cauſa plus petitur, ob hoc forſan quòd rem alterā petēdo tantùm re ea plus petatur. Nam re plus petitur, quod maior ſumma, aut aliud quid plus
2 quàm in obligatione ſit petitur. † Hîc verò nihil petitur quòd in obligatione non ſit, ſed quia alterum petendo electio quæ debitori ſoli conceditur præripitur, plus petitur: propterea quòd is qui ſic petit, plus quàm ad eum pertineat eligendo ſibi arrogat. Aliud profectò eſſet ſi ita ſtipulatio concepta fuiſſet Stichū, aut decem, vtrùm ego volam dare ſpondes? quoniam electionem ſibi actor conſtituit, vnde ſit vt ei liceat vel hominem tantùm, vel decem tātùm intendere ſibi dare oportere, l. vbi autem. §. qui illud aut illud. ff. de verb. oblig. Quinetiam aliquando electione tameiſi non ei conſtituta qui ſibi ſtipulatus eſt, fieri poteſt, vt nihilominus ipſe eligat vtrum petat: vt quādo fauore illius diſiunctio in ſtipulatione adpoſita fuerit, Bar. in l. quāuis p illā. l. de pig. act. ff quæ hoc modo cōcepta ſit. Promitto calēdis Martiis debitū perſoluere, aut pignus dare. Nā tūc calēdis Martiis purę debitū peti poterit, nulla facta mētione pignoris, quandoquidē vtrūque ſtipulantis gratia adiectum fuerit. Maior dubitatio eſſe poſſet, ſi conuentum inter Titium & Mæuium ſit, vt vnū, vel duo ligni plauſtra ex nemore Titij Mæuius capere poſſit: proptereà quòd in obligationibus id ferè quod minus eſt ſemper ſequimur, l. in ambiguis. & l. ſemper. ff. de regul. iur. optionémque diſiunctio promiſſori dare videtur. Eadem tamen ratione omni altercatione ſummota, electionem eius cui promiſſum eſt eſſe dicimus, quoniam eius gratia vtrunque adpoſitum eſt. Idémque in legatis diſpoſitum inueniatur, ſi verba ad legatarium dirigantur, quemadmodum verba hæc (capere poſſit)

poſsit)ad ſtipulantem dirigi conſtat. Ea au
tem quæ de legatis dicuntur, iure ad con-
tractus transferre licet, l. plane. §. penult. de
leg. j. ff. Id poſtremo ſciendum eſt, quòd ſi-
cut diximus in his obligationibus disiun-
ctiuis electionem debitori competere quid
ſoluat, ita vt vnius rei ſolutione tota ſolua
3 tur obligatio. †Sic etiam ſi pacto conuen-
tum ſit de re altera non petenda, tota obli
gatio ſummouetur, l. ſi vnus. §. ſed ſi ſtipu-
latus. ff. de pact. Loquuti ſumus hactenus
de obligationibus in quibus rerum alter-
natio ineſt, quæ ſuper rebus per disiunctio
nem conceptæ ſunt. Et quoniam de alter-
natione cœptum eſt, de qua hîc vel præci-
pua quæſtio eſt, de ipſa reliqua dicere pro-
ſequamur. Dicendum nunc igitur erit de
his obligationibus quæ perſonas ſtipulan-
tium, & locos ſolutioni deſtinatos, tempo
ra, ſummáſque pecuniæ obligationi adpo-
ſitas disiungunt. † Quantum ad poſtrema
4 duo attinet (vt obiter de his agam) id cer-
tum erit longiorem diem ſolutioni deſti-
natam minorémque ſummam in ſtipula-
tionem promiſſam tantummodò in obli-
gationem venire, veluti ſi ita dictum poſt
annum, aut biennium dabis, l. ſi ſtipulatus
fuero. ff. de verb. oblig. poſt biennium de-
betur, vel decem, aut quindecim dabis? de-
cem tantùm debentur. †Quando verò per
5 ſonæ in obligatione disiunctæ ſunt, vt ſi di
ctum ſit mihi, aut Titio decem ſpondes? Is
ſanè cui promiſſum eſt ſuo tantùm nomi-
ne petet, & poſtquã petierit Titio adiecto
ſolui non poterit, quáuis anteà poſſet. Idẽ
ſi Titius & Mæuius æquè principaliter ſibi
eſſent à Sempronio ſub disiunctione ſtipu-
lati, quia dixerit vterque ſpondes mihi aut
Mæuio? vel Mæuius mihi aut Titio? quoniã
vterque ſi agere volet ſuo nomine tãtum
petere debebit, nulla disiunctionis etiam
mentione facta, l. ſi Titio aut Seio. de leg.
6 ij. †Obligationibus autem quæ locos ſolu-
tioni deſtinatos disiungunt, detracto alte-
ro loco minimè experiendum eſſe dicen-
dum, l. ij. §. vlt. ff. de eo quod cet. lo. eſt vt ſi
quis Epheſi decem aut Capuæ decem dari
ſtipulatus ſit in poteſtate promiſſoris erit
quo loco ſoluat. Ne tamen in propoſito ſi
fuerit in debitoris arbitrio ſemper vbi pe-
tatur: id tandem eueniat, hec cõueniri poſ-
ſit: proptereà quòd ſemper alterum locum
electurus ſit, vt etiam in eo poſitum eſſe vi
deatur an debeat, exiſtimauimus poſſe ab
eo peti altero loco, & ſine adiectione: ita
vt actori electio petitionis, l. non vtique, e.
res verò ſolutionis vſque ad litem conte-
7 ſtatam ſolùm detur. †Idem erit ſi mixta ſit
rerum alternatio locorum alternationi, ve
luti ſi dictum ſit equum Romæ, aut bouem
Capuæ dare ſpondes? Ecce in rebus alterna
tio, equum aut bouem, & locorum Romæ
aut Capuæ. Nam adhuc vt dictum eſt erit
actoris electio vbi rem petat, propter loci
alternationem. Alioqui dum rei optionem
ſuam ſeruare voluerimus, actori prorſus
actionem adimemus. Quod & ſi rerum
locorúmque alternationi perſonarum mi-

ſceatur alternatio, veluti ſi dictum ſit e-
quum Romæ, aut bouem capuæ, mihi aut
Titio dare ſpondes? idem repetẽdum erit.
Hæc omnia quæ ſuperius diximus de ele-
ctione rei cum alternatione promiſſæ, quã
do electio ſoli debitori conceditur, ſic in-
8 telligi voluimus, ſi vtraque res extet. †. Nã
ſi alterutra perierit, ſi id quidem acciderit
antequam promiſſor elexiſſet, ſine culpa
tamen illius, tunc ea res quæ extat peti
poterit, l. Stichum aut Pamphilũ. ff. de ſol.
Igitur quę ſupereſt purè peti rectè poteſt.
Attamen liberabitur debitor, ſi peremptæ
rei pretium offerat, l. cum res. §. qua ratio-
ne. ff. de leg. j. Sed ſi debitoris facto res alte-
ra perierit, non alia peti poteſt quam quæ
ſolui poteſt, ſcilicet quæ extat. Neque per-
emptæ offerri æſtimatio poterit, ſi fortè lõ
gè vilior ſit, d. l. Stichũ. Sed ſi maioris pre-
tij fuiſſet, etiam peremptam petere poteſt
creditor, vt illius æſtimationem conſequa
tur, l. ſi ſeruum in fin. ff. de verb. oblig. Id e-
nim pro petitore in promiſſoris pœnam
conſtitutum eſt. Quod ſi ſemel promiſſor
rem quam præſtare voluerit, elegerit, cre-
ditórque quum accipere noluit in mora
fuerit, ſuo periculo rem peremptam po-
ſteà eſſe citra dubium eſt, Accurſ. in d. l. Sti
chum. niſi forſan debitoris culpa interceſ-
ſiſſet, Bart. in l. qui decem. ff. de verb. obli.
9 †Enimuerò ſi citra moram fuiſſe credito-
rem dicatur, & electione rei alterius à de-
bitore facta per eundem minimè ſteterit,
quo minùs rem ipſam daret, quòd ita fie-
ret, ſi aut interemerit, aliòve modo perdi-
derit, creditoris certè periculo rẽ eſſe per-
emptam magis conueniat, l. ſi rex legati cau-
ſa. ff. de verb. oblig. quum ita ſit electione
ſemel facta rei alterius per debitorem, per-
inde eſſe ac ſi ſola illa res in obligationem
deducta fuiſſet, arg. l. Stichum, de ſolut. ff.
Poſtremùm conſtituendum eſt quid futu-
rum ſit, ſi vtraque res in obligatione ad-
poſita perierit. Et quidem ſi debitoris cul-
pa vtraque perierit, in creditorem tranſ-
fertur electio, cuius æſtimationem petat,
d. l. Stichum. §. enimuerò. Si verò vtraque
perempta altera tantùm. & quæ poſterior
eſſet facto debitoris perierit, in illam ſolã
dabitur actio tanquam, quæ in obligatio-
ne ſola ſit, vt ſit, æſtimationem petitor
conſequatur. Ex aduerſo ſi prior ſit res in
qua culpa interceſſerit, poſterior verò ci-
trà factum debitoris perierit, ne impunita
10 admiſſa remaneant, †non immeritò de do
lo actio deſiderabitur. Quæ diximus
de plus petitione quæ cauſa ſit propter e-
lectionem debitori conceſſam in obliga-
tionibus disiunctis ſi actor alterum tantũ
petat, eadem ad generales ſtipulationes, ſi-
ue obligationes tráſferre licebit: vt ſi quis
generaliter hominem ſtipulatus ſit deinde
ſpecialiter Stichum petat. Aut generaliter
vinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter campa-
num petat quod optimum eſt, l. ſtipulatio-
num quædam certè. ff. de verb. obl. & l. v-
bi autem. eodem. Nam Campania optima
vina profert, quale eſt Centinum, quod diuus
Auguſtus

Auguſtus omnibus anteferre, non dubita-
uit & Falernum cui ſecundæ tributæ ſunt.
Item Calenum, & ipſum nobile. Strabo.
geograph.libr.5. Aut generaliter purpurã
ſtipulatus ſit (quæ aſpiſce nomen accepit,
qui florem illum tingendis veſtibus expe-
titum in mediis retinet faucibus) Plutarc.
hiſt.natu.li.19. deinde ſpecialiter tyriam
I. apud tyrum Aſſiriæ vrbem tinctam lon-
gè omnium laudatiſsimam Strabo.li.16.)
petat, plus petere intelligitur: propter ad-
ductam non ſemel rationem, ob id ſcilicèt
quòd electionem aduerſarij quam ei ſtipu-
lationis forma dedit adimit, quia quidẽ li-
berum debitori fuit aliud ſoluere quàm
id quod petitur, etiam ſi id viliſsimum ſit
quod actor petit: quoniam interdum eue-
nit, vt rei quæ in prætio eſt facilior ſit ei à
quo petitur. quàm eius quę vilis eſt ſolutio
11 † Qui igitur generaliter in ſtipulationem
deductum petit ſic dicere debet: Si appa-
ret Mæuium equum aut vinum in genere
mihi debere eundem, vt certũ equum aut
vinum, vt ille elegerit mihi ſoluat, condẽ-
na. Tandiu autem voluntas promiſſoris in
pendenti eſt, quandiu id ſoluatur quod
promiſſum eſt, l. qui pluribus ff de verbo.
obliga. cùm diuerſa ſit cauſſa voluntatis
expreſſæ & eius quæ ineſt. l. eum qui cer-
tum illo. tit.

Ad §. Sed hæc quidem

SVMMARIA.

1 *Lex zenonia duriorem legem molliuit &*
hic caſus eſt.
2 *Si re, loco, tempore vel quantitate petitum*
eſt, actor in triplum condemnatur. Quis
petiſſe intelligatur, ibidem.
3 *An in cauſſa fiſci Impunè ante diem petere*
liceat.
4 *Antè diem permiſſum eſt debitorem fu-*
gientem in ius vocare.
5 *Libellus in parte falſus totus negari poteſt.*

TAm verò operepretium eſt vide-
re (quando de plus plus petentiũ
pœna iure veteri cõſtituta abun-
dè ſatis diximus) quid hodie in
hac re immutatum eſt, & quatenùs ab eo
iure receſſum ſit. Nam hęc quidem omnia
quæ proloquuti ſumus olim in vſ i fuerũt,
ſuntque hodie prætetquàm plus petẽtium
1 pœna, † quàm lex Zenoniana, & noſtra,
veluti duriuſculam molliendam putauit:
vt ſi quidem tempore plus petitum fuerit,
id ſtatuat iudex quod Zenonis diuæ me-
moriæ loquitur conſtitutio, qua quidem
cauetur, vt qui tale aliquid deliquit, præ-
ſcripta ei tempora duplicẽtur. §. hodie au-
tẽ, infrà. de excep. Veluti ſi poſt quinquen-
nium tibi debeam, tuque triennio ànte for
ſan quàm quinquennium exiret præma-
turè petiiſti. nihil certè in te conſequeris,
ſed aduerſùs tempora præſcripta duplica-
buntur, & ſexennium expectare cogeris,
lapſoque ſexennio ita experiri poteris, ſi
impenſas & ſumptus plus petitionis anteà
refuderis. Ita fiet ne inducias ſemel præ-
ſcriptas tam facilè creditores cõtemnant.
Idem erit ſiue ſtipulatio in diem ſit, ſiue
ſub conditione, aliòue modo minimè pu-
rè concepta, vt ſcilicet induciæ à die peti-
tionis eadem ratione in euentũ vſque diei
2 aut conditionis duplicentur. † Quòd ſi
non tempore plus petitum fuerit, ſed re,
quantite, loco vel cauſſa, & damnum for-
tè aliquod ex re acceperit is à quo peti-
tur, vt ſi maiores fortè datæ ſunt ſportulæ,
actor in triplum, vt anteà docuimus con-
demnabitur, in §. tripli, ſuprà eo. Eum au-
tem petiiſſe intelligimus, qui litem conte-
ſtatus eſt: Nam quem antequàm litem cõ-
teſtaretur pœnituit petere voluiſſe, potiùs
quàm petiiſſe interpretabimur. l. amplius
non peti. ff rem rat. h. b. Si verò nõ ſolùm
petiit, ſed etiam cautionem exegerit, toto
debito fraudandus eſt, adeò plus petẽtium
importunas præfeſtinationes minimè im-
punitas fore duximus, l. vnica. C. de plus
3 petit. † Sed eleganter quæſitum hîc fuit,
an in cauſa fiſci ante diem petere impunè
liceat, & quia ſane ob neceſſitates publi-
cas potiorem illius cauſam eſſe conuenit,
quæ nonnunquam (vt fere ſemper) ita il-
lum vrgent, Bald. in l. j. de cond ex lege. C.
iuncta. l. iij. §. multa de iur. fiſc. ff. & omniũ
interpretum opinio. vt alioqui ſolutionis
dilato maximum Reip. damnum ſit alla-
tura, æquiſsimũ viſum fuit, licet ante tem-
pus debita exigi nõ poſſunt, tamen fiſcum
iure ſingulari ante diẽ, vt pecunia exolua-
tur interdum petere poſſe, veluti ſi fiſco
debitor Mæuius fuerit ex cauſa principa-
li, vel fiſci rationibus debitorem eſſe liqui-
do conſtet, illæque omnia bona ſua deco-
xerit, & corraſerit, nihilque prorſus in bo-
nis habere, præter nomina quædã in diem
quæ ex rationibus fiſci facta comproban-
tur, ea ſane non expectata die pure fiſcus
exigere poterit, deducto certè medij tem-
poris commodo, arg. l. ſi conſtante. §. quo-
ties. ff. ſoluto matrimonio, quod æquius
videtur. † Quinetiam ante diem cuilibet
permiſſum eſt debitorem ſuum fugiẽtem,
vel ſuſpectum de fuga conſequi, & capere,
l. prætor. § debitorem. ff. quæ in frau. cred.
Porrò ſciendum eſt ea quæ dicta ſunt de
pœna plus petentis, intelligenda non eſſe
in eo qui petenti plus negauerit, vel for-
ſan etiam integrum debitum infiſciatus
4 fuerit, † quoniã libellum in parte falſum
in totum negari poſſe receptum eſt, inter-
pretes in ca. vnico de lit. cont. extra.

Ad §. Si minus.

SVMMARIA.

1 *Caſus de his qui minus petunt, quàm illis*
debetur.
2 *Si minus petitum eſt quàm debetur, peti*
poteſt

poteſt poſteà.
3 *Alter caſus de his qui minus petunt.*
4 *Boni viri officium.*
5 *Tot ſunt ſtipulationes, quot ſummæ, quot*
ſpecies.
6 *Emendatio libelli quando facienda eſt.*

RVrſus altera nūc & omnino diuer-
ſa ſuccedit quęſtio, de eo qui mi-
nus petit, poſtquā de plus petēti-
1 bus ſati diximus.† Titius cū iudicio cōſi-
ſteret, minùs intētione ſua complexus fuit,
quā ad eum pertineret. Nā cū ei decem au-
rei deberentur, quinque tantùm petiit, aut
cū fundi eſſet dominus inſolidum partem
ſibi dimidiam tantùm dari intēdit: dubita-
tū fuit, an nihil ex ea re periculi timēdum
eſſet, & an in reliquum nihilominus iudex
aduerſarium in eodem iudicio condēnare
poſſit, quoniam reliquam ſummam, cuius
priore iudicio mētio nulla fuit, alio iudi-
cio conſequi poſteà poſſe indubitati ſem-
per iuris fuit*, l.ſi ex mora.C.de excep.de
2 qua propterea hîc minus agimus.† Et ſanè
ex conſtitutione diuæ memorię Zenonis
reliquā ſummam in eodē iudicio peti, & in
eandem ſummam eodem etiā iudicio iudi-
cem cōdemnare poſſe decretū fuit. Enim
uerò id manifeſtū eſt admittendū eſſe qua-
cūque parte iudicij actorē, vt libellū ſuum
emēdet, l.vlti. C.de an.exc. l.ſi quis inten-
tione ambigua.ff.de iud.donec iudex ſentē-
tiam proferat, ſi libellum, vt obſcurū con-
fuſum ſuperfluū, aut mancū in melius for-
mare voluerit: obſcura.ſ.declarando, con-
fuſa in ordine redigēdo, ſuperflua reſecādo,
& detrahendo, vt ſi viginti actor petierit,
cū decem tātùm petere deberet, l.quidam
exiſtimauerunt.ff.ſi cert.pet.niſi tamen (vt
proximè diximus) plus dolo petiiſſet, &
cautionē exegiſſet, l.vnica.C.de plus petit.
Ita & ea quæ deficere videbuntur adiicien-
do idque nō ſolū in iudiciis vniuerſalibus,
l.licèt.C.de iud.& l.Offidius.de leg.iij. aut
generalibus, quibus ea quæ ſub generali,
aut vniuerſali actione propoſita ſpecialiter
continetur, ſpeciatim adiici poſſe certum
eſt. Sed etiā ſi rei ipſi petitę, aut ſummam,
aut partem addere volumus. vt in propo-
ſita quæſtione, ſi quinque tātùm petierit,
cùm decem petenda eſſent, modò ſemper
actionis propoſitæ natura, & ſubſtantia
minimè immutetur, l. in delictis. §. ſi de-
tracta. ff. de noxa. act. & id quòd ſemel in
iudicio principali deductum eſt maneat,
ipſūmque actionis fundamētum minimè
alteretur, aut transformetur, l.prætor ait.
§.hic autem.verſ.dotem.verſi.dotem. ff. vi
bo.rapt. Nam alioqui non poteſt videri
in iudicium id veniſſe, quod poſt iudicium
cœptum acciderit, ideòque alia interpel-
latione eſſe opus, l. non poteſt. ff.de iud.
Quoties enim id quo actio ipſa ꝓpoſita ra-
dicit' hæret nititúrque inuertitur, nouo iu
dicio op' eſt, niſi ante cōteſtatiōe litis emē
datio fiat. Videamus ergo in propoſito an
non eadem hîc ſit actio, eadem agendi cau
ſa, eadémque ipſius actionis ſubſtantia,

* Guido pap. q. 177. id locū nō habere vult quando actor primo petitioni adiecit, petentem ſe eam ſummam tanquam totius anteà debiti reliquam. Atque in eam ſententiam non ſemel iudicatum fuiſſe affirmat. Verū tamen errore adhuc actoris comperto & probato, et Zenonis decreto minimè licere haud facilè dixerim.

3 & idem denique effectus. † Peti fuerunt
aurei quinque cum decem petendi eſſent,
fingamus ex cauſa ſtipulationis: cœpto iu-
dicio videt actor minus quàm oporteat
ab eo peti, itaque decem ſic petit: Si ap-
paret ex cauſa ſtipulationis à me iam in iu
dicio propoſitæ Mæuium decem dare o-
portere, quāuis quīque tantū petieri, illum
in decem iudex condemnandum. Quod
etiam idem dici poteſt fundi parte petita
tantùm, quum fundus totus petendus eſ-
ſet. Eſt ne hîc alia actio quàm ex ſtipula-
tu, alia agendi cauſa quàm ex ſtipulatu,
alius etiam effectus quàm vt ex ſtipulatu
conſequatur? Nihil profectò cernere queas
in iudicium veniſſe aliud quàm id quod
initio deductum fuerat, ſcilicet ex ſtipu-
latu ſemper actionem. † Nónne igitur
4 viri boni officio (cuius partes ſunt lites
dirimere,) lege quidam exiſtimauerunt.
ff.ſi certum petatur. magis conueniet, le-
ge apud Celſum. §. item quæritur. ff. de
dolo exception. lege ampliorem. §. vltimo
C.de appellationibus. non vetare ne quid
amplius agatur, ſed quod omiſſum fue-
rat, vt peti poſſit admittere, iuberéque
tantùm præſtari quantum re vera debe-
ri compererit, quàm eandem cauſam,
eandémque rem, & actionem, quæ eo-
dem iudicio finiri poteſt, in aliud tranſ-
ferre iudicium iudicium, & lites ipſas
potius minuere, lege ſecunda. §. item
quæritur. ff. de nouo operis. nunciatio.
quàm inſerere? Quinimò de eo qui ſi-
ne actione egerit, quamuis ſummo iu-
re non rectè ageret, tamen propter ius
poſteà quæſitum quo actio ipſa niti poſ-
ſet, reſponſum eſt intentionem tenere:
adeò æqui & boni, dirimendarúmque
litium ſtudium efferbuit. Veluti de eo
qui pigneratitia egiſſet, antequam de-
bitum creditori ſuo exoluiſſet, licet ſi-
ne actione experiretur, tamen quia in
iudicio pecuniam poſteà obtuliſſet, non
ſolùm rem pigneratam, ſed & quòd
ſua intererat conſequutus eſt, lege ſi rem
alienam. §. vltimo. ff. de pignoratitia a-
ctione. tantùm abfuit, vt ab actione
excluderetur, quia ſine actione agebat.
Nos vero hîc & actionem habemus, &
eandem agendi cauſam permanentem:
iudici præterea ſtatim atque iudex eſt
factus omnium rerum incumbit offi-
cium, quæcunque in iudicio verſan-
tur, lege ædiles. §. item ſciendum. ff. de
ædil. edictio. eorúmque præſertim quæ
nominatim initio deducta fuerunt, ſi-
cut hîc de actione ex ſtipulatu dicen-
dum erit, quæ eadem in partis poſteà
petitione cœpto iudicio nihilominus ma-
5 net. † Siquidem tot ſunt ſtipulationes,
quot ſummæ, quotque ſpecies, neque
facit partis petitio, vt binæ propterea ſti-
pulationes ſint. Tādem hîc pręmittendum
non erit, ea generaliter cœpto iudicio po-
ſteà eueniūt, & rem in iudicium deductam
concernūt poſſe etiam eodem expediri iu-
dicio. Vt ſi ſeruum quē redhiberes iudicio
pendente

pendente feciſti deteriorem,id à vendito-
re adiici poteſt,d.l.ædiles.§. item ſciẽdum.
Idem & de fructibus poſt iudiciũ de fun-
do captum à reo collectis, vt poſteà adiici
6 petitioni poſsint.& ſimilibus. † Sciendum
tamen eſt quoties aduerſarius libello(ve-
luti male concepto intercedit , tunc ante-
quam vlterius actor progredi poſsit,libel-
lum emendandum eſſe , neque poſt litis
conteſtationem differri poſſe emendatio-
nẽ.Spec.in tit.& lib.concep.§.vlt.

Ad §.Si quis aliud.

SVMMARIA.

1 *Errorem in libello corrigere licet.*
2 *Conſtitutio in eos,qui lites in multum tem-
pus protrahunt.*
3 *Teſtium depoſitiones qui ſemel didicit, cau-
ſam libelli amplius mutare non po-
teſt.*
*Crimen qui detulit , non poteſt mutare cri-
minis perſecutionem. Ibid.*
4 *Actiones duæ quando concurrunt.*
5 *Actio altera alteri nonnunquam præiudi-
cium adfert.*
6 *Electione vnius actionis tollitur altera,
veluti in legatario & alijs qui pluribus
actionibus ſimul vti non poßunt.*
7 *Actiones contrariæ ſimul iungi non poſ-
ſunt.*

ILlud etiam videndum eſt ſi quis
aliud pro alio in libello petierit,
an non liceat ei libellũ ſuum cor-
rigere: Veluti ſi cum ex teſtamento agere
1 deberet, ex ſtipulatu egerit. † Et quidem
nihil vetare placuit, quin in eodem iudi-
cio cognita veritate errorem ſuum corri-
gere liceat, expenſis vtique anteà aduerſa-
rio reſtitutis.Nam qui iuſto errore ductus
id commiſerit,venia dignus eſt, l.de ætate.
§.vltim.ff.de interrog.actio.& l.error. C.de
iur.& fa.igno.Neque mirum videri debet
ſi hîc erroris cognitio deſideretur,minimè
verò in eo qui minus petit quàm deberet.
Quoniam is qui minus petierat , plus pe-
tendo nihil mutat , ſed in eadem cauſa &
re perſeuerat,hîc verò duorum alterũ mu-
tatur,res ſcilicet cum Stichus homo debe-
batur,& errorem petiit. Cauſa cum actio-
nem alteram pro altera mouit, vt cum ex
teſtamento agere deberet,ex ſtipulatu ege-
2 rit,†illa verò conſtitutio quam aduerſùs
eos fecimus,qui ſemel actionem mouerint
vt neceſſe habeant vſque ad finem litem
proſequi.Auth. qui ſemel.C.quomodo &
quando iud.in illos propoſita eſt,qui actio
ne mota eiuſdem poſteà perſequutionem
differunt.vt ſcilicet horum maliciis item
obuiam , qui paſsim & ſine delectu actio-
nes exercẽt,quique dum ad iudicia aduer-
ſarios protraxerunt,pedem retrahunt , fu-
giunt,latitant,minimè cœptam actionem
proſequentes,vt perpetua & immortali li-
te aduerſarios miſerè vexent . Hîc verò de
eo loquimur qui cauſam,aut rem(vt dixi-
mus)mutare vult,non vt differat,ſed vt de
bitum recta via proſequatur id agit , cui
propterea iuſto errore lapſo ſubueniendũ
eſſe meritò volumus hoc ita tamen,niſi ſi-
mul & rem & actionem ipſam lite demum
conteſtata prorſus inuerteret , in quaqui-
dem re iudicium alterum non immeritò
3 deſiderabitur,l.nemo poteſt.ff.de iu.†Ani-
maduertendum etiam eſt eum qui ſemel
depoſitiones teſtium didicerit, cauſam li-
belli ſui mutare in eodem iudicio amplius
non poſſe,auth. qui ſemel.C.de proba.ne
forſan inde falſum fabricandi detur occa-
ſio. In cauſis etiam criminũ , is qui ſemel
detulit,& ſeſe inſcripſit , criminis perſe-
quutionem non immutat,l.j.C.ad Turpil.
De eo autem qui libellum erroneum con-
cepit , neque errorem corrigit , dicendum
eſt intentionem ſuam non tenere,leg.j.ff.ſi
menſ.falſ.mod.dix.& ſi de ea cauſa quæ in
libello propoſita non fuit iudici tamen li-
queat. Veluti ſi ex cauſa emptionis per er-
rorem petiiſti,cum nihil ex ea cauſa debe-
retur,ſed ex cauſa locationis petendum ti-
bi eſſet,de qua tantùm iudici conſtitit , nõ
propterea iudex ſecundùm te pronuncia-
bit: quia id quod in iudicium deductum
eſt,excedere iudex multominùs poteſt,l.vt
fundus.ff.com.diuid. Verùm quid dice-
mus ſi neque actio ipſa , neque res mute-
tur ſed altera noua actio in lite conteſtata
primæ addatur? †Et conſtat duas actiones
4 in eiuſdem perſona concurre poſſe , l.non
eſt nouum.ff.de act.emp.vt ſi is qui vendi-
torẽ obligatũ habebat ei hæres extiterit, q
eũdẽ vẽditorẽ obligatũ habebat.Nã ꝓpriã
habebit actionem, & hæreditariam. Has
ergo ſimul mouere poterit ſi iubet , quãdo
id leges non prohibeant,l.nec non.§ quod
eis.ff.quib.cau.maio.aut alteram tantùm,
ſed ita vt per eã vtriuſque contractus ſentiat
commodum.l.non eſt nouum , de act.em.
ſicut per contrarium nemo pluribus exce-
ptionibus vti prohibetur, quamuis diuer-
5 ſæ ſint.l.nemo prohibetur.ff.de exce. †In-
terdum tamen minime conceditur pluri-
bus ſimul actionibus vti,vt quando altera
alteri præiudicium adfert, veluti ſi cùm de
proprietate fundi Titiani inter te & me
controuerſia eſſet,dixerim viam ad eundẽ
per fundum tuum Sempronianum deberi,
rectè excipies quod iudicium prædio non
fiat l.fundum.ff.de excep.Nam anteà viã
mihi deberi dicere non poſſum,quin prius
me dominum fundi Titiani probauerim.
Idem ſi antequam de proprietate appareat
velim actione communi diuidundo expe-
riri,aut lite conteſtata fructus petere, lege
fund.illo titu. Niſi tamen initio hi fructus
acceſſoriè petiti cum fundo fuerunt, l.vlt.
C.ſi quis alt.vel ſib aut etiam niſi actiones
iſtæ ſub hac conditione ſimul iungantur.
Si apparet fundum Titianum meum eſſe,
peto etiam viæ ſeruitutem,Accur.in l. qui
de inofficioſo in ver.exerc. ff.de inoff.teſt.

Per alterationem autem eaſdem actiones iungi poſſe manifeſtum eſt, idque præſertim ſi facto aduerſarij actor ignoret quam actionem exercere debeat, vt ſi dicat is qui agit, Peto à reo rem pro legato, vel pro hærede, vel pro poſſeſſore, l.j.§.quia autem, ff quor.leg. Simili modo dicendum erit vetitam eſſe plurium actionū in eodem iudi-
6 cio coniunctionem, † quando vnius electione altera tollitur: idque in legatario erit perſpicuum, cui pluribus actionibus vt legatum conſequatur permiſſum eſt vti, nempe actione perſonali, actione in rem, & hipothecaria, §.noſtra ſup.de leg. Quas tamen ſimul exercere non poteſt, quoniam non ea mente legatariis permiſſum eſt pluribus actionibus vti, ſed vt laxior eis ſit agendi facultas, & alteram ex pluribus eligant quo legatum conſequi poſsint, l.cū filius.§.variis.de leg.ij.ff. Idem de actione de peculio, & tributoria dici poteſt. Illa enim creditores id quod in peculio tantùm eſt conſecuntur, deducto eo quòd patri debetur, hac verò ſi filius ſciente & patiente patre in peculiari merce negocitaus fuerit, vt extraneus crediter in tributum pater vocatur, l.j.ff.de trib.act. Eligere ergo debent creditores qua actione experiantur, cùm ſcire debeant ex eadem cauſa regreſſum ad aliam non futurum, l.quòd in
7 hærede. §. eligere, illo tit. † Actiones autem contrarias ſimul iungi non poſſe ſatis conſtat, vt ſi mandantibus ſeruis tuis Mæuius fundum emerit, eligendum tibi eſt vtrum furti actionem, & conditionem, an mandati potiùs exerceas, l.j.C.de fur. hac ſi quidem emptio comprobatur, illa verò improbatur.

Ad §·Sunt præterea.

SVMMARIA.

1 *Actiones quibus modò ſolidum perſequimur, modò minus. & hic caſus eſt.*

OMnes porrò actiones de quibus anteà meminimus ſunt huiuſmodi, vt per eas ſolidum ſemper quod nobis debetur perſe-
1 quamur. † Verùm aliæ ſunt quibus modò ſolidum perſequimùr, modò minus, de quibus dicendum ſequitur. Si tecum de peculio egerim ob filium vel ſeruum tuum in decem aureos, & peculium locuplex ſit, decem aureos conſequar: ſin minus quæ in peculio ſunt quinque tantùm aureis valent, in quinque ſolos pater, domúſve condemnabitur, niſi fraudem commiſerint, vt quia in fraudem creditorum dolo peculium imminuiſſent: Nam tunc ſolidum præſtare eoſdem oporteret, l.in bonæ fidei.ff.de pecul. De peculio verò dicendum hîc aliud ideò non exiſtimauimus, quoniam id quemadmodùm intelligi debeat anteà diximus, dicendúmque pleniùs ſuo loco conſeruamus.

Ad.§. Item ſi de dote.

SVMMARIA.

1 *Iudex debet ſpectare viri dignitatem, ætatem, & facultatem, ſi vxor aduerſus illū agat de dote, ne egeat, & ecōtrario.*

2 *Vxor poteſt agere in filios ſuos, qui patris ſunt hæredes pro petenda dote, non in extraneos.*

3 *Actione duplici aliquando cogitur vir ad reſtitutionem dotis.*

4 *Dos in quibus tota reſtituatur, in quibus non.*

5 *Dotales res vir ſuo ſumptu tueri debet.*

6 *Dos æſtimata data cū omni periculo datur.*

7 *Impenſarum ratio non habetur, niſi ſint neceſſariæ, vel vtiles.*

8 *Impenſæ voluptariæ non recuperantur, & quæ ſint.*

SImili modo ſi de dote mulier ſoluto matrimonio agat aduerſùs virum qui dotem ab vxore acceperat, non ſolidum interdum cōſecutura eſt, ſed quatenus viri facultates patiuntur, l. in condemnatione. ff. de reg.iur. hoc eſt, vt non id totum quod habet vir extorquendum ſit, ſed vt ipſius ratio habeatur
1 ne egeat, l.inter eos.ff.de re iud. † Habenda nāque erit ratio iudici qui in id quod facere poteſt condemnat, non ſolùm quātitatis facultatum viri cum dotis quantitate, ſed etiam dignitatis eiuſdem, ætatiſque, lege tutor ſecundùm dignitatem, & l.cum plures.§.vlt.ff.de admi.tut. vt ſi quidem concurrat quantitas bonorum viri cui dotis quantitate ſolidum mulier conſequatúr, eo pro dignitate viri & natalium deducto quo minimè egeat, aut inops ſit. In qua re & ætas ipſa cōſideranda veniet, ſecundùm id quod per naturā viuere poſſe adhuc exiſtimabitur, l. hæreditatē. ff ad leg. Falcid. Ita tamen vt æs alienum minimè deducatúr, l.inter eos.ff.de re iud. Idem erit ſi facultates viri dote ipſa minores ſint, vt ſemper ratio habeatur ne egeat: id enim eſt æquiſsimu, reuerentiæque debitū maritali. l.vnica.§.cum autem.ff. de rei vxo.act. Neque tantùm in dotis petitione id ſeruandum eſt, ſed in aliis quoque contractibus, ſi ex his ab vxore iudicio conueniatur, quod & in perſonā mulieris æqua lance ſeruabitur, l.non tantū. ff.de re.iud. Tantúmque publicè huius honeſtatis, maritaliſque reuerentiæ ratio valuit, vt nec pacto bñficiū id adimi poſsit. Nāque cōtra bonos mores eſt, & cōtra receptā reuerētiā quæ maritis exhibēda eſt, l.alia.§.vlt. ff ſol.mat. Quod ſi inſolidū Iudex maritū cōdēnauerit, ignorātia iuris lapſ⁹, doli exceptione rui⁹ erit, l.ex diuerſo. §.vlt.ff.ſo.ma. Nō ſolū autē vera ſunt hæc ſi mulier à viro petat, ſed & ſi alius cui vxoria nōīe vic

promi

2 promiſerit, l.ſi prior maritus, illo tit. † Tráſitque hoc beneficium ad filios mulieris,
qui patris hæredes extiterũt, vt in id quod
facere poſſunt condemnentur, l.etiam, illo
tit. non tamen ad extraneos hæredes, l.ma-
ritum, eodem. Vtitur & ſocer hoc benefi-
cio, ſi manẽte affinitate dotem promiſſam
gener à ſocero petit, l.penult. ff. de iur.do.
Niſi ſpe futuræ dotis generum allexerit, &
cùm ſciret ſe dotem præſtare non poſſe id
egerit, vt genero inſidiaretur, d.l.pen. De
viro etiam dicendum eſt beneficium hoc
non porrigi ad malos contractus, & deli-
cta, l.ſi certo.ff.de re iu. vel etiam ſi malè
ſit verſatus in re dotali, aut in re propria
doloſe egerit, ne vxori ſolidum redderet,
3 l.etiam.§.licet.ff.ſol.mar. † Si etiam diuor
tio facto negotia vxoris vir geſsit, duplici
actione cogi poterit ad dotis reſtitutionẽ,
dotis actione, & negociorum geſtorum, at
que inſolidum: ſi cùm initiò ſuæ geſtionis
ſoluendo eſſet, poſteà eſſe deſiit: vt iure ei
imputare poſsit quòd à ſe non exegerit, l.
diuortio.ff.de neg.geſt. Deinde ſi res do-
tales habuerit vir quæ adhuc exiſtant, l.in
bonæ fidei.ff.de pecul. aut ex pecunia ſibi
donata rem mobilem, aut ſoli compараue
rit quam penes ſe habeat, integram illam
omnino reſtituere cogetur, l.vxor marito.
4 ff.de donat.inter vir.& vxo. † Cæterùm ſi
mulier ſine dote quæ puſilla admodum eſt
egeat: Vir autem nihil præter dotem ha-
beat, quam ſi omnino reſtituat mendicus
ſit neceſſe eſt, æquius viſum eſt mulieri cõ
ſuli: quando ita ſit deductionem fieri debe-
re, quatenus mulieri ſuperſit, l.ſi quis à li-
beris.§.penul.ff.de lib.agnoſc.& l.præſes.
C.de ſeruit. Interdum quoque & ſi maxi-
mè facere poſsit vir, non ſolidam tamen
dotem conſecutura eſt mulier: vt ſi ob im-
penſas in res dotales factas vir dotem re-
tineat. Veluti ſi vxor tibi dotẽ dederit au-
reorum mille, túque centum in illa impẽ-
deris, ſi petatur dos, iure tibi cõceſſum eſt
nongentos ſolos reddere, centúmque reti-
nere. Nam ſumptus huiuſmodi in dotem
quæ in pecunia eſt collati dotem ipſo iure
minuũt, l.quod dicitur, j.ff de im.in re.do.
fac. Quod ſi corpora in dotem data ſint,
abſurdum eſſet diminutionem corporis
propter pecuniam fieri, ſed hæc hæres fa-
ciet deſinere corpus ipſum dotale eſſe, vel
partem eius. Itaque manebit maritus in
rerum detentione, donec ei ſatisfiat. Nã
non corporum ipſo iure, ſed dotis dimi-
nutio fit. Quum ergo mulier ſatiſfecerit
viro, pecuniámque pro ſumptibus dede-
rit, non erit ambigendum dotem videri
creuiſſe, d.l.quod dicitur. Ita tamen in-
telligenda ſunt hæc, ſi impenſæ in re dota-
li factæ neceſſariæ fuerint, & neceſsitatem
impendendi eam habuerint, vt illis non
factis dos peritura erat, aut deterior fa-
ctura. Vt ſi ageres facti ſint quibus flu-
men auerteretur, ne inundatione agros va-
ſtaret, aut moles in flumen etiam ad fru-
ctua arcendos proiectę quibus ſtagna con-
tinerentur. Idem erit ſi ædificia vetera,

itérve refecerit, aut arbores in locum de-
mortuarum repoſuerit, l.impenſæ, illo tit.
& l.impenſæ.ff. de verbo. ſignifi. Neque
ad præſens tantùm tempus impenſa eſſe
debet, ſed ad perpetuam agri vtilitatem, vt
non tam quærendorum fructuum gratia,
quàm ad conſeruandam ipſam rem, ſpe-
ciémque facta videatur, quæ alioqui cum
fructibus compenſari debet, l. iij.§.vlti.
illo titulo. Non etiam extrinſecus, ſed in
dotem ipſas impenſas factas eſſe oportet,
dicta l. quod dicitur. adeò vt nec quod in
vxorem etiam egram, impenſum fuerit, ad
retentionem dotis pertineat, lege quod
in vxorem. ff. de nega. geſt. Atque in
ſumma quicquid extra tutelam neceſſa-
riam in res dotales impenſum eſt, minimè
deducitur, l. quod dicitur. de impenſ.
5 in reb.dot. † Nam etiã tueri res dotales vir
ſuo ſumptu debet, niſi maritus vxoris no-
nomine in dotis perſequutione, aut defẽ-
ſione, in iudicio multum impẽderit: quod
quidem reputationem in ſe habere viſum
fuit, ſi dos in nominibus data & æſtimata
6 non fuerit, † nam ſi æſtimata data fuerit,
cum omni periculo marito datur. Si verò
ſine æſtimatione, id tantùm cenſetur in do
tem datum quod impenſa deducta ex no-
minibus maritus conſequi poterit, l.nouũ
de her.vel act.vend.& l.per diuerſas.C.mã
dat.facit.l.plerunque.ff.de iur.do. † Adeò
7 autem verum eſt harum impẽſarum ratio-
nem non haberi, niſi neceſſariæ fuerint: vt
ſi etiam aliter impẽſas vtiles rémque pro-
pterea meliorem vxoris maritus fecerit (ve-
luti ſi ex nouis vitibus cõſitis nouelletum
in fundo fecerit, aut in domo piſtrinum,
aut tabernam adiecerit, vel etiam ſeruos
artes docuerit, l.veluti.ff.de imp.in re.dot.
fac.) non aliter tamẽ deductio fiet, quàm
ſi volũtate mulieris factæ ſint, l.vtiliũ. illo
ti. Alioq ignorantẽ, & inuitã mulierẽ quæ
aliunde ſoluere non poſſet, laribus, ſepul-
chríſque auitis ſpoliare viro eſſet liberum,
l.in fundo. ff. de rei ven.& l. vtilium.& l.
impenſæ.ff.de verborum ſignificationibus.
Si tamen vxor quæ probe ſoluendo ſit, ea-
dem factura fuiſſet, impenſas vtiles neg.
geſt. actionis repeti poſſe æquitatis ra-
tio ſuggerit, dicta lege in fundo. & le-
ge vnica. §.taceat de rei vxoris actor.C.
8 † Cæterùm pro voluptariis impenſis nul-
lam exactionem mulier patitur, lege pro
voluptariis. ff. de impend. quales ſunt hæ
quæ ſpeciem tantùm ornant, non etiam
fructum augent, vt viridaria, ambulacra,
aquæ ſalientes, quæ per medios tubulos,
& fiſtulas ſcaturiunt: incruſtationes, lori-
cationes, picturæ balnea, dicta lege im-
penſæ de verborum ſignificationibus. quæ
& ſi voluntate mulieris factæ ſint, deduci
tamen non debent, ſi parata ſit mulier pa
ti maritum ea tollere quæ ſeparationẽ re-
cipiunt. Nam ſi non recipiant, relinquen-
da ſunt, hoc eſt, ſi ablata profutura nõ ſunt.
Sicut ex latioribus ffõrũ libris, eóque præ-
ſertim qui viceſimus quartus eſt, perfectius
cognoſci poteſt.

Ad.§.

Ad§.Sed & ſi quis cũ parente.

SVMMARIA.

Agens cum eo qui in poteſtate eſt, nõ plus conſequitur quàm ipſe habet.
Patres vt alant filios cogit pietas naturalis & e contrà.
Idem in fratribus.
3 *Actor reum aliquando alere debet.*
4 *In plus non debet quis, quàm poteſt, condemnari, ſi aliquid donauerit.*
5 *Qui ſe ſoluturum conſtituit, quod donare promiſit, In id tantùm, quod poteſt, tenetur.*
6 *Pollicitatio facta ob honorem apud Remp. inſolidum, qui fecit, tenetur.*

SVnt & aliæ perſonæ à quibus non ſolidũ conſſequimur quod petimus, quódque debetur: vt ſi quis cum parente ſuo, aut pa-
1 trono egerit, quum emancipatus eſſet † (Nam alioqui generaliter lis nulla nobis eſſe poteſt cum eo quẽ in poteſtate habemus, l. lis nulla. ff. de iur. non ãplius cõſequetur, quàm facultates eius à quo petierit patiẽtur. Parentes intelligimus vtriuſque ſexus, non ſolùm patrem, auũ proauum, & tritauum, ſed & aſcendẽtes in infinitum, pietatis fauore, l. quinque. ff.
2 de in ius vocã. †Si enim patrẽ inopẽ alere nos pietas ipſa cogit, l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de libe. agnoſc. quanto magis eundem in iudicio conuẽtum minimè exuere debemus. Idem & per contrarium ſi à patre filius conueniatur obſeruandum erit, quãdo & filium patrem alere debere ius naturæ ſuadet, d. l. ſi quis à liberis. Imò etiam de fratre, ſi idem exiſtimetur honeſtius erit: omnes interpretes hîc. Nã ſi patrono non ſolũm beneficiũ id tribuitur, ſed & liberis, l. patronus. ff. de re iudi. Cur non igitur & parentis noſtri liberis, hoc eſt, fratribus idem tribuendum putauimus, quos vt etiam alamus ſanguis ipſe efflagitat, Fab. in l. j. C. de alen. libe. Atque cùm ita ſit ſocios bonorum (vt hîc proximè dicturi ſumus) nõ alia ratione in quãtum facere poſsint tantùm conueniri, quàm quod ſocietas eius quoddã fraternitatis in ſe habet, l. verũ. ff. pro ſocio. cur germanæ fraternitati non idem cõcedemus? Quinetiam patrono id minimè denegandum eſſe ſi à cliente cõueniatur eadem ratio dictat, quandoquidem patronum egentem alere debet cliens, & contra patronus clientem. de nõ feud. in prin
3 ci. †Et in ſumma quoties reum egẽtem actor alere debet, æquiſsimũ omni circuitu ſummoto videbitur, l. ſi filius. ff. de vul. & pup. cum omniũ interpretum opi. ſi in quantum facere poteſt reus tantùm condemnetur. Niſi forſan ingratus fuerit is cui alimẽta præſtãda ſunt, vt ſi contumeliis violati fuerint parentes, patroni, & ſimiles, aut etiam paupertate, vel corporis valetudine laborantes relicti, l. alimenta. ff. de lib. agnoſ. Eadem dicenda erunt de ſociciis etiam ſi vniuerſorum bonorũ ſocij non ſint, ſed vnius rei, ſi de ipſa negotiatione tamen agatur, neque de cõtractu, aut facto alterius quàm ſuiipſius quæſtio ſit, & ſi ſe ſocios non inficiẽtur, vt ſcilicet in quantum facere poſſunt condemnentur, d. l. verum. & l. ſunt qui de re iu. Idem etiã erit ſi quis ex donatione ſua cõueniatur, vt ſi cui donãdi animo fundũ pro-
4 miſerit: † Neque enim amplius quàm in id quod facere poteſt cõdẽnandus erit, & quidẽ is ſolus deducto ære alieno: l. inter eos de re iu. ff. Cui ſanè pinguiùs ſuccurrendũ fuit, quàm ei qui verũ debitũ perſoluere cõpellitur, ne liberalitate ſua inops fieri periclitetur, l. exhæredatũ. §. vlti. & l. ſeq. ff. illo tit. Liberalem autẽ promiſſionẽ fuiſſe oportet, & nulla alia contemplatione factã, quàm liberalitatis & munificentiæ exercẽdæ gratia: l. j. ff. de do. Alioqui extra cauſſam donationis eſſe dicẽdum erit, quòd ob cauſſã promiſſum eſt quãdo id genus quoddam permutationis in ſe habeat, l. hoc iure. §. j. illo tit. & l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hær. niſi ob cauſſam ſolã donatarij, & in rẽ ſuam tantùm facta eſſet donatio, vt quia donatum mulieri ſit in dotẽ, l. extraneu. ff. de iu. do. aut alij cuiuis, vt domum ſibi ædificet, vel fundum ſibi emat, aut aliud quid ſimile, l. qui id quod. ff. de dona. Sed ſi donatum ita tibi eſſet, vt donanti domũ ædifices, aut quid aliud facias, obligationẽ dicẽdum eſt non contrahi eo caſu quo donatio eſt, l. Ariſto. illo tit. Quum tamẽ donatio cauſam ipſam gerẽdi pecunia excederet, poſſet videri huic beneficio locũ fore. Nempe ſi donandi animo aureos mille Titio promiſeris, ita tamẽ vt veſtẽ ſericeã tibi emat: poſteàque vt eã ſummã des cõuenia ris, nõ iniquũ videbitur ſi in reliquã ſummã quæ veſtis præciũ grãdi pecunia excedere poteſt, deſideres ne amplius quàm in id quod facere potes cõdẽneris? arg. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de dona. int. vir. & vxo. Niſi tamẽ aliud principaliter contraheris qui donauit intẽderit: vt quando vniuerſa vẽditio donationis cauſſa facta eſt, in totum, non valet vẽditio, vel ſi donationis cauſa minoris fuerit vẽditio, valebit quidẽ venditio, vt venditio, non autẽ donatio dicetur, l. ſi quis donationis. ff. de contra. emp. Cæterùm ſufficiet donationẽ eſſe primã agendi cauſſam, etiam ſi non omnino ex
5 ea forſitan agatur, † veluti ſi te ſoluturum conſtituiſti quod donare promiſiſti, iudicio conſtitutæ pecuniæ conuentus non inſolidum, ſed in quãtũ facere poteſt condẽnari te nõ fruſtra deſiderabis. cauſa nãque & origo cõſtitutæ pecuniæ iudicij poteſtati præualet, lege qui id quod. ff. de dona. Porrò quæ anteà diximus de dote repetẽda ſi extat, & in poteſtate mariti ſit vt minimè ratio tunc habeatur quantum

is facere poſſit, eadem & hîc intelligenda erunt, ſi res per donationem promiſſa, penes donantem cum petitur fuerit. Perſonale eſt autem hoc beneficium, neque ad hæredes tranſit, dicta lege verum. §. videndum. ff. pro ſoc. idem & de fideiuſſoribus dicendum erit, vt inſolidum condemnari debeant, ſi modo ſuo nomine condemnentur, non vt aliorum defenſores
6 tantùm, dicto. §. videndum. † Sciendum tamen eſt ex pollicitatione apud Rempu. ob honorem facta, inſolidum eum teneri qui pollicitus eſt, lege ex pollicitatione. ff. de pollic.

Ad Compenſationes.

SVMMARIA.

1 *Solidum non conſequimur ab aduerſario, ſi à nobis aliquid ſibi deberi in iudicio opponat, & hic caſus eſt.*

PEr compenſationem etiam ple-
1 rumque fit, † vt non ſolidum quod petitur conſequamur, quando ea ab aduerſario ſemel in iudicio oppoſita fuit. Si enim mecum ad decem aureos egeris, quum inuicem mihi tres aureos deberes, quos per compenſationem oppoſui, l. quod in die. §. primo ff. de compenſa. in ſeptem tantùm condemnabor. Nam ex bono & æquo, habita ratione eius quod inuicem liquidum ex eadem cauſa debetur præſtare oportet. In reliquum enim eum cum quo actum eſt condemnandum tantùm placuit, quemadmodum & iam anteà dictum eſt, §. in bonæ fidei. ideò ad id quòd reliquum eſt properemus.

Ad ſ. Cum eo quoque.

SVMMARIA.

1 *Ceſſio ſubſidium miſerabile debitorum.*
Debitores olim qui non erant ſoluendo, quid præſtare cogebantur. Ibid.
2 *Ceſſione facta interdum creditores aduerſus debitores agunt.*
3 *Ceſſionis beneficium quando impediatur.*
4 *In ceſſione ſufficit voluntatis profeſſio.*
5 *Quinquennalibus induciis aliquando debitores gaudent.*

POſtremò fit & per ceſſionem, vt quis minimè ſolidum quod debetur conſequatur, de qua poſtremum tandem dicere per opportunum viſum fuit,
1 † quando & ipſa poſtremum fit miſerabiléque debitorum ſubſidium, l. vltima. C. qui bo. ced. poſſ. Erat enim anteà in vſu, vt debitorum corpora quæ ſoluendo non eſſent inhumaniter necterentur, & in poteſtate creditorum eſſent, quorum interdum fera crudelitas in debitorum corpora diris cruciatibus ſæuiebat, dicta l. vltima. Vnde conſtitutum poſteà fuit, ne nexum inirent, Liuius libro octauo. decad. 1, ſicut diuorum Diocletiani & Maximiani temporibus, etiam humaniſſimè ſancitum fuit, ne ob æs alienum creditoribus liberi ſeruirẽt, l. ob æs alienum. C. de Actionibus & obligationibus. Quod & à nobis ſeueriùs poſteà vetitum fuit, ne quantulocunque nexu debitorum corpora creditoribus obligare liceat, nedum ſeruitutis, ſed & locationis, aut etiam pignoris, iubentes alioqui creditores à iure ſuo cadere, & tantundem nexis creditoribus præſtare, ipſóque denique creditores impios pœnis corporalibus ſubiici, Aut vt nulli iud. §. quia verò collatio. 9. Si quis igitur cuiuſcunque ſexus, ſiue paterfamilias, aut filiusfamilias fuerit, graui ære alieno conflato creditoribus quibuſdam ſit obnoxius, quibus moleſtis, & infeſtis, ſoluendo minimè ſit: beneficium id debitori huic conceſſimus, quo carceribus ſitum effugere queat, lege ſi debitoris. ff de ceſſionibus bon. & lege tertia. de bonorum authoris iudi. poſſeſ. creditorúmque moleſtia tandem liberetur, vt bonis cedere ſit liberum. Nec huic qui-
2 dem beneficio iureiurando renunciari poteſt. † Quod ſi poſteà pinguior fortuna arriſerit, & bona aliqua acquiſierit, quæ idoneum emolumentum habeant, quibúſque Prætor moueri poſſit, lege qui bonis, de ceſſio. bono. ff. (quod ex quantitate eius quod quæſitum eſt, lege nepos proculo, & illic Accurſ. ff. de verborum ſignificationibus. & dignitate eius qui ceſſit. lege tertia. ff. de bonorum autho. iud. poſſeſ. æſtimabitur) poterunt iidem creditores quibus ex integro ſatisfactum non erit (non verò hi qui poſt ceſſionem factam creati forſan eſſent, lege penultima ff. de ceſſio. bonorum. denuo agere, reliquáſque ſummas, * petere. Ita tamen vt ne adhuc quidem inſolidum, ſed inquantum facere poteſt debitor condemnetur. Id namque inhumanum viſum eſt, eum qui fortunis omnibus ſeſe exuerit, inſolidum condemnari. Verùm ſciendum eſt eum qui cedere bonis vult, priùs debitum agnoſcere debere, aut in id condemnatum eſſe oportere, Accurſ. ad legem primam. C. illo titulo. Neque aduerſari eundem oportet, quin omnia bona indicet & patefaciat, ne per impoſturam ceſſio fieri exiſtimetur. Alioqui ſi ea occultet, aut in fraudem faciat, quominùs in poteſtate habeat, indignum ſe hoc beneficio facit, l. vlt in fi. ff.
3. quæ in frau. cred. † Impeditur etiam etiam hoc ceſſionis ſubdium, quoties de delicto * quæſtio eſt. Nam tum pœnam pecuniariam propter egeſtatem eludentibus, corporis ſuccedit coertio, l. j. §. generaliter. ff. de pœn. Si quis etiam ad factum ipſum obligatus

*Si creditor debitorem ad eũ bonorũ ceſſionem adegerit, quæ ignominiæ notam inurit & qua in nonnullis Galliæ prouinciis vltimæ cõtentus omnino eſſe debet, nulla ſpe illi reliqua ſi ad pinguiorem poſteà fortunam debitor peruenit. Guido papæ. q. 341.

*21. die. Octob. 1538 in iuridicis Pictauẽ. cõuentibus arreſto pronunciatum eſt. Si reus certã quantitatẽ priuato delicto etiã ex delicto dare ſit cõdemnatus, ſi bonis cedat carcere debere eũ liberari. Atque bonde eſt ratio eius pœnæ pecuniariæ quæ pel[illegible] applicatur & eius quæ fiſco datur, aut olim e[illegible] priuato debetur. Vide Imber. inſti. forẽſ. lib. 4 ad fi. n.m.

obligatus ſit,vt quia foſſam fodere, aut operas aliquas præſtare promiſerit quæ citra ſumptum ſunt, ſi cedere bonis volet, cùm æſtimationẽ operę propter inopiam offerre non poſsit,operas tamen ipſas pręſtare poteſt,meritò non audietur, l.in ſtipulationibus.§.vlti.ff.de verb.ob.Propter honorem etiam municipalem, vel munus admitti ceſsionem nõ oportet, ſed vnumquemque his obnoxium pro modo ſubſtantiæ fungi magis conuenit, l. propter honorem. C.qui bo. ced. poſs. * Is qui tamen bonis ceſsit, ante rerum vẽditionem bonis ſuis non caret, l. is qui bonis. ff. de ceſ.bo.quare ſi paratus ſit ſe defendere,po
4 teſt id defendendo conſequi, ne bona eius veneant,l.quem penitet,illo tit. † Sufficit autem in omni ceſsione voluntaris profeſſio,l.in omni.C.illo tit. & non tantùm in iure,ſed etiam extra ius fieri poteſt, & ſufficit per nuncium, vel epiſtolam id decla-
5 rari,l.vlti.ff.illo tit. † Quod & ſi maxima pars creditorũ ex quãtitate debiti,vel cõcurrẽte ęqualitate,aſſẽſerit, l.maiorẽ.ff.de pact.induciis quinquennalibus debitores fruentur,vt demũ hoc finito quinquennio ſatisfaciant,& ita bonis non cedant,l.vlt. C.qui bo.ce.poſ. Quod certè beneficiũ induciis obtentis ampliùs non datur,d.l.vlt. Neque durum creditoribus ipſis videri debet,ſi non expectato eorum corum conſenſu,debitoribus ſuis noſtro reſcripto dilationis beneficium indulſerimus, quum non aliter,niſi fideiuſſore idoneo anteà ſuper debiti ſolutione præſtito, * id concedi ſoleat,l.vniuerſa.C.de precib. impera. offeren.tum quod temporale tantùm damus ſilentium, neque in modici temporis mora grauis creditori pernicies futura eſt, lege ſi debitori.ff.de iudi. Deinde oportet in huiuſmodi cauſis vtilitatem,& tutelam debitorum, ſine magna creditorum vtique iniuria ſpectari, Arg.l. vnicæ. §.ſunt autem,in fine.ff.ne quibi flu.pub.

** Non ſine altercatione quæſitum eſt, an debitor fiſci cedere bonis poſſit. Cy. in l. j. C.qui bo. ced.poſſ. & Bartol.in l. cum eo autem. ff. de ceſſ. bon.id cum diſtinctione deciduni. Nos e olure vtimur, vt admittantur. Guid. papæ.q.311.*

**Morib' noſtris ea cautio non præſtatur. Vide Maſuer.in tit. de obligat. itẽ debitor. Denique de vario hoc more torię exceptionis (reſcripto quod reſpi tum forenſes vocãt) à quib' hodie imperari poſsit in quod tẽpus,& quo modo. Vide plead imber. li.j. Inſt. Forẽſ. ad finem quũ de ſententiæ executione tractat.*

Paraphraſis in titulum de Actionibus,finis.

Petri Plateani Angolæi, in ſummo tributorvm vectigaliorvmqve

tribunali Lutetiæ Pariſiorum Regij patroni, Paraphraſis in titulum de exceptionibus, libro Inſtitutionum Imperialium quarto.

Ad §. Sequitur vt de excep.

SVMMARIA.

1 *Exceptio quid continet.*
2 *Præſcriptiones vnde.*
3 *Præiudicium eſt ſpecies exceptionis, & quid eſt.*
4 *Exceptio propriè quaſi quædam exclusio dicitur.*
5 *Ius ſummum ſæpe eſt ſumma iniuria.*
Exceptio metus Ibid.
6 *Metus in hominē conſtantē cadere poteſt.*
7 *Metu quod fit, nullum ſtatim prorſus eſt, & hic probatur exemplis.*
8 *Fraus quaſi Vulpeculæ, vis Leonis.*
Exceptio doli. Ibid.
6 *Differentia inter exceptionem doli, & metus.*
10 *Duæ exceptionis doli ſpecies.*
11 *Infamiam iuris non cõtrahit exceptio doli.*
12 *Exceptio doli perpetuò competit.*
Exceptione vtitur qui per errorem promittit. Ibid.
18 *Exceptio in factum.*

VENTVM eſt ad alteram totius controuerſiæ iudicialis partem, apprimè quidē neceſſariam. Nam ſi anteà actoris intentionem qua reum inuadat, atque opprimat omnino inſtruximus: Nunc quoque pareſt, vt rei partes itidem adornemus atmíſque inſtruamus, quibus aduerſarij impetus tam excipere quàm propulſare ſéque tueri poſsit. Alioqui neminem in republica ſecurum eſſe poſſe deinceps futurum eſt, ſi ſatis ſit agere, vel petere, nec liceat excipere. Rectiſsimè ergo conſequi videtur, vt de exceptionib⁹ diſpiciamus: quæ non alia certè ratione, quàm defendendorum eorũ cum quibus agitur, hoc eſt, reorum, l. iij. in prin. ff. de iureiur. gratia com-
1 paratæ ſunt. †Eſt enim generale exceptionis nomen, quod cuilibet defenſioni depulſioníque actionis conuenit, l. defenſiones. C. de except. ſub ſe præſcriptionem & præiudicium cõtinens. Nam eam propriè dici præſcriptionem creditum eſt, quæ directo intentioni actoris non aduerſatur, nec eam prorſus negat, ſed contendit ne admittatur eo quo agitur modo, & quæ actionem magis transfert, l. iij. ff. de præcar. quàm perimit: veluti de exceptione dilatoria dici poteſt, tametſi interdum præſcribendi, excipiendíque verbo promiſcuè ſæ-
2 piùs vtimur. †Appellatæ autem ſunt ideò præſcriptiones quod non minus præſcriptis verbis & formulis quàm actiones ipſæ concipiebantur, Cice. ad hæren. libr. iij. à Prætoréque ipſo (cuius erat iudicia conſtituere) impetrabantur. Vnde euenit, vt iudiciis ſemel conſtitutis, præſcriptiones hæ, ſeu tranſlationes vix aut rarò inciderent, quum de eis apud Prætorem ante iudicij conſtitutionem omnino diſceptandum eſſet. l. vlt C. de præſc. †Præiudicium
3 verò quod & ſpecies exceptionis eſt, nihil aliod eſt quàm defenſio ex ſententia prius dicta, quum in ea ipſa cauſa de qua rurſum quæritur iudicatum proponitur: non ſi in pari cauſa præiudicatum exemplúmve adferatur, quia non exemplis, ſed legibus iudicãdũ eſt. l. nemo. C. de ſen. & inter l. niſi certè cauſa plenè cognita, l. vl. C. de le. ſententia ſup. iuris interpretatione à principe dicta eſſet, vel à ſenatu, quē t⁹ facere poſſe nõ ambigitur, l. non ambigitur, illo titulo. aut quia ſcriptum ius deficit, Accur. in d. l. nemo. ſiue exempla ſententiarum reperiantur, vt iam conſuetudinē induxerint, glo. in c. de quibus. ij. diſt. Eodem modo etiam ſi rem priùs iudicandam obiicimus, præiudicium intelligendum erit, quo etiã præiudiciales actiones propriè dici anteà
4 admonuimus. †Verùm exceptio propriè ſumpta quaſi quædam excluſio dicitur, ad excludendum id quod in actoris intentionem deductum eſt propoſita, l. ij. ff. de except. Quoniam ſæpe accidit, vt licet ipſa perſequutio ſeu actio qua actor experitur, iuſta ſit, vímque iure ciuili habeat, iniqua tamen ſit, & ſine viribus aduerſus eum cũ quo agitur: Verbi gratia, Titius metu tibi iniecto curauit, vt ei ſtipulanti quingentos aureos promitteres, quamuis ſtipulatio vim ſuam explicuerit, obligationémque verborum pepererit (nam & coacta voluntas, l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. de eo quod metus cauſa. voluntas eſt) atque ex ſtipulatu actionem aut conditionem, quæ ex ea naſcitur Titius tecum habeat, quam palàm eſt iure ciuili valere efficacémque eſſe: tamen
5 quia iniquum eſt, †vt quod non debeas id propter ſummum ius quòd ſæpe ſumma iniuria eſt ſoluere cogaris, ideò ꝓſpectũ eſt vt Titio ex ſtipulatione agenti, exceptionē quod metus cauſa opponere poſsis, quia per metum promiſiſti. Exemploque Age-

 ſilai

ſilai olim regis promiſsionem metu factā
obiicientis,dum diceret dixi,non promiſi:
ſic reſpondere quoque poſsis,dixiſſe te qui
dem aureos quingentos te daturum,ſed nō
promiſiſſe:quaſi nihili habendum ſit ver-
bum metu extortum,& ratam promiſsio-
nem non eſſe, quam ab inuito expreſſerit.
Tanta enim eſt exceptionis huius æquitas,
vt inter cauſas omnes quarū nomine Præ-
tor ſingulis ſubuenit , primo loco metum
retulerit,l.j.ff.de reſt.in integ. ne in alteri⁹
præmium iuſtus cuiuſque metus vertatur,
d.l.ſi cum exceptione.§.aliquando.& l.ſe-
quen.ff.de eo quod met.cauſa . Qua etiam
ratione in rem quoque ſcripta eſt hæc ex-
ceptio,vt nō ſolùm inſpiciamus , an is qui
agit metus cauſa aliquid fecerit , ſed an ab
aliquo metus cauſa in hac re factum ſit,nō
tantùm ab eo qui agit . Nam eo iure vti-
mur,vt de metu à quocunque adhibito ex
ceptio obiici poſsit.l. apud Celſum.§. pe-
nult.ff.de dol.mal.excep Si metus quidem
6 ſit minimè vanus,ſed maioris mali,†&qui
in hominem conſtantem cadat , lege pri-
ma & ſecunda.ff.de eo quòd met.cauſa.Vt
ſi ſalutis periculum , vel corporis crucia-
tum contineat,l.interpoſitas.C.de tranſa.
Præſentémque eſſe metum oportet , non
verò ſolam eius inferendi ſuſpicionem , l.
metum 3 . ff. de eo quod metus.cauſa.niſi
potentior fortè quis in inferiorem, patro-
nus in clientē,parēs in filiū, maritus in v-
xorem , aliæque huiuſmodi perſonæ aliqd
geſſerint, etiam ſi ſolas minas iactauerint
vnde ſolo metu , nimiáque reuerentia eis
paritum fuerit:quia tum non actione qui-
dem metus,ſed iudicis officio quod metu
geſtum erit reſcindetur,l j §.quę oneráde.
9 ff.quar.rer.ac. †Interdū tn̄ quod metu fit,
nullū ſtatim prorſus eſt , adeò vt neque a-
ctione,neque iudicis etiam officio opus ſit
veluti nuptiæ metu contractæ , in quibus
contrahendis libera admodum poteſtas eſ
ſe debet,l.vl.in fi.C. de ſpon,neque ſi iuſiu
randū interueniat ratū erit quod fiet.Quā
doquidē inuitæ nuptiæ triſtes ſæpè,& per-
turbatos habent exitus,c. requiſiuit de ſpōſ.
Idem erit ſi dos metu ꝓmiſſa ſit,quia nul-
la inde naſcetur obligatio , quū nec talis
promiſsio dotis vlla ſit,l.ſi mulier.§.ſi dos
ff.de eo quod met.cau.Quod & ſi per vim
inuitus retentus ſit tutor nō valet quod a-
gitur:quia nō præſentia corporis,ſed con-
ſenſus confirmat quod agitur , l.j.§.vlti.ff.
de auth. tuto . Denique cuicunque metus
actionem propoſitam eſſe anteà oſtendi-
mus,eidem exceptionē hanc cōpetere ſciē
dum erit,quoniā ei cui actionē propoſui-
mus,multomagis exceptionē damus.Quæ
de eo qui per metum promiſsionem ex-
torſit diximus,vt actionem habeat quæ ef
ficax ſit , eadem intelligenda erunt in eo
qui dolo alterum induxit, vt promitteret.
Et enim cùm duobus modis fiat iniuria,
aut vi aut fraude : fraus quaſi vulpeculæ,
vis leonis videtur:vtrunque ab homine a-
lieniſsimum:ſed fraus odio digna maiore
videtur,Cic.lib.j.offi. Si ergo tu dolo Mæ

uium aggreſſus, eo illectum perduxiſti , vt
centum promitteret:erit quidem ſubtilitate
iuris obſtrictus, & vt anteà dabitur actio,
1 ſed ne cui dolus ſuus per occaſionem iu-
ris ciuilis contra naturalem æquitatem
proſit , exceptionem doli mali propoſuit
Prætor, qua Mæuius tutus erit,l.j.ff.de do.
mal.except.quō id generale ſit eum qui æ-
quitate defenſionis infringere actionē poteſt
doli exceptione tutum eſſe,l.qui æquitate.
ff.de dol.mal. Et hæc quidem vera ſunt in
contractu ſtricti iuris, nempe ſtipulatione
quam nullus dolus vitiare poteſt,ſed ſum-
mo ſemper iure ſubſiſtit,l.dolo.C.de int.
ſtip.Verùm quod attinet ad bonæ fidei cō
tractus,longe aliud in illis eſſe anteà indi-
9 cauimus,In §.actionum ſuprà de act. †Dif
fert autem exceptio hæc à priore , quia ꝑ-
ſonalis ſemper eſt,quod attinet ad perſo-
nam actoris,ſolúmque aduerſus eum qui
dolum commiſit,vel eius hæredem,l. cum
hæres. ff.de diuor.& temp.præſc.proponi-
tur. Ex perſona verò eius qui exceptionē
obiicit,in rem eſt.neque quæritur aduer-
ſus quem dolus commiſſus ſit,ſed an in ea
re dolo malo factum ſit à parte actoris. l.
ij.§.vlt.de dol.mal.excep. Planè authoris
dolus per hāc exceptionem hæredibus q;-
dem,& iis qui in ius defuncti ſuccedunt
obiicitur,d.l cum hæres.item & iis qui lu-
cratiuam cauſam nacti ſunt,l. apud Cel-
ſum,§.pen.de do.mal.except. Non autem
emptori, & ſimilibus qui vicem emptorū
obtinent, neque lucratiuam acquiſitionē
habent,vtique ſi ipſi dolo careāt,d.l.apud
Celſ.§.pen.& acceſsione authoris non v-
tantur,rei quæ ipſi vel furtiuè , aut vi poſ-
ſeſſæ,doli exceptio minimè cohæreat:præ-
terquam etiam in longi temporis præſcri-
ptione,in qua malam fidem authoris , d.l.
§.cum authoris.ius ſuum ignorante eo qui
verè dominus eſt,& alienationem factam
emptori nocere nouella noſtra conſtitu-
tione manifeſtum fecimus , auth.malæ fi-
dei.C.de long.temp. præſcrip de qua vide
Iaſon.in l Pomponius.§.cum adminiculo.
ff.de acquirē . poſ.† Duæ denique excep-
10 tionis huius potiſsimum videntur eſſe ſpe
cies,vna quæ ex ipſo contractu principa-
liter datur,quando dolo inductus eſt ali-
quis vt promittat , ex qua cauſa condem-
natio ſecuta infamiam inurit . Et quia in
odium eius cui debetur magis eſt , ſi quis
debitor ea tutus exceptione ſoluat, non re
petit,l.qui exceptionem.ff.de condi. inde-
bi. Altera eſt quæ non initio contractus,
ſed ex poſt facto naſcitur , vt ſi ante diem,
de quo conuentum eſt petas,nam eo ipſo
ꝙ petis,dolo facis , & licet intra initia cū
ſtipulatio interponeretur iuſtā cauſam ha
beres,tamen nunc nullam idoneam cau-
ſam habere videris,lege ſecunda.§. ſecun-
11 do & tertio.ff. de dolo. exception. † Iuris
autē infamiā nullam continet ea exceptio
ſed in factum actionibus cōuenit.d.§.iij.l.
ſecund.& quoniam non tam in in odium
eius cui debetur ,quàm fauore eius cum
quo agitur,datur,perperā ſolutū repetitur
d.l.

d.l.qui exceptionem. Licèt autē doli actione minimè experiamur, ſi alia ſit actio, l.j. §.vltim.ff.de dol. non tamen propterea ceſſat doli exceptio, ſi alia quoque nobis competat exceptio, l.ij. §.item quæritur. ff. de do.excep. idq; ideò, quia impenſiùs vberiúſq; defenſioni quàm actioni iura fauēt, l.fauorabiliores.de reg.iur. Neque ſicut de dolo actio quæ biennio hodie finitur, l.vlt. C.de dolo. ita etiã exceptio doli eodem tē-
11 pore præſcribitur, † ſed perpetuò cōpetit, cùm habeat quidem in ſua poteſtate actor quando agat, is autem cum quo agitur poteſtatē non habet quãdo conueniatur, l.purè.§.vlt.ff.de excep. Poſtremò ſi per errorem promiſſum ſit, idē erit, atque ſi metu, aut dolo facta fuerit promiſsio, Veluti ſi pecuniã quá me tibi debere putarem, iuſſu tuo promiſerim ei cui donare volebas, aut ſi ei quem creditorem tuum eſſe exiſtimabas, iuſſu tuo pecuniam quam me tibi debere putabam, per errorē promiſero: licèt ſummo ciuili iure nata ſit actio, & valeat, petentem tamē doli mali exceptione ſummoueri debere æquiùs viſum eſt, l. Iulianus.ff.illo tit. quando id quòd per errorem factum eſt nihil valeat, nihilque tàm contrarium ſit conſenſui quàm error qui imperitiã detegit, l.ſi per errorē.ff.de iur.om.iud. Aut in factum actione, ſi aduerſus parentes aut patronos excipiatur, quorũ opinionē neque doli obiectione*, alióve quo modo ob debitam reuerentiam ſugillare. aut lædere decet, l.apud Celſ. §. aduerſus. ff.de dol.exc. † Quæ & in factum exceptio ad impugnandum quamlibet actionem aliam ſubſidiaria compoſita eſt. Sunt & alia exempla per quæ etiam manifeſtius nobis id confirmare liceat, quód iam tamen ſatis oſtendiſſe videmur. Frequenter nempe id euenire, vt licèt ipſa actio (qua actor vtitur) vim ſuam habeat: & vigeat, ea tamen exceptione ſemel oppoſita facilè decidat, & quæ prius iuſta erat, nunc iniquiſsima conſpiciatur. Quod vt faciliùs adhuc, tenaciúſque adoleſcentulum animis hæreat alia etiam exempla ſubnectere viſum eſt, quibus veriorem quoque eam exceptionem qua actoris intentio prorſus excluditur, pleniùs ſimul indicabimus.

* Hic præter morem receſsim* à receptiori interpretũ ferè omniũ opinione Accurſum ſequuti, cũ veriùs videatur dolum cuiquã ſine exiſtimationis læſione obijci minimè poſſe, léxque ſit quæ hoc dicat.

Ad §. Idem iuris.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ.*
2 *Exceptio non num.pecu. tàm in creditorem quàm in eius hæredes datur.*
3 *Exceptionis non num.pec. vis.*
Exceptio non num.pec. tàm creditori quàm debitori competit.
4 *Non numeratæ dotalis pecuniæ exceptio.*
5 *Exceptio non habet locum extra cauſam mutui & dotis de non nu.pec.*
6 *Probationis onus incumbit debitori de non num.pecu.*

EOdem igitur modo opponi ſolet actioni exceptio in hac ſpecie, vt puta ſi quis pecuniam tanquam tibi creditam, mutuo datam, & numeratam, aliámve rem quæ mutuo dari ſolet, l. in contractibus. C.de non nume.pecu. à te ſtipulatus fuerit, aut ex alia quamuis etiam cauſa citra ſtipulationem, ſpe futuræ numerationis lactatum te, & egentem debitorem inani fortè oſtentatione pecuniæ ineſcauerit, & confeſsionem extorſerit (cùm tamen nullam pecuniam, aut non omnem numeraſſet, l.ij. l.& cùm vltra. C.illo tit.) eam certè pecuniam à te petere eum poſſe ſtricta quidem iuris ratione certum eſt, quam dare te oportere ex eo conſtat, quod ex ſtipulatione teneris, vel alioqui obligatus es. Verùm quoniam iniquum eſt condemnari te non ſecuta numeratione, exceptio tibi, tuiſque fideiuſſoribus & hæredibus dabitur, l.ſi intra, & l.tã mandatori.C.
1 eod. † quam pecuniæ non numeratæ* appellamus. Quæ & creditoribus ex perſona debitoris propoſita eſt, ſi vt poſſeſſores rerum debitoris conueniantur, ſiue ea exceptione vſus ſit debitor, ſiue ea vti noluerit, atque etiam prohibeat ne alius vtatur. Quod idem de quocunque alio iuſto rerum debitoris poſſeſſore dicendum ſequitur, l.ſi cui. C.eodem. ita tamen vt neque debitori, neque fideiuſſori eius noceat, ſi is qui exceptionem eam oppoſuerit, ſuc-
2 cumbat, d.l.ſi cui. † Hæc exceptio tàm in creditorem, quàm eius hæredem datur, l.ſi intra illo tit. atque adeò in quemuis ſucceſſorem, & ex quacunque cauſa iuri creditoris ſuccedentem, Accurſ.in l.ſi ex cautione eodem. Fraudis etenim ſuſpicio, qua plerique creditores improbè miſeros debitores ſpe futuræ numerationis deludebãt. (Nam quid non facturus eſt indignus & hians debitor, ne pecunia ſemel oblata, & præſenti fruſtretur) in cauſa fuit, vt aduerſus ſcripturam hæc admittatur exceptio, nec omnino fides ſtatim ſingraphæ adhiberetur, publicóve inſtrumento quo numeratam anteà eſſe pecuniam, & nõ in præſens ſeruus publicus teſtatur, Felyn.in c.ſi cautio, de fid. inſtit. ſi modò poſt contractum cautionem debitor non agnouerit, cùm fidem. C. de non num pec. Aliter atque in aliis contractib⁹, qui extrà mutui cauſam ſunt, in quibus fides ſtatim ſcripturæ adhibetur. Vt ſi depoſuiſſe te, aut donaſſe, vel trãſegiſſe per eã teſtatus fueris, aliáve debiti cauſam profiteris. Nã tum ſcripturæ huius probatio aduerſus te efficax erit, niſi tu contra euidētiſsimis argumentis iudicis religionem inſtruxeris, l.generaliter, illo tit. † Eáque
3 exceptionis huius pecuniæ non numeratæ vis eſt, vt nouæ probationis neceſſitate actorem oneret: quamuis ſi reus ipſe probare paratus ſit, quòd excipiendo propoſuit, id quoque poſsit, nempe numeratam non eſſe pecuniam, quod difficilè non erit, ſi actorem cogat diem, locúmque numerationis in ſuo libello edere, quoniam alioqui factum negantis per

* Aduerſus mutui confeſsionem, ſiue chirographo, ſiue publica ſcriptura redactam, pecuniæ non numeratæ exceptio hodie nõ obijcitur.

per rerum naturam probari non poteſt,
l.actor quod aſſeuerat. C.de prob.& l.aſ-
ſentatio.C.de non num.pec. Quemadmo-
dùm autem hæc debitori competit exce-
ptio,ita & creditori ipſi datur,qui in apo-
cha temerè ſcripſerit ſibi numeratum eſſe
quod reuera non accepit,atque in dies tri-
ginta hac exceptione vti ei permiſſum eſt,
per quam debitor conuentus eodem mo-
do probare cogetur redditam à ſe pecu-
niam,l.in contractibus.§.ſuper cæteris.C.
de non nu.pecu. Quod tamen fiſci noſtri
procuratori vbi pecuniã ab aliquo ſolutã
aſſe teſtatus fuerit denegauimus,l.vlt.C.de
apo. pu. ſicut & alia multa nobis ademi-
4 mus,quę aliis indulgemus. †Deinde ad ex-
ceptionis huius exẽplum aliam exceptio-
nem introduximus, quam non numeratæ
dotalis pecuniæ appellamus,auth.de temp.
non ſol.pecu.ſup. do. collat. 7. ſi quando
ſponſus temerario & cęco amoris calore,
eiuſque vehementia præcipiti percitus do-
tem ſeſe accepiſſe ſcripſerit, quæ re tamen
5 vera ei numerata non eſt, † Extra cau-
ſam ergo mutui, & dotis, locum non
habet exceptio. Cuius quidem pecuniæ
non numeratæ exceptonis dies vſque
ad quinquennium olim producebatur,
ſed nos hodie eam ad biennium cõtracta-
uimus, ſecundùm quòd iam ſuperiore
libro ſcriptum eſt,dum de literarum obli-
gationibus ageremus. Atque huius biennij
lapſus viam neceſsitati creditoris quæ in
6 probatione eſt præcludit. † Quoniam ex-
tra id tempus (vt dictum eſt) probationis
onus in debitorem reiicitur. Adeò vt ne-
que iuſiurandum creditori inuito offerre
liceat,l.in cõtractibus.§.in illo, C.de non
num.pec. Cæterùm debitori integrum eſt
ſi viderit creditorem expectare finẽ huius
tẽporis, perpetuam reddere hac exceptio-
nem:vel denunciationibus creditori miſ-
ſis.vel adito iudice coram quo proteſtetur
nihil ſibi numeratum eſſe, l.in contracti-
bus.§.in omni.ff. de non num.pec. Quod
& ſi paratus ſit probare, quod excipiendo
proponit, perpetuam exceptionem habet,
Poteſt & per conditionẽ, ſuam cautionem
vel ſingrapham petere, atque ita omnem
agendi ſpem creditori eripere,l.ſi quaſi. C.
de non num.pe.& l.iij.C.de poſtul.

Ad §. Præterea debitor.

SVMMARIA.

1 *Caſus quædam exceptionis non num. pecu-
nia ſimilis.*

2 *Actiones quædam per pactum ipſo iure
omnimodò tolluntur,quædam non tollun-
tur.*

SEquitur & alia ſpecies huic ſimi-
1 lis: † Cùm creditore tuo Mæuio
qui aureos cẽtum mutuo tibi de-
derat pactus es,ne quòd ei debetes peteret.

Pactum hoc naturalem quidem obligatio-
nem non aliter atque ſolutio, aut accepti-
latio ipſo iure tollit,l.ſi vnus.§.ſed ſi ſtipu
latus.ff.de pact. quia æquitatis vinculum
quo ſolo ſuſtinebatur, conuentionis æqui-
tate diſſoluitur, & nihil tam naturale eſt,
quàm eodem genere,quodq́ue diſſolui quo
colligatũ eſt,l.nihil tam naturale.ff.de reg.
iur.conſequenterq́ue nudi conſenſus obli-
gationem,contrario rurſus conſenſu ſum-
moueri. Manet tamen intereà ex mutuo
ſtricti iuris obligatio, quæ ſola pacti con-
uentione minimè diſſoluitur. Ideóque ius
agendi (rigida quidem iuris ſeriè) adhuc
Mæuio competit. Verùm quoniam id bo-
no & æquo non conuenit, contráque iura
naturæ eſſe videtur, vt eorum nomine quę
quis ſemel dimiſerit, iterum actiones po-
ſteà ſint,támque facilè liceat à priore con-
uentione diſcedere, ſuiſque pactionibus
aduerſari, nũc remittendo, iterùm poſteà
petendo, Exceptio pacti conuenti propo-
ſita eſt, per quam actoris intentionem in
iudicio deductam ſummouere poſsis. Nã
& ſi nuda pactio, quæ neque in proprium
nomen contractus tranſiit, neque cauſam
habeat qua ſubſiſtat,obligationem quæ ad
actionem ſufficiat non pariat, exceptio-
nem tamen parit,l.iuriſgentium.§.ſed cùm
nulla.ff.de pact. Licèt quædã interdũ ſint
actiones,quæ per pactũ ipſo iure omnimo-
dò tollatur, vt iniuriarũ.Itẽ,furti, l.ſi tibi
§.quędã eod. & quæ ſimili modo pœnales
ſunt,quas vt odioſas & moleſtas tolli poſ-
ſe faciliùs conceſſum eſt,quod & in omni-
bus cõtractibus idẽ dicẽdum erit, qui ſolo
conſenſu contrahuntur, ſi res adhuc inte-
gra ſit, vt conuentione nuda actiones ex
his deſcendentes extinguantur, l.ab em-
ptione,illo tit. Planè ſi non tu,ſed procu-
rator tuus cum creditore pactus eſt,ne à te
petatur, non pacti conuenti exceptio, de
qua loquimur,ſed doli mali proderit,l.re-
ſcriptum.§.vlt.illo tit. Proſunt tamen pa-
cta huiuſmodi ne à ſe petatur, non ſolùm
ei qui paciſcitur, ſed & nonnunquam pa-
ciſcentis hæredi:vt ſi rem pactum ſit, hoc
eſt, quoties conuentum eſt generaliter ne
res petatur,non ſi in perſonam tantùm,ne
ſcilicet à perſona peti poſsit,quod non mi-
nùs ex verbis quàm ex mente contrahen-
tium exiſtimandum eſt, l. iuriſgentium.§.
pactorum, eod. Nam plerumque perſona
pacto inſeritur, non vt perſonale pactum
ſit, ſed vt demonſtretur cùm quo pactum
eſt factum.Quòd ſi ex altera parte in rem,
& ex altera in perſonam pactum conce-
ptum ſit: veluti ne ego petam, vel ne à te
petatur, & hæres meus à te, tuiſque, & ab
hærede tuo ego, meiſque omnes petent, l.
qui in futurum eod.

Ad §. Aequè ſi debitor.

SVMMARIA.

1 *Pactum vt non extinguit omnem obli-
gationem,nec etiam iuſiurandum.*

2 *Iudex*

2 *Iudex in dubio defert iuſiurandum.*
3 *Exceptiõe iuſiurãdi quãdo quis põt defendi.*
4 *Exceptio iuſiurandi non minùs neceſſaria in rem, quàm in perſonam.*
5 *Caſus in delatione iuramenti.*

Sed iam inſtitutũ ex quo deflexi proſequar. Idem vt anteà cõſtituendũ ſi debitor creditore deferẽte, vel eius procuratore, (ſi modo vniuerſorũ bonorũ adminiſtrationẽ ſuſtinet, aut idipſum nominatũ ei mãdatũ ſit, vel ſi ſit procurator in rẽ ſuã l. iuſiurandum quod ex. §. vlt. ff. de iureiur. iurauerit, nihil ſe dare oportere. vt ſi cẽtũ aureos tibi Sempronius deberet, à quo petere cœpiſti quod debebat, & quia ſe debere tibi quinq; negaret, iuſiurandum ei detuliſti. vel etiam procuratori ſuo, defenſorive qui ſe liti obtulit. Nam & iuſiurandum defenſoris, vel procuratoris rei ab aduerſario delatum prodeſt, l. nam poſteà, illo tit. Iurauitque ſe nihil dare oportere, aut cùm iurare paratus eſſet, iuſiurandum ei remiſiſti, quod idẽ eſt: cũ eadem vis ſit iuſiurandi præſtiti, atque remiſsi, d. l. nam poſteà. §. j. Is certè obligatus adhuc ſummo iure manet, ſalua
1 eſt tibi conditio, †Nã quemadmodũ pactũ ita & iuſiurandũ obligationẽ omnem ipſo iure nõ extinguit. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolut. Sed quia iniquum & abſurdũ eſt de periurio cuiuſq; quæri, quod ſanè fieret, ſi liberè & efficaciter eadẽ actio in iudicio repeti poſſet: iuriſiurãdi exceptio quæ tibi obſtaret. Sẽper ſolo proponitur, quã id ſolum quæri poterit, an ab eo iuratũ ſit, l. non erit, §. dato ff. de iureiur. remiſſa omni quęſtione an debeatur, adeò vt neque doli admittatur replicatio, l. aduerſus. ff. de excep. Sed ſi nõ à te, ſed à iudice iuſiurandũ delatũ eſſet, † quod ſæpè in dubiis cauſis, proba-
2 tionibus* aliis deficiẽtibus fieri ſolet, vt ſecundùm iurantẽ iudicetur) l. admonendi. ff. de iureiu. & l. in bonæ fidei. C. illo tit. tum poſt iuſiurãdum, ex integro cauſam agere poſſes, ſi noua inſtrumẽta inueniſſe te dicere, quibus nunc ſolus vſurus ſis: d. l. admonẽdi. Quod noſtra cõſtitutione voluimus, l. vlt. C. de reb. cre. ſi pro legato, vel fideicõmiſſo, cũ teſtamẽtũ nõ appareret, iuſiurãdũ ab hærede delatũ eſt, & eo præſtito manifeſtũ poſteà fuit, nihil ei qui iurauit penitus fuiſſe relictum. quia melius nobis ſingulari quodam iure viſum eſt (cũ & ſupremis voluntatibus alia multa indulſerimus) repeti ab eo legatum, vel fideicommiſſum nullúmque ei ex hoc periurio lucrũ accedere.

* De eo in iureiurando quomodo id hodie à iudice interponatur. Vide quæ antea diximus in §. item ſi quis poſtulante.

3 †Exceptiõe autẽ iuriſiurãdi propoſita defenditur quis non ſolùm aduerſùs actionẽ iureiurãdo excluſam, ſed & aduerſùs aliam quãlibet ſimilem, qua idẽ peti poſſit: quia per alterã actionẽ, altera quoque cõſumitur, l. duobus. §. exceptio. ff. de iureiurand. Neque ei tantũ qui iurauit, ſed & eius ſucceſſori, & ſi in rem ſucceſſerit pręſeſt, l. ait prętor. cũ illo tit. ſi cõtra bonos mores legeſq; nõ iuratũ ſit, l. nõ dubiũ. C. de leg. & l.
4 adigere, ff. de iur. pat. †Porrò quæ de iuriſiurãdi exceptione docuimus, ea tã in actionib' in perſonã, (de quibus tãtùm diximus) quã etiã in actionib' in rẽ intelligẽda ſunt, in quibus nõ minùs neceſſaria eſt hæc exceptio. Quinimò quacunque actione quis conueniatur in rem, aut in perſonam, ſiue pœnali actione agatur, ſiue de interdicto, & ſi de conditione perſonæ fuerit iuratum, iuſiurandum hoc Prętor tuebitur,
5 l. ij. §. quacunque, de iureiurand. ff. † Rem tuam igitur, cũ à Męuio vendicabas, quam ſuom dicebat, iuſiurandũ ei detuliſti, & iurauit ſe eſſe dominum: ſi deinde rem eam vẽdicares, quãuis adhuc tibi cõpetat actio (cũ neque pacto, neque iureiurãdo extinguitur dominiũ) tamẽ vt anteà de periurio quæri nõ decet, & iniquũ foret cõtra iuſiurãdũ poſſeſſorẽ cõdẽnari, iuriſiurandi obſtabit exceptio. adeò vt ſi poſſeſsionẽ poſteà amiſerit, ex iureiurando affirmatiuè concepto actionem habet. Quòd ſi negatiuè concepiatur rem petitoris, ſ. non eſſe quandiu poſſideret prodeſſet aduerſùs iurantem exceptio, ſed poſſeſſione amiſſa, nulla erit actio. l. ſed & ſi. ff. illo tit.

Ad §. Item ſi in iudicio.

SVMMARIA.

1 *Exceptio rei iudicatæ.*
2 *Ciuilis ratio ciuilia iura corrumpit.*
3 *Corpus idem qui intelligatur.*
4 *Generalis petitio ad nominata: reſtringitur Rationum. nu. 5.*
6 *Res licèt ſæpius debeatur. noſtra tamen amplius quàm ſemel eſſe poteſt.*
7 *Exceptio rei iudicatæ cohæredi, qui non litigauit, non obeſt.*
8 *Sententia inter alios dicta quibuſdam ſcientibus obeſſe poteſt.*

Non minorẽ vim effectũq; ad excludẽdũ actorẽ, †exceptio rei iudicatæ habet, de qua nũc dicẽdũ. Si tecũ in iudicio quacũque actione ſiue in rẽ, ſiue in perſonã agatur, & ſecũdũ te pronũciatũ ſit, obligatio quę anteà naturalis erat, durat, l. Iulianus. ff. de cõ. ind. quia res iudicata quæ ciuilis eſt, ſolã ciuilẽ obliga.
2 tollit. (†Ciuilis enim ratio ciuilia iura corrũpere poteſt, naturalia, nõ, §. vl. de legi. agnat.) Ideò poſteà aduerſùs te de eadẽ re (ſubtili iure) iterũ agi poteſt, ſed per rei iudicatæ exceptionẽ adiuuari te ęquiùs eſt. Nam ſingulis cõtrouerſiis, ſingulas actiones, vnũque iudicati finẽ ſufficere probabili ratione placuit: ne alioqui multiplicatus in immenſum litiũ numerus difficultatẽ inextricabilẽ faciat maximè ſi diuerſa pronuntiarẽtur, l. ſingulis. ff. de exce. rei iud. Quòd tamen ita tẽperandũ, ſi idem corpus eandẽ cauſam petendi, eadẽmq; conditio perſonarum ſit, quæ niſi omnia cõcurrant, locũ nõ habet exceptio, l. cũ quæritur. cũ. ll. ſeq. illo tit. † Idẽ corpus intelligimus, cũ res eadẽ, quantitáſve, vel idem ius petitur, quod iã petitum eſt d. l. cũ quæritur. vt ſi res ſingulas hęreditatis petieris, & hęreditatẽ poſteà petas, l. tertia illo tit. aut ſi te petitas pars eiuſdem

eiuſdem poſteà petatur, l. ſi quis cum to-
tum eod. Idem verò corpus nõ omni pri-
ſtina qualitate vel quantitate nulla adie-
ctione diminutionéve facta, ſed pinguius
pro communi vtilitate accipimus, l.& an
eadem, eod. Vnde ei qui gregem petiit &
vel octo vel diminuto gregis numero
iterum eundem gregem petit, obſtat ex-
ceptio, l. ſi cum argentum. §. primo. illo
tit. Eodem modo qui lancem petiit, nec
obtinuit, ſi poſteà ſcyphum ex ea confla-
tum petat, non audietur: quia quãuis qua-
litas mutata ſit, manet tamen idem cor-
pus, niſi per acceſsionem nouæ qualitatis,
alia iam reluceret forma, aut materia: vt
ſi ex vuis expreſſum ſit vinum, nam non
idem corpus manet: l. idem Pompo. §. idẽ
ſcribit. ff. de rei vend. ideò ei non obſtabit
exceptio, qui vinum petit, & ſi vuas anteà
fruſtra petierit. De eadem re etiam agere
is videtur, qui non eadem actione agit qua
ab initio agebat, ſed alio genere iudicij,
nouáque actione experitur, de eadem re
tamen, l. de eadem. ff. de excep. rei iud. De-
nique qui rem petiit, & ſuccubuit, neque
partum, neque fructus qui tum in rebus
humanis erant, poſteà rectè petet, d. l. ſi
quis cum totum. Eandem autem cauſam
ex petitionis origine interpretamur, vt ei
qui in rem egiſſet, nec tenuiſſet, condicen-
ti poſteà rei iudicatæ exceptio non obſtet:
l. vlt. illo tit. Aut ſi quis interdicto egerit
de poſſeſsione, in rem poſteà agens non
repellatur per exceptionem: quoniam in
interdicto poſſeſsio, in actione verò hac
proprietas vertitur, d. l. & an eandem. §. ſi
quis interdicto. Idem erit ſi fortè petiero
fundum vel hominem, & mox alia noua
cauſa poſt petitionem mihi acceſſerit, d. l.
ſi mater. §. eandem. Aut ſi quis in reali iu-
dicio abſolutus ſit tantùm, quia non poſ-
ſidebat, nec dolo deſierit poſsidere: Nam
ſi poſteà, quia poſsidet conueniri cœperit,
ei non proderit exceptio, l. ſi à re. & l. ſi
4 rem meam, illo tit. † Cæterùm id in om-
nibus perſonalibus actionibus ſciendum
eſt, quod quantumuis generalis fuerit pri-
ma petitio, atque etiam ſententia, ad ea ta-
men tacitè pertinere tantùm intelligitur,
de quibus fuerit nominatim & ſpecialiter
actum. Nempe ſi tutelæ actionem inten-
deris, quæ generalis eſt, & deinde non niſi
de re vna aliqua aut ſpecie egeris, quan-
quam generali quidẽ ſententia tutor fue-
rit abſolutus, de re tamẽ alia, aut ſpecie de
qua actum aut tractatũ non eſt, agere nõ
prohiberis, reiq; iudicatę exceptioni ſi ob-
iiciatur, doli obſtabit replicatio, l. ij. C. de
iud. Idẽ dicendũ erit ſi deberi tibi aliquid
dixeris, idq; ex vna tãtùm cauſa perſequu-
tus ſis, vt ex alia cauſa poſteà petere poſsis.
5 † In his ſi quidẽ perſonalibus iudiciis, ſin-
gulas obligationes ſingulę cauſę ſequũtur,
nec vlla earũ alterius petitione vitiatur, d.
l. & an eandẽ. §. actiones. Quod in actio-
nibus in rem aliud prorſus eſt, in quibus ſi
fuerit ſemel edita generalis petitio, actori
neutiquã, vt in prioribus actionibus prodeſ-
ſe poterit, vnam tãtùm cauſam in iudicio
poſteà deduxiſſe. Nã aut re vera ex ea ipſa
cauſa quæ in iudicium nominatim, & ſpe
cialiter deducta eſt, actor dominus, & tum
ex alia cauſa fruſtra experiri conatur, quũ
vna petitione omnes cauſæ quas eo tẽpo-
6 re haberet, apprehendantur. † Neq; enim
amplius quàm ſemel res alicuius eſſe po-
teſt, licèt tamen ſæpiùs deberi poſsit, di-
cto §. actiones. l. & an eandem. & l. ſi ma-
ter. §. denique, eod. Aut ex ea cauſa domi-
nus non erat, & merito ei imputabitur,
cur generali petitione propoſita, veram
cauſam non fuerit perſequutus. Omne
etenim dominium vndecunque & qua-
lecunque acquiſitum habuerit, vendica-
tione prima videtur deduxiſſe. Neque ſi-
cut acquiſitum poſteà dominium, ita mu-
tata aut falſa petitoris opinio aliam cau-
ſam facit, aut nouam petitionem parit,
d. l. ſi mater. §. eod. Poſtremò eadem con-
ditio perſonarum eſt, quando inter eaſ-
dem perſonas cum quibus anteà iudicium
conſtitutum eſt, lis iterum repetitur,
hócque iure vtimur, vt ex parte actoris
hæ perſonæ in rei iudicatæ exceptione
contineantur, quæ rem in iudicium de-
ducere ſolent: l. iiij. eod. ſiue procurator,
ſit cui mandatum eſt, ſiue tutor, vel cu-
rator, vel actor municipij. Ex perſona au-
tem rei defenſor qui ſe liti vltra ingeſsit
enumerabitur, ſi dominus id ratum ha-
beat, l. ſi mater. §. hoc iure illo titu. No-
cet & rei iudicatæ exceptio ei qui in do-
minium ſucceſsit eius qui in iudicio ex-
pertus eſt, l. exceptio. ff. eo. qui eodem iure
ab illo quæſito nititur. A perſonáque au-
thoris ad emptorem tranſit, retro autem
ab emptore ad authorem minimè, l. ſi à re.
7 §. iulianus eodem. † Iudicatæ quidem rei
exceptio cohæredi, qui non litigauit, ob-
ſtare non poteſt, l. ſi mater. §. vlt. illo tit.
Nam & ſi eadem quæſtio in omnibus iu-
diciis vertitur, perſonarum tamen muta-
tio cum quibus ſingulis ſuo nomine agi-
tur, aliam atque aliam rem facit: l. ſi cum
vno, eod. niſi vna eadémque cauſa defen-
ſionis inter eos omnes fuerit quibus inſo-
lidum competebat actio. Ea nanq; res fa-
cit, vt vnius victoria alteri quoque proſit,
l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. ſi ſer. vend. li-
cèt vnius condemnatio alteri non noceat
l. demum. §. quæritur. ff. ad. l. iul. de adul.
8 †. Sed & ſntẽtia inter alios dicta aliis qui-
buſdam ſcientibus eſſe poteſt, vbi ſcilicet
quis de ea re cuius actio vel defenſio pri-
mùm ſibi competit, ſequentẽ agere patia-
tur, veluti ſi debitor experiri paſſus ſit cre-
ditorem de proprietate pignoris quẽ pro-
hibere, quominùs propria actione aut de-
fenſione vteretur potuit. Nã per condem-
nationem debitoris excidit iure ſuę hypo-
thecæ, l. ſæpe ff. de re iu. Idẽ ſi maritus ſoce
rum, vel vxorẽ de proprietate rei in dotẽ
acceptę, aut poſſeſſor venditorem de pro-
prietate rei emptæ agere paſſus quoq; fue-
rit, quia volũtate eius de iure quod ex per-
ſona agentis habuit, iudicatũ eſt, d. l. ſæpe.

Ad §. Hæc

Ad §. Hæc exempli cauſa.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones producũtur ex multis cauſis.*
2 *Exceptiones quædam, quæ legiſ vicem obtinent.*
3 *Velleiam Senatuſconſulti exceptio quare introducta eſt.*
4 *Mulier intercedere pro filio non poteſt.*
5 *Cõſtitutiones quædam principum dant exceptionem fideiuſſoribus, quæ appellatur diuiſionis.*

VErùm hactenus exempla hæc ex quibus exceptiones naſcantur enumeraſſe ſufficiat, per quas id quòd in actoris intentionem deductum eſt, excludimus, & nos à condemnatione
1 eximimus. †Sunt & aliæ multæ cauſæ quę exceptiones producant, quę quàm variæ admittantur, quámque neceſſariæ ſint, ex latioribus digeſtorum ſeu Pandectarum libris pleniùs perfectiúſq; intelligi poteſt. Illic enim pleráſque exceptiones videre licèt à legibus introductas veluti fori præſcriptiones, quas in initio à litigatoribus opponendas eſſe legum decreuit authoritas, l. vlt. C. de excep. Etenim in primis id ei curandum eſt, qui ad alienam iuriſdictionem vocatur, vt controuerſiam ad proprium forum reuocet. Nam ſi id præmiſerit, ad id poſteà regredendi locus nul
2 lus patet. † Nõnullæ etiam illic exceptiones ſunt ex iis quæ legis vicem obtinent, nempe ſenatuſconſultis inuentæ: cuiuſmodi ſunt exceptiones Macedoniani, aut Velleiani, quarum illa in odium creditorum mutuam pecuniam, aliúdue quod mutuo dari poteſt, l. ſed & Iulia. §. mutui. ff. ad ſe. Mac. filiisfamilias fęnerantium conſtituta eſt, l. j. ff. ad ſen. Mac. adeò vt neque in filiofamilias dignitas aliquid faciat, quominùs ſenatuſcõſulto locus ſit, niſi fortè Caſtrenſe peculium habeat, l. j. §. vlt. illo tit. aut talis ſit dignitas, quam nos filiumfamilias ſui iuris efficere conſtituimus, Authen. conſt. quæ pig. §. nunc autem, coll. 6. Cauſa etiam ſtudiorum excepta ſi probabilem modum in mutua pecunia filiusfamilias nõ exceſſit, l. ſed & Iulianus. §. proinde. ff. eo. aut ſi in rem patris pecunia accepta verſa eſt, quoniam tum patri, nõ ſibi accipit, d. §. proinde. Quòd ſi non oppoſita hac exceptione condẽnatus ſit filiusfamilias, ea poſteà vti non prohibebitur, exemplo mulieris intercedẽtis, l. tamen ſi,
3 illo tit. † Hæc autem ſenatuſconſulti Velleiani exceptio fauore mulierum, propter ſexus imbecillitatem facilè pro aliis intercedentium ne pro aliis res quoquomodo fierent, prouidentia ampliſſimi ordinis interpoſita quoque fuit, l. ij. ad ſen. Velleia. Niſi ſanè rem ſuam gerãt: ſiquidem interdum accidit, vt prima quidem facie alienam, re vera tamen ſuam obligationem ſuſcipiant: vt ſi pro fideiuſſore intercedãt, aut hæreditatem emant, & æs alienum in ſe tranſcribant, quod minimè facere vetantur, l. aliquando. illo titu. Oneribus enim tantùm mulierum ſenatuſconſultum succurſum eſſe voluit. l. ſi pro aliquo, eo. Vnde ſi mulier & Titius in rem communem mutuentur, eiuſdem pecunia rei fiunt, atque pro parte ſocij videbuntur intercesſiſſe, ſi ob eã cauſam mutuati fuerint, ex qua ſi creditor pecuniam non dediſſet, maius damnum mulier paſſura erat, l. vir vxori. §. ſi mutuo. ff. ad velleia. Bona item fide perſonam mulieris in contrahendo ſequutus, ob ea quæ inter virum & vxorem accepta pecunia geſta ſunt, exceptione ſenatuſcõſulti non eſt * ſummouendus, l. bona fide,
4 eod. † Verùm alioqui generaliter intercedere mulier, neque pro filio * etiã poteſt, l. ſi cùm ipſe. C. eod. Neque fideiuſſor in eã rem acceptus tenebitur: quia totam eam obligationem ſenatuſconſultum improbat, & à Prætore reſtituitur prior debitor
5 creditori, l. ſi mulier. iij. ff. illo titu. † Item aliquæ aliæ principum placitis, ſeu conſtitutionibus inſtitutę comperiuntur, qualis eſt exceptio diuiſionis, qua plures fideiuſſores ſeſe tuentur, ne inſolidum teneantur, ſed pro parte quiſque liberetur: niſi aliter conuentum eſſet, l. non certe. & authen. præſente. C. de fideiuſſoribus. & id qui quidem ex Adriani conſtitutione quod idem in pluribus correis noſtra poſteà conſtitutione introductum eſt, in authent. hoc ita. C. de duobus rebus. Quod ſi ex iis pluribus qui eandem obligationem inſolidum æquè ſuſceperunt, vnus tantùm ſit qui commodum ſenſerit, cuiúſve ſolius res geſta fuerit, poſſunt cæteri ſi conuenirentur excipere, vt eorum periculo ille priùs excutiatur Paul. de Caſt. in l. vnde quæritur. ff. commod. & l. hinc quæritur. ff. de pecul. Aliæ denique ex ipſius prætoris iuriſdictione compoſitæ ſunt, veluti doli mali metúſve exceptiones de quibus iam anteà diximus.

* Id arreſto comprobatum eſt 13. die Nouembris. 1544. cũ ſententia præfecti Pariſienſis mulier quæ inſolidum pecunia ſimul cum viro ad redditum annum accepiſſet, inſolidum poſt viri mortem condemnata fuiſſet, & prouocaſſet, quoniam recte iudicatũ eſſe pronũciatum fuit.

* In cõtrarium ſumma curia pronunciauit, die 24. Nouẽb. 1543. da matre quæ pro filio clerico merces accipienti inter ceſſerat. Nã nulla diplomatis regij ratione habita, quo ſe ceſſa erat in tercesſione inſolidum mater condẽnata fuit, idque iccò ſive noticeres licet quo nam in cõmunem vtilitatem merces conuerſas fuiſſe ea confeſſa ..

Ad §. Appellãtur autem.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones perpetuæ ſeu peremptoriæ quæ ſint*
2 *Exceptiones Senatuſconſulti Macedon. & Velleian. poſt ſententiam obiici poſſunt.*
3 *Quæ Exceptio dicitur dilatoria.*
Exceptio excuſſionis qua fideiuſſores ſponſoréſue adiuuantur. Ibid.
4 *Exceptiones poſt rem iudicatam quædam valent.*
5 *Actio non anteà incipit, quàm per rerum naturam præſtari poſſit.*
6 *Reus interdum exceptionem opponere non poteſt.*

§. Appellantur autem.

POrrò omnium exceptionum aliæ ſunt perpetuæ, & aliæ temporales, hoc eſt, quædam ſunt peremptoriæ, & quædam dilatoriæ: vt verius æſtimamus intelligamúſque, hîc non de tēpore & vita exceptionum agere nos,
1 ſed de earū vi & effectu. † Perpetuæ enim ſeu peremptoriæ ſunt, quæ ſemper agētibus obſunt, ſempérque locum habent, nec euitari poſſunt, & ſemper rem de qua agitur hoc eſt, cauſam principalem perimunt qualis eſt doli mali exceptio, quod metus cauſa factum eſt, pacti conuenti perpetui ne omnino pecunia petatur rei iudicatæ, iuſiurandi, & ſi quid contra leges ſenatuſconſulta, principum placita, edicta Prætorum factum eſſe dicetur, de quibus dictum eſt. Semper enim vires actionis reſoluunt exceptiones huiuſmodi, neque tempore aliquo præfiniuntur, ſi modò antequam ſententia feratur, oppoſitæ ſunt, l. peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ. Quamuis interdum etiam poſt ſententiam proponi poſſint, veluti à minore, cui per in integram reſtitutionem facilè id cōceditur, d. l. peremptorias. & à milite, propter ſimplicitatem armatæ militiæ, l. j. C. de iur. & fac.
2 ign. † exceptiones item Macedoniani ſenatuſconſulti. & Velleiani, quæ poſt ſententiam obiici poſſunt, l. tamen ſi. ff. ad ſent. Maced. Verùm exceptio ne quis conueniatur vltra quam facere poteſt, & ſi poſt eam iudicatam maneat, quia tamen obligationem non perimit, ſed ſolidam & integram exactionem ad melioris fortunæ tempus, l. ſi defunctus. C. arbi. tut. (quam quiſque dum viuit ſperare poteſt) differt, l. ne ſen-
3 nius. ff. de re iud. † magis videtur dilatoria, quàm perpetua. Idē & de exceptione excuſsionis dicendum eſt, qua fideiuſſores, mandatores, ſponſoréſve adiuuātur, ne ad res ſuas anteà creditores venire poſsint, quàm debitorū bona excuſſerint, vt quod inde minimè conſequi potuerint, id ab iis perſonis creditores ipſi ceſſis actionibus conſequantur. auth. præſente. C. de fideiuſſ. Ad hæc falſi procuratoris exceptio ſimili modo poſt ſententiam durat, l. licèt. C. de
4 procu. † Et denique quoties controuerſia dici non ſolet, neque iudicium, vt quia ab incompetenti iudice pronunciatum eſſe dicitur, aut quia venalis ſit ſententia, l. venales. C. quando pro. non eſt nec. vel ex falſis teſtibus aut inſtrumentis iudicata, l. vlt. C. ſi ex fal. & l. qui agnitis. ff. de exce. tunc poſt rem etiam iudicatam exceptiones defenſionéſve peremptoriæ ſaluæ ſunt. Licèt interim rei iudicatæ minimè impediatur executio, niſi aut vehemens falſi fuerit ſuſpicio, aut illius in promptu probatio, l. ſatis apertè. C. ad l. Cor. de fal. Temporales autem & dilatoriæ ſunt, quæ ad certum tempus nocent. & temporis dilationem tribuunt: qualis eſt temporarij pacti conuenti exceptio, cùm ſcilicet conuenit, ne vſque ad certum tempus peti poſsit, veluti intra quinquennium: nam eo finito tempore, non prohibetur actor rem exequi. Sed ſi anteà agere velit, obiicietur pacti conuenti exceptio, aliáue ſimilis, ſi res ipſa vel locus adiectus, dilationem ſine conuētione tacitè tribuat: vt ſi quod in vtero eſt, aut fructus futurus, vel domum fieri promiſſum ſit, aut etiam Carthagine dari cùm
5 Romæ eſſes: † quia nō anteà incipit actio, quàm per rerum naturam præſtari poteſt, l. interdum. ff. de verbo. obliga. Differenda igitur erit actio, vt poſt tempus agatur, vnde dilatoriæ exceptiones appellatæ ſunt, quòd rem ipſam differant. Quæ ſanè volente demum aduerſario agere (vt diximus) opponendæ ſunt, hoc eſt, ante litis conteſtationem, iudicio minimè ſuſcepto, quo quidem tempore magis agere velle, quàm re vera agere dicimur. l. amplius nō
6 peti. ff. rem rat. hab. † Cæterùm poſt litem conteſtatam reus ſuæ defenſionis negligentior, inuito actore dilatorias ſuas exceptiones proponere non poteſt, ſaltem vt imminentem præſentis iudicij condemnationem effugiat. Nam poſt litem conteſtatam opponere quidem non prohibebitur, ſed nihilominùs interim condemnabitur, vt cùm tempus venerit ſoluat. Enimuerò qui intra tempora olim agebāt, & quibus oppoſita erat exceptio, nihil eo iudicio, neque poſteà quidquā cōſequebantur. Nam intra tēpora exceptione ſummouebantur, & ſi poſt tempora iterum egiſſent, rei iam iudicatæ exceptio illis oberat. Quoniam in vniuerſum ita conſtitutum erat, vt qui exceptionem dilatoriam efficacem ſemel oppoſuiſſet, hoc eſt, actorem à iudicio repuliſſet, peremptoriam ſibi exceptionem acquireret. Qua ratione hunc in modum cauſa cadebat, totámque rem amittebat, idq; ex lege xij. tab. qua bis agebatur: priorem namque actionem reus dilatoria exceptione, (cuius pecuniæ dies non fuiſſet) Cic. lib. j. de Orat. quæ à Prætore poſtulabatur, ad tempus ſoluendæ pecuniæ ſummouebat, & vbi hoc tempus veniſſet, alteram actionem perimebat, exceptione prioris iudicij.

Ad §. Hodie autem.

SVMMARIA.

1 *Exceptionibus hodie quomodò vtendū eſt.*

HOdie autem ne tam iniquè huic
1 ſubtilitati locus eſſet, † non ita ſtrictè hîc procedere voluimus, ſed ita conſtituimus, vt qui poſt quinquennium dare ſtipulatus èſt, aut qui mutuum dedit, & pactum deinde cum debitore fecerit, ne intra quinque annos id ab eo peteret, aut ſi tacita ſit dilatio ex natura rei promiſſæ, vel ex loco adiecto, & ante quinquennium ſtipulationi inſertū, aut ante tēpus tacitè intellectū petitū ſit, tum Zenonianæ conſtitutioni (quàm de iis qui plus tēpore peterent Zeno edidit) locus eſſet. Qua ita cautum eſt, vt qui tale aliquid deliquit, & ante triennium fortè quàm tēpus conuentum exiret egerit pactúmque induciarum (vt verba caſtrenſia ad forum tranſ-

tranſferamus) quo inducias actor ſponte
indulſerit, ne interim reum laceſſeret, mini
mè ſeruauerit, nihil conſequatur: ſed ad-
uerſùs eum præſcriptæ induciæ dupliceu-
tur, & ipſe ſexennium expectare cogatur.
Poſt quod peractum ſexénium ſi agere vo-
let, non aliter litem ſuſcipiat, niſi omnes
expenſas, & ſumptus litis anteà reſtituat,
hoc modo enim actores tali pœna perter-
riti & prudentiores facti inducias quas ip-
ſi dederint, non tam facilè contemnent.

Ad §. Præterea etiam.

SVMMARIA.

1 *Agens per militem vel per fœminam exce-
ptione ſummouetur, & hic ratio eſt.*
2 *Miles etiam veteranus in quibus poteſt eſſe
procurator.*
3 *Mulieres quare à ciuilibus officiis remouean
tur.*
4 *Exceptio procuratoria duplex.*
5 *Minoribus dantur tutores, vel curatores e-
tiam in criminalibus.*
6 *Exceptio procuratoris, quando procurator
nititur generali mandato, vbi ſpeciali eſt
opus, non valet.*
7 *Exceptio quando iudicem competentem nõ
eſſe dicimus.*
8 *Iudicis recuſandi exceptio.*

QVemadmodum autem dilatorias
quaſdam exceptiones eſſe oſten-
dimus, quæ ex re ipſa, vel obliga-
tione naſcuntur, ita & quædam aliæ ſunt
dilatoriæ, & exordiales, quæ ex perſona
producuntur, eiuſmodi ſunt procuratoriæ
exceptiones, quæ ex perſona procuratoris
competunt, quæque ipſum iudicem remo-
rantur & differunt, non quidem ad vllum
certum tempus, ſed donec actor mutauerit
incommodum quod ei obiicitur. Nam qui
nõ licere procuratorio nomine agere ob-
iicit perſonam tantùm euitat, † l. ij §. vlt.
1 de excep. veluti ſi quis per militem aut fœ
minam agere velit, exceptione certè ſum-
mouebitur. Milites enim quum ſe totos ar-
morum ſtudio, & exercitio dare debeant,
neque ſi velint procuratores dari poſſunt,
ne pro patre quidem, aut matre, neque pro
vxore, aut filio: quãuis ſacrum reſcriptum
habeant quia diſciplina caſtrorum omni
pietate parentum liberorúmque charitate
antiquior fuit, l. poſt liminium. §. filius. ff.
de capt. Imò neque hi aliena negocia pro-
curare extra iudicium poſſunt, l. ſi mili-
2 tem. C. de cond. ob cauſam. † Veteranos ta
men militia miſſos, procuratores dari poſ-
ſe non eſt dubium, l. filiusfamiliàs. §. vete-
rani. ff. de procur. militéſque ipſos qui ſti-
pendia merent, ſi de cauſſa ſtatus quæſtio
vertitur: Nam ea digna viſa eſt, cur miles
ſigna deſereret, ſuis neceſſariis opem la-
turus, præſertim cum in hac re periculum
ipſum quoque militem tangat, l. iij. §. mi-
lit. ff. de lib. cauſa. Mulieres itidem ob ſe-
xus imbecilitatem, animíque inconſtan-
tiam, procuratores exiſtere non permit-
tuntur: cum id munus ciuile ſit, ab hoc ſe-
xu ademptum, l. fœminæ. ff. de regul. iur.
& ab omni munere iudiciali mulieres ar-
ceantur, præcipuáque procuratorio, ne vi-
rilibus officiis fungantur. Nam alienam de
fenſionem ſuſcipere virile munus eſt, l. a-
lienã. C. de proc. † Ne prætextu etiam litis
3 impudenter & contra congruentem ſexus
verecundiam in cœtus virorum irruant, l.
maritus. C. illo tit. ſicuti Calphurnia im-
probiſsima fœmina olim feciſſe dicitur,
quæ contra ſexus pudicitiam inuerecun-
dę poſtulans, & magiſtratum inquietans,
origo fuit, vt quas naturæ conditio, & ve-
recundiæ ſtola non detineret, Prætoris edi
ctum compeſceret, ne poſtea fœminæ po-
ſtularent, vel pro aliis in iure patrocinium
ſuſtinerent. l. j. §. ſecundo loco. ff. de poſt.
Vſus enim procuratoris, & ſi in hoc per-
quam neceſſarius eſſe cœpit, vt qui ob
morbum, ætatem, neceſſariam peregrina-
tionem, aliámve cauſam rebus ſuis ipſi a-
deſſe, vel nolunt, vel non valent: ſaltem per
alios, vel agere, vel litem ſuſcipere poſsint,
l. j. §. vſus. ff. de procur. huic tamen functio-
ni mulieres parum aptè exiſtimatæ ſunt,
cum ob mandatum quod ſuſtinere non
poſſunt, tum ob ſatiſdationes quibus caue-
re minus permittitur. Fit tamen vt pro pa-
rentibus, vel morbo, vel ætate impeditis, ſi
idoneum alium procuratorem non ha-
beãt, ceu neceſſariæ perſonæ admittantur,
l. fœminis. ff. de procur. quum propter pe-
nuriam eorum qui idonei ſunt, conſtitutio
iuris ad aliquid infringatur, meliúſque ſit
regulam iuris tranſgredi, quàm defenſionẽ
impediri, l. vt gradatim. §. j. ff. de mun. &
hon. nec ſi in rem ſuam, & ad priuatum cõ
modum mandatas habeant actiones à iu-
dicio repelluntur, l. quia abſente. C. de pro
cur. Suis etenim negociis tàm mulier, quã
etiam miles, inoffenſa diſciplina ſupereſſe
poſſunt. Atque adeò miles ipſe non tantùm
ſuis, ſed & ſui numeri cauſis intereſſe poteſt
quum proprię cauſæ hæ videantur, l. filius
familiàs. § veterani. ff. de proc. quæ nobis
cum aliis communes ſunt, l. ij. §. per ul. ff.
4 quando appel. ſit. † Porrò exceptio hæc
procuratoria duplex eſt altera enim pro-
curatorem aliquem eſſe non poſſe dici-
mus, altera non eſſe omnino con-
tendimus. Harum prior ex quatuor
potiſsimum cauſis oritur. Prima eſt cu-
jus iam hic meminimus ex capite &
perſona eius qui procurator datus eſt, vt ſi
detur miles, mulier, infans furioſus, prodi-
gus, ſeruus, ſurdus, mutus, & aliæ eiuſmo-
di perſonæ, l. damus. §. vlti. & l. ſequen. ff.
de priuil. cre. Secunda cauſa eſt ex perſona
eius qui procuratorẽ dedit, vt ſi à pupillo,
vel minore, aliiſve perſonis ſimilibus, ſine
tutore, aut curatore procurator conſtitu-
tus ſit, l. neque tutorem. C. de procur. aut

quia mandatum à domino reuocatũ [a] eſſe dicatur, l. mandatum. C. mand. Tertia eſt conditione & natura litis, quæ procuratorem non admittet, vt ſi cauſa ſtatus ſit, l. ſeruum. §. eam. ff. de procur. vel populare l. iij. ff. illo tit. aut criminale iudicium, l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud.
5 † Minoribus tamen ſingulari quodam iure conceſſum eſt, vt eis agentibus, pulſatiſve in criminalibus cauſſis, curatores vel tutores omnino adſint: ne ex ſua imperitia, vel iuuenili calore, imprudenter aliquid aut dicant, aut taceãt, quod aut non dictum, vel expreſſum vtilius illis futurũ [b] erat. l. clarum. ff. de aut. præſt.
6 † Quarta ex modo & forma conſtituendi, vt ſi ſolùm mandato generali procurator niteretur, cùm ſpeciali opus eſſet, l. illud. §. j & illic accur. ff. de minor. Alterius generis procuratoria exceptio locum habet, ſi mandatum à domino procuratorem non habere [c] obiiciatur, inter quos, §. alieno. ff. de dam. infec. Quæ à ſuperiore in hoc differt, quod illa inter exordia litis nondum lite conteſtata proponi debet, neque aliter ſi omittatur profutura eſt: hæc verò perpetuò opponi poteſt, quum ſi quis procurator non ſit, iudicium non eſſe conſtet. Non tantùm verò ex perſona procuratoris dilatoria exceptio proficiſcitur ſed & perſona actoris, ſi agere prohibeatur: vt ſeruus, pupillus, & minor, aliæque eiuſmodi perſonæ. Aut etiã ſi agere quis non vetetur, ſed litem ideò proſequi impediatur, quia minimè aut iudicatum [d] ſolui, aut iudicium peragi ſatiſdederit.
7 † Iténique ex perſona iudicis, quẽ competentem nõ eſſe dicimus: in qua quidem ſpecie exceptio quã fori præſcriptionem appellamus, ſtatim in ipſo limine iudicij obiici debet, priuſquàm aliquid agamus, quo iuriſdictionem iudicis prorogaſſe, vel approbaſſe videamur, ſi quis ex aliena. ff. de iud.
8 † Eſt & ex perſona iudicis exceptio, quæ recuſandi [e] illius gratia opponitur, quoties iuſta ſuſpicionis cauſſa aduerſùs eum deducitur. l. vlt. & l. apertiſſimi. C. de iud. c. ap. iudex. de off. deleg. & c. rũ ſpeciali, de appel. Planè hæ ſunt exceptiones quas anteà præſcriptiones, ſeu tranſlationes propriè vocari dicebamus: quum ex tranſlatione controuerſia naſcitur & vel tempus differendum, aut accuſatorem, iudicémve mutandum reus contendit.

a Ea reuocatio nullibet permiſſa ſi eſt, ante litis conteſtationé fiat: poſteà autem non aliter, niſi vel aduerſario, vel iudici denuntietur, vt ſcribit Fely. in c. ex parte. extra de reſc. Hodie autem præterea neceſſarium eſt, vt alter procurator loco reuocati detur cuius quoque nomen aduerſario declaretur, ne aliqui actu ptio re viter obtineant.

b Ad accuſatũ defendendum, ſiue qua exceptionem in ea cauſſa tantummodo obiiciendã hodie nullo modo admittitur procurator, quantumuis ſpeciale mandatum proferat, nec ſi iuſtam eius abſentiæ excuſet. Nam nihilominus iudex in eũ edictum decernit, diem tamen indulget, intra quem ſi abſentiæ cauſa vera eſſe doceatur, edictum id circunducitur.

c Ioan. Imber. lib. inſti. forẽ. quũ de ſatiſdatione tractat, apud inferiora regia tribunalia vſum ita inualuiſſe, dicit vt reis ſine mandato procurator admittatur, iuſſus à iudice intra certum diem mandatum, aut ratihabitionem domini oſtendere: qui ſi non peruenit ex eo die quo ſeſe obtulit, edictum in dominũ valere in abſentem decernitur.

d Hiſce ſatiſdationibus hodie non vtimur. vide Io. Fab. in §. 1. ſuprà de ſatiſd. Verum Franciſci conſt. vterque litigantium iubetur in ipſo iudicij limine domicilium ſibi eo loci quolis prodeſt conſtituere, vel iam conſtitutum declarare, ne alioqui qui id facere cõtempſerit, petitione exceptionibus ſummoueatur, & cauſa cadat.

e De hac recuſatione iure Cæſareo & põtificio variè cõſtitutũ eſt. & noſtris tandẽ regis conſtitutionibus ita cautũ, vt ſi recuſationis cauſſæ (quę apud iudicem ipſum qui recuſatus proponendæ vtroque ſemper iure fuerunt) tales ſint quæ minimè admitti debeant, iudex ipſe recuſatus eas admittendas non eſſe pronunciare debeat. Quod ſi ab eo appelletur, cauſſę eum cognitioni (non aliàs) ſuper ſedere debet: quæ ad eum qui abſentem ſe pro tribunali ſedere iubet tranſit. Verùm ſi recuſationis cauſæ legitimæ comperiantur, is qui vicem eius gerit de veritate cognoſcet, vna tantum recuſanti dilatione conceſſa, intra quam de recuſationis ſuæ cauſis doceat. Atque æquè mulctæ temere vel recuſantibus, aut appellantibus Franciſci conſtitutione decretæ ſunt.

Ad §.

Ad §. Eas verò.

SVMMARIA.

1 *Infamia notatis vel ignominia procuratorẽ dare non poſſunt.*
Infamia obſtat poſtulantibus, Ibid.
2 *Procuratoria functio vilis.*
3 *Exceptiones dilatoriæ tranſlatiæ.*
4 *Exceptio datur reo aduerſus omnes actiones Prætorias poſt annum.*

Ed vt ad procuratoriã exceptionem redeamus, illud minimè prætermittendum eſt, tantam olim maioribus noſtris fuiſſe iudiciorum curã, ac ſolicitudinem, ne aliqua ex parte culpa-
1 ta præbendi conſpiciue poſſent: † vt ignominia vel nominis infamia notatis, neque procuratorem dare, neque ipſis in iudicio comparere permiſſum eſſet, quemadmodũ & adhuc hodie poſtulantibus infamia obſtat, l. j. § ſecundo loco. ff. de poſt. quibus tanquam pro Reipub. militantibus leges multùm ſemper contulerunt, l. aduocati. C. de aduo. diu. iud. Verùm quia morũ pro-
2 bitas paulatim elanguit, † & functionis huius procuratoriæ prouincia vilior haberi cœpit, tum quia in iudiciis exceptiones ignominiæ atque infamiæ procuratoris, parum in iudiciis, & nullo modo verſari, ſed veluti in deſuetudinem abiiſſe proſpeximus, conquieſcere voluimus. Quùm & illud abſurdum videretur, dum de perſonarum conditione altercatio fieret, ipſius negotij diceptationẽ longius fruſtra proferri. Idcirco quilibet etiam infamis (ſi nõ ſit infamia grauior, l. eum. C. de procu.) alieno nomine litem inferre, aut ſuſcipere poteſt. præterquàm apud principem, vbi neque infamia notatus admittitur, neque admiſſus ignominia notatur, l. ſed & mili-
3 tes. §. ſed ignominia. ff. de excuſ. tut. † Sunt & aliæ exceptiones dilatoriæ tranſlatitiæ, quibus actionem recuſamus: vt ſi controuerſiæ examinatio triennium fuerit intermiſſa, quia agenti tum poſſumus obiicere, ab ea litis inſtantia dimitti nos debere, litémque denuò repetendam eſſe, l. properandum. C. de iud. niſi lis conteſtata eſſet, quoniam litis conteſtatione fit, vt ante quadraginta annos inſtantia non pereat, quemadmodum nec actio, l. vlt. C. de præſcri. xxx. vel xl. anno.* Aut ſi quis proprietatis iudicio pulſatus, interim in poſſeſſione ab aduerſario turbetur, exceptionem nanque habet, ne in ea lite pergere rogatur donec vacuam poſſeſſionem aduerſarius permiſerit: in §. omnium, ſuprà de actio. Vel ſi aduerſùs ſententiam aut cõtractum in authenticas tabulas redactum quis reſtitutus ſit, & ſecundùm reſtitutionẽ pronunciari poſtulet, rectè obiiciet reus non anteà ſe defenſurum, quàm ſententiæ aut conuentioni contractus ab eo ſatisfactum fuerit. probat tex. in l. vnica. C. de reput. & l. ſi

* Hodie tamen constitutione vetitum eſt ne reſcripta principis ad litẽ perẽptã reſuſcitandã dentur, & ſi concedantur, vt nullã horũ iudex rationẽ habeat iubetur, quâ tamen conſtitutione minimè vtimur.

lege ſi quis maior. C. de tranſactione.
4 † Aduerſùs omoes prætereà actiones prætorias, quas iure ciuili poſt annum non dari anteà docuimus, poſt id tempus reo datur exceptio. Idemque erit ſi lege municipali exordiendæ, cuiuis actiooi dies præfinitus ſit, iotra quam incohata non fuerit actio: Atque adeò ſi poſt eam inchoatam eiuſdem temporis mora in ea perſequenda admiſſa fuerit, quæ præſcriptioni introducendæ ſufficit, idem adhuc eſſe melius eſt, Bar. in l. vlt. ff. de eo per quem fac. & Iaſ. io §. pœnales. ſupra de actio. * Sunt denique & aduerſùs interdicta exceptiones propoſitæ, de quibus paulò pòſt ſuo loco commodiùs dicetur. Illud tamen poſtremò ſciendum eſt, exceptiones has dilatorias priùs obiiciẽdas eſſe, vt interim litis progreſſum effugiat reus, quo ad ſuper iis ius redditum fuerit. Poſteà verò ad peremptorias exceptiooes deſcendendum erit. * Quod ſi vtraſque cumulare voluerit, id quidem nõ prohibetur, ſed conſultè fiet, ſi earum exceptionum concurſu, deteriorem ſuam cõditionem minimè factam iri reus proteſtetur, & ſuper illis vt rectè atque ordine à iudice pronuncietur poſtulet.

* Ita iudicatũ fuiſſe in Iuridicã. Pictauen. cõuẽ. die 18. Septẽb. 1511. Imbertus affirmat lib. Inſti. for. 1. dũ de exceptionibus tractatus agit, quem vide multa alia de exceptionibus dicentẽ, quib⁹ hodie in foro vtimur.
* Caroli. 7. cõſt. vtraſq. exceptiooes reus opponere iubetur, quã interdictũ recindẽdæ poſt. eius appellatio oppugnatur.

De replicationibus.

Ad §. Interdum.

SVMMARIA.

1 *Replicatio nihil aliud eſt quàm exceptio, à parte actoris veniens.*
2 *Caſus in replicando plures.*
3 *Duplicatio interdum reo obiicitur, & quomodò.*
4 *Triplicatio & quadruplicatio.*

Dictum eſt quemadmodùm actionibus quæ iure quidem ciuili efficaces ſunt, veruntamen ex ęquitate naturali iniquè nocent, exceptiooes opponantur: eodem modo videndum eſt, ſi & exceptiones ipſæ re vera validæ ſunt, ſed ex æquitate etiam iniquæ appareant, qua via huic malo ſuccurratur. Ne aliter id quod natura æquum eſt, & omnibus ex æquo commune eſſe debet, vni concedere, & alteri negare iniquiſsimè videamur. Et ſanè actori non minus quàm reo in hac cauſa conſultum iri volumus, cui defenſionem quoque dedimus, qua aduerſarij
1 exceptionem excludere poſsit, † quæ replicatio appellatur: & nihil aliud tamen eſt quàm exceptio, lege ſecunda. ff. de excep. quæ à parte actoris venit, non minùs ipſa exceptione neceſſaria, qua rei exceptionem iniquam oppugnet, iúſque quod ſuum eſt & proprium ſimul contineat, firmet, & tueatur. Ac inde nomen habet replicatio, quod per eã replicatur & reſoluitur ius exceptioois, vt in hac ſpecie oſten
2 di poteſt. † Pactum cum debitore tuo fecisti, ne quod tibi deberet peteres: deinde poſteà quandocunque in contrarium pactus es, vt tibi creditori petere liceat: ſi poſt ſecundùm hoc pactum cõdictione aduerſùs illũ ad ea quæ tibi debentur experiaris, & ille pacti exceptionem opponat, prima certè facie videtur hoc pactum multum grauiterque actionem tuam lædere: Nam re vera ita conuenit, & nihilominùs hoc verum manet licet contrarium poſteà pactum ſit, quia per ſecudum pactum priùs ipſi iure ſublatũ nõ eſt, quandoquidem in pactis nõ ius, ſed factum verſetur, l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. Sed quoniã iniquũ eſt te excludi, ex ſecundo pacto quo petendi facultas data eſt, tibi dabitur replicatio, per quam exceptio eliditur, & actio quæ priùs labefacta videbatur ſuſtinetur. Quæ tamen ſi per exceptionem omnino fuiſſet perempta. & ſublata, nõ niſi noua actione cõſuli tibi potuiſſet, l. ſub prętextu. C. de traoſac. Vt puta ſi nõ nuda cõuentione pactus eſſes, ſed acceptilatione debitorẽ liberaſſes, ea ſanè prima obligatio funditus euerſa reſtitui, deinde reintegrari oõ poſſet. Aut ſi pactũ conuentũ tale fuiſſet, quod actionẽ ipſam tolleret, veluti ioiuriarũ, per poſterius pactũ effectũ nõ eſſet, vt agi poſsit: quia & actio prima ſublata eſt, & poſterius pactũ ad actionẽ reparandã inefficax eſt, neque ex nouo pacto prior obligatio reſuſcitatur, d. l. ſi vnus. §. pactus. Cæterùm quẽadmodũ exceptioni oppooitur replicatio, ita & replicationi quę prima facie iuſta eſt,
3 ſed ex ęquitate naturali iniquè nocet. † Alia quidem allegatio reo obiicitur, quæ duplicatio vocatur. Vt ſi amplius non petendi pactum cum Mæuio feceris, deinde alio poſteà pacto cõuenit, vt petere poſſes, tertiũque poſterius ſequutũ ſit, quo debitũ remiſiſti. Quod ſi ea duplicatio aliquam ob cauſam iniquè noceat, alia rurſus allegatio neceſſaria erit, vt ea adiuuetur, quę dicitur triplicatio. Quarũ omniũ exceptionum vſum, & interdũ Vlterius quam dicimus va
4 rietas negociorum producit: † Nã ſicut cõtra replicationẽ datur duplicatio, & cõtra duplicationẽ triplicatio, ita & cõtra triplicationem quadruplicatio dari ſolet, & deinceps multiplicantur nomina, dũ reus obiicit, & actor perurget. Eorũ tamen qui tribunali præſunt erit proſpicere, ne iſtiuſmodi allegationes vltro citróque adductæ & ad cauſas nonnunquam protelandas verius quàm expediendas conquiſitæ, aliquãdo in labirinthum * exeant. Sed hæc de replicationibus faciliùs pleniúſque ex latioribus digeſtorum libris cognoſci poſſunt.

* Hodie vltra duplicationẽ moribus noſtris non progredimur.

Ad §. Exceptiones autem.

SVMMARIA.

1 *Mora exceptionis debitoris fideiuſſori, interdum damno eſt.*
2 *Exceptiões debitoris fideiuſſori accõmodari debent,*

5 Exceptiones autem.
debent.

3 *Exceptiones quædam diſiunctæ inter fide-iuſſorem & debitorem.*

4 *Exceptiones quædam, quæ ad alios non trã-ſeunt.*

PORrò ſcire debemus plerunque
exceptiones quibus principalis
debitor aduerſùs id quod dari
vel fieri petitur, defendi poteſt, à fideiuſſo-
re etiam, ſponſore, mandatore, d.l.tam mã-
datori.C.de non nume.pecu. aliόve quo-
libet qui alterius obligationi accedit, op-
poni poſſe: ſi modo non ſit is qui in debi-
toris locum ſuccedit & ſubſtituitur, ex-
promiſſor, l.fruſtra, illo tit. Neque fideiuſ-
ſori oberit, ſi exceptionis auxilium ſibi
debitor ademerit, quum ſemel quæſita fi-
deiuſſori exceptio, Vlterius ei inuito extor
1 queri nõ poſsit, l.vlt.ff.de pact. † Niſi debi-
tor ſua mora exceptionis ſubſidium ami-
ſerit, quod fideiuſſori etiam damno eſt, l.
mora.ff.de verb.oblig. quanquam eam ex-
ceptionem quam ſibi ſuo facto peperit fi-
deiuſſor, neque ex perſona debitoris habet
non perdat vllo, vel pacto, vel delicto de-
bitoris. Vt ſi fide iuſſor ſeruum quem debi
tor deberet obtulit, & debitor moram fe-
cerit, mortuo Sticho fideiuſſori ſuccurren
dum erit, d.l.mora. Contra autem fideiuſ-
ſoris conuentio reo nihil prodeſt, quia ni-
hil intereſt eius à debitore peti: vbi autem
fideiuſſoris intereſſet à reo non peti, vel
vbi ita pactum factum eſſet, vt & debitori
prodeſſe debeat, l.& hæredi. §. in iis. ff. de
pact. ei quoque competeret exceptio, l.ad-
uerſùs.ff.de arb. non aliter atque fideiuſſo-
ri, vbi debitoris intereſt. Id tamen citra diſ
ceptationem eſt, à fideiuſſore exactum iuſ-
iurandum reo prodeſſe, quia id loco ſolu-
tionis cedit, l, duobus. §. j. ff. de iureiur.
2 † Planè meritò conſtitutũ eſt, vt exceptio-
nes quibus debitor vtitur fideiuſſoribus ac
commodentur, quoniam quod ab his pe
titur ab ipſo debitore peti videtur, pro-
ptérque debitoris ipſius perſonam id pla-
cuit, ne alioqui mandati iudicio poſteà à
fideiuſſore qui ſoluit reus conueniatur.
Adeò vt ſi mandati actio nulla ſit, quia for
tè animo donandi fideiuſſerit, exceptio fi-
deiuſſori non proſit, l.quod dictum eſt.ff.
de pact.& l.ſi quis reum.ff.de lib leg. quæ
neque ipſi fideiuſſori proficere poteſt, ſi
hoc actum fuerit, vt duntaxat à reo non pe
tatur, huicque perſonali liberationi fideiuſ
ſor conſenſerit, & ius ſuum remiſerit. l.niſi
hoc actum.ff.de pact. Proinde ſi de non pe
tenda pecunia pactus quis cum reo fuerit,
nulla perſona addita, vt non in perſonam,
ſed in rem pactum factum eſſe appareat,
perinde iis qui pro reo obligati ſunt ſuc-
currendum eſſe exiſtimatum eſt, ac ſi cum
ipſis etiam conuentum eſſet, ne ab eis ea
pecunia peteretur: quia rei cohærentes ex-
ceptiones etiam fideiuſſoribus competũt,
vt rei iudicatæ, doli mali, iuſiurandi, quod.
metus cauſa factum eſt, & aliæ eiuſmodi
3 exceptiones, l.exceptiones.ff.de excep. † Ve
runtamen exceptiones quædam ſunt, quæ
dam ſunt, quæ non æquè fideiuſſori ac de-
bitori competunt: Nempe ſi perſonæ cuiuſ
que cohæreant, veluti ſi debitor bonis ſuis
ceſſerit, & cum reo creditor experiatur, is
defenditur per exceptionem, quia bonis
ſuis ceſsit, quæquidem fideiuſſores ipſius
non iuuabit: idque ideò, quoniam qui fi-
deiuſſorem à debitore ſuo accipit, eam ob
cauſam præcipuè accipit, vt ſibi rebúſque
ſuis cõſulat, & hoc maximè proſpicit, vt ſi
cõtingat debitorẽ ſoluẽdo nõ eſſe & facul
tatibus ſolis poſsit ab iis qui ſibi fidẽ pro
eo obligauerunt ſuum conſequi: Quod ſi
& fideiuſſori exceptio ceſsionis conceda-
tur, futurum eſt, vt accipiendo fideiuſſores
4 nihil nobis proſpexiſſe videamur. † Sunt
& aliæ perſonales exceptiones, nempe ea
quam ſocius habet in id quod facere po-
teſt, vel parens, patronus, & ſimiles, quan-
do maximè perſonæ condictio beneficio
locum facit, l.in omnibus. ff. de regu. iur.
quæ ad alios non tranſ-
eunt.

Paraphraſis in titulum de Exceptionibus,
finis.

ARGV-

ARGVMENTVM EORVM QVAE DE INTERDICTIS DICENTVR.

INterdicta omnia, ſunt aut prohibitoria, quibus aliquid fieri vetat Prætor, vt vim fieri poßidenti ſine vitio vel mortem inferenti, & quæ ſunt huiuſmodi. Aut reſtitutoria, quibus reſtitui iubet, vt bonorum poſſeſſori, poſſeßionem eorum quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore poßidet ex ea hæreditate, vel vi deiecto de poſſeßione fundi poſſeßionem. Aut denique exhibitoria, per quæ exhiberi iubet, cuiuſmodi eſt interdictum de libero homine exhibendo. Item ſunt omnia interdicta, aut adipiſcendæ poſſeßionis cauſſa comparata, vt i interdictum quorum bonorum: aut retinendæ, vt vti poßidentis interdictum, & vtrobi. aut recuperandæ, vt interdictum vnde vi. Quæ postremò interdicta omnia aut ſunt duplicia, aut ſimplicia. Simplicia ſunt, in quibus diſcernere poſsis actorē à reo. Duplicia verò quando vterque litigator, tam rei, quàm actoris partes ſuſtinet. Vt eſt vti poßidetis interdictum, & vtrobi. Nam cætera interdicta ſimplicia ſunt. Porrò certa quadam & ſuperſtitioſa formula olim interdicta concipiebantur, quæ poſſeßionis cauſa introducta ſunt: Sed hodie interdictum reddi neceſſe non eſt, quum per actionem in factum recta vis, ſummotis priſcis formulis & ambagibus, agi commodiùs poſſe viſum ſit.

PETRI PLATEANI ANGOLAEI IN SVMMO TRIBVTORVM VECTIGALIVMQVE TRIBVNALI

Lutetiæ Pariſiorum Regii patroni, Paraphraſis in titulum de Interdictis, libro Inſtitutionum Imperalium quarto.

Ad §. primum.

SVMMARIA.

1 *Actiones extraordinariæ.*
2 *Interdicta non minus vtilem cauſam habẽt, quàm actiones.*
3 *Interdicta prætoria ſunt.*
4 *Interdicta quædam rei perſecutione continent.*
5 *Enumeratio Interdictorum quæ rem perſequuntur.*

ET ſi anteà de actionibus
pleniſsimè dictum eſt, illa-
rúmque vim & naturam
variè multifariámque oſtẽ
1 dimus,† Noonullæ tamen
adhuc ſuperſunt, & actio-
nes extraordinariæ, id conſtat ex titulo ffo
rum de interdictis ſeu extraordinariis a-
ctionibus &c. quæ interdictorum loco ex-
exercentur, propter quas viſum eſt de in-
terdictis ipſis ſeparatim agẽdum eſſe. Cùm
vt nihil antiquitatis, & eorum quæ olim
in vſu erant ignoraretur (quando ipſa an-
tiquitatis cognitio admodum formet iu-
dicium, multúmque noui iuris interpreta-
tioni adferat.) Tum quod aliæ illæ omnes
actiones, de quibus priùs dictum eſt, tã ci-
uiles quàm prætoriæ, ab iis de quibus
dicturi nunc ſumus longe differãm. Si qui-
dem hæ prætoriæ omnes ſunt, & ad poſſeſ
2 ſionis cauſam propriè pertinent,† neque
minus vtilem neceſſariámque cauſſam ha-
bent, quàm commemoratę anteà actiones.
Quibus licèt id quod noſtrum eſt, aut no-
bis debetur, perſequamur: vt ſecundùm id
quod in intentionem actoris deductum
eſt, omnino iudicis ſententia ſuper obliga-
tione aut dominio petito pronuntiata, lis
finiatur: (quod ſanè interdictis, quibus lis
præparatur magis, quàm finitur, neque pe-
ti, ne adiudicari poteſt) his tamen, vel a-
ctionibus quæ pro eis competũt, poſſeſsio-
nis cauſa interim deducitur, quæ multum
ſemper contentionis habuit, non ſolùm
propter vſus percipiendorúmque fructuũ
commoditatem, ſed ob iudicij huius vtili-
tatem ſecuritatémque: quo probationis
dominij onus omne in actorem prorſus
3 reiicitur.† Ac niſi per interdicta hæc quæ-
ſtioni poſſeſsionis cui non ſatis leges proſ-
pexerant, à prætoribus olim obuiam itum
eſſet: futurum erat non ſine magno reipu-
blicæ totius periculo, vt inter quos poſſeſ-
ſionis controuerſia eſſet, eam ipſam illi ar-
mis inter ſe digladiarẽtur. Proinde vt huic
morbo tantæque neceſsitati ſuccurſum eſ-
ſet, multa edicta Prætores, qui iudiciis olim
præerant de poſſeſsionibus propoſuerunt,
quibus ſecundùm id quod propoſitum eſ-
ſet ius dicebant, certiſque verborum for-
mulis interdicta hæc (quæ ex ſuis edictis
dabant) concipiebantur, l. ij. in princ. ff. ne
quid in lo. pub. quibus fieri aliquid aut in-
terdicebant, aut iubebant, & vbi de poſſeſ-
ſione lis inter aliquos nata eſſet, conſtituto
iudicio recuperatores dabantur, qui de cõ
trouerſia ipſorum, & iure poſſeſsionis cau-
ſa cognita pronunciarent. Fiebátque id tũ
maximè, quum de poſſeſsione, & rei corpo
ralis detentione, aut quaſi poſſeſsione, quæ
ad incorporalia tantummodò pertinet, l.
ſeruum. §. incorporales. ff. de acqui. do. in-
4 ter aliquos contendebatur.† Quanquam
interdum etiam ſi de proprietate quæſtio
moueretur, in interdictis locus ſit, quæ & rei
perſequutionem cõtinet, d. l. ij. §. quædam.
ff. de interd. vt de itinere actúque priuato:
Nam proprietatis cauſa continet hoc in-
terdictum quo agitur, vt iter vel actum re-
ficere liceat, l. iij. §. ait Prætor. ff. de itin. act.
priua. & ei cõpetit, qui ius ſibi eſſe reficiẽdi
doceat: vel de aqua quotidiana & æſtiua,
vt aquam ex caſtello ducere ab eo cui eius
rei ius fuit, ſit liberum, Quæ quidem inter-
dicta non vt reliqua præparant ſolùm, aut
ad temporariam tantùm poſſeſsionem perti
nent, verùm totam etiam proprietatem
poſſeſsioniſque quęſtionem finiunt, l. j. in
5 fi. ff. de aqua quotid. & æſtiua.† Illa quoque
interdicta quę de locis ſacris & religioſis
proponuntur, veluti proprietatis cauſſam
continent. qualia ſunt hæc, nequid in loco
ſacro fiat, vel quod factum eſt reſtituatur,
& de mortuo inferendo, vel ſepulchro æ-
dificãdo, d. l. ij. §. quædã. itẽ illa de liberis
exibendis: quæ ſui iuris tuendi cauſſa cõpe-
tere mox indicabimus, & proprietatis cauſ
ſam non poſſeſsionis habent, dicta lege ij.
§. quædam. Eodem modo licèt actiones
ad poſſeſsionis cauſſam regulariter mi-
nimè pertineant, per eas tamen poſ-
ſeſsionem condici nonnunquam inueni-
mus: Nempe condictione triticaria, qua
ab eo qui vi aliquem deiecit poſſeſ-
ſio condicitur, lege ij. ff. de condit. trit.

Si

Si nummi quoque alieni traditi fuerint,
indebiti condictio competit, vt poſſeſsio
eorum reddatur, ſi poſſeſsio tantùm tradi-
ta, l. indebiti ſolut. ff. de cond. ind. eſt quē-
admodū ſi falſo exiſtimās te cuiuſlibet rei
poſſeſsionem Titio debere, eam illi tradi-
deris. Nam ad eam repetendam condictio
parata eſt.

Ad ſ. Summa autem diuiſio.

SVMMARIA.

1 *Interdictorum diuiſio prima.*
2 *Interdicta quædam annalia, quædam perpe-
tua, quædam præſentia.*
3 *Interdictorum ſumma diuiſio.*
4 *Interdictum prohibitorium & reſtituto-
rium quid.*
5 *Formicæ ſe inuicem ſepeliunt.*
6 *Interdictum de loco & itinere publico.*
7 *Interdictum ne quid in publico flumine, ri-
páue eius fiat prohibitorium eſt.*
*Cōpilatio interdictoriū pluriū, quæ Prætor
introduxit. ibid.*
8 *De operis noui nunciatione Interdictum
aliud, & vti poſsidetis.*

Sed iam de ipſis interdictis dice-
re incipiamus, & ea quidam per
multas diuiſiones oſtendere non-
1 nullis antea placuit, l. j. ij. ff. de interd. † vi-
delicet, vt aut de rebus diuinis, aut huma-
nis competere intelligerentur. De rebus di-
uinis: vt de locis ſacris. vel religioſis, de re-
bus hominū, aut de iis quæ ſunt alicuius,
aut qui nullius ſunt. Quæ nullius ſunt, vt
liberè perſonæ, de quibus exibendis, & de-
ducendis interdicta competunt. Quæ ſunt
alicuius, aut publica, aut ſingulorum. Pu-
blica, de locis, viis, & fluminibus publicis.
1 Quæ autē ſingulorum, aut ad vniuerſitatē
pertinere, vt interdictum quorum bonorū,
& quorum legatorum. Aut ad ſingulos, vt
2 eſt interdictum vti poſsidetis. †Quędā e-
tiam eſſe quæ in præſens, vt ipſum vti poſ-
ſidetis interdictum, quædam quæ in præte-
ritum referantur: vt de itinere & actu pri-
uatis, & de aqua æſtiua. Item alia eſſe anna
lia, vt omnia quæ ex maleficio ſunt, & rei
perſequutionem non habent, l. in honora-
riis. ff. de act. & obl. Alia perpetua, veluti
quæ rei perſequutionem continent, neque
ex maleficio competunt: vt interdictū de
tabulis exhibendis, l. iij. §. vlti. ff. de tab. exi.
quorum bonorum, & quorum legatorum,
l. j. ff. quor. leg. Alia denique eſſe quæ pro-
prietatis cauſam habent. Alia quæ poſſeſsio-
nis tantùm. Verùm ſumma generaliſque di
3 uiſio, qua interdicta omnia breuiter con-
cludamus, hæc viſa eſt. † Nempè ea omnia
aut eſſe prohibitoria, aut reſtitutoria, aut
exhibitoria. Et prohibitoria quidem ſunt,
quibus aliquid fieri Prætor vetat, & prohi
bet: veluti vim fieri ei qui ſine vitio nec vi
nec clàm, nec precario poſsidet, iuſtam e-
nim poſſeſsionē tuetur ac propugnat. De
inde ne vis fiat ei qui in poſſeſsionem miſ-
ſus eſt, ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ. Qui
quidem à poſſeſſore eo differt, quod non
poſsidet, ſed cuſtodiam rerum, & obſerua-
tionem à Prætore tantùm cōceſſam habet,
l. iij. §. vl. ff. de acquir. poſſ. quem procul du
bio fruſtra erat in poſſeſsionem mittere,
niſi & miſſum tueretur, quod maximè cō-
uenit. Igitur ne vis fieret ei qui poſſeſsionē
permiſſu eius, cuius de ea re notio fuerit
adeptus eſſet, edixit, l. j. ff ne vis fiat. in cúm-
ve qui contra fecerit, in factum iudicium
quanti ea res erit pollicetur: quod ad om-
nes pertinet, qui in poſſeſsionem à Præto-
re miſsi ſunt, ſiue rei ſeruandę cauſſa, ſiue
legatorum, ſiue ventris, vel damni infecti
nomine, d. l. j. §. eſt autem. Ac ſi quis in poſ-
ſeſsionem miſſus non admittitur, extra or-
dinē Prætores ipſi iure ſuæ poteſtatis de-
cretū ſuū exequentur, & nonnunquā per
manū militarē ſi opus * ſit, l. ſi quis miſſus
4 illo tit. † Tā autem prohibitorium, quàm
reſtitutorium eſt interdictum hoc, quo vis
fieri prohibetur ei qui in poſſeſsionem miſ
ſus eſt, & is qui vi deiectus eſt reſtituitur,
d. l. ſi quis miſſus. §. cum Prætor. Ex interdi
ctis etiam prohibitoriis, eſt interdictum
quo Prætor vim fieri vetat inferenti mor-
tuum, eo loci quo ei inferendi ius eſt, l. j ff.
de mort. inf. quod quidem non modo ex-
poſitum eſt, vt cui mortuū inferre. ſed etiā
vt eo loci ſepulchrum, atque monumentū
ædificare liceat, quia & ad publicam vtili-
tatē pertinet, ne inſepulta corpora iaceāt,
5 l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fu. † quū
& formicæ ipſæ ſeſe inuicem ſepeliant, Pli.
lib. ij. cap. de formicis noſtratibus. religio-
niſq; intereſt monumenta, quæ memoriæ
cauſſa in poſterū produntur extrui, l. monu
mentum. ff. de relig. & ſump. fu. & exonera-
ri, d. l. j. ff. de mor. infe. Eóque interdicto
proprietatis dominus vtitur cui locū ſuum
religioſum mortui illatione facere licet,
& ſi prohibeatur, aut interdicere ſtatim po
teſt, aut alio inferre, & poſtea in factum a-
ctione perpetua quanti eius interſit prohi-
bitum non eſſe conſequi, l. liberum. ff. de
relig. & ſump. fu. Itē ne quid in loco ſacro
fiat quod de loco ſacro non ſacrario com-
petit, & ad hoc minimè pertinet, quod or-
namenti cauſa fit, ſed quod de formitatis,
vel incommodi, l. j. ff. ne quid in loc. ſac. Vn
de in muris, & portis ciuitatis, ſanctis, §. ſan
ctę ſuprà de rer. diuiſ. aliquid ad incōmo-
dum fieri, hoc eodem interdicto prohibe-
tur, lege ſecunda. ff. ne quid in loco ſacro.
quæ neque habitari ſine permiſſu prin-
cipis propter incendia fortuita poſſunt,
6 lege vltim. illo. titu. † De loco itineré-
que publico, ſimile interdictum expo-
ſitum eſt, lege ſecunda. ff. ne quid in lo-
co publico. niſi quod in loco ſacro non ſo
lùm facere vetamur, ſed & factum reſtitue
re iubemur: Vnde tā prohibitorium quàm
reſtitutorium

* Id apud nos intelligendum eſt per apparitores iudiquum, ſecundū Fab. in l. vnica. C. de offi. milit. iud. nō autē vt armis, euocatis militib⁹ decretum ſuū iudex exequi poſſit. Sed vt apud nos vſu receptū eſt, debet rebellio ad ſūmā curiā referri, quæ re cognita, iubet eius prouinciæ pręſidi in qua fieri debet exequutio, vt militib⁹ coadunatis prouincię ſſ b⁹, vt armata ſententiā exequantur.

reſtitutorium eſt,& hoc propter religionē,
l.ij.§.locorū illo tit.Ceterùm interdictum
ne quid in loco publico fiat, prohibitoriū
tantùm eſt,per quod in loco publico fieri
inve eum locum immitti prohibemur,quo
damnum detur:prӕterquàm quod lege, ſe-
natuſconſulto,edicto,vel decreto princi-
pum conceſſum eſt,& cuilibet de populo
* competet,d.l.ij.in prin. Proinde ſi quis
nemine prohibente in publico ædificaue-
rit,cogendus non eſt ædificium tollere,ne
ruinis vrbs deformetur,& quia prohibito
rium eſt interdictum, non reſtitutorium,
niſi publico vſui obſtaret,id enim tum cu-
ra eius qui publicis operis procurat,depo-
ni debit.Sed ſi non obſtet,ſolarium magis,
hoc eſt,vectigal quod pro ſolo penditur,
ei imponet,d.l.ij.§.ſi quis nemine. Simili
modo interdictum prohibitoriū eſt, quod
de loco publico iuxta locationis legem
fruendo propoſuit Prӕtor, quo tuetur eū
qui publica vectigalia conducta habet,l.j.
7 ff.de loc.pu.fru.† Item & interdictum quo
Prӕtor vetat ne quid in publico flumine
ripáve eius fiat,immittatúrve, quo ſtatio,
itérve, nauigij deterior fiat,& quod aliter
factum fuerit reſtituatur:quod etiam pro-
hibitorium & reſtitutorium eſt, l.j. ff. de
flum.Prӕter hӕc habentur, & alia multa
interdicta prohibitoria,quibus Prӕtor pu
blicè commoditati proſpexit: qualia ſunt
quibus vetitum eſt in flumine publico, ri-
páve eius immittere,quo aliter aqua fluat,
quàm in priore æſtate fluxit,viciníſque in-
iuriam faciat,l.j. ff. ne quid in flu. pub. Et
quominus in flumine publico,nauem, ra-
tem,agere,quominúsve in ripa onerare, &
exonerare liceat,l.j.ff.vt in flu.pub.Vim fie
ri æquè interdicens,quo minus per lacum,
foſſam,ſtagnum,ſi publici ſit iuris,nauiga-
re liceat,d.l.j.Et de ripa munienda, quo mi
nus quis prohibeatur in flumine publico
ripáve eius opus facere, ripæ agríve eius
qui circa ripam eſt tuendi cauſam,dum ne
ob id nauigatio deterior fiat,l.j.de rip.mu.
Déque via publica,& itinere publico eo-
dem modo reficiendo,l j.ff.de via pub. &
iti.pu.refi.Item de itinere actúque priuato
quod ad defendendas ruſticas tantummo-
do ſeruitutes pertinet,vt eo itinere,actu &
via,minimè vti impendiatur,qui hoc anno
nec vi,nec clàm,nec precario, ab impe-
diente vſus eſt,l.j.ff de iti.act.pri.Eodē mo
do de aqua quotidiana & æſtiua, eodē iure
ducēda,l.j.de aqua.quot. & æſt.& de riuis
purgandis,& reficiendis.fonte,lacu,piſci-
na.puteo aperiendo,l.j.de riuis,cloacis pur-
gandis,reficiendiſque.l.j.de cloa.de arbori
bus vicini in ӕdes tuas, vel agrum tuum
vltra legibus prӕſcriptum modum propē
dentibus cædendis,ſi per eum ſtat quomi-
nus adimat,l.j.de arb.cæd.Et de glāde quæ
ex vicini agro in tuum cæciderit, tertio
quoque die ab eo legenda, & auferenda:
quod ad omnes etiam fructus pertinere
8 dic itur,l.j.de gland.leg.† Denique de ope
ris noui nunciatione interdictum,quo ne
poſt nunciationem quid operis fiat veta-
tur: antequam vel nunciationem remiſſa
ſit,vel vice renunciationis remiſſa ſatiſda-
tio,de opere reſtituendo interpoſita, l.j. de
op.no.nun. ff. Vti etiam poſsidetis inter-
dictum prohibitorium eſt, ad retinen-
dam poſſeſsionem, vt paulò pòſt pleniùs
dicetur.Quæ omnia latiùs ex 43.Pādecta-
rum volumine intelligi poſſunt.

* Hos iure interdicta hæc, actioneſve quæ populares eſſent, quilibet de populo exercere poterat. Verùm id,mos noſter hodie denegat, quo populares huiuſmodi actiones in procuratoris regij tantum perſona reſidere ſtatuit: ita tamen cui principaliter nocitum eſt, agere minimè vetatur.

Ad §. Reſtitutoria ſunt.

SVMMARIA.

1 *Interdictum quorum bonorum reſtitutorium eſt, & quorum legatorum.*
2 *Interdictum Vnde vi, & quod vi aut clàm.*
3 *Interdicta exhibitoria quæ ſint.*
4 *Dolo malo non videtur habere, qui ſuo iure vtitur.*
5 *Interdictum de liberis exhibendis, & huis interdictus ſpecies.*
6 *Interdicere nihil aliud eſt quàm prohibere.*

Reſtitutoria autem interdicta ſunt,
quibus reddi,aut reſtitui aliquid
1 iubet Prӕtor,† Veluti per inter-
dictum quorum bonorum,quo poſſeſsio-
nem eorum bonorum quæ quis pro hære-
de vel pro poſſeſſore occupat, bonorum
poſſeſſori qui hæredis loco per Prӕtorem
conſtitutus eſt,reſtituere iubet,l j. ff quor.
bon.vnde reſtitutorium eſſe conſtat,quod
ad reſtituentis perſonam attinet, magis
quàm ad eū cui impropriè reſtituitur, qui
nunquam anteà habuiſſe dicitur:niſi & re-
ſtituendi verbum generaliter hìc accipia-
mus,pro verbo dandi, ſicut & plerunque
reddendi verbum accipitur,l.verbum red-
dendi.ff.de verb.ſignifi.Eſt & interdictum
quorum legatorum reſtitutorium, quod
ad hanc cauſſam pertinet,vt quod quiſque
legatorum nomine non ex voluntate hęre-
dis occupauerit,id hęredi reſtituat.Et enim
iuſtum Prӕtori viſum eſt, vnumquenque
non ſibipſi ius dicere in occupandis lega
tis,quæ ab hærede petenda ſunt,l j ff.quot.
leg.Et tum maximè competit, ſi hæres le-
ge Falcidia vti,partémque legatorum reti-
2 nere velit,l.j.C.illo tit.† Item interdictum
vnde vi reſtitutorium eſt,per quod Prӕtor
in poſſeſsionem eum reſtitui iubet, qui vi
cum armis aut ſine armis deiectus eſt, cui
ſubueniri æquiſsimum putauit Prӕtor,l.j.
C.de vi & vi ar.Eodemque modo quod vi
aut clàm interdictum propoſuit,quo calli
ditati eorum qui vi,aut clàm,aliquid mo-
liuntur occurſum eſſet, nam & reſtituere
iubentur.Paruíque refert vtrùm ius facien
di habuerit an non.quoniam tueri ius ſuū
debuit non iniuriam committere, l.j.ff.
quod vi aut clàm.Et vi eum feciſſe inter-
pretabimur,qui cōtra quam prohiberetur
quoquòmodò fecerit, d. lege prima. §.j.
Verùm

Verùm de his interdictis pleniùs mox di-
3 cetur. † Exhibitoria poſtremò interdicta
ſunt,pérque exhiberi,hoc eſt,in publicum
produci iubetur, vt videndi, & tangendi
facultas præbeatur,l.iij.§.ait Prætor. ff. de
lib.ho.ex.veluti eũ de quo in libertatẽ aſ
ſerendo agitur,de quo ita edixit Prætor:
Quem liberum hominem dolo malo reti-
nes exhibeas:id enim tuẽdæ libertatis cau-
ſa propoſitũ eſt,ne homines liberi à quo-
quam retineantur,d.l.j.illo tit.quia nõ mul
tum à ſeruis differunt, quibus recedendi
facultas negatur,l.ij.illo tit. Quod & lex
Flauia proſpexit,qua is qui ingenuum ho-
minem,vel libertum inuitum celauerit,&
vinctum habuerit,emeritve ſciens dolo
malo,pro delicti modo pœna corporis co-
ercetur,l.vlti.ff.ad l.Flau.de leg. Tum de-
mum vero locum habet interdictum hoc
quoties quis pro certo liber eſt:quod ſi de
ſtatu quæritur,alienæ notioni præiudiciũ
fieri nõ oportet,l.iij.§.is qui neſcit de lib.
ho.exh.ff.Cæterùm is qui in poteſtate ha-
4 bet,hoc interdicto non tenetur, † quia do
lo malo non videtur habere, qui ſuo iure
vtitur,l.ij.illo tit. Atque adeò interdum,
& ſi in poteſtate non habeat:vt ſi eum quis
retineat filium,quem in poteſtate non ha-
bet,quia pietas genuina efficit,ſine doli ſuſ
pitione retineri:niſi euidens dolus interce-
deret.Denique qui iuſtam habet cauſam li
beri hominis retinendi,dolo non videtur
facere,d.l.ij.Omnibus autem datur inter-
dictum hoc.quum nemo prohibendus ſit
libertati fauere,l.iij.§.hoc interdictũ eo-
dem.in eámque cauſam ad exibendum a-
ctio inutilis viſa eſt,propterea quod ei cõ-
petere creditur,cuius peculiariter intereſt
ad tuendam libertatem.l.ſi liber homo ff.
ad exhi.Non modò tamen ad tuendam li-
bertatem in vniuerſum conſtitutũ eſt hoc
iudicium,verumetiam ſpecialiter ei cuius
itidẽ peculiariter intereſt,datur, vt ſi quis
libertum tuum tanquam ſeruum detinue-
rit,& eum exhiberi petas, quod ei operas
indiſcere velis:tum enim alteri extraneo
volenti agere præferendus eris: quoniam
cum plures ſunt qui experiri volunt præ-
ferendus eſt is ad quem res maximè perti-
net,vel is qui idoneior eſt,quod ex fide cõ
iunctione,& dignitate eius qui agere volet
ſpectabitur,l.iij.§.ſi tamẽ plures ff. de lib.
5 ho.exhib.† De liberis item exhibendis in-
terdictum quoque prohibitorium eſt, &
de liberis deducendis poſtquàm exhibiti
ſunt,quod ex eiſdem cauſis competit,l.j.&
ij.illo titu.Veruntamen in hoc de liberis
exhibendis interdicto non admittitur
cauſæ exceptio cur apud eum ſit is qui
exhibere debet: quemadmodum in ſu-
periori interdicto: in quo is qui iuſta
cauſa (vt dictum eſt) liberum hominem
retinet,minimè tenetur,l.iij.§.proinde eo
dem.ſed hic omnimodo reſtituendum pu
tauit Prætor, ſi in poteſtate parentis eſt,
quia in poteſtate noſtra eſſe eum quem
exhiberi deſideramus,ex verbis edicti ne-
ceſſarium eſt,lege prima.§.primo & ſecun
do eodem. Sanè ſi mater fortè ſit quæ
liberos retinet, ei per exceptionem in-
terdum æquè ſubuenitur, ſi apud illam
magis quàm apud patrem ex iuſta cauſa
filius morari debeat,dicta lege prima.§.ſe-
cundo.Nam & ſi pater filium in ſua pote-
ſtate habet tamen cauſa cognita, vt puta
ob patris nequitiam, mater in retinendo
eo potior eſt. Pari modo ſi quis filiam
ſuam quæ tibi nupta ſit velit abducere, vel
exhiberi ſibi deſideret, aduerſus interdi-
ctum exceptio danda erit,ne bene concor
dantia matrimonia iure patriæ poteſtatis
turbentur,l.iij.§ ſi quis filium illo titu.
Imò verò magis de vxore exhibenda,& de
ducenda,maritus patrem etiam qui filiam
in poteſtate habet rectè conueniet, l. imò
eodem.& l.vlt.C.illo titu. Cæterùm non
aliter hoc interdictum locum habet,quàm
ſi inuiti liberi ab alio detineantur. Nam ſi
ſua ſponte apud illum ſunt,inuiti interdi-
ctum futurum eſt,lege vlti. ff. eod. aduer-
ſúſque filium ipſum ceſſat, qui ſe in pote-
ſtate negat eſſe.ſed ſuccedere poterit no-
tio Prætoris, vt apud eum diſceptetur,
vtrùm quis in poteſtate ſit,an non, l.iij.§.
hoc autem illo titu. Quæ tamen contro-
uerſia ſi inter parentes & liberos ſimul in-
cidat,occaſione bonorum, de quibus po-
tiſsimum quæſtio eſſet,huic interdicto lo-
cus erit:vt ſi quum patremfamiliâs diceres
neque in poteſtate patris eſſe,ille ex ad uer-
ſo contenderet:ſéque ſuo iuſſu hæredita-
tem adiiſſe,tam de hæreditate agi oporte-
bit,quàm hoc de filio deducendo interdi-
cto experiri,l.pen.eod. Enimuerò ea ſunt
interdicta omnia quæ diuiſio hæc comple-
ctitur,quorum natura,quia ferè ſemper eſt
6 prohibitoria † interdicereque germana ſi-
gnificatione nihil aliud ſit quàm prohibe-
re,non deſunt qui in ea opinione manſe-
rint,ea tantùm propriè interdicta vocari
quæ prohibitoria ſunt:reliqua verò vt re-
ſtitutoria,& exhibitoria decreta eſſe. Ve-
rùm vſu tandem frequentatum eſſe, om-
nia vno vocabulo interdicta appellari,
quod interdicta prima prohibitoria fuere,
aut quod omnibus tacita prohibitio inſit.
Quæ quidem ethimologia,vetbique expli
catio,licèt veriſsima videatur:obtinuit ta
men interdicta omnia ideò ſic appellari,
quia inter duos dicuntur,vel quòd per ea
ſæpiùs interim de poſſeſsione dicatur,
dum proprietatis quæſtio,de qua pleniori
poſtea iudicio quæretur,ſilet,Alc.in. l. pe-
cuniæ verbũ. §. actiones.ff. de verb. ſigni.

Ad §. Sequens diuiſio interd.

SVMMARIA.

1 *Quorum bonorum interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa inuentum eſt.*

2 *Interdicti Quorum bonorum vis & poteſtas.*

3 *Pro hærede, aut pro poſſeſſore poſsidere quid ſit.*

4 *Saluianum interdictum quale ſit.*

5 *Saluiani Interdicti vtilitas.*

Nunc

NVnc ad aliam,& ſequẽtem inter-
dictorum diuiſionem veniamus,
& eorum quidem quæ ad rem fa
miliarem, priuatamque cauſam tantùm
ſpectant l.ij.§.hæc autem.ff.de interdi.bo-
rum igitur quædam ſunt adipiſcendæ poſ-
ſeſsionis cauſa comparata, quædam reti-
1 nendæ,& quædam recuperandę. † Et pri-
mùm quidem adipiſcendæ poſſeſsionis cau
ſa interdictum accommodatur bonorum
poſſeſſori.hæredíque qui iure ciuili ſucce-
dit,ſaltem vtile,quod appellatur.Quorum
bonorum.Quemadmodum enim hæredi-
tatis petitio bonorum poſſeſſoria,cui poſ-
ſeſſoria hæreditatis petitio datur ſeruit, l.j.
ff.de bon.poſſ.hær.per.ita & interdictum
hoc hæredi,cui par cauſa eſt, non iniquè
tribuitur,l.j.ff.quor.bo.etiam ſi ex teſta-
mento hæres ſit,& bonorum poſſeſsionem
ſecundùm tabulas agnouerit. Quanquam
præſentaneum aliud remediũ hæredibus
ſcriptis noſtra conſtitutione dederimus,
l.vlt.C.de edic.di.ad toll.quo poſſeſsionẽ
earum rerum omnium quas defunctus ha-
buit capere poſſunt, nempe ſi teſtamen-
rum hæres ſcriptus quo nititur integrum,
& minimè vitiatum protulerit,is protinùs
in bonorum poſſeſsionem mitti iubetur.
Quod ſi horũ bonorum poſſeſſor intereeſ
ſerit,cauſa poſſeſsionis ſummatim cognita
ſecundum eum iudicabitur, cuius iuſtior
erit poſsidendi cauſa, neminique poſſeſ-
ſionem hæredis alia exceptione,vel conte-
ſtatione remorari permiſſum eſt,quàmuis
teſtamentum ipſum arguere falſi paratus
2 ſit,l.ij.C.illo tit. † Eius porrò interdicti
quorum bonorum vis eſt, & poteſtas, vt
quod ex iis bonis,quorum poſſeſsio edi-
cto vel decreto Prætoris alicui data eſt,
quæque defunctus mortis tempori habuit,
quiſque pro hærede aut poſſeſſore nullo a-
lio iure aut titulo poſsideat,id ei cui bono-
rum poſſeſsio data eſt debeat reſtituere.Eſt
enim vniuerſale hoc interdictum, ad vni-
uerſitatem bonorum pertinens,quo is tan-
tummodo experitur.qui ex aliqua bonorũ
vniuerſitate hæres eſt,tametſi aduerſùs eũ
qui vel vnam rem hæreditariam,l.hoc am-
plius.ff.de fur.licet minimam, ad exemplũ
petitionis hæreditatis poſsideat,competat,
l.regulariter cum ll.ſequen. ff. de pet.hær.
Idque in corporum tantùm poſſeſſores di-
rigitur, l.ij. ff. quor. leg. non etiam iuris:
vnde & debitores hæreditarij illo minimè
vtuntur.In quo à petitione hæreditatis dif
fert, per quam etiam à iuris poſſeſſoribus
hæreditas peti poteſt, debitúmq; à debito-
re ipſo tenentur hæreditario, quaſi à iuris
poſſeſſore petitur,l.etiã.§.vlt.ff.de pe.hære.
& d.l.regulariter.† Pro hærede autem &
3 pro poſſeſſore poſsidere quid ſit, videam⁹.
Et ſanè is pro hærede poſsidere dicitur,qui
putat ſe hæredem,aut bonorum poſſeſſorẽ
eſſe quum tamẽ re vera non ſit. Atque etiã
qui ſcit ſe hæredem nõ eſſe, hoc interdicto
tenetur,l.pro hærede, cum ll. ſequen.ff.de
pet.hær.Pro poſſeſſore verò poſsidet, qui
nullo iure rẽ hæreditariã,vel etiã totã hæ-
reditatem ſciens ad ſe nõ pertinere poſsi-
det,nec vllã habet iuſtã poſſeſsionis cau-
ſam,vt prædo:qui ſi rogetur vnde poſsi-
deat,dicturus ſit,quoniã poſsideo,d.l. pro
hærede.& ſeq.interrogationẽ in reſpõſio-
ne verſutus,neq; ſe heredẽ,vel per menda-
ciũ cõtẽdit,ſed ſciens prudénſque ad ſe hæ
reditatẽ nõ pertinere,prædonũ more bona
inuaſit,l.ſed & ſi lege.§.ff.de pet.hær.Om-
nibus verò titulis hic pro poſſeſſore adhæ-
ret,& quaſi adiunctus eſt iis qui nullã iu-
ſtã,& bona fide poſſeſsionis cauſam habẽt.
Vnde & qui vanis titulis pro emptore,pro
dote,pro legato,pro donato mala fide vti-
tur & poſſeſsionem ſuam regit,pro poſſeſ-
ſore quoque poſsidere dicitur, l. nec vllã,
illo tit.Hi ſunt aduerſùs quos interdictum
quorũ bonorũ locũ tantũ habet. Quod ſi
alio titulo quã pro hærede aut pro poſſeſ-
ſore quis poſsideat,ſpeciali in rem actione
experiũdũ erit,l.hæreditatis.C.de pet.hær.
Adipiſcendæ autẽ poſſeſsionis ex eo appel-
latũ eſt hoc interdictũ,quod ei tantùm qui
nunc primum poſſeſsionẽ adipiſci conatur
vtile ſit,nihílque ad recuperandam poſſeſ-
ſionem eam qua ſemel quis excidit profi-
ciat.Eodem modo interdictum quorum le
gatorum adipiſcẽdæ poſſeſsionis eſt, quod
& reſtitutorium eſſe diximus. Illud enim
hæredi datur,aduerſùs eum qui occupat &
poſsidet rem hæreditariam pro legato. Itẽ
aduerſùs eum qui à iudice miſſus eſt in poſ
ſeſsionem legatorum ſeruandorum cauſa,
cum illi iam eo nomine ab hærede ſatiſfa-
ctum ſit,nec tamen velit poſſeſsione cede-
4 re,l.j.& ij.ff quor.leg. † Huiuſmodi eſt &
interdictum Saluianum,quo vtitur domi-
nus fundi de rebus coloni, quas pro mer-
cede fundi pignori futuras pepigit, inqui-
linique vrbani prædij conductoris, & ſi
pro rebus inductis nihil de pignore nomi-
natim conuentum ſit,§.item Seruiana ſu-
prà de actio. tàmque aduerſùs ipſum co-
lonum vel inquilinum,quàm alios poſſeſ-
ſores qui res eas occupauerint datur, l.j.ff.
de Sal. inter. & poſſeſſorium tantùm eſt.
Seruianum verò iudicium petitorium, de
quo anteà ſuo loco plura diximus. Quod
quidem quia difficiliore dominij coloni
vel inquilini probatione eget, vt locatori-
bus pinguiùs própriúſque conſuleretur,pa-
ratiùs hoc Saluianum interdictum propo-
ſitum eſt:quòd ſoliùs ſimplicis poſſeſsionis
probationem exigeret, quòdque dominij
exceptio non ſummoueret. Quę in poſſeſ-
ſoriis iudiciis non admittitur, ſi modo lon
giorẽ cognitionem deſideret, lege prima.
C.quor.bo. † Veruntamen totam inter-
5 dicti huius vtilitatem in hoc eſſe ad-
monendi ſumus, quum eo vtiliter expe-
rimur: quoniam ſi directo aduerſùs ip-
ſum colonum agendum fuerit, Seruia-
num iudicium potius eſt, quod ius pi-
gnoris firmat, neque duriores probatio-
nes habet, quum ipſe colonus conuen-
tus dominij quæſtionem mouere non poſ-
ſit, Nota ſuprà in dicto paragrapho item
Seruiana.

Ad 5. Retinẽdæ poſſeſsionis.

SVMMARIA.

1 *Vti poſsidetis, & vtrobi interdicta, quibus adiecta ſunt verba Prætoris: & ſunt prohibitoria.*
2 *Dominus non eſt aliquando poſſeſſor.*
3 *Poßidere melius eſt, quàm petere.*
4 *In retinendæ poſſeßionis interd. vterque tam actor, quàm reus eſt.*
5 *Iudici quid faciendum quando de interdicto retinendæ poſſeſs. agitur.*

DE interdictis quibus poſſeſsionem adipiſsimur dictum eſt, quã ſi ſemel amiſerimus, ad interdicta quæ recuperandi vim eundum erit. Ad quæ deinceps igitur tranſeamos, ſi prius tamen per quæ retineri, & tueri poſſeſsio poſſit (qood proximum eſt) oſtenderimus. Aequiſsimom enim Prætot arbitratus eſt poſſeſsionem cuiuſque aduerſus moleſtas iniquáſque infeſtationes defendi, ob quàm
1 cauſſam duo edicta propoſuit, † quę vulgò vti poſsidetis, & vtrobi appellantur; l. j. §. eſt igitur. ff. vti poſſ. Quorum priore ita edixit. Vti eas ædes de quibus agitur, nec vi nec clàm, nec precario alter ab altero poſſidetis, quomi⁹ ita poſsideatis quominus ita poſsideatis: vim fieri veto. Quod edictum prohibitorium eſt, quo tuetur eum qui in poſſeſsione eſt, quam licet vſque huc retinuerit, tamen ne liberiùs vti ea poſsit per aduerſarium turbatur. Alterum eſt quod ita Prætot prępoſuit, eodem modo prohibitorium. Vtrobi hic homo de quo agitur, maiore parte huios anoi fuit, quo minùs is eum ducat, vim fieri veto. Quorum proponendorum cauſa hęc fuit, quod
2 ſeparata debeat eſſe poſſeſsin à proprietare, quum id quotidie fieri poſsit, † alterum eſſe rei alicuius dominom, non tamen poſſeſſorem: & contra, alterum eſſe tei eiuſdem poſſeſſorem, non tamen dominum. Tum demum verò præſertim competunt, quum de proprietate rei alicuius controuerſia futura eſt, licèt interdum quoque aduerſus eum intendi poſsit vti poſsidetis interdictum, qui ne cogitat quidem ſe dominũ, ſed aliter moleſt⁹ eſt, ne liberè re ſua vtatur: Veloti ſi qois io ſuo ædificare prohibeatur, aut ſi inquilinus dominũ ædes reficere volẽtẽ prohibeat, ſicq; poſſeſsionis tãtũ controuerſiã faciat, l. iij. §. primo. ff. vti poſſ. Verùm in eam ſæpiùs cauſam interdicta hæc proponuntur, vt petitorio ſeruiant, quaodo oondum inter litigatores coouenit, vter poſſeſſor ſit, vtérve petitor: ſed inter eos id contenditur: quia alteruter ſe magis poſsidere affirmat. Illud enim imprimis diſcerni aut cogooſci oportet, vter reus ſit, vter actor: quum eſſe debeat quĩ onera petitoris ſuſtioeat, & qui commodo poſſeſſoris fungatur, l. ioter litigantes. ff. de iud. Tandémque exitus poſſeſsionis de qua anteà pronuociandum erit, hic eſt, vt qui victus eſt, petitoris partibus fungatur, & tuoc de dominio ab eodem iudice qoęratur, l. exitus. ff. de acquit. poſſ. Et niſi anteà exploratum fuerit vtrius poſſeſsio ſit, impoſsibile eſt petitoris actionem inſtitui. Nam oeque ius ciuile id recipit, neque oaturalis ratio admittit, vt aliter iudicium procedat, niſi ante omnia nouerimus quis petitor ſit, & à quo petatur
3 † Vode quia longè commodiùs meliúſque eſt poſsidere, & potius quàm petere, io perſonámve experiri, plerunque & ferè ſemper ingentes exiſtunt conteſtationes de ipſa poſſeſsione, vtriùs ſcilicet ea ſit. Poſſeſsionis autem commodum in eo eſt, quòd quàmuis res de qua agitur poſsidentis oon ſit ioterdum tamen obtineat. Quum videlicet rem ſuam eſſe actor probare non potuit. Siquidem remaoet in ſuo loco poſſeſſio, talis qualis anteà peoes poſſeſſorem fuit, l. ij. C. de proba. Et qui res alienas poſſident, licèt iuſtam tuendi cauſſam nullam habeant, ooo niſi tamen ſuam inteotionem impleotibus reſtituere coguotur, l. vlti. C. de rei vendi. Quapropter ſi obſcura ſint vtriuſque iura, incertúmque eſt actor ao reus dominus ſit pro reo fertur ſententia, & contra petitorem iudicari ſolet. Quoniam ſemper quum actor in probatiooe deficit, qui probaodi oous ſuſtinet, victoria reo paratur, quod io omnibus petitoriis & poſſeſſoriis iudiciis expeditum eſt, in quibus apparet quis actor & quis
4 reus ſit. † Sed in hoc dupliciretinendæ poſſeſsioois interdicto, io quo vterque litigator, tam actor quàm reus eſt, multo incertiùs eſt, dum eodem modo iura vtriuſque obſcura ſuot, quid iudicandum ſit. † Et
5 ſanè oon mediocris io hac re iudicis ſolertia qua ſeſe explicet deſideranda eſt, cui imprimis curãdũ erit, vt ꝓbationes vtriuſque prolatáque apud ſe poſſeſsionis inſtrumenta, diligeotiſsimè reuoluat, & excutiat quo potioribus ſubſcribat. Eteoim ſi grauiter omnia cooferat, vix fiet quio diſcrimẽ aliquod animaduertat, quo iuſtior alteri⁹ appareat poſſeſsio, & potior probatio: Quod tamẽ ad certum modum pręſcribi, diffinirive nullo modo poteſt. Aut enim iuſtior firmiórque oſtendetur poſſeſsio altera, quia cũ bona fide altera nõ: vel altera cum titulo, & altera ſine titulo: Bald. in l. data opera. C. qui ac. non poſſ. vel quia alteri fauet ius commune, alteri non. Aut manifeſtior, quoniam illius vſus frequentior, vel notior: Aut probatio ipſa validior, propter teſtium vel numerum, vel dignitatem, authoritatem, exiſtimationémve quæ in hoc præualebit, l. ob carmen. §. vlti. ff. de teſt. Et ea quidem omnia ſingula, aliáque ad rem pertinentia ſequenda erũt, ex quibus animi ſui motum confirmet. Quod ſi interim dum de poſſeſsione apud iudicem quæritur, periculum ſit ne id arma hi qui de ea cõtendunt veniant, interuenire vitro * iudicem oportet, vt ſequeſtrũ qui

* Hæc ſequeſtratio moribus noſtris ab altera litigãtiũ petitur, qui timet fortè ne potẽtior aduerſarius litigioſę rei fructus percipiat. Adeò que huic interdicto peculiaris eſt, vt ſi reus proprietatis ſe dominũ publica etiã ſcriptura doceat, nõ impediet tamẽ quo minus res ſequeſtretur: & pluribus noſtris confirmatur. Idq; ideò quod poſſunt ex pluribus cauſis inſtrumẽta teſtes, quæ alterũ requirũt indagandũ. Vnde in hac litigiola, quæ ſummaria dicitur, debet, minimè ſunt admittenda.

qui interea poſsideat nominet, Fab. hîc & & Bald. in l. vlti. C. de ord. cogni. licet Bar. contra. in l. ſed & ſi diſceptetur. ff. vbi pup. educ. deb. Nam ad arma aut rixā eos procedere pati iudex non debet, quos ſua iuriſdictione poteſt competere, l. æquiſsimum. ff. de vſuff. *

* De forma ſequeſtrationis apud nos faciendæ. Quādo petenda ſit, quando nō admittatur & qui ſequeſtri eſſe poſſint. Vide Imbert. Inſt. for. j.

Ad §. Sed interdicto quidem.

SVMMARIA.

1 *Differētia inter interdictum vti poſsidetis, & vtrobi.*

2 *In quibus habent interdicta vti poſsid. & vtrobi locum.*

HÆC igitur retinendæ poſſeſsionis interdicta ſunt, vti poſsidetis & vtrobi: † interquæ tamen non-
1 nihil eſt differentiæ: quia vti poſsidetis interdictum, de fundi vel ædium omníque ſoli * poſſeſsione ſcriptum eſt, l. j. ff. vti poſſ. pertinétque ſaltem vtiliter ad iuriū incorporalium tuendam poſſeſsionem, nempe ſeruitutū earū, pro quibus ſpecialia interdicta propoſita non ſunt, quas aduerſarius pati recuſat. Annui item reditus, præſtationíſve annuæ, Fab. hic. non indiſcriminatim quidem, ſed quæ ob fundi, reíve certæ cauſam debetur. Atque ſi certò non appareat quam ob rem eam quis ſoluerit, tum propter totum ſuum ſoluiſſe patrimonium, præſumitur, Fab. in l. j. C. de iur. emphy. Aut ſi vicinus nouæ ſeruitutis ius ſibi vendicet, vt ſi in pariete meo & ſuo tectoria habeat, vel ſi alio modo quis libertatem noſtram interturbet, l. iij. §. ſi vicin⁹. ff. vti poſſ. Non aliter atque anteà oſtendimus, confeſſoriam negatoriámque in rē actionem eodem modo pro ſeruitutibus
2 competere, ſuprà in §. æquè de actio. † In ſumma denique locū habet vti poſsidetis interdictū, quoties quis prohibeatur qualiter velit ſuo vti, l. ſicut. §. ariſto. in fi. ff. ſi ſer. ven. interdictum verò vtrobi * de poſſeſsione rerū tātùm mobiliū locum habet.

* Pertinet & ad mobilia moribus noſtris ſi tāquam vniuerſium aliquid poſtulentur. vel ſi rebus ſoli accedāt, aut iuriſdictionis iure ſint occupata.

* Itē & pro muneribus iuriſdictionū regiarū non regis, tribunalib⁹ inferiorum. Quæ quoniā precario poſsidētur pro arbitrio reuocari poſſunt: niſi ea ex remunerationis cauſa, aut matrimonij fauore collata eſſent. Vide Imbert. lib. j. inſt. foreſ.

* Formā huius interdicti & interdicti vti poſſideris quæ apud nos inoleuit. Vide per Imber. libr. 1. inſt. for.

Ad §. Quorum vis.

SVMMARIA.

1 *Rei mobilis poſſeſsio ſemper eſt certa.*

2 *Quid obſeruatur hodie in interd. vti poſsid.*

3 *Poſſeſſor plus iuris habet quā qui nō poſsidet.*

4 *Vim facere, & clam poſsidere, quomodo intelligantur.*

5 *Precario poſsidere quid.*

6 *Poſsideri poteſt res eadem eodem tempore.*

7 *Rei precium aliud eſt, aliud poſſeſsionis.*

QVOrum ſanè interdictorum vis ac poteſtas plurimam apud veteres differentiam habebat: Nam is vti poſsidetis interdicto vincebat olim, qui eo tempore quo Prætor ex officio interdicebat, nondum cōſtituto iudicio, aut de legatis iudicibus, qui de cōtrouerſia cognoſcerent, ſine vitio eam poſsidebat; hoc eſt neque vi inuaſam, neque clàm arreptam, neque precario ab aduerſario conceſſam, quamuis ab alio quàm aduerſario vi expulſo poſsideret, aut clam ab alio poſſeſsionē arripuiſſet, vel precario conceſſam habuiſſet, dum nihil tamen ſic ab aduerſario detineret. Vtrobi verò interdicto is vincebat qui maiore parte eius anni retro, nec vi, nec clàm, nec precario itidem ad aduerſario poſsidebat, vt ſi duobus tantùm etiam mēſibus poſſediſſet, ſi modo aduerſarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis eiuſdem rei poſſeſsionem habuiſſet, quoniā ſic maiore parte anni poſſediſſe exiſtimabatur. maiore, ff. de ver. ſig. Planè ob eam cauſam in hoc poſteriori interdicto, præterita poſſeſsio aliter quàm in poſſeſsione ſoli, prio-
1 rive vti poſsidetis interdicto deſiderabat: † quia vna tantùm, & certa ſemper eſt rei mobilis poſſeſsio, quæ ſi præſens potior fuiſſet, quum ea excedere facilimum eſt, futurum erat, vt vnius fortè dieculæ præſens poſſeſsio, diuturniori paulo tamen antiquiori iniquiſsimè prçualuiſſet, quod in rei immobilis poſſeſsione aliud prorſus eſt. Siquidem ea varia ex variis actibus incertius colligitur, vnde euidens cauſſa erat cur de præſenti poſſeſsione, quæ ſepiùs controuerſa eſt interdiceretur. Et ita quidem hæc o-
2 lim in vſu erant. † Sed ea hodie aliter obſeruantur, hócque diſcrimen, quod antiquitati placuit nunc ſublatum eſt: vt ille ſemper vincat, & in re ſoli, & in re mobili, qui poſſeſsionem litis conteſtatæ tempore ſine vitio poſsidet. Neque amplius quærendum erit vter interdicti redditi tempore poſsideat, vtérve maiore eius retro omni parte poſſederit, ſed vtriuſque interdicti poteſtas quantùm ad poſſeſsionem pertinet exequata eſt, nulla facta inter ea differentia, vt is ſemper inquam obtineat, qui non vi, nō clàm, nō præcario, ab aduerſario eóve qui perſonam aduerſarij referat, vt ſeruus colonus, & procurator, litis conteſtatæ * tempore poſsidet: quoniam aduerſùs alium iuſta an in iniuſta ſit poſſeſsio nihil refert, † & hoc ipſo qui poſsidet, plus iuris habet
3 quàm is qui poſſeſſor non eſt. His autē verbis vi, clàm, & precario, omnia poſſeſsionum vitia complectimur: intérque imprimis odioſa vis eſt, quando id quod vi factum ſit, nullo iure poſsit defendi. † Vim
4 autem facere intelligitur, qui quomodo nō ſinit poſsidentem eo quod poſsidebat vti arbitrio ſuo, liberámque poſſeſsionem aduerſarij non relinquit, l. vim facit. ff. de vi & vi arma. Clàm poſsidere cùm dicimus, qui furtinè ingreſſus eſt in poſſoſsionem, inſcio eo quē ſibi facturum controuerſiam ſuſpicabatur, & nē id faceret timebat, eámque poſſeſsionem ſic natus eſt. Nam ſi aliter cùm poſsideret, non clàm, ſe celauerit, clàm poſsidere non uidebitur: quia non ratio poſſeſsionis obtinendæ, ſed origo exquirenda eſt. Neque clàm poſsidere dici poteſt, qui non ignorante, ſed conſentiente eo ad quem ea res pertinet, aut aliqua ratione bona fide poſſeſsionem nanciſcitur, l. clàm poſsidere. ff. de acquir. poſſeſſ. Præcario

* Moribus noſtris id adiectum eſt, nē ſub initium huiuſce interdicti ſtatim res de qua controuerſia eſt ſequeſtretur: Vnde fit vt litis conteſtatæ tempore neuter litigatorū re ipſa poſsideat. Proinde is apud nos hoc interdicto vincit, qui vltimo anno ante turbatam poſſeſsionē re ipſa poſſedit. ſecundum io. Fab. hic.

Precario itē poſsidet, qui precibus rei poſ-
ſeſsionem conceſſam habet, pro cuius reſti-
tutione, ſiue eam habeat, ſiue dolo malo fe-
cit, vt habere deſinat, peculiare interdictū
Prætor accommodauit: innitens naturali
æquitati, cū huiuſcemodi liberalitatis ge-
nus quod precario cōſtat, volenti reuocare
6 permiſſum ſit, l. j. & ij. ff. de preca. † Ex qui-
bus conſpicuum eſt, duos rem eandem eo-
dem ſimul tempore poſsidere poſſe. Quod
quidem mirum eſſe non debet, quia poteſt
vnus eā ipſam rem naturaliter poſsidere,
cuius alter poſſeſsionem quam ius ciuile
introduxit, animo retinet. l. j. §. deiicitur.
ff. de vi & vi ar. Cæterū poſſeſsio ipſa, rei-
que corporalis detentio, non magis eadem
apud duos eſſe poteſt, quam vt tu ſtare vi-
dearis in eodem loco in quo ego ſto, vel in
quo ego ſedeo, vt tu ſedere videaris, l. poſsi-
deri, §. ex contrario. ff. de acq. poſ. Denique
ſicut is qui hoc interdicto vtitur, rem con-
trouerſam iuſtè ſe poſsidere cauſari debet,
non vi, non clàm, non precario, illatæ vis
tempore, poſſeſſorémque ideò ſe declarari
*petere: Ita reum huic primum interdicto
intercedere, actoriſque libello repugnan-
tia prorſus adducere oportet, nempe con-
ſimilem poſſeſsionem, & iudicem rogare,
vt ſe in ea poſſeſsionis tranquilitate tuea-
tur. Atque in his iudiciis condemnationis
ſumma refertur ad æſtimationē rei ipſius,
hoc eſt, quanti res eſt. Quod ſic accipimus,
quāti vniuſcuiuſque intereſt poſſeſsionem
retinere, non quanti ipſa rei proprietas eſt:
7 † cùm longè aliud ſit rei preciū, aliud poſ-
ſeſsionis, l. iij. in fi. ff. vti poſſ. Habetur & ra
tio fructuum, ſed exinde ex quo edita *ſunt
interdicta hæc, non retro, l. in interdictis. ff.
de interdict.

Ad §. Poſsidere autem.

SVMMARIA.

1 *Poſsidere & in poſſeſsione eſſe differunt.*
2 *Vnde vi interdictum quibus competit.*
3 *Poſſeſsio retinetur per quemlibet.*
4 *Poſſeſsio fundi animo etiam retineri poteſt.*
5 *Poſſeſsio quibus nobis acquiritur.*
6 *Quomodo in poſſeſsionem eatur.*
7 *Qui claues horreorum tradit, merces con-
tentas in his tradere videtur.*

Qvoniam ergo in primis omni-
nóque neceſſarium eſſe poſside-
re eum qui hoc retinendæ poſ-
ſeſsionis interdicto experiri vo-
luerit, ſatis oſtendiſſe videmur, operæpre-
cium facturi ſumus, ſi de poſſeſsione ipſa
quædam huic loco apprimè neceſſaria ſub-
iecerimus. Et quidem poſſeſsio rei alicuius
(vt de ea dicere ordiamur) penes aliquem
eſſe intelligitur, nō ſolùm qui eam poſsidet,
hoc eſt, detinet, & ei inſiſtit, ſed & ſi eius no-
mine aliquis in poſſeſsione ipſa ſit: ſiue is
iuri eius ſubiectus ſit, vt ſeruus, ſiue non
ſit, vt colonus qui fundum cōduxit: vel in-
quilinus, cui ædes locatæ ſunt, l. re pigno-
1 ris. ff. de acq. poſ. † qui ipſi propriè non poſ
ſident, quia alieno nomine poſsident, ſed in
poſſeſsione eſſe dicuntur, quod longè diuer
ſum eſſe dictum eſt, l. tertia. §. creditores.
ff. vti poſſeſſ. Proinde eis perſonis iudi-
cia poſſeſſoria competere non dicuntur,
ſed ei cuius nomine poſsident, l. j. §. quid ſer
uus. ff. de vi & vi arma. quāuis eiſdem ſub-
ueniri iudicis officio, vt detentionis ſuę ius
2 tueri poſsint, æquiſsimum ſit. † Cæterùm
colono qui ſibi poſſeſsionem interuertit,
vnde vi interdictum competere ſi deiectus
ſit reſponſum eſt, l. colonus. & l. cùm fun-
dum. ff. de vi & vi arm. Quod ſi is per quem
poſsidemus deceſſerit, vel alio modo poſſeſ
ſor eſſe deſinerit, necdum poſſeſsionem a-
mittimus, donec aut poſſeſsionem adipiſci
neglexerimus, aut extraneus interim eam
rem poſsederit, l. ſi de eo. §. j. de acqui. poſ. ff.
Et hæc quantùm ad ſoli poſſeſsionem atti-
net: Sed & res quoque mobiles per eos a-
pud quos eas depoſuerimus, vel quibus cō-
modauerimus, ipſi poſsidere videmur.
Proinde ſi tibi commendauero, tu Titio
qui tuum eſſe exiſtimet, nihilominus id poſ
ſideo: & id per quamlibet plurium per-
ſonas factum ſit, obſeruandum ita erit, l.
qui vniuerſas. §. ſi ego. illo titu. niſi is apud
quem ea res fortè ierit, poſsidere ſibi eam,
neque reddere cōſtituat, l. ſi rem mobilem.
3 illo tit. Et hoc ſcilicet illud eſt, † quod in
genere vulgo dicitur retinere poſſe aliquā
poſſeſsionē per quēlibet, qui eius nomine
ſit in poſſeſſione. Nam altero naturaliter
poſsidente, ipſe animo (quod iure ciuili in-
troductū eſt) poſsidet, l. j. §. deiicitur. ff. de vi
& vi ar. Vnde quemadmodum naturalis ea
poſſeſſio dicitur, quæ rei corporalis deten-
tionē habet, ita & ciuilis poſſeſsio appella-
ta eſt, quia ciuilis iuris interpretatione te-
nere ac poſsidere intelligimur. Quinetiā ſo
lo quoque animo retineri poſſeſsionē pla-
cuit, ſi neque ipſe, neque alius quiſquā eius
nomine in poſſeſsione rei ſit: vt in omni-
bus prædiis dici poteſt, ex quibus non hac
mente recedimus, vt amittere poſſeſsio-
nem velimus, l. j. §. quod vulgo. ff. illo tit.
ſed inde diſceſſimus poſteà reuerſuri: quod
in agris prædiiſque ſuburbanis, & ſaltibus
æſtiuis, familiarius adhuc iudicari poteſt,
à quibus ſub hiemis tempus propter incō-
modiorem habitationem diſcedimus, eo-
dem cùm tempus inuitauerit reuerſuri.
Aut cùm quis proficiſcitur ad nundinas,
nemine domi relicto, & nihilominus eun-
dem animum poſsidendi quem priùs ha-
buerat retinet, l. qui ad nundinas. ff. de ac-
quirenda poſſeſsione. Quod vtilitatis cau-
ſa receptum eſt, ne teſtudinis more perpe-
tuò domi nos continere, aut ius noſtrum
amittere cogamur. Etenim in amitten-
da poſſeſsione, affectio eius qui poſsidet
in tuenda eſt: nam & ſi in fundo ipſo
ſis, & nolueris eum poſsidere, ilico poſ-
ſeſsionem amittes, l. poſsideri. §. in admit-
tenda. ff. de acquiren. poſſeſ. Et quemad-

Ilh modum

* Alia eſt hodie ratio proponendi huius interdicti, quod tria capita habet: nempe res controuerſæ ſequeſtrationem, quam furnimentū quærimoniæ appellant. Item ſi duciatiam poſſeſsionē, quam recredentiam dicunt, ei adiudicanda, in quem victoria magis inclinat. Deinde pleniſsimam & irreuocabilē poſſeſsionē, quam aut manutenentam, aut plenum poſſeſſorium vocant, dum verat iudex ne victori in poſſeſsione vis fiat. de quibus videto omnino Imb. lib. 1. inſt. foren.

* Hodie fructuum ratio habetur ab anno proximo ante motum interdictum: nam eius tēporis fructus apud ſequeſtrum moribus noſtris deponuntur.

modùm animo tantùm poſſeſsio retine-
tur, ita eodem modo animo ſolo amitti-
4 tur, tametſi illã non ſic adipiſcimur. † At-
que adeò id verum eſt, nudo animo fundi
poſſeſsionem retineri, & amitti, vt & ſolo
metu, ſoláque ſuſpicione amittendæ poſ-
ſeſsionis, quam alius nobis abſentibus
inuaſit, poſsidere deſinamus: l. ſi id quod. §.
vlt. ff. illo tit. quaſi timore conterriti, & a-
nimo conſternati animum ipſum deiece-
rimus. Non ſi quis incommodis & pericu-
lis deterritus, reditum in fundum tantùm
diſtulerit, animum tamen interim retinue-
rit, l. licet. C. eodem titu. Quemadmodùm
igitur poſſeſsionem nobis traditam: & per
Adipiſci vero poſſeſsionẽ. 5 quos retinere poſſumus, viſum eſt. † Qui
autem ſint per quos acquiriri poſſeſsio
queat, pleniùs ſupra ſecundo libro expo-
ſuimus. Vt puta per noſmetipſos, & per eos
quos in poteſtate habemus, vt ſunt liberi
noſtri vtriuſque ſexus, ſeruique, per quos
& earum quidem rerum quas peculiariter
tenemus, ignorantes etiam poſſeſsionem
acquirimus, l. j. §. item acquirimus. ff. de
acq. poſſ. Sed & per communem ſeruum,
d. l. j. §. per communem. eúmve in quo v-
ſumfructum tantùm habemus, d. l. §. per
eum ancillámq;, d. l. §. cæterùm. atq; etiam
eum quem bona fide poſsidemus, quáuis
alterius ſit, vel liber, poſſeſsionem adipi-
ſcimur: ſi & ipſi velint nobis acquirere
poſſeſsionem, non alteri, d. l. §. hæc quæ.
Item per procuratorem, tutorem aut
curatorem, qui noſtro minimè poſſeſ-
ſionem nati ſunt: dicta l. §. per procura-
torem. Si & illi omnes per quos volumus
poſsidere, tales ſunt vt habeant intelle-
ctum poſsidẽdi. Nam ſi furioſum ſeruum
miſeris, vt poſſeſsionem apprehendat, ne-
quaquam videtur apprehẽdiſſe, quia affe-
ctionem tenendi non habet, licèt maximè
rem ſuo corpore contingat, perinde ac ſi
dormienti aliquid in manu poſueris, d. l.
§. adipiſcimur. Verùm de infante, & ſi non
omnino intellectum capiat, poſt diuerſo-
rum authorum diſſentientes ſententias
conſultius viſum eſt, donatarum ei rerum
& traditarum poſſeſsionem per traditio-
nem quæri, quia licèt plenus non ſit ei ani-
mi affectus, aliquid tamen aliter quàm in
furioſo affectionis cognoſcitur, quam ad-
iuuandam eſſe vtiliter admiſſum eſt, l. do-
natarum. C. de acq. poſſ. Iàmprimum verò
poſſeſsionem adipiſci ſolo animo nõ poſ-
ſe nulla dubitatio eſt, eam enim corpore
& animo adipiſcimur, neque per ſe animo
6 aut per ſe corpore. † Minimè tamen intel
ligi oportet eum qui fundum poſsidere
velit, neceſſe habere omnes glebas eius cir-
cumambulare: Nam ei ſufficit quamlibet
eius fundi partem introire, dum ea mente
& cogitatione ſit, vt totum fundum vſque
ad terminũ velit poſsidere, l. iij. in princ. ff.
illo tit. Interdum porrò nudo animo poſ-
ſeſsionem nanciſcimur, vt ſi venditorem
iuſſerim procuratori meo rẽ tradere, cum
ea res in præſentia ſit. l. j. §. ſi iuſſerim eodẽ.
Aut ſi vino vẽdito, cum vniuerſæ vini am-
phoræ ſimul eſſent, vẽditor tollere me iuſſ-
ſerit, & cuſtodiam adpoſuerim, l. qua-
7 rundam eodem. † Vel ſi claues horreorum
apud horrea ipſa tibi traditæ fuerint, in
quibus merces ſint reconditæ, quia & tra-
ditæ ſimul merces intelliguntur. l. clauibus
ff. de contr. empti. Vel ſi quod nomine meo
poſsideo, volente te, tuo nomine poſsidere
conſtituerim, ſtatim per me poſſeſsionem
nactus es, l. quod meo. ff. de acqui. poſ. Aut
inſtrumento emptionis mancipiorum do-
nato, & tradito, mancipia quoque ipſo tra-
dita eſſe intelliguntur, l. prima. C. de dona.
Et denique per vſusfructus rei tibi venditę
retentionem, per quam rei ipſius traditio
tibi facta eſſe videtur, l. quiſquis. illo titu.
In quibus his exemplis omnibus, animi
quodam genere poſſeſsio erit æſtimanda, l.
quarundam. ff. de acqui. poſ. quæ & appre-
henſionis corporalis vim effectúmque ha-
bet. Hæc poſtremò poſſeſsionis cauſa à
proprietate ſeparata eſt, l. j. ff. vti poſſ. idcir
co ſeparatim tractãda venit, l. ordinarij. C.
de rei vend. Proinde actorem reus prohi-
bere in hoc iudicio poteſt ne ad dominij
* probationem admittatur, idque ideò ne
eo fortè probato, poſſeſſori iudicij impe-
diatur exequutio. Fab. in l. incerti. C. de in-
terd. Licèt interdum dominium tanquam
poſſeſsionis adminiculum allegari poſsit.
Fely. in capitu. licet. cauſam, extra de pro-
batio. Sed is ſemper erit potior, qui re ipſa
litis conteſtatæ tempore nouiſsima poſſeſ-
ſionẽ quietè potitus eſt, quantumcunque
iure proprietatis aduerſarius inferiorem il
lum doceat.

* Hæc con- [illegible] Carol. 7. [illegible] permutatæ.

Ad ſ. Recuperandæ.

SVMMARIA.

1 *Vi deiectis ſubuenitur per Prætorem.*
2 *A die deiectionis ratio habetur.*
3 *Vnde vi interdictum ad quæ ſe extendit.*
4 *Nihil tam iuri & legibus inimicum eſt, quàm per vim quicquam agere.*
5 *Vi deiecti quomodò intelligendi ſunt.*
6 *Qui vi deiecit ad quod teneatur condemnatus.*

SVpereſt vt nunc de recuperandæ
poſſeſsionis interdicto dicamus,
1 † per quod Prætor eũ qui ex poſ-
ſeſsione fundi, vel ædium deiectus eſt, in
poſſeſsionem reſtituit: iuſtum eſſe exiſti-
ſtimans vi deiectis ſubueniri, l. j. in princi.
ff. de vi & vi armata. Et pro poſſeſsione re-
rum quæ ſoli ſunt tantùm datur, totiúſque
damni recuperandi cauſſa, l. j. §. qui autem
vi eodem: & fructuum tam perceptorum,
2 quàm qui percipi potuerunt, † quorũ à die
deiectionis ratio habetur, quámuis in cæte-
ris interdictis ex quo edita ſunt, non retro,
computentur, d. l. j. §. ex die. In hoc enim
iudicio priſtina cauſa reſtitui debet, quam
habiturus erat ſi non fuiſſet vi deiectus
eadem

eadem l.§.qui autem.propterea tanta condemnatio fieri ſolet, quanti poſsidere intereſt.Quod aliquando plus re ipſa eſt,vt ſi hominem retinere hæreditatis adeundæ, aut rei probandæ gratia intereſit, id ſæpè
3 plus eſt quàm quanti is eſt.† Neque tãtùm pro rebus ſoli competit interdictum hoc quod vnde vi dicitur*, ſed generaliter ad omnes pertinet, qui de re ſolo cohærenti deiiciuntur,qualiſcunque locus fuerit vnde vi quis deiectus eſt. Et pro rebus etiam mobilibus quæ in eo loco erant vnde deiectus eſt, non aliter:quoniam earum rerum nomine furti, vel vi bonorum raptorum actio porrigitur,& ad exhibendum agi poteſt,eadem l.§. hoc interdictum. Aduerſus eos autem qui vi deiiciũt,* interdictũ hoc expoſitum eſt, ſiue ipſi ſint qui deiecerint, ſiue ij quibus mandauerint, ſiue alij quilibet deiectionem ratam poſteà habuerint: tanta cura Prætori olim fuit ne vis committeretur,quoties per iudicem magis ali-
4 quid repoſcendum eſt: † cũ nihil tam iuri, & legibus inimicum ſit, quàm per vim quidquam agere:Adeò vt neque authoritate reſcripti aduerſus interdictum hoc exceptionem ſibi parare quoquomodò permiſſum ſit, l. authoritatem. c.vnde vi.per quod poſſeſsionem ſic adeptam retineat. Imo noſtra etiam cõſtitutione à nobis iuſſum eſt,vt ſi quis abſente domino,non etiã vi,nec clàm,nec precario, vacuam poſſeſsionem occupauerit: protinus eã reſtituere cogatur:ea ſcilicet ratione,quod ſatis intelligere poſsimus, id quod noſtrum non eſt,ad alium pertinere bonæ fidei quæ minimè conuenire,res alienas vſurpare,ac re-
5 tinere,l.vlt.C.vnde vi.† Cæterùm nõ alius deiici videtur, quàm qui tunc cùm deiiceretur poſsidebat,ſiue animo, ſiue corpore. Idcircò ſi de prædio tuo præceſsiſſes nemine relicto, & cum redires prohibitus fueris in prædium ipſum ingredi, vi deiectus es:quia adempta eſt tibi poſſeſsio,quam animo retinebas,& ſi non corpore, l.j.§.ſiue autem.ff.de vi & vi arm. Rurſus is deiectus eſſe intelligitur, qui omni poſſeſsione excidit, neque per aliquos qui deiecti non fuerunt poſſeſsionem retinet, eadem l, §. non alij. Verba enim ipſa edicti Prætoris hæc ſunt.Vnde tum illum vi deieciſti, aut familia tua deiecit,de eo quòd ille tunc ibi habuit,tantummodò intra annum:poſt annum verò, de eo quòd ad eum qui vi deiecit peruenerit,iudicium dabo,eadem l.Planè ad eam tantùm vim pertinet hoc edictum,qua quis à poſſeſsione deiicitur, vel expellitur. Nam ſi per vim aliter poſseſsio turbetur,retinendæ poſſeſsionis interdicto locus erit.Et ſi opus aliquod in ſolo,vi,clã, aut precario, & contra quam prohiberetur,quis fecerit, & poſsideat, quod vi aut clàm interdictum aduerſus eũ propoſitum eſt,quod quidem ad ipſum delictũ propriè pertinere dicitur,hoc deliquéris perſonam magis coercet.Et atrocitatẽ facinoris in ſe cõtinet,proptereaq; in parẽtes,& patronũ denegatur:nõ quia famoſum ſit, infamiam

* Id vulgo à pragmaticis redintegrãda nominatur, quamuis cõſtitutio canonis redintegranda, vnde illud nomen deductum eſt, multum ab hoc interdicto diſcrepet. vt in proximo ſcolio manifeſtum erit, ſi cuius certè conſtitutionis vſus, in foro etiam laico frequentiſſimus eſt.

* Vnde vi interdictũ aduerſus alium quàm eũ qui vim intulit, iure ciuili non competit. l. cum à te.ff. de vi & vi arma. & ne cui fraudi eſſet doloſa eius translatio, iure põtificio decretum eſt, vt aduerſus quemcunque poſſeſſorem vis illatæ conſcium hoc interdicto vti liceret. cap. ſæpè de reſt.ſpo. extra. Sed ne bona fide etiam poſſeſſoris cuiquã dãno & fraudi eſſet, canone Redintegranda. 3. q.1. iuſſum eſt id ſtatim quoque reſtitui,à quocunque poſſideatur, quod vi ablatum aliquando fuit.

* De duplici forma interdicti huius hodie exoriendi. Vide Imber. lib.j.Inſtit, for.

enim non irrogat, ſed quia condẽnati nomen apud hos viros lædit: ob quam cauſam melius viſum eſt in factũ actionẽ aduerſus eas perſonas dari,ſaltem ſi vi armata vſi non fuerint, ead.l.j. §.interdictum.
6 †Enimuerò cogitur is qui deiecit,reſtituere poſſeſsionem per hoc interdictũ: licèt is cui poſſeſsio reſtituitur ab eo qui deiecerit vi,clàm, aut precario poſsideat: quod in cæteris interdictis omnino diuerſum eſt. Sed hoc ideò, quoniam vis hæc de qua in hoc interdicto agitur,inprimis odioſa eſt, & peiori loco poſterior ſemper eſt, ex interuallo ſequuta:Nam incontinenti, & antequam aliud agere cœperimus, l.continuus.ff.de verb.oblig. eum qui cum armis venit,poſſumus eodem impetu, & eadem veluti ira repellere, l.quod ait lex.§.j.ff.ad l.Iul.de adul.Quandoquidem is qui poſſeſsionem vi ereptam in ipſo congreſſu recuperat, in primam cauſam reuerti potiùs, quàm vi poſsidere intelligendus eſt, l.qui poſſeſsionem.ff.de vi & vi arma.

Ad §. Sed ex conſtitution.

SVMMARIA.

1 *Qui rem etiam ſuam per vim occupat,dominio eius priuatur.*
2 *Audacia magna eſt eius, qui ſibi ius dicit.*
3 *Armorum appellatione,quæ veniant.*

Porrò ne quis contempto ſolius poſſeſsionis per hoc interdictum reſtituendæ incommodo,vim inferre deinceps adhuc facilè audeat. Sacris principum conſtitutionibus (vt anteà libro ſecundo, cùm de vi bonorum raptorum ageremus diximus)huic malo proſpe-
1 ctum eſt. † Nimirum vt ſi quis rem etiam quæ ſua ſit,per vim occupauerit, domino eius priuetur. Sin verò alienam, eam vim paſſo reſtituat,ſimul & æſtimationem eius eidem dependat,l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. Nam & diui Marci reſcriptum extat quo ſancitum eſt eum qui petitiones habere ſe putat,actionibus experiri debere,non ſibiipſi ius dicere,l.extat.ff.de eo quod met. Quando ſingulis id permittendum nõ ſit, quod per magiſtratũ publicè fieri licèt, ne inde maior tumultus excitãdi naſcatur oc-
2 caſio,l.non eſt ſingulis.ff. reg.iur. † Atque adeò inſolentem illam, ſuperbámque eius qui ſibi ius dicit audaciam, temeritatémq; compeſcẽdam eſſe iam diu viſum eſt, vt & in eum qui de poſſeſsione aliquẽ deiecerit præter hoc vnde vi interdictũ, lex quoque Iulia de vi priuata,aut publica expoſita ſit: illa quidem quum ſine armis, hæc quando cum armis vis facta eſt.Quorum armorum vſu,& commercio,priuatis hominibus interdiximus, eaque in publicis armamentis ad belli vſum reponi, & cuſtodiri præ-
3 cepimus,authen.de arm.coll.6. † Atq; armorum appellatione non ſolum ſcuta gladios,haſtas, frameas, & galeas, cæteráque, quæ ab armis,id eſt humeris depẽdent(quæ propriè armorũ appellatione continentur)

ſed & tela fuſtes, ceſpites, glebas, & lapides, omnéque inſtrumentum quod nocere poteſt, intelligimus, l. iij. §. armis. ff. de vi & vi arm. Quod tamen vis armatæ ab inermi diſcrimen, ad interdictum vnde vi nullo modo iure quidem noſtro pertinere videtur, vt duo eodem modo interdicta propoſita * eſſe intelligantur, vnum de vi publica & armata, alterū de vi priuata. Quoniam hoc interdicto, vnde vi quoquomodò facta vis, expellendo quempiam à poſſeſsione cum armis, vel ſine armis, ſemper coercetur, eodémque modo deiectus reſtituitur, l. j. ff. vnde vi.

* Ciceronis temporibus aliud fuiſſe videtur, vt ex oratione ſua pro Cæcina colligere licet. De qua re videto hic Balduinum, & Duarenū, in diſputationibus ſuis, cap. 10.

Ad §. Tertia interdictorū.

SVMMARIA.

1 *Interdicta omnia aut ſimplicia, aut duplicia ſunt, & quæ ſunt ſimplicia.*

2 *Duplicia Interdicta quæ ſint.*

DIximus interdictorum quædam eſſe prohibitoria, quædam reſtitutoria, & quædā exhibitoria: deinde ad aliam diuiſionem ventum eſt, per quam docuimus alia eſſe interdicta adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa comparata, alia retinendæ, alia recuperādæ. Reliquum eſt, vt nunc ad tertiam, vltimámque interdictorum omnium diuiſionem tranſeamus.
1 † Horum enim aliqua ſunt ſimplicia, alia duplicia: Simplicia ſunt, in quibus actor à reo diſcretus eſt, altérq; actor, & alter reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria, & exhibitoria: quoniam actor eſt qui ſibi poſſeſſionem reſtitui, aut id quod celatur exhiberi, producíque deſiderat. Reus autem à quo petitur, vt aut poſſeſsionem reſtituat, aut quod celatur exhibeat. Prohibitoriorum verò interdictorū alia ſimplicia ſunt, & alia duplicia. Simplicia ſunt, veluti quū Prætor prohibet in loco ſacro, aut flumine publico, ripave eius aliquid fieri. Nam qui deſiderat, prohibétve ne quid fiat, actor eſt. Is verò qui aliquid facere conatur, & prohibetur, reus eſt.
2 † Duplicia ſunt, veluti vti poſsidetis interdictum, & vtrobi: quæ ideò duplicia vocantur, quia par vtriuſque litigantium in his conditio eſt, neq; quiſquam eorum præcipuè vel actor vel reus videtur, ſed vterque eorum, & actoris, & rei partes ſuſtinet. Vnde Prętor edicto ſuo neq; hunc, neque illum, actorem aut reum facit: ſed media quadam enunciatione ad vtrunque ſermonem hunc ſuum ita dirigit: Vti poſsidetis, quominus ita poſsideatis, vim fieri veto. Item vtrobi hic homo de quo agitur, maiore parte huius anni fuerit, quominus is eum ducat vim fieri veto. Quod in prioribus edictis aliud eſt, in quibus quum aliquid fieri aut vetat, aut iubet, eum qui contra fecerit illico reum oſtendit, & ei contra quem factum eſt, interdictum pollicetur, & ita actorem facit. De actionibus eodem modo anteà dictum eſt, quaſdam eſſe duplices, vt familiæ erciſcundæ, actio communi diuidundo, & finium regundorum, in quibus vterque actor & reus eſt, & vtrique actio competit, parque omnium cauſa videtur.

Ad §. De ordine.

SVMMARIA.

1 *Formulæ quædam olim ſuperſtitioſæ interdictorum, ſuperuacuæ, & obſoletæ.*

2 *Veterum interdictorum loco, datæ ſint à Prætore actiones in factum.*

1 POſtremò † de formulis interdictorum obſoletis, eorundémque ordine & veteri exitu ſuperuacuum eſt hodie dicere, quoniam Prætores olim ſicut anteà meminimus, vt innumeris grandibúſque de poſſeſsione controuerſiis, & altercationibus obuiam irent, ſuis edictis multa interdicta propoſuere, qui ſecundùm quod ab vno quoque propoſitum eſſet, interdicebant, & iudices delegabant, qui cauſa cognita de poſſeſsione pronunciarent, interdictáque ſua veluti exequerentur.
2 † Quorum interdictorum loco, vt omiſsis iis formulis, & priſcis ambagibus, iudex competens recta via adiri poſſet, introductæ ſunt actiones in factum, quibus apud illum ſummotis interdictis vtitemur. Quoties enim extra veterem illum ordinem, formularúmque ſolennem conceptionem, ius dicitur, veluti in omnibus hodie iudiciis fit, ſubtilitas illa ſuperflua eſt, nec interdictum reddi neceſſe eſt. Sed Prætoris priùs interdicētis ſublato officio, recta via, ſimpliciter, & communi iure agimus, nihil cunctantes, vt iudicio per eum conſtituto actio denuò detur. Verùm perinde iudicatur, ac ſi ea vtilis actio ex cauſa interdicti per eum reddita fuiſſet. Et licèt in his iudiciis extra antiquam formulam, & priſcum ordinem poſitis, ob ídque extraordinariis, interdicta propriè locum non habeant: ad exemplum tamen eorum res per in factum actioné agitur, l. incerti. C. de interd. Quæ quidem actio, quoties non eſt impletus actionum numerus, l. quia actionum. ff. de præſcri. verb. ex multis variíſque iuris articulis deſiderari quoque ſolet, l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccle. Ideò ex omni Prætoris edicto, vel interdicto datur: quoties ſpecialis actio non eſt, & ceſſantibus iudiciis proditis, & vulgaribus actionibus, proprium nomen non inuenimus, l. j. ff. præſcrip. verb.

Paraphraſis in titulum de Interdictis, finis.

BREVES COMMENTARII
AD TITVLVM DE ACTIONIBVS
QVARTI LIBRI INSTITVTIONVM CIVILIVM.

Ab Antonio Vſillo ex Caylario Lodonenſi, iura in veteri Monſpeſſulanorum Academia interpretante, & Conſiliario in præſidiali Curia regio conſcripti.

PROOEMIVM AD TITVLVM INSTITVTIONVM DE ACTIONIB.

SVMMARIA.

1 *Lites vix poſſunt ſine peccato exerceri.*
2 *Non temere litigandum.*
3 *Magiſtratuum inſtitutio à Deo opt. max.*
4 *Leges inſpirante Deo ſunt promulgatæ.*
5 *Comparatio ex Platone ad oſtendendam neceßitatem Legum.*
6 *Effectus ſequuntur naturam cauſarum.*
7 *Societas hominum nõ eſt cũ viris plane perfectis.*
8 *Contractus mutuã commoditatem debet aſpicere.*
9 *Actio eſt finis contractuum.*
10 *Regula iuris conceſſo antecedente, &c.*
11 *Contractus non habent innatam executionem.*
12 *Neceſſariam actionum inuentionem.*
13 *Genus humanũ ſine cõtractibus non poteſt ſeruari.*
14 *Solutio contrariarum.*
15 *Locus Apoſtoli bene intellectus.*
16 *Lites temere incœptæ reprobantur.*
17 *Metaphora de virginitate ad nuptias.*
18 *Ex bonis ſequitur quandoque malum per abuſum.*
19 *Propter delinquentes iura non eſſe deteſtanda.*
20 *Catachreſis.*
21 *Ars propter abuſum non eſt damnanda.*
22 *Nimia in iure ſubtilitas reprobatur.*
23 *Bonitas naturæ peruertitur iuris ſubtilitate.*
24 *Differentia iuris ciuilis & canonici.*
25 *Facti expreßio eſt neceſſaria.*
26 *Actionum origo.*
27 *An deportatus actiones amiſerit.*
28 *Iuris regula: Quod effectum cauſæ, &c.*
29 *Actio reſpicit ſocietatem humanæ vitæ.*
30 *Iacobus, antiquæ eruditionis author, quod habuerit deſiderium*
31 *Antiquitatis habenda eſt ratio.*
32 *Oppoſitiones aliquando rem obſcuriorem reddunt.*
33 *Iaſon accumulator diligentißimus.*
34 *Similis mortuo deportatus.*
35 *Actiones ſunt ciuiles.*
36 *Magis habemus hæreditatẽ beneficio legis quàm teſtatoris voluntate.*
37 *Opinionum gurges.*
38 *Mixta opinio de origine actionum.*
39 *Res potius à forma quàm à materia denominatur.*
40 *Comparatio ad hominem potius cæleſtem quàm terrenum.*
41 *Quid de vtili actione eſt dicendum.*
42 *Dormitat Bartolus nonnunquam.*
43 *Contra communem Bartoli opinionem.*
44 *Quando obligatio naſcatur ex delictis.*
45 *Inſpecto initio pœnam patimur volentes.*
46 *Continuatio tituli.*
47 *Perſonæ ſunt rebus præſtantiores.*
48 *Actio, adeps iuris.*
49 *Tractatus actionum eſt theſaurus iuris.*

QVI maieſtatem Iuriſprudentiæ
flocci faciũt, arbitrati ſunt eam
partem iuris, quæ actionum in-
ſtituendarum formulas pertra-
ctat, improbam, & humano ge-
neri maximè eſſe pernicioſam:
quod huius ſcrupuloſa ſcientia ad litigandum ho-
mines miſerè, inflammentur. Nam Paulus apo-
ſtolus in epiſtola Corinthiorum priore ſcribit:
1 † fratrem non poſſe cum fratre ſine crimine con-
tendere in iudicio. Nam diſſenſionibus nonnun-
quam Reſpublicæ præclarè fundatæ euerſæ ſunt,
l. ſi quis ingenuam. §. fin. ff. de capt. & poſtl. reuerſ.
Item Marcellinus genus Ægyptiorum reprehen-
dit controuerſum, & litigandi conſuetudine (vt
ait) lætiſsimum Martialis præterea Gargilianum
quendam miſerum vituperabat, quòd litigaret
diutius, qui poterat cedere & vinci. Apud eun-
dem eſt Lis nulla, toga rata, mens quieta, res eſſe
dicuntur quæ vitam reddunt beatiorem. Cur ap-
probauiſſet Iuriſconſultus illius verecundiam,
qui à litibus abhorret, l. item. §. j. ff. de alien. iud.
mutan. ſi litium euentus homine probo & ſapien-
2 ta non eſſet indignus? † Lites enim temerè ſuſce-
ptæ quam plurimos homines ad ſummam ino-
piem perduxerunt. not. in l. fin. ff. pro ſuo. Satis id
experientia conuellit. Delendus igitur videtur a-
ctionum inſtituendarum vſus, & nomen illarum
in foro debet eſſe incognitum, quod ſit illatum
peſſimus finis. arg. authent. multò magis. C. de ſa-
croſanct. eccleſ. Sed hæc actionum incommoda
triſtisque euentus, ſi dilucidè perpenſa fuerint, iu-
ris noſtri contemptores nequaquam iuuare poſ-
ſunt: vt actionum frequentiſsimus vſus non ſit in
iure vtroque approbatus, atque homini Chriſtia-
3 no admodum conueniens. † Magiſtratus autem,
quorum miniſterio redduntur actiones, Deus

 ille

ille maximus conſtituit, c.omnis anima.xj. q.iij.
Et Paulus decimotertio cap.in epiſtola Romano-
rum in quorũ poteſtate ipſe Deus vniuerſas Reſ-
publicas eſſe voluit.c.in apibus,vij.q.j.Cuius qui-
dem poteſtatis exercitium poſitũ eſt in malorum
animaduerſione,& actionum propoſitione.l.im-
perium. ff. de iuriſdiction. omnium iudic. Ille
enim rerum omnium opifex,& dimiurgos Deus,
per illos conſtituit Reſpublicas conſeruari, &
hominum controuerſias dirimi, l.quidam exiſti-
4 mauerunt. ff. ſi certum petatur. † Quorſum igi-
tur tot leges, diuinitus per ora principum pro-
mulgatæ,in ciuitatibus locum habent, l.final.C.
de præſcript.long. tempo. ſi diuino nutu Rebuſ-
publicis non dominarentur magiſtratus? parum
enim prodeſt (ait Pomponius) in vrbibus eſſe le-
ges,niſi ſint magiſtratus cui iura dicant, l.ſecun-
5 da,§.poſt originem.ff.de origine iur. † imò (teſte
Platone) generationi plantarum ſol magis non
eſt neceſſarius,quàm regendis cœtibus hominum
requiruntur magiſtratus. Proinde & actiones in
foro exerceri,hominum coniunctioni eſt conſen-
taneum. Nam cùm bona pars contractuum ſit
de iure gentium, l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iure.
eorum obſeruationem, quæ fit beneficio actio-
6 num, ab eodem iure pontifici certum eſt. † Ef-
fectus enim cum ſuis cauſis eſſe eiuſdem natu-
ræ debere, non tàm in Philoſophia quàm in
Iure ciuili eſt receptum, vt notat Bartol. in l.
conſtitutionibus. ff. ad municip. Quare cum
exigente neceſsitate,humanæ naturæ ſocietatem,
hominum commercia, quę συναλλάγματα Græci
appellant, tueantur & defendant, l. prima, ff.
de contrahenda emptione. eodem etiam trami-
te, actiones oportet eſſe neceſſarias: ſine quibus
contractus, vltimæque morientium voluntates,
prorſus inutiles fierent. not. in l.prima. C. com-
7 mun.de leg. † Non enim cum perfectis homini-
bus, planéque ſapientibus viuitur, ſed cum va-
fris & impoſtoribus: qui magis ſua quàm alio-
rum vtilitate, contrahendi facultatem ſibi con-
8 ceſſam metiuntur. † cum contractus mutuam
vtriúſque & reciprocam commoditatem aſpice-
re debeat, l.Labeo ff.de verborum ſignificatione.
l.iuriſgentium.in fine ſecundi reſponſi.ff.de pact.
9 † Neque finem debitum, ſeu legitimum exitum
contractus ſortiri poſſunt, niſi actionis remedio,
vt quod ſua intereſt, vnuſquiſque quærat, §. al-
10 teri.ſuprà de inutili ſtipulat. † Nam cui aliqua
lege permiſſum eſt aliquod antecedens, omnia
conceſſa videntur, ſine quibus illud eſſe non po-
teſt.l.ij. ff.de iuriſdict.omnium iudic.l.illud.ff.de
acquir.hæred. Fateor tamen quòd eſſet ſuperflua
11 actionis inuentio, † ſi ipſi contràctus in ſe inna-
tam haberent executionem. Sed quis plurimum
diſtant contractus,& illius implementum, inter
ſe, vt not. in l. ex placito. C. de rerum permut.
12 † ideò actionis natiuitas eſt neceſſaria, ſine qua
cõuentiones hòminum vix poſſent ad executio-
nem perduci: ſi quidem conuentio perfecta ab
imperfecta in hoc differt, quia illa actionem pa-
rit, hęc autem prorſus actionem non habet, l.
13 iuriſgentium. Qui igitur humanæ ſocietati actio-
nes forenſes vtiles, & neceſſarias eſſe non exiſti-
mat,ille genus humanum extinguet,cùm contra-
ctus ad hominum conſeruationem pertineant, d.
l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iur.tantùm abeſt,quod
rerum debitarum in iudicio petitio damnanda
ſit,vt longè honeſtius, quod nobis eſt debitum,
in iudiciis exigamus,quàm extra iudicium. l.ex-
tat. ff. quod met. cau. l. ſi pacto quo pœnam. in
14 fi.C.de pactis. † Nec valent contraria oppoſitio-
15 nis argumenta: † quia cùm Apoſtolus dicit, non
poſſe fratrem cum fratre eſſe in iudicio ſine cri-
mine, non damnat ordinem politiarum,nec ma-
giſtratuum dignitates: quos idem Apoſtolus à
16 Deo affirmauerat eſſe inſtitutas. † Reprobat igi-
tur tantùm acerbitatem quorundam peruerſo-
rum hominum, & ſeditioſorum conſuetudinem,
qui iure vel iniuria, etiam ſi modicæ rei quæſtio
fuerit, probos homines & Chriſtiani nominis
ſtudioſos, ad tribunalia infidelium iudicum tra-
hebant. Nec propterea ſequitur, damnanda eſſe
iudicia, licèt non poſsint ſine peccato exerceri:
quia delicti cauſa eſt in eo tantùm,qui iniuſtè iu-
dicium ſciet vel patitur,arg.l.properãdum. §. ſin
autem reus. C. de iudiciis: niſi qui ſuccubuerit,
habeat iuſtam cauſam ignorantiæ, vel litigandi.
l. qui inſolidum. §. etiam. ff.de legat.ij. Et licèt
contemptores litium approbẽtur, non tamen eſt
ſequens, quòd ſint illi execrandi, qui lite fo-
renſi, quod ſuum eſt, petunt, vel debitum ſibi
17 † (nam virginitatis ſplendor cœleſtibus angelis
æquiparat homines) non tamen ſequitur nuptias,
quæ illi ſunt contrariæ, laudabiles non eſſe. Pau-
18 lus in priore Corinthiorum: † Idcircò qui lites
deteſtantur forenſes, earum peruerſum vitupe-
tant vſum, qui in noſtra iuriſprudentia impuni-
tate non donatur. l.eum quem temerè. ff.de iudi.
19 † Res enim probè inſtituta, non temerè aboleri
debet. Si quis ea re malè vtatur, vt in conſtitutio-
20 ne.C. de veter. iure enucl. † propter vitium eo-
rum qui in arte deliquerunt, ars vituperanda non
21 eſt, vt in Rhet. Tullius inquit. † In nullo enim
genere bonorum,aliquid eſt tam rectum, in quo
abutendo vitium non reperiatur. Quapropter
actiones vtiliter ſunt inuentæ, licèt per eas mul-
tæ iniuriæ ab hominibus ſceleratiſsimis inferan-
tur, dicta l. ſi quis ingenuam. §.fina.ff.de capt. &
22 poſtlim. reuer. † Nimis intricata iuris ſubti-
litas, ſæpè parturiebat ignorantiam: propter
quam ruſtici lapſi, ſæpè cauſa cadebant. l. co-
dicillis. § finali, ff.de legatis ij. † adeò vt ſubti-
23 litate iuris,nonnunquam bonitas naturæ, teſte
Tullio pro Muræna peruerteretur. Illæ verbo-
rum inſidiæ quibus in iudicio actiones propone-
bantur, ad tempora vſque Conſtantini impe-
ratoris fuerunt obſeruatæ: ſed eas, velut liti-
gatoribus admodum peſtiferas & inanes, ille ſu-
ſtulit, l.prima, & ſecunda. C. de formul. & imp.
24 ſubl. † Neceſsitas tamen edendæ actionis ſem-
per relicta fuit in ſuo vſu. l. edita actio. C.eden.
Sed iure Romanorum Pontificum hæc coacta
anguſtia exprimendi nomen actionis, eſt ſub-
25 lata: † ſed ſufficere creditum eſt exprimere fa-
ctum,ex cuius accidentibus actionis natura in lu
cem emergere poſsit,c.dilecti.extrà, de iudic. Et
ſatis demonſtratum eſſe puto, quàm ſit vtilis &
26 frequens vſus actionum, † nunc operæpretiũ eſſe
duxi,docere ex quo fonte ortæ fuerint: an ius ci-
uile, an gentium illas nobis tradiderit.Cuius qui-
dem rei inueſtigatio vſui eſſe poteſt ad huius quę-
ſtionis perſpicuitatẽ:num deportatus,ſicut bono-
rũ patitur præſcriptionẽ,ita actionũ debeat face-
27 re iacturã. † Nã ſi ipſas ius ciuile introduxerit, a-
ctionibus deportatus experiri non poteſt: ſi verò
ex iure

ex iure gentium ortæ fuerint, quia ei omnia iura
gentium ſalua remaneat : effectus autem iuris ci-
uilis amittit, l. quidam ſunt. ff. de pœnis. Plerique
antiquiorum ex iure gẽtium eſſe ortas arbitrati
fuerunt, nempe quod iuris gentium ſint contrac-
tus: ex quibus ſunt natę ipſæ actiones, d. l. ex hoc
28 iure. ff. de inſt. & iur. † Igitur iuris eiuſdem de-
bent eſſe actiones ab illis procreatæ, cùm effe-
ctuum & cauſæ eadem eſſe debeat natura. Ia-
ſon in lege gallus. ff. de liberis & poſthu. Præte-
reà conditiones actiones ſunt. in l. certi condict.
ff. ſi certum petatur. Condicimus autem ſæpiſsi-
mè res ipſas de iure gentium. Martianus reſpon-
29 dit in l. rerum quidem. ff. rerum amot. † Quod ſi
ipſas iuris ciuilis tantùm eſſe pœnas, quis autem
iuris ciuilis inueſtigationem cum ſocio paciſci vo
luiſſet, ſi actionis auxilio eum, cum quo contra-
xit, ad placiti obſeruationem compellere non
30 potuiſſet? † Et ita Iacobus illæ antiquæ eruditio-
nis author, ſe beatum dixiſſet, ſi ad illa tempora
cum fortuna tuliſſet, vbi ſolo vigente iure gen-
tium, quo tempore actionis formula non erat re-
perta, magnam vim pecuniæ fuiſſet mutuatus.
Addunt etiam rationem: quia cùm dubitat quiſ-
piam de cauſa, aut effectus origine, † ad anti-
31 quiorem cauſam eſt reuocandus dubitationis e-
uentus, l. in finalibus. ff. finium regund. Hic ta-
men neſcitur an ius gentium, an ciuile, actionum
fuerit cauſa. Ius gentium eſt ciuili antiquius.
Animum igitur in ambiguo ad illam partem fle-
ctamus, vt iuri gentium quàm ciuili potiùs ſint
tribuendæ. Aliæ ſunt accumulatius excogitatæ
ad hanc partem rationes, quæ idignæ relatu viſæ
ſunt, quòd ſint admodum leues, atque parui mo-
32 menti. † Cordi autem noſtro cedit poſt amba-
ges confutatas, reiectáque interpretum delira-
menta, ea tantùm inſarcire in hoc tractatu quæ
33 actionum naturam accuratè perſtingunt. † Nam
inanium congeſtor Iaſon, infinita inculcauit, quæ
perfundunt fulgentiſsimæ luci actionum tene-
bras ardentiſsimas, claritatis faces obnubilant.
Sed huius rei potiſsima eſt ratio, teſte Bartol. in l.
ex hoc iur. ff. de iuſtit. & iur. nec probabili ratio-
34 ne caret, ex iure gentium eas eſſe ortas. Nam † de-
portatus cùm à mortuo parum differat in effecti
bus ciuilibus, l. 4. §. fin. ff. de bo nor. poſſeſſ. contr.
tabul. perdit enim commoda iuris ciuilis depor-
tatus, d. l. quidam. ff de pœnis. ad quem ſi manda-
tum cum aliquo contraxerit, actio mandati per-
tinebit, l. ſi mandauero. §. is cuius. ff. mandat. Ne-
ceſſe igitur eſt actiones à iure gentium emanaſſe.
35 † Sed contraria aſſertio, quòd ciuiles ſint actiones
non autem naturales, fortibus non caret argu-
mentis. Nam imperator in §. ſed iſte. in fine. de
actionibus actiones partim prætorias, partim
ciuiles deſcribit. Quòd autem prætoriæ ſint
mẽbra & partes iuris ciuilis, ſub quo edicta præ-
toria continentur, l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. &
iur. id circo Vlpianus in l. prima. §. 4. ff. de ſuſpect.
inquit: Qui ſuperficiem in aliquo loco habet, ci-
uili actione ſubnixus eſt: non ergo ſunt ex iure
gentium profectæ. Adde, quæ ex iure gentium
ſunt introducta, ſunt inſtar naturalis iuris immu-
tabilia, nec facilè variantur, §. ſed naturalia. ſuprà
de iure nat. Atqui actiones mutantur, vel placi-
tis principum: Angel. in §. 3. Inſtitutio. de perp &
temp. action. vel temporis diuturnitate, l. omnes.
& l. ſicut. C. de præſcriptio. xxx. vel, xl. ann. Adde

36 Ciceron, in 3. de legib. † Qui hæreditatem ha-
bet ex teſtamento, non tam illam habet volunta-
te hominis quàm legis beneficio. Vanum fortaſ-
ſe eſſet tibi relictam eſſe hæreditatem, niſi à lege
actionis haberes auxilium, quo morientis volun-
tas, debitum ſortiretur effectum. Quid opus eſt
alio teſtimonio, cùm Pomponius in l. ſecunda. §.
deinde. ff. de orig. iur. ſcripſerit actiones legis, &
leges duodecim Tabularum, in ciuitate ſimul cœ
37 piſſe? † Tam variæ fuerunt in explicando hoc lo-
co conſiderationes, & ancipites, plurimúmque
fluctuantes, vt in dubio ſit animus, in quam par-
tem ſe flexerit. Sed cùm ipſe accuratius ac dili
38 gentius actionis poteſtatem perpendiſſem, † duxi
eſſe affirmandum, actiones partim à iure ciuili
partim à iure gentium, originem traxiſſe. Aut
materiam & primam cauſam efficientem pro-
ſpicimus: quo caſu verius crediderim, actio-
nem eſſe ortam à iure gentium, vt cùm cauſæ il-
lius primariæ & antecedentes procedant ab eo
iure. dicta l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Si verò
formam illius, & elegantiam pulchritudinémque
proſpexeris, eam ius ciuile procreauit. Non enim
placuit eius natiuitas iuri noſtro, niſi obſeruata
legitima forma eius progreſsione, actio proponi
poſſet, l. edita actio. C. de edend. Vnde Pompo-
nius hac de cauſa à iure ciuili ſcripſit actiones eſ-
ſe compoſitas, in dicta l. ij. Conſtat ergo earum
partes integras, ante inuẽtionem iuris ciuilis fuiſ-
39 ſe. Sed quia forma ipſarum à iure ciuili hauſta
eſt, ciuiles eſſe creduntur: † rerum enim eſſentia,
magis à forma quàm à materia proficiſcitur, l. Iu-
lianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhiben. Incomptæ e-
nim actiones magna ex parte, & impolitæ ſunt, ſi
ad ius gentium conferantur. Actiones autem,
40 quantum ſunt politæ, & forma eleganti decoratæ
eas à iure ciuili fluxiſſe dicendum eſt. † De homi-
nis natura ſumptum paradigma, diſſentaneum
non videbitur. Homo autem, ſi illius immorta-
lem animam intueamur, eſt è cœlo profectus: ſi
corporis terrenam molem & rudem materiam
aſpiciamus, verè ſatus è terra creditur, gloſ. in §.
in pecudum. ſuprà de rerum diuiſionib. Haud
diſsimili ratione, actiones non ſecundùm mate-
riam, ſed formæ venuſtatem à iure ciuili naſcun-
tur. Non tamen en inficias, vt omne dilnam ſcru
pulum, aliquas actiones ab æquitate naturali
magis oriri, aliàs verò minus. Propterea in hac
ciuili ſcientia, illas appellari gentiles conſuetum
eſt ex iure gentium, dicta l. rerum quidem. ff. re-
rum amot. ſed eas, in quibus minus eſt æquitatis,
ciuiles ornatius nominare ſumus aſſueti, dicta l.
ſed iſtæ. infrà eodem titu. Quinimo interdum ex
ſola æquitate naturali danda eſt actio, etiam iure
41 ciuili non ſuffragante: † quo caſu eam merè natu-
ralem appellauerim, licet vtilis à Iurecconſultis ſit
ſolita appellari: vt cum bipes animal pauperiem
fecit, in dominum danda eſt actio: non directa,
quia fit ciuili iure reluctante, eò quòd edicti ver-
ba non conueniant: ſed illa naturalis, vtilis nun-
cupata: quam eiuſdem rationis peperit ſimilitu-
do, lege penultima. ff. ſi quadru. paupe. fec. dic.
Pone accommodatius exemplum. Rem pupil-
lo accommodaſti, cuius vſu eius res fami-
liaris locupletior eſt effecta, licet iure ciuili
non detur actio, quia pupillo deficit conſenſus:
ex illius tamen naturalis æquitatis fonte, vtiliter
in pupillum experiri conceditur, l. iij. ff. comm. de
amplisſi

ampliſsima poteſtate æquitatis naturalis quam
habet in producenda actione: qua non ſubſiſten-
te, actus vanus eſſet. Vide Bart. in l. Iulianus. ff. de
42 cond. indeb. † Sed mihi ille author in prædicto
loco hallucinari viſus eſt, & turpius, qui eum ſe-
43 quuntur: † cùm exiſtimauerint ſolam naturalem
æquitatem, non concurrente ciuili obligatione,
actionem parere. Quid eſt, quæſo, ciuilis obliga-
tio, niſi à ciuili noſtra ſcientia alicuius actus facta
approbatio? docto. in l. iuriſgentium. §. quinimo.
ff de pactis: Sed hi caſus, quibus ex naturali æqui-
tate actio naſcitur, contra verborum rigorem à
ciuili iure maximè fulciuntur. l. penult. ff. ſi qua-
drup. paup. feciſſe dic. & d. l. iij. ff. commod. Nam
illæ leges, quibus conſtat actiones dari, ſunt mé-
bra iuris ciuilis: neque eſt prætereà recipiendum,
44 quod ille inquit in d. l. Iulianus. † quod ex certis
delictis competat actio citra illius conſenſum,
in quem ex delicto agitur: quia qui aliquem affi-
cit contumelia, cõſenſum non habet actionis in
ſe competentis, quia inuiti & nolétes pœnam de-
licto condignam merito patiuntur. Sed illius ſen
tentia procul eſt à vero: cùm ille qui delinquit, ſe
pœnæ delicti ſubiiciat, obitéſque conſentire vi-
detur, l. imperatores. in verbo, Te iure pœnæ ſub-
45 didiſti. ff. de iure fiſc. Ratio autem eſt, † quia cui
actus aliquis placet, omnia etiam apud illum vo-
luntaria eſſe debent, quæ ad illum actum ſpectãt,
l. ij. ff. de iuriſd. omnium iudic. & l. ad rem mobi-
lem, ff. de procur. Sed de his hactenus. Harum re-
rum intelligentiam, actionum cognitioni neceſ-
46 ſariam fore duximus. † Hic titulus cum ſuperio-
ribus rubricis ita eſt continuus, quia omne ius
Romanorum diuiditur in perſonas, res, & actio-
47 nes, §. j. Inſtit. de iure perſon. † De perſonis, quæ
omnium rerũ præſtantiſsimæ ſunt, in primo li-
bro pertractauit: in ij. & iij. de rebus, quas natura
in hominum gratiam & vtilitatem produxit, §.
in pecudum. ſuprà, de rerum diuiſione, accuratè
perſtringit. Sequens tamen eſt in hoc titulo, vt ex-
cutiat nodos inextricabiles actionum, & ambi-
48 guas veterum ſubtilitates, Et quia ſunt † adeps to
tius iuris, ad illas, velut ad cardinem, quicquid in
iure reſponderũt Iureconſulti, meritò tanquam
49 ad anchoram dirigitur. † Nam ſi diligenter om-
nes partes iuris animo fueris complexus, hac ele-
ganti ſerie & artificioſa compoſitione actionum,
omnem iuris theſaurum facilè poteris includere.
Sed ne in rerum multitudine arduarum, non ſatis
ad altiora mentes auditorum prouectas obtũda-
mus, ea patefacere ſolùm libuit, quæ ad iuris ſin-
ceritatem ſpectant. Cætera verò, quæ magis inge-
nioſam expoſtulabunt interpretationem, ad lo-
cos peculiares, tanquam irriguos fontes, re-
ſeruabimus.

Ad §. primum.

SVMMARIA.

1 *Diffinitio actionis.*
2 *Ius eſt quædam facultas ciuilis;*
3 *Diuerſa eſt contractuum & actionum natura.*
4 *Actiones iuris ſunt quãuis earũ cauſæ ſint facti.*
5 *Corpora cœleſtia vim ſuam infundunt omnibus inferioribus.*
6 *Statuta non debent recedere à proprietate vocabulorum.*
7 *Deportatus non patitur defectum iuris naturalis.*
8 *Actiones magis participãt cum iure naturali, quã ciuili.*
9 *Explicatio voculæ niſi.*
10 *Niſi aliud ponit affirmatiuè, aliud negatiuè oppoſitum.*
11 *Apotheſis dialecticorum.*
12 *Oppoſitio ex l. Titia. §. fin. ff. de man. teſt.*
13 *Inter actum & potentiam multa contingunt.*
14 *Confutatio communis ſenſus.*
15 *Reprobatur Alciati animaduerſio.*
16 *Locus dicti §. eget caſtigatione.*
17 *Corrupti loci caſtigatio verum ſenſum inducit.*
18 *Ratio dubitandi ad illum §. finalem.*
19 *Legatum libertatis non eſt magis fauorabile, quàm legatum aliarum rerum, quantum pertinet ad onus implendi conditionem.*
20 *Quotidianæ quæſtionis deciſio.*
21 *Actus non eſt purus ex verbo futuri temporis.*
22 *Verbum perſequor latè diffunditur.*
23 *Sordida farrago interpretationum eſt deteſtanda.*
24 *Petitio iudicialis & extraiudicialis.*
25 *Petitio extraiudicialis quædam eſt licita, & quædam eſt illicita:*
26 *Nullus debet ſui ipſius eſſe iudex.*
27 *Alia differentia petitionis iudicialis, & extraiudicialis.*
28 *Petitione extraiudiciali præſcriptio interrumpitur.*
29 *Iudicialis petitio quædam legitima, & quædam illegitima.*
30 *Obligatio eſt mater actionis.*
31 *Officium iudicis eſt loco actionis.*
32 *Diſtinctiones officij iudicis à Bartolo inuectæ, hic confutatæ ſunt, quòd iuris prudentiæ non afferant lumen.*
33 *Actio, & iudicis officium differunt.*
34 *Qui actione eſt priuandus, non debet carere actione, quæ ſummam habet æquitatem.*
35 *Differentiæ inter officium iudicis, & actionem.*
36 *Prætoriæ actiones, nonnunquam ſunt contra iuris ſubtilitatem.*
37 *Morſus imperitorum aduerſus imperatorem Iuſtinianum.*
38 *Defenſio imperatoris.*
39 *Balduinus quid ſentiat.*
40 *De verbo Debetur.*
41 *Conſideratio Balduini parum eſt tuta.*
42 *Vera dubij enucleatio.*
43 *Vera ratio, quare ad reales extendatur diffinitio actionis.*
44 *Literæ De deſiſtat, ex quo genere actionis deſcendant.*
45 *Error Placentini, & illius ſepultura honorificentiſsima.*
46 *Vide an actio ſit inſtar argumenti dialectici.*
47 *Inſtar ſyllogiſmorũ actiones ex factis colligũtur.*

Actionũ

48 *Actionum formulæ ſunt ſublatæ.*
49 *Nomen actionis non eſt exprimendum.*
50 *Quare locus à coniugatis non valeat.*
51 *Pro mortuis monachi habentur.*
52 *Agere & facere ex Laurētio Valla in quo diffe-rant.*
53 *Lapſus eſt Petrus de bellapertica.*
54 *Diffinitio actionis cauſſam continet interdictorū.*
55 *Interdicta ſunt poſſeſſoria.*
56 *Actio genus eſt reſpectu interdictorum.*
57 *Interdicta ſunt ſpecies actionum.*
58 *Alia interdictorum differentia.*

ET quia omnis inſtitutio, quæ à ratione ſecundùm Tullium ſuſcipitur, debet à diffinitione proficiſci, vt intelligatur ea
1 res, de qua futura eſt diſputatio: † expedit igitur actionis diffinitionem apertius enucleare. Actio nil aliud eſt, quàm ius peſequēdi in iudicio quod nobis debetur. Quæ diffinitio ex Celſi reſponſo quæſita eſt, l. nil aliud eſt ff. de act. & ob. Iuris verbum in ea poſitum, loco generis eſt: ſi quidem iura ſunt infinita, quæ prorſus ab actiōe ſunt diſtincta, vt obligatio, §. j. ſuprà, de ob. Nec prætereundum eſt ſub ſilentio, ius eſſe æquiuocum, & pluri-
2 bus dici modis, l. pe. ff. de iuſti. & iu. † Sed in præſentiarum ius eſt quædam ciuilis facultas hominibus conceſſa: in qua ſignificatione Caius eſt eo verbo vſus in l. j ff. eo quod cer. loco. Ex quo ine-
3 pta non eſt illatio. † aliam eſſe contractuum naturam, & aliam actionum. Contractus enim ſunt facti, l. conſilio. in fine. ff. de curat. furio. actio autem eſt ius. Et licèt contractus, actionum ſint cau
4 ſæ, §. ij. infrà eodē: non tamen eſt ſequens. † facti actiones eſſe: quia ius ex facto naſcitur, l. ſi ex plagis. §. in cliuo capitolino. ff. ad legē. Aquiliam Eruenda eſt igitur opinio quorundam philoſophaſtrorum, quorum imperitia in reprehendēda diffinitione imperatoris manifeſta exiſtit, aſſerentium facti actionem eſſe debere: cùm cauſſæ illius, puta contractus, ſint facti: quam illationem iura noſtra ſemper repudiauerunt. Nec illud eſt perpetuum, quòd effectæ res in eadem ſint qualitate cum cauſis vnde naſcuntur. Bartol. naturali ratione ſuffultus, in l. conſtitutionibus. ff. ad municipales. Nec etiam in philoſophia illud eſt ad-
5 mittendum, † cùm cœleſtia corpora, omnium ſint cauſſæ inferiorum: & tamen inferiora, ſuperiorum naturam non ſequuntur, vt ſatis notum exiſtit. Alterum quòd ex hoc genere diffinitionis verè decidi poteſt, ſi municipali lege diſpoſitum fuerit, vt qui nocte armis impetum excitauit pœnæ loco, omnis iuria patiatur defectum is qui commouit impetum: ſi quas ante actiones habuerit, experiri non poterit. Nam iura amiſit, quorum appellatione actiones continentur noſtro
6 §. † Nam ſtatutorum iura, omnibus factis accommodanda ſunt, ſi verborum proprietas in aduerſum non pugnauerit. Bartolus in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure argument. leg. tertia. §. hæc verba. ff. de negotiis geſtis. Sed iſtud nudè poſitum, & ſimpliciter aſſertum, verum minimè crediderim, ſi actio illi qui paſſus eſt, impetum competens magis naturali æquitate, quàm ciuili iure introducta fuerit. In qua ſpecie actionis commodo carere non debet, lege ſi mandauero tibi. §. is cuius bona ff. mandati: licet nos olim Tholoſæ illius. §. nouo ſenſu intelligentiam illuſtrauerimus. Non enim debet eſſe poſitus in deteriori conditione,
7 quàm deportatus: † quem vtilitates iuris naturalis amittere leges non patiuntur, lege quidam. ff. de pœnis. Siquidem in primordiis hu-
8 ius operis oſtenſum eſt, † actiones æquitate naturali corroboratas, magis à iure gentium, quod naturale dicitur, §. ſingulorum. ſuprà. de rerum diuiſione, quàm à ciuili habuiſſe ori-
9 ginem. † Eſt autem fructuoſum in principio huius diffinitionis, animaduertere dictionem Nihil aliud, vim habere poſitiuam (vt ita loquar) eius facti aut accidentis, quod Niſi & Præter dictiones excludunt: de quorum proprietate plura coaceruauit Bartolus in lege a ctione C. de tranſactionibus. & in lege eum qui §.
10 qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. † Nam vt breuiter abſoluam, alius eſt vſus illarum dictionum, quando affirmatiua eſt oratio: & alius quando eſt negatiua. Nam ſi negatiua fuerit præcedens oratio, Niſi, & ſimiles voculæ, ſunt actus poſitiuæ, lege actione. in fine. C. de tranſactionibus. vt tutor cum adoleſcente tranſegit ſuper actione adminiſtratæ tutelæ, nulla actione contra placitum tranſactionis venire poteſt, niſi ſuper dolo. Igitur ſi tutor perfidè in adminiſtratione verſatus fuerit, poterit agere adoleſcens de dolo: in qua ſignificatione debet accipi in regulis iuris. Non dimittitur peccatum extra, de regulis iuris. Si verò affirmatiua præceſſerit oratio poſt Niſi, aut aliam ſimilem particulam, facilè oratio incluſa negatiua eſſe debet, dicta lege actione, in fine. C. de tranſactionibus. Sed huius diuerſitatis ex præceptionibus
11 Dialecticorum eſt inueſtiganda ratio. † Nam oratio præcedens dictionem excluſiuam, oppoſita eſt ei quæ ipſam tacitè ſequitur. Idcirco ratione contrarietatis ſeu oppoſitionis, quando vna aliquid ponit, altera illius aſſertionem ne-
12 gando deſtruere debet. † Sed huius variæ & multiplicis ſignificationis vſum videtur eneruare lege Titia. §. fin. de manu. teſta. vbi præcedente negatione Niſi non ponit, nec affirmat, ſed adimit & deſtruit: vt, Oneſiphore liber ne eſto, niſi rationes diligenter reddideris: magis eſt adempta, quàm data libertas. Ad cuius contrarii ſolutionem Iaſon, Barto. Dinus, in locis ſuperioribus miris modis ſeipſos atque lectores ſuis commentariis conſecratos excruciarunt. arbitrati ſunt illi authores illud verbum, Ne eſto, non referri ad actum, ſed ad potentiam, cùm ſit temporis futuri: ita vt verbi legatum concipientis, ſit intellectus: quòd rationibus diligenter excuſsis, Oneſiphorus non ſit liber, ſed quòd liber eſſe poſ-
13 ſit. † Inter actum & potentiam multa contingunt. Sed hîc ſenſus facilè confutari poteſt:
14 † quia ſi in prædicto §. redditis rationibus Oneſiphorus poſſit eſſe liber, non igitur eſt adempta libertas, vt inquit Iuriſconſultus: ita nec eſt data. Quare non eſt verum, quòd Niſi ponat potentiam: deinde falſum eſt, quòd Eſto verbum futuri temporis, non ponat actum. Nam ſi ita legatum fuerit: Si in capitolium non aſcenderis, liber eſto. Si poſſit aſcēdere in capitoliū, & non aſcenderit, non tantùm poteſt eſſe liber,

ſed

ſed etiam eo actu verò impleto liber erit,l.liber-
tas.§.j.ff.de manumiſſ.teſt. Non igitur eſt verum
quòd temporis futuri verbum non ad actum,ſed
15 ad potentiam referatur.†Cæterùm magis eſt pro
bandus intellectus Alciati in quinto Paradox.c.
iiij.cùm arbitratur Iureconſultum decidere his
verbis.Niſi diligenter rationes excuſſeris,nõ mo-
dum,ſed conditionem ſignificari: quæ illius §.e-
rat ratio dubitandi, quia ſi niſi particula modum
referret,etiam ante excuſſas rationes potiretur li
bertate.Modus enim actum non ſuſpendit,l.qui-
bus diebus.§.Termilius.ff.de cond.& demonſtr.
Per locum ab oppoſitis eſſet ſenſus, Vt rationes
diligenter excutias,eſto liber.Sed placet Iurecon
ſulto ex mente Alciati, potius ad conditionem,
quàm ad modum illa verba pertinere. Sed hæc
Alciati explicatio côuelli poteſt ex verbis Iurecõ
ſulti, cùm dicit adimi libertatem magis quàm
dari:quia ſi illis verbis non modus, ſed conditio
ſignificatur, libertas non videtur adempta, cùm
conditio,poſtquàm aduenerit,actum ponat,l.ce-
dere diem.ff.de verborum ſignificationibus: qua-
re illud non eſt legem genuina explicatione in-
terpretari,ſed ipſius ſenſum longè implicatiorem
16 cum quadam calumnia reddere. †Credo ergo,vt
difficultatem diluamus,illud Sceuolæ reſponſum
17 eſſe impurum,mutilum,& corruptum:†longè a-
liter eſſe legendum(olim enim ad manus noſtras
vetuſtiſsimum exemplar delatum eſt) his verbis:
Oneſiphore,ſi diligenter rationes non excuſſeris,
liber ne eſto: qui ſenſus luce ſolis meridiani eſt
clarior. Quod apertè demonſtrat, illum ſeruum
non poſſe eſſe liberum niſi rationibus diligenter
excuſsis. Nec me ab hac lectione facit abhorrere,
ſi oppoſueris,l. illam dubio prorſus carere, pro-
pter quod leges ſunt conditæ, l. quod Labeo.ff.
18 de Carbon.edict.†Sed in eam ſpeciem(me iudi-
ce) faciebat dubium fauor & incredibilis gratia
libertatis, propter quam ſe contempſerunt iuris
ſubtilitatem nomothetæ, l.generaliter. §. ſi quis
ſeruo pignori dato.ff.de fid.libert.cum hæres.§.fi.
ff.de ſtat.liber. Nam licet ſecundùm communia
iuris præcepta, actus ſub conditione conceptus,
non inducat diſpoſitionem ante illius aduentum,
in gratiam tamen libertatis, ſeruum Oneſiphorũ
credibile fuerit ſtatim eſſe liberum, licet ſit his
verbis ei relicta libertas:Oneſiphore,ſi diligenter
rationes non excuſſeris,liber ne eſto. Ratio eſt,
19 †quia licet plurimum faueatur libertati, legatũ
tamen libertatis,ſicut aliarum rerum,ſub condi-
tione relictum non parit ante aduentum condi-
tionis diſpoſitionem;vt teſtis eſt ille titulus. ff.de
ſtatu.liber.Vide igitur quàm excruciabiles labo-
res reſp. Scæuolæ corrupta lectio interpretibus
noſtris attulerit. Nec poſſunt tendere inſidias cõ
tra hanc lectionem illa verba magis adempta;
quorum verborum adiectione,falſos demonſtra-
uimus aliorum intellectus. Ad quod argumẽtum
manifeſta ſuppetit ſolutio, quia licet non ſit verè
adempta libertas, quaſi adempta videtur; quia ſi
Oneſiphorus defecerit conditione, quod rationes
non excuſſerit,liber non erit. Et quia frequentius
contingit ſeruos iuſſos reddere rationem, id non
facere quàm conditioni obtemperare: arg.l.cum
ſeruus.ff.de condit.& demonſtrat. Ideò dixit,Ma
gis eſt adempta quàm data libertas. Et ita Scæuo-
lam voluiſſe,& verbis & mẽti ipſius eſt maximè
20 conſentaneum.†Hinc eſt orta occaſio decidendi
vulgarem quæſtionem: Promiſiſti nulli alij quã
mihi vendere. An licet nulli vendere velis, mihi
tamẽ vendere fueris aſtrictus:an mihi non ſis ob
noxius niſi alteri vendideris. Et in hoc themate
verè exiſtimauerunt lectores, verba quæſtionis
eſſe inſpicienda.Bart.in l.eum qui.§.qui iniuria-
rum.ff.ſi quis caut.non obtemp. Dinus in regula
iuris,Peccatum non remittitur.extra de regulis
iuris. Nam ſi in quæſtione adiectum ſit verbum,
Poteſt aut verbum aliud, quod ſit facultatis, &
non actus,directè tibi non teneor vendere. Ve-
rùm ſi alij vendidero me tibi obligatum habes ad
id quod tua intereſt,l.ſi ſterilis.§.penul.ff.de act.
21 emp.†Ratio eſt,quia ex verbo poteſtatis,aut tẽ-
poris futuri,non infertur pura & abſoluta obliga
tio,ſed ex ea ſtipulatione tantùm tibi eſſe acqui-
ſitum ius prælationis,ſi rem venũdare propoſue-
rim.Quod ſi ſtipulatio verbo actus,aut præſentis
temporis concepta fuerit, ex ea promiſsione con
feſtim potes agere,licet rem venalem non habue-
ro,vt promitto nulli vendere niſi tibi. Huius au-
tem diſtinctionis non obſcura eſt ratio:quod ſti-
pulatio ſeu promiſsio pura & abſoluta actum p-
creare illico debeat, l.liber homo.§. decem.ff.de
verb.oblig. Sed iam reliquum eſt vt progredia-
mur ad alia verba diffinitionis. Inquit Impera-
22 tor,perſequendi:†quòd verbum latiſsime diffun
ditur: omnes enim actiones perſonales, reales, tã
ordinarias petitiones,quàm extraordinarias com
plectitur,l.pecuniæ verbum.§. perſequutionis.ff.
de verb.ſig.Nec tam ſtrictus eſt hic vſus perſequu
tionis,vt pœnales etiam non contineat. Sunt e-
nim actiones perſequutoriæ,ſecundũ genus quod
dam:aliæ verò pœnales: de quibus in §. ſequens,
infrà eodem titulo. Sed in hac diffinitione actio-
nis, verbum perſequendi latius acceptum, vtran-
que ſpeciem complectitur: & perſequutorias, &
pœnales actiones,d.l.pecuniæ verbum.ff.de verb.
23 ſignifi.† Non minus graue, quàm moleſtum eſſe
putaui ſarcinã hic enumerare eorum, quæ in hoc
§.Petrus Perticenſis ineleganter & inconditè ſar
cit. Et quia genus & differentiæ integram diffi-
nitionem & perfectam conſtituunt, vt ſit actio,
ſufficere non videtur ius perſequendi: ſed tale ius
in iudicio eſt proponendum, quàm multiplicem
in hac facultate noſtra ſignificationem Iudicium
24 verbum habeat.†Hic eſſet faſtidioſum recitare,
cùm ſcholiaſtes Accurſius omnes ferè collegerit
modos in §.prætereà.& ſuprà,quib.nõ eſt permiſ.
fac.teſt.& adiunctam eam dictionem diffinitio-
ni putauerim,vt ſit differẽtia inter petitiones ex-
traiudiciales, & eas quæ in iudicio exercentur.
Extraiudiciales enim, actionum verbo non ve-
niunt,& proptereà quod in iudicio non mouen-
25 tur:†& hæ ſunt duplicis generis,quædam licitæ:
vt cùm noſtrum debitorem ſe ad fugam præpa-
rantem,propria authoritate nos deprehendere le-
ges ſinunt,l.prætor ait.§.ſi quis debitorem.ff. quæ
in fraud.credit.aut cùm quis iudice non ſedente
pro tribunali,impuberibus tutorem petierit, li-
cet apud magiſtratum petatur, l.muto. §.tutoris
dano.ff.de tutel. Quædam autem extraiudicia-
les,ſunt illicitæ: vt ſi quis à debitore minimè fu-
gitiuo, extra iudicium per vim debitum extor-
queat, hæc illicita & legibus inimica eſt petitio:
propter quam exactionem tam temerè factam
debito creditor cadit ex edicto Diui Marci,l.ex-
26 tat.ff.quod metus cauſ.†Nulli enim in ſua cauſa
licet

licèt ius dicere, tum pcoptec animi perturbatio-
nem, qua erga ſeipſum malè eſſet affectus, vt in
conſtitutione vnica, C. ne quis in ſua cauſa iudi-
cet. tum ob ſcandali & irruptionis periculum.
Prætor enim pati non debet homines ad arma &
rixam ſeipſos committere, l. æquiſsimum. ff. de v-
27 ſufruct. † Eſt deinceps aliud diſcrimen inter pe-
titionem in iudicio propoſitam, & extraiudicia-
lem. Nam iudicialis, eſt coacta, & non volunta-
ria, ſaltem ad partem rei colli:a: iudicia enim fe-
runtur in inuitum, l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de
verbor. oblig. ſed petitiones extraiudiciales, ma-
gna ex parte ſunt in arbitrio & voluntate partim
cùm illic deſiit iudicis imperium, compellens de-
bitorem ſatisfacere iuri actoris, niſi ob potẽtiam
fortioris petitoris: d. l. ait Prætor. §. ſi quis debi-
torem. ff. quæ in fraudem credit. Sunt tamen non-
nũquam vtiles extra iudicium motæ petitiones,
quando illas in iudicio facta alia petitio ſequi-
tur: videlicet vt debitor in moram lapſus per il-
lam interpellationem, l. mora. ff. de vſur. grauio-
rem patiatur condemnationem, d. l. mora. §. in bo
28 næ fidei. ff. de vſur. † Conducit demum petitio
extraiudicialis, vt præſcriptio ſecundùm leges
inchoacta perturbetur: no. in l. vt perfectius. C. de
ann. except. in l. cum notiſsimi. §. j. in verſic. ſed ſi
quis. C. de præſcr. xxx. vel xl ann. quæ petitiones
extra iudicium motæ, ideò actionis nomen non
merentur, quia extra iudicium finiuntur. Vltimo
loco pro abſoluta explanatione noſtræ diffini-
tionis explicanda ſequens eſt dictio, Quod ſibi
debetur: quia in eo verbo relicta eſt differentia
petitionis legitimæ: quæ fit in iudicio à petitio-
ne illicita, quæ fit etiam in iudicio. † Nam quem-
29 admodum ſunt petitiones quædam illicitæ extra
iudicium, quædam etiam licitæ, vt copioſè antè
demonſtratum eſt: ita in iudicio quædam ſunt
licitæ petitiones, quales ſunt quæ in veræ actio-
nis nomine continentur: quædam autem ſunt
illicitæ, vt ſi quis in iudicio fundum petat ſibi
non debitum, aut in quo ius nullum habet: &
ita, tanquam actione carens turpiter reiicitur,
l. ſi pupilli. §. videamus. in verbo, nullam a-
ctionem intendere potuit. ff. de nego. geſt. Ad-
iecta itaque eſt illa dictio, Quod ſibi debetur,
in diffinitione, vt ſepararet Iuſtinianus actiones
ab officio iudicis. Nam quod officio iudicis pe-
timus, actiones remedio nequaquam intentari
poteſt. Iudicis officium nil habet cum obliga-
tione coniunctum, l. qui per colluſionem. §. fi-
nal. ff. de act. empt. † quæ obligatio actioni
30 eſſentiam & originem præbeat ſaltem perſonali,
l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procur. Ideò Ro-
manorum iure ſatis exploratum eſt, vt ex con-
tractu, vel quaſi contractu, maleficio vel qua-
ſi, obligatio oriatur: ex qua perſonalis procrea-
tur actio, ut ſuprà, de obligationibus. Subeſt
tamen interdum ingens æquitas, vt aliquid fiat
aut præſtetur, licèt nullum nos arctet vinculum
obligationis: † quo caſu, vice actionis deficien-
31 tis ad authoritatem conſeruandam legis aut e-
dicti, res officio iudicis eſt præſtanda, l. Quin-
tus. §. Pomponius. ff. de ann. leg. Inſtar enim
vtilis actionis eſt inuentum hoc officium iu-
dicis: quia vt actio vtilis deficiente obligatio-
ne, ob ſummam æquitatem ſæpiſsimè eſt danda,
l. iij. ff. commod. ita non diſsimili ratione, pro-
pter deficiẽtem obligationem (æquitate ſuadẽte)
ad officium iudicis confugitur: dicta l. Quintus.
Vana & inutilis eſt in re præſenti inquiſitio, de
quo iudicis officio hic fari nos oporteat: an mer-
32 cenario, an nobili: † quæ differentiam vtriuſ-
que generis ineptè Bartol. extocquet in l. j. ff. de iu
riſd. omnium iudic. quę vocabulorũ diſtinctio &
diuerſitas non tantùm eſt fictitia, quòd fuerit
præter phraſin ornatam Iureconſultorum in
vulgaribus Commentariis frequenter declarata:
ſed quia nihil, aut parum, legũ puritati eam cõ
ducere arbitratur: & licet varij & innumerabi-
les ſint officij iudicis effectus, illius tamen vnum
eſt genus, quod Vlpianus latiſsimũ eſſe ſcripſit in
lege prima. ff. de iuriſdictiun. omnium iudicum.
Huius commenritiæ officiorum iudicis diſtin-
ctionis accurata confutatio, ad huius tractatus
breuem ſeriem pertinere non videtur. Partes
33 noſtras igitur impleuiſſe videmur, † cùm do-
cuimus actionem ab officio iudicis eſſe differen-
tem. Vnde meritò eſt ſequens, vt ſi lege munici-
pali quis omni actione ſit cariturus, iudicis offi-
cio, ſi ſibi competat aliquod emolumentum, illo
priuari non debet, cùm in odioſo ſtatuto, actio-
nis verbum ad officium iudicis extendi non de-
beat: Alexand. Imol. in lege prima. ff. de iuriſdict.
34 omnium iudicum. † Nam ſicut in præfatione e-
lucidauimus, qui priuandus eſt commodo actio-
num, non amittit id genus actionum, quæ à maxi-
ma deſcendunt æquitate, l. ſi mandauero tibi. §. is
cuius ff. mand. minus officio iudicis, quod æqui-
tate magna fulcitur, vacare debet. vt antè oſten-
ſum eſt plurimis argumentis, dicta lege. Quintus.
35 §. Pomponius, ff. de ann. legat. † Eſt rurſus aliud
in quo ab actione officium iudicis diſtinguitur:
videlicet diuturnitas temporis, aut longitudo vi-
tæ: quia actio ſi ſit prætoria, anno finitur: ſi ve-
cò ciuilis ad triginta annos vſque durat. §. primo.
infrà de perpe. Officium autem iudicis niſi qua-
driennio imploratum fuerit, eſſe deſinit, l. ſuper-
uacaneum. C. de temp. in integr. reſtitut. petend.
Hæc autem ratio inueniri poteſt, quòd materiam
ſatis ſufficientem & perpetuam, vt diutius poſ-
ſit conſiſtere, actio habeat: Barto. in l. j ff. de actio.
& obligationibus. officium autem iudicis non ha
beat, cùm ſola æquitate ſuſtineatur: & quòd ad-
modum breue & curtum ſit curriculum præto-
riæ actionis, ideò factum eſt, quòd prætores vltrà
metas anni, ſua illuſtri dignitate non fungeban-
tur, dicto §. primo. in fine. de perp. & temp. act. &
quòd ſatis fortem & ſubſiſtentem materiam non
36 habeat, † quia ciuilis actio firma & conſtans ef-
ficiatur, præſertim cùm competat interdum con-
tra ſtrictos canones iuris, l. ius autem ciuile. §.
37 prætorium. ff de iuſtit. & iur. † Peruerſi ho-
mines, & noſtri iuris crudeliſsimi hoſtes, hic la-
ceſſere non dedignantur imperatorem contume-
liis, hanc diffinitionem minutam & mancam aſ-
ſerentes: quod hic tantùm perſonalis, & non
realis actio deſcribatur. Nam per realem non
perſequimur id quod nobis debetur, ſed id quod
noſtrum eſt, in lege an & eandem. §. actiones, in
fine, ff. de exceptio. re. iud. & nos copioſè in §. ſe-
quenti referemus. Nam debitum ad perſona-
les actiones, noſtrum verò ad reales refertur.
Huius argumenti calumniam plerique formi-
dantes, perſonalem actionem à Iuſtiniano tan-
tùm, & non realem diffiniri exiſtimauerunt:
nempe quòd ea ſit in foro, quã realis frequentior.

Et

Et Cæſares de his,quæ frequentius accidunt, & non rarò regulas nobis reliquerunt,l.iura conſtitui.ff.de legib.Sed ego vanum hunc timorem, & cadentem in virum non planè reſolutum, crediderim. Et quia licet vehementer vrgeat impoſito rum ratio,artificioſam tamen methodum huius
38 libri non expugnant:† nec ire poſſum in ſententiam illorum qui ſuſtinere auſi ſunt, ab imperatore perſonalem, & non realem eſſe deſcriptam: cùm in iudiciis non minus frequenter in rem quā in perſonam agatur: imò ſit potius rei incumbere,quàm in perſonam agere,§.furti autem. ſuprà. de obligat.quæ ex delict.naſc. Cæterùm tituli,qui ad actiones reales pertinent, non ſunt pauciores, quàm hi qui de perſonalibus actionibus pertractant: vt in Pandectis ampla eſt congeries. Ridiculum igitur eſſet negare imperatorem in circulo huius ampliſsimæ diffinitionis, realem actionem,quæ in omnibus auditoriis curiarum eſt celeberrima,non fuiſſe complexum, cùm paragraphi huius rubricæ communes ſint vtrique actio-
39 ni.†Balduinus,homo in bonis literis impensè doctus,necnon iudex in noſtra hac ſcientia ſatis acutus,vtriuſque actionis genus à Iuſtiniano putat eſſe deſcriptum: quòd generali quadam ſigni-
40 ficatione,verbum †Debetur, omnis actionis cauſam & originem contineat,l.pecuniæ verbum.§. fin.ff.de verb.ſig.vbi verbum Debuit, omnem actionem comprehendiſſe intelligitur,ſiue ſit ciuilis,ſiue prætoria, ſiue fideicommiſsi fuerit perſequutio. Idcirco ſi omnem complectatur actionē verbum Debuit:hîc minimè hæſitandum eſt, vtranque actionē eſſe diffinitam.† Sed author ille
41 longè à vero abfuiſſe videtur, ſi cauſa dominij verbum debet ad realem actionem extendi poſſe iudicauerit,cùm rerum dominia non ſint debita. ſed noſtra: vt clarè liquet Iuriſconſultorùm elegantiſsimis reſponſis,d.l. an & eandem.§.actiones.ff.de excep.rei iud.† Dicamus igitur, ſequuti
42 antiquorum opinionem,actione reali non proſequi id,quod nobis debetur: non ratione dominij quod in actore eſt,ſed poſſeſsionis. Nam qui in iudicio reali experitur, ſe aſſerit, eſſe dominum rei controuerſæ: in aduerſario autem poſſeſsionem eſſe affirmat,l.vnica.C.de alien. iud.mutan.
43 cauſ.l.in rem.ff.de rei vendic.† Non igitur actor in actione reali dominium perſequitur: illud enim habet: ſecus autem excludi poſſet exceptione. Quod petis,intus habes,l.j.C.de re iudi. Sed poſſeſsionem rei, quam aduerſarius detinet,perſequitur: iudex enim in reali iudicio, vincenti actori nullum tribuituri, ſed competens ineſſe declarat,l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.in fin. ff.ſi ſeruit. vendic. Sed cognito actoris dominio iudex poſſeſsionem relinquere iubet reum. Propterea nos
44 practici homines, cauſarum.† De deſiſtat literas appellare conſueuimus. Hanc ob cauſam non temerè defendi poteſt,debitam nobis eſſe poſſeſsionem rei controuerſæ, cùm condici poſsit ipſa poſſeſsio,vt nobis reddatur,l.indebiti.§.ſed ſi nummi.ff.de condict.indeb. Nec debes fieri attonitus, ſi opponat quiſpiam poſſeſsionem dici non poſſe debitam,cùm in dominum & poſſeſsionem nulla præceſſerit obligatio ob nullum præcedentem contractum. Aut quaſi verum hîc obex hanc cogitationem conuellere non poteſt:quia quodam iuris figmento,rei alienæ detentor reſpectu poſſeſsionis cum domino videatur cōtrahere, licet cō-

ſenſus deficiat,cùm ad quaſi contrahendū vtriuſque voluntas non ſit neceſſaria. Huic rei argumento eſſe poteſt: cùm quis ſine mandato abſentis negotia gerit,ex quaſi contracto tenetur,quāuis ille non conſenſerit,§.j.ſuprà, de oblig.quæ ex quaſi contract.naſcunt.& l.j.ff.de negot.geſt. Idcirco cùm Iureconſultus in d.l.indebiti.§.ſed ſi nummi.affirmet poſſeſsionem poſſe condici. Ad dandum igitur agi poteſt, quia rem condicimus, quando rem nobis dari poſtulamus.§.appellamus.eodem titulo. Cuius quidem verbi dari appellatio ad obligationes tantùm pertinet,in l.vbi
45 autem non apparet,§.fin.ff.de verb.oblig.†Nec mihi lubet infarcire Placentini deliramentum,cuius facundia & ſingulari eruditione, hæc noſtra legum Academia olim inſtaurata fuit. Extat adhuc vrna cadaueris honorificè apud nos ſepulti. Inquit ille apud Iureconſultos id actionis loco eſſe, quod apud Dialecticos eſt vice argumenti. Nam vt apud Dialecticos argumentum eſt ratio rei dubiæ fidem faciens, ita apud iuris profeſſores ius perſequendi in iudicio quod nobis debetur, non eſt aliud quàm ratio rei dubiæ faciens fidem. Nam ſi quis oſtendere velit iuriſprudentiam rebus publicis eſſe vtilem, ex cauſis neceſſe eſt demonſtrare,hoc pacto:† Scientia quæ ſceleratos
46 homines reprimit,iuuat Reſpublicas:iuriſprudentia malos homines coercet ab improbis facinoribus. Igitur eſt vtilis Rebuſpublicis. Ita ſi velim iudicem docere actionem ex empto mihi contra te competentem, ex præmiſsis colligam neceſſe eſt. Ego tibi fundum vēdidi decem: fundum tradidi tibi: tu verò decem non numeraſti mihi:igitur ex empto teneris,l.Iulia.§.offerri. ff.de actio. empt. Et quemadmodum argumentum non eſt concluſio ſolum,ſed totum ſimul videtur eſſe argumentum,quod ex præcedentibus & præmiſsis propoſitionibus,ſimul & concluſione compoſitū exiſtit:ita eſt ipſum factum,& cōcluſio iuris, quæ ex facto pendet,vim habent argumenti. Sed iſta meræ ſunt nugæ: cùm aliud ſit factum ipſum, & aliud ius,quod ex facto naſcitur,l.ſi ex plagis.§.in cliuo.ff.ad l.Aquil. nec dici prætereà poteſt, totū illud actionem eſſe,quod ex facto de iure reſultat, cùm totus illorum concurſus ſit facti,non autem iuris. Hic autem diffinitur per nomen iuris, non autem facti: vt manifeſtè declarat noſter, §.veri tamen ipſe crediderim, actionem eſſe ius, inſtar concluſionis ex facto dependens. Eſto igitur poſitio veriſsima,actionem eſſe concluſionem argumenti, non autem argumentum ipſum: quia argumentum ex pluribus conficitur partibus inter ſe diſtantibus: actio autem ex ſolo facto producitur,ex quo aliquid dare vel facere conuenit: vt lo-
47 cis ſexcentis euidentius apparet.† Et quemadmodum oratores,qui breuiter & dilucidè in magno hominum concurſu dicunt, ſæpè alteram omittunt præmiſſam partem argumenti, quando epicheremate aut enthimemate ratiocinantur, quod
48 eſt breuis & conciſus ſyllogiſmus:† ita iure pontificum nouiſsimo,ſicut prius patefecimus, integram actionem exprimendi ſublata eſt neceſsitas, ſufficere illis ſanctis patribus placuit, factum ex-
49 actum expreſsè narrare,† ex quo nomen actionis
50 dici poſsit,c.dilecti, extrà,de iudi.† Demum hîc plerique obmurmurant in prima parte diffinitionis,quare à coniugatis hîc locus & argumentum deficiat: cùm agere,facere ſit.§.ſed cum factum.

ſuprà

ſuprà, de ſtipu.ſeru. actio tamen non ſit factum,
ſed ius. Idcirco hic à coniugatis non procedit
argumentum. Quod non fieri Bellaperticenſia
conqueritur: ſed ideò à coniugatia ille author
non valere exiſtimat, quòd alia ſit ratio in vno
coniugatorum, quæ non eſt in alio. Ideò Pla-
centinus, vt antè oſtenſum eſt, putabat ius non
eſſe actionem, ſed argumentum ex facto depen-
dens: quam aſſertionem nos ſuprà, magna ratio-
ne concitati, conſurauimus, licet ἀπὸ τῆς συζυγίας
hic argumentum firmum eſſe crediderit. Sed no-
bis aliter hic eſſe reſpondendum ſuccurrit negá-
tibus agere eſſe facere cùm agere, etſi plurimum
habet facti, iuris tamen plus habet. Cuius rei ar-
gumentum eſt, quia iuris perſonæ incapaces, age-
re nomine ſuo non poſſunt, vt patet ea rubrica.
C. qui leg. perſ. ſtandi in iud. Ita nec monachi age-
51 re poſſunt,† quia ſunt pro mortuis, & quia iuris
ſunt incapaces, in clementi. exiui de paradiſo. de
verborum ſignificationibus. Veroſimile eſt igi-
52 tur, in agendo eſſe plus iuris quàm facti. † Nec
confundenda eſt ſignificatio verbi Ago, cum ver-
bo Facio, vt eruditè Vallenſis, homo in primis di-
ligens in exquirenda proprietate verborum, ar-
guit in ſua Elegantia. Nec nos mouet dictus §.
ſed eum factum. ſuprà, de ſtipula. ſeru. quia cùm
imperator ibi aſſerit, eum factum ſtipulari, qui
ſtipulatur agere, & ire: ſano caret iudicio, ſi quis
autumauerit imperatorem loqui de actu agendi
qui in iudicio exercetur, ſed de actu ſeruitutis
qui in agendo conſiſtit, l. prima. ff. de ſeruitu. ru-
53 ſtic. præd. † Defendi igitur non poteſt error, quo
lapſus eſt Bellaperticenſis in inducẽdo illo §. ſed
eum factum. Eſt igitur contra Petrum aſſeren-
dum, non eſſe denegatam poteſtatem hic ducen-
di argumentum à coniugatis. Demum vt colo-
phonem huic. §. addamus, non erit iniucundum
ſpeculari, an diffinitione prædictæ actionis com-
petant interdicta. Quod autem in claſſe actio-
num non contineantur, duobus argumentis id
conuinci poteſt: vnum, quòd interdicta ſunt in-
ſtar actionum, §. fina. Inſtitut. de interdict. non i-
gitur verbo actionis includuntur. Alterum eſt,
quod peculiaris extat De interdictis titulus. Si-
gnum eſt ergo aliam eſſe naturam interdicto-
rum, & aliam actionum, cùm ſit rubricarum di-
54 ſtinctio. † Ipſi in Petri ſententiam intrepidè in-
clinamus, vt interdicta, ſicut reliquas actiones,
Iuſtinianus diffiniendo deſcripſerit: quia ipſo-
rum remedio perſequimur rem noſtram, aut no-
55 bis debitam. † Nam cùm ſint poſſeſſoria inter-
dicta, §. primo. de interdictis: poſſeſsio autem quã
perſequimur, eſt quaſi debita: ſi quidem in iudi-
cio eam condicimus, l. indebiti. §. numi. ff. de con
ditio. indeb. nunc propulſanda ſunt duo illa ar-
gumenta, quæ modicum ponderis habent. Nam
§. fin. infrà, de interd. loquitur ſecundùm morem
antiquum, ſecundùm quem ab actionibus inter-
dicta differebant. Sed hodie, ſublatis antiquorum
ambagibus, eadem ſupereſt actionum eſſentia cũ
interdictis: & ita eſt immutatum in dicto §. fina.
infrà, de interdict. Minus obſtat ſecundùm de ru-
bricæ interdictorum differentia cum hoc titulo.
de actionibus, quia titulus de interdictis, ad no-
ſtram rubricam actionum eſt particularis: nec eſt
illud recens, quia in Pandectis ſæpè tituli parti-
culares generalem ſequuntur rubricam: vt illum
titulum. ff. de actionibus & obligationibus. vni-

uerſalem ſequitur ille particularis. ff. de actionib.
56 emptioni. Quocirca non ineptè infertur, † hoc
intereſſe inter actionem & interdicta, quod inter
genus & ſpeciem. Omnia enim interdicta, actio-
nis verbo continentur, l. actionis verbo. §. inter-
dicta. ff. de actionibus & obligationibus. Eſt au-
tem differentia inter actiones & interdicta, qualis
57 eſt inter genus & ſpeciem. † Interdicta autem o-
mnia ſunt actiones: non tamen contrà. Eſt rur-
ſus aliud diſcrimen, quia de poſſeſsione tantùm
experimur interdictis, non de dominio rerum, §.
primo. in fine. infrà, de interdictis. Actiones au-
tem omnium iurium cauſa inuentæ ſunt, ſiue de
poſſeſsione agatur, ſiue de alia ref oerit orta con-
tentio, vt quàm plurimis liquet exemplis. De-
mum omnium interdictorum Prætor eſt primus
inuentor: nec aliquod eſt niſi à Prætore datum,
vt initia omnium titulorum oſtendunt ad inter-
dicta pertinentium. Actiones verò quædam ſunt
ciuiles, quædam prætoriæ: denique actiones quæ-
dam ſunt perſonales, quædam in rem ſcriptæ.
58 † Interdicta autem, licet ſint perſonalia, ſunt ta-
men omnia in rem ſcripta, l. prima. §. interdicta.
ff. de interd. De interdictis maiorem diſceptatio-
nem cumulare ad hoc inceptum opus pertinere
minimè ſum arbitratus, cùm de ipſorum poteſta-
te & viribus vberior ſit campus, infrà, de interdi-
ctis: de quorum cognitione ſi non poſsis ſitim
contractam compeſcere, ad eum fontem protinus
& celeriter properabis.

Ad §. Omnium.

SVMMARIA.

1 *Methodus acquirendi diſciplinas.*
2 *Summa diuiſio actionum.*
3 *Argumentum à partili ſufficienti enumeratione.*
4 *Ad tollendum argumentum ſufficit vnam aſsignare inſtantiam.*
5 *Arbitri iuris quales, & cuius generis.*
6 *Cur iudex dicatur vir bonus.*
7 *Arbiter pro iudice delegato nonnunquã accipitur.*
8 *Obligatio eſt mater actionis perſonalis.*
9 *Quæ obligatio eſt mater actionis perſonalis.*
10 *Naturalis ad agendum ſola non ſufficit.*
11 *Singularis opinio à communi abhorrens.*
12 *An in chirographo ſit perfecta obligatio.*
13 *Efficax ratio ex literarum obligatione ab authore traditur.*
14 *Exceptiones ſunt inimicæ actionibus.*
15 *Fortis oppoſitio.*
16 *Sola ciuilis ſine naturali non parit obligationem.*
17 *Plura ſunt neceſſaria ad generationẽ alicuius rei, quàm ad conſeruationem eiuſdem.*
18 *Actus perfectus durat, quamuis ad caſum peruenerit à quo non poteſt incipere.*
19 *Effectus diutius conſeruatur duabus cauſis quàm vna.*
20 *Reprobatur Bartoli paradigma.*
21 *Reiecta communis ſententia.*
22 *Actio nunquam datur niſi vtraque obligatione concurrente*

23 *Tutum non eſt naturalis præceptis artis cõparare.*
24 *Acquiſiti dominij origo.*
25 Deſcriptio tituli.
26 *Modi acquirendi dominia.*
27 *Extrema duo in rei vendicatione.*
28 *Probatio dominij eſt admodum difficilis.*
29 *Suborta difficultas de mixtis actionibus.*
30 *Vtrum ſimplicium appellatione mixta cõtineãtur.*
31 *Quibus caſibus mixta ſub ſimplicibus cõtineãtur.*
32 *Adulterij grauitas.*
33 *Reus multorum criminum magis eſt deteſtandus, quàm vnius tantùm.*
34 *Reprehenſum eſt conſilium Petri ab Auchara no.*
35 *Donatio cauſa mortis, magis eſt propinqua vltimis voluntatibus, quàm contractibus.*
36 *Vtrum actiones in rem ſcriptæ faciant genus diſtinctum ab aliis.*
37 *Quid de mixtis actionibus ſit aſſerendum.*
38 *Omnium rerum originem inſpiciendam eſſe.*
39 *Omnium rerum quædam ſimilitudo.*
40 *Mixtæ actiones non conſtituunt tertiam ſpeciem.*
41 *Differentia actionum realium & perſonalium.*
42 *Secunda differentia.*
43 *Realis actio elephantiaſi morbo comparatur.*
44 *In reali non conſideratur perſona, ſed poſſeſſio & dominium*
45 *Subalterna differentia.*
46 *Tertia differentia.*
47 *Quarta differentia.*
48 *Bona fides non eſt neceſſaria præſcriptioni perſonalium.*
49 *Quinta differentia.*
50 *Noua ratio.*
51 *Sexta differentia.*
52 *Euentus realis actionis eſt vtilior quã perſonalis.*
53 *Caſus q. reblis actionis.*
54 *Septima differentia.*
55 *Quale dominium habet emphyteuta.*
56 *Princeps, dominus vniuerſalis.*
57 *Vtilium actionum genera.*
58 *Vtrùm duplex ſit dominium.*
59 *Dominij diſtinctio confutata.*
60 *Noua vocabula ſine cauſa non ſunt fingenda.*
61 *Regula iuris, Verbum abſolutè prolatum, &c. quomodo debeat intelligi.*
62 *Negatiua oratio habet vim vniuerſalis.*
63 *Emphyteuſis eſt inſtar locationis.*
64 *Emphyteuta non habet in re liberum arbitrium.*
65 *Vtilis actio nullum præſupponit dominium.*
66 *An aliquod dominium per præſcriptionem acquiratur.*
67 *Publica Tholoſæ concertatione vtile dominium eſt confutatum.*
68 *Effectus ſententiæ in actione reali.*
69 *An fructus debeantur officio iudicis.*
70 *Petri reiecta ſententia.*
71 *Fructus pendentes ſunt pars ſoli.*
72 *Fructus iure actionis petuntur.*
73 *Fructuum diuiſio frequentiſsima.*
74 *Verus ſenſus dictæ legis bonæ fidei.*
75 *Verbum vniuerſale reſtringitur ad præcedentia.*
76 *Fructus induſtriales propter laboris mercedem cedunt lucro poſſeſſoris.*
77 *Reprobatur ſententia Petri.*
78 *Ad fructus induſtriales imitatio.*
79 *Natura non daret frugibus incrementum ſine induſtria humana.*
80 *Fructus percipiendi quomodo veniant.*
81 *Coram quo iudice realis actio ſit proponenda.*
82 *Vbi debeat conueniri rei mobilis poſſeſſor.*
83 *Dubitandi ratio.*
84 *De verbo Tenetur, quod dupliciter accipitur ſecundùm Petrum.*
85 *Officium iudicis non præſupponit obligationem.*
86 *Petrus non planè nodum diſſoluit.*
87 *Alia ad dubium interpretatio.*
88 *Quæ erat olim formula libelli in rei vendicatione.*

1 METHODVS † comparandi diſci-
plinas eſt in difiniendo id quod quæ-
ritur, poſitæ deinde ſi illud, poſtquam
in genere quoquomodo deſcripſeris, fuerit
multiplex, in ſpecies certas & præcipuas di-
uidatur: quia acquiruntur ſcientiæ diffinitioni-
bus, necnon perſpicuis rerum partitionibus, &
ſuccinctis. Quare imperator poſt actionis ex-
2 peditam diffinitionem, † ipſam in duo genera di-
ſtribuit: quædam eſt in perſonam, quædam ve-
rò eſt in rem. In perſonam datur contra illum
quem nobis obnoxium habemus, ex contractu
aut quaſi, ex maleficio ſeu quaſi: adde, ſi placet,
ex variis cauſarum generibus, lege prima. ff. de a-
ctionibus & obligationibus. In rem actio com-
petit contra illum, cum quo nullum nos geſsi-
mus negotium, ſed quia rem noſtram detinet.
3 † A partium enumeratione duo eſſe tantùm ge-
nera oſtendit, hoc pacto: quicunque contra a-
liquem experitur, aut cum eo contraxit, vel
quaſi: aut ſuam rem detinet. Si cum eo con-
traxit, aut quaſi, eſt ei obſtrictus: idcirco eſt a-
ctio in perſonam: ſi non contraxit cum eo, ſed
illius rem detinet, in rem agit. In ſummum igi-
tur ſunt duo genera actionum. Ex his ergo pa-
tet quàm ſit efficax in iure noſtro argumentum
à partium enumeratione, in lege à patre furioſo.
ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Quod ita de-
mum validum eſt, ſi omnes partes recenſueris:
4 † nam vnius exceptio argumentum vacillare fa-
cit, argumen. l. nam quod liquidæ. §. finali. ff. de
pen. legat. Huius autem §. principio docent in-
terpretes, actiones eſſe proponendas ſub eadem
forma coram arbitris, ſicut corã iudicibus: quia
licet iuriſdictione nulla antecellant arbitri, ipſa
tamen arbitria ad iudiciorum ſimilitudinem ſunt
redacta, l. prima. ff. de arbit. Arbitrorum omnium
5 non eadem eſt natura: † ſunt enim aliqui arbitri
iuris, quos litigatores ad cognitionem cauſæ ſu-
ſpicionis coguntur eligere, cap. ſuſpicionis. extrà,
de off. & poteſta. iudi. delega. alij verò ſunt com-
promiſſarij: de quibus in his titulis Codicis, &
Pandectarum. Sunt deinceps aliæ duæ arbi-
trorum ſpecies. Quidam ſunt, à quorum ſen-
tentia non licet recedere, ſiue fuerit æqua, ſiue
iniqua

Ioiqua: & eſt, quando à compromiſſo ad arbi-
trium vêtum eſt. Eſt alia ſpecies arbitrorum: ſci-
licet quando perſona comprehenſa eſt, à qua ad
arbitrium boni viri recurſum eſt, aut poteſt recur
ri, l.ſocietatem. §.atbirrorum duo ſont genera. ff.
6 pro ſocio. † Hic aurem bonus vis erit iudex, qoi
ex æqoo & bono, de more booi viri & ſapientis,
cuncta perpender & rimabitur, l.vir bonus.ff.iu-
7 dicat.ſol. † Nec me fugit arbitrum nõnunquam
pro iudice delegaro accipi, gloſ.in dicto §. arbi-
rrorum, perpende. in l.arbitro. ff. qui ſatiſd. cog.
Er quia doæ ſunt actionis ſpecies, in perſonam vi-
delicet, & in rem, l.actionum genera.ff.de action.
& obligar. contemplari hic operæpretiom eſt,
quæ ſit vtriuſque cauſa. Primom de actione in
perſonam diſſeramus, cuius cauſa eſt obligatio,
8 † qũam ideò marrem appellanr, l.licèt.§.ea obli-
gario.ff. de procurat. quæ obligatio ex quatuor
ſcaturit fontibus: nempe ex contractu, ſeu quaſi
contractu, ex maleficio, ſeu quaſi maleficio: ſu-
prà, in titu. de obligationibus. Adeò actionem
in perſonam obligatio gignit & procreat, vt ſi
mecum cum aliquo negotium fuerit contra-
ctum, ex quo nulla fuerit orta obligatio, ſi æquum
eſt rem præſtari loco actionis ſuccurſum eſt per
officium iudicis, l.qui per colluſionem. §.fina.ff.
de actio.empti. aut loco directæ danda eſt vtilis,
l.iij.ff.commod. & antè nos docuimus. † Sed di-
9 ſcutiamus, quæ obligatio fons & origo ſit actio-
nis: nam ciuilis, an naturalis. Naturalis non ſuf-
ficir: alioquin nos diceremus ex pacto nudo a-
ctionem naſci: quod nullo modo perſuaderi po-
teſt, l.iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact.
cùm ex nuda & ſimplici conuentione quis obli-
getur naturaliter, l.quinta.§.imperator. ff.de ſo-
lutio. † Indicium huic ſanè rei eſſe poteſt, quòd
10 donans noo poteſt contra donatarium agere, li-
cèt ad antidora ei naturaliter, obligetur, l.ſed &
ſi ſine lege. §.conſuluir. ff. de perit. hæred. Sola
etiam ciuilis oon ſufficir, ſaltem vt agatur cum
energia, & eo genere actionis, qoæ exceptione eli-
di non poſsit: vt io literatum obligatione, quæ
contrahitur in chirographo non numeratæ pecu-
niæ quæ ciuilis eſt, parir tamen actionem fi-
cto creditori, ſed exceptione non oumeratæ pecu-
niæ eneruatur, §.idem iuris. Inſtit.de excepr. ſed
intra biennium tantùm, l.in contractibus. C. de
11 non numer. pecuo. † Sed ego pcæter interpre-
rum ſeotentiam ſemper ſum opinatus in chiro-
grapho vtranque eſſe obligationem. Dc ciuili
noo eſt dubium, vt eo ritu. Inſtitut.de lit.oblig.
Quomodo naturalis inſit, difficile eſt demonſtra-
re: id tamen verum eſt, quia naturalem obliga-
tiooem conſenſus parit, l.conſenſu.ff.& action.&
& obligar. Ciuilis autem ex legis naſcitur ap-
12 probatione: not. in l. legitima. ff. dc pact. † In
chirographo.non deeſt conſenſus, quia debitor
etediiori ſe ſoluiutum ſcripſit: nec obſtat, ſi di-
xeris debitorem non conſenſiſſe purè, ſed ſub
conditione: videlicet ſi pecunia ei tradita fue-
rit, l. finali. C. de non numeta. pecun. Sed du-
pliciter huic poſitioni minimè officit: quia etſi
intelligatut illa conditio, actum tamen noo ſu-
ſpendit, cùm ſit intrinſeca, l. conditiones ex-
trinſecus.ff.de condition.& demonſtrat. Secun-
dò obex ille conuelli poteſt: quòd illa coo-
ditio in chirographo intelligitur, gratia euiran-
di periurium: vt ea.l. fina.conſtat: ſed propterea

originem obligationis naturalis non poteſt im-
13 pedire. † Altera eſt ratio, & hæc maximè ſuadet,
quòd ante biennium, ſi non numeratæ pecuniæ
exceptio oon fuerit oppoſita, vtiliter & ſine im-
pedimento actio eſt nata, d. l.in contractibus. C.
de non num.pec. vtraque igitur reperitur obliga-
tio. Idcirco ab initio ſcripti chirographi, obliga-
rio naturalis non deerat. Secus eſſet dicendum
ſolo temporis tractu, obligationem naturalem
paulatim generari: quod nequaquam poteſt con
ringere, l.quod ab initio.ff. dc regul. iur. Suſti-
neri igitur poteſt contra placita noſtrorum, in
chirographo vtranque eſſe obligationem, & oa-
turalem, & ciuilem. Eſt tamen verum, quòd na-
turalis hic cum ciuili iuncta, non eſt tam fortis &
14 valida, † propterea quòd eius energia eſt debili-
tata viribus exceptionis ooo numeratæ pecuniæ,
dicto §.idem iuris.inſti. de except. Aliæ tameo a-
ctiones infractæ remaoent & ſtabiles, cõtra quas
15 oulla opponitur exceptio. † Sed contrà inſtabit
ingeoioſus: Facti ſpecies aſsignari poteſt, vbi ſine
naturali obligatione ſola ciuilis etiam eliſa parit
actionem. Nam ſi centum ex iuſta cauſa mihi de-
beas, & pepigero de non petendo, ciuilis eliditur
obligatio, l.ſi vnus ex argeotariis.§. pactus ne pe-
teret.ff.de pact. & naturalis obligatio eſt ſublata
pacto de non petendo, l.Stichum aut Pamphilum
§.naturalis.ff.de ſolutioo. Supereſt igitur ſola ci-
uilis obligatio eliſa: & quòd actionem pariat, id
facillimum eſt demonſtare, quia opponitur ex-
ceptio pacti de non peteodo, dicto §. idem iuris.
Nam cùm vera exceptio, ſit alterius excluſio, l.j.
ff.de exceptio. præcedentem eſſe indicar actionẽ
priuatio ſioe habitu anterioti eſſe non poteſt, lege
decem.de vorborum obligat. Sed ad hanc obie-
ctam contrarietatem reſponſum ſe facilè offert,
16 euodo inficias, † ſolam ciuilem obligatiooem ſi-
ne naturali peperiſſe actionem: quoniam paria
erar actio ex concurſu ciuilis & naturalis obli-
garionis, ante pactum de non petendo. Naturalis
obligatio extincta fuir ſicur diximus, & ciuilis re-
17 maoſit: † quæ licet ſola non ſufficiat ad genera-
tionem actionis, ſola tameo valet ad actionis cõ-
ſeruationem. licet ſit eneruata quæ parta eſt ex v-
triuſque obligationis vinculo. Er id duabus ra-
tiooibus poteſt defendi. Vna, quia actus perfect*
noo extinguitur, licet ad eum inciderit caſum, à
quo non poteſt inchoari, l.à.patre furioſo. ff.de
18 his qui ſunt ſunt ſui vel al.iur. † Quare licet à ci-
uili tantùm obligatione actio naſci non poſsit,
extincta naturali, ad ſolius ciuilis obligationis
permanentem ſtatum (vt ita loquar) poteſt per-
uenire, & deinde conſeruari. Altera eſt ratio: quia
plura ad actus alicuius generationem quàm ad il
lius conſeruationem ſunt requiſita: quod rerom
oaturalium curſus & ordo cœleſtium indicat. Nã
ciuilis & naturalis acceſsio actionem parit: ſola
ciuilis actionem conſeruat, naturali obligatione
penitus extincta, d.§. pactus ne peteret.& ibi Bar.
Nno tamen negauerim actiones ſtrictius conſer-
uari, vtraque obligatione permanente, quàm vna
tantùm. Si altera ſublata fuerir, quia licet ciuilis
ſola actionem conſeruet, naturali obligatione ex
tincta, ipſa tamen actio pacti exceptione rolli po
teſt, d.§ pactus. & §.præterea. Inſtit. de exception.
19 † Et eſt ratio, quia potentior eſt effectus conſer-
uatio, & diutius permanebit ex duabus cauſis,
quàm ex voa taotùm: argumen.§.primo.io auth.

de conſangui.& vter. dummodò non ſit cauſa-
20 rum latè patens inæqualitas. † Non igitur Bart.
metaphora in lege prima.ff.de conditio. indebit.
probari poteſt,vbi credidit aliquando actionem
ſine naturali obligatione ciuilem parere : aliquá-
do naturalem ſine ciuili : vt maximus ille rerum
omnium opifex hominem produxit : ex viro ſi-
ne fœmina : aliquando ſine viro, vt Chriſtum,
hominem factum in virginali vtero: ex ſolo viro,
vt Euam primam mulierem ex illius latere dedu-
xit. Ita actiones aliquando ex ſola naturali, non-
nunquam ex ciuili tantùm ius ciuile effererit,quę
actionum, ſi vera ſit procreatio, annomala & ir-
21 regularis verius appellari poteſt.†Sed ego,vt an-
tè præfatum eſt, arbitror nunquam actionem in
forenſi vſu, & humano iudicio eſſe poſſe, cui eſ-
ſentiam non dederit vtraque obligatio. De ci-
uili minus eſt dubitandum, quam iuris ciuilis.
peperit approbatio: doctor.in lege legitima. ff.de
22 pactis.† actio enim naſci non poteſt,niſi aſsiſten-
te ciuili aliqua conſtitutione, & legitima cauſſa,
dicta lege.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pa-
ctis. De naturali obligatione eſt euidentius, quia
ſi conſenſus præceſsit expreſſa eſt obligatio na-
turalis,l.conſenſus.ff. de actionibus & obligatio-
nibus. ſi tamen non interuenit conſenſus, velut
cùm quis abſentis ſine mandato negotia gerit, l.
23 prima.ff.de negotiis geſtis.†æquitas tamen eo ca-
ſu naturalis loco expreſsi conſenſus, naturalem
pariet obligationem: Barto. in dicta l.Iulianus.ff.
de condi.indeb. Fabuloſum eſt igitur,& fictitium
dogma Bart.in dicta l.prima.ff.de condic.indebi.
Securè ergo potes tueri, nullam actionem ſine v-
traque obligatione generari poſſe. Iam tempus
eſt,vt conſideremus quæ ſit cauſa in rem actionis
dominium eſt cauſa realis, ſicut obligatio perſo-
nalis: dominium eſt ius de re aliqua diſponendi,
& facultas, niſi quis lege prohibeatur : Bartol.in
l.ſi quis vi. §. differentia.ff.de acquirend. poſſeſſ.
quam diffinitionem etſi accommodatior aliàs
reddi poſsit, tamen pro verbi perſpicua intelli-
24 gentia ſufficere non dubitamus. † Modi rerum
dominia acquirendi variis in locis ſparſi ſunt : in
§.ſingulorum .ſuprà, de rerum diuiſi.& ff.de ac-
quiren.rerum domi. Sed proxima cauſa acqui-
rendi rerum proprietates,eſt traditio, l.traditio-
nibus.C.de pactis.& §. per traditionem.ſuprà,
de rerum diuiſ. Sed hoc accipiendum eſt, ſi legi-
timus titulus traditionem conſequatur: quia nu-
da traditione nunquam transfertur dominium.
& nullum parit effectum, l.nunquam nuda. ff de
25 acquiren.rerum dom.†Hic titulum ſolemus ap-
pellare contractum, aut quaſi, quo rerum tranſ-
feruntur dominia, medio traditionis ſubſequuto:
gloſ.in l.cogi.C.de petit.hæred. qui tituli in Pan-
dectis ſunt ſigillatim cõnexi.ff pro emptore, pro
26 ſoluto,pro dote,& ſic de ſimilibus.†Item vſuca-
pione rerum dominio potiri ſæpiſsime ſolemus,
l.vnica.C.de vſuca.transf.& d.l.traditionibus.C.
de pactis. Actione reali experiri volenti duo ſunt
requiſita extrema: vnum eſſe debet in agente, al-
terum in reo actionem patiente: poſſeſsio videli-
27 cet,& dominium: † hoc in agente,illud in reo eſ-
ſe debet,l.in rem.l.officium.ff.de rei vendi.l.vni
ca.C.de alien.iud.mut.cauſ.fact. Succumbet er-
go actor in hoc iudicio,qui non probauerit v-
trumque. Non igitur ſpernendum eſt conſi-
lium Iureconſulti in lege is qui deſtinauit. ff. de
rei vendicat.vbi conſuluit ad rem agenti accom-
modatius eſſe poſſeſſorio, quàm petitorio agere.
28 Non ab aliud exiſtimo ipſe, †niſi quòd dominij
eſt admodum difficilis probatio,& ferè ἀδύνατος
dicatur : Bartolus in lege ſi rem mobilem. ff.de
acquirenda rerum dominium, quia ad dominij
probationem haud ſufficiet eum nominare, à
quo emimus : quia ſi author, à quo cauſam ego
habeo,dominus non fuerit, nec tradendo me ef-
fecit dominum, lege ex empto.ff. de actionibus
emptionibus,lege nemo plus iuris. ff. de regulis
29 iuris. † Sed ante longiorem progreſſum eſt hic
ſpeculandum, ſi diminutè Iuſtinianus hanc di-
ſtributionem actionum conſcripſerit, quòd non
adiecerit aliquas actiones eſſe mixtas:quales ſunt
Finium regundorum, Communi diuidundo, Fa-
miliæque herciſcundæ, de quibus in §. quædam.
infrà,eodem. Sed rectius cogitanti mihi, man-
30 ca & imperfecta non videtur hæc diuiſio : † quia
eo quòd ſunt mixtæ, reales, aut perſonales ſunt:
mixta enim ſub ſimplicibus comprehenduntur:
nota.in lege imperium.ff. de iure omnium iudi-
31 cum.†Tres eſſe vulgò caſus videntur,quibus ſub
ſimplicibus continentur mixta. Vnus, ſi materia
propoſita fuerit fauorabilis: quo caſu ſub ſim-
plicibus mixta cõtinentur,l.ſi ita ſcriptũ eſt.ff.de
li. & poſthu. Alter eſt in verbis quibuſdam op-
poſitionis, vt l.ſecunda. ff. de verborum obliga
tionibus.nam ſub ſtipulatione, quæ in dando &
faciendo conſiſtit, mixtæ continentur, quæ ſunt
in non dando & non faciendo: Vltimus eſt,quá-
do adiicitur dictio vniuerſalis, cuius gratia au-
thorem diſponentem voluiſſe comprehendere,
certiſsimi iuris eſt : vt in noſtro §. cùm Iuſtinia-
nus inquit,Omnium actionum.In odioſis autem
non contineri compoſita ſub ſimplicibus volue-
runt interpretes noſtri,l.vim paſſam.§. præſcrip-
tione.ff.ad l.Iulia.de adulte. vbi crimen inceſtus
adulterio mixtum non tollitur præſcriptione
quinque annorum. Sed mihi ſuccurrit verius di-
cere,vt etiam in odioſo caſu defendamus, de ſim-
plicibus canonem traditum, in rerum mixtura
habere locum. Quid in iure magis eſt odioſum,
quàm exhæredatio, l.cùm quidam.ff.de liber. &
poſthu.& tamen reſpectu exhæredationis, iura de
ſimplicibus loquentia ad mixta veriſsimè perti-
nebunt, lege ſi ita facta ſit exhæredatio:ff. de in-
iuſt.rupt.irr.fact. teſtamen. Pone teſtantem ita
dixiſſe: Si filius naſcatur,exhæres eſto: item, Si fi-
lia naſcatur,exhæres eſto. Si vterque natus fuerit,
ad teſtamenti validitatem exhæredatio firma eſt:
nec faciet nos ſtupidos dicta l.vim paſſam.§.præ-
ſcriptione. nam quinquennij præſcriptio in eo
§. locum non habet in adulterio mixto inceſtui,
non ratione mixturæ aut compoſitionis,ſed pro-
32 pter delicti grauitatem enormem. † Nam adulte-
rium cum inceſtu, grauius eſt quàm ipſum ſim-
pliciter ſumptum, lege ſi adulterium cum ince-
33 ſtu.ff.ad leg.Iuliam de adul. †Quis non magis il-
lum deteſtabitur, qui pluribus delictis cœleſtem
ſuum animum maculauerit, quàm ſi vnico &
ſimplici crimine implicitus fuerit? l.aut facta. §.
ſed hæc.ff.de pœnis. Ex hac vniuerſali præcep-
tione vnus eſt excipiendus caſus, videlicet, ſi in
ſimplicibus ius diuerſum fuerit ſtatutum, mix-
tum aut compoſitum,ad illud ſeipſum flectet ex-
tremũ,in quo præualet:vt ſi l. regia omnes maſ-
culi fuerint iuſsi ad expeditionem militatem

ire

ire,ſi ſit Hermaphroditus,qui primo genitus fue-
rit,& maſculo præualuerit ſexu, legi regiæ obno-
xius erit: ſi verò fœmineo ſexu magis polleat, eũ
regia lege non contineri iuſtius arbitror,l.quæri-
34 tur.ff.de ſtat.hominum. †Quocirca reprobare
poſſum determinationem Pet. ab Anchatano in
conſilio ccclxvj. quæſtionis ex facto contingen-
tis. Si lege municipali non aliter valere fuerit
cautum mulieris contractum, quàm ſi propin-
quorum acceſſerit conſenſus,donatio cauſa mor-
tis à muliere facta, nullius erit momẽti, niſi pro-
pinquis conſentientibus:quia cauſa mortis dona
tio (inquit ille) eſt mixta cum contractibus &
voluntatibus vltimis,l.finali C.de donationibus.
cauſa mortis.not.in lege ſecunda.ff.de dote præl.
Sed (illius venia dictum ſit) non crediderim
propinquorum requiri conſenſum. Nam,vt an-
tè dictum eſt,mixtum illius ſimplicis naturam ſe-
in quo præualebit,dicta l. quæritur.ff. de ſtat.ho-
minum:† Donatio cauſa mortis, magis eſt ſimilis
vltimis voluntatibus, quàm contractibus, licet
35 Bartol.refragrante in dicta l ſecunda.ff. de dote
præleg. Teſtes enim quinque, ſicut in qualibet a-
lia voluntate vltima,ſunt requiſiti, & l. fin.C.de
donat.cauſa mortis. detractio enim Falcidiæ ha-
bet locum,ſicut in legatis dodrantem excedenti-
bus,l.in donationibus.C.ad l. Falcid. verùm non
ſortitur exitum,ſicut vltima voluntas,ante mor-
tis euentum,l.non omnis.ff.ſi certum peta. Igitur
cauſa mortis donatio magis accedit ad vſum &
ſimilitudinem vltimarum voluntatum, quàm
contractuum. Ideò id ſtatutum non habebit in
præcedenti quæſtione locum;ſed de his hactenus,
Tractatu huius §.non videbitur indignum quæ-
rere: an perſonales actiones in rem ſcriptæ, fa-
36 ciant diſtinctam ſpeciem ab his duobus generi-
bus quales ſunt actio.ad exhibendum, l.tertia.§.
eſt autem perſonalis.& §.fin.ff.ad exhiben. vt o-
mnia interdicta,quæ licet perſonalia ſint,ſunt ta-
men in rem ſcripta,l.j.§.interdicta. ff de interdi.
Actio. Quod metus cauſa, non modò contra eũ
datur qui metum incuſsit,ſed etiam contra quẽ-
libet ad ,quem res peruenit,l. metum.§.cum au-
tem,ff.quod metus. cauſa. Partim reales viden-
tur, quòd rem ipſam perpetuò ſequantur, dictis
37 legibus.†Perſonales autem verè exiſtunt, quòd
ex contractibus, aut quaſi contractibus ſeu ma-
leficio naſcantur: vt antè demonſtratum eſt. Sed
ipſi inſanire in hac parte doctores ſuſpicamur,qui
hanc tertiam ſpeciem conſtituunt, meréque ſibi
ſomnia fingunt,cùm ſint ſimplices,hoc eſt,omni-
no perſonales, & non reales nuncupandæ. A
quibus longè aliena eſt actionum realium ſub-
ſtantia : nempè dominium, cuius cauſa in iudi-
cio reali experimur: quod per exempla adducta
ſuperius eſt explicatum. Nam inſpecta origine
contractus,aut quaſi contractus, nil obſtat quin
38 verè perſonales dicantur, † cùm omnium rerum
origo antiqua & initium ſit inſpiciendum, lege
tertia.§.ſcio.ff.de minor xxv.anno.lege damni,§.
Sabini.ff.de dam.infect. Nec me mouet ad con-
ſtituendam tertiam ſpeciem,quòd ſit in rem ſcri-
ptæ: nam quatenus reſpiciunt eum, contra quem
dantur, habent quendam affectum actionibus
realibus ſimilem. Sed non eſt idcirco inferen-
dum eas reales eſſe. † Quid eſt ſub ſole ab alia re
39 e mdiuerſum, quod illius rei aliquam ſimilitu-
dinem non præ ſe ferat? Omnium enim rerum

vna eſſet concloſio, idémque effectus, eadémque
natura, & ſimiles appellationes, ſi rerum inter
ſe ſimilitudinem generalem tantùm conſideres
contra legem, lege ſi quis in fundi vocabulo. in
40 fine primi reſponſi.ff. de legatis primo.†Defende
igitur perſonales, In rem ſcriptas, & ab aliis ge-
nere non eſſe diſcrepantes, conſtituere diſtinc-
tam ſpeciem. Ipſi verò accuratius de his mixtis
ſumus tractaturi in §.quædam.infrà, eodem ti-
tulo. Nunc plaoè cognita vtriuſque actionis o-
rigine & natura, vtriuſque effectus per differen-
tias à nobis ſunt explicandi. Et quia rerum co-
gnitio per differentias acquiritur, veriſsima ea-
41 rum diſcrimina inueniamus oportet. † Primum
itaque diſcrimen erit: Perſonalis contra eum no-
bis datur,qui eſt obligatus eſt contractu,vel qua-
ſi : ex maleficio, vel quaſi : realis verò contra
eum competit, qui rem noſtram detinet, §.no-
ſtro.& ſic duobus extremis continetur, dominio
ex parte agentis, & poſſeſsione ex parte rei con-
42 uenti,l.vnica.C.de alien.iud.mut.cauſ. fact. †Se-
cundum: Perſonalis actio non egreditur perſo-
nam illius qui contraxit, aut cum quo eſt nego-
tium confectum,l prima.§.ſi hæres. ff.ad Trebell.
vbi nec æris alieni perſonalis actio fundum ſe-
quitur,& ſumpta fuit á putrida contagione lepræ
43 à veteribus metaphora: † quia vt & elephantia-
ſis ſemper morbuſum ſequitur, ita perſonalis ac-
tio eum comitatur, qui nexu alicuius contractus
obſtrictus eſt nobis: vt patet noſtro §. Actio au-
tem realis,contra quemcunque poſſeſſorem non
incommodè agitatur,l imperatores.ff.de publ.&
vectigal.† Noſtra enim non refert,qualis ſit qui
44 noſtram rem poſsidet, vt ille reali actione à no-
bis conueniatur,d.l. in rem, & l. officium. Nec
officit,ſi dicas perſonalem actionem egredi illius
perſonam,cum quo nos contraximus: quia datur
contra hæredem illius qui nobis eſt obligatus,l.
pro hæreditariis.C.de hæredi.actio.l. prima. C.ſi
certum petatur. Sed hæc difficultas non eſt ma-
gna,& parum mouet animum noſtrum : quia li-
cet perſonalis actio in hæredem competat, qui
non contraxit, non tamen eſt cenſenda egredi
perſonam illius qui contraxit verè, quia hæres
propè eadem cum teſtatore videtur perſona, §.
45 primo.in authenti. de iureiur.à mor.præſt. † Ex
hoc ergo diſcrimine alia naſcitur differentia,quia
perſonalis actio datur contra ſucceſſorem vni-
uerſalem,qualis eſt hæres, l. viam veritatis igno-
ras.C.locat.non autem contra particularem ſuc-
ceſſorem,lege emptorem.C.loc. realis verò con-
tra quemcunque,ſiue ſit particularis, ſiue vniuer-
ſalis:quia contra eum datur qui rem poſsidet,l.
actionum genera.ff. de actionibus & obligatio-
46 nibus.†Tertium: Magis eſt longæuus curſus per-
ſonalium.quàm realium: quia perſonalis trigin-
ta annis finitur, l. omnes.l.ſicut.C.de præſcript.
xxx.vel xl.annorum.vel niſi fuerit prætoria : quo
caſu vltra annum nõ datur,§.primo.infrà, de poe
pe.& temp.act.l. in honorariis. ff.de actionibus
& obligationibus. realis verò actionis exercita-
tio minus ſpatium habet : quia ſi pro mobili re
competat,tribus annis tantùm finitur, §. & cum
hoc.ſuprà,de vſuc. Si tamen res immobilis fue-
rit, pro qua competit realis, decem annis inter
præſentes,viginti inter abſentes, bona fide & ti-
tulo concomitantibus eliditur, C. de preſcri.lõg.
47 temp.l.vnic.C.de vſuc.transf.†Quartum:c.fina.

extrà, de præſcript. vbi præſcriptio nunquam procedit, ſi quis in aliqua parte temporis ſcientiam rei alienæ habuerit, ad actionis perſonalis præſcriptionem non extenditur: Bart. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. Guido Papa in deciſio. cxcix. veterum congeſsit opiniones. Ratio eſſe fortaſſe poteſt, quia d. c. fin. cùm ſit correptorium de vera loquitur præſcrptione, quæ ſine poſſeſſione curſum non habet, c. ſine poſſeſsione, extrà, de regu. iur. in ſexto. Perſonales verò actiones in nobis ſine poſſeſsione ſunt, cùm incorporalia non poſsideantur verè, l. ſeruus. §. incorporalis. ff.
48 de acquirend. rerum domin. † Igitur bona fides non eſt neceſſaria præſcriptioni actionum perſonalium: alioqui debitor, qui æs alienum contra-
49 xit, rarò, aut nunquam præſcriberet. † Quintum Conteſtatio litis non interrumpit vſucapionem ſuper actione reali, l. ſi poſt acceptum iudicium. ff. de rei vendit. Sed litis conteſtatio, aut interpellatio extraiudicialis, præſcriptionem legitimo modo inchoatam perturbat in perſonali actione, l. cùm notiſsimi. §. imò circa finem. C. de
50 præſcript. xxx. vel. xl. annorum. Ego huius differentiæ rationem, quamuis à nemine fuerit anteà reperta, eſſe exiſtimo: quia pluribus cauſis vſucapio, & fortioribus innititur titulo, & bona fide, l. vnica. C. de vſucapio. transform. Ideò difficilimè eius curſus inchoatus interrumpitur. Sed longiſsimi temporis præſcriptio debilius habet fulcimentum, nempè ſolius poſſeſsionis adminiculum, l. ſi quis emptionis. C. de præſcripti. xxx. vel xl. annorum. Leui idcircò impedimento
51 eius vires inchoatæ interrumpuntur. † Sextum quod ſit vtilius incumbere rei, quàm agere in
52 perſonam: hoc eſt, † euentus actionis realis eſt vtilior, quàm perſonalis, §. furti. ſuprà, de obligationib. quæ ex delict. naſcunt. Ratio eſt: Perſona, contra quam agitur, aut mori nullo ſuperſtite hærede, aut non ſoluendo eſſe poteſt. Inanis eſt actio, quam excludit debitoris inopia, lege nam is. ff. de dolo malo. res autem, de cuius poſſeſsione recuperanda contenditur, non tam repentè deſinere poteſt, maximè ſi immobilis fuerit, † niſi caſu fuerit abſorpta, l. cum omnes. §.
53 finali. ff. de legatis primo. maximè, quia poſſeſſorem quemcunque ſequitur ſpecies huius actionis, d. l. actionum genera. ff. de rei vendic. † Septimum
54 diſcrimen: Perſonalis datur ad dandum, l. vbi autem non apparet. §. finali. ff. de verborum obliga. aut ad faciendum, ſi in contractum fuerit factum l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. Actio verò realis ad reſtituendam rei controuerſæ poſſeſsionem competit, l. qui reſtituere. ff. de rei vendica. Vt nihil intactum nos omittamus, actio in rem, ſimplex non eſt. In duo accidentia diuiditur, quædam eſt directa, quædam eſt vtilis: illa prodita eſt propter eos qui directum habent dominium: quod genus actionis reſpicit ille titulus, ff. de rei vendicat. Et directum dominium vocitant, quòd alterum non aſpiciat dominium altiorem habentem titulum: licet vt dominus qui rem dedit in emphyteuſim, directum habeat dominium, cùm ſuperiorem non agnoſcat: † em-
55 phyteuta verò vtile tantùm, quod ſuperiorem ſe directum dominum cognoſcere teneatur, l. finali. C. de iure emphyteutico. Huic vtilis in rem, illi directa actio non incongruè datur: nonnunquam tamen directus dominus alium directũ, ſed magis potentem reueretur. Sed vniuerſalem
56 quidem, † hac generali recognitione honorifica principem, omnes domini fundorum, tanquam vniuerſalem totius orbis dominum venerantur & obſeruant, lege deprecatio domine Antonine. ff. ad legem Rhodiam de iactu. in lege prima. §. per hanc. ff. de rei vendication. Idcircò princeps habet in rem actionem, pro totius regni adminiſtratione, can. in capitu. intellecto. extrà, de iure-
57 iur. † Hæc directa actio, necnon vtilis difformiter competit: quandoque directa directo competit: vt ſi dominus ſim fundi directus, & tu illum poſsides, directa mihi directo competit, dicta l. in rem. ff. de rei vendicat. quandoque competit vtilis, inquit Pet. Bellapertic. vtiliter, videlicet nõ domino: vt emphyteutæ contra eum qui deſiit poſsidere dolo, lege prima. ff. ſi ager vect. vel emphyteutic. petatur. Eſt enim dominus vtiliter tantùm: & aget vtiliter contra eum qui dolo deſiit poſsidere, qui poſsidere fingitur, vt doli conficti improbitate puniatur. Ideò contra illum agitur vtiliter, lege ſin autem. §. ſed & is. ff. de rei vendicat. aliquando competit vtilis directo: vt ſi fundi ſim ipſe ſuperficiarius, & tu verè illum fundum poſsideas: quare vtilis mihi vtili domino datur, ſed directè contra te, quòd fundum verè poſsideas controuerſum, dicta l. prima. ff. ſi ager emphyteuti. Nonnunquam competit directa vtiliter: vt domino directo contra illum qui deſiit poſsidere dolo. contra quem agitur vtiliter tantùm: qui non poſsidet, ſed fingitur poſsidere, l. tertia. §. fin. ff. de alien. iud. mut. cauſſ. fact. Propterea vtile petitur iudicium: in effectu tamen paria ſunt poſsidere, vel non poſsidere, ſi dolo is
58 deſierit poſsidere, l. parem. ff. de regu. iur. † An ſicut actio in rem eſt duplex ratione dominij, directa ſcilicet, & vtilis: ita duas ſpecies dominiorum diſtinctas collocemus, vtputa directi, & vtilis. Quam diuiſionem ſcriptores noſtri poſuerũt, & ea nixi ſunt probare ex loco coniugatorum, ſi in rem actio datur propter dominium. Ergo ſicut in rem actio eſt duplex, quædam directa, quædam vtilis: quare etiam non erit duplex dominium, directum, & vtile? Nam emphyteuta poſtquam vtili in rem actione, rei amiſſam poſſeſsionem recuperat, dominus eſt non directus: igitur eſt vtilis. Eſt igitur duplex genus dominij, quoddam directum, & quoddam vtile. Nobis tamen ab ineunte ætate cùm ciuilis ſcientiæ ſtudium fuiſſemus auſpicati, hæc dominij diſtinctio pla-
59 cere nequaquam valuit: † multa enim ſunt, quæ ab illa communi ſententia nos abhorrere hortantur, quam memores ſumus ipſi grauiter & accuratè olim fuiſſe confutatam à Ioanne Corraſio patre, eodémque præceptore ornatiſsimo. Primùm in nulla parte iuris quemquam Iureconſultorum legiſſe memini, de verbo vtilis
60 dominij mentionem facientem, cum ad iuris perſpicuitatem quicquam non proſit. † In arte aliqua noua vocabula inuenienda non ſunt, maximè ſi nullum fructum ad intelligentiam afferant: imò (teſte Gellio) tanquam maris ſcopuli ſunt euitanda. Nam ſi quod ſit vtile dominium, id poni in emphyteuta debet, cùm habeat vtilem in rem actionem: & tamen Iureconſultos eum negat eſſe dominum, l. j. §. qui in perpetuum.
61 ff. ſi ager emphy. vel vect. petat. † Nec põt aduerſarios iuuare illinc ſumptũ Brocardi teſtimoniũ, quod

quod verbum abſolutè prolatum, in ſignifica-
tione præſtantiori accipiatur: ita vt iuriſcon-
ſultus dicit emphyteutam non eſſe dominum, in-
telligitur non eſſe directum: vt verbum ſit in
principali ſignificatione acceptum. Hæc regula
(illorum venia dictum ſit) non probatur eo lo-
co, nec eam arbitratus ſum procedere negatiuè,
62 † dictio enim quæ negatiuam ſequitur, ad omnes
ſignificationes debet trahi, & ſuppoſita omnia.
Nam cùm vim habeat vniuerſalis orationis, ſi in
vno ſuppoſito falſa fuerit, penitus eſt reiicienda,
l.ſi is qui ducenta.§.verùm.ff.de reb.dub.quia ſi-
cut qui totum dicit, nihil excipit, l.Iulianus.ff.de
gat.iij.ita qui ſimpliciter negat, credendus de om
nibus dixiſſe: vt ſit idem in propoſito, quod de
oppoſitis negamus, l.fina.§.fin.ff.de legat.iij. Cę-
terùm Iureconſultus in l.ſi vt certo. §.ſi duobus
vehiculum. ff. commod. cùm negat duos inſoli-
dum poſsidere, & eiuſdem rei eſſe dominos, non
ſeparauit directum dominium ab vtili: quod ſa-
nè feciſſet, ſi illa duo genera dominiorum ipſe
habuiſſet in animo. Demum ſi eſſet vtile aliquod
dominium, id maximè haberet poſſeſſor, qui an-
nis triginta rem præſcripſerit cum recta con-
ſcientia ſine titulo: quandoquidem in rem, ſicut
emphyteuta actionem vtilem habeat, & tamen
non habet dominium, l.ſi quis emptionis. §. j. C.
de præſcript.xxx.vel xl.ann. Quod ſi hæc temerè
excogitata ſpecies dominij vtilis ex mente iuriſ-
prudentum eſſet deducta, de illo alicubi verba
feciſſent Iuriſconſulti in illo vaſto & amplo ti-
tulo, ff.de acquirend.rer.dominio: quod nequa-
quam factum eſſe legimus. Deinceps cùm mo-
di ſint plurimi quibus interpretes tutati ſunt,
vtile dominium acquiri, qui inſtar habentur lo-
63 cationis: † vt in emphyteuta, in quo contractus
ipſe locationis eſt inſtar, §.adeò.Inſtit.loc.ſed per
locationem nullum dominium acquiritur, l.non
ſolet. ff. de locat. neque igitur per emphyteuſim
64 ad nos perueniet aliqua ſpecies dominij. † Adde
præterea in emphyteuta, aut alio qui pro domi-
no creditur, non eſſe facultatem de illa re diſpo-
nendi, cùm ſit domini requiſitus conſenſus, l.fin.
C.de iure emphyt. Caret igitur iure dominij, cùm
ipſum ſit facultas perfectæ de aliqua re diſponen-
di, niſi lege fuerit vetitum. Bartol. in l. ſi quis
vi.§.differentia. ff. de acquirenda poſſeſsione. Et
maximum, vt prædixi, quod me mouet, argu-
mentum eſt: nullum eſſe dominium vtile, quòd
ipſius nullibi nec imperatores, nec Iureconſul-
ti, in aliqua parte iuris meminerint: quod ſi
ipſum reuera nouiſſent, ab illis non fuiſſet præ-
teritum ſub ſilentio, cùm illius quæſtio apud
nos ſemper plurimùm valuerit. Nec obſtant ar-
gumenta alterius poſitionis, quia quamuis in
rem ſit vtilis actio non ſequitur quod vtile ſit
65 quoddam dominium: † quia nonnunquam in
rem vtilis datur actio ei, qui nullum habet do-
minium, §. namque ſi cui. infrà, eod. titulo. Qui
à non domino rem emit, ſi à poſſeſsione fortè
ceciderit, directam non habet actionem: vtili
tamen iuuatur, quæ Publiciana in rem actio di-
tur: de qua in libris Digeſtorum latiùs dicitur:
ff.de Publicia.in rem. act. Nec conſtans eſt hic
locus à coniugatis, proptereà quòd verum non
eſt, actionem in rem, vt antè expoſuimus, ratio-
ne dominij competere, cùm in rem Publicia-
na ei, qui nullo modo eſt dominus, competat,

licèt domini loco, aut quaſi habeatur, d.§.nam ſi
cui minùs. Dubitabile eſt illud argumentum,
66 † quòd per præſcriptionem aliquod acquiratur
dominium: not.in gloſſ. in authent.niſi.C.de bo-
nis maternis. directum tamen non acquiritur,
cùm penes antiquum ſit dominium, l. ſi quis
emptionis. C.de præſcript. xxx. vel xl. ann. Sed
hæc ratio nullum aut modicum impetum agi-
tat: quia aut eſt vſucapio decem aut viginti
annorum cum titulo & bona fide: quo caſu do-
minium acquiritur, l.tertia, ff.de vſucap.non vti-
le, ſed verum & directum, l.traditionibus. C. de
pact. Si tamen eſt præſcriptio longiſsimi tempo-
ris, non crediderim dominium aliquod eſſe par-
tum: nec hæret animus meus, ſi obiicias ei, qui
bona fide triginta annis rem præſcripſerit vtilem
in rem dari, ſi quis emptionis. §. primo. C. de
præſcript.longiſſ.tempo. quia ex eo dominij vti-
lis acquiſitio non non infertur, licèt vtiliter, qui
præſcripſerit, agere poſsit. Conſtans igitur & fir-
ma eſt poſitio, quòd nullum eſt dominium vti-
67 le, omnéque eſt directum: † quam intentiſsimis
neruis in conſpectu ſummorum virorum Toloſæ
ipſi defendimus, cùm de centum quinquaginta
ambiguis quæſtionibus tàm affirmantes, quàm
negantes, per totam hebdomadam interrogati
68 reſpondiſſemus. His dilucidè explicitis, † con-
uenientiſsimum eſt docere, quæ ſint ſecundùm
naturam realis actionis adiudicanda. Primum,
quòd ad illius naturam attinet, eſt, vt in hoc
iudicio ad rei reſtitutionem controuerſæ, illegiti-
mum detentorem condemnet iudex, l.officium.
ff.de rei vend. Illius item ſunt partes, vt ſi poſſeſ
ſor rei iudicatæ nolit obtemperare, illum manu
militari compellere poſſet, l.qui reſtituere. ff.de
rei vend. fructus item veniunt, l.fructus.ff.de rei
69 vend. † An autem fructus in rei vendicatione
ſint reſtituendi ex natura actionis, an officio
iudicis, Petr. Bellaperticu reiecta veterum ſen-
tentia exiſtimauit fructuum condemnationem
ſequi in hoc iudicio, non iure actionis, ſed iudi-
cis officio: cum iure actionis tantùm ſequitur
condemnatio: quæ ſunt de natura ipſius con-
tractus, ex quo actio ipſa proficiſcitur, l. venditi.
C.de act. empt. Fructus autem & eorum æſti-
matio, quibus res facta eſt deterior, extra natu-
ram ſunt rei vendicationis, cùm iudicis veniant
officio, l.non ſolùm. in ij reſponſo. ff.de rei vẽd.
Ideò fructus non poſſunt iure actionis peti. ſed rei
principalis ſequuntur condemnationem. Ipſe
tamen in penetralibus animi mei receptus: † poſt-
70 ea putaui iure actionis fructus in rei vendica-
tione eſſe reſtituendos: fructus enim rei prin-
cipalis, acceſſorij ſunt, l.fructus pendentes. ff. de
rei vendicatione. Acceſſorium natura eſt, vt
principalium omnium cauſam ſequantur: c.ac-
ceſſorium.de regul.iuris.in vj. l. eos. C. de vſur.
Quare ſicut res principalis actionis iure peti-
71 tur, † ita & fructus illius ſequuti naturam, a-
ctionis iure non inutiliter peti debent: fundi pars
eſſe videntur, maximè ſi ſint pendentes, dicta l.
fructus pendentes. Fructus præterea ipſis rebus
accepto feruntur, l.in fideicommiſſaria. ff. ad
Trebellianum. Addito rurſus quæ officio iudi-
cis veniunt, ea non petuntur iure actionis, l.
qui per colluſionem. §. fina. ff. de actio. empt.
fructus autem rei vendicatione, ſicut res prin-
cipalis, veniunt in iudicium, l.domum. C.de rei
vendicat.

vendicat. Nec obſtat, quòd tantùm ea iure actio-
nis veniant quæ ſunt de natura contractus. † Vn-
de actionis nomen deſcendit, cùm fructuum peti-
72 tio ſit de natura dominij), quod rei vendicatio-
nem parit, d.l.domum. C. de rei vendicat. Et id
claſsis oſtendit eorum, quæ enarrantur in tit. ff. &
C. de rei vendicat. Leges enim in illis inſertæ ſunt
tam de fructuum reſtitutione, quàm ipſius rei
principalis. Non igitur officio iudicis eos perſe-
quimur. Sed hæc fructuum adiudicatio paulò al-
tius eſt pertractanda. † Aut enim ſunt fructus
73 pendẽtes: quo caſu peti poſſunt, quòd rei pars eſſe
videantur, l. fructus pendentes. Si verò fructus
ſunt ſeparati: aut eos percepit poſſeſſor, aut non
percepit, ſed percipere eos potuit: ſi illos percepit,
aut ſunt naturales, vt poma & caſtaneæ: eorum
reſtitutione tenetur etiam bonæ fidei poſſeſſor, l.
fructus. ff. de vſuris intellige ſi extent. Sed d.l. fru-
ctus. ff. de vſur. contraria videtur leg. bonæ fidei.
ff. de acquir. rerum domin. quæ determinat non
tantùm bonæ fidei poſſeſſoris fructus eſſe, quos
ſua diligentia percepit, ſed etiam omnes. Vult er-
go omnes fructus tam naturales, quàm induſtria-
les, cedere lucro poſſeſſoris bonæ fidei, l. fructus
contra. † Sed verbis d. l. bonæ fidei ſubtiliter
compræhenſis, non exiſtimo Paulum Iurecon-
74 ſultum in ea lege continuiſſe naturales fructus,
quorum commoditas ad dominum ſemper ſpe-
ctat, d.l. fructus. Nec obſtãt illa verba, non tan-
tùm eos, qui diligentia & opera eius prouenerũt,
ſed etiam omnes. Non intelligas omnes, ſupple
naturales, ſed omnes qui ex alterius diligentia
prouenerunt. Quorum verborum hic erit intel-
lectus: fructus bonæ fidei poſſeſſoris ſunt, non tan
tùm illi qui ex eius induſtria, ſed etiam omnes,
qui alterius diligentia ſunt percepti. † Nam vni-
uerſale illud verbum, Omnes, reſtringitur pro-
75 pter dictiones, quæ illud antecedunt. not. doct. in
l.j. C. de ſumma trinit. & fid. cath. arg. l. ea tamen
adiectio. ff. de legat. iij. Quòd ſi naturales illi fru-
ctus conſumpti ſunt, ſi malæ fidei poſſeſſor eos
conſumpſerit, eorum reſtitutioni eſt obnoxius,
quòd eos dolo deſierit poſsidere. Paria enim ſunt
quem dolo deſiiſſe poſsidere, & poſsidere verè, l.
parem. de regul. iur. quoniam licèt rei vẽdicatio
tantùm contra poſsidentem detur, d.l. vnica. C.
de alien. iud. mut. cauſ. fact. contra eum competit
etiam qui dolo deſiit poſsidere, l. ſin autem. §. ſed
& is. ff. de rei vendic. cùm propter doli improbi-
tatem fingatur poſsidere. Quòd ſi à poſſeſſore bo
næ fidei fuerint conſumpti, in eum nulla datur
actio, quia illos non deſinit dolo poſsidere: niſi
fortè dicas eum factum illorum vſu locupletio-
rem. Nam ad illorum æſtimationis reſtitutionem
eum æquitas naturalis teneri iuſtiſsimè ſuadet,
arg. l. ſi & me & Titium. ff. ſi cert. pet. cùm boni-
tas naturalis quenquam non patiatur cum alie-
na iactura locupletari, l. nam & natura æquum
eſt. ff. de condict. indeb. Nunc de fructibus diſſe-
rendum eſt induſtrialibus, quales ſunt qui per in-
duſtriam hominum, terræ fœtu profunduntur: &
refert qualis ſit is qui illos percepit, an ſit bonæ
fidei poſſeſſor, an malæ: ſi bonæ fidei ſit poſſeſſor,
ſiue ſint conſumpti, ſiue extent, non ſunt reſtituẽ-
di: † quia ſuos facit propter mercedẽ laboris cul-
76 tus & induſtriæ, d.l. bonæ fidei. ff. de acquiren. rer.
dom. §. ſi quis à non domino. Inſtit. de rerum di-
uiſ. Si tamen extant, Petrus eos fructus oportere
reſtitui officio iudicis eſt author, §. illorum. infrà,
77 de offic. iudic. † cuius ſententia vera non eſt, d.l.
bonæ fidei. nec illius aſſertionem corroborat ille
§. cùm contrariam poſitionem potius probare vi
deatur. Eſſet enim maximè iniquum, labores alie-
nos atque operas, cum maxima laborantis agrico
læ incõmoditate, domini fundorum emolumen-
to cedere. Non igitur reſtituentur officio iudicis
quòd nullibi citra maximam iniquitatem obſer-
uari poteſt, l. quod ſi Epheſi. §. fina. ff. de eo quod
certo loco. Quòd ſi malæ fidei poſſeſſor ſit is, qui
fructus percepit induſtriales, omnes noſtri iuris
antecesſores voluerunt, in l. ex diuerſo. ff. de rei
vẽdicat. ad eorum reſtitutionem teneri, l. certum.
C. de rei vendicat. vbi certum eſt malæ fidei poſ-
ſeſſorem omnes fructus ſolere præſtare. Igitur
præſtabit etiam induſtria acquiſitos, cum dixerit
78 imperator, Omnes. † Sed hæc rigida & acerba
opinio eſt temperanda, licèt doctores ſimpliciter
fuerint interpretati: quòd, licèt ſuos non faciat
fructus induſtriales malæ fidei poſſeſſor, ex æquo
79 & bono illi ſunt deducendi labores & operæ, † ſi-
ne quibus illi fructus induſtriales non fuiſſent
aucti, nec procreati: ſunt enim inſtar impenſæ
neceſſariæ, quæ eſt imprimis deducenda, l. in fun-
do. ff. de rei vendic. alioquin dominus fundi cum
aliena iactura commodum ſentiret, quod nulla
lege permiſſum eſt, d.l. nam & natura. ff. de con-
dict. indeb. Vanum eſſet gradum ſiſtere circa di-
ſtinctionem, an fuerit ab initio bonæ fidei poſſeſ-
ſor, & poſtea malæ fidei. tunc malæ fidei ab ini-
tio, & poſteà bonæ fidei, cùm in vtroque mẽbro
eius generis ad lucrum vel ad condemnationem
fructuum debeat ſe flectere iudex, ſemper inſpe-
cto tempore quo detentor erat poſſeſſor bonæ
fidei, vel malæ not. in l. qui ſcit. §. fin. ff. de vſur.
Sed tempus eſt differendi de fructibus qui non
ſunt percepti, ſed potuerunt percipi: quos noſtri
80 percipiendos appellant. † Si eſt in mala fide poſ-
ſeſſor, tenetur ad fructuum percipiendorum reſti
tutionem, l. Aphricanus. §. j. ff. de legat. j. l. ſi nauis.
§. fin. ff. de rei vendicat. ſi tamen fuerit bonæ fidei
poſſeſſor, non eſt in percipiendis obligatus, niſi
fortè ad eos qui poſt litem conteſtatam potuerũt
percipi: quo caſu propter leuem culpam eſſet co-
81 gendus, arg. l. ſi culpa. ff. de rei vendic. † Demum
non eſt prætereundum, & ad præſens negotium
ſpectat, vbi eſt realis actio proponenda, an in fo-
ro rei, an actoris, & an in loco vbi res litigioſa
poſita eſt. Et huius quæſtionis facilis eſt deciſio:
quòd duobus in locis realis actio poteſt agitari:
præcipuè quando rei immobilis orta eſt quæſtio,
videlicet in foro rei vbi habet domicilium: cùm
perpetuò ſit receptum, actorem ſequi forum rei,
l. ij. C. de iuriſdict. omnium iudic. Item poteſt co-
ram illo iudice conueniri illius loci, vbi res in
quæſtionem adducta, poſita eſt, l. fi. C. vbi in rem
act. exerc. deb. De re autem mobili plerique am-
bigebant, aſſerentes poſſeſſorem eſſe conuenien-
dum in ſuo loco domicilij, non autem vbi res eſ-
ſet ſita. Quod admodum eſſe inconueniens ipſe
proſpicio, quia in poteſtate illius qui poſsidet rẽ
mobilem, eſſet actorem deludere: fugeret enim
ſemper locum ſui domicilij, ne vnquam rem tra-
deret. l. non vtique. §. alioquin. ff. de eo quod cert.
82 loc. † Aptius igitur eſt pro re mobili recuperan-
da, reum detentorem, ſicut immobilis, & in loco
domicilij, & in loco, vbi res eſt poſita, conueniri:

poſſe

poſſe: cùm Gratianus & Valentinianus in d.l.fin. C. vbi in rem actio exerc. deb. oon diſtinxerint
83 rem mobilem ab immobili. † Vnom loco dubitationis licèt adiicere argumeotum. Hîc Iuſtinianus dicit realem competere contra illum qui nullo modo eſt nobis obligatos: contrà is, contrà quem reali iudicio experimur, ienetur rem reſtituere, l. qui reſtitoere. ff. de rei ven. nam qui iuſſus eſt à iudice rem reſtituere, ille tenetur rem reſtituere. Verbum Tenetur ad obligationis vincu-
84 lum pertinet. † Nam Tenetur, nil aliud eſt quàm debet: quod verbum eſt obligationis ſignificatiuum, l. an & eandem. §. actiones. ff. de excepr. rei iud. Petrus, à quo prædictum argumentum nequaquam fuit ignotatum, reſpondit verbum Tenetur, accipi dupliciter: propriè, vt ad obligationis nexum referatur tantùm, qui ad perſonalem ſolùm actionem attinet, vt noſtro §. conſtat. altero modo, & impropriè, ad quandam neceſsitatem refertur, quæ iudicis officio duntaxat exercetur: vt cùm quis in rei veodicatione rem iuſſus eſt reſtituere, rem tenetur reſtituere, noo iure actioois, ſed iudicis officio, d. l. qui reſti-
85 tuere. ff. de rei vendic. † Quod iudicis officium oon præſupponit aliqoam obligationem, d. l. qui
86 per colluſionem. §. fioa. ff. de actio. empt. † Sed mihi Petri ſolutio potius ad ſermonis improprietatem, quàm ad iuris ſinceram veritatem ſpectare videtur. Quare ſuperiori loco explicata recenſere opus eſſet, vt negemus verbum Tenetur im-
87 propriè accipi, † cùm io actione reali ſit debitum, & obiter obligatio, oon reſpectu proprietatis & domioij, ſed poſſeſsionis taotùm, quam aduerſarius tenetur reſtituere. Idcirco poteſt poſſeſsio condici, d. l. indebiti. §. ſed ſi nummi. ff. de condict. indeb. cùm condicere, dare ſit, §. appellamus, infrà, eod. Qui dare eſt obligatus, dominium ttaosferre tenetur, l. vbi autem non apparet. §. fina. ff. de verbo. obligat. Secus autem eſſet dicendum, ſi hæc interpretatio verbo Tenetur noo conueniret: eo modo cogeremur negare actiooem realem ab imperatore diffinitam, quod non eſſe prætermiſſum argoimus, in §. primo, ſuprà eodem otulo. De compoſitione libelli in literis. De deſiſtat, aut reali iudicio,
88 pletique in vanum laborant. † Olim in libello actor debebat hæc verba adiicere. Si apparet aduerſarium dare facere oportere, cõdemnato eum iudex: de cuius clauſulæ formula hîc Theophilus mentionem facit. Hodie ſublatis formulis actiooum, actoris officium, ooo eſt io diplomate impetrationis tot ſuperflua inculcare. Sed propoſuiſſe ſat erit factom, quo iudicem docuerit rei controuerſæ proprietatem ad ſe pertinere, & illius rei poſſeſsionem eſſe penes aduerſarium commentum.

Ad §. Aequè.

SVMMARIA.

1 *Rerum in ſummas diuiſio vniuerſalis.*
2 *Iura incorporea corporibus inſunt, tanquam accidentis ſubiectis.*
3 *Seruitutis deſcriptio.*
4 *Diffinitio habitus Dialecticis.*
5 *Seruitus eſt qualitas.*
6 *Seruitutem non eſſe prædij ſubſtantiam perſpicuè docet.*
7 *Euicta ſeruitute non datur de euictione actio.*
8 *Quid ſignificant verba, Vti optimus maximus eſt.*
9 *Euicta parte fundi datur actio de euictione ac ſi totus fundus eſſet euictus.*
10 *Seruitutes non ſunt in bonis noſtris, nec extra bona noſtra.*
11 *Recens intellectus ad l. j. ff. de vſufructu legat.*
12 *Vſus ſeruitutum non poteſt conſtitui.*
13 *Accidens aliquando habet vim ſubſtantiæ.*
14 *Indiuiduæ ſunt ſeruitutes.*
15 *Ratio quare indiuiduæ ſunt ſeruitutes.*
16 *Vide neceſſarij diffinitionem ex Tullij ſententia.*
17 *Ratio quare vſusfructus eſt diuiduus.*
18 *Duæ rationes in aduerſum contra vſusfructus naturam.*
19 *Singulariter eſt perpenſa. d.l. Lucio.*
20 *Seruitutes diuiduntur per loca, & tempora & inſtrumenta.*
21 *Triplex eſt ſeruitus.*
22 *Perſonalis origo ſeruitutis ab ebrietate.*
23 *Minoribus debent maiores dominari.*
24 *Vnde ſeruitutes dicuntur reales.*
25 *Aliud genus ſeruitutum.*
26 *Diuiſio. §.*
27 *Differentia inter actionem realem, quæ competit pro rebus corporalibus, & eam quæ pro rebus datur aſomaticis.*
28 *Caſus ad §.*
29 *Imperatoris obliuio poſteritati peperit maximam altercationem.*
30 *Singularis differantia actionis realis pro corporalibus & incorporalibus.*
31 *Seruitus altius tollendi, quomodo ſit accipienda.*
32 *Vide an actio negatoria poſſit verbis affirmatiuis proponi.*
33 *Reprehenſio.*
34 *Hic liber conſtitutionum, eſt congeſtus ingenio ſummorum virorum.*
35 *Balduini ſenſus non placet.*
36 *Oppoſitorum eadem eſt diſciplina.*
37 *Accommodatiſsimum Accurſij exemplum.*
38 *Libertas noua non accidit in manumiſsis.*
39 *Contra formam veterem non licet ædificare.*
40 *Dubitationis reſolutio.*
41 *Vide ad quid reciprocum Suas referatur in textu.*
42 *Seruitus oneris ferendi eſt anomala.*
43 *Eſt ſpecies ſeruitutum, vbi quis facere tenetur, qui eam debet quod ab alijs longè eſt alienum.*
44 *Ius altius tollendi, eſt duplex: partim ſeruitus, partim libertas dici poteſt.*
45 *Differentia inter reales pro corporalibus, & confeſſoriam ſeu negatoriam pro incorporalibus.*
46 *Noua ratio, quare detur actio quaſi poſsidenti rem incorporalem.*
47 *Nota quis priuetur commodo poſſeſsionis.*

48 Actiones

48 *Actiones rerũ ſimplariarũ ſunt minoris momẽti, quàm hæ quæ dantur pro rebus corporalibus.*
49 *Confeſſoriæ & negatoriæ ſunt actiones accidentium, & non ſubſtantiarum.*
50 *Oppoſitio.*
51 *Vera nodi diſſolutio.*
52 *Aſinina detentatio, eſt loco poſſeßionis, reſpectu realis actionis.*
53 *Declaratio caſus ſingularis.*
54 *Reus excipiendo actor videtur.*
55 *Locus mancus.*
56 *Locus §. difficilis intellectus ex Petri ſententia.*
57 *Non parua difficultas de inuentione actionis confeſſoriæ.*
58 *Dupliciter conſideratur ſeruitus.*
59 *Iaſonis animaduerſio.*
60 *Traditio rerum corporalium à quaſi traditione rerum incorporalium differt.*
61 *Vſufructus eſt in fieri continuo.*
62 *Vſufructus non differt à reliquis ſeruitutibus in conſtituendo contra communem.*
63 *Solutio argumenti.*
64 *Quæ requirantur præſcriptioni ſeruitutum.*
65 *Neceßitas actionis confeſſoriæ.*
66 *Noſtra intereſt plures habere actiones.*
67 *Differentia inter ſeruitutem debitam ſeu promiſſam, & conſtitutam.*
68 *Seruitutis in teſtamento relictæ fit conſtitutio ſine externa traditione.*
69 *Admirabilis appendix.*
70 *Altera appendix reſpiciens ſeruitutum vtilitatẽ.*
71 *Vno reſpectu melius eſt ſeruitutem eſſe conſtitutam, quàm promiſſã: alio verò reſpectu ſatius eſt eſſe promiſſam, quàm conſtitutam.*
72 *Vſus interdictorum eſt tam pro ſeruitutibus quàm corporalibus rebus.*
73 *Pro ſeruitute tutius eſt experiri interdictis quã confeſſoria.*
74 *Duæ ſeruitutum qualitates.*
75 *Differentia inter acquiſitionem affirmatiuæ & negatiuæ ſeruitutis.*
76 *Vide rationem differentiæ.*
77 *An confeſſoria verbis affirmatiuis proponatur.*
78 *Tuetur Placentinum.*
79 *Quando oratio dicatur negatiua.*
80 *Quæ ſunt neceſſaria ad hoc, vt realis ſit ſeruitus.*
81 *Potentißima cauſa ſeruitutum realium naturæ neceſſaria.*
82 *Quando ſit præſtatio perſonalis.*
83 *Si Nemauſenſibus legetur facultas tranſeundi per pontem, an ſit perſonalis ſeruitus.*
84 *Præſtationes ſunt aliquando reales.*
85 *Parua difficultas.*
86 *Alia diuiſio ſeruitutum.*
87 *Seruitutes aliquæ ſunt innominatæ.*
88 *Bartoli confutata opinio d.l. Lucius.*
89 *Incertitudo actus humanos vitiat.*
90 *Vera & ſingularis intelligentia d.l. Lucius.*
91 *Seruitus eſt perſonalis, & non realis, quæ perſonæ contemplatione conſtituitur.*
92 *Quid debet probare is qui confeſſoria vult experiri.*
93 *Agenti confeſſoria ſunt duo probanda.*
94 *Effectus ſententiæ latæ ſuper confeſſoria.*
95 *Victus in confeſſoria tenebitur præſtare cautionem.*

PRÆFARI nos oportet ea eſſe duplicis generis, propter quæ reali actione
1 ſolemus experiri. † Quædam ſunt σωματικὰ, id eſt corporalia: quædam verò ſunt ἀσωματικὰ, id eſt incorporalia. Superiori §. oſtẽdimus vim & poteſtatem actionis realis, quæ ad res ſomaticas datur.
2 † Et quia iura incorporea corporibus inſunt, tanquam accidentia ſubiectis conſentaneum eſt in præſenti §. in apertum ponere vſum actionis realis, per quam incorporalia iura petuntur. Ea autem ſunt ſeruitutes, ſeu libertates eis oppoſitæ. Satis hîc erit ſeruitutis naturam, & nõ libertatis diffinire: cùm vno expoſitis cognito, reliquum intelligi neceſſe ſit, §. primo. ſuprà,
3 de his qui ſunt ſui vel alien. iur. † Seruitus eſt accidẽs, aut qualitas, qua augetur vtilitas prædij dominantis, & vtilitas prædij ſeruientis diminuitur. Bartol. in l. j. ff. de ſeruitut. diffinit ſeruitutem per nomen iuris. Sed mihi videtur qualitas eſſe conuenientiori vocabulo, genus ſeruitutis: cùm Celſus habitum, ſeruitutem dixerit, in l. qui fundum.
4 ff. quemadmo. ſeruit. amitt. † Eſt enim habitus ſecundùm Dialecticos, quem Græci ἕξιν appellant,
5 vna pars qualitatis. † Quòd autem ſeruitus ſit qualitas, id ſanè liquidum eſt ex l. quid aliud ſunt iura prædior. ff. de ver. ſig. cùm loquit: Quid aliud ſunt iura prædiorum, quàm prædia taliter qualiter ſe habentia, vt amplitudo & bonitas? Et quòd ſit qualitas, aut accidens, ſeruitus, id altius repetito
6 principio enucleandum eſt. † Seruitutes ad a-
7 grorum ſubſtantiam non pertinent. † quia ſi ſeruitus agro debita, euicta fuerit, non agitur de e-
8 uictione, l. penult. de euict. † niſi fundus cum hac adiectione fuerit venditus, Vti optimus maximus eſt, l. cùm fundus. ff. de euict. & tamen ſi eſſet ſeruitus pars fundi, cui ineſt euicta ſeruitute, eſſet de
9 euictione agendum. † Agitur enim euictionis nomine, non tantùm ſi totus fundus fuerit euictus, ſed etiam ſi pars ipſius fundi euincatur, l. j. ff. de euict. Vnde Paulus Iureconſultus in l. j. ff. de vſuf.
10 legat. † dicit ſeruitutes non eſſe in bonis noſtris, nec extra bona noſtra: qui locus non eſt ſine maxima dubitatione, proptereà quòd ea res in bonis noſtris ſit, ad quam recuperandam nos actionem habemus, ad cuius retentionem nos exceptione ſumus innixi, l. rem in bonis. ff. de acquit. rer. domin. Sed pro ſeruitute iam cõſtituta, actione confeſſoria nobis ſuccurritur, vt patet noſtro §. Igitur ſunt in bonis noſtris ſeruitutes, cùm Paulus Iureconſultus contrà diffinierit, d. l. j. ff. de vſufru. legat. In hoc accipiti loco ex interpretibus offendi neminem, qui recta conſiliatione animum
11 meum expleuerit. † At ipſe veterum omiſſa ſententia, illum Pauli locum ita accipiendum arbitror, vt ſeruitutes dupliciter perpendamus: primùm, quatenus ipſis fundis inſunt cùm ad earum conſeruationem ipſis competat actio cõfeſſoria: & ideò ſunt in bonis noſtris, d. l. rem in bonis. ff.

de

de acquirend.hæred. Aut nos animi ſola cogita-
tione ſeruitutes inſpiciamus, vt per ſe conſiſten-
tes, non eo modo quo ipſis adhærent rebus, & ſic
in abſtracto conſiderantur: tunc non ſunt in
bonis noſtris, nec extra bona noſtra: & id ex-
quiſita ratione quia ſeruitutes inquantum conſi-
derantur à corporibus ſeparatæ, nobis non affe-
runt aliquam vtilitatem. Ideò Paulus in d.l.j. eas
dixit non eſſe in bonis noſtris nec extra bona. Et
quia in d. l. j. quæſiuerat Paulus ſi ſeruitutis vſus
12 poſſet conſtitui legando: † & reſpondit non poſ
ſe, quia ſeruitus, ſeruitutis eſſe non poteſt. Nam
ſi in ſeruitute eſſet ſeruitus, vt ſubſtantia, aut qua-
ſi ſubſtantia perpenſa eſſet: & ita in abſtracto:
quoniam cùm [illegible] qualitatem dicimus
13 ineſſe accidenti, † ipſúmque accidens, quaſi ſub-
ſtantia conſideratur: qua ratione ſi ſeruitus in ſer
uitute eſſet, ipſa velut ſubſtantia intelligeretur:
& tunc non eſt in bonis noſtris, nec extra bona
noſtra: quia nullam affert vtilitatem, niſi quate-
nus prædiis noſtris ineſt. quem ſenſum habuiſſe
Iureconſultum verius exiſtimo in d. l. j. ff. de vſu-
fru. legat. † Seruitutes autem omnes indiuiduæ
14 ſunt præter vſumfructum, l.j.§.ſi vſusfructus. ff.
ad legem Falcid. Cuius rei rationem eſſe placuit
Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de ver.
oblig. † quia in arte iuris indiuidua illa eſſe cen-
15 ſentur, quorum pars non adfert tantam vtilita-
tem reſpectu partis, quantam totum reſpectu to-
tius, l. in executione.§.pro parte.ff.de verb.oblig.
Pars autem ſeruitutis non affert tantam vtilita-
tem reſpectu partis, quantam tota reſpectu to-
tius. Ratio eſſe poteſt: quia ſeruitutis conſtitutio
neceſsitatem aſpicit, l. ergo. in fin. ff. de ſeruit. ru-
ſtic. præd. neceſsitas autem non ſuſcipit diuiſio-
nem: quia id non eſt neceſſarium, quando aliqua
parte amota, quòd ſupereſt, ſufficit: † Neceſſariũ
16 enim (teſte Tullio) eſt id, ſine quo nec nos, nec li-
beri noſtri ſalui eſſe poſſumus. † Sed in ſeruitute
17 vſusfructus eſt ſecus: quia pars tã eſt vtilis ratio-
ne partis, quàm tota reſpectu totius, cùm illius
vſus per commoditates ſcindatur: quod certè
18 diuerſum eſt in reliquis ſeruitutibus. † Sed mihi
viſum eſt communem traditionem duobus im-
pugnare argumentis. Vnum eſt, quòd ſeruitutes
ſunt diuiduæ, l. Lucio. ff. de aqu. quotid. & æſt. vbi
ſi aquæ ducendæ ſeruitutem alicui conceſſero,
alteri poterit eadem ſeruitus ducendi aquam con
cedere: igitur eſt diuidua. Altero modo, & hoc
maximè vrget: Vſusfructus ſine vſu nequit conſi-
ſtere, l. per ſeruum.§.j.ff.de vſu.& habit. Igitur na-
tura vſusfructus eſt indiuidua, ſicut aliarum ſer-
uitutum: cùm coniuncta non cenſeantur aliqua
iuris diuerſitate, l. ſi ita fuerit.§.quæſtio.ff. de ma-
num. teſt. Sed ipſe hæc duo argumenta huic com-
muni opinioni nequaquam officere vnquam du-
19 bitaui. † Primum, dicta l. Lucio. argutè perpen-
ſa, non probat eſſe indiuiduam ſeruitutem. Nam
licèt mihi conceſſa fuerit ſeruitus ducẽdi aquam
ex tuo fonte, & ſi alteri concedatur, non pro-
pterea ſcinditur, quia non eſt eadem ſeruitus.
Nam alia eſt ſeruitus ducendi aquam, mihi con-
ceſſa, & alia eſt, quæ alteri præſtari poteſt: licèt
genere ſint ædem, tamen ſpecie & numero di-
uerſæ ſunt, vt ex ſe manifeſtum euadit. Nec mi-
hi placet Bartoli interpretatio ad dict. l. Lucio.
quamuis ea, quæ ille author inſeruit, falſa non
ſint in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur:

20 † quòd ſeruitutes diuidantur per loca, tempo-
ra, & inſtrumenta: quòd non ſint ſeruitutes,
quæ hoc modo diuiduntur, ſed ſeruitutum com-
moditates & emolumenta, quaſi ſeruitutum effe-
ctus, quæ diuiſioni ſunt obnoxia. Secundo argu-
mento, prioris ſolutio poteſt aptius accommoda-
ri, vt Iureconſultus in d.l. per ſeruum.§.j. cùm
vult in omni vſufructu ineſſe vſum, non loqui-
tur de ſeruitute vſus, ſed de commoditate ipſius
vſus: quæ commoditas diuiſionem ſuſcipit, licèt
vſum partiri non valeat, l.ſi vt certo.§.ſi duobus
vehiculum.ff.commod. Sed iam tractemus gene-
ra ſeruitutum, ne aliquid omittamus quod ſenſui
21 noſtri.§.videatur neceſſarium. † Triplex eſt ſer
uitus: quædam merè perſonalis, qualis eſt ea quæ
eſt à ſeruis noſtris debita: de qua ſpecie in titu. de
iure perſonarum, multa referuntur. Et eſt hæc
merè perſonalis, inſpecta tàm perſona, quæ tali
iugo ſuppoſita eſt, quàm illa, cui debetur: de
quo genere quàm plurimi ſunt tituli in libris
22 Pandectarum, & Codicis. † Huius autem ſer-
uitutis miſerrima conditio à malo principio or-
ta eſt: à peccato temulentię & ebrietatis. Nam
cùm Noe, expers adhuc bacchici liquoris, vino
incaluiſſet, & illius dormientis pudenda velata
non eſſent, quidam ex liberis infeliciter nati,
paterni pudoris verecundiam non ſeruerunt. Sed
quia illis fuerunt delubrio patris aperta genita-
23 lia, † æquiſsima illius ſententia, maioribus na-
tu ſeruire minores coacti ſunt, c. ſexto die xxxv.
diſtinct. Et licèt iuris antiquitate ſubſequuta,
minùs acerba fuiſſet conditio ſeruitutis, illinc
tamen origine exhauſta, in aſperiorem conditio-
nem paulatim de iure gentium irrepſit, §. ſer-
uitus. ſuprà, de iure perſon. l. ex hoc iure. ff.
de iuſtit. & iur. eſt aliud genus ſeruitutis perſo-
nalis mixtæ: videlicèt quæ debetur à re, id eſt
non perſona. Perſonæ, vt vſus, vſusfructus, &
habitatio: de quibus in titulis anterioribus
quàm plurima ab Imperatore ſunt conſtituta:
de quibus Accurſius in l. ſi quis binas. ff. de vſu-
fruct. titulo generali. Et ſunt perſonales, habi-
ta contemplatione eorum, quibus debentur
24 ipſæ ſeruitutes. † Reales autem ſunt ſecundùm
illud extremum, cui debentur ipſæ ſeruitutes,
perpendi debet. Propterea magis dicuntur per-
ſonales: idcircò cum perſona extinguuntur, §.
finitur. ſuprà, de vſufruct. ſed ex alio latere ſunt
reales, cùm actio propter ipſas competens ſit
merè realis: ſicut ea quæ pro ſeruitutibus omni-
no realibus exerceri poteſt noſtro §. æquè. & l.
ij. ff. ſi ſeruitus vend. Et licèt ipſæ ſeruitutes
ſint perſonales, non tamen ſequitur actionem
pro ipſis conuenientem eſſe perſonalem, quę il-
larum gratia introducta eſt: cùm ſeruitutes iſtæ
perſonales, reales mixta conſideratione dici poſ-
ſint, reſpectu illius rei quæ debet ſeruitutem,
vt antè nos diximus. Nam hæc perſonalis ſerui-
tus, eſt rei impoſita corporali. Igitur ipſam in
quamcunque partem, & quocunque ierit ſeque-
tur, l. actionum genera. ff. de act. & oblig. A-
ctiones merè reales ſunt, quæ ab ipſis fundis pro-
pter alios fundos conſtitutæ ſunt: de quibus in
l. j. ff. de ſeruitutibus. Harum ſeruitutum duo
ſunt genera: † quædam ſunt vrbanæ, quædam
verò ruſticæ. Vrbanæ ſunt, quæ inſunt ædificiis, ſi-
ue in vrbe, aut extra vrbem: ſiue vt oneris ferẽdi,
altius

altius tollendi, vel ſtillicidij ſeruitutes: quædam
autem ſuor ruſticæ, quarum prædia, qoibus in-
ſunt nullo conſtante ædificio, ſiue in vrbe, aut ex-
tra vrbem ſint illa prędia, §. prædiorum. ſuprà, de
ſeruit. ruſt. præd. Hoc igitur iacto præludio prę-
libati fundamenti, ſpeciei ad noſtrum. §. ſequi-
26 tur explicatio. † Sed vt perſpicua ſit eorum quæ
ibi inſeruntur ſeries, hic §. commodè diuiditur
in tres partes: qoarum prima ad actionis con-
feſſoriæ claram propoſitionem. & illius exemplo-
rum expoſitionem attinet: altera oſtendit, quan-
tùm actio negatoria à confeſſoria differat, & exē-
27 pla, quibus in iudicio ipſa experimur. † Tertia
pars docet diſcrimen, quod eſt inter actionem
realem, quæ proponitur pro rebus corporalibus,
& eam, quæ pro rebus aſomaticis ſeu incorpora-
libus. † Si quis in alieno fundo habet vſusfru-
ctus ſeruitutem, aut vſus, & quis eum vti frui
prohibeat, contra impedientem poterit vti con-
feſſoria in rem actione, qua ſibi aſſeret ius vtendi
& fruendi competere. Idem exemplum proponi
poteſt de ſeruitute aquam ex fonte alterius du-
cendi, ſi à domino ſeruientis fundi prohibitus
vti fuerit: quæ ſuperius dictæ ſpecies ſeruitu-
tum ſunt ruſticæ. Eiuſdem enim actionis viribus
vrbanæ ſeruitutes ſeruantur: vt cùm aliquis dicit
ſe habere ius altius tollendi ædes ſuas: qood ex-
emplum latius infrà diſcutietur: incuſsit enim
nodoſas in noſtrorum Commentariis, & impli-
citas diifficoltates. † Et vtinam in hoc loco me-
9 moriam impetatoris non deleuiſſet obliuio: in
tutiori tranquilitate poſiti eſſent animi ſtudio-
ſorum hominum fortaſſe melioribus ſtudiis eſſe-
mus occupati. Exempla autem ſecundæ partis,
ſunt ad negatoriam actionem pertinentia: vt
quando quis contendit ſe in fundo meo habe-
re vſumfructum, & ipſe negando eum vti frui
prohibeo, hæc ſpecies actionis dicitur negatoria.
Eadem fingi poſſunt exempla. ſed ſuperioribus
contraria: hæc enim ferè ſemper ſont negatiua,
illa affirmatiua: vt ſi contendam ius mihi com-
petere proſpiciendi per ædes tuas, hæc actio eſt
confeſſoria: actio verò eſt negatoria, qua tu me
30 prohibes per ædes toas proſpicere. † In parte vl-
tima huius §. tractat ſingularem differentiam im-
perator. quæ eſt inter reales actiones rerum cor-
poralium, & reales rerum aſomaticarum. Nam
reales rerum corporalium non tribuuntur poſ-
ſidenti eam rem, cuius in iudicio quæſtio eſt agi-
tata: actiones verò confeſſoriæ vel negatorię non
denegantur illi qui poſſidet, vel quaſi, illud ius
incorporale, de qoo eſt exitata controuerſia: &
eſt ille caſus ſingularis, in quo rem controuerſam
poſſidenti permittitur agere, qui in libris Dige-
ſtorum nopioſius explicatur. Duo ſunt in hoc §.
obſcurè congeſta, quibus peruerſus creditur in-
tellectus: prius eſt in illo exemplo, altius tol-
lēndi ædes: Si dico mihi ius eſſe altius tollendi
ædes, eſt ex mente imperatoris actio confeſſoria.
31 †Sed quomndo id accipiēdum ſit, pleriqoe non
viderunt. cùm actio confeſſoria pro ſeruiture
contra libertatem detur, negatoria pro libertate
contra ſeruitutem defendenda competat: vt cæte-
ra exempla §. noſtri euidentiſsimè arguunt.
Sed ius altius tollendi eſt libertas, non ſeruitus.
cuius enim eſt ſolum, illios eſt ædificare vſque
ad cœli ſummam altitudinem, l. altius, C. de ſer-
uit. & aqo. Ergo actio, qua dico ius mihi compe-
tere altius ædes tollendi, eſt negatoria: cuius
rei contrarietatem ſeries exemplorum demon-
ſtrat, cùm hoc exemplum ſit in ordine eorum
quæ ad confeſſoriam pertinent. Hic ſcrupulus
tam difficilis, multorum perturbauit ingenia:
quare phantaſiæ ſunt infinitæ interpretum, &
mera ſomnia, in explicando eo loco. Idem affir-
mauerunt illud exemplum ad negatoriam per-
32 tinere: † Et ideò hunc ſolùm eſſe caſum arbitra-
ti ſunt, quo negatoria actio affirmatiuis verbis
in iudicio enuntiatur. Nam actionis negatoriæ
materia eſt, libertatis contra ſeruitutem defen-
ſio, vt antè reſeruauimus: ius autem ædes tollēdi,
eſt libertas, d. l. altius. C. de ſeruit. & aqu. Idcircò
hunc locom ab Imperatore non doctè diſpoſi-
tum eſſe imaginati ſunt minimè tamen congruen
tem Imperatoris elegantiæ & præclaro ordini.
33 † Hanc expoſitionem vnquam non ſumus vale-
re arbitrati: quia licet non cogant regulam &
exempla, ipſius tamen implicatum ſenſum mani-
feſtè demoſtrant, l. regula. §. fina. ff. de iur. & fa.
igno. Exempla, quibus imixtum eſt ius altius tol-
lendi ædes, ſunt actionis confeſſoriæ ordinem
reſpicientia, vt iam ſatis liquat. Idcircò cre-
diderim ipſe ius altius tollendi ædes, in claſſe a-
ctionis confeſſoriæ ſcripiſiſſe Imperatorem: alio-
34 quin ingnominioſè eſſet ridendus ille, † qui cùm
eleganti artificio has Inſtitutiones, nec non ma-
gnis accerſitis viris congeſſerit hoc peregrinum
paradigma actionis negatoriæ, confeſſoriæ exem
plis interpoſuiſſet, cùm pars ſecunda noſtri §. ſit
35 referta omnibus ferè caſibus negatoriæ. † Mihi
non arridet Balduini ſenſus: qui ius tollendi
eſſe ſeruitutem ita putauit: vt ſi anteà ſerui-
tutem ego tibi conſtituero non tollendi ædes,
ſi mihi remiſeris eam ſeruitutem, qua tenor al-
tius non tollere: nunc ius quod habeo altius tol-
lendi, eſt ſeruitus, pro qua confeſſoria datur.
Sed illius ſententia meritò conuellitor, quia
in prædicta ſpecie, qua mihi remiſeris ſeruitu-
tem altios non tollendi, qua ædes meę tuis ob-
noxiæ ſunt, ius altius tollendi, quod poſtea
mihi acquiritur, non eſt ſeruitus, ſed libertas.
Alioqoin dicendum foret ſeruitutem eſſe in v-
troque contrariorum adiacentem, quod ferè eſt
36 [illegible]: † quia ſi vnum oppoſitum ſit ſeruitus,
alterum eſſe libertatem neceſſe eſt. Nām remiſ-
ſione facta ſeruitutis, qua non debeam ædes meas
altius tollere, quaſi ſublato impedimento re-
uiuiſcit libertas altios tollendi ædes ex iure
naturali conueniens, quæ erat ſepulta propter
ſeruitutem altius non tollendi ædes prius con-
37 ſtitutam: † vt cùm ſeruus (teſte Accurſio) manu-
38 mittitur, † non ei noua libertas obuenit, ſed
vetus: qua illi iure natorali frui licebat ſublata
ſeruitute. Detegitur Accurſius in l. manumiſsio-
nes. ff. de iuſt. & iur. Sunt alij aſſertionem con-
trariam ſuſtinentes, vt ius altius ædes tollendi
aliquo caſu ſeruitus ſit: vt ſi lege municipali vl-
tra formam præſcriptam non licet inoito vici-
no ædificare, vt in multis vrbibus Italiæ ob-
ſeruari ſumus memores: arg. l. qui luminibus. ff.
39 de ſeruitu. vrbano. prædior. † tunc ſi vicinus al-
tius, ædificare contra formam ſtatuti permi-
ſerit: ſi me ædificare poſtea volentem altius vl-
tra formam præſcriptam exceptione ſtatuti rei-
cere velit: ego replicabo contra illum, quòd ta-
cito vel expreſſo illius conſenſu, contra formam
ſtatuti

ſtaruti altius ędiſicandi fuerit mihi conceſſa fa-
cultas. Quare ab initio confeſſoria ego potero a-
gere. Sed iiſdem rationibus hic intellectus pote-
rit deſtrui, quibus pręcedentem eneruauimus.
40 † Eſt ergo vera mens imperatoris, nec miſcuit
exempla, quod ius tollendi ędes ſuas non re-
fertur ad ędes agentis, ſed aduerſarij cum quo
agitur: vt ſi ædes aduerſarij debeant ſeruitu-
tem oneris ferendi meis ędibus, & illius ædes
ita depreſſæ ſint, vt ſeruitutem pati non poſsint
oneris ferendi, niſi altius ſint eleuatæ, eo caſu
ipſe agam cum aduerſario, vt altius ædes ſuas
41 tollat. † Idcircò illud relatiuum Suas, in verbis
exempli poſitum, non refertur ad ædes agentis,
ſed reſpicit ædes aduerſarij, cum quo agitur.
Nam ædes aduerſarij minus preæſſe, meis ædibus
poſſunt officere, l. arborem. §. interdum. ff. de
ſeruit. vrban. præd. Et quòd ille, qui debet ædi-
bus meis oneris ferendi ſeruitutem, ædificare te-
neatur altius, ſi propter preſſam altitudinem o-
nus ferre non poſsit, id ſanè credibile eſt: quia
qui ſe ad aliquod onus aſtringit, ad omnia ſeip-
ſum ſuppoſuit tacitè ſine quibus illud onus im-
plere nequit, l. iij. §. qui habet. ff. de ſeruit. ruſtic.
præd. Tenebitur igitur altius ædificare ædes, ſi
alio modo non poſsit oneris ferendi ſeruitutem
implere. Nec ſubſiſtere debes, ſi dicas eſſe repu-
gnans naturæ ſeruitutis, quòd aduerſarius altius
ædificare compelli poſsit, cùm is qui ſeruitutem
conſtituit, pati tantùm & non agere ſit obno-
xius, l. quotiens. §. ſeruiturum. ff. de ſeruit. tit. ge-
nerali. Sed hic paruus obex facilè dimouetur.
42 † Nam canon ille generalis de natura ſeruitu-
tum, ad oneris ferendi ſeruitutem, non exten-
43 ditur: † cùm is qui eam ſeruitutem præſtare de-
bet, non tantùm pati, ſed facere ſit cogendus, l.
eum qui debere. ff. de ſeruit. vrban. præd. l. & ſi
fortè. §. etiam. ff. ſi ſeruit. vend. Ergo qui debet
oneris ferendi ſeruitutem, altius ædificare iure
optimo tenebitur, ſi propter euidentem preſſu-
44 ram non poſsit pondus trabium ſuſtinere. † Ius
ergo altius tollendi, eſt duplex: quoddam reſ-
ſpicit voluntariam illam facultatem: & illud eſt
libertas, d. l. altius. pro quo iure conſeruando
competit actio negatoria: alterum eſt ius altius
tollendi, quod quis habet in ædibus aduerſarij: &
iſtud reſpicit aduerſarij neceſsitatem, qua altius
tenetur ędificium tollere: & hoc eſt ſeruitus,
pro qua confeſſoria non denegatur: cuius in
45 principio ſermonem facit: imperator. † In ter-
tia parte docet imperator differre actionem rea-
lem pro re corporali competentem, ab ea quæ
pro rebus incorporalibus competit: quia in rem
actio pro re corporali poſsidenti non datur,
cùm tantùm contra poſsidentem data ſit, lege
vnica. C. de alien. mut. cauſ. fact. Actio verò
confeſſoria, aut negatoria, quæ pro ſeruitu-
te contra libertatem aut pro libertate contra
ſeruitutem naſcitur, quaſi poſsidenti contra
non quaſi poſsidentem datur: vt ſi ego ſum in
quaſi poſſeſsione hauriendi aquam ex fonte tuo,
tu me haurire aquam impedias, licet ſim in quaſi
poſſeſsione illius ſeruitutis, poſſum confeſſoria
contra non poſsidentem, aut quaſi experiri.
Sed huius tam aperti diſcriminis rationem in-
ueſtigare decreui, quamuis noſtri interpretes,
ſaltem quod ipſe meminerim, non inuenerunt.
Nam ideò credidi actionem non eſſe dandam

T.de actionib.

46 poſsidenti, † quòd in ſe ipſo rem habeat con-
trouerſiam, ac repelleretur exceptione, Quod
petis, intus habes. lege prima. C. de re iudic.
cum rerum corporalium actio tantùm ſit prodi-
ta ad euocandam poſſeſsionem, quæ penes ad-
uerſarium exiſtit: non ad recuperandum do-
minium, quod penes actorem ſemper relin-
quitur, dicta l. in rem. ff. de rei vendicat. Sed
cur non eſt idem in confeſſoria actione rerum
incorporalium, licet non omnium, quæ à
maioribus tradita ſunt, ratio probabilis red-
di poſsit: lege non omnium. ff. de legib. Hæc
conuenientiſsimè nobis iudicibus aſsignari po-
teſt: quia licet ipſe ſim in quaſi poſſeſsione ſer-
uitutis, & dominus fundi ſeruientis me impe-
47 diat propter illius impedimentum: † ego, licet
quaſi poſsideam, priuatus videor illius quaſi
poſſeſsionis vtilitate & emolumento, cùm ea
ſeruitute liberè non paſsim vti: cuius fruitio
in vſu ſpontaneo verſatur: not. in l. de pupillo.
§. meminiſſe. ff. de oper. nou. nuntiat. Atqui re-
rum corporalium poſſeſsionis commoditas per-
turbam aut vim ab aduerſario illatam non ita
impeditur, ſicut rerum aſomaticarum, vt facti
euidentia docet. Cæterùm res iſtæ incorpo-
rales non tanti ſunt momenti, ſicut res corpo-
rales, cùm ſint accidentia adiacentia prædiis.
48 † Idcircò pro illis rebus ſimplatiis, & parui
momenti, facilius actio permittitur, quàm pro
rebus corporalibus quæ ſunt longè præſtantio-
res. Quamobrem noluerunt Iureconſulti tan-
tam ſolennitatum obſeruationem eſſe neceſſa-
riam generationi actionis confeſſoriæ & nega-
toriæ, quantam natiuitati actionis rerum cor-
49 poralium: † confeſſoria enim rerum incorpo-
ralium, aut negatoria actio, ad amiſsionem
accidentium vel reſtitutionem tantùm eſt inuen-
ta (vt ante diximus) cùm actionibus in rem
pro rebus corporalibus motis iacturam maio-
rem patiamur. Non eſt igitur credendum Iu-
reconſultos temerè & Imperatores, hoc diſcri-
men inter confeſſoriam actionem in rem, &
50 reliquas actiones reales conſtituiſſe. † Sed no-
bis ſe obiicit fortiſsimum argumentum, quòd
pro re corporali actio in rem poſsidenti datur.
Nam pro re, quam ego alteri commendaui, da-
tur actio in rem: quam ipſe non poſsidet: de-
tinet tantùm is qui rem commodauit, & do-
minium & poſſeſsionem ſibi ſeruat, l. officium.
in fin. ff. de rei vendic. Datur ergó rei vendica-
tio rem corporalem poſsidenti. Hoc argumen-
to Petrus adeò fuit ſtupefactus, vt quaſi in va-
ſto aquarum gurgite ſubmerſus fuerit, oblitus
ſuæ inſignis eruditionis, & tanquam nodum
Gordianum diſſoluere neſciuit. Sed de verita-
te ſolutionum diſputationem naſcentem mihi
non placet exaggerare, ne rerum ſubtilium mul-
titudine noſtri §. vera obumbretur intelli-
51 gentia. † Recta huius antinomiæ eſt concilia-
tio, quòd cum tot legibus diffinitum eſt, poſ-
ſidenti non competere actionem, id eſt acci-
piendum, dummodò rem, quam poſsidet, de-
52 tineat: † cùm detentio illa, aſinina licet, poſ-
ſeſsionis nomine non veniat. Bart. in l. j. ff. de
acquir. poſſeſſ. in reali iudicio vice poſſeſsio-
nis verè fungitur, d. l. officium, in fin. ff. de rei
vendicat. Nam licet qui rem dedit commoda-
to, ipſam adhuc poſsideat, poſſeſsionis tamen

interdum. In cæteris verò rebus poſt partis a-
gnitionem, ius accreſcendi deficit. l. aquam. ff.
quemadmod. ſeruit. amitt. Idcircò nonnulli
hac differentia ab opinione Iaſonis receſſerunt:
62 † ſed eorum non eſt fortè fundamentum, cùm
in modo conſtituendi aliæ ſeruitutes ab vſufru-
ctu non diſtinguantur: quia ſicut vſusfructus
conſtituitur quotidie, d. §. interdum. ita & reli-
quæ ſeruitutes per patientiam aduerſarij con-
ſtituuntur paſsim. Nec qui ſeruitutem debet ex
contractu, aut teſtamento, obligationis vincu-
lum diſſoluit, niſi patiatur quandiu is, qui habet
fundum dominantem, vti voluerit ipſa ad ſuum
fundum conſtituta, d. lege quotiens. in ſecun-
da. Non igitur quaſi traditione ſeruitutis, a-
ctio perſonalis, quæ ex contractu vel teſtamen-
to (vbi ipſa debetur) deſcendit, extinguitur:
ſicut ea quæ ob vſumfructum competit, d. lege
corruptionem. C. de vſufruct. Nunc inueſti-
gemus veram argumenti diſſolutionem, quæ
63 multiplex poteſt accommodari. † Primò non
valere illud dilemma, quòd ſeruitus ex contra-
ctu & teſtamento acquiratur, cùm aliis ex cau-
ſis poſsit acquiri: ſiquidem ex præſcriptione
longi temporis, l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruitus
vendic. Nec obſtat, ſi dicas titulum contra-
ctus, vel teſtamenti, eſſe allegandum; ex quo
naſcetur perſonalis actio, quando quis præſcri-
ptione vtitur. Ad id congruum ſe refert re-
ſponſum: quòd præſcriptioni ſeruitutum titu-
lus non eſt requiſitus, ſed ſolùm bona fides, &
poſſeſsio: de poſſeſsione, d. l. ſi quis diuturno.
64 † Vbi qui vſum præſcripſit ſeruitutis, non eſt
neceſſe quòd ius doceat, quo acquiſiuerit ſer-
uitutem, ſed ſatis eſt quòd ſe diu poſſediſſe pro-
bet. Bona autem fides requiritur, lege fina. ff.
quemadm. ſeruit. amitt. niſi fortè longiſsimi
temporis foret præſcriptio, quæ bonæ fidei ſim-
plicitatem non deſideraret, l. ſi quis emptionis
§. primo. C. de præſcripr. xxx. vel quadraginta
65 annor. † Quocirca ſi præſcriptione ſeruitutẽ quis
fuerit nactus, contra prohibentem perſonaliter
non poteſt agere, cùm nec contractus, aut te-
ſtamentum præceſſerit, d. l. ſi quis diuturno, non
habet contra prohibentem aliquod auxilium,
niſi contra illum confeſſoria experiatur. Eſt igi-
tur neceſſaria. Et rurſus ex alio capite neceſ-
ſaria, quia contra eum duntaxat perſonalis a-
ctio competit, qui eſt obligatus ex contractu,
ſiue delicto, aut quaſi, ſuprà, §. omnium. Fin-
ge tertium, cum quo non contraximus, nobis
eſſe impedimento vti cupientibus ſeruitute: a-
ctione perſonali non poſſumus coërcere. Erit
igitur opus confeſſoria actione quę eſt in rem,
qua contra quemcunque impedientem ſubuen-
tum eſt nobis, d. l. ſi quis diuturno. §. primo. Nõ
ergo perſonalis actio pro ſeruitute deſcendens ex
contractu, aut teſtamento, dominis agrorum
ſufficeret: & licet ſufficeret, vſus actionis con-
66 feſſoriæ reprobandus non eſſet: † ſiquidem in-
tereſt creditoris, aut cuiuſcunque alterius ius ha-
bentis, plures habere actiones, quibus debito-
res poſſet compellere, l. cùm filius. §. variis. ff. de
leg. ij. Eſt ergo tutiſsima poſitio, quòd con-
feſſoria actio non tantùm eſt vtilis, ſed neceſſa-
ria. Quantùm tamen ad amittendam per non
67 vſum ſeruitutem attinet, † plurimũ intereſt in-
ter ſeruitutem debitam tantùm, & conſtitutam:
nam debita & non conſtituta, per non vſum
non perditur decem annis, ſed triginta, ſi quis ea
non fuerit vſus: ſed ſi conſtituta per quaſi tra-
ditionem fuerit, per non vſum longi temporis
admittitur, l. ſi partem. ff. quemadmod. ſeruit. ad-
mitt. Ratio dicti ſuperioris: quia cùm eſt debita
& non conſtituta, actio perſonalis competit tan-
tùm, cuius vita aut exercitium annis durat tri-
ginta, l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcript. xxx. vel
xl. annor. Sed ſi conſtituta fuerit, per non vſum
decem annorum euaneſcit, qui longum tempus
efficiunt, l. qui ſic. ff. quemadmod. ſeruit. amitt.
Excipe vnum caſum: niſi ex teſtamento fuerit:
68 † quia cùm primùm res teſtamento relicta eſt
defuncto teſtatore, ſine aliqua externa apprehen
ſione, quaſi dominium in legatarium tranſit. Nec
eſt opus aliqua extrinſeca cõſtitutione, l. ſi partẽ.
§. ſi per fundi. ff. quẽadmodũ ſeruit. admitt. Huius
autem exceptionis eſt ratio, quia licet rei ex con-
tractu debitę ius ad nos non tranſeat, niſi bene-
ficio traditionis, l. traditionibus. C. de pact. rei
tamen in teſtamento relictę ius ad nos, mortuo
teſtatore, ex templò ſine traditione transfertur,
69 l. à Titio. ff. de furt. † Ex confutatione opinionis
antiquorum admirabilis ſequitur propoſito:
quòd caſus reperitur, vbi actio ciuilis ex con-
tractu deſcendens, vel teſtamento, decem annis
preſcribitur. Nam cùm quaſi traditione ſerui-
tutis non tollatur perſonalis actio pro ſeruitute,
vt ante dictum eſt, & ſeruitus iam conſtituta, per
non vſum perdita fuerit, d. l. ſi ſic. ff. quemadmo-
dum ſeruit. amitt. amiſſa eſt omnis actio pro ſer-
uitute, non tantùm confeſſoria, ſed etiam perſo-
lis ex contractu deſcendens: quia ſi ſolùm con-
feſſoria eſſet ſublata per non vſum, & perſonalis
ex contractu deſcendens extincta non eſſet, fru-
ſtrà tot leges in titulo ff. quemadmod. ſeruitut. a-
mitt. per non vſum ſeruitutes amitti affirma-
70 rent. † Eſt aliud ſequens: quòd reſpectu diu-
turnitatis vitę, ſatius eſt ſeruitutem debitam non
eſſe conſtitutam, quàm eſſe conſtitutam: quia ſi
non fuerit conſtituta, niſi triginta annorum ſpa-
tio præterito perdi non poteſt: ſed conſtituta ſi
fuerit per non vſum decem annorum, vel vi-
ginti ſi diſcontinua fuerit, ſuis viribus deſti-
tuitur, d. l. ſi partem. ff. quemadmod. ſeruitut. a-
71 mitt. † Sed ex latere alio accommodatius eſt, eſſe
conſtitutam, quàm non eſſe: quia ſi fuerit con-
ſtituta, pro ea nobis actio competit non tantùm
contra conſtituentem, ſed etiã contra quẽcuque
turbatorẽ, l. ſi quis diuturno. §. j. ff. ſi ſeruit. vend.
Si non ſit conſtituta, ſed tantùm promiſſa, quia
tãtũ perſonali actione ſuccurritur, agi poteſt ſo-
lùm cõtra obnoxiã perſonam, & nõ contra non
obligatam, §. omnium. ſuprà, eod. tit. Non alie-
num forſitan erit ab intellectu huius §. pauca de
72 interdictis dicere. † Eſt itaque ſciendum, quòd
pro ſeruitute agitur, non tantùm confeſſoria,
ſed etiam interdictis ad quaſi poſſeſsionem ſer-
73 uitutis. † Nam ſicut cùm agimus pro re cor-
porali, tutius eſt priori loco poſſeſſorio in-
terdicto experiri, & poſtea rei vendicatione,
lege is qui deſtinauit. ff. de rei vendicatione,
ita pro conſeruatione iſtorum accidentium aſo-
maticorum facilius eſt agere interdicto, quàm
confeſſoria. De interdictis ſeruitutum extat ru-
bric. ff. de actu itinereq; priuato, & de aqua quoti
diana & æſtiua. Hęc naſcitur vtilitas: quia cũ pro

ſeruitute quis acturus eſt in Iudicio, ſi primum
interdicto ageret, cuius medio facilè vincet ad-
uerſarium, dummodò ſibi quaſi poſſeſsionem in-
eſſe probauerit, & poſtea in confeſſoria, quę ſe-
cundùm caput conſtituit, ab onere probandi
erit immunis, l. ſi prius quàm. & ibi Bart. ff. de no-
ui oper. nuntiat. nam qui in poſſeſſorio per ſen-
tentiam ſuperiori exiſtit, de actore fit reus, l. in-
74 certi iuris. C. de interdict. † Seruitutes nuncu-
cupantur dupliciter; quædam affirmatiuę, vt
ſeruitus itineris, viæ, actus, aquæ hauſtus quæ-
dam negatiuæ, vt ſeruitus altius non tollen-
di ædes. Poſſeſsio vel quaſi, ſeruitutum affir-
matiuarum per vnum ſolum actum acquiritur,
etiam ſi aduerſarij actus nullus interceſsit, l. j.
§. quod autem. ff. de aqua quotidia. & æſtiua.
75 † vbi vna nocte ſufficit, aut vna hora, fuiſſe v-
ſum qui pro aquæ ſeruitute volet experiri inter-
dicto. Intellige præterquam vno themate: ſi quis
amicitię cauſa vſus fuerit, tunc poſſeſsio ſerui-
tutis non acquiritur, l. qui iure familiaritatis. ff.
de acquirend. poſſeſ. Poſſeſsio autem negatiuæ
ſeruitutis per vnum ſolum actum acquiritur,
nempe prohibitionem continentem cum patien-
tia aduerſarij. gloſſ. in lege prima. C. de ſeruit. &
aqua. Bart. in l. priuſquam. ff. de noui oper. nun-
tiat. Ideò ſi ædes meæ tuis vicinæ fuerint, & cen
tum annis fuerint præeſſe, ita vt eas altius non ſu-
ſtulerim, tu non es in quaſi poſſeſsione ſeruitu-
tis altius non tollendi. niſi me altius ædificare
volentem impediueris, & ipſe non contradixe-
76 ro. † Et ratio: quia ſeruitus negatiua eſt inſtar li-
bertatis, quæ ſeruituti negatiuæ opponitur: con-
tra quam libertatem non præſcribitur, ſi vna
prohibitio contraria ſubſequuta non fuerit, l. hæc
77 autem iura. ff. de ſeruitu. vrban. prædior. † Ex hoc
loco colligit Placentinus, actionem confeſſo-
riam proponi verbis affirmatiuis: vt ſi conten-
dam in iudicio ius eſſe mihi eundi per fundum
tuum: negatoriam verò verbis negatiuis: vt ſi ne-
gem tibi eſſe ius ambulandi per fundum meum
eundi ad tuum, & præter notionem ab exemplis
prouenientem, ex verbo deducta etymologia ſa-
tis perſpicuè innuit. Plериſque non defuit anſa
notandi Placentinum, cùm in exemplo ſeruitu-
tis altius non tollendi, confeſſoria verbis negati-
uis fuerit ſolita proponi: vt cùm dico meis ædi-
bus tuam domum debere ſeruitutem altius non
tollendi: eſt enim confeſſoria, cùm contra liber-
tatem naturalem altius tollendi ſit illud ius con-
ſtitutum aut debitum: & propoſitio fit verbis ne-
gatiuis: quare perpetuò inficiantur, veram eſſe
78 illam Placentini doctrinam. † Nos tamen Pla-
centini etymon præſcriptum confeſſoriæ actio-
nis non confutabimus, imò illum à morſu in-
uidentium defendemus: nec falſum eſt, altius non
tollendi ſeruitutem affirmatiuè proponi. Et
Bartallius etymologia perplacuit in l. j. ff. ſi ſer-
79 uitus vendicet. † quia licet ponatur negatio in
parte poſteriori, cùm dico ius mihi eſſe in ædibus
tuis altius non tollendi, propoſitio non eſt ne-
gatiua: imò eſt affirmatiua, cùm negatio copu-
lam Eſt, non antecedat. Oratio ſecundùm præ-
cepta Dialecticorum non dicitur negatiua, quòd
in ea ſimpliciter ponatur negatio: vt in hac pro-
nuntiatione, Homo eſt non ignarus: ſed verè
appellantur negatiuæ, ſi negatio antecedens a-
ctum copulæ ſeu verbi deſtrinxerit: vt actio
non eſt obligatio. Rectè ergo confeſſoria ap-
pellatur actio, quòd verbis affirmatiuis enuntie-
80 tur. † Demum pro colophone præſentis tracta-
ctatus, ſcitu dignum maximè videtur, ſeruitu-
81 tem non eſſe realem, † niſi fundum vtrunque
aſpexerit, dominantem videlicet & ſeruientem
& quòd dominantis interſit ſeruitutem eſſe im-
poſitam, l. quoties. ff. de ſeruitu. in prima. Niſi
ergo alicuius prædij commoditatem intueatur,
realis non eſt ſeruitus: vt quòd pomum mihi li-
ceat decerpere, prædialis non eſt ſeruitus, lege vt
pomum decerpere. ff. de ſeruitut. tit. generali.
82 † Idem ſi mihi penſionem ex fundo tuo annuam
frumenti vendideris, perſonalis tantùm mihi
datur actio: nec ſequetur fundi poſſeſſorem, l.
fina. ff. de contrahen. empt. non ob aliud quidem
niſi quòd dominans defuerit fundus, cuius vti-
litatem aſpexerit. Idem reſpondit Iureconſul-
tus in l. Gaius. ff. de annis legat. Non diſsimili
ratione ſcripſit Modeſtinus in l. Mela ait. §. qui-
dam. ff. de aliment. legat. pecoris appulſum lega-
ri inutiliter ei, qui vicinus non eſt: magis enim
eſt ſeruitus perſonæ. Inde non ineptè inferunt.
83 Doctores: † Si ius tranſeundi per pontem fue-
rit legatum populo Montiſpeſſulani ſine gabel-
la, ſi pons in Nemauſenſes poſtea alienatus fue-
rit, nulla populo Montiſpeſſulani competit a-
ctio contra Nemauſenſes. Erat tantùm perſo-
nalis conceſsio. Item de iure coquendi in fur-
no, eſt perſonalis impoſitio: nullius enim præ-
dij, ſed perſonarum principaliter vtilitatem re-
ſpiciunt: tantùm ob iſtas præſtationes agi po-
teſt in concedentem, & non in impedientem,
vel eum in quem facta eſt alienatio, d. l. fin. §. fin.
ff. de contrahend. empt. & ita Bald. in rubrica.
C. de ſeruit. & aqua, ſeruandum eſſe prędixit.
84 † Quod ſanè verum eſſe puto, niſi in duobus
caſibus, quorum vnus eſt, Niſi fundus, ex quo
pręſtationes ſunt concedendę, ſpecialiter ſup-
poſitus fuerit nexui pignoris: tunc contra no-
uum talis fundi poſſeſſorem, ratione pignoris,
realis actio poteſt moueri. argumentum not.
per Bart. in lege emptorem. C. de locat. Alter
eſt caſus in ſeruitutibus mixtis: quæ licet perſo-
nales ſint, reſpectu perſonæ cui debentur, vt v-
ſusfructus: actio tamen, quæ pro eo datur, eſt
realis nempe confeſſoria: vt in principio noſtri
§. rationes autem quàm plurimas ſuprà ipſi at-
85 tullimus. † Sed ſtudioſus iuris auditor inſur-
get: quomodo conuenit e rationi poterit, ante-
riores præſtationes eſſe perſonales, quæ fundo-
rum emolumentum non reſpiciunt, cùm tan-
tùm in principio huius §. ipſi numerauimus tres
aut quatuor ad ſummum perſonales ſeruitutes:
Accurſius in dicta l. ſi quis binas. ff. de vſufructu.
tit. generali. inter quas iſtæ ſuperiores præſtatio-
nes non referuntur. Igitur non ſunt perſona-
les. Sed mea ſententia hoc argumentum nequa-
86 quam ipſum terrere debet: † quia ſeruitutes per
ſonales ſunt duplices: quædam ſunt nominatæ,
& hæ numero ſunt tres, aut quatuor: de quibus
87 Accurſius in d. l. ſi quis binas † quædam verò
ſunt innominatæ, & illæ innumerabiles ſunt: de
quibus nos hîc ſatis accuratè egimus: & ſunt in-
certæ. Eſt demum aliud in primis neceſſarium,
vt prædialis ſeruitus poſsit conſtitui: nempè vt
determinata & certa ſit conſtitutio: nã incertitu-
do cõceſsionis ſeruitutis vitiat cõſtitutionem hîc
affirmante

affirmante Iaſone. Et Bart.ita Pauli reſponſum
eſſe accipiendum teſtatus eſt in l.Lucius.ff.de ſer
uit.ruſt.prædior.vt trado tibi digitum aquæ in
domum tuam,aut quocunque voles:Paulus ibi re
ſpōdit.vſum aquæ eſſe perſonalem:nempè quod
eſſet incerta concesſio indicante particula, Aut
88 vbicunque vis,poſita in ea l.Lucius. † Nos tamē
Bart.& aliorum in d.l.Lucius,ſenſum malè pon
deratum haudquaquam poſſumus approbare:
quibus viſum eſt,ea l.Lucius, propter concesſio-
nis incertitudinem,aquæ ſeruitutem in eo loco
eſſe perſonalem: quia ſi concesſio indetermina-
ta (vt ipſi volunt) illius deciſionis eſſet cauſa,
89 † quemadmodum propter incertitudinem vſus
non eſſet realis,ita non deberet perſonalis exiſte-
re:cùm incertitudo omnem diſpoſitionem, ſiue
ſi perſonalis, ſiue realis,labefacter. not. in §. in-
certæ.Inſtitut.de legat. in l. ita ſtipulatus. ff. de
verbor.obligat.Eſt rurſus aliud,quod me à com-
muni ſententia abborrere facit : quia licet aquæ
hauſtus in d.l.Lucius concesſio fuerit incerta &
indeterminata.tamen rei futuræ euentu fines cer
tos,& terminos pręſcriptos accipere poteſt, &
determinata fieri,l.qui duos.& l.quidam relega-
tus.ff.de rebus dubiis. Tolle ſeruitutis exemplū:
Qui in fundo itineris habet ſeruitutem, illius v-
ſus eſt indeterminatus & incert⁹ propterea quod
domino fundi dominantis licet per quamlibet il
lius fundi partem ire:eſt enim tota ſeruitus in to-
to,& tota in qualibet parte ipſius, in l. via con-
ſtitui.§.fin.& ibi Bart.ff.de ſeruit.ruſtic.prædior.
Sed ciuili quadam ratione certus locus in fundo
deſcribi debet,per quem ſolùm eundi habeat fa-
cultatem dominus prædij dominantis:& ita vſus
qui ab initio incertus eſt,fit poſtea certus. Celſus
eleganter reſpōdit in l.ſi cui.ff.de ſeruit.Sed quæ
ſit animi noſtri intelligentia in d.l. Lucius, iam
90 explicare propoſuimus. † Credimus itaque ipſi
Paulum Iureconſultum vſum illius ſeruitutis in
ea lege perſonalem declaraſſe:non propter incer-
titudinem,aut indeterminatam concesſionem,
ſed quia ibi ſeruitutis conſtitutio, non prædium
ſed perſonam reſpicit. Dicit enim largitor ſerui-
tutis Lucius:Dono & trado tibi digitum aquæ in
domum tuam:quæ verba magis reſpiciunt perſo-
91 nam,quàm rem. Et iure receptū eſt, † quòd quā-
do impoſitio ſeruitutis fit contemplatione perſo-
næ & non rei,perſonalis & non realis eſt cenſen-
da ſeruitus,l.pater filiæ.ff. de ſeruit.legat. In his
verbis,quod effectu filiæ datum eſt, ad exteros
hæredes tranſire non debet. Intrepidè ergo con-
cludi poteſt, ſeruitutem perſonalem non reddi
indeterminata & infinita cōcesſione,reiecta om-
nium veterum intelligentia. Nouisſimum eſt,
quod perficit noſtrum de confeſſoria actione tra
92 ctatū. In præſenti §.eſt opus vt oſtendamus,qua-
rum rerum probatione debet eſſe munitus is qui
agit confeſſoria,& in iudicio vult aduerſarium
93 in cauſa ſuperare. † Duo igitur probaturus eſt,
qui confeſſoria ſecurè experiri vult. Prius eſt, vt
iudicem doceat fundum dominantem ad ſe perti
nere,l.j.ff.ſi ſeruit.vendic. Alterum eſt,de quo ple
nam fidem in iudicio facere debet:nempè vt cau-
ſam demonſtret,qua ſeruitutem ſuo fundo debe-
ri aſſeuerat Et ea eſt triplex,vt ſuperius ipſi colle
gimus:aut ex contractu,vel teſtamento,§.fin. ſu-
prà,de ſeruit.ruſtic.prędior.aut ex præſcriptione
decem annorum,ſi ſeruitus ſit in actu continuo
poſita,l.j.& ij.C.de ſeruit.& aqua : aut temporis
cuius non extat memoria,ſi ſit ſeruitus diſconti-
nua,l.ex hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quo-
tid.& æſtiua.C.ſuper quibuſdā.§.præterea,extra
94 de verbor.ſignifi. † Quibus à iudice accuratè per-
penſis,pro actore ipſe in hac confeſſoria ſenten-
tiam eſt laturus. Demum ſpeculari nos oportet,
huius iudicij quot ſunt cōmoditates, quas actor
conſequitur. Et breuiter & ſuccinctè tres mihi vi
dentur. Vna,quòd reum iudex amplius vim & im
pedimentum facere actori vectabit, d. l. ſi quis
diuturno. Altera,quòd reus condemnabitur ad
æſtimationem eius quod actoris intereſt, libere
non fuiſſe vſum eo genere ſeruitutis,l. loci cor-
95 pus.§.j.ff.ſi ſeruit.vend. † Poſtrema eſt huius ſen-
tentiæ vtilitas,quòd reus in ea victus, onere gra-
uabitur pręſtandi cautionem:quòd amplius acto
rem,qui vicit,vti ſeruitute non impediet, l.harū.
ff.ſi ſeruit.vendic. Hæc ſunt quæ materia huius §.
digna viſa fuerunt.

Ad §. Sed iſtæ.

SVMMARIA.

1 *Reales actiones aliquot ſunt prætoriæ.*
2 *Iuris prætorij vera origo ex Feneſtella.*
3 *Dignitas prætoris.*
4 *Inſignia prætoris.*
5 *Peregrini prætoris creatio.*
6 *Quam poteſtatem habent edicta prætorum.*
7 *Ad quid eſt introductum ius prætorium.*
8 *Quare actiones ciuiles dicantur.*
9 *Alius eſt effectus ciuilium, & alius prætoriarū.*
10 *Mala imperatoris ratio, quare annales ſunt prætoriæ actiones.*
11 *Succeſſor in dignitate debet habere ratum id quod ab anteceſſore eſt geſtum.*
12 *Ratio quare ſint annales prætoriæ actiones.*
13 *Oppoſitio grauis.*
14 *Verior præcedente ratio ad tollendum dubium.*
15 *Alia oppoſitio.*
16 *Concurſus odij, quod in pœnis habemus, & iuris ſubtilitatis, contra quam ſunt prætoriæ pœnales introductæ, eſt in cauſa vt prætoriæ pœnales anno tantùm durent.*

ACtiones,de quarum origine & effecti-
bus anterioribus paraphraſis facta eſt
1 interpretatio,ſunt ciuiles. † Sunt item
quædam actiones in rem non ciuiles, ſed præto-
riæ:hoc eſt,quæ à Prætoris iuriſdictione vim &
robur ſortitæ ſunt:& illæ ſunt neceſſariæ,vt pate-
bit in themate ſequenti. Sed pauca de Prætoris iu
riſdictione prædicere faseſſe videtur : Cùm cre-
bris & diutinis certaminibus victi tandem à ple-
be patres ex conſulibus,alterum ex plebe crean-
dum concesſiſſent,id ſibi voluntate plebis, pro
aperto aditu ad conſulatum arrogauerunt, vt v-
2 nicus magiſtratus à patribus crearetur, † inquit
Feneſtella de magiſtratibus vrbis Romæ. Is qui
à præeſſendo,Prætor eſt appellatus,qui eo quòd
inter vrbanos ius tātùm reddebat, vrbanus Prę-
4

tor erat nuncupatus. Penes hunc magiſtratum
ideò omnis publici priuatique iuris poteſtas
fuit, vt nouum ius condere, & abrogandi vete-
ra eſſet facultas. Tantùm verò poſtea aucta eſt
3 Prætoris authoritas, † vt quod Prætor ipſe dixiſ-
ſet, ob illius honorem ius honorarium diceretur,
4 l. in honorariis. ff. de act. & obligat. † Prætoris in-
ſignia regia, conſulareſque fermé apparatus: li-
ctores non amplius ſex: ſella curulis, trabea, cæ-
5 tera huiuſmodi tradita ſunt: † demum cùm vn-
dique peregrinorum multitudo in vrbem con-
fugeret, neque Prætor vnius turbę cauſarum poſ-
ſet ſufficere, alter creatus eſt Prætor: quoniam-
que inter peregrinos cognoſcebat, peregrinus eſt
appellatus, l. ij. §. poſt aliquot annos. ff. de orig.
iur. Accurſius in l. ſi quis per errorem. ff. de iuriſ.
omnium iudic. Creſcente verò Imperio, intan-
tum poſtea ampliatus eſt numerus Quiritum, vt
decem & octo prętores ius aliquando in vrbe
redderent. Hæc author ille, de prætorum au-
6 thoritate diſſerens. † Edicta Prætorum vim ob-
tinent legum, §. edicta Prætorum. ſuprà, de iu-
re nat. gent. & ciuil. & cauſarum deciſioni
apprimè ſunt neceſſaria: ius enim antiquum le-
gis duodecim Tabularum, in multis imperfe-
7 ctum & diminutum erat. † Ideò iuris Prætorij
ſupplemento illud eſt auctum ſiue emendatum,
l. ius autem ciuile. §. ius Prætorium. ff. de iuſtitia
iure. Caſus enim deficientes ſupplendo, ius ci-
uile videtur iuuare, d. §. ius Prætorium. Nam
Prætor cùm emergentem caſum ſibi proſpexiſ-
ſet occurrere, veteribus Iureconſultis incogni-
tum, ſuper eo caſu generali, & perpetuo edicto,
Prætor diſpōebat id quod ſibi æquum & iuſtum
apparuiſſet: vnde dictum eſt Prætorem habere
æquitatem in conſpectu occulorum, l. quod ſi
8 Ephesi. § ſi ff. de eo quod cert. loc. † Ideò actio-
nes, quæ ex edicto Prætorum naſcuntur, Præ-
toriæ & honorariæ dicuntur: actiones autem,
quæ ex ciuili aliqua conſtitutione, nempè Impe-
ratorum, reſponſis prudentum, ſenatuſconſul-
to naſcuntur, ſunt ciuiles. Et Prætoriæ actio-
nes vtrunque genus complectuntur: in perſonam
9 & in rem, vt largius infrà recitabimus. † Actio-
num ciuilium effectus, eſt diſsimilis effectui Præ-
toriarum. Nam ciuiles, niſi præteritis annis
triginta, temporis diuturnitate non euaneſcunt:
Prætoriæ verò vltra annum non dantur, §. pri-
mo infrà, de perpetuis & temp. actio. l. omnes
& l. ſicut. C. de præſcript. xxx. vel lx. ann. niſi
in rem ſint actiones, vt in §. omnium. Quæ ſi pro
rebus mobilibus competant, triennio: ſi verò
pro immobilibus rebus, decem annis tantùm
ſunt in obſeruantia viridi: vſucapione enim tol-
luntur, §. primo ſuprà, de vſucap. Quòd autem
ſuprà diximus, anno tantùm Prætorias actiones
viuere: excipe niſi ſint perſequutoriæ quæ ciui-
lium inſtar actionum perpetuis temporibus du-
rant. Sed quæ eſt cauſa, quòd Prætoriæ vltra
annum non dentur? Imperator in d. §. j. ratio-
nem eſſe affirmat, quòd Prætoris officium anno
tantùm vigebat: quotannis enim mutabantur
10 Prætores. † Sed Imperatoris maieſtati parum
conſentanea hæc ratio mihi ſemper viſa fuit.
Nā ſi actiones Prætoriæ anno finiuntur, ſicut ip-
ſius prætoris officium: etiam eddicta prætorum,
quæ perenni tempore viuunt, non deberent vl-
tra annum porrigi: quod nequaquam aſſeuera-
re oportet, l. edicta. in fine. C. de edendo. Præ-
tereà licet Prætoris officium anno tantùm du-
ret, debéntne propterea actiones poſt annum
11 finiri, † cùm dignitatis alicuius ſucceſſores de-
bent habere ratum, quicquid anteceſſor geſ-
ſit, fecitue, niſi id reuocauerit? Expreſſè not.
in lege omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. & in l.
bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. Alio-
quin foret dicendum, id poſteriori Prætori ini-
quum videri, quod iuſtum & æquum eſſe di-
12 xerat illius anteceſſor. † Vera igitur eſt, vt
mihi videtur, ratio cur Prætoriæ ſint annales:
quia ſunt pœnales: pœnæ enim ſunt moliendæ,
non autem exaſperandæ, l. interpretatione. ff. de
pœnis. Illæ autem quę ſunt alicuius rei perſe-
quutoriæ, licet à Prætoris iuriſdictione ortæ
fuerint, ſunt inſtar, vt dixi, ciuilium perpetuæ, l.
in honorariis. ff. de actionibus & obligationi-
bus Pœnales ergo Pętoriæ actiones ſunt an-
nales. Nam ſi à Prætoris iuriſdictione ſunt
aliquæ mixtæ, partim pœnales, partim perſe-
quutoriæ: quatenus rei perſequutionem con-
tinent, perpetuæ ſunt: annales verò, reſpe-
13 ctu pœnæ quæ in eas deducitur, §. primo ſuprà,
de vi bon. raptor. † Sed opponet ſe huic rationi
doctus auditor: Nónne ſunt multæ ciuiles actio-
nes, pœnæ perſequutionem continentes, quæ vl-
tra annum ſine exceptione exercentur? vt actio
furti, de qua in §. ex maleficiis, abundè diſputa-
bimus. Igitur quòd ſint pœnales Prætoriæ, non
14 eſt ratio illas eſſe annales. † Ideò euidens ratio,
quæ nullius calumniæ erit obnoxia, poteſt appli-
cari, quia dantur contra, aut præter iuris antiqui
acerbiſsimum rigorem. Nam cùm Prætor ius
antiquum in ea parte, in qua deficiebat, emen-
dauerit, d. l. ius autem ciuile. §. ius prætorium. ff.
de iuſt. & iur. Prætori viſus fuit ſufficere curſus
vnius anni in actionibus à ſua iuriſdictione orien
tibus: maximé quia iuris emendatio eſt quodam
modo reſtringenda, l. præcipimus. § fi. C. de app. c.
nihil eſt quod magis expediat. de elec. in vj. Inſe-
re congruum exemplum: Bonorum poſſeſsio an-
ni curriculum minimè egreditur, quæ eſt de iure
Prætorio, lege ſecunda. §. dies. ff. quis ordo in
bon. poſſeſſ. Et ratio eſt, quia bonorum poſſeſ-
ſione ſuccurritur agnatis, præter iuris commu-
nis antiquos canones, §. quos. ſuprà, de bon.
15 poſſeſſ. † etſi dixeris eandem rationem ad a-
ctiones Prætorias perſequutorias pertinere. Eas
igitur eſſe annales concludendum eſt contra
dicta lege in honorariis, ff. de action. & obligat.
Sed ſolutione iuſta hîc non ſuccumbimus: quia
duo ſunt, vt diximus, quæ ſuadent pœnalem
prętoriam anno finiri, ſcilicet odium pœnę, d. l.
interpretatione. & quod Prætor illas à ſua iuriſ-
dictione contra aut præter iuris antiqui regulas
comparauerit, quod eſt quodammodo abhor-
rendum. dicta lege pręcipimus. C. de appell. Odia
debent reſtringi, l. cum quidam. ff. de liber. &
16 poſthum. † Ex his euidenter ſe demonſtrat
concurſus iſtorum duorum, quæ odij aliqua
accerbitate ſunt compenſanda: eſt enim in cau-
ſa, cur vltimum anni momentum Prætorias e-
necauerit. Quę duo nequaquam in perſequuto-
riis actionibus locum vendicare poſſunt: & quia
rem quę nobis abeſt, perſequimur, quod ſanè
eſt benignitate & fauore pleniſsimum. ideò ſunt
perpetuę & perennes.

Ad §.

Ad §. Aliæ autem.

SVMMARIA.

1 Neceſſitas actionis Prætoriæ.
2 A Prætore auxilium interdum imploramus, quod ius ciuile præſtare non poteſt.
3 Dubium proponit.
4 An mentiendi facultatem Imperator introduxerit.
5 Placentinus aſſerit Imperatorem tradidiſſe doctrinam mentiendi.
6 Mentiens lege permittente non punitur.
7 Linguæ volubilitas eſt maximum vitium.
8 Locus ex Græco correctus.
9 Petrus malè notat Iuſtinianum.
10 Magnum eſt vitium in diuidendo aliquid prætermittere.
11 Non eſt mancus Imperator.
12 Tria genera actionum Prætoriarum.
13 Bonorum poſſeſſio non eſt inuenta propter eos qui de iure ciuili habent petitionem hæreditatis.
14 Ius Prætorium extenditur ad ciuiles effectus.
15 Effectus Prætorij optima interpretatio.
16 Ius ciuile & ius Prætorium aliquando conueniunt.
17 Aequa & iuſta differunt.
18 An conſtitutiones Baronum, Comitum, & Ducũ ſint ſimilia edictis Prætorum.
19 Bartolus & Angelus lapſi ſunt.
20 Tranſitus ad Publicianam.
21 Publiciana duobus clauditur extremis, ſicut rei vendicatio.
22 Differentia Publicianæ & directæ rei vendicationis.
23 Quòd Publiciana non datur contra titulo poßidentem, eſt falſum ſimpliciter.
24 Titulus pro hærede eſt titulus.
25 Error Iaſonis & magni aduocati cuiuſdam.
26 Alius eſt titulus particularis, & alius eſt titulus vniuerſalis.
27 In ſymbolizantibus facile eſt tranſitus.
28 Concluſio contra illum aduocatum magni nominis.
29 Diffinitio actionis Publicianæ.
30 Sex requiruntur actioni Publicianæ.
31 Exceptio regulæ.
32 Aliquando non eſt opus traditione ad transferendum dominium.
33 Cauſæ Publicianæ actioni requiſitæ.
34 Differentia iuris ciuilis & canonici.
35 Vſucapio & Publiciana eiſdem regulis diffiniuntur.
36 Difficultas ferè inextricabilis.
37 Quare ab initio bonam fidem ſufficiat habere.
38 Cuiuſdam ſenatoris Pariſienſis minimè tuta reſponſio.
39 Noua & ſingularis ratio.
40 Bona fides eſt accidens quod decoratur vſucapio.
41 Regula ſingularis ratio.
42 Quartum requiſitum Publicianæ.
43 Publiciana an vero domino competat.
44 Diuerſis remediis propter incertitudinem poſſumus agere.
45 Difficilis eſt probatio dominy.
46 Eſt magis ſecurum publiciana, quàm rei vendicatione agere.
47 Poſtpoſita communi Publiciana vero domino non competit.
48 Querelæ inofficioſi teſtamenti & criminis falſi proceſſus inter ſe pugnant.
49 Certa eſſe debet ſententia.
50 Nonnunquam maiorem habemus fructum ex ſucceßione ab inteſtato, quàm ex ea quæ fit ſecundùm voluntatem defuncti.
51 Remedium extra ordinarium non concurrit cum ordinario, ſi ipſum ex ſe ſit ſufficiens.
52 Incertitudo proueniens ex malitia aduerſarij, non ita inficit actum ſicut ea quæ pendet ex natura rei.
53 Quando dominus ignorat ſe dominum eſſe, poteſt ſimul experiri Publiciana & directa rei vendicatione alternatiuè.
54 Hominis certitudo magis quàm legis aut naturæ hic attenditur.
55 Quintum requiſitum Publicianæ.
56 Sextum requiſitum Publicianæ.
57 Pretij ſolutio non eſt neceſſaria Publicianæ.
58 Reſoluit quatuor tantùm eſſe requiſita Publicianæ.
59 Veterum confutatur opinio.
60 Qui agit Publiciana, non eſt vtilis dominus.
61 Inanibus argumentis non eſt reſpondendum.
62 Quæſtio frequens.
63 An mala fides authoris noceat ſucceſſori.
64 Iaſonis obſcuritas.
65 Interpretes ſunt nonnunquam obſcuriores rebus ipſis quas interpretantur.
66 Aliud eſt vſucapio, & aliud præſcriptio.
67 Regula d. l. eum qui peruersè intellecta.
68 Quæ præcedunt affirmatiuè, ea non poſſunt habere locum negatiuè.
69 Vitium reale differt à vitio perſonali.
70 Hæredes ſunt vitiorum ſucceſſores.
71 Diuitiæ malis artibus acquiſitæ, facilè dilabuntur.

QVIA anterioribus §§. de actionibus
in rem ciuilibus amplè & copiosè do-
1 cuit Imperator, † congruum eſt expli-
care quàm ſit neceſſaria actio prętoria. Ad cuius rei demonſtrationem euidens intexit exemplũ : Si ego à Titio librum codicẽ bona fi-

na fide mercatus fuero, qui non erat dominus tra
dendo non me fecit dominum: quia nemo plus
iuris in alterũ poteſt transferre, quàm ipſe habeat,
l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. Sed vẽditor in me
tantùm conditionem vſucapiendi transfert, l. ex
empto. ff. de action. empt. Quamobrem ſi ego emi
tor fortè à poſſeſsione ante impletam vſucapio-
nem cecidero: contra illum nouum poſſeſſorem
de iure ciuili directa mihi non porrigitur actio:
non perſonalis primùm, quia inter me & hunc
nouum detentorem non præceſsit aliquis contra
ctus nec delictum: nec realis directa mihi compe
tit, cùm illius non ſim dominus: tum quia is qui
mihi tradidit, non erat dominus, nec me dominũ
tradendo effecit, d. l. nemo plus: tum quia non-
dum in præcedenti themate lapſum eſt tempus
vſucapioni perfectæ requiſitum. Sum igitur ſecũ-
dùm regulas iuris, deſtitutus omni ope & auxilio.
2 † Sed prætor, qui æquitate velut clipeo quodam
munitus, in deciſionibus cauſarum vtitur, d. l.
quod ſi Epheſi. §. fin. iniquum eſſe duxit, eum qui
rem comparauit titulo, & bona fide actionem nõ
habere contra illum poſſeſſorem nouum qui non
eſt dominus. Ideò à prætore prodita eſt actio in
rem, non directa, ſed vtilis, quæ publiciana nun-
cupatur: fortè quòd illius author Publicius nomi
natus erat: in qua actione is qui agit, poſſeſſorem
illum ſuperabit, ſi iudici oſtenderit ſe rem habuiſ
ſe bona fide, & titulo præſertim ſi poſſeſſor ille ſe
non eſſe dominum demonſtrauerit: dicit enim
actor ſe rem quaſi vſucepiſſe, quam nõ vſucepit.
De hac Publiciana actione campus eſt vberri-
mus in tit. ff. de Publiciana in rem actione. Priuſ-
quàm vires, & poteſtatem actionis Publicianæ
3 nos agrediamur, † nonnullæ ſunt explicandæ dif-
ficultates, quas ex verbis textus videmus ſerpere.
Sceleratus fortè videbitur & impius Iuſtinianus,
4 † quòd mentiendi licentiam actori ſubminiſtra-
uerit. Docet, vt in iudicio proponat, ſe vſucepiſ-
ſe quod non vſuceperit: quod apertum mendaciũ
arguit & demonſtrat. Deluditur hac ratione iu-
dicium, quod Dei præſentia ſuppletur, l. prope-
randum. §. cùm autem. in verſiculo. Cùm enim.
C. de iud. Mendacia in iure ciuili impunitate non
donantur, l. cum de indebito. ff. de probat. l. ſi du-
bitet. §. j. ff. de fideiuſſorib. Quid opus eſt vti teſti-
5 bus in re minus obſcura? † Placentinus huius no
ſtræ accademiæ olim facilè princeps, hoc contra-
6 rium fateri coactus eſt: † nempè quòd permit-
tente Imperatore, in iudicio actor mẽtiri poſsit.
nec debet illi in vitium imputari, contra l. ij. C.
de iur. cal. quia qui lege permittente aliquid facit
etſi eſt in malorum latere deſcriptum, nulla in
illum pœna parata eſt, l. Gracchus. C. de adulter.
Nos tamen longè aliud ſenſiſſe Iuſtinianum ar-
guemus: nec conſentaneum eſt rationi, Iuſtinia-
num ſummum Imperatorem, qui diuinam legem
vſque ad ſanguinem ſemper tutatus eſt, not. ſuprà
in procemio, hominibus interclusum iter multis
7 edictis ad mentiendum apparuiſſe. † Nullum vi-
tium in homine debet eſſe tetrius, quàm falſæ lin
guæ volubilitas, in c. querelam. extrà, de iureiur.
Huius autem erroris noſtrorum interpretum pu-
to in cauſa eſſe, ſermonis Græci imperitiam. Nã
in Latino exemplari ſcriptum eſt, actorem poſſe
8 dicere ſe vſucepiſſe quod non vſucepit. † Sed Græ
cum exemplum longè aliter habet, perinde ſe
quaſi vſucepiſſe: non ergo dicit ſe rem vſucepiſ-
ſe. Eſt in Græco ὡσεὶ, quod Latinum Quaſi ſo-
nat. Non mentitur, ſi ſe quaſi vſucepiſſe dicat, li-
cet non vſuceperit. Quaſi dictio ſimilitudinem
9 exprimit. † Bellaperticenſis in hoc §. viſus eſt ca
pere Imperatorem, quòd diminutam hanc diui-
ſionem & mutilam nobis reliquerit: quod mix-
tam aliquam actionem perſonalem. partim &
10 realem, Prætoriam eſſe non dixerit. † Eſt enim (te
ſte Tullio) in diuidendo aliquid prætermittere,
magnum vitium. Petitio, inquit ille, hæreditatis
eſt mixta, partim perſonalis, partim realis, l. hæ-
reditatis. C. de petit. hæred. nonnunquam eſt præ-
toria, l. j. ff. de poſſeſ. hæred. Petitio prætoria enim
eſt, cùm pro ea bonorum poſſeſsio competat. Sed
huius §. prætoriam æquitatem nõ confundet hoc
11 argumentum, † ſi ad regulam compoſitorum nos
confugiamus, quæ in ſimplicibus continentur, vt
à nobis in §. omnium. copioſè oſtenſum eſt: quia
cùm hic conſtituat imperator reales quaſdam a-
ctiones prætorias, licet hęreditatis petitio mixta
ſit: quæ cum ſit realis, partim & perſonalis, ſatis
videtur in regula contineri: cùm etiam ſit realis
poſtquam eſt mixta, & realium tradiderit regu-
lam imperator. Sed verius longè ex verbis Petri
12 licet implicita ſint, poteſt dilui obex ille, † ſi tria
genera actionum prætoriarum eſſe ponamus.
Sunt enim prætoriæ quædam inuentione, quædã
ſunt extentione, quædam ipſius prætoris appro-
batione. Inuentione, cùm prætor ſolùm ex ſua iu
riſdictione in defectum iuris antiqui aliquam a-
ctionem introduxit, vt in ſpecie huius §. Sed iſte
qui rem comparauit cum titulo, & bona fide, ſi
ante impletam vſucapionem de illius poſſeſsio-
ne lapſus eſt, ius ciuile illi non patrocinatur, cùm
non ſit dominus adhuc: nec per traditionem, eũ
tradens dominus non fuerit: nec per vſucapionẽ,
quia nondum eſt perfecta. Ius prætorium tantùm
illi ſuccurrit ad illius rei recuperandam poſſeſ-
ſionem, per actionem Publicianam: igitur Publi-
ciana eſt Prætoria inuentione. Secundò, actio eſt
extentione prætoria: vt quando caſus aliquis eſt
iure ciuili prouiſus, qui tanquam particularis, in
generali prouiſione à prætore introducta conti-
netur, vt petitio hæreditatis: quæ licet ciuilis ſit
quippe à Senatuſconſulto introducta, l. ſed & ſi
lege. §. quod ait Senatus. ff. de petit. hæred ſub bo-
norum poſſeſsione tamen continetur, l. ij. ff. de
13 poſſeſſ. hæred. petit. † quia prætor tantùm iuuat
per bonorum poſſeſsionem eos quos quaſi hære-
des facit, quantum ius ciuile per hæreditatis peti-
tionem. Nam bonorum poſſeſsio principaliter
non eſt inuenta propter eos, qui iure ciuili ad hæ-
reditatem mitti poſſunt, vt patet ſuprà, de bono-
rum poſſeſsione. Obiter tamen, & in conſequen-
tiam hæres petere poteſt bonorum poſſeſsionem
cùm generali prouiſione in bonorum poſſeſsione
fuerit ſubintellectus, d. l. j. & ij. ff. de poſſeſsione
hęred. petitione. Sume elegans exemplum Bono-
rum poſſeſsio contra tabulas, eſt propter emanci-
patos præteritos reperta. l. filium. ff. de bon. poſſ.
cont. tabul. & tamen in conſequentiam, benefi-
cio filij pręteriti. ad filium inſtitutum, licet iuri
ciuili fuerit illi conſultum, porrigitur, l. ſi poſt
mortem. §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra. tabul.
14 † Extenditur igitur iuris prætorij effectus ad ca-
ſus iure ciuili præmiſſos, quando in vtroque ca-
ſu rationis ſimilitudo verſatur. Quare bonorum
poſſeſſoria petitio hæreditatis prætoria non eſt,

origine

origine inſpecta. Tertiò loco quædam eſt actio
Prætoria approbatione, ſed ciuilis eſt inuentio-
ne: vt commodati actio, quæ inuentione eſt ciui-
lis. Erat enim illa actio, ciuili iure introducta
ante ius prætorium: not. in l. ex hoc iure. ff. de
iuſtit. & iur. ſed approbatione eſt prætoria, l. j. ff.
commodati. De eo quod quis commodauit, iu-
dicium dabo. Intellige approbando ius ciuile:
ius enim Prætorium aliquando approbat ius ci-
15 uile: nonnunquam illud reprobat. † Aprobat
autem, ſi effectus iuris antiqui ex vberrimo fon-
te ęquitatis emanauerint: vt pactorum obſerua-
16 tio: † quæ licet ſit ſecundùm ius antiquum, à
iure tamen Prætorio maxime approbatur, l. iuriſ-
gentium. §. Prætor ait. ff. de pactis. l. j. ff. de conſt.
pecunia. omnes enim actus ęquiſsimos ſuſtentat
Prætor, arg. d. l. quod ſi Epheſi. §. fina. Quo caſu
omnes effectus ciuilis iuris æquitatem habentes
ſibi coniunctam, poſſunt appellari Prætorij pro-
pter ipſius Prætoris æquiſſimam approbatio-
nem. Nonnunquam Pretor iuris ciuilis actus
repellit, maximè ſi nimis ſint regidi, & iniquita-
tem fouentes: vt cum quis per calumniam ſtipu-
latori rem promiſit ſecundùm iuris ciuilis ſubti-
litatem, is eſt obſtrictus: ſed iure prætorio non
eſt obligatus, quia petens ſtipulator, doli exce-
ptione vincitur, l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor.
oblig. Eſt enim dolo exceptio à Prætore intro-
17 ducta, l. j. ff. de doli. mali & met. excep. † Iuſta au-
tem ea ſunt, non tamen æqua, quę ſunt iuris
ſubtilitatem ſecuta: Græci ἀκριβοδίκαια nomina-
rũt. Ideò inter iuſtũ & iniquum eſt, teſte Ariſtote-
le, ἐπιεικὲς velut temperamẽtum quoddam: de quo
elegantiſsimè Budęus in titul. de iuſtit. & iur. in
Pandectis. Quod temperamentum iudices ſe-
qui tenentur, quaſi regulam Lesbiæ, ſi iuſtitię of-
ficio freti in ferendis ſententiis velint rixas li-
tigantium prudenter dirimere. In commenta-
riis huius §. interpretes illinc orta occaſione,
18 † quærunt vtrum actiones, quæ deſcendunt ex
edictis Marchionum, Comitum Baronum, Epi-
ſcoporum, ſint ciuiles, an prætoriæ: vt pote ſi
ex Comitis edicto contra regulas iuris hæredi-
tas deferatur alicui. Hic cardo videbitur quæ-
ſtionis: quia ſi huiuſmodi perſonæ conſtitutæ in
dignitate, Prætoribus populi Romani confe-
rantur, actiones erunt Prætoriæ: ſi non, erunt
ciuiles. Bart. in lege fin. ff. de pœnis, & in lege
omnes populi. ff de iuſtit. & iur. dicit eas actio-
nes eſſe Prætorias: ideò tantùm durare anno.
19 Idem hîc Angelus exiſtimat. † Sed bonos
illos patres in hac re eſſe cæcos & ignorantes
diiudicauerim hîc (referente Iaſone) duabus po-
tiſsimum de cauſis: tum quia falſum eſt Duces,
Marchiones, Comites, Epiſcopos, populi Ro-
mani Prætoribus æquiparari: nam Prætorum
dignitas euaneſcebat annn terminato, §. primo.
infrà, de perpetuitate & temporalitate actio-
num eorum autem dignitas, licet à principe poſ-
ſint dimoueri, quia eſt temporis indetermina-
ti, perennis tamen cenſenda eſt, l. iuriſperitos.
ff. de excuſat. tut. tum quia huius differentiæ ef-
fectum hunc eſſe voluerunt: quia ſi Prętorię,
tantùm anno durabunt: ſi ciuiles, perpetuis tem-
poribus, id eſt annis triginta illis poſſumus ex-
periri, d. l. omnes. & d. l. ſicut. Quę aſſertio eſt
falſa indiſtinctè, quia licet ſunt pretorię, tem-
poris diuturnitate habebunt vim & effectum
actionum ciuilium, ſi ad rei perſequutionem
dirigantur, l. in honorariis. ff. de action. & obli-
20 gation. † Sed iam tempus eſt tranſeundi ad a-
actionis Publicianæ tractatus fertilem vſum. Ad
cuius intelligentiam, loco prælibatæ regulæ,
duo præ requiſita ſunt fundamenta. Vnum eſt
quòd Publiciana in rem actio, eſt ad ſimilitudi-
nem rei vendicationis procreata, l. eum qui §.
Publiciana. ff. de Public. in rem act. Nam ſicut
rei vendicatio, ſeu actio realis, contra quencun-
que datur poſſeſſorem, l. obligationum genera.
§. ff. de action. & obligation. ita Publiciana
contra quemcunque detinentem, præterquam
contra verum dominum, viuaciſsimè pu-
gnat, lege prima. ff. de Publiciana in rem act.
Rei vendicatio duo principia, ſeu extrema an-
tecedentia habet dominium ex parte agentis, &
poſſeſsionem ex parte rei conuenti, l. in rem. &
21 l. officium. ff. de rei vendicat. † ita Publiciana
duobus extremis continetur, poſſeſsione ex par-
te rei conuenti, & quaſi dominio proueniente
ex titulo & bona fide ex parte agentis. Sed in-
ſpicere oportet, quantum ſit diſcrimen inter rei
22 vendicationẽ, & actionem Publicianam. † Tres
hîc placet commemorare differentias. Vna eſt
quòd vendicatio ſit ciuilis: de qua in §. omnium,
diximus: Publiciana verò eſt vtilis, & pretoria:
illa verò directa, vt patet noſtro §. Altera eſt
differentia, quia Publiciana non requirit do-
minium ex parte agentis, ſed quaſi alioquin ſi
is qui Publiciana agit, eſſe dominus, ad dire-
ctam, & non ad vtilem confugeret actionem
d. §. omnium. Rei vendicatio verò non datur
niſi ei, qui habet dominium. C. de alienat. iudic.
mut. cauſſ. fact. Vltima differentia, quia dire-
cta rei vendicatio contra titulo poſsidentem
datur, l. officium. ff. de rei vend. & id patet toto
tit. ff. & C. de euict. Et ratio eſt, quia dominium
agentis abſorbet poſſeſsionem & titulum poſ-
ſidentis, cùm ſit longè potentius. Sed Publi-
ciana in rem actio non datur contra titulo poſ-
ſidentem, l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de Publi-
ciana in rem act. vt ſi rem ego emero à non do-
mino bona fide, & rei poſſeſsionem perdidero,
quæ res ad Titium peruenerit: deinde à Titio
eandem rem Gaius emerit bona fide: ego contra
Gaium, qui titulo rem habet, non potero Pu-
bliciana vti, d. § ſi duobus. & eſt ratio ſumpta ex
commodo poſſeſsionis: videlicet quòd in pari
cauſa melior eſt poſsidentis conditio, in l. in pari
cauſa. ff. de regul. iur. Reſpectu tituli nouus poſ-
ſeſſor non habet minus ius, quàm vetus ille poſ-
ſeſſor: imò maius cùm illum commodo poſſeſ-
23 ſionis vincat, vt ex ſe eſt manifeſtum. † Ipſe ta-
men hanc differentiam traditam ab interpreti-
bus, ſimpliciter de quocunque titulo intelligi
non crediderim: quia ſi titulus ſit lucratiuus,
nempè pro donato aut delegato, quo nouus poſ-
ſidet: titulus autem, quo vetus poſsidebat, fuerit
oneroſus: tunc non dubitauerim veteri poſſeſſori
contra nouum, etiamſi cum titulo poſsideat, ſi
ſit lucratiuus, Publicianam dari: & id prompta
ratione, quia vetus certat de damno fugiendo:
nouus autem poſſeſſor intendit de lucro acqui-
rendo, cùm titulum habeat lucratiuum. Igitur
in hac ſpecie vetus poſſeſſor recenti eſſet præfe-
rendus: arg. l. fin. C. de iure codicil. Nam ſi con-
currant duo, vnus pro fugiendo damno, alter
verò

verò pro lucro conſeruando, plus lucro quàm
damno eſt fauoris concedendum,l.qui autem. §.
ſciendum.ff.quæ in fraud.credit. & id miſeratio-
nis cauſa ſuadet cum ille paupertatis onere præ-
grauetur. Iaſon ab aduocato magni nominis
quondam popoſcit quæſtionem: num Publicia-
na competeret contra poſsidentem pro hærede.
Cui ipſe reſpoodit,poſsidentem pro hærede non
poſſe conueniri actione Publiciana: quia Publi-
ciaoa, vt ante docuimus,non datur cootra titu-
lo poſsidentem,d.l.ſiue autem. §.ſi duobus.ff. de
24 Public. in rem act. † Sed titul. Pro hærede,
titulus eſt ſufficiens, cùm per eum dominium
traosferatur.Hæres enim poſtquam hæreditatem
adiuit, efficitur dominus corporum hæredita-
riorum, l.cùm hæredes. ff. de acquir. poſſeſ.
Sufficit enim hic titulus ad vſucapiendum,niſi ſit
pro ſuo hærede,l.nihil. C.pro hærede. Sed Iaſoni
ille inſignis cauſidicus & celeberrimi nominis,
in primordiis iuris viſus eſt errore labi: nempè
quòd titul. Pro hærede, titulum eſſe affirma-
uerit,cùm re vera non ſit titulus:quod apertè ra-
tione ſequenti indicatur. Nam petitio hæredi-
tatis non datur contra titulo poſsidentem l.hæ-
reditatis.in fioe C.de petit.hæredit.ſed petitio hæ
reditatis datur contra poſsidentem pro hærede,
d.l.hæreditatis. C. de petit. hæredit. Ergo titul.
Pro hærede, titulus eſt impefectus & inſuffi-
ciens. Experiri igitur quis poterit Publiciana in
rem actione cootra poſsidentem pro hærede.
25 † Sed in manifeſto errore ego vtrunque, & Iaſo-
nem,& illum aduocatum excellentem eſſe ſepul-
tum,clariſsimè oſtendam. Primùm oon eſſe ve-
ram Iaſonis contradictionem, quia negat Pro
hærede oon eſſe titulum:cùm in hac noſtra diſci-
plina titulum appellemus, omnem cauſam, qua
dominium transfertur: Accurſ. in l. cogi. C. de
petit.hæred.& nos docuimus antè: not. in lege.
nunquam.ff.de acqui.rer. domin. Sed qualitas,
qua quis pro hærede poſsidet, eſt ad dominij ac-
quiſitionem ſufficientiſsima:cùm heres poſt ap-
prehenſionem fiat dominus corporum heredi-
tariorum,l.cùm hæredes.ff.de acquir.poſſeſ. Nec
obſtat Iaſonis argumentum de petitione hæredi-
tatis:quia licet contra poſsidentem pro hærede
moueatur,nihilominus eſt titulus:quia eſt titulus
26 non particularis,ſed vniuerſalis. † Et quod di-
citur petitionem hæreditatis oon dari contra ti-
tulo poſsidentem, intelligendum eſt de titulo
particulari,noo autem vniuerſali: qualis eſt is,
quo quis pro hærede poſsidet. Nam cùm aliquis
rem alienam titulo particulari poſsidet, hæredi
alio modo ſuccurſum eſt, quàm per petitionem
hæreditatis:nempè rei vendicatione,d. l. hæredi-
tatis.in fine. Sed cùm quis titulo vniuerſali pro
hærede poſsidet ab eo qui agit petitione hæredi-
tatis,noo ita facilè poteſt conueniri: quia petitio
hæreditatis,cum ſit vniuerſalis titulus, l. licet.ff.
de petit.hæredit. ſecum obumbrat omnes alios
particulares titulos:maiorem enim habet ſimili-
tudinem vnus titulus vniuerſalis cum alio vni-
27 uerſali titulo, quàm cum particulari: † quia in
rebus maximè ſimilibus velox eſt tranſitus, l.in
rem.§.quæcunque. ff. de rei vendicat. Errauit
præterea ille aduocatus cum falsò concluſit Pu-
blicianam in rem actionem noo dari contra poſ-
ſidentem pro hærede:non quidem Iaſonis ratio-
tione,quam conuulſimus,ſed quia ſuperius æqui-
tate naturali demonſtrauimus, actionem publi-
cianam dari contra poſsidentem,titulo lucratiuo
quia caſus ille ſecundùm æquitatem oaturalem
eximi debet à regula geoerali. l. ſiue autem. §. ſi
duobus ff.de Publician. in rem act. maximè ſi is
qui vult Publiciana experiri rem acquiſiuerit ti-
tulo oneroſo:ſecus foret, ſi titulo lucratiuo:quia
in pari,cauſa melior eſſet conditio poſsidentis, l.
io pari cauſa.ff.de regul.iuris. Titulus autem Pro
hærede,eſt lucratiuus, l.ij. C. de imponenda luc.
deſcr.lib.x. Codic.oiſi hæreditas non ſit ſoluen-
do:quo caſu magis ſapit oaturam tituli oneroſi
quàm lucratiui, l. ſi hæreditatem. ff. mandati.
28 † Concludo igitur Publicianam ei competere,
qui habet oneroſum titulum contra poſsidentem
pro hærede.Sed iam videamus quid ſit Publicia-
na in rem actio.Ea paucis & breuibus verbis de-
29 pingi poteſt: † vt ſit actio in rem, à prætore in-
uenta,propter eum qui titulo & booa fide à non
domino eam rem habuit, quæ nondum eſt v-
ſucapta. Huius diffinitionis particulas accom-
modatius poteris explicare per cauſas ipſi Publi-
30 cianæ competentes: † & ſex Accurſio eſſe libuit,
Prima:quod res fuerit tradita illi qui titulo &
bona fide eſt munitus,l.j.§.ſed cur. ff. de Public.
in rem action. Eſt ratio:quia Publiciana in rem
actio ſequitur vſucapionis regulas, ff. de Public.
io rem action.in l.eum qui.Sed non poteſt vſu-
capio procedere, oiſi res.cuius dominium vſu-
capiooe acquiritur,tradita fuerit, l.ſine poſſeſsio-
ne.ff.de vſucap.Sed id nudè & ſimpliciter poſi-
tum,procedere non poteſt. Eſt igitur vnus caſus
31 detrahendus ab ea regula,videlicet † niſi res pro
qua Publicianam largitur Prætor illius qui agit,
poſsit fieri ſine traditione: quia traditione to-
ties opus eſt,quoties dominium ſine ipſa non po
teſt pertinere ad nos, l traditionibus. C. de pa-
32 ctis. † Sed quando naſciſci nos dominium ſine
traditiooe valemus, vt rei io vltima voluntate
relictæ,l.à Titio.ff.de furtis.vel rei debitę eccle-
ſiæ,l.ſio.C.de ſacroſanc.eccleſ. his quoque caſi-
bus non eſt opus traditione, quia earum rerum
dominium ſine ipſa nobis acquiritur, pro quo
realis directa danda foret. † Multo igitur magis
33 Publiciana,cùm ipſa ſit inſtar rei vendicationis,
d.l.eum qui.§.Publiciana Præterea titulus eſt ne-
ceſſarius,id eſt,iuſta cauſa acquiſitioni proprie-
tatis ſufficiens,d.l.prima.ff.de Publiciana.Ratio:
quia nunquam ſimplex traditio dominium tranſ
fert,d.l.nunquam nuda.ff.de acquirendo rerum
domin. Sed quemadmodum ipſi antea oſtendi-
mus,ſi aduerſarius,cum quo agitur, maiori aut
æquali titulo firmatus non fuerit: quo caſu Pu-
bliciana non dabitur contra titulo poſsidentem
d.l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de publiciana.Ter-
tium requiſitum eſt:bona fides,l.eum qui. §.Præ-
tor ait.ff.de Publiciana Ratio: quia Publiciana
ſequitur regulas vſucapionis, dicta lege eum qui.
ff.de Public. Sed vſucapio niſi cum poſſeſsione
bonæ fidei coniuncta,non poteſt impleri, §.pri-
mo ſuprà,de vſucap.l.vnica.C.de vſucap. tranſ-
formanda: igitur nec Publiciana. Sed quo tem-
pore Publiciana agentes, debent bona fide eſſe
34 muniti: an ſemper.& ab initio,& ao in fine? † Si
ſacratas pontificij iuris conſtitutiones obſerue-
mus,io omoi parte temporis,qui rem præſcribit,
debet habere piam conſcientiam:id eſt, non de-
bet habere rei alienæ ſcientiam, c. fina.extrà de
præſcript.

debet habere rei alienæ ſcientiam,c. fin.extrà, de
35 præſcript. † Idem affirmandum in Publiciana
eſſet,cùm vſucapionis aut præſcriptionis regulis
eiſdem ferè conſcribatur. Sed iure ciuili per-
penſo, ſat eſt ab initio bonam fidem interueniſ-
ſe, l.vnica.C.de vſucap.transformanda. l. iuſto.
36 §.j.& ij.ff.de vſuc. † Sed anceps & difficilis ad-
modum quæſtio ſuboritur: cur vſucapientem
omni tempore oportet poſsidere, d. l. ſine poſ-
ſeſsione. non tamen habere bonam fidem, ſi ab
initio ſolùm interuenerit. Iaſon hanc dubita-
tionem copioſè locupletauit in rubrica.ff.de ac-
quir.poſſeſſ. Dinus in regula iuris, Malæ fidei
poſſeſſor. de regul.iur.in vj.vſucapionem eſſe in-
terrumpendam videretur interueniente mala fi-
de. Actus enim imperfectus corruit,ſi in caſum
inciderit, à quo non poteſt inchoari, l.pro par-
te.ff.de ſeruitut.l.ſi pluribus.§.fin. ff. de verb. o-
bligat.Vſucapio non completa, actus eſt imper-
fectus,à quo (malæ fidei caſu) ipſa exordiri non
37 poteſt.Debet ergo interrumpi. † Voluerunt ple-
rique ipſam vſucapionem interrupta poſſeſsio-
ne perturbari: non autem ſi mala fides poſtea
contingat, quòd inuerſa poſſeſsione debeat v-
ſucapio impediri. Id eſt manifeſti iuris,quia con-
tra non valentem agere præſcriptio non currit, l.
j.C.de annali exceptione. Sed quando præſcri-
bens ante impletam præſcriptionem deſinit poſ-
ſidere niſi interueniente dolo,contra ipſum non
poteſt agi,cùm deſiit illud extremum poſſeſsio-
nis,l.officium.ff.de rei vendicat. Sed non idem
eſt,quando bona fides in malam commutatur:
poteſt perpetuò agi contra poſsidentem ſiue
bona, ſiue mala fide rem vſurpauerit. Sed hæc
ſolutio contrarium non diluit:quia cùm vſuca-
pio non poſsit initium ſumere à mala fide: igitur
ſi ad malam fidem peruenerit, à qua non poteſt
initium habere vſucapio,maximè cùm ipſa, an-
38 tequam ſit abſoluta,ſit actus imperfectus.† Ego
annis ſuperioribus cùm eſſem Lutetiæ, gratiæ
comparandæ eruditionis, Senatorem quen-
dam inſignem fama, & rerum plurima cogni-
tione,interrogaui:qui reſponſo congruo meũ a-
nimum non expleuit, mihi reſpondens id eſſe
in cauſſa, quòd facilius bona fides quàm poſ-
ſeſsio amittatur: nempè per ſolam conteſtatio-
nem, l.ſi fundum.C.de rei vendicat.Hæc ſolutio
dubitationem non tollit.Tam facilis mihi vide-
tur iactura poſſeſsionis,quàm bonæ fidei: perdi-
tur enim voluntate poſſeſsio,l.iij.§.in amittenda
ff. de acquirend.poſſeſſ.l.quemadmodum.ff.eod.
titul.Quis enim caliditate animi motus non da-
bit operam turbare poſsidentem, vt amiſſa poſ-
ſeſsione,curſus vſucapionis ſit præcluſus? Et licet
turbatus animo poſſeſsionem retinere videatur,
ſi tamen diuturno tempore vim patiatur, ipſius
diuturnitate labitur memoria,l.peregre.ff.de ac-
quir.poſſeſſ.Dici igitur poteſt, & multi veteres
nouerunt,hæc tria,titulum poſſeſsionem,bonam
fidem in vſucapione requiri:ſed tamen differen-
39 ter:† nam poſſeſsio,eſt vſucapionis materia:titu-
lus,loco formæ:bona fides,eſt accidẽs,quo vtrũ-
que decoratur:accidentia enim (teſte Ariſtote-
le) magnam partem conferunt ad cognitionem
40 eius quod eſt.† Quod autem bona fides ſit loco
accidentis,& non formæ in vſucapione, euiden-
tiſsimum eſt argumentum: quia in longiſsimi
temporis præſcriptione non eſt requiſita,l.ſi quis
emptionis.§.j. C. de præſcript. xxx. vel xl. ann.
Si eſſet de ſubſtantia,ad omnem præſcriptionem
(veriſsimile eſt) pertineret.Habet igitur præſcri
ptio illa tria, titulum, poſſeſsionem, bonam fi-
dem,quaſi materiam,formam, & accidens. Nec
obſtat præcedens argumentum, quòd debeat a-
ctus corruere, licet ad actum perueniat, à quo
non poteſt incipere: quia illa regula poteſt di-
41 ſtingui:† Aut caſus ille,à quo non poteſt incipe-
re actus,reſpicit actus ipſius ſubſtantiam:quo ca-
ſu dicemus regulam procedere.Si tamen id in ac
cidente aut qualitate ponatur, à cuius defectu
non poteſt actus exordium ſumere,tunc non cor-
ruit,licet ad caſum inciderit,à quo inchoari non
poteſt. Quæ diſtinctio eluceſcit reſponſo Iuriſ-
conſulti.in l.iij.§.ſi quis cum minori. in verſic.
Scio.ff.de min.Nam cuius ſit ætatis adoleſcens
ad illius accidens & qualitatem pertinet:ſi tamen
minor hæreditatem adiuerit, licet maior factus
tanquam hæres aliquid exegerit,nihilominus po-
teſt in integrum reſtitui,inſpecto initio, licet ad
eum inciderit caſum à quo non poterit reſtitu-
tionem petere.Quare cùm bona fides ſit vſuca-
pionis accidens,non mirum, licet in malam fi-
dem poſtea mutetur: à qua non poteſt vſucapio
exordium capere,ſi vſucapio non turbetur pro-
42 pter malam fidem poſtea contingentem.† Quar
tum erit requiſitum Publicianæ, vt rem à non
domino acquiſiuerit:quia ſi à domino rem acce-
perit,non poteſt vti Publiciana, cùm non poſsit
vſucapere. Nemo enim rem ſuam vſucapit, l. ſe-
quitur.§.lana.ff.de vſucap.Igitur non habebit Pu
blicianam,d.l.eum qui.In hoc loco commodiſ-
ſimè poteſt doctorum anceps & dubia quæ-
ſtio diffiniri: An verò rei domino Publicia-
na ſit danda:& Petrus Bellaperticenſis dari poſ-
ſe opinatus eſt:& id tribus potiſsimùm argumen
tis. Primùm:quòd dominus non debet eſſe in ſor
te deteriori poſitus, quàm non dominus, arg. l.
43 non ſolùm.ff.de noxal.action.† Sed non domi-
nus habet Publicianam: multò igitur magis do-
mino debet eſſe conſultum remedio huius a-
ctionis. Secundum quando Prætor in caſu ne-
ceſſario aliquid diſpoſuit, ad caſum debet ex-
tendi minus neceſſarium, ob rationis ſimilitu-
dinem: vt bonorum poſſeſsio contra tabulas,
tantùm eſt inuenta in gratiam emancipato-
rum præteritorum, lege. illud. ff. de bonorum
poſſeſsione. contr.tabul. Et tamen huic reme-
dio locus eſt in filiis inſtitutis, d. l. illud. §. fi-
nal. ff.de bonorum poſſeſsione.contra tabul.qui-
bus iure ciuili abundè eſt ſatisfactum: vt in eo
titu. patet. ff. de hæreditate inſtitu. Ideò non
debet abſurdum diiudicari, ſi rei domino Pu-
bliciana competit, licet ob caſu dominium ei
qui verus non eſt dominus, fuerit introducta.
Tertium propter incertitudinem non reiicitur
ille qui diuerſa ponit remedia,l.j.§.qui autem. ff.
44 quorum legat.† Si fuerit incertum, an quis pro
hærede,an pro legatario poſsideat,poteſt vel pe-
titionem hæreditatis, vel quorum legatorum al-
ternatiuè proponere.Nam duas actiones in libel-
lo dictamus, proteſtati nos velle tantùm altera
vti. Sed cùm rei noſtræ volumus poſſeſsionem
recuperare,de iure illius rei ſumus incerti: quia
nemo ſatis apertè de rei dominio poteſt eſſe tu-
tus:cuius difficilima eſt probatio: Bart.in l. rem
quæ nobis.ff. de acqui.poſſeſſ. Ideò noſtra ætate
cauſidici,

cauſidici, in libello rei De deſiſtat, petunt illam
rem controuerſam ratione dominij, vel quaſi,
ad ſe pertinentem: quæ verba ad vtranque actio-
45 nem pertinent: † quia cùm dominij probatio
fuerit difficilima, argumen. l. is qui deſtinauit. ff.
de rei vendicat. Si verò de dominio veram pro-
bationem non poſſet elicere, de queſi dominio,
quod ex titulo & bona fide naſcitur iudicem fa-
46 cilius informabit. † Quare concludunt, verò do-
mino eſſe accommodatius Publiciana quàm di-
recta rei vendicatione potiri. Et de conſuetudi-
ne & forma huius libelli concepti alternatiuè
poteſt ſuſtineri, gloſſ. in c. abbate. de ſentent. &
47 re iudic. in vj. † Sed nobis hanc opinionem
ſubtilius contemplantibus, viſum eſt vero do-
mino Publicianam dari non poſſe: cùm ſatis ſu-
perque ſatis verò domino ſit per directam prouiſ-
ſum, & non ſoleamus ad extraordinarium auxi-
lium confugere, ſufficiente ordinario, l. in cau-
ſę. in ij. ff. de minor. xxv. annis. Hęc enim Publicia
na, niſi in ſubſidiũ cõpetentis actionis directæ nõ
eſt à Prætore comparata: vt patet noſtro §. dein-
de remedia viciſſim pugnantia, licet eundẽ effe-
ctũ reſpiciant, non poſſunt cumulari, l. contra. C.
48 de inoffi. teſt. † & querela inofficioſi teſtamẽti
inſtrumenti falſitas ex diametro inter ſe pugnãt:
quia vnum nullum ab initio, alterum verò va-
lere teſtamentum præſupponit: eundem tamen
finem proſpiciunt: nempè vt quę in tali teſta-
mento ſunt ſcripta, euertantur, & non valeant.
Cęterùm regula contrarietatis obſtat, quando
duæ actiones aduerſantur inter ſe, vnius electio-
ne altera tollitur, l. nemo. §. quotiens. ff. de regul.
iur. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de trib. a-
ction. quia allegando ſi quis ſibi contradicat,
non eſt audiendus, l. j. C. de furt. Conſule Bart. l.
naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſ.
& eundem in l. edita. C. de edend. Confundi
igitur non debent, quæ diuerſo tramite proce-
dunt, licet eundem ſcopum attigerint: argum.
lege conſulta diualia. C. de teſtament. Demum
libelli non debet hæc incertitudo tolerari: quo
49 enim dato, incerta eſſet iudicis ſententia, † quæ
debet eſſe libello non diſſimilis, l. vt fundus
ff. comm. diuid. cùm partes iudicis ſint, cer-
tam & omninò determinatam ſententiam pro-
nuntiare, §. curare. infrà, eodem. Nec obſunt
huic noſtræ ſententiæ procedentia argumenta.
Primùm: quia non eſt inde ſequens, dominum
eſſe conditionis deterioris, quàm quaſi domi-
num: quia ille habet vtilius auxilium, nempè
directam rei vendicationem, quæ ex iure ciui-
li deſcendit: ciuile enim auxilium magis quàm
prętorium valet, §. primo, infrà, de perpet. &
temp. action. Nec officit ſecundum argumen-
tum. Nam quod dicitur, Prætorem extende-
re ſuæ diſpoſitionis effectum, qui eſt inuentus ne-
ceſſitate vrgente ad caſum vtilem, vt præcedens
exemplum enodauit, id tantùm eſt verum, ſi
prætoris diſpoſitio maius nobis attulerit benefi-
cium, quàm ciuilis effectus: vt filiis in poteſta-
50 te retentis inſtitutis à patre, † nonnunquam lar-
gius ſubuenitur per bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas, quàm per teſtamentariam inſtitu-
tionem. Finge filiumfamilias in vncia ſolùm
eſſe inſtitutum, extraneum in reliquis vndecim
vnciis, emancipatum præteritum: ſatius longè
erit illi filio inſtituto rumpere patris teſtamen-
tum bonorum poſſeſſione contra tabulas, bene-
ficio illius filij præteriti, quàm ſi paterno iudi-
cio per hæredis inſtitutionem acquieſceret. Ex
teſtamento tantùm eſt habiturus vnam vnciam
de iure Prætorio: ſi rumpatur teſtamentum, ſex
ſaltem vncias eſt habiturus, poſtquàm cauſa te-
ſtati in cauſam inteſtati redacta fuerit, l. filium
ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Eſt ergo
nonnunquam largius beneficium Prætoris,
51 quàm iuris ciuilis. † Et tunc non negauerim iu-
ris Prætorij, quod principio aſpecto ob quan-
dam neceſſitatem conditum eſt, effectum ad ius
ciuile extendi, remedio vltimo extraordinario;
etiamſi habeamus ordinarium, ſi per illud magis
quàm per hoc ordinarium nobis ſubueniatur:
Bartol. in l. prima. §. nuntiatio. ff. de noui operis
nuntiat. At cùm Publiciana actio largius non
ſuccurrat nobis dominis quàm directa ciuilis,
licet illius probationes ſint magis faciles, vanũ
eſſet propoſita directa, ad Publicianã confugere.
Nec obſtat tertium de l. j. § cùm autem. ff. quorũ
52 legat. † loquitur enim ſub alia ſpecie facti, vide-
licet quando incertitudinem peperit aduerſarij
procacia, nolẽtis reſpõdere quo titulo poſſideat
Hîc autẽ incertitudo ex rei ipſius natura depen-
det. Quare cùm non animaduertatur odium ip-
ſius aduerſarij, propter quod hæc remedia pror-
ſus contraria ſunt coniungenda, hîc non poſſum
videre, cur alternatiuè dominus poſſit coniunge
re: odio enim procaciter agentis in iudicio, ſæpè
perplexitates concipiuntur: Doct. in l. nuda. C. de
cõtrah. ſtipulat. Ex hac generali poſitione ego pu-
53 tarem vnũ caſum eſſe detrahendum: † videlicet ſi
dominum lateat quòd dominus fuerit & in libel
lo ipſius dominij non meminerit, ſed ſimpliciter
ſe bona fide & titulo habuiſſe dixerit. Quo caſu
ob cuiuſdã æquitatis igniculos dominus Publi-
ciana experiri poteſt. Paria enim eſſent quendam
non eſſe dominum, vel eſſe, ſi ipſe de dominio la-
tenti mentionem non faciat: arg. l. in lege. ff. de
contrah. empt. licet certitudine legis, cuius fuerit
dominium, ſatis pręſpicuum exiſtat, l. cum quidã.
54 §. ſuum & ibi Bart. ff. de acquir. hered. † In hac ta
men iuriſprudentia, hominis incertitudinem ma
gis quàm naturæ aut legis ſolemus perpendere, d.
55 l. in lege. † Quintum requiſitum: vt eo tempore,
quo agere vult, ſe non dominũ credat. Sed iſtud
quintum non eſſe neceſſarium putarem: & id fa-
cilè anterioribus conuellitur argumentis. Idcir-
56 cò non inſiſtam. † Sextum requiſitum, quod Pe-
trus eſſe voluit, eſt, quod ad Publicianã pertinet,
vt pretium rei titulo & bona fide comparatæ ſo-
lutum fuerit. Nam toties Publicianæ eſt locus,
cùm res poteſt vſucapi, d. l. eum qui. Sed conditio
vſucapiendi non transfertur niſi ab eo qui do-
minium transferet tradendo, ſi dominus fo-
ret, lege. clauibus. ff. de contrahend. em-
ption. Sed rei venditæ dominium non transfer-
tur, etiamſi tradens dominus fuerit, ſi prætium
non fuerit ſolutum, §. venditæ verò res Inſtit.
57 de rerum diuiſ. † Nos tamen hoc ſextum non re-
quiri ſemper arbitrati ſumus, duobus rationibus
tum quod Prætor non diſtinguit, ſit ſolutũ necne
pretiũ: nec à nobis debet dubitari, l. de pretio. ff.
de Public. in rem action. tum quòd plerique alij
ſunt tituli, quibus rerum dominia transferun-
tur, vbi pretium non interuenit, vt pro do-
58 te, pro ſoluto, pro donato. † Quare verius
cogitanti

cogitanti mihi,quatuor tantùm pręcedentes cau-
ſæ,de quibus nos ſuprà, Publicianæ actioni vi-
dentur requiſitę.Hîc veteres interpretes colligũt,
agentes Publiciana dominium habere vtile du-
pliciter.Priore loco, quòd quaſi dominus dica-
tur: quod verbum ſi ad directum dominium nõ
referatus,vtile tamen debet comprehendere. Al-
tero loco,quòd vtilem habeat actionem, & non
directam,vt hîc dicit Imperator. Ergo per locum
à coniugatis,qui vtili agit actione,vtile debet ha-
59 bere dominium. † Sed malam eorum illationem
60 ego ſemper credidi. Eſto igitur poſitio, † quòd
is qui rem à non domino,bona fide tamen,& iu-
ſto titulo habuit, vtile domioium oon habet:
quod neceſſario conuiocitur argumento. Nam
vtile qui habet dominium, poteſt cõtra directum
dominium experiri,l.prima.§.qui in perpetuom.
ff.ſi ager emphyteut.petat.ſed qui actioois Publi-
cianæ remedio tutua eſt, non poteſt contra di-
rectum experiri Publiciana: cùm contra quem-
cunque detur,præterquam contra verum domi-
num. l.fina. ff.de Public. Cæterùm quando res à
non domino traditur,nullum in accipientem do
minium transfert, cùm ipſe nullom habeat do-
minium.Nemo plus iuris in alterum poteſt tranſ
ferre, qoàm ipſe habeat, l. nemo plus iuris. ff. de
regul.iur. Idcirco qui rem habet à non domino,
61 oec directum nec vtile habet dominium. † Nec
reſpõdendum ſuccurrit rationibus antiquorum,
quæ friuolæ ſunt,& parum vrgent. Nos etiam in
§.omnium, eliſimus opinionem veterum, quĩ
duas ſpecies dominij,directi & vtilis, eſſe conſti-
tuerunt, cùm vnom tantùm in iure ciuili domi-
nium eſſe compertum habeamus,nec vſquam v-
62 tilis factam eſſe meotionem. † Vltimo loco præ-
ſentis §.ſpeculatione non videtur indignum in-
63 quirere, † an mala fides illins qui mihi rem tra-
didit, titulo & bona fide accipienti noceat,quo-
minus Publiciana vti poſsim. De iure ciuili Di-
geſtorum nequaquam in dubium venit, cùm
Marcellus Iureconſultua non nocere reſpoodit
in l. eum qui. §. Prætor ait. ff. de Public. in rem
action.Sed nouella ſanctio Imperatoris, dubita-
tionem mihi peperit, in authentic. malæ fidei.
C.de præſcrip. loog. tempor. vbi ſi meus author
fuit in mala fide, licèt ab eo rem bona fide ac-
cepero, propter malam mei authoris fidem,
domino ignorante, ego non potero præſcribe-
re per longum tempus. Igitur nec Publiciana
agam: Publiciana enim regulas ſequitur vſuca-
64 pionis, d.l.eum qui.ff.eod. † Iaſon in diſſoluen-
65 da præſenti difficultate, luto ſe inuoluit: † &
cùm hunc locum deſiderat illuſtrare, eum den-
ſiſsimis tenebris obſcuriorem facit. Breui itaque
ſermone habet,quòd authoritate malæ fidei nihil
pertingit ius Publicianæ: quia, inquit ille, vt ſit
locus Publicianæ,ſufficit rem quouis modo poſſe
vſucapi: aut paruo, aut magno tẽpore: nooenim
ea l.eum qui,tempus perſtrinxit, quo currente in
vſucapione nobis Publiciana poſsit compete-
re. Hæc ſolutio magis difficultatem intorquet,
dicta l.eum qui.ff.de Publi. Id quod potiſsimum
io Publiciana dæſiderat,eſt, quod res poſsit vſu-
capione acquiri. Sed ſucceſſor obſtante mala fide
authoris, domino ignorante, noo poteſt rem
præſcribere longo tempore: ergo nec vſuca-
pere: cùm vſucapio in rebus immobilibus ſit
temporis longi præſcriptio, nempè decem aono-
rum. Igitur incapax eſt Publicianæ in rem actio-
nis. Nec me mouet Iaſonis ratio: quòd, licèt
non poſsit longo tempore præſcribere longiſsi-
mum tamen per tempus præſcribere poterit:quæ
præſcriptio longiſsimi temporis, ad vſucapien-
dum ſufficiet. Id ego flocci facere ſoleo duplici-
65 ter:†tum quia aliud eſt vſucapio,quàm deſiderat
Publiciana, dicta l.eum qui, & aliud longiſsimi
temporis præſcriptio. Secondò longiſsimi tem-
poris præſcriptio,de qua in d.authent.malæ fidei,
nihil habet commune cum Publiciana: quia hæc
cum mala fide non poteſt procedere,d.l.eum qui
§.Prætor ait. Sed longiſsimi temporis præſcri-
ptionem fides mala maculare non poteſt,l.ſi quis
emptionis.§.j.C.de præſcript.xxx.vel xl.annorũ.
Non ergo longiſsimi temporis præſcriptio con-
tra Iaſonem & ſuos comites ſufficit introducen-
67 dæ actioni Publicianæ. † Huius erroris cauſam
fuiſſe exiſtimo peruerſum ſenſum regulæ ex d.l.
eum qui,collectæ.Putant negatiuè regulam pro-
cedere,cùm tãtùm fuerit ratiocinatus affirmati-
uè Marcellus,vt res quæ poteſt vſucapi,poſsit re-
cuperari Publiciana io rem actione. Sed non ſe-
quitur negatiuè, vt res quæ non poteſt vſucapi,
68 non poſsit per Publicianam acquiri. † Multis re-
gulis iuris ciuilis affirmatiuè datur locus,quæ ne-
gatiuè conceptæ ſunt falſæ: vt quæcunque im-
putaotur in quartam, ea conferuntur: ſed non
è regione non quæcunque non imputantur, ea
non conferuntur. Iuſtinianus in l. illud. C. de
collat.ita quæcunque res poteſt vſucapi, ea per
Publicianam poteſt acquiri: ſed quando res ali-
qua non poteſt vſucapi, non ob id eſt ſequens,
quin ſit Publicianæ ſubiecta. Tolle domeſticum
exemplum. In iure noſtro ſeruitutes non vſu-
capiuntur, l.ſeruitutes, in tertia. ff. de ſeruitut.
Pro illis tamen nobis Publiciana competit, l. ſi
ergo. §. j. ff. de Publicia. Sed inueſtiganda eſt
ratio. Mala fides authore bonæ fidei ſucceſſorem
vſocapere impedit,non tamen Publiciana vti vo
lentem impediet. Ratio eſt: maius ius per vſuca-
pionem acquiritur, l. iij. ff. de vſucapione: ſed
per Publicianam quaſi dominium tantùm com-
parari poteſt. Quare cùm non ſit tanti ponde-
ris, Publiciana citius conceditur, quàm vſu-
69 capio. † Vnde in præſenti materia colligen-
dum eſt diſcrimen inter vitium reale, quo im-
peditur,vſucapio, & vitium perſonale Nam vi-
tium reale, ſicut eſt vitium furtiuitatis, quemad-
modum eſt obſtaculo ad vſucapiendum,§.furti-
uæ quoque res.ſuprà,de vſucap.ita ne Publiciana
detur,impediet,l.ſi ergo.§.partus ancillæ.ff.de Pu
blic.Sed perſonale vitium,vt eſt mala fides autho
ris,licèt ſucceſſorem vſucapere impediat d.auth.
malæ fidei. non impedit beneficium Publicianæ,
d.l.eum qui.§.Prætor ait.ff.de Publician. Latius
enim ſe extendunt vitia realia quàm perſonalia:
not.in l.vitia. C.de acquirend. poſſeſſ. & in l.an
vitium.ff.de diuerſ.& tempor.præſcription. Bar-
tol.tamen in l.Pomponius. §.qui adminiculo. ff.
de acquirend. poſſeſſ. putat malam fidem autho-
ris minus nocere particulari ſucceſſori, quã vni-
uerſali:ſi quidem hic defuncto cum omnibus vi-
tiis ſuccedit. † Et ſicut hæreditatis, ita vitiorum
70 defuncti eſt ſucceſſor.l.cùm hæres. ff.de diuerſ.&
tempor.præſcription.Hęres enim penè eadem eſt
cum defuncto perſona, §. j. in authentic. de iu-
reiurand.à moriente præſt. Caueant igitur qui in

cumulandis opibus omne ſtudium & oparam poſuerunt, ne malis artibus illicitiſque modis rem ſuam domeſticam ampliare contendant. Summoperè debent cauere: quia ſicut ipſi fructum iniquitatis in peruerſo acquirendi modo acceperunt, ita peſſimum exitum diuitiarum poſte-
71 ritati ſuæ reliquerunt. † Nam diuitiæ malis artibus acquiſitæ, nonnunquam apud hæredum perſonas facilè dilabuntur.

Ad §. Rurſus.

SVMMARIA.

1 Abſentiarum non contemnendæ ſpecies.
2 Mortis bellicæ pulchritudo & vera laus.
3 Studia diſciplinorum ſunt voluntaria.
4 Pueris literis interdum inuiti initiantur.
5 Liberi pendent ab arbitrio parentum.
6 Scientia ſtudioſos nobiles efficit.
7 Quomodo intelligatur abſentem fauore ſtudiorum pro præſenti haberi.
8 Tertium genus abſentiæ.
9 Qui vitiis coinquinati patriam deſerunt, verè ſunt exules.
10 Quando quis tenetur in abſentiam procuratorem relinquere.
11 Quartum eſt genus abſentiæ.
12 Mercatores non coguntur abeſſe.
13 Stupet author, quare mercatorum abſentia non eſt honeſta.
14 Ex ſe non ſunt laudabiles artes niſi quarũ ſtudioſi ad Publicam vtilitatem reſpiciunt.
15 Duo præcepta Platonis.
16 Qui falſis merces ſupponunt, acriter ſunt reprehendendi.
17 Quintum genus abſentiæ.
18 Deus ſupplet abſentiam contumacis.
19 Quid ſit Latitare.
20 [illegible] ſius §.
21 Effectus huius §. eſt contrarius §. præcedẽti.
22 Si abſens ex turpi cauſa vſurpat rem præſentis, an competat reſtitutio.
23 Reſtitutio eorũ qui ſunt ab oſtibus capti.
24 Qui dicuntur hoſtes.
25 Latrunculi.
26 Capti ab hoſtibus, quomodo reſtituuntur, duplex fictio.
27 Difficultas circa fictionem.
28 Diſſolutio.
29 Reſtitutio in integrum, an ſit intra annum, an quatuor annos impetranda.
30 Aliud eſt reſtitutio in integrum, & aliud actio reſciſſoria.
31 Senſibile poſitum prope ſenſum, an cauſat ſenſationem.
32 In integrũ reſtitutio appellatur reſtitutoria.
33 Reſtitutio in integrum, & actio reſciſſoria, contra communem non ſunt diuerſa.
34 Nil ſuperfluum à lege inducitur.
35 Verum ſenſus ad d. l. finalem.
36 Dictam l. fin. emendat ius Digeſtorum.
37 Tempus incertum propter fatalia dierum vtilium, ad annos quatuor continuos relatum eſt.
38 Ius C. aliquando emendat deciſiones Inſtitut. Imperialium.
39 In textum oppoſitio.
40 Differentia inter impedimentum iuris, & impedimentum facti.
41 Impedimentum iuris etiam ex culpa proueniens, impedit vſucapionem.
42 Contra communem opinionem.
43 Proteſtatio facta coram iudice interrumpit præſcriptionem.
44 L. & Attilicinus. ff. de ſeruit. ruſtic. non verè intellecta.
45 Quæſtio frequentiſſima.
46 An Reſpublicæ aliarum ciuitatum gaudeant priuilegio, quod habet Reſpublica Romanorum.
47 Negligentia eſt vitium naturale.
48 Bonum commune præfertur particulari.
49 Magna videntur parua, quando maioribus comparantur.
50 In Francia non eſt Reſpublica, ſed regnum.
51 Ciuitas an contra ciuitatem vtatur reſtitutione in integrum.
52 Si agens tantum patitur in agendo, quantum agit, numquam effectus generaretur.
53 Contram communem ſententiam.
54 Ciuitates ſunt viciſſim ſorores.
55 Iniquum non debet tolerari fauore Reipublicæ.
56 Quomodo iudicant Generales in ciuitate Montiſpeſſulani.
57 Quæſtio admodum fructuoſa.
58 Ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem in integrum reſtituitur.
59 60 In integrum reſtitutio non reddit inutilem tractatum præſcriptionum.
61 Exceptiones, vbi ex capite ignorantiæ non reſcinditur præſcriptio.
62 Hiſtoria Arati ad vſum præſcriptionis accommodatiſſima.
63 Vſucapio bonum reſpicit publicum.

AT quia hic §. de reſtitutione in integrum pertractat, quæ ob longitudinem abſentiæ, & itinerum difficulta-
1 tem à iure conceditur: † ab initio huius explicationis omnes interpretes quinque abſentiarum genera præmiſerunt. Quædam eſt neceſſaria & laudabilis: vt cùm aliquis in numeros militum relatus eſt, vt in expeditione contra hoſtes degat, abeſt neceſſario: quia ſi ab exercitu ſiue commeatu recedere auſus fuerit, tanquam deſertor plectitur capite, l. deſertorem ff. de
2 re milit. † Item eſt laudabilis, quia pulchrum eſt in armis ſuccumbere: in perpetuum enim viuere

credantur

credantur per gloriam, qui in armis amore pa-
triæ iacuerunt, §. j. in fin. Inſtitut. de excuſat. tut.
Solebant ſtatuas erigere Romani in honorem eo-
rum qui in libello perierant. Referta ſunt omnia
iura priuilegiis, quibus fruuntur ipſi milites:
quòd in vitæ diſcrimine poſiti, cædes & vulnera
pro patria duriſsime patiuntur, l. aduocati. C. de
aduoc. diuerſ. iud. Eſt ſecunda abſentia probabi-
lis, & non neceſſaria: vt ſi quis fuerit abſens cau-
3 ſa ſtudiorum, neceſſaria non eſt, † cùm nullus
pro comparandis diſciplinis abeſſe compellen-
dus ſit. Artium ſtudia ſunt poſita in arbitrio ſtu-
4 dentium, niſi fortè paruulorum, † qui parentum
metu, aut nonnunquam præceptorum ſæuitia
ad literarum ſtudia ſunt prouocati, l. præcepto-
ris. ff. ad legem Aquil. Sed quia puerorum imma-
tura eſt animi deliberatio, l. j. C. de falſa mone-
ta ad literas eorum progreſſus voluntarius dici
5 debet, † quòd ſint in arbitrio ſuorum paren-
tum: creditur enim ea ætas nihil velle aut nolle,
niſi quod iuſtum & æquum illorum prudentiæ
viſum fuerit: argum. not. in l. fin. §. neceſsitate.
C. de bonis quæ lib. Laudabiles ſunt illi labores,
quibus inſudamus circa cognitionem literarum,
toti que generi humano fructuoſiſsimi: in authen-
tica habita. C. ne filius pro pat. Inde veteres ſcri-
pſerunt multorum ſcientia quàm plurimas pa-
6 trias illuſtratas honore fuiſſe. † Quare Vlpianus
gloriatus eſt, ex Syriæ nobilem originem ſe tra-
xiſſe: quod aliunde profectum non eſt, niſi ex il-
lius incomparabili ſcientia, l. j. ff. de cenſ. Alibi
tamen ſcriptum eſt. vt abſentes fauore ſtudio-
rum habeantur loco præſentium, l. quæſitum. ff.
de legatis iij. Sed fictio talis ita eſt accipiẽda, ne
vergat in detrimentum ſtudentis: quo caſu pro
præſente non eſſet habendus, ne quod fauore eſt
alicuius perſonæ introductum, in illius redundet
odium, l. quod fauore. C. de legat. vt ſi præſens in
ciuitate rem vſucapiat, cauſa ſtudiorum ab-
ſentis: ſi ſtudentem, qui abeſt, pro præſente ha-
beri foret dicendum, plus damni quàm vtilita-
tis ſtudentibus diurnæ lucubrationes, noctur-
næque vigiliæ afferrent. † In cauſa igitur con-
7 cernente vtilitatem, pro præſente tantùm ab-
ſens, fauore ſtudiorum habendus eſt, c. licet.
extrà, de præbend. & ibi not. In iure tantùm fi-
ctiones validæ ſunt, dum cõtra veritatem aliquid
eſſe accipiendum æquitas hortatur, l. nec vtilem,
ff. ex quibus cauſ. maior. † Tertia abſentia eſt
8 neceſſaria tantùm, & non probabilis, qualis eſt re
legatorum, qui ſententiam paſſi, patriam deſere-
re coguntur, vt eod. titul. ff. de interdi. & relegat.
Hoc abſentiæ genus prorſus caret fauore priui-
legiorum: † cùm non honeſtate morum aut pa-
9 triæ commodis abeſſe coguntur, ſed vitiis & ini-
quitate exules patriam procul aufugiunt. Nec
poteſt hoc dictum impedire nos, ſi opponas
contra agere non potentem, præſcriptionem
nullarum virium eſſe, l. j. §. j. in fine. C. de ann. ex-
ceptionn. Sed exul aut relegatus non poteſt agere,
cùm patriam coactus reliquerit. Solutio: Licèt
exul aut deportatus per ſe non poſsit agere, po-
teſt tamẽ per procuratorem experiri, l. Papinia-
nus exuli reuerſo. ff. de minor. xxv. annis. Duplici
igitur nomine reprehendendus eſt: tum quòd de-
licto antecedente exulauerit, tum quòd deſeren-
do patriam, non reliquerit procuratorem, qui
ſua abſentis negocia gereret, dicta l. Papinianus.

T. de Action.

10 † Hinc poteſt non ineleganter quæri, quando
quis propter futuram abſentiam teneatur procu-
ratorem conſtituere. Et vt nodum in ſcirpo
diſſoluamus, & multis occurramus oppoſitio-
nibus, in hac re ſemper ſolitum eſt diſtingui: Aut
quis abeſt neceſsitate ex delicto proueniente:
quo caſu, qui abeſt, procuratorem tenetur relin-
quere, dicta l. Papinianus. ff. de minor. xxv. an-
nis. Aut illius fuga notam non habet infamiæ ſi-
ue reprehenſionis: quo caſu abſentem dare pro-
curatorem iura non vrgent, l. quæſitum. ff. de re
iud. l. ſecunda. §. ſi quis ff. ſi quis caut. non obtem-
per. Huius dubij deciſionem accuratè diffinitam
ipſe apud Bartol. videto in l. j. ff. de diuerſ. & tem-
por. præſcr. canoniſtæ in cap. quærelam. extrà, de
11 procur. † Quarta, voluntaria tantùm, & non cõ-
tumax: vt mercator qui peregrè proficiſcitur mer
cium comparandarum gratia: de quo genere ab-
ſentiæ extat rubrica. C. de commerciis & merca-
tor. † nulla enim neceſsitate abeſſe coguntur, qui
12 mercaturæ gratia peregrinantur. Sicut magnis
laudibus non commendantur, ita obiurgandi
non ſunt, niſi ob mercaturam nimis familiariter
vterentur hoſtibus: hac enim ratione barbari o-
pes & potentiam noſtram poſſent paruipendere,
13 l. fin. C. de commerciis & mercator. † Miror ta-
men ipſe, quare mercatorum abſentiam non po-
ſuerunt noſtri interpretes inter abſentias hone-
ſtas & laudabiles: cùm mercatura multa ſecum
aſportans (teſte Tullio) ſit Reipublicæ vtilis: nec
ponitur inter ſordidas artes: multáque conce-
duntur priuilegia mercatoribus ad nũdinas pro-
ficiſcentibus, l. ſecunda. ff. de nundin. Sed eam
puto eſſe veritatis rationem, cur laudibilis non
14 eſt mercatorum, ſicut ſtudentium, abſentia. † quia
licet mercatura ſecum multa aſportans, multis
ſit vtilis, & Rempublicam plurimùm iuuet, tamen
inter publica munera ideò non collocatur, quia
qui illam exercent, ſuam magis quàm publicam
15 reſpiciunt commoditatem. † Nam qui Reipu-
blicæ præeſſe volunt (teſte Platone) ſuorum de-
bent eſſe obliti commodorum: argumen. autht.
res quæ. C. communia de legat. In ſordido tamen
quæſtu eos verſari exiſtimo, qui nihil lucrantur,
niſi admodum mentiantur: argument. l. ea quæ
16 commendandi. ff. de contrahend. empt. † Sed o-
mnium turpiſsimi ſunt illi mercatores, qui falſas
merces veris ſupponunt, l. ſiccularij. in principio.
17 ff. de extraord. crimin. † Quintum genus abſen-
tiæ eſt, quæ eſt voluntaria & contumax: vt reus,
qui in iudicium vocatus, nón vult in iudicio ſi-
ſtere: ſub quo abſentiæ genere neminem eſſe ex-
cuſandum leges voluerunt. Nec huius conſti-
tutionis beneficium propter ipſos inuentum eſt,
cùm ſint contumaces. quibus nunquam iura ſuf-
fragata ſunt. Proceditur contra iſtos legitimè
18 citatos, acſi præſentes eſſent: † eorum enim ab-
ſentiam maximi optimique Dei præſentia ſup-
plet, l. properandum. §. cum autem. in verſic. cum
enim. C. de iudiciis. Proceditur contra eos per
interpoſitionem primi aut ſecundi decreti, l. ſi fi-
nita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. & dicuntur cõ-
19 tumaces, qui latitant. † Eſt autem latitare, ſeipſum
turpiter occultare, l. Fulcinius. §. latitare. ff. ex qui-
20 bus cauſ. in poſſeſſ. eatur. † Sequens eſt, vt ad §. in-
terpretationem nos deſcendamus, in quo tractat
imperator de aliqua ſpecie actionis prætoriæ ſu-
21 periori contrariæ. † Nam in §. ſed iſtæ, egit de

Ll 2 Publi

Publiciana, qua ius conſeruatur per poſſeſſionem cum titulo acquiſitum: ſed in hoc §. agitur de actione, qua reuocatur actus, per quem eſt ius cum poſſeſſione & titulo acquiſitum, nempe de reſciſſoria actione. Inquit: Si is qui in ciuitate moram traxit, rem vſuceperit illius qui fuit abſens cauſa Reipublicæ, facultatem habet ille poſt reditum intra annum reſcindendi vſucapionem, & dicendi rem quaſi non eſſe vſucaptam, quæ verè vſucapta eſt. Ita hanc diſsimili ratione, ſi abſens cauſa Reipublicæ rem vſuceperit illius, qui erat præſens in ciuitate, fortè quia rem illam ſecum mobilem detulit: aut ſi erat immobilis eam poſsidebat per procuratorem, vel ſeruum, aut filiumfamilias præſentem in ciuitate, propoſita reſciſſoria aget contra illum, poſtquam redierit, vt rem ad ſe aduocet vſucaptam, ac ſi verè non eſſet vſucapta. De hoc genere reſtitutionis in integrum in libris Digeſtorum pleniſsimè agitatum eſt. Nam ſi abſens cõtra præſentem reſtituitur, eodẽ ferè iure præſens contra abſentem eſt in integrum reſtituendus: argument. l. j. ff. quod quiſque iur. l. ætas. C. de reſcinden. vendit.

22 † Sed vtrum ſit idem iuris, quando abſens ex turpi cauſa vſucepit rem præſentis in ciuitate, an huic competat reſtitutio in integrum contra abſentem turpitudinis gratia. Et competere eſt æquiſsimum, ne improbus ſit melioris conditionis quàm prudens & induſtrius vir, qui eſt abſens cauſa Reipublicæ: argum. c. cum qui. de prebend. in vj. l. non ſolùm. ff. de noxal. action. Sed idem non eſt ſuſtinendum vice verſa, ſi præſens in ciuitate vſuceperit rem abſentis, turpitudinis gratia, quem prætor non reſtituet in integrum contra præſentem: alioquin mercedem ſuæ turpitudinis deteſtabilem conſequeretur, c. ex tenore, in fine. extrà. de reſcript.

23 † Sed iam videamus, quomodo capti ab hoſtibus in integrum reſtituantur. Sed in primis diffiniamus, qui ſunt hoſtes.
24 † Et hi ſunt, quibus à populo Romano bellum inditum eſt, l. hoſtes. ff. de
25 captiu. & poſtlim. reuerſ. † Alioquin ſi bellum iure populi Romani, aut principis non habentis ſuperiorem, non fuerit denuntiatum, non dicuntur hoſtes, ſed latrunculi, l. hoſtes. ff. de verbo.
26 ſignific. † Capti ab hoſtibus dupliciter reſtituuntur: nonnunquam ipſo iure, nempè per fictionem vel poſtliminij, vel legis Corneliæ, poſtliminij ſi reuertantur ab hoſtibus, finguntur nunquam fuiſſe capti, l. poſtliminium ff. de captiuit. & poſtlimin. reuerſ. ſed ſemper in ciuitate manſiſſe. Fictio verò legis Corneliæ eſt, ſi apud hoſtes captus deceſſerit, tunc prima hora captiuitatis mortuus fingitur, l. ſi quis pro emptore. & ibi Bartol. ff. de vſucapion. Quædam eſt reſtitutio, quæ competit captis ab hoſtibus: & fit officio iudicis per in integrum reſtitutionem: de qua in l. ab hoſtibus. ff. ex quibus cau. ma
27 io. de qua etiã noſter §. loquitur. † Sed altius ſapere videtur ingenioſus auditor: quomodo captis ab hoſtibus per integrum reſtitutionem ſubueniendum eſt, cùm ipſo iure illis eſt ſuccurſum, nempe per fictionem legis Corneliæ, ſi apud hoſtes decedat: aut poſtliminij, ſi eos reuerſos fortuna voluerit, vt dictum eſt. Hæc difficultas, quamuis ſit acris & ardua, à nemine in-
28 terpretatum (me ſciente) eſt cogitata. † Illius nodum ipſi facilè diſſoluemus, ſi repetamus locum non eſſe fictioni aut legis Corneliæ, aut poſtliminij, in his quæ ſunt facti, l. nec vtilem. ff. ex quibus cauſis maior. cum l. ſequenti. Poſtliminium enim, captis in bello militibus amiſſa tantùm iura reſtituit, non autem facta, cùm ſuper factis non poſsit fictio conſiſtere: facta enim pro infectis nulla conſtitutione haberi poſſunt, l. in bello. §. factæ quoque res. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Poſſeſsio autem, etſi plurimum habet iuris, plus tamen facti in ſe continet. Idcircò quando præſens in ciuitate vſucapiendo rem abſentis in bello poſſedit, ad illam poſſeſsionem poſtliminij fictio non poteſt extendi, cùm facta pro infectis nulla conſtitutione haberi poſsint, vt antè dictum eſt. Sed neceſſe eſt ius per illam poſſeſsionem præſentis acquiſitum, per in integrum reſtitutionem reſcindi, non autem per fictionis beneficium. Sed iam videndum eſt, quomodo hic §. cum iure Codicis poterit conuenire. Hic dicit intra annum
29 reſciſſoriam dari: † ſed contrà, quòd hæc in integrum reſtitutio infrà annos quatuor poſsit impetrari, l. fin. C. de tempor. in integr. reſti. Hic dicit infrà annum tantùm. Non igitur hæc duo poſſunt conuenire. Solutio communis omnium interpretum: quòd noſter §. loquitur de actione reſciſſoria: dicta l. fin. C. de tempor. in integrum reſtitut. petend. de reſtitutione in integrum. Nam reſciſſoria actio anno tantùm finitur, l. in honorariis. §. ſed cùm reſciſſoria. ff. de action. & obligat. at in integrum reſtitutio, poſt annos quatuor lapſos exitum habet, l. fin. C. de tempo. in in-
30 tegr. reſtit. petend. † Vtrunque tamen, & in integrum reſtitutio, & actio reſciſſoria ſunt proponenda ſucceſsiuè, & progreſſu temporis, ad rem recuperandam quam abſtulit abſentia. Idcirco ſi tu, me in bello degente, rem meam vſuceperis, primùm ante annos quatuor impetrabo in integrum reſtitutionem, per quam auferetur obſtaculum, quo eram impeditus rem meam vendicare: nempe vſucapio, qua ſublata intra annum reſciſſoria dabitur, quæ eſt in rẽ vtilis actio: nam ante in integrum reſtitutionem rem non potero vendicare propter impedimentum vſucapionis. Quemadmodum qui cæcus eſt, non poteſt colores diſcernere, niſi duobus interuenientibus, vi-
31 delicet vt cæcitas remoueatur. † Nec hoc ad videndum ſufficit, ſed poſtea ſenſibilia inſtrumenta obiecto applicare oportebit. Ita cùm tu, me in bello abſente, rem meam vſucepiſti, duo ad recuperandum rem ſunt neceſſaria: videlicet in integrum reſtitutio, quę quatuor terminatur annis d. l. fina. deinde ad actionem reſciſſoriam iter eſt faciendum, qua rem meam à te vſucaptam, quaſi non vſucapiam, teperam. Ea actio vno tantùm anno viuere poteſt, vt hic patet, & l. in honorariis. §. ſed cum reſciſſoria. ff. de actionib. & obligation. Duobus ergo remedijs ſucceſsiuè rem ſuam vſucaptam volẽti repetere opus eſt: videlicet reſtitutione in integrum, & actione reſciſſoria. Et ea eſt duplex: quædam reſtitutoria, quædam inſtitutoria. Reſtitutoria, quæ ſublato impedimento per in integrum reſtitutionem, in-
32 re Prætorio tantùm reuiuiſcit: † & reſtitutoria ideò nuncupatur, quia ante tale impedimentum erat nota: vt rei vendicatio, quę ante vſucapionem competebat, poſtquam dominus reuerſus contra vſucapionem fuerit reſtitutus, vtiliter eſt re-

eſt reuerſa, vt noſtro §. conſtat. Quædam eſt
inſtitutoria, quæ nunquam fuit nata: fuiſſet
autem producta, niſi abſentia illius, cui com-
petit, impedimento fuiſſet: ſi præſens fuiſſet in
ciuitate, contrahendo ſibi acquiſiuiſſet actionem.
Datur autem illi poſt in integrum reſtitutionem:
& appellatur inſtitutoria, de qua ſingularis cre-
ditur textus in l. quamuis: §. ſi cùm eiſdem. ff. ad
33 Velleianum. † Nos hîc contrariam ſequimur
ſententiam: quòd non eſt opus, his duobus ſu-
perfluis remediis, nec diuerſis temporibus fi-
niuntur: quia licèt aliud ſit in integrum reſtitu-
tio, & aliud reſciſſoria actio, cùm in integrum
reſtitutio officio iudicis, non autem iure actionis
impetretur, l. quod ſi minor. §. fin. ff. de minori.
xxv. annis. hîc poteſt tuto negari, non eſſe a-
liud in integrum reſtitutionem, & actionem re-
ſciſſoriam: nam reſtitutione in integrum, & a-
ctione reſciſſoria, iure recuperat omnia quę per
abſentiam Reipublicæ cauſa ipſe perdiderat, vt
noſtro §. Horum remediorum eadem eſt ſub-
ſtantia, idem finis, eædémque cauſæ, vt ex diſcur
ſu eorum manifeſtum eſt. † Idcirco erant eadem
34 hæc Prætoris auxilia circa vtilitatem euidentem,
iuríſque vrgentem neceſsitatem. His ſuperfluis
remediis vti ſanè eſſet inſipidum, arg. l. hæc ſtipu
latio. §. diuus. ff. vt legat. vel fideicomiſſ. nomi-
ne caueat. Cùm quis impetrat in integrum re-
ſtitutionem, de iure prætorio aſſerit ſibi actio-
nem competere, quæ per impedimentum præ-
cedens erat extincta. Idcircò in integrum reſti-
tutio, & actio reſtitutoria, in ſpecie noſtri §.
nequaquam differunt. Nec obſunt duo argumen
ta præcedentia, quibus pro communi ſententia
diuerſa eſſe docent hæc remedia. Reſciſſoria, eſt
annalis: in integrum verò reſtitutio, curſu qua-
tuor annorum extinguitur, d. l. fina. Huius ar-
gumenti ſolutio ex verbis, d. l fin. ſe ipſum oſten-
dit: quòd olim reſciſſoria anno durabat vtili,
dicta l. in honorariis. §. ſed cùm reſciſſoria. ff. de
35 action. & obligat. † hodie tamen quatuor annis
36 continuis poteſt intentari, d. l. fin. † Et ita eſt in-
ferendum neceſſario, iure Digeſtorum dictum, §.
ſed reſciſſoria eſſe emendatum conſtitutione, d. l.
final. quod eſt plus quam veroſimile: quia cùm
olim annus vtilis competeret, ex quo deduceban-
tur feriati dies, & alia iuris impedimenta ratio-
ne temporis prouenientia, l. j. ff. de diuerſ. & temp.
37 præſcript. † Et ita nonnunquam eueniebat, vt
annus ille vtilis eſſet longior quatuor continuis
annis: nonnunquam breuior, pro negotij oppor-
tunitate & perſonarum impedimento: quæ va-
rietas tantam olim pariebat obſcuritatem, vt li-
tigatores olim magis cruciarentur circa anni
vtilis interpretationẽ, quàm rei principalis pro-
poſitam petitionem. Quare Iuſtinianus futuris
litibus obuiare volens, annum illum vtilem, ob
maximam litigantium vtilitatem, in quatuor an-
nos continuos permutauit, dicta l. final. Nec ab-
ſurdum eſſe iudicabis, quòd à conſtitutione Co-
dicis hîc §. noſter in hoc libro Inſtitutionum
38 appoſitus fuerit emendatus, † cùm nonnun-
quam Codex emendet Inſtitutiones. Nam a-
gnati ſecundùm hunc librum Inſtitutionum co-
gnatos excludunt, §. primo, & ſecundo. ſuprà, de
legitima agn. ſucceſſ.: & tamen ſexus differen-
tiam ius Codicis ſuſtulit, l. maximum vitium.
C. de lib. præterit. vbi ſublata eſt ſexus inæqua-

litas. Minùs huic noſtræ ſingulari ſententiæ of-
ficit alterum: nempè quòd in integrum reſtitu-
tio non impetratur iure actionis. Hoc proce-
dit in reſtitutione in integrum, quæ naſcitur ex
edicto. De minori viginti, vt expreſsè iuriſ-
conſultus ait, dicta l. quod ſi minor. §. final. ff. de
minor. Sed in reſtitutione in integrum, quæ ex
alia cauſa deſcendit, non eſt cautum noſtro iu-
re. Nam minori regulariter non ſuccurritur
iure actionis per reſtitutionem in integrum: quia
per reſciſſionem contractus ſatis ei ſubuenitur,
ne agatur contra illum, ſi contrahendo fuerit
deceptus, & non vt contra alterum poſtea agat.
Prætereà hæc reſtitutio in integrum non compe-
tit iure actionis præexiſtentis de iure ciuili: cùm
ciuili iure ad in integrum reſtitutionem nulla ſit
actio nobis prodita, d. l. quòd ſi minor. §. final.
Sed de iure prætorio, iura non negant actionem
concurrere cùm in integrum reſtitutione: vt hîc
perſpicuum habes exemplum in actione reſciſ-
ſoria, & in dicto §. Sed cùm reſciſſoria hanc ſo-
lutionem magis, quàm præcedentem amplecten
39 dam eſſe fatear: † demum vt integram noſtri §.
interpretationem abſoluamus, breuis diluenda
eſt nobis antinomia. Hic dicit pręſentem in ciui-
tate, contra abſentem qui rem vſucepit, eſſe re-
ſtituendum, at contra ſi actus eſt nullus ipſo iu-
re, non eſt in integrum reſtitutio neceſſaria, l. in
cauſæ, in ſecunda. ff. de minor. viginti quinque
annis. Sed abſens cauſa Reipublicæ non poteſt v-
ſucapere rem in ciuitate præſentis. Nam contra
agere non valentem non currit præſcriptio, l. j. §.
j. in fine. C. de ann. exception. Sed præſens in ci-
uitate, contra abſentem non poteſt agere, cùm
perſonæ facultatem non habeat: quæ conuenia-
tur niſi procuratorem reliquerit. Igitur non cur-
rit vſucapio. Turba interpretum innumeroſa hîc
plura inutiliter effundit. Sed communis eſt ſolu-
tio, quod tollamus diſcrimen inter iuris impedi-
40 mentum, & obſtaculum facti. † Iuris impedi-
mentum, curſum vſucapionis impedit: & ita eſt
accipienda regula illius §. j. in fine. l. j. C. de ann.
except. Nam filiuſfamilias ſtare non poteſt in iu-
dicio propter iuris impedimentum, l. fin. §. neceſ-
ſitate. C. de bonis quæ lib. Sed contra agere im-
peditum facti obſtaculo interueniẽte currit præ-
ſcriptio, l. ſi vnus. §. fi. l. & Atilicinus. ff. de ſeruit.
ruſticor. prædior. Si mihi fons in tuo fundo, hau-
riendi aquam ſeruitutem ad meum fundum de-
beat, & venæ fontis aruerint, vt per conſtitutum
tempus ea ſeruitute non fuero vſus: ſi venæ in
naturalem vſum redierint, ſeruitute non poſſum
vti, quia eſt extincta. Sed ex æquo & bono, mihi
domino fundi dominantis datur in integrum re-
ſtitutio, vt ſeruitutis vſus mihi reſtituatur venis
inſtauratis. Et ſic apparet ſeruitutis præſcriptio-
nem currere contra non potentem propter facti
impedimentum agere: ruptis enim venis fontis,
dominus fundi non poterat pro ſeruitute agere
ob naturale & non iuris impedimentum. Idem
in partu & origine obligationum eſſe dicen-
dum putamus. Pro confirmatione huius com-
munis ſenſus eſt conſtituenda differentia. Nam
facti impedimentum ſeu naturale non impedit
obligationis natiuitatem, l. continuus. §. illud. ff.
de verbor. obligat. Sed iuris impedimento ob-
ſtante non poteſt obligatio naſci, l. quod ſi plagij.
41 l. generaliter. ff. de verbo. obligat. † in tantum iuris

Ll 3 impe-

impedimentum, curſum impedit præſcriptionis
ipſo iure, vt nõ tantùm quãdo ex facto mixto de-
pendet impedimentũ, ſed etiam ſi ex culpa illius
proceſſerit. Vt ſex menſium ſpatium ex latere-
nenſi conſilium ſtatutum non præſcribitur in ex-
communicatos, quorum culpa eſt impedimentum,
capitulo, quia diuerſitatem. extrà, de conceſ. præ-
bend. Fortius eſt igitur impedimentum iuris,
quàm facti, cùm actus celebratus, impedimento
iuris interueniente, ſit ipſo iure nullus, l. ſi liber-
tus minorem centenario. ff. de iure patronum. †
42 Ipſe tamen in hoc loco aberrare crediderim ſcri
ptores, qui dicunt eum qui eſt præſens in ciuita-
te, eſſe impditum agere: quia licet directè agendo
non potuerit præſcriptionem aut vſucapionem
43 impedire, † apud tamen præſidẽ prouinciæ pro-
teſtando potuit interrumpere præſcriptionem,
l. vt perfectius. C. de ann. exception. Et ideò pro
abſente hîc valet vſucapio contra præſentem,
non quòd fuerit impeditus agere impedimento
facti, ſed quia proteſtando vſucapionem inter-
rumpere potuit, & non interrupit, d. l. vt perfe-
44 ctius. † Nec planè verè ſentientem Iureconſul-
tum intellexerunt in dicta l. & Attilicinus & l. v-
nus. §. fin. ff. de ſeruitute ruſticorum prædiorum:
quia in reſponſo illarũ legum ſeruitus haurien-
di aquam ipſo iure per præſcriptionem eſt miſ-
ſa: non quòd facti impedimento eſſet quis impe-
ditus vti ſeruitute, ſed quia defecerat ipſum cor-
pus, aut ipſius corporis habitus, propter quem e-
rat debita ſeruitus, quo caſu extincta fuit ipſo iu-
re. Sed quia illud corpus fuit reſtitutum, æquum
eſt vt illa reuiuiſcat, non iure ipſo, quia iura ſe-
mel amiſſa non reſtituuntur ipſo iure, l. qui res.
§. aream. ff. de ſolutione, ſed per reſtitutionem in
integrum, d. l. & Atilicinus. & in hac ſpecie in l.
ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruitute vrbano-
rum prædiorum. Sed iam vt finem perfecto ope-
re imponamus, inueſtigare oportet veritatem
45 cuiuſdam dubij. † Quod in vſu forenſi memini
frequentiſsimum eſſe, verum aliarum ciuitatum
Reſpublicæ, ſicut Romana, in integrũ debent re-
ſtitui, tantùm ſub nomine Reipublicæ. Nam Reſ-
publica Romana inſtar adoloſcentis, in inte-
grum debet releuari, l. Reſpublica. C. ex quibus
46 cauſis maioribus. † Gloſſa in dicta l. Reſpublica,
negare videtur de alia Republica conſtitutio-
nem eſſe accipiendam, cùm aliæ ciuitates loco
ſint priuatorum, l. eum qui vectigal. §. j. ff. de ver-
borum ſignificationibus. Cęterùm verbum Reſ-
publica prolatu ſimpliciter, de Republica Ro-
manorum, tanquam principe omnium ciuita-
tum intelligitur, §. ſed ius quidem. Inſt. de iure
naturali gentium & ciuilium. Lex ergo, quæ ſim-
pliciter de Republica loquitur tantùm ad Rem-
publicam Romanorum reducitur: non enim hoc
beneficio in integrum reſtitutionis quiſquam iu-
uatur, niſi iuris habet expreſſam declarationem,
l. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus cauſſ. maioris.
Nos tamen concludimus, & Petrus in ea eſt hæ-
reſi & ſententia, quamlibet Rempublicã, ſi con-
trahendo lædatur, poſſe eo nomine, quòd eſt pu-
blica, in integrum reſtitui. Nam minori aut pu-
pillo comparatur, non tantùm Reſpublica Ro-
manorum, ſed etiam ſingularum ciuitatum: vt
hic teſtatur ille author. Nam ſicut pupilli & mi-
nores per tutores & curatores defenduntur, cuius
rei patet amplitudo rubricarũ in ff. & C. ita Reſ-
publicæ aut comunitates ciuitatum per alios de-
fenduntur, nempe Syndicos, l. j. §. quibus. ff. quod
cuiuſque vniuerſitatis. Ergo ſicut illæ perſonæ
propter ætatis lubricum deceptæ, etiam modicè,
in integrum ſunt reſtituendæ. ita ciuitatum cõ-
munitates, quæ Reſpublicæ κατ᾽ ἐξοχὴν appellan-
tur reſtitutionis benificio ſubleuabuntur. Suadet
47 demum æquitas, ipſas communitates reſtitui †
propter adminiſtratorum negligentiam & com-
munionis vitium naturale, propter quod negli-
guntur omnia publica, l. ij. §. naturale. C. quando.
& quib. quart. pars deb. lib. x. C. communitas e-
nim eſt mater diſſenſionis, l. cùm pater. §. dulciſ-
ſimis. ff. de legat. ij. Quæ diſcordia, res communes
proſperè & feliciter geri impedit: gloſ. in l. vnica.
C. de caduc. toll. argum. l. ſi quis ingenuam. §. fin.
ff. de capt. & poſtliminio reuerſ. † Præterea bonũ
48 commune tantò eſt melius, quãtò eſt communi-
us: cùm illius gratia opes ſingulorum aliquando
poſtponuntur, in authenti. res quæ. C. communia
de legat. Non ergo peccabunt iudices, ſi læſas ci-
uitatum communitates in integrum reſtituant.
Nec obſtat l. eum qui. §. j. nam aliarum ciuitates
loco priuatarum habentur: intellige, habita con-
templatione Romanæ vrbis, quæ eſt caput om-
nium vrbium, & communis omnium patria, l.
Rom. ff. ad municipales. † res enim magnæ, quã-
49 do maioribus conferuntur, paruæ ſunt: Bartol. in
l. imperium. ff. de iuriſdiction. omnium iudic. aut
vt vectigal pendant Romano populo, à quo non
habent exemptionis immunitatem reliquæ ciui-
tates, priuatæ dicuntur. Sed quando non ſunt ad
Rempublicam Romanorum collatæ non exiguis
fruuntur priuilegiis: not. in l. ciuitatibus. ff. de le-
gat. j. Ad aliud, quod dicitur, Rempublicam ſim-
pliciter pronuntiatam, ad Romanum Imperium
referri, tanquam nobiliſsimum. Nec in hac pa-
tria rebus vtimur publicis, ſed regali Imperio.
Poteſtates autem, quibus reguntur homines (te-
ſte Ariſtotele in Ethicis) continentur ſub regno
aut ariſtocratia, ſiue democratia, quibus poſtre-
50 mis nos Galli parere nolumus. † Sed regiæ po-
teſtati homines huius regni ſubiiciuntur tan-
tùm. Quare nulla eſt propriè Reſpublica. Ideò
quia æquitas, qua Reſpublica Romanorum hoc
beneficio fruitur ſubleuanda, aliis ciuitatibus,
vt dictum eſt, maximè congruit. Ideò non ini-
quis rationibus poterunt in integrum reſtitui.
Sed ego ab hac communi opinione vnum caſum
51 detrahendum exiſtimarem: † videlicet ſi ciuitas
contra ciuitatem reſtitui deſideret. Eo caſu non
iuuaretur hoc beneficio, cùm priuilegiatus con-
tra æquè priuilegiatum priuilegio nequaquam
debeat eſſe innixus, l. verum §. fina. ff. de minor.
xxv. anno. Nam priuilegiati, inter quos eſt agi-
tata quæſtio, niſi diſparem habeant priuilegij
cauſam, ad ius commune legibus noſtris redu-
cuntur: Doctor. in l. fina. C. de ſacroſanct. ec-
52 cleſ. † Nam, vt Phyſici teſtantur, ſi obiectum
tantùm in reſiſtendo cauſæ agenti agit quantùm
agens principale, nunquam actionis generaren-
tur effectus. Idem in concurſu duorum priuile-
giatorum, ſi æqualiter vtrunque habeat ius ſin-
gulare, neutrum alterum vincit, niſi alter-
utrum habeat ius commune potentius: not. in l.
53 verum. † At ipſe exploſa communi ſententia, ci-
uitatem contra ciuitatem eſſe reſtituendam ſem-
per ſum arbitratus, cum nocumentum, quod
ciuitas

ciuitas patitur à ciuitate, ſit æquè graue & Reipu-
blicæ nociuum, ac ſi aliunde contrahendo dam-
num contingeret. Inſpicimus hic damnum, quòd
ciuitas in contrahendo ſuſtinuit; quòd eſt tam
graue, ac ſi à minus priuilegiato damnum eſſet
paſſa. Si Reſpublica aut communitas eat peſſum
non refert, quid illam labefactauerit: imò magis
eſt imputandum vitio, ſi vna Reſpublica quid
moliatur contra alteram, quàm ſi priuatus homo
54 hoc cogitauerit: † cùm Reſpublicæ inter ſe ſo-
55 rores (teſte Tullio) appellari poſsint. † Licèt iu-
ra Rebuſpublicis maximè faueant, iniquum ta-
men reſpectu earum non eſt inducendum, c.ex te-
56 nore.extrà, de foro compet. † Et ita menſe ſupe-
riori in ſubſelliis indicauerunt huius ciuitatis ſe-
natores, qui habent notionem ſuper re numma-
ria Principis, cùm eſſet quæſtio de contribuendo
tributo inter diœceſanos Bitterrenſes & Lodo-
nenſes. Et quia tractata eſt reſtitutio in integrum
propter abſentiam Reipublicæ, cauſa interue-
niente in ciuile non videbitur fortaſſe diſſerere,
57 † an ratione ignorantiæ contra præſcriptionem
reſtitutio in integrum poſsit impetrari. Nam con
tra ignorantem præſcriptio currit, dummodò
præſcribens, & is contra quem præſcribitur, ſint
eiuſdem prouinciæ, l. fin. C. de præſcript. long.
58 temp. † Sed an ad præſcriptionis reſciſsionem,
rei antiquo domino, aut creditori in integrum
competat reſtitutio ex cauſa inſcitiæ, vetus eſt
quæſtio; & non competere arbitrata eſt gloſſa,
in dicta l. finali. Licèt ratione aliqua opinionem
ſuam non confirmauerit, illius impulſiuam ra-
tionem, fortè hanc eſſe puto. In integrum reſti-
tutio non datur contra eum qui tutiſsima exce-
ptione eſt ſecurus, l. ait Prætor. §. penultimo.
ff. de minoribus xxv. ann. Sed qui rem præ-
ſcripſit, tutiſsimam habet exceptionem, l. om-
nes. & l. ſicut. C. de præſcription. xxx. vel xl.
annorum. Igitur contra præſcriptionem nulla
in integrum reſtitutio competit: & quæ magis
vrget ratio, effectum nullum haberent præſcri-
ptionum tituli: quia licèt finita eſſet præſcriptio,
allegata ignorantia quæ facilè præſumitur, liti-
gator qui præſcriptionem paſſus eſt, reſtitutionem
impetraret: † vnde obiter illuſorius redderetur
59 præſcriptionum tractatus. Verior tamen eſt con-
traria aſſertio, quam ſequuti ſunt Felinus in c. vi-
gilanti. extrà, de præſcription. Bartol. in l. j. §. ſi
quis autem. ff. de itinere actúque priuato. Pro
qua ſententia nuper, nobis aſsidentibus, copio-
ſè & eleganter in iudicio fuit concluſum. Pri-
mùm, quo moti iudices fuerunt, eſt generalis clau
ſula ſcripta in l. prima. ff. ex quibus cauſ. maior. Si
qua mihi iuſta cauſa fuerit, in integrū reſtituam.
Sed cauſa non poſſet eſſe iuſtior, quàm ignoran-
tia: qua etiam ſapientiſsimi homines capiuntur,
l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. Hæc poſterior ſen
tentia corroboratur l. Antonius. ff. de acquirenda
hæreditate. vbi cùm aliquis in prouincia procu-
raret Reipublicæ cauſa, & Romæ hæres inſtitu-
tus, hæreditatem non adiuiſſet, quòd ſe inſtitu-
tum hæredem ignorauiſſet, licèt tempus præterie-
rit, infrà quòd hæreditatem debuit adire, in
integrum tamen eſt reſtituendus. Errore igi-
tur interueniente poteſt in integrum reſtitu-
tio poſtulari. Demum quando eſt præſcriptum
contra agere non potentem, propter facti im-
pedimentum, is releuandus eſt reſtitutionis
in integrum beneficio, l. vnus. §. fin. l. & Attilici-
nus. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. Sed ignorans facti
impedimento, nempè ignorantiæ, contra præſcri-
bentem non potuit agere. Igitur reſcindi pote-
rit præſcriptio ex capite ignorantiæ; quam qui-
dem opinionem iuuat, l. ſi partem. §. j. iuncta glo.
ff. quemadmo. ſeruit. amittant. Vbi ſi ad fundum
meum viam legaueris, & ignorauero, ſi per tem-
pus conſtitutum via non fuero vſus, ipſam amiſi.
Sed inquit gloſſa, In integrū reſtitui debeo. Nec
vrgent prædictæ rationes: primùm, quòd d. l. o-
mnes, quæ præſcribentem vult pleniſsima moni-
tione ſecurum, loquatur de præſcriptione lōgiſ-
ſimi temporis: in themate verò noſtro, de longi
temporis præſcriptione tantùm, cùm ſatis ſit am-
pla differentia inter præſcriptionem longi tem-
poris, & præſcriptionem longiſsimam. Cæte-
rùm ſi placet extendere reſtitutionem in inte-
grum ad præſcriptionem longiſsimi temporis,
quemadmodum aliquando meminimus, eſſe iu-
dicatum dicemus, dicta l. omnes. cùm inquit præ-
ſcribentem tutiſsima monitione eſſe ſecurum iu-
re ciuili loqui, non autem iure prætorio. Vnde
eſt beneficium reſtitutionis in integrum imper-
tiendum, dicta l. prima. ff. ex quibus cauſ. maior.
in integrum minúſque formidandum eſt ſecun-
dum argumentum de reddendo illuſorio tracta-
60 tu præſcriptionum: † quia licet ſit præſcriptio
beneficio reſtitutionis reſcindenda, præſcriptio-
nū materia non erit infructuoſa: quia ſi is, con-
tra quem præſcribitur, cum præſcribente fue-
rit eiuſdem ciuitatis, ſuum ius non dicetur igno-
raſſe, cùm ſui patrimonij vires nemo præſu-
matur ignoraſſe, l. quiſquis. C. de reſcindend. ven-
dition. Et qui reſtitutionem ex capite ignoran-
tiæ impetrabit, de ipſa ignorantia fidem facere
debet: quod erit admodum difficile. Præterea
cùm in integrum reſtitutio ſit tantùm quatuor
annis proponenda (pone veterem dominum,
aut creditorem, in eo temporis ſpatio reſtitutio-
nem non petiuiſſe) neceſſe erit poſt illud tem-
pus pati incommodum præſcriptionis, l. finali. C.
de tempor. in integrum reſtitutio. petatur. Non
igitur erit ſine vberrimo fructu tractatus præſcri-
ptionum. Hanc concluſionem in iudiciis com-
muniter obſeruatam, in quibuſdam caſibus li-
61 cet reſtringere. † Primus eſt, ſi ſupina aut affe-
ctata fuerit ignorantia: quia ea nemini auxiliari
poteſt, niſi fœmina fuerit, dicta regula. ff. de iur.
& fac. ignorant. Ludouicus Romanus in conſilio.
cxxvij. Alter eſt caſus, ſi centenaria præſcriptio
fuerit reſtitutione in integrum. Feli. non vult eam
reſcindi per c. ij. de præſcript. in ſexto. ita in d. ca-
pitulo vigilanti. Et licet illud capitulum ſecun-
dùm Felini ſententiam non probet, non tamen
parum habet coloris: & veram eſſe exiſtimo, quia
nullam debet moleſtiam pati, qui longiſsimo
tempore rem præſcripſit, l. finali. C. de fund. pa-
trimon. lib. xj. C. Hoc genus præſcriptionis plus
habet roboris, quàm præſcriptio temporis lon-
gi: nam hæc cum mala fide non procedit, illam
autem mala fides non inficit, l. ſi quis emptionis.
§. primo. C. de præſcriptio. xxx. vel. xl. annorum.
Non parum ad rem facere videtur memorabilis
hiſtoria Arati, quam Tullius refert Officiorum
61 a. † inquit Aratus, cùm Sicyonem patriam ſuam
per quinquaginta annos à tyrannis oppreſſam li-
beraſſet, occiſo tyranno Nicocle, ac ſexcentos

exules, qui fuerant eius ciuitatis locupletiſsimi, iniuria expulſos reſtituiſſet, animaduertens magnam in bonis & poſſeſsionibus eſſe difficultatē, quòd & iniquum arbitraretur eos quos reſtituerat, quorumque alij bona poſsidebant, egere, & rurſus quinquaginta annorum poſſeſsiones mouere non nimis æquum putabat, propterea quòd tam longo ſpatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur ſine iniuria, grauiter ipſe iudicauit, neque illis adimi, neque illis non ſatiſfieri, quorum illa fuerant, oportere. Itaque Alexandriam profectus, grādem pecuniam à Ptolemæo accepit: cuius ſubſidio perfecit, vt ne temerè quid in Republica moueret, & reſtituti domini mallent numerari ſibi, quod tanti eſſet, quàm ſuum recuperare: qua ratione ſine cuiuſdam iniuria, curauit ne diutur-
83 næ rerum poſſeſsiones nouarentur: † quod intelligebat fieri nō poſſe ſine magno Reipublicæ malo. Quare princeps ille humaniſsimus, regali ſuo munere oſtendit, quantum habeat pondus longiſsima temporis præſcriptio, etiam ex cauſa violentiæ vel furtiuitatis. Tantùm igitur habet momenti illa longiſsimi temporis præſcriptio, cuius non extat memoria, vt licet tributa principi debita non poſsint præſcribi, l. comperit. C. de præſcript. xxx. vel xl. ann. vt pleríque tamen ibi dixerunt, tempore immemoriali præſcribi omnia iura, quæ nulla ſpecie alienationis diſtrahi poſſunt. Superius ergo notatorum argumento patet, quòd in integrum reſtitutio non poteſt habere locum in præſcriptione temporis memoriam excedentis, licet textus à Felino allegatus, non probet alios caſus. Quod ſatis non probo. Diligentius tamen poteris examinare in Commentariis Felini in d. c. vigilanti. extrà, de præſcrip. Hæc ſunt, quæ huius celeberrimi §. materiam breuiter & ſuccinctè explicuerunt, licet in vaſtiſsimo gurgite vetuſtiſsimorum doctorum plura ſint inſerta, quæ illius intelligentiam multò obſcuriorem nobis reddiderunt.

Ad 5. Item ſi quis in fraudem creditorum.

SVMMARIA.

1 *Prætor occurrit improbitati hominum.*
2 *Reſciſsio actuum fit dupliciter.*
3 *Actus qui reſcinduntur remedio actionis, ſunt in duplici differentia.*
4 *Species ad §.*
5 *Multiplex eſt genus actionum reuocatoriarum.*
6 *Vtrum contra alienationes factas à patre in fraudem legitima filiis competat reuocatoria.*
7 *Dini conſilium, viro ſapiente indignum.*
8 *Omnia paramus liberis noſtris.*
9 *Anima inſipientis cauſidici in alio patietur ſeculo.*
10 *Opinio Bartoli eſt quàm Dini ſalubrior.*
11 *Naturales & legitimi liberi nobis ſunt magis coniuncti, quàm legatarii tantùm.*
12 *Singularis opinio.*
13 *Peſsimus eſt ille, qui in ſe & in ſuos vtitur prauitate.*
14 *Diuerſa ratione debetur hæreditas parentum filiis & filiorum parentibus.*
15 *Liberi non theſaurizant parentibus, ſed parentes liberis.*
16 *Alienatio facta & ſimulata, differt ab alienatione facta in fraudem.*
17 *Aliud eſt actum eſſe nullum ipſo iure, & aliud annullandum.*
18 *Iudex non poteſt ſupplere, quando actus eſt annullandus: ſecus quando ipſo iure eſt nullus.*
19 *Quomodo regula intelligatur mitius agi cum lege quàm cum homine.*
20 *Noua regulæ interpretatio.*
21 *Quare legis contemptus eſt grauior, quàm hominis.*
22 *Delictum in faciendo eſt grauius, quàm in non faciendo.*
23 *Quid titulus lucratiuus, & quid onerosus.*
24 *Plus habent aliquando homines in bonis quàm putent.*
25 *Alienatio facta in vltimis voluntatibus reuocatur, quamuis facta non fuerit callido conſilio, dummodò damni euentus fuerit ſequutus.*
26 *Ratio noua, quare propoſitum fraudandi non requiritur in alienatione quæ fit in vltimis voluntatibus.*
27 *Qui certat de damno, præfertur ei qui de lucro contendit.*
28 *Diſcrimen Paulianæ & Fauianæ.*
29 *Noua ratio.*
30 *Creditor in re debita potius habet ius, quàm patronus in quartam, quæ ſibi debetur diui Pij conſtitutione.*
31 *Hæſitatio ſuper hac reuocatoria.*
32 *Solutio.*
33 *Patronum non reuocat alienata, niſi pretio refuſo: creditor verò contrà.*
34 35 *Demonſtratio à poſteriori: & coniecturæ, quibus alienationes in fraudem factæ eſſe videntur.*
36 *Donatio omnium bonorum an valeat.*
37 *Si quis ſeorſum homicidam ad aurem fuerit alloquutus paulò antequam fecerit homicidiū, præſumptio eſt quòd mandauerit illi.*
38 *Contractus ſimulatus differt ab eo qui fit in fraudem.*
39 *Vtrum actio reuocatoria ſit realis.*
40 *Hæ actiones reuocatoriæ ſequuntur naturam actionum realium.*
41 *Actio perſonalis tantùm datur contra vniuerſalem ſucceſſorem: realis verò contra quemcunque ſucceſſorem.*

1 AB improbitate hominum † Prætor ita ſemper abhorruit, vt quàm plurima remedia reſcindentia humanos actus introduxerit, quib⁹

quibus eatur obuiam calliditati contrahentium,
2 vt patet in toto aſle iuris. † Reſcindentur i-
taque actus à Prætore dupliciter: nonnun-
quam per modum exceptionis, aliquando per
modum actionis. Exceptione verò reuocantur
actus, qui ſunt iuris ſubtilitate validi: vt cùm quis
per calumniam patris aliquid promiſit, iuris ſub-
tilitate eſt obſtrictus. Verùm ſi ſtipulator ex eo
actu petierit, doli exceptione eſt repellendus, lege
ſi quis cum aliter. ff. de verborum obligationibus.
Sub quo genere reſciſsionis eſt ille titulus. ff. de
3 doli mali & met. except. † Nonnunquam actus
reſcinduntur remedio actionis: & illi actus ſunt
in duplici differentia. Quidam ſunt minimè
fraudulenti, ſed iuſta ex cauſa ſunt reuocandi, vt
vſucapio contra abſentem cauſa Reipublicæ. V-
terque dolo vacat, tam qui vſucepit, cum titu-
lo & bona fide poſsidens, quàm is, contra quem
eſt vſucaptum: quia abfuerunt propter Rempu
blicam. Sed iuſta ex cauſa actio reſciſſoria pro-
dita eſt, §. rurſus. ſuprà, eodem. Quidam ſunt act⁹
fraudulenti, quia actionis remedio rumpuntur
de iure prætorio: quia Prætor ob eximiam boni-
tatem ſuam, iſtos actus iure ciuili approbatos va-
lere non patitur: vt ſpecie huius §. conſtat, vt
4 Pauliana, Caluiſiana. Flauiana. † Huius §. ſpe-
cies hæc eſto. Titius conflauerat multum æris a-
lieni, qui fortè quòd à creditoribus interpelle-
batur, maximam partem ſuarum facultatum lar-
gius concoxit, aut vendendo, aut donando, ea
mente, ne modicum id quod ſupereſt, ipſis cre-
ditoribus eſſet ſufficiens. Verũ Prætor ipſis credi-
toribus opem ferat? Et reſpondet ipſis eſſe ſuc-
curſum hoc tramite, vt iudicis ſententia curent
ſe mitti in poſſeſsionem bonorum debitoris,
quæ ſuperſunt: quæ cùm non ſufficere nouerint,
agent Pauliana reſciſſoria contra eos, quibus
alienatio facta eſt. Quibus bonis reuocatis,
mittentur in poſſeſsionem eorum bonorum, per-
inde acſi nunquam receſsiſſent à poteſtate de-
bitoris: quæ actio eſt in rem, & Pauliana ap-
pellatur. † Quatuor ſunt actiones reuocatoriæ.
5 Vna eſt, quæ fiſco competit ad reuocationem a-
lienatorum in fraudem ipſius fiſci, lege prima. ff.
de iure fiſci. l. in fraudem. ff. eodem titulo. De a-
lienationibus factis in fraudem fiſci licitum eſt
plura coniungere, per Barto. in l. poſt contractum
capitale crimen. ff. de dona. Et alia reuocatoria
quæ appellatur Caluiſiana, ſeu Flauiana, quæ pa-
trono datur ad reuocandum factas alienationes
in fraudem quartæ partis, quæ ipſi debetur ob
beneficium acceptæ libertatis, § ſed noſtra. ſuprà,
de ſucceſsione liberto. de qua in l. videamus. §.
item Flauiana. ff. de vſura. in ſecunda. l. prima. &
per titulum. ff. quæ in fraudem patroni. Tertia eſt
vtilis Flauiana, quam filio adoptiuo ius ciuile do-
nauit, ſi adoptiuus pater res ſuas alienauit in frau
dem, legitiméque debetur ipſis adoptiuis ex con-
ſtitutione diui Pij, l. fin. ff. quæ in fraudem patro-
ni. Arrogator aut adoptiuus etiam pater, ex diui
Pij generali placito tenetur quartam partem a-
doptiuis filiis ſaluam facere, l. ſi arrogator. ff. de a-
doptionibus. §. cùm autem. ſuprà, de ado-
6 ptionib. Sed hinc oritur inextricabilis ferè mo-
dus: † An filiis naturalibus & legitimis vtilis Cal-
uiſiana ſit accommodanda, ſi pater ſuas fortunas
ita diſtraxerit, vt modicum id quod ſupereſt, non
pertingat liberorum debitum naturæ ſubſidium.
Negant nonnulli competere, argumento dedu-
cto à correlatiuis. Nam patri Caluiſiana non
datur, ſi liberi facultates diſsipauerint, ne ad pa-
trem perueniat legitima, lege non vſque adeò. ff. ſi
quis à parente fuerit manumiſſus. Non igitur
dabitur liberis, ſi à patribus ſubſtantia malè con-
ſumpta fuerit, cùm correlatiuorum ſit idem ius
obſeruandum, lege prima C. de cupreſsis ex luco
7 Daphn. libro vndecimo. † Inde Dinus, refe-
rente Bartolo in lege hæreditarium. ff. de bonis
authoritatibus iudic. poſsidend. pro patribus dat
conſilium fortè peſtilens, vt bonis pro maxima
parte diſtractis, filios poſsint legitima deſtitutos
relinquere. Sed parùm ſanctum eſt hoc Dini
conſilium, minúſque rationi naturali aptum,
quia patres, qui liberis inferunt iniuriam, ſibi ip-
ſis ſunt iniurij: violant enim votum naturæ,
8 † quo omnia liberis noſtris paramus, lege penul-
ti. ff. de bonorum liberti. Neſcio tamen, quæ
mala voluntas patres poteſt impellere ad liberos
decipiendum, cùm ipſi alacrius pro liberis quàm
pro ſeipſis, periculum ſuſcipiant, lege iſti quidem.
9 §. finali. ff. quod metus cauſa. † Verendum itaque
eſt, ne manes Dini pro illo pernicioſo conſilio a-
pud Acherontem & ſedes Ditis, duros patiantur
cruciatus. Rectius ergo Bartolus diſtinxit in di-
cta lege non vſque adeo. ff. ſi quis à parentibus.
Aut pater in fraudem legitimæ diſtraxit titulo o-
neroſo, vt venditionis: quo caſu iure non ca-
uetur, actione reuocatoria liberis eſſe conſultum,
quia parenti etiam non eſt ſubuentum, dicta le-
ge non vſque adeò. Quòd ſi titulo lucratiuo, vt
donando ſeu legando, ſuas difficultates diſsipa-
uerit, pro portione legitimæ res donatæ reuo-
cantur, querela inofficioſæ donationis, lege ſi
10 totas. C. de inofficio. donatio. † Hæc Bartol.
opinio eſt paulò Dini conſilio ſanior. Sed eſt
manca: & putauerim ipſe reuocatorias filiis com
petere, ſiue facta fuerit titulo lucratiuo, ſiue one-
roſo alienatio, dummodò quæ Caluiſianæ, Pau-
lianæ, Fauianę, requiſita mox dicemus, minimè de-
11 fuerint. † Primò, nemo qui iudicio excellit, di-
cet filios adoptiuos eſſe digniores legitima, quàm
naturales & legitimos: cùm hos natura, lex ſo-
la illos nobis copulauerit: argumentum. l. filio
quem pater. ff. de liberis & poſthumis. Sed ado-
ptiui vtili Fauiana alienationes repetunt, l. finali.
ff. quæ in fraudem patroni. Multò igitur magis
naturales & legitimi hoc donabuntur auxilio,
cùm ſint firmiori vinculo nobis coniuncti. Cæ-
terùm inſtar creditorũ liberi ad legitimam ſunt
admittendi eis quodammodo debitam, §. ſi verò.
in gloſ. in authenic. de hæred. & Falcid. l. cum ra-
tio. ff. de bonis damnat. Non ergo magis credi-
toribus quàm liberis danda eſt actio reuocato-
12 ria: † in qua alienatione patris imprudentis o-
ſtenditur conſilium, l. Lucius. in fine. ff. de hære-
13 dib. inſtituend. † Nam peſsimus eſt ille (teſte A-
riſtotele) qui in ſe & in ſuos vtitur prauitate: nec
officit argum. l. non vſque adeo: quia licet Cal-
uiſiana patri non competat, filio in fraudem legi-
timæ alienante, non tamen ſequitur non perti-
14 nere ad liberos: † quia licet ſicut ex bonis filio-
rum parẽtibus debeatur legitima, ita ex bonis pa-
rentum ipſis filiis, l. nam & ſi parentibus. ff. de in-
offic. teſt. Hoc tamen fit ordine turbato, teſte ibi
Accurſio. Aliter enim parentum hæreditas debe
tur filiis, & aliter liberorum hæreditas ad paren-
tes attinet. Nam hæreditas parentum, filiis eſt
debita

debita ordine naturæ: filiorũ tamen hæreditas ad
parentes pertinet, turbato ordine, & intuitu pie-
tatis, l. ſcripto §. j. ff. vnde liberi. Natura enim non
mouet liberos ad acquirendum parentibus qui-
15 bus debent eſſe ſuperſtites. † Parẽtes enim (Pau-
lus Apoſtolus inquit) liberis theſaurizent, non
autem liberi parentibus. in ſecunda Corinthio-
rum. Quod eſt interpretandum ſecundùm ordi-
nem naturæ, nõ autem pietatis. Quapropter cùm
ſit diuerſus ordo ſuccedendi in parentibus & li-
beris, non ſequitur, quod licet parenti non com-
petat reuocatoria, d. l. non vſque adeò. filius non
poſsit reuocare à patre factas alienationes in frau
16 dem legitimæ ſibi debitæ. † Alienatio facta in
fraudem, differt ab alienatione ficta & ſimulata.
Nam ficta & ſimulata ipſo iure non valet, l. em-
ptor. ff. de aqua pluuiali arcend. Diximus in §.
prætereà ſuprà, quibus modis patr. poteſt ſolu. Et
adeò eſt nulla, quod iureiurando non confirma-
tur: gloſ. in l. emptione. C. plus val. quod agit.
17 quàm quod ſimulatè concip. † Actus enim non
confirmatur iuriſiurandi religione, qui eſt nullus
propter defectum conſenſus, in l. fin. C. de non
numer. pecun. ſed alienatio in fraudem facta, ſe-
cundùm iuris ciuilis regulas valet, ſed prætoria
æquitate reſcinditur: quia ſi ipſo iure non valeret,
non eſſet proditum remedium reſcindens: nam
quod nullum eſt, non debet reſcindi, l. nam & ſi
ſub conditione. §. penult. ff. iniuſto, rupto, factóve
teſtam. Nec obeſt, ſi obiicias paria eſſe, actum
nullum eſſe, vel valere. ſi poſtea rumpatur, cùm
effectum nos inſpiciamus, l. ſi dari. ff. de verbo.
obligat. Hic enim dupliciter actum reſcinden-
dum ab actu ipſo iure nullo differre exiſtimo.
18 † Primùm, quia actus nullitas triginta annis pro-
poni poteſt, cùm ſit remediũ ciuile, §. j. de perpet.
& temporal. action. ſed actus, ſi validus eſt ipſo
iure, eſt tamen retractandus: illius reſciſsio non
poteſt vltra annum vtilem proponi, §. turſu ſu-
pra eodem titulo. Sed hodie annus ille vtilis in
quatuor annos continuos commutatur, l. fi. C. de
tempor. in integrum reſtitut. pet. Altera eſt diffe-
rentia, quia cùm actus eſt ipſo iure nullus, ſi ſci-
uerit iudex, parte non opponente ſupplere ille
poteſt, l. j. C. vt quæ deſunt aduoc. iudex ſuppl. Sed
cùm actus eſt annullandus, niſi parte petente non
poteſt opponere iudex: alioquin de facto ſupple-
ret vices partis, d. l. j. Bartol. in ſimili ſpecie in l.
ſi vnus ex argentariis. §. pactus ne peteret. ff. de
pactis. Quod autem demonſtratum eſt, alienatio-
nem factam in fraudem valere ipſo iure, vno ſo-
lo caſu eſt reſtringendum, niſi facta fuerit in frau
dem legis. Tunc ab initio & ipſo iure nulla eſt cẽ
ſenda, l. ſi libertus minorem centenario. ff. de iure
patr. quia diui Pij conſtitutione ſancitum eſt, pa-
trono ex bonis liberti quartã partem bonorum
deberi, d. §. ſed noſtra. ſi facultates ipſius centum
aureorum quantitatem ſuperent. Si tamen ex in-
duſtria libertus ſe minorem fecerit centenario,
quaſi in fraudem legis facta alienatio non valet.
Sed quare alienatio facta in fraudem hominis va-
let, non autem in fraudem legis, cùm ſecus debe-
ret eſſe conſtitutum? Propterea quòd mitius cũm
lege quàm cum homine agatur, l. Celſus. ff. de re-
cept. arbit. Bartolum non latuit hæc difficultas in
l. ſi inſulam. ff. de verbor. oblig. & in l. amplius
non peti. ff. rem ratam haberi. Inquit ille non eſſe
verum ſimpliciter, quòd mitius agatur cum lege

quàm cum homine, cùm legis contemptus ſit ma
gis deteſtandus, quàm hominis, l. non dubium.
19 C. de legib. † Sed ita demum agitur mitius cum
lege quàm cum homine, ſi ſit miniſter legis, in-
quit ille. Sed hæc ſolutio vera non eſt, nec in ea
perſiſtit ille, qui arbiter, de quo in ea lege Celſus,
non eſt miniſter legis, cùm non ſit iudex. Senten-
tia enim arbitri cùm non habeat authoritatem,
non parit actionem, l. j. ff. de recept. arbit. Malè
ergo eſt intellecta vulgaris illa regula, Mitius agi-
tur cum lege, quàm cum homine. Reiectis igitur
deliramentis Iaſonis in hoc §. & Bart. in dictis lo
20 cis, reſpondendum eſſe duxi: † quòd legis virtus
conſiſtit aut in præcipiendo, aut vetando, l. legis
virtus. ff. de legib. Quando virtus legis eſt in præ-
cipiendo, eo caſu ego putarem benignus agi cum
lege, quàm cum homine, cùm mora cõmiſſa poſ-
ſit purgari lege factum aliquod præcipiente, d. l.
ſi inſulam. ff. de verb. obligat. ſed quando lex ve-
tat aliquid fieri, & factum contrà fuerit, tunc mi-
tius agitur cum homine, quàm cum lege propter
ipſam legem ſpretam: vt patet illa rubrica C. ne
fideic. dotium vel mandat. dantur. Nã quicquid
eſt factum lege prohibente, pro infecto habetur,
21 d. l. nõ dubium. C. de legib. † Sed inſtabit lector:
quare contemptus legis vetantis aliquid fieri, eſt
grauior quàm præcipientis. Ex loco altiori quæ-
renda eſt ratio: nam contemptus legis vetantis i-
deò eſt atrocior, quàm præcipientis: quia qui le-
gem vetantem ſpernit, in faciendo peccat: facit
enim quod prohibitus eſt facere: qui verò legem
negligit præcipientem, delinquit in nõ faciendo,
quod erat iuſſus facere. Sed iuris eſt receptiſsima
22 regula, † quòd delictum in faciendo conſiſtens,
eſt atrocius puniendum, quàm illud quod eſt in
non faciendo: gloſ. in l. ſi mora. ff. ſoluto matrim.
argum. l. Iulianus. ff. de action. empt. Hæc eſt no-
ua interpretatio illius principij Brocardici. Mi-
tius agitur cum lege, quàm cum homine. Quarta
ſpecies actionis reuocatoriæ eſt Pauliana, ſic di-
cta, quia Paulus fortè Prætor illam creditoribus
excogitauit ad reuocandas factas alienationes in
fraudẽ eorum. Generale dogma, quod requiritur
Paulianæ actioni, eſt vt bonorũ excuſsio debito-
ris præcedat, l. j. C. de reuocand. his quæ in fraud.
credit. & in authent. hoc ſi debitor, C. de fideiu.
Quæ bonorum excuſſio non eſt neceſſaria, ſi ſit
manifeſtum & notorium debitoris bona reliqua
ad ſatisfaciendum creditoribus nõ ſufficere: Bar.
in l. final. §. Labeo. ff. ſi certum petatur. argumen.
l. emptorem. ff. de action. empt. Nunc ſigillatim
videamus, quæ Paulianæ actionis ſubſtãtiam per-
tingunt: vbi diſtinguere oportet, quo titulo debi-
tor bona alienauit: aut titulo lucratiuo, aut onero
ſo. Si titulo lucratiuo, requiruntur pauciora. Sed
prius videamus, quid ſit titulus lucratiuus: quid
23 verò onoroſus. † Titulus lucratiuus ex liberalita-
te deſcendit, vt donando, aut legando: onoroſus
autem titulus eſt qui nullã præſupponit libera-
litatem: ſed eũ parit cõtractus vltro citróq; obli-
gatorius, l. ij. C. de impnn. lucrat. deſcript. libro
x. Vt ad rem reuertamur, ſi à debitore fuerit fa-
cta titulo oneroſo, puta vendendo, permutando,
conſtituendo dotem: tria tunc Paulianæ ſunt ne-
ceſſaria Primum quòd debitor fraudandi habue-
rit voluntatem: quod docet principium noſtri §.
Alterum requiſitum, quòd damnũ fuerit ſequu-
tus euentus. Allegat Petrus l. prima. §. ſi quid in
fraudem

fraudem.ff. de his quæ in fraudem patron. Licèt
eo., non probetur tale requiſitum, verè illud ne-
ceſſarium exiſtimo: quia ſi damnum non ſequa-
tur euentus, quomodo creditor poſſet alienata re
uocare, cum ipſius non interſit? Quatenus noſtra
intereſt, reſciſſoria actio nobis competit: vt in §.
ruiſus, nos enucleauimus. Nec ipſa inter ſe pu-
gnat, quod in fraudem debitor alienet, & quòd
24 damnum non ſequatur euentus. † Nam plerum-
que fraudatur, ſperans minus de facultatibus
quàm ſit, arg. authent. ſed cum teſtator. C. ad le-
gem Falcid. de ſuis bonis aliquid diſtrahet, putans
reliquum pro ære alieno ſat non eſſe. Tertium re-
quiſitum eſt: quòd is, in quem facta eſt alienatio,
in fraudem debitoris factam eſſe alienationem
ſciuerit: id eſt, quòd fraudis fuerit particeps, l. j.
§. quod ait Prætor. ff. quæ in fraud. credit. Debet
igitur pari vitio turpitudinis laborare tàm alie-
nans, quàm is in quem facta alienatio fuerit. Et
ſi debitor alienauerit titulo lucratiuo, duo ſolùm
creduntur ſufficere. Primùm, quòd debitor calli-
do conſilio donauerit, vt oſtenſum eſt. Secundò,
quòd damni ſequatur euentus, iam dicta ratione.
25 † Excipe, niſi alienatio in vltima voluntate fiat:
quo caſu damni ſufficiet euentus. Nec requiritur
callidum alienantis conſilium, l. & ſi debitor.
ff. de donat. cauſ. mortis. Sed inueſtigemus, ſi pla-
cet, rationem, quare in alienatione vltimarum
voluntatum propoſitum fraudandi non requi-
ratur, vt diſtracta reuocentur. Secus ſi in aliena-
tione inter viuos (me iudice) hæc ratio dari po-
teſt: quia creditor grauiorem iacturam patitur
ex alienatis in vltimis voluntatibus, quàm inter
viuos. Nam qui inter vltimas voluntates alienat,
cùm ſit propter inſtans periculum moribundus,
ſpem non habet plura acquirendi: mors enim
omnia ſoluit, §. deinceps. in authent. de nuptiis.
26 † Sed quando inter viuos alienatione quis ſua
bona diſtrahit, tàm magno damno non afficitur
creditor: quia licèt in præſentiarum poſt bono-
rum alienationem non ſit debitor ſoluendo, ad
ampliores tamen fortunas peruenire poteſt pro
ſua induſtria, l. ſi defunctus. C. arbitrium tutelæ, &
copioſius tractabitur in §. fin. infrà. de actio. Id-
circò quando debitor alienauit titulo lucratiuo,
non eſt neceſſarium, quòd is, in quem facta eſt a-
lienatio, doli conſcius fuerit, & criminis parti-
ceps, l. qui autem. §. ſciendum. ff. quæ in fraud.
credit. Modo diſcutiamus, quæ fuerit diuerſita-
tis ratio inter alienationem factam titulo lucra-
tiuo, & titulo oneroſo. Ratio eſt, quia lucri &
damni diſpar eſt ratio, l. fin. C. de codicillis. quan
do duo ſunt, quorum vnus contendit de damno,
alter autem de lucro certat, ei applicamus fauo-
rem iuris, qui certat de damno fugiendo, d. l. qui
autem. §. ſciendum. ff. quæ in fraudem creditor.
27 † Is cui facta eſt alienatio titulo oneroſo, certat
vt damnum fugiat. Eſt ergo præferendus credi-
tori, qui etiam danum certat fugere: in pari enim
cauſa, melior eſt poſſidentis conditio, l. in pari
28 cauſa. ff. de reg. iur. † Demum duo ſunt genera
differentiarum inter Paulianam, quę creditori-
bus datur, & Fauianam, quæ competit patro-
no, ad reuocandas factas alienationes à liberto
in fraudem ipſius patroni. Vna eſt, quòd patrono
ſemper competit, ſiue is, in quem facta eſt alie-
natio, fraudi conſentiat, ſiue non: etiam quo-
cunque titulo facta fuerit alienatio, l. j. §. ſi quis in
fraudem. ff. quæ in fraudem patron. in verbo, Cum
de dolo eius non diſputetur, ſed de dolo liber-
ti. Sed in Paulianam gratiam creditorum in-
troducta, de dolo illius, cui facta eſt alienatio, to-
let diſtingui, quo titulo alienatio facta fuerit, d. l.
qui autem: §. ſciendum. Altera eſt differentia,
quia cùm in Pauliana facta eſt alienatio titulo o-
neroſo, creditor non tenetur pretium refundere
emptori participi fraudis, l. ſi debitor. ff. quæ in
fraudem creditor. Sed patronus qui Caluiſiana
agit, alienata non repetit, niſi emptori reſtituerit
pretium, l. prima. §. ſi quis in fraudem ff. quæ in
29 frauden. patron. † Sed cur ita diuerſum quid
duabus rationibus diuerſitatis ſubeſſe exiſtimo,
licet veteres obmureſcant? Vna eſt, quod patro-
nus in reuocandis alienationibus dat operam ne
amittat legitimam, quæ ſibi ex cauſa lucratiua
competit: cùm non eodem iure ſit debita patro-
nis, ſicut ex bonis parentum liberis: emptor enim
de damno fugiendo certat: quare non eſt
30 diendus, niſi pretium refuderit. † Creditor au-
tem, qui ex ſuo contractu, aut quaſi, actionem
ſibi acquiſiuit, in re ſibi debita habet potius ius
quàm patronus in ſua quarta ſecundùm diui Iuſt.
conſtitutionem tantùm debita, § ſed noſtra ſu-
31 prà, de ſucceſſ. libert. † Non ergo mirum ſit, ſi non
teneatur pretium reſtituere. Sed dictus hæſita-
bit, ſi emptori patronus teneatur pretium reſti-
tuere. Nihil ergo prorſus conſequitur patronus
in Caluiſianæ aut Fauianæ actionis experimento
32 iudiciali † Solutio. Etſi pretium teneatur re-
fundere, duplex tamen commodum ex Caluiſia-
na aſportare poteſt. Vnum, quia res diſtracta
ſingularis & pretioſa eſt fortaſsè, in qua patro-
nus affectionem incredibilem habere poteſt, l. ge
prima, §. & alios videamus ff. quæ in fraudem pa-
tro. Alterum erit commodum, quia poteſt eue-
nire quidem, ne res ſit iuſto pretio vendita: quo
caſu eſſet patrono longè melius refuſo pretio,
rem diſtractam vili pretio recuperare, quam contra:
trà: vt licet videre ex euidenti contingentia fa-
33 cti. † Altera eſt ratio, quare patronus teneatur
pretium refundere emptori per Caluiſianam,
non autem creditori per Paulianam: quia ſecun-
dùm naturalem rationem eſt, vt qui in vno ſub-
leuatur, in altero debeat prægrauari, l. eum qui.
ff. de iur. iurando. Atqui patrono datur priuile-
gium, quo præualet creditori: vt in reuocatione
alienatorum non diſtinguatur, an is cui facta eſt
alienatio, callido vſus fuerit conſilio, an aliena-
tio facta fuerit titulo lucratiuo, an oneroſo, nécne.
ne. Sed in creditore iſta diſtinctio eſt neceſſa-
ria. Igitur non debemus mirari iuris diſpoſitio-
nem, ſi patronus in hac grauetur: vt Caluiſiana a-
lienatas res non reuocat, niſi pretio refuſo. Et
quia Caluiſiana & Pauliana rebus in contracti-
bus aut quaſi alienatis, calliditatem & fraudem
debitoris alienantis deſiderant: & fraus cùm ſit
doli quodam ſpecies, l. iuriſgentium. §. ſed ſi frau-
dandi. ff. de pactis. non poteſt mathematicis ar-
gumentis aut neceſſariò concludentibus proba-
ri, ſed iudiciis fortiſſimiſque coniecturis, l. dolum.
34 C. de de dolo malo. † Hoc eſt probationis genus,
quòd Phyſici à poſteriori appellant vt per effectus
cauſas diiudicamus, vt à ſignis rei alicuius vires
deprehendimus. Sed nunquam hæc probatio eſt fal-
lax, cùm ſigna ſint ſæpiſſimè contingentia, & nõ ne-
ceſſaria: not. in c. afferte mihi. extrà. de præſumpt.
in l. non

in l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re.milit. Con-
ijciamus igitur proxima iudicia, quibus ſuſpica-
mur alienationem eſſe fraudulentam. A Iaſone
hîc recenſentur ſex:totidem Bar.commemorat in
l.poſt contractum capitale crimen. ff. de donat.
35 †Sed meo iudicio quatuor proxima eſſe viden-
tur. Vnum, quãdo quis ſuas difficultates omnes
diſtraxerit,dolus euidens deprehẽditur, l.omnes.
36 §.Lucius.ff.quæ in fraud.cred.† Vnde non teme-
rè plerique concluſerunt in l.ſtipulatio hoc mo-
do concepta.ff.de verb.obli. donationem omniũ
bonorum præteritorum futurorum fraude non
carere: cuius quæſtionis veritas accuratè pertra-
ctatur in l.fin.C.de pact. & in d.l. ſtipulatio hoc
modo concepta. Alterum eſt ſignum: ſi poſtquã
debitor æs alienum conflauit, ilicò ſua bona di-
ſtraxerit; ex actu enim celebrato incontinenti,
fraudis detegitur improbitas,l.ſi venti.§.fi.ff.de
priuilegiis credit. Inde ego ſemper laudaui opi-
nionem Bartol.in l.non ſolùm.§. de mand. ff.de
iniuriis: vt hac coniectura per aſſaſinos perpetra-
37 tum homicidium probetur. †Quando ad autem
alicui loquutus eſt quiſpiam & is confeſtim fecit
homicidium,non leuis eſt præſumptio,hominem
eſſe pecatum illius mandato: quæ coniectura li-
cet ad diffinitiuè condemnandum non ſufficiat,
non tamen modicum facit iudicium ad torquen-
dum, cùm ex actu illo ſubito fraudis quodam-
modo malitia detegatur, d.l.ſi ventri.§.final.Ter-
tia eſt coniectura,ſi coniunctæ alicui perſonæ a-
lienauerit,l.data.C de donation.vbi inter coniũ-
ctas perſonas nihil eſt quod clandeſtinis fraudi-
bus confingi non poſsit pro negotij opportunita-
te. Quartum eſt argumentum, quo fraus in alie-
nãte præſumitur,ſi poſt factam alienationem in
alienante debitore adhuc poſſeſsio inuenta fue-
rit,l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff.quibus modis pign'
vel hypoth.ſolu.Sed parum facit hæc coniectura,
cùm magis pertineat ad ſimulationem contract',
38 quàm ad fraudem. † Eſt enim, vt diximus diffe-
rentia inter contractum ſimulatum, & contrac-
tum qui fit in fraudem: quia hîc valet ipſo iure,
ille autẽ ab initio eſt nullus. C.plus valere quod
agitur,quàm quod ſimulatè concipitur. Alias cõ-
iecturas congeſsit quidã incerti nominis author,
in tractatu De ſimulatione contractus. Modò,vt
39 nos metam vltimam opponamus†huic. §.opor-
tet patefacere, an Pauliana ſit perſonalis, an rea-
lis. Petrus in noſtro iure non inſubtilis author,
perſonalem pertinaciſsimè eſſe diſputauit, pro-
pterea quòd ex delicto vel quaſi deſcendat: nem-
pe ex callido fraudantis conſilio, cùm perſonalis
ex contractu vel delicto,aut quaſi, habuerit ori-
ginem. Deinde hæc Pauliana eſt inſtar,& ad ſimi-
litudinẽ Caluiſianæ,quæ eſt perſonalis, l.ij.§. hæc
actio in perſonam.ff.quæ in fraudem patr. Igitur
hæc Pauliana eſt perſonalis. Verius tamen eſt in
rem eſſe hãc actionem multis de cauſis,tum quia
hîc §.ponitur in claſſe & numero actionum rea-
lium. Ideò eſt veroſimile,quòd ſit realis. Cæterũ
Theophilus author Græcus, Inſtitutionum iuſſu
imperiali congeſtor,nominatim dicit hanc actio-
nem in rem eſſe. Aut ſi inſpecto principio non
eſt realis,quod veriſsimum eſt: quia realis ab ini-
tio ei competit,qui de ſuo dominio contendit,§.
40 omnium.ſuprà,†creditor autem,qui reuocatoria
agit rerum alienatarum non eſt dominus. Nõ er-
go Pauliana eſt ab initio realis: naturam tamen
illius ſequitur: quod inde licet coniectare, quia
creditor ea ſpecie actionis poteſt experiri. nõ tan
tùm contra ſuceſſorem vniuerſalem, ſed etiam
contra quemcunque,ſiue ſit particularis, ſiue ſit
vniuerſalis, d.l.j.§. hæc actio.ff. quæ in fraudem
patr.maximè quòd hæc ſit differentia inter pſona
41 lem actionem & realem: † quia perſonalis tantũ
vniuerſalem ſucceſſorem ſequitur,l.viam verita-
tis ignores C.locati l.j.C.ſi certum petat.ſed rea-
lis actio particularem quemcunque ſequitur ſuc-
ceſſorem,l.Imperatores.ff.de public.& vectigali.
Vera igitur eſt concluſio,quòd Pauliana,licet ſe-
cundùm naturam ſit perſonalis, in rem tamẽ eſt
ſcripta. Et ita eſt Theophilus intelligendus. Vita
autem aut curſus huius actionis Paulianæ, eſt v-
nius anni ſpatium,cùm ſit reſciſſoria, l. in hono-
rariis.§.ſed cùm reſciſſoria.ff. de actioni. & obli-
gationi. Annus tamen ille vtilis (vt diſceptatio-
nes veterum ex ſubtractione dierum diſſoluan-
tur) in quatuor annos continuos commutatur,
l.fi.C.de tempor.in integr.reſtit. peten.De hac re
nimium fuimus largi in §.rurſus.

Ad §· Item Seruiana.

SVMMARIA.

1 *Quid ſit pignus.*
2 *Verbo pignoris hypothecæ veniunt.*
3 *Vnde dictum eſt pignus.*
4 *Quid interſit inter pignus & hypothecam.*
5 *Arra & pignus in quo differant, & in quo con-
ueniant.*
6 *An quis ſeruat ex ſe contractum, arris debeat eſſe
contentus.*
7 *Pignorum genera.*
8 *Singulatim tractat genera pignorum.*
9 *Pignus iudiciale non conſtituitur ſine traditione.*
10 *Deſcribit differentias pignorum.*
11 *Caſus §.*
12 *Inter pignus & hypothecam nil intereſt, quantum
pertinet ad actionis experimentum.*
13 *Quæ ſit differentia inter prædia ruſtica & vr-
bana.*
14 *Vrbanæ ſeruitutes non poſſunt obligari, ſecus in
ruſticis.*
15 *Decorantur vrbes pulchritudine ædificiorum.*
16 *Ratio vrgens.*
17 *Exceptio, qua vrbana ſeruitus poterit obligari.*
18 *Ratio quare ſcientia requiritur in ruſtica inuectio-
ne, non autem in vrbana.*
19 *Vir ſapiens non gloriabitur in pompa ſuarum diui-
tiarum.*
20 *Ruſtici pecuniam non nouerunt.*
21 *Pecunia ſiue peculio eſt fragilis.*
22 *Tutior eſt habitatio vrbium quàm pagorum.*
23 *Debacchantur latrones in pagis.*
24 *Noua & aptior conſideratio.*
25 *Ruſticis eſt prohibita venatio.*
26 *Quarta differentia.*

Ratio

26 Ratio quartæ differentiæ.

28 Generaliter ea non obligantur, quæ quis ſpecialiter non obligaſſet.

29 Impudentes & libidinoſi ſcholaſtici in vanum laborant circa literarum ſtudia.

30 Nonnullæ quæſtiones.

31 Partiarius colonus eſt velut ſocius.

32 Coloni partiarij contractus non eſt locatio.

33 Aliud eſt colonum eſſe ſociũ, & aliud quaſi ſociũ.

34 Seruianą experimur, non tantum pro mercede, ſed etiam pro eo quod intereſt.

35 Altera quæſtio, an inuecta & illata à minore, ſint tacitè obligata.

36 Contra Accurſium inuecta à minore, ſunt obligata pro mercede.

37 Bona minoris non poſſunt obligari, tacitè tamen poſſunt.

38 Intellectus l. fin. C. de legit. tutel.

39 Noua ratio perpenſa ad l. fin.

40 Alia quæſtio, an illata ab emphyteuta ſint tacitè obligata domino pro canone.

41 Canõ, quẽ emphyteuta domino præſtat, differt quãtitate à mercede quam colonus domino promiſit.

42 Natura nos propellente ſumus in noſtris diligentiores, quàm in alienis.

43 An ſit diſcrimen inter Seruianam actionem, & interdictum Saluianum.

44 Plura debet probare is qui Seruiana experitur, quàm qui interdicto agit.

45 Cœlum atris nubibus apertum obnubilarunt interpretes hic.

46 Alius eſt vſus Seruianæ actionis, & alius Saluiani interdicti.

47 Interdicta ſunt annalia.

47 Aliud eſt rẽ eſſe meã, & aliud in bonis meis eſſe.

49 Alia vtilitas actionis Seruianæ.

50 Intellectus d. §. & quod dicitur.

51 Actio realis intentatur dupliciter.

52 Oppoſitio.

53 Ex poſſeſſione dominium præſumitur.

54 Exceptio quotidiana.

55 Conſuetudo iudicandi in hac ciuitate ſecũdùm præcedentem exceptionem.

56 Difficultas circa textum.

57 Caſus quo agitur pro pignore Seruiana.

58 Diſcrimen actionis hypothecariæ ſeu Seruianæ, & actionis pignoratitiæ.

59 Quinque differentias inter actionem Seruianam ſeu hypothecariam, & actionem pigneratitiã.

60 Qui egit hypothecaria, non prohibetur agere perſonali contra debitorem.

61 Dubium fortè circa concurſum hypothecariæ actionis ſeu Seruianæ cum perſonali.

62 Petri opinio damnatur circa d. §. ſed neque.

63 Bartoli opinio etiam reiicitur.

64 Nouus intellectus ad d. l. fundi. & ad l. fundum.

65 Tardi ad ſoluendum debitores, procliues verò ad accipiendum.

T. de Action.

PRÆSENS §. ab Imperatore huic libro non incommodè aditus eſt ad perſequutionem pignorum, & qua actione il
1 la perſequamur. † Pignus ergo eſt res, quæ creditori traditur, aut obligatur propter rei debitæ ſecuritatem corroborandam. Huius diffinitionis particulæ in hac ſcientia ſunt notiſsimę, & per-
2 quàm vulgares. † Pignoris hîc verbo hypotheca etiam làtè ſumpto vocabulo placet contineri, vt in calce §. colligitur, licet inter ipſa non parua ſit
3 diſtantia. † Pignus enim à pugno dictum eſt, l.
4 plebs. §. pignus. ff. de verb. ſignific. † Hypotheca ſolo conſenſu contrahitur, l. contrahitur. ff. de pignor. pignus autem traditione: Doctor. in l. iuriſgentium. ff. de pactis. Sed ſonus vocis facit hypothecam à pignore diſtingui, l. res hypothecæ. §. in
5 ter pignus. ff. de pignor. † Et licet arra à pignore differat, plurimum tamẽ habet ſimilitudinis cum pignore. Pignus datur ob debiti ſecuritatem, §. creditor. ſuprà, quibus modis contrahitur obligat. Ita arra ob contractus firmitatem, & pretij probationem datur, in l. quod ſæpe. ff. de contrah. empt. & vend. Differunt pignus & arra: quia pignus ferè pertingit æqualitatem debiti, licet nonnunquam minus ſit debito, l. creditor. ff. ſi certum petat. l. qui habebat. ff. de legat. iij. Sed arræ nomine modicum quippiam dare ſolemus ad pretij conuenti probationem, d. l. quod ſæpe. ff. de cõtrahen. empt. & vendit. Eſt demum arra in contractu propoſita, vt alteruter à contractu liberè reſiliat. Quòd ſi alterutrum celebrati contractus pœniteat, qui arras recepit, duplicatas reſtituet: quòd ſi is qui dedit, contractui contradixerit, il-
6 las non poteſt repetere, l. fin. C. de ſponſ. † Sed verum qui contractum, quantum eſt in ſe, vult ſeruare, debeat eſſe contentus arris, nomine eius quod intereſt difficultas eſt ſingularis: quam hic non diſcutiam, propterea quòd ſit à noſtro. §. aliena. Ad illius tamen perſpicuam deliberationem Bartolum cõſulere potes in l. j. §. inde quæ-
7 ritur. ff. de publican. & vectigal. † Reuertamur ad cauſam originalem pignorum, quorum multa ſunt genera. Primùm, pignora quædam ſunt expreſſa, quædam verò ſunt tacita. Expreſſa, cùm adeſt expreſſus conſenſus partis, aut iudicis, vt poſteà docebimus. Tacita ſunt quando legis prouiſio ſupplet conſenſum, aut factum partis, l. item quia. ff. de pactis. licet contrahentes non expreſſerint: vt inuecta & illata colono, tacitè pro penſione ſunt obligata, l. certi iuris. C. locat. Quando pater dat filiam nuptui, & dotem nomine eius promittit, licet pro dote ſua bona non obligauerit, legis tamen miniſterio nexui pignoris ſunt ſuppoſita, §. fuerat. Inſtitu. eodem titulo. l. vnica. §. vt plenius. C. de rei vxo. act. Quando tutor ſuſcepit tutelarem adminiſtrationem, licet pupillo bona ſua non obſtrinxerit pro malè geſtis, prouiſione tamen legis illius bona ſunt tacitè obligata,
8 l. pro officio. C. de adminiſtr. tutor. † Nunc tractemus expreſſa pignora, quorum tria ſunt genera. Quædam ſunt conuentionalia, quædam prætoria, & quædam ſunt iudicialia. Conuentionalia ſunt, quæ ex partium expreſſo cõſenſu contrahuntur, l. contrahitur. ff. de pignor. Prætoria ſunt, quando authoritate magiſtratus quis mittitur in poſſeſſionem bonorum ex primo vel ſecũdo decreto, propter ipſius debitoris contumaciã, l. ſi finita. §. Iulia. ff. de dam. infe. extat rubrica in C. de

præt. pign. Iudicialis verò ſunt, quando ſequuta iudicis ſententia, vt victus rei iudicatæ ſatisfaciat eius bona authoritate iudicis capiuntur, l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic. Quæ ſit differentia inter hæc pignora, ſatis eleganter & eruditè
9 docet Bartol. in l. j. ff. de pign. action. † Pignora prætoria non conſtituuntur ſolo iuſſu magiſtratus, niſi ad poſſeſſionem fuerit ventum, l. non eſt mirum. ff. de pignor. action. in fine. Hypotheca tamen non requirit traditionem, d. l. contrahitur, ff. de pignor. Deinde fructus percepti ex prætorio pignore, non extenuant ſortem: imò cedunt lucro illius qui in poſſeſſionem eſt miſſus, ſi debitoris creuerit contumacia, l. Fulcinius. §. fin. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur. Sed fructus ex pignore conuentionali percepti, in ſortem conte-
10 runtur, l. j. C. de pignor. act. † Item in pignore conuentionali ille qui prior eſt tempore, potior eſt iure, l. qui prior. & tota rubrica. ff. qui potiores in pignor. hab. Sed in prætorio pignore, prior tempore non eſt potior iure: imò concurſus creditorum admittitur, l. cum vnus. ff. de bonor. author. iudic. poſsidend. Demum debitor recuperat pignus conuentionale, quando debitum ſoluit, l. ſi rem. §. omnis. ff. de pignor. act. ſed pignus prætorium recuperat mox purgata contumacia: in authen. ei qui iurat. C. de bonis author. iudic. poſsidend. Vltimo loco conuentionali pignore dolus, lata culpa, & leuis puniuntur, l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. ſed in prætorio pignore fraudulenti, & lata culpa negligentes homines tantùm puniuntur, l. prætor ait. §. præterea. ff. de bonis author. iudic. poſsidend. Effectus autem pignoris iudicialis collegerunt interpretes in d. l. à
11 diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic. † Iam ſequês eſt, vt §. ſpeciem fingamus. Et quia in hac parte tractat Iuſtinianus vim & poteſtatem actionum realium, inter quas actio Seruiana, aut quaſi Seruiana collocantur, ad quid Seruiana actio competat, & ad quid detur quaſi Seruiana, hic patefacit Iuſtinianus, Si colonus aut inquilinus domino conducti fundi penſionem non ſoluerit, dominus actione Seruiana poteſt pignoris iure inuecta & illata omnia perſequi, donec penſionem ſoluerit. Omnia igitur inuecta & illata in fundũ, pro mercede domino ſunt tacitè obligata, etiam ſi conductor & locator nihil dixerint, d. l. itẽ quia, ff. de pact. Quaſi Seruiana datur alijs creditoribus ad perſequutionem pignoris expreſsè conſtituti, aut tacitè: ex alijs tamen cauſis, quàm ex
12 conductione colonorum, aut inquilinorum. † In vltima parte nihil inter pignus & hypothecam intereſſe aſſeritur, quantum attinet ad propoſitionem actionis quaſi Seruianæ, licet ſecundùm materiam aliud ſit pignus, aliud ſit hypotheca, quemadmodum in præludijs ſumus præfati. Species huius § erit manifeſtior, ſi enodauerimus,
13 quid inter prædia ruſtica & vrbana interſit. † Triplici ergo ratione differunt. Primò, quia vrbana prædia ſunt ædificijs diſtincta, ſiue ſint in vrbe, ſiue extra vrbem, §. prædiorum. ſuprà, de ſeruit. ruſticor. prædior. Et ideò appellantur vrbana prædia, quia conſtant ædificijs, licet extra vrbem ſint, quòd habeant ſimilitudinem cum ipſis, quæ ſunt intra vrbis mœnia: cùm plerũque videamus ſplẽdidiora ædificia in pagis & vilis eſſe conſtructa, quàm in vrbibus etiam præclaris. Altera eſt dif-
14 ferentia: † quia vrbanæ ſeruitutes nexu pignoris non poſſunt obligari: ruſticæ autem ſeruitutes, nomine hypothecæ poſſunt ſubmitti, l. ſi is qui bona. §. fin. iuncta l. ſequenti. ff. de pignor. Ratio eſt: quia vel quaſi poſſeſſio ſeruitutis in creditorem tranſit nomine pignoris, vel debitor pecuniam non ſoluens ſolutione non luit pignus. Procederetur ad illius pignoris diſtractionem, l. j. C. debit. vendit. pignor. non imped. & ſic ciuitates ſordidiſsimis ruinis aſpectum haberent deformem.
15 † Intereſt enim Reipublicæ, ne ciuitates dehoneſtentur ruinis, l. an in totum. C. de ædific. priuat. Iure enim ſeruitutum prædia ſunt longè chariora, l. quid aliud ſunt iura prædiorum. ff. de verbo. ſignif. Nec moueri debes, ſi opponas vrbanam ſeruitutem nõnunquam, vt antè diximus, eſſe extra vrbem, d. §. prædiorum, vbi non timetur vr-
16 bis deformitas. Id quidem non obſtat † quia licet ea ædificia ſint extra vrbem, noſtra tamen intereſt ea eſſe muniſsima, vel propter hoſtes: arg. l. quicunque. C. de fond. limitrop. lib. xj. aut latronum incurſum, aut frigoris & æſtus malitiã. Ideò eas ſeruitutes eſſe perpetuas, noſtra plurimùm intereſt, l. eũ qui debere. ff. de ſeruitut. vrban. præd.
17 † Excipi fortè poſſet, ſi illud ædificium ruſticum, tam modicum & tenue eſſet, vt ex illius cadentiã ruina modicum aut nullum paterfamilias, damnum conſequeretur. Tunc parum intereſt illius fundi ſeruitutem poſſe obligari: argum. l. ſenatus § j. ff. de legat. j. Tertia eſt differentia, & hæc ad §. noſtri materiam ſpectat: quod inuecta & illata in fundum ruſticum, non ſunt domino obligata pro mercede, niſi domino ſciente fuerint inuecta aut illata. Sed quãdo vrbanum prædium locatur, inuecta & illata ſunt domino tacitè obligata nomine mercedis, ſiue ſciente, ſiue ignorante domino fuerint inuecta, aut producta, l. certi iuris. C. locati & cond. l. ſi horreum, l. eo iure vtimur. ff. quibus modis pign. vel hypoth. tac. contrah. Proſpiciamus quare in ruſticis domini ſcientia exigitur
18 non autem in vrbanis prædijs. † Ratio eſt: quia ſi inuecta ab inquilino non eſſent obligata pro pẽſione, niſi domino ſciente, dominus propter illud ius tacitum hypothecæ non pateretur inquilinũ in ædes conductas quicquid inferre, niſi ipſe in apertam lucem ſingula poneret. Itaque cùm ſummo periculo famæ aut vitæ proderet inquilinus ſuas paruas facultates, fortè credebatur diues: nũc paupertas cum dedecore detegitur, l. ſi verò. §. fin. ff. qui ſat. dat. cogant. aut ſi illius eximiæ fuerint fortunæ, cum vitæ periculo illas apud vulgus ex-
19 plicare coactus eſſet. † Plerique (teſte Salomone in Prouerbijs) propter manifeſtatam diuitiarum potentiam perierunt. Nouimus nonnullos miſerè fuiſſe trucidatos quòd ſuis hoſpitibus ſe habere grandem pecuniam fuiſſent gloriati. Durum eſt, inquit Imperator, paupertatis vilitatem detegi, & pompam diuitiarum patere inuidiæ hominum, l. ij C. quibus quarta pars debeat. libro xj. Sed colonus, licet inuecta & illata domino patefecerit, in nullo verſabitur diſcrimine vitæ.
20 † Habet tãtùm ruſtica inſtrumenta, aratra, & ligones pecuniam non habet, quam non audet optare, l. domini. C. de agric. & cenſ. libr. vndecimo. Ruſtici duntaxat rem ſuam familiarem admodũ tenuem deſiderant ampliare peculio magis, quàm
21 pecuniæ viribus. † Eſt enim ſenum prouerbium, vt pecunia ſit ſine peculio fragilis, l. ſi chorus. §. primo. ff de legatis tertio. Appellant illi peculiũ,

id

id quod præſidij cauſa nobis repoſitum eſſet, d. §.
j. Inde ſecundum Accurſium hic dicterium illud
emanauit: Sancta ruſticitas omnia palàm habet,
quæ legibus amiciſſima eſt, in c. veritatis amica
ſimplicitas. extrà, de iureiurand. Hæc ratio, quã-
quam ab omnibus ſit approbata, & per ſe ſit ve-
rior, mentem Imperatoris non videtur aperire:
quia hoc periculum in vrbe non debet formida-
ri propter frequentiam multorum hominum, l.
21 non eſt veroſimile. ff. quod metus cauſa. † Magis
enim eſſet dubitandum in pago aut villa, cùm la-
tronum incurſus atrocius graſſentur illic, quàm
in vrbe, aut alio loco mœnibus circundato: arg.
l. eum vius. § fin. ff. de bonis author. iudic. poſsi-
dend. Vnde experientia ipſi comparauimus, in vil
lis abditiſsimis ruſticos res ſuas in ſpecubus re-
23 motiſsimis abſcondiſſe, † ſi hoſtes aut latrones il-
lic debacchari fuerint ſoliti. Afferamus nos igi-
tur rationem magis aptam & congruentem. In-
uecta & illata à ruſticis domino ignoranti, non
ſunt obligata ideò, vt dominus non mediocrem
adhibeat diligentiam ad excutienda ea quæ ruſti-
cus infert, quæ ſcire domini intereſt: non tantùm
propter hypothecam, ſed quia colonus in villã
poſſet aliqua ſecum circunducere, quæ illũ à colẽ
24 do agro diſtraherent. † Poſſet retia & laqueos in
fundum inferre ad captandas feras, quarum ob-
lectamento captus, omnem laborem agriculturæ
25 poſtponeret: † quod ſanè vetitum eſt, cap. primo.
in §. nemo retia. de pace tenend. & viol. eius, in v-
ſibus feudorum. Alimenta omnium hominum
pendent è fructibus agriculturæ, l. ij. ff de nundi-
nis. Eſt enim (teſte Tullio) omni humano generi
ſaluberrima. Ne ergo colonus in villam aliquid
inferat, quod poſsit eſſe agriculturæ impedimen
to, conſtitutione noſtri imperatoris prudentiſsi-
mè cautum eſt, ne inuecta domino ſint obligata,
niſi dominus ſciuerit: quod periculum eum in
inquilino imminere non poſsit, in illo hæc diſtin
26 ctio locum non habebit, d. l. certi iuris. † Quarta
poteſt adiungi differẽtia inter prædium ruſticum
& vrbanum. Nam inuecta & illata in fundum à
ſecundo colono, non ſunt tacitè obligata domi-
no pro mercede, l. ſi in lege. § ſi colonus. ff. locati.
vbi res poſterioris conductoris, domino non ſunt
obligatæ. Sed à ſecundo inquilino res inuectæ &
illatæ domino fundi vrbani tenentur iure pigno-
ris: Arg. arg. illius legis l. ſolutũ. §. ſolutá. in ver
27 bo, Tenebuntur. ff de pig. acti. † Hanc credo eſſe
rationem huius diuerſi iuris, quòd ita commodè
conſultum non eſſet domino fundi vrbani, niſi
poſterioris inquilini domino res eſſent ſuppoſitæ
nexui pignoris: ſed domino fundi ruſtici ſatis eſ-
ſet prouiſum, licet poſterioris conductoris res
domino obligatæ non ſunt: quia fructus qui ex
fundo ruſtico percipiuntur, domino erunt lo-
co pignoris: illos enim vbicunque ſunt, poterit
vindicare, d. §. ſi co onus. l. ſed ſi in lege. Sed in vr-
bano prædio erit contra: cuius nulli extant fru-
ctus præter habitationem, quam ipſe inquilinus
28 detinet. † Hæc autem doctrina reſtringi po-
teſt, niſi inuecta & illata ſint tam precioſa, aut in-
quilino neceſſaria, vt credibile ſit ea inquilinum
non obligauiſſe, ſi de eis ſingulariter cogitauiſſet,
l. obligatione generali. ff. de pignor. l. j. C. res quæ
pignor. oblig. r. poſſunt. vt ſunt veſtes, ſupellecti-
lis: nec non militum arma, d. l. j. Inde ſcolaris aut
doctor ſi domum conducat, nomine inuectorum
aut illatorum non continebuntur libri: qui à lo-
29 co armorum ſunt ipſis ſcholaribus. † Nam ſicut
milites nihil ſine armis poſſunt, ita ſcholarium
infructuoſi ſunt ſine crebra lectione librorum la-
bores: gloſ. in l. nepos Proculo. ff. de verb. ſignifi.
Non enim ſpecialiter quis libros ſuos obligat, ni-
ſi fortè deplorata ſua ſtudia habuerit: eò quòd lu-
do vocati, aut turpiſsimis voluptatum illecebris,
florentem ætatem improbè deuaſtauit: quales
pleroſque vidimus, quibus cùm omnia à parenti-
bus ſunt ſuppeditata (teſte Tullio) ſibi maxime
30 deeſſe videntur. † Modo explicandas ſe offerunt
aliquot quæſtiones, quæ materiam huius §. illu-
31 ſtrare poſſunt: † num inuecta illata à colono par
tiario, ſint tacitè domino obligata. Maior turba
interpretum eſſe obligata negauit: quia iure ne-
quaquam eſt cautum, in contractu ſocietatis ta-
citas hypothecas eſſe inductas: vt patet ex diſcur-
ſu totius iuris. Sed colonus partiarius eſt velut
ſocius, l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati. & condu.
Iure igitur pignoris, dominus non poterit perſe-
qui inuecta a colono partiario. Cæterum conſti-
tutiones, quæ de hac tacita hypotheca loquuntur,
verba tantùm faciunt de contractu locationis.
Sed quando eſt colonus partiarius, vera non eſt
locatio, cùm pecunia aut merces non veniat, §.
primo. ſuprà, de loc. Igitur inuecta coloni par-
tiarij, non erunt tacitè obligata. Demum hæc
tacita hypotheca competit, vt merces tutius
& cum maiori celeritate domino ſoluatur: par-
tiarius autem colonus, mercedis nomine non
tenetur. Mihi tamen, licet plurimùm re-
gent, verior ſemper viſa eſt contraria ſententia
quod in colono partiario locus ſit iſtis tacitis hy-
32 pothesis: † quia licet partiarij coloni contractus
non ſit propriè locatio, quia pretium non inter-
uenit, dicto §. j. ſuprà, de locat. eſt tamen contractus
innominatus, ſimilis contractui locationis: cùm
eiſdem ferè regulis contineatur. Contractus au-
tem innominatus naturam ſequitur nominati
contractus, cui eſt ſimilis, l. j. §. ſi quis ſeruum. ff.
depoſiti. Locationis autem natura eſt, vt in ea ſint
tacitæ hypothecæ. Igitur inuecta à colono partia-
rio, domino erunt tacitè obligata. Adde, quòd Cæ
ſarum conſtitutiones indiſtinctè de colono lo-
quuntur. Non igitur temerè reſtringemus legem
vniuerſalem ad vnam tantùm coloni ſpeciem, l.
33 de pretio. ff. de public. in rem act. † Nec verum
eſt, quòd partiarius colonus ſit ſocius: quia Iuriſ-
conſultus non ſocium, ſed quaſi ſocium appellat,
dicto §. vis maior. Eſt enim Quaſi dictio ſimili-
tudinis ſignificatiua, vt ex ſe perſpicuum exiſtit.
Si colonus partiarius eſſet verè ſocius, contractus
ipſe non eſſet innominatus: quod veteres ſemper
illi negarunt. Et licet partiarius colonus nullam
præſtet mercedem, propter quam ius ciuile has ta
citas hypothecas introduxerit, non tamen ſequi-
tur in partiario colono tacitam hypothecam eſ-
34 ſe ſuperfluam: † quia Seruiana experiri licet,
non tantùm pro mercede, ſed etiam pro eo quod
intereſt, l. Pomponius. in primo. ff. quibus modis
pig. vel hypothe. tac. contrah. Conclude igitur
dominum Seruiana poſſe experiri, non tantùm
contra colonum, qui nummis colit, ſed etiam con-
35 tra partiarium. † Quid ſi annis viginti minor fun-
dum conduxerit, verũ inuecta & illata ab eo ſint
tacitè obligata? Non eſſe ferè omnes exiſtima-
runt: argument. gloſſæ in l. finali. C. de legitima

tutela. De Minore dotem accipiente vel promit-
tente, minor non poteſt ſua bona expreſſè, ſine
iudicis decreto obligare, l. magis puer. ff. de reb.
eor. qui ſub tutel. vel curat ſunt. Ergo nec tacitè.
Tacitum enim non plus operatur, quàm expreſ-
ſum, l. cum quid. ff. ſi certum petatur. Melior eſt
text. in l. qui ad certum. ff. locat. Deinde pro hoc
communi dogmate eſt text. in l. fin. C. de legit. tut.
Vbi minor non debet curam minoris, duplici-
ter ſuſcipere: tùm quòd alios non debet regere,
qui ſe ipſum defendere vix poteſt. Secundò, quia
curatoris opes, minori obligantur pro malè ge-
ſtis: res autem minoris non poſſunt obligari. In-
fert igitur Imperator bona minoris nõ poſſe ta-
citè obligari. Idem Accurſius concluſit in l. item
36 quia. ff. de pactis. † Ipſi autem altius veritatem in-
ueſtiganti placet, ab eo inuecta & illata, eſſe ſub
nexu pignoris comprehenſa, maximè quia plura
tacitè ſunt permiſſa, quæ prohibentur expreſſè,
l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procurat. Expreſ-
ſe miles non poteſt fieri procurator: tacitè autẽ
per lapſum temporis poteſt: gloſſa in l. ij. C. de iu
ran. calum. Liber homo non poteſt expreſſè ſe
conſtituere ſeruum, l. liber homo, ff ad leg. Aqui-
liam. l. j. ff. de liber cauſſa. tacitè tamen ſe iugo ſer
uitutis ſupponere poteſt, ſi ad pretium participã-
dum ſe venundari paſſus fuerit, l. j. ff. qui ad li-
37 bert. proclam. non poſſunt. † Ita non diſsimili ra
tione, licet minor non poſsit expreſſè res ſuas ſub
nexu pignoris obligare, tacitè tamen nõ eſſet pro
hibendus. Nam in multis, vt oſtenſum eſt, tacitũ
plus quàm expreſſum operatus, l. nonnunquam.
ff. de conditio. & demoſtrat. Adde fortius: Quòd
cùm ius ciuile conducendi minoribus poteſta-
tem nõ negauerit, tacitè videtur dediſſe res ſuas
obligandi facultatem. Cui enim aliquid conceſ-
ſum eſt, videntur eſſe conceſſa omnia, ſine qui-
bus illud facilè non poteſt conſiſtere, l. ij. ff. de iu
riſdict. omniũ iudic. Pleraque enim expreſſè ſunt
prohibita. quæ tacitè veniunt in conſequentiam
permiſſorum; c. ex literis, extrà, de iure patro l.
quidam ff. de aquir. rerum dominio. l. j. ff. de fun-
38 do dot. † Nec obſtat lex finalis C. de legit. tutela.
quia nõ negat illa conſtitutio rẽ minoris nõ poſ-
ſe obligari: ſed negat hypothecas à minore conſti-
39 tutas, iure pleniſsimo firmas eſſe: † quia licet res
minoris ſint ſub hypotheca tacitè, ſi tamen con-
trahendo ſe iudici læſum oſtenderit, pignorum
conſtitutio in integrum reſtitutionem non impe-
diet: quia ex quolibet contractu & ex qualibet
cauſa ipſe damnum paſſus, poterit in integrum
reſtitui, ſi de læſione fidem fecerit, l. nã & poſtea.
40 §. ſi minor. ff. de iureiurãdo. † Idem hic Ioannes
Faber de emphyteuta determinat. quòd ab eo il-
lata, pro canone ſunt domino directo obligata,
cùm hic ſit inſtar coloni, §. adeò. Inſtitut. locati.
Nam prædia ipſa, non poſſeſſores, ſunt obligata,
l. imperatores. ff. de publ. & vectig. Idem Imolen-
ſis in cap. potuit. extrà, de locat. Salicetus in l.
certi iuris. C. locati. Nos tamen contrà arbitra-
mur, quia conſtitutiones de eo genere locationis
loquuntur. per quod non transfertur aliquod
dominium. Locatio enim in hoc ab emphy-
teuticario contractu differt: quia locatio domi-
nium non transfert, l. non ſolet. ff. locati. per em-
phyteuſim autem ſaltem vtile dominium, aut
ius reale transfertur, l. j. § qui imperpetuum. ff. ſi
41 ager vectig. vel emphyteutic. petat. † Nec opus
eſt hac tacita hypotheca domino contra emphy-
teutam, nec pro canone, cùm ſit admodũ tenuis,
l. j. C. de iure emphyteut. Pro cuius canonis ſolu-
tione, dominus ius largius habet, quàm hypothe-
carium: quia ſi emphyteuta lapſu certorum anno-
rum canonem non ſoluerit, in commiſſum cadit,
& res ad dominum reuertetur, l. ij. C. de iure em-
phyteut. Nec ius hoc hypothecæ eſt neceſſarium,
ſi res emphyteuticaria fuerit facta deterior, & ex
bona fide non fuerit culta: quia hæc ignauia non
debet perpẽdi in emphyteuta, ſicut in colono ad
42 tempus: † quia ſecundùm naturam diligẽtius res
noſtras obſeruamus, quæ apud nos perpetuò ſunt
permanſuræ, quàm eas res, quarum alieno nomi-
ne ſumus poſſeſſores, l. malè. C. de præſcriptione
triginta. Vel ſolemus eſſe in noſtris quã in alienis
diligentiores: argumen. l. quod Nerua. ff. depoſiti.
Ideò in colono temporario hypotecas exigimus,
nõ tantùm pro mercede, ſed etiam pro fundi ne-
gligenti cultura, l. Ponponius. ff. ex quibus cauſis
pig. tacit. contrah. Conclude, ſpreta communi do
ctorum determinatione, illata ab emphyteuta,
43 non eſſe tacitè obligata domino. † Vltimũ quod
eſt hîc declarandum, ſit ne differentia inter Sal-
uianum interdictum, & actionem Seruianam. In-
terdicto Saluiano pro inuectis & illatis etiam
ait dominus, §. ſequens, in fine. infrà, de interdi-
ctis. Igitur Seruiana actio eſt inutilis & ſuper-
flua: quia licet vnum remedium ſit poſſeſſorium,
Saluianum videlicet interdictum: alterum ſit pe-
titorium, actio Seruiana: euentus tamen interdi-
ctorum eſt facilior, quàm petitorij, l. is qui deſti-
nauit. ff. de rei vendicatione. Et quodcunque ali-
cui duo proponuntur remedia, vnum eſt altero
vtilius. Negligens & diſſolutorus eſt habendus,
qui videt vtilius, & deterius eligit: gloſ. in §. cæte-
rùm. ſuprà, quod cum eo qui in alien. poteſtat. eſt
44 negnt. geſt. eſſe dicatur. † Qui Saluiano experitur
interdicto, tantùm grauatur onere probẽdi poſ-
ſeſsionẽ. d. l. is qui deſtinauit. ſed qui actione Ser
uiana experitur, non tantùm poſſeſsionem debet
probare eorum quæ ſunt inuecta & illata, ſed e-
tiam rem eſſe in bonis debitoris, l. ea quæ non
ſunt. §. quod dicitur. ff de pignor. Probatio domi-
nij admodum eſt difficilis. Oſtendimus in §. om-
nium. ſuprà, eod. Bar. in l. ſi rem alienam. ff. de pi-
gnor. action. quia licet debitor ſe emiſſe oſtende-
rit, non propterea ſe dominum eſſe demonſtrat:
quia ſi autor, à quo cauſam habet, dominus non erat,
nec ipſe domin⁹ factus eſt, l. ex empto. ff. de actio.
empt. Vulgata l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur.
Iaſon tres paginas implet pro huius difficultatis
45 ſolutione. † Et cùm cœlum ex nubibus atris hîc
ſit vndiquaque apertum, nulla impediente diffi-
cultate. lucem aſpicere non potuerunt interpre-
tes, cùm in multiplici effectu ſit differentia inter
46 actionem Seruiana, & interdictum Saluianum. †
Seruiana actio perpetuò, id eſt triginta annis, eſt
durata. cùm ſit ciuilis, l. oẽs. & l. ſicut. C. de præ-
ſcriptein. xxx. vel xl. ann. aut ſi ſit prætoria, vt qui-
dam exiſtimauerunt, cùm rei contineat perſe-
quutionem, erit perpetua, l. in honorariis. ff. de a-
ctio. & obli. Saluianũ autem interdictum, anno
47 ſolùm intentari poteſt: † cùm omnia ferè interdi-
cta ſint annalia, l. j § finali. de interdictione & ex-
traordinaria actione. Præterea falſo ipſi vide-
tur illi fundamento ducuntur, quibus viſum
eſt egentem actione Seruiana probare oportere
colonum

colonum eſſe dominum inuectorum & illatorũ,
cùm ſit ſufficiens tantùm eas res oſtendere eſſe in
48 bonis debitoris. † Aliud quippe eſt, me alicuius
rei eſſe dominum & aliud illam rem eſſe in bonis
meis: cùm multæ res ſint in bonis meis, quarum
ipſe dominus non ſum. Res in bonis eſſe dicitur,
ob quam actionem habemus, ſi non poſsideamus:
ſi verò eam poſsideamus, ope ſumus inixi excep-
tionis ad eam retinendam, l. rem in bonis. ff. de ac
quir. rerum dom. Si ego librum ante titulo & bo
na fide poſſedero, & ab illius poſſeſsione cecide-
ro, mihi pro libro competit Publiciana, §. ſed i-
ſtæ. ſuprà. eod. titul. Et tamen ego non ſum domi-
nus, ſi author, à quo cauſſam habui, nõ erat domi-
nus, l. ex empto. ff. de actiõ. empti. l. nemo plur. ff.
49 de regul. iur. † Eſt aliud, in quo actio Seruiana,
nec inutilis nec ſuperuacua videbitur: quia ſi do
minus interdicto Saluiano egerit, & fortè ſuccu-
buerit, non prohibebitur actione Seruiana uti: quia
victor in poſſeſſorio minimè volentem petitorio
agere impedit, l. an & eandem. §. fin. ff. de except.
rei iudicat. Poſſeſſorium non abſorbet petitoriũ
ſed è regione petitorium poſſeſſoriũ: de quo am-
plè Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff.
de acquirend. poſſeſſ. † Et hic eſt germanus intel-
50 lectus, d. l. & quæ nondum ſunt. §. quod dicitur.
ff. de pign. iuncta l. cum res. C. ſi res aliena. pigno.
dari poſsit. Nec obſtat, ſi oppoſueris hanc actio-
nem eſſe realem, cuius realis natura eſt, vt de do-
minio quæratur, §. omnium. ſuprà, eodem tit. quẽ
obicem dupliciter nos poſſumus dirimere. † Pri-
51 mùm actionem realem dupliciter competere:
priore loco ad rem principalem, nullius acceſſo-
rij mentione facta: quo caſu de dominio illius
rei agitur, d. §. omnium. aut agimus de iure illius
rei, quæ acceſſoriè rem principalem ſequitur: vt
ſunt pignora, quæ debiti principalis ſequuntur na
turam, l. ſi deferente. ff. quib. mod. pign. vel hypot.
diſſolu. Tunc eo genere actionis realis non de do-
minio, ſed de pignore rei quæritur: vt hic habes
52 in ſpecie noſtri §. † Sed contrà res aliena in pi-
gnus dari non poteſt, niſi domino conſentiente, l.
aliena res ff. de pignor. actioni. Igitur ſat non erit
creditorem demonſtrare rem fuiſſe in bonis de-
bitoris, niſi eam rem eſſe debitoris oſtenderit: So-
lutio: Non eſt opus creditorem de dominio pi-
gnoris fidem apertam facere: ſed ſatis erit, quòd
iudicem doceat eam rem debitorem tempore
53 contracti pignoris poſſediſſe, † quia ex poſſeſsio-
dominium præſumitur: gloſ. in l. ſiue poſsideris.
C. de probat. Nam ſi ipſe debitor eam rem poſ-
ſideat, dominij quæſtionem mouere non poteſt:
arg. l. ſi pignore. §. ſi prædo. ff. de pignor. action.
54 alioquin ſuã allegaret turpitudinem. † Excipitur
(teſte Saliceto) vnus caſus: Si creditor agat quaſi
Seruiana, propter vniuerſalem omnium bonorũ
obligationem, & creditor rem vnam ſingularem
iure pignoris proſequatur, poterit allegare debi-
tor non ſuam, ſed alterius eſſe: Salicet. in d. l. cum
res. C. ſi res aliena pignor. oblig. Ratio eſt fortaſ-
ſe: quia in tali ſpecie, nota aut ſuſpicione menda-
55 cii caret. † Quod ita in hac ciuitate fuiſſe obſer-
uatum non forenſi vſu recordamur. Quòd ſi cre-
ditor agat hypothecaria aduerſùs alium, aut ille
habet cauſam à debitore, non poteſt etiam quæ-
ſtionem dominij referre: quia cum authore ſuo ſi
mili mendacio ſui ipſius nomen dehoneſtaret. Si
verò ille tertius non habuerit à debitore ſuo cau

ſam iuria, ſat erit docere eam rem obligatam fuiſ-
ſe in bonis debitoris tempore contracti pigno-
ris, d. l. & quæ non ſunt. §. quod dicitur. & Docto.
in dicta l. cum res. niſi forte ille tertius poſſeſſor,
qui à debitore non habuit cauſam, de dominio fi-
dem velociſsimè faceret. Quo caſu creditori,
quaſi potius ius habens, eſſet præferendus, dicta l.
cum hæres. & l. aliena res. ff. de pignor. actio. quia
poſtquam detegitur pignus eſſe rem alienam, ius
debitoris reſoluitur. Ita erit reſolutum ius pi-
gnoris, l. vectigali ff. de pignor. Hic diſſoluenda
56 eſt altera difficultas. † Dicit in fine Iuſtinianus,
nil intereſſe inter pignus & hypothecam, quantũ
pertinet ad propoſitionem quaſi Seruianæ actio-
nis. At contrà pignoris poſſeſsio in creditorem
tranſit, nõ autem hypotheca, l. plebem. §. pignus.
ff. de verbor. ſignificat. Igitur nulla competit cre-
ditori actio pro pignore, cùm poſsidẽti actio nul
la detur, § æque, in fine ſupra, eodem titulo. Igi-
tur reſpectu proponendæ actionis, inter pignus
57 & hypothecam non parum intereſt. † Solutio.
Quandiu pignoris detentio eſt in manu credito-
ris, explorati iuris eſt: quod ei pro pignore nulla
competit actio: & tunc rite valet argumentum.
Sed ſi forte pignus ad ipſum debitorem redierit,
aut ad tertium aliquem poſſeſſorem peruenerit,
ad pignoris perſequutionem, vbicumque ſit, ei
58 competit actio quaſi Seruiana. † Finem huic §.
imponentes, oſtendamus oportet quæ ſit differen-
tia inter actionem pignoratitiam, & actionem
59 quaſi Seruianam ſeu hypothecariam. † Primùm
differunt, quia actio hypothecaria creditori da-
tur ob pignoris aut hypothecæ perſequutionem,
vt hic conſtat. pignoratitia verò debitori datur,
ſoluto debito ad recuperandum pignus, l. ſi rem.
§. omnis. ff. de pignor. action. Secundò hypothe-
caria ſeu quaſi Seruiana ex ſola conuentione na-
ſcitur, l. contrahitur. ff. de pignor. & hypoth. ſed
pignoratitia re contrahitur, §. vltimo. quibus mo
dis re contr. ob. lig. id eſt, ſequuta rei debitæ ſo-
lutione, debitori illicò naſcitur pignoratitia act.
Tertiò, pignoratitia eſt bonæ fidei: hypothecaria
autem eſt actio ſtricti iuris, §. actionum. infrà. eo-
dem titulo. & ibi clarius pateſaciendum eſt. Quar
to, pignoratitia eſt perſonalis, cùm in ea re con-
trahatur obligatio, d. §. fin. quaſi Seruiana autem,
ſeu hypothecaria eſt realis, vt hic dicitur. Quin-
tò, pignoratitia actio cùm ſit perſonalis & ciuilis,
ad annos triginta extenditur, l. omnes. & l. ſicut.
C. de præſcription. xxx vel xl. annor. ſed hypothe-
caria, aliquando quadraginta annis, aliquando
paucioribus præſcribitur, ſecundùm diſtinctio-
nem legis, l. cùm notiſsimi. cum ſuis §§. C. de præ-
60 ſcription. xxx. vel xl. ann. † Ex anterioribus ergo
regulis liquidò conſtat creditorem poteſtatem
habere agendi contra debitorem actione perſo-
nali, aut quaſi Seruiana ſeu hypothecaria, ad pi-
gnoris perſequutionem, vel contra debitorem, ſi
pignus aut hypothecam poſsideat: aut contra a-
lios poſſeſſores, §. ſed neque. in autent. de fideiuſſ.
coll. 1. Et ſi pignus minus idoneum, id eſt, debito
non æquiualens, fuerit perſequutus, propterea a-
ctioni perſonali ad reliquam partem viſus non
eſt renuntiare, l. creditor. ff. de rebus cred. etſi cer-
tum petatur. Veneti tamen, teſte illic Accurſio,
61 eam legem ſemper repudiauerunt. † Sed quæ-
ſtionis eſt, an creditor vtranque actionem poſ-
ſit in libello ſimul cumulare. Et non poſſe pauci,

quos ego noui, arbitrati ſunt, quadam generali regula ſatfulti: quando duæ ſunt actiones, quarum in vna abſolutoria parit exceptionem rei iudicatæ, in altera illæ non cumulantur, l. fundi. & l. fundum. ff. de except. Simul quis non aget ad dominium, rei vendicatione & confeſſoria pro ſeruitute: quia ſi in iudicio rei vendicationis ſuccubuiſſem, obſtaret rei iudicatæ exceptio, volenti agere confeſſoria: arg. l. j. ff. ſi ſeruitus vend. Ita non diſsimili ratione, hic dicendum eſt, quia abſolutoria lata in perſonali, parit exceptionem rei iudicatæ, hypothecaria agere volenti, l. ſi deferente. ff. quibus modis pignus vel hypoth. ſolu. pignus enim niſi debito præcedente non ſubſiſtit. Facilè ego tamen in hanc ſententiam deſcendiſſem, niſi in partem contrariam me traxiſſet textus expreſſus in d. §. ſed neque. in authen. de fideiuſſoribus. qui diffinit creditorem ambabus ſimul ex-
62 petiri poſſe. † Petrus non planè ſoluit illud fortiſsimum contrarium de lege fundi, & l. fundum. Inquit procedere tantùm regulam, quando illæ actiones ad idem tendunt. Sed in §. ſed neque, perſonalis & hypothecaria ad diuerſas dirigun-tur: vna ad debitum, altera ad rem pignori datã. Obliquus eſt intellectus illius regulæ, quia rei vẽdicatio & confeſſoria ad eandem rem non dantur, imò ad diuerſa corpora, l. ſed ſi autem omnia. ff. de except. Nec verum eſt, quòd de perſonali & hypothecaria concludit: quia licèt directò ad diuerſa corpora tendant, eundem tamen finem reſpiciunt: nempè vt debitum ſoluatur, §. creditor. ſuprà, quibus modis re contrahend. obligat.
63 † Ego etiam aſpernari ſolitus ſum Bartoli ſolutionem in d. §. ſed neque. Et dicit propterea illas duas actiones cumulari, quia creditor in hoc grauatur, vt prius debitorem excutiat principalem, quàm agat contra fideiuſſorem: authent. præſente. C. de fideiuſſoribus. Item in compenſationem illius grauaminis releuatur, vt poſsit ſimul & perſonali, & hypothecaria agere. Qui in vno grauatur, in altero eſt releuandus, l. eum qui. ff. de iureiuran. Hoc mihi non placet, quia grauamen, quod creditor patitur, vt prius debitorem principalem conueniat quàm fideiuſſorem, non tam vrget, vt Imperator ſingulari quadam ratione illic aliquid ſtatuat cõtra totius iuris communes regulas: maximè cùm debitoris principalis facilis ſit conuen-
64 tio. † Placet ergo illam propoſitionem ſumptam ex l. fundi. & l. fundum. tantùm habere locum, quando vtrumque, quod ambabus actionibus conſequitur, penes actorem permanet, præſertim ſi vnum ſit principale, alterum autem acceſſoriũ. Nam ſi quis rei vendicatione ad dominium egerit: item pro itinere confeſſoria, ſi cauſam obtinuerit vtriuſque ſententiæ, res iudicata penes victorem remanebit, quia abſolutoria lata, in vna pariet exceptionem rei iudicatæ, in altera non cumulabuntur. Sed quando vtriuſque ſententiæ res iudicata non eſt penes victorem permanſura, eo caſu non prohibetur cumulatio, licet abſolutoria lata in vna, pariat exceptionem rei iudicatæ, d. §. ſed neque. Nam res iudicata in actione perſonali, quod eſt debitum, & res iudicata in hypothecaria, quod eſt pignus, penes creditorem non permanebunt: quia rei debitæ ſolutione, actione pignoratitia creditor pignus cogetur debitori reſtituere, l. ſi rem. §. omnis. ff. de pign. act. Et quia in ſuperiori caſu plus affertur præiudicij victo per vtriuſque concurſum, cùm res iudicata in vtraque actione penes victorem permaneat: ideò illarum actionum coaceruatio eſt prohibita. Sed in altero membro quando vtriuſque ſententiæ res iudicata penes victorem non eſt permanſura, victus non tam grauatur: ideò citius cumulatio actionum illarum permittitur. Adde efficacius,
65 † quòd debitores tam ſunt tardi ad ſoluendum, quàm ſunt ad accipiendum procliues. Id illorum procacia euenit. Quare ſumma ratione in odium debitorum eſt conſtitutum, vt ambabus actionibus creditor ſuum debitum poſsit exigere, vt metu iſtius cumulationis ſoluentes creditori ſe liberent. Et hanc ego exhauſtam rationem ex intimis philoſophiæ penetralibus putaui ad huius antinomiæ ſolutionem pertinere.

Ad 5 In perſonam.

SVMMARIA.

1 *Alia actionum diſtributio.*
2 *Nunc perſequitur perſonales prætorias.*
3 *Quinque ſunt actiones prætoriæ pœnales.*
4 *Actio de conſtituta eſt acceſſoria, & non principalis.*
5 *Actio receptitia quare abiit in diſſuetudinem.*
6 *Caſus ad §.*
7 *Vbi ſtipulatio eſt conſtitutum, nequid conſiſtere.*
8 *Remedium prætoriũ eſt inutile, ſi ciuile ſufficiat.*
9 *Quòd olim erat commune actionis de conſtituta cum actione receptitia, & in quo differebant.*
10 *Differentiæ inter actionem de conſtituta, & receptitiam.*
11 *Quid verbo Pecuniæ veniat.*
12 *Ipſius pecuniæ vſus.*
13 *Propter æqualitatem reducendam vſus pecuniæ eſt introductus.*
14. *Peccatum graue, monetam falſam cudere.*
15 *Quid veniat verbo Pecuniæ.*
16 *Cauſæ requiſitæ actioni de conſtituta.*
17 *Dignũ memoratu dubiũ, quare ciuilis ſola obligatio non ſufficiat in conſtituto: naturalis verò cõtrà.*
18 *Recens ratio, cur ciuilis non ſufficiat.*
19 *Secundum requiſitum.*
20 *Communis opinionis confutata ratio.*
21 *Conuentio nuda parit actionem de iure prætorio, contra communem.*
22 *Si de iure prætorio nudum pactum non pareret actionem, ipſum Prætoris edictũ eſſet ſuperfluũ.*
23 *Non poſsidenti datur actio, poſsidenti vero exceptio ad alicuius actus conſeruationem.*
24 *Vnicus eſt textus, quo probatur ex pacto nudo naturalem obligationem oriri.*
25 *Quid eſt nudum de iure ciuili.*
26 *Pactorum cauſæ ſunt duplices.*
27 *Soluit argumentum.*
28 *Ex eodem iure actio naſcitur, & ex eodem illius interitus aliquando ſerpit.*
29 *Actiones, contra quas opponuntur exceptiones, voluntate partium tantũ reddũtur ineſficaces.*

Illæ

30 *Illæ ſex limitationes ab Accurſio congeſtæ in §.de conſtitutis vanæ ſunt.*
31 *Tertium requiſitum actioni de conſtituta.*
32 *Butrigarij opinio eſt, vt nonnunquã ſtipulatio cum conſtituto concurrat.*
33 *Illius opinio confutatur.*
34 *Stipulatio num ſit de iure ciuili.*
35 *Stipulatio eſt princeps omnium contractuum.*
36 *§. de conſtitutis, malè intellectus.*
37 *Quomodo ius ciuile accipiatur.*
38 *Ioannis Corraſij laudata opinio.*

HOc ordine Iuſtinianus perſequitur ſe-
riem actionum, quas in duo genera di-
ſtinxit. † Quædam ſunt reales, quæ-
1 dam ſunt perſonales: & earum om-
nium quædam ſunt ciuiles, quædam ſunt præ-
toriæ. Satis abundè enodauit vim & poteſtatem
2 realium, tàm ciuilium, quàm prætoriarum: † nūc
prætorias perſonales explicare propoſuit. Sicut
ex prætoris iuriſdictione aliquot actiones reales
ſunt comparatæ: vt antè in §.ſed iſtæ, docuimus:
ita prætor aliquas actiones in perſonam introdu-
3 xit: † & hîc quinque ordine deſcribuntur: Actio
de conſtituta pecunia: actio de peculio: actio in
factum quæ ex iureiurando deſcendit: actio præ-
iudicialis: necnon actio pœnalis. Et perſonales
ideò appellantur iſtæ actiones, quia ex contractu
vel quaſi, ex maleficio vel quaſi, deſcendunt.
4 † Prima itaque actio eſt de conſtituta pecunia:
& eſt animaduertendum, quòd hæc actio non
eſt principalis, ſed acceſſoria: ſicut eſt obligatio fi-
deiuſſoris, ſponſoris & mandatoris: Accurſ. in §.
primo, in authentica de fideiuſſo. in verbo Fide-
iuſſorem. quia de conſtituta pecunia ille tenetur,
qui quod ipſe vel alius debet, conſtituit ſe ſolutu-
rum, l.prima. §.primo. ff.de conſtituta pecunia.
5 † Ideò obligatio conſtituti ad principalem obli-
gationem eſt acceſſoria: olim erat actio rece-
ptitia: in locum cuius de conſtituta pecunia actio
eſt ſubrogata, l.receptitia. C.eodem titulo. Erant
in ea intricatæ formulæ, quarum vix actores
memoriam obſeruare poterant: erátque angu-
ſtus in ea numerus perſonarum, in quas agi
poterat. Libuit ideò Imperatori, vt illa ab aula
recederet, & illius vice de conſtituta pecunia a-
6 ctione nos experiremur, d.l.receptitia. † Caſus
ad §. noſtrum eſto: Titius cùm mihi centum
deberet, cœpi illi petendo eſſe moleſtus, verùm
cùm pecuniam non haberet præſentem, huic ad
menſem ſe ſoluturum conſtituit: die conſtituti
cedente, egi contra illum: de conſtituta pecunia
ſe non teneri reſpondit, propterea quòd conuen-
tione nuda & non interueniente ſtipulatione ſe
ſoluturum conſtituerit. Hæc controuerſia cùm
ad Imperatorem eſſet delata, reſpondit illum
teneri: nec vim facit, quòd adiecta non fue-
rit ſtipulatio, quia eam interueniſſe opus non
7 eſt: † imò tantùm abeſt, quòd ſtipulatio ſit con-
ſtituto neceſſaria, vt ſi interceſſerit, vitiet con-
ſtitutæ pecuniæ actionem. Sed erit ille obliga-
tus de iure ciuili, nempè conditione certi, ſi
certum ſit conſtitutum, aut ex ſtipulatu, ſi in-
certum ſit id quod in ſtipulationem eſt dedu-
ctum, §.primo. ſuprà de verborum obligatione.
Ratio: quia conſtitutæ pecuniæ actio eſt de iure
prætorio: quòd ſi adiecta ſit verborum obligatio,
actionem habet de iure ciuili competentem. Su-
perflua igitur eſſet actio prætoria de conſtituta
8 pecunia. † quia ſufficiente ciuili diſpoſitione,
prætorium remedium eſt inutile, l. in cauſæ.ff.de
minor.xxv. ann. Prætor autem cùm daret actio-
nem de conſtituta pecunia, vinculum ciuile non
cogitauit, ſed æquitatem naturalem, quam ob o-
culos oppoſitam habet, l.quòd ſi Epheſi.§.fina-
li. ff.de eo quòd certo loco. Et naturali æquita-
te propenſa, ita eſt ſeruanda nuda conuentio, ſi-
cut legitima & veſtita, vt vocant. Primùm quòd
colligere oportet, eſt: actionem receptitiam
hodie euanuiſſe ab aula. & illius vires eſſe hodie
mutatas in actionẽ de conſtituta pecunia, quem-
admodum rei vxoriæ actio abiit in diſſuetudi-
nem, & in locum illius ſucceſſit actio ex ſtipula-
9 tu, §.fuerat. infrà, eod. † Commune erat inter
actionem receptitiam, & actionem de conſtituta
pecunia, quia vtraque ex conſtituto naſcebatur.
10 † Sed differentia eſt non parua, tàm in perſonis
quæ conueniuntur, quàm in rebus, propter quas
agitur receptitia, inquit hîc Theophilus. Contra
argentarium ſeu trapezitam datur. De conſtitu-
ta autem pecunia actio, tam contra argentarium,
quàm contra alium agitari poteſt. Item actio de
conſtituta datur pro his tantùm, quæ pondere,
numero, & menſura cōſtant, l.pen.circa medium
C.de conſtituta pecunia. receptitia autem omnes
res continebat mobiles & immobiles. Et ita re-
ſpectu perſonarũ receptitia erat anguſtior, quàm
de conſtituta, ſed reſpectu rerum, propter quas
agitur receptitia, latius diffuſiúſque patebat,
11 quàm de conſtituta actio. † Nunc ergo operæ-
pretium duxi ſignificationem verbi Pecuniæ de-
declarare. Pecuniam ego dici exiſtimo à peculio:
nã pecunia eſt fragilis ſine peculio, l ſi.chorus.§.j.
ff de lega.iij. Aut, vt quidam volunt, à pecudibus:
quia veterum ſubſtantia maxima ex parte, ex Var-
12 ronis ſententia, in pecore conſiſtebat. † Quàm ſit
vtilis vſus pecuniæ, in quinto Ethicorum tradit
Ariſtoteles: illiúſque vſus in cōmutatiua iuſtitia
in duobus tantùm locum habet. Primùm, quia
nemo eſt tam diues & rerum abundans, qui ſibi
ſit ſatis. Nam qui Lutetiam eſt profecturus, illi
opus eſſet grandem ſarcinam alimentorum ba-
iulare, niſi, pecunia interueniente, ea quæ victui
13 ſunt neceſſaria, ſibi compararet. † Secundò, pe-
cuniæ vſus repertus eſt, vt inæqualia ad æquali-
tatem reducerentur. Nam cùm commutatiuæ iu-
ſtitiæ officium debeat ſub aliqua mediocritate
contineri, ſi ego ſartor indigeam frumento, tu
verò agricola calceos deſideres, omninò fieri non
poterit, quòd triticum ſit calceis æquale. Super-
addi igitur debebit tritico pecunia, aut calceis,
vt prædictas res pecunia cōmenſurante imparia
paria & æqualia reddantur. Inde ex rerum permu
tatione Paulus reſpondit emptionẽ & venditio-
nem originem deduxiſſe, in l.j.ff.de contrah.emp.
Idcircò ſine vſu pecuniæ humanum conſortium
ſuſtentari non poſſet. Intelligi autem debet mo-
netam eſſe oportere debiti ponderis & probę ſpe-
14 ciei, l.j.C.de veteris numiſm. poteſt.lib.xj. † Igi-
tur non tam peccat, qui parentes iniuria afficit,
qui agnatos negligit, qui patriam periclitan-
tem non defendit, quàm qui nummos cudit
adulterinos. Præter enim falſi crimen, læſę maie-
ſtatis eſt reus: ideò flãmatum vocacitati eſt man-
15 cipãdus, l.pen.C.de fal.mon. † Si igitur cupidus es
cognoſcendi,

cognoſcendi, quid verbo Pecuniæ contineatur, eſt planè diſtinguendum: an præceſſerit aliqua diſpoſitio, ad quam debeat verbum pecuniæ referri: tunc verbum Pecuniæ res compræhendit ſecundùm præcedentem diſpoſitionem: arg. l. cùm ſtipulamur. ff. de verbor. obliga. l. ſi creditor. ff. de peculio. Bartol. in l. talis ſcriptura. ff. de legat. j. ſi non præcedat aliqua diſpoſitio, quàm Pecuniæ verbum poſsit reſpicere. Si verò terino eſt fauorabilis, in quo verbum Pecuniæ adducitur, omnia in ſe complectitur, l. nam quod. §. fina. ff. ad Trebellianum. l. pecuniæ. in j. & ij. ff. de verbo. ſignifi. Aut pronunciamus verbum Pecuniæ, cùm de re odioſa agitur: quo caſu capitur ſtrictè pro pecunia numerata. l. ſed & Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedonianum. Exceptio enim Macedoniani purum fœneratoris odium attendit: arg. l. qui exceptionem. ff. de condiction. indeb. Quòd ſi materia, in qua vtimur verbo Pecunia, fuerit indifferens, id eſt, nec fauorabilis, nec odioſa: quo caſu medio itinere electo, tantùm continet ea quæ in pondere numero & menſura verſantur, l. ij. C. de conſtit. pecunia. de caſu odioſo præcedentia intelligi oportet, niſi fuerit eadem ratio in caſu odioſo, quæ eſt in fauorabili: tunc pecunia omnes res amplexa eſt, l. j. §. fin. ff. de calumniat. † Triæ ſunt

16 prærequiſita natiuitati actionis de conſtituta pecunia. Vnum quòd res, ſuper quam concipitur cõſtitutum, ſit iure aliquo debita: ſaltem naturaliter, l. j. §. debitum. ff. de conſtitut. pecunia. Si res nullo modo eſſet debita, fruſtrà conſtitutum fieret. Non entis nulla ſunt accidentia, l. eius qui in prouincia. in verſiculo Nominatim. ff. ſi certum petat. Nam qui conſtituit, quòd ipſe vel alius debet, conſtituit ſe ſoluturum, d. l. j. ff. de conſti-

17 tut. pecun. † Magna tamen ſe offert difficultas, quare naturalis obligatio ad conſtituendum ſufficit, d. l. j. §. debitum, ciuilis autem obligatio, in conſtituto non ſufficiat: cùm ciuilis obligatio magis ſit propinqua generationi actionis, quàm naturalis; argum. §. primi. ſuprà, de liter. obligat. Quòd ciuilis obligatio ad conſtituendum non ſufficiat, Vlpianus ita reſpondit in l. quòd ſi maritus. §. ſi quis autem ff. de conſtitut. pecunia. vbi iure prætorio non debet, qui ſe ſoluturum conſtituit id quod iure ciuili tantùm debet: & tamen fideiuſſor poteſt non tantùm naturali, ſed etiam ciuili obligationi accedere. l. j. ff. de fideiuſſ. Ego confuſas doctorum traditiones minimè recenſebo. Quid nobis in hac re ſit concludendum, tantùm referemus. Conſtitutum, cùm ex prætoris iuriſdictione emanauerit, æquitatem naturalem in ſe amplectitur, l. j. ff. de conſtituta pecunia. † Cuius naturalis æquitatis magis eſt parti-

18 ceps naturalis obligatio, quàm ciuilis: vt in l. j. ff. de pactis. Non igitur eſt mirum, ſi naturalis obligatio citius pariat conſtitutum quàm ciuilis. Sed nondum ſubducta eſt lex ex dubio: Quare fideiuſſor ad obligationem ciuilem admittitur, non autem conſtitutor, cùm fideiuſſor ad cauſam duriorem accipi non poſsit, l. Græce. §. illud. ff. de fideiuſſ. conſtitutor autem poteſt in tempus citerius ſe ſoluturum conſtituere, l. ſed & ſi citeriori. & l. ſequenti. ff. de conſtitut. pecun. Firmior ratio, me iudice inueniri non poteſt: quia fideiuſſor non tenetur, niſi ſubiecto ſtipulationis vinculo, l. blanditus. de fideiuſſor. Quæ ſtipulatio cùm ſit firmiſsimus contractus, §. j. ſuprà, de verbo. obli. accedit ad obligationem vtranque & naturalem, & ciuilem. Igitur fideiuſſor tàm ſuper naturali, quàm ciuili obligatione accipi poteſt, d. l. j. ff. de fideiuſſ. Secundùm enim naturam eſt, vt ſimiles quàm diſsimiles potius effectus cauſarum ſequantur naturam: argumen. l. ſi rem. §. quemcunque.

19 ff. de rei vendic. † Secundùm requiſitum eſt, vt quis de conſtituta pecunia teneatur, quod conuentione nuda ſe ſoluturum promiſerit: vt hîc in textu eſt perſpicuum. Satis huius rationis difficilis eſt inquiſitio. Interpretes ideò volunt nudam conuentionem hîc ſufficere generationi actionis, quia duplicatũ eſt pactum; primum, id quod præceſsit debitum: alterum eſt, pactum conſtituti. Explorati iuris eſt, quàm magni ſit effectus actus geminatus, in l. balliſta. ff. ad Trebellianum. Mulier ſi ſecundò pro aliquo interceſſerit, Velleiano non iuuatur, l. ſi mulier. l. antiquæ. C. ad Velleianũ. Si bis fateatur ſe aliquis cuiuſpiam cenſitum aut adſcriptitium, ſibi præiudicat, l. cùm ſcimus. C. de agricol. & cenſit. Igitur propter debiti duplicatam conuentionem ex conſtituto, li-

20 cèt nudum ſit pactum, actio naſcitur. † Hæc ratio admodum videtur inſufficiens duplici de cauſa. Vna, quòd leges, quæ talem effectum tribuunt generationi actus, procedunt, quando actus ab eadem perſona eſt geminatus: hîc autem debitum principale ab vno conſtitutum, ab altero poteſt

21 fieri, d. l. j. ff. de conſtit. pecunia. † Altera, quia ſequens eſſet fideiuſſorem nuda conuentione teneri, cùm ſit à diuerſis perſonis debitum geminatum: quod eſt contra dict. l. blanditus. C. de fideiuſſor. Iudicio noſtro vera eſt ratio, quare ex nudo pacto actio de conſtituta pecunia naſcatur: quia hæc actio eſt de iure prætorio, vt hîc docet Iuſtinianus. De iure prætorio pactum nudum actionem parit: & ita contra communem nuper defendimus Tholoſæ: quòd de iure prætorio ex nuda conuentione actio naſcatur. Et ita intelligi placet edictum prætoris in l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pactis. Vbi pacta, inquit prætor, ſeruabo, quæ dolo & fraude non ſunt interpoſita. Non eſt tantùm de legitimis & veſtitis intelligendum edictum prætorium, quæ ſunt tantùm ad agendum apta & idonea ſecundùm aliquos, in

22 d. §. prætor ait: † quia ſi generale prætoris edictum nil iuri ciuili ſuperaddidiſſet, quia iure ciuili, ſiue externo auxilio, legitimæ conuentiones actionem pariunt, l. legitima conuentio. l. iuriſgentium. ff. de pact. prætoris edictum eſſet ſuperfluum: quòd corrigendi, ſupplendi, iuuandi ius ciuile gratia eſt introductum, l. ius ciuile. §. ius prætorium. ff. de inſtit. & iur. Nec ſufficit, ſi dicamus ibi pacta nuda à prætore ſeruari, non reſpectu actionis, ſed exceptionis. Pacta enim, quæ non proſunt ad agendum, ſunt ad excipiendum vtilia, l. iuriſgentium. § ſed cùm nulla. ff. de pactis. pacta enim quæ ſeruantur reſpectu exceptionis, non ex integro ſeruantur, ſed pro parte. Prætor dicit ſe pacta ſeruaturum: quod non pro parte, ſed omninò prætorem intellexiſſe putandum eſt, ne mancum & imperfectum ſit additamentum prætoris.

23 † Proinde quando lex iubet aliquem actum ſeruari, non poſsidenti dat actionem, vt tenacius ſeruetur: poſsidenti verò dat exceptionem, l. ſtatuas. ff. de acquir. rer. domin. Quare cùm prætor pacta ſeruari iubet, ex illis, prætoris authoritate, vt ſeruentur, naſcetur actio. Adde: Pacta nuda natura-

lem

lem æquitatem continent,ſicut veſtita.Quod du-
24 pliciter apparet: † tùm quia pactum nudum na-
turalem gignit obligationem,l.v.§.Imperator.ff.
de ſolution.qui textus eſt tantùm in iure ſingu-
laris. Secundò, quia debitum ex pacto nudo ſo-
lutum,non poterat reperi,obſtante naturali obli-
gatione,l.naturaliter.ff.de condict.indebit. Præ-
tor non reſpicit ſcrupuloſas ſubtilitates iuris ci-
uilis, ſed naturalem æquitatem, l.poſthumus.ff.
de iniuſto rupt.fact.teſt.l.quòd ſi Epheſi.§.fi.ff.de
eo quod certo loco. Ideò cùm conuentio nuda
tantam æquitatem contineat, quantam ciuiles
cōuentiones & legitimæ,propterea nuda conuen
tio de iure prætorio pariet actionem, ſicut de iu-
25 re ciuili, veſtitum aut legitimum pactum. † Nec
obſtat,ſi dixeris nudum illud eſſe,quod omni ca-
ret effectu: vt in illa rubrica.C.de nudo iure Qui
ritum tollend. Nō ergo actionem generabit.Sol-
ue: Quod nudum eſt perpēſa iuris ſubtilitate, ſed
iuris prætorij æquitate conſiderata, nudum non
debet appellari. nudum enim non eſt, quod ali-
quo iure & certa lege probatetur: ait Papinia-
nus in l.ſi dominus.in fine.ff.de præſcript.verbis.
Minus officit, ſi opponas de iure prætorio dari
exceptionem ad elidendam actionem, quæ mero
iure ſine cauſſa datur,l.ij.§.circa.ff.de dol.excep-
tio.Si quis rem petierit ex ſtipulatione ſine cau-
ſa oppoſita, eum doli repellet exceptio. Pactum
nudum eſt,quod cauſam non habet ſufficientem,
d.§.ſed cum nulla. Cur ergo de iure prætorio ex
nudo pacto actio competeret, ſi ipſum ius præ-
torium exceptionem præſtaret ad tollendam a-
ctionem, etiam à ſeipſo partam? Hoc argumen-
tum.licèt ſit fortè,cuius pōdere doctum aliquem
virum in publica concertatione reddidi attoni-
26 tum in Tholoſana academia,minus obeſt. † Pri-
mùm quòd nuda pacta ſunt duplicia: quædam
ad cauſam referuntur externam,vt ſunt innomi-
natæ conuentiones reciprocæ. Do vt des,Do vt
facias: niſi cauſa fuerit ſequuta ex parte agere vo
lentis. Nullo iure competere actionem credi-
derim: cùm non ſit mens paciſcentium, niſi ſe-
quuto implemento, dari. Non ergo competit l.
non omnis. ff.ſi certum petat. Si verò ſunt nudæ
conuentiones ſimplices, & non reciprocæ, licet
cum cauſa fiant,nudæ iure ciuili inſpecto poſſent
appellari: vt ſi non præcedente interrogatione
equum tibi ſpopondiſſem, nuda eſt conuentio;
Doctor.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter. ff. de verbor.
obligation.Nec aliam cauſam hæc conuentio de-
ſiderabit,vt de iure prætorio naſcatur actio: quē-
27 admodum nos antè demonſtrauimus. † Poteſt
ſecundo tolli obex: abſurdum non videri, ſi de
iure prætorio actio naſcatur ex pacto nudo,ſi cau
28 ſam non habeat legitimam: † & rurſus ex eodem
iure prætorio exceptionem doli cōpetere ad ex-
tinguendam actionem ab eodem iure partam,
cùm ex contractu venditionis actio detur non-
nunquam ad dirimendum contractum venditio-
nis,l.ex empto.§.ſi quis virginem. ff. de action.
empti.l.ſed Celſus.§.ſi fundus.ff.de contrahenda
emptione & vendi. Cæterùm vnum ius citius ex-
tinguit effectus ſuos, quàm alterius iuris, ſi ius
prætorium nudo pacto actionem conceſſerit, &
rurſus ad illius effectus eneruādos doli exceptio-
nem non denegauerit. Nec propterea ius præto-
rium eſt varium & mutabile inſtar Chamæleon-
29 tis: † quia actionem dabit efficacem, parte non
opponente exceptionem doli: nec ſuo officio ſo-
lus Prætor opponit: Bart. in l.ſi vnus ex argenta-
riis.§.pactus ne peteret.ff.de pact. Tutò ergo de-
fendi poteſt,ex quocunque pacto nudo (quod &
veriſsimum eſt) actionem naſci, niſi dolus aut
fraus infecerit actum. Quod rectè canoniſtæ a-
nimaduertentes,inſequuti ſunt,cùm pacta omnia
agendo & defendendo eſſe ſeruanda ſub cenſuris
eccleſiaſticis conſtituerint, cap.j.extrà, de pactis.
30 † Inde illatum eſt non temerè,quinque aut ſex il-
los caſus regulam non reſtringere, quæ de pacto
nudo actionem non generante tradita eſt. Quos
in verſiculo de conſtituta retulit Accurſius. tum
quia nudæ non ſunt conuentiones,ex quibus illic
parta eſſet actio: cū legitima cauſa ſubſiſtat, pro-
pter quam Iureconſultis aut Imperatoribus vi-
ſum eſt actionem poſſe generari. Legis enim di-
ſpoſitio,veſtimenti loco eſt habenda, l.legitima.
ff.de pactis. Beneficium liberalitatis eſt loco im-
plementi, ne ipſa illudatur,vt ex promiſsione de
donando actio naſcatur,l.ſi quis argentum.§.fin.
C de dona. In reliquis autem caſibus Accurſia-
nis,faciliimum erit inueſtigare rationem, cur il-
lic competit actio: quæ ſingularis ratio pacta il-
latum legum ita corroborabit, & fortia reddet,
vt ex illis actionem naſci iuſtiſsimum eſſe videa-
32 tur. † Tertium requiſitum actioni de conſtituta
pecunia eſt,vt in conſtituendo non interueniat
vinculum ſtipulationis: vt patet in fine verſiculi
32 de conſtituta. † Iacobus Butrigarius non inele-
ganter arbitratus eſt, nonnunquam ſtipulationē
concurrere cum conſtituta pecunia: veluti ſi quis
aliquem interrogauerit, an ſe ſoluturum conſti-
tuat ſe aut pro alio, & is confeſtim reſponderit,
quod conſtituit ſe ſoluturum. Eſt imprimis con-
ſtitutum,vt verba indicant: præterea ineſt ſtipu-
latio,cùm præceſſerit reſponſionem interrogatio,
l.j.ff.de verbor.obligat. Verba enim quæcunque
apta ſunt ſtipulationem concipere,§.ij.verſiculo.
Sed hæc ſolennia ſuprà,de verbor.obliga.l.omnes.
C.de contrahend.ſtipula. Alioquin niſi in præ-
dicto caſu locum haberet actio de conſtituta pe-
cunia,rarò huic actioni eſſet locus: cùm frequē-
tiſsimis illis,aut ſimilibus verbis proponatur cō-
ſtitutum. Deinceps prætoris prouiſio, non tantū
caſum continet neceſſarium, ſed etiam vtilem, à
iure ciuili prouiſum, ſi iuris prætorij diffinitioni
aut regulis conueniat,l.ſi poſt mortem.§.fin.ff.de
bonor poſſ.contr.tabul. Latè oſtēdimus in §. ſed
33 iſtæ.ſuprà,eodem. † Ipſe tamen non puto vnquā
ſtipulationem cum actione de conſtituta pecunia
concurrere: nec puto eam fuiſſe Iacobi mentem.
Nam actio,quæ datur,in ſubſidium,non poteſt ſi-
mul iungi cum illa actione,in cuius defectum il-
la introducta eſt,l.quoties. ff. de præſcriptis ver-
bis.§.primo.ſuprà, de inof.teſt. Igitur ſi nobis
poſsit ſubueniri per actionem deſcendentem ex
ſtipulatione,inanis eſſet actio prætoria. Secun-
dò,ne per ignotum iter progrediamur, apertus
eſt hic textus,vbi negat Imperator, conſtitutum
cum ſtipulatione aliquid habere commune:alio-
quin iure ciuili tenetur: quod ſatis oſtenſum eſt
dictione Alioquin. Nec me mouent duæ prædi-
ctæ rationes: quia non idcirco erit ſequens, con-
ſtitutum rarò, aut nunquam contingere, quia ſi
reſponſio longo poſt tempore interrogationem
ſequuta fuerit,aut ſi mutato ordine reſpōſum præ
ceſſerit: quòd non rarò euenire ſolet, vt ſatis eſt
explor

exploratum. Quo caſu t ilis verborum conceptio
ſtipulatio non eſſet, d.d.l.ff. de verb. obligat. Qua-
re ſi verbis ad ſtipulationem aptis, conſtitutum
fuerit conceptum, ſtipulatio abſorbet actionem
34 de conſtituta pecunia. † Vltimo loco, quotquot
ipſe legerim, ex vltima parte huius verſiculi de
conſtituta, collegerunt non eſſe de iure gentium
ſtipulationem, ſed de iure ciuili, in l. ex hoc iu-
re. ff. de iuſtitu. & iur. Idem ſcholiaſtes in §. ius
autem ſuprà, de iure natur. gent. & ciuili. Ego to-
ta via, totóque cœlo Accurſium, illiúſque diſci-
pulos aberrare ſemper exiſtimaui: quia licèt eſſet
certiſsimum, ius ciuile ſtipulationem inueniſſe,
nulla tamen ex parte hic §. docet ipſam à iure ci-
uili eſſe ortam. Quin verius ipſe arbitrarer illam,
ſicut cæteras conuentiones, iuris gentium, & non
ciuilem eſſe: cùm non ſit à regula recedendum,
niſi nominatim fuerit exceptum, l. de pretto. ff. de
publ. Non eſt vlla conſtitutio, aut Iureconſulti
reſponſum, quo poſsit ſtrictè probari ſtipulatio-
nem eſſe de iure ciuili introductam. Præterea ſti-
pulatio à ſtipulo dicta eſt. quòd firmiſsimus con
35 tractus fuerit, §. j ſuprà, de verbor. oblig. † Qua-
re cùm ſit clauis & perfectio aliorũ contractuum,
haud diſsimile eſt verò, ipſam ab eo iure emanaſ-
ſe, vnde alij contractus deſcenderunt: ſunt enim
ex iure gentium, d. l. ex hoc iure. Inde euidentiſsi-
mum eſt ſtipulationis originem eſſe ex eo anti-
quiſsimam, quia neque Iureconſulti aut Impera-
toris nomen in toto iure reperitur, qui ipſius ſti-
pulationis fuerit inuentor. Dicendum igitur eſt,
ſtipulationem eſſe de iure gentium. Tolle exem-
plum. Emphyteutecarius contractus ponitur in
catalogo contractuum iuris ciuilis: gloſſa in d. l.
ex hoc iure. Ideò ciuilis eſt ille contractus: quia
certum habet authorem Zenonem Imperatorem,
36 §. adeò. ſuprà locati. † Nec obſtat hic §. quia nõ
eſt planè intellectus. Nam licèt dixerit conſti-
tuentem per ſtipulationem, iure ciuili teneri,
non tamen propterea innuit ipſam eſſe de iure ci
uili naſcentem. Nam qui tenetur ex empto, iure
ciuili, non autem prætorio, obligatur: cùm em-
ptionis contractus ante prætoria edicta fuerit: &
tamen emptio non eſt de iure ciuili, ſed gentium,
37 d. l. ex hoc iure. † Vult itaque Imperator, quando
dicit conſtituentem per ſtipulationem iure ciuili
teneri, facere diſtinctionem totius iuris in ciuile
& prætorium. Ius ciuile hic cõplectitur reliquam
partem iuris, qua eſt ius gentium ius ciuile ex le-
gibus duodecim Tabularum: not. in l. ius autem
ciuile. ff. de iuſtit. & iur. Idcircò cùm paciſcentes
ſuper contractibus iuris gentium iure ciuili te-
neantur, non autem prætorio, non tamen ſequi-
tur illos contractus à fontibus ciuilis iuris eſſe
ortos. Non ergo probat hic §. ſtipulationem eſſe
38 de iure ciuili. † Et ita de loco ſuperiori docen-
tem memini Ioannem Curtaſium ornatiſsimum
præceptorem.

Ad §. Actiones autem de peculio.

SVMMARIA.

1 *Peculij deſcriptio, eiuſque ſpecies.*
2 *Quatuor peculij genera.*
3 *Libertas imperialis.*
4 *Ius antiquũ eſt mutabile reſpectu peculij aduẽtitij.*
5 *Ius antiquum eſt incorrectum reſpectu peculij profectitij.*
6 *Caſtrenſe peculium filiosfamilias patribusfa. æquiparat.*
7 *In caſtrenſi peculio filijf. non iuuantur Macedo.*
8 *Peculium caſtrenſe ſingularia multa habet.*
9 *Aequiparantur aduocati militibus.*
10 *De aduocatorum dignitate.*
11 *Priuilegia ſtudentium.*
12 *Hic §. de peculio profectitio eſt intelligendus.*
13 *In mutuo & voto non obligatur filiusfamilias.*
14 *Filijfamilias ſæpiſsimè vitæ parentũ tẽdũt inſidias.*
15 *In voto filiusfamilias non obligatur patre non conſentiente.*
16 *Solutio argumenti circa obligationis difficultatem.*
17 *Diuina vltio eum expectat qui votum negligit.*
18 *Inconſtantia filiorum.*
19 *Filiusfamilias de iure pontificio in voto obligatur, patre etiam non conſentiente.*
20 *Ius ciuile lege põtificia abrogatur in voto liberorũ.*
21 *Plerique iuuenes patribus reluctantibus ad monazontum confugerunt.*
22 *Vide quid veteres imperatores de monachis ſenſerunt.*
23 *Valentinianus monachos appellat ignauiæ genus.*
24 *Vita monaſtica eſt ſancta, ſi fuco non ſit polluta.*
25 *Pater & filius non habentur pro vna perſona, quando naturalis non ſuadet æquitas.*
26 *In tribus caſibus pater expreſſè non conſentiens, ex filij contractu tenetur.*
27 *Caſus ad §.*
28 *Creditor qui cum filiofamilias habente peculium contraxit, duas habet actiones.*
29 *Ratio dubitandi ad textum.*
30 *Reſpondet ad rationem dubitandi.*
31 *Qui poteſt prohibere & nõ fecerit, conſentire videtur.*
32 *Non vulgaris ſimilitudo.*
33 *Delinquens ad pœnam conſentit.*
34 *Maiorẽ habet effectũ expreſſus conſenſus quàm tacitus.*
35 *Malè quidem ſunt arbitrati patrem de iure ciuili teneri actione de peculio.*
36 *Quidã minimè ignari Iuſtinianũ hic reprehẽderũt.*
37 *Alicuius ſocij ſtudio fuit adiutus author in ſolutione dubij.*
38 *Ratio quare non tenetur de iure ciuili pater.*
39 *Aequitas prætoria ſupplet defectum iuris.*
40 *§. deſenſus.*
41 *An actio de peculio ſit perſonalis, an realis.*
42 *Actio de peculio eſt perſonalis.*
43 *Actio de peculio an ſit adtititia.*
44 *Contra communem actio de peculio eſt ſingularis, & non adtititia.*
45 *Additamentũ eiuſdem naturæ cũ eo qui adijcitur.*
46 *Actio ſuper qua eſt actio de peculio potius eſt adtititia, quàm actio de peculio.*

47 *Acti*

47 Actio de peculio non eſt friuola, licèt ſeruilis conditio non ſit in vſu.
48 Monachi habent proprium conniuentibus oculis abbatis.
49 Monachi nonnulli ſunt priores.
50 Clerici non debent negotiari.
51 Titulus de peculio clericorum, non eſt additus libro Decretalium ex Papæ deliberatione.
52 Audi de malo ſacerdote.
53 Ratio dubitandi.
54 Alia eſt identitas patris & filij, & alia domini & ſerui.
55 Identitas hæredis cum defuncto non inducitur ſine facto hæredis.

Actio de peculio, vt mox docebimus, eſt à prætore introducta & in perſonam, cùm ex contractu vel quaſi naſcatur. Et quia peculiorum variæ ſunt
1 ſpecies, de ipſis oportet pauca prædicere. † Peculium in primis eſt puſilla pecuniæ quantitas, à patre vel domino profecta, quàm ex parſimonia filius vel ſeruus ſibi reſeruauit, l. peculium ex eo. ff. de peculio. Sed hodie latius peculij nomen diffunditur, cùm peculium pecuniæ fructuum dixerit iureconſultus. Inquit, Fragilis ſine peculio eſt pecunia, l. ſi chorus. §. j. ff. de legat. iij. Vnde à pecoribus, vt in §. ſuperiori diximus, dictum peculium aliqui concluſerunt. † Quatuor ſunt pecu-
2 lij genera: profectitium, aduentitium, caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe. Profectitium, à patre vel domino profectum eſt: de quo Africanus in l. frater à fratre. ff. de condiction. indebit. in l. profectitia. ff. de iure dot. Aut quod aliũde prouenit, patris vel domini contemplatione, perinde eſt, ac ſi à patre filiis conceſſum fuiſſet, l. dotem dedit. ff. de collat. bon. Aduentitium autem eſt, quòd contingit extrinſecus, id eſt, nec à patre, nec à domino: vt in filiis materna bona, toto tit. C. de bonis maternis. † Aut ſi à culmine imperiali, beneficentiæ
3 nomine in filiumfamilias aliquid peruenerit, l. cùm multa. C. de bonis quæ liber. † Olim filius-
4 familias peculij aduentitiis ius integrum patri, in cuius erat poteſtate, acquirebat, l. placet. ff. de acquir. hæreditat. † Hodie tamen iuris antiqui mi-
5 tigato rigore, patri vſusfructus quæritur, ad filium vero proprietas pertinebit, l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. in § j. ſuprà, per quas perſonas nobis acquir. Iura tamen vetera de peculio profectitio integra permanſerunt: quia pleno iure ad patrem pertinent, d. l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. Siquidem pater peculium concedens, non proprietatem nec vſumfructum, ſed ſolam adminiſtrationem in filium videtur tranſtuliſſe, l. filiusfamilias. in principio. ff. de donat. Huic ſanè rei argumento eſſe poteſt, vt pater vni ex liberis tradiderit quippiam peculii nomine: deinde eos ex æquo inſtituat hæredes: ille filius non habebit præcipuum illud peculium, ſed iudicio inter fratres familiæ erciſcundæ erit diuidẽdum, l. certum. C. familiæ erciſcundæ. niſi filius ille fideicommiſſo hæreditatis portionem fuerit à teſtante reſtituere iuſſus, loco Trebellianicæ quartæ. Illud peculium retinendi habet libertatem, niſi ſuprà quartam aliquid habeat, l. filium quem habentem. C. familiæ erciſc. Cuius quidem peculij integerrimos effectus poteris deducere ex Commentariis præceptoris Corraſij, ex l. frater à fratre. de cond. indeb. Eſt peculium caſtrenſe, & eſt quod in caſtris, vel expeditione militari filiusfamilias acquiſiuit: de quo eſt in Pandectis titulus, ff. de caſtr. pecul. Hoc genus peculij à cæteris
6 differt: † quia in hoc caſtrenſi filiusfamilias mu-
7 tuò poteſt in creditum ire: † nec Macedoniano iuuabitur, cùm illius reſpectu, pro patrefamilias ſit habendus, l. ij. ff. ad Macedon. Item licèt inter patrem & filium quæſtio nulla poſſit in iudicio oriri, filiusfamilias tamen contra patrem, aut pater contra filium poterit in peculio caſtrenſi agere, l. lis nulla. ff. de iudic. Proinde filiusfamilias, etiam patre volente, non poteſt teſtamentum condere, l. filiusfam. ff. de teſtam. In peculio tamen caſtrenſi legitimè teſtari poteſt, §. præterea. ſuprà, quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. cùm reſpectu peculij caſtrenſis, ſit loco patrisfamil. habendus, d. l. ii. Cæterùm ſi filiusfam. vnà cum fratribus velit ſuccedere, illis caſtrenſe peculium conferre non tenetur, l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bonor.
8 † Et ſicut hoc peculium plurima habet ſingularia, quæ in aliis non ſunt generibus, ita teſtamentum in eo conditum, quamplurimis fulget priuilegiis. propter quæ à iure communi plurimum abhorret: vt patet ex diſcurſu illius tituli, ff. de teſtam. milit. & l. fin. C. de inoff. teſtamen. † Eſt de-
9 mum quaſi caſtrenſe peculium, quod non in caſtris, ſed in exercendis artibus liberalibus, aut cauſarum patrocinio filiusfamil. lucratur, l. fina. C. de inoff. teſt. Militare videtur filiusfam. qui ſua facunda eruditione in forenſi ſtrepitu hominum controuerſias dirimit, l. aduocati. C. de aduoc. di-
10 uerſ. iud. † Legum enim profeſſores militibus conferuntur: Accurſ. in l. miles. ff. de re iudic. Vide tu Alexandrum, qui de hac comparatione multa quidē ſuperflua congeſsit in l. centurio. ff. de vulg.
11 & pupil. † In ſtudentibus in iure ciuili plena ſunt omnia priuilegiorum: quorum aliquã partem perfunctoriè deſcripſimus in §. rurſus. ſuprà, eodem. Ea Salicetus abundè cumulauit in auth. habita. C. ne filius pro patre. Teſtamẽtum in hoc peculio quaſi caſtrenſi conditum, ſicut in caſtrenſi peculio factum, querelæ inofficioſi non ſubii-
12 citur, l. fin. C. de inoffic. teſt. † Igitur hic §. niſi de peculio profectitio intelligi non poteſt. De caſtrenſi aut quaſi procedere non valet, cùm in eo cenſeatur paterfamil. filius fam. d. l. ij. ff. ad Maced. minúſque de aduentitio poteſt, quia filiusfamil. aduentitii peculij non habet adminiſtrationem, ſed pater tanquam adminiſtrator legitimus, l. j. C. de bonis maternis. Vltimo loco ad ſenſum perſpicuum huius §. præſcire eſt vtiliſsimum filiumfamil. ex omni contractu, necnon maleficio obligari, etiam patris non præcedente conſenſu, l. filiusfamil. in ij. ff. de action. & obliga. l. tam ex con
13 tractibus. ff. de iudic. † Cui regulæ generali eſt locus, niſi in mutuo & voto. In mutuo quidem: quia ſi mutuum à fœneratore acceperit, eum petẽtem
14 Macedoniani exceptiõe excludet, § illud. inf. ti. j. † & hoc ſumma cũ ratione, ne filiisfa. detur anſa inſidiandi vitæ parentum. Quod facilè facerent ære alieno pelſundati, vt patris morte ſecuta, ex paterno patrimonio ære alieno ſe liberarent, l. j.
15 ff. ad Macedon. † In voto quidem filiusfamilias non obligatur ſine patris authoritate, l. ij §. voto. ff. de pollicit. Et ſemper ego in hoc ſum admiratus Iuriſp

Iuriſprudentiam in qua veteres Iureconſulti in
magno honore habuerunt religionem, l. ſunt per-
ſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer. Voti obſeruatio
non procul eſt à religione noſtra, toto tit. extrà,
de voto & voti redempt. Si in prophanis filius
obligatur ſine patris permiſſu, multò magis eum
16 deberet obſtringere voti pollicitatio. † Sed mihi
hanc difficultatem rectius intuenti, viſus eſt Vl-
pianus magna cum ratione in d. §. voto. reſpon-
diſſe, filiumfamil. in voto ſine patris authoritate
non obligari: quia actus quantò grauior eſt, tan-
tò maiori conſilio, necnon matura animi delibe-
ratione celebrandus eſt: argument. capitulo. vbi
maius peric. extrà de election. in ſexto. Vota vero
poſtquã modo debito ſunt promiſſa, obſeruatio-
nem habent neceſſariam, c. magnæ. extrà, de voto
& voti redempt. Vota ab initio ſunt arbitraria.
poſteà neceſſaria: ideò acutiſſimè proſpicere de-
17 bet is, qui domino votum eſt redditurus. † Diui-
na quidem animaduerſione dignum eſt, facere il-
luſorium votum, d. c. magnæ. extrà, de vot. Filius
enim familias quandiu in ſacris eſt paternis, vix
hominis dimidiati iudicio pollet: argum. l. fina. in
verſic. Neceſſitate. C. de bonis quæ lib. Ideò Iure-
conſultum credo noluiſſe filiumfamilias voti pol
18 licitatione obſtringi ſine patris authoritate, † ne
filius ſuo lubrico conſilio lapſus, in actum ſe am-
biguum & præcipitem conijciat. Sæpè enim iu-
uenili colore rettactare deſiderant filiifamil. id
quod ſuo antè diſpendio fecerunt, d. l. fin. §. filiis.
19 C. de bonis quæ liber. † Poſſet denique filiusfa-
milias votum tale polliceri, vt illius obſeruatione
quodammodo ſeipſum alienaret: authent. ingreſ-
ſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. quod vergeret in patris
detrimentum, cùm à filio acquiſitorum vſufructu
non debeat defraudari, l. cùm oportet. C. de bonis
20 quæ liber. † Ego tamen ſacro canonum iure pu-
tauerim iuris ciuilis conſtitutionem non ſeruari:
ſiquidem in rebus eccleſiaſticis, ſiue diuinis, pa-
tria poteſtas non perpendatur, c. fin. de iud. lib. vj.
Eſt autem votum, quid eccleſiaſticum: non ergo
hodie patris licentia vouenti filio erit requiſita.
21 † Quinimò ipſi quoſdam filiosfamilias igno-
rante patre ſe adſcripſiſſe ſodalitio Franciſcano-
rũ vidimus, quos ab antro ſeu clauſtris pater re-
nitens abſtrahere nequiuit. Qui igitur vltrò ad
monozonium confugerunt, nec volentes, nec in-
uiti illinc abſtrahẽrur, vt pœnis & doloribus ma-
cerato corpore, ſua & mũdi ſcelera cõſtantiſſimè
22 defleant, c. monachus. xvj. q. j. † Quamuis Valen-
tinianus Imperator, clauſtrali religioni parũ fa-
uens, eos reſcripſerit à latebris eſſe reuocandos,
qui ad monozonium cauſa religionis confuge-
23 rint: † eóſque audet ignauiæ ſectatores appella-
re, l. quidam ignauię. C. de decurion. lib. xj. Sed va
leat ille impoſtor, qui parum ſanctè de ceremo-
niis Chriſtianorũ ſentiebat. Vellem ergo bonam
partẽ hominum, qui alio modo Rempublicã ſuo
ingenio iuuare non poſſunt, vt in monaſteriis la-
titantes, perpetuis fletibus, precibúſque continuis
24 eorum peccata plangerent: † qui variis implici-
ti rebus, & Deum, & ſeipſos facilè obliuiſcuntur,
d. c. monachus. Sed de his hactenus. Vltimo loco
præmittere oportet, neque filium pro patre, neq;
patrẽ pro filio, cõtrahendo aut delinquendo obli
gari, C. ne filius pro patre, pœna enim ſequitur ſuos
authores, l. ſancimus. C. de pœnis. l. diui fratres. ff.
25 de iure patr. † Et licèt pater & filius vice fungan-
tur vnis perſonæ, l. fi. C. de impub. & aliis ſubſtit.
ea tamen regula non ſolet obſeruari, quando agi-
tur de vnius detrimento propter alterius factum.
Patrem enim & filium vnam perſonam videri, iu
ris eſt fictio in l. fi. æquitas autem fictionis eſt ge-
nitrix, l. ſciendum. ff. ex quib. cau. mai. In contra-
henda obligatione æquitas non patitur naturalis,
vt pater & filius loco eiuſdem perſonæ habean-
tur, cùm nullus ex facto alterius debeat prægra-
uari, l. non debet. ff. de reg. iur. De iure tamen ci-
26 uili hęc ſunt intelligenda. † Sed de iure prætorio
pater ex contractu per filium inito obligatur in
tribus caſibus. Vnus, ſi peculium ei dederit, vt pa-
ret noſtro §. Alter eſt, ſi contractus per filium ini
tus, etiamſi peculium à patre profectum non
habuerit, reſpiciat patris vtilitatem. Tanta eſt in
patre obligatio, quanta eſt vtilitas, quàm ex filii
contractu ſibi comparauit, l. j. & per totum titu-
lum. ff. de in rem verſo. Tertius eſt caſus, Quod iuſ
ſu: ſi pater filium iuſſerit contrahere, tenetur pa-
ter actione, Quod iuſſu. l. j. ff quod iuſſu. Et dif-
fert hæc actio à ſuperioribus, quia pater hac a-
ctione inſolidum tenetur, d. l. j. ff. quod iuſſu. Sed
de in rem verſo, & de peculio non tenetur pater
aut dominus inſolidum, vt antè demõſtrauimus.
Obligantur etiam pater & dominus inſtitoria
vel exercitoria actione, quæ ad actionem Quod
iuſſu, tacitè refertur. De quibus actionibus nomi-
natim in Pandectis, latioribus titulis reſponſum
eſt: & perfunctoriè imperator in titulo ſequenti,
27 infrà. † Sequitur iam ad §. ſpecies: quia præto-
ris iuriſdictione ſunt aliquot actiones reales
comparatæ, aliquot perſonales. Hîc aliam perſo-
28 nalem deſcribit, nempe actionem de peculio: † vt
ſi filium in mea habuero poteſtate, qui induſtria
& ingenio polleat, eique pecuniam non modicam
tradidero negotiationis gratia: ſi contrahendo
cum mercatoribus fuerit obligatus, ipſi duas ha-
bent actiones: vnam inſolidum contra filium
qui contraxit: alteram contra patrem vel domi-
num, non inſolidum, ſed quantùm eſt de peculio.
Ratio fortaſſe eſt: quia pater aut dominus patien-
do filium aut ſeruum à ſe pecuniam profectam
habere, ipſis videtur dediſſe licentiam contrahen-
di. Ex illorum igitur contractibus, rationibus
29 non iniquis obſtringuntur. † Rationem tamen
dubitãdi, quæ ad hunc textum eſſe poteſt, haurire
valemus ex l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. Obli-
gatio ex conſenſu naſcitur, d. l. cõſenſu. Pater au-
tem, cùm filius contrahit, non conſentit: cùm ab-
ſente aut dormiente patre aut domino, filius vel
ſeruus cõtrahere poſſit. Iniquum igitur eſt, patrem
aut dominum ex cõtractibus filij vel ſerui obli-
30 gari. † Reſponde patrem aut dominum obligari
non expreſſè, ſed tacitè: cùm legis interpretatio-
ne conſentire dicatur pater, aut dominus, cùm pa
titur filium aut ſeruum pecuniæ à ſe profectę ad-
miniſtrationem habere: arg. l. ij ff de iuriſd. om. iu.
l. illud. ff. de acquiren. hæredit. Nam ſi pater obli
gationi creditorum non conſentiret, nuda & ſim-
plici voluntate à filio peculij adminiſtrationem
31 tolleret, l. non ſtatim. in fine. ff. de pecul. † Idcir-
cò videtur conſentire is, qui patitur aliquid fieri,
quod poteſt prohibere, l. ſi remunerãdi. §. qui
32 paſſus. ff. mandat. Tolle exemplum: † Naturali-
ter ad pœnam obligatur, qui delictum aliquod
perpetrauit, l. imperatores. ff. de iure fiſci. cùm in-
quit, Te pœnæ ſubdidiſti: & tamen ad pœnam
non

non habet expreſſum conſenſum: ſed quia deli-
33 ctum committit, † ex quo legis neceſsitate ſup-
plicium delinquens patietur, ad pœnam tacitè
videtur conſentire, d.l. Imperatores: Bartol.in l.
Iulianus verum debitorem. ff. de condict. indeb.
Scripſimus in §.omnium. ſuprà, eodem. Ita non
diſsimili ratione pater filium, aut dominus ſer-
uum permittens habere peculium, futuræ credi-
torum obligationi videntur conſentire. † Hinc
34 latè differentia patet, quantùm interſit inter ex-
preſſum conſenſum, & tacitum: quia ſi pater filij
contractibus expreſsè conſentiret, inſolidum eſ-
ſet obligatus, d.rubrica.ff.quod iuſſu. Sed quia ta-
citè videtur conſentire, non obligatur niſi in-
quantum eſt in peculio, d. §. actiones autem de
peculio. † Inde eſt, quod nonnulli contra impe-
35 ratoris deciſionem, ſunt arbitrati patrem aut do-
minum actione de peculio obligari de iure ciui-
li: quia iure antiquo conſenſus tacitus obliga-
tionem parit, ſicut expreſſus conſenſus, d.l.ſi re-
munerandi. §.qui paſſus. ff.mandati. facto enim,
quod inducit conſenſum tacitum, quis ratum ha-
bere poteſt, ſicut & verbis expreſſum conſenſum
referentibus? l. Paulus. §.fin.ff.rem ratam habe-
ri. Adde quòd tacitus conſenſus, ſicut expreſſus,
parit diſpoſitionem, l.iam hoc iure.ff.de vulg. &
pupil. Pater autem filio tradendo peculium, om-
nibus, quæ peculij ſequuntur adminiſtrationem,
negotiis videtur conſentire. Quare ergo ciuili iu-
re pater non tenetur creditoribus actione de pe-
culio: quòd ſi obligatus fuerit, fruſtrà à præto-
re hæc actio de peculio eſſet introducta. Miramur
tamen ipſi, quòd interpretes hanc inextricabilem
36 difficultatem non tetigerint. † Noui ego de fa-
cie aliquos non indoctos, quibus Imperator in
hoc loco eſt profabula, ipſum, ſi viueret, aut hu-
ius libri reſarcinatores, Dorotheum & Theophi-
lum, negantes huius §. ſpeciem poſſe defendere,
37 † Sed alijs non ineleg\u0101tem rationem cuiuſdam
ſocij ſpeculanti mihi viſa eſt rationabilis huius
38 actionis prætoriæ compoſitio: † quia licèt pater
tacitè conſentiat iure ciuili, quando filius pecu-
lij adminiſtrationem à patre accepit, vt antè de-
monſtratum eſt, hîc fictus aut potius præſumptus
conſenſus ex ea peculij traditione naſcitur, ſi fi-
lius rectè adminiſtraret, & illius vſum ad patris
cõmodum cõuerteret: arg.l.filiusfam. ff.de donat.
Filius autem cùm cõtrahendo creditoribus, obli
gatur, nõ patris commodum, ſed perniciem re-
ſpicit, ſi ab illis hac actione conueniatur: argum.
l.ſi hæreditatem.ff.mandat. Pater enim ea mente
peculium donat, vt ipſius patris meliorem faciat
conditionem, non autem deteriorem, d.l.filius-
milias. quod hîc ſanè contrahendo videtur feciſ-
ſe, ſi debitor fuerit inuentus his, cum quibus con
traxit ipſe filius. Non ergo pater aut dominus
obligatur iure ciuili actione de peculio: quia vir-
tus agentis, vltra operantis propoſitum & vo-
luntatẽ non extẽditur, l.non omnis. ff.ſi cert.pet.
39 ſed prætoria tenetur æquitate: † quia cùm pa-
ter aut dominus filio vel ſeruo peculij admini-
ſtrationem dederit, ob ſuum commodum ęquum
eſt, vt ſi ſit incõmodum propter æs alienum con-
flatum, pater aut dominus teneantur, quantùm
eſt in peculio, licèt ſe obligandi propoſitum non
habuerint, l.ſecundùm naturam, ff.de regul.iuris.
40 l.eum qui.ff.de iureiurand. † Terſa igitur & ſin-
41 cera eſt deciſio noſtri §. † Sed iam doceamus,

T.de Action.

qualis ſit hæc actio de peculio: an perſonalis, an
realis. Realem nonnulli ex antiquioribus eſſe
exiſtimauerunt, eo quod realis actionis naturam
ſequeretur: datur enim contra illum, ad quem pe
culium peruenit, l.de ancillarum. §.ſi ſeruus.ff.de
pecul. etiamſi contractus tempore is dominus nõ
erat. Perſonalis autem non ſequitur ſingularem
ſucceſſorem, l.j.§.ſi hæres.ff.ad Trebellian. Con-
tra veterem dominum, qui tempore contractus
illum ſeruum poſsidebat, intra annum actio de
peculio datur, vt patet ex rubrica, ff.quando actio
de pecul.ann.eſt. ſed contra nouum poſſeſſorem,
d.§.ſi ſeruus. perpetuò intentari poterit, ſi ſemper
42 per ipſum poſsideat. † Receptior tamen eſt ſen-
tentia eorum qui perſonalem eſſe voluerũt. Nam
hîc ponitur in ordine actionum perſonalium,
quæ à prætore profectæ ſunt: vt ſuprà, §.in per-
ſonam. Vlpianus apertè oſtendit in l.in ſumma,
in fine.ff de pecul. Quod ſatis apparet, cùm ex
contractu ſerui vel quaſi deſcendat. Igitur eſt per-
ſonalis. Nec me mouet d.l.& ancillarum.§.ſi ſer-
uus.ff.de peculio. quia licèt in nouum poſſeſſo-
rem detur, qui peculium habet, non tamen ob id
eſt ſequens hanc actionem eſſe realem. Multa e-
nim ſunt genera actionũ perſonalium, quæ ipſam
rem quocunque ierit, ſequuntur: & ſunt in rem
ſcriptæ, vt ad exhibendum actio, quæ eſt perſo-
nalis, l.iij.§.eſt autem perſonalis.ff.ad exhibend.
& tamen contra quemcunque poſſeſſorem datur,
l.iij.§.final.ff.ad exhibend. De hoc actionum ge-
nere plura præfari ſumus in §. omniũ. ſuprà, eod.
Demum omnes dubitant, an actio de peculio ſit
43 actionis proprium nomen, an ſit addititia. † Om-
nes interpretes tàm mortui quàm viui, quarum
vocem audiuimus, eſſe addititiam concluſerunt,
l.iij.§.idem ſcribit.ff.de peculio teneri ait Iurecõ-
ſultus. Ergo eſt addititia: vt actio iudicati de pe-
culio, actio ex empto de peculio, actio mandati
de peculio. Huius inquiſitionis effectus eſt ma-
gnus: quia ſi ſit nomen actionis proprium, erit
ſtricti iuris, §.actionum.infrà, eod.titul. Si addi-
titia ſit, aliquando erit bonæ fidei, & aliquando
ſtricti iuris, inſpecta ſemper natura illius actionis
cui adiicitur. Vos nõ latet auditores, quam diffusè
pateat differẽtia inter actiones bonæ fidei, & ſtri-
44 cti iuris. † Mihi tamen antiquorum authoritas
perſuadere nõ potuit, hác actionẽ eſſe addititiam:
cùm hîc Imperator hanc actionem æquiparet a-
ctioni de conſtituta pecunia, quæ pecularis eſt a-
ctio, non autem addititia: ambas enim procreauit
prætor. Cæterùm ſi actio hæc eſſet addititia, illius
qualitates & naturam indueret actionis cui adij-
45 ceretur: † Additamentum enim eſt eiuſdem na-
turæ cum eo cui acceſsit, l.inter ſocerum.§.inter
patrem.ff.de pact.dotal. Sed hæc actio de peculio
non imitatur regulas earum actionum, quibus
accreſcit. Nam qualitates venditi, empti, locati,
commodati actionum, ſunt longè diuerſæ à natu-
ra actionis de peculio: vt ex ſupradictis euiden-
tiſsimum eſt: ea enim ſunt diuerſa, quorum cauſę
non ſunt eædem, l.ſi idẽ codicilli. C.de codicill.
Nec obſtat d.l.iij.§.idẽ ſcribit: in qua nõ affirmat
ibi Iureconſultus eſſe addititiam, ſed dicit eam eſ-
46 ſe de peculio actionem iudicati. † Quin potius
crediderim ex empto, locato, vendito, commoda-
to actiones eſſe addititias actioni de peculio, ſi ſer
uus vel filius peculiũ habens, emerit, vendiderit,
locauerit, commodato rem acceperit: cùm illæ

Nn huius

huius actionis regulas ſequantur, vt ſatis videre
potes omnibus legibus illius tituli. ff. de peculio.
Concludo igitur actionem de peculio nomé eſſe
propium actionis. Quo circa hæſitandum non
eſt, cuius ſit naturæ: an bonæ fidei, an verò ſtricti
iuris: cùm non ſit ſcripta in claſſe actionum, de
47 quibus in §. actionum infrà, eod. † Hæc actio de
peculio ex ea parte, qua pertingit contractus ſer-
uorum, vana non eſt, licet ſeruilis conditio a-
pud Chriſtianos gallus abiuerit in diſſuetudiné:
quia quę de ſeruis dicuntur in iure, ad monachos
non ineptè trahi putat Bart. in l. j. ff. de ſtipula.
ſeruor. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi cert.
petatur. Sicut ſerui nihil poſsidet proprium, l.
placet. ff. de acquit. hæredit ita monachus bono-
rum externorum eſt incapax: clement. exiui de
48 paradiſo. in clement. de verborum ſignific. † Et
ſicut ſerui conniuentibus oculis proprium ha-
bent, l. iiij. ff. de manumiſſ. teſtam. ita conniuen-
tibus oculis abbatis monachi proprium nonnun-
quam dicuntur habere, c. quantò. extrà de offic.
49 ordin. † maximè quando patiente abbate mona-
chus prioratum habet, c. monachi. §. priores. ex-
trà, de ſtatut. monachor. Idcircò ſi monachus, a-
pud quem ab abbate peculium profectum eſt, cũ
quibuſdam cõtraxerit, ab ipſius creditoribus ab-
bas poterit conueniri, inquantum eſt in peculio:
Ioannes Faber in fine præſentis §. quod rectè hîc
à Iaſone propter identitatem monachorum cum
50 ſeruis eſt perpenſum. † Fateor ego tamen hanc pe
culij adminiſtrationem, non modò monachis in-
honeſtam eſſe, ſed etiam clericis omnibus incon
51 gnitam eſſe oportere. † Neſcio tamen qua ratio-
ne Decretalium libro ſuperadditus fuerit ille ti-
tulus de peculio clericorum: ipſéque iurarem nõ
fuiſſe mentem præſulis Romani, in ſuis Decreta-
libus illam rubricam numerari, cùm pauló pòſt
ex diuino Pauli apoſtoli oraculo ſubiunxerit Ro-
manus pontifex Gregorius: ne chlerici vel mona-
chi implecent ſe negotiis ſecularibus. Nemo e-
nim Deo militans, implicat ſe negotiis ſecularri-
bus, inquit ille Apoſtolus. Eſt enim de terreſtri
militia non ineptum exemplum, in l. milites a-
gros. ff. de re milit. Quot enim ſunt, teſte Origene
in libro de principis, qui putãtur eſſe in eccleſia,
qui ſunt extra eccleſiã? ſunt enim potius ſatanæ,
quàm Chriſti ſacerdotes, nihil præter characterẽ
52 habentes: † & ſi vera ſacramenta ipſi pertractant,
eorum tamen damnata opera, Chriſtus illorum
ſacrificiis vim infundit, vt cibus ille cœleſtis in
nauſeam illis ſceleratiſsimis ſit expectantibus di-
ram exectationem ſacerdotum Iſrael, qui lacte
& lana vtuntur: peccoris autem dominici, poſt-
quam buccas inflati depaſti ſunt, obliuiſcuntur.
Valeant igitur cum ſuo terreno peculio. Super-
eſt pro colophone huius §. ad hunc textum. fortis
53 & dubitabilis ratio. † Hîc dicitur patrem aut
dominum ex contractu filij vel ſerui habẽtis pe-
culium teneri, quantum eſt in peculio: contrà e-
tiam obligatur, licet filius aut ſeruus non habue-
rit peculium. Nam hæres ideò inſolidum obliga-
tur ex cõtractu diffuncti, l. prima. C. ſi certum pe-
tatur. l. pro hæreditariis. C. de actionib. hæredit.
quia hæres dafuncti perſonam repreſentat, §. j.
authentic. de iureiurando à mort. præſtit. & pro
54 vna habentur perſona, vt ibi aſſertum eſt. † Sed
pater & filius vnius perſonæ loco habentur, l. fin.
C. de impuber. Item dominus & ſeruus loco ha-
bentur eiuſdem perſonæ, §. ei verò. Inſtitut. de inut.
ſtipul. Ergo etiam filio non habente peculium, pa-
ter obligatur inſolidum. Hæc difficultas quamuis
veteres nonnullos conturbauerit, à nobis tamen
reiicienda eſt, cùm alia ſit perſona identitas, quæ
eſt inter patrẽ & filium, aut dominum & ſeruum:
& alia, quæ eſt inter defunctum & hæredem. Nam
identitas perſonæ, quæ eſt inter patrem & filium,
eſt in iure aſsidua ſine facto ipſius patris & filij,
ſed naturali inſtinctu & impellente natura, l. in
ſuis. ff. de liberis & poſthum. Subiectionis autem
ratio, necnon dominij excellentia, identitatem
perſonæ inter dominum & ſeruum conſtitue-
runt. Quare cùm patris & domini factum non
interuenerit in illa perſonæ identitate, iuſtum eſt
55 ne alter alterius facto obligetur: † aduerſum ta-
men eſt in hærede, qui non putatur eadem per-
ſona cum defuncto ſine ſuo facto: nempe hære-
ditatis aditione. Adeundo enim defuncti hære-
ditatem ex quaſi contractu teneatur, §. hæres.
ſuprà, de obligationib. quæ ex quaſi contractu
naſcuntur. Videtur enim hæreditatem adeundo,
contrahere cum creditoribus hæreditariis, lege a-
pud Iulianum. §. finali. ff. ex quibus cauſis in poſ-
ſeſsin. eatur. Non igitur ſequitur patrem inſoli-
dum obligari, licet hæres obligetur omnino ex
contractu defuncti. Quod de hærede diximus,
intellige hodie, niſi hæres ſe beneficio inuentarij
iuuare vellet. l. fin. §. ſi vero. C de iure deliberand.
Et hæc ad §. actiones autem de peculio, ſufficiant.

Ad §. Item ſi quis poſtulante.

SVMMARIA

1 *Vindex periurij Deus.*
2 *Cauſa ſupplicij eſt ſcribenda, & charta debet appendere dorſo illius qui patitur.*
3 *Religio eſt veneranda.*
4 *Magis puniuntur blaſphemi Deo, quàm hominibus iniurij.*
5 *Duæ exceptiones.*
6 *Iuſiurandum ſuper re turpi non eſt ſeruandum.*
7 *Hæredis perfidia in obſeruando turpi ſacramento.*
8 *Iuſiurandum actus eſt confirmatorium.*
9 *Iuramenti vſus.*
10 *Iuſiurandum eſt de iure diuino.*
11 *Chriſtus per ſemetipſum iurauit, quia ſe maiorem non habebat.*
12 *Genera iuramenti.*
13 *Neceſſarium iuramentum.*
14 *Iuramentum non eſt legitima probatio.*
15 *Iurans ſui ipſius iudex efficitur.*
16 *Iuramentum purgationis.*
17 *Magna ſuſpicio & leuis quid operantur.*
18 *Vulgaris purgatio hodie non eſt in aula.*
19 *Probatio vulgaris, qua olim probabatur adulterium mulieris.*
20 *Monomachia, ſeu bellum ſingulare, hodie non debere eſſe in vſu.*
21 *Alciatus cum magno ſtudentium malo apud Deos aſſumptus eſt.*
22 *Iuſiurandum iudiciale contra communem non*

eſt

eſt ſpecies, ſed genus: alias enim ſpecies continet.

23 Species ad §.

24 Tria ſunt neceſſaria; vt ex iureiurando actio in factum naſcatur.

25 Quintilianus vetat ſuum deferre iuramentum.

26 Quorundam ad iurandum facilitas.

27 Secundum requiſitum ad iurandum.

28 Ignis diui Antonij vorax.

29 Modus iurandi per creaturas eſt reprobatus.

30 Tertium requiſitum.

31 Ratio dubitandi.

32 Forma iuramenti inſpicienda eſt.

33 Quid ſit iurare vniformiter, quid verò difformiter.

34 Nonnulli iurant contra veritatem.

35 Contra communem.

36 Iuramentum habet vim veritatis.

37 Recens intellectus ad §. fin.

38 Quæ datur actio, ſi iuratum eſt ſuper reali.

39 Modus in iureiurando obſeruatur.

40 Actio præſcriptis verbis aliquando cum alia concurrit.

41 Actio ex ſententia deſcendens, non abſorbet præcedentem actionem, ex qua deſcẽdit res iudicata.

42 Duæ actiones in factum circa idem competunt.

43 Probatio, quam iuſiurandum inducit, eſt potentior alia quacunque ſpecie probationis.

44 Ratio, quare firmior eſt probatio, quæ ex iuramento deſcendit.

45 Petrucius de viribus iuramenti multa vtilia collegit.

INtelligẽtia huius §. ad iuriſiurádi pertinet religionem, quæ ſanctiſsimè culta eſt, non modo ab his, qui nomini Chriſtianorum conſecrati ſunt, verùm etiam ab Ethnicis & idolorũ cultoribus. Ait enim Euripides:
1 † Contempta iuriſiurandi religione vindices Deus oculos habet. Vulpianus enim cui Chriſti nomen incognitum erat, in l. ſi duo. §. fin. ff. de iureiur. reſpondit: Si quis per genium principis ſeri pſerit ſe ſoluturum, & non ſoluerit, fuſtibus eſt
2 caſtigandus: † & dorſo fortaſsè illius, vt alii exemplo terreantur, hæc verba indici deberi, προπε-
3 τῶς μὴ ὄμνυε, id eſt, Temerè ne iuraueris. † Semper enim veteres illi in ſumma veneratione religionem habuerũt, l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fun. Inquit enim ille Iureconſultus: Summa eſt ratio, quæ pro religione facit: ſiquidem fide rupta iuriſiurandi non homo ſolùm, ſed Deus ille maximus offenditur. Idcircò Deum habet vltorem, l. ij. C. de rebus cred. Et id non temerè ſancitum eſt, quia ſi iniuriæ hominibus illatæ, impunitæ non relinquuntur, quantò magis digni ſunt ſup
4 plicia ſuſtinere, † qui in Deum blaſphemi ſunt? §. primo, in authent. ne quis fornicetur contra naturam. Vir enim multum iurans replebitur iniquitate, vt reſponſis diuinis nobis reuelatum eſt.
5 † Quòd hic nobis placet de iuriſiurandi obſeruatione, præterquam in duobus caſibus tantùm
6 procedit. Vnus eſt: † ſi turpis & inhoneſta materia fuerit, ſuper qua iuſiurandum accipitur: quo caſu tantùm abeſt vt ſit ſeruandum, vt qui illius rationem habuerit, ſit maximè execrandus: can. inter cætera xxij. quæſt. iiij. c. quintaualle. extrà, de iureiurand. Nam in turpi voto muta decretũ: in malis promiſsis frange fidem: can. in malis.
7 xxij. quæſt. iiij. † Herodes vilipendendus eſt, qui prætextu præcedentis iuriſiurandi Ioannis Baptiſtæ capite ſaltatricem donauit. Alter eſt caſus: Quando adiectum eſt ſacramentum contra vim & tenorem legum, tunc ſeruandum minimè eſt, l. ſi quis inquilinos. §. fina. ff. de legat. j. l. non dubium. C. de legib. Quo caſu licèt iuriſiurandi magna ſit energia & authoritas, vt actum, qui iure nullus eſt, corroboret: authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendic. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de legat. ij. cap. quamuis de pactis. in
8 vj. † Si tamen nullus fuerit actus lege reſiſtente, nunquam iureiurãdo vim & authoritatem ſuſcipit, d. l. non dubium. d. l. ſi quis inquilinos. §. fi. De hac autem poteſtate quam habet iuſiurandum in confirmatione actus, plurima per Bartolum ſcri-
9 pta ſunt in l. ſi quis pro eod. ff. de fideiuſſor. † Eſt autem iuſiurandum iure diuino inuentum propter ſubleuandam eorum incredulitatem, qui adamantino ſunt pectore, & tardo ad credendum ea, quæ ſibi aut hominum ſocietati ſunt vtilia: vt gloſ. rubr. xxj. quæſt. j. In dubiis enim & neceſſariis tantùm deferendum eſt iuſiurandum, quia tardi ſunt ad credendũ homines, c. ſi pecca-
10 tum. xxj. q. j. † Iuramentum eſt illicitum, quod fit per creaturas: ſpeciéſq; idololatriæ eſt: quia Deus per capillum & per cœlum iurare prohibuit: canon. conſidera. xxj. quæſt. j. cùm debeat iuſiurandum per aliquem iurante maioré præſtari. Neceſſitate enim vrgẽte iurare peccatum non eſt: alioquin non dixiſſet Chriſtus, Non peierabis, ſi peccatum eſſet iurare: canon. ſi peccatum xxj. quæſt.
11 † Id enim iurando Chriſtus non docuit: qui cùm ſe maiorem non inuenit aliquem, per ſe ipſum, iu
12 rare voluit, teſte Paulo in epiſtola Hebræorum. † Iuriſiurandi variæ ſunt ſpecies: quoddam eſt conuentionale, quoddam eſt iudiciale, & aliquod neceſſarium. Conuentionale, quod ex partium conuentione & placito defertur, l. iuſiurandum quod ex conuentione, ff. de iureiurand. Et hoc voluntarium dicitur, nec referri poteſt, d. l. iuſiurand. quod
13 ex conuentione. † Aliud eſt iuſiurandum neceſſarium, & id eſt multiplex. Quoddam eſt quod defertur probationis inopia: vt ſi decem mihi debeat quiſpiam, & vno tantùm probauero teſte, perfecta probatio ſupplebitur iuſiurádi religione. Debitor vno teſte conuinci nõ poterit, cùm duo teſtes ſaltẽ ſunt prærequiſiti, l. vbi numerus. ff. de teſtamen. nec debebit abſolui, quia cõtra illum ſemiplenè probatum eſt. Quæſtio igitur dubia eſt tractanda iureiurendo, l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. & iureiurand. l. admonendi. in fi. ff. de iureiurand. Et licèt actor contra reum ſemiplenè probauerit, aut reus contra actorem, non debebit iudex illicò ſemiplenè probanti iuſiurã. deferre. ſed aliquando reo, aliquãdo actori, inſpectis tamẽ circũſtantiis tam rei quàm actoris, c. fi.
14 §. fi. extrà, de iureiur. † Vnde ergo veterũ nonnullos aberrare exiſtimauerim in l. finali. §. licentia. C. de iure deliberatio. qui putarunt iuſiurandum ſpeciem eſſe legitimæ probationis. Eſt enim hoc

formiter,hoc eſt,cum adiectione cauſę,ſuper qua iuſiurandum præſtetur: quo caſu actio naſcitur non directa,ſed vtilis, quæ ex illo contractu naſcitur,ſuper quo eſt iuratum, d.l.ſi duo. §.ſi quis iurauerit. ff. de iureiurand. Nam ſi verum eſſet præceſſiſſe cõtractum,ſuper quo iuratum eſt (inquit) directa ex illo contractu competeret. Sed quia poteſt eſſe falſum, contractum præceſſiſſe:
34 † cùm plerique ſint ad iurandum alacres, etiam veritate non impellente, l.quæ ſub conditione.ff.
35 de condit.inſtit. † ipſe tamen opinione Petri cõtempta,putauerim directam,nõ vtilem dari,cùm iuratum eſt cauſa præcedente:maximè quia Iureconſultus in d.§.ſi quis iurauerit, de vtili actione nullum verbum dixit: ſed ex empto vel vendito,poſtquam iuratum eſt, actionem competere: verbo enim Actionis in dubio, directa tanquam magis principalis intelligitur,l.j.§.in perpetuum.
36 ff.ſi ager vecti.vel. † Cæterùm iuſiurandum,cùm minorem non habeat authoritatem quàm res iudicata,l.j.ff.de iureiurand. vim debet habere veritatis,l.ingenuum.ff.de ſtat.hominum.Quare directa actio competere debet, ſicut ſi re vera præceſſiſſet contractus, Nec obſtat.l.ſed & ſi poſſeſ-
37 ſori.§.ſi.ff.de iureiur. † vbi inquit vtilem actionem mihi competere,qui iuraui meam eſſe hæreditatem,de qua inter te & me erat controuerſia. Sed facilis eſt illius textus ſolutio:nec rectè intellexerũt interpretes iureconſultũ.Ibi non reſpondit, vtilem actionem pro hæreditate competere, ſed pro his rebus, quæ hæreditati ſunt adiectæ, poſtquam ſuper ipſa eſt iuratum.Nam ſecundùm iuris apices nulla debet actio competere, cũ non eſſent in hæreditate, tempore delati iuramenti. Datur vtilis rei vendicatio contra non poſſidentem, ſi dolo rem deſierit, cùm eum fingant iura poſſidere,l.ſi autem.§.ſed & is.ff.de rei vend. Ita non diſſimili ratione dicemus in d.l.ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. vtilem actionem pro rebus futuris competere, cùm eas in hæreditate non poſſideat tempore quo pręſtitum eſt iuſiurandum.Concludo ergo contra communem,directam ex contra-
38 ctu propter iuſiurandum competere. † Sed iam oſtendamus, quæ actio competat,ſi ſuper reali a-
39 ctione fuerit iuratum. † Aut reo iuramentum defertur,aut actori.Si reo,contra deferentem tantùm habet exceptionem, dict.l.ſed & ſi poſſeſſori. Quòd ſi à poſſeſſione ceciderit, & ad actorẽ fuerit reuerſa, vtrùm contra illum actio detur? Et diſtingue,quomodo reus iurauerit: aut negatiuè, vel affirmatiuè. Si negatiuè, vt putarem non eſſe actoris, ipſi contra actorem non competit actio, ſi ad reum poſſeſſio fuerit reuerſa,quia non iurauit rem eſſe ſuam. Quòd ſi reus iurauerit rem eſſe ſuam,non tantùm eſt contra deferentem tutus exceptione, ſed etiam contra ipſum habet actionẽ,ſi ad illum poſſeſſio redierit. Et ita eleganter diſtinguit Vulpian.in d.l.ſed & ſi poſſeſſori. Nec obſtat argumẽtum præcedens,quòd in factum actio non cõpetat inſtar actionis præſcriptis verbis alia actione ſufficiẽte,d.l.quoties.Ad quod poteſt dupliciter reſpõderi.Primùm, nõ eſſe verum, quòd actio in factũ cum alia actione non concur-
40 rat. † Nam actio in factum ex l. Aquilia, concurrit cum actione iniuriarum,l.Prætor edixit.§. ſi dicatur.ff.de iniu.Nec valet æquiparatio actionis in factũ cum actione præſcriptis verbis, quia hæc eſt ciuilis, illa verò prætoria, l. naturalis.§.
T.de Action.

§.quod ſi faciam.ff.de præſcrip. verb.Secũdò, poteſt tolli argumentum: quòd actio præſcriptis verbis cum alia quandoque actione concurrit, ſi à diuerſis cauſis deſcendant,l.Labeo ſcribit. ff. de contrahend.empt.l ij. C.de pactis inter empt.& vend.Bartol.in l.iuriſgentium.§. quinimò. ff.de pactis. Ita in ſpecie propoſita actio deſcendit ex contractu emptionis,ſi emptionẽ præceſſiſſe fuerit iuratum,d.l.ſi duo.§. ſi quis iurauerit.ff.de iureiurand Sed actio in factum naſcitur ex iureiurando,l.actori.C.ſi certum petat. Nulla enim ratione vetitum eſt,eum qui conditione certi egit, & ſecundùm ſe dicta eſt ſententia duplici actione agere: primùm actione in factum, quæ ex ſen-
41 tentia datur,d.l.actori. † Deinde actione priſtina,nempè conditione certi,ob quam lata eſt ſententia,cùm ſententia actionem non abſorbuerit, ſed illius vim corroborauerit: nec parit exceptionem rei iudicatæ,niſi contra ius actoris dicta
42 fuerit tóto titulo.ff.de except.rei iudicat. † Inde non immeritò eſt ſequens, duas actiones in factũ competere. Nam ſi ſecundùm iuſiurandum fuerit dicta ſententia,vna actio in factum ex iureiurando naſcetur,noſtro §.item ſi quis. Item altera in factum naſcetur actio ex re iudi. d.l. actori. Tertia dabitur etiam actio ex contractu, ſuper quo eſt iuratum.l.ſi duo. §.ſi quis iurauerit.ff.de
43 iureiur.† Demum ex huius.§.argumentò, regulã colligere licet,quam alij interpretes minimè patefecerunt:videlicet firmiorem eſſe probationem alicuius facti per iuſiurandum,quàm per alias ꝓbationis ſpecies,quia aliæ ſpecies probationis cõtrariam patiuntur probationem: vt ſi inſtrumẽto decẽ eſſe promiſſa poterit ꝓbari per teſtes,tunc nihil fuiſſe promiſſum probauerit,§.j. in authent. de fide inſtrument.& not.in l.in exercendis.C.de fide inſtrumen. Sed probatio iureiurando inducta contraria probatione non poteſt labefieri, ne peierantis detegatur periurium, l.quod ſi deferẽte me.ff.de dolo malo. Huius autem differentiæ ratio multiplex eſſe poteſt.Vna,quia probatio inducta teſtibus aut inſtrumentis vim non habet
44 ſententiæ:† ſed probatio,quæ iureiurando fit,non habet minorem authoritatem,quàm res iudicata, l.j.ff.de iureiurando. Altera eſt ratio, ob ſanctam & inuiolatam iuramenti religionem.Vltimo loco quia famæ diſpendium in iureiurãdo verſaretur: admiſſa in contrarium probatione periurij detegeretur improbitas,d.l.quod ſi deferente me.ff.de dolo malo.Standum enim eſt religioni,inquit illic Vlpianus. Mihi in hoc non lubet inculcare iuriſiurandi effectus, quos ſatis amplè Iaſon recen-
45 ſuit in hoc §. † Extat tamen liber conſcriptus de viribus iuramenti, per Petrucium, olim Cathurcenſis academiæ anteceſſorem.

Ad §.In Pœnales.

SVMMARIA.

1 *Quid ſit pœna.*
2 *Quid ſit pœnalis actio.*
3 *Quid ſit perſequutoria.*
4 *Quædam ſunt mixtæ, partim pœnales, & partim perſequutoriæ.*
5 *Mixtæ actiones.*

6 *Differentiæ inter actiones pœnales & perſecutorias.*
7 *Exceptio.*
8 *Grauius eſt delinquere quàm quaſi delinquere.*
9 *Redhibitoriæ, licèt ſint prætoriæ perſecutoriæ, perpetuæ tamen non ſunt.*
10 *Duplicis vitæ ſunt actiones mixtæ.*
11 *Quarta differentia.*
12 *Vide quando hæredes ex delicto defunctorum teneantur.*
13 *Caſus.*
14 *Quare hic liber Inſtitutionum ſit congeſtus.*
15 *Quintilianus quid in hac re.*
16 *Exempla actionum pœnalium.*
17 *Quid eſt album prætoris.*
18 *Tria genera albi prætoris.*
19 *Leges ſcientes tantùm ligant.*
20 *Alba prætorum non differunt ſpecie.*
21 *Locus non facit rem differre ſpecie.*
22 *Quid veniat verbo Solidi.*
23 *Maſculinum concipit fœmininum.*
24 *Vir à muliere fuit ſeductus.*
25 *Prætor oppreßit malitiam diuitum & pauperum.*
26 *In pœnis infligendis inſpicienda eſt perſonarum dignitas.*
27 *Pœnarum proportio.*
28 *Quanta debeat eſſe iudicum lenitas.*
29 *Iudices chirurgos debēt imitari ī pœnis infligēdis.*
30 *An quæ de albo prætoris ſunt dicta, ad alia alba debeant extendi.*
31 *Vide quando directa, & quando vtilis competat.*
32 *Contra communem.*
33 *Imperator non obliuiſcitur caſuum, quos vult in lege contineri.*
34 *An dilanians bullas Papæ, ſit puniendus pœna hic inſerta.*
35 *Cui applicanda eſt hæc pœna.*
36 *Diſtinctio quare pœna petatur.*
37 *Pœnæ exactio eſt vnum de regalibus.*
38 *Contra Angelum.*
39 *Qui moribus Galliæ in pœnis ſeruetur.*
40 *Secundum exemplum huius §.*
41 *Honos liberorum circa parentes.*
42 *Iudex non dabit licentiam liberis litigandi contra parentes, ſi ſit res modica.*
43 *Iniuria parentum in liberos.*
44 *Adam ſi viueret, non poſſet conueniri ſine licentia prætoris.*
45 *Matres ſunt certiores patribus.*
46 *Quare mater ſiue venia non poteſt in ius vocari.*
47 *Edictum non habet locum in fictis parentibus.*
48 *Amor diſcipulorum in magiſtros, non eſt æqualis amori liberorum erga parentes.*
49 *Ratio quare debeamus plus venerari parentes, quàm præceptores.*
50 *Primæ cauſæ ſunt præſtantiores ſecundis.*
51 *Tertium exemplum.*
52 *Differentiæ inter illum titul. Ne quis eum qui in iudicium voc. vi eximat: & eum titul. De eo per quem factum erit.*
53 *Qui à familia condemnatum eximit, capite eſt plectendus.*
54 *Licèt reſiſtere iudici incompetenti notoriè.*
55 *Deciſio Innocentij non contemnenda de eodem.*
56 *Poſſunt amici ab ordinario iudice condemnatum auferre, ſi appellationi nolit deferre.*
57 *Iudex prouinciæ Tholoſanæ meritò fuit capite plexus, qui condemnati morte appellationi nō detulit.*
58 *Dubium quo perterriti fuerunt antiqui.*
59 *Per ſimplicem citationē præſcriptio interrūpitur.*
60 *Litis conteſtatio interrumpit præſcriptionem.*
61 *Iure Digeſtorum per ſimplicem citationem non interrumpitur præſcriptio.*
62 *Principium rei non eſt res ipſa.*
63 *Ratio quare citatio nō habet vim litis cōteſtationis.*
64 *Edicta prætorum parui ſunt momenti, ſi non obſeruentur.*

QVia Imperator Inſtituit actiones aliquot a prætoris iuriſdictione comparatas in rem, aliquot in perſonam, quemadmodum in ambitu ſuperiorum §§. planè eſt demonſtratum, ne prætor ſuo officio nobis deeſſe videatur, & vt nihil inchoatum relinquat, aliquas pœnales actiones deſcripturus eſt: aliquas autem rei perſecutorias. Sed naturam pœnæ videamus.
1 † Eſt enim pœna (teſte Papiniano) quicquid excedit rei perſecutionem, l. ſeruus ea lege. ff. de ſeruis export. proptereà quia antequam commiſſa fuerit, in bonis noſtris non
2 eſt, l. nuda. C. de contrahend. ſtipulat. Idcircò in pœna propriè damnum non eſt. Eſt enim damnum ab ademptione patrimonij dictum, l. iij. ff. de damn. infect. Nam illius patrimonium non cenſetur diminutum, qui pœnam ſibi competentem amiſit, argum. l. ſi pœnæ cauſa. ff. de condict.
2 indeb. † Eſt ergo pœnalis actio, qua nos proſequimur id quod nobis abeſt, nec adeſt aduerſario; vt ſi album prætoris deleueris, ad quinquaginta aureos contra te experiar actione pœnali: qui quinquaginta aurei mihi non abſunt proptereà, quia nunquam fuerunt in bonis meis, nec adſunt corruptori ipſius albi, cùm ex illo ſuperbo facto quicquam commodi non fuerit conſequutus. Eſt autem perſecutoria, vt in §. rei perſequendæ, dicemus, ſi rem quæ mihi abeſt, petam quæ in manibus eſt aduerſarij, vt certi conditio pro mutuo: abſunt enim mihi illi centum aurei, quos tibi mutuò dedi, & tibi adſunt, hoc eſt, ex eorum tradi-
3 tione commodum accepiſti. † Sunt etiam in hac parte actiones mixtæ, partim pœnales, partim rei perſecutoriæ. Pœnales ſunt, reſpectu rei conuen-
4 ti: † perſequutoriæ verò, ſi actorem ſpectes: vt actio in factum legis Aquiliæ, quæ mihi contra te datur, ſi dolo meū ſeruum interfeciſti, l. ſi ſeruus ſeruū. §. tertio quoque capite. ff. ad l. Aquil. Abeſt mihi ſerui iuſta æſtimatio: & quicquid mea intereſt, poſtquam dolo meum ſeruum interfeciſti, tibi nequaquam adeſt: quia æſtimatio ſerui, quem ego facto tuo amiſi, nō ceſsit lucro tuo, vt ſatis eſt
5 perſpicuum. † Nonnunquam actio eſt pœnalis, reſpectu

reſpectu actoris: perſequntoria verò, reſpectu aduerſarij conuenti: vt ſi ab aliquo pecuniam acceperis, vt mihi in iudicio negotium faceres, contra te propter calumniam in quadruplum agam, l. & generaliter. §. final. ff. de calumniat. Illud autem quadruplum, propter quod ago, nunquam in me actore fuit: & ita ex parte actoris eſt pœnalis. Sed quia ſimplum acceptæ pecuniæ per calumniam eſt in rem: ideò illius reſpectu, illa actio
6 eſt perſequutoria. † Nunc vocabuli ſignificatione plane perpenſa, inutile non erit actionis pœnalis & perſequutoriæ inueſtigare differentias. Prima itaque eſt, quòd pœnalis eſt odioſa, l. interpretatio ne. ff de pœnis. perſequutoria autem eſt fauorabilis, l. in honorariis. ff. de action. & oblig. Secunda in pœnalibus ſolutio ab vno facta, non liberat alterum, l. adeò. ff. de iuriſd. omnium iudicum. In perſequutoriis actionibus ab vno facta ſolutio, alterum liberat, l. iij. §. hæres. ff. commod. & not. in l. contractibus ff. de action. & obligat.
7 † Ab hac differentia vnus caſus debet excipi. Niſi ex quaſi delicto obligatio nata fuerit: vbi ab vno facta ſolutio alterum liberat, l. & quidem. ff. de his. qui deiec. vel effud. Ille ex quorum domo per imprudentiam aliquid deiectum eſt, quod prætereunti per vicum nocuerit, ex quaſi delicto tantū tenetur, §. ij. Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi delict.
8 naſcunt. † Pœna enim tam grauis, non eſt quaſi delicti, ſicut veri delicti, §. ſuprà, de obligat quæ ex quaſi delict. Tertia eſt differentia: Pœnales prætoriæ anno finiuntur, præterquam actio furti manifeſti, quæ licet prætoria ſit, annis triginta durat, §. j iuncto verſiculo furti. ſuprà, de perpetu. & tempor. action. Perſequutoriæ verò, licet ſint prętoriæ, vitam habēt perpetuam: id eſt, triginta annorum, l. in honorariis. ff. de actionibus. & oblig.
9 † Excipiuntur autem actiones redhibitoriæ, & quanto minoris: quæ licet prætoriæ ſint & perſequutoriæ, modico tamen tempore durant, videlicet ſex menſium tantùm, l. cum ſex. l. ſciendum. §.
10 final. ff. de ædil. edicto. † Inde perperam non infertur, actiones mixtas, hoc eſt, partem pœnales, partim perſequutorias, duplicem habere vitam. Nam inquantum rei continent perſequutionem, triginta annis vigent: in quantum verò pœnam, infra annum non poſſunt intentari: vt actio Vi bonor. raptor. quæ ad quadruplum datur, inquātum ſimplum ineſt quadruplo, ad illud ſimplum perpetuò datur: reſpectu autem reliqui tripli, cū ſit pœnalis, ſolius anni curſu vigorem habet, §. j.
11 ſuprà, de vi bon. rap. † Quarta differētia eſt: quia perſequutoria datur hæredibus, & contra hæredes, l. j C. ſi certum petat. l. pro hæreditariis. C. de
12 action. hæred. † Sed ex delicto actiones deſcendentes, proponi contra hæredes non poſſunt, niſi ex delicto defuncti ad eos aliquid peruenerit, l. vnica. C. ne ex delic. defunct. hæred. tenean. l. ſi hominem. §. j ff depoſiti. §. j. in verſic. Aliquando. Inſtitut. de perpet. & tempor. action. Quòd ſi pœnales actiones cum ipſis authoribus delicti fuerint conteſtatæ, & hæredibus, & contra hæredes competunt, §. pœnales. infrà, de perpet. & tempo. act. quia per litis conteſtationem, quaſi in rem actio effecta eſt. His præſcriptis fundamentis re-
13 ſeruandus eſt ad §. catus. † Legum cupidos adoleſcēs ab Imperatore popoſcit, quid pœnalis eſſet actio. Imperator reſpondit diffinitione ipſius naturam non tam planè perſpici, quàm exemplis.

Subtilius enim res inquiritur in latioribus libris Digeſtorum, quàm in hoc libro Inſtitutionum,
14 † qui pīgui minerua facilique methodo propter iuuenes ex variis locis congeſtus eſt. Abditæ enim
15 rerum cauſæ † (inquit Quintilianus) † facilius exē
16 plis quàm præceptis demonſtrātur. Tria igitur paradigmata ponit, quibus quodammodo pœnalis actionis virtus & poteſtas declaratur. Vnum eſt: ſi quis prætoris album corruperit, vbi edicta fuerant ſcripta ad obſeruandam ipſius prætoris iuriſdictionem: aut ſi filius, vtputa emancipatus, parentem in ius ſine venia, aut libertus patronū, à quo libertate eſt donatus, vocauerit: aut ſi quis vocatum in iudicium vi exemerit, contra huiuſmodi perſonas pœnali iudicio agitur ad pœnam quinquaginta aureorum: Hæc tria exempla ſunt
17 per ordinem reſeruanda. † Quātum ad primum,
18 videamus quid ſit album prætoris. † Et triplex hic connumerant interpretes. Primum vbi perpetuæ authoritatis edicta ſcribuntur in l. ſi quis
19 id quod. ff. de iuriſd. omnium iudic. † Conſtitutiones, leges, edicta, mandatáque principum, non ligant niſi ſcientes, §. j. in authentic. vt nouæ conſtitutiones. Pœnæ enim legum non ſunt niſi in ſcientes paratæ l. fin. ff. de decr. ab ordin. faciend. Ne igitur populus aut plebs Romana, colore ignorantiæ ab edicti obſeruatione ſe excuſaret, in eminentiſsimo loco ciuitatis, gypſo aliquis locus albo colore pictus erat: vbi albis etiam literis, vt ait hic Theophilus, edictum recens ſcribebatur. Erat aliud album, in quo nomina citatorum recondita erant, §. omnem. in authent. de litigio. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudic. Tertium erat album, in quo nomina decurionū erant deſcripta, & quoto quiſque ordine eſſet re-
20 ceptus, l. j. ff. de albo decurion. † Sed hæc tria alba non videntur mihi genere differre, cùm idem ſaltem genere ſit locus, in quo edicta prætorum, & nomina citatorum decurionum erant deſcripta, cùm in loco ſublimiori hæc omnia eſſent pē
21 dentia. † Locorum enim diuerſitas rerum ibi reconditarum non ſequitur diſtinctionem. Si quis igitur mala mente album prætoris deleuerit, eū tenet pœna quinquaginta ſolidorum, id eſt, au-
22 reorum: † cùm in iure ciuili nonnunquam verbo Solidi aureus contineatur, §. finali. infrà, de pœ-
23 na tem. litigant. † Et licet in odioſis cauſis maſculinum genus ad fœmininum trahi non ſoleat, l. j. in verſiculo. Quare. ff. de ventre in poſſeſſ. mittend. Bart. in l. j. ff. de verb. ſignific. Prætor tamē in hac actione pœnali fœmineum ſexum complecti voluit, d. l. ſi quis id quod circa medium. ff. de iuriſdiction. omnium indic. fortaſſè, quod hic ſexus petulantior quàm maſculinus eſſe ſoleat, &
24 ad delinquendum procliuior, † cuius hortatione (teſte Apoſtolo) homo tranſgrediendo fuit ſe-
25 ductus. † Et ne huius legis calcatæ authoritas videatur fortaſsè neglecta, propter eorum inopiam qui album corruperint, forſitan quòd non ſunt ſoluendo, vt pauperculorum quorundam occurrat improbitati, pœnam quinquaginta ſolidorū prætor in pœnam corporalem mutauit: gloſ. in d. l. ſi quis id quod. Iure etiam contra diuitum aſtutiam ſuccurſum eſt, ſi opum potentia freti album prætoris delaniauerint, nec eos ab hac petulantia quinquaginta ſolidorū pœna diſtraxerit. Ideo iure eſt cautū, vt falſi crimine tenеātur, l. hodie, ff. de crimi. falſi. cuius pœna eſt grauior, l. j. in fine. ff de falſis.

26 falſis. † In hac tamen pœnæ commutatione videant iudices dignitatẽ aut vtilitatem illius perſonæ, quæ in edictum commiſsit, l. Pedius. ff. de incend. naufr. & ruin. & ibi Bart. Eſt enim corporis pœna grauior quamuis multa pecuniaria, l. in ſeruorum. ff. de pœnis. in fine. Ictus fuſtium (inquit Iureconſultus) illic eſt grauior, quàm con-
27 demnatio pecuniaria. † Et licet in hac commutatione pœnarũ eſſe debeat proportio quædam, vt vna altera grauior eſſe non debeat. in ruſtico tamen modicus & leuis ictus fuſtium, non eſt magnæ pecuniæ quantitatis condemnatione grauior: gloſ. in l. illicitas. §. ne potentiores. in verbo
28 Lumine. ff. de officio præſidis. † Monẽdi hìc ſunt iudices, ne ſeueritatis aut miſericordiæ gloriam affectent: ſed ſtatuere debent perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat, l. reſpiciendum. ff. de pœnis. Nec veloces eſſe debent ad effundendum ſanguinem peccantis hominis: pro quo (teſte Pau-
29 lo apoſtolo) mortuus eſt Chriſtus. † Nec pœnarum debent atrocitate vti, niſi alio modo malitiæ hominum ſubuenire non poſsint, more (vt ait Cicero) chirurgorum, qui non adurunt putridum membrum penitus, niſi ei non valeant alio modo mederi. Prima pars huius §. loquitur de eo, qui dolo prætoris album dilaniauerit, vbi ſunt ſcripta edicta prætorum. Vnde plerique non ſine ratione dubitarunt, an pœnalis actio ad quinquaginta ſolidos competat, ſi quis deuaſtauerit non album prætoris, ſed album, vbi ſunt ſcripta nomina debitorum, aut nomina decurionũ: de qui-
30 bus expreſsè hoc edictum non loquitur. † Iuſtè antiquorum bona pars dubitauit, cùm eadem putauerit eſſe rationem in corrumpente album citatorum, aut decurionum. Idem igitur ius eſt ſtatuendum, l. illud. ff. ad legem Aquiliam: vel ſi directa pœnalis non competat, propterea quòd legis verba non congruunt, ob tamen rationis identitatem, æquitate ſuadente, vtilis competere debet
31 actio. arg. l. j. C. de interd. † Edictum de arboribus cædendis, ſecundùm verba tantùm procedit: Si rami arboris nocumentum ferant: quòd ſi non rami, ſed radices ædium fundamentis nocuerint, licet directa non competat actio, tamen vtilis propter rationis identitatem dabitur: Si non rami, ſed arboris radices euertãt baſim aut colũnas ædium. Ita nõ diſsimili ratione eſt hìc dicẽdum: quòd ſi licet hæc pœnalis actio fuerit propoſita contra albi prætoris corruptorem, ſi tamen deuaſtauerit album citatorum, aut decurionum, vtilis ſaltem actio propter rationis ſimilitudinem danda eſt. Vtilis actio competit præter verba legis, ſi mens legiſlatoris non contradixerit: Bart.
32 in l. j. ff. de action. & obligat. † Nos tamen paucis arbitramur pœnam huius §. ad corruptorem alibi, in quo nomina citatorum aut decurionum ſunt ſcripta, non pertinere, nec vtilem actionem dari. Nam in odioſis caſibus non fit extenſio, etiam ob rationis ſimilitudinem. Odia reſtringi, fauores verò ampliari conuenit, l. cum quidem. ff. de liber. & poſthum. Pœnæ autem odioſæ, ſunt admodum molliendæ, non exaſperandæ, l. inter-
33 pretatione. ff. de pœnis. † Nam ſi Imperator eos voluiſſet caſus contineri, propter obliuionem non prætermiſiſſet. c. ad audientiam. extrà de decimis. Proinde eadem non videtur ratio in corrumpente Albũ prætoris, & in eo qui deuaſtauit album vel citatorum, vel decurionũ, cùm ſit maior contemptus in corrumpente album prætoris, quàm in eo qui corrupit album vel citatorum, vel decurionum, propter prætoris authoritatem neglectam. Nec vtilis eſt danda propter rationis identitatem quia ad vtilem actionem non recurritur, niſi in locis expreſsis à iure. Iure tamen hic non eſt cautum contra hæc alba corrumpentem. pœnali actione agi ad multam quinquagintam coronatorum. Verùm iſte corruptor non erit impunitate donandus ob ſuum dolum: arbitrio enim iudicis erit caſtigandus, prout eſt delinquentis perſona perpenſo iudicio eſſe ſtatuendum iudicabitur. Quoties delicti pœnam ius ciuile non exprimit, illius impoſitio ex iudicis volũtate pen-
34 det, l. j. §. j. ff. de effract. † Quare opinio eorum eſt eruenda, qui arbitrati ſunt eum qui rupit diplomata aut bullas à ſede apoſtolica profectas, vel priuatorum epiſtolas, hac actione teneri ad aureos quinquaginta, cùm ex hoc facto nullibi gentium pœna fuerit expreſſa. Erit ergo iudicij huius æſtimatio in arbitrio iudicantis: nec eſt, vt antè diximus, facienda extenſio de vno caſu ad ſimilem, etiam vrgentem rationis ſimilitudine. †
35 Sed quia hoc iudicium eſt omninò pœnale, non erit prorſus inconueniens, cuius lucro hæc pœna cedat, an rei, an actoris, an fiſci, oſtendere. Bartul. in l. agraria. ff. de term. mot. hinc dubitationem
36 diluit. † Eſt igitur facienda deſtinctio. Aut pœna petitur per actionis auxilium: tunc parti eſt applicanda pœna: doctor. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & in l. ſi qua pœna. ff. de verbor. ſignific. Ratio autem eſt, quia cùm remedio actionis pœnam perſequatur, ipſius agentis intereſt: alioquin aliter agere non poſſet, §. j. de actiion. Idcircò illi pœna erit applicanda, cuius intereſt: ita in l. fin. ff. de litig. Sed quoties ad perſequutionem pœnæ procedimus per modum accuſationis, ad alium quàm ad fiſcum pœna non
37 pertinet, l. multarum. C. de mod. mul. † Pœnæ enim publicæ exactio, vnum eſt de regalibus. c. vnico. quæ ſint regalia. in vſib. feud. Huius fortaſſè iuris ratio eſſe poteſt, quòd accuſatio, quæ publico iudicio proponitur, publicam reſpicit vtilitatem, §. j. infrà, de public. iud. Ideò pœna fiſco, qui cauſam publicam gerit: Bartol. in l. j. C. de iure fiſci. lib. x. erit applicanda. Quòd ſi pœnã lex ſimpliciter indixerit in dubiis cauſis, lex accuſationem introduxiſſe videtur vt pœna ad fiſcum pertineat, arg. l. iubemus. §. his iudicibus. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ibi interpretes. Ita exami-
38 nauit hìc Angelus. † Ego tamen hanc ſentẽtiam minimè veram crediderim, cùm in dubiis cauſis ſit contra fiſcum iudicandum, & eam debeamus nos opinionem amplecti, quæ fauore priuatorum reſpicit, l. nõ puto. ff. de iure fiſci. Nec obſtat §. his quoque iudicibus, qui nequaquam aſſertionẽ pro-
39 bat. † In Gallia tamen in moribus poſitum eſt, vt cùm ad pœnæ perſecutionem agimus, dimidium ad actorem, alterùm autem dimidium ad fiſcum pertineat: & id ſumma cũ ratione: vt dimidij pœnæ dulcedine allecti litigatores inflammentur ad agendum, aut ad accuſandũ, ne delicta impunitate donentur, cùm ea puniri interſit, l. ita vulneratus.
40 ff. ad legem Aquil. † Supereſt ſecundi exẽpli ex-
41 plicatio: † de patrono aut patre, à filio vel liberto non conueniendo in iudicio ſine venia à prætore impetrata. Cuius quidem edicti ratio eſt æquiſsima, ne eas perſonas temerè iure conueniant, quas maximo

maximo honore & ſumma obſeruātia natura im-
pellente debent venerari: illos autem propter hu
manæ vitæ naturalem originem, l. velut. ff. de inſt.
& iure: hos autem, propter libertatis acceptæ in-
credibile illud beneficium, l. j. ff. ſi quis à parent.
42 fuerit manumiſ. † Nam ſi res modica fuerit, pro-
pter quam filius aut libertus eſt diſceptaturus, a-
gēdi non dabit prætor licentiam, cùm prætor pro
re tā modica in perſonas tam venerabiles filios
cōtendere non patietur: argument. l. non debet.
ff. de dolo malo. & arg. l. ſcio. ff. de reſtitut. in inte-
gr. Quòd ſi magni momenti fuerit res, propter
quam liberi cum parentibus, aut liberti cum pa-
tronis ſunt litigaturi, prætor eis agendi licentiam
dabit: nec enim tantùm fauetur liberorum reue-
rētiæ erga patres, vt iniquum ab illis pati quippiā
patiatur prætor: argum. c. ex tenore. extrà, de fo-
43 ro competent. † Magis certè peccant parentes
liberis iniurij, quàm & extraneis fuerint contu-
meliosi, propter ſanguinis rationem, l. iſti qui-
dem. §. fina. ff. de eo quòd metus cauſa. Hîc nos
parentes accipere oportet maiores omnes in in-
finitum. ex quibus ipſi deſcendimus, l. quarta. §.
44 parentes. ff. de in ius vocand. † Inde eſt, quòd le-
gum collectaneus Accurſius concluſit, quod veriſ
ſimum eſt, Adamum, ſi viueret, à nemine morta-
lium eſſe in iudicium trahi, niſi impetrata præ-
toris venia. In edicto mater continetur, cùm pa-
rentes vtriuſque ſexus accipiantur, d. §. parentes.
Minus liberi de matre, quàm de patre dubitant.
† Sunt enim certæ ſemper matres, l. quia ſemper.
45 ff. de in ius voc. Nec multò minus matres ſunt ho
norandæ, quàm parētes ſexus maſculini, propter
partus periculum, & acerrimum laborem educa-
tionis, l. aſsiduis. C. qui potior. in pign. habeantur.
Nec obeſt, ſi opponas liberos non eſſe in poteſta-
ſtate matris, ſicut patris, §. fœminæ. ſuprà. de ex-
46 hæred. liber. † quia hoc impedimentum agendi
ſine venia, non naſcitur ex patria poteſtate, ſed ex
reuerentia, quàm parentibus liberi debent exhi-
bere, l. fin. C. de in ius vocan. Nec ruſticitati libe-
rorum parcitur, ſi edicti ignorantia ſe excuſaue-
rint: cùm munus hoc reuerentiæ, propter quod in
ius ſine venia non vocantur parentes, ipſis libe-
ris inſit à natura, d. l. 1. C. de in ius vocan. Cuius
quidem iuris naturalis ignorantia nemo poteſt
excuſari: notatur in l. regula. ff. de facti & iuris
47 ignorant. gl. in d. l. ij. † Hoc edictum tantùm lo-
cum habere debet in veris parentibus ſeu legiti-
mis, l. patris. l. adoptiuum. ff. de in ius voc. Nō igi-
tur erit locus huic edicto in patre luſtrico, qui fi-
liū ex ſacro fonte leuauit, cùm fictus ſit pater: de
quo in tit. Decretaliū, de cognat. ſpirit. extrà. Item
ſocer ſine venia poterit in ius vocari, licèt paren-
tis loco habeatur, l. quia parentes. ff. ſoluto matr.
quamuis plerique hic diſſentiant. Sed ratio po-
tiſsima, quæ me mouet ad hanc ſententiam, eſt,
quòd in fideicommiſsis, quæ non ſunt tàm odio-
ſa, quàm eſt pœnalis diſpoſitio, dicta l. interpe-
trationem. ff. de pœnis. diſpoſitio cōcepta ſub fi-
lio naturali, ad fictum ſeu legitimum non ex-
tenditur, l. fideicommiſſum à filiis. ff. de cond. &
demonſtr. Fideicommiſſum relictum ſub condi-
tione, ſi ſine liberis deceſſerit, adoptiuos filios ſi
hæres grauatus ſuſceperit, fideicommiſsi condi-
tionem non faciunt ceſſare: edictum enim, ſi hos
fictos parētes voluiſſet contineri nequaquam ſub
ſilentio prætermiſiſſet: argu. cap. ad audientiam,
extrà, de decimis. in fine. Item magiſter ſine ve-
nīa, cuius eruditione prudentiores facti ſumus,
poterit conueniri, quamuis parentis loco habea-
tur, & illum debeat diſcipulus venerari: gloſſ. in
48 l. liberto. ff. de obſequiis à liber. præſtand. † Ne-
mo enim qui ſanum habet intellectum, dicet in
pari gradu reuerentia eſſe parentes & magiſtros,
cùm longè plura beneficia in nos à parētibus ſint
collata, quàm à præceptoribus ipſis: quamuis eo-
rum opera mentem inſtructam omnibus diſci-
plinis habeamus, & omni genere virtutis ornatā,
ad ſubueniendum patriæ, parentibus & amicis.
49 † Sed quia omnium iſtorum cauſa eſt & origo na
tiuitas, quam à patribus noſtris accepimus, mul-
tò plura fatebor me debere patri naturali, qui me
procreauit, me in lucem edidit, fouit, & Reipubli
cæ commodis conſeruauit, quàm præceptoribus:
licet eorum induſtria & laboribus Deus optimus
rerum plurimarum cognitionem & ſcientiam tri
buerit: quia beneficium à parentibus acceptum,
à quibus omnia nobis ſuppeditata ſunt, fons eſt
& origo omnium bonorum, quæ nobis exemplis
50 præclariſque inſtituris illi ſunt largiti. † Cauſæ e-
nim ipſis effectis ſunt præſtantiores: authen. mul-
tò magis. B. de ſacroſanct. eccleſ. Nec ideò erit ſe
quens, magiſtros non minus quàm parentes eſſe
colendos, licet more parentum leuis & modica
caſtigatio illis fuerit permiſſa, l. item quæritur. §.
quamuis. ff. locat. not. in l. præceptoris. ff. ad legem
Aquiliam. quia, vt prædixi, hoc impedimentum a-
gendi ſine venia, non tam reſpicit authoritatem,
quàm reuerentiam, d. l. ij. C. j. de in ius voca. Quæ
reuerentia longè eſt honoratior in filiis erga pa-
rentes, vt dixi, quàm in diſcipulis erga magiſtros,
vt antè docuimus. Concludamus ergo edictum
De non vocando in ius ſine venia, tantùm nomi-
51 natas perſonas continere, cùm ſit pœnalis. † Su-
pereſt interpretatio tertij exempli, de eo qui iudi
dicium vocatum vi exemerit, vt pœna quinqua-
ginta aureorum teneatur: ſicut in duobus ſupe-
rioribus exemplis. Magnus eſt iudicis contemp-
tus, & grauiter reprimenda procacia. Seueritate
enim vtitur iudex in eos qui ſuæ iuriſdictionis au
thoritatem flocci faciunt, l. vnica. ff. ſi quis in ius
dicent. non obtemper. Extant in Pandectis duo
tituli ad coercendam audaciam eximentis voca-
tum in iudicium. ff. de eo per quem factum erit,
quo minus in iudicio ſiſtat. & ff. ne quis eum, qui
52 in iud. vocat. eſt, vi eximat. † Et ne quis credat al-
terum iſtorum titulorum eſſe ſuperfluum, talia
edicta ſunt longè diuerſa, quamuis in idem ſona-
re videantur. Titulus Ne quis eum qui in ius vo-
cat. eſt, vi eximat, violentiam deſiderat, vt patet
verbis edicti. Ideò propter eadem & vulnera quę
violentiam ſequuntur, vltimi ſupplicij pœnam ſu
ſtinere debebit, l. quoniam multa facinora. C. ad
legem Iuliam de vi publica. Ille autem titulus.
ff. eod. per quem factum erit, dolum, & non vio-
lentiam complectitur, leg. j. §. dolum. ff. de eo per
quem factum erit. Eſt item alia differentia, quòd
actio quæ ex edicto deſcendit, Ne quis eum qui
in iudicium vocatus eſt, vi eximat. eſt ex vtraque
parte pœnalis, vt patet ex præfatione ſuperiori:
ſed actiō quæ naſcitur ex edicto. De eo per
quem factum erit, pœnalis eſt ex parte rei. à
quo vocatus, eſt impeditus adeſſe in iudicio,
cùm ipſi reo non adſit quicquam commodi, quod
vocatum impediuerit. Eſt autem perſecutoria
reſpectu

reſpectu actoris, quia ad id quod intereſt, contra
impedientem aget, l. fin. ff. de eo per quem factum
erit. Eſt igitur vna mixta, altera verò ſimplex. Va
riis ergo, modis coercetur in iure audacia illius,
qui vocatum iu iudicium vi exemerit. Primùm,
actione pœnali, ad quinquaginta coronatos, ſ.
pœnales. in fine. Secundò, ad id quod intereſt, a-
ctione iu factum, l. ſi per alium. ſ. j. ff. ne quis eum
qui in ius vocatus. Tertiò poterit compelli ad ſo-
lutionẽ debiti, pro quo in iudicium erat vocatus,
53 argum. l. quoties. C. de exact. trib. lib. x. † Demum
crimine læſæ maieſtatis eſt puniendus, l. quarta,
circa finem. ff. ad legem Iuliam maieſtat. Memi-
ni ego authoritate Tholoſani ſenatus, quendam
virum nobilem capitis pœnam ſuſtinuiſſe, qui à
familia ab eodem ſenatu condemnatum exeme-
rat amicum. Poterit etiam l. Iulia de vi publica
condemnari, ſi ob illatum violentiæ impetum, a-
liquod turpe facinus ſucceſſerit, d. l. quoniã mul-
ta facinora. C. ad legem Iuliam de vi publ. Hu-
ius edicti pœnæ locus non erit, ſi quis fuerit exe-
ptus, cùm vocaretur ad incompetentem iudicem,
54 l. j. ſ. fi. ff. ne quis eũ qui. † quia ſi peccat, qui de-
bitorem trahit ad iudicem non competentem, is
erit laudandus qui exemerit, d. ſ. finali. l. j. Quod
intelligas, ſi violentiam aliud malum non fuerit
ſubſequutum, dicta l. quoniam multa facinora.
55 † Propterea hinc ſumpto argumento, ego veriſ-
ſimam crediderim deciſionem Innocentij in ca. ſi
quando, extrà, de offic. & poteſt iudic. delegat,
56 † cui placet amicos non delinquere illius, quem
vi eximunt de manibus iudici ordinarij, quem vl
timo ſupplicio condemnauit, ſi appellantem pen
dente appellatione exequutori tradiderit. Lata
enim ſententia nullo modo eſt iudex, nec pro-
nuntiandum poterit exequi, ſi fuerit ad maius tri-
bunal prouocatum, l. j. ſ. final. ff. ad Turpil. eiſque
poterit reſiſti, tanquam priuatæ perſonæ non ha-
benti authoritatem, l. j C. vnde vi. Iuris enim cã-
cellos excedenti poteſt exequutori reſiſti liberè, l.
57 prohibitum. C. de iure fiſc. lib. x. † Sumus etiam
memores ipſi, quando iudex ordinarius prouin-
ciæ Tholoſanæ affectus fuit vltimo ſupplicio,
quòd appellationi non detuliſſet rei à ſe morte
condemnati. Deferendum igitur eſt appellationi,
vt debitus honos iudici deferatur, c. vt debitus ho
nos iudici deferatur, v. c. debitus honos. extrà, de
appellat. & vt condemnati detegatur innocentia,
& iudicis pernicioſa imperitia, l. j. ff. de appellat.
Interim ergo debet quieſcere exequutio, per quã
damnum illatum, ſententia iudicis ſuperioris nõ
poſſet reparari: arg. legis vnicæ. C. ſi de moment.
58 poſſeſ. fuerit appel. † Finem huic ſ. facientes, nos
explicare oportet non paruam differentiam, qua
Petrus, aliique interpretes perterriti fuerunt. Ac-
tio in factum competit actori contra eum, qui vi
vel dolo exemit illum, quem in iudicium voca-
uit ad id quod intereſt: vt ſi reus in iudicium vo
catus, quia illius dolo non comparuit in iudicio,
dominium præſcriptione acquiſiuerit, l. fin. ff. de
eo per quem factum erit. Sed contrà, quòd acto-
ris non intereſt, reſpectu præſcriptionis debitorẽ
59 in ius vocatum exemptum fuiſſe, † cùm per ci-
tationem ſit præſcriptio interrupta, l. conſtitu-
tionibus. ff. de actionn. & oblig. Actio enim iu hæ-
redes tranſmittitur, ſi debitor fuerit conuentus,
quaſi cũ eo lis fuerit conteſtata. Non igitur com-
petit actio ad id quod intereſt, cùm ipſius non in-
60 tereſt: † litis enim conteſtatio præſcriptionem in-
terrumpit, l. nam & poſtea. ſ. is qui temporali.
ff. de iureiurand. Longitudo diſputationis vobis
faſtidium pareret fortaſsis, ſi recenſerem phanta-
ſias omnes, quibus ſunt doctores interpretati hãc
61 difficultatem. † Ego autem illorum reiectis om-
nibus, autumo negandum eſſe, per ſolam citationẽ
illo iure Digeſtorum præſcriptionem impediri:
non enim citatio eſt iudicium, ſed iudicij prin ci-
pium, ſ. finali. infrà, de pœna temerè litigant.
62 † Principium enim rei non eſt res: Accurſius in l. ſi
quis autem. in verbo Solum. ff. de acquir. poſſ. ff.
Res enim affecta non eſt litigij nomine, niſi per
litis conteſtationem: not. in illa rubrica. C. de li-
tigio. Non obeſt huic poſitioni d. l. conſtitutio-
nibus. quia vocatio in iudicium, vim habet litis
conteſtationis, non reſpectu omnium effectuum,
quos habet litis conteſtatio, ſed tantùm vt actio-
63 nem tranſire in hæredem faciat. † Sed difficilis
eſt inuentio rationis, quare citatio non habet vim
litis conteſtatæ: habet tamen eam poteſtatem, vt
faciat actionem in hæredem tranſire, quæ alio-
quin morte principalis debitoris extingueretur, l.
ſi eum. ſ. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. non obſtã.
Ratio meo iudicio eſſe poteſt, quia cùm hæres cũ
defuncto eadem videatur perſona iu ſ. j. in auth.
de iureiurand. à morien. præſt. propter perſonæ i-
dentitatem actio facilè in hæredem cõtinuè per-
ſeuerat. Quare licet citatio ex ſe ſit debilis, & tã-
tum non poſsit ex ſe, quantum litis conteſtatio, ea
tamen iuncta cum perſonæ identitate hæredis cũ
defuncto, in hoc vim habet litis conteſtatæ, vt
contra hæredem actio dirigatur. Sed in odium
negligentis rem ſuam petere, iuri noſtro non eſt
conſonum, ſolam citationem, ſecundùm ius Di-
geſtorum, in interrumpenda præſcriptione vim
64 habere litis conteſtatæ. † Parui enim fecerunt Iu-
reconſulti edicta prætorum, ſi illuſoria redderen-
tur, l. ſi Prætor. ff. de iudic. quia lis mota vſque ad
finem perduci debet, in authent. qui ſemel, C. quo
modo & quando iud. Hodie tamen ſola & ſim-
plici citatione præſcriptio interrumpitur, l. vt
perfectius. & ibi not. C. de annali exceptione. qu a-
rum rerum intelligentia eſt abſolutus hic. ſ. pœ-
nales.

Ad ſ. Præiudiciales.

SVMMARIA.

1 Omnis hominum cauſa à Deo ſunt creata.
2 Quid præiudicium.
3 Serui non poſſunt in iudicio ſtare.
4 Nota tres caſus, in quibus ante lata ſententia præiudicium non facit.
5 Tres gradus actionum præiudicialium.
6 In hac re videto l. fin. C. de petit. hæred.
7 Tertium genus præiudicialium.
8 Tertia claſsis actionum præiudicialium.
9 De ſtatu hominum tripliciter quæſtio mouetur.
10 Quis ſit actor in quæſtione mota ſuper ſtatu ſeruorum.
11 Vide ad quem onus pertineat probandi in actione præiudiciali.
12 Vter de filiatione docere debet, an pater, an filius.

In

13 *In ſeruitutem ex certis cauſis liberti aliquando redigunutur.*
14 *Filiationis quamplurimæ ſunt commoditates.*
15 *Probatio filiationis mathematica eſt impoßibilis.*
16 *Ex vicinorum ſcientia probatur filiatio.*
17 *Filius non debet credere dicto matris, niſi de ætate quæſtio fuerit.*
18 *Adultera filios poteſt habere legitimos.*
19 *Non leuis oppoſitio, an præiudicialis de libertate ſit ciuilis, an verò prætoria.*
20 *Cauſa alimentorũ ſtatus quæſtioni nõ præiudicat.*
21 *Quæſtio ſtatus eſt aliquando ciuilis, & aliquando prætoria.*
22 *Rei vendicatione liberæ perſonæ aliquando petuntur.*
23 *Quando ciuile remedium cum prætorio iungitur.*
24 *Ciuilis actio pro libertate eſt vtilior quã prætoria.*
25 *Difficultas inextricabilis.*
26 *Diſſolutio vera.*
26 *Quando libertis petatur officio iudicis, & quando iure actionis.*

ANTERIORIBVS §§. Iuſtinianus actionum naturam perquiſiuit, quæ pertinent ad iura rerum externarum, quæ hominum cauſa ſunt procreatæ, §. in pecudum. ſuprà, de rerum diuiſ. l. in pecudum. ff. de vſur. Et quia dubię emergunt quęſtiones circa per-
1 ſonas, † quarum cauſa à Deo omnia ſunt producta, dignum præſenti tractatu duxit Imperator actiones introducere, quibus quæſtio de ſtatu hominum mota poſſet definiri: & hæ ſunt præiudiciales, quarum præiudicialium finis conſtitutus eſt in l. liberis. §. fin. ff. de liber. cauſa. Huius autem § vis tota pendet ex verbi pręiudicialis ſignifica-
2 tione. † Præiudicium, inquit Quintilianus lib. v. cap. ij. eſt defenſio non modò ex ſententia data, ſed etiam futura nobis comparata: vt ſi me homicidij accuſaueris, & tibi oppoſuero ſeruitutem, iudex prius cognoſcet, an ſis ſeruus, néc ne, l. quoniam Alexandrum. C. de adult. Quòd ſi te iudex pronuntiauerit ſeruum, ea ſententia mihi defen-
3 ſionem parat, quia me non poteris accuſare: † ſerui enim non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, in l. j. C. de prec. imper. offerẽd. Ideò præiudicium vulgò appellari volunt, quod ante iudicium fuerit. † In tribus caſibus antè lata ſententia, defenſionem aut præiudicium non præſtat. Prima, quando in ſimili materia lata eſt ſententia, mihi agenti non prodeſt ſententia in cauſa ſimili pronuntiata, cùm non exemplis, ſed legibus ſit iudicãdum, l. nemo exemplis. C. de ſentent. & interlocut. omnium iudic. Secundò, ſententia antè lata præiudicium non affert, aut defenſionẽ, ſi de re quapiam iudicio ſummario fuerit perfunctoriè cognitum: ea ſententia minimè prodeſt, ſi planè de eadem re iudex cognoſcere velit. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi vel parens. ff. de liber. agnoſ. Tertio, antè lata ſententia non affert præiudicium, quando in diuerſa materia lata eſt ſententia, licet ad eundem effectum: vt ſi inſulam peterem, licèt ſuccubuerim ad partem inſulæ, volenti experiri, poſtea mihi exceptio rei iudicatæ non nocet, dummodò ex diuerſa cauſa petatur, l. ſi quis cum totum. ff. de exception. rei iudica. Bar-
5 tol. in l. fundum. ff. de exception. † tres conſtituit gradus præiudicialium actionũ. Vnus eſt, quãdo de hominũ ſtatu quæritur: & ſunt tres, de quibus in hoc §. Secundus gradus, ſi vna actio altera ſit præexcellentior: & id dupliciter ſanè con-
6 tingit. † Primò loco, ſi vna ab altera depẽdeat: vt hæreditatis petitio, eſt præiudicialis reſpectu petitionis libertatis & legatorum, l. ſi quis libertatem. ff. de petit. hæred. Ego ſum à Titio hæres inſtitutus: Gaius à me hæreditatem petit: item & legatarij contra me agunt ad legatorũ ſolutionem. Petitio hæreditatis ante actionem legatorum eſt diffinienda, dic. l. ſi quis libertatem: quia ſententia contra teſtamentum lata, legatorum petitioni nocet, l. Papinianus. §. fina. ff. de inofficioſ. teſtamen.
7 † Deinde quædã ſunt præiudiciales actiones ratione excellentiæ, quæ nullo modo ſe contingunt: vt criminalis, cùm ſit maioris ponderis quàm ciuilis, eſt præiudicialis, l. fina. C. de ordine cognit. extat rubrica. C. quando actio criminalis ciuili præiudicat. Neque criminalis ex ciuili, neque ciuilis ex criminali pendet, cùm ſint cauſæ
8 longè diſpares, l. fina. ff. de feriis. † Tertia claſsis actionum præiudicialium eſt, quando abſolutoria ſententia in vna lata, parit in altera exceptionem rei iudicatæ: vt in rei vendicationem abſolutoria lata ſententia rei iudicatæ, exceptionem parit in confeſſoria actione ad ſeruitutem, l. fundi. ff. de exception. Ratio eſt, quia ad ſeruitutẽ confeſſoria experiri nemo poteſt, qui dominus non ſit fundi dominantis, l. j. ff. ſi ſeruitus vendicetur. In hoc §. tria afferuntur exempla præiudicialium actionum quæ ſunt in primo gradu collocatæ.
9 † De ſtatu igitur hominũ tripliciter cognoſcitur: aut de libertate vel filiorum, aut patrum iure, aut libertorum: quæ actiones ſunt prætoriæ, præterquàm ea quæ de libertate hominum cognoſcitur, aut ſeruitute. & ea eſt ciuilis. Ergo ſi Pamphilus meus ſeruus ſeruum ſe meum negauerit, proponi
10 contra illum poteſt præiudicialis actio. † Sed videre vtiliſsimum eſt, vter fungatur partibus actoris, Pamphilus, an ego, quem in ſeruitutem prouoco: ei incumbet onus probandi, qui partibus fungetur actoris, l. circa. ff. de probation. Quare ſi Pamphilus, quem meum ſeruum dico, ſit in quaſi poſſeſsione libertatis, ego actoris vicem ſuſtinebo, necnon onere probandi prægrauabor, l. ordinata. ff. de liber. cauſſa. d. l. circa. ff. de proba. Quòd ſi ſeruus non fuerit in quaſi poſſeſsione libertatis, ſed ſeruitutis ſi in libertatem proclamauerit, acto-
11 ris perſonam debet gerere. † Et ita probatio libertatis ad onus illius pertinebit, d. l. ordinata. ff. de liber. cauſſa. Non diſsimili ratione eſt credendum, quando quis libertum alicuius eſſe ſe negauerit. Si ſcire deſideres, ad quem onus pertineat probandi iura libertatis, inſpiciendum eſt, an is qui ſe libertum negat, ſit in quaſi poſſeſsione ingenuitatis: tunc qui illius ſe patronum aſſerit, onere probationis erit prægrauatus, l. fina. ff. ſi libert. ingenuus eſſe dicat. Proinde etiam in iure filiationis probando, partibus rei actor fungetur, qui erit in quaſi poſſeſsione iuris contrarij illi iuri quod alter petierit, l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi vel parens. ff. de liber.
12 agnoſcend. † Et quamuis iſtæ actiones ad hominis dentur ſtatum, illi tamen competunt, cuius intereſt, §. primo. ſuprà eodem. Intereſt enim mea, Titium eſſe meum libertum: tùm propter operas, toto titulo. ff. de operis libertorum tum

propter

propter quartam partem bonorum, quæ ex diui
Pij conſtitutione debetur, §. ſed noſtra. ſupra, de
23 ſucceſſ. libert. † Vel ſi ingratitudinis in patronum
cauſam perpetrauerit, vt interim, patrono volen-
te, in ſeruitutem poſsit redigi, l. j. C. de libert. in-
grat. & eorum libert. Intereſt etiam patris, vt fi-
24 lius ſe patrem agnoſcat. † Filiationis enim quam
plurima ſunt iura, quæ ab Accurſio late accumu-
lata ſunt in §. j. ſupra, de patria poteſt. Omnium
autem iurium probatio eſt difficillima, quæ ad
filiationis cauſam pertinent: eſt enim impoſsibi-
le onus probandi te illius filium eſſe. l. Lucius. ff.
25 de condit. & demonſtrat. † Verùm hic probatio
tam exactè & mathematicè non eſt exigenda, vt
26 controuerti non poſsit. † Satis igitur erit oſten-
dere, ſcientibus vicinis, ſe in domo illius eſſe na-
tum, conſtante matrimonio cum Berta, l. ſi vici-
nis. C. de nuptiis. l. filium ff. de his qui ſunt ſui vel
alien. iur. Eſt ergo præſumptio iuris, & de iure,
quæ non ſuſcipit in cõtrariam partem probatio-
27 nem: argum. l. fina. C. arbit. tutel. † Fatuus ergo
fuit filius illæ reginæ, qui à rege ſe non eſſe pro-
creatum, matri aſſerenti credidit. Ideò ab impe-
rij poteſtate ſe abdicauit: Bartol. in d. l. filium. ff.
de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Matris tamen
profeſsio recipitur, quantum ad ætatem pertinet,
l. etiam. ff. de probation. non autem de iure pater-
nitatis: Bart. in d. l. filium. Ratio, quia matris
profeſsio de ætate (vt notum eſt) tantum non af-
fert præiudicium, quantum de filiatione. Hæc e-
nim qualitas, vt ante docuimus, multa ſecum iu-
ra continet: tantum tamen fauent iura coniectu-
28 rali probationi filiationis, † vt licet mater rea
fuerit adulterij, non ideò minus filius poterit pa-
trem habere legitimum l. miles. §. defuncto. ff. de
adult. Nec matris vicinum filio obeſſe poterit, d.
29 §. defuncto. † Quòd dicit Imperator præiudicia-
lem de partu agnoſcendo, & de libertinitate quæ-
ſtionem à Prætoris iuriſdictione ſubſtantiam ca-
pere, hic paululum videtur ſubſiſtendum. Nam
ciuilem eſſe apparet quæſtionem de partu agno-
ſcendo. Actiones enim, quæ à ſenatuſconſulto
prodeunt, ſunt ciuiles: quia ſenatuſconſultum eſt
pars iuris ciuilis, §. conſtat. Inſtit. de iure nat. gẽt.
& ciuil. Quæſtio autem de partu agnoſcendo, ſe-
natuſconſulto comprehenditur, l. j. §. Iulianus. ff.
de lib. agnoſ. Non ergo prætoria eſt, contra ex-
preſſam deciſionem huius §. Placet tamen no-
bis huius difficultatis ſcrupulum diluere, vt di-
camus partus quæſtionem dupliciter terminari:
priore loco, vt partui agnito alimentorum vſus
concedatur: & hoc ſummariè. Et hæc ſententia
nullum affert in principali quæſtione præiudiciũ,
l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi vel parens. ff. de lib. agn.
30 † Ratio, quia cauſa alimentorum veritati non
præiudicat, l. ſi iudex. ff. de his ſunt q ſui vel alie.
iuris. Principalis enim filiationis quæſtio pendet
filio exiſtente impubere: ſed differtur in id tem-
pus, quo puer ab ephebis erit egreſſus: Vlpianus
31 in l. j. ff. de Carbon. edict. † quo caſu fateor, quòd
hæc ſummaria cognitio eſt ciuili, dict. §. Iulianus.
Nec eſt actio præiudicialis, qua cognoſcitur de a-
limentis patri præſtandis, d. l. ſi quis à liberis. §. ſed
ſi vel parens. aut de filiatione vel partu cognoſci-
tur plenè: quod fit poſt tempus pubertatis, d. l. j.
ff. de Carb. edicto. Eo caſu præiudicium affert, &
actio eſt præiudicialis, nec ſenatuſconſulto eſt cõ-
prehenſa: & hac ratione diſcuſſam puto difficul-
tatem. Et licet hæc præiudicialis actio à prætore
fuerit introducta, ciuilia tamen non deſunt re-
media pro homine ad libertatem proclamando:
32 † nempe rei vendicatione nonnunquam liberas
perſonas petimus, adiecta videlicet cauſa Quiri-
tum Romanorum, l. j. §. per hanc. in primo. ff. de
33 rei vendic. † Nec horreſco, quod alibi dicitur,
remedium à prætore introductum, iungi nõ poſ-
ſe ciuilibus remediis, l. in cauſæ. ff. de mino. xxv.
quia regula, quæ vulgo recepta eſt de non concur-
renti remedio ordinario, cum extraordinario
procedit, quando nihil ea iungi vetat: argum. l. ſi
poſt mortem. §. final. ff. de bonorum poſſeſ. contra
tab. quam regulam nos copioſè patefecimus in §.
34 ſed iſtæ. ſupra, eodem. † Licet autem præiudiciis
libertates petantur, d. §. per hanc. rei tamen ven-
dicatio, cum ſit ciuilis, propter temporis maiorẽ
longitudinem, magis proderit ad libertatis ſtatũ
tranquillum properantibus, §. j. infrà, de perpet.
& tempor. action. l. omnes. l. ſicut. C. de præſcrip.
35 xxx. vel xl. ann. † Supereſt demum aliud, quod me
dubitare facit, pro hominis libertate diſcutienda.
Officium iudicis aut notio competit omni inter-
dicto ceſſante, l. iij. §. hoc autem interdictum. ff. de
liber. exhibend. vel deducend. Fruſtrà igitur com-
petit remedium actionis præiudicialis, quia actio-
nem cum officio iudicis concurrere impoſsibile
ſit, l. qui per colluſionem. §. final. ff. de act. empt. l.
centum. ff. de eo quod certo loco. Vetus hæc fuit
quæſtio, & neminem legi qui nodum diſſoluen-
do animum expleuerit præter Petrum, qui licet
intricate iter aperuiſſe nonnullis viſus fuerit,
acceſſum tamen, meo iudicio, ad veritatis in-
ueſtigationem clauſit. Cuius quidem ſenſus enar-
ratio auditoribus faſtidium pareret: dicam tan-
tùm, quod nobis in hac ciuili facultate æquum vi-
detur de hominis libertate. Dupliciter moueri
quæſtio ſolet: aut de poſſeſsione vel quaſi ipſius
libertatis contentio agitatur, aut de quaſi ipſius
36 proprietate. † Si de quaſi proprietate ipſius li-
bertatis litigetur, quod fit remedio ſecundi capi-
tis, duplici via agi poteſt: aut actione præiudicia-
li, de qua in præſenti §. aut rei vendicatione dire-
cta, adiecta de iure Quiritum clauſula, l. j. §. per
hanc. ff. de rei vendication. quo caſu hæc actio vel
præiudicialis ſit, vel rei vendicatio cum officio
iudicis non poteſt concurrere, d. l. qui per collu-
ſionem. §. final. ff. de action. empt. Quòd ſi de ho-
minis ſtatu quæſtio fuerit mota, in primo capite,
id eſt ratione poſſeſsionis, vel quaſi, indiſtinctè lo-
quendum non eſt; quia vel ille homo, quem libe-
rum dicimus, aut in ſeruitutem prouocamus, eſt
ab alio poſſeſſus: quo caſu experiemur interdicto
de hominibus exhibendis, l. j. ff. de libert. homine
37 exhiben. † Quòd ſi is homo, de cuius ſtatu lis or-
ta eſt, à nemine poſsideatur: illum autem nobis
volumus exhiberi aut deduci tanquam filium no-
ſtrum, & tunc notio tantùm iudici competit: quia
ratione poſſeſsionis nullum aliud competit re-
medium. Idcircò iudicis officio alterius remedij
ſuppletur defectus, d. l. iij. §. hoc autem interdictũ.
ff. de liber. exhibend. vel deducend. Ex his colligi
poteſt, quòd quemadmodum pro rebus externis
duplici capite litigatur, videlicet poſſeſſorio &
petitorio, l. is qui deſtinauit. ff. de rei vendicatio-
ne. ita quando ſtatus eſt quæſtio mota, vel inter-
dictis poſſumus agere pro quaſi poſſeſsione, d. l. j.
ff. de liber. hominibus exhibẽ. vel præiudiciali ad
plenum

plerum ius libertatis, vel ſeruitutis, iure actionis poſſumus agere noſtro §. præiudiciales. Et hæc actio ad ſecundum caput pertinet, cùm hac actione controuerſia perfectè dirimatur, vt iam notũ eſt. Et his acutè perpenſis, ſatis perſpicua mihi viſa eſt materia huius §.

Ad §. Sic itaque diſcretis.

SVMMARIA.

1 *Summæ differentiæ hîc ponitur actionum realium & perſonalium.*

2 *Dominium rei noſtræ creſcere non poteſt.*

3 *Diſcrimen inter meum, & mihi debitum.*

4 *Ratio quare ex pluribus cauſis poſſeſsio poßit acquiri, non autem dominium.*

5 *Dominium eſt effectus perfectior quàm poſſeßio.*

6 *Poſſeßio dominium antecedit.*

7 *Poſſeßio momentanea.*

8 *Nemo rem ſuam condicit præterquàm à iure.*

9 *Melius eſt contra furem agere conditione furtiua, quàm rei vendicatione. Author tamen defendit Tholoſæ contrarium.*

10 *Vide diſſolutionem magni dubij.*

11 *Res furtiua à domino condicitur, nõ reſpectu proprietatis, ſed poſſeßionis.*

12 *Anceps quæſtio, quæ in foro Montiſpeſſulani doctè & ſubtiliter eſt agitata.*

13 *An dominus rei furtiuæ poßit agere ad pretium, ſi poſſeſſor illius eam bona fide vendiderit.*

14 *Pretium ex re furtiua redactum, non eſt furtum.*

15 *Concludit dominum rei furtiuæ non poſſe agere ad pretium, ſi primus emptor alienauerit cum bona fide.*

16 *Exceptio, qua poteſt aliquando agi pro pretio rei furtiuæ.*

17 *Quis non debet lucrari cum aliena iactura.*

18 *Pretium non ſuccedit loco rei in particularibus.*

19 *Quomodo agi poteſt pro legatis in ſpecie actione reali.*

20 *Locus non intellectus.*

21 *Recta vis actionis perſonalis.*

22 *Verbi condicere ſignificatio eſt mutata.*

23 *Hoſtis quid olim ſignificabat.*

24 *Homo non eſt idem hodie, qui fuit heri ſecundùm veritatem*

25 *Omnia ferè ſunt incerta propter temporis varietatem.*

26 *De malo aduocato exclamatio.*

27 *Quare Condicere ſignificat petere rem dari.*

28 *Creditor debet extra iudicium debitorem interpellare.*

29 *Bellum iure feciali denuntiabatur.*

30 *Motum perſonalis actionis debet præcedere denuntiatio ex gratia tantùm.*

31 *Multa de vrbanitate non licent quæ ipſo iure ſunt licita.*

32 *Debitor non condemnatur in expenſis, ſi extra iudicium non fuerit interpellatus.*

T de actionib.

FACTA eſt diſtinctio ſuperioribus §§. actionum perſonalium & realiũ, ita vt quocunque genere cauſarũ inter eas ſit differentia materiæ, formæ,
1 & finis. † Summũ tamen earum eſt diſcrimen, vt noſtro §. conſtat: quòd in reali actione ad dãdum non poſſumus agere, ſed per actionem perſonalem, rem nobis debitam condicere valemus, id eſt, petere rem dari. Dare, eſt rei alicuius dominium transferre, l. vbi autem non apparet. §. fina. ff. de verbor. obligat. Ratio autem eſt, quare ad dandum non poſſumus actione reali agere: quia reali experitur qui dominus rei controuerſæ eſt,
2 l. in rem. ff. de rei vendicat. † Sed rei noſtræ maius dominium, quàm habeamus, acquirere non valemus. Qui alicuius rei ſemel eſt dominus, non poteſt amplius dominus eſſe. l. proprias. C. de legat. niſi fortè ea res in meo dominio eſſe deſiuerit. Tunc in euentum, quo mea eſſe deſiuerit, mea iterum ex noua cauſſa eſſe poſſet. l. ſi rem meam. ff. de verbor. obligat. & not. in l. nemo rem ſuam.
3 ff. eodem. † Ex viſceribus huius differentiæ aliud item naſcitur diſcrimen inter meum, & mihi debitum: quia meũ non poteſt eſſe, niſi ex vna cauſa debitum verò, ex multis cauſis eſſe poteſt, l. & an eadẽ. §. actiones. ff. de except. rei iudic. Alias realiũ & perſonalium differentias referre non libet: quia verbo fortaſſe plus quàm par eſſet, illas excuſsimus in §. omnium. ſuprà, eodem. Sed dicere non erit moleſtum, quare plures cauſæ debitum poſſunt conſtituere, non autem id quod eſt meũ.
4 † Idem, quare poſſeſsio ex pluribus cauſis poſsit acquiri, l. iij. §. ex pluribus cauſis. ff. de acquir. poſſeſſ. dominium autem non poſsit noſtro §. Accurſius in d. §. actiones, cauſſas inquirere eſt conatus ſed earum fontem & originem reperire non potuit. Recta ergo ratio eſt, licet contractum finis ſit directus: id quod ex contractu mihi debitum ſit: ille tamen effectus perfectus non eſt, quia animus contrahentis non quieſcit, niſi res creditori debita ex cauſa contractus, in ipſius dominium per traditionem tranſierit, lege. traditionibus. C. de pactis. §. per traditionem ſuprà, de rerum diuiſion. Eſt igitur debitum, iuris ef-
5 fectus imperfectus: † ſed meum, id eſt, rei dominium, perfectiſsimum eſt in ſuo genere. Finis ille (teſte Ariſtotele) ad quem cæteri ſubalternatim referuntur, rationem architecturæ obtinet, id eſt, principatus: & quia imperfecta citius augmentũ ſuſcipiunt, quàm ea quæ omnino ſunt perfecta. Hæc igitur eſt ratio, quare debita res poteſt ex multis cauſis conſtitui, cùm res ſit quodãmodo imperfecta, niſi in cauſam dominij fuerit cõmutata. Sed non ita meum, ex cauſarum concurſu augmẽtum facilè ſuſcipiet: quippè cùm perfectior ſit actus Græcè [illegible] dici poteſt, l. rei appellatio. §. opere. ff. de verbor. ſignific. Qua quidem ratione dubium etiam illud tollere nos poſſumus, cur poſſeſsio ex pluribus cauſis poſſet acquiri, d. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquir.
6 poſſ. non autẽ dominiũ, † cũ poſſeſsionis præcedẽte beneficio, rerũ dominia originẽ acceperint, l. j. ff. de acquir. poſſ. Ratio eſt, quia licet vſus dominij & cõmoditas ſit poſſeſsio, ipſa tamẽ imperfe-
7 cta eſt, niſi dominio fuerit corroborata. † Ideò momentaneã eam Cæſares appellauerunt, l. vnica. C. ſi de moment. poſſeſ. fuer. appellar. Quare poſſeſsio, naturali inſpecta origine, ad dominium

Oo referetur,

refertur,non autem dominium ad poſſeſsionem.
Idcircò dominium,tanquam [illegible], pluribus
ex cauſis non poterit acquiri,poſſeſsio autem po-
8 terit. Regula huius §.† quòd nemo rem ſuam cō
dicat,eſt generalis. Reſtringitur tamen in fure,
quia illius odio rem furto ſubſtractam, quamuis
noſtra ſit,condicimus,l.final.ff.de vſufruc.quem-
admod. caueat. Degenerant enim omnes actio-
nes,id eſt,naturæ quodammodò mutant ſubſtan-
tiam,odio furis.Intereſt enim noſtra, vt fur te-
neatur pluribus actionibus,vt à furandi maligna
9 abſtrahatur voluntate. † Quòd ſi dominus con-
tra furem egerit rei vendicatione,& ſi non dolo
furis interierit res,ipſe fur eſt liberatus,cùm nō
deſiuerit dolo poſsidere,l.ſin autem.§. ſed & his
ff.de rei vendicatione. Sed ſi condictione furti-
ua ad rei repetitionem contra furem egeris, quo-
cunque modo res ipſa perierit, fur poteſt ad rei
æſtimationem condemnanari: poſt moram rei
interitus ad debitorem pertinet,l.ſi ex legati cau-
ſa.ff.de verbor.obligar.à quo periculo immunis
fur eſſe non poteſt,cùm illum cōtinua mora de-
tineat,l.in re furtiua.§.pen.ff.de condict.furtiua.
Affert igitur plurimum commodi,quòd hæc con
10 dictio ob furis odium ſit naturæ degeneris.† Nec
obeſt,ſi opponas odio furis eſſe impoſsibile, do-
minum rei furto ſubſtractæ rem ſuam poſſe con-
dicere:quia condicendo petit rem ſuam ſibi dari,
l.vbi autem non apparet.§.final.ff. de verbor.o-
bligation.Nemo ſuæ rei poteſt eſſe amplius do-
minus,d.l.proprias.Non igitur poſſumus rem no
noſtram à fure condicere.Sed hic obex conuel-
li poteſt,vt diximus in §.omnium.ſuprà. eod. vt
dicamus rem furto ſubſtractam poſſe condici
contra furem,non reſpectu ipſius dominij, ſed tā
tùm poſſeſsionis:quam condici aliquando poſſe
reſpondit Iureconſultus,l.indebiti. §. ſi numi. ff.
de condict.indebit.Quòd ſi oppoſuerit ingenio-
ſus:Si poſſeſsio condicatur, nihil nouit Impera-
tor hic ſpeciale odio furum:cùm furis odio, res
furto ſubſtracta poſcit condici. Vt igitur ſin-
gulare aliquid conſtituat odio furis, dicendum
eſt rem furtiuam condici,nō reſpectu poſſeſsio-
nis,quod cōmune eſt,ſed proprietatis. Hic obex
planè perpenſus,non obſtat,quia licet ſit omni-
bus commune poſſeſsionem etiam rei noſtræ con
dici poſſe,d.§.ſi numi. ſingularitas tamen in hac
11 ſpecie permanet: † vt licet condictio ſimpliciter
ad proprietatem referatur,toto tit. ff. de condict.
indeb.furis tamen odio,condictio furtiua,quæ ad
proprietatem reduci non poteſt, de poſſeſsione,
vt actus valeat,erit intelligenda: & id ſumma cū
ratione,vt fur ſit obſtrictus nodis artiſsimis con-
dictionum, vt antè eſt demonſtratum, voluerit
omnes vias Iureconſultus introducere,quibus res
furto ſubſtracta, à domino facilè recuperetur.
Cnutra furem actio furti & cōdictio furtiua poſ-
ſunt proponi:rei preterea vēdicatio,ſi de rei fur-
tiuæ dominio fidem faciat.In quibus actionibus
quanta ſit differentia,in §.ſequenti explicauimus.
Quòd ſi fur in emptorem rem furtiuam aliena-
uerit,contra ipſum emptorem experiri tantùm
oportet rei vendicatione:& ſi nolit rem reſtitue-
re,niſi pretio refuſo,furti non caret ſuſpicione,l.
12 in ciuilem.C.de furtis.† Hinc tamen anceps ſub-
oritur queſtio:Num ſi rei furtiuæ emptor in aliū
eam rem diſtraxerit, rem adhuc eſſe furtiuam
ignorans, an ad pretium poſsit conueniri. Hæc
difficultas in palatio præſentis ciuitatis, me rela-
tore litis totius,fuit accuratè pertractata. Erat
probus quidam mercator, qui pulueris certam
ſpeciem emerat, lanis tingendis aptiſsimam: à fu
re,ſed bona fide ſuadēte:neſciebat furto eſſe ſub-
ſtractam. Is priuſquam à domino rei furtiuæ
iudicium pateretur, venum iri iuſsit ad Lugdu-
13 nenſe emporium.† Nunc pulueris dominus pre-
tium acceptum à primo emptore bonæ fidei pe-
tiit:an ad reſtitutionem teneatur? Et teneri non-
nullis ex iudicantibus viſum eſt, ea potiſsimùm
ratione,quòd pretium loco rei furto ſubſtractæ
ſuccedat,l.Imperator.§.fina.ff.de legat.ij. Sicut
omne furto ſubſtractum ab emptore,ſi penes ip-
ſum res ſtaret, poſſet vendicare: ita & pretium
cùm ſit loco rei petere valet. Ipſi hanc opinio-
nem fulſitam eſſe exiſtimant ex l.item veniunt.§.
præter.in verſic. Idem.ff.de petit. hæred. vbi ſi
hæreditatis poſſeſſor ante hæreditatis petitionem
aliquid diſtraxerit hæreditarium,ritè ad pretium
conuenietur.Quare eadē ratione emptor rei furti
uæ,etiá bona fide durante,ſi ipſam vendiderit,pre
tium rei furtiuæ nó reſtituet:maximè cū nulli æ-
quū poſſet videri,rei furtiuæ dominū debere ſua
re fraudari. Ego tamen ſecundùm regulas iuris
communis defendi,domino rei furtiuæ,in empto
rem actionem nullam competere ad pretium, ſi
14 bona fide ſuadente rem furtiuam emerit. † Nam
pretium ex re furtiua redactum,furtum dici non
poteſt,l.qui vas.§.fin.ff. de furtis. Cæterùm ego
non video,quæ actio domino rei furtiuæ compe-
tat in emptorem, poſtquam rem diſtraxit: pri-
mùm non perſonalis,quia cum eo non contraxit,
nec quaſi:minuſque tenetur ex maleficio,cùm bo
na fide emendo non deliquerit,§.omnium. ſuprà
eodem.Actione reali non poteſt experiri, cùm ip
ſe rem non poſsideat controuerſam,nec dolo poſ
ſidere deſiuerit,l.ſin autem. § ſi is qui rem.ff. de
rei vendicat.Realis actio, vt ſæpè repetitum eſt,
dominium in agente,& poſſeſsionem in reo ex-
poſtulat,l.vnica. C. de alien. iud. mutand. cauſ.
fact. Nec dominus re ſua penitus defraudatur,
cùm rei vendicationem contra ſecundum empto
rem poſsit proponere. Et licet dominus rei furti-
uæ,ius in pretio qualecunque haberet, quia vter-
que,tam actor dominus rei furtiuæ, quàm reus
emptor,in quo eſt pretium de damno vitando
contendit,potius emptori,qui pretium poſsidet,
quàm petitori eſſet fauendum:In pari enim cau-
ſa eſt melior poſsidentis conditio, l. penult. ff.
de condict.ob turp.cauſam.l.in pari.ff. de regul.
iur. Haberet enim primus emptor in pretio ius
æquale cum domino rei furtiuę,propter pretiùm
furti ab emptore ipſo traditum: quia ſicut non
eſt æquum dominum rei furtiuæ ſua re defrau-
dári,ita iuſtum non eſt,quòd emptor furtiuæ rei
cum conſilio bonæ fidei ſuum amiſerit pretium.
Nec obeſt, ſi dicas illum emptorem pretio non
priuari,cùm habeat de euictione contra furem a-
ctionem, quia non à domino emerit, ff.de eui-
ction.per totum titulum. Hoc etiam argumen-
tum contra dominum rei furtiuæ poteſt intor-
queri,quia rei furtiuæ dominus ſua re non priua-
tur,cùm contra furem furti agere poſsit,§.ex ma-
leficiis. infrà eodem. præterea rei vendicatione
contra ſecundum emptorem, dicta l.in ciuilem.
ſed quia primus emptor pretium poſsidet contra
uerſum, in quo dominus rei furtiuæ non habet
maius

ius quàm ipſe emptor. Quare propter poſſeſsionẽ
meritò is eſt præferendus, cùm rei furtiuæ pre-
tium non ſit furtiuum, d.l. qui vas. §. fi. ff. de furt.
15 † Concludamus igitur rei furtiuæ dominum cõ-
tra emptorem bonæ fidei carere actione ad pre-
tium, ſi bonæ fidei perſuaſionibus rem furtiuam
alienauerit. Cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Hoſtienſ.
in tit. de pœnitent. & remiſſ. in verſic. Quid ſi à
furibus. item Angelus de clauaſio in Summa. in
16 verbo Reſtituere. † Sed hoc temperamentum
huic noſtræ ſententiæ addere eſt æquiſsimum: vt
ſi emptor, quantumcunque in bona fide fuerit,
rem furtiuam ſecundo emptori pluris vendide-
17 rit, † illud pretij augmentum domino rei furti-
uæ teneatur reſtituere, ne cum iactura alie-
na locupletetur, à quo natura abhorret, lege
nam & natura æquum eſt. ff. de condictione
indebiti. quia in augmento pretij, quod pri-
mus emptor à ſecundo emptore recepit, ſuperio-
rum argumentorum vis & ratio ceſſauit. Ex qui-
bus clarè conſtat, contrariæ poſitionis minimè va
18 lere argumenta: † quia quod in iure ciuili ſæpè
refertur pretium loco rei eſſe, id in particulari-
bus petitionibus, ſed vniuerſalibus, nequaquam
procedere poteſt, l. ſi rem & pretium. ff. de petit.
hæred. Petitio autem rei furtiuæ, particulare, nõ
vniuerſale iudicium facit: quia de re ſingulari eſt
propoſita quæſtio. Hęc ſolutio ſatis oſtẽdit, quàm
ſit debilitatum argumentum ex l. item veniunt. §.
præter in verſic. Idem. quia ibi re hæreditaria alie
nata, etiam bona fide ad pretium competit actio:
quia cùm hæreditatis petitio vniuerſale iudicium
conſtituat, l. licet, l. hæreditas. ff. de petit. hæredi-
tat. non mirum, vt antè nos diximus, ſi loco rei
19 pretium ſuccedat, d. l. ſi rem & pretium. † Tertia
ſupereſt dubitatio ad hunc §. cùm inquit rem ſuã
neminem præterquam à fure condicere: cuius
rei contrarium in legatario videtur, qui eſt rei
legatæ dominus ſine traditione à tempore mor-
tis, l. à Titio. ff. de furt. Et tamen legatum condi-
cit, quia ad illius perſequutionem non tantùm
habet actionem realem, ſed etiam perſonalem, l.
j. C. commu. de legat. Condicere eſt autem in a-
ctione perſonali, §. ſic itaque diſcretis. Condici-
mus ergo ab alio, præterquam à fure, rem noſtrã:
quod eſt contra noſtrum §. Ego voce quamplu-
rimos doctores ſum alloquutus, quorum nemo
20 animo meo potuit ſatisfacere. † Sed prætermiſ-
ſis eorum deliramentis, tantùm recenſebo quæ ſit
noſtra in hoc dubio ſententia. Falluntur itaque
illi interpretes, qui actionem perſonalem ad dan-
dum ſemper putauerunt competere, cùm nonnun
quam ad tradendum, & non dandum competat,
l. ſi rem tradi. ff. de verbor. obligation. Qua in re
21 elegans exemplum dabo: † Actio commodati
quæ ex commodato datur contra commodata-
rium, cùm ex contractu deſcedat, eſt perſonalis
§. omnium. ſuprà. eod. quæ actio non datur ad
dandum, quia commodatarius non eſt dominus:
remanet enim penes commodantem dominium
l. nemo enim. ff. commodat. Non ergo datur a-
ctio commodati ad dandum, ſed ad tradendum
Eadem etiam ratione dicemus perſonalem actio-
nem, quę ex teſtamento orta eſt, propter legati
perſequutionem competere, non ad dandum, ſed
ad tradendum. A qua traditione vnus ſolus ca-
ſus eſt detrahendus: videlicet ſi ſit legatum gene-
ris aut quantitatis: quo caſu eſt actio ad dandum
ex teſtamento propoſita, cùm eo caſu in legata-
rium dominium non transferatur. Bart. in l. j. C.
communia de leg. ant. in l. apud. Alphenum. ff. de
opt. legat. Quod ergo dicitur, rei legatæ domi-
nium ad legatarium recta via à die mortis teſta-
toris tranſire, id accipiendum eſt ita, ſi rei non re-
pugnat natura: Bart. in l. à Titio. & in d. l. j. C. cõ-
mun. de legat. Repugnat autem rei natura in le-
gato quantitatis & generis: quia incertum eſt ex
illo genere aut quantitate, quæ ſpecies ſoluatur, l.
22 cum incertus. ff. de legat. j. † Mutata eſt verbi cõ-
dicere ſignificatio. Olim denuntiare, priſca lin-
gua ſignificabat: hodie, rei debitę traditionem
ſeu dominij tranſlationem ſignificat. Condicere
eſt petere rem dari: dari autem, eſt dominium
transferri, l. vbi autem non apparet. §. fin. ff. de
verbor. obli. Inde colligere operæpretium eſt, ex
temporis diuerſitate diuerſas eſſe vocum ſignifi-
cationes. Tullius in primo Offic. ſatis dilucidè
23 oſtendit † in verbo Hoſtis, quod olim peregrinũ
ſonabat: vt in xij. Tabulis. Dies cum hoſte ſtatus.
Sed hodie vocabuli lenitate, rei triſtitiam miti-
gante, eum ſignificat cum quo bella gerimus. Vi-
demus etiam leges & municipalia ſtatuta curſu
temporis mutari, c. non debet irreprehenſibile.
24 extrà, de conſanguin. & affin. † Hominum parti-
culæ, ex quibus conſtant, diuturnitate temporis
alterantur, l. proponebatur. in fine. ff de iudiciis.
Hæc eſt rerũ viciſsitudo. Pulchrè Horatius, refer-
rente gloſſa in l. Labeo. ff. de ſupellect. legat. teſta-
tus eſt.

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere: cadẽnt-
que,
Que nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet
vſus.

25 † Vnde intelligi poteſt, omnium rerum autho-
rem Deum, tantam rebus humanis tribuiſſe va-
rietatem, vt nihil certum habeat in hoc orbe in-
feriori homo. Sed illius ſpes in ſublimi ſede poſi-
26 ta eſſe debet. † Valeant igitur bonarum rerum
ex parte quidam cauſidici, qui puriſsimarum le-
gum ſenſus falsò intorquẽt, iudicia ad quæſtum
impudẽtiſsimè referẽtes. Sed ad opus iã inceptũ
reuertamur, quid fuit in cauſa, quare condicendi
verbũ petere rẽ dari ſignificat hodie. abolita vete
27 ri ſignificatione. † Ratio hæc mihi videtur: quia
vocabuli vetus ſignificatio vertitur in ſignifica-
tionem alterius dictionis ſecundùm ſimilitudi-
nem rerum vtriuſque vocabuli. Facilis enim eſt
tranſitus in rebus habentibus (teſte Ariſtotele)
ſybolum l. in rem. §. quæcunque. ff. de rei ven-
dicat. Quod apparet in prædicto vocabulo Ho-
ſtis. Eſt enim quędam perduelionis cum peregri-
28 no ſimilitudo: Sic, † quia olim creditor perſo-
nalem actionem contra debitorem proponere
nõ audebat, niſi eum extra iudicium benignè in-
terpellaſſet, denũtiabit illi futurũ iudicium, quòd
conueniens in his ciuilibus diſſenſionibus viſum
fuit: in quibus humanitati magis eſt locus, quàm
29 in hoſtili bello: † & tamen bellum nullus prin-
ceps contra alterum (niſi prius fuerit indictum)
audet gerere, iure fæciali. Martia bella; antequam
gererẽtur, erãt denuntiari ſolita. Teſtis eſt Tullius
in dicto lib. primo Officiorũ. Inde paulatim ſerpẽ
te conſuetudine emanauit, vt Cõdicere ſit petere
30 rem dari: † quippe quòd petitionem perſonalem
præcedebat denuntiatio. Sed vtrunque credi-
tor iniuſtè contra debitorem agerit, ſi extra

iudicium ad ſoluendum illum non fuerit exhortatus? Ego, licet ſecundùm naturam actionis non teneatur, inciuiliter facturum exiſtimo, ſi debitum illi ad memoriam non reuocauerit extra iudicium: argum. l. quidam Hiberus. ff. de ſeruitut.
31 vrban. prędior. † quia multa nos iure poſſumus, quæ ſecundùm vrbanitatem illicita & inhoneſta videntur, l. creditores. C. de pignor. Puto ego ex mente omnium interpretum, in hoc §. creditoris puniri ruſticitatem: vt ſi debitor in iudicio conuentus bonam nouerit fidem debitum ſoluendo, creditor licet in principali ſuperauerit: impenſarum diſpendio multetur: cùm creditor debuit exiſtimare debitum fore ſibi eſſe donatum, cùm creditor non peteret. Quare quia in iudicium trahitur iniuſtè, perperam ſumptum litis præſta-
32 ret. † Debent ergo impenſarum damna in actorem retorqueri, ſi debitorem non monitum extra iudicium, traxerit in cauſſam.

Ad §. Sequens.

SVMMARIA.

1 *Actionum diuiſio.*

2 *Regula, qua cognoſcitur fons & origo actionum perſequutoriarum.*

3 *Ex depoſito facto gratia incendij aut ruinæ actio eſt mixta.*

4 *Depoſitum, quod fit vrgente neceſsitate, aliquid habet ſingulare.*

5 *Actio aliquando ab initio eſt ſimplex, quæ ex poſtfacto redditur mixta.*

6 *Depoſitum non poteſt negari ſine diſpēdio famæ.*

7 *In datione fideiuſsionis non inſpicitur euentus, ſed tantùm quod eſt de ſubſtantia actionis.*

8 *Egregia limitatio in tribus caſibus, quod accidere poteſt, inſpicitur in datione fideiuſsionis.*

1 ALIVD genus diuiſionis actionum hîc explicat imperator, quod ad perfectam earum notionem pertinet: videlicet † quòd quædam ſunt perſequutoriæ, quædam ſunt pœnales, quarum vim & poteſtatem explicauimus antè in §. pœnales. ſuprà, eodem. Inutile foret repetere actionis perſequutoriæ & pœnalis differentias, quæ accuratius à nobis fuerunt pate-
2 factæ in d. §. pœnales. † Hîc à Iuſtiniano generalis norma deſcribitur, tantùm pro cognitione perſequutoriarum actionum & pœnalium, ita vt omnes, quæ deſcendunt ex contractibus, vel quaſi, ſint perſequutoriæ: quia id quod nobis abeſt, petimus, & aduerſario adeſt: ea enim lege ſunt initi contractus, vt quæreat quiſque quod ſua intereſt habere, §. alteri. Inſtitut. de inutili ſtipul. not. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Nam ratione contractus, vel quaſi, ius acquiſitum eſt nobis: ad cuius perſequutionem in iudicio actione experimur, §. j. ſuprà, eod. in verſic. Planè. Regulam reſtringit generalem, qua perſequutoriam actionem eſſe affirmauit, quæ ex contractu vel quaſi
3 deſcendit: † quod procedere credidit imperator, niſi in depoſito, quod factum eſt gratia incendij, naufragij, vel ruinæ, aut tumultus euitandi. Idem in l. j. §. merito. ff. depoſit. Eo caſu actio depoſiti mixtam continet cauſſam, quæ ad duplum datur contra ipſum depoſitarium ob fidem ruptam reſtituti depoſiti: quatenus ſimplum ineſt, duplo eſt perſequutoria: ſed inquantum vltra ſimplum ad illud plus actio competit, propter fidem proſtratam eſt pœnalis: eſt ergo mixta. Sed rationem differentiæ oportet excutere, cur diuerſum in hac depoſiti ſpecie. Quare deponenti non eſt imputandum, qui minus fidelem depoſitarium elegit, §. præterea. ſuprà, quibus mod. re contrahat. obligat. Sed ſolutio ſatis pendet ex diuerſitate cauſſæ,
4 quæ ad deponendum nos impulit. † Nam aut ſponte rem deponimus, & nullo imminente periculo: quo caſu vitio eſt dandum, ſi fidelem non elegerimus depoſitarium: & tunc in ſimplum actio datur. Sed ſi imminente periculo ruinæ, vel naufragij, aut incendij, quis deponere fuerit coactus, vt non facilè de probitate illius, apud quem eſt depoſiturus, liberare potuerit, propter crudelitatem illius qui miſeratus non eſt deponentem, qui in euidenti erat periculo vitæ, cùm deponeret, in duplum actio datur. Semper enim ius ciuile rationem habuit eorum, qui ſine culpa incumbunt neceſsitatibus, l. ſi fideiuſſor. §. j. ff. qui ſatiſdare
5 cogant. † Simplex eſt hæc actio depoſiti ab initio quod eſt factum ruinæ, naufragij, incendijſque cauſſa: ea enim mente eſt depoſitum, vt tantùm ſimplex, quod depoſiti nomine traditum eſt, re-
6 ſtituatur. † Nec deponenti venit in mentem illud incrementum, ad quod datur actio propter inficiationem circa opinionem famæ ſiniſtram, quæ non temerè eſt inducenda, l. merito. ff. pro ſocio. Quòd autem ad duplum propter inficiationem actio datur, id fit per accidens, non autem inſpecta natura actionis, d. l. j. §. merito. ff. depoſiti. Inde eſt, quòd fideiuſſor nomine talis depoſiti acceptus, niſi aliud fuerit dictum, ad ſimplum tantùm poterit conueniri, l. j. ff. de in litem iu-
7 rand. † quia in fideiuſſoris datione non animaduertitur id quod ex accidenti contingere po-
8 teſt, ſed id quòd eſt tantùm naturæ actionis deſtinatum, d. l. j. ff. de in litem iurand. † Et hæc eſt communis interpretum ſententia, quam ego reſtringi exiſtimauerim vno ſolo caſu, videlicet ſi receptus fuerit in omnem cauſſam, omnemque rei euentum: tunc enim teneri exiſtimauerim non tantùm ad id quod eſt de natura actionis, ſed etiam ad id, quod poſtea in omnem euentum contingit, l. quæro. ff. de locat. Si quis tamen plura ſcire deſideret, quæ ad effectus actionis perſequutoriæ pertinent, legito quæ ſcripſimus in §. pœnales. ſuprà, eodem. Sequēs eſt §. ex maleficiis.

Ad §. Ex maleficiis.

SVMMARIA.

1 *Incipit ordo & claſsis actionum pœnalium.*

2 *Exactè fontem pœnalium actionum aperit.*

3 *Quare furtum dicatur aliquod manifeſtum, cùm omne furtum ſit clandeſtinum.*

4 *Furtū dicitur clādeſtinū habita ratione volūtatis.*

5 *Furtum dicitur manifeſtum ab effectu.*

6 *Vide rationem, quare fur manifeſtus grauius quàm non manifeſtus puniatur.*

7 *Vide quid ſit actus intrinſecè malus.*

8 Peioris

8 *Peioris exempli eſt furtum manifeſtum quàm nõ manifeſtum.*

9 *Contrahere ex ſe eſt indifferens.*

10 *Qui celebrat contractum palàm, qui poteſt eſſe malus propter aliquam circunſtantiam, minus peccat, quàm qui clàm.*

11 *Furto priuatus & Reipublica offenduntur.*

12 *Differentia inter priuata delicta, & publica.*

13 *Status Reipublicæ in felicitate ſingulorum conſiſtit.*

14 *Quæ eſt pœna furti.*

15 *Mors non eſt pœna furti.*

16 *Vrgente ſumma neceſsitate non committitur furtum.*

17 *Apud Aegyptios quare furta ſint laudabilia.*

18 *Ex optimis aliquando peßima, & econtrà naſcuntur.*

19 *Furtum eſt graue delictum.*

20 *Quare res communes iure gentium factæ ſint particulares.*

21 *Pœna furis.*

22 *Vnde emanauit conſuetudo, vt furibus præcindatur auris.*

23 *Genus hominum peſtiferum.*

24 *Tres caſus Iaſonis, quibus morte fures puniuntur.*

25 *Illi tres caſus Iaſonis reprobantur.*

26 *Furtum §. famoſos, non eſt ſimplex, ſed mixtum.*

27 *Secundus caſus.*

28 *Dicta l. penult. ff. de condiction. ob cauſ. malè à Iaſone intellecta.*

29 *Nemo condemnandus eſt coniecturis.*

30 *Claræ probationes exiguntur in criminis cognitione, non tantùm ſi honeſta perſona accuſetur, ſed etiam vilis.*

31 *In homicidio perpetrando non eſt aliqua distinctio ſerui & liberi hominis.*

32 *Iudex grauius peccat innocentem condemnando vltimo ſupplicio, quàm latro qui homines proditoriè noceat.*

33 *Pœna peruerſi iudicis.*

34 *Cambyſes de malo quodam iudice ſupplicium ſumpſit.*

35 *Tertius caſus.*

36 *Fur quinque ſolidorum furcæ affigitur.*

37 *Vnicum furtum cum pacis violatione tribus furtis eſt grauius.*

38 *Fori Tholoſani conſuetudo.*

39 *Admirabilis ſenſus d. §. ſi quis quinque ſolidos.*

40 *Furca eſt aliquando ſine morte naturali.*

41 *Ex terentio, Abi furcifer.*

42 *Singularis intellectus d. §. ſi quis rem valentem, reprobatur.*

43 *Suſpenſio Iudæ.*

44 *Quartus caſus.*

45 *Aliquod magnum furtum æquiualet tribus paruis furtis.*

46 *Malè reprobatur criminis opinio de inſigni furto.*

47 *Grauius peccat adulter cum deformi, quàm cum formoſa.*

48 *Regula Theologorum.*

49 *Ius non eſt violãdum, niſi maximæ rei occaſione.*

50 *Magis peccat qui rem furatur magnam, quam paruam.*

51 *Regula Philoſophorum.*

52 *In comparatione peccatorum eſt intelligendum, ſi cætera ſint paria.*

53 *In furto rei magnæ eſt maior domini contradictio.*

54 *Maior eſt pœna in furto rei magnæ, quàm paruæ.*

55 *Actio vi bonorum raptorum eſt duplicis vitæ.*

56 *Quomodo Brocardicum illud intelligatur, Nil debet diuerſo iure cenſeri.*

57 *Solutio.*

58 *Quare fur manifeſtus magis punitur quàm raptor.*

59 *Furtum manifeſtum frequentius cõmittitur quàm rapina, an ſit verum.*

60 *Venia ſunt indigni, qui ſe ſponte in neceßitatem coniiciunt.*

61 *Rodolphus de auribus, cupiens ambiguitatem diſſoluere, incidit in Scyrtes.*

62 *Vera ratio, quare raptor minus punitur quã fur manifeſtus.*

63 *Omne ãgens in agendo repatitur.*

64 *Vno reſpectu raptor eſt fure manifeſto peior, & altero reſpectu fur manifeſtus eſt raptore deterior.*

65 *Homicidium quod fit veneno, eſt grauius quàm illud quod fit gladio.*

66 *Mixtæ actiones ſunt duplicis generis.*

67 *Quæ ſint mixtæ actiones inſpecto initio.*

68 *Creſcunt per inficiationem actiones.*

69 *Fauorabilius eſt legatũ piæ cauſæ quàm profanæ.*

70 *Legatum ad pias cauſas quid ſit.*

71 *Magis peccat hæres, qui non ſoluit legata pia, quàm profana.*

72 *Quæſtio an legatum relictum ciuitati æquipararetur legato ad pias cauſas relicto.*

73 *Abhorret à communi.*

74 *Pœnæ non extenduntur ad caſus omiſſos.*

75 *Actio legis Aquiliæ eſt mixta, partim pœnalis, partim perſequutoria.*

POſt expeditam naturã actionum per-
1 ſequutoriarum, † præſenti opere dignum duxit Imperator actionum pœnalium originem pertractare: item & mixtarum. de quarum origine nos poſtea dicturi ſumus. Quemadmodum canon fuit traditus in ſuperiori §. generalis ad cognoſcendum fontem ſeu originẽ perſequutoriarum actionum: eadem etiam ratione traditur vniuerſalis regula, quæ nos ducit ad cognitionem pœnalium actionum. Pœnales ergo actiones ſunt, quę ex delictis deſcendunt.
2 † Ex delictis tamen quandoque pœnales naſcuntur puræ, nonnunquam mixtæ. Primùm de ſimplicibus pœnalibus ratio quærenda eſt: quales ſunt eæ actiones, quibus totum quod petimus pœna eſt. Primum eſt exemplum Actio furti, quæ ad duplum datur, ſi fuerit non manifeſtum: quòd ſi fuerit manifeſtum, ad quadruplum competit

Et ideò ſimplicirer eſt pœnalis hæc actio, quia
nec in duplo, cùm furtum eſt non manifeſtum,
nec in quadruplo, cùm furtum eſt manifeſtum,
3 ineſt ſimplum. † At quia videre eſt conſentaneũ,
quomodo furtum manifeſtum poſsit dici, ſi fue-
rit occultum: omne enim furtum dicitur clan-
deſtinum & ſecretum, l.j. ff. de furtis. Non igitur
ego videre poſſum, qua ratione poſsit furtum di-
ci manifeſtum. Rectè tamen intuenti mihi vera
4 ſublatio huius ſcrupuli eſſe videtur, † vt dicamus
furtum conſiderari propoſito & voluntate, & ip
ſum etiam in effectu rei furtiuæ poſſe perpendi:
quòd ſi voluntatem aſpexerimus furantis, quem-
admodum in cæteris delictorum generibus, l.
eum qui. ff. de iniuriis. l. ſi quis non dicam rapere.
C. de epiſc. & cleric. Qua ratione perſpecta, fur-
tum eſt clandeſtinum: furantis enim reſpicitur
animus. Sed ſi ſequentia furantis animum intuea-
5 mur, nempè ipſum opus, † furtum poteſt dici
manifeſtum: vtpote ſi in opere deprehendatur:
Græci αὐτόφωρον appellant, l. iij. ff. de furtis. Et ideò
licet in facto deprehenſus fueris, nihilominus clã
furãdi animum habes. Sed dubitationi nodo dum
6 appoſitus eſt finis: † quare fur manifeſtus durio-
rem quàm non manifeſtus patitur pœnam, cùm
in aliis locis operatio clandeſtina acerbius punia-
tur: quàm actus manifeſtus, l. non exiſtimo. ff. de
adm. tutor. actus enim qui in ſecreto concipitur,
fraudis habet non modicam ſuſpicionem, l. fin.
ff. de ritu nupt. Hæc tamen rectè diſtincta no-
7 dum diſſoluunt. † Nam aut ille actus malus eſt
intrinſecus, id eſt, perpetuò malus. licet humana
8 lege non eſſet prohibitus. † Tunc actus ille, qui
clam hominibus celebratur, minus eſt grauis:
quia cum mala voluntate in perniciem mali exẽ-
pli neminem tradit. Quòd ſi palàm fiat ille actus
qui omninò ex ſe eſt malus propter maiorem
prauitatem magis eſt puniendus: trahuntur enim
vulgares & imperiti in facinus ſimile. Præterea
maioris poſſet eſſe occaſio tumultus, vt cùm for-
te fortunà in facto furem deprehenderit, domi-
nus rei poſsit cum diſcrimine ſuæ ſalutis in fu-
rem irrumpere fortè armatum: quo caſu illum
poſsit occidere impunè, l. furem nocturnum. ff.
de ſiccar. Si verò actus fuerit indifferens, aut ma-
lus extrinſecè, id eſt humana prohibitione, minus
eſt prauus, quando fit palàm, quàm clàm: vt con-
trahere in genere, perſpecta materia, malum non
9 eſt quin potius bonum. † Poteſt tamen & bonum
& malum eſſe contrahere, circunſtatiis perſona-
rum perpenſis. Nam contractus materia ſi non
ſit in commercio hominum, nullum reddet con-
tractum, l. ſed Celſus. ff. de contrahend. empt. &
vend. peccatum etiam erit contrahere, ſi ad con-
trahendum is ſit inhabilis, cum quo nos contra-
himus: vt ſi mente captus fuerit, aut pupillus, l. ſi
pupillus. ff. de verbor. obligation. Quòd ſi ad ge-
nus contractus reſpiciamus, licitum eſt contra-
ctus ipſos inire. Quòd ſi cauſas circunſtantes in-
tueamur, & bonum & malum contrahere eſſe po-
10 teſt: inſpectis, vt dixi, qualitatibus rerum. † Idcir-
cò qui palàm celebrat eum contractum, qui po-
teſt vitioſus eſſe inſpecta aliqua circunſtantia cau
ſæ, non tam grauiter peccat, quàm qui clàm: quia
doli non habet cogitationem. Ideò ei eſſe con-
donandum reſpondit Iureconſultus in l. fin. ff. de
ritu. nuptiar. Nam qui palàm nuptias cum con-
ſanguinea contraxit, fraudis non habet cogitatio-
nem. Iuris eſt præſumptio, quod non contrahe-
ret, ſi illicitas nuptias crediďiſſet. Et quia mo-
dicum poteſt delictum conſiderari ob iuris im-
peritiam, talem leuius dicit caſtigandum, d. l. fin.
11 ff. de ritu. nuptiar. † Et quia furto tam priuatus, à
quo res furto eſt ſubtracta, quàm Reſpublica of-
fenditur. differenter tamen, quia principaliter pri-
uatus læditur. Sunt enim priuata delicta, quibus
principaliter priuata perſona offenditur: res au-
tem publica in conſequentiam: notatur in illo ti-
tulo ff. de priuat. delictis: furtum verò inter pri-
uata delicta ſedem habet. Quod ſatis oſtendit
ſeries congeſta de priuatis delictis, vt nos obiter
12 pertractemus. † Hæc eſt differentia, quantum ad
rationem procedendi attinet, inter priuata & pu-
blica delicta: nam ex publicis delictis actiones nõ
ſunt proditæ, ſed publicæ accuſationes, §. primo.
in fine. de public. iudic. Priuata verò crimina or-
dinantur per actiones: vt furtum per actionem
furti iniuria per actionem iniuriarum, rapina per
actionem vi bonorum raptorum. Item ex dam
no contra prohibitionem legis Aquiliæ in factum
propoſita eſt actio: vt ſuprà de lege Aquilia. Satis
eſt manifeſtum in quibus delictis principaliter
læduntur perſonę, in quas perpetrata ſunt illa cri
mina. Et quia obiter & in conſequentiam ex
damno illato ſingulis læditur Reſpublica, cùm ip
ſius interſit ciues & ſingulos illæſos permanere:
argument. § ſinnal. ſuprà, de his qui ſunt ſui vel
13 alieni iuris. † Status enim Reipublicæ (teſte Pla
tone) in ſingulorum felicitate conſiſtit: & quia
delictorum quæcunque ſit animaduerſio, publi-
cam reſpicit vtilitatem, l. ita vulneratus. ff. ad l.
Aquiliam pœna autem, quæ applicatur parti prin
cipaliter læſæ, eſt duplum, ſi furtum ſit non mani-
feſtum: quod ſi fuerit manifeſtum, pœna eſt qua-
druplum, reſpectu eius quod eſt furto ſubtractum
14 noſtro § ex maleficiis. † Nunc videamus quæ ſit
pœna ex furto, quam fur patitur ob Rempubli-
cam ipſo crimine conturbatam: an ſit vltimo ſup
15 plicio fur puniendus: † ſatis enim eſt iure nouo
conſtitutum. ob furtum ſimplex, neminem eſſe
regulariter vltimo afficiendum ſupplicio: in au-
thent. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis. §. quia
verò in authentic. vt nulli. iud. liceat loc. hab. ob-
ſeruator. Nec etiam patitur membri abſciſionem
propter res externas legiſlator: nimis enim ſeue-
rum furem mortem ſuſtinere eſſe exiſtimauit.
Omnia enim hominibus inter omnes communia
16 ſunt, natura præcipiente. † Ideò ſi naturale illud
aſpiciamus principium. in rebus externis non po-
teſt furtum committi: gloſ. in capitulo. ſi quis ob
neceſsitatem. extrà, de furtis: cùm neceſsitas pe-
nuriæ ad naturam reducatur, ſecundùm quam
nõ eſſet nefas domino particulari inuito aliquid
contractare, quò neceſsitati ſubueniat. cap. j. xlij.
17 diſt. † Quinimò mihi relatũ eſt apud Ægyptios
furta eſſe laudabilia, cùm credatur illius prouin-
ciæ iuuentutem furto & rapinis allectam, ad res
bellicas alacriorem fieri. Sed hoc ad virtutẽ Chri-
ſtianis argumentum non conuenit hominibus,
cùm honeſtate ad virtutem, non vitiis debeant
inflammari: quia, teſte Paulo ad Romanos, mala
18 non oportet facere, vt bonũ inde ſequatur. † Ni-
hil turpe eſt tam tetrũ, ex quo optima: & nihil tã
honeſtum dici poteſt, ex quo non ſequantur peſ-
ſima. Tullius in libro Officiorũ tertio eſt teſtis.
19 † Abolenda igitur eſt hæc labes furtorum, tan-
quam

quam peſtis Reipublicæ perniciosiſſima. Eſt ge-
20 nus ignauum, iners. † Deus autem voluit ſingu-
lis res eſſe proprias, ne in otio deliteſcerent. Me-
ritò ſunt ab vrbibus illi homines exterminandi,
quibus neruos & membra corporis, omnes deni-
que vires non ſunt ſatis. Et qui manibus ſuis non
poſſunt victum comparare, Deum tacitè arguunt
ac ſi eos laboribus inſufficientes & ineptos feciſ-
ſet. Dicat igitur Chriſtianus ſe à Deo creatũ eſſe,
vt diurnis vigiliisq́; perpetuis laborib⁹ ſe oſtẽdat
ab illo nõ fuiſſe fruſtrà procreatum. Nemině igi-
tur voluerunt illi veteres prudentes neſci eſſe tra-
21 dendum ob furtum ſimplex: † ſed aliter eſſe caſti-
gandum, aut flagellis, vel fuſtium ictu. Quod ſi
fur correptus ſemel, iterum ad furtum prorupe-
22 rit, † moribus Galliæ receptum eſt, vt cartilagi-
nis abſciſſionem patiatur in aure dextra vel ſini-
ſtra: quod iudicis religione diiudicabitur. Sed cur
potius auris quàm alterius membri diminutionẽ
patietur? Ego in hac ciuitate ſemel ſteti in coro-
na hominũ prudentium: qui vltrò citróque va-
riis rationibus hinc inde collectis, demùm qui-
dam qui prudentia excellere credebatur, huic
conſuetudini cauſam dediſſe affirmauit quod au-
ribus vena quædam promineat, quæ γονίμων con-
tineat ſperma, cuius venæ abſciſio ne procreatio-
23 nis tollatur virtus. † Et quia hoc genus hominũ
tanquam peſtiferum (vt nos diximus) à medio
gentium tollendum eſt, nec memoria huius gene-
ris ignaui debet ſupereſſe, à furibus auris altera
præciditur, ne liberos ſuis moribus non diſſi-
miles valeant generare. Ego tiſſe immorandum
amplius in inueſtigatione rationis non cogitaui,
eò quòd talis vſ[illegible] rationis inuentio lumen no-
24 ſtræ iuriſprudentiæ non afferat. † Iaſon tres ca-
ſus ſolùm voluit eſſe, quibus fures mortis ſuppli-
ciũ patiũtur. Vn⁹ eſt, ſi latro fuerit famoſus & inſi-
gnis: tũc furca eſt ſuſpẽdẽdus. l. capitalũ §. famo-
25 ſos. ff. de pœnis. † Sed caſus hic acutè cõſideratus,
exceptionẽ à regula nõ facit: cũ regula authentic.
ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis de fure loqua-
26 tur ſimplici. † Ille autem §. final. d. l. capitalium.
de latrone famoſo ſeu graſſatoribus loquatur,
qui in itineribus quaſi laqueos tendunt, & parãt
inſidias, vt rapiant ab interfectis viatoribus ea
quæ ſecum aſportant: quo caſu furca ſunt ſuſpen-
dendi, non propter furtum, ſed propter homici-
dia multorum hominum: cùm ibi Iureconſultus
eos dixerit furca eſſe ſuſpendendos, vt ſint ſola-
tio parentibus interfectorum: caſus enim exce-
ptus debet eſſe de regula, l. nam quod liquidæ. §.
27 fin. ff. de penu. legata † Secundus eſt caſus in ſer-
uo, qui eſt vilis & abiecta perſona, qui ob furti e-
tiam ſuſpicionem poteſt vltimo ſupplicio tradi, l.
28 pen. ff. de condict. cauſa dat. cauſ. † Sed neque ille
textus mea ſententia probat ſeruum ob furtum
ſimplex eſſe afficiendum vltimo ſupplicio: pri-
mùm, quia verba illius legis non diſponunt ſed
tantùm ſunt narratiua, quæ nullius ſunt ſignifica-
tiua iuris: deinde perfectus ille vigilum iniquè
illum damnauit, tùm quòd non ſubſiſtebat ſuf-
ficiens cauſa criminis, qua mortẽ naturalem eſſet
promeritus ille ſeruus, tum quia veras non aſpe-
xit probationes profectus vigiliũ, ſed ſolas ſequu-
29 tus cõiecturas, eũ affecit vltimo ſupplicio, † con-
30 tra l. abſentẽ. § fi. ff. de pœnis. † debet enim ſole
meridiano probatio eſſe clarior, l. ſciãt. C. de pro-
bat. Nec poteſt iuuare iniquam ſententiam præ-
fecti vigiliũ: quòd in pœnis inſpicienda ſit qualitas
perſonæ, vilis ut, ac honeſta perſona, l. Pedius ff.
de incẽd. ruina & naufragio. Nã quãdo ex aliquo
delicto perſona honeſta in inſulã relegatur, vilis
homũcio mortẽ naturalẽ debet ſuſtinere, l. j. §. fi.
ff. ad legẽ Corneliã de falſis. Primũ nõ obeſt illud:
quia in publicis delictis, quę ſunt lõgè atrociora,
locũ haberet illa diſtinctio l. j. §. fi. ff. de ſolut. Nos
autẽ hic ſumus in quęſtione pœnali criminis, nẽ-
pe furti. Demũ peccauit ille iudex in d. l. pen. quia
planè illi nõ liquebat de furto, ſed quòd in furti in-
cidiſſet ſuſpicionẽ, cũ cõtra totius iuris æquitatẽ
dãnauit morte naturali: tãtũ enim abeſt vt laudẽ
debuerit conſequi præfectus ille vigiliũ ex ea ſen-
tẽtia, vt maximè execrãdus fuerit, quòd ſeruũ in-
31 nocentẽ turpi genere mortis dãnauerit. † Qui e-
nim ſeruũ ſine iuſta cauſſa occidit, ita lege Cor-
nelia de ſicariis tenetur, ac ſi hominẽ necauiſſet
liberum, l. pretor edixit. §. ſi dicatur. ff. de iniuriis.
32 Quinimò verius ego ſemper putaui, † longe pe-
iorẽ eſſe cẽſẽdũ illũ iudicẽ, qui iniuſtè aliquẽ reũ
vltimo afficit ſupplicio, quàm ſi priuatus quiſpiã
homo poſt paratas inſidias aliquẽ proditorie in-
terficeret. Et ita ego legi in vetuſtiſſimo aliquo
cõmẽtario, in canõ. nõ eſt crudelis xx iij. quæſt. v.
Et id ratione non caret naturali: quia iudex ille
peſſimus nõ tãtùm peccat, quòd innocẽtẽ homi-
nẽ hac aura vitali priuauerit, verùm etiã quòd il-
lius familiã totãq́; poſteritatẽ perpetua infamia
33 maculauerit. † Quare ſi ipſe illius iudicis iudex
cõſtitutus eſſem, talẽ iudicẽ ſua pelle viuũ exco-
riari pręciperẽ, vt mox ex corio talis hominis te-
geretur tribunal: in quo ſedẽs ſucceſſor iudex, eſ-
ſet ſtupefactus, ne ſimili credulitate peracta, in
34 idẽ ſupplicij genus incidat. † In ſimili genere iuſti-
tiæ Cãbyſes Perſarũ rex olim (teſte Valerio) fuit
cõmẽdatus, qui iudicẽ crudelẽ & auarũ excoriari
35 iuſſit. Sed de his hactenus. † Tertiũ caſum eſſe vo-
lũt, quo vno & ſingulari furto cõuictũ furẽ mor-
36 te eſſe cõdẽnandũ volunt. † Si quis rẽ valentem
quinque ſolidis furto ſubtraxerit, ex quo facinore
pacẽ publicã violauit, hic furca eſt ſuſpẽdendus,
in c. vnico. §. ſi quis rẽ valentẽ quinque ſolidis in
vſibus feudorũ, de pace tenẽda, & violat eius. Et li-
cet in verbis §. ob pacẽ violatã nõ fuerit dictum,
debet tamẽ reſtringi ſecundũ naturã & qualitatẽ
tituli, in quo eſt poſitus, l. imperatores. ff. de in diẽ
adiectiõ. Hæc eſt illius proprietas de pace tenẽda,
37 & violatorib⁹ eius. † Certũ eſt enim grauius delin-
quere, qui rẽ modicã cõtractat inuito domino, cũ
pacis turbatione & tumultus occaſione ſubſequu-
ta, quã ſi quis tria alioqui inſignia furta feciſſet.
Nã qui tumultũ excitat, legis Iuliæ maieſtatis eſt
reus, l. j. ff. ad legẽ Iul. maieſt. Grauius aut leuius eſt
delictũ inſpectis circũſtãtiis rerũ & perſonarũ, l.
38 aut facta. ff. de pœnis. † Ideò in palatio ſenatus
Tholoſani inuiolabiliter ſeruatur hęc cõſuetudo,
vt ſi in eo loco ſacro quis modicæ rei ffeciſſet fur-
tũ, pœnã laquei nõ effugiat. Et id (ni fallor) ob lo-
ci celebritatẽ, vbi iura appellatione remota red-
dũtur, tã rigidè fuit ſemper obſeruatũ. Ego Lute-
tiæ familiariter vtebar magno aliquo viro qui in-
39 genioſè negabat † in illo §. ſi quis quinque ſolid.
mortẽ infligi naturalẽ furãti rẽ æſtimationis quin-
que ſolidorum, cùm delicti magnitudinem ex rei
quantitate metiamur: nec probat ille §. furẽ quin-
que ſolidorum morte naturali eſſe condemnan-
40 dum: † quia licet cum furca ſuſpendi dixerit,
non

oon tamen moriturum dicit. Nam olim erat pœ
na furcarum ſine morte, quando ob domeſtica
vitia furcas quis ſuſpenſus gerebat in dedecus &
41 ignominiam perpetrati ſceleris. † Cuius rei ar-
gumentum eſt, quod ſæpè apud Terentium legi-
mus, Abi furcifer, citra mortis naturalis pericu-
lum: quia ſi quis ſeruus de domino fuiſſet malè
meritus, progrediebatur per vicos, brachia in fur
42 cis alligata extendens. † Hic tameu intellectus,
quamuis ſit acutus, facilè conuellitur ex verbis:
quia non dicit tantùm quòd furca ſuſpendatur,
ſed quòd laqueo ſuſpendatur: quod nullo pacto
intelligi video ſine morte naturali: cùm laquei
ſuſpenſio citra dolorem mortis oaturalis non
43 poſsit collo alligari. † Alioquin diceodum fo-
ret, Iudam ſeipſum non interfeciſſe, qui ſe la-
queo ſuſpendit: crepuit enim medius fidius. In-
44 telligi ergo debet ille §. de morte naturali. † Ad-
diderunt interpretes quartum caſum, vbi pro
ſimplici furto quis eſt furcis cum laqueo affigen-
dus: videlicet ſi furtum inſigne & magnum fece-
rit, quod tribus paruis furtis æquiualens fuerit:
quo caſu ſicut afficiendus eſt vltimo ſupplicio,
qui tria furta fecerit ſecundùm patriç ritus &
mores, ſimili ratione capitalis ferenda eſt ſenten-
45 tia contra furem, † qui magnum aliquid ſubtra-
xerit, quod tribus mediocribus rebus çquipol-
leat: argument. l. & ſi tres. §. penult. ff. de excuſat.
tutor. Qui tres habet tutelas, ab onere quartę tu-
telæ excuſatur. Idem ſi quis gerat vnam tutelam
ampliſsimam, cuius onus non minus eſt difficile
quàm trium tutelarum, à ſecunda tutela eſt excu
ſandus: quia vna magna tutela tribus paruis æ-
quiualet. Ita tantùm puniendus erit, qui magnum
aliquod furtum fecerit, ſicut qui trium furtorum
46 improbitatē fuerit conuitus. † Ab hac ſententia
plerique immeritò receſſerunt, inquientes maius
eſſe peccatum in furto rei paruç, quàm magnæ:
argum. gloſ. in canone final. xiiij. quæſt. vltima.
47 † Fornicatio cum ruſtica muliere & deformi eſt
fœdior, quàm cum muliere nobili, quæ ſit forma
eleganti prædita. Minor eſt delinquendi occaſio
cum turpi Muliere, quàm cum formoſa. Ita fur
habet maiorem anſam furandi rem pretioſam,
48 quàm vilem & minutam. † Quæ enim ſecundùm
Theologos alliciunt voluntatem ad delinquen-
dum, ea culpam diminuunt. Rei magnæ valor &
æſtimatio pretioſa ad furandum nos inuitat. Nec
eſt huic rei diſſentaneum id quod Cæſar habebat
49 in ore: † Si ius violandum eſt (teſte Cicerone)
regnandi cauſa eſt violandum. Ita ſi furando le-
ges liceat trangredi furandi gratia, ſubtrahere o-
porteret res magni pōderis. Hæc ſentētia meritò
improbanda eſt: nec mihi poſſum perſuadere,
50 † quin ſit maius delictum rem arduam furari
quàm ſubtrahere obolum, aut aſſem. Nam in de-
lictis priuatis, quale eſt furtum, iniquitatem me-
timur, non magis voluntate delinquentis, quàm
æſtimatione illati damni: vt patet per titulum le-
gis Aquiliæ. ff. Sed inficias nemo ire poteſt, qui
maius damnum patiatur dominus rei furtiue. ſi
ab eo ſubtracta fuerit res magni momenti, quàm
parua res. Et licet rei magnitudine ad delinquen-
dum homo impellatur, quodámodo tamen creſ-
cet delinquentis malitia ex obiecti quantitate.
51 † Nam ſecundùm Philoſophos, quantū detrahit
ab improbitate delinquendi occaſio ex rei ma-
gnitudine proueniens, tantùm auget malitiam
52 voluntatis intentio. † Quare cùm de cōparatio-
ne peccatorum quæritur, ſemper eſt adiicienda
clauſula, ſi cętera fuerint paria. Adde prætereà
fortem rationem, cur maius ſit peccatum in fur-
to rei magnæ quàm paruæ: quia cum furtum ſit
rei alienæ contrectatio domino nolente, l. j. ff. de
53 furtis. † Quantò igitur magis dominus contra-
diceret furtum tantò verius eſſet, l. inter omnes,
§. rectè. ff. de furtis. Sed nemo eſt tam ſupinus,
qui non acerbius contradiceret furto rei ſuæ ma-
gnæ, quàm paruę: argum. l. cum de indebito. ff. de
54 probat. † Concludamus igitur maiorem eſſe pœ
nam furtis magnę rei, quàm paruæ. Ideò ſi tam
inſigne fuerit ſimplex furtum, vt non minus no-
ceat, quàm tria parua furta, erit in furem animad-
uertēdum pœna triū furtorū. Rurſus ex maleficiis
mixtæ oriuntur quædā actiones, id eſt partim pœ-
nales, partimque perſequutoriæ: vt ex vi bonorū
rapto. actio partim eſt pœnalis, partim perſequu-
toria. Datur hæc actio ad quadruplū ſed quia in
quadruplo ineſt ſimplū, triplū eſt pœna, ſimplum
verò quadruplum faciens, rei perſequutionem
55 continet. † Idcirco actio vi bonorum raptorum
eſt ἀμφίβιος, id eſt, duplicis vitæ, eò quòd eſt mix-
tæ naturæ. Anno tantùm durat, inquantum eſt
pœnalis, reſpectu tripli: ſed quia rei perſequutio-
nem continet, in ſimplo eſt perpetua, §. primo ſu
56 prà, vi bonor. rapt. † Nec vim facit dicterium
illud iuris Brocardicum, Nihil debet diuerſo iu-
re cenſeri, l. eum qui. ff. de vſucap. Quare ergo
actio vi bonorum rapto. cenſetur diuerſo iure: vt
57 partim ſit annalis, & partim perſecutoria? † So-
lutio: Nihil cenſetur diuerſo iure reſpectu eius rei:
vt domus, inquantum eſt domus, non vſucapitur
diuerſo iure: licet ex rebus mobilibus & immo-
bilibus ſit compoſita, quæ tempore diuerſo vſu-
capiuntur, §. j. ſuprà, de vſucapion. habet vnifor-
mem vſucapionem, d. l. eum qui ædes. Sed actio
vi bonor. raptor. cùm ſit duplicis naturæ, partim
eſt pœnalis, partim perſequutoria. Ideò duplicem
habet præſcriptionem, d. §. j. ſuprà, vi bonor. ra-
ptor. Planam illius Brocardi interpretationem
potes diſcere ex Bartol. in l. cēturio. ff. de vulgar.
58 & pupillar. ſubſtitut. † Sed perſcrutati ſuccurrit,
quare fur manifeſtus grauius puniatur quàm ra-
ptor, cùm raptor quàm fur manifeſtus ſit magis
improbus propter vim in rapiendo illatam. Ra-
ptor pluſquam fruſtrator eſt dicendus: argum. l.
merito. in fine. ff. de vi & vi armat. Benignius ta-
men leges egerunt contra raptorem quàm con-
tra furem manifeſtum: cùm in quadruplo, quo
punitur fur manifeſtus, non inſit ſimplum: totum
enim eſt pœna: ſecus in quadruplo. propter quod
agitur contra raptorem. Angelus hîc rationem
59 differentiæ eſſe cenſuit: † quia furta manifeſta
committuntur frequentius quàm rapinæ. Ideò il-
la leges voluerunt acerbius puniri, l. aut facta. ff.
de pœnis. Reſpexerunt enim Iureconſulti delin-
quendi conſuetudinem: quæ peccata aliis alia de-
teriora redduntur, c. final. extrà, de conſuet. Hæc
ratio diuerſitatis aquā è pumice poſtulat dupli-
citerque eſt damnanda. Primùm, quia ſi hîc eſſet
conſuetudo furandi tantùm inſpicienda, fur non
manifeſtus durius eſſet caſtigandus, quàm mani-
feſtus. cùm maior ſit numerus furum non mani-
feſtorum, quàm manifeſtè furantium: quod ſanè
experientia conuellit. Secundò facti ipſa euiden-
tia monſtrat tam frequenter in orbe graſſari ra-

pinas

pinas,quàm furta manifeſta: n.nniuſque laudáda
eſt eorum npinin,qui aſſerunt id.ò raptorem le-
uius puniri fure manifeſto,quòd ſe in periculum
60 conijciat per vim rapiendo.† cùm nunquam ſit
iure ciuili parcitum his, qui culpa propria ſe in-
uoluerunt in neceſsitatibus, l. ſi fideiuſſor. §.j.ff.
61 qui ſatiſdare cogantur.† Superuenit demum
Rodulphus aurienſis,qui quæſtionis ambiguita-
tem cupiens diſſoluere,in Syrtes miſerrimè inci-
dit:verum eſſe negans,raptorem leuius puniri fu
re manifeſto, cùm raptor præter actionem,quæ
ex edicto de vi bonorum raptor. deſcendit,furti
manifeſti etiam poſsit conueniri, l. ſi vendidero.
§.cum raptor.ff.de furt.vbi,cùm raptor omnimo
do furtum facit,fur manifeſtus eſt dicẽdus.Erra-
uit bonus vir ille cùm Papinianus ibi non dixe-
cit ſimpliciter raptorem eſſe furem manifeſtum:
ſed ita demum, ſi furtum omnimodo fecerit,id
eſt,rapiendo ſuum animum expleuerit: quod ita
fiet,ſi poſt impletam rapinam cum re ipſa fuerit
deprehenſus.Quo caſu etiam fur poteſt dici ma
nifeſtus,l.iij.ff.de furt.& præter actionem vi bo-
norum raptorum,furti manifeſti poterit actione
conueniri. Ex alio itaque fonte nobis quęrenda
62 eſt ratio.quam Iaſon penitus ignorauit.† Ra-
ptor autem,cùm vi aliquid ablaturus eſt, volunta
tem habet vim inferendi,& tentandi vires illius,
in quem rapinam exercere vult:quo caſu is qui
vim infert, neceſſe eſt vt vim ab aduerſario pa-
63 tiatur. † Omne enim agens (teſte Ariſtotele) in
64 agendo repatitur.† Idcircò propter contrariam
violentiam illatam ab eo qui rapinam patitur,
crimen violentię raptore commiſſum leuius exi
ſtit.Non igitur eſt iniquum, grauius manifeſtum
furtum dici.Adde præterea,furtum manifeſtum
alia ex parte eſſe atrocius rapina. Nam cùm fur-
tum manifeſtum clàm perpetretur,ſaltem propo
ſito,rapina autem non ſit occulta, ſicut furtum,
magis erit in poteſtate noſtra rapinæ damnum
euadere, quàm furti. Tolle exemplum inele-
65 gans.† Homicidium,quod gladio committitur,
non eſt tam deteſtabile,quàm illud eſt quod ve-
neno infertur,l j.C. de math. & malef non alia
ratione,niſi quòd facilius eſt euitare homicidiũ
gladio perpetrandum,quàm veneno: eademque
ratione dici oportet non eſſe tam deteſtabile cri-
men rapinæ. quàm furtum:quòd rapinam faci-
lius,cùm vis inferatur, fugere valeamus, quàm
66 furtum quod clàm infertur.† Et quia ſermo iá-
pridem factus eſt de actionibus mixtis,partim
perſequutorijs,quantum pertinet ad hunc ȝ.mix-
67 tarum actionum duo ſunt genera.† Quædam
ſunt mixtæ initio inſpecto, id eſt,cùm primum
ſint natæ:vt actio vi bonor.raptor.quæ quoquo-
modò eſt mixta,tam principio quàm fine perpen
ſis: quędam ſunt mixtæ tantùm, fine inſpecto.
Simplices autem ſunt ſecundùm principium ſuæ
natiuitatis: vt actio depoſiti.quod factum eſt in-
cendijs cauſſa.ſimplex eſt:ab initio datur ad ſim
68 plum tantùm. † Sed ſi depoſitarius ſe accediſſe
negauerit,huiuſmodi actio creſcit per inficiatio-
nem. § ſequens.ſuprà,eod.l.j.§.merito.ff. depoſit.
Idem eſt in actione ex teſtamento,quæ pro lega-
tis competit, relictis pijs & venerabilibus lo-
69 cis:† quæ actio in ſimplum datur, ſi hæres boná
fidem agnouerit.Quòd ſi vſque ad iudicium hæ-
res diſtulerit. hæc actio,quæ ab initio erat perſe-
quutoria ad ſimplum tantùm,poſteà ad duplum
competet.Erit igitur poſtea mixta.Alteratur hæc
actio propter hæredis improbitatem legatum no
lentis ſoluere: Ergo actio,quæ ſecundum natu-
ram ſimplex eſt & perſequutoria,per accidens in
odium debitoris, mixta deinde efficitur, id eſt,
partim pœnalis,& partim perſequutoria.Cæte-
rùm hæc actio,quæ pro legatis competit, quę ad
pias cauſſas ſunt relicta,duplici innititur fauore:
partim vltimarum voluntatum,quas exactè ob-
ſeruari intereſt Reipublicæ, lege vel negare.ff.
quemadmod teſt.aperiant.partim fauore piarum
cauſſarum fulcitur legatum ad pias cauſſas reli-
70 ctum.† Quòd ad animæ redemptionem attinet,
aut maximi Dei honorem.Bartol.in l.ſi quis Ti-
tio.ff.de legat.ij hæc maximè intereſt ſeruari.Om
nia enim iura plena ſunt fauoribus, quos habet
iuris diuini diſpoſitio, l.vt inter diuinum.C.de
71 ſumma trinit.& fide cathol.† Ideò quia magis
peccat hæres non ſoluendo illa legata pia,quàm
ea quæ ſunt ad prophanos vſus relicta,in duplum
ob ſuam procaciam damnatur hæres: negligentia
tamen hæredis non ſoluentis cætera legata,pœna
non caret: quia ſi admonitus, ea infra annum
procraſtinauerit ſoluere, omni emolumento hæ-
reditatis priuatur, in authent hoc amplius.C.de
72 fideicomm.Vetus extat quæſtio:† Num idem ſit
in legato in honorem ciuitatis relicto, quod in
legato piarum cauſſarum: an creſcat in duplum
propter hæredis procaciá, qui mauult iudicium
pati,quàm illud legatum ſoluere.Et idem eſſe ple
rique ſunt arbitrati:quia diſpoſitio,quæ ius pu-
blicum reſpicit,non habet minorem authorita-
tem,quàm ea quę diuinum reſpicit honorem:cu-
iuſmodi ſunt legata ad pias cauſſas relicta, l.final.
C.de ſacroſanct.eccleſ.Id tria regula ſuadet:quà-
do duo viciſsim ſunt æquiparata,ius in vno ſta-
tutum, in reliquo habet locum: gloſ.in l.ſi quis
ſeruo in fine. C.de ſeru.fugit.Et quia legatum in
honorem ciuitatis relictum,diſsimile non eſt le-
gatis relictis ad pias cauſſas, vt iá ipſi docuimus:
in duplum igitur erit condemnandus hæres,ſi
ante iudicium acceptum non ſoluerit legata in
honorem ciuitatis relicta. Intereſt enim noſtra
decorem ciuitatis ſaluum eſſe: vt not.in l.vnica.
de maiuma. lib. xj.C.& in l.ciuitatibus.ff de le-
73 gat.j.† In hanc ſententiam ego pedibus item, ni
ſi pœnalis hæc eſſet conſtitutio:cuius cotempla-
tione ego abhorrui ab opinione illorum.† Pœ-
næ ad caſus omiſſos non ſunt ampliandę:quin
potius reſtringendæ, l.interpretatione.ff. de pœ-
nis. Et licet hæc diſpoſitio partim ſit fauorabi-
lis, & partim odioſa: fauorabilis,eò quòd metu
pœnæ hęres compellitur ad inſeruiendum hono
ri ciuitatis,& retinendum illius decorem:eſt qui-
dem hæc diſpoſitio odioſa propter multiplicatio
nem pœnæ nomine contingentem : quam am-
pliationem (credo) ad hunc caſum omiſſum non
prætermiſiſſet imperator, ſi illius in animo fuiſ-
ſet huius §.pœnam ad legata relicta in honorem
ciuitatis pertinere.argum.c.ad audientiam extrá,
de decimis.Et quamuis ſit fauorabilis,quia eſt o-
dioſa propter pœnam, magis habenda eſt ratio
odij, quàm fauoris, ne in detrimentum hæredis
hanc pœnam largiorem reddamus.Et quia ſu-
mus in facto minus propitio & benigno,ad
omiſſum caſum non extendemus diſpoſitionem,
etiam ratione ſuadente: Bartol.in l.Gallus.§.&
quid ſi tantum. ff.de poſthum. Nec mouemur

iam

Ad §. Quædam.

iam dicta regula ex d.l.ſi quis ſeruo. quia argu-
mentum illud de extẽſione æquipatatorum,per-
dit ſuas vires.quando odioſus eſt caſus.Ita inter-
pretes in prædictis locis.Demùm ne aliquid ipſi
prætermittamus,quod ad ſenſum §.pertineat, de
actione legis Aquiliæ expedit dicere, quæ in fa-
ctum dicitur quando damnum eſt datum de cor-
pore in corpus:aut ſi alio modo damnum fuerit
illatum,quàm de corpore in corpus,vtili actioni
locus erit,§ fi.ſuprà,de lege Aquilia. Hæc actio
datur,vt damni illati reſarciatur æſtimatio,l.legis
75 Aquiliæ actio.ff.ad legem Aquiliam.†Hæc actio
poteſt ab initio eſſe mixta partim pœnalis, par-
tim perſequutoria:quia agitur quãti plurimi res
valuit toto tempore anni:vt ſi Coclitem ſeruum
meum occideris qui retro ante annum acutè vi-
debat,teneris non tanti quãti erat toto tempore,
quo fuit occiſus,vt hic ait Imperator,reſpectu æ-
ſtimationis,qua res erat tẽpore dãni illati. Actio
eſt perſequutoria reſpectu actoris,quia ipſi abeſt
ſed reſpectu æſtimationis qua erat retrò toto tem
pore anni,eſt pœnalis ex vtraque parte:quia non
adeſt reo,nec abeſt actori,habita ratione tempo-
ris præcedentis: Nonnunquam actio in factum
ex l.Aquilia,ab initio eſt perſequutoria, tantùm
ex parte actoris,licet ex parte rei ſit pœnalis: Sed
ab euentu erit mixta:ex parte actoris,partim per-
ſequutoria,partim pœnalis: videlicet ſi reus ſe
damnũ feciſſe negauerit:creſcit enim actio pro-
pter inficiationem ab euentu:ergo propter nega-
tionem illius,qui damnum tulit,hæc actio altera-
tur.Quare reſpectu ſimplici perpetua erit.ſed re-
ſpectu pœnæ,tãtùm annalis,§.j.ſuprà,de vi bono.
raptorum.

Ad §. Quædam.

SVMMARIA.

1 Aliud genus actionum mixtarum.
2 Hoc genus actionum mixtarum dicitur multis rationibus.
3 Quod commune eſt,meum eſt.
4 Hic mixtæ dicuntur,non propter pœnam & rei perſequutionem,ſed quia reales & perſonales ſunt mixtim ſecundum Petrum.
5 Familiæ herciſcundæ habet locum inter bonorum poſſeſſores.
6 Communitas eſt mater diſcordiæ.
7 Diſcordia quam parit communio,eſt fomes multorum malorum.
8 Infœlicitas temporis Plutarchi.
9 Pacto non poteſt fieri, vt inter cohæredes non diuidatur hæreditas.
10 Quando ſit obediendum præcepto teſtatoris.
11 Quæſtio an facultas hæreditatis diuidendæ poſſit præſcribi.
12 Solutio.
13 Recognitio,qua ſocius ſocium & cohæres cohæredem recognoſcit, in communione interrumpit præſcriptionem.
14 Oppoſitio.
15 Actio præſcribitur à tempore ſuæ natiuitatis.
16 A pacto negatiue ad præſcriptionem licita eſt argumentatio.
17 Quando diſpares ſunt ætate cohæredes,ad quem eligendi facultas pertinet.
18 Fiſcus eſt maior priuato.
19 Abrahæ paradigma.
20 Authoritas diui Auguſtini.
21 Sorte eſt diuidenda hæreditas.
22 Fratrum quæ ſit concordia.
23 Conuulſa opinio criminis.
24 Fieri non poteſt vt res ad æqualitatem diuidãtur.
25 Res immobiles non ſubiiciuntur ponderibus & menſuris.
26 Minoribus nõ fauetur in detrimentum maiorum.
27 Paruo epiſcopatum fauetur.
28 Anthypophora.
29 Aetatis inæqualitas in hæreditate diuidenda, non eſt attendenda.
30 Exempla ſanctorum in iure ciuili non ſunt trahenda ſimpliciter.
31 Opera conſili non ſunt neceſſaria.
32 Quale eſt officium iudicis in iudicio Familiæ herciſcundæ.
33 Libri improbatæ lectionis non diuiduntur inter hæredes.
34 Sententia eſt titulus ad dominij tranſlationem ſufficiens.
35 Inæqualitas hæredum non eſt inducenda, niſi defunctus voluerit.
36 Differentiæ inter has actiones mixtas.
37 Vtilitas actionis Finium regundorum.
38 Ager nimis latus aliquando diuiditur vt commodè colatur.
39 Pœna illius qui limites agrorum occultat.
40 Amotio termini poteſt iudicio criminali proponi.
41 Qua ratione in hoc iudicio læſis ſuccurratur.
42 Dolus dans cauſam iſtis tribus iudiciis, ea nulla reddit.

PERSEQVITVR hic Iuſti-
nianus aliud genus mixtarum actio-
1 num,† quæ ideò mixtæ dicuntur pro-
pter coniunctionem defenſoris cum
actore:& tres numero ſunt tantũ,videlicet Fami
liæ herciſcundæ Communi diuidundo, & Finiũ
regundorum. † Mixtæ dicuntur, non vno modo
2 tantùm, ſed diuerſis conſiderationibus:quarum
vna eſt, qua vterque eſt actor. vterque etiam
reus.l.in tribus iudicijs.ff. de iud. Ratione partis
meæ ſum reus,quia in ea habet ius ſocius vel co-
hæres:reſpectu autẽ partis ſocij vel cohæredis,in
qua ego etiam habeo ius fungor partibus actoris.
Ante diuiſionem nulla pars rei communis po-
teſt ad ſenſum aſsignari, in qua vterque ſocius
aut hæres non habeat partem,l.Mæuius.§.duo-
bus.ff. de leg. ij.Propterea vulgari regula eſt re-
3 ceptum, † vt quod commune eſt, ſit meum,l.
ſerui electione. §. fin.ff.de legat.j.Et quia vter-
que poſsidet corpora communia,eo reſpectu eſt
vterque reus:actor autem eſt propter petitionem
4 partis ad ſocium pertinentis. † Petrus hîc dicit
has actiones alio reſpectu mixtas eſſe: nẽpè quòd
ſint

miliæ herciſcundæ, cùm ex quaſi contractu hæres
cohæredi teneatur, §. cùm inter aliquos. Inſt. de
oblig. quæ ex quaſi contract. naſcuntur. Realis
eſt etiã inſtar petitionis hæreditatis, quæ eſt mix-
ta, l. hæreditatis. C. de petit. hæred. Hic tamen Pe-
tri opinionem meritò eſſe explodendam exiſti-
matum eſt: quòd cùm in nulla parte naturam ſe-
quatur actionum realium, quarum vis eſt, vt con-
tra quoſcunque poſſeſſores dentur, l. j. §. hæres. ff.
5 ad Trebellianum. † & tamen actio familiæ her-
ciſcundæ non egreditur perſonam hæredum, l. j.
circa finem. ff. familiæ herciſcũdæ. quãuis familiæ
herciſcundæ nõ egreditur perſonã hæredum, l. j.
circa finem. ff. familiæ herciſcundæ. hæc actio in-
ter ſucceſſores honorarios, id eſt, bonorum poſſeſ-
ſores, habeat locum, l. ſed & eius. in fine. ff. familiæ
herciſcundæ: quia ipſi ſunt hæredum loco, §. præ-
tor. Inſtitut. de bonor. poſſeſſ. Hoc autem iudiciũ
in gratiam hæredum lex. xij. Tabularum ſanctiſ-
ſimè reperit, ne in communione hæredes perpe-
tuò manere cogantur, l. fin. C. communi diuidun
do. qua ratione id ſancitum eſt, ne inter hæredes
6 diſcordiæ naſcantur: † Eſt enim diſcordiæ cauſa
communitas, l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de le-
gat. ij. Eſt item communitas negligentiæ mater: ſi-
quidem vitium eſt naturale, vt quod commune
eſt, negligatur, l. ij. C. quando & quibus quarta
7 pars debeatur. li. x. † in re enim communi contra-
riæ ſæpè voluntates, multorum malorum fœmitẽ
& anſam generant: doct. in l. de fideicommiſſo.
8 C. de tranſaction. † Ideò exclamat Plutarchus in
infœlicitatem ſui temporis, quo ſatis non erant
iudicia familiæ herciſcundæ, vt vix fluminibus ac
montibus dirempti cohæredes, etiam fratres, poſ-
ſent quieſcere. Lachrimandi occaſionem haberet
ille, ſi videret raram fratrum noſtri temporis cõ
cordiam. Quare vt malis futuris ite obuiam co-
hæredes poſsint, eos minimè obtemperaturos ini-
quæ voluntati teſtatoris exiſtimauerim. ſi vetue-
9 rit ne hæreditatẽ inter ſe diuidant. † Quod pacto
fieri non poteſt, teſtator non poterit conſtituere:
not. in l. nemo poteſt. ff. de legat. j. pacto tamen
nõ poteſt diſponi, vt in communione ſemper ſte-
tur, l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. ff. commu-
ni diuidundo. Non igitur valebit prohibitio te-
ſtatoris, ne hæredes ad diuiſionem procedant.
10 † Adde præterea non eſſe ſtandum præcepto te-
ſtatoris, niſi iuſtis de cauſis ad præcipiendum fue-
rit motus, l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. j. Hic
non poteſt iuſta cauſa ſubeſſe, cur in communio-
ne perpetua ſint conſtantes hæredes, vt ante nos
demonſtrauimus. Reiicienda igitur eſt ea prohi-
bitio teſtatoris. Prætermittere non debemus ve-
11 terem illam quæſtionem: † An ſi cohæredes tri-
ginta annis in communione hæreditatem poſſe-
derunt, vtrum rigore præſcriptionis amiſerunt
facultatem diuidendi, cùm ſit hæc actio ciuilis ex
legibus duodecim Tabularum orta, lege prima. ff.
famil. herciſcundæ ciuiles actiones metas trigin-
ta annorum non egrediuntur, l. omnes. l. ſicut. C.
de præſcript. xxx. vel xl. annor. Igitur poſt trigin-
ta annos non poterit alter cohæredum diuiſio-
12 nem petere. † Nos tamẽ æquius arbitramur poſt
triginta annos præreptam non eſſe facultatem
diuidendi: quia quandiu communiter hæredi-
tatem poſsident, vterque alterum ſocium & co-
hæredem cognoſcit: alioquin non pateretur il-
13 lum in communione manere: † quę recognitio
Præſcriptionis curſum interrumpit. l. cum notiſ-
ſimi. §. ſed & ſi quis. C. de præſcr. xxx. vel xl. ann.
14 † Nec me terret, ſi dicas, Ius diuidendæ hæredi-
tatis per modum facultatis competit: iura au-
tem facultatis præſcribũtur, ſi volens ea facul-
tate vti prohibitus fuerit, l. cum notiſsimi. §. il-
lud. C. de præſcrip. xxx. vel. xl. ann. Igitur ſi vnus
cohæredum petierit diuiſionem, alter autem con
tradixerit, quòd à tempore contradictionis præſ-
ſcriptioni locus eſſe poterit, dolum ille cohæres
contradicendo videtur facere, & ita ad diuiſio-
15 nem tunc actio naſci videtur. † Actio præſcribi-
tur tantùm à tempore ſuæ natiuitatis, l. in rebus.
§. omnis. C. de iure dotium. Duo tamen hic ſunt
quæ hoc argumentum conuellunt, impediũtque
præſcriptionem, videlicet futuri mali occurſus,
necnon legis prohibitio. Quantum ſit momen-
ti in primo, ſatis eſt perſpicuum, quia preſcri-
ptio non habet vllum vigorem, ex qua ius par-
tium delinquendi induceret occaſionem, c. cum
non liceat. extrà de præſcription. ſed ſi ſublata eſ-
ſet facultas diuidendi hæreditatem per præſcri-
ptionem, multæ diſcordiarum naſcerentur occa-
ſiones, d. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. ij.
Prętereà legis prohibitio: hic obſtare videtur: quę
ſatis apparet ex eo, quòd pacto non poteſt con-
ſtitui, ne vnquam hæreditas diuidatur, d. l. hoc
iudicium. §. ſi conueniat. ff. communi diuidund.
16 † Eadem etiam ratione præſcriptione non pote-
rit introduci: quæ enim pacto prohibentur, præ-
ſcriptio non poteſt introducere: Bart. in l. nemo
poteſt. ff. de legat. j. Idem in lege prima. ff. de vſu-
capion. Nam præſcriptio bono publico eſt in-
troducta, d. l. j. ff. de vſucapion. Hominum con-
cordia bonum etiam publicum reſpicit: quę con-
cordia aboleretur, ſi hoc iudicium eſſet præſcri-
ptione ſublatum. Nam hac ratione, quod fauore
Reipub. eſſet introductum, in illius odium retor-
tum eſſet contra l. quod fauore. C. de legibus.
Oportet igitur concludere, quòd ſi fratres cen-
tum annis communiter poſſediſſent hæreditatẽ,
ſiue vnus petierit diuiſionem hæreditatis, ſiue nõ
17 hoc iudicium familiæ herciſcundæ præſcriptione
non eſſet ſublatum. † Vlgaris quæſtionis modo
eruenda eſt veritas. Si duo ſunt fratres cohære-
des in ætate diſpari conſtituti, an à maiore na-
tu partes ſint diuidendæ, & ad natu minorem
electio pertineat. A ruſticis ſemper eſt obſerua-
tum electionem eſſe minoris natu: & ita Barto-
lus putauit in l. vnica. argument. illius textus. C.
de his qui ſe deferunt. lib. x. Nam ſi mulier hæres
grauata fuerit incapaci hæreditatem reſtituere,
& bonam fidem ſe deferendo fiſco agnouerit,
commodum quartæ ex illo teſtamento accipiet:
fiſci procurator diuidet: mulier autem partem
ſibi competentem eliget. Quod non alia ratio-
18 tione factum eſt, † niſi ob inferiorem mulieris
cum fiſco ſtatum. Solet in hac re allegari c. j. ex-
trà, de parochiis: vbi terræ conuerſę ad fidẽ Chri-
ſtianam, poſt factam diuiſionem, electio ad mi-
norem epiſcopum pertinet. Quare nos etiam hic
vrgente ſimili ratione, fratri minori non tribue-
19 mus electionem diuiſarum partium. † Præterea
nobis non deeſt Abrahæ Patriarchę exemplum,
qui patrimonium à maioribus acceptum, in par-
tes diſtribuit æquas: eligendi facultatem Lot fra-
tri iuniori tribuit. Et ita eſſe diuidendam hære-
20 ditatem inter fratres. † Diuus Auguſtinus ſcribit
in lib.

in lib. de ciuit. Dei. Et licet ciuili conſtitutione
contraria extaret deciſio, habenda hic eſſet ratio
diui Auguſtini ſententiæ, maximè quod ſit fulci-
ta authoritate Veteris Teſtamenti: gloſ. in cap. in
libellis xx. diſtinction. Hæc argumenta licet ro-
boris plurimum habere videantur, hanc tamen
opinionem rectam nobis demonſtrare non poſ-
21 ſunt, † cùm ſortis fœlicitate potius quā electio-
ne, ſua cuique pars ſit tribuenda, l. ij C. quando &
quib. quart. pars lib. x. Iudiciū enim ſortis in iure
ciuili nonnunquam diſſenſiones ciuiles dirimit,
l. iij. C. commun. de legat. Et eo magis illa opinio
refellenda eſt, quòd in fructibus æqualitatem nō
inducat: quam in maxima commendatione ha-
22 buerunt Iureconſulti, † potiſsimùm obſeruan-
dam fratrum concordiam l. illud. C. de collatio.
l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. Quòd ſi ad iu-
niorem electio pertineret, maiorem natu ſupera-
ret, cùm corpora hæreditaria ex æquo & ad amuſ
ſim diuidi non poſsint, vt pares portionibus ſint
omninò æquales: quia niſi aliquo interueniente
medio, non poſſunt ad æqualitatem peruenire.
Et id in mentem veniſſe iureconſulto videtur in
23 l. j. ff. de contrah. empt. † Nemo enim tam ſenſu
24 communi validus eſſe poteſt, † vt partium inę-
qualitatem ad oculum acutè poſsit diiudicare:
ad cuius inæqualitatis perſpicientiam libras &
25 pondera veteres ſagaciſsimè inuenerunt. † Sed
quia in rebus ſoli libræ & pondera quicquam nō
operantur, ideò rerum immobilium inæqualita-
tes non planè cognoſcuntur. Lex igitur fratres fa-
ciet inæquales, quos teſtatoris voluntas in rebus
hæreditarii æquales reddidit. Cęterùm hęc opi-
nio errore non caret: præſupponit enim ad fra-
trem grandiorem natu diuiſionem pertinere. In
hoc iudicio nullus præter iudicem corpora hære-
26 ditaria diuidat, §. fin. infrà, de officio iudic. † Nec
tantum fauetur minoribus natu, vt fauor à iure
illis conceſſus, in detrimentum alterius fratris
retorqueatur: argum. c. ex tenore. extrà, de foro
competent. Nec me mouent rationes, quibus an-
tecedens munita eſt opinio, l. vnica. C. de his qui
ſe defer. Non poteſt huic quęſtioni accommoda-
ri, cùm illius ſpecies loquatur de perſonis maxi-
mè inæqualibus, nēpè fiſco, & muliere, quæ quar-
tam partem debet habere: fiſcus autem reliquum
hæreditatis habebit. Eadem etiam ratione cap j.
extrà de parochiis, loquitur de perſonis in iure
27 epiſcopali diſparibus. † Nam id expoſcit eccleſiæ
fauor, vt qui habet ſtritiſsimum epiſcopatū, par-
tem ſibi magis congruentem eligat, vt illius epiſ-
copatu commodè ampliato, diuinis rebus inſer-
uiendo, in eo creſcat fauor religionis. Idcircò ma-
gna eſt ratio quę pro religione facit, l. ſunt perſo-
næ. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Quę ratio cum
in fratribus diuidentibus hęreditatem non inue-
niatur, illarum legum rationem malum eſſet huic
28 quæſtioni applicare. † Et ſi dicas fratres fieri ęqua-
29 les, ſi maior natu minori conceſſerit, † quia inæ-
qualitas ætatis cum electione minori conceſſa
compenſatur, timenda non eſt hæc ratio, quia li-
cet fratres propter ætatem ſint inæquales, in om-
nibus tamen emolumentis eos lex voluit eſſe pa-
res, niſi euidens ſit contraria voluntas teſtatoris,
l. Lucios. ff. de vulg. & pupillar. l. quamuis. C. de
imp. & aliis. Demum vim non facit gloſ. in d. c. in
libellis. Gloſſæ probabile & non neceſſarium ar-
30 gum. faciūt: † exemplumque Abrahæ præiudica-
re non poteſt. Nam illud exemplum eſt volunta-
rium, non autem neceſſarium. Non enim locus
Bibliorum electionem ad Lot ętate minorē per-
31 tinuiſſe aſſerit, ſed Abrahā ei ſponte dediſſe: † ope-
ra enim quamplurima conſilij, ſancti illi patres
fecerunt, quæ poſteritas ſeruare non tenetur: alio-
quin differentia non eſſet inter opera præcepti &
conſilij: quod ſanè pluſquam rediculum eſt in
ſchola Theologorum. Theologorum. Eſto igitur
poſitio, quòd diuiſæ hæreditatis partium electio
ad minorem natu non pertinet. Videamus quale
32 ſit in hoc iudicio iudicis officium. † Id tale eſſe
nemo ambegit, vt res in hæreditate comprehen-
ſas, ſi commodam patiantur diuiſionem, in tot
partes diſtribuet, in quot diuidi ex teſtatoris vo-
luntate corpora hæreditaria æquum videbitur.
Æquas ſequeretur partes, ſi ex æquo ſint hæredes
inſtituti, aut ſi ab inteſtato ſuccedant. Quòd ſi
partibus inæqualibus eos teſtator nominauerit,
illius voluntatem vir bonus, id eſt iudex, in diui-
dendo inſequetur, nihilq; nō diuiſum relinquet,
l. ij. ff famil. ercíſcundæ. niſi fortaſsè venenum fue-
33 rit, † aut libri improbatę lectionis, l. cæteræ. ff. fa-
miliæ herciſc. Sunt tamen in hæreditate nonnun-
quam quædam corpora, quæ etſi diuidi poſſunt,
damnoſam tamen ſuſcipiunt partitionem, l. non
amplius. §. final. ff. de legat. j. id eſt ſi pars non af-
ferat tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam
reſpecto totius l. in exequutione. §. pro parte. ff.
de verbor. obligat Ob quæ incommoda euitan-
da iudex rem vni adiudicabit, alteri rei æſtima-
tionem, §. fin. Inſtitut de offic. iudicis. Adiudican-
do igitur in eum dominium transfert. Non igi-
tur ineptè Bartol. aſſerit in l. ex hoc iure. ff. de in-
34 iuſtit. & iur. † iudicis ſententiam titulū eſſe ſuffi-
cientē ad dominij trāſlationem, cùm in eum, cui
fit adiudicatio, dominiū rei adiudicatæ transfera-
tur, ſi defunctus in ea re dominiū habuerit. Quòd
ſi à cohęrede res fuerit euicta, cui eſt adiudicata:
an alter cohęres, cui traditum eſt dimidium pre-
tij rei adiudicatę, de euictione alteri ſit obligatus?
Et ipſum teneri eſt ęquiſsimum, l. ſi familiæ. C. fa-
miliæ hærciſcundæ † Re enim à nobis euicta, pe-
35 rinde eſt ac ſi nobis traditum nihil eſſet: vt ſatis
titulus ille indicat, ff. de euiction. Idcircò im-
modica eſſet inæqualitas inter cohæredes, ſi is, cui
prætij pars à cohærede tradita eſt, rei euictæ di-
midiatum pretium non refunderet. Iiſdem ferè
regulis continentur actiones Communi diui-
dundo, & finium regundorum: quas in iudicio
36 Familię herciſcundę recenſuimus. † Hoc tamen
iudicio inter ipſas diſcrimen eſſe conſtat, quòd
Familię herciſcūdæ actio iudicio vniuerſali pro-
ponatur. Competit cohęredibus, d. l. ij. famil her-
ciſcund. Hæredum enim ſucceſsio vniuerſalis eſt
titulus. l hæreditas. ff de regul iur. Actio autē co-
muni diuidundo, & Finium regundorum, particu-
laria iudicia conſtituunt, vt ſuis manifeſtum eſt
titulus, ff. communi diuidundo, & finium regun-
37 dorum. † Hęc actio Finium regundorū eſt vici-
nis agrorum admodū vtilis propter limites agro-
rū ſeparādos: noſtra enim intereſt, agros limitib⁹
certis eſſe diſtinctos, vt fiat ſeparatio eius quod
eſt meū, ab eo quod eſt tuum: cùm reipublicæ vti-
litatem reſpicit, ne rerum dominia ſint ſub incer-
38 to, l. j. ff. de vſucap. † Agri, qui nimis vaſtam ha-
bent amplitudinem, vix vtilem reſpiciunt cul-
turam, l. Gaius. § Titius. ff de legat. ij. Vt igitur
ampliu-

amplitudo agrorum,quæ agriculturæ eſt parum
conueniens ,aut ſtricta modicitas ſit manifeſta,
39 hac actione agrorum limites apparebunt: †quos
qui ruperit,aut alio modo occultauerit , in eum
multiplex datur actio: vel Finium regundorum
poteſt actio dari,aut limites mu..ndo aliquantu-
lum terræ ſubripuerit , condictio ex lege contra
ipſum datur,vt id reſtituat,vt tãtundem amplius
l.ſi conſtiterit.C.finium regundorum.Quam pœ
nam is ſubſtinebit,non tantùm propter furtum
ablati limitis,ſed quia in odium accepti iudicii
& litis conteſtatæ ſummotos eſſe terminos præ-
ſumimus. Dupli pœna termini motor tenetur,d.
40 l.ſi conſtiterit. † Datur deinceps contra illum
criminis accuſatio,l.j.ff.de termino moto. Vlti-
mo loco contra eum qui euulſit terminos, pœna
à Cæſare eſt ſtatuta quinquaginta aureorũ,l.lege
agraria.ff.de termino moto.An ſi in prædictis tri
bus iudiciis diuiſio ex æquo facta non fuerit,vt al
ter hæredum vel ſociorum minus ſibi eſſe adiudi
catum conqueratur,& partem ſocii eſſe maiorem
doleat,ſit inſtauranda diuiſio hac in re?Ego puto
41 eſſe diſtinguendum: † Aut dolus,vel fraus vnius
partis cauſſam dedit huic inæquali diuiſioni:quo
caſu quia eſt nulla,altero iudicio inæqualitas eſſet
reficienda : quæ reſtitutio non tantùm minori-
bus prodeſt , verùm etiam ætate maioribus,
42 l.maioribus.C.commun.vtriuſque iudic. † Do-
lus enim inficit hos contractus bonæ fidei, l.&
eleganter.ff.de dolo malo.Quòd ſi dolo minimè
interueniente,facta inæqualiter diuiſio fuerit,ſed
inconſultè,eo modo facta diuiſio erit ſuperflua,
quaſi prius facta.prætextu erroris:Bartol.in l.j.§.
j.ff.ſi menſ.fal. mod.dixer. Nam ſi in calculo
computationis error veritatem numeri obumbra
uerit, alia computatione ſupplebitur ex errore
proueniens defectus,l.j.C.de errore calcul. Ita
non diſsimili ratione dicendum eſt in diuiſio-
ne inconſultè facta,vt alia diuiſione iuſtiore dam
num læſo reſarciatur.

Ad §. Omnes.

SVMMARIA.

1 Diminuendæ ſunt pœnæ.
2 Pœnæ ſunt loco eius quod intereſt.
3 Pœnæ leuiores creditoribus magis proſunt, quàm ſi ſint ingentes.
4 Pœnæ non extendunt quadruplum.
5 Pœnæ ſiue legitimæ , ſiue conuentionales, non excedunt quadruplum.
6 Pœna legitima citius remittitur quàm conuentionalis.
7 Elegans ratio.
8 Dubitandi ratio.
9 Communis ſolutio.
10 Referri putant plurimùm, quibus verbis pœna concepta fuerit.
11 Exceptio,pœna adiecta prope obligationem quantitatis , præſumitur appoſita in fraudem vſurarum.
12 In Verrem Cicero de pœna octupli.
13 Harũ pœnarũ differẽtia ĩ verbi diſcrimine cõſiſtit.

14 Ratio noua communis differentiæ.
15 Cõmunis opinionis confutatio,quòd nõ refert quibus nominibus pœna ſit impoſita.
16 Leges ſunt impoſitæ in gratiam rerum, & non nominum.
17 Legi non eſt facienda fraus.
18 Fœneratores vſurarum voragine abſorbent opes ſingulorum.
19 Corpora vſurariorum indigna ſunt eccleſiaſtica ſepultura.
20 Solutio obiectionis tacitæ.
21 Id quod intereſt, hodie eſt reſtrictum.
22 Differentia inter pœnam & id quod intereſt.
23 Inaudita quæſtionis ſolutio.
24 Quare pœna creſcit in quadruplum : id quod intereſt,tantùm in duplum.
25 Indiuidua & ſpecies non facilè multiplicantur.
26 Quare pœna adiciatur contractibus.

EFFRENATAM libidinem ampli-
andi pœnas ipſis creditoribus aufert Im
1 perator, † quarum magnitudo non de-
bet creſcere in immenſum,ne & ſortis & pœna-
rum ingenti pondere , abſorptis debitoribus v-
2 trunque creditores amittant.† Nam cùm pœnæ
loco eius quod intereſt,nonnunquam ſint ſubro-
gatæ,l.fina.ff.de prætor.ſtipulatio.id autem quod
intereſt,certos limites hodie debeat continere,l.
vnica. C.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.
Certis igitur limitibus debebunt pœnæ coerce-
3 ri.† Vtilius longè eſt creditoribus pœnas modi-
cas & temperatas exigere, quàm ſi debitores pœ-
narum magnitudine preſsi ſoluendo nullatenus
eſſent,arg.l.ſi non ſortem ff.de conditiun.indeb.
Quare actiones omnes,quibus nos in iudicio v-
timur,aut ſunt in ſimplum : & illæ ſunt rei per-
ſequutoriæ: quædam in duplum, quædam in tri-
4 plum,quædam in quadruplum: † vltrà autem nõ
extenduntur,quia non eſt aliqua actio,quæ qua-
drupli excedat quantitatẽ. Huius §.deciſio, quã-
uis plerique contrarium ſint arbitrati , in pœnis
tam legitimis,quàm conuentionum eſt obſeruan-
da. Quod particula Nulla,poſita in texto,perſpi-
cuè ſatis innuit,cùm inquit . Cùm vlterius nulla
actio extenditur: non diſtinguens an actio ſit ad
pœnam legitimam,an ad pœnam conuentiona-
lem.†Quin potius ego arbitrarer rationem Impe
5 ratoris in mente tacitam magis vrgere, ne in ſti-
pulationibus pœnæ comprehenſæ quadruplum
excedant,quàm ex legis tantùm diſpoſitione cõ-
miſſæ: cùm in paciſcentibus magis eſt effrenata
libido pœnas multiplicandi,quàm in legibus. Eſt
enim mitius cum lege negotium gerendum , quã
cum homine,l.Celſus.ff.de recept.arbit. †citiuſ-
6 que remittatur pœna legis authoritate commiſſa,
quàm placitis contrahentium: argu.l. ſi inſulam.
ff.de verbor.oblig iuncta l. traiectitiæ. §. de illo.
ff.de action.& obligat.† Et quia lõgè eſt amplior
7 legis in inducendo poteſtas,quàm paciſcentium:
ideò ſi legis miniſterio pœnæ commiſſæ quadru-
pli non excedant quantitatem,multò minus pœ-
næ in contractibus adhibitæ, quadruplo maiores
erunt. Intelligendus eſt igitur hic §. de omni ge-
8 nere pœnarum,tam legis quàm contractuũ. † V-
num tamen eſt argumentum magni momenti,

quod non paruam dubitandi occaſionem nobis
reliquit. Finge igitur per ſtipulationem equum
valentem centum mihi eſſe promiſſum: pœnali
ſtipulatione mille eſſe promiſſa. Si die ſtato non
præſtetur equus, hanc ſecundam ſtipulationem
valere nemo ambigit, l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.
de verbor.obligat.& tamen pœna quadruplo ex-
cedit quantitatem in rei principalem ſtipulatio-
nem deductæ. Igitur contra authoritatem huius
§.pœna quantitatem quadrupli excedit. Legi ego
neminem interpretum, qui ex vaſto gurgite veri-
9 tatem emergentem exhauſerit.† Aiunt diſtinguē-
10 dum eſſe,†qualia ſint nomina, quibus indicta eſt
pœna, totiúſque difficultatis nexum in verborum
diſcrimine eſſe. Aut eſt pœna indicta nominibus
ſimplicibus, quæ ad vnum numerum referũtur;
quo caſu pœna appoſita, quamcunque magnitu-
dinem ſuperare poteſt: vt niſi equum mihi dede-
ris, pœnæ nomine mille pondo dabis. Hanc pœ
næ adiectionem valere incerti iuris non eſt, licet
quadruplo excedat equi æſtimationem. Et id eſſe
verum omnibus placet, ſiue pœna fuerit adiecta
obligationi facti, dict.§.alteri.ſiue fuerit appoſita
prope obligationem ſpeciei: vt in præcedenti e-
xemplo, Niſi equum dederis, mille ſpondes, l.Lu-
11 cius.ff.de action.empt.† Quòd ſi pœna acceſſerit
prope contractum ſeu obligationem quãtitatis,
extant conſtitutiones, non valere pœnæ adiectio-
nem, quia in fraudem vſurarum adiunctam eſſe
præſumitur, l.cum allegas.C.de vſuris.l.Iulianus.
§.idem Papinianus.ff.de action.emptio. Quòd ſi
pœna fuerit adiecta nominibus multiplicatiuis,
vt duplum, triplum, quadruplum, pœna quadru-
pli ſimilibus adiecta nominibus, quantitatem ſu-
12 perare non debet, vt hîc Iuſtinianus ſanxit:†Inde
natum puto obbrobrium, quo Cicero Verrem
grauiter obiurgat in quinta actione, quòd deci-
manos in octuplo mutaſſet, eiſque lege ciuili ma-
13 iorem, quàm par eſſet, pœnam indidiſſet. † Hu-
ius differentiæ rationem, quæ in verbi diſcrimine
cõnſiſtit, ſi vera ſit, nemo eſt qui in apertum pro-
14 tulerit. Hanc nobis placet eſſe, † quia pœna no-
minibus multiplicatiuis indicta, vltra debitos fi-
nes pœnarum expreſsè & nominatim huius legis
conſtitutioni repugnat. Ideò non valet, cùm legis
aperta repugnantia omninò actum faciat corrue-
re, l.non dubium.C.de legibus Sed quando pœna
eſt indicta ſimplicibus vocabulis numerorum,
vt centum, mille, viginti, licet pœna quantitatem
quadrupli ſuperet, illius exactio eſt ſuſtinenda,
quia non expreſsè, ſed tacitè quadruplo rei debi-
tæ æſtimationem excedit. Finge equum principa-
liter promiſſum, centum valere coronatis, & pœ-
nalem ita conceptam ſtipulationem. Si equum
non dederis, ſexcentos dabis coronatos: pœna ex-
preſsè non eſt maior quadruplo, ſed implicitè tã-
tùm. Multa autem ſunt, quæ actum tacitè non vi-
tiant, expreſsè autem illius vires penitus deſtruũt,
l.nonnunquam.ff.de condit.& demonſtrat. Ius
patronatus eccleſiaſticum, expreſsè non eſt in ho
minum commercio: tacitè tamen, & in conſequē
tiã rei permiſſæ vẽdi põt.c.ex literis extrà, de iur.
patr. l.quædã.ff de acq rer.domi.l.ĩ modicis.ff. de
15 cõtrah emp.†Ego ĩ hoc loco ancipiti ſæp ſum ar
bitrat' oẽs noſtros interpretes fuiſſe errore lapſos,
necnõ impudentiſsimè diſtinxiſſe in hoc pœnarũ
genere nomina multiplicatiua à nominibus ſim-
plicibus, cùm ipſe ſecundùm iuris regulas credi-
derim pœnam non debere quadruplo eſſe maio-
rem, quibuſcunque verbis fuerit indicta, ſiue ſim-
plicibus, ſeu multiplicatiuis. Et abſurdum foret
hanc nominum diſtinctionem facere, quæ in to-
to iure nunquam eſt reperta, l.de pretio.ff.de Pu-
blic.in rem action.& mirum iſtud eſſet, cùm idẽ
ſenſus exprimatur verbis multiplicatiuis, quem
16 ſimplicia vocabula inducunt. † Hæc lex lata eſ-
ſet in gratiam nominum, non rerum, cúm rebus,
& non vocabulis ſint leges impoſitæ, l.ij. in fine.
C.communia de legat. Marcus Tullius in Topi-
cis inquit: Cùm res intelligitur, minus de nomi-
ne eſt laborandum: gloſſ.in l.ſecunda. in verbo
17 Vocabula.C.de conſtitut.pecun.† Cæterùm vera
ſi eſſet hæc diſtinctio, nullus non eſſet locus frau-
dandi hanc conſtitutionem: quia improbus fœ-
nerator, cùm proſpiceret ſe non poſſe ſtipulari
pœnam quadruplo maiorem per nomina multi-
plicatiua, eam per nomina ſimplicia ſtipularetur
centuplo maiorem: & ſic legi quadam calliditate
fraus fieret, quæ pœnarum indictioni certos can-
18 cellos & limites impoſuit, †ne phylargiri fœne-
ratores vſurarum voragine facultates ſingulorum
iniquiſsimè abſorbeant. Quis exiſtimaret beni-
gnitati iuris noſtri eam ſtipulationem congrue-
re, qua quis mille ſpopondit ſolares, ſi modicum
ſciphum vini non dederit: cùm pœnæ in ſtipula-
tionem deductæ nulla ſit proportio ad ciphum
19 principaliter promiſſum? †Quin potius ipſe cre-
diderim illorum cadauera eccleſiaſtica carere ſe-
pultura, & coruos voraces illorum eſſe monumẽ
ta & ſarcophagos: no. in c. quanquam. de vſur.
libro ſexto. Nec poſſunt doctores ab errore in-
conſiderato ſe defendere, cùm nuſquam ego le-
ctum meminerim pœnam ſimplicibus nomini-
bus indictam, quantũcunque magna ſit, eſſe præ-
ſtandum. Nec fidem faciunt §.alteri.nec.l Lucius.
ff de action. empti. & vendi. quia ſi mille earum
legum verba perpendantur, non probant pœnã
20 deberi, quæ quadrupli quantitate eſt maior. †Nec
obeſt huic noſtræ opinioni, ſi dicas id quod in-
tereſt poſſe in infinitum peti, l.videamus. ff.de in
litem iurand. Pœna autem ſuccedit in locum e-
ius quod intereſt, l.final.ff. de prætor.ſtipulation.
Idcircò etiam pœna poterit peti, licet fuerit im-
menſa. Hæc oppoſitio, licet obſtare videatur, du-
pliciter tamen refellenda eſt. Primùm, licet olim
id quod intereſt petendi effrenata libido legibus
non refragraretur, dicta l.videamus.ff.de in lit.iu
21 rando.†hodie tamen iuſtiſsimè compeſcuit Im-
perator, & ad certum temperauit modum, ſan-
xitque noua conſtitutione, id quod intereſt, non
excedere dupli quantitatem, l.vnica.C.de ſenten.
quæ pro eo quod intereſt. Ita Iuſtinianus vt ſi-
miles circuitus inextricabiles diſſolueret, licet
pœnarum quantitas olim fuiſſet Indeterminata,
dicto §. alteri. eam voluit ad quadruplum re-
22 ſtringere noſtro §.omnes. † Secundò loco dici
poteſt, non valere argumentum ab eo quod in-
tereſt, cùm pœna peti poſsit, ſi commiſſa pro-
betur, licet non interſit, §.alteri. ſuprà, de inu-
tili ſtipulatione. Id quod intereſt, nequaquam
eſt præſtandum, ſi non dilucidè, & non per am-
bages nodoſas fuerit probatum, dicta lege vnica.
Nec officit, quòd loco eius quod intereſt, pœ-
na fuerit ſubrogata, dicta l.finali. quod intelligi
debet reſpectu facultatis probandi, dicta l.fina-
li.ff.de prætoria ſtipulation. Quòd non omninò
pœna

pœna fuerit ſubrogata in locum eius quod inter-
eſt,euidẽter probatur,cùm pœna, & id quod in-
tereſt peti poſsint ſimul reſpectu ſaltem illius
quantitatis,qua vnum altero eſt maius,l. prædia.
ff.de action.empti. Vnde liquidò conſtat non in
omnibus pro eo quod intereſt, eſſe pœnam ſub-
rogatam.† Vltimo loco ſupereſt quæſtionis diſ-
23 ſolutio,quæ meum animum diutius excruciauit:
neminémque offendi,qui reuocauerit in dubium
quare id quod intereſt , redigitur in anguſtorem
quantitatem,nempè dupli,d.l.vnica.pœnam au-
tem ſub magis lata quantitate reſtrinxerit hîc Im
perator.cùm amplior deberet eſſe menſura eius
ꝙ intereſt,quàm pœna. Petitio enim quã pœnæ
odioſa eſt,l.interpretatione.ff. de pœnis. Id autẽ
quod intereſt,magis ex benignitate legum noſtra
rum quàm pœnarum odioſa multiplicatio. Hu-
ius difficultatis hæc mihi ſemper viſa fuit ratio,
quare id quod intereſt , reſpectu rei principalis,
24 non tantùm multiplicatur,quãtum pœna.† Pœ-
na vſque ad quadruplum poteſt creſcere noſtro
§.omnes. Id verò quod intereſt , ad duplum vſ-
que,d.vnica. Cur tam variè , id mihi in cauſa eſſe
apparuit: quia quod intereſt,rei principalis pro-
portionem ſequitur , & in locum rei principalis
ſuccedit obligatio ad id quod intereſt,l.ſi quis ab
alio.§.ſi.ff.de re iudic. Ideò, quia id quod inter-
eſt, rem ipſam principalem præ ſe fert, illáque eſ-
ſe videtur: idcircò tãtùm poteſt duplicari ſemel.
25 † Haud facilè ſpecies & corpora multiplicantur
l.planè.in j.§.j.ff.de legat.j.l. Mæuius. §.cum qui.
26 ff.de legat.ij †Diuerſum tamen eſt in pœna, quæ
contractibus ſolet adiici,non ſecundùm propor-
tionem rei principalis,ſed vt metu committen-
dæ pœnæ debitor ad dandum vel faciendum im-
pellatur,l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact.l.nuda.
C.de contrahend.ſtipulat. Quare cùm pœna ar-
guat negligentiam illius , qui rem principaliter
promiſſam præſtare noluit , non incitabitur ad
dandum vel faciendum debitor metu pœnæ,niſi
ipſa maior triplo fuerit re principaliter promiſ-
ſa. Ideò hoc fuiſſe in cauſa mihi ſemper placuit,
quare nouiſsima Cæſaris conſtitutione id quod
intereſt,in caſibus certis dupli quantitatem non
poteſt excedere.pœna autem ad quadruplum vſ-
que poteſt augeri.

Ad §.In duplum.

SVMMARIA.

1 *Pœnarum vorago.*
2 *Pœna dupli.*
3 *Actio ſerui corrupti ad duplum.*
4 *Animi ſeruilis integritas.*
5 *Cœleſtis hominis dignitas.*
6 *Corpus debet parere rationi.*
7 *Quidam bonos mores corrumpunt filiorumfamil.*
8 *Vtilis competit actio contra corruptorẽ filiisfamil.*
9 *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.*
10 *Quare Macedo abſtulit vſum mutui filiisfamil.*
11 *Difficultas circa pœnam dupli.*
12 *Libidinoſi ſcholaſtici labores in tractandis ſcortis.*
13 *Scholares quandoque vani ab ſcholis reuertuntur.*
14 *Solutio argumenti.*
15 *Pœna incerta iudicis arbitrio declaratur.*
16 *Modus ſtatuendi pœnas.*
17 *Non tantùm patri,ſed etiam filio datur actio vti-lis ſerui corrupti.*
18 *Anthypophora,ſeu ſolutio tacitæ obiectionis.*
19 *Alia eſt actio iniuriarum , & alia ſerui corrupti.*
20 *Voluptas oculos præripit & aufert iudiciũ animi.*
21 *Sardanapalus in luto voluptatis fuit ſepultus.*
22 *Serui non ſunt tam ſerui dominorum, quàm ſunt li-bidinoſi homines ſerui concupiſcentiarum.*
23 *Blandimenta adulatorum ſunt fugienda.*
24 *Virgo etiam volens rapi dicitur.*
25 *Animus liberorum pendent ex voto parentum.*
26 *Quæſtio de virgine corrupta.*
27 *Virgo citius nubit ſine dote , quàm corrupta cum amplitudine dotis.*
28 *Corruptor virginis debet eam in vxorem ducere, aut dotem congruam præſcribere.*

1 RESTRINXIT Iuſtinianus † pœ-
narum voraginem inexplebilem ad qua
drupli vſque quantitatem: nunc exem-
pla,gratia vberioris doctrinæ proſequi-
tur. Primùm ad duplum iſtæ proponũtur actio-
nes: actio furti non manifeſti damni : item iniu .
riæ ex lege Aquilia emergentis : item depoſiti ex
quibuſdam cauſis poſitis,in l.j.§.merito.ff. depo-
2 ſit.item contra hæredem.† Hæc ad duplum pro-
ponitur actio,ſi legata piis locis & venerabilibus
recta non ſoluerit ſtatim: de quibus in ſuperiori-
3 bus §§.copioſius quàm par fuit,dictum eſt . †Se-
quens eſt actio ſerui corrupti,quæ in eum datur
cuius conſilio ſeruus vel fugerit, aut contumax
redditus eſt, aut alio modo mores corruptiſ-
4 ſimos fuerit ſequutus: † noſtra enim intereſt ſer-
uos animo eſſe integro,ſinceriſque moribus præ
ditos.Hoc ſanè ſuadet argumentum in corrupto
5 rem actionem competere:† quia in homine nihil
melius,nihilque præſtantius eſt animo,cuius con
templatione ad celeſtium meditationem in hoc
6 inferiori orbe propenſi ſumus. † Corpus enim
cũ ſit illius animi cœleſtis organũ, huius domina
tui parere debet:& id quidẽ l.ſed l.naturali, ciuili
nobis non deeſt actio contra illũ, cuius ope vel
facto corpus ſerui factum eſt imbecillius,ff. ad le
gem Aquiliam,per totum titul. Quanto igitur
minus actione carere debet dominus ſerui, con-
tra illum qui mentem talis ſerui peſsimis mori-
bus deformauerit: propter enim vnumquodquo
tale eſt & illud magis,in authent.multo magis.C.
de ſacroſanct.eccleſ.qua naturali ratione impul-
ſus prætor titulum introduxit,ff. de ſeruo corru-
7 pto. †Similis quoque peſtis ſæuire ſolet in liberos
noſtros,quorundam peruerſitate, qui ſatanico a-
gitati ſpiritu,ad omne genus voluptatum eos tra
hunt. Propterea licet directa actio contra illum
Satanam iuuentutis corruptorem moueri non
poſsit,quia edictum nominatim cõtra ſeruorum
corruptores propoſitum eſt tantùm.ideò in ſub-
8 ſidium directæ actionis, †vtilem actionem ſerui
corrupti competere reſpondit Paulus contra eũ
qui filiorum noſtrorum mores corrupit,l.vt tan-
tum. §. de filio. ff. de ſeruo corrupto . Fragiles
ſunt mores incaleſcentis ætatis : iuuenum animi
facilè dilabuntur ad quamuis ſpeciem illecebra-

rum, maximè ſi alicuius improbi ganeonis con-
ſuetudine delectentur. Dabunt parentes operam
in quorum poteſtate ſunt liberi, vt fugiant malo-
9 rũ conſortia, necnon vanas collocutiones. †Cor
rumpunt bonos mores colloquia praua, teſte A-
poſtolo. Quam plurimos nouimus ipſi adoleſcẽ-
tes, qui ex prauorum familiaritate, licet optimè
fuerint nati, triſtiſsimo fuerunt exitu conſumpti.
10 †Prudenter itaque Macedo mutui vſum à filiiſ-
famil. abſtulit, vt licentiam delinquendi ex tali
11 commercio fugerent, l. j. ff. ad Macedoniam. †Ad
duplum illati damni hæc actio à prætore eſt pro-
poſita: ſed ſi damnum fuerit inæſtimabile ſeu in-
finitum, quomodo poterit inquiri duplum, quo
condemnabitur ille morum corruptor, vbi deeſt
exemplar? Exemplum aſsignari non poteſt, l. in
teſtamento. ff. de conditioni. & demonſtrat. Po-
ne patrem filium ſtudiorum cauſa ad Montepeſ-
ſulanum cum grandi pecunia miſiſſe, quem ſpe-
rabat eſſe peruenturum ad magnum laudis &
gloriæ cumulum. Erat in eo ſingularis eruditio-
nis ſpes non modica propter ingenij probitatem
12 † Ille pro ſtudio aleas, pro meditatione crebra
vagas deambulationes habebat: cùm paginas li-
brorum deberet vertere, ora meretricum deoſ-
culabatur. Rectè inchoauerat operã rei literariæ,
donec peruerſi alicuius ſcholaris allectus blan-
ditiis, omnes animi vires ad amorem impudica-
13 rum conuertit. †Demum ab ſcholis vanus & in-
utilis reuerſus eſt. Et quia filij ſapientia pater-
nam auget nobilitatem: Accurſ. in l. ſed Iulianus.
§. proinde. ff. ad Macedon, ſic filij turpitudo patri
eſt dedecus: vbi poteſt illud duplum, quo ille cor
ruptor condemnabitur, perpendi. Nam ſimplum
damni ſequuti, conſiderari non poteſt. Iuſtam e-
nim quantitatem non recipit id quod intereſt pa
tris ſuum filium ab illo corruptore malis fuiſſe
imbutum moribus. Eſt itaque inæſtimabile da-
14 mnum. †Huic difficultati meo iudicio reſponde
ri poteſt, vt eo caſu, quo ſimplum damni dati non
poteſt reperiri, vt in dicta ſpecie, pœna contra
corruptorem duplum non ſit, quia ſimplum huic
pacto non poteſt ineſſe, dicta l. in teſtamento. ff.
de condition. & demonſtra. ne corruptor ſui ſce-
leris impunitate donetur. Sed voluntaria erit, &
15 ex iudicis arbitrio pendens. † Nam in iure pœ-
na incerta eſt in voluntate iudicis poſita, l. prima
§. j. ff. de effractor. carcer. arg. l. j. §. j. ff. de iure de-
16 liberandi. †quia ſi pœnam nullam diceret iudex
in corruptorem morum, quando damnum patri
ex hac corruptela contingens eſſet inæſtimabile,
mitius ageretur cum grauiter delinquente, quàm
cùm eo qui minus peccauit: contra cap. cum qui
de præbend. in vj. Imò vir bonus pœnam maio-
rem ſuſtineret, contra l. reſpiciẽdum. ff. de pœnis,
Quare nõ immeritò ipſe crediderim filio etiam
17 competere actionem contra corruptorẽ. † Nam
cùm peccatum fuerit in filij perſona perpetratũ,
vnde ad patrẽ peruenit iniuria, ſi patri actio com-
petit, multò magis ad filium actio pertinebit: au-
thenth. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. Cha
ritas enim quæ ſecundùm Deum eſt, primùm o-
peratur in eo, in quo eſt, l. præſes. Codice de ſer-
18 uitut. & aqua. † Nec poteſt hanc communem po
ſitionem labefactare, ſi dicas in volentem non
inferri iniuriam, l. prima. §. vſque adeò. ff. de in-
iuriis. Filius autem cùm illius mores corrumpe-
rentur, conſentiebat ludis & ſcortorum oblecta-
mentis, cæteriſque voluptatibus: alioquin quæ eſ-
ſet iſta voluptas? Nulla igitur poteſt actio com-
petere filio corrupto. Verius tamen putandum
eſt, hoc non obſtante, filium non vacare actione.
Hunc obicem dupliciter nos poſſumus ſubmo-
uere. Primùm, quòd hoc argumentum eſt extra
19 fines noſtræ poſitionis: † quia haudquaquam ſer-
monem facimus de actione iniuriæ, ſed ſerui cor-
rupti vtili actione, quę non propter iniuriam, ſed
damnum illatum competit, dicta l. vt tantùm. §.
de filio. ff. de ſeruo corrupto. Altero modo, &
melius quidem, dici poteſt filium non eſſe volen-
tem abſolutè, ſed quodammodò per vim. Nam
qui voluptate immodica capitur, eũ duplex vio-
20 lentia trahit. † Primùm ipſa voluptas & delecta-
tio, quæ hominem ſui iuris eſſe non ſinit, præri-
pit oculos mentis ſine qua voluntarium quicquã
21 eſſe non poteſt, l. qui ad certum, ff. locat. † Huius
rei teſtis eſſe poteſt Sardanapalus, qui tanta fuit
proſtratus voluptate, vt ſuis impudentiſsimis il-
lecebris nihil inter ſe & quadrupedem intereſſe
22 fuerit exiſtimatum. † Non enim ſerui ſunt tam
dominorum, quàm illi qui voluptatibus inſer-
uiunt, ipſarum perturbationum ſunt ſerui. Gur-
ges eſt vaſtiſsimus humanarum voluptatum, ex
quo ſi pedem tantùm teneas, emergere non pote-
ris. Eſt demum aliud, quod etiam nolentes libe-
23 ros noſtros rapit ad mores peſsimos: † videlicet
ſi perditiſsimis adulatoribus ſe accommodauerit.
Sunt velut Syrenes, quæ cantu dulcedine in Syr-
tes obdormientes nautas pertrahunt. Idcircò li-
cet filiusfamilias morum corruptori videatur
conſenſiſſe, quando eum ad laqueos perditiſsimæ
voluptatis compulit, quia vim ab eo paſſus eſt,
propter inanes fortaſsè promiſsiones: reſcindi
meritò iſte actus ex capite quaſi violentiæ poſſet.
Licet coacta voluntas ſit voluntas, reſcindi ta-
men debet, l. ſi mulier. §. fin. ff. de eo quod met. cau
24 ſa. Tolle exemplum. † Virgo, quæ eſt in poteſtate
vel tutorum aut parentum, licet raptori conſen-
ſerit, nihilominus dicitur rapta, l. vnica. C. de ra-
25 ptor. virgin. † Ratio: quia liberorum animus de-
bet voluntati parentum non diſsimilis eſſe, l. fin.
§. neceſsitate. C. de bonis quæ liber. Concluda-
mus ergo voluntatem filiifamil. corrupti iuueni-
li calore captam non eſſe impedimento, quominus
nus ipſe contra ſui corruptorem poſsit experiri.
26 †Quare præcedentis poſitionis diffinitio non i-
neptè alteram infert, vt ſi patri virgo ſit forma
non vulgari prædita, quæ propter elegantiam ſpe
ciei potenti nupſiſſet marito, etiam dote non cõ-
ſtituta aliquis petulãs ſcholaris illius pudicitiam
27 attentauit, corrupitque virginem: † ea ante pudi-
citiam violatam ſine dote maritum ſortiri po-
tuiſſet: nunc verò ſine dotis amplitudine ingen-
ti, ſuæ familiæ maritum congruentem non poteſt
nanciſci. In hac actione ſerui corrupti, huius do-
tis proculdubio veniet æſtimatio, vt patri liceat,
quod ſua intereſt, petere ob filiæ corruptam vir-
28 ginitatem, d. l. vt tantum. §. de filio. † Imò ponti-
ficia conſtitutione eſt determinatum, illum ſtu-
pratorẽ aut illã debere in vxorẽ ducere: aut ſi mi-
nus nuptię illi reſpondeant, dotẽ illi conſtituat, c.
j. extra, de adulter. quæ dos parua aut magna erit,
inſpecta perſonarum qualitate, l. cum poſt. §. ge-
ner. de iure dot. l. cum filiæ. ff. de legat. iij. quæ dif-
finitio omnibus noſtris magiſtris ex æquo & bo-
no maximè hic congruere viſa eſt.

Ad §. Tripli.

SVMMARIA.

1 De pœnis ad triplum competente.
2 Summum genus malitiæ.
3 Omnis iniuria eſt mala: ea tamen eſt peßima, quæ alij nocet, & inferenti non prodeſt.
4 Effectus naturalis bonitatis.
5 Malus animi finis indicijs deprehenditur.
6 Quando rationes ſunt intricatæ, plus petens eſt excuſandus.
7 Vide mores & conſuetudinem curiarum Montiſpeſſulani.
8 Creditori plus petenti debitor debet offerre, quod re vera debetur.
9 Tria ſunt hominũ genera, quibus ſportulæ debẽtur.
10 Qui ſunt commiſſarij.
11 Carnifices non habent cauſæ cognitionem.
12 Propter laborem ſportulæ præſtantur.
13 Salaria ſeruientiũ ſunt diffinita regia conſtitutione.
14 Balduinus deplorat perditas leges principis.
15 Iudicibus eſt ius mulctandi apparitores delinquẽtes.
16 Pœna familiæ ſeruientis, ſi apparendo deliquerit.
17 Eſculenta tantùm iudices accipiant, quæ infra paucos dies prodigantur.
18 Sententiæ venales eſſe non debent.
19 Malo initio inchoata, ſine peruerſo diffiniuntur.
20 Peßima quorundam iudicum promotio.
21 Opus virtutis pecunia non conſumitur.
22 Rectè iudicantis officium.
23 Quid debent ex ſingulis cauſis accipere iudices.
24 Quæ ſint iudicum ſportulæ, ſine diſtinctione non poteſt terminari.
25 Sportulæ vulgò ſpecies in ſupremis nominatæ iudicibus quare permittantur.
26 Melius eſſet ex publico ſalaria conſtituere, quàm pati ſportulas in iudicibus.
27 Sicut ſacra nefas eſt vendere, ita iuſtitiæ officium quocunque interueniente ſuffragio exercere deteſtandum eſt.
28 In libello ad edictum principis ad curias præſidales plura ſcripſimus.
29 Plus impendimus foris, quàm domi.
30 Sportulæ debentur aduocatis.
31 Quid iudex debet animaduertere in conſtituendo ſalario aduocatorum.
32 Iudicis arbitrio aduocatus habebit ſalarium.
33 Nomen aduocati eſt laudabile.
34 Canes lambentes tribunalia ſenatus.
35 Salarium aduocatorum non debet excedere centũ aureos pro vnaquaque cauſa.
36 Lex condictitia quid ſit, ipſius non meminerunt authores.
37 Tribus argumentis locus hic apparet corruptus.
38 Conditio ex lege datur, nulla alia actione cõpetẽte.
39 Multa ſunt loca corrupta in iure, quæ ſi eſſent emendata, optima ingenia minimè agitarentur.

T. de Action.

1 POENALIS etiam † ad triplum actio
eſt inuenta contra eos qui in libello, vbi
petitio eſt contenta, maiorem exprimunt
quantitatem, vt grauiore ſportularum onere, quæ
2 exequutoribus ſoluuntur, reum afficiant. † Hæc
impoſtura inſigni dolo non caret, in quam acerba
ſatis pœna inueniri non poſſet: vt cùm exactio
maioris ſportulæ ad ipſum petentem non pertineat,
nullùmque habeat commodum, & auget petitionem,
vt apparitoribus ſportulę creſcant, cùm
3 via reus debito vero & principali ſufficiat: † vt ſi
omnis iniuria, quæ in auferendo conſiſtit, eſt mala,
ea tamen maximè eſt deteſtanda, quæ inferenti
non prodeſt, damni autem patienti plurimum infert,
arg. l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia arcend.
Quare ego genus illud hominum exterminandũ
eſſe cenſerem qui omnibus technis, mirificiſque
artibus hominum ſocietatem lædere conantur,
4 iuri naturali contradicentes, † ſecundum cuius
bonitatem non intereſt hominis, hominem beneficio
affici, l. ſeruus ea lege. ff. de ſeruis expor. Hic
opus eſt videre quomodo appareat in libello cõprehenſam
eſſe maiorem quantitatem, vt grauiores
5 debitor ſportulas ſolueret. † Malus ille finis,
qui eſt in animo, non niſi indicijs poteſt probari,
l. dolum C. de dolo malo. Inditia huius mali animi
hæc credibile eſt eſſe: ſi illius ploris petiti
exceſſum nullo modo probauerit, nullámque petendi
habuerit occaſionem: argum. eorum quæ à
Iaſone ſunt perpenſa in l. properandum. § ſin autem
reus. C. de iud. vel ſi cum apparitoribus ipſis
fuerit colluſiſſe probatus, l. ſi ſuſpecta. ff. de inof-
6 fic. teſtament. † Sed ſi rationes petiti debiti tàm
intricatæ fuerint, vt quantum ſit debitum, liquere
vix poſſit: petitorem ab hac tripli pœna eſſe excuſandum
verius putauerim, cùm ſit benignius
æſtimandum, eum plus petiiſſe propter rationũ
ignorantiam, quàm malam mentem. argumen. l.
emptor. § Lucius. ff. de pact. in verbo implicitam
7 rationem. † Vidi ego apud curias huius cintralis
in more poſitum eſſe, vt ſi potior plus petiuerit,
quocunque modo ſumptos non lucretur, etiam ſi
ſecundum ſe obtinuerit ſententiam, canoniſt. in
cap. vnico extrà de pluſpetition. Quem vſum ip-
8 ſe verum putarem, † ſi debitor obtulerit ſe ſoluturum
quod re vera eſt debitum, licet plus illud
petitum ſoluere diſtulerit, quia litigandi iuſtiſſimam
cauſam habet. Victus victori non damnatur
in impenſis, ſi iuſtam habuerit cauſam con-
9 tradicendi, lege qui ſolidum. §. etiam. ff. de legatis
ij. † Debentur ſportulæ tribus generibus hominum:
exequutoribus, iudicibus, & aduocatis. Item
diuerſæ ſunt exequutorum ſpecies. Quidam
ſunt vltimarum voluntatum circa pia legata: de
quibus hic nequaquam eſt. §. ſcriptis, ſed l. id quod
pauperibus. & l. nulli. C. de epiſco. & cleric. Quidam
ſunt exequutores ſententiarum: & hi ſunt duplices.
Quidam habent aliquam cauſæ cognitio-
10 nem † (vulgò commiſſarios nuncupamus,) qui
de emergenti quæſtione poſſunt cognoſcere, l. à
diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudicat. Quidam
ſunt meri exequutores: quibus non cognitio, ſed
exequutio mandatur, l. & ſi non cognitio. C. ſi cõtra
ius vel. l. exequutorem C. de execut. rei iudic.
11 † In quo genere carnifices eſſe poſſunt: à quorum
exequutione, ſi modum non excedant, nulla
eſt prouocatio. l. ab exequutore. ff. de appellatio.
12 † Ne labor fruſtrà ſequatur, illis merces debetur

præſcripta iudicum voluntate, qui eos dederunt.
l. j. in principio ff. de variis & extraordin. cogni-
tion. Hodie tamen hoc labore leuantur iudices,
13 † cum regia conſtitutione, familiæ ſeruientis ſala-
ria ſint abundè præſcripta. Fuit edita conſtitutio
à rege Franciſco primo huius nominis. In veteri
Iuſtiniani codice olim fulgebat Græca quædam
conſtitutio, quæ nunc non ſplendet, nec illius ve
14 ſtigia reperiuntur: quæ ſi fortè extaret, † teſte hic
Balduino, multæ ſunt de ſportulis ortæ quæſtio-
nes, quæ Iureconſultorum animos in ſuſpenſo nõ
haberent. Nobis tamen non deeſt conſtitutio in
15 l. finali. C. de ſportul. † in qua ſpectabilibus iudi
cibus facultas eſt data grauiter multandi appari-
tores, ſi minus fuerint idonei, aut ſi officiũ negli-
gentes, vel cupidi adminiſtrando deliquerint,
16 eoſque † ab officio deponi poſſe præcipit impera-
tor. Nunc eſt pertractanda quãtitas ſportularum,
quas iudices promerentur. Ipſi autem, cum ſint
homines, ex ſuo officio victum debebunt compa
rare, ne boue triturante ſint deteriores, c. cum ſe-
cundùm apoſtolum. extrà, de præbend. Debent iu
dices manus ſuas temperare à quocunque mune-
17 re, † nihilque accipient à litigatoribus præter eſ-
culenta & poculenta, quæ intra dies proximos
prodigantur, l. plebiſcito. ff. de officio præſidis.
Nam valde eſſet inhumanum à nemine quic-
quam accipere: paſsim autem & omnia ac-
cipere, inſolens eſſet proculdubio & maxime
auarum. l. ſolent. §. vetus. ff. de officio proconſul.
& legat. Noſtri tamen temporis iudices non ſunt
reprehendendi aliqua ſorditate, quòd nihil ac-
ceperint: ſed illis execranda eſt potius immu-
nis auaritia, qui paſsim ab omnibus omnia acci-
18 pere non dubitãt: † vt venales merito quis dixe-
rit eorũ ſententias, De quibus Diocletianus impe
rator rectè eſt vaticinatus in l. venales. C. quando
prouoc. non eſt neceſſe. Et quia nefarij ſunt actus,
quibus ad munus iudicãdi promouentur, ita om
19 nia illorũ iudicia ſunt corruptiſsima: † quæ enim
malo ſunt inchoata principio, vix exitu proſpero
20 terminari poſſunt, cap. principatus. j. quæſt. j. † Ma
21 le ſe res habet (teſte Tullio) † cùm id tentatur pe-
cunia, quod ſola virtute perfici debet: Bartol. in
l. j. C. de dignit. lib. xij. Quàm ſit ſtatu Chriſtiano-
rum indignum, vt malè nati controuerſias opti-
morum dirimant, & vt indocti rerum omnium
de arduis cognoſcant, qui dant operam rei ſuæ fa-
miliaris amplificationi, non autem vt ſuum cui-
que ſeruetur. Sordibus auaritiæ occæcatos haben
tes oculos, bonitatem naturæ peruertunt, legum
ſanctitatem adulterantes. Faxit autem Deus, qui
ſua immenſa bonitate omnia moderatur, vt iudi-
22 ces non terrenos, ſed cœleſtes nobis tribuat. † qui
iuſtitiæ à ſummo cœlo miſſæ munera ſanctiſsimè
expediant, quique in ferẽdis ſententijs trepidi hor
rendum Domini iudicium expectent: cap. nouit.
extrà, de iudic. qui ſi æqui bonique amore capti
fuerint, eos neque voluptas, neque rerum externa-
rum vlla cupiditas propter admirabiles iuſtitiæ
radios poterit à tramite recti dimouere. Quid de
beant ex ſingulis cauſſis accipere iudices, nunc vi
23 deamus. † In nouella conſtitutione imperator, ex
vnaquaque cauſſa apud eos agitata, dicit eos poſ-
ſe duos aureos accipere, in §. ſi quis autem. in ver-
ſic. Ne autem. in auth. de iudic. collat. ſexta. Hæc
24 autem deciſio eſt multum incerta. † Ideò ſine di-
ſtinctione non procedit. Aut eſt iudex ordina-
rius, aut delegatus. Si ordinarius, ei non eſt cau-
tum iure, quot debeantur ſportulæ, ea puto ratio-
ne, quòd habeant ex publicis ſtipendia, eiſque de-
bẽt eſſe contenti, mundáſque habere manus: in §.
oportet. in authentica. de mandat. princip. nec e-
ſculenta nec poculenta hodie accipiant: in capi-
tulo ſcriptum exemplar. in authentic. vt iudic. ſi-
ne quoque ſuffrag. niſi fortè ſalarium eis ſolutum
non fuerit: gloſſ. in dicta l. plebeſcito. ff. de offic.
præſid. Recta autem iudicia debent terminari
ſine quoquo ſuffragio. Neſcio tamen vnde in to-
ta Francia conſuetudo ſportularum inoleuit: iu-
dices etiam ſupremi ex ſingulis litibus ad ſe de-
uolutis ſportulas accipiant, ſpecies vulgò nomi-
25 natas. † Puto conſuetudini modicitatem ſalarij
publici dediſſe cauſam. Non enim ex eo commi-
modè ſecundùm ſuam dignitatem poſſent viue-
re: quo caſu in ſubſidium accipiendo non pecca-
rent, dicto capitulo ſcriptum exemplar. Aut hu-
ius conſuetudinis ratio fuit: quia ex ipſis plerique
ſunt deſides & tardi, quorum pigritia lites eſſent
immortales, niſi dulcedine ſportularum ad expe-
26 ditionem iuridicam inflammarentur. † Conſul-
tus Rebuſpublicis ego putarem, ſi ſalarium am-
pliſsimum ex publico eſſet illis propoſitum, re-
iectis omnibus ſportulis: & ſi per ignauiam cu-
iuſpiam ex eo ordine factum eſſet, vt longius li-
tes protraherentur, à præſide illius ordinis gra-
uem his multam ſpectaret, vt ſua negligentia di-
27 gnam pateretur pœnam. † Tantùm ferè poſ-
ſet dici ſcelus, quando per exercitium iuſtitiæ
iudices fiunt locupletiſsimi, quantum ſi ſacer-
dos in rebus ſacris & diuinis mercaturam ex-
erceret. Illi ſacerdotes dici poſſunt in l. prima.
§. primo. ff. de iuſtit. & iure. Exitus illarum di-
uitiarum demonſtrat: quæ cum Simone mago in
æternæ ſalutis interitum poſſeſſorem infœliciſsi-
mè trahunt. Quòd ſi iudex ille, qui de negotio
ſententiam eſt dicturus non ordinarius, ſed de-
legatus fuerit à principe vel alio ordinario, ex ſin-
gulis cauſis duos aureos accipiendi habet pote-
ſtatem, dicto §. ne autem. in authentic. de iudic.
quæ licet de Pedaneis loquatur iudicibus, ad de-
legatos propter rationis identitatem trahi debet:
28 quia neutris licet de publico viuere. † Reſtringi
autẽ debent, quæ de ordinariis iudicibus diximus:
vno ſolo caſu videlicet, niſi contigerit extra ſuũ
territorium proficiſci: moderatas eo caſu pote-
rit accipere impenſas capitulo ſtatutum. in ver-
bo Niſi extrà; de reſcript. lib. vj. Cuius fortaſſe e-
29 xceptionis ea erit ratio, † quia impenſæ externæ
ſunt grauiores, quàm domeſticæ, vt ad ſenſum pa
30 tet. † Aduocatis item & patronis cauſarum de-
bentur ſportulæ, ne officium, quod habent hono
rarium, ſit illis ſine mercede & infrugiferum, l.
prima. §. in honorariis ff. de variis & extraordin.
cognitio. Eſt enim officium aduocatorum lau-
dabile, l. aduocati. C. de officio diuerſ. iudici. qui
ſua facundia humanas dirimunt controuerſias,
d. l. aduocati. Nec debent aduocati habere ſala-
rium, quantum ipſi petunt: ſed illud præſes diſ-
cernet pro facundia ipſius aduocati, & modo li-
tis, fori conſuetudine, & ſecundũ iudicij in quo a-
ctitus eſt, æſtimationẽ, l. j. §. in honorariis. ff. de va
31 riis & extraord. cognit. † Æſtimabit autẽ impri-
mis iudex bonitatem aduocati, ſi probè in iudi-
cio fuerit verſatus: illiúſque verſutiam perpen-
32 det: † q. ſi callida ſubtilitate aliquid fecerit dixe-
ritve, quo partis ius factum ſit deterius, ad litis
æſtimationem tenebitur, litémque ſuam fecerit:
actinn

33 argum. l. ſi iudex. ff. de varijs extraordin. † quo ea
34 ſu nomen laudabile aduocati amittunt. † Quin
potius (teſte Cicerone) appellari debent canes
35 lambẽtes tribunalia ſenatus. † His itaque diluci-
dè perpenſis, in ſalario aduocatorum pro ſingu-
lis cauſsis non egredietur quantitatem centum
eureorum, l. j. §. ſi cui. ff. de varijs & extraord. co-
gnit. In calce, §. ponitur, Ex l. condictitia: quod ſi-
gnificabit ad triplum actionem competere ex le-
ge condictitia, ſi in libello maior fuerit expreſſa
quãtitas, vt maiore grauamine ſportularum reus
multetur. Nemo eſt qui iuris integritatem per-
legerit, optimóſque viderit authores, qui non exi-
ſtimet hunc vltimum locum eſſe mendacem.
36 † Lex conductitia in nulla parte iuris comme-
moratur. De ea nulli antiquitatis ſcriptores fece-
runt mentionem. Eſt ergo legendum Condi-
ctionem ex lege emanare. † Quod triplex ſanè
37 ratio ſuadet. Vna, quòd ipſius legis condictitiæ in
nulla alia parte iuris fiat mẽtio, vt dictum eſt. Al-
tera eſt, quòd Græcus author Theophilus, vnus ex
prudentibus, quorum conſilio hic liber eſt cumu-
latus, in græco exemplari non legit Lege condi-
ctitia, ſed, Ex lege condictionem emanare. Vlti-
ma eſt ratio, quæ in hoc loco mendacium com-
probat: † quòd quando lege actio competit, vt
38 aliquid fiat vel præſtetur, & nomen deficit actio-
nis ſingulare, ſi id ſit noua introductum conſtitu-
tione agitur condictione ex lege, vt in ſpecie no-
ſtra, l. vnica. ff. de condict. ex lege. l. ſi quis argen-
tum. §. final. C. de donation. Eſt ergo legendum.
Ex lege condictionem emanare. quorum verbo-
borum lectio perplacet Ferreto & Baldnino, opti
mis interpretibus iuris. † Sunt in iure ciuili ſex-
39 centum loci mendaces, quorum fallacia homines
acutiſsimi ingenij hæſitauerunt: qui ſi in purita-
tem antiquam doctorum hominum ſobtilitate
redigerentur, omnis dubitandi ratio facilè eſſet
ſublata. Et hæc ſunt quæ pertinent ad iniuſtam
exactionem ſportularum exequutorum, iudicum,
& aduocatorum.

Ad §. Actionum.

SVMMARIA.

1 *Alia actionum generalis regula, ipſarum ſummam diuiſionem continens.*
2 *Quæ ſunt bonæ fidei, & quæ ſtricti iuris.*
3 *An rectè ſit concepta diuiſio.*
4 *Actiones dicuntur malæ fidei.*
5 *Quædam ſunt oppoſita, non ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſecundùm effectum.*
6 *Elementa natura non ſunt ex ſe contraria, ſed per effectus.*
7 *Cur bonæ fidei hæc iudicia dicantur.*
8 *Bona fides eſt neceſſaria naturæ actionum, tàm bonæ fidei quàm ſtricti iuris.*
9 *Dolus malus eſt contrarius bonæ fidei.*
10 *Petri opinio contra communem, quòd dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, ipſum non inficiat.*
11 *Bona fides latè ſumpta, dolo malo non repugnat.*
12 *Contrahentibus licet ſe decipere inuicem.*
13 *Iuris ſubtilitatem naturalis euertit æquitas.*
14 *Non diſceptatur de iuris ſubtilitate, cùm de æquo & bono agitur.*
15 *Communis opinio eſt vera, vt dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, ipſum reddat nullum.*
16 *Vera ratio quare bonæ fidei ſint iudicia.*
17 *Qui erant recuperatores olim in iudicando.*
18 *Fines mandati ſunt obſeruandi.*
19 *Lutetiæ vera ratio fuit cognita.*
20 *Ranconetus de earum natura interrogatus.*
21 *Quare hi contractus potius ſunt bonæ fidei quàm alij hic non ſcripti.*
22 *Ciceronis ratio, quare iſti & non alij contractus ſint bonæ fidei.*
23 *Contractus bonæ fidei magis ſunt neceſſarij ſocietati humanæ, quàm contractus ſtricti iuris.*
24 *Argumentum pugnax de mutuo.*
25 *Cur diuerſum in mutuo.*
26 *Magnam non habet iudex poteſtatem in mutuo, vt creditoribus anſa fœnerandi præripiatur.*
27 *Singularia præcepta mutui.*
28 *An ex teſtamento actio bonæ fidei ſit.*
29 *Actio ex teſtamento poteſt eſſe arbitraria.*
30 *Actio bonæ fidei non poteſt eſſe arbitraria.*
31 *Res diuerſæ nonnunquam habent effectus ſimiles.*
32 *Quare actio ex teſtamento non ſit bonæ fidei.*
33 *Exquiſita & nimia diligentia ſæpe peruertit iudicium teſtatoris.*
34 *Tractatus actionum bonæ fidei & ſtricti iuris ferè continet totam partem iuris.*
35 *Differentiæ inter actiones bonæ fidei & ſtricti iuris.*
36 *Secunda differentia.*
37 *Ratio, Petri opinionem confutans.*
38 *Vera ratio, quare dolus dãs cauſam, ipſo iure vitiet contractus bonæ fidei.*
39 *Dolus incluſus in metu, non inficit ipſo iure actum metu celebratum.*
40 *Communis eſt ſuffulta opinio.*
41 *Tertia differentia.*
42 *Quarta differentia.*
43 *Pactum de præſtandis vſuris non veſtitur cohærentia contractus ſtricti iuris.*
44 *Quinta differentia.*
45 *Lenocinia doctorum.*
46 *Sexta differentia.*
47 *Septima differentia.*
48 *Octaua differentia.*
49 *Nona differentia.*
50 *Interpres debet ſtudere perſpicuitati.*

DIgnos eſt memoratu hic §. quòd adi-
pem ioria & theſaurum in hac diui-
1 ſione generali contineat. † Actio-
num quædam ſunt bonæ fidei, quæ-
dam ſtricti iuris. Omnes in hoc catalogo com-
prehenſæ ſunt bonæ fidei. Si qua tamen actio in
claſſe actionum hîc numeratatum non fuerit cõ-
tenta, eſt iuris ſtricti, ſiue naſcatur ex conuentio-
2 ne nominata, ſiue innominata. † Huius §. ſub-
ſtantia tota conſiſtit in inueſtiganda ratione,
quare

uimus. Et cùm hic locus fortè in mentem veniſ-
ſet, de differentiis videlicet actionum bonæ fidei
& ſtricti iuris, hanc mihi attulit poſt confutatas
veterum idolomanias: quam ego poſtea ad me re
uerſus, approbaui propter acerrimum illius ho-
minis iudicium. Sed animo nondum eſt ſatisfa-
21 ctum, † quare hîc numerari contractus potius
bonæ fidei ſunt, vt in his validius poſsit iudex
quàm in cæteris contractibus hîc non deſcriptis:
& cur in his contractibus arbitrium liberius prę-
tor tribuit, quàm in illis. Ne vagemur diutius in
22 hac dubitatione, † ego ſemper laudaui Cicero-
nia ſententiam, qui propterea illos contractus bo
næ fidei eſſe voluit, quòd his hominum vita & ſo
23 cietas contineantur. † Contractus autem ſtricti
iuris, licet vitæ hominum plurimùm conducant,
non tamen conſortio hominum ita habentur ne
ceſſarii; iſtorum enim contractum vſu genus his
manum maximè conſeruatur. Hâc tamen ratio-
nem labefactate videtur contraria mutui natura.
24 † Non eſt in toto vſu humanæ vitæ aliquis con
tractibus magis aſsiduus & frequens quàm mu-
tuum, & tamen non eſt bonæ fideis cùm ſit extra
ordinem poſitis huius §. Nullius ergo momenti
25 videtur à Cicerone tradita ratio. Solutio. † Quam
uis huius contractus ſpecie, humani generis neceſ
ſitates ſuppleantur, iuris tamen authores hunc cõ
tractum in numerum conuentionum bonæ fidei
minimè collocarunt propter improbi fauoris
26 periculum: † quia ſi in hoc genere contractus
pœnam haberet iudex poteſtatem, nefandum lu-
crum vſurarum exercendi malis hominibus da-
retur anſa: pactiones enim vſurarum in mutuo ſę
piſsimè adiicere ſolent contrahentes, l. quamuis.
in j. C. de vſur. Hac igitur ratione perculſi impe-
ratores, mutuum abſtraxerunt ex numero cõtra-
ctuum bonæ fidei, ipſumque in claſſe ſtricti iuris
27 poſuerunt: † habetque in ſe ſingularia quædam
pręcepta, quibus abhorret à natura aliorum con-
28 tractuum, l. ſingularia. ff. ſi certum petat, † Eſt ta-
men in hac parte ab antiquis non abs re dubita-
tum, de actione: quæ ex teſtamento deſcendit, an
ſit bonæ fidei, an verò ſtricti iuris. Hanc eſſe bo
næ fidei multorum eſt ſententia, hac potiſsimum
ratione quòd in ea fiat fructuum à tempore tar-
dę ſolutionis ſeu morę cõdemnatio inſtar actio-
num bonæ fidei, l. in minorum. C. in quib. cauſſ.
in integrum reſtitu. non eſt neceſſe. l. Titia Se-
io. §. vſuras. ff. de legat. ij. Et hoc eſt non leue ſi-
gnum: quia conditio bonæ fidei talium iudicio-
rum eſt, in quibus fructus veniant à tempore mo
ræ, l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. Verius certè
eſt actionem pro legatis & fideicommiſsis com-
petentem, eſſe ſtricti iuris, non tamen bonæ fidei
29 † Nam ex teſtamento actio deſcendens propter
loci adiectionem, arbitraria redditur, arbitraria-
rumque actionum ſuſcipit accidentia, l. ſi hæres.
30 ff. de eo quod certo loco. † Bonæ fidei tamen
actiones per quantamcunque loci adiectionem
nequeunt arbitrariæ eſſe, l. in bonæ fidei. ff. de eo
quod certo loco. Conſtat igitur actiones teſta-
mentarias non eſſe bonæ fidei. Nec me ſtupefa
cit vnquam contrariæ opinionis probatio ex d. l.
in minorum: quia licet in teſtamentariis actioni-
bus nonnulli ſint effectus actionum bonæ fidei,
non tamen eas eſſe bonæ fidei dicendum eſt.
31 † Multa enim ſunt ab aliis diuerſa, quæ eoſdem
ferè & ſimiles habẽt aliquos effectus, l. ſi ex legi-
ti cauſſa. ff. de verbor. obligatio. Huic ſanè rei
non inepta ſimilitudo adiungi poteſt. Arbitrariæ
actiones diſtinctam naturam ſunt ſortitæ [illegible]
[illegible] à bonę fidei iudiciis, d. l. in bonę fidei. in his
tamen eſt propemodum idem effectus, §. præter-
ea. infrà, eod. Et quamuis teſtamentorum maxi-
mus ſit fauor l. in teſtamentis. ff. de regul. iur. pro
pterquæ inſidioſa verborum diſcrimina ſcrutan-
da non veniunt, l. fideicommiſſa. ff. de legat. iij. vt
ex æquo & bono multa ſunt præter vulgaria iu-
ra perpendenda, necnon communes regulas, l.
32 Scæuola. ff. ad Trebellian. † ideò tamen bonæ fi-
dei non ſunt teſtamenta, quia eorum ſcrupuloſa
ſubtilitate naturalis nonnunquam æquitas amit-
titur, l. poſthumus. ff. de iniuſt. ruptóue fracto te-
33 ſtam. † & aliquando miſera & nimis exquiſita di-
ligentia, quæ circa teſtamentorum factionem at-
tenditur, defunctorum peruertit iudicium. l. codi
cillis. §. fin. ff. de legat. ij imò ſi adamuſsim teſta-
menti factio perpenſa fuerit, omnem antiqui iu-
ris formam ſuperat: Panor. in rubr. extra, de te-
ſtam. Et nos olim publicè apud Tholoſates de-
fendimus l. in tempus. ff. de hęred. inſtituend. Non
igitur teſtamenta eſſe poterunt de ordine actio-
num bonæ fidei. Hîc fortaſsè eſſet faſtidioſum
ſpeculari ſingularum actionum bonæ fidei & ſtri-
34 cti iuris vim & energiam: † omnem enim ferè
partem iuris continent. Idcircò in parua iuris
ſphæra, ampliſsima iuriſprudentiæ maſſa expli-
canda eſſet: quod ridiculum admodum eſſet his,
qui facilem acceſſum ad huius artis perſpicien-
tiam quam citiſsimè inueſtigant. Magnum fortè
& vtile iudicabunt auditores, ſi per effectus veros
35 harum diſcrimina ipſi inueniamus. † Vnum eſt,
quod actiones bonæ fidei fructus & acceſsiones à
tempore moræ ſequuntur, l. mora. §. fin. ff. de vſur.
actiones autem ſtricti iuris, nõ niſi à die quo fue-
rit lis conteſtata, l. cùm fundus. ff ſi certum peta-
36 tur. † Rurſus dolus, ſi cauſam bonæ fidei con
tractibus dederit, ipſum ab initio nullum efficit,
l. & eleganter. ff. de dolo malo. in iudiciis tamen
ſtricti iuris eſt contrà: iuris enim ſubtilitate va-
let contractus, licet per doli exceptionem ſit re-
ſtringendus, l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor. obl.
licet Petrus impudenter nil voluerit intereſſe in-
ter hæc duo iudicia, ineptè dilanians verba d. l. &
37 eleganter. † Ratio autem quæ me mouit vt Petri
opinionem confutarem, eſt delicti ex dolo deſ-
cendentis teterrima iniquitas. Nã qui malè verſa
tur in his quę ex ęquo deſcendunt, magis eſt repre
hendendus, quàm qui paululum doloſè recedit à
ſubtilitate iuris, Quare cùm iuria ſubtilitatem
iudicia ſtricti iuris ſequantur, actiones autem bo
38 næ fidei & æquo & bono deſcendant: † non erit
igitur incerti iuris, dicere bonæ fidei contractum
eſſe nullum, ſi dolus ei dederit cauſſam, cùm do-
lus ſit magis deteſtandus in iudiciis, vbi ex æquo
& bono agere oportet, quàm in cæteris, quibus
normam ſtrictiſsimam natura aut lex dederit.
Nec poteſt Petrum de metu ſumpta comparatio
iuuare, quòd ipſe metus dans cauſſam contractui
bonæ fidei, non reddiderit ipſum nullum, ſed ex-
ceptione reſcindendum, l. ſi cum exceptione. ff.
39 quod met. cauſſa. † Metus autem, niſi dolo inter-
uenerit, incuti nõ poteſt, l. ſi cum exceptione. §.
eũ qui. ff. quod met. cauſſa. Non etiam dolus cauſ
ſam præbẽs, actum vitiabit. Angelus ad Petri ſen
tentiæ corroborationem, Si quia metum incuſſerit
duplici

dupliciter peccat: & metu,& dolo,vt ante eſt demonſtratum: quorum concurſus actum non vitiat ipſo iure. Multò igitur minùs ſolus dolus cõtractum ipſo iure corrumpet. Hæc ratio Petrum fallere potuit,quòd non animaduerterit inferentem metũ grauius puniri,licèt actus valeat,quàm qui apertè & ſine metu dolum fecit. Nam ſi quis metum incuſſerit,quadrupli nomine teneatur, d. l.ſi quis cum exceptione. §.quatenus.ff.quod metus cauſa.actione autem de dolo,qui callidè verſatus eſt,tantùm nomine eius quod intereſt, obſtringitur,l.arbitrio.ff.de dolo malo.Quarè cùm grauior ſit caſus actionis ex edicto de eo quod metus cauſa,quàm de dolo,propter maiorem condemnationem, reſpectu vitij corrumpentis, mitius voluit lex agere cum metum inferente quàm cum doloſo paciſcente, vt grauamen ob pœnam dupli illatum, cum validitate contractus com-
40 penſetur: arg.l.eum qui.ff.de iureiurand. † Conuulſa igitur Petri ſententia, veriſsima eſt communis opinio, videlicet dolo dante cauſam con-
41 tractui bonæ fidei, ipſum nullum effici. † Eſt deinceps alia differentia inter hæc duo iudicia. Quòd ſi error circa materiam contigerit in bonę fidei iudiciis. nullas habet vires ille contractus propter ſubſtantiæ errorem, l.in venditionibus. ff.de contrahend.empton. Secus tamen iudicandum eſt,ſi fuerit erratum in contractibus ſtricti iuris,l.ſi id quod aurum.ff.de verbo.obligat.Hu-
42 ius differentię rationis facilis eſt inuentio. † Dif-
43 ferunt iterum, quia vſurarum conuentio contractui ſtricti iuris appoſita,illius acceſsione non informat ipſum, neque cohærentia corroborantur, l.quamuis.C.de vſuris. Sed ſi fuerit adiecta prope contractum bonæ fidei, vim & robur ab eo accipit, vt ad vſuras actio competat: Scæuola in l.cum quidam. §.ex locato. ff. de vſur. vbi ex locato qui conuenitur,niſi conuenerit vt tardius pecuniæ illatæ vſuras deberet, non niſi ex mora vſuras debet præſtare. Huius differentiæ ratio eſt fortaſſè, quia citius vſuræ præſtantur ob procaciam contingentem in iudiciis bonæ fidei, quàm ſtricti iuris: not. in l. curabit. C.de action.emp.
44 † Proinde alia ſubeſt differentia: quia ſi res debita non pręſtetur in ſtricti iuris iudiciis,& rei æſtimatio creuerit,aut fuerit diminuta res,præſtanda eſt quanti fuerit cùm eſſet petita,l.vinum.ff.ſi certum petat. Sed in iudiciis bonæ fidei tempus rei iudicandæ,id eſt moræ, obſeruatur,l.iij.§.in hac. ff.commoda. Hic locus eſt maximè arduus, & Gordij nodis longè intricatior propter reſponſorum antinomiam:in l.in hac.& l.fina.ff.de tri-
45 ticar.action. Bartol. tamen, † & aliorum lenocinia,quia locus parum eſt conueniens, hîc non lubet confutare: huius enim articuli verum ſen-
46 ſum trademus in l.vinum.ff.ſi certum peta.† Aliæ non deſunt differentiæ. Nam ſi in diem, aut ſub conditione aliquid ex contractu bonæ fidei fuerit debitum, poteſt ex illo interuallo cautio exigi, l.in omnibus, ff. de iudiciis. Idem tamen in ſtricti iuris iudiciis non ſeruatur, l.dedi tibi.ff.de
47 condi.cauſa dat. cauſ. non ſec. † Adde iterum, quòd plenior eſt alia ex parte exequutio contractus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris: quia ſi fuero ſtipulatus fundum, in quo ſunt fructus pendentes,ipſi non veniunt in adiudicationem, niſi fuerit expreſſum,l.filiusfam. §.ſi .ff.de verb.obl. Sed ſi fundus mihi ex contractu bonæ fidei debeatur, non modò rem ipſam, ſed etiam fructus & acceſſiones quæ erant tempore contractus,crediter poteſt petere. l.Iulianus. §.ſi fructibus. ff.de action.
48 emption. † Eſt demum alia differentia,vt ſi quis rem debitam ex contractu bonę fidei deteriorem reddiderit, nihilominus ad totam rem eadem actione experiri poteſt. Nec poteſt illi opponi, Quod petis,intus habes,l.iij.§.ſi reddita. ff. commod. Sed in ſtricti iuris actionibus liberatio con
49 tingit,l.& eleganter.§.non ſolùm.ff.de dolo.†Supereſt alia ſingularis differentia: Si ex contractu bonę fidei ſub pœna dandum aut præſtandum ſit aliquid,ſi pars rei datur aut præſtetur,eſt vtilis & efficax petitio ad totã pœnam,l.Lucius.cum l.ſequenti.ff.de action.empti. Sed in ſtricti iuris iudiciis licèt pœna omninò committatur,quamuis rei pars fuerit perſoluta, cõtra integram pœnam petentem doli obiicitur exceptio, l.ſi ſeruus.§.j. ff.ſi quis caut.non obtemper. Plura ad huius §. ſenſum eſſent inculcanda ex locacibus veterum commentariis,niſi inutilia legum puritati ipſi in-
50 dicauiſſemus obfuiſſe. † Semper in hac noſtra diſciplina,ea dilucidus interpres amare debet,quę perſpicuam materiam,non autem obſcuram poſſint reddere.

Ad §. Fuerat.

SVMMARIA

1 *Sordida farrago commentariorum eſt reijcienda.*
2 *Tres fines propter quos dotes ſunt inuentæ.*
3 *Filiæfamilias reſpectu dotis habebant proprium de iure Digeſtorum.*
4 *Dos eſt filiæ proprium patrimonium.*
5 *Mulier dotis amplitudine munita, facilius adipiſcitur maritum.*
6 *Viri à demone aſorpti ſunt, qui propter venuſtatem fœminas quærebant.*
7 *Rachelis venuſtas obfuit.*
8 *Aliquando viri verberantur ab vxoribus.*
9 *Filiæfam.dotis præſidio deſtitutæ, à viris non deſiderantur gratia matrimonij copulandi.*
10 *Dos propter onera datur.*
11 *Qualia indumenta à marito debet habere vxor.*
12 *Eadem eſt domus mariti & vxoris.*
13 *Mulier domi debet operari ad commodum viri.*
14 *Coniuges principum ſeorſum habitant.*
15 *Si medicum non adhibeat, vxor culpa mariti obiiſſe creditur.*
16 *Quorundam confutata ſententia.*
17 *Mulier eſt alenda à marito, licèt indotata fuerit.*
18 *Mulier debet eſſe particeps fortunarum mariti.*
19 *Admirabilis eſt fructus, quẽ mulier ĩ vtero geſtat.*
20 *Quare dicitur matrimonium potius à matre quàm à patre.*
21 *Acerbus maritus dat anſam vxori adulterandi.*
22 *Proſequitur tertium finem dotis.*
23 *Ciuitates non ædificiis, ſed hominibus probè inſtitutis conſtant.*
24 *Obiectio de baſtardorum procreatione.*
25 *Baſtardi an ſint reprobati.*

26 Putres

25 Patres ſunt ardentiores in educandis legitimis & naturalibus, quàm in naturalibus tantùm.
27 Nimius coitus generationem impedit.
28 Baſtardi earent dignitate propter exemplar paternæ inconſtantiæ.
29 Quidam baſtardi inſigni fuerunt virtute præditi.
30 Qualis fuit generatio Bartoli.
31 Mundus iret perſſum ſine fructu matrimonij.
32 Primum dotis priuilegium in hypothecis conſiſtit.
33 De actione ex ſtipulatu, quæ in locum rei vxoriæ eſt ſurrogata.
34 Actio ex ſtipulatu pro dote deberet mixta dici.
35 Stipulatio in rei vxoriæ actione falſo à quibuſdam ficta dicitur: verius præſumpta appellatur.
36 Fictio quid ſit.
37 Qui contrahit tutius quàm fieri poteſt, ſibi negotiari præſumendus eſt.
38 Præſumptio iuris & de iure non admittit probationem in contrarium.
39 Lex ad exactionem C. de dotis promiſ. multorum iudicio non eſt emendata, cum vnica illa conſtitutio de dotis exactione loquatur mulieri aut illius hæredibus competenti.
40 Subrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur.
41 Verus regulæ ſenſus.
42 Corruptio eſt mutatio totius in hoc totum, nullo ſen ſibili manente eodem.
43 De facto reſpondit quæſtioni.
44 Suppreſsio & tranſlatio differunt.
45 In ſuppreſsione non eſt locus regulæ ſubrogatorũ:
46 Quid eſt cauſa priuilegiorum dotis ex parte mulieris.
47 Alterius regulæ intellectus de non cumulandis duobus ſingularibus.
48 Aliud eſt quippiam contra ius fieri, & aliud præter ius.
49 Quomodo accipiatur ius prælationis, quod habet in hypothecis mulier.
50 Res poßũt auferri à priuatis in gratiã vſus publici.
51 Hìc numerantur caſus tacitæ hypothecæ.
52 An ius prælationis contra expreſſas hypothecas dos habeat.
53 Comparationes, teſte Quintiliano, ex ſimilibus naſcuntur.
54 Contra communem tuetur opinionem Martini.
55 Si vinco te vincentem, multò magis vinco te.
56 Conuellit argumenta ſententiæ communis.
57 Priuilegia ſunt aliquando in damnum priuati intelligenda, ſi Reipublicæ commodum poßit controuerti.
58 Quæſtio admodum fructuoſa, an priuilegia habeant locum in dote cauta & non numerata.
59 Quid ſit ficta dos.
60 Guido papa ad id allegatur.
61 Mendaciũ non tantũ operatur quantũ ipſa veritas.
62 De origine actionis pro dote.
63 Dotis profectitiæ repetitio eſt communis patri & filiæ.
64 Pater, ſi exemplo ſtipuletur, poteſt filium actionẽ priuare.
65 Differentia inter patrem promittẽtem dotem, & extraneum.
66 Cur pater paciſci non poteſt ſine ſtipulatione, extraneus autem poßit.
67 Vetus quæſtio, an dos profectitia debeat ad patrem reuerti, ſi ſint libri ſuperſtites.
68 Rationes quæ opinionem Martini corroborant.
69 Dotis priuilegium reſpicit cauſam liberorum.
70 Natiuitas huius actionis.
71 Nata eſt hæc actio marito ad inopiam vrgente.
72 Alia eſt dotis exactio, quando eſt in rebus mobilibus, & alia quando in immobilibus conſiſtit.
73 Exactio non eſt actio, ſed actionis executio.

CAMPVS eſt vberrimus rerum, quas
1 pertractant in hoc §. interpretes: † ſed
eos imitari parum eſſet auditoribus fructuoſum, & nobis minus iucundum. Idcirco earum maiorem partem ſub ſilentio ex induſtria prætereo, ne inutilium cognitione teneras iuuentutis aures prægrauemus: hæc enim, quæ de dote tam amplè à noſtris hic ſunt ſcripta, in tit. ff. ſolut. matrim. congeſta reperiuntur. Pauca tamen prædicere conſentaneum eſt de inuentione dotis, cuius cauſam ſemper præcipuam eſſe vo-
2 luit Pompon. in l. j. ff. ſolut. matrim. † Tres itaque fines in iure noſtro eſſe comperimus, propter quos maiores noſtri olim dotes in maximo vſu eſſe voluerunt. Vnus mulieris commodum reſpicit: alter eſt in gratiam maritorum inuentus: tertius verò ad publicam pertinet vtilitatem. De primo igitur fine latius diſſeramus, licèt rigidiore iure digeſtorum filiifamil. nullius commodi potuiſſent eſſe capaces, l. placet. ff. de acquirenda
3 hęreditate. † Filias tamen familias ius antiquum dotem poſſe retinere ſemper tolerauit, l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciſcun. Non im-
4 meritò igitur Vlpianus reſpondit, † dotem, filiæfamilias proprium eſſe patrimonium, in l. iij. §. ſed virum. ff. de minorib, quamuis filia de tali dotis patrimonio haudquaquam teſtari valeat, cùm in patris ſacris conſtituta fuerit, §. præterea. Inſt. de pat. poteſt. † Et tamen dotis amplitudo
5 prodeſt, vt etiam ætatis tenera puella, & fœderis iugalis minimè capax, pulcherrimis procis circũdata, non paucos inueniat maritos, §. quia verò. in authentic. de æqual. dot. coll. ſeptima: Accurſius in l. j. ff. ſoluto matrimon. Imò experientia eſt cõparatum, viros in quærendis vxoribus, magis dotis quàm morum nonnunquam habere rationẽ, licèt fœminę pulchritudo viros ad nuptias quamplurimos hortata fuerit: vt in tractatu Siluæ nuptialis eleganter relatum eſt. Plures tamen ad matrimonium videmus moueri dotis magnitudine, d. §. quia verò. Prioris partis exemplum
6 non ineptum habemus in ſacris Tobię libris, † cũ ſeptem viri à dæmone totidem noctibus fuerint
7 exterminati, † quos Rachelis venuſtas ad libidinem, & non ad prolem, ardẽter incitabat. Quare iſtas nuptias vel auaritia dotis, vel petulanti libidine celebratas, nonnunquam triſtiſsimus euẽtus
8 ſequitur. † Vidi ego (pudet referre) quendam illuſtrem

illuſtrem à propria coniunge vapulaſſe, nō aliun
de, quòd dotis amplitudine effecta audacior, ad
facinus tam deteſtabile aſpirauit. Satis igitur liqui-
do conſtat, dotis originem fœminarum vtilita-
tem reſpicere: nempè vt maritorum ſolatio &
amplexibus quàm certiſsimè fruantur. Quæ ſanè
9 res fides non caret, cùm perſpicuum ſit † puellas
optimis ornatas moribus, ſi dote careant, ſuæ di-
gnitati cōgruos maritos minimè eſſe nactas. Pro-
deſt igitur mulierib⁹ dotis amplitudo ad faciliō-
rem maritorum inuentionem. Nunc pergamus
ad alterum finē, ſcilicet quòd dotis inuentio cō-
moditatem maritorum reſpiciat. Nam, cùm mul-
ta ſint, quæ conſtante matrimonio maritum face-
10 re oporteat, † ei ſanè opem dos præſtat, vt matri-
monij onera grauiſsima facilius valeat ſufferre, l.
pro oneribus. C. de iure dotium. Sunt autem hæc
11 onera, † quòd veſtimentis vxor ſit induta ex v-
triuſque dignitate: Bart. in l. in his rebus. §. ſeruus.
ff. ſolu. matrimon. quamuis ſolutis nuptiis veſti-
menta, quæ ad vſum quotidianum illi tradita
ſunt, poſsit maritus aut illius hæredes repetere, vt
in præfato loco idem author rectè docuit. Non e-
nim donauiſſe cenſendus eſt, eo quòd ad traden-
dum fuerit neceſsitate compulſus, l. rem legatam.
ff. de adim. legat. Debet præterea maritus vxori
quæ ad victum ſunt neceſſaria, adminiſtrare. No-
tatur in l. diuortio, ff. ſolu. matrimon. & in l. vni-
12 ca. §. exactio. C. de rei vxor. action. † cùm ſit vna
eademque domus, l. j. ff. rerum amot. Eam ob ca-
uſam, quòd à marito alatur, puto Accurſiū con-
cluſiſſe in l. ſicut. ff. de oper. libert. mulierem de-
13 bere fore in obſequio ſui coniugis. † & in eius v-
tilitatem domi operaturam. Fateor tamen in ma-
gnatibus & potentiſsimis viris iſta non habere
14 locum: † cùm ſeorſum à ſeipſis habitent, l. nihil
15 intereſt. & ibi Accur. ff. de impenſ. ſuper re. † Cæ-
terùm ad curam mariti aliud non leue onus ſpe-
ctat, nempè vt in ægritudinē lapſæ vxori medi-
cum & pharmaca adhibeat, l. ſi cum dotem. §. ſin
autem in ſæuiſsimo. ff. ſolut. matrimonio. & in l.
quod in vxorem. C. de negot. geſtis. Quòd ſi in
medici inuiſtigatione parum adhibuerit curæ, om
nia lucra maritum perditurum, cùm culpa non
vacet, veri⁹ ille crediderim. Delicto mariti, q me-
dicum non quæſiuit, mulier obiiſſe putanda eſt,
l. quod ſi nolit. §. ſi. mancipium. ff. de ædilit. edi-
cto. morti enim anſam dediſſe videtur. Vnde ni-
hil ab vxore profectum illum lucrari iuſtum eſt,
cùm parum ab omicidio abſit, l. ſi ab hoſtibus. §.
16 ſina. ff. ſoluto matrimonio. † Arbitramur tamen
ipſi eorum ſententiam in hoc §. in haut. prætereà.
C. vnde vir & vxor, eſſe explorendā. qui maritū
teſtantur non teneri coniungem alere, à qua ni-
hil acceperit dotis: quia, vt illi volunt, ipſi dos
traditur, vt id præſtet vxori, quæ humanę vitæ
ſunt neceſſaria. Admodum leuis ſemper mihi vi-
ſa fuit hæc ratio. Nam licet iſtius oneris contem-
platione dotē maritus habeat, d. l. pro oneribus.
17 † non tamen eſt ſequens, ea non tradita, vxorem
à marito non eſſe alendam: quia licet quampluri-
mis matrimoniis dos cauſam dederit, vt ſatis eſt
liquidum, matrimonia tamen ſunt infinita, quæ
nulla dote data aut promiſſa conſtant, l. iij. ff. de
iure dotium. Ipſa enim dos matrimonij ſubſtan-
18 tiam non pertingit, §. j. ſuprà, de nupr. † Nónne
æquum eſt, vt qui humanæ & diuinæ domus con-
ſortem elegit mulierem, omnium etiam fortuna-
rum viri fiat perticeps. in fin. ff. de legib. Multò
ergo minus ei denegauit alimenta. Deinceps mu-
lier, domi quæ facit, operatur ad amplificationē
familiæ viri: Accurſ. in d. l. ſicut. Æquum igitur
eſt, vt à viro & ab illius ſubſtantia alimenta ac-
19 cipiat. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commodat. † Quid
de fructu illo admirabili, quem in vter mulier ge
ſtat? nónne matrem alimentis dignam facit, ſi nō
per ſe, tamen partus gratia? l. j. ff. de ventre in poſ-
ſeſſ. mitt. Partus periculum, aſpritáſque laborum,
quos in educendis liberis vxor patitur, l. aſsiduis.
C. qui potior. in pignor. habeantur, ipſam faciunt
promereri alimenta. Liberi non penes patrem,
20 ſed matrem educandi ſunt. † Vnde papali conſti-
tutione non patrimonio à patre, ſed matrimo-
nium à matre dici extimandum eſt, cap. ij. extrà.
de conuerſ. infidel. Alioquin ſi vir vxori alimen-
ta negaret, ipſa eſſet in conditione deteriori po-
ſita, quàm ancilla: quæ præter ea, quæ eſui & po-
tui ſunt neceſſaria, ſalarium à domino expectat, l.
21 iij. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti. † Tales enim acer-
biſsimi mariti, à quibus indotatę vxores alimen-
ta non accipiunt, digni ſunt vt à presbyteris eo-
rum vxores opiparè alantur. Nec in re perſpicua
teſtibus indigemus. Delenda igitur eſt ex libris
noſtris iniquiſsima noſtrorum ſententia, quibus
in plurimis iam dictis locis placuit pauperculā
vxorem, & dote carentem, non eſſe à marito alen-
22 dam. † Iam ſupereſt tertius articulus, qui eſt de
fine tertio dotis, pertinēt ad rempublicam, vide-
licet vt liberis ciuitates impleantur, l. j. in fine. ff.
ſolut. matrimon. Ex coniunctione enim maris &
fœmines homines generantur: quorum vita non
tam ipſis, quàm reipubl. eſt profutura, l. j. §. & ge-
23 neraliter. ff. de vētre in poſſeſſ. mittend. † Splen-
dor enim ciuitatum non ex mœnibus & propu-
gnaculis, ſed ex hominum fortiſsimorum nume-
ro, præclāreque inſtituta plebe conſtat. Numerus
hominum augeri non poteſt, niſi mas & fœmi-
na ſimul coëant. Coniungi autem legitimè non
poſſunt niſi iuſtis nuptiis, §. j. ſuprà, de nupt. Ad
quam coniunctionem non poſſunt facilè inuita-
ri, niſi dotis auxilio, d. l. j. Subtilis auditor obiice-
re poteſt: † Quid prodeſt ad hominum procrea-
24 tionem ex iuſtis nuptiis, maris & fœminæ coniū-
ctio, cùm ex illegitima coniunctione in magno
numero homines videamus procreari? Et ita nu-
ptiarum honeſtas non tantùm implet populo ci-
uitates, cùm baſtardis, & hominibus ex improbo
coitu natis, poſſet genus humanum conſeruari.
Vana igitur ſunt nuptiarum & dotis priuilegia.
25 † Nodus huius argumenti indignus eſt ſolutione.
Ex ſe enim patet, primùm quòd citius implentur
hominibus ciuitates, ſi ex nuptiis ſunt procreati,
quàm ex coitu qui non eſt ſecundùm leges. Nam
parum eſt homines in hanc lucem mortalem ve-
nire, niſi alicuius beneficio ad perfectam ætatem
vſque fuerint educati: argum. l. ſi quis à liberis. ff.
26 de liber. agnoſcend. † Atqui ſi homines ex dam-
nato coitu fuerint procreati, patrem habent in-
certum. l. quia vulgo. ff. de ſtatu hominum. Non
igitur habebunt certam perſona pro patre, cuius
27 laboribus partus ipſe nutriatur: † quia ſi homini-
bus inter homines fœminę ſunt communes, pro-
pter impedimentum ex turbato ſanguine proue-
niens, coitu ſterilis & ſine prole, infœcundus eſ-
ſet: argum. l. liberorum. §. primo. ff. de his qui not.
infam. Demum & hæc ratio vrgentior erit. Lau-
dabiles

dabiles ideò magis ſunt nuptiæ, quàm ille falax
& inhoneſtus coitus: quia illinc procreati liberi,
magis ad virtutem & honeſtatem ſunt propenſi,
quam baſtardi ex damnato coitu deſcendentes,
28 c.ſi gens anglorum.lvj diſtin. † Nec huiuſmodi
proles eſt aliquo gradu dignitatis cohoneſtanda
propter exẽpla paternæ incõtinẽtiæ:glo.in clem.
j.de baptiſ.& eius effect.licèt Bar.videatur diſſen-
tire in l.pronũtiatio.§.j. ff. de verb.ſignif. Placet
tamen nobis excludere quoſdam illegitimè na-
29 tos inſigni virtute præditos : † qui licet inhone-
ſtis natalibus fœdati ſint, ſuæ tamẽ virtutis ſplen
dore, ſingulare fuerunt nobilitatis ornamentum:
30 † vt de ipſo Bart. teſtis eſt ipſe Iaſon in l. quidam
cum filium.ff.de verbor.oblig. Qui licèt generis
obſcuritate ſint incogniti,vt de ſe predicauit Ci-
cero, virtute tamen ſua magnum exiiterunt no-
31 bilitatis incrementum. † Concludi ergo opor-
tet, hunc mundum interiorem humano genere
iam fuiſſe deſtitutum, niſi liberis iuſtarũ nuptia-
rum ciuitates eſſent locupletatæ, d. l. j. ff. ſoluto
matrimon.Et quia dos nuptiarum, fulcimentum
eſt ſtabile & firmum, non parua ſunt dotis priui-
32 legia: † inter quæ potiſsimum eſt illud, & locum
principem obtinet,quod tacitas recipit hypothe-
cas in bonis mariti. De quo edita eſt à Iuſtiniano
præſens conſtitutio. Species. §. fuerat. Olim in
vſu forenſi erat actio rei vxoriæ, vxori competens
contra maritum aut illius hæredes propter dotis
repetitionem,ſoluto matrimonio. Erat id genus
actionum incertum, & nullo conſtans priuile-
gio,quamuis eſſet bonæ fidei. Imperator illam à
media iuriſprudentia aboleuit, ampliúſque in fo-
33 ro exerceri paſſus non eſt. † Ideò in locum illius
ſuppleuiſſe ſufficit actionem ex ſtipulatu : quæ li-
cèt poſita ſit in numero actionũ ſtricti iuris,om-
nes tamen habet effectus ſuauiſsimos & admo-
dũ fauorabiles actionis priſtinæ bonæ fidei, cùm
in illius locum ſit ſubrogata: quia ſi iacturam pa-
teretur priuilegiorũ iudicij bonæ fidei, quod eſ-
ſet in dotis gratiam ex iure antiquo immutatum,
in illius odium retorqueretur, l. quod fauore.C.
de legibus. Hæc enim iuris antiqui mutatio non
niſi gratia dotis imperiali conſtitutione facta eſt.
34 † Hæc actio ex ſtipulatu pro dote, ſimplex non
eſt, ſed compoſita aut mixta verius ab Imperato-
re dici debuiſſet, cùm naturam redoleat vtriúſ-
que actionis,& bonæ fidei,& ſtricti iuris. Fulget
enim in hac actione non vulgare priuilegium,ſci-
licet tacitæ hypothecæ, vt in ipſius repetitione
mulier ſit anteponenda prioribus creditoribus,
ſimilem habentibus hypothecam. Admonẽdi au-
tem ſumus,quòd præter hanc ſingularem gratiam
hypothecæ dotis repetitio à Iuſtiniano alterũ ſor-
tita eſt priuilegium,videlicèt præſumptæ ſtipula-
tionis.quia licet in dotis promiſsione,aut nume-
ratione dotis,ac vera ſtipulatio non ſit appoſita,
tamen ex ſtipulatu agere oportebit, ac ſi eſſet ſtipu-
latio adiecta, l.vnica, in princip. C. de rei vxor.
35 act. † Falluntur ergo plerique interpretum,quos
voce audiuimus Tholoſæ,qui falſò exiſtimauerũt
hanc ſtipulationẽ fictam,non autem præſumptã.
36 † Fictio eſt contra veritatẽ alicuius rei aſſumptio:
Bartol. in l.ſi quis pro emptore. ff. de vſucapion.
cùm fictio mendacium ſit ciuili iure inuentum:
argum. l. poſtliminium. ff. de capt. & cùm poſsit
37 ſtipulatio adiici dotis numerationi. † Imo nequa-
quam præſumi oportet patrem mulieris,aut eum
qui dotem numerat, tam ſupinum & negligẽtem
eſſe, vt in tradenda dote vinculum ſtipulationis
omiſerit.l.cùm de indebito. ff. de probation. ſed
ſi negligentia aut obliuione fuerit forraſſe præ-
termiſſa,nihilominus propter præſumptionem ex
ſtipulatu agitur.Sed an ſit directa actio, an vtilis
magis quæri poteſt. In gratiam dotis directam eſ
ſe placet, cùm ab Imperatore in d.l.vnica nulla-
tenus diſtinctum fuerit. Nec me mouet l.his ver-
bis.ff.de adoption.quia ſi ab arrogato omiſſa fue-
rit verborum obligatio, vtiliter tantùm agitur.
Sed hîc diſpar eſt priuilegium, cùm non tam ar-
rogatis,quàm dotis repetitioni propter publicam
vtilitatem iura noſtra ſuffragentur.In confeſſo ta
men eſt hanc præſumptionem contraria proba-
tione non elidi,d.l.vnica. eſt enim iuris,& de iu-
38 re: † tale enim genus præſumptionis contrariam
probationem minimè patitur: gloſ. in c. quod
fidem.extrà, de ſponſ. l.final. C. de arbitr. tutel.
Quæ actio ex ſtipulatu etiam competit, licèt in-
certa promiſſa fuerit,l.cùm poſt.§.gener.ff.de iu-
39 re dot. † Item putamus ipſi emendatam eſſe l. ad
exactionem.C.de dotis promiſsion.qua ſancitum
eſt nudam ſufficere promiſsionem : quia nuda il-
la promiſsio, ſi fuerit interpoſita, corroboratur
præſumpta ſtipulations. Ideò ex ſtipulatu agitur.
Quare hodie verum non eſt,ex nuda conuentio-
ne ad dotem agi, ſed ex ſtipulatu. Subrogatio-
40 num regulam hic §. probat. † nempè quod res,
quæ in alterius locum ſubintrat,illius redolet na
turam,l.ſi ſeruum. §. qui iniuriarũ,ff.ſi quis caut.
Varia eſt & anceps huius regulæ obſeruatio,& ad
diuerſos trahitur caſus: Bartol. in l.j.§.hæc actio.
41 ff.ſi quis teſtament. liber. † Sed ne ego vos ieiu-
nos deſeram, hoc commune dicterium intelligi
debet ſecundùm proprietatem, quæ ipſi rei ineſt
à natura, non autem per accidens: vt actio legis
Aquiliæ,quæ per inficiationem creſcit,l.eum qui
ff. de iureiurand. quæ ſi per ſtipulationem noue-
tur, ea nouans ſtipulatio, in locum priſtinę ſub-
rogata non creſcet per inficiationem, l.item ve-
niunt.§.cùm prædiximus. ff.de petition. hæredit.
Item locus eſſe non debet regulę ſubrogationum,
quando nihil veteris formæ remanet in ſubroga-
te: vt in motu ſuppreſsionis ſiue corruptionis eſ-
42 ſe apparet. † Eſt enim (teſte Ariſtotele) in cor-
ruptione mutatio totius in hoc totum,nullo ſen-
ſibili manente eodem. Eadem nequaquam ſunt
43 accidentia in genito,quæ erant in corrupto † Vn-
44 de nos aliquando Tholoſani interpretes, † non
ineptum attulimus diſcrimẽ inter ſuppreſſionem
& tranſlationem in c.tranſlato.extrà,de conſtitu.
45 † In ſuppreſsione extinguntur omnia: in tranſla-
tione verò accidentia remanent ſalua & incorru-
pta, exiſtente ſubſtantia.Hanc differentiam mihi
viſus eſt olfeciſſe Bar.in d.l.j.§.hęc actio.ff.ſi quis
teſtament.lib. Ideò in cathedralis eccleſiæ ſup-
preſsione,quãdo noua eſt papali authoritate ere-
cta, nuper interrogatus reſpondi nouos præpoſi-
tos & archidiaconos non fulgere his titulis digni-
tatum, qui veteribus præpoſituris erant priui-
legio vel conſuetudine annexi : idque eleganter
quamplurimis rationibus docuimus. In ſuppreſ-
ſione igitur,quando nihil veteris formę remanet,
obſeruanda non eſt regula ſubrogatorum. Reuer-
46 tamur itaque ad hãc actionem ex ſtipulatu, † cu-
ius priuilegio cauſam dederunt grauitas patrus,
& obſequia maritis non ſine arduis laboribus

præſtita, l. aſsiduis. C. qui potior. in pign. Magnum
eſt priuilegium, quia propter hoc ius hypothecæ
in rem agitur: cuius actionis effectus multò me-
lior eſt quàm perſonalis actionis. Satius eſt incũ-
bere rei, quàm in perſonam agere, §. furti Inſtitut.
47 de obligat. quæ ex delict. naſcun. † Et licèt au-
thores noſtri regulam extraxerint de non cumu-
landis duobus ſingularibus in l. j. de dotis promiſ
ſion. hanc tamen actionem duo inſignia ſequun-
tur priuilegia, videlicet tacitæ hypothecæ, nec-
non prælationis. Sed coniunctio horum duorum
ſingularium nequaquam eſt contra d. l. primam:
quia loquitur de concurſu duorum ſingularium,
quæ ſunt contra leges, vt in ſpecie d. l. videri po-
teſt. Duo illa ſingularia, quæ verſantur circa exa-
ctionem dotis, nempè ius hypothecæ, & ius præla-
tionis, non ſunt contra ius, licèt ſint præter regu-
48 las iuris. † Quàm ſit lata differentia inter diſpoſi-
tionem, quæ fit contra ius, & eam quæ fit præter
communis iuris regulas, probè explicat Bartol.
in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. Præfertur igi-
tur mulier in dotis exactione cæteris creditori-
bus habentibus ſimilem hypothecam, licèt ſint
49 tempore anteriores. † Pleríque exiſtimauerunt
hoc dotis priuilegium accipiendum eſſe de credi-
toribus habentibus tacitam hypothecam. Sum-
pta prælatio euidenti non caret ratione: quia cùm
hoc priuilegium hominibus ſit conceſſum à lege,
ſine hominis miniſterio, eiuſdem legis authorita-
te ab ipſis auferri poteſt, & ad mulierem conuer-
ti propter publicam vtilitatem, propter quam
dotis priuilegia inuenta ſunt, l. j. ff. ſolut. matrim.
Singulorum quoque res publicis commoditati-
bus poſtponuntur: authentic. res quæ. C. com-
50 munia de legat. † Poteſt enim iuris authoritate à
priuatis res auferri, vt publicis vſibus accommo
detur. l. Lucius. ff. de euictio. l. item ſi verberatum.
§. j. ff. de rei vendicat. Quare non eſt hæſitandum,
ſi mulier iure prælationis, anteriores creditores
51 in tacitis hypothecis vincat & ſuperet. † Caſus
non ſunt multi in quibus tacitam hypothecam
ius ciuile creditoribus, reiecto quocunque homi-
nis facto ipſam expreſsè inducente, largitum eſt.
Vnus eſt in fiſco, l. ij. C. qui potior. in pignor. ha-
beant. l. j. C. ſi propter public. penſ. Alter eſt: in bo
nis tutoris pupillus habet tacitam hypothecam,
l. pro officio. C. de tutor. Tertius eſt, dominus in
bonis illatis ab inquilino ſiue colono, tacita pi-
gnora perſequi poteſt, l. item quia. ff. de pactis. §.
item Seruiana. ſuprà eodem. Vltimus eſt: in præ-
ſentiarum cùm quis pecuniam credidit ad rei re-
fectionem, is ius habet exigendi, l. interdum. ff. qui
potior. in pignor. habeantur. l. creditor. ff. de re-
52 bus credit. & ſi cert. pet. † An fœmina, illiúſque
hæredes præferantur in dotis exactione prioribus
creditoribus habentibus expreſsè ius hypothecæ?
Eam poſtponi communiter receptum eſt. Ideò
veteres magno lapidũ aceruo Martinum obrue-
runt, qui ſingulari ſua ſententia hanc conſtitu-
tionem etiam de expreſſa hypotheca intelligi ar-
bitratus eſt. Communiter receptæ opinionis hęc
ſunt argumenta quòd cùm per expreſſam hypo-
thecã creditoribus ius ſit acquiſitũ facto proprio
ab ipſis auferri nõ poteſt niſi contrario facto in-
terueniente, l. final. ff. de pact. Quod facilè fieret,
ſi propter tacitam hypothecam mulier anterio-
res creditores excluderet. Cæterũ quia nouę im-
peratorum cõſtitutiones de tacita tantùm hypo-
theca verba faciunt, quam vxor habet, credibile
eſt imperatorem fuiſſe duntaxat loquutum de ſi-
mili hypothecæ genere, nempe tacitæ, quam ha-
bent creditores, ne ad diſsimiles cauſas extenſio
53 fiat † Ex ſimilibus tantùm (vt teſtis eſt Quinti-
lianus) naſcuntur comparationes. Præterea pri-
uilegia conceſſa liberalitate principum, cuiuſ-
quam detrimentum non debent inducere, l. nec
auus. C. de emancipationibus liberorum. Me igi-
tur anteriores creditores, qui habent expreſ-
ſam hypothecam, principis eludantur priuile-
gio, mulierem in dotis exactione poſteriorem ex-
cludent: alioquin tuta non eſt fides mercato-
rum, nec facilè vellent contrahere, eſſentque
impedita hominum commercia. Ego tamen ho-
neſto amore mulierũ perpulſus, æquius exiſtima-
rem ipſam mulierem pignora perſequi poſſe in
dotis repetitione contra anteriores creditores,
54 etiam ſi ſint permuniti expreſſa hypotheca, † &
Martini ſententiæ adhærebo: quamuis facilè vir
ille cum aliis non conſentiat. Mulier in dotis ex-
actione ſuperat eum qui credidit ob refectio-
nem: in authentic. quo iure. C. qui potior. in
pignor. habeant. ſed creditor, à quo mutuo credi-
ta eſt pecunia ad refectionem, præfertur credito-
ribus habentibus expreſſam, quamuis ſint tempo-
re priores, l. interdum. ff. qui potior. in pignor. ha-
beant. Multò igitur magis illos fœmina exclude-
55 re debet, opem ferente Brocardo iuris. † Si vin-
co vincentem te, multò magis ego te vincere de-
beo, l. de acceſsionibus. ff. de diuerſ. & tempor.
præſcrip. Et ratio, quę me alacrius ad hanc ſen
tentiam propulſauit, eſt potiſsimùm, quòd res
ſubiectæ reſtitutioni, in gratiam dotis permit-
tuntur alienari: auth. res quæ. C. communia de
legat. Res ergo debitæ his, in quorum gratiam
prohibita eſt alienatio, ab illis auferuntur, & in
dotem conuertuntur. Non igitur diſsimili ra-
tione fateri neceſſe eſt pignora tolli poſſe à prio-
ribus creditoribus, vt in dotis ſolutionem com-
mutentur, vt dotis cauſa ſit præcipua: quoniam
ſi expreſſam creditorum hypothecam hoc dotis
priuilegium non contineret, manca eſſet legis
prouidentia, quæ plenius dotis conſeruationi vo-
luit conſulere. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei
vxor. action. Idcircò ne mancum ſit hoc priui-
legium, & minimè plenum, fortaſsè abſurdum
non videbitur, ſub hac dotis prærogatiua expreſ-
ſas creditorum hypothecas ſuam vim & robur
dimittere: alioquin foret dicendum de dote exi-
genda datum priuilegium ferè inutile reddi mu-
lieribus. ſi ad tacitas tantùm hypothecas hæc eſ-
ſet conſtitutio relata, cùm perpauci ſint caſus,
quibus ex tacitis hypothecis creditores habent
ius exigendi, quos antè memorauimus: non
enim leges rarò contingentes caſus conſiderant,
l. nam ad ea. ff. de legibus. Addi vltimo loco
non incongruè poteſt, quod in iure noſtro
celebratum eſt, non minorem eſſe virtutem in
tacita legis diſpoſitione, quàm in expreſſo ho-
minis facto, l. iam hoc iure. ff. de vulg. l. cùm
quid. ff. ſi certum petat. Quare ſi tacita hypothe-
ca, quæ legis robore innititur, tollitur per dotale
priuilegium, multò magis expreſſa ceſſare faciet
dotis integritas, cùm legis diſpoſitio tenacius
hæreat quàm hominis, l. ſi libertus minorem. ff.
56 de iure patron. † Tria ſunt argumenta, quæ pro
communi ſententia fortius agunt, quæ refellere
oportet.

oportet. Primum minimè obeſt, quòd ius facto
meo mihi acquiſitum, ſine facto meo, à me tolli
non poteſt. Huic dicterio non eſſe locum, quan-
do priuato damnum illatum, Reipublicę vtilita-
tem aſpexerit, l. item ſi verberatum. §. j ff. de rei
vendicat. l. Lucius. ff. de euiction. l. fin. §. ſi ff. de
pign action. Dotis fauor, licet priuatis creditori-
bus obſit, Reipublicæ vtilitatem conſiderat. d.
l. j. ff. ſolut. matrimon. Minus obſtat ſecundum,
quod de comparatione tacitæ hypothecæ dixi-
mus, quia conſtitutio, quæ loquitur de hypothe-
ca, quam habent creditores, eſt indiſtincta &
generalis. Ideò credibile eſt imperatorē de vtro-
que genere hypothecæ fuiſſe loquutū, l. de pretio.
ff. de public. l. j. §. generaliter. ff. de legat. præſtand.
Tertium argumētum facilius eſt euertare. Nam
priuilegium alicui conceſſum, in alterius detri-
mentum non debet redundare, dict a l. nec anus.
57 Huius regulæ verum eſt interpretamentum: † q
priuilegia alicui conceſſa non debent eſſe in in-
iuriam cuiuſquam, niſi priuilegiorum obſerua-
tio ſit Reipublicæ profutura: quo caſu tertium
damnum in conſideratione non eſt: Salicet. in
authentica habita. C. ne filius pro pat. argum. d. l.
item ſi verberatum. His ergo perſuaſus rationi-
bus, ſemper putaui conſtitutionis priuilegium v-
triuſque hypothecæ prælationem continere, vt
quacunque hypotheca creditor ſit munitus ante-
rior, in dotis exactione mulieri poſtponatur. In
hanc ſententiam viſus eſt acceſsiſſe Ioannes Cor-
raſius amantiſsimus præceptor, in l. qui liberos,
ff de ritu nuptiar. quamuis vtriuſque opinionis
argumenta in dubium reuocauerit. Demùm ne
commentariis prolixioribus veſtras aures præ-
58 grauemus, ad reliqua pergamus. † Anxiè dubita-
uerunt interpretes, an mulier hypothecis primos
creditores expellat, quæ dotem non numerauit.
Sed maritus nihilominus ſe accepiſſe teſtatus eſt,
iureiurando obſtrictus, & dotis non ſolutæ exce-
ptioni renunciauit: & lapſa ſunt tempora, intra
quæ eſt opponenda dotis exceptio non numera-
tæ. Bartol. Iuriſprudentię coryphæus, in l. aſsi-
duis. C. qui potior. in pign. hab. idem eſſe cen-
ſendum ex communi vſus obſeruatione exiſtima
uit: quia teſtatio illa corroborata per iuratam
renuntiationem, vim habet veræ & realis nume
rationis: doct. in authent. quòd locum C. de do-
te caut. Cæterùm dotis priuilegia fulgent, non
tantùm in vero, ſed etiam in ficto matrimonio,
l. ſi cùm dotem. §. fina. ff. ſolut. matrimon. Eadem-
etiam ratione dicendum eſt valere priuilegia in
59 ficta dote, ſicut in vera & numerata. † Ficta eſt
autem dos, ſi cauta fuerit ſolùm, & non numera-
ta, vt eo titulo liquet, C. de dote caut. non nume-
rata. Quare non dicemus tantùm poſſe fictionem
in caſu ficto, quantùm ipſam veritatem, l. filio
quem pater. ff. de liber. & poſthum. Nos tamen
illius reiecta ſententia, concludendum eſſe duxi-
mus, dotem cautam, & non ſolutam, licèt exce-
ptioni à marito ſit renunciatum, non nocere
creditoribus priores ſuas hypothecas habenti-
bus: quia pactio appoſita, renunciando inter ma
ritum & eum qui dotem conſtituit, aliis prodeſſe
vel nocere non poteſt quàm paciſcentibus, l.
ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Igitur illa ex-
ceptionis renunciatio quidquam non poteſt ope-
rari in perniciem creditorum, præſertim cùm
nulla dos ſit ſoluta: non enim dotis conſtitu-

ratio, ſed ipſius realis numeratio, tot. præter iuris
regulas priuilegia introduxit. Non temerè Bartol.
in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanc. eccleſiis. pa-
ctum de augmento dotis quidquam non operari
ſenſit, quando eſt tantùm dos promiſſa, & non ſo-
60 luta. † Idem Guido Papa ſeruandum putauit in
deciſion. xliiij. Et ita vſu communi eſt receptum:
nec obeſſe poteſt huic noſtræ ſententiæ de matri-
monio ſumpta. Ratio: quia in ficto matrimonio
veri matrimonij priuilegia ita demum locum ha-
bent, ſi dos fuerit perſoluta, d. l. cùm dotem. §. fin.
ff. ſol. matrim. Sed in ſpecie præfata, cauta & non
61 tradita fuit dos. † Deinceps improba & admo-
dum iniqua eſſet ea interpretatio, ſi mendacis fi-
ctionis regulam contra æquitatem, quæ pugnat
pro creditoribus, extenderemus, l. ſciendum.
ff. ex quibus cauſ. maior. Ius ciuile tantùm fi-
ctiones admiſit, cùm æquitatis naturalis appro-
bat ratio: Bartol. in l. ſi quis pro empto. ff. de vſu-
62 capion. † Ad colophonem noſtri. §. dies venit
conſiderandus, quo ad repetitionem dotis actio
ex ſtipulatu vtiliter vxori competit, & perſonæ cui
datur: cuius ſanè dubitationis, niſi præuia diſtin-
63 ctione, veritas elucidari non poteſt. † Aut dos à
patre profecta eſt, vel ab alio: illius tamen con-
templatione, aut aliunde, ſi à patre dos fuerit
conceſſa, & in ſacris paternis poſita fuerit vxor,
actio communis eſt patri & filiæ, ita vt pater ſine
filia, nec ipſa ſine patre, dotem petendi poteſta-
tem habet, l. ij. §. quod ſi in patris. ff. ſolut. matrim.
Idem ſi aliunde, patris tamen contemplatione,
dos proficiſcatur, l. profectitia. ff. de iure dotium.
l. ſed ſi plures. §. in arrogato. in fine. ff. de vulg.
64 † pater tamen in dotis conſtitutione ſibi pro-
priam actionem facere poteſt, & à filia ius aufer-
re, ſi ex templò & incontinenti ſibi fuerit ſtipu-
latus, l. quoties. ff. ſolut. matri. interpoſito tamen
tempore: ſed filia conſentiente, poteſt ſtipulari,
65 d. l. quoties. † Extraneus autem dotem conſtitu-
ens, ad ſe ipſum poteſt dotem conuertere, etiam
non adiecto ſtipulationis vinculo, l. à via. C. de
iure dotium. Nuda igitur conuentio ſufficit, l. ſi
cum dotem. ff. ſolut. matrimon. Contractus ergo
cohærentia nudum illud pactum, ſicut cæteræ nu
dæ conuentiones, corroboratur, l. legem. C. de
pact. Extraneum hîc appellamus, non eum qui
non eſt agnatione coniunctus, ſed eum qui mu-
lierem in ſua poteſtate non habet, licèt ſit con-
ſanguinitate propinquus, l. vnica. §. extraneum.
C. de rei vxor. action. Sed inueſtigemus, ſi placet,
66 rationem differentiæ, † quare in patre paciſcen-
te ſolennitas verborum deſideratur, non autem
in extraneo. Mihi hæc ratio ſemper arriſit, & di-
uerſitatem poſuit, quòd extraneus nulla impelli-
tur neceſsitate, ſed amore & gratia ad dotis con-
ſtitutionem eſt inuitatus, pater autem naturali a-
moris vinculo coarctatur, & ad dotandum im-
pellit neceſsitas, l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar.
nulloque liberalitatis officio fruitur: quia ne-
mo in neceſsitatibus liberalis exiſtit, l. item lega-
tam. ff de adimend. legat. Idcircò dos à patre pro-
fecta; magis ad filiam pertinet, quàm ſi aliunde
veniſſet. Propterea maior deſideratur ſolennitas,
cùm pater filiā actione dotis eſt priuaturus, quam
cùm extraneus. Anxiè dubitauerunt noſtri in-
terpretes in l. dos à patre profecta. C. ſolut. ma-
67 trim. quemadmod. † an ſi mulieris morte pende-
ntis matrimonium diſſoluatur, & extet ex eo

matrimonio liberi, ſi ad patrem dos debeat reuerti, vnde eſt profecta: an eſſe penes liberos debeat, ex cuius fructibus alantur ipſi. Et id, quod in hac quæſtione dubitationem peperit, eſt legum generalis deciſio, quæ decidunt indiſtinctè ad patrem inſolidum de dote actionem pertinere, ſi in matrimonio filia deceſſerit. Nec diſtinctum eſt, an liberos ſuſceperit, necne, l. vnica. §. ſileat. C. de rei vxor. action. l. final. ff. rem ratam haberi. Martinus tamen, qui legum nucleos viuacius aperuit, in ea eſt hæreſi & ſententia, vt extantes liberi patrem matris excludant: cuius ego opinionem totis neruis inſequor, & eam vſus forenſis approbat.
68 † Ad cuius opinionis defenſionem hæ duæ rationes me potiſſimùm impulerunt. Vna, quòd dos mulieris ſit proprium patrimonium, l. iij. §. ſed verum. ff. de minor. xxv. annis. & quia defunctorum patrimonium ad ſuos, quales ſunt liberi, pertinet, §. ſui. de hæredum qualit. & differ. l. in
69 ſuis. ff. de liber. & poſth. Altera eſt, † quia dotis conſtitutio, quæ pro oneribus matrimonij eſt inuenta, non tantùm coniugum, verùm etiam liberorum fauorem reſpicit, vt inde alantur: doctor. in d. §. ſileat. & in d. l. pro oneribus. Quare cùm ille fauor adhuc vigeat, in liberis ſuperſtitibus dicemus etiam dotis conſtitutionem propter eorum alimoniam locum habere. Nam cùm filiusfamil. filiaue, quandiu eſt in ſacris paternis, ſit incapax donationis à patre perfectæ, l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum & vxor. ipſius tamen dotis inter patrem & filiam, non inualida eſt donatio, l. Ponponius Philadelphus. ff. famil. herciſcund. Igitur filia defuncta, talis validæ donationis emolumentum ad liberos pertinebit. Huius articuli quàm plurima ſunt argumenta per Bart. in l. poſt dotem. ff. ſoluto matri. Nos tamen ad partem vtranque huius quæſtionis, accuratè rationes & argumēta coniunximus in l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dot. Vt manum
70 vltimam huic §. apponamus, † ſequens eſt videdere tempus, infra quod huius actionis fatalia
71 tempora currunt. † Primùm hæc actio matrimonio conſtante nata non eſt, niſi vergente ad inopiam marito, l. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimon.
72 † Soluto autem matrimonio quamprimùm hæc actio ex ſtipulatu naſcitur, ſi dos ſit in rebus immobilibus, ſi vero ſit in rebus mobilibus data exactio infra annum non competit. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. action. Hinc ſumpta occaſione, non parua naſcitur dificultas, an infra illum annum ilicò ſoluto matrimonio nata ſit actio, quamuis effectus exequutionis poſt annum differatur. Actionem non nulli natam eſſe voluerunt, etiam conſtante matrimonio, licet non poſſit vtiliter agi, niſi poſt annum. Bartolus eſt teſtis in dicta l. ſi conſtante. §. ſi exhæredato. ff. ſoluto matrimonio. Non enim Imperator in d. § exactio. dicit: Actio dotis intra annum non
73 datur, ſed exactio: Teſt enim exactio, nō actio, ſed actionis exequutio, quando actioni dies ineſt. A legatarie diem agitur, licet inutiliter, l. j. §. final. ff. quando dies vſufruct. Et ego publice de veritate huius opinionis reſpondi in Tholoſano auditorio contra Bart. in d. §. ſi exhæredato. Et his ego abundè & ſufficienter puto expeditas eſſe materias huius §. in quo non inculcauimus, quæ à noſtris ineptè proferūtur: ſed tantùm ea decerpſimus, quæ huius §. ſenſum elucidare viſa ſunt.

Ad §. In bonæ fidei.

SVMMARIA.

1 *Poteſtas actionum bonæ fidei.*
2 *Duo ſunt genera eorum quæ reſpiciunt fauorem iudiciorum bonæ fidei.*
3 *Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis.*
4 *Acceptilatio quid ſit.*
5 *Melius eſt non ſoluere, quàm ſolutum repetere.*
6 *Reſpectu compenſationis olim erat differentia inter actiones ſtricti iuris & bonæ fidei.*
7 *Sublata illa differentia vetus.*
8 *Depoſitum debet ſub eadem ſpecie reddi, ſub qua eſt acceptum.*
9 *Idem eſt etiam dicendum, quando in quantitate eſt factum.*
10 *Creſcit depoſitum per inficiationem, ſi non reddatur exemplò.*
11 *Duæ rationes quare ſit reddendum depoſitum ſub eadem forma.*
12 *Propter affectionem non eſt idem in æquipollentibus iudicium.*
13 *Notatus eſt Bartolus.*
14 *In nummos cadit aliquando affectio.*
15 *In depoſito non habet locum compenſatio.*
16 *Quando debitum dicatur liquidum.*
17 *Infra quantum tempus debet liquere debitum in compenſatione.*
18 *Tempus non eſt lege diffinitum, intra quod eſt exceptio compenſationis opponenda.*
19 *Tempus incertum eſt in poteſtate iudicis.*
20 *Dilatio ad probandum maior aut minor datur ſecundùm locorum diſtantiam.*
21 *Inter fiſcum & alios creditores priuatos plurimum intereſt.*
22 *De curia parui ſigilli Montiſpeſſulani, an habeat locum compenſatio.*
23 *Contra ſtilum illius curiæ.*
24 *An compenſatio ſit vera, an ficta ſolutio.*
25 *Fictio non poteſt veritatem naturæ perimere.*
26 *Stilus curiæ parui ſigilli Montiſpeſſulani, eſt ſecundum rigorem iuris.*
27 *Difficultas, quare eſt diſcrimē an ipſo iure, an ope exceptionis opponatur exceptio cōpenſationis.*
28 *Communis eſt confutata ratio.*
29 *Quare ea, quæ ſunt perpetua ad exceptionem, ſunt ad agendum annualia.*
30 *Falſus eſt vſus l. diffamari, à practicis noſtris, & eſt improbandus.*
31 *Nemo cogitur litigare.*
32 *Intellectus ad l. diffamari.*
33 *Quando actio eſt tempore peritura, tunc iuſtè poteſt implorari praxis l. diffamari.*
34 *Singularis ratio differentiæ.*
35 *Duæ ſingulares differentiæ.*

IN bonæ fidei iudiciis fidem eſſe exuberantem, † poteſtatemque ampliſſimam hic §. non inelegantèr oſtendit: cuius 1

materiam ex tractatu largiſsimo compenſatio-
nis Imperator deduxit. Ad cuius cognitionem,
diſtinctionem hanc non parum valere putaui:
2 † videlicet duo eſſe genera eorum quæ reſpiciunt
fauorem bonæ fidei iudiciorum. Quædam ſunt
ipſius actionis compoſitionem reſpicientia: vt
moræ conſtitutio, necnon fructuum condemna-
tio, l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. Quædam
tamen ſunt, quæ ipſius contractus diſſolutio-
nem perpendunt & conſiderant, vt eſt compen-
ſatio: cui eſt locus in bonæ fidei iudiciis ipſo iure
3 noſtro, §. in bonæ fidei. † Eſt enim compenſa-
tio, ſolutionis altera ſpecies, vt hîc dicturi ſumus.
Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obli
gatio. Duo itaque ſunt genera fictæ ſolutionis:
quædam eſt, quæ inducitur per acceptilationem:
4 † eſt enim acceptilatio imaginaria ſolutio, §. præ-
terea. Inſtit. quibus mod. tollit. obligatio. Quæ-
dam eſt, quæ fit compenſationis iure, quæ maxi-
5 ma æquitate ſuadente introducta eſt, † cùm ſit
melius non ſoluere, quàm ſolutum repetere,
l. iij. ff. de compenſation. Si tantundem tu mihi,
debeas, quantum à me petis, ſatius eſt & tibi, &
mihi, vt petenti tibi compenſationem obiiciam,
quàm ſi ſoluendo obligationi ſatisfacerem, &
tantandem poſtea agerem contra te, duæ in-
ſtantiæ & lites proponendæ eſſent. Et quòd v-
na inſtantia poteſt terminari ſuperfluum ſanè fo-
ret duabus litibus & iudiciis implicaris abſor-
beri, l. cum fundus. §. ſeruum tum imprudens.
ff. ſi certum petat. Eſt enim in agendo circuitus
fugiendus: in clem. auditor. de reſcript. in cle-
mentin. hîc §. pars eſt. & ſequela. §. actionum.
ſuprà, eodem. quia Iuſtinianus diſtinxerat in
bonę fidei & ſtricti iuris: quæ diſtinctio no-
ſtro iure eſſet inanis, niſi eſſent alij effectus a-
6 ctionum bonæ fidei, & alij ſtricti iuris. † Non
parum igitur intereſt inter actiones bonę fidei
& ſtricti iuris, quantum ad compenſationem
attinebat: quia in actionibus bonæ fidei locus e-
rat compenſationi ipſo iure: ſed in ſtricti iuris
iudiciis ita demum admittebatur compenſatio,
ſi per modum exceptionis fuerit oppoſita no-
ſtro §. in bonæ fidei: quæ conſtitutio olim re-
ſcripto diui Marci hunc dilectum adnxerat in-
7 ter actiones bonæ fidei & ſtricti iuris. † Sed Iu-
ſtiniani præſenti ſanctione hæc differentia abiit
in deſuetudinem: voluitque Iuſtinianus in om-
nibus actionibus, cuiuſcunque ſint naturæ, iure
ipſo compenſationem eſſe admittendam, vno
ſolo caſu excepto, videlicet actione depoſiti, quæ
propter bonæ fidei fontem vberrimum, l. bona
fides. ff. depoſiti. ab aliarum actionum formæ re-
8 ceſsit: † quia ipſum quòd re vera depoſitum eſt,
recuperamus, etiam ſi latrocinij fuerimus infamia
notati, l. j. §. ſi præd. ff. depoſit. Idcircò hęc actio cō
penſationis obiectionem repudiauit noſtro §. in
9 bonæ fidei. † Puto etiam ipſe reiectam cōpenſa-
tionem in depoſito eſſe, nō ſolùm quando in ſpe-
cie factum eſt, ſed etiam ſi in quantitate aut pecu
nia numerata conſiſtat, vbi nō poteſt affectio con
ſiderari, l. nummis. ff. de in lit. iurá. quia bonæ fidei
cōgruum eſt, vt omni cūctatione abiecta, id quòd
in alterius cuſtodia poſuimus, velociter repeta-
10 mus, §. rei perſequēdę. ſuprà eod. † Quare non im
quis rationibus perſuaſi Iuriſcōſulti reſpōderūt,
ex certis cauſis depoſitū factū. ſi ex tēplo nō reſti-
tuitur, creſcere, l. j. §. merito. ff. depoſit. Vnde me-

ritò crimē perfidię incurrit depoſitarius, d. §. me-
rit. ver. Cùm verò. Spernimus enim iuris apices,
cùm de bonæ fidei ſinceritate agimus, l. ſi fideiuſ-
ſor. §. quædam. ff. mandat. Ex ſupradictis itaque
patet, non ſine ratione Imperatorem ſuſtuliſſe dif
ferentiam inter actiones bonæ fidei & ſtricti iu-
ris, adeò vt nullo adhibito diſcrimine, ipſo iure
locus ſit compenſationi in actionibus tam ſtricti
iuris, quàm bonæ fidei. Nam cùm compenſatio
vim habeat ſolutionis, vt iam demonſtratum eſt,
quæ extinguit obligationem ipſo iure, tam in cō-
tractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, §. j. ſuprà,
quib. mod. tollit. obligatio. ideò iudex debet ad-
mittere compenſationem ipſo iure in quolibet
11 genere actionum: † ex qua ratione iam emergunt
duæ rationes, quare in actionibus, quibus debetur
ſpecies, non poſsit compenſatio opponi. Vna eſt,
quòd compenſatio ſolutionis poteſtate fungitur,
vt eſt antè dictum. Aliud pro alio non poteſt ſol-
ui, nolente creditore, l. j. §. mutuidatio. ff. ſi certum
petat. Ideò ſi debitor apud creditorem ſpeciem
cum alia ſpecie compenſaret, in alia re quàm de-
bita, ſolutio contingeret: à quo iura abhorrent,
12 d. §. mutui. † Altera ſanè pugnat ratio, quòd cre-
ditoris intereſt ſpeciem ſibi debitam habere pro-
pter affectionem potius, quàm æquiualentem a-
liam rem: arg. l. j. in verſicu. alias. ff. quæ in fraud.
patron. l. cum ſeruus extero. ff. mandat. Quam ob
cauſam ſi pecunia debita fuerit in ſpecie, nempè
in ſacculo conſignata, non poſſe eam cum alia pe
cunia compenſari quidam voluere, referente Bar-
tol. in l. cum fundus. § . ſeruum tuum imprudens.
13 ff. ſi certum petat. † quam opinionem ipſe Barto.
veram eſſe non credidit in dicto loco, ea potiſsi-
14 mum de cauſa, † quòd in nummis affectionem
non habemus, in l. nummis. ff. de in litem iurand.
Ego tamen reiecta Bartoli ſententia, antiquorum
aſſertionem procedere ſemper ſum arbitratus,
quando nummi in ſacco conſignati ſunt elegan-
tioris formæ, quā ſit pecunia ab altera parte de-
bita: quia non cogeretur eos ſub alia forma reci-
pere, l. Paulus. ff. ſoluto matrimon. quia in num-
mis elegātiori forma percuſsis poſſet affectio cō-
ſiderari propter eorum expeditorem exportatio-
nem, necnon conſumptionem: doctor. in dicta l.
nummis. & d. l. Paulus. per illum tex. ff. de ſolutio.
Tollendæ igitur ſunt tres exceptiones ex noſtro
15 §. quarum vna in actione depoſiti eſt, † in qua iu-
dices non nouerunt compenſationes, vt noſtro
§. conſtat. Altera eſt in debito ſpeciei, l. finali. C.
de compenſation. l. fin. C. commodat. Tertia quā-
do vnum debitum eſt obſcurum, & alterum eſt li
16 quidum, d. l. fi. † Eſt autē debitum liquidum, cuius
creditor promptas habet probationes, quæ pro-
pter breuem tractum, debitoris calliditati non
ſubiiciantur: Accurſ. in l. poſt rem. ff. de tranſac.
Quarta addi poteſt exceptio: ſi debitum ex his
cauſis naſcatur, quæ ſunt inſertæ in l. iij C. de cōp.
Et quia omninò obſcurum debitum cum liquidò
non poteſt compenſari & obſcurum eſſe dicimus
debitum, cuius probatio non niſi longiori tractu
edi valeat, & in lucem venire, l. iij. §. ibidem. ff. ad
exhibendum. duxi ego operæpretium eſſe tem-
pus diffinire, intra quod debiti reus, qui com-
17 pēſat, probationem debeat edere. † Verum me-
lior pars interpretum exiſtimauit reum non cō-
penſare, ſi ante duos menſes per creditorem tan-
tundem, aut aliquid debere non probauerit. l. u-

fertur.§.qui compenſationem, ff.de iur. fiſ.cuius
quidem temporis ſpacium ſufficere viſum eſt de-
biti liquidæ probationi: quo elapſo magis ob-
ſcurum quàm liquidum debitũ verè dici poteſt.
18 inopia expeditæ probationis,d.l.fi. † Nos tamen
tutius opinamus,lege nõ eſſe determinatum tem-
pus,infrà cuius curſum debitor volens cõpenſare
debiti veritatem debeat probare.Sed huius rei dif
19 finitio omnino poſita eſt in pectore iudicis.†Tẽ-
pus enim lege minimè determinatum, iudicantis
religione eſt præfiniendum,l.j.§ j. ff.de iure deli
berand.ſicut cætera,quæ legis omiſsione ſunt in-
certa,repoſita ſunt in arbitrio iudicis, l.mora. ff.
20 de vſur. † Vir enim bonus pro ſua religione, ma-
ius aut minus tẽpus præfiget debitori probaturo,
ſecũdum diſtantiam Incorum itinerúmque diffi-
cultatem, vnde probationes eſt editurus.Pluri-
bus itaque diebus ad probandum opus eſt debito-
ri,qui teſtes aut inſtrumẽta extrà ſuam ciuitatem
quæſiturus eſt, quàm ei qui inter parietes priua-
tos teſtes aut inſtrumẽta eſt adhibiturus.arg.l.cõ-
tinuus.§.cùm ita.ff.de ver.obl.& l.j.ff.ſi quis cau-
tion.non obtemper. Tempua eſſe arbitrarium in
compẽſationem apparet,quia dies, qui gratia cõ-
penſationis cõfitenti datur debitori,eſt poſitus in
poteſtate iudicis.l.debitoribus.ff.de iud. qui verò
compenſat,non eſt diſsimilis ſoluenti, l. amplius
non peti.ff.rem ratam hab. Igitur ad probãdum
debitum compenſationis, tempus ad iudicis vo-
luntatẽ pertinebit. Nec opinioni eorum prodeſ-
ſe poteſt.l.aufertur.§ cõpenſationem,cùm in cau
21 ſa fiſcali loquatur. † Erit autẽ ratio, quare cõtra
fiſcum cõpenſaturus, intra duos menſes debeat
docere,quia cùm cõpenſatio vim ſolutionis obti-
neat d.l.amplius non peti. ad ſoluẽdum fiſco da-
tur tãtundem tẽporis:aut ſi maiores ſint ſummæ,
non datur tẽpus longius tribus mẽſibus,l.in frau
dem.§.fiſcalibus.ff.de iure fiſ.Sed debitoribus pri
uatorum aliquando maius,aliquando minus tem
pus conceditur,pro negotii oportunitate, l.debi-
toribus.ff.de re iud.Ideò voluntarium erit iudici
tempus, intra quod compenſaturus ſuũ debitum
eſſe liquidum oſtendet. Hic nequaquam ſuper-
fluum fortaſsè videbitur, ſi quotidiè emergentis
quæſtionis in curia parui ſigilli Montiſpeſſulani
nodũ diſſoluamus, ipſiúſque obſeruationem in
22 vſu forenſi enodauerimus. † In ea curia conuen-
ti debitores,actorum intentionem tribus tantùm
exceptionibus elidunt:videlicet pacti de non pe-
tendo falſi,& ſolutionis.Vſu in eo foro receptum
eſt, locum non eſſe compenſationi, cùm ſit alia
exceptio cõpenſationis,& alia ſolutionis.Solutio
enim ipſo iure obligationem perimit, §.j. ſuprà,
quibus mod.toll.oblig. compenſatione verò eli-
ditur tantùm arg.l. quod in diem §.fin.ff.eod.vn-
de ſolutionis exceptio,eſt facti exceptio,quæ non
præſupponit actionem: compenſationis verò ex-
ceptio,eſt iuris,cùm ſubſiſtentem actionem præ-
ſupponat ipſam exceptione tantùm eliſam: Bar-
tol.in l. Iulianus verum debitorem, ff de condi-
23 ction.indeb. † Nos tamen ſaluo practicorum ho
nore,illum vſum meritò reprobamus, cùm iuris
figmẽto cõpenſatio,ſolutio eſſe videatur,d.l.am-
plius nõ peti. Ideò ſi illud forũ admiſerit exce-
ptionem ſolutionis, non video quare in eo iudex
nõ audiat debitorẽ cõpenſare volentem, maximè
cùm compenſatio naturali æquitate non careat.
ſecũdum quum melius eſt non ſoluere cõpenſan-
do,quàm repetere ſolutum, l.iij.ff.de compenſat.
Nequaquam officit,ſi oppoſueris compenſantem
non ſoluere, ſed eſſe ſoluenti ſimilem, cùm nullũ
24 ſimile ſit idem,l.quòd Nerua.ff.depoſit. † Eſt de-
mum cõpenſatio fictitia ſolutio, vt antè eſt abun-
25 dè dictum. † Fictio veritatem naturæ non poteſt
perimere,l.aſſumptio.ff.ad municip. l.filio quem
pater.ff.de liber.& poſth. Ad quod argumentum
ſatis patens eſt ſolutio: quia quando ſumus in a-
ctu reſpiciente æquitatem, veritati eſt fictio an-
teferenda.l.ſciendũ.l.nec vtilem.ff.ex. quib.cauſ.
maior.Bartol.in l.ſi quis pro empto.ff.de vſucap.
potiſsimùm ſi veritas,cui aduerſatur fictio, ſit ſe-
26 cũdùm iuris rigorem. † Sed ſtilus illius curiæ par
ui ſigilli ex mero rigore deſcẽdit:qui rigor cùm ſit
odioſus,debet reſtringi,l.cùm quidam.ff.de liber.
& poſthu. Eum tamẽ rigorem ad æquitatem pro-
ducemus,ſi compenſationis exceptionem in eo fo
ro liceat opponere: quia ob pauciſsimum nume-
27 rum exceptionum in eo foro prẹualet rigor.†Po-
ſtremò videre haud erit abſurdũ, quale fuerit di-
ſcrimẽ,ſi ipſo iure opponatur cõpenſatio, an ope
exceptionis.Regula Bart.poſita in l.ſi vnus.§.pa-
ctus.ff.de pactis.dubium explicat, quia cùm ipſo
iure opponi poſsit,iudicis erunt partes in oppo-
nendo,quáuis pars ipſa omiſerit. Secus ſi ope ex-
ceptionis opponeretur, cùm ad factum & ad ius
talis referatur oppoſitio: ſupplẽt enim iudices ea,
quæ partibus deſunt ad ius,& non quæ ad factum
pertinẽt,l.vnica.C.vt ea quæ deſ.aduoc.iud ſuppl.
Demùm quæ ipſo iure poſſunt opponi,habẽt cur-
ſum triginta annorum, cùm ciuilia remedia mi-
nore tẽpore non finiantur,§.j.infrà, de perpet. &
temp.act. Quòd ſi exceptionis remedio, quod à
iure prætorio habet cauſam, ea tantùm ſunt op-
ponenda,quæ anni vnius metas non egrediuntur:
arg.l.in honorariis.ff.de act.& oblig. † Hæc duo
28 diſcrimina (pace Doctorum dixero) iuris princi-
pia & regulas faciunt corruere. Primum non eſt
verum,quòd iudex debeat habere rationem com-
penſationis parte non petente,l.ſi conſtat.in fi.C.
de cõpenſat.in his verbis. Si modò petitio eorum
ſubſiſtat:& ibi accuratè Accurſius. Iudex præter-
ea argueretur dementiæ,qui parti minimè poſtu-
lanti,beneficium compenſationis tribueret,l.fin.
C.de fideic.libert. Nec etiam verum eſt alterum
diſcrimen,quòd ea,quæ poſſunt opponi exceptio-
29 nis ope, poſt annum non competant. † Illud
enim iuris dicterium deſtrueretur,videlicet Quæ
ſunt ad agendum annalia, ſunt ad excipiendum
perpetua,l.licet.C.de except.& id ſumma quidem
æquitate,cùm actor,quando volet,liberam agen-
di habet facultatem,l.vnica.C.ne quis inuit.ager.
Sed qui excepturus eſt,poteſtatem non habet ex-
cipiendi, niſi contra ſe primùm ab actore fuerit
actio agitata, cùm exceptio ſine præuia actione
minimè detur, l.j.ff.de exception. niſi fortè debi-
tor contra creditorem diplomata impetrauerit
ſuper tenore l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ.
vt ipſi creditori ſilentium perpetuum imponat-
tur:quo caſu aiũt eſſe in poteſtate debitoris,quan-
30 do velit,ſuis exceptionibus vti. † Nos tamen il-
lam praxim, ſeu abuſum potius iniquam eſſe &
falſam dicimus: cùm per illius obſeruationem a-
ctores litigare cogantur contra illam conſtitu-
31 tionem. C.ne quis inuit. ager. † cùm ſit laudan-
dus creditor, qui ſuum debitum curſu tempo-
ris multò amittere,quàm litigare: argum.l.item
res.

res.§.j.ff.de alien.iud.mut.cauſ facta. Experientia
enim comparatum eſt, illas conceſsiones litera-
rum, ſuper l.diffamari, in fraudem fieri illorum
iudicum, quibus contrahentes ſe ſponte ſubiece-
runt, l.j.ff.de iud.aut morandæ ſolutionis gratia,
l.ſatis apertè.C.ad leg.Corn.de falſ. Non igitur
ſunt temerè præſtandæ, quibus obuiam itum eſt
per quandam conſtitutionem in hac prouincia
Narbonenſi latam, ne diminutionem pateretur
ſtilus curiæ parui ſigilli in hac vrbe conſtitutus.
32 † Nec huic temerariæ praxi accommodari po-
teſt, d.l.diffamari, cùm tantùm loquatur, ſi quæ-
ſtio timeatur de hominis ſtatu: quo caſu vt ad a-
gendum tempus eſſet præfixum, & ne in penden-
ti hominis liberi eſſet dignitas, agere quis cogere-
tur: alioqui lapſo temporis ſpatio omninò eſſet
præcluſum iter l.Titia.ff.de accuſat. Non idem
eſt protrahendum ad ciuiles cauſas, vbi tantùm
non vrget periculum, argum.l.quoties.C.de iu-
33 dic.† Verùm fateri nos oportet, vno ſolo caſu iu-
ſtam eſſe impetrationem literarum ſuper l. diffa-
mari, ſi debitori exceptio competat tempore pe-
ritura: vt non numeratæ pecuniæ exceptio, quæ
intra continuum biennium eſt opponenda, l.in
contractibus.C.de non numer. pecun. quia dolo
facere non videtur, qui prematurè in iudicio ex
petitur, ne ius ſuum tempore pereat.arg. l.ſenatuſ
conſulto.ff.de officio præſid. Et vt ad rem, vnde
ſumus digreſsi, reuertamur, licet quæ per modum
exceptionis opponuntur, iure prætorio dentur,
compenſationis tamen exceptio perire non debe-
ret, niſi lapſu illius tẽporis, quo elideretur actio,
cuius debitum compenſari oportebat, cum tanto
tempore ſit debitum compenſandum, quandiu
peti poſsit: notatur in l. quæcumque.ff. de com-
penſation. Sed veriorem rationem inueſtigaui-
34 mus, ipſi cõmuni reiecta ſententia. † Hæc eſt dif-
ferentia: quia ſi iure ipſo compenſatio opponi
poſsit, ilicò eſt ſublata actio, contra quam com-
penſatio opponitur. Quòd ſi non iure, ſed exce-
ptionis ope opponenda eſſet, nihilominus actio
remaneret, licet actiõnis efficacia eſſet ſublata, l.j.
§.final.ff.quando dies vſusfr.cedat. Ideò poſt op-
poſitam compenſationem ſi actor experiatur, cũ
ſit ipſo iure ſublata, ſine actione experitur: quod
non poteſt fieri, l.ſi pupilli.§.videamus. ff.de neg.
geſt.ſed ſi compenſatio opponatur ope exceptio-
nis, non eſt actionis ſubſtantia ſublata ipſo iure.
Ideò reo non contradicente nihilominus poterit
agere, licet malè agat, ſi debitor ipſum velit com-
penſatione repercutere, d.l.j.§.fin.ff. quando dies
35 vſusfruct.† Eſt item differentia, quia quando ex-
ceptio ipſo iure opponitur, ipſa exceptio eſt facti,
& non iuris, cùm nulla ſit prerequiſita actio: quia
eſt ipſo iure ſublata, ſed eliſa. l.ſi vnus.§ pactus.ff.
de pactis. Quantum interſit inter exceptionem
iuris & facti, doctè Bar.in l.Iul.verum debitorem
ff.de condi.indeb. Et his ſatis commodè explica-
tus eſt noſter §.

Ad §.Præterea.

SVMMARIA.

1 *Arbitrariæ actiones non faciunt genus diſtinctũ.*
2 *Non magna tamen eſt diſtinctio actionum arbitrariarum ab actionibus bonæ fidei.*
3 *Tantum valet officium iudicis in arbitrarijs, quãtum bona fides in actionibus bonæ fidei.*
4 *Exemplum.*
5 *Alterum exemplum.*
6 *Actiones in rem non ſunt ſpecie diſtinctæ ab actionibus perſonalibus.*
7 *Actiones ſtricti iuris poſſunt eſſe bonæ fidei per accidens.*
8 *Omnes actiones ſtricti iuris poſsũt arbitrariæ fieri.*
9 *Quatuor præcepta Bartoli ad actiones arbitrarias cognoſcendas.*
10 *Iudex multam indicit paruam aut magnam pro negotij opportunitate.*
11 *Vide quomodo omnis actio fieri arbitraria poſsit.*
12 *Ab alijs non tacta difficultas.*
13 *Quare actio non eſt arbitraria reſpectu temporis adiecti, ſicut loci.*
14 *Promiſio Petri.*
15 *Solutio.*
16 *Summi authores artis ſunt defendendi.*
17 *Locus eſt magis in poteſtate noſtra quàm tempus.*
18 *Reprehenſus Bartolus.*
19 *Pluribus modis quàm quatuor poteſt actio eſſe arbitraria.*
20 *Quare appellantur arbitrariæ actiones.*
21 *Quomodo intelligatur in arbitrarijs vtile eſſe habere iudicem beneuolum.*
22 *Quando æquum pugnat cum rigore, iudex æquum ſequetur, non rigorem.*
23 *Partes recti iudicis.*
24 *Aequum præfertur iuſto.*
25 *Conſtantia iudicis.*
26 *Leges, & non exempla debemus inſequi.*
27 *Iudex ad veroſimilia leges extendit.*
28 *Aequitas non ſcripta an rigori ſit præferenda.*
29 *Lex ſine æquitate eſt corruptela potius cenſenda.*
30 *Iudex non debet aliter iudicare quàm princeps iudicaret.*
31 *Aequitas non ſcripta magis quàm ſcripta eſt permanens.*
32 *Paulus Apoſtolus ad Roma.de æquitate naturali plura loquitur.*
33 *Minores iudices non minus debent ſeruare æquitatem non ſcriptam, quàm maiores.*
34 *Loci adiectio tria operatur.*
35 *Contractus videtur celebratus in loco qui eſt ſolutioni adiectus.*
36 *Non tantùm damni, ſed etiam lucri habetur ratio in actionibus arbitrarijs.*
37 *In actione arbitraria perpenditur id quod intereſt non tantũ creditoris, ſed etiam debitoris.*
38 *Oppoſitio.*
39 *In arbitraria id quod intereſt, extra rem conſideratur.*
40 *Arbitraria actione iudex competens efficitur.*
41 *Melius eſt pecuniam in vno loco accipere, quàm in alio.*
42 *An additamentum ſit pars rei.*

43 *Contra vulgi opinionem.*

44 *Id quod intereſt, poſtea contingens, non eſt pars ſortis.*

45 *Refert an id quod intereſt, officio iudicis debeatur, an per ſtipulationem.*

46 *Seruitus non eſt pars fundi cui ineſt.*

47 *Dente genuino malè laceſsitus imperator.*

48 *Antiqui fecerunt differentiam inter arbitrariā, rationem loci, & alias arbitrarias.*

49 *Exempla non reſtringunt regulam.*

50 *Pro declaratione parui præcepti non eſt magnum volumen congerendum.*

51 *Non omnes actiones ſunt arbitrariæ.*

52 *In arbitrariis actioni, duæ ſentētiæ non ſunt neceſſariæ.*

53 *Mos Atheniēſiū in interloquēdo ante diffinitiuā.*

54 *Marcus Cicero.*

55 *Omnia iudicia ſunt abſolutoria.*

56 *Ante ſententiam iudex ad pacem litigatores exortari debet.*

57 *Duplici onere ſportularum prægrauandi non ſunt litigatores,*

58 *Meſiteia quid ſit.*

59 *Verbo arbitri quandoque iudex continetur.*

60 *Iuramentum non eſt legitima probatio.*

61 *Corruptiſsima conſcientia aliquando in cauſa propria efficitur iudex per iuramentum.*

62 *Inſatiabilis cupiditas periurium parit.*

63 *Iuramentum in litem differt ab illis iuriſiurandi ſpeciebus.*

64 *Inconuentionali iuramento non admittitur probatio in contrarium.*

65 *Male eſt intellectus §. item videndum, dicta l. videamus.*

66 *Iudex non tenetur iudicare ſecundùm iuramētó.*

67 *Damnum actoris compenſatur cum damno rei.*

68 *Oppoſitio de §. oportet. in authent. de iudic.*

69 *Intellectus §. oportet, alius quàm à priſcis fuerit.*

70 *In delatione iuramenti iudex debet conſiderare rei magnitudinem aut vilitatem.*

71 *Duo ſunt neceſſaria iuramento in litem.*

72 *Mora culpam, & non dolum continet.*

73 *Soluit author difficultatem, adiutus ingenio cuiuſdam ſocij Valentini.*

74 *Culpa latior dolo æquiparatur.*

75 *Maius eſt peccatum in faciendo, quàm in non faciendo.*

76 *Mora in actionibus arbitrarijs eſt grauior quàm in alijs.*

77 *Culpa in non faciendo in aliquibus iudicijs eſt quā in alijs grauior.*

78 *Inconſultus Bart.*

79 *Reprehenſio quorundam phantaſticorum.*

80 *Iuramentum in litem, eſt etiam ſubſidiarum.*

81 *An iuramentum in litem ſit veritatis, an verò affectionis.*

82 *Dubium eſt ſolutum.*

83 *Iuramentum in litem eſt affectionis, ſi in ea actione affectio poſſit conſiderari, in qua tale iuramentum præſtatur in litem.*

84 *Contra communem.*

85 *In arbitrarijs actionibus habetis ratio affectionis, ſicut in bona fidei iudicijs.*

86 *Acceſſus tenebricoſus eſt apertus.*

MINIME laudare poſſum aliquorum
opinionem, quorū nomina referre non
1 eſſet inuerecundum. † Exiſtimauerūt il
li arbitrarias actiones genus diſtinctum facere ab
antedicta actionum partione, §. actionum, ſuprà.
illáſque non eſſe nec bonæ fidei, quòd in eo §.
non ſint comprehenſæ, nec ſtricti iuris, quòd in
eo genere varia & multa ſunt cōſtituta, quæ ſunt
longe aliena ab actionibus ſtricti iuris: vt in effe-
ctibus earum actionum perſonalium autumati
2 ſunt. † In modico tamen effectus actionum arb
trariarum ſunt deſtincta viribus actionum bo-
næ fidei, niſi quòd in bonæ fidei iudiciis æquum
& bonum inſunt ſecundùm naturam contractus:
in actionibus verò arbitrariis iudicis officium a-
ctionibus bonæ fidei ſimilis effectus, præter na-
turam contractus operatur propter aliquod ac-
3 cidens. † Tantum in his actionibus præualet offi
cium iudicis, quantum bona fides in contra-
ctibus bonæ fidei: arg. l. iij. §. nunc de officio. ff. de
4 eo quod certo loco. † Non incongruè adiungi
poteſt exemplum de actionibus ſtricti iuris: quæ
licet in plurimis effectibus naturam habeāt con-
trariam bonæ fidei iudiciis, per expreſsionem ta-
men in contractibus factam redolere poſſunt na-
turam effectuum bonæ fidei, l. quia tantundem. ff.
de negot. geſt. Ego tamen hanc aſſertionem con-
uelli poſſe ſemper putaui reſponſo Pauli in l. in
bonæ fidei. ff. de eo quod certo loc. Vbi negat bo-
næ fidei actiones eſſe arbitrarias, quamuis locus
ſit ſolutionis adiectus. Tacitè igitur innuit ſtricti
iuris actiones fieri arbitraria poſſe, ſi ſolutioni lo
cus fuerit adiectus. Cæterùm actiones, quæ genus
faciunt deſtinctum, tales ab initio ſunt. & inſpe-
cta origine, ſicut planè dominus in §. omnium.
ſuprà, eodem. Arbitrariæ autem non ſunt ſecun-
dùm rei naturam intrinſicam, ſed per accidens,
per loci adiectionem, aut quāqunque aliam qua-
litatem interuenientem, vt per exempla actionū
arbitratiarum ſatis eſt manifeſtum, & Bartol.
non ineptè demonſtrat in l. iiij. ff. de publicia. &
vectigal. id enim quod ἔξωθεν, id eſt extrinſecus
poſtea contingit, rei non mutat ſubſtantiam: ar-
gument. l. j. ff. de in litem iurand. ipſeque verius
putauerim arbitrarias actiones adiectitias eſſe,
nomenque non eſſe proprium illarum, vt in a-
ctione de peculio amplè dilucidatum eſt in §. a-
ctiones autem. ſuprà, eodem l. iij. §. idem reſcri-
5 bit. ff. de peculio, † Tolle magis conueniens ex-
6 emplum. † Actiones perſonales in rem, genus nō
faciunt deſtinctum à perſonalibus actionibus,
ſed in rē vocitantur, eò quòd aliquo caſu poſtea
actionum realium effectum fuerint ſortitæ. Vide
quæ ſcripſimus in §. omnium. & §. quædam. ſu-
prà, eodem. Ita arbitrariæ dicuntur actiones, nó
quòd ab actionibus ſtricti iuris diſcretæ fuerint,
ſed quòd iudicis æquiſsimo arbitrio propter ali-
quod accidens iudiciorū bonæ fidei naturæ ſunt
particeps. Quare ſicut perſonales actiones, ali-
quo

quo caſu poſtea contingente, fiunt in effectu rea-
7 les quædam. † ita non diſsimili ratione, actiones
ſtricti iuris naturam ſapiunt iudiciorum bonæ fi-
dei per accidẽs, id iudicis arbitrio extrinſecus ope
rante. Fiunt ergo actiones ſtricti iuris, bonæ fidei,
non ſecundùm naturam, ſed ſecundùm accidens,
id iudicis officio operante. Non igitur eſt certus
8 numerus actionum arbitrariarũ. † omnia enim
iudicia ſtricti iuris per loci adiectionem eſſe poſ-
ſunt arbitraria, ff. de eo quod cert. loc. aut ob ſpre-
tam iuſsionem iudicis, l. qui reſtituere. ff. de rei
vendicat. vel aliis cauſarum generibus. Sed vtrum
ſit aliqua methodus cognoſcendi arbitrarias a-
9 ctiones. † Bartol. in d. l. iiij. ff. de publ. & vectig.
quatuor recenſet regulas, quibus liquere poteſt,
quæ ſit arbitraria actio. Vna eſt: quando adiectus
eſt locus ſolutioni: quo caſu arbitraria eſt actio,
toto tit. ff. de eo quod certo loc. Secunda eſt, ſi ta-
le ſit negotium, propter quod in litem iuſiuran-
dum eſt deferendum, l. in actionibus. ff. de in li-
tem iurand. Tertia, ſi præcedente iudicis inter-
rogatione, veram rem malit de duabus rebus al-
ternatiuis, interrogatus reſpondeat, vt in actio-
ne noxali, in qua dominus, qui facto ſerui con
uenitur, habet optionem vel ſoluendi æſtimatio-
nem illati damni, aut dedendi ſeruum pro noxa,
l. miles. §. qui decem. ff. de re iud. Quarta arbitra-
10 ria eſt actio propter multæ indictionem: † quia
ſi in diſcurſu alicuius actionis alter litigatorum
deliquerit, in arbitrio iudicis eſt multam indice-
re paruam aut magnam pro negotij opportunita-
te, l. arbitrio. ff. de dolo malo. Item quòd reus à
pœna poſsit ſe liberare, ſi rem principalem præ-
ſtet intra tempus à iudice præfixum. l. ſi cum ex-
ceptione. §. hæc autem actio. ff. de eo quod metus
cauſa. Quocirca, vt prædictum eſt, omnes actio-
nes, cuiuſcunque ſint naturæ, ex rerum futuro
euentu arbitrariæ poſſunt fieri: quia cùm in
compoſitione cuiuslibet actionis alteruter liti-
gantium poteſt aliquid multa dignum commit-
tere, ideò iudex ſuper ea actione aditus liberũ ha-
bet arbitrium quamlibet multa indicendi, d. l. ar
11 bitrio. ff. de dol. mal. † Ideò culpa aut dolo ſu-
12 peruenienre, ea actio arbitraria diceretur. † Sed
ſatis mirari non poſſum, cur noſtri legum autho-
res actiones non conſtituerunt arbitrarias, ratio-
ne temporis ſolutioni adiecti, quemadmodum &
loci. Nam noſtra intereſt ſolutionem fieri deter-
minato tempore, ſicut in loco adiecto ſolutioni:
rerum enim pretia tempore, ſicut & loco, variá-
tur, l. pretia rerum. ff. ad Falcid. l. ſi voluntate. in
fine. C. de reſcind. vendition. tantùm quippe dam
num ferre poteſt creditor, ſi debitor ſibi non ſa-
tiſfaciat ſtato die, ſicut & loco. Finge quòd ille eo
die pecuniam ſub pœna promiſerit: nonne de die
ſicut de tẽpore, par erit argumentum? l. nummis. in
13 fi. ff. de in lit. iuran. † Adde iterum, quòd in quæ-
renda rei æſtimatione non tantùm loci, verùm
etiam temporis, quo facienda eſt ſolutio, rationẽ
habuit Iulianus in l. vinum. ff. ſi certum petat.
Cùm igitur ſit ſimilis ratio temporis & loci, de-
buiſſet arbitraria dici actio adiectione temporis
14 ſicut & loci. † Hanc difficultatem ſolus Petrus
præſenſit in §. curare infrà. eodem. ſed indefinitá
15 nobis reliquit & intactam ambiguitatem: † In
cœlum nos non oportet oculos erigere occæca-
tos, nomotheſiam reprehendentes. Putat Iaſon
iniuriam inferri Spiritui Sancto, ſiquis Iureconſul-
tum temerè notauerit in l. Gallus. §. quidam re-
16 cte. † Artis iuſtum profeſſorẽ, illius honos autho
res tueri, ſanctiſsimum eſt. Igitur dicamus non
parum eſſe diſcriminis inter adiectiones loci &
17 temporis: † quia locus eſt magis ſecundùm calidã
voluntatem debitoris, quàm tempus. Nam cũ ſo-
lutioni locus eſt adiectus, in poteſtate debitoris
eſt, ne ad illũ locum perueniat. d. l. quod ſi Epheſi.
Diuerſum tamen eſt in tempore; quia velit aut
nolit debitor, neceſſe eſt præterlabi tẽpus, quod
eſt ſolutioni appoſitum. Ipſum enim tempus
(teſte Ariſtotele) nõ eſt poſitum in poteſtate no-
ſtra: argum. l. cùm ad præſens. ff. ſi certum petat.
Arbitraria non eſt actio, ſi creditor in loco de-
ſtinato ſolutioni egerit, dicta l. quod ſi Epheſi.
Et quia creditor agit cedente die ſolutionis, aut
poſt ipſius lapſum, ideò actio non poteſt dici arbi-
traria ratione temporis, ſicut reſpectu loci.
18 † Neque illas quatuor Bartol. propoſitiones in-
19 tegras eſſe exiſtimo, † cùm præter illas quatuor
cauſas aliis infinitis modis conſtitui arbitrariæ
poſsint. Quoties extrinſecus ex æquo & bono
præter actionis naturam iudicis officium pluri-
mum poteſt, quando in tractatu alicuius actionis
æquitatem ob oculos iudex debet habere, fieri
arbitraria poteſt: argument. l. quod ſi Epheſi. §. fi.
ff. de eo quod certo loc. Infiniti autem ſunt modi,
quibus in diſcurſu actionum magnæ illius æqui-
tatis iudex debet meminiſſe, & dinumerari non
poſſunt. Pluribus igitur quàm quatuor modis ar-
20 bitrariæ actiones poſſunt generari. † Sed iam vi-
deamus, quare appellentur arbitrariæ actiones:
an quòd in ipſis æſtimatio eius quod intereſt, ſit
in mera iudicis volũtate. Arbitraria ea ſunt, quo-
rum effectus in noſtra ſunt poteſtate, l. j. ff. de leg.
ij. Nec ſunt neceſsitati ſubiecta ea quæ ſunt in po-
21 teſtate iudicis. l. non quicquid. ff. de iudic. † Ideò
vulgò fertur, vtile eſſe habere beneuolũ iudicem
in arbitrariis, quia iudex animi ſui motum poteſt
flectere, in quam partem velit, ſine delicto: alio-
quin ſi iudici incumberet neceſsitas, iudicium
non eſſet arbitrarium. Ipſe tamen ab ineunte æta-
te eam opinionem iniquam eſſe arbitratus ſum,
vocémque eſſe pecudum, quòd iudex ſine iniuria
in arbitrariis quiduis poſsit facere. Debet enim
iudex ſolùm in eam partem animum flectere, vbi
æquitas ipſa vrget: alioquin cæcos habet oculos,
& iniquitate obnubilatos contra l. quod ſi Ephe-
22 ſi. §. fi. ff. de eo quod certo loc. † Nã vbi in aliquo
facto æquum & rigor ſunt pugnantia, ipſe iudex
debet habere rationem æquitatis, non autem ri-
goris. Nam ſi in his arbitrariis non fauerct iudex
ei parti, circa quam æquitas magis verſatur, ini-
qua illius eſſet ſententia, & remedio appella-
tionis inſtaurari poſſet: argum. l. j. C. de appellation.
23 in loco ſublimi poſiti ſunt iudices, † vt leges in-
terpretẽtur, & vt in earum declaratione æquum
ab iniquo ſeparẽtes, iuſtitiæ clipeo iniurias pro-
pulſarent: in authent. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.
Vnde magni nominis ille Philoſophus in quinto
24 Ethic. ſcripſit, magiſtratus errare, † ſi pugnet iu-
ſtum cum æquitate, & quod iuſtum eſt & non æ-
quum ſequãtur. Nam ſi in factis diiudicãdis qua-
ſi plumbeam normam Leſbiam ſequi tenentur: ſi-
quidẽ illo iure quod iudices moderantur, ex cal-
lida legum interpretatione interdum pernicioſè
erratur, l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. obli-
gat. & ſumma illa iuſtitia, ſpreta æquitate ſumma
eſſet

eſſet iniuria,teſte Cicerone. † Conſtans igitur eſ
25 ſe debet iudex & æquitatem naturalem ſequi in
arbitrariis ; ſicut in reliquis actionum generibus.
Sed aperiamus cur arbitrariæ dicantur. Nã cùm
multa ſint negocia, infinitæque ipſorum qualita-
tes,quæ non ſunt expreſſæ certa lege, nec poſſunt
exprimi: ideò leges iudicẽ perſpicaciſsimum eſſe
voluerunt,vt cuncta perpenſo iudicio rimetur &
conſideret,l.proſpiciendum.ff.de pœn.d.c.nouit.
& vt ſecundum diuerſitatem factorum variè pro
ſua religione ipſe pronunciet. Ideò meritò pra-
ctici quidam homines ridendi ſunt,quos ego ſem
26 per flocci feci,† qui exempla ſimilium ſententia-
rum magis quàm ipſas leges ſacratiſsimas ſequũ-
tur,l.nemo.C.de ſenten.& interlocut. omnium
iudic.cùm ex negotiis infinitis vix duo omninò
ſimilia facta reperiantur. Indocti igitur iudicis
eſt per exempla iudicare. Quare cùm lex eſt ge-
neralis,quæ ſingulatim non omnia poteſt perpẽ-
dere,l.non poſſunt.ff.de legib. & cauſarum cir-
cunſtantiæ certa lege diffiniri non poſſunt,l.mo-
27 ra.in ſecundo reſponſo.ff. de vſur. † earum ex-
preſſio eſt in poteſtate iudicis,l.j.ff.de iure deli-
ber.Idcircò arbitrariæ appellantur, quòd earum
diffinitio non ex lege, quæ non expreſsit,ſed ex
iudicis interpretatione proficiſcatur : non quod
liberum habeat arbitrium iudex in pronuncian-
do,vt voluerit,in ipſis arbitrariis,ſed quòd ex æ-
quo & bono debeat arbitrari, quantum cuique
debeatur, d.l.iij.§. nunc de officio.ff. de eo quod
cert.loc. Minus ipſe exiſtimaui noſtrorum diſtin-
28 ctionem de æquitate ſcripta, & non ſcripta: † nẽ-
pè quòd ex ſcripta æquitate,& nõ ex non ſcripta,
teneantur iudicare. Lex (inquiunt) quamuis dura
ſeruanda eſt,l.proſpexit.ff.qui & à quib.niſi quod
ſupremæ curiæ,quales ſunt Parlamentorum, ſibi
vendicauerunt illam prærogatiuam poteſtatem
iudicandi ſecundùm æquitatem non ſcriptam : ea
fortaſsè ratione, quòd more ſenatus facultatem
ius condendi habeant,l.non ambigitur. ff.de legi.
Siue ſcripta ſit,ſiue non , ipſius ſemper eſt haben-
29 da ratio in iudiciis,† quia leges, quemcunque ha-
beant authorem,abolendæ ſunt,quæ ſibi non ha-
bent æquitatem naturalem coniunctam , in c.erit
autem lex.iiij.diſtinct.c. cum abolendæ.extra, de
ſepult. Licet enim lex in vniuerſum diſponens,æ-
quiſsima fuerit; quia viros prudentes credibile
non eſt,niſi maxima æquitate motos, legem con-
didiſſe,l.ij.ff.de legib. Sed inſpecto ſingulari ali-
quo negotio & occurrente illius legis obſeruatio
eſſet iniquiſsima. Propterea iudex,qui pro tribu-
nali præeſt, pro ſua animi æquitate illam mode-
30 rabitur.† debet eo modo iudicare, quo princeps
faceret,à quo in dignitate poſitus, l.vnica.ff.de of-
fic.præfect.prætor.propter ſingularem animi ſui
induſtriam. In qua re non inelegans habemus e-
xemplum de iure prætorio,quod ius ciuile non-
nunquam ita moderatur, vt ſi mancum aut ſu-
perabundans videtur; ipſum ius prætorium iun-
gat aut diminuat,l.ius autem ciuile.§.fina.ff.dẽ
iuſtit.& iur. Ceterùm magis eſt reprobanda hæc
hæc veterum diſtinctio de æquitate ſcripta, aut
31 non ſcripta, † quòd non ſcripta æquitas perennis
ſit,& diutius durans quàm ſcripta : quæ iure po-
ſitiuo continetur,quòd per abrogationem interdũ
dum aboleatur.c.non debet,extra. de conſanguin.
& affinit. Nõ tamen negauerim iniquitatem
particularem nonnunquam pugnare cum æqui-

tate vniuerſali, vt in præſcriptione , quæ vniuer-
ſaliter publicum reſpicit commodum,l.j.ff. de v-
ſucapion.vt ſit litium finis,l.fin.ff.pro ſuo. & ta-
men inſpecto detrimento illius perſonæ , contra
quã præſcribitur,iniqua eſt præſcriptio, §.j.in au-
thentic.vt eccleſ.Roman.gaud.præſcript.centum
annor.cùm præſcribens , maximè ſi habeat titu-
lum lucratiuum , locupletetur cum aliena iactu-
ra,& contra æquitatem naturalem, l.nam & na-
tura.ff.de condit.indebit . quo caſu ſuſtinendum
eſt,non eſſe habendam rationem æquitatis illius
particularis;quando pugnantem habet vniuerſa-
lem æquitatem : alioquin eſſet deſtruendus totus
tractatus vſucapionum & præſcriptionum . Sed
modò diluamus obicem ex l. placuit.C. de iudic.
& l.proſpexit. Primùm,l placuit,non obeſt: quia
cùm loquitur de ſcripta æquitate, nihil immutat
de æquitate non ſcripta, quæ perpetuà & immo-
bilis exiſtit,licet in lapidibus aut chartis non fue-
rit ſcripta,in mentibus tamen hominum , ſecun-
dùm naturam repoſita eſt , quæ incorrupta per-
32 manet. † De cuius diuina poteſtate & virtutib^9 Pau-
lus Apoſtolus plura ad Romanos ſcripſit. Vnde
colligi poteſt,æquitatem non ſcriptã,quæ à prin-
cipiis naturæ manat,magis eſſe ſtabilem & firmã
quàm ſcriptam,quæ in mero iure poſitiuo conſi-
ſtit:& illius in iudicando contra opinionem vul-
gi magis habendam eſſe rationem , quàm ſi ſcri-
pta eſſet: nec valere argumentum ab oppoſitis in
d.l.placuit.propter prauum & abſurdũ intelle-
ctũ,l.ij.C.de cãt.inſert. Nec obſtat,l.proſpexit.ff.
qui & à quib.quia ſi inſpiciat legis generalem di-
ſpoſitionem ob ſeruos in prouincia degentes eſ-
ſet lex admodum iniqua, Sed quia turpitudo a-
dulterij poſſet detegi,ſi legis prohibitio ad omnes
extendatur: ideò lex,quamuis dura , eſt illic ſer-
uanda,concurrente vtilitate perſonarum,& eui-
33 denti vtilitate detecti adulterij.† Quare in ea ſum
ſententia,vt ſubalterni iudices æquitatis non ſcri
ptæ habeant rationem,ſicut ſcriptæ , in cauſarum
deciſione: quemadmodum Parlamenta,quæ non
magis debent abhorrere ab iniquitate , quàm illi
à quorum ſententia ad maius tribunal prouoca-
tur. Sed de his hactenus, & deſcendamus ad exẽ-
pla actionum arbitrariarum. Actio arbitraria,
quæ principẽ locum obtinet, ea eſt,cuius ſolutio
34 ni locus eſt adiectus. † Loci adiectio in tribus
actionis naturam immutat. Primum:quia licet re
gulariter actor rei forum teneatur ſequi,l.ij.C.de
iuriſdict.omnium iudic.ſi tamen ſolutioni locus
fuerit adiectus iudex illius loci poterit adiri,
quamuis ſit alioquin incompetens & rei & acto-
ris,l.vnica.C.vbi conuen.debeat qui certo loco
aliquid.l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod certo loco.
35 Forſitan non inepta erit ratio;† quia cùm locus
eſt adiectus ſolutioni,in eo loco videtur cele-
bratus contractus,l.contraxiſſe.ff. de action. &
obligation. Sed ratione loci cõtractus,quis vide-
tur forum ſortiri,l.heres abſens.§. proinde.ff. de
iudic.cap.romana.§.contrahentes.de foro com-
petent.in vj. Alterum eſt,quod operatur loci ad-
iectio,quòd ratione loci habetur contemplatio,
quanti plurimi res valuit in loco ſolutioni adie-
36 cto,l.vinum.ff.de rebus creditis.† Tertium,quod
agit loci adiectio,eſt , quòd in arbitrariis actio-
nibus non tantùm damni.ſed etiam lucri ratio ha
beatur,d.l.iij.§.nunc de offi.licet regulariter con
tra l.Proculus.ff.de damno infect.l.ſi ſterilis.§.cũ

per ven

37 per venditorem.ff.de action.empt.† Actio eſt ar-
birraria,quando locus adiectus ſolutioni eſt,non
ſi debitor conneniatur in loco deſtinato ſolutio-
ni,ſed in quocunque alio loco, l.quod ſi Epheſi.
ff.de eo quod certo loco.Id eſt in cauſſa: quia cū
facienda eſt in loco deſtinato ſolutio, fides non
violatur:ideò iudicis officio non poteſt actio creſ
cere:ſecus ſi in alio loco conueniatur debitor,
qui ſtato die ad locum deſtinatum ſolutinni non
peruenit. In actione arbitraria rationem habet
iudex,non tantùm ſi actoris interſit, quòd ſoluat
in alio loco deſtinato ſolutioni, d. l. iij. & l. ij §.
nunc de officio.ff.eod.In hac actione Prætor cō
ſiderat æquitatem vtriuſque, tā creditoris quàm
38 debitoris.† Sed contrà,pretorem non debere in
animo habere,id quod intereſt debitorem,cùm
ſua culpa in moram inciderit, non perueniendo
ad locum ſolutioni præfixum,viris bonis, & non
fraudnlentis,ſuppetias noſtra ciuilis ſcientia da-
re voluit,l.ij.§.& eſt egregiū.ff.ad Velleian.Alio-
quin foret dicendum,moroſum & cunctatorem
debitorem non eſſe in deteriori condictione po-
ſitū,quàm non moroſum,c.eum qui de præbend.
in vj.Vobis tamen facile eſt impedimentum hu-
ius argumenti tollere naturam arbitrariæ actio-
39 nis ſcientibus.† Quod cùm arbitraria præter na
turam aliarum actionum,id quod intereſt, conſi-
deret,non modò intra rem,ſed extra rē.d.§.nunc
de officio:quod ab aliis actionibus eſt admodum
alienum,l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem. ff. de
40 action.empt.† Deinceps hæc arbitraria actio de-
bitorem ſuppoſitum reddit iuriſdictioni cuiuſ-
cunque iudicis,ſi in loco ſolutioni præfixo non
ſoluerit,d.l.vnica:vbi conuenire debeat. Efflagi-
tat igitur æquitas,vt ſi in alio loco debitorē ſol-
uiſſe ipſius interſit,debitorē ſubtrahendo, ipſum
leuius iudex condemnet,d §.nunc de officio.vt
quia in vno prægrauatur,in alio debeat releuari,
l.eum qui.ff.de iureiurand.Nec valet eorum ſen-
tentia,qui negauerunt iudicem habiturum ratio-
nem,quanti debitoris interſit,ſi in mora conſti-
tuatur:ſed ita demum,ſi mora in eo reprehendi
non poſsit,quare ad locum deſtinatum non per-
uenerit.Hæc opinio ſatis conuelitur ex eo, quòd
ſi ad locum præfixum non potuerit peruenire,di-
ci arbitraria non poteſt actio,l.quod ſi Epheſi.ff.
eodem.l.ſi teſtamento.§.fin.ff.de fideiuſſor.Arbi-
traria non eſt actio,maximè ob loci adiectionem
41 niſi interueniente mora debitoris:† quia propter
humanæ ſocietatis vinculum,noſtra magis inter-
eſt in vno loco quàm alio pecuniam accipere,
cùm loco & tempore rerum pretia creſcant &
varientur,l.pretia rerum.§.fi.ff.ad legem Falcid.
42 † Attamen in dubium poteſt reuocari,vtrum il-
lud additamentum,quod accedit actioni arbitra-
riç propter moram debitoris,ſit pars,& de ſubſtā
tia rei in obligationem deductç,ita vt ſortem au-
geat.Alioqui,quos de facie noui in academia Va-
lentina, ſortis eſſe partem mihi reſponderunt:
quippe quòd rei cuiuſpiam additamentum ipſius
pars ſit:Papinianus reſpondit in l. cum inter.§.
Inter generum.ff.de pact.dotal.† Ego illos toto
43 cœlo aberrare crediderim:nec accuratè percepe-
runt reſpenſum Africani in l. centum Capuæ. ff.
de eo quod certo loc.† Nam ſi illud additamen-
44 tum,quod poſtea contingit, ratione eius quod
intereſt, pars ſortis eſſet, ſorte ſoluta, illud no-
mine eius quod intereſt,peti poſſet: quia ſi tota
res perſoluta non fuerit,& ſuperſit aliqua pars,
res ipſa tota nihilominus poterit peti,l.iij.§.ſi red
dita.ff.commodat.& tamen id quod intereſt,po-
ſtea poſſe peti negat Africanus in d,l.centum.Di
uerſum eſſet,ſi per ſtipulationem id quod inter-
eſt, promitteretur inſtar pœnæ, ſeu vſurarum:
quo caſu,quia duæ eſſent obligationes,ſortis ſolu-
tio non abſorberet vſurarum,aut eius quod inter
45 eſt,exactionem,d.l.centum Capuæ.† Sed quia in
arbitrariis actionibus id quod intereſt, exigitur
officio iudicis,d.l.iij.§.nunc de officio:quod con
quieſcit,poſtquam diffinitiua ſententia ſuper ſor
te pronuntiata eſt,l.terminato. C. de fruct. & li-
tium impenſis,l iudex.ff.de re iudicat.Non enim
poſſumus in iudicio experiri niſi actionis iure,l.ſi
pupilli.§.videamus.ff. de negot. geſt. aut officio
iudicis,l.Quintus.ff.de annuis legat. Sed in præ-
ſenti themate nec actio,nec iudicis officium poſt
ſortis ſolutionem ſuperſunt,vt antè demonſtra-
uimus. Peti igitur non poteſt id quod intereſt
poſt ſortis ſolutionem.Ideò ſortis eſſe pars non
46 poteſt:† quæ enim ſunt loco accidentis,ſubſtan-
tiæ non eſſe partem ipſæ ſeruitutes demonſtrant.
Nam in fundis eſſe accidentia omnes fatentur in
l.prima.ff de ſeruitut.per l.quid aliud.ff.de verb.
ſignificat.Quod ſatis preſpicuum erit ex l. penul.
ff.de euiction.vbi ſi euicta à fundo fuerit ſeruitus
de euictione non agitur:& tamen ſi pars fundi fue
rit euicta,de euictione agi poteſt,non tantùm ſi
totus fundus fuerit euictus,l.j.ff.de euiction. Ita
ſi id quod intereſt,poſtea contingens,in arbitra-
riis actionibus ſortis eſſet pars ſorte ſoluta, non
iniquis rationibus ipſum poſſet peti, contra d.l.
centum Capuæ Nec obeſt ea l.cum,inter.§.inter
generum.ff.de pact.dotalib.quia additamentum
rei,eſt aliquando pars,vt in ſpecie illius §. vt do-
tem reddat maiorem:aliquando eſt accidens, &
id ſæpiſsimè,l.malum.ff.de verbor.ſignific.† De-
47 mùm aliqui viui interpretes, Iuſtinianum defe-
ciſſe putauerunt,aut Dorotheum illius nomine
hunc Codicem conſcribentem,mutilum & man
cum eſſe arbitrati ſunt:quòd in hoc §.non memi-
nerit actionis arbitrariæ propter loci adiectio-
nem.De cæteris autem fecit mētionem, vel quòd
voluerit ipſe princeps eam actionem non eſſe ar-
bitrariam propter loci adiectionem, cùm Iure-
conſulti vbique eam arbitrariam eſſe prædicent,
l.ij.ff.de eo quod cert.loc.vel quòd reſarcinator
ille Dorotheus hanc actionem arbitrariam ratio-
ne loci effectam noluerit aſcribere in numero a-
ctionum arbitrariarum, quarum hic meminit:
nempè quòd actio ratione loci arbitraria diſ-
crepet à natura aliarum actionum arbitraria-
48 rum † Quare antiqui hanc difficultatem præui
dentes, differentiam eſſe exiſtimauerunt inter
hanc actione ratione loci arbitrariam,& reliquas
arbitrarias.Nā in reliquis in hoc §.expreſsis,duæ
ſententiæ deſiderantur. Vna, quæ rem reſtituen-
dam præcipit.Deinde ſi res ad nutum iudicis nō
reſtituat,altera ſubſequitur ſententia qua reus cō-
demnatur, quanti actoris intereſt,quòd ſibi res
non fuerit reſtituta. Sed in deciſione actionis
arbitrariæ ratione loci duas ſubſequi ſenten-
tias, iure cautum non eſt. Ideò ariolati ſunt im-
peratorem hanc actionem à reliquis ſeparauiſſe,
& idcircò in hoc § non meminiſſe. Nos tamen
ſemper & vbique ſuſtinemus veram & elegantem
eſſe in hoc §.deciſionem imperat. & conſultius
feciſſe,

feciſſe, quòd non expreſſerit actionem arbitrariá
ratione loci: nam hic generali præcepto, arbitra-
riarum actionum naturá exculit Iuſtinianus: nec
oportuit omnia inſerere exempla, ſed ea ſolùm,
quæ magis dubiam cauſam & ancipitem origi-
nem videantur habere, vt in rem & in perſo-
49 nam actiones, de eo quod met. cauſa. † Exem-
pla enim in diſciplinis adiiciuntur, explicandi
gratia, & non reſtringendi regulam, l. regula. §. fi.
50 ff. de iur. & fact. ignor. † alioquin pro expeditio-
ne parui cuiuſcunque præcepti, immenſum volu-
men opus eſſet congerere, quod infinitorum ex-
emplorum non eſſet capax, rectos limites diſci-
plinarum excedens. De arbitraria reſpectu loci
exemplum ponere prorſus eſſet inutile, quia cla-
ra lege ſatis eſt explicatum in d. l. ij. ff. de eo quod
certo loc. Magíſque illi errare videntur, quòd in
aliis arbitrariis actionibus duas ſentētias eſſe ne-
ceſſarias falſò crediderunt: in ea verò, quæ ob lo-
ci adiectionem eſt arbitraria, vnam ſufficere: & i-
deò arbitrariam fuiſſe appellatum, quòd iudex
pro ſua religione arbitretur, quanti creditoris
interſit, pecuniam non fuiſſe ſolutam in loco de-
51 ſtinato: quæ ratio omninò eſt inſufficiens. † quia
ſequens ex ea eſſet omnes actiones, cuiuſcunque
naturæ ſint, eſſe arbitrarias: quippe cùm in medio
aut in fine litis iudicem aliquid arbitrari opor-
52 teat † Nec poteſt differentiæ cauſa inueniri, qua-
re iudicium aliarum arbitrarium duabus ſenten-
tiis terminari debeat: illius verò, quæ ad loci ad-
iectionem refertur, exitus vnica claudatur ſentē-
tia. Nos tamen earum rectè perpenſa natura, exi-
ſtimamus vnicam ſufficere ſententiam diffiniti-
uam, cuiuſcunque ſit qualitatis & naturæ illa a-
ctio arbitraria, quæ ſententia finem litibus impo-
53 nat. † Sed in arbitrariis actionibus hodie reli-
ctus eſt mos, qui olim apud Athenienſes ſeruaba-
tur in omnibus iudiciis, vt ex bono & æquo à
iudice præcederet interloquutoria quædā ſenten-
tia, quæ vim haberet monitionis, quà reus ad dā-
dum ſeu tradendum mouebatur. Quòd ſi tali iu-
dicis arbitrio reus ſponte non paruiſſet, diffiniti-
na ſententia protinus ſubſequebatur, qua actori
reus damnabatur, non tantùm in re principali,
54 ſed quanti ipſius interſit actoris: † Marcus Cice-
ro primo libro de Oratore. Sed noua nomothe-
ſia eam veterem conſuetudinem aboleuit in reli-
quis actionibus. In his tamen, quæ hodie dicun-
tur arbitrariæ, voluit ſolùm eam conſuetudinem
ſeruari: quòd in his magis ex æquo & bono pro-
pter cauſam extrinſecus aduenientem iudices ſo-
55 liti ſunt pronuntiare. † Ex illa veteri conſuetu-
dine (ni fallor) illud vulgare emanauit, omnia
iudicia eſſe abſolutoria, ſi reus paratus ſit ante rē
iudicatam ſatisfacere, licet cauſa in eo fuerit ſta-
tū, vt debuerit condemnari, §. fin. infrà, de per-
pet. & temporal. action. Vnde ego laudandos
ſemper duxi iudices, qui prius conſulti à litigare
volentibus, de eorum iniquo iure reſpondeant,
arbitrantes eſſe ſoluendum, & non litigandum:
56 † cùm ad bonum iudicem pertineat lites diri-
mere, l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi certum peta-
tur. dummodò nomine illius arbitrij non expe-
ctent ſalarium: quia ſi foret amplius litigandum,
57 & reus nō pareret arbitrio, † duplici onere ſpor-
tularum grauaretur, cōtra §. ne autem in authen.
de iudic. Neceſſe igitur eſt concludere, in arbi-
trariis actionibus duas non ſubſequi ſententias
diffinitiuas, ſed vnam interloquutoriam, quæ in-
ducitur arbitrando, alteram diffinitiuam: quam
rem non ineleganter Theophilus Græco ſermo-
ne ſcripſit, ὁ μὴ πεισθεὶς τῇ κελεύσει τοῦ δικαστοῦ ἢ
μὴ ἀποκαταστήσας, hoc eſt, niſi reus rem reſtituat, in-
58 terceſſione & iuſſu iudicis. † Non eſt iudicis dif-
finitiua ſententia, ſed interceſſio quædam vim ha
bens interloquutoriæ ſententiæ. Hanc veram in-
terpretationem noſter Placentinus olfecit, licet
Græcæ non nouiſſet, in titul. de recept. arbitr. Hu
ius veſtigia eſt ſequutus Duarenus, acutiſſimi in-
genij interpres in l. in actionibus. ff. de in litem
iurand. Vnde latius extenſa vocabuli ſignificatio-
ne, licet arbitri iudicis verbo non veniant, in di-
59 ſcenſu tamen actionis arbitrariæ † iudex, qui in
ea pronuntiabit, dici arbiter poteſt, l. ſi cum ex-
ceptione. § hæc actio. ff. de eo quod met. cauſ. ideò
fortaſſe ex iuſta cauſa, verbi etymologia indicā-
te: quod ipſe arbitretur quanti creditoris interſit
reum arbitrio nō paruiſſe ob ſuam cōtumaciam.
Et quia arbitrariæ creſcūt nomine eius quod in-
tereſt, cuius probatio eſt admodum difficilis, l.
fina. ff. de prætor. ſtipulat. nec per circuitus aut
ambages nodoſas & inextricabiles illius explica-
tio eſt inducenda, l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo
quod intereſt. conſequens eſt demōſtrare, quibus
modis ipſum quod intereſt, ad iudicis notionem
perueniat. Si iudici per teſtes liquere poſſit, aut
60 inſtrumenta, optima eſt probatio: † quia ad illud
genus probationis quod ex iuramento inducitur,
confugere non ſolemus, quando aliæ ſuccurrunt
legitimæ probationes: interpret. in l. fin. §. licen-
61 tia. C. de iure delib. † quia petitoris conſcientia,
quæ nonnunquam eſt corruptiſsima, rerum cupi-
ditate externarum, rei controuerſæ iudex effi-
citur, l. j. ff. quar. rerum. actio non dat. & de exce-
ption. Igitur temerè non eſſe perueniendum ad
hanc probationis ſpeciem ex iureiurando Iure-
conſulti diffinierunt, propter hominem leuita-
tem, aut quorundam meticuloſam in iurando
difficultatem, l. quæ ſub conditione. ff. de condit.
inſtit. Illi inuenerunt eam ſpeciem iuriſiurandi,
quod in litem vocatur, & quod obtinet vicem
probationis eius quod intereſt: de cuius viribus
62 eſt conſcriptus ille titulus. ff. de in litem iur. † Ve-
rùm quia immenſa & inſatiabilis eſt eorum cu-
piditas, qui agunt nomine eius quod intereſt, &
poſſent in infinitum iurare ſua intereſſe. quod ſa-
nè eſt impoſsibile: vnde poſſent manifeſtam per-
iurij notam incurrere, cùm illud in tantam æſti-
mationem non cadat, d. l. vnica. C. de ſenten. quę
pro eo quod intereſt: pro ſua religione ideò iudex
aditus, iuranti actori præſcribet certam quanti-
tatem, quam in iurando non excedet: intra tamen
illius quantitatis cancellos, quantum volet, iura-
rare poterit, l. videamus. §. iurare. ff. de in litem
63 iurand. † Hæc iuramēti ſpecies à reliquis in hoc
differt, quia licet in litem fuerit iuratum, poterit
periurium detegi. In magna tamē cauſa ſi poſtea
contrariæ probationes fuerint repertæ, d. l. videa-
mus. §. item videndum. Diuerſum tamen eſt, quan-
64 do à parte parti delatum eſt iuramentum, † quia
contrariæ non admittuntur probationes, ne dete-
gatur in peierando iniquitas, l. quod ſi deferente
me. ff. de dolo. Noſtri rationem diuerſitatis non
attulerunt: hæc eſſe poteſt, quòd in litem defertur
iuramentum à lege ob alterius probationis ino-
piam, cùm eius quod intereſt admodum difficilis

ſit pro

probatio, l. final. ff. de prætor. ſtipulat. Sed cùm
parti à parte defertur, nulla ad id nos vrget ne-
ceſsitas, l. iuſiurandum quod ex conuentione. ff.
de iureiurand. In litem autem iuramentum non
longè abeſſe dicunt noſtri interpretes à natura iu
ramenti neceſſarij: quia defertur à iudice, concur-
rente difficultate probationis: Bartol. in l. in a-
65 ctionib. in penul. col. ff. de in litem iurand. † Ipſi
tamen ineptè perpenſum credimus. §. item viden-
dum. l. videamus. quia non planè ex eo §. liquet
ob nouas probationes periurium poſſe detegi: ſed
illic docet Vlpian. ratione iuramenti coarcta-
66 tam non eſſe poteſtatem iudicis, † nec propterea
ipſum debere ſequi iurantis religionem: quia cùm
in hoc genere litis debeat vir bonus reſpicere vti-
litatem vtriuſque partis, l. iij. §. nunc de officio.
ff. de eo quod certo loco: poterit reum iudex
abſoluere, etiam poſt præſtitum ab actore iura-
mentum, ſi ille poſteà apertiſsimis probationi-
67 bus ſua intereſſe oſtenderit. † Damnum enim
actoris cum detrimento rei non iniuſtè compen-
ſabit ipſum abſoluens: argum. l. quod ſi Ephefi.
§. primo. ff. de eo quod certo loco. Ideò tamen
quis non dixerit actorem, qui iurauit ſua intereſ-
ſe tanti, eſſe periurium, quia iudex illius ſacra-
menti non habuit rationem, non quòd peieraue-
rit, ſed quia tanti aut pluris ſua intereſſe reus pro-
bauerit aliis liquidiſsimis probationibus. Iudex
non videtur iuramentum reprobare, licet ſecun-
dùm ipſum ſententia non feratur: not. in l. non
erit. ff. de iureiur. Nec obeſt, quòd hæc ſpecies iu-
ramẽti plurimum habeat communionis cum ne-
ceſſario: quod ab eo longè alienum eſt, quia il-
lud ſolùm defertur inopia vberioris probationis,
l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. & iuran. hoc ve-
rò iuramentum in litem, non modò defectu alte-
rius probationis, ſed etiam dolo aduerſæ partis
admittitur. d. l. videamus. in fine. Non enim eſſet
ſecundùm æquitatem naturalem, actorem notam
periurij incurriſſe, qui non iuraſſet, niſi interue-
niente dolo aduerſarij: vt ad communem ſenſum
68 patet. † Nec elidet hanc ſingularem intelligen-
tiam illius §. item videndum. §. oportet, in authẽ-
tic. de iudic. col. ſeptima: † vbi non licet iudici re-
69 cedere à præfinitione quantitatis per iuſiuran-
dum expreſsè licet veteres exiſtimauerint anti-
quam illam Iuriſprudentiam abrogatam eſſe illo
§. oportet. Nos tamen, quia legum correctio eſt
odioſa, l. vnica. C. de inoffic. dotib. non officere
arbitramur: quia loquitur de alio genere iuramen
ti, nempè de eo quod defertur in præfiniendis
ſumptibus litis, vt ex ſpecie fit manifeſtum. Et
ideò in illo §. oportet, contraria probatione in
teruenięte, ſumptis litis factam à parte diffinitio-
nem iudicẽ ſequi oportebit: quia in re parui mo-
menti, qualis eſt litis impenſarum condemnatio,
l. terminato. C. de fruct. & litium impenſ. magis
habenda eſt ratio iuramenti, quàm in arduis cau-
ſis: Bart. in l. admonendum. Peierarent enim ho-
mines facilius pro re pretioſa quàm vili: argu-
ment. l. videamus. §. item videndum. ff. de in lit.
70 iurand. † Paruitatem rei aut magnitudinem con
ſiderabunt iudices in delatione iuramenti, in cap.
final. §. actore. extrà, de iureiurand. Scriptoribus
71 placitum eſt. † duo eſſe requiſita iuramento in
dicta l. in actionibus. Vnum eſt, dolus rei non
ſatiſfacientis. Alterum eſt, probationis diffi-
cultas. Sola culpa debitoris ſatis non eſſet, dicta

l. videamus. vbi ſcribit Vlpianus ex ſola culpa
non eſſe referendum iuſiurandum, ſed à iudice
facienda eſt æſtimatio. Grauis & periculoſa eſt
debitoribus in litem iuramenti delatio: quòd a-
ctoris aſſeuerationi iuramento fortaſſe falsò cor-
roboratæ adhibeatur fides. Ideò ſolam culpam
non ſufficere exiſtimatum eſt, dicta l. videamus.
in fine. Vna tamen ratio eſt, quæ me anxium &
72 dubitantem reddit, † videlicèt quòd moræ con-
ſtitutio culpa & non dolo continetur, l. ſi mora.
ff. ſol. matrimon. Sed actiones redduntur arbitra-
riæ, in quibus in litem iuratur ob moram debi-
toris, l. quòd ſi Ephefi. ff. de eo quod cert. loc. Er-
go ex culpa tantùm, etiam ſi dolus non interue-
nerit, in litẽ iuſiurandum poterit deferri. Et quod
magis mouet, eſt, quòd culpa eſt magna negligen-
tia, l. magna culpa. ff. de verbor. ſignif. Culpæ eſt
magnæ, obligationi non ſatisfacere, aut iudicis
iuſſui non obtemperare, l. qui reſtituere. ff. de rei
vendicat. qui duo defectus arbitrariis actionibus
potiſsimam cauſam dant, vt eſt ante declaratum.
Sola igitur culpa ſufficit iureiurando in litem.
Hæc duo argumenta quoſdam præceptores viros
73 in magna anxietate poſuerunt. † Ego autem hu-
ius difficultatis ſolutionem à quodam ſocio Va-
lentino accepi, cum quo rationem ſtudiorum cõ-
ferre ſolebam, quòd in arbitrariis actionibus tar-
dæ ſolutionis procacia magnæ non eſt ſolùm ne-
74 gligentiæ, ſed culpæ latioris: † quæ, dolus eſt præ-
ſumptus, aut ſaltem dolo cõparatur, l. quod Ner-
ua. ff. deposit. In reliquis actionum generibus di-
uerſum eſſet ſtatuendum, maximè in ſtricti iu-
ris iudiciis, vbi magna non dignoſcitur contu-
macia ante litis conteſtationem, à quo tempore
tãtùm acceſsiones & fructus veniunt, l. cùm fun-
dus. ff. ſi cert. petat. Et licèt fur & moroſus, quan-
tum ad rei interitum pertinet, æquiparentur, l. in
re furtiua. §. ſi ex cauſa. ff. de cond. furtiu. falsò ta-
men quidam ſcriptorum eò ea comparatione col
legerunt, debitorem, cùm primùm eſt in mora
dolo non carere, cùm nemò ſanæ mentis tàm
reprehenderet fruſtrantem debitorem, quàm
ipſum furem, §. ſic itaque diſceteris. ſuprà, eodem.
Simpliciter igitur non eſt aſſeuerandum, ex ſola
mora dolum naſci, qui magis in faciendo quàm
in non faciendo conſiſtat: Accurſ. in d. l. ſi mo-
75 ra. † Maius eſt enim peccatum in faciendo quàm
in omittendo argum. l. Iulianus iuncta l. ſi ſteri-
76 lis. §. cùm per venditorem. ff. de action. empt. † In
iſtis tamen arbitrariis actionibus inſtar iudi-
ciorum bonæ fidei, mora licèt ſit in omittendo,
eſt grauior & magis damnanda, quàm in reli-
quis actionibus, quæ ad dandum vel faciendum
competunt. Et quòd in his grauior ſit culpa,
argumẽto eſt adiudicatio fructuum, & eius quod
intereſt à tempore tardæ ſolutionis, & non
conteſtatæ litis, ſicut in bonæ fidei iudiciis: vt
noſtro §. conſtat, & dicto §. nunc de officio.
Idcircò propter ruptam fidem huius iudicij, vbi
77 ex æquo & bono agitur, † culpa in non ſoluen-
do fruſtratoria, quamuis ſit in non faciendo, do-
lo æquiparatur, aut ſaltem eſt dolus præſum-
ptus, dicta l. quod Nerua: quia quantò magis
laudabilis eſt obſeruatio certi contractus ob bo-
nam fidem, tantò eſt deteſtabilior illius contra-
ctus omiſsio. Conclude igitur culpam in his arbi
trariis cõmiſſam, dolo æquiparari, vt in litẽ iudex
iuramẽtũ poſſit deferre. Altero loco Bar. in d. l. in

actionibus,tradidit huius iuramēti delationi ne-
78 ceſſariam eſſe difficultatem probationis.† Vir il-
le maioris erat diligentiæ quàm fuiſſet opus:ne-
ceſſe nō erat hoc præterquiſitum addere:nam ve-
lis aut nolis,in arbitrariis actionibus, quæ ad id
quod intereſt,proponuntur, noſtrò §. præterea,
eſt difficultas probationis:eius enim quod inter-
eſt,difficilis eſt probatio,l.fin.ff.de prætor.ſtipul.
79 † Quare meritò ridendi ſunt quidam phanati-
ci,exiſtimantes in his arbitrariis,eius quod inter-
eſt,nec teſtibus, nec inſtrumentis probationem
eſſe admittendam,quòd arbitrentur horum iu-
diciorum accidentariam naturam eſſe, vt in litē
iureiurando detrimenta probentur. Quæ ratio
80 admodum eſt leuis & vana,† cùm hæc probatio
per iuramentum inducta,ſubſidiaria ſit:dict. in
l.final.§.licentia.C.de iure deliberand.Ad ſubſi-
diaria auxilia non venitur, quando ordinarium
remedium ſufficit,§.j.ſuprà, de inoffic. teſtam l.
in cauſæ.ff.de minor.Ideò propter periculum vio
latæ religionis iuſiurandum porrigi non debet,
ſi aliis modis negotium,de quo quæritur,euiden
tius reddi poſsit. Cæterùm culpa cōtingens in ar-
bitrariis actionibus minus eſt deteſtanda, quàm
dolus violentiæ in auferendis rebus per vim vt ſa
tis eſt perſpicuum,& tamē in rebus per vim abla-
tis non admittitur iuramentum,ſi res ablatæ poſ-
ſint alia ratione probari,l.ſi quando. §. vnde vi.
multo ergo minus huic iuramentu locus erit, ſi
ſit alio modo probādi facultas.Poſtremò videa-
81 mus,qualis ſit hæc ſpecie iuriſiurandi,† an ſit af-
fectionis,an veritatis. Noſtri diſtinxerunt iura-
mentum veritatis à iuramento affectionis, quòd
illud communem rerum & veram æſtimationem
reſpiciat:hoc autem refertur ad ſingularē cuiuſ-
que,& non cōmunem & verum rerum functio-
nem,l.nummis.ff.de in litem iurand. In cuius l.
principio Vlpianus loquitur de iuramento in li-
tem affectionis:in medio verò, de iuramento ve-
ritatis:nec me conturbat dictio, Niſi, in medio
verborum legis adiecta,quę reſtrictionem à regu
la ponit.Eſt autem exceptio de regula,l.nā quod
liquidæ §.fi.ff.de penu.leg.Igitur iuramentum,de
quo legis principium eſt,eiuſdem debet eſſe qua-
litatis & naturæ cum illo iureiurando,de quo tra
82 ctat Iurecōſultus poſt illam voculam Niſi,† Sed
mea ſententia obex ille non officit, quia cuiuſ-
cunque naturę & ſpeciei ſit tale iuramentum ne-
gatiuum,canonem tamen ponit Iureconſultus,
videlicet ob nummos depoſitos, iudicem non
deferre hoc iuramentum in litem, cùm ſit num-
morum certa æſtimatio Excipit poſtea à regula,
niſi deponentis interſit ſibi nummos non fuiſſe
reſtitutos,fortaſsè quòd ſub pœna pecuniam de-
bebat:quo caſu iuſiurandum non denegabit iu-
dex,non propter nūmorum æſtimationem, quæ
probatione,cùm ſit certa,non indiget, ſed pro-
pter illud extrinſecum damnum emergens ob pe
cuniam ſub pœna debitam. ideò ſequens non eſt
eiuſdem eſſe ſpeciei iuramentum quod ſequitur,
Niſi verbum,cum eo quod antecedit:quia regula
non eſt tradita de illa qualitate affectionis,ſed ge-
neraliter de iureiurando non deferēdo ob num-
mos depoſitos. Sed ad rem inceptam reuerta-
83 mur,† cuius ſpeciei eſt iuramentū in litem:an af
fectionis,an veritatis. Ego ſuccinctè & breuiter
reſpondendum puto:quòd ſi ea actio, in qua in
litem iuramentum defertur, ſit de eo genere a-
ctionum,in quibus habetur affectionis ſingularis
contemplatio: quales eſſe ſcripſit Bartol. in bo-
næ fidei in l.vnica.C.de ſentent. quæ pro. l. cum
ſeruus extero. ff. mandati. tunc affectionis erit.
Quòd ſi in diſcurſu illius actionis non oporteat
iudicem affectus rationem habere, iuramentum
in litem in ea actione delatum,veritatis cenſen-
dum eſt,cùm affectionis eſſe non poſsit,d.l.num-
mis.in fine.ff.de in litem iurand qualia ſunt iu-
84 dicia ſtricti iuris:Bartol.in d.l. vnica. † Attamen
ipſe,quamuis in Commentariis ſcriptorum fue-
rit omiſſum,ſemper putaui iuramentum in li-
tem in arbitrariis actionibus præſtitum, non ſim
plex,ſed mixtum eſſe,partim affectionis, partim
veritatis. An ſit veritatis,controuerti non poteſt:
85 & quòd ſit affectionis,ſatis liquet:† quia licet ar-
bitrariæ actiones bonæ fidei non ſint, in quibus
affectus habendi eſt ratio,per accidens tamen, &
per cauſam aliquam extrinſecus aduenientem,
omnes fauorabiles effectus actionum bonæ fidei
in arbitrariis actionibus reperiuntur. Quare du-
bitare non oportet, ſingularem affectionem eſſe
conſiderandam in arbitrariis actionibus, quam-
uis ſint ſtricti iuris, ſicut in bonæ fidei: habetur
enim cōſideratio in arbitrariis,non tantùm quod
intereſt intra rem.ſed etiam extra rem:non tan-
tùm damni ſed etiam lucri ceſſantis,l.iij. §. nunc
de officio.ff.de eo quod certo loco. quæ vix ſunt
perpēdenda in actionibus bonæ fidei, l.ſi ſterilis.
§.cum per venditorem.ff.de action.empti. Mihi
perquam moleſtum eſt referare effectus ſingulo-
rum actionum arbitrariarum, quas ſuis titulis
iuuenis legum ſtudioſiſsimus percurrere poterit.
86 Animo videor lectorum ſatisfeciſſe, † quòd ad
maiora acceſſum tenebricoſum aperuerim.

Ad §. Curare.

SVMMARIA.

1 *Tria ſunt perpendenda in generatione omnium re-
rum.*
2 *Exitus actionum.*
3 *Ratio quare plerique iudices incertas ferunt ſen-
tentias.*
4 *Imperitia ſermonis, & improbi quæſtus cupidi-
tas,faciunt à iudicibus incertas ſententias pro-
ferri.*
5 *Claudius Cæſar erat varius in iudicando.*
6 *A vitio incertitudinis abhorruerunt Iureconſulti.*
7 *Arbitri etiam certam ſententiam proferant.*
8 *Vnde naſcatur incertitudo.*
9 *Quare actum vitiet incertitudo.*
10 *Diſponentes in dubio,non videntur de vilibus per-
ſonis cogitare.*
11 *Incertitudo,quando per aliquem rerum euentum
poteſt deduci ad certitudinem,non vitiat diſpo-
ſitionem.*
12 *Duo genera incertitudinis.*
13 *Ariſtoteles in primo Phyſicorum.*
14 *Quando in iure ſimpliciter fit mentio de incertitu-
dine,intelligendum eſt de incertitudine humana,
non autem naturæ.*

15 *An*

15 An valeat ſententia incerta.
16 An ſit diſcrimen inter ſententiam incertam, & eam quæ ſub conditione fertur.
17 Quare valet ſententia lata ſub conditione.
18 Oppoſitio.
19 Actus aliquando prohibetur lege naturæ, aliquando lege poſitiua.
20 Vide rationem prohibitionis.
21 Iudex debet pronuntiare abſoluendo vel condemnando.
22 §.biduum, non prohibet, ſed conſulit.
23 Sententiam ſequitur naturam libelli.
24 Libellus incertus poteſt à iudice dilaniari.
25 Qualis ars obſeruanda ſit in libelli conceptione.
26 Vide quando petitio incerta ſit ſuſtinenda.
27 Incertitudo proueniens ex facto aduerſarij.
28 Quare facta ſunt incerta.
29 Facta ſecundum formã præexiſtentẽ certa ſunt.
30 Relatum ſequitur naturam referentis.
21 Incertitudo acceſſorium non vitiat diſpoſitionem, dummodo actus principalis ſit certus.
32 Quare Iuſtinian. in textu verbũ Poſsibile adiecit.

1 IN rerum omnium generatione † tria eſſe perpendenda veteres docuerunt: principium, medium, & exitum. Superiores §§. inſtitutionem actionum pertractant circa principium & medium illarum, hoc eſt quomodo iudicia incipiant, & incœpta, quonam mo-
2 do continuata currant. † Hæc autem pars actionum inſtituendarum, quæ incipit à §. curare, earum exitum & diffinitionem non ineleganter enodat. Terminus verò actionis inſtitutæ, eſt in ſententiarum iuſta & legitima probatione, quæ finem litibus imponunt, c.finem litibus. extrà, de dolo & contumac. l. litibus. C. de agricol. & cenſit. lib. xj Quare admonitos velim omnes iudices, vt ea facilitate verborum, & rerum perſpicuitate certas ſentẽtias & minimè dubias pronuntiet, vt amplius litigandi nullus relinquatur
3 locus. † Sunt enim plerique iudicantium terri & admodum difficiles in concipiendis verbis ſententiarum, vt vix earum ſenſum Oedipus intelligeret. Faciunt enim, vt ex obligatione naſcatur
4 obligatio. l. iiij. §. ait Prætor. ff. de rei iudic. † Huius vitij In cauſa duo eſſe poſſunt. Vnum eſt, linguæ imperitia, & ſermonis impuritas, quę per obſcuriora lites reddere claras conantur. Alterum eſt. improbi quæſtus inſatiabilis cupiditas: vt litibus implicaris & inextricabilibus nobis nunquam ſit litigandi finis: quod litigatorum faculiares exhaurit, & canum forenſum apaciſsimos, loculos implet. Ideò hic Balduinus refert
5 Claudij Cæſaris euiluiſſe authoritatem, † quòd varius in pronunciando fuiſſet dixiſſetque in iure dicundo ſimpliciter ſe ferre ſententiam ſecundum eum qui verius de iure docuerit: quæ forma pronuntiandi ideò eſt explodenda, quod nihil certi iuris ex ea naſcatur. Dabunt igitur operam iudices, ne in ſententiis à ſe prolatis vlla ſit am-
6 biguitas ſiue perplexitas: † quod vitium Iureconſulti abeſſe voluerunt non tantùm à ſenten-
7 tiis iudicum. † ſed etiam arbitrorum, licet in his nõ ſit rei iudicatæ authoritas. Propterea Vlpian.

ſcripſit. Pomponium ſenſiſſe arbitrum ferre inutiliter ſententiam incertam, l. quod tamen. §. Pomponius. ff. de recept. arbitris. Incertitudo vitium eſt commune omnibus humanis actibus, illóſque corrumpit: ſunt enim inutiles ſtipulationes, in quibus incertum eſt, quid, quale, quantum in ipſa fuerit deductum, l. ita ſtipulatus. l. triticum. ff. de verborum obligatio. Legata etiam perſonam incertitudine corruũt, §. incertæ. Inſtit.
8 de legat. † Fit incertitudo aut ex rebus ipſis, aut ex perſonis. Ex rebus, quando non eſt expreſſum ipſa pronuntiatione, quid, quale, quantum in contractum aut aliam diſpoſitionem deductum eſt, l. ſtipulationum quædam. ff. de verborum obliga. Ex perſonis incertum eſt, velut ſi nomine non monſtretur ſingulari illa perſona, in qua, aut circa quam actus concipitur: vt Hiſpano aut Græco cuidam centum aur. dn, lego, dicto §. incertæ
9 quoque perſonę. † Et ideò crediderim ipſe humanos actus propter incertitudinem dici inutiles, & nullius momenti: quia eorum actuum, ſi eos valere dicas, obſeruatio illuſoria redderetur: dando enim muſcam, promiſſor eſſet liberatus: doctor. & Accurſius in l. legato generaliter. ff. de legatis primo. Hac enim ratione eluſoria eſſet diſpoſitio, l. ſi domus. ff. de legat. primo. Item quando incerta eſt perſona, ridiculus poſſet actus reddi propter perſonam, in qua implere-
10 tur: † vt pote ſi leuiſsimo homuncioni res generaliter promiſſa aut legata præſtetur: de qua perſona propter illius vilitatem, illius actus author fortaſsè minimè cogitauit, l. quæ adulterium. in fine. C. de adulter. Non enim valent actus, niſi inquãtum eſt à contrahentibus cogitatum, l. non omnis. ff. ſi certum petatur. Vno tamen ſolo caſu, qui latiſsimè diffunditur, debent reſtringi præ-
11 cedentia themata: † ſi illa incertitudo per aliquem rerum euentum, qui de præſenti conſiſtat, poſsit ad certitudinem conuerti: quo caſu infructuoſus actus non eſſet propter incertitudinem, l. quidam relegatus. ff. de rebus dub. Placuit adiicere, qui de pręſenti conſiſtat: quia niſi habita contemplatione præſentis actus, ſpes elici poſſet, futuræ certitudinis robore ille actus careret: quia nulla aut rara eſt aliqua ſpecies incertitudinis, quæ quoque modo certiorari non poſsit: doctor. in l. ita ſtipulatus. ff. de verborum obligat. † Duo
12 ſunt genera incertitudini, totidémque certitudinis. Quædam ſunt nobis incerta, quæ ſecundùm naturam certiſsima ſunt, l. cum quidam. § ſuum. ff. de acquirend. hæredit & ibi Bartol. l. hæc venditio. §. fina. ff. de contrahend. emption. Quę humano iudicio incerta ſunt, natura tamen ſunt certa. Exemplum eſt conuenientiſsimum de lapide qui eſt ſub terra, quem ſcit natura, licet homines lateat, l. in lege. in fine. ff. de contrahend. emption. aut de theſauro abditiſsimo, l. theſaurus ff. ad exhibendum. Huic non diſsimile videtur,
13 quod tradit † Ariſtoteles in primo περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, ἢ περὶ φυσικῶν ἀρχῶν· Πέφυκε δὲ ἐκ τῶν γνωριμωτέρων ἡμῖν ἡ ὁδὸς καὶ σαφεστέρων ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα. Οὐ γὰρ ταὐτὰ ἡμῖν τε γνώριμα: hoc eſt diſsimilis eſt cognitio naturæ, ei quàm de rebus ipſis habemus: quia non eadem ſunt nota nobis & naturæ. Et quia hæc ciuilis ſcientia non exquirit rerum naturalium cauſas, ſed vim & pote-
14 ſtatem humanorum actuum: † ideircò cùm verba de incertitudine facimus in hac diſciplina, ad

hanc incertitudinem ciuilem, non autem natu-
ræ referemus. Incerta etiam erit ſententia, non
ex quantitate, numero, & menſuram tantùm, ſed
etiam ſi modus aut conditio ipſi ſententię adie-
cta fuerint: veluti in centum Gaius damnas eſto,
ſi ex Aſia venerit nauis, l.j.§.biduum.ff. de temp.
15 appellat.† Sed hìc ſcrutandum eſt, an valeat in-
certa ſententia. Quidam aiunt valere inſtar ſen-
tentię, quæ ſub condictione eſt lata. Vlpian. enim
dictionem ſententię prohibuit ſub condictione:
quòd ſi ita fuerit lata, eam valere ait in d. §. bi-
duum. Nos tamen purè incertam ſententiam nul
lius eſſe momenti ſemper exiſtimauimus, l. hæc
ſententia. C. de ſentent. quæ ſine certa quantit.
16 † Differentiæ tamen ratio eſt inter incertam ſen
tentiam, & eam quæ eſt ſub condictione lata:
quia ſententia purè incerta non habet actum ali-
quem ſubſiſtentem, quo ſperetur illius certitudo:
ſed condictionalis ſententia, qualitatem habet
præſentem, nempè condictionem, cuius euentu
certa fore ſperatur: argum. l. cedere diem. ff. de
17 verbor. ſignificat. † Hac ratione (ni me animus
fallit) ſententia ſub condictione fieri prohiberur
quòd ſi lata fuerit, ipſam ius ciuile ſuſtinet, d. §.
biduum. Diuerſum eſt in alio genere incertitudi-
nis, nempè quod prohibetur ferri incerta: & hoc
18 modo lata, inutilis eſt, d. l. hæc ſententia. † Sed
contra caſum ſuperioris membri ex parte altera
opponi poſſet, quòd pœna actus prohibiti, ſit i-
pſius actus inualiditas, di. l. ſenatus. & l. non du-
bium. C. de legib. Ego non paucos aberraſſe me-
mini circa huius loci difficultatem: ſed hìc eſt a-
19 nim aduertenda legis prohibitio.† Aut actus pro-
hibetur, quòd legi naturæ & bonis moribus con-
tradicat: tunc actus contra legis prohibitionem
celebratus, eſt nullus, l. non dubium. C. de legi-
bus. aut actus qui prohibetur, non eſt contra bo-
nos mores, nec æquitatem impugnat naturalem,
20 † ſed ciuili aliqua ratione eſt prohibitus: quo
caſu non putarem illum actum pacti pœnam
nullitatis, l. fin. §. fin. ff. quod metus cauſa. vt eſt
pronuntiatio ſententiæ condictionalis, quæ nulla
nequaquam reddi debet, licet prohibeatur ſub
cōdictione dari: quia ratio naturalis ad illius pro-
hibitionem non mouit Iuriſconſultos, ſed ciuilis
quædam ratio, ne litigantis animus ſit in dubio
propter pēdentem condictionē: arg. tit. ff. quand.
dies legat. vel fideic. Hac de cauſa reus, nec dam-
21 natus, nec abſolutus ſimpliciter diceretur: † de-
bet enim iudex de negotio pronuntiare, abſoluen
do vel condemnando reum, de quo cognouit, l.
de vnoquoque. ff. de re iudic. & quia hic locus cō-
trouerti poſſet, nec habet ſatis conſtantem decla-
rationem, tutius fortaſſe dices prohibitionem,
22 † d. §. biduum. non penitus eſſe neceſſariam, &
non eſſe præcepti, ſed cōſilij: cui actus contrarius
pœnam nullitatis pati non debet: Accurſ. in l. le-
gis virtus. ff. de legib. Multa enim ſunt in iure ſe-
cundum honeſtatem indecentia, quæ ſi ſemel
producta ſint, ius ciuile non improbat, l. credito-
res. C. de pign. l. biduum Hiberus ff. de ſeru. vrb.
Quare quando Vlpianus in d. §. biduum, reſpon-
dit non debere iudicem ſub condictione ferre
ſententiam, illius verba ſunt referenda ad prohi-
bitionem honeſtatis, non autem iuris, ne ſuperio-
ra ſequantur abſurda. † Et quia ſententia natu-
23 ram ſequitur libelli & petitionis, l. fin. C. de fides-
com. libert. l. vt fundus. ff. communi diuidundo.
ideò libellus, in quo petitio ſcribitur, debet cer-
24 tum continere: † nam ſi malè fuerit conceptus,
diſrumpi à iudice poterit, l.j. & ibi gloſ. ff. de of-
25 fic. aſſeſſor. † Ea tamen artificioſa induſtria in li-
belli conceptione reiicienda eſt, ne more anti-
quitatis in Syrtes nodoſas irrumpamus, l.j. C. de
formul. & impetr. ſublat. Sufficiēs igitur erit mo
derata ſubtilitas in componendo libello, vt ex il-
lius lectione appareat, quid, quale, quantum pe-
titori debeatur: & vt libelli perſpicuitate debitor
poſsit informari, an malit ſoluere quàm litigare,
26 l.j. ff. de edendo. † Incerta autem petitio in qui-
buſdam non eſt reprobanda. Primùm quando ex
parte actoris iuſta interuenit ignorantia: quo ca-
ſu incertæ partis petitionem iudex nō recuſabit,
l. quæ de tota. §.j. ff. de rei vendic. Deinde ſi vni-
uerſitas ſit, quæ in iudicium deducitur, incerta, &
non in ſpecies diſtributa erit petitio, l. licet. ff. de
petit. hære. Accurſ. in d. l.j. ff. de edend. Nam cum
de certitudine libelli loquimur, ad actionem ſin-
gularem, non autem vniuerſalem ſiue generalem,
ſunt ſermones referendi: vt petitio hæreditatis
27 pro ſocio. † Tertius erit caſus, vbi incertitudo li-
bellum non vitiat, ſi facto aduerſarij contingat,
ne quid, quale, quantum poſsit exprimi, l.j. §. quia
autem. ff. quorum legator. Cæterum incerta erit
petitio, & erit tertius caſus, quando factum eſt pe
titum: quo caſu libellus & ſententia incerta erunt
cùm facta omnia ſint incerta, l. vbi autem non ap
paret. §. qui id quod. ff. de verbor. obligat. Bartol.
in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.
28 Ratio quare facta ſint incerta, eſt, quòd in factis
priuſquam ſint, debita forma non reperitur, l. ſi is
qui quadraginta. §. quædam. ff. ad legem Falcidiā.
29 † Vnde conſequentia eſt, facta, poſtquam ſunt in
rerum natura, eſſe certiſsima, nempè quòd for-
mam habeant elegantem, quæ ſemper in conſum-
matione operis conſiſtit, d. §. quædam. Et ideò in-
certitudo, quæ in facto eſt, non corrumpit ſtipu-
lationē d., l. vbi autem nō apparet. §. qui id quod.
quia licet facta ſint incerta, quando fiunt, poſt-
quam ſunt producta, certam habent naturam &
formam congruentem, d. §. quędam. & ſuperiori
loco docuimus diſpoſitionem incertitudine non
vitiari, quando ad aliquam certitudinem per ali-
quem euentum poteſt redigi, l. quidam relegatus.
ff. de rebus dubiis. Eſt item quartus caſus in quo
ſententia valet incerta, ſi per relationem actorum
recipere certitudinem poſsit, l. ait prætor. §. final.
30 ff. de re iudic. Ratio. † quia relatiuum qualitates
induit & naturam referentis: Bart. in l. quod te da
re mihi oportet. ff. ſi certum petat. argum. l. in na-
ue Saufeij. ff. locat. Poſtremum caſum tradunt in-
terpretes, vbi valere aiunt incertam ſententiam,
nēpè in aſſeſſoriis, §.j infrà, de officio iudic. qua-
lis eſt fructuum condemnatio, & impenſarum li-
tis, l. ij. C. de pact inter empt. & venditor. l. termi-
31 nato. C. de fructibus & lit. impēſ. † Sufficit enim
in re principaliter petita eſſe certitudinē, quam-
uis incertæ ſint acceſsiones, quæ ad rei principa-
lis naturam trahi debent. l. eos. C. de vſur. & in l.
32 lecta. in verſic. pactum. ff. ſi cert. petatur. † Pro-
pter hos caſus, in quibus ſententiam incertitudo
non vitiat, credibile eſt Iuſtinianum illud verbū
Poſsibile addidiſſe in textus: quia in ſuperioribus
illis exemplis fieri non poteſt, vt quis certam fe-
rat ſententiam. Et hæc ſufficere arbitratus ſum ad
intellectum huius §.

Ad

Ad §. Si quis agens, in intentione.

SVMMARIA.

1 *Duo mouent actores ad plus petendum.*
2 *Plus petens non donatur impunitate.*
3 *Peior eſt iniuria, quam quis infert vt noceat, quàm vt ſibi proſit, licet alteri noceat.*
4 *Diabolicum eſt vitium, cùm quis alteri nocet, & ſibi non prodeſt.*
5 *Non eſt puniendus qui plus petit per imprudentiã.*
6 *Cicero iuris prætorij vſum deſcribit.*
7 *Cauſa cadebat is, qui agerit non quemadmodum oportecat.*
8 *Minori fraudulento non ſuccurritur.*
9 *Quæ extrema ſunt probanda integrum petenti reſtitutionem.*
10 *Modi probandi ætatem.*
11 *Differentia inter reſtitutionem in integrum, quæ minoribus cõpetit, & eam quæ ex generali clauſula maioribus eſt ſuccurrendum.*
12 *Licet contrahentibus ſe inuicem decipere.*
13 *Pro re parui momenti non datur in integrum reſtitutio.*
14 *Contra communem opinionem.*
15 *Diuturnitas temporis parit ignorantiam facti proprij.*
16 *An præſumatur ignorantia in notoriis.*
17 *Iaſon notatus.*
18 *Non turpiter latitantis eſt excuſanda facti notorij inſcitia.*
19 *Praxis in foro diutius obſeruata.*
20 *Implicatæ ſunt rationes computorum.*
21 *Reſtitutio aduerſus præſcriptionem.*
22 *Sciens ſoluens indebitum, donare videtur.*
23 *Ius antiquum contra plus petentẽ emendatũ eſt.*
24 *Clauſula Saluo iure pluris vel minoris, vana eſt & inanis.*
25 *Mentiris ſaluo honore tuo, ad quid prodeſt.*
26 *Celebris quæſtio.*
27 *An ſit facienda ſolutio nummorum ſecundum æſtimationem, qua erant tempore mutui, an ſecundum augmentum poſtea ſuperuenienſ in nũmis.*
28 *Doctè Ariſtoteles in vſum nummorum.*
29 *Nummis omnia menſurantur.*
30 *Falſi nummi non ſunt.*
31 *Quare materia debeat eſſe rara, qua cuduntur nummi.*
32 *Materia ad delinquendum ſubiecta.*
33 *Quando reproba eſt pecunia.*
34 *Aceruus lapidum pluris eſt faciendus, quàm magnus nummorum cumulus, ſi demas principis authoritatem.*
35 *Raritas alimentorum aliquando ſerpit propter abrogationem pecuniæ.*
36 *Communis opinio, quòd plus petit qui petit nummos ſecundum valorem præſentem.*
37 *Propter moram pecunia eſt ſoluenda ſecũdum æſtimationem poſtea auctam.*
38 *Reiecta communis ſententia.*
39 *Augmentum fatale.*
40 *Eadem res eſt reſtituenda, quæ mutuò data eſt.*
41 *Solutio argumentorum.*
42 *Intellectus c. cum canonicis. extra de cenſib.*
43 *Argumentum de toto ad partes eſt validum.*
44 *Propter obſequium clerici habent præbendas.*
45 *Intellectus l. Rutilia Polla.*
46 *Incrementum per aluuionem extrinſecus contingit.*

1 DVpliciter † pluris petitionem in libello
temerè proponunt actores: aut vt onus
ſportularum grauius apparitoribus ſol-
uendum dorſo debitoris imponant: quia rei pe-
titæ in iudicio quantitatem magnitudo aut par-
uitas ſequitur ſportularum, in authentic. ſed ho-
die. C. de epiſcop. & cleric. aut vt indebitum reus
auaro creditori ſoluat. Illa enim pluris petitio in-
debitum complexa eſt: alioquin iuſta & non plu-
2 ris dicenda eſſet petitio. † Pœna parata eſt legi-
tima in illum ſuperabundantem petitorem, ſiue
plus petat propter ſportulas, ſiue indebiti exigen-
di gratia: pœnam tamen differentem patitur: quia
ſi ſportularum gratia plus quàm par fuerit, in li-
bello comprehenderit, maiorem triplo præſtabit
æſtimationem eius damni, quod ſe reus paſſum
ex ea indebita petitione probauerit, §. tripli. ſu-
3 prà, eod. † Quòd ſi alio modo plus potiuiſſet, vt
maiores ſportulas apparitores lucrentur, ſed ſuo-
rum commodorum cauſa, aut animo fortè in-
cogitato, quòd perplexas rationes debitorum mi
nuſque liquidas haberet veteri illo iure, aliam
non patiebatur pœnam, quàm cauſæ & iuris ſui
iacturam, hoc §. ſi quis agens. & quia cauſæ crimi
num ſunt diſpares, quia illius actoris immodera-
ta petitio magis eſt damnanda, qui alienis com-
modis, nempè apparitorum magis, quàm ſuis ex-
4 cedenti libello infœlicem debitorem vrget. † Vi
tium enim illud diabolicum eſt, quando quis tẽ-
tat alij nocere, ſibi non prodeſt: Doctor. l. j. §. de-
nique. ff. de aqua pluuial. arcend. Ideò tripli in eũ
actio datur. Sed in poſteriori genere citius illi eſ-
ſet parcendum, qui plus petit, quamuis dolo non
careat, vt rem ſuam familiarem augeat debitoris
5 patrimonio diminuto in plus petẽdo. † Maximè
tamen omnium eſt donandus venia, qui parum
perſpectus plus in libello cõprehendit: quia frau-
dandi animum non habet. Et licet iuris ciuilis re
medio fuerit deſtitutus, vt iure ſuæ actionis ceci-
derit plus petendo, Prætor tamen illi ſuum auxi-
lium non denegabit. Cùm enim iuſta ex cauſa iu-
ris conſtitutiones ſæpiſſimè ius Prætorium impu
6 gnet. † Cicero libro ſecundo de inuention. Præ-
toris (inquit) exceptionibus multæ excluduntur
actiones: & ita ius ciuile habemus conſtitutum:
7 † vt cauſa cadat is, qui non quemadmodum opor
tet, egerit. Rationes autem, quæ prætorem inuitãt
ad reſtitutionem actionis amiſſæ, erunt aut lubri
cum adoleſcentiæ, aut facti alicuius externi iuſta
ignorantia. Multa profectò ſunt condonanda in-
firmitati ætatis, quæ in hominibus robuſtis pla-
néque perfectis admodum deteſtanda eſſent, l. j.
in fine C. de aduerſ. delict. Verum ſi minor cal-

lidè verſatus fuerit in plus petendo,& erit textus
noſtri exceptio,Prætor illu in iuuando ciuiles cō
8 ſtitutiones non immutabit, † quia aduerſùs deli-
ctum minoribus Prętor non auxiliatur, l.auxi-
lium.ff.de minorib.& d l.j.in princip Minor,qui
ad Prætoris beneficium recurſum habet,prębanv-
9 di duo extrema onere grauatur. † Vnum eſt,ſi mi
nor fuerit , de quo extremo ſufficienter ha-
10 bita erit fides, † vel ex aſpectu corporis,l.minor
xxv.annis.ff.de minorib.aut matris profeſsione,
l.etiam.ff.de probation.aut natalium ſcriptura:
interpretes in l. neque natales. C.de probation.
Alterum eſt extremum,ſi de læſione iudicis ani-
mum apertis probationibus informauerit : nam
ſolius minoris ætatis probatio , ad reſtituendum
leue erit argumentum,l.nam & poſtea.§.ſi minor
ff.de iureiurand.Se in contrahendo,aut quaſi,ca-
11 ptum dicere debet. † Læſio tamen, qua minores
reſtituuntur,alius eſt generis ab ea,qua ex gene-
rali clauſula maioribus eſt ſuccurſum:quia quan
tumcunque damnum paruum erit, aut læſio,iuua
buntur à Prætore minores.Sed maioribus ſuppe-
tias ille non dabit,niſi damnum , quod illi paſsi
fuerint,dimidio maius fuerit iuſtę æſtimationis:
Accurſ.in l.in cauſæ.in ſecunda.§.idem Pompo-
12 nius.ff.de minoribus.† Nam in contrahendo al-
terutrum lædendi facultatem à Iureconſult.datā
l.item ſi pretio.§.fin.ff.locat.cancellos voluit ha-
bere ad dimidiatam iuſti pretij æſtimationem,l.
ij.C.de reſcindend.vendition. Quòd autem de
minore author ille concluſit,verò conſonum eſſe
13 arbitrari non poſſum,† quia in beneficio reſtitu-
tionis in integrum,rei modicæ valorem ſpernit
Prętor,l.Seio.ff.de in integr.reſtitut. l. ſi oleum.
14 §.fi.ff.de dolo malo.† Verius ergo receptum eſt.
vt iudex pro ſua animi religione perpendat, ma-
gna an parua fuerit lęſio,pro qualitate perſonæ,
& negotij opportunitate : arg.authent. præterea.
C.vnde vir & vxor.Erat poſterior caſus,vbi plus
petēti,etiam ſi eſſet maior,erat iure Prætorio ſuc-
curſum:veluti ſi iuſto errore ductus,amplius quā
ſit debitum,petierit:& eſt facti ignorantia , quæ
ſapientiſsimos ſolet fallere,l.ij.ff.de iuris & fact.
ignor.Exemplum imperatoris tibi rem omnem
explicabit.Si integrum quis petat legatum ,neſ-
ciens illud codicilis eſſe diminutum , illi Prętor
veniam dabit.cùm codicillos teſtamentum igno-
rauerit eſſe ſubſequutos.Cùm de facti verò igno-
rantia dicimus , factum proprium eſt exclu-
dendum : cuius ignorantiam nunquam ius
15 ciuile ſuſtinebit,l.fin.ff.pro ſuo.† niſi fortaſſè tē-
poris diuturnitate ipſius fuerimus obliti:labitur
enim tempore hominis memoria,l.peregrè. ff. de
16 acquirend.poſſeſsion.† Quòd ſi factum illud ex-
ternum & minimè proprium,publicum & noto-
rium fuerit illius ignorantiam excuſandam non
eſſe hìc annotauit Iaſon c.j.de reſtitut.ſpoliat. vt
ſi per compita vrbis aut eccleſiarum valuas illud
factū fuerit proſcriptum,ignoraſſe non præſumi-
mus,l.ſed & ſi pupillus.§.præſcribere.ff. de inſtit.
action. Vnde euangelici diſcipuli à certiſsima
Chriſti nec ſtupefacti, cùm ad Emmaus Iudeorū
fugerent inſidias,Chriſtum ſub pallio peregrini
latitantem increpauerunt,quòd ſolus eſſet pere-
grinus in Hieruſalē,& hæc ignorauiſſet quę palàm
de Meſsia contingiſſent. Diſſimulauerat ille tanti
17 facinoris ſcientiā.† Sed (hoc pace Iaſonis ſit di-
ctum) aſſertionem non reſtringit præcedentem:
quia ſi publicum aut manifeſtum fuerit tale fa-
ctum,quomodo ignorabitur,aut ſi fuerit ab illa
perſona neſcitum,dici publicum aut notorium
reſpectu illius perſonæ non poterit,cùm tale ſit,
quod nemini in vulgi lateat,c.veſtra.de cohabit.
cler.& mulier notatur in l.emptorē.ff.de action.
emption.Quid enim ſi ille abditus erat in antro,
cùm palam illud fieret:aut ſi graui ſomno fuiſſet
ſopitus.vaticinari non potuit?Erit igitur ſemper
18 in eo excuſanda ignorantia.† Hoc tamen inter-
eſt,quia ſi ignorauiſſe ſe allegauerit, propter no-
torium non erit fides illi adhibēda:creditur enim
ſcire,niſi contrarium probauerit, d.§.proſcribere.
Quorundam aliarum exceptionum aceruum hic
congeſſerunt ſcriptores,quas ex re ipſa veras non
eſſe exploratiſsimum eſt.Ideò recenſere non lu-
bet niſi vnam.Quòd ſi proprium factū tam ob-
ſcurum & multiplex fuerit, vt illius memoriam
nullus,quantumuis ingenio polleat,retinere poſ-
ſit,argum.l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.illius er-
19 ror vitio non datur.† Inde practici ratione illius
textus,in cauſarum deciſione damnatos abſolui-
mus à periculo impenſarum,quando factum mul
tiplex & obſcurum eſt,de quo ſuſceptum eſt iu-
20 dicium:† qualia ſunt omnia iudicia , quę de ra-
tionibus reddendis inchoata ſunt propter facto-
rum difficultatem:vt natura illius tituli perpen-
ſum eſt.ff.de tutel.& ration.diſtrahend. Iuſtæ i-
gnorantiæ excuſationis nō inelegans exemplum
habemus ex Scęuola in l.fin.§.fin. ff. de legar. ij.
vbi ſi iuſtè potuit ignorare hæres alienationis
prohibitionem,propter occultatos codicilos rē
alienauit:rata manente alienatione,ad pretij tan-
tùm reſtitutionem ipſi fideicommiſſario tenebi-
tur. Ita ſi quis facti errore lapſus plus ſibi debitum
eſſe arbitretur,& plus petierit,eum non eſſe pu-
niendum eſt ſanctiſsimum. Et licet ipſo iure ſua
21 actione propter pluris petitionē ceciderit,† ęqui-
tas tamen prætoria ipſum in integrum reſti-
tuet ex capite ignorātię,etiā aduerſus pręſcriptio-
nem ipſo iure cōpletam.Felin.in c. vigillanti. ex-
trà,de præſcript.Bart.in l.j.§.ſi quis autem. ff. de
itinere actuſq; priuat.Copioſius etiam ipſi tra-
ctauimus in §.rurſus.ſuprà,eodē. Hoc itaque in-
tereſt inter eum qui plus ſciens accipit , & eum
qui ignorans rem indebitā accipit:quia ſi ſciens,
& nō per errorē,plus quàm debitum fuerit,acce-
perit.præter pœnā præſentis conſtitutionis,in eū
furti agi poteſt,l.quoniam.ff. de condiction.furti.
22 † niſi ſciens etiam debitor plus quàm eſt debi-
tum , ſoluerit : quo caſu repetendi ceſſat condi-
tio ; quia donare videtur.l.campanus. ff. de oper.
libertor.l.cuius per errorem.ff.de regul.iur. Cel-
ſabunt in plus petentem pœnalia iudicia , quæ
in gratiam debitorum introducta ſunt:cui fauo-
ri renuntiare videntur, cùm ſcientes indebitum
ſoluunt , l.ſi quis in conſcribendo. C. de pactis.
23 † Hodie tamen mitius agitur contra plus peten-
tem:quia plus petens pœnam in veteribus con-
ſtitutionibus cōprehenſam non luet actor,l.vni-
ca.C.de plus petit.& c vnico.extrà eodem.Ius igi
tur,quod habet,non admittet hodie : ſed damna
impenſarum in triplo maiora,quàm debitor ſu-
ſtinuerit,patietur,§.ſed hæc quidem. infrà,eodē.
etiā ſi cū clauſula,Saluo iure pluris vel minoris,
24 proteſtatio in l.bello emiſſa non fuerit. † Cuius
clauſulæ additionem noſtri cauſidici actori opi-
tulari profitentur, ne in pœnam plus petendo

labatur

labatur: quod nōnunq iam ipſe probaui: quia ta-
le genus proteſtationis actui ſubſecuto, aut præce
denti eſt contrarium, cui non eſt illud diſsimile,
25 † Mentiris ſaluo honore tuo: Iaſon in l. ſi quis ex-
traneus. §. j. ff. de acquiren. hæred. non enim pro-
teſtantem releuat: Bartol. in l. non ſolùm. §. mor-
26 te. ff. de noui operis nunciatione. † Nunc celebris
quæſtio, & diutius vexata doctorum diuerſis ſen-
tentiis, ſe offert, vtrum plus petere videatur, qui
aureos coronatos centum petit, quorum hodie
aucta eſt æſtimatio. Pone eos quadraginta quin-
que aſsibus valuiſſe, tempore mutui accepti: nūc,
quando petuntur, princeps eos decreuit quin-
quaginta valere. Si habenda ſit ratio, quanti erant
tempore mutui, plus videor petere. Quòd ſi coro
natorum æſtimatio ad tēpus petitionis referatur,
plus non eſt in petitione, cùm eo tempore tanti
27 nummi fuerint. † Bart. hanc dubitationem ſuc-
cinctè pertractat in l. Paulus. ff. de ſolution. Fran-
ciſcus Hotoman. in præſenti §. huius quæſtionis
difficultatem eleganter locupletauit. Pauca præ-
requiſita ſunt ad inueſtigationem huius dubita-
tionis: quòd nummorum æſtimatio ab aliarum
rerum valore eſt diuerſa: quia nummis aliæ res
æſtimantur, nummi autem ab aliis rebus æſtima-
tionem non recipiunt, l. ſi ita fideiuſſorem. in fine.
28 ff. de fideiuſſor. † Propterea Ariſtoteles docuit
nummos nomen ſortitos eſſe, non natura, ſed le-
ge. Inquit: τοῦτομα ἔχει, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ καὶ ἐφ'
ἡμῖν μεταβάλλειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Nummi igitur æſti-
29 matione omnia menſurantur. † τῷ νόμῳ πάντα με-
τρεῖται. Duæ ſunt partes quibus nummi potiſsi-
mùm conſtant, materia, & forma. Materia, qua
nummi efficiuntur, proba eſſe debet, & rata: pro-
ba, nempè ſi principis authoritate certa materia
ipſi monetæ fuerit deſtinata, l. j. C. de veter. numiſ.
poteſt. lib. xj. quia cùm ſit ex regalibus monetæ
excudendæ facultas, nullus alius à principe pote-
ſtatem concedet. c. vnico, quæ ſint regalia: qua au-
thoritate non interueniente, reproba dici pecu-
nia poteſt, l. eleganter. §. qui reprobos ff. de pigno.
30 action. † Nam nummorum appellatione, falſi
denarij non continebuntur: gloſ. in l. ij. C. de hæ-
31 ret. † Rata item eſſe debet materia, & non vilis,
vt falſum fabricandi anſa præripiatur, d. l. j. C. de
veteri nummiſmat. poteſtat. Nemo eſt qui non
videat, falſos monetarios crebrius adulterinam
pecuniam poſſe fabricari, ſi ex plumbo potius
quàm ex puriſsimo auro cudendi coronatos à
32 principe eſſet facultas. † Materia enim frequens
ad delinquendum occaſionem præbet. Ideò rata
debet eſſe materia, quæ nummorum fabricatio-
ni ſupponitur, l. j. ff. de contrahenda empt. & ven-
dit. Cæterùm vt certa ſit nummorum æſtimatio,
princeps illis iuſtum debet valorem imponere, d.
33 l. j. C. de veter. numiſmat. poteſtat. † Proba & re-
proba eſt pecunia, cùm principis authentico ſigil
lo eſt conſignata, vel non: Doct. in d. §. qui repro-
34 bos. † alioquin ſi principis demas authoritatem,
tanti eſſet faciendus aceruus lapidum, quanti ar-
ca de omni genere nummorum referta. Et quia
principum flexibiles ſunt voluntates: notat. in l.
humanum. C. de legibus. in c. non debet, extrà,
de conſang. & affin. ideò numiſmatum variæ ſunt
loco & tempore æſtimationes, ſicut aliarum re-
rum, l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. Non igitur
pro libidine & paſsim diminuent principes num-
morum æſtimationem, aut omninò reprobabunt.

Sed communi omnium vtilitate ſuadente, & ne-
ceſsitate euidente, hac ratione Auguſtus Impera-
tor ſanxit, rerum ſingularum æſtimationem di-
minuendam eſſe iuxta proportionem pecuniæ di-
minutæ, l. ſecunda, C. de veter. numiſ. poteſtat.
35 † Memini ego annonæ ſæuiſsimam caritatem in-
ualuiſſe propter minutæ alicuius vulgaris pecu-
niæ diminutionem, aut reprobationem. Nam qui
antè ſatis nummatus videbatur pro comparatio-
ne frumenti, poſteà vacuus fuit, & carens valenti
obolo, vt panis buccellam emeret: cuius pecuniæ
vſus erat ad comparationem rerum humanæ vitæ
vtilium, l. j. ff. de contrahend. emption. His igitur
perpenſis, loco prælibatæ præſuppoſitionis quæ-
36 ſtionis nucleum aperiamus. † Vulgò receptiſsi-
ma eſt opinio, eum plus petere propter incre-
mentum valoris iuſſu principis accidentiarum:
quòd à petitione, vt iuſta fiat, vir bonus detra-
het. Num eadem eſſe debet diminutionis ratio,
ſicut augmenti? l. in ratione legis Falcidiæ. in ij.
ff. ad l. Falcidiam. Sed ſi principis iuſſu en ſpecies
nummorum partim ebrogata, ſeu diminuta eſſet,
illud detrimētum cederet damno debitoris, cùm
debeat nomine mutui rem debitam reſtituere
eius bonitatis, cuius erat, quando mutuum con-
traheretur, l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. Ea-
dem itaque ratione augmentum poſteà contin-
gens non ad creditorem, ſed ad debitorem perti-
nebit. Cæterùm ratione incrementi aut diminu-
tionis, ſemper oculos dirigimus ad tempus con-
tractus: hoc eſt, non plus aut minus nomine il-
lius contractus creditor conſequi debet, quàm in
rei natura erat tēpore contractus, l. Rutillia Pol-
la. ff. de contrahenda emption. Sed contractus il-
le aureus, cùm mutuo daretur, tantùm quadra-
ginta quinque aſsibus æſtimatus erat, nunc verò
illius valori ſuperadditus eſt vnus decreto princi-
pis: conſequi igitur debet coronatum ſecundum
valorem priſcum non autem recentē. Pauli etiam
ſententia hanc communem opinionem corrobo-
rat, inquientis, non eſſe compellendum credito-
rem accipere pecuniam alterius generis, quàm eſ-
ſet tempore contractus, l. Paulus. ff. de ſolution.
cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Hotom. in noſtro §.
Bartol. in d. l. Paulus Ioannes Corraſ. admirabilis
ingenij præceptor, in tertio lib. Miſcell. cap. xii.
ex qua ſententia vnus ſolus caſus detrahendus èſt,
videlicet ſi in ſoluendo debitor moram fecerit:
37 † quo caſu, in rei æſtimatione inſpicere oportet
tempus illud moræ, non contractus, l. vinum. ff. ſi
cert. per. Alioquin in rei quærenda æſtimatione
contractus rationem habendam eſſe reſpondit
Africanus in l. cùm quis. ff. de action. & obligat.
Mihi ignoſcant oportet illi doctiſsimi patres, ſi
38 eorum ſententia ipſi diſpliceat. † Sed aſſerendum
tutius crediderim, creditorem plus petere non vi-
deri, cùm eandem rem quæ mutuo data eſt, eiuſ-
dem generis petat: nec iniuriam infert, ſi quod de-
derit, exigere contēdat, licèt nunc ſit pluris quàm
39 cùm datum eſſet: † fato enim & fortunæ tale
augmentum tribuendum eſt: quæ enim ſolo nu-
tu principis innouari poſſunt, ἀδύνατα ſunt, id eſt,
impoſsibilia videntur, in l. Idem Iulianus. §.
conſtat. ff. de legat. j. Ego non reperio diſcrimi-
nis rationem inter mutuum pecuniæ, & aliarum
rerum, quæ pondere numero, & menſura con-
ſtant, l. ij. §. mutui datio. ff. de rebus credit. Si ta-
men vinum, aut oleum ſeu frumentum dantur
mutuo,

mutuò, licet tempore reſtitutionis earum rerum æſtimatio aucta fuerit, plus nemo dicet creditorem petere, cùm ponderis cuiuſdem frumentum aut vinum ſibi reddi poſtulauerit: tot enim metretas vini petens, iniuriam non infert, quot mutuò ob neceſsitatem aut gratiam dederit debitori. Et licet creuerit valor, cùm res eiuſdem generis in eodem pondere & numero reſtituitur, aliud pro alio non ſoluitur, l. ij. §. mutui datio. Dubium hoc contortum decidit recta inductio d. l. Pau-
40 lus. † quia creditorem cogendum non eſſe alius generis pecuniã accipere quam dederit, ſi ex ea re damnum aliquod paſſurus ſit, decidit: quod ſanè eſſet faciendum, ſi creſcientis valoris non eſſet habita ratio, aut minus accipiendo creſcẽs illa æſtimatio eſſet detrahenda. quod eſſet admodum abſurdum: quid hoc conceſſo, integros centum non reciperem, quos ipſe numeraui: quia licet diuerſa ſit numerorum æſtimatio, idem tamen eſt corpus eadémque ſubſtantia, ſecundùm generis identitatem, cùm potius ad creditorem minus tranſire dicendum eſſet, ſi augumentum tale lucro debitoris, non autem creditoris cederet: quia habita ratione diei præſentis, quod mutuãdo numerauit, adeptùs non eſſet ſecundum generis qualitatem, aut forma præcedentis contractus, d. l. Paulus.
41 ff. de ſolution. † Nec vera mihi videntur argumẽta quibus communis fulcitur opinio. Prius non mouet nos l. cum quid. ff. ſi cert. petat. eundo inficias detrimentum pecuniæ abrogatæ ad debitorem pertinere: quia pecunia æquè bona ſecundũ ſpeciem & formam creditori ſoluitur, quæ erat contractus tempore, ſi ad intrinſecam bonitatẽ referamus: quia augumentum vel diminutio contingens abrogatione, vel derogatione pecuniæ ex principe facta, bonitatis non eſt intrinſecæ, cùm ſit fortuita & accidentaria per ſolum nutũ principis abrogatio nummorum, l. ij. C. de veteri numiſ. poteſtat. Docto. in d. §. qui reprobos. Nec aduerſatur papalis conſtitutio in c. cum canonicis.
42 extrà, de cenſib. † Vbi æſtimatio antiquæ pecuniæ canonicis eſt perſoluẽda, ſi ea pecunia non ſit in vſu: nam illa decretalis epiſtola loquitur quãdo tota pecunia erat reprobata, & non amplius in vſu. Nodus præſentis quæſtionis eſt de augmẽto vel diminutione nummorum. Verùm quia ſtabilem ingenioſus auditor hanc ſolutionem non
43 exiſtimaret, † cùm de toto ad partes inæquale nõ ſit argumentum, nec diſpar ratio, l. quæ de tota. ff. de rei vendication. reſpondeamus illud caput non de ſingulari aliquo debito, & quod momento modico per ſolutionem extingui poſsit, ſed de perpetua aliqua penſione, quæ certo aliquo genere monetæ pendi erat ſolita: quæ cùm ſit abrogata iuſſu principali, iuſtiſsimum eſt, vt in alio
44 genere nummorum ſoluatur † ne canonici, qui diatius diurnis nocturniſque horis diuino inſeruiunt culti, debitis fraudẽtur alimentis, capi. cùm ſecundùm apoſtolum. extra de præbend. Cauſa enim Eccleſiæ & diuini cultus inconueniens non erit paululum iuris communis regulas lædere, l.
45 vt inter diuinum. C. de ſacroſanct. eccleſ. † Nec obeſt ſecundum de l. Rutilia Polla. ff. de contrahenda empt. quia illius deciſio, vt ex ſpecie facti conſtat, de incremento loquitur quod eſt extra ſubſtantiam rei venditæ. Nam portio illa decem pedum terræ quæ poſtea contingit, non adhære-
46 bat fundo vendito. † ſed ἰξωθεν contingit per alluuionem, l. ſi Titio. in fine. ff. de vſufruct. Alluuione enim portio contingens, fundi auget ſubſtantiam, l. ij C. de alluuion. & palud. Diuerſum tamen eſt in nummorum abrogatione ſeu diminutione: quia illud argumentum contingens iuſſu principis, non mutat ſubſtantiam pecuniæ, quæ non eſt in valore, ſed in ſpeciei probitate & ſigno principis, d. l. j. C. de veter. numiſmat. poteſtat. Nummorum enim æſtimatio, licèt ſit certa, l. nummis. ff. de in litem iurand. extrinſeca tamen eſt cenſenda, cùm principum adiudicationes propter earum raritatem non debeamus ſcrutari, l. Lucius. ff. de euiction. Concludi igitur poteſt, plus à petitore non peti cùm augentur nummi ſecundùm valorem præſentem tempore petitionis, licèt contractus tempore minùs valuerit.

Ad §. Plus autem.

SVMMARIA.

1 *Lex alterius legis eſt interpretatio.*
2 *Plus variè acceptum.*
3 *Plus quatuor modis.*
4 *Re plus petitur tribus modis.*
5 *Quantitas eſt duplex.*
6 *Hæc petitio diuerſo iure cenſetur.*
7 *Quemadmodum creditor non cogitur accipere minus quàm ſibi debeatur: ita debitor plus ſoluere non eſt cogendus quàm debeat.*
8 *Plus tempore.*
9 *Dies eſt pars obligationis.*
10 *Solutio debiti ante diem non modica incommoda affert.*
11 *Citò pauperes locupletantur, & è regione facti diuites, citius dilabuntur*
12 *Vtilis quæſtio de emphyteuta.*
13 *An emphyteuta ſimul poſsit ſumere canonem multorum annorum.*
14 *Vtilitas ſoluendi canonem diuerſis temporibus.*
15 *Infringuntur regulæ iuris propter fauorem libertatis.*
16 *Recurre ad fontem Accurſianum.*
17 *Suborta difficultas circa textum.*
18 *Indoctus quidam, Iuriſprudentiæ flagellum.*
19 *Singularia quædam de natura & effectu conditionum.*
20 *Quæ ſunt certæ conditiones.*
21 *Differentia inter conditiones certas & incertas.*
22 *Plus loco quandoque petitur.*
23 *Diluit obicem.*
24 *Loco rei ſubſtantia non alteratur.*
25 *Tranſportatio pecuniarum eſt difficilis.*
26 *Plus cauſa petitur.*
27 *Cauſæ verbum multiplex.*
28 *Oppoſitio.*
29 *Difficultas.*
30 *An petitio pluris re differat à petitione pluris cauſa.*
31 *Finis obligationis eſt inſpiciendus.*

32 *Regulas*

32 Regulas alternatiuarum hic Iaſon & Angel.docent.

33 Res minus valens, interdum propter affectionem magis diligitur.

34 Exceptiones ad textus deciſionem.

35 Quarta limitatio.

36 Theophylus huius libri congeſtor, iuſtè notatus.

37 Campaniæ plagam non viderat Theophilus: ideò malè iudicauit de vino Campano.

1 PRAESENTIS § ſpecies † ad præce
dentem §.ſenſum & declarationem non
inutiliter continet. In illo §. & quibuſ-
dam aliis ſuperioribus, certo pœnali iu-
dicio actores coerceodos ſanxit Iuſtinianus, qui
2 temerè, & cauſſa non ſubſiſtente, plus apud iudi-
cem mentientes petunt. † Et quia Plus voca-
bulum latiſsimum eſt, & io varias ſcinditur par-
tes, diuerſique ſunt modi, quibus petitio pluris
concipitur in libello: ad cuius diuerſitatis perſpi
cuam enodationem hæc præſens conſcripta eſt
3 Conſtitutio, † in qua princeps Iuſtinianus plus
peti quatuor modis conſtituit, videlicet re, tem-
pore, loco, cauſſa. Re, ſi centum debita ſint ſolùm
& centum & viginti petantur: tempore ſi die obli
gationi nondum cedente apud iudicem ventum
fuerit: loco, ſi Capuæ centum ſoluenda, Brundu-
ſij petantur cauſſa autem plus peti dicimus, quao
do ſub alia qualitate, aut accidente, quàm fuerit
promiſſa, res petatur: vt ſi Stichum aut Pamphi-
lum ſpopondero, & tu ſimpliciter alterutrum de
ſideraueris, plus petere dicendus es, quòd ſoluen-
di, vtrum velit, optionem à debitore ademeris, ad
quem electio io alternatiuis ſpectar, l. plerunqoe.
§. final. ff de iure dotium. Ad primam reuerta-
4 mur ſpeciem. † Re plus petitur tribus modis,
5 quantitate, genere, & ſpecie: † quantitate, vel
continua, vel diſcreta. Continua, ſi domum qua-
drupedalem tantùm debitam, eam octo pedibus
extenſam petiero. Diſcreta verò quãtitate plus pe
titur, ſi ad numeros reſpicias: veluti ſi centum
quinquaginta aſſes ſunt petiti, cùm centum tan-
tùm debiti fuerint. Item in genere pluris verſari
poteſt petitio, ſi hominem tantùm debueris, tu
verò hominem & equum petas. Idem de ſpecie
cenſendum eſt, ſi ſolùm Stichum debeas, ego ve-
rò Stichum & Herotem ſeruum petiero, plus in
ſpecie peto. Quòd ſi alius ſit generis res quam
petit, cuius nõ eſt res debita plus non eſt in peti-
tione, ſed diuerſum ab obligatione: nam aliud
pro alio noo debet ſolui inuito creditore, l. ij. §.
6 mutui datio. ff. ſi certum petat. † Hæc pluris peti
tio eſt diuerſo iure cenſenda: quia ratione veri
concurrentis debiti, petitio eſt iuſta: inquantum
verò plus complexa eſt, reprobatur, vt ſatis co-
piosè in §. tripli, oſtendimus. Olim tamen veteri
conſtitutione tota petitio corruebat, l. vnica. C.
de pluſpetitionib. totumque vafer petitor debi-
tum amittebat. d. l. vnica. Hodie tamen illum, vt
7 prædiximus, alia pœna expectat. † Et ſicut credi-
tor minus, quàm ſi debitum, accipere non eſt cō
gendus, l. planè. ff. famil. herciſcund. notat. io l.
quidam æſtimauerunt. ff. ſi certum petat. ita plus
quàm debeatur, debitorem ſoluere regula relati-
uorum non ſinit, l. vnica. C. de cupreſſ. ex luco
Daphneoſi. lib. xj. Quomodo plus ipſi præſtabũt,
cùm eorum facultates debito vero haud facilè
reſpondeant, & vix ſuot pares, §. final. huius titul.
Nec obeſt, ſi dixeris re eum plus petere quàm de-
beatur, qui in iudiciis bonæ fidei ſortem & vſu-
ras petit: cùm ſors & oon vſuræ debeantur, quæ
officio iudicis duntaxat veniunt, l. ſi per colluſio
oem. §. finali. ff. de actionib. empt. & iu l. centum
Capuæ. ff. de eo qood cert. loc. Ad id coogruum
ſuppetit reſponſum, nempè quòd petantur vſuræ
licet non ſint in obligatione, quòd ſint acceſsio-
nes, & additamenta ſortis, cuius naturam ſequun
tur, l. eos. C. de vſur. l. lecta. in ij. parte. ff. ſi certum
petat. Id certè liquet, quia ſi ſortis fuerit ſublata
obligatio, ipſæ quoque vſuræ peti noo poterunt,
8 d. l. eos. & l. ceotũ Capuæ. † Nuoc ſequens eſt ſe-
cunda deliberatio de pluris petitione, quæ tempo
re fit: vt ſi quis hodie petat, quod ſibi promiſſum
eſt calẽdis Septembris, in eo plus petit, quòd ao-
te tempus ſolutioni adiectum malè & inutiliter
egerit, l. j. § final. ff. quando dies vſusfru. leg. ced.
9 † Eſt enim dies pars obligationis, ſicut ſolutio-
nis, l. j. §. editiones. ff. de edend. Eſt autem ratio
cur in tempore ſit petitio pluris. quia temporis
ipſius celeritas commoditates oon paruas habet
10 in creditore, † totidemque detrimenta aliquan-
do debitorem ſequuotur. Noſtri in l. qui Romæ,
ff. de verbor. obligation. Nam ratione temporis
hæc eſt rerum viciſsitudo, vt quæ vilius heri di-
ſtracta fuerunt, hodie carius veneaot. Eſt enim re
rum mutabilis æſtimatio, l. pretia rerum. ff. ad le-
gem Falcid. Hic etiam interloquitur Iuſtinia-
nus de rerum pretij varietate: infœliciter & mi-
ſerè vrgẽtur debitores, ſi immaturè per iudicem
11 conueniantur: cùm fortuna volente, qui hodie
in paupertate ſordet, cras in maximis fortaſſe o-
pibus ſplendidus erit: arg. l. ſi defuoctus. C. de ar-
bit. tutel. Quòd ſi dies pro creditore, oon autem
debitore adiectus fuerit, an ſit illi licitum ante
diem petere quod poſsit in ſui gratiam introdu-
cto fauori renuntiare? l. ſi quis in conſcribendo
C. de pact. l. ſi iudex circunueuro. ff. de min. xvv.
aun. In hoc ego dubio diſtinctiooe opus eſſe ar-
bitror, an debiti exactio differatur, quod creditor
ob ætatis lubricum, rerum ſuarum adminiſtra-
tinni non poſsit ſufficere: ea enim ratione perdi-
turo debitum ſolueretur, l. ſi quis cum. ff. pro
empto. Sed pone eum noo peruerſè vſurum: ſi
ante diem obligationi cedentem illi fuerit ſatiſ-
factum verum ante tẽpus malè petat? quod non
facere ſemper exiſtimaui propter ſui fauoris ab-
dicationẽ, d. l. ſi iudex circunuento. † Huius di-
ſtinctioois planè intellecta poteſtas, emergentem
12 dubitationem diſſoluit † Verùm emphyteuta
13 plurium annorum canonẽ ſimul domino etiam
nolenti poſsit ſoluere. Et quis prima fronte poſ
ſe non negauerit, cùm ſingularis & vnica ſolutio
plurium annorum magis domino quàm emphy-
teutæ ſit profutura: argum. d. l. planè. Bartol. ta-
men, quod veriſsimum eſt, in l. cum qui. ff. de ao-
nuis legat. accipere dominum non eſſe cogen-
dum concluſit, quòd ſolutionem particularem
magis domini quàm emphyteutæ commoda re-
ſpicere exiſtimauerit: quia ſi de iure emphyteuti-
co fuerit agitata quæſtio, ipſum ius cõtrouerſum
per ſolotiones particulares facilè poterit proba-
ri: arg. l. quod ſi certis annis. C. de pac. io l. nec ſi
volẽs. C. de lib. cauſ. & in l. cùm ſcimus. C. de agr.
& cẽſ. li. xj. Quòd ſi vna ſolutione pluriũ annorũ
canones

canones pendat emphyteuta, ille vnicus actus ad
probandum non ſufficiet, ſi alia ad probandum
14 deſunt monumenta.†Sunt igitur illi dies in gra-
tiam dominorum non emphyteutarum appoſiti.
Idcircò ante dies obligationi videntes, ipſis inui-
tis fiet inutiliter ſolutio: in quam ſententiam ra-
tionibus impulſus Cyn. inclinauit in l.ij. C. de
iure emphyt. quamuis diuerſum ſit in penſione,
quam ſeruus ſtatulibet amore futuræ libertatis
hæredi præſtari debet: poteſt enim vnico actu ſo-
lutionis multas penſiones exaggerare, l.iij §. Sti-
15 chus. ff. de ſtatu liber. † Sed id libertatis gratia
operatur propter quam nomothetæ non dubita-
uerunt regulas iuris infringere. l. generaliter. §. ſi
16 quis ſeruo pignori. ff. de fideicommiſ. libert.† Si
quis fortè deſideret diei adiecti diuerſos effectus
cognoſcere, videlicet quando pro debitore eſt,
quando creditoris vtilitatem continet, videat Ac-
curſ. ſcholiſt. in l. ſi ita ſcriptum. §. Pegaſus. ff. de
17 legat. j. & in l. fideicommiſſi. ff. de vſuris. † Cæte-
rùm addit Iuſtinian. in hoc §. creditorem condi-
tionalem, ſi nondum euenerit conditio, plus pe-
tere: non quòd ſecundùm veritatem plus petat,
quia pendente conditione, quæ non eſt omninò
exitura, nihil debeatur, §. ex conditionali. ſuprà,
de verbor. ſignificat Et plus non dicitur, niſi re-
ſpectu æqualis quod debetur Ariſtotel. in v. Et-
hicorum. Item cum plus ſit comparatiuum in ſe
poſitiuum continet, l. vbi autem non apparet. ff.
de verbor. obligation. Ideo cùm medijs diebus
quando implementum ſperatur conditionis, ni-
hil proprie debeatur plus petere creditorem im-
prie dixerit Imperator. Sed quia interim ſpes ſub
ſiſtit aliqua de conditione implenda, ſimilis ei vi-
detur qui ante diem aduenientem debitum pe-
tit: cuius exactio tantùm differtur, §. omnis. de
verbor. obligation. Non enim pauci ſunt caſus in
quibus non tantùm perpenditur, quòd præſens
ſubſiſtit, verùm etiam quod de fore ſperatur, l.
ſpem. C. de donation. l. & quæ non ſunt. ff. de pi-
18 gnor. l. ſi iactum retis. ff de action. empti. † Id-
circò contra aliquem indoctum Iuriſprudentiæ
flagellum hac ratione Iuſtiniani propriam eſſe lo
19 cutionem tutatus ſum.† Sed poſtquam de con-
ditione ſermo factus eſt, nequaquam eſt omitten
dum, duo eſſe conditionum genera. Quædam
ſunt incertæ: & hæ propriam ſortiuntur condi-
tionum naturam. quarum euentus non eſt neceſ-
ſarius, ſed poſsibilis: vt ſi fias conſul. l. Puplius
Mæuius. ff. de condi. & demonſtrat. Et hoc genus
conditionum eſt etiam duplex: quia nõnullę ſunt
quarum euentus eſt poſitus in poteſtate hominis,
& ideò arbitrariæ dicũtur: vt ſi in capitulum nõ
aſcenderis. l final. ff. de condit. inſt. Quædam ve-
rò ſunt quarum euentus non pendet ab arbitrio
hominũ: & ideò fortuitæ dicuntur: vt ſi in agro
theſaurum reperias: eſt enim theſaurus donum
fortunæ, l. ſi is qui in aliena. §. ſi communis. ff. de
acquiren. rerum domin. Adde ſi placet tertium
membrum, quòd ſint quędam mixtæ, partim for
tuitæ partim arbitrariæ: vt ſi fiat Titius conſul. l.
in teſtamento. in ij ff. de cond. & demonſtr. Hic
minimè iubet harum conditionum differentias
deſcribere, quas latè perquirunt Interpretes in l.
j. C. de inſt. & ſubſtit. & in l. legatum. C. de condi
tio. inſert. Reuertamur ad poſterius membrum.
20 †Quædam ſunt certæ. quarum euentus, velis aut
nolis, ineuitabiliter futurus eſt: vt centum habe-
to, ſi cras ſol oriatur, aut ſi moriar, l. nam & ſi. ff.
de condict. indebit. Et dupliciter certa conditio
poteſt dici, tùm quòd ad præſens ſit tempus rela
ta, l. cùm ad præſens. ff. de rebus credit. tum quod
verbum in ea poſitum, tẽporis ſit futuri: vt ſi na-
ſceretur Antichriſtus, d. l. nam & ſi cum moriar.
Par etiam eſto in cæteris, quarum euẽtus eſt ine-
uitabilis. l quod ſi ſub ea. ff. de condict. indeb. Et
licet caſus certæ conditionis, quæ præſenti tem-
pore concipitur, vt ſi rex Parthorum viuat, hu-
mana cogitatione incognitus ſit: naturæ tamen
indicio eſt pluſquã certus, l. cùm quidam. §. ſuũ.
ff de acq. hæred. Amplè ipſi demonſtrauimus in
21 §. curare ſuprà, eo. †Eſt autem differentia inter
certas & incertas conditiones. quia incertarum
effectus eſt, vt actum ſuſpendant, l. cedere diem.
ff. de verb ſigni. ſed certæ conditiones prorſus ca
rent effectu: quia actum non ſuſpendunt, l. ſi pu-
pillus. §. j. ff. de nouation. d. l quod ſi ſub ea. ff. de
condiction. indebit. & actus perinde eſt purus ac
ſi ab initio poſita non fuiſſet cõditio. d. l. cùm ad
22 pręſens. Sed de his ſat. †Nunc ſe offert tertius ar
ticulus, de eo qui loco plus petit: vt quando ſolu-
tioni locus eſt adiectus, in eo, & non alibi eſt fa-
cienda ſolutio Et ſi creditor petierit alibi plus pe
tit, niſi mora debitor fuerit cunctatus: hoc eſt, ſi
nolit ad locum ſolutioni deſtinatum peruenire:
quo caſu in quocunque loco agi contra illum
poterit, l. vnica. C. vbi conueniri debeat qui cer-
23 to loco. †Hic tamen obex diluẽdus eſt, quẽ Ho-
tomanus hic nõ ignorauit: quomodo qui in alio
loco quàm deſtinato rem petit, plus videtur pete
re, cùm nihil aliud quam rem ipſam debitam pe-
24 tat. †Rei enim ſubſtantia loco non alteratur, li
cèt mutetur pretium: l. prætia rerum ff. ad l. Falc.
Vt ſi centum Brunduſij aſſes mihi debeas, ſiue
Brunduſij, ſiue alibi petantur, non ſunt niſi cen-
tum aſſes. Non igitur loco plus petimus. Ad tol-
lendum hunc ſcrupulum breuis parata eſt ſolu-
tio, vt dicamus plus eſſe in debito ratione loci,
non propter creditorem, ſed ipſum creditorem, à
quo aufertur vtilitas, quam perciperet, ſi in loco
præfixo ſoluiſſe. l. iij. §. nunc de officio. ff. de eo
quod cer. loc. Eſt enim accommodatius propter
paratas pecunias in vno, quã in alio loco ſolue-
25 re, d. §. nunc de officio: †vel quòd tantũ pondus
pecuniarum tutius transferatur in vnum, quam
in alium locum, vt ſatis luculẽter in §. præterea.
26 ſuprà eod. oſtendimus. †Poſtremò quartus venit
explicandus articulus, qui eſt de eo qui plus cau-
ſa petit. Hic ego non videbor egreſſus propoſitæ
rei cancellos, quid verbum Cauſæ ſignificet, do-
cere Hic non placet ſignificationem huius voca
buli vſurpare Ad illa quatuor cauſarum genera,
de quibus planè Philoſophi pertractant, eſt ta
27 men animaduertendum: † quòd in hac diſcipli-
na nomẽ Cauſe varijs accipitur modis Primum,
ad alicuius rei tractatum totum refertur: vt do-
tis cauſa ſemper præcipua eſt, l. j. ff. ſolut. matrim.
Secundò, & id paulò latius, ad illos quatuor mo-
dos reducitur, quibus actos plus à Iuſtiniano di-
citur petere, Paulus in l. obligationum fere ff. de
action. & oblig. Tertiò, Cauſa emolumentum ſi-
gnificat, quòd ex ipſa re eſt, l. cùm fundus. in prin
cipio. ff. ſi cert. pet. & hoc modo anguſtam admo
dũ habet ſignificationem pro ratione electionis
ad debitorem pertinente accipitur, vt pręſenti §.
conſtat. vt ſi Stichum aut Pamphilum promiſe-
ris. &

tis,& Stichum petam,plus cauſſa peto:quia à de
bitore auſero commodum electionis, & mihi
attribuo:meam facio meliorem conditionem,il-
lius verò deteriorem.Ideò plus eſt in petitione
28 propter cauſſam:†ſed contrà quòd minus,quàm
debeatur,pet. m:nā duabus rebus ſob diffinitio
ne promiſsis,vtraque eſt in obligatione,l.ſi duo°
in fine l.ſi Stichum aut Pamphilum.ff.de verbo.
obligation.Idcircò ſi tantùm alteram petiero,nō
totum,quod debetur,ſed partem peto:non igitur
plus.ſed minus eſt in petitione.Solutio.Re minus
peto,cùm non tantùm alternatiuè petatur:ſed
cauſſa plus eſt petitum propter ademptam ele-
29 ctionem à debitore.† Sed parum adhuc ſubſiſtit
ingenioſus,quare petitio illa minoris,quæ ſit re,
non compenſatur cum petitione pluris, quæ ſit
propter cauſſam,vt hanc petitionem, quæ diuer-
ſis reſpectibus dicitur pluris,& minoris ius ciui-
le in libello eſſe patiatur. Hæc ratio mihi vide-
tur iuſta,quòd cùm peto alterum ex duobus al-
ternatiuè debitis,licet ſecundùm verborum con-
ceptionem minus non petitur ſecundùm effe-
ctum:quia licet vtrunque ſit in obligatione alte-
rum tamen,& non vtrunque, eſt in ſolutione.l.
Stichum aut Pamphilum.ff.de ſolution. † Sed
30 videamus an ſit aliquis delectus & differētia in-
ter pluris petitionē re,& pluris quæ ſit ob cauſ-
ſam.Quòd ſi vlla poſsit reperiri,hæc maximè eſt
ſecundùm Rodulp.de aut.Nam in petitione plu-
ris,quæ ſit re,plus illud nequaquam eſt in obli-
gatione:ſed in petitione pluris,quæ ſit per cauſ-
ſam,illud plus eſt in obligatione,& debetur, li-
cet non eo modo quo petitur,d.l.ſi duo.Nec la-
befacit hāc rationem. ſi oppoſuerit in obligatio-
ne generis ſpecies,quæ petitur,non eſt in obliga-
tione,cùm in obligatione generis nulla ſpecies ſit
in obligatione,l.Meuius.§.duobus.ff.de legat ij.
& tamē ſi petatur vna ſpecies,plus propter cauſ-
ſam peti dicitur.Hunc obicem neque Iaſon,ne-
que ſui comites potuerunt dirimere. Illum ta-
men diuellere nobis erit facilimum. † ſi obliga-
31 tionis finem ſeu exitum aſpiciamus:nam cùm in
generis debito illa ſpecies cenſeatur debita, in
qua futura eſt ſolutio. Pomponius in l.cum in-
certus.ff.de legat.j.& quia in quolibet indiuiduo
poteſt ſolutio fieri,l.legato generaliter.ff. de leg.
j.ideò ſecundū exitū quælibet ſpecies obligata eſ-
32 ſe videtur. †Hic chartis innumeroſis Iaſon & An-
gelus hunc verſiculum locupletarunt de poteſta-
te & viribus alternatiuæ ſeu disiunctiuæ oratio-
nis.Ego non lubēter aliorum dicta inculcare ſo-
leo,quòd vaſtum hic habeant campum audientes
in libris Iaſonis & Angeli,& quòd regula ſit vul-
gatis. Tu.Accurſij ſcholia videbis in l.Lucio.ff.
de legat.ij Protrahenda eſt deciſio huius §. non
tantùm ſi meliorem rem ex pluribus alternatiuè
debitis creditor petierit,aut de toto genere ma-
gis valētem ſpeciem,verùm etiam ſi id quod peſ-
ſimum eſt,elegerit:quia debitor eligendi facultā-
33 tem amittit: † quæ electio illi fortaſsè, propter
34 affectionem poteſt prodeſſe;†licet peſsimum eli-
gat l.cum ſeruus.ff.mandat.†Tres ſunt caſus, in
quibus non eſt locus deciſioni præſentis §.ſeu po
tius tres ſunt limitationes.Vna eſt:ſi in quantita
te duæ ſummæ comprehenſæ fuerint alternatiuè,
quarum maior minorem cōtineat:vt Decem aut
quinque promittis? Si quinque ſolùm petam,
propter cauſſam plus petere non videor, quia
minor quantitas ineſt maiori,l.j.§.ſi ſtipulanti.
ff.de verbor.obligation.Alter erit caſus. Si vna
ex rebus alternatiuè debitis ex aliqua cauſſa mea
facta fuerit.Si alteram pertinere aſſeuerem, non
peto plus:quia tota obligatio in altero reſidet
membro,l.ſi Stichum.ff.de verbor.obligation.
Tertius erit caſus:Si altera ex rebus alternatiuè
promiſsis,deceſſerit vel perierit:creditoris nulla
interueniente culpa alteram ſuperſtitem nō ma-
lè petet,l Stichum aut Pamphilum.ff.de ſolutio.
35 †Quartus ſuperaddi poteſt: Etiam ſi creditoris,
non autem debitoris electio fuerit: quemadmo-
dum pleriſque in locis ad ipſum creditorem ius
eligendi poteſt pertinere l.planè.in ij.§.penulti.
ff.de legat.j.Huius quarti caſus ratio eſt,propter
deficientem rationem noſtri §.quia pluris peti-
tio eſt propter cauſſam ob electionem debitori
36 competentem.†Theophilus vnus ex congeſto-
ribus huius libri, nos in admirationem trahit,
qui vinum Campanum omnium peſſimum eſſe
dixerit:cùm Paulus & Vlpianus in exemplo op-
timorum vinorum Campanum primas obtine-
re voluerunt in l.ſtipulationum,& l.vbi autem
non apparet.ff de verbor.obligati. Florus item j.
libro, referente Hotomano,Omnium,inquit,nō
modo Italia ſed toto orbe terrarum pulcherri-
ma Campaniæ plaga eſt.nihil mollius cœlo, ni-
hil vberius ſolo. Ideo Liberi Cererisque certa-
men dicitur hic:amicti vitibus montes, Gaurus,
Falernus,Maſsicus: huius ſoli temperies optima
Plinium non latuit,lib.iij.c.quinto,ita quientem
Campaniæ ora per ſe fœlix illa ac beata amœni-
tas:vt palàm ſit vno in loco,gaudentis opus eſſe
naturæ.Iam verò tota ea vitalis ac perennis ſalu-
britas,cœli temperies eſt,tam fertiles campi,tam
aprici colles,tanta frugum & vitium.olearum-
37 que fertilitas.† Sed Theophilo parcendum eſt ob
loci inſcitiam,quem vnquam non viſerat,quòd
Græcus eſſet:erat enim imperialibus
blanditijs in aula Iuſtiniani
occupatus. Sed huius
verſiculi Dei Opt.
Max.auſpicio
factus eſt
finis.

IOACHIMI

IOACHIMI MYNSINGERI
DENTATI A FRVNDECK
IVRISCONS. IN TITVLVM INSTITVTIONVM DE ACTIONIBVS SCHOLIA.

In Rubricam argum.

1 *Vtilitas præſentis tituli de Actionibus.*
2 *Quare tanta in tractandis actionibus iuris difficultas reputetur.*
3 *Obligatio eſt cauſa actionis. & nu. 7.*
4 *Cauſæ obligationum proximæ & remotæ.*
5 *Libellus debet continere cauſam ſuæ actionis.*
6 *Cauſa proxima licet taceri poſsit in libello, remota tamen ſemper eſt exprimenda.*
7 *Reales actiones ex dominio & quaſi dominio naſcuntur.*
8 *Actionis in rem cauſa proxima eſt dominium, vel quaſi dominium.*
9 *Actionis in rem cauſa remota eſt titulus dominij.*
10 *In libello realis actionis, cauſa proxima ſemper eſt exprimenda.*

NIHIL opus eſt huius tituli vtilitatem commendare, cùm de actionibus, bona iuris parte diſputet: quantum cognitio quàm vberes iuris alumno allatura ſit fructus & commoditates, non eſt vt quiſquam dubitet. Primùm enim, & ſi omne ius, quod vel ad perſonas, vel ad res pertinet, aſſequamur, parum proderit, niſi & acquirendi rationem, quæ actionibus maximè comparatur, habeamus. deinde conſtat, ſine actionum notitia non poſſe iudiciorum ſtrepitus vllo modo cognoſci: harum autem cognitiõe adepta, videbis omnia iudicia pulcherrimè diſtingui. Nam ſi capita iudicandi ſunt actiones & exceptiones, id quod nemo inficiari poteſt conſequitur, eum, qui has neſcit, totum etiã progreſſum iudicij nihilo certius intelligere, quàm cæcus colorem. Ex hoc porrò tractatu diſces non modò ad tuum vſum, qua nam ratione ritè ipſe agere, verumetiam quomodò aliorum ignorationem ſcientia tua illuminare poſſit, & in controuerſiis li-
2 tibúſque iudiciariis conſequi victoriã. † Neque verò te absterreat, quòd tanta in tractandis actionibus iuris difficultas reputatur: id enim non materiæ, ſed hominum vitio contigit. Si quidem nulla prorſus diſciplina tã eſt facilis, plana, & expedita, quin ſi cõcertationes ingeras parum ad rem pertinentes, facturus ſis eam omnibus modis difficilem ac obſcuram. Id autem quàm importune, quantaque ſtudioſorum iactura & diſpendio, cùm in toto iure Ciuili, tum maximè in hac actionum materia & vtili & neceſſaria factitatum ſit, omnes docti iure queruntur. Videmus enim primùm in ſcriptis eorum, qui ſuperiori ſeculo commentariis huncce titulum illuſtrare niſi ſunt methodum deſiderari, ac iuſtum ordinem explicandarum rerum. Deinde ſimplicitatem docendi, quæ potiſſimè ad interpretes ſpectat, deeſſe, quam adeò non retinent, vt integris ſæpè paginis aliud faciant, nihil quam opiniones receenſere, quas ipſi tandem falſas pronunciant. Ad hæc, ſi veterum iuriſconſultorum traditiones ex illorum ſcriptis demantur, ac reſecentur, nihil ferè eſt reliquum, præter opinionum congeriem & ſyluam. Denique multa tractant, quæ nullum in foro noſtro habent vſum, commoditatem nullam. Hunc errorem, qui non tantùm in Romani iuris contemptum, ſed etiam in Reipublicæ detrimentum non mediocre vergit, vt quantum in nobis eſt emendemus, conſtituimus, præciſis Doctorum argutiis & altercationibus, hanc actionum materiam craſsiùs, (vt Ciceronis verbo vtar) populariùs aliquãto tractare: neque alſtringemur vel Accurſij aut aliorum gloſſematis & commentariis, niſi quando idipſum pro rei qualitate & conditione conferre poterit, ſic interim ea quæ ad calamum dictare intendimus, moderantes, vt ſi ad illa deinde gloſſariorum dicta diligenti à quoquam animo expendatur, facilè & ſine magno negocio ſit ſeſe ex ipſis extricaturus, vtcunque aliàs implicitæ, ac parum ſibi conſtantes eſſe videantur. Quod vt fiat, mea quidem vobis ingenij atque doctrinæ non deerit mediocritas. ſtudio quidem, labore, vigiliis, induſtria ita me omneis fidei numeros in hoc actionum titulo enarrando completurum polliceor, vt ſi non doctrinã, quæ ſanè exigua eſt, operam certè ſitis commendaturi, ad quod nos ſancti Spiritus gratia adiuuet & confirmet, inſtitutumque noſtrum cœleſti ſuo rore fœcundet.

Quoniam verò ſolenne eſt, in rubricarũ declaratione oſtendere, quo nexu præcedentibus ſequentes cohæreant tituli: vt ordini atque [a] methodo ſatisfactum eſſe appareat, dicamus præſentem hunc titulum de Actionibus, ſuperioribus obligationum rationem
3 continentibus congruè ſubnexum eſſe, ſi quidem (vt vulgò dicitur) obligatio cauſa & velut mater actiõis eſt. Ex obligatione enim naſcitur actio, causàque actionis eſt obliga-
4 tio, nempe proximior: † nã & contractus, & delictum, cæteraque ex quibus obligationes deſcendunt, dicuntur eſſe cauſæ actionum, cæterũ [b] remotiores. Cõiungitur itaque hic titu

Vtilitas titu. de actionibus.

a Argu. l.ij. ff. de ſtat. hom.

b glo. pulchra in l.ij. ff. de edd. in l. & in eadem. ff. de except. rei iudi.

itaque hic titulus ſuperioribus, ſicut cau-
ſæ & effectus cohærent, abſolutiſque cau-
ſis, ſcilicet obligationibus, meritò de ipſa-
rum effectu, nempè actionibus, dicendum
erat. Et hæc cauſarum diſtinctio diligen-
ter obſeruanda eſt in libellis quarumcun-
5 que actionū.† Quilibet enim libellus cau-
ſam actionis, quæ in eo intenditur, cōple-
6 cti debet.† Et quamuis cauſa proxima, ip-
ſa ſcilicet obligatio, omitti poſsit, vt ſi di-
cam, Mutuaui Titio x. peto eum cōdemna
ri: hic cauſam proximā taceo, quia non di
co, in quibus eſt mihi obligatus, cōcludit-
que eiuſmodi libellus ſaliē præſumptiuè,
iudex enim ex cauſa remota, nēpè facto &
contractu, præſumit cauſam [c] proximā, id
eſt, obligationem. Remota tamen cauſa, vt
eſt contractus, cōuentio, vel factū, nunquā
prætereunda eſt, vtcunque cauſa proxima
exprimatur: veluti ſi dicam, Ago ad x. ad
quæ Titius eſt mihi obligatus: ſanè hic li-
bellus tanquam nimis effuſus, incertus, ac
generalis, omnino reiiciendus eſt, ſi tamen
reus conuentus de eo quicquam obiiciat:
eo enim tacente, regulariter [d] valeret, cū is
qui nō excipit, videatur acquieſcere, fauo
7 rique ſuo renunciare. † Sepænumero tamē
vtrāque cauſam libellus ſimul cōnectit, &
remotā & proximā, vt ſi dico, Ago contra
Titium mihi obligatū ex mutuo ad x quæ
ei dedi. Quòd autē ſuprà dixi, obligatio-
nem actionū cauſam eſſe, hoc ad actionem
perſonalē coarctandū eſt, ea enim ſola ori-
tur ex contractu & delicto, mediante obli
gatione. Verbi gratia, Dedi tibi mutuū cen
tum: ex hoc cōtractu oritur obligatio, qua
tu mihi obſtringeris. vt mutuum reddas: ex
obligatione fluit actio, nēpe conditio [e] cer-
ti, qua illud ipſum in iudicio abs te peto.
Item dediſti mihi damnum, ex hoc delicto
progreditur obligatio. qua ſis mihi obno-
xius damnū datum reſarcire: ex obligatio-
ne naſcitur actio, qua ego idipſum abs te
8 in iudicio poſtulo.† Cæterùm reales actio-
nes nō ex obligatione, ſed ex dominio po-
tius, vel ex quaſi dominio [f] enaſcuntur. E-
xempli cauſa: tu nullo iure poſsides ædes
meas, quarū ego ſum dominus: ex hoc do-
minio oritur ius petendi. vt ædes meas mi
hi reſtituas, quod ius dicitur actio realis,
9 ſiue in rem, & ſic deinceps.† Vides ergo, in
actione reali cauſam proximā eſſe domi-
niū, vel quaſi dominiū, quia enim actor eſt
dominus rei, vel quaſi dominus, ideò agit
10 & petit.† Sed cauſa remota eſt titulus do-
minij, vt ſi dicat, ſū dominus, quia emi: quia
ſucceſsi vt heres, quia res mihi donata eſt,
11 vel in dotem data, legatòve relicta. † De-
bet autem neceſſariò ſemper in libello ex-
primi cauſa proxima, ſi actionē realē intē-
dere velis, nempè, quia ſum dominus: tam-
etſi cauſa remota [g] omitti poſsit, conuerſa
rota quo ad actionem perſonalem.

c Iaſ. hic poſt cauſé. ſa. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ i frau. cre. vbi ius dicit libellum præcisè concludere.

d Abbate ſane. verſi. ſecus. de ſe sul. lib. 6. Bar in l. exceptioné. C. de prob. & l j. ff. de eiſd.

e §. j qui bus modo re cō. obli.

f l. vnicam C. de alien. iudic. mut. cau. fa. & l. in rem. in princi. ff. de rei vendic.

g de hoc tamen vi. de cautelā in §. omnium nume. 27. & 28. infra eod.

In prin. tit. argumenta.

1 *Actionis diffinitionem ab effectu & officio conſtatam eſſe.*
2 *Quare actio dicatur eſſe ius.*
3 *Diuerſa eſt facultas in actore & reo.*
4 *Actio an ſit iuris ciuilis vel gentium.*
5 *Antiquæ actionum formulæ hodie ſublatæ.*
6 *Nomen actionis in libello omitti poteſt.*
7 *Actio & obligatio quomodo differant.*
8 *Exceptionem reo dari ad defendendum.*
9 *Exceptio eſt actionis excluſio.*
10 *Reus dicitur in iure pars fugiens.*
11 *Reus excipiendo dicitur quaſi actor.*
12 *Qui poteſt tantùm excipere, exceptiones, quæ ſunt proximæ actionibus, obiicere nequit.*
13 *Si perſequimur aliquid extra iudiciū, nō dimur agere, quia actio exigit iudicium.*
14 *Nocturnum furem licet occidere. diurnum non, niſi telo ſe defendat.*
15 *Creditor poteſt propria autoritate capere debitorem fugitiuum.*
16 *Omnes perſonæ quæ perpetuā debent obedientiam, ſi aufugiant, propria autoritate poſſunt capi.*
17 *In actiōe reali ſubeſt quædā quaſi obligatio.*
18 *Obligatio impropriè accepta.*
19 *Obligatio in propria ſignificatione quid notet.*
20 *Vtranque actionem & realem & perſonalem hic diffiniri.*
21 *Perſequendi verbum continet actionem in rem, & in perſonam.*
22 *Verbū debetur, omnē actionē cōplectitur.*
23 *Quæ actio dicatur natiua, quæ item datiua.*
24 *Verbū, debetur, quomodo i textu accipiatur*

Supereſt vt de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud eſt quam ius [a] perſequendi [b] in iudicio, [c] quod ſibi debetur,

D*Iuus* Iuſtinianus methodica ſa-
nè ratione actionum ſpecies tra
ctaturus, diffinitionem actionis
præmiſit, vt intelligeretur id de
quo agendum eſſet. Eſt autem hæc diffi-
1 nitio Iulij Celſi, † conſtàtque ex effectu &
officio, quod genus diffiniendi eſt in [b] legi-
bus frequens. Genus in hac diffinitione eſt
ius, cuius ſpecies ſunt, dominium, obliga-
2 tio, actio, poſſeſsio, & ſimiles. † Vel eſt ius,
id eſt, res incorporea, quia omnia incorpo-
ralia ſunt iura: atque ita res corporales ſe-
cluduntur, quæ in iure conſiſtere non [c] poſ
ſunt. atque ita Zaſius præceptor meus (piæ
memoriæ) interpretatur. Vel potius expo-
ne ius, id eſt, legitima [d] facultas: qua inter-
pretatione ſuſtulerimus omnem illam cō-
trouerſiam, quæ hic ab interpretibus mo-
uetur, quale ſcilicet ius, & cuius iuris ſit a-
ctio, an gentium vel ciuile ius hanc intro-
duxerit. Præterea tali expoſitione optimè
3 explicatur natura actionis: † nam alia eſt
facultas agendi ipſi actori, alia parandi de-
fenſionem reo. Eſt enim in arbitrio acto-
ris, quādocūque velit litē mouere & agere:

a Cicero lib. j Officio.
b ſic tutela diffinitur. § j. ſuprà de tut. & iuſtitia, l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iur.

c Suprà de rebus corp. & incorp. per totum.
d ſicut dicimus ius eundi, agendi, ambulandi, ius vtendi fruendi ſue poſtulandi.

ſed non eſt in arbitrio rei quando velit ſe defendere, exceptionem que obiicere. Is namque tantũ conuentus in iudicio ſe
4 defendit, & [e] contariſtit. † Cæterùm an actio ſit origine iuris gentium, vel Ciuilis, magnus eſt Doctorum conflictus Cõmuni tamen [f] calculo in hoc itum eſt, quod putent actionem etiam origine & inuentione eſſe iuris Ciuilis. [g] Zaſius, reiecta hac opinione, exiſtimat actionem ipſa origine eſſe iurisgentium, conceptioné verò & formam ſuperadditam eſſe iuris ciuilis, atque id ſolidis rationibus cõuincit: in quam ſententiam & ipſe inclino, potiſſimum, quia etiam ante l. xij. tabularum frequentabantur iudicia, & habeant actiones à Romulo [h] inſtitutas, ſatis tamen informes, rudes, & cõfuſas. poſteà verò ius Ciuile ſuperuenit, & eas actiones in ordinem redegit, certaſque formas atque conceptiones adaptauit, & illas certo ordine compoſuit. Huiuſmodi autem formulæ olim vſitatæ, in quibus
5 cadens à ſyllaba, cauſa cadebat, † ex conſtitutione [i] Conſtantini ſublatæ ſunt hodie. Gellius [k] eas lib. vltimo Noctium Atticarum refert, & [l] Alciatus in tit. de verb. ſign. Quinimò iure [m] Pontificio nec ipſum nomen actionis in libello eſt proferendum:
6 quod an & iure Ciuili obtineat, variatum eſt. † Ego putarem nec eo iure nomé actionis neceſſariò inſerendum eſſe, motus doctrina [n] Iaſonis, qua aſtruit vbicunque aliquid claré deciſũ ſit lege Pontificia, in quo iuris Cõmẽtatores dubiuẽt atque dicepiẽt, in iure Ciuili, omiſsis illorũ altercationib⁹, ſtãdum eſſe iuri Canonico claré decidenẽti.

a Perſequendi. Hac differentia † diſcernitur primùm actio ab obligatione, qua ni-
7 hil petimus, ſed aduerſarium ſubẽ ſtringimus, vt ſoluat quod debet. Deinde ab exceptione, qua nihil petimus, ſed tãtũ nos de-
8 fendimus † exceptiones enim dantur reis,
9 non vt perſequantur, ſed vt ſe contra actores defendant. † Exceptio nãque eſt actionis [o] excluſio, & reus nõ debet iudicio perſequi, ſed fugere. † Ideò frequentiſsimè in legibus appellatur pars [p] fugiens. † Et quá-
10 quam interdum reus pro actore [q] habetur
11 verè tamen actor non eſt, vt cunque videatur eſſe actor impropriè: verbum enim, videtur improprietatem ſignificat. Videtur autẽ actor ea ſimilitudine, quia ſicut actor ſuam intentionem fundare debet, ita reus fundata intentione actoris, ſuã debet [r] exceptionem plenè docere. Hoc tamen negari non poteſt, quin aliæ exceptiones alius propius accedant ad naturam actionis, videlicèt illæ, quæ cõtinent quandã quaſi reconuentione, vt patet in exceptione compenſationis: nam ille qui eam obiicit, videtur quoque in effectu petere, & ſic quaſi agere, nõ tamẽ ſunt [ſ] actiones. † Et hæc exceptionum diſtinctio vel ob id mente tenen-
12 da eſt, quia hi qui non poſſunt agere, ſed tãtum excipere, (vt eſt excõmunicatos) nõ poterunt obiicere exceptiones illius naturæ, quæ ſunt proximè actionibus.

b In iudicio. Hoc verbũ, in iudicio, à dictũ eſt loco differentiæ, [t] vt diſcernamus ſolẽnes actiones, ac iudiciales, quæ ex forma legis dependet, ab extraiudicialibus hominum poſtulationibus, quę neque ſolẽnitatẽ, neque formã requirunt cognitioni deſeruientem, ſed pleruunque ex priuato con-
13 ſtant arbitrio. † Si enim extra iudiciũ aliquid ab aduerſario requirã, quamuis eadẽ verborum forma, qua fuerit apud iudicem poſtulandum: non tamen, dicor agere, quoniam actio exigit iudicium. Sic etiam ſunt caſus quibus permiſſum eſt ſe vindicare [u] ſine iudice, vt hic eos recenſet Accurſius: quemadmodum eſt in fure nocturno &
14 diurno. † Nocturnum licet occidere, diurnum non, niſi telo ſe defendat: te-
15 netur tamen occidens lege Cornelia, cum poſſet apprehendere, [x] maluerit eum occidere. † Item licet creditori, propria authoritate capere debitorem fugitiuum, dũmodo ipſum vltra horas xx. non retineat, alioqui diceretur priuatum habere carcerem, contra diſpoſitionem [y] iuris. Et in ſumma,
16 † oẽs qui ad perpetuã obedientiã obſtricti ſunt, quales ſũt vxores, liberi, ſerui monachi, & ſimiles, hos, ſi aufugiãt, ꝓpria authoritate poſſum⁹ capere & perſequi. Breuiter nihil extraiudiciale nomẽ actionis meret.

c Quod ſibi debetur. Hæc differentia nobis exhibet cauſam officiũ, atque exitũ actionis: neq; enim ob aliud introducta fuit, neque alio pertinet, quã vt vnicuique tribueretur ius ſuũ, quia actio eſt executio iuſtitiæ. Cæterũ Azo putat, verbũ Debetur, poſitum eſſe ad remouendã actionẽ realẽ. in qua nihil debetur, ſed petimus id ꝙ prius
17 noſtrũ eſt. Verũ in hoc reprehẽditur, † quia vtcũque in actiõe reali ꝓprie nulla ſit obligatio, ſubeſt tamẽ quædã quaſi obligatio obligationẽ enĩ bifariã accipi, ſ. quoq; [z] admonui, primũ pro cõmuni quodã vinculo, quo omnes homines obligatur, vt honeſtè
18 viuãt, nemine lædãt: † Sed hoc vinculũ impropriè vocatur obligatio, cũ neque cauſas neque officia veræ obligationis habeat, id eſt, neque ex cõtractu, neq; ex delicto fluat, neque pariat ius petẽdi, actionẽ ſcilicet. Sic in actione reali accipitur, vbi quis obligatus eſt, ne locupletetur cum alterius iactura, ſed domino res ſuas reſtituat. Deinde obligatio propriè dicitur, quæ ex cõtractu, ſiue delicto naſcitur. atq; ita in actione perſonali ſumitur. In diffinitione itaq; actio-
19 nis verbũ, † Debetur, lata ſignificatione, & impropriè [a] vſurpatur, vt cõprehẽdat etiã realẽ actionẽ, quã etiam in diffinitione cõtineri voluit Imperator, cũ paulò poſt eã
20 ponat in diuiſiõe ſtatim ſubſequẽti. † Vtraque ergò hic diffinitur actio, & realis &
21 perſonalis, ꝙ & † Perſequẽdi verbũ ſatis ſignificat, cũ eius appellatione & petitio & actio in ſpecie cõtineatur. Petitio in rẽ, eſt
22 actio in perſonã. Idẽ probat verbũ, † Debetur, ꝙ omnẽ omnino actionẽ cõprehẽdere intelligit̃. Infertur quoque hac diffinitione nõ ſolũ natiuã, ſed etiã datiuã actionẽ cõti-
23 neri. † Natiua eſt, quę præiacẽtẽ habet materiã, eamque ſufficientẽ & efficacem, vt inde actio

a Iſta fuit cõſideratio l. purè in §. de do. exce.
f Bar. in l. frater à fratre. de cõd. inde. la. hic Poſt Ang. Pau. Caſtrẽ. & omnes Dd. in l. ex hoc iure de iuſt. & iur.
g Tum hic ſũ in l. ij. §. ex his legi. de orig. iur.
h Ita teſtatur Dionyſ. Halicar.
i In l. j. & ij. C. de for. & imp. ſub.
k Cap. 9.
l In l. precibus verbum de ver. ſig.
m Cap. dilecti. extra de iudic.
n In d. l. ſ. edita. C. de edend.
o l. j. de except.
p l. properãdum. §. eti quis. C. de iud. §. In ſumma ſuprà demõſtr. & aliis pluribus locis paſſim obuiis.
q l. j. & l. in exception ff. de proba.
r l. j. C. de proba.
ſ l. amplius in ſi. ff. ſem ra. hab. quia tex. ibi vtilis in verb. videtur, quę eſt no. improprietatis.
t Olden. in com. 10. ar
u vt C. quã. lice. vend. in fine ſu.
x l. iiij. cum l. ſeq. ff. ad l. Aquil.
y C. de priua. car. per totum l. generali. C. de decur. lib. x. & l. cap. ff. ad l. Iuliã de adulte.
z ſuprà de obl. in prin.
a l. pecuniæ verbij §. ſtatim. de ver. ſignif.

actio deriuetur, ſicut ſunt contractus & conuentiones legitimæ. Datiua eſt, quæ materiam quidem præexiſtentē habet, ſed non idoneam ad producendam actionem perfectam, niſi nominatim adiuuetur lege, prætore, æquitate, conſuetudine, quemadmodum Zaſius hic pulchrè explicat. Quod autem hoc loco Accurſius longius ſeſe extendit, opponendo multa & varia, quod non ſolùm perſequamur quod nobis debetur, hoc. Zaſio autore, reſolui poteſt vno verbo, ſi dicamus verbum, deberi, hic extentè & generaliter accipi pro eo,
24 †quod nobis debetur actu, vel habitu, hoc eſt. quod vel in præſentiarum, vel futuro tempore debetur. Nam ſi res in habitudine ipſa, ſtatuque ſuo talis eſt, quę nobis deberi poſsit ex ſtatu præſenti,[b] ſatis dicetur nobis deberi, quod ad veritatem huius definitionis. Exempli gratia: Aliquis eſt mihi obligatus ad decem, ego iſta decem petototecce peto, quod mihi iam non debetur, ſed ſtatus præſens indicat, in futurum mihi debitum iri. Sic ſi pater contemplatione peculij ipſi[a] filij cōueniatur à creditoribus, nihilque ſit in peculio, pater nihil debebit ſoluere: iam res eſt petita, quæ non debetur actu. Cæterùm fieri poteſt, vt filio obueniat peculium, & tum pater tenebitur, ſicque habitudine fuit debitum, nō actu. Et hæc quidem ad definitionis explicationem ſufficiant.

b Ita diſſolues tot S iſtam gloſ. magnam in verbo debetur.

§. Omnium.

1 *An actionum diuiſio in textu poſita ſit ſufficiens.*
2 *Mixta comprehenduntur ſub ſimplicibus.*
3 *Qualitates non conſtituunt ſpecificam differentiam.*
4 *Sub contractu continetur quaſi cōtractus.*
5 *Verbum Intendere cuius ſignificationis in legibus.*
6 *Actiones dari ex varijs figuris cauſarum, quomodo accipiendum.*
7 *In reali actione reum nullo iure obligari, quid denotet. & num. 10.*
8 *Diuiſio actionū materialis ī hoc §. tractatur.*
9 *Perſonalis actio explicatur.*
10 *In reali actione non verſatur propriè obligatio.*
11 *Realis actio præſupponit obligationem ſuppoſititiam.*
12 *Obligatio propria non abdicatur per alienationem rerum, ſecus in obligatione per ſuppoſitionem.*
13 *Dare, & tradere quomodo differant.*
14 *Actio realis cōtra quēuis poſſeſſorē datur perſonalis verò cōtra obligatum tātum.*
15 *Actionum perſonalium duas eſſe cauſas.*
16 *Actiones perſonales tā ex parte, rei. quàm actoris, ſunt infixæ in perſonis litigātiū.*
17 *Perſonalis actio trāſit in hæredē obligati.*

18 *Directa actio per ceßionem nō trāsfertur.*
19 *Realis actionis explicatio.*
20 *Dominij appellatione quid continetur.*
21 *Actio realis inhæret rei, ad quemcunque vadat.*
22 *Poſſeſſoris verbo quid comprehendatur.*
23 *Dolo malo poßidere deſinens cōuenitur, ac ſi adhuc poßideret.*
24 *Omnes qui reſtituendi poteſtatem habent, actione in rem conueniuntur.*
25 *Dominium & poſſeßionem requiri in actione reali coniunctum.*
26 *Actionis realis cauſa proxima & remota.*
27 *Vtile eſſe actori, ſi in actione in rem exprimat cauſam remotam.*
28 *Cautela in actione reali.*
29 *Quæ ſint ſpecies actionis in rem.*
30 *Rei vendicationis declaratio.*
31 *Publiciana datur quaſi domino.*
32 *Res incorporales non vendicātur ſeorſum.*
33 *Rei vendicatio directa, & vtilis.*
34 *Medium concludendi in rei vendicatione.*
35 *In rei vendi. ex parte actoris requiritur dominium, ex parte rei poſſeßio.*
36 *Actio ad exhibendum.*
37 *Conuentus rei vendi. ſi negat ſe poßidere, & conuincitur, aufertur ab eo rei poſſeßio, & in actorem transfertur.*
38 *Acturus rei vendi. tria inſpicere debet.*
39 *Dominium quomodo probari poßit.*

Omnium autem actionum, quibus inter aliquos apud iudices arbitroſue[b] de quacunque re quæritur, ſumma diuiſio[c] in duo genera deducitur aut enim in rem ſunt, aut in perſonā. Namque agit vnuſquiſque, aut cum eo qui ei obligatus eſt, vel[d] ex contractu, vel ex maleficio, quo caſu prodita ſunt actiones in perſonam per quas[e] intendit aduerſarium ei[f] dare, aut facere oportere, & [g] alijs quibuſdam modis. Aut cum eo agit qui[h] nullo iure ei obligatus eſt. Mouet tamē alicui de aliqua re controuerſiam, quo caſu proditæ actiones in rem ſunt:[i] veluti ſi rem corporalem[k] poſsideat quis, quam Titius[l] ſuam eſſe affirmet, poſſeſſor autem[m] dominū eius ſe eſſe dicat: nam ſi Titius ſuam eſſe intendat, in rem actio eſt.

ARbitroſue. [a] Doctores arrepta huius vocabuli occaſione, ſatis hîc impertinenter materiam arbitrorum expendunt. Angelus plures cognitiones ſiue conuenictias, & pleraſque itē differentias colligit. Nos hæc omnia ſuis locis bene diſcuſſa relinquemus.

b De quacunque. Dummodò ſit in commercio [a] noſtro.

a Ang. hic.

1 *c In duo gen.* †Non videtur ſufficiens hæc diuiſio: nam ſunt quædam actiones mixtæ, quæ de vtriuſque actionis tā perſonali, quàm realis natura participāt. Accurſius [b] putat ſufficientē eſſe. voluit enim

b gl. hic in ve h. ſumma.

Imperator tantùm duo illa extrema reſpi-
cere,ſcilicet in rem,& in perſonam,ex qui-
bus illę quæ dicuntur mixtæ, conſtantur.
2 Et traditum eſt,† mixta comprehendi ſub
ſimplicibus [c] participant,ſicut participium
[d] ſub nomine & verbo. Faber verò ait om-
nem actionem totam integrant vel eſſe in
rem,vel in perſonam origine, licet aliqua
actio habeat quædam cõmunia cum aliis,
ſed eſt tantùm adiectiua qualitas & per ma
3 nus traditur,† qualitates [e] non conſtitue-
re ſpecificas differentias de hoc tamen in-
frà [f] dicemus.
4 *d Ex contract.* †Sub cõtractu intellige qua
ſi contractũ,ſub maleficio quaſi maleficiũ.
Ita enim in legibus hæc verba ſæpenume-
ro vſurpãtur,prout Dd.hîc latè expẽdunt.
5 *e Intendit.* † Id eſt,experitur vel agit.Ita
enim hoc verbum ſemper,in iure accipi-
tur.Nã qui diligenter intẽdit rei litigioſę,
incũbit ſtudioſę actioni ſuæ,quomodo illã
proponat bene pri[9] examinatã & expertã.
f Dare aut fac. Dare,puta centum:facu
re,vt ędificare domum,ſcribere librum:&
ſic includuntur obligationes dandi & fa-
ciendi.
g Aliis quibuſ.mod. Accurſius hanc par
ticulam variè interpretatur.Ego Zaſij ex-
poſitionem amplector per quam omnes &
gloſſæ,& commentatorum fatigationes ſe-
dantur.Quod enim tex.dicit, & aliis qui-
buſdam modis,hoc intellige,qui non com
petunt nec ad dandum,nec ad faciendum,
ſed tamen diriguntur [g] in perſonã.Atque
hoc eſt,quod alibi I.C.ait, † actiones dari
6 ex variis figuris cauſarum quaſi diceret, &
aliis modis perſonaliter agi poſſe, quũ nec
dari petitur,nec fieri,ſed prout controuer-
ſiæ varios habent ſtatus,ita ſunt variæ figu
ræ cauſarum.Poteſt enim aliquando agi,
vt Titius ceſſet ab infamia : hic neque da-
tio,neque factum eſt.poteſt ſilentiũ impo-
ni aduerſario qui me moleſtat:poteſt pro-
hiberi aduerſarius ne iuriſdictionem meã
turbet,ne ædes meas circumeat,ne per pla
team meam vadat. Hos & ſimiles modos
Imperator hic,& item [h] Iuriſconſultus cõ-
prehendere voluerunt.
7 *h Nullo iure.* Id eſt,vt ego intelligo,nul
la ciuili vel naturali obligatione deſcendẽ
te ex contractu,vel quaſi ex contractu.de-
licto,vel quaſi ex delicto: impropriè tamẽ
obligatus eſſe dici poteſt , vt domino rem
ſuam reſtituat , ſecundùm ea quę ſuprà
in [i] definitione diximus.
i Veluti ſi rem. Exemplum eſt rei ven-
dicationis,quæ conſiſtit tantùm in rebus
corporalibus.
k Poſsidens. Quicunque ille fuerit,qua
cunque etiam fide,licet bona fide emerit
& poſſederit Nam ſua bona fides non tue-
tur eum aduerſùs dominum repetentem rẽ
ſuã.ſed hoc ei tribuit,quòd re euicta agat
euictionis nomine contra venditorem.
l Suam eſſe. Se habere rei dominium,
quod eſt præcipuum fundamentum,& cau
ſa rei vendicationis,ſicut infrà mox oſten-
dam.

a glo.in l. ij. in princ. & ibi Zaſius de verbo. obliga. Ang. hic.
d Zaſ. hic.
e Bart.in l. j.in prin.de acqui. poſ.
f In §.quę dã hoc titu.
g in l.j.poſt princ.de ac. & obligat.
h In d.l j. poſt princ.
i Circa verbã debetur.

m Dominum eius. Sufficit tamen,ſi di-
cat reus ſimpliciter,nego rem,quam petis,
tuam eſſe.Neque enim aſſeret ſuã eſſe reus,
quia fortè neutrius eſt , ſed quia diu iam
fuit in poſſeſsione eſt in ea retinendus,do-
nec contrarium doceatur.Sic ergo poſſeſ-
ſori nullum onus incumbit probandi , ſed
actor oſtendere debet,ſe eſſe dominum rei
ſi obtinere [k] velit.Quod ſi poſſeſſor iacta-
uerit ſe velle probare dominium,nec tamẽ
illud docuerit,non ſuccumbet,ſed remane
bit in ſua poſſeſsione,donec actor probet
[l] ſe eſſe dominum. Vide tamen ne in il-
lis verbis poſſeſſor autem dominum eſſe
ſe dicat,exceptionem rei conuenti ſtatuere
noluerit,quando ſcilicet excipiendo dicit
fundum petitum ad ſe pertinere iure do-
minij &c.& per hoc ceſſarent inanes Dd.
concertationes.Quia ſpecies actionũ pro-
pter immenſam negotiorum diuerſitatem
mirificè variantur , voluit Imperator eas
poſt diffinitionem actionis generaliter pro-
poſitam commodis diuiſionibus explicare
arg.l.pe.de va.& extr.or.co.Quo magis au
tem rem latiſsimè patentem ad certos lo-
cos contraheret.voluit ſingulas diuiſiones
ex ſingulis quarũlibet rerum cauſis produ
cere,vt hoc modo ad certam actionum co
gnitionem perduceremur. Per totum ergo
hunc titulum ſex diuiſionibus actiones par
titur,quarum nos ſuo quanque loco expe-
8 diemus.† Prima diuiſio:quæ cauſam mate
rialem reſpicit,hoc §.tractatur,quia aliquę
actiones ſunt perſonales,aliquæ reales.O-
mniũ enim actionum.quibus vtimur, ma-
teria hæc eſt,vt aut in perſona dirigantur,
aut in rem:atque ob id nominat iſtam di-
uiſionem ſummam,id eſt , præcipuam ſeu
potiorem.Nos vtriuſque actionis naturam
conciſe quidem ac breuiter,ſed tamen di-
lucidè aperiemus.Et primo de perſonali vi
9 deamus,† Eſt autem perſonalis actio , qua
cum eo agimus,qui obligatus eſt nobis ad
faciendum aliquid,vel dandum,& ſemper
aduerſùs eundem locum habet.Ita [m] Vlpia
nus definit.Et quod primò dicit, qui obli-
gatus eſt,intellige ex contractu,vel ex deli-
cto,quoniam perſonalis actio datur tantũ
contra eum,quem ex obligatione propriè
accepta obligatum habemus,ex contractu
ſcilicet,vel quaſi ex contractu delicto, vel
quaſi delicto:atque ita excluditur realis a-
ctio,in qua non verſatur obligatio propriè
loquendo,reus propriè nobis non eſt obli-
gatus,cum neque deliquerit, neque nobiſ-
cum contraxerit,ſed perſequimur [n] ius vel
10 res noſtras.† Et hoc eſt quod ſuprà obliga
tionem in reali actione impropriè accipi
diximus.Sic ego textum hic exaudio, dum
dicit,qui nullo iure ei obligatus eſt. Accur
ſius [o] verò aliter:Si is , inquit , quem reali
actione impero , tenetur mihi reſtituere,
quod meũ habet ergo eſt obligatus. Quo-
modo ergo Iuſtinianus aſtruit,quod actio-
ne in rẽ aduerſùs eum agamus,qui nullo iu
re obligatus eſt? Communiter interpretes
hunc obicem in hunc modũ tollunt, quòd
nõ teneat conſequẽtia.Tenetur reſtituere,
ergo

k §.Actionum infra de interd. d.l. ſi. C.de rei vẽ.l. minus graue C. de reſ.gl. quia accuſare C. de ædend.
l Glo.in l. circa C. de probat.
m in l actio nũ genera, § in perſonal de actio.
n In definitione actionis. in verbo,debetur.
o gl. verbo, nullo iure.

ergo eſt obligatus: hanc enim conſequentiam ſi voles validam reddere & firmam, neceſſe eſt ſi dicas in antecedenti, Tenetur iure actionis rem reſtituere, ergo eſt obligatus, ſed iam illud antecedens non eſt verum in caſu noſtro, quia in actione in rem non tenetur reſtituere iure actionis, ſed tantùm officio iudicis. Iure enim actionis ſolùm petit, vt declaretur dominus, & ex conſequentia iudicis officio venit [p] reſtitutio, in executione. Iam officium iudicis nullam præſupponit [q] obligationem, ſed ex æquitate fluit, quæ eſt ad fine ſiue cognatum ipſius obligationis, ſicut quaſi dominium ad finẽ eſt dominij. Zaſius verò aliter diſſoluit, qui fatetur, quod vt tenetur, † ita o-

11 bligatus eſt, ſed per accidens, & ſuppoſititiè id eſt, per ſuppoſitam rem: quæ obligatio non eſt vera & propria, quia non naſcitur ex vera conuentione, ſed tantùm per accidens, & ſuppoſitionem rei cõſtat, per quam adſtrictus eſt rem reſtituere, à qua obligatione liberatur per abiectionem rei ſi ab eo res decedat. Et quod minutius quidpiam hæc obligatio habeat, ex eo liquet, quia ea

12 obligatio quæ eſt vera & propria, † non poteſt tolli & abdicari à ſe per abiectionẽ, & alienationem rerum, quarum ratione erat obligatus: nam vtcunque alienet, non eximitur à ſua [r] obligatione. Secus in hac obligatione quæ fit per ſuppoſitionem rei, quia tandiu obligaris ad reſtituendum donec res penes te eſt: ſi deſieris rem habere, amplius non teneris. Sic ergo obligatus es per accidẽs & ſuppoſititiè, nõ verè. Subiicit ad faciendum aliquid, vt ſcilicet domum ædificet, proficiſcatur Briſacũ: vel dandum, id eſt, vt non ſolùm tradat rem debitam, verumetiam in nos eius rei transferat domi-

13 nium: † hoc enim dare propriè ſignificat. Dat nanque is, qui transfundit in alium dominium rei tradit, qui [s] non transfert dominium. Et per hæc verba rurſus remouetur actio realis, quoniam in ea neque datio, neque factum verſatur, ſed tãtùm petitur, vt domino res ſua reſtituatur. Quod poſtremò annectitur. Et ſemper aduerſus eundem locum habet, hoc quoque ad differen-

14 tiam fit realis actionis, † quæ datur contra quamuis poſſeſſorem: actio verò perſonalis tãtùm aduerſus eum competit, qui eſt obligatus, etiam ſi res interim cœperit ab alio

15 poſſideri. Ex prædictis colligere licet, † actionem perſonalem duas habere cauſas, propinquã & remotã. Propinqua eſt obligatio, ea enim immediatè parit actionem. Remota eſt contractus, ſiue delictum. Contractus enim & delicta producũt quoque actionem, ſed mediante obligatione, ſicut emptio mediante traditione procreat dominium, de quo ad rubricam ſatis multa

16 diximus. † Sunt autem huiuſmodi actiones perſonales omnino infixæ in perſonis litigantium, tam ex parte rei conuenti, quàm ex parte actoris, vt hic Iaſ. docet. Ex parte quidem rei ideò, quia reus ſemper eſt adſtrictus ad id quod in obligationem deductũ eſt: adque ob id perſonalis dicitur, quod nunquã excedit perſonã obligati, ſed quocunque valeat, quencunque conſtituat pro

17 curatorẽ, ſemper eum comitatur † ſemper aduerſus eum, eiúſue hæredem competit: nam & in eum tranſit obligatio, cum in vniuerſum ius defuncti [c] ſuccedat, eadẽmque perſona cũ defuncto [d] cenſeatur. Hinc vulgò dici ſolet, tales actiones ſequi perſonam obligati, ſicut lepra [e] leproſum. Ex parte verò actoris ideò, quia perſonæ ſuæ ita inhæret, vt ab eo auelli non poſſit, & in alium transfundi præſertim directa actio: eſt enim affixa in oſsibus actoris, ſicut charater [f] baptiſmi in anima. Et quãuis aliquã

18 do cedatur, † ſola tamen vtilis trãsfertur directa autem nunquam ab actore [g] diuel-

19 litur. Nunc ad realem. † Actio realis eſt, [h] per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur, petimus, & ſemper aduerſus eum eſt, qui rem poſsidet. Dixi rem noſtrã, quia agens hac actione debet eſſe dominus rei

20 petitæ † autem compræhenditur non ſolũ directum, ſed & vtile dominium. Nam & vtilis dominus pro re ſua amiſſa realẽ habet actionem, [i] puta emphyteuta, feudatarius, [k] ſuperficiarius. Deinde quaſi, [l] dominium, poſtremò ius in re ſpecificum, quale habet is, cui debetur [m] ſeruitus. [n] Addidi poſſidetur ab alio, ad differentiã actionis perſonalis, quæ non reſpicit poſſeſſorem alicuius rei, ſed ſolùm perſonam, ex contractu

21 vel delicto obligatam, † hæc autem actio propriè rei inhæret, & quencunque poſſeſſorẽ ſequitur, etiamſi res per mille manus

22 ambulet. † Poſſeſſoris autem verbum extenſe & generaliter accipimus, eoque complectimur in primis tam naturalem quàm ciuilem poſſeſſorem: † deinde eum qui de-

23 ſinit dolo malo poſsidere, qui perinde cõuenitur, [a] ac ſi adhuc poſsideret. Quod procedit ſi dolo poſsidere deſiit poſt litis conteſtationem: ſecus ſi antè, quia tum aduerſus eum non competet rei vendicatio, ſed actio in factũ [b] ad intereſſe ex tit. de alien. iud. mutandi cauſa facta. Sic enim dicet actor ea ſpecie: [c] Tu poſsideras ab initio rẽ meam, & ſtatim eam deſiiſti dolo poſsidere, per hoc factum ſum dannificatus in centum pro intereſſe, vnde peto ex titulo de ali. iud. &c. vt mihi hoc intereſſe reponas. Tum autẽ dicitur quis dolo deſiiſſe [d] poſſidere, ſi ei denuntiatũ fuerat à domino, ſe velle talem rem vendicare, & ipſe poſteà alienauit: vel ſi poſt datũ libellum, vel poſtquam dominus rei dixit ſe porrecturum libellum, ipſe alienauit. Porrò & eum poſſeſſoris nomine comprehendimus, qui detinet tantùm aliquam rem, qualis eſt colonus, depoſitarius, conductor, & alij ſimiles. Item & quaſi poſſeſſorem, rerum ſcilicet

24 incorporalium, vt ſeruitutum. † Et breuiter omnes qui habent reſtituendi poteſtatem, hac actione [e] conueniuntur. Ex quibus

25 colligitur, † duo cõiunctim in reali actione requiri: primùm, vt actor ſit dominus rei petitæ, vel quaſi dominus: deinde quòd

26 reus, contra quem agitur, ſit poſſeſſor. † Ex prædictis quoque apparet, actionẽ realem

p l. Ex diuerſo de rei vẽ. Iaſ. in l. ſi preti. de op. no. nun. q l. quę per callaſionẽ. in fin. de actio. empt.

r l. ſi. ſ. de ob cauſ. emp.

s §. ſic itaq. Inſtit. hoc titu.

c l. nihil aliud. de reg. iur.
d § 3. de inſtitut. à morte. pr. ... ſi hæres pecca... ad tre. & eſt text. in d. l. actionẽ. poſt prin.
f Vt dicit eleganter gl. l. uj. pen ... d. l. iij. & l. ſtichu de peen.
h d. l. actionũ genera à prin.
i De directo & vtili dominio, quis illud habeat, vide hic fab. bar. in l. ſi quis vi. § ... de acq. po. bal & ... in l. traditionib. C. de pac. gl. & bar. in l. minor. § ſi ſeruus de euic.
k l. j. ſ. ſuperſ. vel emph. ven.
l §. itaque ſi cui infrà e. de quaſi dominio. dixi in §. ſi quis à nõ domino. ſuprà de re. diui. § iſ ſtuviana. J. hoc. titu.
a l. qui dolo & l. parẽ. de re. ... ſed & ſi quis & l. ... qui dolo de rei vend.
b Ita Pan. in c. j. l ... vt eſt alleg. hic Iaſ. de ali. iu. mu. cau. fa.
d Ita tal. hic alegãt de ... d cons hic Pan. do ... eſſe no. ... litigari l. dolo. de re. in.
e Fab. hic bar. in l. poſſeſſio. in prin. de rei ven. & Iaſ. hic ſequens l. ... de rei ven.

te poſsidere, [b] ab alio petas. Secundò, ſi ipſe non poſsideat, videat primò, an alia via poſſit conſequi poſſeſſionem ſuæ rei quàm rei vendicationis iudicio, vtputa aliquo interdicto, Nam difficile eſt probare dominium, quod tamen facere oportet in rei vendicatione. Tertiò, ſi ipſe non poſsideat, nec proſpiciat aliam viam, qua poſſit poſſeſſionem recuperare, tunc primò inquirat, an is quem conuenire vult, rem poſſideat, & detineat, ne ſi res penes reum non ſit iudicium reddatur [c] eluſorium. †Cæte-
39 rùm quomodo dominium probari debeat, ſatis Hic Faber & Iaſon docent. Vt tamen & illud ſuccinctè doceamus, crediderim circa dominij probationum (quæ difficilis eſſe cenſetur) diſtinguendum eſſe. Nam ſi de his loquamur rebus, ex quarum qualitate conſtat, eas ante actoris occupationẽ, ſiue apprehẽſionẽ, in nullius bonis fuiſſe, quales ſunt feræ, beſtiç geminæ, lapilli in littore maris inuẽti, itẽ inſula in mari [d] enata, & ſi quç ſunt id genus alia: harum planè domininm per occupationis, apprehenſioniſùe allegationem probatur, propter iuris regulam, volentis, ea quæ in nullius bonis ſunt, [e] occupantibus concedi, atque hæc quidẽ probatio plana eſt, ac facilis. Quod ſi de rebus diſputetur, ex quarum qualitate non poteſt colligi, quòd antea nullius fuerint ſed certũ eſt eas fuiſſe ſub alicuius dominio, quales ſunt fũdi, animalia manſueta domus, omnes denique ſpecies ſiue res opera hominum factæ, [f] atque in eſſe productæ, eo caſu, ſi quidem oſtendatur quòd in nullius bonis aliquandiu fuerint, intereſt quonam pacto id contigerit. Contingit autem id tribus modis. Primò, ſi prior dominus illas res pro [g] derelicto habuerit, qua ſpecie probatur dominium per ſolam apprehenſionem ſiue occupationem. Deinde ſi res erat trubutaria, & vacauit biẽnio, cenſetur quoque pro derelicto habita, probaturque dominium eius per apprehẽſionem & [h] poſſeſſionem biennalem. Poſtremò, ſi officio iudicis res proclamata fuerit: affigũtur enim publica edicta hoc modo, quòd ſi quis velit dicere, hanc vel illam rẽ ſuam eſſe, infra terminum præfixum id faciat, & ſi nemo aduenerit, cenſentur quoque res pro derelicto habita, eamque poſtea occupans, eius dominium [i] per apprehenſionem firmat ac docet. Iſtis tamẽ tribus caſibus, probatur tantùm vtile dominium, non directum. Cæterùm ſi nequear oſtẽdi, quòd aliquandiu res in nullius bonis fuerint, ſub diſtinguendum eſt. Nam ſi de vtilis dominij probatione quçrimus, tũc ſi quis aſtruat ac demonſtret, ſi rem immobilem decem annis inter præſentes, vel viginti inter abſentes, cum titulo & bona fide poſſediſſe, vtile dominium oſtenſum eſt, in quod procliuior eſt [k] Doctorum ſententia. Sin verò de probatione dominij directi inueſtigamus, videndũ rurſus eſt, an de rebus tantùm mobilibus, an ſimpliciter de quibuſcunque rebus loquamur: nam priori ſpecie probatur dominium, ſi poſſeſſio cum titulo & bona fide per triennium cõtinuum euidenter commõſtrata fuerit. Altera verò ſpecie probatur dominium directum bifariam. Primò per preſcriptionem tanti temporis, [l] cuius initij non extet memoria, deinde per allegationem alicuius tituli, puta ſi quis dicat, rem ſibi donatam, vel venditam &c. Sed hoc caſu tria cõiunctim ſunt neceſſaria: primò ipſe titulus, puta emptio vel alius. Secundò, quòd res fuerit tradita: Tertiò, quòd tradẽs habuerit rei dominium. Adduntur, & alia ſecundùm naturam cuiuſque contractus, vt in emptione requiritur probatio numerationis [m] prætij & ſic de alijs. Per hæreditatem verò aditam, & ſimilia, dominium non probatur ſimpliciter, ſed ita demum, ſi defunctus fuit rei dominus, tum enim & hæres ſit dominus: ſin minus, nec hæredem transfertur dominium, cum nemo plus in alium iuris transfundere [n] poſsit, atque ipſe habet. Et ita imponimus finem huic primo §.

b Dd. in l. nihil naturaliter. §. nihil cõe. de acqui. poſ.

c l. qui petitorio de rei ven.

d §. ex. cū §. ſe. ſuprà de re. di.

e d. §. feræ igitur & l. & l. in ſij. de acquire. rer. do.

f De quibus loquitur l. adeò. §. cum quis de acqui. re. do. & §. cū ex aliena. cum mul. ais ſeq. de re. diui.

g Vt ff. pro derel. per totum

h l. quid agros. C. de om. ag. deſ. lib. xj.

i Secundum Iaſ. hic qui muſta ad hoc alle.

k Gloſſ. & Dd. in l. traditionibus. vbi Ale. in contrariũ mittitur C. de pact.

l Bald. & Dd. in d. l. traditionibus.

m l. cũ rei iuncta elo & dd. C. de prob. vide ſpe. in ti. de loca. §. fin. ver. lvj.

n l. nemo plus. de re. iur.

§. Aequè Si Agat.

1 Continuatio huius §.
2 Seruitutum alia perſonalis, alia realis.
3 Realis ſeruitus diuiditur in vrbanam & ruſticam.
4 Pro ſeruitutibus duæ actiones proditæ, confeſſoria & negatoria.
5 Res ſua nemini ſeruit. & num. 23.
6 Si quis acquirat fundum qui ſeruitutem debet, extinguitur ſeruitus.
7 Seruitus itineris.
8 Seruitus actus.
9 Seruitus altius tollendi ædes, quomodo accipienda.
10 Iure libertatis altius ædificare licet.
11 Origine omnia ædificia ſunt libera.
12 Statutis prohibetur ne altius tollantur ædes.
13 Seruitus altius tollendi, eſt vera ſeruitus.
14 Seruitus luminum.
15 Seruitus ne luminibus officiatur.
16 Seruitus, ne proſpectui officiatur.
17 Seruitus proijciendi.
18 Differẽtia inter proiectum & immiſſum.
19 Mœniana, & ſuggrundia.
20 Confeſſoriæ in rem actionis difinitio.
21 Confeſſoriæ quare dicatur realis.
22 Pro quolibet iure incorporali confeſſoria agi poteſt.
23 Confeſſoria actio inter duo extrema verſatur,
24 Cognatio & item differẽtia inter rei vendicationem, confeſſoriã, & publicianã.
25 Confeſſoria duplex, directa & vtilis.
26 Cauſa actionis confeſſoriæ.
27 Agens confeſſoria quid probare debeat.
28 Effectus actionis confeſſoriæ.
39 Quãdo quis dicatur agere iudicio petitorio vel poſſeſſorio.
30 In confeſſoria nõ requiritur probatio tituli.

32 *Confeſſoria actio quomodo tollatur.*

33 *Libellus in actione confeſſoria.*

34 *Actio in rem negatoria definitur.*

35 *Negatoria actio vnde dicta, & quibus verbis inſtitui poſsit,*

36 *Quare requirantur, vt locus ſit negatoriæ.*

37 *In omnibus actionibus actor probare debet.*

38 *In negatoris actor non probat, ſed reus.*

39 *Vnaquæque res præſumitur libera, donec probetur ſeruitus conſtituta.*

40 *Quibus modis ſeruitus cõſtituta probari debeat.*

41 *In negatoria quomodo ponenda ſit actio, vel formandus libellus.*

42 *Caſus, vbi aſſerens libertatem ſui fundi, eam probare tenetur, & nu. 44.*

43 *Priuatio præſupponit habitum.*

44 *Excuſſ. l. ſi priuſquam. de no. op. nun.*

45 *Propter contumaciam eius, qui conuentus eſt negatoria, inualidatur præſumptio naturalis libertatis.*

46 *Contumax in non reſpondendo, intelligitur reſpondiſſe in eam partem quæ ſit illi deterior.*

47 *Etiam contra præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium per confeſsionem partis.*

48 *Duplici ratione agere poſſum, tibi non eſſe ius altius tollendi.*

49 *Quare in rebus corporalibus tantùm confeſſoriè agatur.*

50 *In pari cauſa melior eſt conditio poſsidentis.*

51 *Differentia inter res corporales & incorporales.*

52 *Sententia ſuper actione confeſſoria lata tollit impedimentum ſeu turbationem ſeruitutis.*

53 *Explicatio verſi. ſanè vno caſu, in §. noſtro.*

Æquè ſi agat quis,[a] *ius ſibi eſſe fundo fortè vel ædibus*[b] *vtendi fruendi, vel*[c] *per fundum vicini*[d] *eundi,*[e] *agendi vel ex fundo vicini aquam ducendi,*[f] *in rem actio eſt. Eiuſdem generis eſt actio de iure prædiorum vrbanorum: veluti ſi quis agat ius ſibi eſſe*[g] *altius ædes ſuas tollendi,*[h] *proſpiciendiue, vel*[i] *proijciendi aliquid vel immittendi tignum in vicini ædes.*[k] *Contra quoque de vſufructu, & de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum vrbanorum inuicem quoque proditæ ſunt actiones: vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario vtẽdi, fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollẽdi, proſpiciendive, vel proijciendi immittendiue, iſtæ quoque actiones in rem ſunt, ſed negatiuæ.*[l] *Quod genus actionis in controuerſiis rerum corporalium non proditum eſt. Nam in his*[m] *is agit, qui non poſsidet: ei verò qui poſsidet, non eſt actio prodita,*[n] *per quam neget rem actoris eſſe.* *Sane vno caſu qui poſsidet, nihilominus is actoris partes obtinet, ſicut in l. latioribus Digeſt. libris opportunius apparebit.*

1 QVIA † realis actionis plures ſunt ſpecies, quas [a] ſuprà recenſui, & primę, rei vendicationis ſcilicet exemplum propoſuit Imperator nunc ad alteram ſpeciem, nempè actionem confeſſoriam negatoriam, quæ pro rebus competit incorporalibus, puta ſeruitutibus tã perſonalibus, quàm realibus, exponendã tranſit. Et pro euidẽtia non eſt omittendũ, ſeruitutem, cuius hic ſit mentio duplicẽ eſſe, [b] per-

2 ſonalem, & realem, ſiue prædialem. † Perſonalis eſt, cum res perſonæ ſeruit, & vnà cũ res perſona intermoritur, vt eſt vſusfructus vſus habitatio. Realis eſt, vbi res inſeruit rei puta prædium prædio, & realis dicitur: quia

3 in re, id prædio radicatur. † Et hæc ſubdiuiditur in vrbanam & ruſticam, ſicut prædiorum alia ſunt vrbana, alia ruſtica. Ea enim ædificia, quę habitandi, immorandique gratia parantur, prædia vrbana ſunt, ſiue, in agro, [c] ſiue in ciuitate fiant. Quæ verò gratia colligendorum fructuum habentur, ea ruſtica [d] dicuntur. Singulorum ergo prædiorum ſuæ quoque ſunt ſeruitutes, aut iura. Vrbanorum ſunt, altius tollẽdi, tignum immittendi, proijciendi, protegẽdi, proſpectus. Ruſticorum verò, iter actus, via, aquęductus, & ſi quæ ſunt alia. Deinde præco-

4 gnoſcendum eſt, † pro his ſeruitutibus duas actiones eſſe proditas, confeſſoriam, & negatoriam. Confeſſoria eſt, qua aſſerimus nobis competere ſeruitutem in re alterius: negatoria verò, qua negamus alteri in re noſtra [e] competere ſeruitutem. Quapropter prædium quod ſeruiture vtitur, dicitur dominans. Illud autem quod patitur eam, ſeruiens nominatur l. j. in fi. commun. prædio. Vtriuſque actionis naturam euidenter. diſcuſſo prius textu, elucidabimus. Et quia tex. ex ſententia Iaſ. quatuor partes, complectitur. quamque ſingulatim explicemus. Ad primam ergo.

a *Ius.* Id eſt facultatem.

b *Vten. fruen.* Intelligit vſumfructum, quæ eſt perſonalis ſeruitus, cuius explanationem [f] ſuprà docui abundè.

c *Per fun. vici.* Notanter vicini, † quia

5 res [g] ſua nemini ſeruit. Vnde ſi aliquis acquirat dominium illius fundi, qui de-

6 bet ſibi ſeruitutem, † ſtatim illa ſeruitus extinguitur, & euaneſcit: [h] nec ſi poſtea rurſus vendatur, reuiuiſcit illa ſeruitus ſemel extincta, niſi de nouo eidem fundo imponeretur.

7 d *Eundi.* † Seruitutem itineris. Eſt autem iter quo quis pedes vel eques commeare poteſt.

8 e *Agendi.* Seruitutem actus notat, diciturque ab agendo iumento, cum & pecus, vehiculumque agere, [k] nedum ambulare poſſum.

f *In rem act.* Scilicet confeſſoria.

g *Altius. ædes ſu. toll.* In hoc exemplo

a In §. præced.

b Dixi latè in rubr. & prin. ſuprà de ſer. rui. præ.

c § præ. diorum vrbanorum, ſuprà de ſer. & l. j. de ſer. vrb. præd. & l. vrbana præ dia, de ver. ſig. l. eo iure. §. ſtabu.

d in qui. cau. pi. vel hyp. con.

e l. ij. ſi ſer. vendi.

f In ſit. de vſufru.

g l. vti. frui in prin ſi vſus. pe.

h ſi ædes de ſer. ſve. tex. pulcherrimus in l. Papinianus de ſer. & l. huiuſmodi. §. ſi ædes. de legat. j.

i De hoc in prin. ſuprà de ſerui.

k In prę dicto prin. ſuprà de hac ſeruitute dixi.

emplo multum ſe dictorquent interpre-
tes,vt oſtendant congruum eſſe confeſſo-
9 riæ actioni.†Videtur enim quòd non poſsit
dari ſeruitus,quod tibi altius tollere & ædi-
ficare liceat cum hoc non ad ſeruitutem
pertineat,ſed iure libertatis naturalis face-
re permiſſum ſit.Si ergo hoc vnicuique non
10 ſeruitutis à vicino impoſitæ,†ſed libertatis
11 iure permittitur,quæ competit omnibus æ-
dificijs.†nam origine omnia ędificia ſunt li-
bera,niſi expreſſe conſtet eam ſeruitutem
vicino conſtitutam,vt non liceret [l] altius
tollere)quorſum hîc dicitur eſſe ſeruitus?
Ad quid vtilis mihi erit iſta ſeruitus,ſi vici-
nus dicit,dabo tibi facultatē altius tollendi
ædes,nō pūt ſuperflua Verū prætermiſſis
varijs Doctorū expoſitiōibus.Ex Fabri ſen-
tētia dicendū eſt,illā libertatē altius ædifi-
12 candi non eſſe perpetuam:†quia in ciuita-
tibus bene inſtitutis ſæpenumero ius mu-
nicipale [m] prohibet,ne ædes vltra viginti,
ſeu triginta vlnas ſiue cubitus inuito & cō-
tradicente vicino extollantur,quemadmo-
dum & in quibuſdam Sueuiæ ciuitatibus
13 obſeruatur.†Et ſic vides,illam libertatem
altius tollendi,per generalem conſuetudi-
nem ſiue ſtatutum ademptam eſſe.& fun-
ditus extinctam,ita quòd ab initio ipſa ori-
gine non dicantur liberæ, propter ſtatutū.
Si hoc caſu,vel ex teſtamento,vel ex pactio
nibus conſecutus es à vicino,vt liceat tibi
vltra conſtitutam menſuram ædes altius e-
leuare,ecce iam habes ſeruitutem illam,vt
iure ſeruitutis altius ædifices.& non liber-
tatis naturalis,ſi quidem impoſita eſt ſerui-
tus per vicinium,qui illam ſeruitutem ſuis
ædibus iniunxit.Non enim fuit liberum à
principio altius tollere,quia ceſſabit [n] regu
la,origine omnia ædificia eſſe libera pro-
pter ſtatutum ſcilicet tātummodo ergo iu-
re ſeruitutis altius ædificare potuiſti. Iam
hæres vicini poſtquam te prohibet, ne do-
mum altius eueheas,datur tibi confeſſoria,
qua agis tibi ſeruitutem competere, vltra
præſcriptam menſuram extollendi ædes.
Atque hoc Fabri exemplum apoſitiſſimum
Aretinus hic amplectitur,quod & Zaſius
tum hîc,tum in ſuis [o] Intell.aduerſus Iaſ.ſa-
tis tuetur.Poſſunt & alia dari exempla quo
tidiana,quia ſæpe fit,quòd vicinus ædifica-
re non audeat,ne obſcurentur lumina vici-
ni,ne proſpectui noceatur:& ſæpe per æ-
diles ædificare altius prohibemur,ne vicino
incommodemus.His & ſimilibus caſibus ſi
à vicino impetrares facultatem altius tol-
lendi,nònne eſt etiam ſeruitus altius tol-
lendi vicinio.

h *Proſpiciendi.* Hæc ſeruitus pertinet ad lu-
mina,circa que communiter tres ſunt ſer-
uitutes,nomine quidem vicinæ,re tamen
multum differentes,& ordine.Aliæ enim a-
lijs commodiores ſunt,& plus vtilitatis ha-
14 bent:†veluti ſeruitus luminum,ea eſt infi-
ma,& minimę [illegible] ditionis,totaque arcta &
ſtricta,vt ſolùm lumen recipias.† Seruitus
15 ne luminibus officiatur,eſt paulò amplior
quæ pertinet etiam ad gratius lumen,nō tā-
16 tùm ad neceſſarium.Et ampliſſima. † ne
proſpectui officiatur,vt ſcilicet nō cœlium
tantùm videatur,[p] ſed & procul ſpectemus
etiam alia ædificia.

17 i *Proijciendi.* †Seruitus proijciendi eſt,
cū habitatiūculas prominulas, exporrectas
habemus in muro:iſtæ enim habitatiuncu-
læ, quæ Mœniana nominamus ita proij-
ciuntur extra murū,ac ſi in muro nō requi-
18 eſcāt † inter proiectū enim & immiſſum
hoc intereſſe. [q] Labeo ait,quòd proiectū eſ-
ſet id quod ita proueheretur,vt & nuſquā
19 requieſceret,†qualia ſunt Mœniana,id eſt,
ædiculæ penſiles,vnde nobis aſpectus eſt in
aliā plateā:item & ſuggrūdia,& reſti partes
prominētiores,quibus ſtillicidia à parieti-
bus arcētur.Immiſſum aūt,quòd ita fieret,
vt in aliquo loco requieſceret,veluti tigna,
trabes,quæ immitterētur.Interpretes etiam
alio modo hanc ſeruitutē accipiūt,nēpe,cū
ius eſt alicui ex ædibus ſuis proijcere aquā,
vel fimū in ædes vicini,quod non videtur
ad textum quadrare.Hanc enim expoſitio-
nē nec verba patiuntur,neque ſubiectæ cō-
uenit materiæ,quoniam de ædificijs loqui-
mur l.ſi quando.ſi ſerui.ven.Imò talis ſerui-
tus cōſtitui non poſſet vtilitate publica re-
clamante.arg.l.ſi alius.§.ſi quis aceruū ſter-
coris,quod vi aut clàm l.pe.& l.vlt ne quid
in lo.pub.Lex ædilitia vetuit ante proprias
ædes congerere ſtercora.

In omnibus ſeruitutibus ſuprà enume-
ratis,ſiue ſint perſonales,ſiue reales,vrbanæ
vel ruſticæ,ſi quis in eis indebite turbaretur
aut moleſtaretur,cōfeſſoria in rē experiri
poſſet,non ſolū contra eum cuius predium
ſeruit,ſed etiā contra quencunque alium [r]
impedientē.Huius ergo actionis naturā vt
oſtēdamus,cum primis eius definitio eſt in
20 ueſtigāda.†Confeſſoria ergo,eſt actio realis
qua agimus contra impedientē nos vti iure
ſiue ſeruitute competenti noſtre perſonæ,
21 † vel rebus noſtris,ex re alterius,quæ i-
deo ſic dicitur,quod ad ſeruitutes confitē-
tas conducat,poteſtque quibuſcunque ver-
bis aptis ad intentionē noſtram cōſtitui,dū
in ea appareat,quod vendicem ſeruitutem,
quam tu contradicis:quod & in negatoria
[s] obtinere, mox oſtendā.Ex definitione pri
mùm diſce,quod cōfeſſoria ſit actio realis,
tum quia datur ei,qui habet ad ſine domi-
nij,ſcilicet ius in re:tum quia rei,id eſt,fun-
do ſiue domui inhæret,& rē ſequitur,à quo-
cunque cœperit [t] poſſideri.Deinde addidi,
iure,quia hæc actio non competit tantùm
pro ſeruitutibus,ſed pro quolibet iure in-
22 corporali,ſicut † Faber hîc rectè prodidit.
Hinc eſt,quod ſi quis impediret me recipe-
re [u] decimas vel redditus ex re aliqua, aut
vti [x] iuriſdictione,ſeu [y] paſcuis,competeret
mihi aduerſus impedientem vti,[z] actio cō-
feſſoria. Datur etiam hæc actio pro iure
præſentandi.pro iure patronatus,& omni-
bus alijs iuribus incorporalibus c. conſti-
tutus.ibi Cinn. de relig. dom. Subiun-
xi,vel ſeruitute, propterea quod hæc actio
pro omnibus ſeruitutibus tam perſonalib.
quàm realibus vrbanorum,ruſticorumque
prædiorum

l d.l. altius C.de ſeru.& aqu.l.eū cū. l.ſi imperatores.ff.de ſeruit.

m Imota l. qui luminibus in pri. de ſeru.vrb. ibi glo. & l. ij.C.de ædific. priua.

o d.l.altius.

o Eo capitu quo docet duplicē eſſe altius tollendi facultatem, quem vide.

p vide hol. gradus in ſe. lij.& l. in ſeruitutes eu alt.ſeq. de ſer. vrb.

q In l. malum.§.inter proiectum. de verb. ob.

r vel ſrul. § ſi vſuſr. pet.l.ſi quis diuturno.§. ag.ſi ſer.vē.

s Sic intelligas glo. in l.ij.ſi ſer.vē.

t via conſtitu.§ ſi ſi dus.de ſeru. ruſt. præd.

u Dd. in e cum & c.pro hibemus. de decimis.

x Bald. in rubr.C.de vſuſr.

y Faber hic. & Iaſ. vide in l.ſi perinſquam. com. § & 4.de oper.no. nun.

prædiorum datur. Adpoſui, noſtræ perſonę
propter vſum fructum, vſum habitatio-
nem, quæ ſunt ſeruitutes perſonales, &
perſonis inhærent, quibus nonnulli [a] ope-
ras ſeruorum adnumerant. Subieci, vel re-
bus noſtris, propter ſeruitutes vrban. & ru-
ſticor. præd. quæ non perſonis, ſed rebus, id
eſt, prædiis, ſiue ædificiis debentur. Poſtre-
mò dixi, ex alterius, partim quia res alicu-
ius propria [b] ei non ſeruit: partim quia ſer-
23 uitus eſt relatio, † verſatúrque inter duo
24 extrema, fundamentum, ſcilicet & termi-
num. Fundamentum eſt res aliena ſeruiens:
terminus verò eſt res, ſiue perſona domi-
25 nans, quo reſpicit illa ſeruitus. † Conuenit
autem hæc actio, cum rei vendicatione, i-
tem & Publiciana: quia ſicut prior datur
domino, & hæc quaſi domino, ſic quoque
confeſſoria illi competit, qui habet ius in
re. Differt tamen ab eis, quod ille dantur
pro rebus corporalibus, hæc autem pro re-
26 bus incorporalibus. † Eſt autem duplex a-
ctio confeſſoria, directa & vtilis. Directa
datur illis qui habent directum dominium
in prædiis ſiue domibus, quibus debetur
ſeruitus, datúrque contra eum, qui eſt di-
rectò dominus illius rei, quæ ſeruitutē ſu-
ſtinet. Vtilis verò illi competit, qui vtile
dominium habet, ſiue ius aliquod in illa
re, cui debetur ſeruitus, id eſt, in prædio do
minante: quales ſunt, creditor pignoris, qui
pignus poſsidet, nam poteſt aſſerere ſerui-
tutes pignori debitas, [c] per confeſſoriam,
vſufructuarius, qui in fundo fructili habet
ius fruendi, nam ei datur [d] confeſſoria, v-
tem emphytheuta, vaſallus, & ſi quæ ſunt
27 ſimiles perſonæ. † Cauſa verò huius actio-
nis eſt, quod in re alterius vel per pactiones
inter viuos, vel per vltimam voluntatem
iuncta patientia domini rei ſeruientis (quæ
traditionis loco [e] habetur) conſtitutū eſt.
28 † Probat ergo actor in hac actione, quod
ipſe dominus eſt directus vel vtilis fundi,
ſiue rei illius, cui debetur ſeruitus. ſi enim
eſſet quaſi dominus, locum haberet [f] Pu-
bliciana. Secundò, quod illi rei, vel ipſius
actoris perſonæ in re alterius per domini
patientiam ſeruitus ſit conſtituta. Vltimò,
quod aliquis impediat eum vti iure illo,
29 † Effectus eſt, quod reus conuictus ad pe-
titionem actoris, & implorationem officij
iudicis. cum reſtitutione intereſſe fructuū
& damnorum, ab impedimento [g] abſtine-
re cogitur. Præterea obligatur reus conui-
ctus præſtare cautionem quod in futurum
nec ipſe, nec hæredes eius impedituri [h] ſint
actorem vti tali ſeruitute. Niſi enim & ſen
tētiæ paruerit aduerſarius, & de nō impe-
diendo in futurum cauerit, in litem cōtra
eum iurabitur. Cæterùm ſi rē præſtiterit, id
eſt, ſeruitutem, cauere autem noluerit, hic
iuramentum in litē ceſſat, ad cautionē au-
tē coërcebitur captis pignoribus, vel aliis
iuris [i] remediis. Prædicta tamen vera ſunt,
30 † quando quis agit iudicio petitorio, hoc
eſt, quandò dicit actor, hoc ius vel illam
ſeruitutem in re alterius, ſibi competere
virtute alicuius pactionis, & quaſi traditā

a disputat Iaſon hic ad princ. §.

b l. vti frui. in prin. ſi vſusf. pet.

c l. et qui de ſeru.

d l. 1. ſi v. ſufr. pet.

e l quoties de ſer.

f l. namque infrà eo.

g l. loci corp. §. mei. ſeſſor. §, cū §. ſeq. & l. & ſi forte. §. fina. ſi ſerui. vendi.

h l. haredes ſiml. ſi ſerui. vendi.

i d. l. hæred. ibi glo. ſing. & l. egi. ſi ſer. vendi.

per patientiam domini: qua ſpecie tenetur
illam probare. Secus autem ſi ageret iudi-
cio poſſeſſorio, id eſt, diceret ſe quaſi in
poſſeſsione alicuius ſeruitutis in re alterius
fuiſſe, & de facto eiectum ſiue in ea turba-
tum, ſicque ſe ſpoliatum proponeret, & a-
geret ad reſtitutionē poſſeſsionis: eo certè
caſu non competit actio confeſſoria, ſed
pro ſpoliatione vtile interdictum, vnde vi,
vel vtilis actio in factum, ſubrogata in lo-
cum illius interdicti, vel etiā vtilius actio
ex [k] conſtitutione Impp. Valentiniani,
Theodoſij, & Archadij: qua ſpecie obliga-
retur tātum probare, ſe in quaſi poſſeſsio-
ne fuiſſe, & per reum eiectum. Pro turba-
tione autem quaſi poſſeſsionis iſtiuſmodi
iuris, [l] competeret interdictum quaſi vti
poſsidetis. Porrò in confeſſoria, quæ ſuper
31 ſeruitutibus datur, † non eſt neceſſe pro-
bare titulum: ſufficit enim ſi cōſtiterit per
multos annos non vi, non clàm, non pre-
32 cariò poſſediſſet. † Tollitur autē [m] hæc a-
ctio eiſdem modis, quibus amittuntur ſer-
uitutes, quos [n] ſuo loco enarrauimus. Ex
33 prædictis omnibus colligimus, † quod
confeſſoria agere volens, debeat propone-
re, ſe eſſe dominum vel quaſi prædij illius,
vel in eo ius habere, cui ſeruitus illa vel a-
lia debeatur. Vel dicat ſibi tanquam domi-
no vel quaſi, ius eſſe, hac vel alia ſeruitute
vtendi: in quo iure cùm aduerſarius eum
turbet, impediat contradicat, petat decer-
ni, hoc ius ſibi deberi, & præfatum aduer-
ſarium condemnari, vt patiatur eum hu-
iuſmodi ſeruitute vti, implorato iudicis
officio, quòd caueatur de in poſterum non
impediendo, &c.

K *Contra quoque.* Nunc alteram
text. noſtri partem aggrediamur, quæ
de negatoria in rem actione tractat. ea in
omnibus ſuprà allegatis iuribus domino
fundi, vel ei qui ius in re habet, vt eſt credi
tor, locum habet, veluti ſi contendam vi-
cino ius nō eſſe, vti ſeruitute in fundo meo
vel in quo ius habeo. Explicem [o] ergo eam.
34 Actio † negatoria eſt realis, qua agimus
res noſtras non ſeruire rebus, ſiue perſonæ
illius, qui intendit ius ſibi in eis compete-
re. Per negatoriam enim prædia noſtra, ſi
fortè quis ea ſeruire prætendat, in liberta-
35 tem aſſerimus: † ideò ſic dicta, quòd ſerui-
tutem à prædijs noſtris defendamus, id eſt,
auertamus, & poteſt quibuſcunque ver-
bis aptis ad intentionem noſtram inſtitui,
dum appareat quod tueatur libertatem prę-
dij mei, quam ſeruitus onere alius [o] infrin
gere nititur. Neque enim refert, negatiuis
proponatur verbis hæc actio, an affirmati
nis, dum tamen vim [p] negatiuorū habeant,
priuationémque complectantur. Ad defini
tionem reuertendo, dixi negatoriam eſſe
actionem realem, quia datur domino il-
lius rei, quæ contenditur eſſe libera, & in
qua negatur ſeruitus. Adpoſui rē noſtram,
vt confeſſoriam excluderem, qua intendi
mus rem alienam nobis ſeruire. Reliquæ
partes diffinitionis omnes poſitæ ſunt ad
differentiam confeſſoriæ. Datur & hæc
actio

k l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

l l. ſic vti. §. ariſt. ſi ſer. ven. Spe. in tit. de reſtit. ſpo. §. nunc dicemus.

m l. ſi quis diuturno ſi ſer. vend.

n Vide ſ. de ſerui. §. ſi. & ſit. de vſuf. &c.

o Glo. bz loquitur in l. ij. ſi. ſer. vē.

p Glo. approbata in l. fin. §. fin. in verb. exceptionem. de excep. dol. ibi Bart. & Ang. hic Iaſ. in dicta l. ſi proxiquam num. 31.

actio non tantùm pro ſeruitutibus,ſed etiam pro alijs iuribus, veluti ſi quis neget ex rebus ſuis deberi redditus, & ſic deinceps. Ad hoc autem vt ipſa locum habeat,
36 †duo ſunt neceſſaria:primùm quod actor habeat dominium, vel ius aliquod in illa re, in qua negatur ſeruitus. Alterum, quod reus prętendat ſeruitutem ſiue eſſe ea in re cõſtitutam. Et quanquã in omnibus,
37 actiõibus. †onus probãdi regulariter actori incũbit & nõ reo, adeò quod ſi actor in probatione deficeret,[q] reus ab ipſius impe-
38 titione abſolui debeat, † in hac tamen actione diuerſum obſeruatur, quia actor nõ obſtringitur actionis ſuæ intẽtionem probare, videlicet rem ſuam non ſeruire rebus alienis, ſed ſatis eſt ſi ſe dominum illius rei eſſe commonſtret, Hac nanque ſpecie eius intentio eſt fundata per probationem do-
39 minij, †cum vnaquæque res præſumatur [r] libera, donec doceatur ſeruitus conſtituta pactionibus, aut vltima volũtate, peraduerſarium, quæ præſumptio transfert onus probandi in reum conuentum, vt probet in rebus actoris ſeruitutem ſibi iure cõſtitutam, liberẽtque ipſum agentem negatoria à neceſsitate probãdi. Et hoc ideò, quia actor agit negatiuè, reus autem excipit affirmatiuè, affirmatio ergò probanda [ſ] eſt, &
40 nõ negatio. †Probat itaque hoc caſu reus ſeruitutem ſibi conſtitutam in rebus actoris multis modis, puta per pactiones, ſtipulationes, contractus,[t] vltimas voluntates. Item per præſcriptionem, quæ habetur loco [u] conſtitutæ. Vel donationem aut [x] conſuetudinem Et reus in actione negatoria diſcrepat in effectu ab actore in actio
41 ne confeſſoria† In negatoria ergo ſic proponetur actio, quod licet prædium meum iure dominij, vel quaſi, nulla ſit ſeruitute aduerſario obligatum, ipſe tamen moleſtet hanc vel illam ſeruitutem vſurpando temere & de facto. &c. quare peto declarari, aduerſario ius non eſſe me turbandi, & eũ prohiberi, ne me moleſtet, cum omnibus clauſulis, & cum cautione, quod in futurũ nõ turbet, &c. Nec ignoro, etiam alijs verbis, alio ordine agi poſſe, ſed effectus vbique idem eſt, Plurima quoque in hanc partem [y] & diſceptari, & congeri poſſent, quæ tanquam parum vtilia tranſeo. Aduerte tamen, vtcunque ſuprà dixerim, reum nega-
42 toria conuentum ſeruitutem ſibi conſtitutam probare debere, † eſt tamen caſus, vbi res aliter ſeſe habet nempe quòd is qui aſſerit libertatem ſui fũdi, debeat eam docere. Vt ecce, ſi aliquis ſit conuentus actione confeſſoria, qui dicat nullam nunc deberi: quia iam extincta ſit & hoc in defenſione adducit: ſic enim confitetur, eam aliquando competijſſe aduerſario, cum priua-
43 tio [z] præſupponat habitum. †Vnde impetitus confeſſoria probare debebit, quonam modo quàve ratione ea nunc extincta ſit atque amiſſa ſicque docebit ipſe libertatẽ fundi ſui. Cautus ergo ſit, qui confeſſoria impetitus eſt, ne tali ſimplici defenſionis forma vtatur, ſed potius ita dicat. nullam vnquã etiã ab initio illi competiiſſe ſeruitutẽ vel ſi aliqua olim competierit, eã nũc præſcriptione, vel alio quouis modo perẽptã eſſe. Sic ergo caſum habes, vbi grauatur
44 probandæ libertatis onere is qui illam tuetur & aſſerit. Eſt & alius caſus, in quo neceſſe eſt probare libertatem, eam aſſerendi: quando conuentus actione confeſſoria, factus eſt propter contumaciam actor actionis negatoriæ, iam debet ipſe probare [a] li-
45 bertatem. †Sic enim Africanus cõtumaciã refert in vtraque actione. Et is, inquit, de ſuo iure docere debet, qui contumax fuit: id eſt, actoris partes ſuſtinebit. Atque ita eius [b] reſponſum aduerſus communem calculum accipit Iaſon. Sed obijciat quiſpiam quis iam erit effectus naturalis libertatis: neque enim propter meam contumaciam poterit inualidari præſumptio naturalis libertatis: ideò videtur, quòd adhuc incumbat onus probãdi aſſerenti. Fortè huic im-
46 pugnationi ſic reſpõderi poterit, †per cõtumaciam non reſpondentis extinctam eſſe vim illius præſumptionis, quæ militabat
47 ꝓ naturali libertatẽ. †Nã ille q̃ cõtumax eſt in nõ reſpõdẽdo, intelligitur in eã partẽ, [c] quæ ſit illi deterior: ſi deterius ſit negaſſe habebitur tãquã negaſſet, Euoco igitur modò aliquẽ ad iudiciũ cõfeſſoria actione, & in libello pono, ſeruitutẽ mihi cõpetere, ille cõtumax eſt, igitur videtur ꝓpter
48 contumaciam tacitè confeſſus ſeruitutem. Nam & contra †præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium per confeſsionem partis. & hic eſt illa tacita confeſſio, quæ elidet iſtam præſumptionẽ naturalis libertatis [d] quæ eſt iuris tãtum putòque hanc eſſe veritatem rei, vt eſt ibi ſententia Iaſo. atque idẽ hic Faber cenſuit. Hoc tamen non eſt ignorandum, quòd licet ab ipſa origine poſſit aliquod ædificium ſeruituti obnoxiũ eſſe, tamen illa ſeruitus nõ eſt naturalis, ſed impoſititia, quia ſcilicet imponi debet actis, vel in vltima voluntate. Cæterum quòd Ac[e] dubitat, an & ad ſeruitutem altius tollendi repetenda ſunt hæc verba, ius non eſſe, hoc tu audacter affirma, ad omnes ſcilicet ſeruitutes in text.[f] nominatas repetenda eſſe prædicta verba. ius non eſſe Sed dices fortè, quomodo poſſum agere, ſi ita dicam, ius non eſſe aduerſario altius tollendi? nõnne dum ſic experior, videbor propoſuiſſe actionẽ [g] cõfeſſoriam? quomodo igitur vnum exemplũ vna eadèmque agendi forma poteſt ad cõtrarias pertinere actiones? iſte nodus vide-
49 tur inexplicabilis: ita tamen meo quidem animo diſſoluẽdus eſt. †Duplici ſiquidẽ ratione poſſum agere cõtra te, nõ eſſe tibi ius altius tollẽdi. Ipſa enim forma agẽdi poteſt indifferẽter vel ad cõfeſſoriã, vel negatoriã pertinere: ſed nõ ipſa cauſa agẽdi, id eſt ꝓpter quã agẽs intẽdo, tibi ius nõ eſſe altius tollẽdi: nã cauſa agẽdi diuerſitatẽ inducit, Et ꝓpterea poſſet agi, quia tu eã ſeruitutẽ impoſuiſti ædibus tuis vel cõuẽtione vel vltima volũtate: vnde ſi ex illa cauſa cõtendã, tibi nõ eſſe ius altius tollẽdi, quod pactionem impoſuiſti hãc ſeruitutem tuis ædibus, iam [h] agam confeſſoria actione.

Sed ſi

q Vulg. l. qui accuſare. C. de edẽ. & l. actor. C. de proba.

r l. altius. C. de ſeru. l. ſi eo. & l. Imperatores. ff. eod.

ſ d. l. actor. & gl. in lege ſicuti. §. ſi quæratur. in verbo, poſſeſſoris ſi ſerui. vendic. Bart. in l. in ædibus. C. de ſer.

t §. fi. vbi de hoc dixi. ſuprà de ſeruit.

u l. hoc iure. §. ductus aquæ. de ac. quo. & æſti. & l. ſi quis diuturno, in princi. ſi ſer. vendi.

x l. j. in fi. ibi glo. de aq. pl. ar. l. j. ibi gl. & Dd. C. de ſeruit. & aqua.

y Vide, ſi voles, Bar. & Dd. in d. l. ſi priuſquam, in §. oppoſ.

z l. decem. §. Dd. de uerb. oblig.

a Hoc probatur ex l. ſi priuſquam. de noui oper. nun.

b In d. l. ſi priuſquam. in f. tex. vide ad d. l. ſi prius. nouũ intellectum Acian. lib. iij.

c l. de ætate. §. qui tacuit de interro. actio.

d Glo. eſt approbata in §. illud in auth. de aqua. dom. ... & glo. in l. in contractibus. in verb. nullo modo. C. de non nu. pecu.

e Gloſſ. in verb. item altius tolli.

f In hac ij. parte.

g Ita enim in d. l. ſi priuſquam. ſecundũ ... [illegible]

h [illegible]

Sed ſi alia ex cauſa intendam, non eſſe tibi facultatem altius ædificandi, fortè qðia ſtatuto prohiberis, iam non ago confeſſoria, quia nõ experior virtute ſeruitutis, ſed negatoria, hoc eſt, negando quod tibi liceat contra ſtatutũ ᶦ ædificare altius. Et in hanc quidem ſententiam videtur hic quoque ᵏ Zaſius inclinaſſe.

ᶦ Et ita hic loquitur Imperator.
ᵏ Qui ſatis reſpõdet ad l. ſi priuſquã de oper. no. nũ. quæ obſtare videbatur, maximè.

l *Quod genus actio.* Venio ad tertiam §. noſtri partem, quæ differentiam ponit inter corporales & incorporales res, quò ad agẽdum. Ait autem primũ Imperator, hoc genus actionis intelligere negatoriæ, in rebus corporalibus proditum non eſſe, ſcilicet vt in illis negatoriè agi poſſit. Et ſic
50 obſerua, † quod in rebus corporalibus tantùm confeſſoriè agimus, in corporalibus verò & confeſſoriè & negatoriè, quẽadmodum ex his quæ ſuprà tradidimus, apparet. Ratio autem, quare in corporalibus agatur tantùm confeſſoriè, ea eſt. Quicunque iudicio contendit, ex eo iure, quod ipſe habet, cauſam ſuam iudici probare debet, non autem ex defectu ſeu vitio iuris aduerſarij. vt hic ˡ Theoph. aſtruit: vt ecce malè contenderes, ſi ita ageres rei vendicatione, Peto illam rem abs te, quia tua non eſt. Illa cauſa agendi infirma eſt, quia fortè nec mea res erit. Neque enim, quod tuum non eſt, id protinus meum eſt, poteſt nanque neutrius eſſe. Vnde tu in cõmodo poſſeſſionis me vincere debes, per regulam,
51 qua dicitur, † In pari cauſa meliorem eſſe conditionem poſſidentis.

ˡ Probatur in l. vti frui. in princ. ſi vſuſſ. pet.

m *Is agit qui non poſ.* Vt ſcilicet poſſeſſionem adipiſcatur, & illi res reſtituatur ex ſuo iure, quod in ea re prætendit: quia dicit ſuam, & perperã ab alio detẽtam, vnde ſibi reſtituẽdam. Nunc cõpleamus differẽtiam
52 hoc loci per Imper. ſignificatã. † In corporalibus is agit qui non poſſidet, in ſeruitutibus verò tam is qui poſſidet, quàm qui non poſſidet, & ita completur differentia, quam voluit hic innuere Imperator ᵐ inter res corporales & incorporales. In corporalibus inquam, is agit, qui non poſſidet agimus enim ad id quod non poſſidemus ſcilicet ad fundum ab alio detentum. Sed hic in corporalibus agim᷒ ad id, quod poſſidemus: agimus enim confeſſoria ad ius ſeruitutis, quod ipſi poſſidemus, & nihilominus vtcunque ſimus poſſeſſores illius ſeruitutis, actione tamen confeſſoria, petimus, per ſententiam iudicis declarari, illam nobis deberi, ſicque hac ſpecie hoc ipſum ⁿ poſſidemus, ad quod agimus. Et ſane magna in hoc conſiſtit commoditas, quia licet poſſideat quis ſeruitutem, fortè tamen moleſtatur & turbatur ſuper vſu atque exercitio ſui iuris. Illa ergo moleſtia, iſtud obſtaculum ſiue impedimentum tol-
53 litur † per declaratoriam ſententiam iudicis, quæ declarabit, eum debere vti ſua ſeruitute, vel libertate, vt aduerſario imponatur ſilentium, compellaturque præſtare ᵒ cautionem de nõ impediendo. Atque ita hęc verba ego accipiẽda eſſe omnino puto.

ᵐ l. pen. §. fi. ſi vſuſſ. pe. & l. etſi fortè. §. ſecũdum. ſi ſer. vend.
ⁿ d. §. ſi. ſecũdum. & d. l. pen. §. fi. vbi eſt bonus text. atque hoc declarat l. C. ſa. l. ait prætor. § i. eo quib. cau. maio.
ᵒ l. harũ. & l. egi. ſi ſer. vẽd.

54 *n* *Per quam neg.* † Et ſic in rebus corporalibus poſſeſſori non datur actio rei vendicationis. Fallit tamẽ hoc aliquoties. vt hic ᵖ Gloſſator opponit, ſubiungendo deinde triplicem ſolutionem, quarum prima recipitur, cæteris duabus ᑫ reiectis.

ᵖ In verb. neget.
ᑫ Iaſon hic.

54 *o* *Sane vno caſu.* Hęc eſt vltima pars tex. noſtri, in qua excipitur vnus caſus. Quis tamen ſit iſte caſus, quem Imperator intelligit. Doct. hic excurrunt fere omnes. Accur. duo ponit exempla: primum eſt duplicibus ʳ iudicijs, quæ ſic dicuntur, quia in eis vterque litigans, eſt actor & reus, ſicut eſt familiæ erciſcundæ, quæ datur inter hæredes communi diuidũdo, quæ locum habet inter ſocios, cùm volunt diuidere, ęque communione recedere, & finium regund. cùm de finibus eſt contentio inter vicinos quod tamen Petrus de bella pert. Faber. & Ange. impugnant, cùm Imp. de vno tantùm caſu loquatur, hic autem eſſent tres, qui non efficiunt vnum. Iaſone interim illud defendente. Aliud exemplum eſt de quauis exceptione proponenda, in qua aliquid proponit reus. nam in exceptionibus reus partibus actoris ˢ fungitur. Ad hoc equidem tex. hic conuenire videtur. dum dicit, Sanè vno caſu qui poſſidet, nihilominus is actoris partes obtinet: non autem dicit, quòd verè ſit actor. Sed ne hoc exemplum ad præſentem locum quadrare, præfati Doctores dicunt, quia ſic plures eſſent caſus, quàm centum. Ideò Faber aliud adducens exemplum, dicit verè in hoc textu. innui, vt ſi reus ſuſcipiat onus in ſe probandi quod res ab actore petita ſit ᵗ ſua ad ſe pertineat, non ad actorem: ea ſpecie ſuſtinet partes actoris, vt hic ait tex. Et quãquam iſtud Iaſon damnat, Zaſius tamen ipſum ſequi videtur, ait que Imperatorem hic eũ caſum intellexiſſe, cum reus via exceptionis cõtẽdit ſe eſſe dominũ, non tanquam actor, ſed tãquam excluſurus intentionẽ agentis. Et poteſt quilibet reus hoc, conuẽtus rei vẽdicatione, ſicut ex præcedẽti §. liqueſcit, vbi in fine dicitur, poſſeſſor autem ſe dominum eſſe dicat: poſſeſſor, id eſt, reus conuentus qui poſſidet, dicat, ſcilicet excipiendu, ſe eſſe dominum, & non actorem, ſicque argumento eſt is §. dum ibi Imperator indulget poſſeſſori, quod poſſit dicere ſe eſſe dominũ. Ex quo deinde infert idem Zaſius, quod reus conuentus rei vẽdicatione, nõ poſſit principali actione reconuenire actorem, & ſe dominum prætendere, Hoc eſt quod inquit imperator, ei verò qui poſſidet, non eſt prodita actio, per quam neget rem actoris eſſe ſubandi, actio principalis per reconuentionem reo non datur, ſed ex obliquo minùs principaliter: in modum defenſionis excipiendo poteſt reus ſe dominum allegare. Ita intelliguntur verba præcedentis §. iam relata quæ duæ rationes videbantur ſibi inuicem contradicere, ſcilicet quod vno loco dicitur: quod poſſeſſor, id eſt, reus conuentus ſe dominum eſſe adſtruat. an hoc loco dicitur, ei qui poſſidet, non eſſe actionem proditam. Verùm iſta duo

ʳ l. in tribus. ff. de iudi. § quęd. infrà hoc titu.
ˢ l. 1. de exce. l. in exceptionib᷒. de proba.
ᵗ l. eius. de proba.

ctum eſt. Hactenus Zaſius. Quicquid ſit,
omnia exempla ſunt in ſe vera, quę iam re-
cenſuimus: verũ autem potius ſit ad no-
ſtrum textũ referendum, de qua veriſimi-
lis hic Iuſtinianus ſenſerit, non leue du-
bium eſt. Ego (venia omniũ dixerim) nul
lum iſtorũ exemplorum poſſe cõmodè ap-
plicari ad tex. noſtrũ crediderim, vt de eo
intellexiſſe videtur Imperator. In his enim
non agitur tali actione, per quã negat. Vn-
de puto quod debeat tale exemplum inue-
niri, in quo negatiuè agatur. Optimè Pla-
centinus libr. j. de [u] varietate actionũ, de-
clarat id, quod nemo hic animaduertit, vbi
dat exemplum, in quo poteſt agi etiam ne-
gatiuè in rebus corporalibus, & dicit eſſe
in præiudicialibus actionibus, de quibus
[a] ſuo loco diſſeremus.

u Tit. ſi

z In §. præiudiciales infrà hoc ti tu.

§. Sed iſtæ.

1 *Continuatio huius §. ad præcedentes.*
2 *Ciuiles actiones ſunt, quæ ipſa origine ſunt à iure ciuili.*
3 *Prætoriæ ſunt, quas Prætor de nouo induxit.*
4 *Actio commodati eſt ciuilis.*
5 *Diſcuſſa l. j. ff. commod.*
6 *Rei vendicatio aduerſus eum qui dolo deſiit poſſidere, an ciuilis ſit, vel Prætoria.*
7 *Defenditur Accurſius à calumnia Dyni.*
8 *Prætoriæ actiones deſcendunt etiam ex cõtractu, vel quaſi, delicto, vel quaſi.*

Sed iſtæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, [a] & ſi quæ ſunt ſimiles, ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcẽdunt. Aliæ autem ſunt quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet tam in rem, quàm in perſonam, quas & ipſas neceſſariũ eſt, exemplis oſtendere, vt ecce plerunque ita permittit Prætor in rem agere, vt vel actor dicat ſe quaſi vſucepiſſe, quod non vſuceperit, vel ex diuerſo poſſeſſor dicat aduerſarium ſuum non vſucepiſſe, quod vſuceperit.

1 HActenus † Imperator de actioni-
bus, tam in rem, quàm in perſonã
diſſoruit, iã progreditur ad actio-
nes Prætorias, reales & perſonales: & pri-
mò de realibus [a] tractat, ſicque lateriter ad
ſecundam actionum diuiſionem accedit,
quæ fit reſpectu cauſæ efficientis: quia aut
ciuiles ſunt, aut Prætoriæ. Ex tex. autẽ col-
ligendum eſt, quæ actiones dicantur ciuiles
& quę prætoriæ. Ego prætermiſsis Docto-
2 rum altercationibus, † eas puto ciuiles eſſe
quæ ex ciuilibus cauſis ſuam trahunt origi
nem, non quæ ſunt approbatæ de iure ciui-
3 li. Sic poſtea Iuſtinianus, † eas eſſe prętor-
rias, quas Prætorias, quæ Prætor ex ſua iu-
riſdictione propoſitas habet: non dicit, ap-
probauit, vel confirmauit, ſed quas ipſe ad-
inuenit. Hinc conſequitur, ſi aliqua actio
inueniatur origine iuris ciuilis eſſe, quia eo
iure introducta ſit, Prętor autem eam ap-

a Vſque ad § in perſonam. infrà eod.

probarit, tum dici debere ciuilẽ, non Præ-
toriam, quia prætor nihil aliud adiecit,
4 quàm quod approbauit. † Vnde actio cõ-
modati ciuilis eſſe dignoſcitur, quia deſ-
cendit ex iure ciuili, & eſt contractus iuris
gentium, tametſi [b] Prætor eam approbarit,
5 edictum in ea proponendo. † Nam quod
Prætor ait iudicium dabo, ad approbatio-
nem referendum eſt, non inuentionem
ſuam ſiue originem. Voluit enim Prætor
addere approbationem, vt ſuam oſten-
deret ſollicitudinem circa reſtitutionem
[c] rei commodatę. Quòd ſi verò aliquibus
actionibus à iure ciuili inuentis non nuda
Prætoria approbatio, ſed & ampliatio quę-
dam, ſiue extentio, vel etiam ademptio, ſeu
diminutio acceſsit, an idem obtineat? Exẽ-
6 pli cauſa † Rei vendicatio eſt ciuilis, quia
ſuam originem traxit ex l. xij. tabularum
quę conſtituebat eam tantummodo dari
aduerſus poſsidentem. Sed quia multis de-
ſinebant dolo poſsidere, vt ſubterfugerent
iudicium rei vendicationis: ideò Prætor
poſtea eam ſic produxit, vt & contra eum,
qui dolo deſiiſſet poſsidere, detur. Iam ſi i-
pſam ſpectemus originem, quæ ex lege xij.
tabu fluxit, dicẽdum erit, eam eſſe ciuilem:
ſin autem conſideremus ad probationem
prætoris, nõ illam quidem nudam ſed ſim-
plicem, ſed quæ habeat aliquid nouæ adie-
ctionis, aut quæ extenſionem quandam, ſi-
ne mutationem à prima huius actionis ori-
gine inducit, videtur potius eſſe Prætoria
in caſu nouato, quia caſus nouiter ex Præ-
toris iuriſdictione ad primam actionia con
ſtitutionem ſeu originem adiectus eſt. Ac-
cur. ait, eam nihilominus ciuilem eſſe nun-
cupandam, ea ratione, quoniam ad inſpi-
ciendum, an actio aliqua ciuilis ſit, vel Præ-
toria, debet intueri perſona actoris, ex qua
metimus ius. Quam aſſertionem & Bal. re-
cipit, rationem tamen ipſius damnat, quia
ex ipſa potius origine, quàm ex perſona a-
ctoria conuincimus actionem aliquam ci-
uilẽ eſſe, vel Prætoria. Ego Iaſonis ſubſcri-
bo ſententiæ, quam & vulgò receptã pu-
to, quod iſta vtilis rei vendicatio, quæ ad-
uerſus eum, qui dolo poſsidere deſit, exer-
ceatur, Inuentione ſit ciuilis per extenſionẽ
verò Prætoria dici poſsit: idque obſeruan-
dum eſt diligenter per vniuerſum ius ciui-
le. Sed quid dicendum fuerit de actionibus
quæ hoc ſeculo ex ſtatutis diuerſorum ma
giſtratuum introducuntur nominatim vel
tacitè? Et Prętorias actiones cenſeri Bar. re
ctè prodidit in l. fi. de pœn. quoniam om-
nes hodie magiſtratus poſt Imper. proxi-
mius accedunt ad exemplum Prætoriæ iu-
riſdictionis quàm vllius alterius Romani
magiſtratus.
a *Et ſi quæ ſunt ſi.* Verbo legitimarũ actio-
num intelliguntur ll. xij. tabul. [d] Accurſ.
hic declarat, quæ ſint ita ſimiles actiones
& ex cõtractu vel quaſi maleficio vel quaſi
7 † quo loco Dyn. calumniandi accepit an-
ſam, quaſi Gloſſator per hanc expoſitionẽ
negare videatur, Prætorias actiones dari ex
contractu & maleficio, id quod verũ eſſe
conſtat.

b In l. j. com mod.

c L. iij. poſt pr. ne nau. cau. ſtab.

d Gl. verbi quarum mẽtionem.

conſtat. Primum enim actio de conſtituta pecunia [e] Prætoria eſt. Item actio negoc. geſt. deſcendit ex quaſi contractu, & apparet [f] eam eſſe Prætoriam. Sic furti actio ex delicto profluit, & tamẽ eſt Prætoria. Præterea actio in factum ex edicto, aduerſus nautas, caupones, ſtabularios, proficiſcitur ex quaſi delicto, & ſimiliter Prætoria eſt. Vides ergo in his omnibus cauſis naſci actiones vtriuſque generis, tã ciuiles, quàm Prætorias. Reſpondeo tamen huic Dyni calumniæ ſatis impudenti, Acc. non negaſ-
8 ſe per hanc interpretatione, † quin & Prætoriæ actiones ex his cauſis promanere quirent, quia hæc ipſius expoſitio intelligenda eſt ſecundum materiam, in qua loquitur. Fit enim hic mentio de ciuilibus actionibus, ideo quoque exemplum dedit ex cõtractu, vel quaſi &c. quæ ſunt ciuiles actiones, atque ita eum omnes excuſant, nec vnquam facilè crediderim, Accur. diuini planè ingenij hominem, & ſummum iuris apicem, aliter ſenſiſſe, & in re tam minuta lapſum fuiſſe. Cæterùm de duobus Prætoriarum actionum exemplis hic nihil dicemus, quoniam vtrunque infrà Imp. ſpecialius explicat.

e § de conſtitut. infrà hoc tit.
f L. 1. in prin. de neg. geſt.

§.Nanquæ ſi cui.

1 *Dominium duo habere adſinia.*
2 *Quaſi dominium non eſſe ſpeciem dominij, ſed potius ad fine, contra Barto.*
3 *Vocula, quaſi ſignificat improprietatem.*
4 *Dominium acquiritur etiam ignorante domino, ſecus in quaſi dominio.*
5 *Cauſæ iuſtæ ad transferendum dominium, ſufficiunt etiam ad Publicianam.*
6 *In ſeruitutibus patientia habetur pro traditione.*
7 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habuit.*
8 *Non eſſe dominum, accepiſſe à non domino, & ſimilia verba, quomodo in ll. accipiantur.*
9 *Qualiter argumentetur in hoc tex. Imp.*
10 *De qua duritie loquatur textus.*
11 *Alieni facti probabilis eſt ignorantia.*
12 *Nemo debet locupletari cũ alterius iactura.*
13 *Mendacium ex dolo prouenit ad decipiendum alterum.*
14 *Iure priſco per vſucapionem non contingebat dominium.*
15 *Publicianæ actionis definitio explicata.*
16 *Publiciana quare dicatur actio in rem.*
17 *Publiciana eſt actio Prætoria.*
18 *Cauſa impulſiua Publicianæ inducendæ.*
19 *Quid denotetur per iuſtam cauſam.*
20 *Si res tradita à vero domino amiſſa ſit, datur rei vendicatio.*
21 *Bona fides neceſſaria in Publiciana.*
22 *Qui poteſt vſucapare, poteſt Publicianam intentare & econtra.*
23 *Seruitutes diſcõtinuæ quãuis non vſucapiãtur, tamen vendicantur Publiciana.*
24 *Bona fides in emptione duobus temporibus requiritur.*
25 *Magnus effectus bonæ fidei in emente.*
26 *Hæredibus poſt traditionem factam, vtcunque ſint in mala fide, datur Publiciana, ſi defunctus bonam fidem habuit.*
27 *In bona vel mala fide ratio ementis titularij habetur.*
28 *In cõtractibus alijs bona fides ſufficit tempore traditionis, excepta emptione.*
29 *An hodie Publiciana competat, ſicut olim.*
30 *Sine traditione regulariter poſſeſsio non procedit.*
31 *Deficiẽte vſucapione, nec Publiciana datur.*
32 *Regula ex proportione circa Publicianam.*
33 *Vſucapione completa Publiciana ceſſat.*
34 *Publiciana contra verum dominum non datur, niſi in quibuſdam caſibus.*
35 *Affinitas rei vend. & Publicianæ.*
36 *An etiam verus dominus Publiciana experiri poſsit.*
37 *In quibus conueniant rei vend. Publiciana.*
38 *Differẽtiæ inter Publicianã & rei vend.*
39 *Publiciana datur etiam pro rebus incorporalibus.*
40 *Rei vendicatio datur contra titulo poſsidentem, ſecus in Public.*
41 *Cauſæ Publicianæ actionis eſſe quaſi dominium.*
42 *Publiciana quibus requiſitis competat.*
43 *Sufficit in Publiciana ſi res pro tradita habeatur.*
44 *In Publiciana ſufficit traditionem & titulum.*
45 *Bona fides præſumitur, donec probetur mala.*
46 *Quid in Public. ex parte rei exigatur.*
47 *Effectus Publicianæ actionis.*
48 *Formulæ, inſtituendæ actionis Publicianæ.*
49 *Senſus horum verborum, iure domini vel quaſi.*
50 *Rei vend. & Public. poſſunt in libello ſimul proponi.*

Nanque ſi cui [a] ex iuſta cauſa [b] res aliqua [c] tradita fuerit (veluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & necdum eius rei dominus [d] effectus eſt, ſi [e] caſu eius rei [f] poſſeſsionem amiſerit, nullam habet in rem [g] directam actionem ad eum perſequendam: [h] quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, vt quis dominium ſuum vendicet. [i] Sed quia ſanè durum erat eo caſu deficere actionem, inuenta eſt à Prætore actio, in qua [k] dicit is, qui poſſeſsionem amiſit, [l] eam rem vſucepiſſe, quam vſu non cepit, [m] & ita vendicat [n] ſuam eſſe: quæ actio

actio Publiciana appellatur, quoniam primum à Publicio prætore in edicto propoſita eſt.

SVperius propoſuit Imp. duo exempla prætoriarum actionum quæ in rē ſunt, generalia in hoc exequitur prius exemplum in ſpecie, nempè Publicianam. Antequā verò declaremus eā, admonitos eſſe volo iuris ſtudioſos,
1 † Dominium duo habere adfinia, ius in re ſpecificum, & quaſi dominiū. Ius in re eſt, quod habet is, cui vel cui[a] prædio debetur ſeruitus: quódque habet creditor, cui conſtituta eſt hypotheca hoc eſt, rei immobilis pignus. De hoc in præcedē[n]ti [a] §. egimus. Hic de altero, nēpè quaſi dominio, diſputabimus. Bar. tamen quaſi dominium recenſet [b] inter ſpecies dominij,
2 † diuidens illud in directum vtile, & quaſi dominium: quòd verum non eſſe, multis argumentis oſtēdi poteſt. Primùm hæc vo-
3 cula, quaſi † ſignificat, [c] improprietatem & quaſi talis non eſt tale. Deinde vſucapio & præſcriptiō ſunt modi acquirendi dominium: ergo is qui vſucapit, vel præſcribit, nempe quaſi dominus, priuſquam cōplet vſucapionem vel præſcriptionem, dominus non eſt, alioqui non eſſent modi acquirendi dominium, ſed potius confirmādi. Hinc etiam conſequeretur, duos eſſe eiuſdem rei dominos, eum aduerſùs quem vſucapitur: & eum qui vſucapit, quod cum
4 [d] Celſi reſponſo pugnat. † Item poteſt acquiri dominium per procuratorem, etiam ignorante domino: quaſi dominium non poteſt, niſi domino [e] ſciēte. Poſtremò quorſum attinuiſſet à Publicio prætore nouam actionem introduci: neque enim vtili domino adinuenta eſt noua actio. Proinde nihil aliud eſt quaſi dominium, [f] quàm adfine ipſius dominij ſicut & ius in re ſpecificū. Directū verò & vtile [g] eſſe ipſius dominij ſpecies, indubitatum eſt. Quo circa Appellus rectè ſentit in ſua methodica diſputatione. His ſic præcognitis, anteaquam huius actionis naturam intelligemus, operæpretium fuerit verba huius tex. interpretari [Greek], cū tota vis & cognitio Publicianæ ex illis dependeat, quemadmodū ex ſubiectis apparebit.

a Ex iuſta cauſa. Id eſt ex aliquo contractu, qui deſcendit ex iuſta cauſa, dum tamen cauſa ſiue contractus ſit aptus ad dominij tranſlationem, ſi verus dominus tra-
5 didiſſet. † Quæcūq; enim, [h] cauſæ iuſtæ ſunt ad transferendum dominium, ſi res tradatur à vero domino, eædem ad Publicianā ſufficiunt, ſi res à non domino ſit tradita.

b Res aliqua. Siue corporalis, ſiue incorporalis.

c Tradita. Vel quaſi tradita, propter
6 ſeruitutes, † in quibus patientia habetur loco traditionis. Tradita autem, intellige à non domino, quem tamen accipiens putabat eſſe dominum.

d Effectus eſt. Per traditionem non,
7 quia tradens non erat dominus, † & nemo [i] plus in alium iuris transfert, quàm ipſe habet. Per vſucapionem non, ea enim nedum erat completa. Hoc quoque hic obi-
8 ter obſeruandum eſt, † cùm lex in hac materia dicit aliquem non eſſe dominum, vel emiſſe aut accepiſſe à non domino, item non eſſe factum dominum, & cætera id genus verba accipienda ſunt, quatenus ad ipſam legem loquentem attinet, de caſibus qui ſic euenire ſolent frequenter, & cum eueniunt, apud naturam ſunt certi. Non autem referenda ſunt ad opinionem actoris, qui ignorare poteſt, vtrum tradens fuerit dominus, an non fuerit. Omnia enim generaliter rerum natura cognoſcit, quę nos plerunque diuinare non poſſumus, neque tenemur. Itaque autorem traditæ rei non fuiſſe dominum, ac proindè dominium ſibi quæſitum non eſſe, ignorare debet actor illud tātum meditatus, quod traditionem & iuſtam poſſidendi cauſam, quam leges ruentur, nactus ſit, & quod nemo ſuā probet. Iam pergamus.

e Caſu. Vel quouis alio modo. Quibuſcunque enim illicitis modis res mihi vel rapta, vel aliàs auferatur, aut occupetur, ſemper Publiciana competit, id gloſſator rectè docet.

f Poſſeſ. ami. Scilicet ante vſucapionē completam, ea enim perfecta, rei vendicatio daretur.

g Directam act. Id eſt, rei vendicationem. Sed nónne & Publiciana directa eſt? Quidni? nam eodem planè cōſilio à prętore introducta eſt, quo iuris ciuilis autores rei vēdicationem introduxerunt, quippe vt vnuſquiſque rem ſuam, cuius fortè poſſeſſionem amiſiſſet, perſequeretur. Cæterùm ſicut aliæ actiones ideo dicuntur vtiles, quia porriguntur vltra ſententiā autoris: ita hæc actio dici poteſt vtilis, collatione facta cum rei vendicatione, quæ directa nuncupatur.

h Quippe ita prod. Iuſtinianus vtitur
9 † enthymemate ſummi iuris reducamus ad formam integri ſyllogiſmi, [a] hoc pacto. Iure ciuili actiones in rem proditæ ſunt ad vendicandum dominium ſuum: ſed bonæ fidei poſſeſſor non habet dominium ante completam vſucapionem: ergo iure ciuili non eſt ei prodita in rem actio. Iſtud argumentum cui non imponeret incauto? Audi nunc temperamentum.

i Sed quaſi ja. e durum. Vnde colligemus iſtam duritiem, cui ſubuenit prætor? ex rationibus vtique naturalis iuſtitiæ.
10 † Primùm, quandoquidem alieni facti pro-
11 babilis eſt ignorantia, [l] non oportebat regulis ſtricti iuris nos vrgeri ad impoſsibilem diuinationem. Deinde iniuſtitia afficeretur is qui bona fiducia rem accipiens proximum acquirendi dominij gradum, hoc eſt, vſucapiendi conditionem adeptus eſt, ſi abſque vlla cauſa defectu [m] actionis iure ſuo deſtitueretur, amiſſa fortè poſſeſſione. Denique natura hoc æquum eſt,
12 † [n] neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem: locupletaretur autem

a §. & item. ſuprà de ſer. per ten.
b In l. ſi manet §. ſi. de vſucap.
c Gl. in l. ſi cum doté. § ſin. ſolu. matri. vide Apel. in ſua Methodica dialectica.
d In l. ſiue autem §. ſi. de hom. vt hered. comme.
e l. iij §. et plurib. de acquirend. poſſeſſ. l. vlt. nouum. de acq. emp.
f Huius explicationē, vide pertinet in §. ſi quis à non domino. ſupr. de rer. diuiſ.
g Vtrúmque explicatur, ſupr. à de vſucap.
h l. quæ à quo. de pub. in rē act.
i l. nemo. plus. de re. iur.
a Olds. in expli. huius actionis.
l l. in omni. de iur. & fac. igno. l. vl. pro ſuo. ita vide. in actio. publi. ex quo hæc ferè d. ſumpta ſunt.
m l. bona fides. de re. iur.
n l. naſ hoc natura. de cond. ind.

is,ad quem peruenisſet poſſeſsio:& damnũ ferret ille,qui amiſiſſet eam, ſi non liceret ei talem rem petere.Nimirum igitur ęquũ & bonum fuit introduci Publicianam actionem,huic caſui deſeruientem.

k Dicit is. Quaſi dominus.

l Eam rem vſucepit. Id eſt,quaſi vſucepiſſe,ſe fuiſſe in conditione vſucapiendi. docet ne igitur lex mentiri, & dicere id quod verum non eſt?Quidam ineptiſsimè
13 de hoc ſcribunt.Breuiter ſic dices:† Mendacium ex dolo proficiſcitur [a] ad decipiendum alterum:ſed bonæ fidei actor neminem vult fallere,ſed ius ſuum proſequi idq́ue permittit ei lex:ergo non dicit mendacium.Porrò cum ſit in conditione vſucapiendi propter bonam fidem ſuam,perinde defenditur à lege aduerſus extraneum, ac ſi [o] vſucepiſſet.Si itaque nudum facti ſuperficiem reſpicias apparebit tibi mendacium eſſe quoniam tempus vſucapionis nondum eſt expletum.vbi verò introſpexeris iuris autoritatẽ, & rationes eius tunc iudicabis veriſsimum eſſe, quod bonæ fi.poſſeſſor vſuceperit.In facto enim & qualitate poſsidendi nihil [p] ſuppletur,ſed in iure vſucapiendi. Vnde ſi quis dicat ſe poſsidere bona fide,qui malam fidem habeat,is dicit mendacium:ſed qui dicit ſe vſucepiſſe iuris autoritate,hoc eſt,ſe exiſtimari quaſi dominum,perinde ac ſi vſucepiſſet,is non mentitur.ſi enim iure vetuſtiſsimo cõpleta vſucapione poſſeſſor(nõ niſi ſola iuris authoritate, defendebatur : eo
14 enim † iure per vſucapionem non contingebat dominiũ) quare non poſsit defendi in conditione vſucapiendi?

m Et ita vendi. Ab eo qui poſsidet, vel qui habet facultatem rei reſtituendæ.

n Suam eſſe. Sibi debitam, ad ſe pertinentem.

o Publiciana. Ergo ex priſco more,vt alij quoque ad inueniendas res præclaras inuitarentur,ei nuncupata eſt. Vlpianus in j.libro huius tituli capite,refert verba edicti.

Explicito text.inquiramus exactius Publicianæ in rem actionis naturam.Non poteſt autem id fieri commodius, quàm ſi eã definiamus,ſingulaq́ue deinde ipſius defi-
15 nitionis verba ponderemus.† Eſt ergo Publiciana,actio in rem Prætoria, qua petimus id,quod ex iuſta cauſa à non domino bona fide per traditionem [r] acquiſiuimus,
16 & nondum vſucepimus.† Dixi in rem,ad differentiam actionum perſonalium. Primùm enim hæc datur ei,qui habet adfine dominij,ſcilicet quaſi dominium: deinde quia datur contra [ſ] quemuis poſſeſſorem: poſtremò quia rei inhæret:& rei perſequi-
17 tur,à [t] quocunque poſſeſſa fuerit:† Prætoria aut dicitur,[u] à Publicio prætore qui eã
18 introduxit.† Nam cum de iure ciuili nulla extaret actio,qua quis rem bona fide, & iuſta ex cauſa ſibi traditam,nec tamen vſucaptam,peteret (rei enim vendicatio ei nõ ſuffragabatur, quæ ſoli datur [x] domino) Publicius ex æquitate motus, hanc actionem inuenit,ne quis iure ſuo,id eſt, quaſi dominio,& opinione illa,qua ſe putat quis bona fide eſſe dominum,temerè priuare-
19 tur.Appoſui deinde,† ex iuſta cauſa : ad hoc enim vt huic actioni locus ſit, requiritur iuſta cauſa,quod ſcilicet titulus aliquis ad tranſlationem dominij aptus, atque ſufficiens præcedat,quales ſunt emptio donatio,permutatio,dos legatum [y], & quicũque alij ad [z] dominium operabiles.Sub-
20 iunxi,à non domino: † quia ſi à verò domino res tradita eſſet.& poſtea amiſſa, rei
21 vendicatio cõpeteret.Bona fide dixi, quia neceſſe eſt quod actor exiſtimauerit eum, à quo accepit,dominum rei eſſe.Nam qui ſciens rem alienam emit, is non facilè habet vſucapiendi cauſam,ideóque eam rem amiſſam hac actione recuperare nequit. Per manus equidem traditur, quicunque
22 eſt in cõditione & iure vſucapiendi, † is habet Publicianam & ex diuerſo, qui vſucapere non poteſt,is non rectè intendit ſibi hac actione rem amiſſam [a] reſtitui. Vnde ex vſucapiẽdi facultate Publiciana naſcitur,quod & ratione dialectica comprobatur,qua dici ſolet,ab eo remoueri cauſa
23 tum,à quo cauſa finalis remouetur.† Excepe tamen ſeruitutes quæ continuam cauſam,id eſt,continuum vſum non habẽt vt ire,agere & aliàs quæcũque hominis exercitium exigunt nam hæ non admittunt regulam vſucapiendi,& tamen vendicantur
24 Publiciana:† Bona autem fides emptoris non ſolùm emptionis tempore adeſſe debet,quæ & ſufficit etiã ſi autor,à quo emit, fuerit in mala fide,vtpote quia dolum vel metum adhibuit:niſi res empta vitio reali afficiatur.maculetur,prematur,vt furto rapina,ſpolio,violentia:vel ſi alienatio legibus eſſet prohibita,vt in fundo [b] dotali,& in rebus pupillaribus [c] ſine tutore:in his caſibus bona fides emptoria nihil prodeſt, quia ſicut lepra leproſum. ita vitia [d] realia
25 rem ipſam ſequuntur.Et † vſque adò bona fides operatur in emente,vt ſi etiã prędia vectigalia ignorans emerim, licet vſucapi quo ad directum dominium non poſſim tamen Publiciana mihi datur, vt vtila dominium [e] vſucapiam.† Sed & heredibus
26 atque ſucceſſorib.meis vniuerſ.poſt rei traditionẽ mihi vel eis factã, Publiciana cõpetit,etiam ſi ipſi ſint in mala fide, dũmodo ego defunctus bonã hebuerim fidẽ. Nã
27 † in bona vel mala fide, ratio ementis ti-
28 tularij habetur.nõ heredũ. In aliis † verò cõtractibus,bona fides ſufficit tẽpore traditionis,quamuis in emptione ſecus ſit, vt iã dictũ eſt.Sed hic obiter occurrit quęſtio
29 multũ intricata & difficilis: † nũ hodie exerceri poſsit Publiciana? Nã mala fides authoris [f] hoc ſeculo impendit (vt vulgò vocant) præſcriptionẽ:ſed vbi nõ præſcribitur,ibi nõ poteſt agi Publiciana:ergo Publicianæ nõ videtur hodie locus. Ego tamen ad hãc,prætermiſ is altercationibus, reſpondeo,hodie neceſſariam eſſe hanc actionem,ſicut olim.& propterea rectè exerceri,adeóque in foro noſtro nullã propèmodũ eſſe frequentiorẽ:quã ſententiã &

laſ.

a l.j.§.de dolo.

o Iuſta regulam l.bona fides.de reg.iur.

p arg.l.bonæ fidei emptor.§.in contrariũ.de acquir.rer.do.& ita Old.de.elig.hũc nodũ vt ſolueat,cui hæc accepta ferat.

q in l.j.§.ait Prætor.de publ.

r l.j.de publi.

ſ Tamẽ eſt moderamine de quo infrà n.14.

t l.quecunque hoc tit.

u Vt in ſi.huius §.

x Vt ſuprà §.omnium.

y l.j.& l.ſi hoc tit.

z Leum qui à tutore in prin.& l ſi.. ue ſr.§.hæc actio.l.ſi ego emi.§.idem Iul.h. hoc tit.

a d.l.ſi ego §.j.

b ſuprà quib.alie.lic.vel non in prin.

c Suprà de auto.tut.per totum.

d l.vitia.C.de acq.poſſ.

e Secundũ cõmune intellectũ .cũ ſpõſus.§ in vectigalib.hoc tit.

f Auth.malæ fidei.C.de præſcri.longi.temp.

Iaſ. hîc rectè probat. Nec obloquitur no-
nella [g] constitutio, nec refragantur iura
[h] pontificum omnia enim illa ex naturali
certitudine loquuntur, ponunt caſus, mo-
uent omnē humanæ calliditatis Camari-
nam. Sed cum ad captum humanum, & rē
præſentem, quæ incidat, reſpicimus, poteſt
ne frequenter euenire, quod autor ſit ma-
læ fidei, accipiens autem rem, neſciat? po-
teſt ne millies in iudicio calumnioſè à reo
allegari contra actorē mala fides, vel ſua,
vel actoris? potéſtne itē verè (ſi naturā ſpe
ctes) excipi de mala fide, quæ tamen non
probetur iudici? Certè ſi his caſibus tollas
Publicianā, cùm rei ven. multò minus cō-
petat, facies incerta ferè omnium rerū do-
minia. Retine igitur ſemper bonæ fid. ac-
torem, retine malam fidem actoris non ap-
parere: retine: rem carere vitio, & dic ſem
per Publicianam habere locum hodie, [i] nō
minus quàm olim. Ad definitionem reuer-
tendo, addidi etiam in ea, per traditionem,
30 † quia ſine traditione, vel quaſi traditio-
ne, regulariter poſſeſsio non procedit: vbi
autem nulla eſt poſſeſsio, ibi nec vſucapio
31 vel præſcriptio oritur, † & deficiente vſu-
capione, & Publiciana remouetur. Niſi in
his, quibus dominia ſine traditione acqui-
runtur à vero domino: nam ſi à non domi
no cauſa emerſerit, Publiciana ſine tradi-
tione dabitur: vt cùm legatur res aliena, vel
donatur [k] cauſa mortis. Et vt prædicta cla
ri [*] intelligas, ſume regulā ex proportione:
32 Prima proportio: Vbicunque † traditio-
ne à domino facta transfertur dominium,
& amiſſa poſſeſsione datur rei vendicatio:
ſic traditione à non domino facta, ſi datur
vſucapiendi conditio, amiſſa poſſeſsione
Publicianæ locus eſt. Secunda, Vbi ſine
traditione à vero domino transfertur do-
minium, & vendicatio competit, ibi ſine
traditione à non domino datur vſucapiē-
di conditio, & Publiciana. Poſtremò ad-
ieci, & nondum vſucepimus: quia ſi à poſ-
ſeſsione rei ante vſucapionem completam
cecideris, hac actione ad poſſeſsionem re-
33 ſtituendam experieris: ſecus verò, † ſi res
mobilis vſucapta, vel immobilis præſcrip-
ta eſſet, tum enim non Publiciana, ſed rei
vendicatio competeret, propter vſucapio-
nem, longíque temp. præſcriptionē [l] acqui-
ſitum dominium. Quòd autem ſuprà di-
xi Publicianam contra quecunque poſſeſ-
34 ſorem dari, † hoc contra verum dominū
nō reciperetur. Nam ſi fortè poſſeſsio rei
per me empta à non domino, in manus ve
ri domini perueniret, hîc ceſſat Publicia-
na, quippe quòd prima æquitas hoc vetat,
ne dominus in re [m] ſua moleſtetur. Si tamē
verus dominus impeditus per bonæ fidei
emptorem nō excipiat de dominio, ſed ta-
ceat, iudicium procedet, cogetúrque verus
dominus rem actori. ſi [n] obtineat reſtitue-
re. Extat & alius caſus in quo contra verū
dominum Publiciana exercetur: veluti ſi
Titius non dominus fundū mihi vēdidiſ-
ſet, & tradidiſſet, qui poſtea ex ſucceſsione
aliáve cauſa dominus fieret, is Publicianā
non effugeret, ſi poſſeſsionē fundi nanci-
ſceretur, nam & ipſum vendicantē excep-
tione [o] repellerem. Sunt adhuc pleræque
ſpecies, quibus Publiciana contra dominū
datur, quos Accu. [p] alibi recenſet. Ex præ-
35 dictis apparet, † magnam eſſe cognationē
& affinitatem, inter rei vendicationem &
Publicianam. Sicut enim illa de iure ciui-
li vero datur domino, ſic Publiciana de iu
36 re prætorio, quaſi domino. † Volunt tamē
Vltramontani, quod & verus dominus, ſi
fortè amiſit poſſeſsionē rei, poſsit eam re-
cuperare per Publicianam: quòd Iaſ. hic
defendit. Faber uerò ſubtili ratione in cō
trarium nititur, cùm verus dominus pro-
priam & principem actionem rei vendica
tionis habeat, hæque actiones, vtcunque
tendant ad eundem effectum, ſcilicet ad
conſequendam rem petitam, origine tamē
ſunt contrariæ, & per conſequens in eadē
perſona cumulari nequeant: cui ſententiç
cōmunis Doct. ſchola ſubſcribit. Mihi ta-
men prior ſententia longè videtur æquior
& verior. Nam ex his quæ ſuprà [q] diximus
ſatis conuinci poteſt, quod rei vendicatio
& Publiciana non ſunt origine contrariæ
actiones, ſicut īterpretes falſò imaginātur
37 † imò tantam affinitatem habent, vt alte-
ra alterius ſupplemēto perficiatur, ſiue o-
riginem, ſiue medium, ſiue exitum ſpectes.
Quemadmodum enim quaſi dominiū nō
eſt contrarium, ſed tam adfine dominio di
recto, vt nonnunquam loco [r] domini penè
ſit: ita & in actionibus iudicare oportet af
finitatem coniunctiſsimam, non autem cō
trariantem. Falſum certè eſt, quod bonæ
fidei poſſeſſor ex titulo ſit nō dominus: cō-
parauit à non domino ſecundùm naturæ
certitudinem, ſed ipſe eſt quaſi dominus,
adfinis dominus, vt ſic dicam, adeoque vi-
ce domini habetur. adde quòd dictio, Qua
ſi, ſignificat de ſui natura diminutionem l.
in facto. de condi. & demonſt. perinde ac ſi
dicamus, penè dominū, non tamē verè do-
minū. Ita Chryſippus dicebat pueros qui
primò iam fari incipiunt, & vocabula &
verba proferunt, quaſi loqui, nequaquā ve
rò dicere aut loqui. Et ſanè non oportet
ex nuda prorſus naturali ſimplicitate ac-
tiones æſtimare. Præterea ſi is qui iure ci-
uili hæres eſt, poteſt agnoſcere bonorū poſ
ſeſsionem [ſ] prætoriam, quid tandem prohi
bet, verū dominū Publiciana experiri? Cer
tè qui verus dominus eſt inſpecta rerū na-
tura, & tamē non poſsit probare dominiū
directū autoris ſui, is nihil diſtat ab eo qui
dominus non eſt, putans tamen ſe dominū
eſſe: vtrūque enim eſt incognitum poſſeſ-
ſori, qui non poteſt diuinare. Ergo quare
non dicemus vtroque caſu competere Pu-
blicianam, ſequuti potius humanum cap-
tum, quā vt diſputemus id, quod in rerum
natura eſt, aut non eſt? Et in hanc ſenten-
tiam Zaſius quoque inclinaſſe videtur, tā-
etſi ſe non firmet expreſsè. Ego autem cen
ſeo eā eſſe veriſsimā & tutiſsimā. Porrò cō
ueniunt prædictæ duæ actiones & in aliis:
quia ſicut rei vendicatio aduerſus eum

g d. Authē. malæ fidei. hoc. vigilanti. & c. vl. de præſcrip.

i Ita oldē. clal. j. acti. de Publiciana diſputans.

k d. l. j. cum duab. ll. ſeq. & habes in l. j. in prin. cauſas, quibus dominia ſine traditione trāſferuntur ff. hoc tit.

l l. traditionib. & ibi not. C. de pactis.

m l. pen. & l. ſ. hoc tit.

n d. l. pen. & an.

o l. ſi à Titio. de re. vend. l. ſi à Titio. de ex cept. rei vē.

p In d. l. ſ.

q In verſ. quia ſane datum.

r l bonæ fidei empto. de acquirē. rer. domin.

ſ § iſt. ab inteſtato. ſuprà de bono. poſſeſ.

competit, qui poſsidet, vel dolo poſsidere
deſut, vel habet reſtituendi poteſtatemita
& Publiciana. Subinde, quemadmodum
poſſeſſor in priore dolum, culpam, ſiue
moram præſtat, item de damnis, fructibus,
& expenſis reſtituendis obligatur, ita quo-
que in Publiciana. Demũ, ſicut in illa pe-
tim[r] nos declarari dominos eſſe rei petitę,
ita in hac petimus noſtrum ius[s] declarari,
hoc eſt, nos eſſe quaſi dominos. Et breui-
ter[u] in omnibus ferè conueniunt. Differũt
38 tamẽ in quibuſdã. Primũ †enim, rei vẽdica
tio ordinaria, & ex iure ciuili, princeps &
directa eſt actio: Public. verò extra ordinẽ
velut in ſubſidium introducta, vtilis reſpe
ctu vendicationis dici poteſt, vt ex tex. no-
ſtro apparet: nullã, inquit, habet in rem di-
rectam actionem: ſed quatenus ad edictũ
attinet, vtique eã directã vocabis, quid[x] ſu-
prà docui. Deinde rei vẽdicatio datur tan
39 tũ pro rebus incorporalibus, †Publiciana
etiã pro ĩcorporalib. puta ſeruitutib[9], quæ
alicui à nõ domino cõſtitutæ ſunt. Vnde ſi
à quaſi poſſeſsione ſeruitutis cadas, priuſ-
quam præſcriberetur, hac[y] actione experi-
40 ri poſſes. Porrò †rei vendic. exercetur ad-
uerſus omnes poſſeſſores, quocũque titulo,
aut ſine titulo rẽ tenentes, dũmodo poſsint
[z]reſtituere. Publiciana autẽ cõtra poſsidẽ-
tem titulo, & bona fide, hoc eſt, aduerſus
eum qui à non domino ex iuſta cauſa acce
pit, non datur: nã hoc caſu melior eſt con-
ditio poſsidentis,[a] quã petentis. Si tamen
poſſeſſor, intelligens ſeſe in ius vocandum
procurauerit hunc titulũ in fraudem acto
ris, nihil ei prodeſſe poteſt, quia petitor ad
uerſus exceptionem habet doli mali repli-
cationem, idque Bar.[b] rectè probat, alioqui
poſſent ſemper cõmentitio, ſeu procura-
to in fraudem titulo iudicium hoc ludere.
41 Cauſa †iſtius actionis eſt quaſi dominium
ſicut enim in rei vendicatione requiritur
actorem eſſe dominum, ita in hac actione
oportet agentẽ eſſe quaſi dominũ. Deſide-
42 rantur †autẽ aut quaſi dominiũ, & per con
ſequens ad Publicianã, potiſsimũ hæc, tra-
ditio[c] rerum corporalium, vel quaſi tradi-
43 tio incorporaliũ, †ſufficit tamen, ſi res pro
tradita habeatur, licet actu nõ tradatur vt
ſi ea res in aliquẽ iuſta ex cauſa[d] alienetur,
cui iam incumbat naturaliter, quia ſit cõ-
modata ei, locata vel depoſita: quid enim
hîc alia traditione ſuperuacanea fuerit op[9]
quã patientia, id eſt, vt rem apud me ma-
nere patiatur dominus? In titulis etiã pro
legato, & pro hærede nõ eſt neceſſaria tra-
ditio, cùm etiam ſine ea quęratur dominiũ
apprehenſio tamen poſſeſsionis ſine vitio
[e]exigitur. Deinde neceſſe eſt, traditionẽ ex
titulo legitimo, & ad transfuſionẽ dominij
aptofactam eſſe, puta ex emptione, vel ſi-
milibus. Tertiò, quod à non domino rem
acceperit. Quartò, bona fides, id eſt, illæſa
conſcientia, quia tradentẽ putauerit[f] eſſe
dominũ. Addit Accur. quintũ, quod actor
adferat ſe non eſſe dominũ rei petitę, quia
emerit à non domino. Sed hoc omnino fal
ſum eſt, & meritò à Doct. reprehẽditur, tã-

etſi Iaſ. inſulſiſsimè iſtud defẽdat. Qua frõ
te enim dicet actor Chriſtiano iudici. Ego
emi ab eo, qui ius vendẽdi non habuit, & il
le dominium in me transferre non potuit,
peto tamẽ rem mihi reſtitui, nonne obſta-
bit hîc diuina & humana lex? an non dicet
iudex, Abi in malam crucem, prædo es,[g] vẽ
dicas, id, quòd ſcis non eſſe tuum? Reiectis
ergo prauis opinionibus, dic vno verbo,
44 †tria in publiciana exigi, titulũ,[h] traditio-
nem, & bonam fidem. Priora duo probari
ſolent teſtibus,[i] & inſtrumentis: quæ pro-
batio non habet difficultatem, cùm circa
ea quæ ſunt facti extrinſeci, verſetur. Bona
fides autem in conſcientia actoris intus cõ
ſiſtit, ideo per teſtes doceri non poteſt, ſed
regulariter iurato probari ſolet, quoniam
ex præſumptione iuris adminiculũ habet,
45 †quòd quilibet bon[9] exiſtimatur, iuxta[k] vul
gatam regulam. Quod tamen intellige, ni
ſi actor[l] viuat ſuſpectis moribus aut niſi cõ
iectura legitima refragetur[m] allegatæ bo-
næ fidei: aut denique niſi reus cõuentus di-
cat ſe malam fidem actoris[n] probaturum
his enim caſibus non defertur actori iuſiu-
randũ de ſua cõſcientia, ſi reus cõtradicat.
Et prædicta quidem ex parte actoris deſide
46 rãtur. cæterũ †ex parte rei illa ipſa ſunt ne
ceſſaria quæ[o] ſuprà de rei ven. recenſuim[9],
videlicet quòd reus poſsideat, dolóue poſ-
ſidere deſierit, item quod habeat reſtituen-
47 di poteſtatẽ. Effectus †Publicianæ eſt, qui
& rei vendicationis, quod ſcilicet reus con
uictus tenetur rem petitam reſtituere cum
omnibus fructibus, damnis & expenſis. Vn
de in rei reſtitutione per publicianam o-
mnia ea nanciſcimur ad vſucapionem, quę
in rei vẽdicatione[p] ad dominium. Formas
48 †verò quibus inſtitui debeat hæc actio, va
rias tradit hîc Gloſſator, ſed duæ commu-
niter recipiuntur. Vna, qua narremus, nos
à Titio bona fide emiſſe fundum, & nobis
illum traditum fuiſſe, nóſque eum poſſediſ
ſe, cuius tamẽ poſſeſsio ad aduerſariũ per-
uenerit, petentes nos declarari quaſi domi
nos, & rem reſtitui. Alia communior, &
49 conſuetudine magis vſurpata, †qua dica-
mus fundum iure dominij vel quaſi noſtrũ
eſſe, & ex titulo emptionis, vel alio ſuffi-
cienti ad nos pertinere, petentes eum no-
bis adiudicari, cum fructibus & omni cau
ſa, &c. Hac[q] formula vtimur nunc in foro
ſiue poſsimus nos dominos probare, ſiue
non poſsimus ſiue vendicemus ciuiliter, ſi-
ue publiciana petamus rem. Eſt enim ve-
riſsimum, quòd ſuprà diximus, & Dy. quo-
que cũ quibuſdã aliis cõſentit, vero rei do-
mino cõpetere hãc actionem, ſi nõ faciſe
poſsit probare dominiũ. Neque eſt huiuſmo
di libell[9] alternatiu[9] ſed diſiunctiuus, in cõ
ditionẽ alteri[9] extremi reſolubilis: cui[9] in-
tellectus eſt, peto fundũ iure dominij, & ſi
me dñm nõ probauero, peto me ſaltẽ quaſi
dñm declarari: quæ[r] diſiunctio admittitur.
Quãquã verò leges actori permittãt ita pe
tere, quoniã probabili cauſa incertũ eſt, quo-
modo petat: verũtamẽ in progreſſu iudicij iu
dex ſũmopere animaduertit, vtrũ directum
an vti

r l. & ex di uerſo. § vbi autem. de rei vend.
ſ l. cũ qui. § in Publiciana. hoc titulo.
x In ver. di rectam actionem.
y d. l. ſi ego § ſi de vſufructu.
z l. officiũ. de rei vend.
a l. ſi duo. § ſi duobus. hoc tit.
b In d. § ſi duob.
c l. traditionibus. hoc tit. l. ſecundus. § incorporales. de acquir. re. do.
d l. quarratione. §. hæ quoque res. de acquir. re. do. & §. interdum. vbi dixi, ſuprà de rer. diui.
e Gloſ. in l. celſ[9]. in ver. exiſtimaueri. de vſucap.
f l. eum qui à furioſo. § prætor. hoc titulo.
g Iaſ. hîc & alii in tract. publ. claſ. vbi etiam cauſam erroris ponit.
h Ita Fab. hîc.
i l. eum res. C. de prob.
k Bar. in d. l. Celſus. de vſucap.
l Gl. in c. ſignificaſti. de homicid.
m Bar. in l. inter omnes. § recte. de fur.
n Bar. in l. ij. § ſi à pupillo. pro emp. & in l. ſi poteſt. de acqui. hær.
o In § omnium. ſu.
p d. l. eum qui. §. Publiciana.
q Quæ probatur per c. abbate ſane poſt princ. de re iud. li. vj. & ibi gl. & Doc.
r c. conſtitutus. de relig. domib. in ſine glo. ſin. in l. j. C. quãdo prouoc. non eſt ne.
ſ Iocta regulam l. j. §. vl. ſi pars hær. pe. & l. quæ de tota. §. incertę. de rei vẽ.

an vtile duntaxat dominium fuerit ſibi probatum, vt [i] certam dicat ſententiam.
50 Atque ita vides, † conſuetudinem (quæ eſt bona legum interpres) admittere, vt vtranque actionem & rei vendicationem & Publicianam, ſimul proponamus, atq; in vnum compingamus libellum: quod ideo fit, quia dominium eſt difficilis probationis. Et hæc quidem ad Publicianæ actionis cognitionem adipiſcendam ſufficiant.

i §. contra. inſ. à noc. §l. noſtro.

a vt tradatur in d. l. cum ſet proba. in C.

§. Rurſus.

1 *Actio reſciſſoria durat anno vtili, iudiciũ verò reſcindens quadrieñio, & nu. 17.*
2 *Actionis reſciſſoriæ deſcriptio in genere.*
3 *Reſciſſoriã duobus potiſſimũ caſibus dari.*
4 *Qui ſunt abſentes, & qui præſentes.*
5 *Reſciſſoriam eſſe duplicem, inſtitutoriam actionem, & reſtitutoriam.*
6 *Reſtitutoria actio habet duas ſpecies.*
7 *Iudicium reſcindens quod.*
8 *Iudicium reſciſſorium.*
9 *Reſciſſoria aliquando eſt realis, aliquando perſonalis.*
10 *Reſciſſoria actio appellatur ab euentu.*
11 *Reſciſſoria non eſt propria ſpecies actionis.*
12 *Caſus §. noſtri, quando reſciſſoria datur præſenti contra abſentem.*
13 *Quando præſens cõtra abſentẽ petit reſtitui, quæuis abſentiæ cauſa admittitur.*
14 *Et eo caſu neceſſe eſt, quod abſens neminem domi reliquerit.*
15 *An domi præſens expectare tenetur abſentis reditum, vt reſciſſoria agere poſſit.*
16 *Ratio quare in §. noſtro reſcindat prætor vſucap.*
17 *Quomodo olim, & hodie reſtituatur læſus.*
18 *Reſciſſoria perpetuatur lite conteſtata.*
19 *Reſciſſoria aliquando competit via exceptionis.*
20 *Quomodo abſens reſtituatur contra præſentem.*
21 *Præſens contra præſentem nõ reſtituitur.*
22 *Alienare rem ſuam videtur, qui præſens patitur eam vſucapi*
23 *Quando abſens contra præſentem reſtituendus eſt, non ſufficit quæque abſentiæ cauſa, & nu. 25.*
24 *Quinque abſentiarum genera.*
26 *Captus à prædonibus, vel in vincula coniectus, reſtitui debet.*
27 *In vinculis & eos accipimus, qui ſine dedecore in publico apparere nequeũnt.*
28 *Quicũque ex neceſſitate abfuit reſtituitur.*
29 *Duo tempora in reſtitutionibus conſideranda.*
30 *Primum tempus ad quod.*
31 *Si impedimentum ſequens abſorberet totaliter omne tempus, tunc fit reſtitutio etiam vltra tempus læſionis.*
32 *Secundum tempus eſt, infrà quod.*
33 *Abſens ante cõpletã vſucapionẽ reuerſus, quomodo reſtitutionem petere debeat.*
34 *Aliquãdo reſtituitur abſens cõtra abſentẽ.*
35 *De libellis in actione reſciſſoria.*
36 *Quomodo aptè poſſit concipi libellus in reſciſſoria actione.*
37 *Forma libelli in officio reſcindente.*
38 *Forma libelli in actione reſciſſoria.*

Rurſus [a] ex diuerſo, ſi quis cum [b] reipublicæ cauſa [c] abeſſet, vel in [d] hoſtium poteſtate eſſet [e] rem eius, qui in ciuitate eſſet [f] vſuceperit: permittitur [g] domino ſi [h] poſſeſſor rei publicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc [i] intra annum [k] reſciſſa vſucapione eã petere, id eſt, ita petere, vt dicat [l] poſſeſſorem [m] vſu non cœpiſſe, & ob id [n] ſuã rem eſſe. Quod genus actionis quibuſdam [o] & aliis ſimili æquitate motus prætor [p] accommodat ſicut ex latiore Digeſtorum ſeu Pandectarum volumine [q] intelligere licet.

Quemadmodum [r] Publiciana pro re nondum vſucapta recuperanda accommodatur: ita ex diuerſo actio reſciſſoria, in rem, quæ vſucapta eſt, ſimiliter edicto prætoris datur. Eam in hoc §. qui perplexam & ſubtilem complectitur materiam, enodabimus, prius tamen diſcuſſo textu.

a *Ex diuerſo.* Econtrario, quo ad caſum præcedentis §.
b *Reſpub. cau.* Eſſet in legatione.
c *Abeſſet.* Ex quacunque cauſa neceſſaria, voluntaria vel probabili: quia hoc caſu quando præſens contra abſentem reſtituitur, non diſtingui ſolet, ex qua cauſa abfuerit.
d *Hoſtium pot.* Captus ab hoſtibus.
e *Rem eius,* Rem præſentis mobilẽ: quia in re immobili vix poteſt [a] examplificari.
f *Vſucœperit.* Intellige, quòd ei iuſta ex cauſa, & bona fide tradita fuerit, ſicque fuerit in conditione vſucapiendi.
g *Domino.* Scilicet vero.
h *Poſſeſſor.* Vſucapiens, qui vſucœpit in abſentia.
i *Intra an.* Subaudi, vtilem, † debet reſciſſoria actio intentari, & ſic durat anno vtili. Sed officium reſcindens pro reſtitutione concedenda [b] competit quadriennio continuo.
K *Reſciſ. vſucap.* Id eſt reciſſo & ſublato vſucapionis obſtaculo per officium iudicis, quod præſentem impediebat.
l *Poſſeſſorem.* Eum qui abſens vſucœperat.
m *Vſu non cœpiſ.* Quò ad vtilitatem vel in effectu, ex quo datur [c] reſtitutio.
n *Suam eſſe rem.* Quam ob id etiam vendicaret.

a Zaſius hic.

b Ioan. de Pla. hic fa. l. fin. C. de tẽpo. qui con. ſi. ſo inte.

c l. nemo videtur de in inte. reſt.

Accommo

o *Accommodat.* Largitur & ſic refert
prætorem hanc æquitatem & aliis perſo-
nis accommodare. Commentatores com-
muniter indicant has perſonas, inuerten-
tes priorem caſum, nempe ſi quis præſens
vſuceperit rem eius, qui abeſt ob iuſtam
cauſam: quem caſum inferius quoque ex-
plicabimus.

Viſo textu, ad reſciſſoriæ actionis de-
2 clarationem procedamus. Actio † autem
reſciſſoria propriè dicitur, qua quis agit ad
rem vſucaptam, quaſi non eſſet vſucapta,
conuerſa tota quo ad Publicianam. Et da-
3 tur † potiſsimum duobus, primò præſenti
aduerſus abſentem, deinde abſenti aduer-
ſus præſentem. Primum caſum imp. hic ex-
preſſè dixit: alterum verò, qui eſt longè fre-
quentior, ac vtilior, ſignificauit tantum
[d] remiſsiuè. Vtrunque ordine expédemus,
Ad euidentiorem autem huius rei cogni-
tionem videndum eſt, qui dicantur abſen-
4 tes, & qui præſentes. Et † certè qui à loco
abſunt, in quo aliquid petendum fuit, ex-
tra ciuitatem, vel [e] extra continentia ædi-
ficia, abſentes ſunt. E diuerſo præſens dici-
tur, qui in ciuitate eſt, in loco moræ, in lo-
co quo petendũ fuit, vel in ædificiis, [f] con-
5 tinentibus. Deinde † ſciendum eſt, actio-
nem reſciſſoriam, cuius in hoc §. præcipuè
fit mentio, duplicem eſſe, inſtitutoriam, &
reſtitutoriam. Actio inſtitutoria eſt, quam
dat prætor illi cui fuiſſet nata actio, ſi do-
mi fuiſſet, nata tamen non eſt, propter ab-
ſentiam: quare inſtituitur, ac ſi fuiſſet do-
mi. Exempli cauſa: Si quis ita diſponeret in
teſtamento ſuo, Lego Titio cẽtum aureos,
ſi mortis meæ tempore hic Friburgi fuerit.
Iam ponamus, quod Titius poſt conditum
teſtamẽtum cœperit abeſſe iuſtam ob cau-
ſam, & in eius abſentia mortuus eſt teſta-
tor, certum eſt ei nullam ex teſtamento a-
ctionem competere, quia deficit conditio:
fuiſſet tamen nata actio ex teſtamento, ſi
abſens non fuiſſet. Agit itaque hac actione
& reſtituitur à prætore, reſciſſo obſtaculo,
[g] ac ſi non abfuiſſet, quæ ob id inſtitutoria
nuncupatur, quia nunquam fuit nata, ſed
prætor eam inſtituit de nouo. Actio autem
reſtitutoria dicitur illa, quæ reſtituit actio-
nem, quam vſucapio extinxerat: de qua
propriè loquitur præſens §. circáque eius
cognitionem hic verſabitur. Complecti-
6 tur † autem hæc actio duas ſpecies iudiciũ
reſcindens, quod vna dictione reſciſsione
7 vocat Fertarius, & reſciſſorium: † Reſcin-
dens eſt, quando iudex ex ſuo officio vſu-
capionem, vel alterius generis læſionem re
ſcindendo, reſtituit læſum in integrum,
atque ita tollit impedimentũ agendi Tan-
tum enim adfert reſtitutio, quantum ab-
8 ſtulit [h] læſio. Iudicium † verò reſciſſorium
eſt actio, quæ competit conceſſa reſtitu-
tione, reſciſsóque vſucapionis obſtaculo,
ad ipſam rem vendicádam, quæ vſucapta
9 erat. Et hæc actio † interdũ eſt realis, quan-
do ſcilicet ante completam vſucapionem
actio realis competebat: vt ſi rei vẽdicatio
dabatur, poſt reſciſsionem vſucapionis ad-

d In hoc §. in verb. quod genus.

e l. abſenti eſt de verb. ſignif.

f l. præſentes eum l. ſe. de procu. vbi dicitur etiã præſens eſſe, qui in hortis eſt.

g l. ſi quis à Titio. ex quib. cau. maio.

h l. ſed ſi per prætorẽ. hoc titu. ex quibus cau. maio.

huc intentatur vtilis rei vendicatio ſub no
mine actionis reſciſſoriæ. Interdum perſo-
nalis, quando competebat perſonalis actio
ante completam vſucapionem: veluti ſi Ti
tius mihi fuiſſet obligatus ex mutuo, & a-
ctio eſſet extincta per præſcriptionem, ſu-
ſtulitur primùm illa præſcriptio per iu-
dicium reſcindens, datúrque poſtea actio
perſonalis ad mutuum meum perſequen-
10 dum ſub nomine actionis reſciſſoriæ. Ap-
pellatur † autem reſciſſoria ab euentu:
quia datur in euentum obſtaculi, ſiue im-
pedimenti primum reſciſsi, ſublatique &
propter præámbulum [i] reciſsionis remediũ,
11 ſeu iudicium. Hinc conſequitur, reſciſſoriũ
iudicium † non eſſe propriam ſpeciem a-
ctionis per ſe, ſed potius adiectionem de-
claratiuam, ſiue cognomen actionis præ-
cedentitis: ſequitur enim omnino [k] eius
naturam. His ſic prælibatis, quod ad prio-
rem §. noſtri caſum attinet, quando ſcili-
cet præſens contra abſentem petit reſtitui,
12 finge: † Titius me præſente à non domi-
no emit rem meam mobilem, puta vaſa
quædam argentea, quæ mea erant (quia in
rebus immobilibus hoc vix procederet,
Zaſio adſtipulante.) Interim contingit il-
lum abire, quia mittebatur fortè in lega-
tionem cauſa reipub. deferens ſecum iſta
vaſa, puta propter pompam, vt ſolet fieri.
Ibi in legatione iſte quaſi dominus com-
plet vſucapionem, dum abſens fuit. Eo re-
uerſo, in ciuitatem, volo vaſa mea repete-
re, ſanè mihi non cõpeteret aduerſus eum
rei vendicatio, quia illa tantùm domino
datur, & dominium per vſucapionẽ tranſ-
latum [l] eſt in ipſum Titium, agenti ergo
mihi obſtabit vſucapionis exceptio. Quia
tamen nulla mihi negligentia poteſt obii-
ci, potero experiri iudicio reſciſſorio, quo
petam per officium iudicis me reſtitui in
integrum, vſucapionẽque reſcindi, vt rem
meam, cuius dominium in emptorem per
vſucapionem transfuſum eſt, vtiliter ven-
dicare poſsim. Et hoc caſu non diſtingui-
13 tur, † ex qua cauſa vſucapiens abfuerit, an
ex causa neceſſaria, probabili vel volunta-
ria, ſeu etiam ex cauſa improbabili, vt eſt
in relegato, & cõtumace. Nam ſi datur ad-
uerſus eum actio, qui reipub. cauſa abfuit,
quãtò magis aduerſùs eum competere de-
bet, qui abfuit ex cauſa minus iuſta? Ne-
14 ceſſe † tamen eſt vſucapientem abfuiſſe,
neque reliquiſſe domi procuratorem, vel
defenſorem, quem præſens domi in vſu-
capientis abſentia conuenire potuiſſet,
ſicque vſucapionem impedire. Nam ſi al-
terutrum factum eſt, vſucapio non [m] reſ-
15 cinditur. Domi † tamen præſens non ali-
ter adſtringitur expectare abſentis reditũ,
niſi ſperetur eum breui reverſurum. Quod
ſi ſuſpicio ſit eum diu abfuturum, vt quia
ſit captus ab hoſtibus, ea ſpecie curator
dandus eſt bonis abſentis, cõtra quem po-
terit procedi ordinariè vſque ad ſenten-
tiam [n] diffinitiuam, & executionem. Ob-
ſerua quoque in præfato themate reſcindi
16 vſucapionẽ æquitate prætoris, † quia ceſ-
ſat

i Ang. & Iaſ. h e ſa. l. ſin. quib. ex cau. maio.

k Baber hic.

l l. tradi-tionib. ibi Dd. C. de pac.

m l. ſicut eit prætor. §. hæc autẽ reſtitutio. verſi. eo po-tius cum §. ſe. & l. ſeq. ex quib. cau. maio.

n l. ab ho-ſtibus. §. ope-ratem. hoc tit. verſi. in l. ii. notare. ad ſin. C. de in integ. reſti. min.

ſat hic ratio vſucapionis: neq; enim obnci poteſt domino, cur fuerit adeò negligēs, vt rem ſuam infrà triennium, non vēdicauerit, cum poſſeſſor abfuerit, nec quenquam domi reliquerit, quam eius loco impetere potuiſſet. Prætereà ex tex. colligis † quod o-
17 lim læſus reſtituebatur in ita annum vtilem à tempore læſionis, ſic dictū, quia non currebat à principio, quando eſſet impeditus petere reſtitutionem. Hodie iſte annus vtilis eſt commutatus in quadriennium, continuum, quod ſemper & cōtinuo profixo currit, ſiue læſus impediatur ° agere ſiue non impediatur, vſque adeò, vt ſi prætor reſtitueret aliquem poſt hoc tempus, nihil ageretur, p reſtitutio nullius eſſet momenti. Hæc tamen anni vtilis correctio, ad iudicium reſcindens coarctandum eſt, id eſt, quo ad impetrendam reſtitutionem. Secus eſt in iudicio reſciſſorio, id eſt, dum debet opponi actio obtenta reſtitutione, in eo enim annus vtilis non eſt emendatus, quinimò ab obtenta reſtitutione intra annum vtilem intētari debet reſciſſoria actio. Atque idem q Accurſius voluit Perpetuatur
18 † tamen hæc actio r lite conteſtata, poſtquam iudicium cœptum eſt. Niſi fortè
19 † cōpetat exceptionem (vt plerunque cōpetit) tum enim vltro perpetua eſt, nec habet tempus intra quod t proponatur. Veluti ſi miles, vel aliàs iuſtè impeditus, per abſentiam paſſus ſit vſucapi rem ſuam in abſentia, ſi iſte abſens reuerſus in ciuitatē tantum efficiat, quod poſſeſsionem rei vſucaptę ſine vitio obtineat, & iſte alter qui vſuceperat, velit eam vendicare, quaſi res ſua ſit vſucapiōe: ea ſpecie poteſt miles excipere de reſciſſoria, dicendo, actorem iniuſtè vſucepiſſe, quare petat ſe reſtitui in priorem ſtatum reſciſſa vſucapione. Ecce iam per viam exceptionis reſcinditur vſucapio per militem, vel abſentem, ad quem reuerſa eſt poſſeſsio. Nunc ad alteram ſpeciem, quam remiſsiuè Impera-
20 tor hic u intellexit, † quando abſens reſtitutionem contra præſentem petit: veluti ſi Titius bona fide emeret à Seio rem meam mobilem, & præſens vſucaperet, quia fortè abfui triennio ſicque per vſucapionem amiſi dominium rei meæ, quare rediens nō poſſum eam vēdicare imploro itaque primum iudicis officiū, vt reſciſſa vſucapione reſtituar in integrū: reſtitutus experior actione reſciſſoria, contra Titium præſentem, qua peto & vendico rem meam à Titio vſucaptam, ac ſi vſucapta non eſſet. Idē dicas de re immobili in abſentia alicuius præſcripta: non enim facio hic differentiā. † Primum hîc requiritur abſentia eius, cō-
21 tra quem vſucapitur: nam ſi vterque fuerit præſens, procedit vſucapio, nec tolli, reſcindiue poteſt Alienare † enim rem ſuam, vi-
a 1 detur qui præſens x patitur eam vſucapi. Deinde oportet vt abſit iuſtam ob cauſam alioqui vſucapio currit etiam contra abſentem, vt caſſari z nequeat. Denique vt reſtituatur in integrum priuſquam y agat reſciſſoria. Reſcinditur autem hic vſucapio à

prætore: nam valde æquum eſt, vt prætor defendat eū qui iuſta ex cauſa abfuit. Quamquam enim, † ſi de reſtitutione conceden-
23 da præſenti contra abſentem agitur, non curamus de cauſa abſentiæ: ſecus tamē obtinet, quando abſens contra præſentem reſtituendus eſt, quoniam ea caſu fit differētia abſentiarum. Quod vt apertius cognoſcas, ſcire conuenit, † quinque eſſe abſen-
24 tiarū z genera. Prima eſt probabilis & neceſſaria, vt in eo qui abeſt cauſa militię, cauſa reipublicæ, cauſa aduerſæ valetudinis. Secunda probabilis tantum, vt ſi quis abſit ſtudiorum gratia. Tertia neceſſaria tātum vt eſt in abſente cauſa relegatiōis, ſiue exilii. Idē quoque eſt in illis, qui ſunt expulſi ex vrbibus, vel qui aufugiunt ob iuſtum metum. Quarta voluntaria ſine contumacia, vt in abſente cauſa mercaturæ, vel negotiorum. Quinta voluntaria cum contumacia, vt hi qui contumaciter abſunt, nolentes ſui copiam facere in iudicio † In
25 prioribus tribus generibus regulariter re-
26 ſtituitur reuerſus in integrum, olim quidē anno hodie a quadriennio: in duobus b poſterioribus, nō item. Si † tamē aliquis fuiſſet captus à latronibus, vel prædonibus, aut aliàs coniectus eſſet in vincula per vim potentioris, iſta cauſa eſſet iuſta c concedēdæ ſibi reſtitutionis. Plus etiam, & præcla-
27 clarius ait d Iureconſultus, † in vinculis & eos accipi, qui ità obligati ſunt, vt ſine dedecore in publico e apparere non poſsint.
28 Et generaliter quotieſcunque † quis ex neceſsitate, & non voluntate abfuit, ſubuenitur ei per reſtitutionem f in integrum. Denique vbicunque iudici æquum videbitur, poteſt abſentem reſtituere, niſi cōtrarium iure g cautum ſit Et ſanè diligenter hoc loco indaganda ſunt reſtitutionis tempora, intra quæ ſcilicet debeat quis reſtitui: qua in re cum commentatores propè omnes mirificè variant, ego ex mente veritatis (vt puto) ſuccinctè meā depromam ſententiā.
29 Nouiſſe autem conuenit, † duo tēpora in reſtitutionibus conſiderari. Primùm tempus eſt, ad quod petit quis ſe reſtitui: alterum, infrà quod reſtitutio detur. Primum
30 † tempus ſemper eſt informe, quia ad tantum tēpus petit quis ſe reſtitui, in quanto ex abſentia fuit læſus, quod poteſt plus, vel minus eſſe, ſecundum quod periculum rei noſtræ plus, vel minus, ante vel poſt profectionem noſtram inceperat, & in abſentia noſtra, vel impedimento, completa vel non completa h fuerat vſucapio. Quòd autem dixi, ad tantùm tempus
31 reſtitutionem fieri in quanto quis fuerit læſus, & non vltra, hoc verum eſt, † nitaliter omne tēpus. Exemplū. Dat eſt mihi ſi impedimentum ſequens abſorberet todilatio vnius mēſis ad pbādū aliquid: cūautem tres adhuc dies iſtius mēſis reſidui eſſent, acta ſunt caſu pdita, ſicque impedior pbare ppter amiſſionē actorū: iā peto reſtitutionē tēpus lapſū, ſed non tātū ad tres dies, qui reſtabant, verum ad totum menſem propter impedimentum amiſsionis actorum

o l. fin. de temp. in integ. reſtitu.

p Arg. eius quod traditur per gl. in l. properandum. in princ. C. de iud. & Bal. in l. ſcire oportet §. conſequens. de excuſ. tut.

q Glo. verbo, annum vtilem.

r Gloſſ. in l. fin. & ibi Bal. de tempo. in integ. reſtitu.

t Text. in l. etenim §. exemplo. quib. ex cau. maior.

u In verſ. quid genus & de hac caſu multa habentur per dicentes in §. & C. quib. ex cau. maior.

x l. alienationis. de verb. ſignif.

z l. vlt. C. de præſcri. lon. temp. l.

y l. nec non. §. exemplo. ex quib.

z Glo. hic genera reffert in l. fin. quib. ex cau. ma.

a Vt ſuprà nu. 17.

b Iaſ. hic & Bar. in d. l. fin.

c Text. in l. ſuccurritur. hoc citā dī in l. in ea dem. eo. tit.

d Fa. gl. no. in c. ſi quis teſtium. in verbo, paupertate. extra de teſti.

f l. ſed & ſi per prætorem in fine hoc titu.

g Fab. & Dd. hic.

h l. ſed & ſi. §. quibus ex cauſis maior. vbi ad vnum ſolum diem fit reſtitutio. l. ſucceſſio. §. ſi quis ſe. l. quod tempore. cum ibi plene. C. de in integr. reſtit. minor.

actorum, quod abſorbebat totum [i] tempus.
32 † Circa alterum verò tempus dico concluſiuè, quod ſi res noſtra nobis abſentibus, vel impeditis vſucapta eſt, vel iura noſtra perierint, à tempore reuerſionis, vel ceſſantis impedimenti olim vtilis annus competit, hodie verò indiſtinctè, ſiue tempus læſionis ſit magnum, ſiue paruum, [k] quadriennium continuum datur. Imò ſi nobis reuerſis impedimento
33 † ceſſante res noſtræ non omnino vſucapta eſſet, aut damnum, iacturámue paſſa tamen intra modicum tempus poſt perficeretur, adhuc quadriennium nobis tanquam abſentibus, vel impeditis competeret: hoc enim modicum tempus pro abſentia computabitur. Neque enim illicò adſtringemur iuri noſtro ſubuenire, quibus fortè neceſſe erat rem domeſticã cõponere, aut aduocatos quærere, & [l] cætera ſimilia. At verò ſi non modico tempore poſt noſtram reuerſionẽ vel impedimẽto ceſſante, vſucapio ſiue periculum rei noſtræ nobis tacentibus & negligẽtibus perficeretur: ea ſpecie non audimur, reſtitutionem petentes, vt quibus ius noſtrum propria culpa perierit. Hoc tamen totum relinquetur arbitrio iudicis. Atque hanc opinionem, quam Placentinus etiam tradidit, puto [m] veriorẽ eſſe, nihil diuinando vel abſurdè ſupplendo, quam & Caſtrenſis [n] loquitur, licet Accur. Bar. Bal. aliique interpretes celebriore calculo diuerſa ſentiant, & reſtitutionem ſaltem ad tempora abſentiæ, tamen compenſato tempore negligentiæ concedant: ſed in hoc errorem eſſe, Zaſius hic validis rationibus oſtendit. Videamus nunc circa reſciſſoriam actionem generalia quædam. Competit hæc actio reſciſſoria non tantùm læſis per vſucapionem, verumetiam ſucceſſoribus eorum, & illis quorum [o] intereſt: daturque non ſolùm aduerſus eum, qui immediatè ſentit lucrum ex vſucapione, imò & contra eius ſucceſſores, & contra tertium, ad quem res peruenit, maximè quando eſt actio [p] realis: habetque locum non tantùm in rebus mobilibus: verumetiam in rebus immobilibus. Quando aut pro rebus mobilibus competit, vtilis eſt, & non directa. Res enim mobiles vſucapiuntur, per vſucapionem trãsfertur directum dominiũ: & Prætor directũ dominiũ reſtituere nõ eſt, quare etiam directam actionem dare nequit. Dat itaque hoc caſu actionẽ, quæ per vſucapionem amiſſa erat, poſt reſciſſionem vſucapionis vtiliter. Quando aut pro rebus immobilib[us] exercetur directa eſt, & non vtilis: nam res immobiles præſcribuntur, & præſcriptione directum dominium (communi interpretum [q] ſententia) non tollitur: quare reſciſſa vſucapione competit adhuc actio directa, quæ ante completã præſcriptionẽ dabatur, licet hic ſortiatur cognomẽ appelleturque reſciſſoria, vt ſi ãte præſcriptionẽ cõpetiiſſet rei vendic. eadẽ reſciſſa præſcriptione competet ſed appellabitur rei vendicatio [r] reſciſſoria. Eſt porrò reſciſſoria actio datiua, & non natiua: nõ enim habet cauſam materialẽ per ſe ipſam exiſtentẽ, ſed ex æquitate quadam competit, eique ſpiraculum vitæ à prætore datur, & inſpiratur, quod & Zaſius cõtra Bar. qui eã exiſtimabat natiuã eſſe, ſatis defendit. Quanquam aut communiter interpretes alterã textus
34 noſtri partẽ ad eũ caſum reſtringũt, † quãdo abſens aduerſus præſentẽ petit reſtitui, poteſt tamẽ & alia ſpecie obtinere, quãdo ſcilicet abſens cõtra abſentẽ reſtitutionẽ petit: vt ſi me abſente Titius rẽ meã bona fide emeret, & poſt traditionẽ que abeſſet, donec vſucapio cõpleretur: ſi poſtea ambo reuertuntur, cõpetit mihi cõtra Titiũ actio reſciſſoria, qua ago, vt officio [s] iudicis reſtituar in integ. & vſucapio reſcindatur, egoque deinde rẽ meã vtiliter [t] vẽdicare poſſum. Nunc tandẽ ad praxin deſ-
35 cẽdamus, aperientes, † quanã forma hæc duo iudicia, de quibus in hoc §. agitur, proponi debeãt. Et plerique cõtẽdũt materiã reſciſſoriæ actionis per vnũ libellũ expediri non poſſe: ſed requiri libellos proponi ſeorſim, quod ſcilicet primo porrigatur libellus in officio iudicis reſcindẽtis, in quo petatur reſtitutio in integ. & vſucapionis reſciſſio: quibus impetratis, proponendus ſit libellus, illius ſcilicet actionis, quæ per vſucapionẽ ſublata erat, ſub nomine tamen actionis reſciſſoriæ. Quorũdã verò eſt opinio, ſatis eſſe, ſi proponatur vnus libellus, qui vtrũque cõprehẽdat: vel ſaltẽ liberũ eſſe, ambos libellos ſeparatim proponere, quã opinionem & Iaſ. hic ſequitur. Nos formabimus libellos ſeparatim, ex quibus quoq; facilè colligi poteſt ratio proponendi coniunctim: Non autem poſſunt præſcribi certæ regulæ ſeu formæ libelli in hac actione cũ variarum actionum naturam habeant.
36 † Is autem qui aptè libellum concipere velit, primùm obſeruet qualis fuerit actio, quæ per vſucapionem extincta erat, narretque in principio libelli impedimentum, ſiue cauſam, propter quam in integrum reſtitutionem deſiderat. Deinde petat in libello eo ipſo modo, quo peteretur in actione quæ per vſucapionem ſublata eſt, ſiue ſit realis, ſiue perſonalis. In reali tamen concluditur ad declarationem dominij, vel quaſi dominij: in perſonali verò ad dandum, vel faciendum. Forma itaque libellum in offi-
37 cio † reſcindẽte ſeparatim hoc modo: Cũ ego reipu. cauſa abeſſẽ, nemineque domi, qui negotiũ meũ rexiſſet, reliquiſſem, vendidit Sẽpronius rẽ quæ mea erat, & eã Titio tradidit quã & vſucœpit antequam redirẽ. Neque enim vſucapionẽ interrũpere potui, propter iſtũ impedimentũ. Cum autẽ iura abſentibus vel aliàs iuſta cauſa impeditis ſubueniãt, eoſque integrũ reſtitui iubeãt, peto per officiũ veſtrũ me reſtitui in integrũ, dictãque vſucapionẽ reſcindi, & me ad agẽdũ pro dicta re mea admitti, perinde ac ſi vſucapta non eſſet. Et

poſtquam

i l. & ideo. ... in bino. ... vel obli.

k Quod tenet Bal. in d. l. ſed etſi. § quotiens & ... l. quod tempore.

l l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſim... ... ea que hi ... cauſa maior.

m Pro qua eſt ... ap. in d. §. ſed quod ſim pliciter. cũ l. ſeq.

n In l. diuortio §. nõ ſolum hoc tit.

o Vt colligitur ex l. ... in prin. de minor.

p L. eum qui ... eum ſi ... tit.

q Ad l. traditionibus C. de pac.

r Vt per ... hic.

t De quo ſer. Dd. hic: & ... l. ... §. ... de mino.

poſtquá per officium iudicis reſcindés reſtitutio in integrum impetrata fuerit, vſucapione reſciſſa, poteſt deinde illa actio intẽtari, quæ per vſucapioné perempta erat, ſub nomine tamen actionis reſciſſoriæ,
18 in hunc ferè modũ: licet † Titius rem, quę mea erat, cũ ego reipu. cauſa abeſſem, emiſſet, ac vſucepiſſet, dominiumque huius rei per vſucapionem in eum translatũ eſſet ego quoque ꝓpterea impediebar illá rem vẽdicare. tamẽ quia illa vſucapio per officiũ iudicis reſcindẽs, reſciſſa eſt, ſicque obſtaculũ, quo agere impediebar, ſublatum: ideò peto per vos declarari, dictam rem ad me ſpectare iure dominii vel quaſi, eáque mihi reſtitui, ac ſi vſucapta nunquá fuiſſet. Et hæc eſt actio realis. Eodem modo inſtituitur in actione perſonali, dũmodo præmittatur cauſa obligatióis, & in fine actionis reſciſſoriæ petat ad dãdũ, vel faciẽdum. Qui verò illa cóiúctim velit ꝓponere, poteſt vtruoque libellum ſimul in vnum cõuertere. Nã poſt varias Doc. cõcertationes ad hoc deuẽtũ eſt, quod iſta duo iudicia cumulari poſſint ſimul in vno libello, nó tamẽ ſimpliciter, ſed ſucceſſiuè & veluti ſub códitione, hoc mod: Domine [t] Iudex, læſus ſum in hac re propter abſentiá meá. vnde peto ſuppliciter, me reſtitui in integrũ qua reſtitutione obtẽta, peto partẽ aduerſam cópelli, & reſciſſa Vſucapione, me in priſtinú ſtatũ reponat, prout poſt Iaſonem Zaſius eleganter probat. Reliqua huc pertinentia. Doctores ſatis expendunt.

§. Item Si Quis in fraudem.

1 *Actionem reuocatoriam habere ſimilitudinem cum reſciſſoria.*
2 *Variis modis fraudem fieri & erga multos.*
3 *Fraudatores fiſci.*
4 *Fraudatores patronorum.*
5 *Fraus parentum in necem filiorum.*
6 *Arrogatur fraudans filium arrogatum.*
7 *Debitor alienans in fraudem creditorum, quæ actiones competant.*
8 *Vnam eſſe paulinam actionem tam pro rebus corporalibus quã pro incorporalibus.*
9 *Edictum fraudatorum quãdo locũ habeat.*
10 *An Paulinæ locus ſit, quando in fraudem creditorum ſit remiſſio debiti.*
11 *Actionẽ Paulinam hoc ꝟ. explicari, in eoque duo tractari iudicia.*
12 *Paulina actio perſonalis, quare inter reales prætorias immiſceatur.*
13 *Textus notabilis explanatio.*
14 *Paulinã tam pro rebus corporalibus: quám incorporalibus datur.*
15 *Paulina pertinet tantum ad diminuentes ſuũ patrimonium.*
16 *Verbum, poſſeſſis ponitur in tex. pro poſſidere iuſſis, &c.*
17 *Fructus quomodo veniãt in Paulina actiõe.*
18 *Poſſumus petitionẽ formare in fictiõe iuris.*
19 *Actiones Paulinæ definitio.*
20 *Qui in fraudem creditorum rẽ alienam alienat, Paulina. non tenetur.*
21 *Si debitor extra fraudem alienet, Paulinæ nõ eſt locus.*
22 *Duplicem eſſe fraudem, conſilii, & euetus.*
23 *Fraus ẽ potiſſimũ fũdamẽtũ Paulinæ actiõis.*
24 *In vltima voluntate ſi fiat alienatio, ſufficit fraus euẽtus. ſecus ſi fiat inter viuos.*
25 *Si ex titulo onceroſo facta eſt alienatio. ab vtraque parte exigitur fraus. ſecus ſi lucratiuo, & num. 27.*
26 *Qui ſint tituli oneroſi, & qui lucratiui.*
28 *In patrono non diſtinguitur, quo titulo libertus alienauerit.*
29 *Creditores agentes Paulina fraudem probare debent.*
30 *Dolus ex multis coniecturis cõuinci poteſt.*
31 *Alienatio in fraudem legis facta, ipſo iure eſt nulla.*
32 *Quando dicatur in fraudem legis fieri.*
33 *Creditorum appellatione qui contineatur, quo ad actionem Paulinam.*
34 *Conditio retro trahitur ad tempus initæ cõuentionis.*
35 *Creditor conditionalis fugientem debitorem poteſt capere, vt ſecutus fiat &c.*
36 *Creditores futuri quomodo accipiatur,*
37 *Paulina an detur creditoribus, quibus proſpectum eſt per hypothecam.*
38 *Alienatio ſimulata ipſo iure nulla eſt.*
39 *Paulina directa & vtilis quando detur.*
40 *Sine traditione dominium regulariter non transfertur.*
41 *Fictio in Paulina actione, quod res tradita habetur pro non tradita.*
42 *Alienatio in fraudem creditorũ facta mero iure valet, ſed reuocatur.*
43 *An in reuocatione precium ſit reſtituendum.*
44 *Tria requiri ad actionem Paulinam.*
45 *Conuentus Paulina habet ius offerendi illud quod debetur.*
46 *Excuſſio bonorum debitoris reuocationem præcedere debet. & num. 48.*
47 *Duo in hoc tex. tangi iudicia.*
48 *In excuſſionis materia inſpicimus quoque facilitatem conueniendi.*
59 *cauſæ actionis Paulinæ ſunt maleficium & quaſi contractus.*
41 *Actionem Paulinam perſonalẽ in rem ſcriptam eſſe.*
52 *Paulina actio eſt annalis.*
53 *Quare Paulina dicatur vtilis.*
54 *Annus vtilis in Paulina currit à die excuſſionis.*
55 *Paulina eſt aliquando perpetua, aliquando etiam indifferens.*
56 *Practica Paulinæ actionis.*

[t] Hac formula libelli communiter recipitur, quam & probat Panor. in c. cum ex literis, de reſti. in integ.

Item

Item [a] *ſi quis* [b] *in fraudem* [c] *creditorum rem ſuam alicui* [e] *tradiderit, bonis eius creditoribus* [f] *poſſeſſis ex ſententia* [g] *præſidis,* [h] *permittitur ipſis creditoribus reſciſſa traditione,* [i] *eam rem* [k] *petere, id eſt dicere eam rem* [l] *traditam non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe.*

1 HIC §. eſt iocundus, vtilis, & pul
cher, † qui reuocatoriá actionem
æquè per prætorem expoſitá cô-
plectitur: in qua agitur principaliter, vt
traditio, per quam dominium alicuius rei
tráslatum erat, vel transferri debebat, in
fraudem alicuius, quaſi facta non eſſet, re-
uocetur, ad inſtar actionis reſciſſoriæ, per
quam vſucapio reſcinditur ex officio iu-
dicis resque vſucapta, ac ſi vſucapta non
fuiſſet, petitur. Sciendum autem eſt veluti
in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis,
2 † variis modis fieri fraudem, & erga mul-
3 tos. Plerique † enim fiſcum fraudant, vt ſi
delinquentes, poſtquam vident bona eorũ
4 fiſco eſſe deuoluenda, ea alienát, ne ad fiſ-
cum [a] perueniant. Item † ſunt alii qui de-
fraudant patronos, vt ſunt liberti, in quo-
rum bonis patroni habent [b] tertiam par-
tem. Et videmus quoque hodie libertos,
proprioſque homines diſſipare bona ſua,
vt vocetur [c] patronis necem filiorum,
5 † vt uocetur filiis, vel vni conſulatur po-
tius, quàm aliis: & hoc ſi quidem fiat titu-
lo lucratiuo, reuocantur alienata vſque ad
legitimam, vt ea ſit ſalua [d] filiis. Sin autem
titulo oneroſo, vt quia pater venderet, aut
contrahendo alienaret, vel alias diſſiparet
bona, ea ſpecie quamuis regulariter reuo-
cationi vſque ad legitimam [e] non ſit locus,
poſſunt tamen filii per officium iudicis
ex æquitate petere, vt pater eis in legitimá
vel pro alimentis aliquam bonorum par-
6 tem [f] ſeparet. Sed & † arrogator, qui ad-
ſtringitur relinquere filio arrogato tertiá
partem, interdum in ipſius fraudem bona
alienat, cunque illi competit Caluiſiania
aduerſus eos, qui acquiſiuerunt, ad legiti-
mam [g] reuocádam. Et prædicti modi frau-
dis ad hunc locum non pertinent, ſed ille
tantùm, quádo debitor ære alieno grauа-
7 tus † alienat in fraudem creditorum, quod
ipſum quotidianum eſt. Et hi ſunt de pul-
uere noſtro, de illis. loquitur præſens §.
quo caſu tradidit [h] Iaſon, proditas eſſe qua-
tuor actiones, per quas ſit proſpectum cre
ditoribus Nam vel debitor alienauit rem
corporalem domum ſcilicet, aut fundum,
& tunc datur actio Paulina, quæ eſt reuo-
catoria creditori. Aut alienauit rem in cor
poralem, remiſit ius ſeruitutis. alienauit a-
aliquam iuriſdictionem, quam habuit,
fortè ius pedagii, ius vectigalis, hoc ca-
ſu datur actio in [i] factum, non Paulina.
Et quamuis Iaſon ita ſentiat mihi tamen
non videtur diſtinguendum in hoc inter
8 corporalia & incorporalia, † quinimò re-
uera vna eſt Paulina, reuocatoria in factũ
tá prò rebus [k] corporalibus quàm incor-
poralibus. Tertiò aliquando debitor alie-
nat in fraudem creditorum rem nó ſuam,
puta tutor rem pupilli vel curator adulti,
& hoc caſu dicit Iaſon eſſe ſpeciale edictũ
proditum, quod appellatur edictum frau-
datorium, cuius ſit mentio in [l] vno loco, &
vix in aliquo alio: atque ideò etiam cre-
9 dit hunc noſtrum §. procedere, † quando
debitor rem ſuam alienauit. Zaſius tamen
hoc loco reduxit ad generale edictum, de
his quæ in frau cred. &c. Aliquando &
quarto quis ſuos debitores liberat in frau-
10 dem creditorum, † ſitque remiſſio nomi-
nis, ſiue debiti in fraudem creditorum:
quia potuiſſem creditoribus ſoluere, ſi exe
giſſem à meis debitoribus, & eo caſu non
debebunt creditores experiri reuocatoria
Paulina, nam hoc non eſt neceſſe: ſed poſ-
ſunt agere recta via aduerſus eum, cui in
fraudé eſt remiſſum nomé, ea vtili actio-
ne, qua ipſe principalis debitor, idemque
creditor potuerat vti directa, ſi non remi-
ſiſſet ſuis debitoribus debitũ: vt ſi iſte de-
bitor habeat ante remiſſionem actionem
ex vendito directam [l], tunc iſti creditores
recta via agent actione ex veddilio vti-
li, quæ prius principali debitori dire-
cta competebat ante remiſſionem. ſi er-
go habes quatuor [m] remiedia, quibus
prouiſum eſt creditori, quorum tra-
ctationem ob id perſtrinxit, quoniam à
pleriſque commentatoribus confuſæ ſatis,
& fermè ſine ordine, non abſque tædio le-
ctoris deſcribũtur. & inter illa actio Pau-
lina ad hunc locum præcipuè pertinet, &
11 de ea verè tractatur in hoc §. Ad cuius e-
narrationem priuſquam deueniam, & il-
lud nõ eſt omittendum, in eo quoque duo
tangi iudicia, quemadmodum & in præce-
denti, Vnum quod eſt præparens aditum
ad aliud, & quo non præmiſſo, non poteſt
alteri eſſe locus. Et principale iudicium,
ſeu princeps actio, quam hoc loco tracta-
mus, nempe Paulina, ſicut infrà oſtendam
12 locupletius. Nec mireris † quod cũ Pau-
lina vulgò perſonalis actio eſſe dicatur,
Imperator tamen eá inter prætorias [n] rea-
les immiſcuerit: quia reſpondeo eam à Iu-
ſtiniano hic inter prætorias in rem cõnu-
merari, non quod ſit realis, ſicut præcedés,
ſed propter ſimilitudinem generalem, quá
habet cum ſuperiori. In hoc enim conue-
nit actioni reſciſſoriæ, quod ſicut per il-
lam reſcinditur [o] vſucapio, quæ in ſe erat
valida, ſummoque iure completa ita per
hanc reuocatur traditio rei in fraudem a-
li cuius facta, quæ ipſo iure valida, efficax-
que erat. Ergo conueniunt, quod vtrobi-
que effectus iuris ciuilis reſcinditur ex be-
neficio prætoris. Iaſon verò putat Pauli-
nam non eſſe actionem merè perſonalem
ſed perſonalem in rem ſcriptam, quia
quemlibet [p] poſſeſſorem rei comitatur, de
qua re in ſuo loco agemus. Iam ad decla-
rationem tex. progrediamur.

a *Si quis.* † Subaudi debitor. 13.

b *In fraudem.* Vel conſilii, vel euentus, ſe condùm diſtinctionem infrà mox tradendam.

a de quibus per Bar. in l. poſt cõtractum. de dona.

b § ſed noſtro. ſuprà de ſuc. lib.

c de quibus ff ſi quis in frau. pa. & C. eod.

d de quo here in C. de inoffi. dona.

e Glo. in l. ij. ibi Bar. & alii. C. ſi quid infra. pa.

f ita aold. in l. j. C. ſi in frau. pa. licet contrarium tenear in l. cum poſſeſ. de adopt.

g Bar. in l. fin. ad fin. ſi quid in fra. pat.

h In l. nom & poſt eo. §. ſed et ſi quis de tuſtine.

i hoc in factum actione de iis quæ in frau. cred.

k l. ait prætor §. annua. l. hoc in factum actione. dd. in l. ij. C. ſi in frau. patris.

l In pupilli debitore de ſol. vbi vide caſum ſup

m Ita pulchrè deducit la. hic, qui potiſſimum mouetur ex l. nonne. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. ibi vide

n Sicut eſt publiciana & reſciſſoria.

o §. præced.

p l. j. §. hæc actio poſtannum. hoc ti. vide etiam l. ſi quis à debito.

e Creditorum. Quibus ex quacunque cauſa debetur.

14 *d Rem ſuam.* Corporalem † quoniam ſubiicit mentionem traditionis:nihilominus in & incorporalibus locum obtinet, vt ſi ſino petire ſeruitutem,libero debitorem,ſino adimpleri [q] vſucapionem,ſino perite actionē:nam & ad [hypothecam conſtitutam [r] in fraude, reuocandam datur, hæc actio,quod eſt notandum.

q l.j.§.vlt. cū aliquot ll. ſequentibus.hoc tit. r l.qui aūt. §.apud Labeonem in ſi.hoc tit.

e Tradiderit. Sicque tradendo alteri, 15 † ſuum diminuerit patrimonium, quod omnino neceſſe eſt ad hanc actionē, quæ pertinet ad diminuentes ſuū patrimoniū, non etiā ad eos qui id agunt, [ſ] ne acquirāt, vt locupletiores fiant.Quare ſi debitor hæreditatem oblatam ad quam vocatus eſt, legatúmue ſibi relictum repudiarit, nihil poteſt videri in fraudem creditorum facere:nam hic non [t] diminuit,ſed ſolum non acquirit.

ſ l.qui autē in prin. hoc tit.

t d.l.qui autē,in prin. ver. idéque proban.

16 *f Poſſeſsis.* id eſt † poſsideri iuſsis,vt ſic factū pro decreto facti ponatur,[u] ipſa executio per figuram loquendi intelligatur pro decreto executionis. Neque enim de facto fuerunt miſsi in poſſeſsionem debitoris,ſed iuſsi per decretum iudicis,vt mitterentur:aliàs nanque ſi creditores eſſent miſsi in poſſeſsionem bonorum,nō potuiſſet debitor iſta bona alienare, cum creditores iam haberent cuſtodiam.Et ſic obſeruā,quod ille debitor in ius vocatus,ſui præſentiam non fecerit: quare eo contumace exiſtente,iudex per ſententiam vel decretum ſuum miſerat creditores in poſſeſsionem bonorum debitoris, vel certè mitti iuſſerat.Atque hic quidem obiter tangitur iudicium excuſsionis,quod eſt præparatorium ad actionem reuocatoriam, de quo infrà latius.

u Zaſ.hic.

g Præſidis. Iudicis viui.

h Permittitur. Intra annum vtilē qui à die excuſsionis factæ erga principalem debitorem currit.

i Eam rem pe. Hoc modò ſolā nudámque rem,ſed & [x] eius rei fructus.Hic † 17 tamē fructus inſueto quodā more veniūt,& alio quam in reliquis actionibus, nempe hi ſoli, qui adhærebant rei alienatæ tempore alienationis:vt ſi donauerat fundum cum fructibus creſcentibus. Itē & hi poſt qui poſt litis cōteſtationem percepti fuere. Medij verò temporis fructus non [y] præſtantur.

x l.ſi.§.nō l.aūt prætor § per hanc actionē h.e tit.

y d.l.§ non ſolum.

k Petere. Petere tamen permittititur non ſemper totam & ſolidam rem,ſed pro quantitate & modo reſtantis debiti.

18 *l Trad.non eſſe.* Poſſumus † ergo petitionē noſtrā firmare in fictione iuris. Neque tamen ob id putes mētiri actorem,falſúmue allegare,ſic enim ipſe diceт. Intēdo cōtra re,quod debitor meus in fraudē alienauit rē talē:vnde cū Prætor alienationem reſcindat ex æquitate,eámque habeat pro infecta,perinde acſi facta non eſſet (fictio enim iuris nos eò deducit,quo declinat æquitas) illa reſciſſa ego cui dę reſiduis facultatibus debitoris nō pōt ſatisfieri, peto vt reſtituas rē illā,ac ſi ſemper in bonis debitoris māſiſſet.Atquí hoc text. ſignificare videtur,hoc verbo,reſciſſa traditione:non tamen dicit,non factam eſſe [a] alienationē, quia ſic mentiretur.

a l.ſi ſciens ad ſi.de cōtrah. empt.

Supereſt;vt declarato iam text.ad Paulianę actionis explicationem accigamur. Eā ſic puto definiri,ſeu deſcribi poſſe:Pau19 lina eſt † actio perſonalis in rem ſcripta, qua id ꝙ debitor in fraudē creditorū verè alienauit,tradidítque,petitur,& quaſi traditū nō eſſet,reuocatur: habétque nomē à Paulo Iuriſcōſulto, qui [a] eā inuenit. Dixit autē quod ſit perſonalis,quia ex delicto naſcitur,ſcilicet dolo, & quaſi ex contractu. Deinde,in rem ſcripta:quia rē ſequitur, & contra quęuis poſſeſſorē datur. Addidi,id quod debitor:quia hæc actio propriè locū habet † quando debitor rem ſuam in frau20 dē creditorū alienauit:ſecus ſi alienaret rē alienā,vt ſi tutor pupilli debētis rem alienaret:tū enim creditoribus hac actione non ſubueniretur,ſed cōpeteret interdictū fraudatoriū aduerſùs eum,in quē facta eſſet alienatio,de quo & ſuprà admonui. Subiūxi,in fraudē,propter alienationem bonorū 21 debitoris,† quæ ſine fraude creditorū fit, quoniā hæc actio tū nō obtinet. Cuilibet enim licet rē ſuam alienare,dū citra fraudem & necē creditoris fiat. Et hic notare 22 oportet,† duplicē eſſe fraudē, vel conſilij [b] vel euentus,conſilij,vt quando adeſt fraudandi propoſitū.Euentus,quando ex re ipſa citra fraudulentā machinationē euenit dānificatio creditoribus.Obiter ergo tractemus,qualē fraudē hic exigamus, cōſilijne,an euentus:& penes quos eſſe debeat, 23 an tantum in alienante,an etiā in accipiēte:† quoniā potiſsimum fundamentū Paulinæ actionis eſt ipſa fraus. Et optimè hic Accurſ.explicat,qui apertè diſtinguit.Pri24 mò,† ſi quidem fiat alienatio in vltima voluntate vt legando,fideicōmittēdo,ſufficit fraus ſolius euentus,ſine aliqua fraudulenta machinatione. Sin autem fiat inter viuos, tunc euentui & & conſilium fraudis acceſsiſſe oportet, quæ cum ſubdiſtinctione à Gloſſatore [c] hic tradita accipi debent. Si autem quęratur, penes quos fraus eſſe debeat, titulorum eſt habenda 25 ratio: † quia ſi eſt titulus onero ſus tunc vtriuſque fraus interuenire debet, alioqui parcitur poſſeſſori, qui accepit ex cauſa onerosa, ſi non fuit fraudis particeps.In titulo vero lucratiuo ſufficit fraudandi conſilium debitoris tradendis,quod in effectu creditores damnificati fuerint, licet non [d] concurrat fraus ipſius accipientis. Vnde facilius poſſeſſori extorquemus lucra accepta, quàm illi damnum infligamus. Occaſione huius di26 ſtinctionis inquirunt hic Doctores, † qui ſint tituli lucratiui, & qui oneroſi.Vno verbo quantum ad præſentia ſatis eſt, dicas, Titulum lucratiuum eſſe, cùm aliquid gratis nobis obuenit, vt ſi rem ex donatione, vel ex legato conſecuti ſumus, quia donatarius nihil dat, ne-

a l.videamus § infamiana de vſu. & cū à Paulo nomē habet malè & ineptè Pauliana vulgo dicitur.cui [a] admonet & Fe…

b Tangitur in l.ſi quis cū hære.hoc tit. & §.in fraudē.ſuprà qui manu.nō li & l.ſi quis cū aliter. de verb.obl.

c In verb.in fraudē. hic

d l.qui & §.hoc edi ctū. & §.ſimiliqi modo.& l.ſi.C. de eo.

que etiam legatarius quicquam præſtat.
Oneroſum autem eſſe, cum non gratis rem
accipimus, ſed aliquid viciſsim rependi-
mus, vt eſt in emptione & permutatione,
vel ſimilibus titulis: emptor enim pro mer
ce cogitur preciũ ſoluere, & ſic deinceps.
Non illicò tamen, ſi quid numeratum eſt
alicuius rei aſſequendæ gratia, dicimus nos
adeptos titulo oneroſo, quanquam nobis
aliquid abſit: ſed ita demum conſtituemus
27 † titulum oneroſum, ſi licitè, & honeſto
[e] modo rem ſimus nacti. Quanquam verò
quod ad creditorem, in cuius fraudem a-
lienatum eſt, pertinet, ſupraſcripta titulo-
rum diſtinctio obſeruatur, ſecus tamẽ fue-
28 rit in patrono fraudato: † quia in eo diſtin-
guimus, quo titulo libertus alienauerit,
ſed indiſtinctè [f] patronus reuocat, etiam ab
eo, qui fraudis particeps non fuit. Iam vi-
deamus, quomodo oporteat de hac fraude
conſtare, priuſquam inteotemus Paulinã
actionem. Et indubitatum eſt, † credito-
29 res augentes Paulina [g] debere fraudẽ pro-
bare: nam probatio doli incumbit alle-
ganti: atque ex indiciis perſpicuis fraudẽ
doceri [h] oportet, eóque magis, cùm hæc
fraus, quam hic tractamus, ſit dolus non
omiſsionis, ſed commiſsionis, qui diffici-
lius probatur. Siquidem probatio dolum
omittẽdo eſt facillima: eo ipſo quod pro-
bas id omiſſum quod factum oportuit, do-
lum ipſum omiſsionis [i] commonſtras. Dif-
ficilius autem probatur, quando agitur de
30 dolo in committendo. Igitur † dolus ex
multis coniecturis redargui, conuincique
poteſt, quas latè [k] Bar. alicubi tractat. Ego
paucis hic ſubiungam, quæ ſunt huius lo-
ci, cætera omittendo. Colligimus ergo
fraudem potiſsimum quatuor modis. Pri-
mò ex parte [l] alienantis, ſi debitor ſciebat
ſe multos habere creditores, & facultates
ſuas ipſis non ſufficere. Secundò ex par-
te eius, cui ſit alienatio, vt ſi in cõiunctam
[m] perſonam fiat alienatio. Vel ſi quis poſt
denuntiationem à creditoribus factam
[n] aliquid emeret, ita enim eius dolus præ-
ſumitur, qui emit. Vel etiam quando emit
per interpoſitam perſonam, quia & tum
31 [o] ementis fraus colligitur. Tertiò † ex mo-
do alienandi fraudem conuincimus, & in-
ter illos modos frequẽtiſsimus eſt, ſi clàm
[p] fiat alienatio, quærunt enim tenebras qui
peccare volunt. Et intelligemus contra-
ctum clàm eſſe factum, quandocunque
abſunt ſolennia à iure requiſita, vt [q] fortè
decretum. hæcque res magni eſt effectus, &
ad multa trahi poteſt. Præſumitur & tum
ex modo alienandi fraus, ſi debitor ſic a-
lienauit, vt nihilominus [r] adhuc poſsideat.
Et ſic quandoque vidi de facto contigiſſe,
quòd debitores venditas ædes conduxe-
rint, atque inhabitarint, vt creditoribus
imponerent, qui exiſtimabant eos e-
tiamnum poſsidere, nec alienaſſe. Quar-
32 tò † colligitur fraus ex rebus venditis, ſi
omnia bona ſimul [s] alienentur: item ſi nõ
omnia ſimul, ſed paulatim, & per minuta
ſeparatim, hodie domum, cras fundũ, de-

inde equos, atque alia alienauerit quis frau
dem feciſſe [t] intelligitur, dummodo in mo-
dico interuallo factum fuerit, [u] non longo
quanquam plerique [x] aliter dixerunt. Idem
eſt, ſi rem precioſam exiguo precio [y] ven-
das. Nunc aduerte, quod quandocunque
ſingulæ coniecturæ non ſufficiunt ad con
uincendam fraudem, ſi ſimul & coniun-
ctim duæ vel tres conglutinentur, aliæve
accedant coniecturæ, tunc apertè conuin-
ces dolum, ſicut [z] Bartol. etiam docuit. Por-
rò ad definitionem reuertendo, dixi in ea,
31 † in fraudem creditorum: quia in fraudẽ
legis facta alienatio & non hominis, ipſo
iure nulla eſt, nec [a] vllam reuocationẽ de-
ſiderat. Dicitur autem † tum fieri in frau-
32 dem legis, quando actus geruntur inter
perſonas prohibitas: vt ſi tutor contrahat
cum pupillo, alterius tutoris autoritate:
vel quando aliàs fit ad excludendam legis
prouidentiam, vt ſi temerè fundus [b] dota-
lis alienetur. Quando autem agitur inter
perſonas non prohibitas in præiudicium
tertij, puta creditoris alicuius, quia in eius
fraudem alienentur aliqua bona hæc a-
lienatio mero quidem iure obtinet, re-
uocatur tamen poſtea per actionem Pau-
linam (creditores † autem in propoſito
33 accipimus, quibus ex quacunque [c] cauſa
debetur, etiam ex [d] delicto) vnde & illis
dabitur hæc actio, maximè ſi rem fami-
liarem, ſeu reparationẽ damni dati [e] per-
ſequantur. Sed & hi creditorum nomi-
ne comprehenduntur, quibus ſub con-
ditione debetur, quos conditionales vo-
camus creditores, ſi modò appareat de-
bitorem in eorum fraudem alienaſſe: vt
ſi debitor, qui ſe ſub conditione obli-
gauit, metu conditionis euenturæ alie-
nauit, quia fortè videt omnino veriſi-
militer, quod prope diem implebitur
conditio. Hoc tamen non eò tendit,
quod talis creditor re ipſa, & cum ef-
fectu, pendente adhuc conditione, re-
uocare poſsit alienata, quoniam necdum
omnino certum eſt conditionem exti-
turam ſed quod poſsit ſecuritatem nan-
ciſci per reuocatoriam actionem etiam
pendente conditione intentatam, in eum
caſum, quo extiterit conditio, & ſic cùm
34 iam erit purum debitum. Nam † conditio
retro trahitur ad tempus initæ [f] conuentio
35 nis. Et dicit Bar. quod † creditor etiã con
ditionalis poteſt debitorem fugientem ca
pere, nõ vt modò aſſequatur quod promiſ
ſum eſt, ſed vt ſecurus fiat, cautionémque
præſtet ſoluẽdi debiti, cũ euenerit [g] condi-
tio. Quid autẽ de futuris creditoribus? an
hi quoque hanc actionẽ habeãt, variatũ eſt.
Ego Zaſij ſubſcribo ſententiæ, exiſtiman-
tis eos non includi, niſi in vno caſu, ſcili-
cet ſi per pecuniam poſteriorum creditorũ
dimiſsi eſſẽt priores, ita quod debitor [h] ver
37 ſurã feciſſet. Futuros † autẽ creditores intel
ligit Zaſius, quibus eſt obligatio acquiſita
poſt alienationẽ factã, & bona poſſeſſa, id
eſt, poſt priores creditores iuſſos p decretũ
iudicis, vt mitterẽtur in poſſ. quia iaſ. ali et
ij. tells

e Iaſ. dicit Bar. in l. j. § quos omis. qui ... Iaſ. ... hic probl.

f l. j. § doli & § ſi quid in fraudem, hoc tit. ... diuerſitatis, vide hic per Dd.
g l. quoties. § qui dolo. & l. patronus. de pro.
h l. dolũ. C. de do.

i l. ſi procurator. § do lo. & l. do lum. ff. man.

k In l. poſt contractũ. de don.

l d. l. ſi quis cum habe. ... Bart. & idẽ in ... lecitator. C. ad l. Falcid.
m l. data. C. de do.
n l. ait prætor. § ſi quis particeps. quæ in fra. cre.
o l. pupill. § ſed ſi ... Bart. de auto. tut.
p l. non exiſtimo. d. c. ad ... & l. ...
q l. j. C. de præd. dec. ſi ne dec. non alien. lib. a.
r tex. in l. ſi ... § ſuper ... quis. mo. pig. ſol. ua.
ſ l. omnes. § lucius. hoc tit.

t Bal. in l. j. in 4. quæſt. C. ſi quid in fraud. patr.
u Bart. in l. nomen. § ſi illo. de leg. j.
x vt hic per Iaſ.
y Argum. l. ... per diuerſas. C. manda.
z Bar. in d. l. poſt contractum. & Dec. in l. pa. ctum quod dotali. C. de pac.

a l. ſed libertus. & ibi Bar. de iur. pat.

b l. non dubium. C. de legib.

c l. ſi eum ſi de communi. ſ. facta. § creditores. & l. qui & à quibus manu.
d l. ſed verũ de pet. hær.
e Vt ſi quid effuſum eſt &c.

f l. qui balneum. & l. potior. qui pot. in pig. hab. & l. quæ ſi natu. de po.

g ... in l. ſi eum ... de commiſſoria. § pen. qui & à qui

h d. l. ſi quis cum habe ... & d. l. qui autem. § ...

37 intelligat.Cæterùm an creditores, † qui-
bus proſpectum eſt per hypothecam, poſ-
ſint agere reuocatoria bonis debitoris alie-
natis,non leue dubium eſt. In hoc tamen
communiter eſt itum, hanc actionem ip-
ſis [l] competere,quod & ipſe probo. Adie-
ci quoque, verè alienauit ad differentiam
38 alienationis † ſimulatæ & imaginariæ,vt ſi
quis ſimularet ſe rem vendidiſſe, cum ta-
men donauerit,vel etiã retinuerit:ea enim
ipſo iure [k] nulla eſt,ideo nõ opus habet vl
lo remedio, quo reſcindatur, adeò quod
nec ſacramento firmari [l] poſsit. Dixi ſim-
pliciter,alienauit, vt oſtenderem non di-
ſtingui,ſiue alienatio fiat inter viuos, ſiue
in vltimis voluntatibus, vt legando, aut
39 fideicommittẽdo.† Priori tamen caſu cõ-
petit actio Paulina [m] directa,poſteriore ve
rò vtilis. Appoſui,tradidit nam in aliena-
tione efficaci traditionem interuenire
40 neceſſe eſt,cum ſine ea † dominium [o] regu
lariter non transferatur.Subdidi,quaſi tra
41 ditum non eſſet:in hoc enim caſu † fingi-
tur in odium debitorum, qui fraudulen-
ter alienant,traditionem factam non eſſe
quæ iuris fictio præualet veritati, nóſque
eò deducit,quo inclinat æquitas.Et in hoc
affinitatem quandam habet atque ſimili-
tudinem Paulina,cum reſciſſoria.Subiun-
42 xi demum,reuocatur: quia † alienatio in
fraudem creditorum facta, ſummo quidẽ
iure valet,poteſt tamẽ à creditoribus poſt
ea,ac ſi facta nõ eſſet,reuocari,vſque adeò,
43 vt nec † pretium in reuocatione reſtituen
dum ſit emptoribus,ſiue ab eo quis acce-
perit rem alienatam,ſiue ab hæredibus,cu-
ius res petitur:niſi precium extaret, vel eſ-
ſet verſum in vtilitatem debitoris,tũ enim
reſtitueretur emptoribus, cum hac ratio-
ne [o] nemo fraudaretur.Et hac quidem ad
definitionem ſufficiant. Porrò notandum
44 eſt diligẽter,ad eiuſmodi alienationis † re
uocationem tria coniunctim deſiderari.
Primo fraudem, de qua ſuprà diſputaui-
mus.Deinde quod creditores per ſententiã
iudicis miſsi ſint in poſſeſsionem bonorũ
debitoris.Non tamen aliter poſſet in bo-
na principalis debitoris etiam iure nouiſ-
ſimo fieri miſsio,quam pro iure ſui debiti
[p] declarati.Ex quo etiã conſequitur, quod
hi poſſeſſores bonorum cõuenti hac actio-
45 ne,habeant ius † offerendi illud quod de-
betur,retinendique rem alienatam.Qua in
re eo vtaris conſilio,quod ſi vnus ſit credi-
tor fraudatus,offeratur ei ſolidum debitũ:
ſi plures,tunc omnibus & ſingulis ſolidũ
debitum offeras,ſi velis retinere:neque e-
nim ſufficeret ad ius retinẽdi,ſi id vni cre
ditorum offerres,velléſque te ab vno libe-
rari:quia poſt bona poſſeſſa omnium con-
ditio [q] par facta eſt.Vnde ſeruatur in hac
actione,quod omnes creditores agant pa-
riter & aduerſũs omneis ſimul, qui quic-
quam poſsident ex bonis debitoris in frau
de creditorum, vt vnuſquiſque pro rata
portione rerũ, quibus ipſe naturaliter in-
cũbit,ſoluat [r] creditoribus.Tertiò requiri
tur ad reuocationẽ alienationis, ꝙ prius

46 fiat † excuſsio bonorũ,an ſcilicet,quæ alie-
nata nõ ſunt, ſufficiãt ad diſſoluenda debi
ta:nã ſi ſufficerent,reuocatio non [f] admit-
47 teretur.† Atque hoc eſt quod ſuprà oſtẽdi,
duo tãgi iudicia in text.noſtro.Vnũ,quod
præparat aditũ ad aliud,& quo non præ-
miſſo,non poteſt alteri eſſe locus.Alterum
eſt principale iudiciũ,nẽpe actio Paulina,
id eſt,reuocatoria,qua creditores vtuntur
aduerſus tertium poſſeſſorem bonorũ, in
quẽ facta eſt alienatio. Et in hiſce verbis
textus noſtri,Bonis à creditoribus poſſeſ-
ſis,ſignificatur iudicium illud præparato-
48 riũ.Neceſſe eſt enim factam eſſe † excuſ-
ſionẽ principalis debitoris, priuſquã poſſu
mus obtinere in actione Paulina. Et hæc
excuſsio non [t] voluntaria, ſed & omnino,
eſt neceſſaria, in quo procliuio eſt ſentẽ-
tia:quia ſi non excuſſeris reſiduũ bonorũ
debitoris,quomodo apparebit fraudis euẽ
tus?Ergo neceſſaria eſt excuſsio,non quidẽ
quodam ordine,ſic vt ea fieri debeat priuſ-
quam inſtituamus Paulinã,ſed eam fieri
oportet antequã in ea obtinere valeamus.
poſſumus namque recta via intendere Pau
linã contra poſſeſſores,in quos facta eſt a-
lienatio,ſi male ſuſpicemur de facultati-
bus debitoris principalis:qui quidem con
uenti ſi non exceperint de facienda excuſ-
ſione,& nos nõ remiſerint ad principalem
debitorem prius excutiendũ, procedit iu-
dicium cum eis habitum.Neque enim du-
biũ eſt, quin poſsit excuſsionis beneficio
[u] renuntiari.Si verò exceperint de excuſ-
ſione non facta poterimus illam mox in
hoc ipſo iudicio facere adhuc pendente,
cunque poſſeſſore bonorum conuento di
ſputare de viribus facultatum principalis
debitoris, & hoc [x] iudicium valebit. Quæ
excuſsio crediore Doctorũ calculo requi-
rit ſententiam iudicis ad minus declara-
toriam,id eſt,per quam iudex declaret. fa-
cultates debitoris nõ ſufficere, eúmque nõ
eſſe ſoluẽdo,ꝙ [y] ſufficit.Hoc tamẽ adden-
49 dũ,quod in excuſsionis † materia nõ perpẽ
dimus ſolũ debitoris facultates, & bona an
ſcilicet ea ſufficiant,ſed conſideramus etiã
facilitatẽ cõueniendi,an talis ſit debitor,
qui facilè cõueniri queat,& ab eo exigi.Sũt
enim pleriq; ita calũnioſi, intractabiléſq;,
à quibus nõ niſi difficilima, lõgiſsimáque
lite poſsit [z] tãdẽ debita conſequi.ꝙ nota di
gnum eſt.Sed & ſi notoriũ eſt, euidẽtérque
conſtat, principalẽ debitorẽ nõ eſſe ſoluen-
do, nulla excuſsione [a] opus fuerit. Et cum
hoc temperamento præcedentia intelligat
velim.
50 Cauſæ actionis † Paulinæ ſunt, malefi-
cium, & quaſi contractus. Ex maleficio
tum naſci dicitur,quando fraus à parte v-
triuſque,tam alienantis, quàm recipien-
tis interuenit. Fraus enim, ſiue dolus, eſt
[b] delictum. Quaſi ex contractu autem
promanere dicitur,quando dolus tantum
intercedit à parte alienantis, recipiens ve-
rò particeps doli non fuit: hoc enim ca-
ſu dici non poteſt, quod ex contractu
oriatur,quia recipiẽt rem alienatam, cum

l Gl. in l. ſi debitor. hoc tit. Fab. & Ang. hic.

k nulla. de donat. ſpe.

l Gl. in l. empt. one in ſ. C. plus val. id quod agi tur. &c.

m qui ante §. hic ſi neceſſarius. vt eta gl. hoc tit. Inſ. poſt. Ang. hic.

n §. per traditionem. ſuprà de re. diui.

o l. ſi debitor l. ſi. Lab. prætor. quæ in ius. §. hoc actio. hoc tit.

p Auth. & qui. C. de bo. au. iudi. poſ.

q l. qui ex re §. ſciẽdũ. hoc tit.

r Zaſ. ita hic format. dũ do et præcicẽ huius actionis, ad quẽ recurre.

ſ l. j. & l. iguoti C. de reuoc. iis quæ infrà. eod.

t Quid glo voluit in l. j. C. ſi qui in fran. cre.

u Auth. præſente C. de fideiuſ. eg. D.d. hic communiter.

x Arg. l. ſi rẽ §. ſi. de pig. act.

y Arg. l. tutores l pa. tuo ibi, ido neis prouũ tãtis de co. ſtatut.

z No. Bar. in l. decem. de verb. obl. & hic omn. a quod poſt gl. dd. in d. l. e. de em. cõmuniter probat.

b l. ité exigit de dolo.

ditoribus mihi cót raxit. Ex maleficio quoque orta dici nequit, quia in ea dolus recipientis exigitur, qui hic deficit. Sed nec quaſi ex maleficio iudicari poteſt, quia nec culpa quidem accipiẽtis acceſsit. Cùm tamen neceſſe ſit quod aliquã habeat cauſam, quoniam recipiens obligatus eſt creditoribus, concludẽdum erit, hanc actionem quaſi ex cõtractu profectam eſſe, ad ſimilitudinem indebiti, quod ignoranter ſolutum eſt: & obligatur enim recipiens quaſi ex[c] contractu: & in quaſi contractibus obligatur quis, etiamſi non[d] conſentiat. Ea quibus corroboratur etiam id, quod ſuprà in definitione tradidi, hanc actionem non eſſe merè perſonalem, nec merè realis ſed perſonalem in rem ſcriptam. Mere realis non eſt, † quia realium cauſæ ſunt, dominium,
§ 1 [e] quaſi dominium, ius in re. Sed cauſa actionis paulinæ non eſt dominium, nec quaſi dominium, nec ius aliquod in re: ſed maleficium, & quaſi contractus cauſæ ſunt, ex quibus oritur obligatio, quæ deinde parit actionem perſonalem. Conſequitur ergo Paulinam non eſſe merè realem. E conuerſo nec merè perſonalis eſt, quoniam actiones in perſonam non perſequuntur rem, nec poſſeſſores rerum ſequuntur, ſed tantum[e] perſonas obligatas: hæc autem perſequitur rem alienatã, agitque contra poſſeſſores ad reuocandam alienationem. Ex quo liquet, nec merè perſonalem eſſe. Eſt itaque perſonalis in rem ſcripta, quod & Iaſ. voluit. Vnde etiã conſtat eam non eſſe datiuam, vt pleriq; opinantur, quaſi detur ſimpliciter per Prætorem, nec ſit nata ex cauſa aliqua præexiſtente, quia hoc verum non eſt: quinimò habet tales cauſas præexiſtentes, ex quibus profluit, maleficiũ ſcilicet, vel quaſi contractum. Sed nec illud prætereundum fuerit, hanc actionem
§ 2 eſſe temporalẽ, durat † enim tantùm anno vtili, eadẽ ratione, qua reſciſſoria: quia datur ad id reſcindendum,[f] quod erat de iure ciuili validũ. Nam alienatio etiã fraudulenta eo iure efficax eſt, dominiumque[g] transfert. Durat ergo tantum anno vtili, quo ad initium, ſed continuo, quo ad cur-
§ 3 ſum. ideo † dicitur vtilis, quia non incipit
§ 4 currere creditoribus, niſi à die † excuſsionis factæ erga principalem debitorẽ: nam tum primum eis eſt experiundi poteſtas, poſtquam bona debitoris nõ alienata vendita ſunt, & creditoribus necdum ſatisfactum eſt, tum primum eis liquet, eueniſſe damnum &[h] fraudẽ per alienationes: idque vulgò cõtra Accur. recipitur. qui hunc annum à die fraudulentæ alienationis currere cẽſuit. Et ſane prior ſentẽtia, & ſi omnis lex ſileat, magnam habet æquitatẽ. Creditores enim, dum debitor ſua bona alienat, & partim diſsipat, poſſunt eſſe harum omniũ ſecuri, & ſi ſciant fieri quarundam rerum alienationes, credẽtes reſiduum bonorum abunde ſufficere ad diſſoluẽda debit. Quocirca poſtquam excuſsione facta redduntur certi, bona reliqua non ſufficere creditoribus, ex eo die meditãtur retractationem alienationum facere. Quod autem dixi, hanc actionem temporalem eſſe, hoc verum eſt, quando res corporalis venit ad poſſeſſorem bonorum ex cauſa onerosa: tum enim infrà annum vtilem tantum reuocatio[i] admittitur. Sed ſi res ex cauſa lucratiua ad aliquẽ doloſè peruenit, perpetua eſt, poteſtque res vſque ad trigin-
§ 5 ta annos[k] reuocari. Eſt † etiam hæc actio interdum indifferens, in alienationibus ſcilicet rerum incorporalium: vt, ſi debitor in fraudem creditorũ ſuum liberaret debitorem, ea ſpecie ad reuocandam illam liberationem datur tantum tempus, quanto illa[l] actio debitoris duraſſet. Multa alia tractantur hic per Iaſo. & reliquos interpretes, quæ breuitati ſtudẽtes, cõmentariis relinquimus: puto enim ex prædictis ſatis euidentee naturam Paulinæ actionis cognoſci poſſe. Quod † autem ad inſtituendam hanc actionem pertinet, non poteſt in ea certa libelli forma tradi, cum multa ſint obligationum genera, in quibus debitor in fraudem alienans creditoribus adſtringitur. In initio ergo libelli narrandum eſt, ex quibus cauſis debitor creditori primò fuerit obligatus: quo facto ſequitur narratio alienationis fraudulentæ, cum medio concludendi, & petitione. Quidnam verò in hac actione concludere debeamus, an creditores petere debeant rem ſibiipſis, an potius debitori reſtitui, hoc tex. ſatis aperit, hiſce verbis. in bonis debitoris manſiſſe. Concludendum ergo in libello erit, quod res alienatæ reducantur ac reſecantur in cumulum bonorum debitoriis, iiſque in cumulum reductis, pergemus exequi ſententiam in eis, quam habuimus aduerſus principalem debitorem. Formas verò quibus inſtituitur, apud[m] Speculatorem, Dynum,[n] atque Angelum require, eleganter practicam ponentes.

c §. item is cui. ff. de oblig. quæ quaſi ex contr.
d Iuribus vbiq.
e l. j. §. ſi heres. iuncta gl. cum multis ſimilib. ad Trebel.
f l. j. honorariis. verſ. ſed cum reſciſſa. de action.
g l. ſi ſciſſe contrah. emp.
h Pro hoc opi. eſt text. expreſſus in l. ait prætor § ann°. hoc eſt vbi expreſſã dicitur, poſt venditionẽ bonorum hũc annũ competere.
i d. §. ann.
k d. l. ait prætor. §. hæc actio hoc tit. ſecund. intellectum Bart. ibi. & Iaſ. ibi.
l d. l. ait prætor. §. ſi conditionale.
m De rebi. con. non alien. §. j.
n Vt ſupra hic.

§. Item Seruiana.

1 *Seruianæ & quaſi Seru. actionis deſcriptio ſimonaria.*
2 *Pignus triplex, prætorium iudiciale, & conuentionale.*
3 *Cõuẽtionale pignus fit expreſſè & tacitè.*
4 *Et coloni & inquilines ſunt tacitè obligatæ pro penſione.*
5 *Colonus & inquilinus quomodo differant.*
6 *Duplices eſſe colonos, propriè colonos, & colonos partiarios.*
7 *Ius colonarium.*
8 *An etiam coloni partiarij bona ſint tacitè obligata.*
9 *Seruianæ actionis definitio explicata.*
10 *Seruiana vnde ſit dicta.*
11 *Seruiana quare ſit actio realis. & 22.*
12 *In Seruiana locator ſcire debet, quæ ſint illata.*
13 *Ad ſeruianam actionem neceſſe eſt res eo*

animo

animo illatas eſſe, vt perpetuo illi maneant.

14 *Res conductoris non illatæ pro penſione obligatæ non ſunt.*

15 *Quæ res tacitè obligentur pro penſione conductionis.*

16 *Merces venales obligari pro penſione.*

17 *Pecunia conductoris locatori obligatur.*

18 *Res omnes quotidiano vſui deſtinatæ non obligantur.*

19 *In locatione merces debet eſſe pecuniaria.*

20 *Seruiana competit etiam pro deterioratione rei conductæ.*

21 *Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, & numero 22.*

23 *Quæ ſit cauſa Seruianæ actionis.*

24 *Agens Seruiana quid probare debeat.*

25 *Quid in hanc actionem veniat.*

26 *Seruiana non tantùm locatori, ſed etiam creditori datur ſuppeditanti pecuniam ad refectionem ædium.*

27 *Seruiana datur etiam mulieri ad conſeruandam dotem.*

28 *Item marito ad conſeruandam donationem propter nuptias.*

29 *Tacita hypotheca quomodo inducatur.*

30 *Forma libelli in Seruiana actione.*

31 *Quaſi Seruiana actio cur ſic dicta,*

32 *Quaſi Seruianæ actionis definitio.*

33 *Quaſi Seruiana eſt actio realis:*

34 *Seruiana datur tantùm tacitam hypothecam habenti.*

35 *Differentiæ inter pignus & hypothecam.*

36 *Quaſi Seruiana pro rebus expreſſè obligatis datur.*

37 *Pignoris & hypothecæ finalis cauſa.*

38 *Creditor an poſſit alienare pignus.*

39 *Agens quaſi Seruiana quid probare debeat.*

40 *Forma libelli in quaſi Seruiana.*

41 *De interdicto Saluiano.*

42 *Seruiana actio, & interdictum Saluiani, in quibus differant.*

Item ſeruiana & quaſi ſeruiana quæ (etiã [a] hypothecaria vocatur) ex ipſius prætoris iuriſdictione [b] ſubſtantiam capiunt. Seruiana autem experitur quis de rebus [c] coloni, quæ [d] pignoris iure pro [e] mercedibus fundi, [f] ei [g] tenentur. Quaſi ſeruiana autem eſt, qua creditores [h] pignora hypothecasve perſequuntur. Inter pignus autem & hypothecam (quãtum ad actionem hypothecariam attinet) nihil intereſt: nam [i] de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata, vtraque [k] hac appellatione continetur. Sed in aliis differẽtia eſt: nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit. At eã quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur, propria hypothecæ appellatione contineri dicimus.

Dvæ reales prætoriæ actiones hoc in loco exponuntur, in foro paſſim frequentatæ, quarum prior pertinet ad perſecutionẽ rerum tacitè, & per iuris authoritatem nullo contrahentium conſenſu obligatarum, quæ
1 † Seruiana dicitur: poſterior commodatur ad rem per expreſſam conuentionem iure pignoris obligatam, quæ tamen ſecundum poſſeſſionem non eſt tradita: & hæc quaſi Seruiana vocatur, ſeu hypothecaria.
2 Dixi autem † alibi pignus eſſe triplex, prætorium, iudiciale, & conuentionale. Prætorium pignus eſt, quãdo prætor, vel alius iudex ordinaria præditus iuriſdictione, aliquẽ in poſſeſſionẽ rei mittit propter contumaciã conuenti, quia ſibi non caueatur, vt in cauſa damni infecti, aut quia legatorum conſeruandorum gratia cautio non præſtatur, ex hac cautione [a] oritur pignus prætorium. Iudiciale eſt, quando iudex tulit ſentẽtiam, & in executione illius mittit victorẽ in poſſeſſionẽ bonorum condemnati: ex hac miſſione deſcendit [b] pignus iudiciale. Conuentionale eſt, quòd ex conuentione partium deſcendit, quod inter debitorem & creditorem [c] conſtituitur: &
3 hoc † fit bifariam, expreſſè ſcilicet, & tacitè autem, quando ex vi & poteſtate legis naſcitur, præter conuentionem partium, & ob id à quibaſdam legale pignus appellatur. De vtroque in noſtro tractatur §. His ſic ad euidentiam delibatis, textum enarremus.

a *Hypoth.* Sed nõnne & Seruiana id nominis habere poteſt, quod hypothecaria dicatur? Et ex [d] Bartolo reſpondeo, Seruianam impropriè nominari hypothecariam: quaſi Seruianam propriè in nominis habere, quod putat Iaſon eſſe memorabile.

b *Subſtantiam.* Id eſt, ſubſiſtentiã: nam & hæ duæ actiones à prætore ſunt introductæ, ipſiſque ſubſidio conceſſæ.

c *Coloni.* Siue etiam inquilini: vtriuſque
4 † enim & coloni & inquilini res atque bona ſunt pro penſionib. obligata tacitè. Eſt
5 autem colonus, qui prædium ruſticum colit, ſiue in ciuitate, ſiue [f] in villa. Inquilinus verò, qui prædium vrbanum cõduxit, ſiue in villa, ſeu in ciuitate: quod ei. I.C. [g] alibi voluit: neque enim locus facit aliquem colonum, ſeu inquilinum, ſed materia, quæ
6 [h] conducitur. Sunt † autem coloni duplices. primum hi qui agrum certa pecunia conductum colunt & hi quidem propriè coloni dicuntur, quoniam alienum agrum [i] conduxere: vnde in legibus appellantur, omnis colentes. Alij dicuntur partiarij, à partiendo, quia dant partem [k] fructuum alieni fundi, non pecuniam numeratam. Hinc [l] Paulus, Conſtat, inquit, colonum, qui nũmis colit, cum eo qui fructus ſtantes
7 ſurripuerit, actutum. Inde † colonarium
8 ius dicitur conditio coloni. An ergo † &

a De quo in ti. de dã. infec. de in poſſ. tam in ff. quam in C. l. j. & ij. C. de prætor. pig.

b De quo in ti. de bo. aut iu. poſ. ff. & C & l. à diuo pio. de re iu. vide etiam gl. in d. l. j. & ij. C. de prætor. pig.

c Differentias inter hæc tria pignorum genera colligit glo. in l. j. in ver. traditum ibi Bar. de pigno. ac. Iaſ. ſuo vnã aliam addit.

d In l. j. ad fin. de ſal. interd.

e l. ij. in qui. cau. pig. ta. contra.

f Contra Accur.

g In l. re pignoris de acqui. poſ.

h l. vrbana prædia de verb. ſig.

i Autore Columella lib. j.

k l. ſi merce. §. vis maior. loc.

l In l. ſi ager de furt.

illata inuectáque per colonum partiarium
ſint,obnoxia pro mercede?pro penſionibus
frumentorum?Et magis eſt ea obligata
videri,idque vulgò recipitur:quia licet
non ſint propriè coloni,impropriè tamen
& extento vocabulo,ideo, quia penſio eſt
in fructibus,& non [m] in pecunia.

m Ief poſt dd.communiter hic.

d Pignoris. Taciti & per iuris authoritam, nullo contrahentium conſenſu introducti.

e Mercedibus. Et item rei locatæ [n] deteriorationem.

n Leum cō doctorem. ſ.locati.

f Ei. Locatori.
g Tenentur. Obligantur.
h Pignora. Expreſſa,per expreſſam conuentionem & conſenſum inter debitorem & creditorem conſtituta.
i De qua re. Mobili vel immobili.
k Hac app.con. Senſus eſt, quæcunque res,velut obſes ſupponitur obligationi pro ſecuritate creditoris,ſiue creditori tradita fuerit ſiue nuda conuentione ſine traditione ei obligata,ſemper poteſt creditor illam rem à quocunque poſſeſſore per hypothecariam actionem auocare & petere.

9 Seruiana † eſt actio realis, quæ loquatur
ad res,quæ à conductore ſcienter in locatam,ad hoc vt perpetuò illic eſſent.inuectæ,ſibique pro penſione & rei deterioratione tacitè obligatæ ſunt,agit,& à quocũque poſſeſſore, quaſi pignus auocat retinens illas, donec ei ſatisfiat. Nuncupatur
10 † autem Seruiana, à Seruio Prætore Romano:non à ſeruando,vt Accurſius comminiſcitur,nam omnes actiones nobis ſeruant quod debetur,alioqui ſeruatoria diceretur. Explicemus diffinitionis verba.
11 Quod Seruiana † ſit actio realis, ex eo liquet,quia domino rei locatæ competit aduerſus poſſeſſorem rerum inductarũ:ſemper ſequitur poſſeſſorẽ taciti pignoris. Nã ſi locator pro penſione & deterioratione rei locatæ non poteſt cõſequi ius,& poſſeſſio rerũ illatarum perueniret ad alium,poteſt locator eas etiam ab illo altero poſſeſſore auocare,locóque pignoris, donec ei ſatisfiat,retinere. Appoſui locator: quia vt huic actioni locus ſit,oportet rẽ locatã eſſe nec penſionem ſolutã.Dixi ſcienter, quo-
12 niam † & locator ſcire debet, quæ res illatæ ſint, inuectæue.Nam ſi quæ fuerint inductæ de quibus locatori non cõſtitit, illæ pro penſione vel deterioratione obligatæ non erũt:quod maximè in his colonis, qui Prædia ruſtica cõduxere,locum habet, illi enim nihil poſſunt inferre,quod nõ ſit exhibitum inſpectioni locatoris, qualia ſunt aratra,ligones,vomeres, & ſimilia cultui agrorum deſtinata.Cæterùm in inquilino, qui prædiũ vrbanũ conducit inhabitandi cauſa,hoc non ſeruatur,ſed indiſtinctè omnia importata tacitè & per iuris autoritatem obnoxia ſunt ipſi locatori. Solent namque ipſi ſæpe inferre nõ pauca in iſtis, quæ non dantur [o] inſpectioni locatoris. Subdidi,perpetuò,ad differentiam earum rerum quæ inferuntur, vt tantùm ad tem-
13 pus illic maneant.Oportet † itaque res co

o Larrel ingris.C.de locat.

animo illatas eſſe, vt illic perpetuò maneãt id eſt,donec colonus aut inquilinus inhabitauerit,alioqui non eſſent [p] tacitè obli-
14 gatæ. Adiunxi.† illatæ & inuectæ, vt intelligeres res conductoris non illatas, pro penſione obſtrictas [q] non eſſe. Obligantur
13 † autem omnes res coloni illatæ, ſiue in eis dominium habeat, ſiue ab eo tantùm [r] bona fide poſſideantur. Fructus quoque nati in fundo extantes tempore penſionis ſoluendæ,tacitè obligantur,tametſi inquilinus interim eos impunè poſſit [s] vendere. Itẽ & nomina debitorum,ſi colonus multas habeat cautiones obligatorias,quod Zaſius aduerſus Ang. & Iaſ.ſatis tuetur. Sed
16 an † merces illatæ,vt ſi fortè inquilinus ſit mercator,qui domum conducat pro mercibus vendendis, ſint tacitè obſtrictæ? Et non videtur,cum non inferantur in domũ cõductam,vt perpetuò ibi ſint:ſed vt quotidie vendantur:eſt enim proprium rei venalis,vt vendatur: in eámque ſententiam vulgò poſt multas fatigationes itũ eſt. Ego crediderim & illas pro penſione affici tè,tacitè,non quidem in ſpecie & particulari,quo ad indiuidua,ſed in genere & vniuerſaliter:quia licet ſpecies mercium vendantur,ſemper tamen ſubſtituũtur aliæ:cõmercium enim eſt negotium emendi & [t] vẽdendi. Vtcunque ergo res particulatim vendantur, tamen cum aliæ reſtituuntur, officina ſemper reponitur mercibus, iam merces extant,perpetuóque,hoc eſt, quandiu durat locatio,in genere ſunt in domo iſta conducta. Iſta tamen reducimus ſemper ad tempus quo penſio ſoluẽda eſt,quia merces tum extantes [u] ſunt in obligatione.
17 Ait porrò Zaſius † pecuniam quæ reſeruatur pro ſubſtantia patrimonij, inductam tacitè obligari,quia eo animo inducitur, vt perpetuò,& tempore locationis ibi maneat. Pecuniã tamẽ quæ deſtinatur ad quotidianum vſum,quia ad hoc nata formatáque eſt,vt expendatur potius,quàm retineatur, ſub tacita obligatione non [x] venire,
18 crebrius traditum eſt. Quinimò † omnes res vſui quotidiano deputatæ eò referri nõ debent. Hinc eſt,quod veſtes, ſupellex, libri eorum qui literis operam nauãt, atque id genus aliæ res,pro [y] penſione tacitè obnoxiæ non ſunt. Subieci pro penſione,quia ſicut in emptione debet eſſe [z] precium pecuniarium,ita in cõtractu locationis mer-
19 ces,ſiue penſio † in pecunia conſtituenda eſt, vel ſecundum quoſdam in alia re, quæ pondere,menſuráue conſiſtit,alias eſſet locatio,vel contractus innominatus. & per conſequens hæc actio non competeret. Hincque orta eſt hæc diſputatio, an res coloni partiari illatæ,ſint tacitè obligatæ, pro penſione, de qua in text. diximus.
20 Adiunxi,pro † deterioratione rei: quia ex natura locationis & conductionis eſt, rem conductam retinere integram. Si verò ex negligentia conductoris deſtructa fuerit, tenetur inſtaurare, etiamſi expreſſe in ipſa locatione de hoc non eſt [a] actum. Si quid ergo deſtructum,

p l. dubitet de pi. l. in prædiis. ad ſ. in quib. cau pi. ta. contra.
q l. ſ & l.iij in quib.cau. pi.ta.contr.
r l ſi ab eo. de pigno.
ſ Ita loquitur d. l. in prædiis & vulgo contra bar.in l. aſsiduis.C. qui po. in pig.hab. etc.
t l.iij. in ſ. C. de commer.& merc.
u Tex. expreſſus pro hoc in l.cū tabernā de pig.& ſo. in arg.l.pr.pro debitur. C. de iud.
x Ita intellige bal. in l.certi iuris in vj.q.C.locat.
y l.obligatione.de pignorib.
z ſ. precii. I de emp.& vend.
a l.eū conductor.ſ. C. de lo.ſ.conductor. ſupra eo.

b d.l.2.& ſ.in quibu. cau. pig.in. contra.
c Hic. qui allegat l.vn.c.C.ſi tol. & hy. pec.pi. ja act. poſ.

ctum, deteriorat umue fuerit, nec re-
factum.omnes res illatæ pro deterioratio
ne affectæ tacitè obligatæ quæ ſunt,[b] donec
reficiatur, poteſt quam eam locator retine-
re non tantum pro penſione, ſeu deterio-
ratione, verumtamen iam pro alio debito
chyrographario, [c]authore Ang. Si tamẽ ex-
preſſa hypotheca vel pignus locatori con-
ſtitutum eſſet, res illatæ inuectæque, tacitè
21 obnoxiæ non eſſent. quia † prouiſio homi-
nis tollit [d] prouiſionem legis. Amplius in
definitione vſus ſum verbo: tacitè: nam ſi
conductoris bona expreſſè obligata eſſent,
diceretur hypotheca expreſſa, nec haberet
hæc actio locum, ſed quaſi Seruiana. Addi-
22 di, à quocũque poſſeſſore, quia hæc † actio
realis eſt & dirigitur in rem, à quocunque
poſſeſſa fuerit. Si tamen tertius poſſeſſor
habeat titulum & bonam fidem, videtur
tutus eſſe ab hac actione, cum nec publi-
ciana detur aduerſus titulo poſſidentem.

d l.ſin. C de pac. conuen.

e l.ſin. in qui cau.pi. vel hy. tac. l.ij.loc. & cedit l. cum vitioſa. ff. de pign.

cauſa † iſtius actionis eſt, ius quod in re a-
23 licuius obliganda, lex per autoritatem cõ-
cedit actori, & poſſeſſio aduerſarii: quare
in rem cenſetur Probat † itaque actor, Ser-
24 uianam intendens, tria. Primo, ſe locaſſe il
lam rem conductori pro certa mercede: ni
ſi enim contractus locationis & condu-
ctionis interuenerit conſtitutaque ſit mer-
ces, quomodo accedet pignus? Quare nec
tum obligantur res, cum gratuita conce-
ditur[e] habitatio. Deinde, conductorem res
ad quas agit, eo animo induxiſſe, vt perpe-
tuò, id eſt, quoad habitaret, illic manerent,
& hoc locatore ſciente, ſi quidem ruſticum
prædium locatum eſt: ſi verò vrbanum lo-
caretur, docet ſimpliciter res importatas.
Demum aſſerit conductorem habuiſſe do-
minium, vel quaſi dominium in rebus illa-
tis, vel ſaltem eas alioqui in ipſius bonis
fuiſſe. Satis enim eſt quod poſſederit rem
bona fide pro ſua: hoc enim eſt, in bonis a-
licuius rem [f]cenſeri. Vel denique probat,
quod res quidem alienæ extiterint, cum
conſenſu tamen domini inductæ. Ex præ-
dictis apparet, quod perſequamur iſta a-
25 ctione, † quidue in eã veniat, nempe ius, id
eſt, obligatio earum rerum, quæ in prædia
vrbana vel ruſtica illatæ ſunt, non quidem
omnium (id enim inciuile eſſet, tametſi o-
mnes tacitè obligatæ ſint) ſed quatenus pro
ſecuritate penſionis, reſarciendisque dam-
nis ſufficere [g] videntur. Poteſt etiam peti vt
res in prædio conſcribantur per notarium
& præcludentur, ſi eas ſtatim vẽdicare no-
luerit, quo loco inuecta & illata ſit deſcri-
pta, incluſaque, nexu expreſſi pignoris te-
nentur, nec poſſent inhabitatore- alienare
ex illis rebus [h] quicquam. Quanquam au-
tem ſuprà in definitione docui, Seruianam
actionem locatori competere, ei ſcilicet,
qui ędes, vel horreum, aut diuerſorium, vel
aream in ciuitate, aut prædium ruſticum
extra ciuitatem locauerit, ſunt tamen & a-
lii, qui hanc exercere poſſunt. Nã † & cre-
26 ditori datur ſuppeditãti pecuniam ad re-
fectionem rei: ſiquidem ea obnoxia ſit pro
li pecunia per autoritatem. Senatuſconſul-

f l.honorã apd. §.in bonis.de verb. ſig. l.rem alienam. de pi. act.

g l. & in arb. ca. pi. et hy. t.cu.

h l.eſt [di]ſferentia in quibu. cau. pig.&c.& l. ſi quaſi. de pig.act.

ti, quod ſub [i] Marco imperatore factum
27 eſt. Et † item mulieri, quoniam pro rebus
dotalibus conſeruandis habet obligata bo
na [k] mariti: imò eſt etiam eo caſu priuile-
giata hæc actio, vt præferatur omnibus a-
liis creditoribus, tacitam vel expreſſam hy
pothecam prætendentibus, ſecundum ſen-
tentiam Martini iure veriſsimam, vt com-
muni Doctorum adſertio non admittat
præferri mulierẽ iis qui expreſſum pignus
28 [l] habent. Eodem modo conceditur † mari-
to hæc actio, ad conſeruandum donationẽ
propter nuptias ex bonis [m] vxoris. Et his
caſibus hæc actio ſæpe nuncupatur hypo-
thecaria Non tamen antea, quàm ſolutum
fuerit matrimonium, aut marito vergente
ad inopiam, competit hæc actio, quia nec
de dote locum [n] antea habet. Circa hoc ta
29 men obſeruandum, priorem obligationẽ,
29 qua † iuncta & illata domino tacitè obli-
gantur, ipſo iure non enaſci ſiue facto ho-
minis, vt quæ non exiſtat, niſi res, ſiue bona
importentur. Itaque ad iſtam tacitam hy-
pothecam inuectorũ, illatorumque, duo
principia concurrunt, lex & factum homi
nis: hoc procedit, quia inferuntur & inue-
huntur, moxque diſponit lex, & coopera-
tur tacitam obligationem, quod non eſt in
aliis tacitis [o] hypothecis. Porrò ſub hac fe
rè forma proponi poteſt hæc actio. Cum
† Titius talem à me domum conduxerit
30 vel fundum tanta pecunia, eiusque res ſint
in prædium conductum me ſciente (ſi co-
lonus ſit, ſecus in inquilino) illatæ, indu-
ctæ, aut importatæ, ſintque tales res, quas
quilibet paterfamiliàs ſolet ſecum eo ani-
mo adferre: vt ſemper retineat: quare peto
veſtra ſententia declarari, res conductoris
illatas in prædictam domum vel fundum,
pro penſione, vel damnis in ædibus datis,
iure obligatas eſſe, eoque nomine reum cõ-
demnari, vt mihi eaſdem res, quoad mihi
fuerit de huiuſmodi penſione, aut damnis
ſatisfactum, tradat, reſtituat, &c.

i l.in qui. cau. pig. vel hi. t.c. l.interdum. & l.ſi qui po. in pig. hab.
k l.j. §.& plenius. C. de rei vxo. act.
l l.ſi in rebus. C. de in. do. aſsiduis. C. qui po. in pig. hab. de æqual. do. § his cõſequens.
m d. §. & vt plenius.

n l.vbi adhuc. C. de iur. dot.

o Vide caſum hic pulchrũ de hoc differentiã.

Expediti de actione ſeruiana ad quaſi
ſeruianam veniamus, quæ etiam prætoris
31 autoritate conſtat ſic † dicta, primum ad
differentiam Seruianæ: deinde, quia hæc a-
ctio propter expreſſam conuentionem, &
conſenſum inter debitorem & creditorem
magis ex iure ciuili, ſicut aliæ contractuũ
actiones, conſtare videtur, quàm ex auto-
ritate prætoris. Veruntamen quia ſeruius
prætor formam ei dedit, & primus edicto
ſuo in forum produxit, ideò nuncupata il-
li fuit hoc temperamento, Quaſi ſeruia-
na, propriè autem hypothecaria dici-
32 tur. Eſt autem † quaſi Seruiana, ſiue hy
33 pothecaria, actio † realis, qua creditor ad
rei poſſeſſionem, quæ ſibi iure pignoris
vel hypothecæ expreſſè obligata eſt, agit
ad hoc, vt id retinere, vel alienare poſ-
ſit à debitore non fuerit redempta. Pri-
mum hinc diſcis, hanc actionem in
rem eſſe, ea iure pignoris, quod credi-
tor habet per expreſſum conſenſum de-
bitor is, qui obligauit eam, id quam
reſpectu actoris. Cæterum quatenus.

ad reum conuentum attinet, poſſeſsio eius
parit hanc [p] actionem, & ideo iſta perſecu-
tio in rem eſt [q] creditoris. Ob id autem ex
huiuſmodi expreſſa conuentione non in
perſonam, ſed in rem naſcitur actio, quia
de pignore tractantes, non hoc intendunt,
vt perſona, ſed vt res obligetur, ſicque iua
quoddam in re, velut pars dominij, à debi-
tore conſtituitur creditori. Subieci, credi-
tor ad differentiam actionis Seruianæ, quę
non à quouis creditore exerceri poteſt, ſed
34 illi tantum † datur, qui tacitas hypothecas
ex ſola diſpoſitione legis inductas habet.
Addidi, poſſeſsionem rei, quia licet hæc a-
ctio propriè ſapiat naturam iudicij [r] præto-
rij, aduocat tamē nudam poſſeſsionem rei
[s] obligatæ. Appoſui iure pignoris, vel hy-
pothecæ, quia quantum ad hanc actionem
attinet, inter pignus & hypothecā [t] nulla
eſt differentia, datur enim pro vtroque a-
lioqui † tamen eſt differentia. Pignus enim
35 traditione conſtituitur, hypotheca nudo
conſenſu ſine traditione: & ſic in pignore
transfertur poſſeſsio in creditorem, in hy-
potheca non, ſed penes debitorem rema-
net. Differunt & quo ad actiones, quia a-
ctio pignoratitia eſt perſonalis, datúrque
tantum pro pignore: hypothecaria verò
tam pro pignore, quàm pro hypotheca. Nā
vbi pignus à creditore ad tertium quendā
peruenerit, tum & hypothecaria exerceri
poteſt, qua creditor ab illo tertio repetit
pignus, atque hoc eſt quod hîc dicit Iuſti-
nianus, inter pignus & hypothecam, quan-
tum ad hanc actionem attinet, nullum eſ-
ſe diſcrimen, hypothecaria enim datur e-
tiam pro pignore, quod ad tertium perue-
36 nit. Subiunxi, expreſsè † obligata eſt, vt
rurſus Seruianam ſecluderem, quæ pro re-
bus tacitè obligatis competit. Dixi, retine-
37 re poſsit, quia † pignoris & hypothecæ fi-
nalis cauſa hæc eſt. vt creditori ſaluum [u] ſit
ſuum creditum. Adieci, alienare: quia ſi
debitores pignora noluerint redimere,
38 † poſſunt à creditoribus vendi ſimpliciter,
dummodo id pactionibus cautū ſit. Quod
ſi nihil cautum fuerit, poſt vnam denun-
tiationem elapſo biennio [x] quoque vendi
poteſt: & ſic cauſa iſtius actionis eſt pignus
ſeu hypotheca expreſſa, vt ex ſuperioribus
49 liquet. Quando autem quæritur quid † in
hoc iudicio actor probare adſtringatur, di
ſtinguendum eſt ex communi ſententia.
Nam ſi quidem agat aduerſus principalem
debitorem, qui ſcilicet obligauit rem iure
pignoris vel hypothecæ, eámque poſsidet,
ſufficit probari ſolam poſſeſsionem debi-
toris: neque enim is negare poteſt, ſe fuiſ-
ſe dominum iſtius rei cum negando argue
retur mendacij. Cautius tamen eſt in ipſa
actione allegare debitorem dominum pi-
gnoris, vel certè id in bonis ipſius eſſe: nā
ſi hoc adſtruatur, tunc ex ſola poſſeſsione
dominium vix præſumeretur. Sin verò ex-
periatur actor aduerſus tertium poſſeſſo-
rem, intereſt, an tertius poſſeſſor cauſam,
id eſt, titulū à principali debitore habeat,
an minus: quoniam themate priori non

p l. ſi fun-
dus. §. in vi
dicatione.
de pi. & hy.
q l. pigno-
ris. ff. eo. tit. l.
pignoris. C.
e. l. ſi cū vē-
ditor. in
prin. de eui.

r Vt vule
bat. in l. j. de
ſal. interd.

ſ l. ſi cū vē-
ditor. in pri
cip. de euic.
t Ita loquu
tur text. hîc
in ver. inter
pignus.

v §. credi-
tor. ſuprà
qui. mo. re
contr. obl.

x De hoc
dixi in §.
contra. ſup.
qui. aliena.
n. n.

ſufficit probare ſolam poſſeſsionem debi-
toris, ſed neceſſe quoque eſt oſtendere de-
bitorem fuiſſe dominum illius rei oppi-
gnoratæ, vel quod ſaltem in nobis eius fue
rit: ob id certè, quia actor hypothecam ha
bens, ius in re tantùm habere dicitur ad a-
uocandam nudam [y] poſſeſsionem, quod
ius non poteſt ei tribuere vſucapiendi oc-
caſionem, multò minus [z] dominium. Ter-
ti⁹ autem poſſeſſor, qui à debitore cauſam
habet, id eſt, iuſtum titulum, bonam fidem
& item poſſeſsionem, vſucapiendi ius ha-
bet, poteſtque dominus fieri: ac per conſe-
quens plus habet in re hypothecata, quàm
creditor, qui habet tantum ius hypothecæ.
Quare etiam ab eo qui minus habet, im-
pugnari nequit, niſi is, ſcilicet creditor, pro
bet debitorem fuiſſe dominum, & rem a-
lienatam ſibi actualiter, & cum effectu ab
eo obſtrictā, qui eā obligare potuit, quod
ius ſine eius [a] facto non potuiſſet tolli. Po-
ſteriore verò ſpecie, quando quis hypothe-
cariam actionem aduerſus eum intendit,
qui nullam cauſam à principali debitore
habet, obligabitur actor probare, debito-
rem fuiſſe dominum vel quaſi dominum
rei hypothecatæ: in quod Angel. Iaſon, &
reliqui hîc inclinant. Libellus ergo in hac
actione hunc in modum proponi, atque
40 inſtitui poteſt. Titius † centum à me au-
reos mutuo accepit, pro quibus obligauit
mihi expreſsè iure pignoris aureum pocu-
lum, cuius ipſe dominus, vel quaſi domi-
nus erat: vel certè habebat id in bonis: aut
poſsidebat: quia autem mutuum non ſol-
uit, egóque detentionem illius poculi ex-
preſsè obligati non habeo, quare peto reū
condemnari, ac legitimè compelli, vt præ-
dictum poculum mihi iure pignoratitio
tradat, reſtituat, donec ſolutum fuerit de-
bitum, &c. Et hæc formula procedit, ſi de-
bitor ipſe pignus poſsidet: ſi verò alienaſ-
ſet in tertium, illa alienatio narranda, in-
ſerendáque libello eſſet. Reliqua quæ ad
Seruianā diximus, huc quoque reducenda
ſunt. Obiter tamen monendi eſtis, conſul-
41 tius fore hoc in caſu interdictum † Saluia-
num intendere, quod ſolum poſſeſſorium
eſt, adipiſcendæ poſſeſsionis, neque exigit
vllam probationem de iure debitoris qui
rem obligauit, cum alioqui in hypotheca-
ria docere oporteat, rem pignoratā in bo-
nis fuiſſe [b] debitoris. Habet autem hoc in-
terdictum cum ſuperioribus duabus actio
nibus magnam ſimilitudinem, adeò quòd
indifferenter tam locatori pro rebus intro
ductis, tacitéque obligatis, quàm aliis cre-
ditoribus [c] hypothecariis competat. Si er-
go locatori datur, eadem obſeruari debēt
quæ de Seruiana diximus: ſi verò aliis cre-
ditoribus pro rebus expreſſo conſenſu ob-
noxiis, huc transferenda ſunt quæ de quaſi
42 Seruiana notauimus. Interim † tamen dif-
ferunt, quia Seruiana duriores exigit pro-
bationes, quàm hoc [d] interdictum: Saluia-
num quippe interdictū reſpicit dūtaxat id
quod cōductor importauerit res, nec ad-
modum curioſè diſputat, vtrum fuerint
impor

y d. l. ſi cū
venditor. in
prin. de eui.
z Dixi ſup.
eo. in §. nā-
que ſi cui.
nu. 22.

a Vt colli
gitur ex l. ſi
creditor. §.
quęritur. de
diſtrac. pig.

b l. j. de ſal.
inter l. j. C.
de preca.

c Bar. in d.
l. j. de ſal. in
terd.

d d. l. j. §.
cum prædi-
um. l. & quę
nondum. §.
j. de pig.

importantis, an non, quod Seruiana ſecundum ciuiles regulas diſtrictius inquirit: atque ob id commodius fuerit, [e] vt dixi, vti hoc remedio. Deinde huius interdicti iudicium poſſeſſorium eſt, quia fundat ſe tantummodo in mera & nuda poſſeſsione, nõ faciens mentionem quod ei tradatur res. Seruianæ verò petitorium, quia ipſam rem ratione pignoris perſequitur, quod notandum eſt ad varium vſum forenſem, maximè propter appellationes, quia in Seruiana poſſet appellari, non autem [f] in hoc interdicto. Demum Seruiana eſt in rem, hoc verò remedium in perſonam, ſicut omnia interdicta. Poteſt autem hoc interdictum propemodum ſic inſtitui: Dico contra Titium, quod tenet talem rem, quæ mihi tacitè eſt obligata, quia inuecta fuit loco pignoris in talem fundum, quem locaui Sempronio, quare peto eum condemnari ad ipſam rem tradendam, ita quod ego poſsim adipiſci poſſeſsionem ipſius, implorãs officium iudicis, vt ad hoc [g] compellatur, &c. Et hic non fiet mentio rei pignoratæ, quaſi res pignorata fuerit coloni, vel non fuerit: vnde ſi tertius excipiat, & velit referre quæſtionem dominij, id eſt, contra actorem cõtrouertere cauſam dominij, replicandum eſt, quod agas poſſeſſorio: nec in eres diſputationem rei pignoratæ, [h] an ſit debitoris, vel non: quod obſerua diligenter.

e potest idem Ang. conſuluit.

f Bar. in d. l. 3. de fid. . . .

g d. l. 3. §. ſi certi iuris. C. de loca. & conduc.

h Ita ſaſius hic admonet.

§. In perſonam.

1 *Actio receptitia eſt antiquata, & in actionem pecuniæ conſtitutæ transfuſa.*

2 *In quo conuenerint actio de conſtitu. pecu. & actio receptitia.*

3 *Item in quo prædictæ actiones differant.*

4 *Quibus caſibus hodie agatur actione de conſtituta pecunia.*

5 *Actio receptitia vnde dicta.*

In perſonam quoque actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet prætor, veluti de pecunia conſtituta, cui ſimilis videbatur receptitia. Sed ex noſtra conſtitutione cum & ſi quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt, & ea quaſi ſuperuacua iuſſa eſt cum ſua autoritate à noſtris legibus recedere. Item prætor propoſuit actionem de peculio ſeruorum, filiorumque familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias complures.

De actionibus in rem prætoriis viſum eſt, nunc ad perſonales deſcẽdendo Iuſtinianus pleraſque enumerat in genere, quarum tractationẽ priuſquam aggrediatur, obiter & quaſi perfunctoriè oſtendit, receptitiam
1 †actionem eſſe antiquatam, atque in actionem pecuniæ conſtitutæ [a] transfuſam. Vt autem intelligas (quandoquidem & abolitæ leges reuoluendæ ſunt, ſi vtilitas inde aliqua & dilucidior [b] ſenſus hauriri poſsit) qualis hæc a-
2 ctio fuerit, & in quibus †conuenerit, aut etiam diſcreparit ab actione de conſtituta pecunia: ſciendum eſt, hoc inter vtranque actionem fuiſſe commune, quod vtraque ex conſtituto naſcebatur, id eſt poſtquam argentarius vel quouis alius debitor conuentus, vt ſolueret, ita creditorem dimiſit, vt ſe hoc vel illo die ſoluturum conſtitueret: ex hoc conſtituto oriebatur vtraque
3 actio. In illo †autem [c] differebant, quod actio de pecunia conſtituta locum habuit, quicunque is fuiſſet, qui conſtituerat. Receptitia verò, tum demum procedebat, si fungibiles, nempe ea quæ numero, pondere, menſurâve conſiſtunt, conſtituta fuerãt. Receptitia verò agi poterat, quicquid fuiſſet id quod debebatur, mobile an immobile, dum argentarius conſtituiſſet. Sic ergo prior actio latius patuit, quod ad perſonas attinet: nam quilibet conſtituere poterat: ſed in anguſtius contracta erat, quod ad res pertinet, quia res tantùm fungibiles conſtituebantur. Ex diuerſo actio receptitia magis coarctata erat, ſi perſonas ſpectes, quoniam ſolus argentarius ea tenebatur: & latius patentem vſum habuit, ſi res inſpicias, nam omnia, quæ cuiquam debebentur, recipiebat. Et hæc quidẽ olim obſeruabantur. Imperator verò Iuſtinianus ſua [d] conſtitutione receptitiam actionem ſuſtulit, & id quòd plenius habuerat receptitia, in actionem conſtitutæ pecuniæ tranſtulit, quemadmodum tex. præſens ſatis ſignificat. Ex quibus conſequitur, pri-
4 mùm, †quòd hodie ex ſola actione de conſtituta pecunia tam cum argentario, quàm cum quouis alio conſtituente agatur. Deinde, quod hæc actio aduerſùs quemuis conſtituentem, & quauis in re debita, ſiue fungibili, ſiue nõ fungibili, locum habeat.
5 Dicta †autem eſt receptitia, eleganti quadam loquendi figura, à recipiendo, id eſt, accipiendo, ſeu promittendo. Recipere enim inter alia ſignificat facienda ſuſcipere, & cum obligatione promittere. Sic Cicero Craſſo: Quæ tibi, inquit, promitto, ac recipio, eſſe ſanctiſsimè obſeruaturum, quãquam & pro ſimpliciter promittere, apud eundem non ſemel ponitur.

a l. 2. C. de conſti. pec.

b Ang. §. 1. ſuprà de re. . ., vide ibi modern. & Bar. in l. 1. de Eid.

c Hæc ex Theophilo ferè omnia.

d in d. l. 2.

§. De conſtituta.

1 *Vniuerſalita ſemper in legibus ad perſonas aptas reſtringitur.*

2 *Conſtituere, quid in hoc propoſito ſignificet.*

3 *Definitio actionis de conſtit. pecu.*

4 *Conſtitutum fit nudo pacto.*

5 *Nudum pactum qualiter fiat.*

6 *Conſtitutum quibus verbis fiat.*

7 *Poteſt etiam inter abſentes conſtitui.*

8 *An factum alienum conſtitui poſsit.*

9 *Conſtitutum præſupponit debitum.*

10 11 *Conſtituti quæ ſit vtilitas.*

Super

dat qualitas commodi, vt locus, tempus, ſi conſtituam me commodiore loco, vel tempore ſoluturum. Item ſi accedat qualitas monetæ, facilitas ſoluendi, vt ſi cum debeat mihi decem in moneta, conſtituas te in auro ſoluturū, vel ꝑ numerū cōſtituas te ſoluturum pecuniam, quia totie ˣ um mercator. Sed hic pulchræ inquiſitionis eſt,
13 quare † cum debitum ciuile tantum non poſsit ᵘ conſtitui, et tamen fideiuſſor accedere ᵛ valeat. Vt quid tam varie cum videantur quodammodo paria eſſe, conſtitutum, & fideiuſsio. Ego dimiſsis aliorum reſponſionibus, Zaſij ſolutionem amplector. Conſtitutum enim firmat & roborat debitum præcedens, eaque propter actionem producit, addit alias qualitates, puta locum, tempus, monetam, & his ſimiles, quæ in principali appoſitæ non erant: vnde non mirum, ſi non poteſt firmare id, quod eſt indebitum, quia firmatio ſuccedens præſupponit rem firmandam eſſe aliquam. Secus eſt in fideiuſſore: is enim qualicunque accedit ʸ obligationi: at non firmet contractum, cui accedit. Neque enim in plus obligari poteſt, quàm ipſa principalis obligatio polleat. Vtcunque ergo fideiuſſor debito tantum ciuili adiungatur, ea tamen exceptio, quæ eſt contra debitū ciuile, fideiuſſori quoque proficit, ne duriᶻ obligetur. Quod tamen dictum eſt aliquod robur debito accedere per conſtitutum potius, quàm per fideiuſsionem: hoc procedit: niſi conſtitutum debito conditionali adijceretur, Zaſio adſtipulante: veluti ſi ſis mihi obligatus, ſi Cæſar Ratiſbonam ad comitia veniat, & conſtituas te ſoluturum hoc debitum: illud conſtitutum nihil dat roboris debito principali, quia ſemper expectandus eſt euentus conditionis, ſi extat conditio, conſtitutum efficax eſt: ſin verò defecerit, cadit & conſtitutum & ſic hac ſpecie conſtitutum ſequitur ᶻ naturam conditionis debiti. Addidi in defi-
14 nitione, vel alius debebat: quia † poteſt quis conſtituere, ſe id quod alius debet, ſoluturum, quo caſu liberatur principalis debitor, obligatione in ᵃ conſtituentem eiuſque hæredes transfuſa. Adpoſui, ex quacunque
15 cauſa: vt oſtenderem in conſtituto, † quod fit pro alio debitore, non attendi, ſiue is naturaliter tantum, ſiue naturaliter & ciuiliter debeat, ſed id tantum, vt obligatio per conſtitutum transferatur in ᵇ conſti-
16 tuentem. Cauſa † huius actionis proximior eſt obligatio, remotior verò ᶜ nudum pactum. Et ſic diſcis, quod vtcunque regulariter iure ciuili nudum pactum non pro-
17 ducat ᵈ actionem, in conſtituto † tamen ex nudo pacto actionem naſci, ob id certè, quia hoc nudum pactum adponitur ſuper debito iam naturaliter contracto ideo potius operatur productionem actionis, quā ſi ſuper debito contrahendo adijceretur: hoc fit propter geminationem promiſsionis, quod videlicet per nudum pactum idē bis promittitur. Sunt & aliæ pleræque ſpecies, in quibus ex nudo pacto actio naſci-

u d. l. 1. §. an poteſt.
v d. l. 3. ad fin.
x §. ꝑ com gl. ſupra de fideiuſ.
y l. Græcè. § & generaliter de fideiuſſo.
z Bonos ſent. 10 l. id quod ſub cōditione. ff. hoc titu.
a l. 3. C. hoc titu.
b d. l. 3.
c §. nuſtu hic.
d l. iuris gentium. §. ſed cū nulla. & §. quinimo. l. 3 d. ff. de pact.

tur, quas Accur. hoc loci enumerat, & cōmentatores ᵉ vberius eaſdem expendunt,
18 pleriſque in locis. Poſſunt † autem ſe conſtituere omnes, qui alioqui obligari queūt: furioſus autem, pupillus, prodigus, ſimileſque perſonæ, quia ſine tutorum curatorūmve ᶠ autoritate non obligantur, nec cō ſtituere poſſunt. Obſerua quoque obiter, conſtitutum non tantum pro numerata
19 pecunia fieri, ſed pro † omnibus rebus quæ per ſtipulationem obſtringi nobis poterūt quamcunque rem ſiue mobilem ſiue ſolo hærentem quis ſe ſoluturum conſtituit, hac actione tenetur: vſque adeo etiam veteres pecuniæ appellatione omnes res patrimonio noſtro comprehenſas ᵍ ſignificari ſtatuerunt. Videamus nunc, quomodo in fo-
20 rum producenda ſit actio. Eſt † autem facilis eius forma, quia ex ipſo contractu vltro naſcitur. Cum ergo & Titius eſſemus in eadem negociatione, ipſeque pecunia indigeret, rogauit vt centum ei ſolidos mutuò darem, quos ita à me accepit, promitteos ad proximas Calendas Maij ſe ſoluturum. Calendis autem venientibus creditam pecuniam numerare nō potuit, ideóque Seius per nudum pactum eoſdem aureos ſe pro Titio ſoluturū conſtituit. Quia autem ex illo conſtituto Seius efficaciter mihi obligatus eſt, peto eum condemnari ad dandum & ſoluendum prædictos cētum ſolidos, &c. Et ſic libellus procedit, ſi quis conſtituit ſe ſoluturum, quod alius debebat. Facile autem poteris mutare in caſu, quando quis conſtituit ſe id ſoluturum, quod ipſemet prius debebat.

e Iaſo. hic copioſè, poſt alios omnes, in d. §. quinimo.
f Dixi ſup. in tex.
g l. tallis. de le. 3. l. a §. motonum. ſi certum pet. l. pecuniæ verbum. & l. pecuniæ ꝟ de verb. ſig.

§. Actiones.

1 Peculium quomodo in hoc §. accipiatur.
2 Peculium in perſonis ſeruorum erat tantum vnum.
3 Filiusfamil. habet quadruplex peculium.
4 De caſtrenſi, quaſi caſtrenſi, profectitio, & aduentitio peculio.
5 Filiusfam. ex omni contractu & delicto obligatur.
6 Quomodo executio poſsit fieri contra filiumfam.
7 Iure ciuili nemo ex alieno cōtractu tenetur.
8 Quam æquitatem prætor conſiderauerit in actione de peculio.
9 Pater etiam inuitus & ignorans ex contractu filij Peculio tenus obligatur.
10 De dictione Tenus.
11 Differentia inter patrimonium & peculiū.
12 Peculium dicitur veluti patrimonium filij aut ſerui.
13 Definitio actionis de peculio.
14 Actio de peculio an ſit diſtincta ſpecies actionis per ſe.
15 Actio de in rem verſo, & quod iuſſu, ſunt potius adiectionis quàm actiones.
16 Hodie ex contractu filij vel ſerui oriuntur duæ actiones.

Pater

17 *Pater actione de peculio conuentus quid deducat.*

18 *Pater conuentus filio mortuo, in ſolidum tenetur fallit in peculio profectitio.*

19 *Pater tenetur de peculio ex contractu filij, non tamen ex delicto, ſecus eſt in domino.*

20 *Noxæ deditio hodie in ſeruis tantum durat.*

21 *Actiones de in rem verſo, & quod iuſſu, inſolidum intenduntur: actio de peculio tantum peculio tenus.*

22 *Quatenus in peculio ſit, tempus ſententiæ ſpectatur.*

23 *Actio de peculio in profectitijs tantum locũ habet. ſecus in caſtrenſibus vt quaſi, & aduentitijs.*

24 *Caſus vbi huic actioni etiam in aduentitijs locus eſt.*

25 *Cauſa efficiens. actionis de peculio.*

26 *Cauſa materialis.*

27 *Hæc actio ex ciuili & naturali obligatione naſcitur.*

28 *Quid in hac actione probare debeat actor.*

29 *Forma libelli in hac actione.*

30 *Si cum filiofam. impubere contractum ſit, quomodo detur hæc actio.*

[a] *Actiones autem de peculio, ideo aduerſus patrẽ dominiũve cõparauit prætor, quia licet ex cõtractu fi[l]orũ, ſeruorũv:[b] ipſo iure nõ teneãtur,[c] æquũ tamẽ eſt[d] peculio tenus (quod[e] veluti patrimoniũ eſt filiorum filiarumque, item ſeruorum) condẽnari eos.*

EX ponitur hoc §. altera actio perſonalis prætoria, quæ de peculio eſt. nõ inutilis, quod ad filiosfa. attinet. Accu. & poſt eũ reliqui interpretes hoc loci quinque alias actionũ formulas partim ex eodem fonte[a] profluentes, partim huc impertinẽtes[b] enumerãt: quarum tractationẽ nos hic omittemus, ne titulo proximè[c] ſubſequenti dotẽ debitam[d] ſubtrahamus. Porrò quia peculii crebra hic fiet mentio, pro euidẽtia admonẽdi eſtis. primò peculiũ variè in ll.[e] accipi. In
1 ea verò quã tractamus materia, † peculiũ dictum eſt, quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimonium, quod volũtate patris vel domini filiofa. aut ſeruo permittebatur, ſeparatum à rationibus[f] paternis & dominicis. Et poterat pater pro arbitrio ſuo illud augere, minuere, aut prorſus adimere,
2 ſi modò id non fieret[g] in fraudem alicuius. Peculium † autem in perſonis ſeruorũ erat tãtũ vnũ, & dicebatur[h] dominicũ id, propter abolita ſeruitutem gentium nimis duram, in foro noſtro non frequẽtatur. Eius tamen propter cognitionem antiquitatis & multarum legum, mentionem faciemus. Sed quod filiusfami. habet
3 † eſt quadruplex. Peculium † caſtrenſe,
4 quod filiofa. eunti in militiam à parentibus, propinquis, & amicis donatum eſt, quodque ipſe filiusf. in militia acquiſiuit, quod niſi militaret,[i] acquiſiturus nõ fuiſſet. Quaſi caſtrenſe eſt, quod acquiſiuit filiusfa. ex ſalario publico. ex artium profeſſione, ex ſacerdotiorum prouentibus, ex cauſarum p atrocinijs, vel[k] parſimonia propria. Profectitium eſt, quod ex re patris eiusue occaſione ad filium proficiſcitur. Aduentitium, quod filius aliunde cõſequitur, puta ab auo materno vel paterno, aut ex cognatorum teſtamento. quòque aliàs ex proſpera fortuna aduenit.

In caſtrenſi & quaſi caſtrenſi filius iure veteri habebat plenum dominium, id eſt, tam proprietatem, quàm vſumfructum, idque & hodie obtinet. In aduentitio, Pãdectarum lege penes patrem erat plena poteſtas iuris & adminiſtrationis: hodie ſolus vſusfr. acquiritur patri, proprietate ad filiumfa. pertinẽte. In profectitio ſicut olim, ita & hodie filius neque proprietatem, neque vſumfructum habet, ſed vtrũque[l] patris eſt. Deinde præmittẽdum eſt,
5 filiumfa. in poteſtate † patris conſtitutũ ex omni contractu & delicto obligari, & quidem inſolidum, etiam[m] viuente patre, adeò, vt poſſit conueniri à creditoribus, condemnarique per ſententiam ad ſoluẽdum. Et quamuis nihil proprii habeat, po-
6 teſt † tamen executio aduerſus ipſum fieri, vt bonis paternis cedat idq; eo facere cuſante carceri[n] mãcipietur. Nunc ad textum.

a *Actiones.* Id eſt, adiectiones, ſiue qualitates actionum, ſeu formulas perſequendi iuxta ea quæ mox infrà ſubnectam.

7 b *Ipſo iure.* Subaudi ciuili, † quo quiſque ex proprio cõtractu, non alieno obligatur, quatenus vt nec pater pro filio, vel dominus pro ſeruo, nec è regione filius pro parte obligari[o] queat. Atque hæc eſt ſummi iuris regula.

c *Æquum tam. n.* Sed quæ fuit hæc æquitas, quam prætor animaduertebat; Primũ. quod iuris ciuilis executio in filiosfa. durat admodum eſſet, vt aut bonis cederẽt, aut in carcerẽ[p] detruderẽtur, vt iã dixi. Deinde cũ pater filiofamilias, dominusque ſeruo expreſſe vel[q] tacitè certam pecuniæ ſubſtãtiã cõcedit, cũ qua negotietur non exprimendo certum negotiationis genus, (aliàs enim eſſet inſtitor) æquum
8 † prætori viſum eſt, ex horũ cõtractu patrẽ dominũque obſtringi. ac cõueniri poſſe, tũ ne deciperẽtur bona fide cõtrahẽtes cũ filiis aut ſeruis, tũ etiã quia ex ipſorũ volũtate præſumpta, ꝑpter cõceſſionẽ peculii (quæ ſemper durat, donec peculiũ rurſus adimatur) cõtraxiſſe videntur. Hinc eſt,
9 † quod etiã ignorãtes atq; inuiti ex illorum cõtractu teneãtur. Et[r] Caius: Etiã ſi prohibuerit, ait, cum ſeruo contrahi dominus, erit in eum de peculio actio. Verũ quoniã parẽtum dominorũque voluntas,

non eſt

a propter actionẽ de in rem verſo, & quod iuſſu.
b propter actionẽ exercitoriam, & tributoriam.
c qui hũc ſequitur.
quod cum eo, qui in aliena poteſt. eſt &c.
d vt dixit Bal. in l. falſus. C. de fo.
e Gl. in ru. ff. de pec. vide Bart. in rubr. ff. de dec. & Bal. in l. fi. in 2. & 3. col. ff. quod cum eo &c.
f l. depoſiti. §. vl. ff. de pecu.
g Gl. non ſummam. & l. peculiũ quod ſeruus cum l. ſequ. & l. ſumma cũ traditione h. c. citat.
h Petr. de bella pertica hic.

i l. caſtrenſe. ff. de caſtrẽ. pec. & l. 1. C. de caſt. pec. lib. 12. & Dd. in l. fori. C. de aduoc. diue. iu. & in l. cũ oportet ibi & id. C. de bo. quæ lib.

l l. pater. de acq. her. & l. quodcũ que. de ver. oblig. vide quæ dixi in §. igitur ſupra per quas perſon. nob. acquir.
m l. filiusfam. de ac. & obliga. & l. tam ex cõ tractib. de iud.
n l. penul. & fi. d. har. & alib. C. qui bo. ce. poſſ.

o ff. in mul. tis locis. C. ne hi pro pat. & in l. dominarum. ibi Dd. C. quod cum eo &c.
p d. l. penultim.

q Propter l. dipoſitae. §. vltimo. & l quam Tuberonis. § aut quidd. de peco.

r l. 1. §. ſi quis ſeruũ de pec.

non eſt ſimplex & àbſoluta,ſed certa ac li-
mitata,reſpectu illius quantitatis conceſ-
ſę in peculium : ideò inducit etiam Præ-
tor,vt non inſolidum,ſed quatenus ſe illa
voluntas,& ſic peculij quantitas extende-
ret,parentes dominíque de negotiis per fi-
lios vel ſeruos geſtis obligētur:Idq́ue pro-
priè vult tex.noſter.

d Peculiotenus. Id eſt,non vltra pecu-
lium,ſed quatenus peculij vires eſſent, vt
10 iam oſtendi.Et nota obiter † dictionem Te
nus,cōtra naturam præpoſitionis ſemper
poſtponi,in ſingulari vtique cum ablatiuo
in plurali verò cum genitiuo etiam,vt Val
la docuit in ſuis [f] elegantiis.

f Lib.4.cap.9.

11 *e Veluti.* Patrimonium † propriè eſt li
beri hominis:peculium verò his tantum,
qui in aliena poteſtate ſunt,quæritur & cū
extra poteſtatem mittūtur,amplius pecu-
lium nō eſt.Appellat autē illam pecuniam
quam pater dominus filio aut ſeruo ad ne-
12 gotiandum permittit,veluti † patrimoniū
filij aut ſerui,cum nō ſit:ſed quia ſeparata
eſt hæc pecunia à rationibus paternis, ſiue
dominicis,pater & dominus non connu-
merant inter ſua bona, ſeorſumque ſuas ra
tiones habent,quod ſigna.Excuſſo tex. de-
finiamus actionem de peculio legaliter.
13 Actio † de peculio eſt perſonalis prętoria
qua petimus à patre vel domino, vt ſoluat
pro filiofam.viuente , vel ſeruo nobis ex
contractu obligato quatenus eſt in pecu-
14 lio.Hęc † actio ex communi ſententia nō
eſt propriè diſtincta ſpecies actionis per ſe
ſed potius adiectio.ſiue formula actionum
ex quibus oritur.Agitur enim contra pa-
trē vel dominū ex eo contractu qui cele-
bratus eſt cū filio vel cum ſeruo,adiecta ta
men illa formula perſequendi,de peculio:
ſine hac enim non concederetur perſecu-
14 tio.Sic etiam † de actione in rē verſo , &
quod iuſſu,dicimus,quod ſint adiectiones
ſeu clauſulę agendi ex quibuslibet negotiis
geſtis cum iis qui ſunt in poteſtate alteri [e].
Et quanquam , vt eleganter [t] Olden. docet,
aliæ actiones ex huiuſmodi controuerſiis
naſci ſoleant inter contrahentes, aduerſus
patrem tamē vel dominū abſque his actio
nibus ſeu formulis (quibus vtique rei ve-
ritas reſpondeat) non permittitur vlla per
ſequutio.Exempli cauſa : Filius emit rem
quam vertit in vtilitatem patris, naſcitúr-
ne venditori actio ad præcium conſe-
quendum vtique naſcitur.Sed quia aduer
ſus patrem intendi non potuiſſet , niſi re
ipſa in commodum eius verſa,ideo vendi-
ti actio tali formula,De in rem verſo.exer-
ceri poteſt Hinc [u] Vlpian. Si à filio meo,
inquit fidaiuſſorem accepero , id me non
de in rem verſo , ſed de peculio actione
mandati præſtaturum. Et [x] alibi: Depoſiti
nomine ait pater vel dominus dūtaxat de
peculio conuenitur.His enim edictis Præ-
toriis non transferuntur actiones [y] ſed ad-
iiciuntur.Siue ergo actionum nomina di-
xeris,ſiue adiectiones.ſiue clauſulas , parū
refert,modo vt ſcias formulas eſſe agendi,
quæ hiſce verbis ſignificantur,vt appareat
T.de action.

e Hic in practica harum actionis.

u In l.1.§.cui congruit de pecu.

x In l.depoſiti in prin.eo.tit.

y l.ſi eſſ qui in mea.§.ſi ſi ſeruus.de exer ac. & l.ſi filiusfa.in ſi. de in rē.verſo.

quid potiſſimum in perſequendo debito
ſpectandum ſit, quando contrahitur cum
his qui in aliena ſunt poteſtate.Ad defini-
tionem reuertendo,declaremus eam , mo-
re noſtro, populariter. Quod ergo ſit per-
ſonalis hęc actio,liquet,quoniam in perſo-
nam eſt ex contractib.eorum, qui ſub al-
terius poteſtate,patria vel dominica, geſ-
ſerunt aliquid obligatorium. Prætoria itē
eſt,quia eā prætor ex ſua iuriſdictione in-
troduxit.Quod deinde dixi, qua petimus
à patre vel dom. &c. id omnino cum iure
ciuili pugnare,& ex mera æquitate, quam
Prætor conſiderauit,proficiſci, ex his quæ
ad text. dictauimus, colligitur. Subieci, à
16 patre vel domino:quia † hodie ex contra-
ctu filij & ſerui oriuntur duę actiones:vna
eſt,quæ datur aduerſus ipſum filiū vel ſer-
uum contrahentem inſolidum ex ſuo con
tractu , adeò quod ſi inſolidum ſoluendo
non ſit,detrudi poſſit in carcerem,niſi ce-
dendo [z] bonis ſe liberauerit. Altera [?] (qua
de hic agitur) aduerſus patrem dominum
ve competit vſque ad vires peculij,& qua-
tenus in peculio eſt. Vlp.de pecu.Si quia in
quit,cum filiofa.cōtraxeris,duos habet de-
bitores,filium inſolidum, & patrem dun-
taxat de peculio.Et Paul.in l.ſeq.Ideo,ait,
ſi pater filio peculium ademerit,nihilomi-
nus creditores cum filio agere poſſunt.De
ducit † tamen pater conuentus,vel domi-
17 nus , omne id quod ſibi debetur , vel illis
qui ſunt in ſua poteſtate, [a] tutela,curáue,ſi
tamen aliunde debitū ſuum conſequi ne-
queat,nec indemnitati ſuæ [b] conſulat : &
quod reliquum eſt in peculium cōputatur.
Adpoſui,pro filio viuente: quia † ſi pater
18 conueniretur filio mortuo,hodie non pe-
culiotenus,ſed in ſolidum obligaretur,ma
ximè in aduētitiis,caſtrēſibus, & quaſi ca-
ſtrenſibus peculiis,quæ pater eo quo nunc
vtimur iure, poſt morte filij occupat, non
vt peculia,ſed vt hæreditatem.Quod ſi hæ
res eſt,ſatis etiam facere creditoribus [c] ob-
ſtringitur. In peculio vero profectitio
quia nihil innouatum eſt, pater defuncto
filio vſque ad vires peculij, & intra fines
[d] eius tenebitur,Subiunxi ex contractu o-
bligato:pater enim & † dominus propriè
19 tenentur de peculio , ſi filius vel ſeruus
contraxerint, aut quaſi contraxerint, vt ſi
[e] geſſerint negocia abſentis. In delictis
differentia eſt inter patrem & dominum:
quoniā ſi ſeruus deliquerit, noxiamue de-
derit.penes dominū optio eſt,an velit no-
xam reſarcire, vel ſeruum dedere pro no-
xa, vt infra [f] ſuo loco audiemus, Secus eſt
in filio, neque enim poteſt pro noxa dedi,
ſi deliquerit, licet olim aliud [g] obſeruare-
tur : ſicque † hodie noxæ deditio du-
20 rat in ſeruis tantùm , & quadrupedibus,
ſi fortè damnum fecerint. interdum
tamen pater ex delicto filij conueniri
poteſt,ſi [h] factus ſit inde locupletior. Ad-
20 didi,quatenus eſt in peculio , ad differen-
tiam † actionum, de in rem verſo , quod
iuſſu , exercitoriæ , inſtitoriæ , & tributo-
riæ,quæ etiam aduerſus patrem & domi-

z l.eū filiuſfa. C.quib. bo.ce.poſ.

a l.peculiū. & l.ſed ſi dā nū de pecul. b l.ſi noxali § idē recte & § quod an te. hoc titu. c Toto titu. C. de hære. act.& l.vnic. C vt act. ab hær &cō.hæred.&c.

d Gl.in ſi. pater.ij.in ver. teſtamē.d.de caſt.pec.

e l.ſi filiuſf. ff.de neg.ge.

f In tit. de noxa.actio. g § vlt.ī.de noxa.act h per gl mag. hic & quæ n.dd.

num ex cotractu filij vel ſerui intendi
poſſunt, non tamen de peculio tantùm ſi-
cut hæc, ſed inſolidum, ſicut titulo proxi-
mè [i] ſequenti docebitur.

i Infràquod cũ eo, &c.

22 Porrò † quatenus in peculio ſit, tempus
rei iudicatæ inſpectatur, etiamſi cum inten
ditur actio, nihil aut parum in eo [k] fuerit.
Illud diligenter aduertendum eſt, hanc a-
ctionem in profectitio tantùm peculio lo-
23 cum † habere: in caſtrenſi pater non tene-
tur, viuente filio, ſed ipſe filius conuenitur
tanquam paterf. cùm [l] plena poteſtas iuris
& adminiſtrationis penes ipſum ſit. Eo ve-
rò mortuo, conuenitur pater in illis, non
vt in peculiis, ſed velut hæres, ſi tamen non
reliquit liberos. In aduentitio verò pater
conueniri debet ſicut legitimus [m] admini-
ſtrator, & conuenietur inſolidum, non pe
culiotenus: obligatur enim filium defende
re inſolidum, velut quiuis adminiſtrator:
adque eò amplius, quod pater eſt, ſicut [n] ali
24 bi Martianus dicit. Si † tamen pater per-
miſiſſet aduentitij peculij adminiſtrationẽ
filiofam. tum procederet etiam nunc iſta
25 in patrem actio, ſicut olim. Cauſa † efficiẽs
huius actionis eſt ipſe Prætor, qui natura-
li æquitate motus, hanc contra ius ciuile
introduxit, vt ſuprà ad textum diximus.
26 Cauſa † materialis eſt, ciuilis & naturalis
obligatio. Nam cum parentes vel domini
haberent plenum ius peculij, quod ideò cõ
cedebant filiis vel ſeruis, vt negotiarentur
27 quare † non dicamus, filiis etiam hodie ci-
uilem & naturalem obligationem intro-
duci edicto prætoris? [o] Paulus. Qui peculij,
inquit, adminiſtrationem concedit, vide-
tur permittere generaliter quod & ſpecia-
liter permiſſurus eſt. Et ideò [p] Vlpianus ſæ
pè vtitur verbo obligationis: vt nihil opus
ſit anxia [q] Doctorum inueſtigatione, vtrũ
naſcatur ex ciuili tantum, an etiam ex na-
turali obligatione, vt non inſcitè [r] Olden-
28 dorpius etiam docuit. Probat † autem in
hoc iudicio actor primum, contractum cũ
filio vel ſeruo celebratum fuiſſe, ex quo
principalis obligatio orta eſt. Deinde apud
patrem ſeu dominum peculium extare, vt
aliquo modo poſſit ſatisfieri. Ad praxin
tãdẽ deueniẽdo poteſt ſub hac ferè for-
ma proponi hæc actio. Poſtquam comper-
29 tum habebam Titium † filium Sempronij
ex eius conceſſione habere peculium, quo
poſſet negotiari, contraxi cum eo, & vendi
di ei centum modios frumenti triginta au-
reis, quos hactenus ab eo exigere non po-
tui. Quia autem Sempronius pater eius te-
net & poſſidet hoc peculium, peto eum in
prædicta ſumma xxx. aureorum condem-
nari. Exempla aliorum contractuum huc
facilè adferre potes. Sunt qui adiiciunt hãc
clauſulam (Quatenus in peculio eſt.) Sed
Iaſ. ait, hanc moderationem penes iudi-
cem eſſe. Ego amplius ſatis eam iure ſup-
pleri puto, quia ſolidum petendo quis, vi-
detur ſecundùm tenorem iuris petere,
quam ſequitur iudex in [ſ] dicenda ſententia.
30 Illud etiam notandum eſt, quod ſi cum
filiofam. impubere fuerit contractum, ita
datur in patrem actio, ſi locupletius ipſius
peculium [t] factum ſit. Itaque in tali ſpecie
facienda eſt mentio, de actione meliora-
tionéue peculij, quæ acceſſit per credito-
rem, éſtque probanda.

k l. quæſitũ eſt. in prin. de pec.

l l. 4. & l. actionem, de caſt. pec.

m l. j. C. de bo. mater. l. vl. §. vbi autẽ. C. de bo. quæ lib. &c.

n In l. ex caſtrẽ. §. vlt. de caſt. pec. gl. in l. pe. qui caſtrenſe ibidem.

o In l. qui peculij. de pecul.

p In l. 3. §. Iulianus quo iure. ff. hoc tit. de pec.

q Bart. in l. frater à fratre. de cond. ind. b.

r In practica huius actionis.

ſ l. pe. ff. quẽ eo qui in l. &c.

t l. i. §. ſi cũ impubere. de pec.

§. Item ſi quis poſtulante.

1 *Quid ſit iuſiurandum & eius ſpecies.*
2 *Iuſiurandum voluntarium.*
3 *Iuſiurandum neceſſarium.*
4 *Iuramenti neceſſarij variæ ſpeciès.*
5 *Iuſiurandum iudiciale.*
6 *Species §. item ſi quis.*
7 *Iuramentum poteſt deferri & referri.*
8 *In cauſis famoſis ceſſat relatio.*
9 *Iuramentum ex interuallo ſuſceptum nihil proficit. & numero 20.*
10 *Si remittatur iuramentum, habetur pro præſtito. & numero 21.*
11 *De iuramento formi & informi. & nume. 26.*
12 *Poſt præſtitum iuramentum, reus denuo admoneri debet, vt ſoluat antequam agatur.*
13 *Quam æquitatem conſiderauit prætor, in actione iuratoria introducenda.*
14 *Iurans non tenetur probare debitum.*
15 *Definitio actionis in factum ex iureiurãdo.*
16 *Actio ex iuramento quare ſit perſonalis.*
17 *Quando hæc actio propriè locum habeat.*
18 *Si actor reo defert iuramentum, iſque iuret, datur ei regulariter exceptio.*
19 *Iuramentum vltroneum, quod fit nemine deferente, nihil operatur.*
20 *Deferens, niſi iuramentum incontinenti ſuſcipiatur, pœnitere poteſt, & illud reuocare, & nu. 21.*
22 *Quomodo iuſiurandum remittatur.*
23 *Iuramento præſtito. illi ſtatur, etiam ſi deferens periurium probare vellet.*
24 *An periurus puniri debeat.*
25 *Intellectus. l. ij C. de reb. cred. & iur.*
26 *Iuſiurandum iudiciale præſtatur formiter & informiter.*
27 *Ex iuramento formi duæ dantur actiones.*
28 *Informe iuramentum producit actionem in factum iuratoriam.*
29 *Doctores errare circa iuramentum informe.*
30 *In iudicus nihil admitti debet ſine cauſa generali vel ſpeciali.*
31 *Cauſa actionis iuratoriæ.*
32 *Actio in factum ex iuramento natiua.*
33 *Quid actor probare in hac actione.*
34 *De forma libelli in hoc iudicio.*
35 *Forma executionis, in cauſa iureiurando definita.*

Item

Item [a] ſi quis [b] poſtulante aduerſario [c] iurauerit, [d] deberi ſibi pecuniam, quam [e] peteret, neque ei [f] ſoluatur, [g] iuſtiſsime [h] accommodat [i] ei talem [k] actionem, per quam non illud queritur, [l] an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit.

TEria actio perſonalis à prętore introducta, hoc §. expeditur, actio ſcilicet in factum, ex iureiurando proficiſciſcens. In cuius euidentiam præcognoſci debet, quantum ad præſentia ſatis eſt, quid ſit iureiurandum, quotque eius
1 ſpecies. Iuſiurandum † eſt affirmatio vel negatio, ſacræ rei aſſertione, vel atteſtatione firmata. Vnde & ſacramentum dici ſolet, quaſi ſacræ rei artiſsimum vinculum, quod nullo modo ſit ludendum, vt grauiter Cicero lib. tertio Offic. diſputat. Eſt autem iuſiurandum multiplex. Quoddam
2 † enim voluntarium eſt, quod & conuentionale dicitur, ſiue iuramentum ex pactione, quando ex ſimplici conuentione partium iuratur extra iudicium, ad confirmandum contractus, pacta, tranſactiones, & quæcunque negocia, videlicet vt promiſſa ſeruentur. Voluntarium autem ideo dictũ eſt, quia dependet planè ex arbitrio inuicẽ negotiantium, quatenus ſit dandum, & ac-
3 cipiendum. Deinde † quoddam eſt [a] neceſſarium, quod iudex ad præparationem, vel etiam cognitionem iudiciorum rectè exercendam, nemine impellente defert, ne quid per fraudem eorum, qui in iudicio verſantur, incidat, quod eueniat veritatem ideò ſic dictum, quia plerunque is cui defectur per iudicem, volens nolens iurare
4 cogitur. Sub hoc † autem variæ ſpecies iuramenti includuntur: vt ſunt, quæ dantur vel [b] calumniæ, vel [c] teſtimonij dicẽdi vel cautionis, vel æſtimandę rei [d] gratia: item iuramentum iudicis vel [e] aduocati, & ſi quæ ſunt his ſimilia. Et hæc duo iuriſiurandi genera non ſunt huius loci. Quoddam deni-
5 que iuſiurandum, † iudiciale dicitur, quod iudex ipſe in iudicio, vel aduerſarius iudice approbante ad explicandam ſemel totam litem, alteri defert. Vnde etiam deciſorium nuncupatur, quòd finem inponat controuerſię, vt actori decernatur, quod intendit, aut reo, quod [f] excipit. & de eo ſolum in præſenti loco diſputatio erit. Species hic talis proponitur. Cum † Titium
6 conueniſſem, mihi obligatum in decem, is iuſiurandum mihi detulit, vt iurarem, illa mihi deberi. Ego approbante iudice, tantam pecuniam, quantum petij, debere illũ mihi, iuraui ſaltem informiter (quod qualiter accipi debeat, ex infrà [g] dicendis apparebit.) Titius adhuc eam pertinaciter ſoluere recuſat, Prętor dat mihi in eum actionem in factũ, ex iureiurando: quam intendens, planum facere non cogor, debeatúrne id mihi, quod petij: verùm ſi id ſolum docuero, me iuraſſe Titio deferente, & iudicem approbaſſe tale iuramentum, neceſſe erit vt condemnetur: quoniam ab omni controuerſia diſſiſſum eſt per iuſiurandum, & non aliter cenſeor viciſſe totam litem, quàm ſi probaſſem [h] intentionem meam: quia iuramentum habet vim [i] iudicatam. Exponemus textum craſſe.

a De hoc tractatu n l. admonendi ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. de re cre. & iure. & in l. vlti. eorũ de iureiu.
b Vt C. de iureiu. propter calum.
c Alex. & Iaſ. in rub. ff. de iureiu.
d iuxta l. ſi cuto. de in litẽ iuran.
e l. rẽ nõ nouam. C. de iudi.
f d. l. j. §. 6. de iureiu.
g Infrà nu. 26.

a Si quis. Actor.
b Poſtulante. Id eſt, deferente reo. Po-
7 teſt etiam hoc caſu actor, ſi maluerit, referre † iuramentum, ſicut initio deferre reo conuento talem [k] condictionem po-
8 tuiſſet. Verũtamen † in cauſis famoſis [l] ceſſat relatio. Quod ſi actor primus detuliſſet iuramentum aduerſario, & is neque iurare, neque referre iuramentum vellet, cenſeretur malam habere conſcientiam, ac nolle prorſus actori præſtare id, [m] quod debet.
c Iurauerit. Incontinenti, poſtquam de-
9 latum eſt: nam ex interuallo † acceptatũ nihil proficit, niſi de [n] nouo deferatur.
10 Quid † ſi eo iurare volenti, remiſſum ſit iuſiurandum? Et perinde eſt, ac ſi iuraſſet, [o] naſciturque hæc actio.
d Deberi. Non expreſſa in iuramẽto cau-
11 ſa ex qua debeat quod Doct. vocant iuramentum informe: tum enim huic actioni iuratoriæ locus eſt. Nam ſi cauſa adũceretur, vt, iuro te mihi debere ex cauſa empti quod forme iuramentum appellant, agi poſſet actione vtili ex tali contractu propter iuramentum De vtroque [p] infrà mox videbimus.
e Peteret. Actor iurans.
f Soluatur. quia reus adhuc ſoluere pertinaciter recuſet. Et ſic pręſupponit admonitum fuiſſe aduerſarium poſt iuramentũ vt ſolueret priuſquam hoc iudicium ad-
12 uerſus eũ intenderet: † quod in foro ſeruãdum eſſe, ſuadet Chriſtiana Charitas.
g Iuſtiſsimè. Sed quæ hæc eſt iuſti-
13 tia, ſiue æquitas, † quam Prætor conſiderauit? Respondeò ipſum iuſiurandum, quod vtique ſeruari debet. Nam cum ſemel iuratum eſt, tueri oportet religionem ſacramẽti, ne ad contemptum diuini nominis perperam retractetur.
h Accommodat. Permittit. concedit.
i Ei. Qui iurauit.
k Actionem. In factum ex iureiurando promanantem.
14 *l An ei pec. de.* Iuramentum † enim eũ exonerat neceſsitate probandi debitum, poſtquam præſtitum eſt, tum propter religionem iuſiurandi, vt dixi, tũ propter conſenſum mutuum ipſorum litigantium.
15 Actio in † factum ex iureiurando, eſt perſonalis, qua agit is, qui deferente aduerſario ſuo incontinenti iurauit informiter, quid ſibi deberi, vel reum res ſuas poſſide-
16 re. Explicemus hæc verba. Quod † ſit perſonalis hæc actio patet, cum ex eo, quod hic inter perſonales connumeratur, tum etiam quia in perſonam eſt ex quaſi contractu. Nam in iureiurando, ſi authoritatem ſpectes, inſtar [q] habet rei iudicatę: ſi verò reſpicias conuentionem deferentium referentiúmque mutuò conſenſu iuſiurandũ tum vim & ſpeciem continet tranſactionis

h l. Iuſiurandũ à debitore. de iureiurando.
i l. j. de iureiu.
k l. 2. qui iurauit.
in prin. hoc tit.
l c. vlt. de iureiur.
m l. manifeſtæ turpitudinis. de iure.
n l. ſi quis iuſiurandũ. C. de reb. cre. & iure.
o l. 2. & eris §. vlt. cũ l. ſe. hoc tit. l. actori. C. de de reb. cre. & iur.
p Nu. 26.
q l. j. de iureiur.
r l. qui iuraſſe. § vlt. & l. ſe. hoc tit. vide l. j. in prin. ff. q. res act. non datur.

ctionis,nouationis ,delegatioois, & ſolu-
tionis.Sequitur,qua agit is,&c.quia hæc a-
17 ctio † propriè locũ habet,quando iuſiurá-
dum à reo delatum eſt actori,vt is iuret ſi-
bi quid à reo deberi:tum enim oaſcitur a-
ctio in factum ex illo iureiurádo , nec am-
plius quærendũ eſt,reus debeat , & ex qua
cauſa,ſed tãtũ vt de ſacramento conſtet,id
eſt,ſi actor iurauerit.Et ſi de hoc cõſtiterit,
dominatur reus,ſicque habet hoc caſu iura
mentũ vim & effectũ naturalis obligatio-
nis:de quo,& aliis quãplurimis iuriſiuran-
di effectibus,Iaſ.hic amplè diſputat.Poteſt
tamẽ ipſe actor ĩ iudicio ſacramẽtũ reo de-
ferre,vel delatũ etiã vſurẽ: qua ſpecie ſi reus
iurauerit & quæratur nũ ex illo iuramẽto
reo oriatur actio,diſtinguendum eſt. Nam
ſi in actione perſonali iurauit,id eſt,ſe non
18 eſſe obligatũ actori,† tũc reo datur exce-
ptio tantũ ex iureiurãdo,quia ſcilicet reus
actorem denuò aduerſus ipſum agentẽ, &
ad eandẽ obligationẽ adigentẽ, ſubmoue-
re poteſt.Quod ſi reus conditione delata
iurauit in actione reali,intereſt an iuſiurã-
dum ſimpliciter & negatiuè præſtitũ ſit,
ſcilicet rẽ non eſſe actoris:& ex eo non a-
ctio,ſed tantum exceptio naſcetur,an verò
affirmatiuè,nẽpe rem , quam actor petit,
ſuam eſſe tum ea res aliquo caſu ad actorẽ
peruenerit,habet reus ex iuramento actio-
nem in factum,non tamen contra quemli
bet poſſeſſorem,ſed duntaxat aduerſus [f] eũ,
propter cuius delationem iurauit. Additur
deferẽte aduerſario:id enim neceſſarium eſt,
Nam ſi quis iuraret,nemine ei iurandũ de-
19 ferente (quid à Zaſio † dicitur iuramen-
tum vltroneum,ad differentiam volunta-
rij) Prætor denegat ei hoc iudicium , ſibi
enim iurauit. Alioqui facilimè quiſque ad
iuſiurandum decurrens,nemine ſibi defe-
rente,oneribus actionum ſe liberabit. Di
xi incontinenti,quia in quouis iuramento
delato ineſt tacita conditio, vt incontinen
ti acceptetur,nam ex interuallo ſuceptũ
nihil proficit:vt ſi conditione delata quis
deliberare vellet,ac deinde paratus eſſet iu
rare,quia nihil aget.niſi iuramentũ de no-
uo [u] deferatur,idque ob religionis emi-
nẽtiam,& ne illudatur diuino numini. Per
quod dogma confunditur notiſsimus er-
ror in iudiciis,vbi etiam ex interuallo præ
ſtitum iuſiurandũ plerunque obtinet , ta-
metſi aduerſarius denuò illud non intulle-
20 rit. Hinc colligitur actorem , † qui ſacra-
mentum detulit,reo deliberante,pœnitere
poſſe,delatámque conditionem [x] reuoca-
re. Proinde [y] Bartolus cautelam tradit,
quam reliqui omnes exclamant , videlicet
quod reus etiam dubitans de ſua exceptio-
ne,vtique ſuſcipiat iurandi conditionem
ſibi delatam,ſalua deliberatione : ſic enim
adimemetur deferanti facultas pœnitendi,
Hanc tamen [z] Oldendorpius noſtri ſeculi
alter Sulpitius,pulchris rationibus impu-
gnat,eámque cum veterum Iuriſconſulto-
rum reſponſis ex diametro pugnare grauit-
ter oſtendit. Sequitur in diffinitione iura-
uit:quia hæc actio tum demum naſcitur, ſi

iuratum fuerit,vel iuramentum à deferen-
te remiſſum nominatim aduerſario iura-
21 re volenti:hoc † enim perinde habetur , de
22 ſi iuratum fuiſſet Remittit † autem iuſiu-
randum, [a] Paulo authore, qui deferente ſe
cum paratus eſſet aduerſarius iurare , gra-
tiam ei facit,contentus voluntate ſuſcepti
23 iuriſiurandi Præſtito † autem vel remiſſo
iureiurando,nihil amplius de veritate cau-
ſæ quæritur,an debeatur & ex qua cauſa,
ſed duntaxat hoc verſatur in inquiſitione
an [b] iuratum ſit:quo probato etiam defe-
rens poſteà detegere periurium vellet , eo
tamen ſtandum eſt,neque cauſa retractan-
da,adeò,quod nec appellare poſsit, qui in
iudicio propter ſacramenti [c] præſtationẽ
condemnatus eſt:quod eſt mirabile,notã-
que dignum quia ſæpe apud laicos ſerua-
tur contrariũ. Poteſt,† tamen is qui peie-
24 rant , & debet puniri extra ordinem [d] ſal-
25 uo interim iuriſiurãdi vinculo. Nec † ad-
uerſatur [e] Alexand. Imp. iuriſiurandi , in-
quiens,cõtempta religio ſatis Deum vltorẽ
habet quia loquitur de iuramentis neque
delatis,neque ſolenniter præſtatis,quę nũc
ſunt (pro dolore) in ore hominum fre-
quentiſsima.Subiicitur, informiter:quia ſi
formiter iuraſſet,daretur etiam actio vti-
26 lis ex tali contractu. Quod vt rectè intelli
gatis,quia Doctores vulgò [f] errat hac in
re,aduertendum eſt,iuſiurandum quod iu
diciale diximus,duplici differentia præſta-
ri,formiter † & informiter Formiter iura
tur,quando ex cauſa,quæ habet nomina-
tam formã contractus,aut delicti,iuratur.
Et hoc caſu pro iuriſiurandi conſeruatio-
ne competunt duo remedia. Primum eſt
27 † quod actio,quę aliàs directa naſcitur ex
tali contractu,poſt iuramentum redditur
vtilis:quod quidem iuramentum planam
facit fidem,vtcunque contractus aut deli-
ctum non appareat.Exemplum:Peto fun-
dum à [g] Titio,quem ab eo emi , ſicut dela-
ta mihi ab ipſo iurandi conditione,de hoc
iuraui &c. Ista dicitur vtilis ex contractu.
Ante iuramentum potuiſſem agere aduer-
ſus Titium directo.ſed quia ego,ipſo defe-
rente,iuraui,idò conceditur iam mihi vti-
liter propter ſacramentum. Et hoc caſu di
cor iuraſſe formiter,quia expreſsi cauſam,
quæ habet nominatã formã cõtractus,nẽ-
pe emptionis:ac ſic de reliquis. Alterũ re-
mediũ eſt,actio in factum ex iureiurando,
& licitũ eſt intendere quã maluerit , idque
vulgò receptũ eſt, [h] Iaſone fruſtra reclamã
te. Informiter verò iuratur , quãdo ex ali-
quo facto,ſiue negocio informi, ſeu inno-
minato iuratur,& etſi nõ habeat propriam
actionẽ aptũ tamen eſt ſecundùm æquita-
28 tẽ parere obligationẽ:tũc † cum nulla ſit
nominata actio,quæ vtilis dari poſsit,locũ
habet duntaxat hęc actio in factũ iuratoria.
Itẽ ex omnibus realibus actionibus,ſi iura
tũ fuerit,nulla præter hãc exerceri poteſt
actio. atque ita nouiter Oldr. tradidit ex
[i] veritate. Malè ergo interpretes † Iuris
29 vulgò autumant , informe iuramentum
eſſe , cum cauſa iuramenti nulla ex-
pri-

f Vide tex. & ibi dd in l. ſed & ſi poſſeſſori.in pr. de iureiu. hoc non, lẽ proſequẽtes. i l.5.§.nec ſi uſtio hoc eſt.

u l. ſi quis iuſiurãdum. C. de rebus cred.&c iura.

x d.l. ſi quis iuſiurandũ.
y in l. non erit tãtũ. in §.hoc tit.

z in praxi huius actionis.

a In l.remiſſit. ff. de iureiu.

b d.l.non erit,in verbo, dato
c l.generaliter.C. de reb. cre.

d Atque ita loquitur, l. qui ſi deferen. & cum l. ſe.ff. de dol. mal. & i l.ſi duo patroni §.vl.ff.de iureiu.
e In l. 2. C. de reb.cred.& iur.
f Tã hic omnes.in d.l.ſi duo patro. §.ſi quis iuſiurandũ.

g Panorm. not.in d.§. ſi quis iuſiurando.

h In d §.ſi quis iurauit.

i In explicatione huius lectionis.
k Hæc enſ omnia bene perpendas, probatur in d.l. ſed & ſi poſſeſſori in prin. & in d. §.ſi quis in cauſa.

primitur, vt ſi iurem ſimpliciter, Titium
mihi dare oportere decem:nam tale iura-
mentum à probo iudice non debet admit
ti,niſi iurans referat ſe ad acta iudiciaria.
Fefellit autem eos, vt idem Oldemdorpius
ait, phraſis horum verborum, Si iurauero,
te Stichũ mihi dare oportere non bene ab
ipſis intellecta. Nã Iuriſcõſulti nõ hoc vo-
lunt, quaſi tam nuda iurandi verborũ for-
mula ſufficiat, ſed quòd totã actionem in
perſonã cũ ſua cauſa tali cõpẽdio loquẽdi
ſignificare ſolẽt. Informe ergo iuramentũ
intellige, non quod nullam, ſed quod [l] in-
30 nominatã cauſam complectatur: † quia
in iudiciis nihil debet admitti ſine cauſa
generali vel ſpeciali. Ad propoſitũ reuer-
tẽdo, adieci in definitione, quid ſi deberi,
propter actiones perſonales, in quibus ma-
ximè iuramẽta deferri, referríque ſolẽt Po-
ſtremò addidi, reũ rẽ ſuam poſsidere pro-
pter actiones in rẽ, in quibus etiã iuratur,
vt ſuprà dixi: per nomẽ enim ſuũ prǽſuppo
31 nit dñium, vel ius in re poſſeſſa, &c. † Cau-
ſa iſtius actionis eſt iuſiurãdũ ipſum, quod
habetur pro quodã quaſi cõtractu, propter
rei delationem, & actoris exceptionem, ſi-
ue præſtationem. aut econuerſo. Hinc eſt,
quod hæc actio recenſetur inter perſona-
32 les, eſtque † natiua, quoniam ex iuramẽto
naſcitur, quod pro quodam quaſi contra-
ctu habetur, & vim tranſactionis obtinet.
Et quanquam Zaſius datiuam eſſe conten-
dat, mihi tamen videtur, cũ de iuriſiurandi
religione quæritur, tot concurrere vin-
cula, quæ deferentem vel remittentem ad-
uerſariũ iuranti obligant, vt omnibus mo-
dis naſci oporteat actionẽ, Vnde [m] Vlpia.
Nam actionem (ait) mihi parit. Et [n] Pau-
lus dicit, Et perpetuam certè exceptionem
33 parit. Probat † autem actor in hoc iudicio
tria. Primò, iuramentum eſſe debitum à
parte. Deinde, ſub ea præſtitum eſſe forma,
ſub qua delatum eſt. Denique incõtinenti
fuiſſe ſuſceptum, & præſtitum, vel à defe-
34 rente remiſſum. Non † poteſt autem certa
forma libelli in hac actione præſcribi, cùm
multifariam iurari ſoleat. Nam in perſo-
nali iudicio & formiter & informiter præ-
ſtatur ſacramẽtum, & quoduis habet ſuam
formam libelli. Idem etiam in actione rea-
li eſt. denique poteſt iurari in quacunque
actione, & [o] in omnibus interdictis, & in
omni negotio. Itaque inſtituendo libellum
narro primum ſummatim qualitatem cau-
ſæ incidentis. Deinde qualiter aduerſario
iuramentum detulerim, iudice illud ap-
probante, iſque iurauerit. Et ſecundum va-
rietates caſuum varianda eſt concluſio, vt
ſcilicet agendo realiter cõcludas, rem pe-
titam cum omnibus acceſsionibus tibi re-
ſtitui: agendo verò perſonaliter, rem tibi
35 dari. & tradi. Cæterum † formam execu-
tionis in cauſa iureiurando diffinita tradit
eleganter [p] Vlpia. Cum res (inquit is) in
iuſiurandum demiſſa eſt, iudex iurantem
abſoluet, & referentem audiet: & ſi actor
iuret condemnet reum. Nolentem autem
ſi ſoluat, abſoluet: non ſoluentem con-
demnet. Vel ex relatione non iurante a-
ctore, abſoluet reum. Ecce quàm breuiter
& cõmodè explicat theſes omniũ caſuum,
quibus iuratur, Et hæc circa huius §. enar-
rationem ſufficiant.

l Ad hoc facit etiam L. iueis gentiumde pactis.

m In l. nã poſteaquod iuſiurandũ. ff. hoc ti.
n In l. iuſiurandum. a debitore. eo. titu.

o l. 5. §. quæcunque de iureiur.

p In l. iuſiurãdum & ad p.c. § vl. ff. de iureiu.

§. Pœnales.

1 *Actionum perſonalium prætoriarum duæ ſpecies.*
2 *Actiones rei perſecutoriæ.*
3 *Actiones pœnales.*
4 *Actio pœnalis triplex.*
5 *Exemplum actionis pœnalis ex parte rei tantum.*
6 *Actio pœnalis ex parte actoris tantum.*
7 *Actio de calumniatoribus intra annum datur in quadruplum.*
8 *Actio pœnalis ex parte actoris & rei.*
9 *Aduerbium penè.*
10 *De albo prætoris.*
11 *Error accurſij circa album.*
12 *Qua ratione prætor de albo corrupto actionem propoſuerit.*
13 *Vocare in ius quid ſignificet.*
14 *Eripere & eximere quid denotet. & numero 47.*
15 *Definitio actionis de albo corrupto.*
16 *Actio de albo corrupto eſt popularis.*
17 *Hæc actio in his locum habet, quæ iuriſdictionis perpetuæ cauſa proponuntur.*
18 *Ad hanc actionẽ omnia pertinent, quæ ad vſum perpetuum publicè cuſtodiuntur.*
19 *Corrumpens edicta iudicum temporaria, extra ordinem punitur,*
20 *Præteritũ aliquando & præſens & futurum continet.*
21 *Mandans fieri delictum, tenetur ea pœna qua delinquens.*
22 *Actio de albo corrupto requirit dolum, & an in ea culpa lata veniat.*
23 *Pluribus album corrumpentibus, omnes tenentur.*
24 *Cui ſit applicanda pœna in hac actione.*
25 *Cauſa materialis huius actionis.*
26 *Quid in hac actione probet actor.*
27 *Actio de albo corrupto eſt annalis.*
28 *Forma libelli in hac actione.*
29 *Actionis de in ius vocando deſcriptio.*
30 *Pœna huius actionis eſt quinquaginta aureorum.*
31 *Pœna huius actionis tribus caſibus remittitur, & numero 33.*
32 *Remittere actionem quid.*
34 *Venia quomodo impetranda à iudice.*
35 *Aliquæ perſonæ iure ciuili prohibentur in ius vocari.*
36 *Aliquæ verò iure prætorio, & ad eas propriè actio de in ius vocando locũ habet.*

37 *Lis nulla eſt inter patrem & filiumfamil.*
38 *In inceſtuoſis non habet locum hæc actio.*
39 *Patronus à liberto non poteſt in ius vocari ſine venia.*
40 *An hæc actio pertineat etiam ad dominos feudorum, ſi à vaſallis ſine venia in ius vocentur.*
41 *Cauſa huius actionis.*
42 *Quid probet actor in hoc iudicio.*
43 *Forma libelli in hac actione.*
44 *Caſtigatio quãdo ſuccedat in locum pœnæ pecuniariæ.*
45 *Actio in factum ex edicto, ne in ius voc. vi exi.*
46 *In ea actione ſufficit, ſi ius interueniat. & numero 47.*
48 *Pœna eximentis eſt, inquantum actor in litem iurauerit.*
49 *Aduerſus plures eximentes agitur inſolidum.*
50 *Caſus in quibus ceſſat pœna eximentis vocatum in ius.*
51 *Pedanei iudices qui dicantur.*
52 *Cauſa actionis, ne in ius voc. vi exi.*
53 *Quid probandum in hac actione.*
54 *Forma libelli in hac actione.*
55 *Actio ex edicto, de eo per quem factum erit &c.*
56 *Edictum, ne quis eum &c. differt ab edicto, de eo per quem factum &c.*
57 *Forma actionis de eo per quem factum erit &c.*

Pœnales [a] quoque actiones prætor [b] penè multas ex ſua iuriſdictione introduxit, veluti aduerſus eũ, qui quid ſe ex albo eius [d] corrupiſſet: [e] & in eũ, qui [f] patronũ vel [g] parentem [h] in ius vocaſſet, cum id non [i] impetraſſet: [k] item aduerſus eũ, qui vi [l] exemerit eũ, qui [m] in ius vocaretur, cuiuſve dolo [n] alius exemerit: & alias innumerabiles.

1 ACtionum † perſonalium, quas prætor ex ſua iuriſdictione introduxit, duæ ſunt ſpecies.
2 Quædam † enim rei perſecutoriæ ſunt ſic dictæ, quod rem perſequantur debitã, quæ actori abeſt, reo vero adeſt. Rei enim nomen arctius hoc loci accipitur, tãtummodo pro re debita, ex cõtractu vel negotiõ. Harũ tria exẽpla hactenus expediuimus actionem, ſcilicet de conſtituta pecunia, de peculio, & tutatoriam. Quędã
3 † verò pœnales, quibus pœnã perſequimur propter aliquod delictum. Et quamuis dici ſoleat, rei appellatione etiam pœnam [a] comprehendi, quia tamen res in illis non petitur velut principale debitum, ſed tanquam pœna, & quaſi res incidens, de qua in principali negocio ne cogitatum quidem erat, rectè pœnales appellantur, vt hic ſatis docet Zaſius Quare iuſto nexu hic §. præcedentibus cohæret: qui vt facilius cognoſcatur, non eſt omittẽdum pro prævia
4 quaſi inſpectione, actionem † pœnalẽ eſſe triplicem. Aliqua enim ex parte rei tãtùm pœnalis eſt, & ex parte actoris rei perſecutoria, quando ſcilicet actori aliquid abeſt, & reo nihil adeſt: actor petit tantùm à reo rem ſuam, & pœnam, reus verò non habet
5 rem, quæ petitur. Exemplum: Tu me † violenter deieciſti ex fundo meo, quem poſſidebam, & per illam deiectionem res meæ amiſſæ ſunt, quæ tamen ad te inuaſorem non peruenerunt: nihilominus datur mihi aduerſus te actio, qua peto res meas in deiectione amiſſas, licet ad te non [b] peruenerint, abs te mihi reſtitui. Ecce hæc actio pœnalis eſt ex parte rei, quia reus obligatur mihi reſtituere ſingula per alios ablata quæ tamẽ ipſe non accepit. Et hęc eſt quaſi quædam pœna deiectionis. Contemplatione verò actoris, rei perſequutoria eſt: agit enim ad res ſuas amiſſas, ſicque ad hoc
6 quod ei abeſt. Deinde † aliqua eſt pœnalis ex parte actoris, & rei perſequutoria ex parte rei, vt quando actori nihil abeſt, & reo adeſt. Exemplum: Accepiſti à Titio viginti aureos, vel aliud emolumentum, vt litem mihi inferres per calumniam, cùm ſcires te nihil prorſus habere iuris, ex quo dictares mihi iudicium. Iam intendo contra te actionem edicti de calumniatoribus ad illa viginti quæ tu accepiſti. Hæc actio reſpectu actoris pœnalis eſt, agit enim ad id quod ei non abeſt, id eſt, ad viginti aureos, qui nunquam ipſius fuerunt: actoris autem intuitu rei perſecutoria, quia ad illam pecuniam agitur, quam reus accepit & habet. Et hoc exemplũ procedit, quando poſt annũ à cõmiſſo delicto elapſum ſimplex petitur. Poteſt namque hæc pœna in
7 primo † anno delicti peti etiã in quadruplo, vt reus quadruplum eius, quod accepit calũnioſè, obſtringatur reſtituere, ſicq; Fabro authore, exemplum iſtud reducitur ad tertiam ſpeciem pœnalis iudicij. Tertio
8 eſt aliqua actio † pœnalis ex parte vtriuſque & actoris & rei, quando ſcilicet actori nihil abeſt, & reo nihil adeſt. Exemplum Cùm Titius ſurripuiſſet mihi poculum, egi aduerſus eum condictione furtiua ad poculum furto ſubtractum, idque conſequor, & ſic mihi nihil abeſt, nec reus quicquam habet amplius, quod ſit meum. Poſteà verò ago ad pœnam dupli vel quadrupli, ſecundùm quod furtum fuit manifeſtum, vel nec manifeſtum. Hæc actio pœnalis eſt, primùm ex parte rei, quia contra ipſum agitur, cùm tamẽ nihil habeat, quod ſit actoris. Deinde ex parte actoris, quia ei nihil abeſt, poculum enim ſurreptum redditũ eſt. Agitur ergo ſimpliciter ad pœnam: Et de hac ſpecie habemus in hoc §. tria exempla. Primùm eſt, actio in factum de albo corrupto: alterum, actio de in ius vocando: tertium ne in ius vocati vi eximantur aut fraude. Ego vnamquanque actionem ſigillatim enarrabo breuiter, & popularibus verbis, non curãs Doctorum ſyrmata,

a l. rei appellatione. de ver. ſig.

b inſti. l. j. in prin. de vi & vi ar.

ſyrmata quæ hic ſtruunt, fuſiſsima. Expen-
damus primum tex.

a Pœnales. Quæ pœnam perſequuntur.

9 *b Pene.* Aduerbium † penè ornat, & quo
dam ſale temperat, qui oratoribus mos eſt,
vt hic Zaſ. aduertit.

10 *c Ex albo.* Cùm enim † prætores iuri &
conſtituendo & reddēdo præeſſent, album
habebant, id eſt, pictacium, aut tabulæ ge-
nus, in quo edicta ſua tam perpetua quàm
temporaria deſcribebant, ac vt omnes ſci-
rent in publicū proponebant. Et eius cre-
bra in iure fit mentio. Vſos tamen fuiſſe
charta, vel alia materia,[c] conſtat. Præterea
& album iudicum velut matriculam habe
bant, quod λεύκωμα Græcis dicitur, in qua
nomina eorū, qui vnoquoque tēpore iudi-
care debebant, per ordinem deferebantur,
Plinio & Tranquillo teſtibus. Sic magi-
ſtratus noſtro tempore pro albo vtuntur
chartis ad inſinuanda mādata ſua. Non er-
11 go fuit paries dealbatus, vt † Accur. putat: a-
lioqui male dixiſſet [d] Vlpian. hoc edicto e-
tiam eum, qui tolleret album, quamuis
non corrūperet teneri, cùm murus huma-
na vi non tollatur. Ergo conſequitur, fuiſ-
ſe aliquid muro appenſum, vel affixum.

c In l. ſi qu. id quod. ff. de iuriſ.

d In d. l. ſi qu. id quod.

d Corrupiſſet. Per ſe, vel per alium: quia
12 etiam mandans tenetur. Sed † quid præ-
torem mouit, vt hoc iudicium propone-
ret? Vtique naturalis & ciuilis ratio. Nam
cum edicta & mandata magiſtratuum non
poſſent commodius inſinuari omnibus,
niſi ex ſcripto proponerentur in publi-
cum: curandum etiam erat, vt in publico
diu manerent, & ab iniuria leuiorum ho-
minum vindicarentur, qui ea tollere, aut
corrumpere temerè ſolent. Porrò contem
ptus contra magiſtratum impunis non eſ-
ſe, ſed omnino vindicari debet, ne fortè
alij exemplo ad contemnendum prouo-
centur. Quare neceſſarium prætori viſum
eſt, actionē hanc aduerſus doloſe corrum-
pentes edicta publica introducere.

e Et in eum. Altera pœnalis actio, quæ
eſt de in ius vocando.

f Patronum. Vel patronā, eorúmve filios.

g Parentem. Vtriuſque ſexus in infinitū,
etiam ſeruilis conditionis.

h In ius vocaſſ. Id eſt, experiūdi iuris cauſa
13 vocaſſet. Eſt † enim in ius vocare nihil a-
liud, quā actorem ad hoc niti vt ius ſuum
experiatur, & proſequi poſsit præſente ad-
uerſario.

i Impetraſſet. A prætore, à iudice viuo.

k Item. Tertia actio pœnalis.

l Ex emerit. Vtitur verbo generali exi-
14 mendi. Eripere † enim eſt de manibus auſer
re per raptum: eximere, quoquo modo au-
ferre: vt puta ſi quis non rapuerit quem, ſed
moram fecerit quo minus in ius veniret,
vt actionis dies exiret, vel res tēpore amit-
teretur, videtur exemiſſe, quamuis corpus
non [e] eximerit.

m In ius voc. Ob quamcūque cauſam, ad
quemlibet iudicem, ordinariū vel delega-
tum, modò [f] tamen competentem.

n Alius exem. Et ſic eadē pœna tenetur is
qui mandat, procurat aut efficit, vt in ius
vocatus eximatur, aut impediatur, ſi tamē
hoc dolo faciat.

e l. iij. ff. ne quis eū qui in ius voc. eſt vi. &c.

f. l. iij. §. ſi. quis ad pedaneum vbi Bar. hoc noſtro tit.

Inueſtigemus nunc has tres actiones ſi-
15 gillarim. Actio † de albo corrupto eſt po-
pularis, & aduerſus eum, qui id quod in al
bo prætoris iuriſdictionis perpetuæ cauſa
propoſitum, per ſe vel per alium dolo ma-
lo corruperit, ſiue ſtulerit in quinquaginta
aureos datur. Quod ſit popularis, liquet,
quia poteſt intendi à [g] quouis de populo
agere volente. Quæ verò ſint actiones po-
16 pulares [h] alibi explicatur. Sequitur, † Qui
id quod in albo &c. quoniam olim ad hoc
prætores ordinario loco vtebantur, hodie
paſsim proponuntur in ædibus ſacris, a-
lióve loco ex conſuetudine. Addidi, iu-
riſdictionis perpetuæ cauſa: quia in albo
prætorio deſcribebātur edicta partim per
petuá, vt de pactis, de tabulis exhibendis, &
ſimilia: partim tēporaria, veluti cum quis
in ius vocaretur, aut cum denunciaretur
17 aliquid. Hæc † autem actio in corruptione
vel læſione eorum locum habebat, quæ iu-
riſdictionis perpetuæ cauſa proponebātur
id eſt, quæ ad vſum perpetuò obſeruandū
pertinebant. Prætores enim non reſpicie-
bant, quale eſſet, quod proponeretur in
publicum, ſed qua deſtinatione propoſi-
tum eſſet, id eſt, verū ad vſum perpetuum.
an vero ad temporarium pertineret. Hinc
cōmunis interpretum ſchola credit, quod
corrumpens [i] ſtatuas publicas, aut etiam
libros publicè repoſitos, teneatur hoc iu-
dicio, ſaltem vtiliter. Ad perpetuam enim
iuriſdictionem ſatis pertinēt ea quæ publi
ca authoritate ad perpetuā memoriam de-
18 cernuntur. In ſumma. † omnia huc perti-
nent, quæcunque ad vſum perpetuum pu-
blicè cuſtodiuntur aut conſeruantur. Cæ-
19 terum † qui corruperint edicta publicè
propoſita de rebus incidentibus puta ſi iu-
dex præcepit aliquid temporarium, vel
ſi vocauerit aliquem in ius puniendi ſunt
extra ordinē pro qualitate perſonarum &
admiſſæ temeritatis: quia ad iſtam actio-
nem non pertinet talium mandatorum
corruptio, Accur. fruſtra hic repugnan-
te. Subiunxi in definitione, eſt propoſi-
tum: ſic enim in edicto erant verba con-
cepta. Propoſitum erit. Si tamen dum
proponitur, vel ante propoſitionem quis
corruperit, huius actionis pœna tenetur:
20 Quamuis enim † regulariter præteritum
nec præſens, nec futurum complectatur,
ſi tamen euentus præſentes vel futuri ha-
berent ex concomitantia eundem effe-
ctum, quem habet præteritum, tunc ſe-
cus eſt: quia licet verba ceſſent, ſeruabitur
tamen ſententia & mens legis, & adhuc
directò competet hæc [k] actio. Adpoſui,
21 per ſe †, vel per alium: quia idem eſt, ſi
quis mandauerit aliquid fieri, ac ſi ipſe fa-
ceret, de quo perplexo, an mandans fieri
delictū, puniatur eadem pœna, qua delin-
quens, lōga eſt materia: ego illud ſuis [l] lo-
cis bene diſcuſſum relinquo. Item adieci,
22 † dolo malo: quoniam hoc edictum locū
non

g l. ſi quis id quod vbi eſt materia. ff. de iuriſd.

h V. de in tit. ff. de popu. act. & in l. j. & gl. in l. licet. in princip. de procu.

i Argu. l. eorum. de pœnis. & l. ſtatuas. de acquir. do mi.

k Ita Zaſ. ferè contra gl. d. l. ſi quis id quod. in verb. ſententia.

l vide alex. & Iaſ. poſt alios diffuſe hac de re diſceptātes in d. l. ſi quis id quod.

oon babet oiſi intercedat dolus malus. Ná
qui per imperitiam, vel ruſticitatem, vel
caſu, vel ab ipſo prætore iuſſus corruperit,
non [m]tenetur. Culpa igitur leuis oon ve-
nit in hoc iudicium. De culpa verò lata
variant Doctores. Ego puto latam culpam
ignauiæ, [n]vt ſi quis per naturam malámve
educationem ſit ſupinus, hîc non habere
locum, oeque includi in dolum. Si verò de
lata culpa verſutię loquamur, vbi quis ver
ſutè negligens eſt in aliena, & aſtutè pro-
uidus in ſuis, hæc quia dolo comparatur,
veniet in hanc actionem. Poſtremò addi-
di, in quinquaginta aureos: quia pœna illa
expreſſè conſtituta eſt pro tali delicto: at-
que ita in [o]Pandectis legendum eſſe, Halo-
23 andri lectio probat. Si autem † duo plu-
réſve doloſè corruperint, aut corrumpi má
darint, quilibet tenebitur inſolidum: adeò
quòd vno pœnam ſoluente, reliqui [p] non
24 liberentur. Porrò † cui applicanda ſit hęc
pœna, actori, vel fiſco, leges ſanè ipſæ noo
ſatis conſonare videntur. Communis re-
ceptum eſt, pœnam actori, non fiſco ſol-
uendam [q]eſſe. quod ferè ſolet accidere, quo
ties lex pœnalis mentionem facit actionis
ſiue iudicij, quod verbum præſupponit a-
ctionem in iure noſtro. Ego verò in hac
perplexitate [r]Zaſij diſtinctionem reciperé
æquitati ſatis, meo iudicio, conſentaneam.
Si ſuper pœna albi corrupti agitur, tunc
aut partis intereſt (quia ſæpe edicta perpe-
tuæ iuriſdictioois ad vtilitatem adſignan-
tur partium, id quod experientia docet) &
communis opinio ſeruanda eſt, quòd hæc
pœna applicetur parti agenti. aut nullius,
oiſi prætoris intereſt, cui[9] authoritas vel iu
riſdictio contemnitur, ea ſpecie pœna ad
fiſcum pertinebit. Vnde ſi plures eſſent e-
dicti corruptores, actor id tantom conſe-
quetur, quod ſua intereſt, reliquum pœnæ
25 fiſco inferetne. Cauſa † iſtius actionis eſt,
delictum, ipſa ſcilicet corruptio, ſiue abla-
26 tio edicti. Probat † autem actor reum cor-
rupiſſe, vel ſuſtuliſſe edictum: quo probato,
præſumitur ſtatim fraus & dolus cor-
rumpétis, neque actor eſt alia probatione
grauandus, niſi liquidam adferre poſsit
27 reus [ſ]excuſationem. Eſt porrò hæc † actio
tantùm annalis, nec datur. contra hæredes
corrumpentis. Forma huius inſtituendæ
28 facilis eſt. Cum † haud ita pridem magni-
ficus huius Academiæ Rector, in valuis hu
ius collegij perpetuum & generale edictū
propoſuiſſet contra eos qui noctu vagan-
tur, Titius iſtud edictum temerariè & do-
lo malo diſcidit, multis litureis, & cœno ob
ductum corrupit, aut ſuſtulit. Quare cùm
prætor cótra huiuſmodi corruptores quin
quaginta aureorum pœnam cuilibet de
populo agēti decreuerit, peto ipſum Titiū
criminis & albi corrupti reum veſtra ſen-
tentia ad prædictam pœnam condemna-
ri. &c.
29 Deuenio † ad alteram pœnalem actioné
quæ eſt de in ius vocando. Eſt autem hæc
30 actio † pœnalis in quinquaginta aureos
cótra eum, qui ſine venia vocat in ius per-

m d. l. ſi quis id q. in ver. dolo malo.
n Culpæ diſtinctionem per ius traditā habes lib. j. T. de ſuſp. tu. §. ſuſpectus vide etiam Zaſ. in ſuis Intell. iuris à pr.
o In d. l. ſi quis id q. vbi aliis. qui geutes legitur, ſed corruptè.
p d. l. ſi quis id, cū l. ſeq.
q Iuxta l. j. in prin. de ſep. vio. vide har. in l. agraria. ff. de termino moto.
r Hic & in d. l. ſi quis id quod.
ſ Arg. l. eos qui reportorum. in princ. de admin. tut.

ſonas, quas prætor vocari prohibet. Dixi
primò, pœnalis in quinquaginta aureos:
quia illa pœna expreſſè conſtituta eſt [t]à le
ge, quam ne Imperator quidem reſcripto
ſuo vult ſupplicantibus [u]remittere, & ce-
dit parti agenti, [x]& non fiſco, id quòd vul-
gò traditum eſt. Quanquam autem hæc
pœna ex ſola vocatione ipſo iure commit-
tatur, cum verba edicti hoc ſimpliciter ac
præciſè exigant, aliquoties tamen ex æqui-
31 tate rationis remittitur. Primò, † ſi filium
vel libertum pœniteat vocationis ante li-
tem conteſtatam (poſtea enim pœnitere
nequit, quia eſt cœptum planè [y]iudicium)
& actionem remittat, id eſt, exercitium a-
ctionis in iudicio temerè & contra reue-
rentiam dictatæ: vt ſi dicat, ſe non proſe-
cuturum eam in tali iudicio. Poteſt alio
tempore denuò agere impetrata venia. Re
32 mittere † enim actionem, eſt quærelam in
termittere, obligatione interim manente
ſalua. Hoc autem quanquam in contra-
ctibus obtinet, in delictis tamen ſecus eſt:
nam accuſatione remiſſa, cenſetur etiam
obligatio & tota cauſa [z]remitti. Et cum
hac moderatione intelligendum eſt [a]Pauli
33 reſponſum. Secundò † remittitur pœna, ſi
citatus non compareat: tum enim is, qui
in ius vocauit, nullam pœnam meretur,
quia terminus eſt [b]circunductus, & voca-
tus ipſo facto oſtendit, ſe non curare voca-
tionem: quo caſu procedente iudice in cō
tumaciam, proceſſus erit nullus, atque ita
[c]caſtrenſis ait. Tertiò, ſi non inuitus com-
pareat, qui vocatus eſt: hoc eſt, ſi conſen-
tiat in iudicium expreſſè vel tacitè, nihil
opponens: nam volenti non fit iniuria, ne-
que [d]dolus. Iſtis enim caſibus excuſatur, à
pœna quinquaginta aureorū is, qui in ius
vocauit. Adieci, contra eum qui ſine ve-
nia: quia ſi venia à iudice petita vocaſſet,
prætor denegaret actionem. Generalis ta-
men permiſsio magiſtratus non ſufficit,
cùm poſtulanti iuſtitiam, decernit citatio-
nem, vt aduerſarius in ius vocetur (quod
pleriſque in locis optima conſuetudine
34 ſeruatur) ſed venia † ſolenniter eſt impe-
tranda, hoc eſt, primò deſignanda eſt qua-
litas perſonæ, quænam reuerentia illi de-
beatur. Deinde ſumma controuerſiæ eſt
exponenda, quare velit aduerſùs talem per
ſonam experiri in iudicio, vt iudex cogno-
ſcere poſsit, an actio vel lis ſit famoſa aut
iniurioſa, per quam attentaretur, vel deli-
baretue honor maiorum: quo animad-
uerſo, vix permittetur iudicium. Poſtre-
mò ſi iudex cauſa ſummarim cognita per-
mittat reum vocari in ius, dicitur impe-
trata venia id fieri, & in actis deſcriben-
dum eſt. Addidi, perſonas quas prætor:
35 quoniam † aliquæ perſonæ iure ciuili &
more maiorum prohibentur in ius vocari
ob legitimam cauſam ad tempus, quæ in
Pandectis ſub titulo, de in ius [e]vocando
habentur, & neutra harum ad hoc edictum
pertinet, neque ex eo actionem habet. Ali-
36 quæ † verò perſonæ iure prætorio vocari
prohibentur, ob publicam honeſtatem &
reuer

t In l. ſi li bertus. & l. pen. ff. de in ius voc.
u l. 2. C. eod.
x Per doct. hic & in locis aliis.
y Vt probatur in l. j. C. de plus pet.
z l. in §. ſi quis dec. de iniur. & ibi bar. nu.
a In l. quæ. ff. de in ius voc.
b Arg. l. ediciam. de iu.
c In d. l. quamuis.
d l. cum donationis. C. de tranſact.
e In l. j. cū duab. ll. ſeq. vſque ad §. prætor ait.

vocentur:& ad illas propriè hæc actio pertinet:vt ſunt parẽtes vtriuſque ſexus io infinitum,etiam,ſeruilis cõditionis. Item & naturales tãrum,& adoptiui:natura enim parentes eos fecit & ciuilis autoritas, quãquam nuptiæ [f] defuerint. Hi omnes non poſſunt à liberis io ius vocari ſine venia obtẽta,Loquor autem de liberis extra patriam poteſtatem cõſtitutis:nam qui ſunt in ſacris parentum nec cum venia poſſunt eos vocare.Lis enim † nulla eſt inter pa-

37 trem & filiumfamiliâs,niſi ecceptis.[g] paucis caſibus. Prædictis adde vitricum, nouercam,ſocerum ſocrum,& ſimiles,qui loco parentum habentur.Item & patrom luſtricum,qui aliquem ex ſacro baptiſmate leuauit:nam lex illum patrem [h] appellat.

38 In † inceſtuoſis tamen noo habet locum hæc actio,cum inter eos oulla ſit appellatio parntom & filiorum Porrò † patro-

39 nus vel patrona,liberi parentesque eorum vtriuſque ſexus,à liberto ſine venia vocari non poſſunt. propter donatæ libertatis beneficium longè maximum:. qui bonor patrono habendus eſt,etiamſi quaſi tutor, vel curator,defenſor,aut actor [i] conueniẽdus fuerit. Vxor etiam manumiſſoris ne à liberto ſine permiſſu vocetur.bonis moribus conuenire, Imperator [k] alibi inquit. Plerique haoc actionem † & ad dominos

40 feudorum producunt.ſi à vaſallis ſine venia vocentur in iudicium:quod & ipſe recipio,quia comparantur patronis. quatenus ad collata beneficia attinet.Nam ſicut patronus libertatem concedit. ita dominus ex liberalitate ſua dat feudum, vnde alatur & viuat vaſallus cum vxore, atque liberis:qua ratione etiam feudum dicitur [l] beneficium.Præterea iuſiurandum domino præſtat vaſallus,in quo comprehenditur, ſe ounquam ex perſona ſua aliquid facturum aduerſus bonorem & [m] commodum domini.Et hanc ſententiam ipſa cõfirmat honeſtatis ratio , & diſciplina publica,quam prætor conſiderauit in hoc edicto.Iſta autem prohibitio vocationis in ius eſt vtiquefauorabilis,ob reuerentiam, quam debemus maioribus,ideoque producenda potius , quam [n] coarctaoda, Cauſa

41 † iſtius actionis eſt delictũ cõtemptæ honeſtatis publicæ,ſeu naturalis rationis,quæ dictat aliqnarum perſonarum diſcrimen eſſe habendum, ne homioes paſsim, & ſine delectu in iudicium vocentur.Hanc enim prætor in ædicto ſuo ſecutus eſt , id quod [o] Paolus iuriſconſultus oſtẽdit: Vna eſt enim (inquiens) omnibus parentibus ſeruanda reuerentia.Et [p] Imperator:Cum naturali ratiõe.(ait)honor huiuſmodi patronis debeatur Ecce Paulus appellat reuerentiã.Imperator naturalẽ rationẽ Pro-

42 bat † autẽ actor in hoc iudicio:primó , ſe vocatũ eſſe in ius ſine venia,ab eo qui reuerentiam debebat.Deinde q̀ reus cũ actore litẽ ſit cõteſtatus:tum enim verè incidit in pœnã huius edicti,nec poteſt eũ cœpti iudicii pœnitere,vt ſuperà docui. Nec ſufficit,ſi doceas libellum fuiſſe porrectum iudici,vel etiam [q] aduerſario.Nunc ad libel-

43 li formam,cum † Flaccus filius meus naturalis, æquitatis & iuris ſcripti oblitus [r] me parentem ſuum experiundi cauſa in ius vocauerit iuuitum & nolentem , nulla penitus vel petita,vel impetrata à iudice venia,litemque mecum, nulla ductus pœnitentia,conteſtatus ſit:quare peto eum cũ demnari vt ſoluat mihi quinquaginta aureos nomine pœnæ ſanctiſsimæ à prætore indictæ &c. Porrò plerumque accidit , quod is , qui aliquem ſine permiſſu vocauit in ius,inopia laborare dignoſcatur,vt noo habeat vnde ſoluat vllã pœnam pecuniariam . & eo quidem caſu varianda erit petitio extra [r] naturam huius actionis,& implorandum officium iudicis vt is reum arbitrio ſuo in corpus puniat, & quaſi [ſ] inofficioſum caſtiget. Caſtigatio

44 † enim non ſuccedit in locum pœnæ pecuniariæ,niſi nominatim petatur,atque ita [t] Bar.etiam docet.Præterea hæc regula de perſonis [u] vilioribus ſolùm procedit,& in delictis grauioribus , nunquam autem in contractibus: quod hîc Iaſon multorum teſtimoniis approbat.

Sequitur † tertia actio pœnalis à prætore

45 introducta,videlicet,ne in ius vocati eximãtur vi,de qua diſſertur in Pandectis, ſub tit.Ne quis eum qui in ius voc. eſt , vi exi Datur autem aduerſus eum,qui vocatum in ius per ſe vel alium violenter eximit,quo minus veniat, inquantum actor in litẽ iurauerit.Dixi vocatum in ius, ſimpliciter:quia hæc actio locum habet,etiã ſi vis exemerit eum qui per calumoiam vo-

46 catu [x] eſt in iudicium.Subiunxi, † violenter:ſatis enim eſt,in eximendo interuenire vim,etiam ſi dolus non [y] acceſſerit.Additur,eximit:quia verbum eximendi generale eſt,& ſignificat quoquo modo auferre: vt ſi quis non eripuerit quem de manibus ſed moram fecerit quo minus in ius veniret,donec actionis dies finiretur,res ve tẽpore amitteretur , videtur exemiſſe. licet corpus non [z] exemerit. Poſtremò adpoſitum eſt,inquantum † actor in litem iura-

48 uerit ſua intereſſe,vocatum in ius noo veniſſe,& hoc iuramentum non tam reſpicit intereſſe actoris,quàm affectionem ipſius, qui & contemptum ſui æſtimare poteſt, & quod ita vexatus eſt,Zaſio hic teſtante. Hac autem ſpecie,ſi propter exemptionem actor per lapſum temporis actionem temporalẽ,vel rem mobilem,quæ ſpatio trienii vſucapitur amiſerit,iurat primum in litem,quanti ſua interſit reum non veniſſe vt quia magnis fortè ſumptibus adduxit aduocatos,aliàſue impẽſas fecit. Deinde p actionẽ reſciſſoriã petit ſe ex clauſula gñali,reſtitui in integrũ,vſucapionẽ reſcindi, ac ſi cõpleta nõ eſſet;ac tũ intẽdit aduerſus reũ primã actionẽ,Si verò neq; res propter exẽptionẽ vſucaptã,neq; actio finita eſſet iurat actor in litẽ cõtra eximẽtẽ ad intereſſe,ac deinde expitur [a] aduerſus vocatũ quãuis aũt lege Pãdectarũ actiões nõ ppenabãtur,niſi lite [b] cõteſtata,aliter tamẽ [c] eſt, hodie,

f l.4.§.ſi patron. & l. parentes. & l. adoptiu. & in princ. ff. hoc titu.

g Quos habes in l. lis nulla.d. titu.

h xxx.q.1. c. lex diligẽs.

i l. adoptiuam.§. patronum. & §.ſed ſi hac lege.ff. hoc titu.

k l.ij. C. hoc titu.

l In c.j. In quibus cau. feud. amit. In ſib. feu. m. c.j. de for. fid. & c.j. de no. forma fidel.

m c. odia de regu. iu. lib.vj.

o l. 6 d. l. parentes.

p In l. 2. C. hoc titu.

q l. liberius de in ius voc. & ar. l. amplius nõ pet. C. ad l. Iul. de adu.

r Oldẽ. in præſt. huius actionis.

ſ iuncta l. vlt. ff. hoc titu.

t In l. quod ſi minor. §. ſi fraudis de minor.

u Facta l. capitalium. §. non omnes. ff. de pœn.

x Tex. in l. ſed eximẽdi §. item ſi quis. ff. ne quis eũ ſeq. Y l. j § vl. & l. ſi per ſe. iurã in prin. hoc titu.

z d. l. ſed eximendi.

a l. vl. hoc titu.

b Vel. ſecundum Ioan. da oſti. præl. l. conſtitutionibus . de ac. & oblig.

c l. cum notiſ. & l. ii cut. C. d. pręſcri. xxx. an.

49 hodie.Cæterum † aduerſus plures eximen-
tes agitur inſolidum,nec pœna ſoluta ab v
no liberat alios. Et interim non liberatur
principalis debitor [d] exemptus obligatione
ſua:Sed cõtrà,ſi debitor prius ſoluiſſet,quæ
exuneretur poteſt exemptor ſe tueri [e] exce-
50 ptione.Ceſſat † autem pœna iſtius actionis
aliquoties. Primò,ſi vocatus eſt in ius qui
vocari non debeat, veluti parens, patro-
nus, cæteræque [f] l. perſonæ.nam ſi de-
linquit qui vocat non delinquit qui exi-
mit. Eadem æquitas eſt in eo, qui alio,
quàm quò debuerat,in ius vocabatur. Sed
& fortius dicendum eſt,non videri vi exi-
mi eum,cui ſit ius ibi non conueniri. Idem
obtinet,ſi quis ad pedaneum † iudicem vo-
51 catum eximat, quia minimus magiſtratus
eſt:attamen de dolo actione conueniri po-
teſt,ſi res fuerit amiſſa,vt [g] Accur.rectè tra-
dit.Pedanei autem iudices dicebantur, qui
prætori à conſilio erant,& ad pedes tribu-
nalis eſſidebãt,ſi ex eius delegatione mino-
res cauſas cognoſcere iuberentur.Vnde po-
ſteà minores magiſtratus,quibus prgſides a-
liis rebus diſtẽti, committebant iudiciorũ
cognitiones,non ita [h] magni nomen ti. Sed
& ſi quis cauſa officii ſeu amicitiæ vocatũ
in ius hoſpitio ſuſciperet,refoueret feſſum,
& interea dies iudicii vel actionis exiret, eũ
hoc edicto non teneri, Zaſius ſcribit:idque
verum eſſe puto,quia edictum de eo loqui-
tur,qui vi eximat.Cauſa huius † actionis eſt
52 delictum eius qui vi eximit,vel detinet vo
53 catum in ius ne compareat.Probat † autem
actor in hoc iudicio duo.Primum violen-
tem exemptionem:deinde,quod per aduer-
ſarii exemptionem factum ſit, quo minus
reus in ius veniret:nam ſi nihilominus ve
nit,ceſſat pœna,ſimulaque perſecutio eius
quod intereſt,quoniam verba edicti cum ef-
fectu [i] ſunt accipienda. Conceptio huius a-
54 ctionis in hãc formam poteſt inſtitui. Cùm
† ego in ius vocaſſem Sempronium debito
rem meum ad iudicem competentem,& is
ad tribunal ire pergeret.Titius in medio iti
nere vi eum exemit,ac detinuit,ne veniret
in iudicium per quam exemptionem gran-
dis mihi contumelia facta eſt, prǽterquam
quod damno affectus ſum non mediocri.
Quare cum contra eximentes pretor iudi-
cium polliceatur,vt quanti ea res eſt,ab a-
ctore æſtimetur,peto vt parato mihi ad iu-
randum deferatis,& Titium violẽtum ere-
ptorem,præſtito iureiurando, quatenus in
litẽ iurauero,veſtra ſentẽtia cõdẽnetis,&c.

Porrò quia in ius vocati nõ ſolum vi exi
muntur,ſed plerunque etiam verſutia, cal-
55 liditate,ſuaſiunculis auocantur,ideo † præ-
tor etiam aliud edictum olim propoſuit de
hac fraudulẽta interceptione,cuius hic poſt
Accurſum meminere omnes, & quod in
Digeſtis,ſub ti.de eo per quem factum erit
56 &c.diſcuitur Differt † autem à priore edi-
cto potiſſimum,quod illud competit, quã-
do quis fuit vi exemtus,& ad vindictã da-
tur nempe quanti in litem iurauit actor:
hoc verò,quando dolo eſt exemptus, datur
quæ ad intereſſe,quanti actoris interfuit,cũ
[k] iudicio ſiſti. Deteſtabilior enim eſt vis,
quàm dolus,quia in vi ineſt dolus,ergo pœ-
na in priori grauior.Sunt & aliæ differen-
tiæ inter hæc ædicta,quas apud interpretes
hoc loci reperire licet,eas breuitatis amore
pretermitto. Aduerte etiam,quod libellus
in actione ex edicto,† De eo per quem fa-
57 ctum erit &c.ferè formatur vt proximus,
niſi quod hic pro violentia dolus eſt propo-
nendus,& petendum intereſſe,dicendo,vo-
catum Mæuium à me in ius,dolo per Titiũ
retentum,nempe inebriatum,vel aliquo ſi-
niſtro rumore perſuaſum,quo minus veni-
ret in iudicium:quare cum mea tanti inter-
ſit,& cætera,vt in ſuperiori libello.

d l.ſi peculium §.hoc iudicium. ff. de eo eod. titu.
e l.4.§.item ſi quis dolo.de pe eti.' nxx... ... Pamphi.l.§. dolo feciſſe de ſol.
f l.1.§.eſt filius.ff.hoc ipſo titu.
g In l.quid ſi quis. §.ſi quis ad pedaneũ. hoc ti.par. l. ſi te Titio.de dolo malo.
h Vt in. ... C. de ped. iu. & in l ſi quis. §. omnes. C. de pac.
i l.j in fi. quod quiſque iuris, &c,& l.j §. hæc verba. ne vis fiat ei qui in ius &c.
k l. vt in Princ. de eo Per quem factum &c

§. Præiudiciales.

1 *Præiudicium quid propriè dicatur.*
2 *Præiudicia ſecundum Iureconſultos.*
3 *Quorſum ſpectent præiudicia.*
4 *Explicatur l.generaliter.de excep.*
5 *In hoc.§.de eo præiudicij genere tractari, quod circa ſtatum perſonarum verſatur.*
6 *Tres actiones præiudiciales huius §.*
7 *Si in iure fiat ſimpliciter mentio præiudicij, de quo præiudicio id ſit accipiendum.*
8 *Actiones præiudiciales à prætore introductas eſſe.*
9 *Definitio præiudicialium actionum.*
10 *Præiudiciales quare dicuntur reales.*
11 *Præiudiciales cum de iure perſonarum tractent, cur non potius perſonales quàm reales dicantur.*
12 *Actiones præiudiciales ratione cõtingẽtiæ.*
13 *Item præiudicialis ratione minoritatis.*
14 *Actio præiudicialis an quis ſit liber vel ſeruus, explicatur.*
15 *Quomodo ea differat à rei vendicatione.*
16 *Quomodo differat à cõfeſſoria & negatoria.*
17 *In hac actione quomodo conſtare poſsit, quis ſit actor vel reus.*
18 *Actio præiudicialis de libertate vel ſeruitute eſt duplex, directa & vtilis.*
19 *Qualiter ſeruitus & libertas in hac actione accipiantur.*
20 *Practica huius actionis.*
21 *Secunda actio præiudicialis exponitur.*
22 *Et ea pariter duplex eſt, directa & vtilis.*
23 *An hæc actio contra vaſallos detur.*
24 *Praxis huius actionis.*
25 *Aliqua de obſequijs.*
26 *Tertia actio præiudicialis.de partu agnoſcendo.*
27 *An hæc actio fratri contra fratrem detur,*
28 *Perſequendi forma in hac actione.*
29 *Poſſe etiam iudicis officium implorari à parentibus contra liberos, & econtra.*

Præiudiciales actiones [a] *in rem eſſe* [b] *videtur, quales ſunt, per quas quæritur, an aliquis*

quis [c] *liber, an* [d] *libertus ſit, vel* [e] *de partu agnoſcendo.* [f] *Ex quibus fere vna illa* [g] *legitimam cauſam habet, per quam quæritur, an aliquis liber ſit, cetera ex ipſius* [h] *prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.*

QVanquam interpreter in huius §. enarratione multa congerunt quæ vel huc non adeò pertinent vel in pauciora contrahi poterant, & plerique actiones præiudiciales ſurſum deorſumque verſantes, nebula potius obducũt quàm quod luce vlla irradient: nos tamen ea duntaxat in medium proferemus, quæ dilucidè harum actionum naturam oſtendant euidentémque earundem cognitionem faciãt. Vt autem ſubſequentia clariori tradantur lumine, cum primis non eſt ignorandum, † præiudicium a præ & iudico,
1 dici rem quæ cum ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum, quod ſequãtur: autore Aſconio Pediano. Vnde leges Romanas velut exempla, ſecundùm quæ nũc quoque oportet omnes factorum ſpecies definiri, rectißimè dixerimus præiudicia. Quintil. etiam lib. v. multa de [a] præiudiciis edisſerit. In † iure autem ciuili, quod non
2 verborum ſolum, verumetiam rerum ſignificationem, ac illam quidem cũ primis expendit aliquanto craſsius accipimus præiudicia, videlicet pro cognitionibus cauſarum, quas ob legitimas rationes præcedere oporteat, ſi fortè cum aliis concurrant: vt non admodum referat, ob quam cauſam præcedant, modò ſic exigat iuris autoritas propter iudiciorum ordinem. Ex quibus colligitur omnes actiões, exceptiones, & replicationes, quæ vllis rationibus in cognitione iudiciaria præcedere debẽt. generaliter dici [b] præiudiciales. Huc autẽ
3 † ſpectant præiudicia, vt ordo ſeruetur cognoſcendarum cauſarum ad finiendas eò citius lites. Nam ne omnes ſimul quæſtiones inutili temporis diſpendio tractentur, confert ad expeditionem cauſæ ſolum habere rationẽ præiudicij: Huc reſpexit [c] Vlpiam. Generaliter, † inquiens, in præiudi-
4 ciis actoris partes ſuſtinet, qui habet intentionem ſecundùm id, quod intendit, id eſt, cum multa & varia allegantur in iudiciis tum agendo, tum excipiendo, aut replicando, tunc ſemper cenſetur actor, primò que loco admittendus eſt is qui ſi probauerit intentionem ſuam futurus ſit in iure ſuperior, vinceique aduerſarium. Et cum multa præiudicialium actionum genera [d] commentatores faciant, hoc tamen loci de eo præiudicij genere tractat Iuſtinianus
5 cum † de ſtatu perſonarum agitur: ea quæſtio ſolet omnibus aliis, quæ incidere ſolent, controuerſiis limites præbere ac formam. Nam cum frequens olim naſceretur controuerſia de ſtatu hominum, aliis ſibi ius in perſonam, aliis verò libertatem aſſerentibus: prætor, ne res prodiret ad rixas
6 neue vlli fieret iniuria, † ictiões introduxit tres, quas præiudiciales nuncupauit, quod ante omnes alias actiones ſiue propoſitas, ſiue proponendas diſcutiantur. Omnes enim aliæ actiones tanti ſperſilent & conquieſcunt, quouſque hæc ſtatus controuerſia [e] finiatur. Harum prima eſt, per quam quæritur, an aliquis ſit liber, an ſeruus. Altera verũ ingenuus ſit, an libertus. Tertia, vtrum ſit filius, an nõ ſit. Et hæ tres actiones dicuntur verè & propriè præiudi-
7 ciales, vſqueadeo, † quod vbicũque ſit mẽtio in iure præiudiciorum abſolutè, nulla addita ſpecificatione, tum regulariter propter eminentiam ſint intelligendæ tres illæ [f] actiones de ſtatu perſonarum. Textus.

a *In rem.* Et ſic ſunt reales, cum tamen de iure perſonarum tractent, de quo mox dicemus.

b *Videntur.* Hoc verbum, Videntur, ſignificat fictionẽ & improprietatem. quia præiudiciales actiones non ſunt abſolutè reales, ſed admixtæ cum perſona.

c *Liber.* Subaudi. vel ſeruus. Hæc eſt prima actio præiudicialis.

d *Libertus.* Vel ingenuus. Hæc eſt ſecũda actio præiudicialis.

e *De partu.* Id eſt, vtrum ſit filius, an nõ ſit: ſic enim partum interpretamur. Et hæc eſt tertia actio præiudicialis.

8 *f* *Ex quib. ferè.* Has † actiones à prætore introductas eſſe, hic locus euidẽter probat. Ferè autem dicit, quia liberalis cauſa ex ſenatuſconſulto quidem eſt, ſed tamen prætor tam multa adiecit, vt propèmodũ diſputabile videtur, vtrum Senatui, an verò prætori tribuenda ſit hæc actio. Quare Imp. vtitur temperamento ferè: quod Accur. non intelligens, rem planam inuoluit, ita Oldend.

g *Legi. cau. ha.* Quia ex ſenatuſconſulto eſt, vt dixi. Huius autem Senatuſconſulti [g] Vlpianus in Digeſtis, ſub hoc titulo, meminit.

h *Præto iuriſd.* Qui eas introduxit, ſicque prætor, eſt cauſa efficiẽs harum actionum.
9 Actiones † præiudiciales, de quibus hic loquimur, ſunt actiones in rem. quibus de ſta-
10 tu alicuius perſonæ contenditur. Et † dicuntur præiudiciales, quia præiudicant aliis quæſtionibus inter actorem & reum, quòd decidi non poſſunt donec cauſa ſtatus fuerit diſcuſſa. quod tamen de ſententia diffinitiua accipiendum eſt, quæ ferri non poteſt, illa quæſtione pendente. Alioqui etiam inter actorem & reum poſſunt lites ſuper aliis cauſis inchoari, modò antè diſcuſsionem quæſtionis de ſtatu [h] nulla feratur ſententia. Ad definitionem redeundo, dixi in ea, ſunt actiones in rem, dantur pro rebus incorporalibus, pro iure ſcilicet quod alicui competit ex perſona ſua propria, vt quia quis agit pro iure ingenuitatis, vel filiationis: aut ea perſona alterius, vt quia quis agit pro iure ſeruitutis competente ſibi in perſona alterius. Ex
11 quibus ſatisfit diſputationi Doctorum quare huiuſmodi actiones, cum † tractent de iure perſonarum, non potius dicãtur perſonales, quàm in rem. Ecce enim [i] non procedunt ex aliquo facto, vel formula

a Lib. v. cap. 10

b Exemplum in l. quoniã Alex. C. de adul. & l. Imperatores, de priui. cre. in l. cum aliquis. C. de iu. deli. & l. j. C. de ord. cog. Et adde omnino Bal. in l. peremptorias. C. de ſa. ſan. eccl.

c In l. generaliter. de excep.

d Quæ apud Fab. Ia. Zaſ. hic, & Bar. in l. fũdum. ff. de exe. rei vendi. reperire licet.

f Vt hic, & l. ſed & hæ §. non ſolum. de procur. & l. j. §. j. de rei vend.

g In l. cognitio. ff. de lib. cau.

h l. ordina. ff. de lib. cau.

i Ita Old. in expl. cationem præiud. actionum ex quo hæc ferè deſumpſimus.

formula negotii geſti.vnde ꝓducatur per-
ſonalis actio,ſed immediatè ac principali-
liter complectuntur iſtæ actiones ius ip
ſum,quod peto in perſona mea propria.Et
ſic reſpicitur res in perſona potius,quæ ali
quid extra perſonam.Sicut enim vendica-
tio proprietatis dicitur in rem actio , ita
petitio alicuius iuris[k] vel libertatis,in rem
cenſebitur,neque per proprietatis quæſtio
nem etiam in ſeruo[k] excluditur , atque ita
Oldend.eleganter explicuit.Deinde adiec
de ſtatu alicuius perſonæ,ad differentiam
aliarum actionum præiudicialium ,quæ ſic
12 dicuntur †vel ratione contingentiæ, vel
ratione præeminentiæ,ſiue maioritatis , vt
vulgò loquuntur.Sunt enim aliquæ actio-
nes præiudiciales ita ſic contingẽtes,quod
ſequens iudicium præmatur per ſententiã
prioris iudicii:hoc eſt,iudicium quod ſequi
tur,eſt acceſſorium ad cauſam.quæ primò
mota eſt,ita quod vtraque cauſæ ſeſe con-
tingũt,& quaſi afficiant.Exemplum:[l] Ego
peto abs te,vt hæreditatem mecum diui-
das,tu contrà contendis me non eſſe hære-
dem quomodo ergo mecum hæreditatem
diuidas?Vides hic duo eſſe iudicia, ſcilicet
diuiſorium hæreditatis , & an ſim hæres,
qui ita ſeſe inuicem contingunt , vt quaſi
cognatione quadam conectantur:quia nõ
poteſt diuidi hæreditas, niſi cum hærede.
Ergo pri⁹ eſt vt declaretur hæc quæſtio an
ſim hæres,quia ſententia lata adfert præiu
dicium alteri petitioni:nam ſi hæres fuero
pronunciatus,merito mecum diuides: ſin
minus,rectè nihil diuides.Aliud[m] exemplũ
Titius vendicat fundum & præterea petit
viam ad eum.cognitio proprietatis præca-
det,allatura formam petendæ ſeruitutis.
Neque enim aliter probaturus eſt actor
deberi ſeruitutem,quàm ſi probauerit ſuũ
eſſe fundum cui via debeatur.Deinde ſunt
aliquæ præiudiales,vt dixi,ratiõe præemi-
nentiæ:graues etenim controuerſiæ cen-
13 ſentur †præiudiciales reſpectu minorum.
[n] Paulus,Per minorem cauſam,inquit, ma
iori cognitioni præiudicium fieri non o-
portet.Maior enim quæſtio minorem ad
ſe trahit:Sic petitio[o] hæreditatis præfer-
tur aliis cauſis ſpecialibus.Si aliquis petit
hæreditatem à poſſeſſore,tunc interim nõ
poſſunt legata & libertates peti .tanquam
minora iudicia,donec expediatur maius,
ſcilicet vniuerſale iudicium petitionis hæ-
reditatis.Sic etiam cauſa criminalis[p] præ-
cedit ciuilem:vt ſi criminaliter accuſaſti
Titium furti,vel alterius delicti,& penden
te lite velis actionem ciuilem ſuper aliquo
debito aduerſus eum intendere , id facere
prohiberis:quia actio ciuilis debet interim
quieſcere,donec terminetur criminalis,vt
quæ potẽtior ſit & magis ardua.Hæ actio
nes ſunt quidem præiudiciales,non tamen
agitur ex illis de ſtatu alicuius,atque ob id
nec huc pertinent. Porrò ſuprà dictum
eſt,tres eſſe actiones perſonales de ſtatu
perſonarum quas ſigillatim enarrare,non
fuerit inutile.Prima †ergo eſt , qua domi-
14 nus contendit Stichum,qui eſt in quaſi
poſſeſsiõe libertatis,id eſt,qui ſe gerit pro
libero homine,ſeruum ſuum eſſe.Vel con-
trà,Stichus,qui eſt in quaſi poſſeſsione ſer
uitutis agendo aduerſus dominum , con-
tendit ſe liberum eſſe,& hæc actio propriè
liberalis cauſa[q] dicitur.Datur hæc ergo a-
ctio primum dominis aduerſus recuſantes
ſeruitutem,& gerentes ſe pro liberis homi
nibus:deinde ſeruis aduerſus dominos præ
tendentes ſeruitutem.Differt † autem hæc
15 actio primum à rei vendicatione, quæ e-
tiam domino conceditur pro vendicando
ſeruo ſuo:quia rei vendicatio tum locum
habet,quando ſeruus poſſidetur ab alio ,vt
ſeruus,nec mouet quæſtionem ſeruus de-
libertate,ſed dominus ſimpliciter aſſerit
ſeruum illum ſuum eſſe,tum demum po-
teſt eum dominus vendicare à poſſeſſore
tanquam rem ſuam,in qua dominium ha-
bet. Sed actio noſtra propriè competit,
quando dubitatur de ſtatu ſerui,an ſit ſer-
uus,vel liber:qua ſpecie dominus non agit
ad ipſum ſeruum,ſed ad ius ipſius ſeruitu-
16 tis.Deinde differt ab actione confeſſoria
& negatoria,quæ etiam pro rebus incorpo
ralibus dantur: quia illæ locum habent,
pro iuribus debitis ex rebus aut bonis ali-
cuius:hæc autem actio datur pro iuribus
competentibus in perſona alicuius.Vt au-
17 tem † cõſtare poſsit,vter illorum actor
ſit vel reus,attendendum eſt.Nam is , qui
eſt in quaſi poſſeſsiõe libertatis,id eſt , qui
ſe gerit pro homine libero,negatque ſe ſer
uum,vicem rei obtinet:is verò,qui conten
dit eum ſeruum eſſe,loco actoris habetur,
idquod eum probare oportet,& ſi in pro-
batione deficiat,reus nihil præſtare obliga
tur,ſed ſimpliciter[r] abſoluendus eſt.Sed &
ſi in ſe onus probandi volens ſuſceperit is,
qui ſe pro libero gerit,& defecerit ,adhuc
abſoluetur,non tamen pronunciabitur li-
ber eſſe:ideoque actor quandocunque vult
poteſt & denuò mouere quæſtionem ſta-
tus,& docere eum ſeruilis cõditionis eſſe.
Si autem reus oſtenderit ſe liberum eſſe
(ad quod tamen non adſtringitur)non ſim
pliciter abſoluetur ab impetitione actoris,
verum etiam liber eſſe pronunciabitur.
quæ ſententia deinde prohibet,ne illi am-
18 plius moueatur quæſtio[ſ] ſtatus,Eſt au-
tem †hæc actio[t] duplex,directa & vtilis.
Directa cõceditur domino & ſeruo , quia
illis ex verbis & mente legis competit,ſic-
que directò procedit à lege.& velut è fon-
te erumpit.Vtilis verò principibus,omiti-
bus.nobilibus ac cæteris dominis prædio-
rum,aduerſus ruſticos,colonos, adſcripti-
tios,tributarios,originarios,ſiue cenſitos:
denique aduerſus omnia genera proprio-
rum hominum datur,in quibus hodie ſe-
cundum diuerſam Germaniæ noſtræ con-
ſuetudinem ius habent:& ex diuerſo his,
aduerſus dominos ſuos.Nam †ſub appel-
19 latione ſeruitutis , quæ apud nos ferè
abolita eſt , puto omneis omnino ſpe-
cies ſubiectionis,eſſe intelligendas , quæ
iuris & poteſtatis aliquid in perſona pro-
ducunt . Et contrà libertas accipienda
eſt,non

k l.ij.C.de liber. cau.

l In l.ij.ff. famil. erciſ.

m In l.fũdum & in l. fundi de except.

n In l.per minorẽ. ff. de iudi.

o In l.vlt. C.de peti.hæred.

p l.vlt.C de or.cogn.

q De qua in ff.& C.de libe. cau.

r l.qui accuſa. C. de edẽ.

ſ l.eius ff. de proba.

t Secun.dũ gloſſ & ple-rosq́; c ſ.de do.hac.

eſt, non ſolum quæ ſeruili conditioni op-
ponitur, ſed omnis conditio alieno iuri nō
ſubiecta. Dabitur autem his caſibus vtilis
tantū actio, vt quæ non directò procedat
à lege, nec ex verbis, nec ex ſententia ma-
nifeſta, ſed quæ ex addititia quadam inter-
pretatione propter ſimilitudinē & parita-
20 tem rationis recepta ſit in forū. Praxin † tā-
dem huius actionis oſtendendo, petet in li
bello dominus, ſeruum qui ſe pro libero ge
rit, in dominicā eius poteſtatē adiudicari:
vel hodie aliquem pronunciari ruſticum,
ſeu (vt vulgò dicimus) hominem proprium
eſſe. & vt cōdemnetur ad exhibenda ei de-
bita ſeruitia. E diuerſo, ſi ſeruus aut homo
proprius experiatur aduerſus dominum,
petet ſe declarari liberum planè, ac ſui iu-
ris eſſe, cōdemnarique reum, ne ſua eum li-
bertate vti impediat, deſinátque eū per ex-
actionem ſeruitij operarum moleſtare. Se-
21 cunda † actio præiudicialis datur patro-
no, qui ex iuſta ſeruitute manumiſit, ac li-
bertatis beneficium cōtulit, aduerſus liber
tum, qui eſt in quaſi poſſeſsione ingenuita
tis, & negat ſe libertum eius eſſe. Vel cōtrà
liberto, qui ſe ingenuum eſſe dicit, aduer-
ſus patronū, qui ſe talem falſa opione [u] ad-

u Vt ff. ſi lib. inge. eſſe dic.

22 ſerebat. Et tum hæc † actio directa erit, vt
quam lex nominatim ex ſententia & ver-
bis defert. Hodie datur etiam vtilis ex qua
dam interpretatione, dominis qui ruſticos
ſiue proprios homines manumiſerunt, hoc
eſt, qui liberam facultatem à prædiis quò
velint migrandi donarunt ruſticis: honorē
enim debent talibus velut [x] patronis. Qui-

x Arg. l. venia. C. de in ius vo. & l. liberto. C. de obſe. à lib. & libe. &c.

23 dam hic † annumerant vaſallos & clientes,
quos communis interpretum ſchola liber
tis comparat: illis tamen non accedo, quo-
niam de vaſallis non ex Romana lege, ſed
ex conſuetudine iudicandū eſt, nec pertine
re putat [y] Oldend. ſtatum eorū ad has præ-
iudiciales actiones. Quanquā enim in ple-
riſque pari gradu ambulare [z] videntur, in
hoc tamen maximè diſsident, nec quicquā
cōmune habent vaſalli cum libertis, quòd
ille ingenuus eſt, & homo liber, adeò vt &
princeps vaſalli exiſtant, nec quicquam
(feudo excepto) cum dominis participent.

y In praxi præiudi. actionum.
z Iuxta ea quæ tractātur in ti. de fo. fide. & in ti. de no. fort. fid. in vſib. feud.

Feudum enim quaſi beneficium acceperūt,
quo refutato omne vinculum inter domi-
num & vaſallum diſſoluitur: quod non eſt
in liberto. Is enim eſt homo nouus per pa-
tronū factus, ac ſi prius in rerū natura non
fuiſſet: quia ſeruitutem mortalitati [a] com-
paramus. Portò ad hanc ſecundam actio-
nē repetéda ſunt propemodū omnia, quæ
ſuperius circa dominos & ſeruos diximus.

a l. ſeruitutem. de reg. iu. adde q̃ ſ. tradit. in l. ſi ius incell. in l. ſi non fortē. §. libertus. de cond. inde.

24 Ad praxin verò † quod attinet, aget in hoc
iudicio quis pronuntiari, ſē legitimum rei
cōuenti patronū, ac illum quidem liber-
tum ſuum eſſe, ideo cōdemnandū eundem
reum, vt obſequia patrono iure ſcripto
vel conſuetudine debita præſtet. Ex cōtra-
rio petet is, qui pro liberto habetur inge-
nuum ſe decerni declararique & ne tali in-
genuitate vti præpediatur, néve ad vlla ob
ſequia vocetur. Cęterùm de huiuſmodi ob-
ſequiis ſunt tituli in [b] Pandectis & Codice.
T. de Action.

b ff. de obſe. à lib. & pa. & ff. & C. de iur. patr.

25 Cùm † autē olim obſequia reſpectu præ-
ſtitæ libertatis impoſita, vltra modum ex-
creſcerent, premerént que nimis liberta-
tem, ideo prætor operarum, hoc eſt, diur-
norum officiorum & obſequiorum certā
[c] rationem edixit.

c Vt eſt videre in l. j. & ij. ff. de oper. lib.

26 Deuenio † ad tertiam præiudicialem
actionem, de partu agnoſcendo, nempe an
quis ſit filius, vel non ſit: quæ datur paren-
tibus, qui adſerunt patriā poteſtatem, ad-
uerſus liberos non exhibentes pietatem &
reuerentiam, quam [d] debent: & contra libe
ris aduerſus parentes, qui nolint agnoſce-
re partum matris, hoc eſt, ſanguinem ſuū,
& ex ſe procreatos. Et vtroque caſu dire-
cta eſt hæc actio, competit enim expreſsè
tam ex ſententia, quàm verbis legis. Cer-
27 tant autem Doctores, an hoc † iudicium
permittatur etiam fratri aduerſus fratrem,
& cognato aduerſus cognatum, de iure fa-
miliæ, cum præiudicialis in rem videatur
ſolùm habere locum in his perſonis, quæ
ſe inuicem contingunt ac referunt. Mihi
probatur [e] Barto. ſententia, exiſtimantis &
confeſſoria præiudicialem ſaltem vtilem
intendi poſſe, vt pronuncier frater, vel co-
gnatus tuus vel nobilis de familia tua: quæ
ſententia præiudicat, vt is qui obtinet, fer-
re poſsit nomen familiæ, & cognationis,
poſsit vti armis & inſignibus nobilium, &
ſperare feuda, aut alias ſucceſsiones. Nunc
28 † ad perſequendi formam. In hac ergo a-
ctione petet pater declarari, ſe eſſe verum
ac legitimum parentem filij conuenti, vt-
que is condemnetur ad omnem pietatem,
reuerentiam, ac obedientiam, atque ad a-
lia omnia, quæ liberi parentibus natura
præſtare [f] debent. Vel ex diuerſo aget filius
pronunciari, ſe ex tali parente, aut ex tali
gente, vel familia legitimè progenitum eſ-
ſe, agnoſcique debere filium, ſiue cognatū:
& ne in tali iure in poſterū turbetur, poſ-
ſitque vti imaginibus, cognomine ac a-
liis iuribus eiuſdem familiæ. Hoc in-
terim memineris quaſi pro colophone hu-
29 ius §. poſſe † etiam officium iudicis ſum-
mariè, & ſine libello, aliáve ſolennitate iu-
diciaria implorari à parentibus aduerſus
liberos, vel contrà à liberis aduerſus pa-
rentes, quando hoc ſolum agitur, vt ali-
menta præſtentur ſine vlla ſtatus quæſtio-
ne. Imò per talem iudicis pronunciationē
non fit præiudicium cauſæ ſtatus, quin pa-
rentes & liberi vltro citróque vti poſsint
præiudicialibus: nec ſolum naturales & le
gitimi, ſed etiam naturales [g] tantum. Eodē
modo de patronis egentibus dicendum
[h] eſt. Atque ita finitus ſit hic. §.

d l. pe. ff. de obſe. à lib. & libertis &c.
e In l. vbicunque. §. interdum. ff. de vſucap. in poſſ. mit.
f L. liberto. & l. ſeq. ff. de oper. à lib. & liber.
g l. ſi iudex. de his qui ſunt ſui vel alieni. l. ſi quis à libe. § ſi vel parens. & §. de reſcriptis. de lib. agno.
h Vt in eodem l. proberur. §. ſolent. & §. alimente. l. j. C. de oper. lib.

§. Sic itaque.

1 *Argumentum & diuiſio §. Sic itaque.*
2 *Si apparet &c. quomodo accipiendum.*
3 *Apparere & intendere pro eodem poni-*
tur.
4 *Dare importat dominij translationem. &*
numero 7.

5 Tribus actionibus implicatur fur.
6 Actio perſonalis ad dandum vel faciendũ concluditur.
8 Differentia inter rẽ dari, tradi, & reſtitui,
9 Quod ſemel noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri nequit.
10 Definitio condictionis furtiuæ.
11 Condicere quid.
12 Condictio furtiua eſt rei perſecutoria.
13 In condictionibus petitur dari.
14 Condictio furtiua quomodo degeneret.
15 Condictio furtiua durat etiam re perempta.
16 Fur ſemper eſt in mora.
17 Condictio furtiua quibus competat.
18 Ei qui non eſt dominus, denegatur condictio furtiua.
19 Condictio furtiua durat, ſiue res extet, ſiue non extet.
20 Re perempta, res tamen ipſa condicenda eſt.
21 Res furtiua quomodo æſtimanda.
22 Libellus in condictione furtiua.
23 Condictio furtiua in duobus fundatur.
24 Quinque actiones contra fures dantur.

Sic itaque [a] diſcretis actionibus, certũ eſt non poſſe actorem ſuam rem [b] ita ab aliquo petere, [c] ſi apparet eum dare oportere. Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet: ſcilicet quia dare cuiquã id intelligitur: quod ita datur, [d] vt eius fiat. Nec res, quæ iam [e] actoris eſt, magis [f] eius fieri poteſt. Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum eſt, vt extra pœnam [g] dupli aut quadrupli, [h] rei recipiendæ nomine fures etiam [i] hac actione teneantur, [k] ſi appareat eos dare oportere: quamuis ſit aduerſus eos etiam hæc [l] in rem actio, per quam rem ſuam quis eſſe petit.

1 ACtionibus †realibus & perſonalibus diſcuſsis, nunc effectum & virtutem actionis perſonalis Imper. docet: ponitque primò regulam, neminẽ rem ſuam rectè petere actionis in perſonam formula ſeu condictione. Deinde rationem ſubnectit regulæ, quoniam perſonalis actio concluditur ad dandum vel faciendum aliquid: ſed res, quæ prius alicuius eſt, amplius eius fieri nequit. Demum exceptionem adiũgit, quòd condictio furtiua tametſi perſonalis actio ſit, ad rem tamen repetendam, quæ furto ſubducta eſt, competat.

a Diſcretis. Diuiſis.

b Ita ab aliquo. Id eſt, ſuã rem actione perſonali proſequi.

2 *c Si adparet.* Id eſt, †intẽdat, agat, vt rectè Faber & Aretinus exponunt, Iaſone fruſtra reclamante. Eſt enim hoc verbũ Adparet, media correpta, coniunctiuus ab adparo, adparas, adparare. Vnde adparitores dicti ſunt. Et frequens eſt phraſis in Iure, vt nomẽ actionis vel exceptionis per hanc dictionem, Si, denotetur. Et Inſtitutiones penes me habeo ante trecentos annos manu ſcriptas, in quibus non adparet, ſed paret, legitur, hunc in modum, Si paret eum dare oportere: & quidem maiuſculis literis, vt facilè appareat, Imperatorẽ hiſce verbis perſonalem actionem ſignificare voluiſſe. Huic lectioni adſtipulatur etiam tex. Noricus, & per hanc ceſſat iniuria rei latinæ atque adeo grãmaticæ quod particula, Si, cum indicatiuo aliàs cõiungeretur. Itaque cum dicit, ſi paret, vel adparet (ſimplici aut compoſito verbo vtaris nihil refert) eum dare oportere: perinde eſt, ac ſi diceret, nemo rem ſuam rectè petit actionis in perſonam formula, ſeu condictione. Hanc expoſitionem confirmat etiam verbum, Intẽditur, quòd infra mox [a] ſubiicitur. Nam quod hic parare, † ſiue

3 adparare dicit, id paulo infrà intẽdere vocat. Porrò vtrũque rectè pro agere vel experiri accipitur, id eſt, toto animi conatu intendere, ac parare ſe ad agẽdum & perſequendum.

d Vt eius fiat. Vt dominium rei datæ in accipientem transferatur. quia verbum

4 Dare, †importat dominij trãſlationem, & ita duplicaretur dominium quod nequit fieri, vt ſequitur.

e Actoris. Quæ iam eſt in dominio actoris.

f Eius fieri poteſt. Et ſic cui rei dominiũ ſemel in me transfuſum eſt, in me transferri [b] amplius non poteſt. Dominium enim cum ſit quædam perfectio, non eſt ex pluribus cauſis, neque plures cauſas admittit.

g Dupli vel qua. Datur enim aduerſus furem actio †dupli vel quadrupli, ſe-

5 cundum differentiam furti manifeſti, vel nec [c] manifeſti. Tamen præter hanc poteſt etiã cõdictio furtiua aduerſus eũ exerceri, quæ actio licet in perſonam ſit, competit tamen domino pro re ſua furto ſublata, ſibi reſtituenda, ſicque degenerat, & naturam realis actionis aſſumit.

h Rei recip. Id eſt, vt res furto ſubducta per talẽ furtiuã cõditionẽ recuperetur: eſt enim cõdictio furtiua rei perſecutoria.

i Hac actione. Petitione vel condictione furtiua.

k *Si adparet.* Si agat dominus, cui res ſublata eſt.

l Sit etiam in rem. Id eſt, naturã realis actionis aſſumat, ſicq; degeneret a perſonali.

Ex hoc text. ſic declarato eliciamus aliqua, ac deinde condictionem furtiuã ſpeciatim explicemus. Primum ergo hinc di-

6 ſce, quod †actio perſonalis ad dandum vel faciendum concluditur, id eſt transferendum dominium eius, quod noſtrũ pleno

7 iure non eſt (dare †enim, vt vulgò dicimus eſt accipientis [d] facere) in hoc ab in rem actione differẽs, quod hac experiamur, quã do rem eam pro qua agimus, pleno iure ad nos pertinere adſerimus. Eſt autẽ diſcri-

8 men nõ obſcurum, inter †rem dari rẽ tradi, & rem reſtitui. Dari res tunc dicitur, quando

Mirificè variant interpretes huius vocula expoſitione.

a infrà in ver. appellamus.

b l. d. §. ex plurib. de acquir. poſ. l. nõ vt ex plurib. de reg. iur.

c Dicã in. §. conceptum §. ex maleficiis.

d Vt hic, & l. vbi autem § ſi. de verb. oblig.

quando dominium eius per omnia tranſ-
funditur, vt iam dictum eſt: quæ eſt obli-
gatio dandi, in qua regulariter intereſſe nō
venit vt alibi [e]abundè tractatur. Tradi ve-
rò rem, purum & nudum factum eſt, ne-
que vllam habet vim [f]annexam, vt cum a-
ſino ſella traditur. Plerunque tamen tra-
ditionis factum cauſam adiunctam habet,
vt ſi ex contractu emptionis & venditionis
traditur, quia venditor tradendo rem vē-
ditam, transfert dominium in ementem, ſi
eſt dominus: ſin minus, vſucapiendi [g]con-
ditionem: quod hic Zaſius non inelegan-
ter pluribus docet. At rem reſtitui, dire-
ctò pertinet ad reales actiones, vel cum re
ſtituuntur res commodatæ, depoſitæ, pi-
gnora, & cætera [h]id genus. Deinde obſer-
9 uanda eſt regula, id quod † iam olim no-
ſtrum eſt, amplius noſtrum fieri [i] non poſ-
ſe: idque eſt, quod exprimit textus, non
poſſe actorem rem ſuam ita ab aliquo pe-
tere, ſi paret & intendat, eum dare oporte-
re, ſicut ad text. ſuprà annotaui: ſicque ridi-
culæ omnes Doctorum expoſitiones ceſſa-
bunt. Cæterùm in quibus caſibus huic re-
gulæ nō ſit locus, Zaſius poſt reliquos am-
plè hic docet. Nunc ad conditionem fur-
tiuam explicandam tranſeamus. Conditio
10 † furtiua eſt actio perſonalis, rei tamē per-
ſecutoria, qua dominus id, quod ei furto a-
blatum eſt, repetit, vel eius æſtimationem.
Quod ſit actio perſonalis conſtat, quia ad-
uerſus perſonam, quæ furto rem ſuſtulit,
& nobis ex tali delicto obſtricta eſt, hac
experimur. Et † condicere nihil aliud eſt,
11 quā perſonali actione petere: vnde & per-
ſonales actiones, conditiones [k]dici ſolent.
12 Deinde ſubieci, † rei perſecutoriam: hæc
enim actio rem perſequitur furto ſubdu-
ctam, vtcunque in perſonam dirigatur, id-
que odio furum inductū eſſe, præſens text.
docet, vt ſcilicet domino detur conditio
furtiua, & ſic actio perſonalis, pro re ſua,
& ad dandum, quod eſt contra naturam &
regulam omnium conditionum, ſiue actio-
13 num perſonalium. In his † enim propriè pe
titur dari, id eſt, res debita accipientis fieri:
ſed impoſsibile eſt in iure & per naturam,
vt res, quæ iam mea eſt, amplius mea fieri
poſsit: quod ſanè haud iniuria mirum vi-
deri ſtudioſo poteſt, & Doctores hac in re
variant mirificè. Ego crebrius receptam
ſententiam [l]amplector, in quam plerique
poſt multa tandem diuerticula redeunt,
quod in genere agatur ea actione perſona-
li, qua dandum venit, qua dandum eſt, ſic-
que petitio actoris refertur ad genus actio
nis, ipſa verò petitio ad reſtituendum con-
ceditur: hoc eſt, fur conuenitur in narra-
tione actione perſonali, ſed in petitione re-
ſtitui petitur. Et ſi etiam dari peteretur, ta-
men verbum Dari degeneraret, & abute-
remur eo, pro reſtitui. Atque hoc eſt quod
14 vulgò dicitur, † conditionem furtiuā de-
generare nomēnque ſuum perdere. Et ſi
obiicias, quid hac opus eſt conditionis de-
generatione? cur non inducitur rei vendi-
catio ad rem furtiuam repetendā? Reſpon-
deo, conditionis furtiuæ propriū eſt, quod
& ſi res intereat fortuitò, & ſine culpa fu-
15 ris, adhuc † duret actio ad [m] æſtimationē.
Quod in rei vendicatione non recipitur:
quia quando aliquis petit, rem ſibi reſtitui
à poſſeſſore, ſi res iſta abſque dolo & culpa
apud ipſum eſſe deſinit, liberatur ab impe-
titione: ac per conſequens conditio furti-
ua arctius cōſtringit furem, cúmque ſem-
16 per obligat; ſiue res extet, ſiue non, † cum
fur ſemper in mora eſſe [n]dicatur. Dixi quia
17 dominus: † quia domino datur hæc actio,
eiúſque [o]hæredibus, & qui loco domini eſt,
veluti tutori ac [p] curatori: quod Doctores
producunt etiam ad Prælatos & Rectores
eccleſiarum, ſi nomine eccleſiæ agant, quæ
eſt domina: ſuo enim nomine experiri ne-
queunt, [q]cum non ſint domini. Ei ergo,
18 † qui non eſt dominus, hoc iudicium non
permittitur, etiam ſi ius in re habeat, vt ſi
cui pignori res data eſt: aget tamen incerti
conditione, ſi ea ſurrepta [r] ſit. Sequitur, id
19 quod ei furto ablatum eſt: † nam ſi res ſub-
tracta extat, ipſa condicitur cum omni [ſ]in-
tereſſe: & nedum res ipſa; ſed & quod fa-
ctum eſt ex [t]ipſa, vel quod ex eadem [u] ſu-
pereſt. Sin vero deſierit eſſe in rebus huma
nis, durat conditio æſtimationis, ita quod
æſtimatio ipſius rei deperditæ condici poſ
ſit; niſi fortè furem obtulerit, & deinde pe-
rierit, tūm enim nulla erit [x]conditio. Du-
bitant autem interpretes hac in ſpecie, ſi
res interiit, num ipſa res, an æſtimatio rei
peti debeat. Quia verò res furto ſubducta
ſiue extet, ſiue deperdita ſit, ſemper eſt in o-
bligatione, adeò vt dicat [y] Iuriſconſultus,
hominem mortuum condici poſſe, ipſe
[z]Barto. ſubſcriberem, qui poſt multa tan-
20 dem in eam diuertit ſententiam ipſam, † rē
peti poſſe tanquam peremptam. Plerun-
que ferè alternatiuè concluſio fit, ſi pro-
babiliter dubitatur, num res extet: vt, peto
dari rem, ſi extat: ſin minus, rei æſtimatio-
21 nem. Æſtimatur † autem res, quanti pluri-
mi vnquam fuit à tempore commiſsi fur-
ti. Et in hanc actionem fructus tam perce-
pti, quàm percipiendi [a]veniunt. Ex ſupra-
dictis forma libelli ſatis manifeſta eſt. Ver
22 res † cum diuertiſſet in ædes meas, ſurri-
puit mihi dolo malo codicem meum talē
&c. vnde cùm reſtituere recuſet, peto i-
pſum Verrē furem, vel hæredem, ad dan-
dum meum codicem condemnari, &c. Po
teſt adiici in libello, cuius ego ſum domi-
nus: quia conditio furtiua contra naturam
aliarum conditionum domino [b]competit.
23 Fundatur † ergo hic libellus potiſsimum
in duobus, ſcilicet, vt actor probet ſe fuiſ-
ſe dominum ipſius codicis tempore furti
commiſsi: quo probato, præſumitur etiam
hodie [c]dominus. Deinde, reum ſurripuiſſe
ſibi. Cæterùm quod text. ait; pluribus a-
ctionibus fures implicari, ſciēdum eſt, à le
24 gibus † quinque actiones aduerſus fures
concedi. Prima eſt conditio furtiua, qua
fur infamatur ſaltem facti [d]infamia. Al-
tera, rei vendicatio, quæ non irrogat [e] in-
famiam. Tertia, ad exhibendum actio,

e Dd. in l. ſtipulatio-nes non di-uiduntur. de verb. obl.
f Arg. l. traditio. de acq. re. do.
g L. clauſu-la. ff. de cō-trah. empt.
h Vide la-tius Barto. de his tri-bus differē-tiis in d. l. ſtipulatio-nes non di-uiduntur.
i d. l. 1. § ex pluribus. in ſecun. ff.
k §. appel-lamus. inſt. proximè ſe quenti.
l Quā Zaſ. etiam hic ſequitur.
m l. ſi pro fure. & l. in re furtiua. de condi. in deb.
n Vt per Doc. in l. ſed et debem. §. vl. ff. hoc tit. & l. inter ſtipul. item. §. penul. de verb. obl. & l. fin. de trib. act.
o l. 1. ff. hoc tit.
p l. interdū §. qui tutelā de furt.
q Fab. hic & in §. om nium. ſupr. eod.
r l. & ideo §. Neratius. hoc tit.
ſ l. 1. hoc ti.
t l. ex argē-to. hoc ipſo tit.
u l. ſi fur-nus. §. bo-ue. eo. tit.
x l. in re fur tiua. ff. hoc tit.
y In d. l. 1.
z In l. ſti-pulationes non diuidū tur. de verb. obl.
a Quod la tius vide in d. l. in re fur tiua.
b l. 1. ibi glo. ff. eo. & idem ſuprà docet.
c Arg. l. id quod no-ſtrum de re. iu.
d l. hone ſti. de obſe.
e l. in re hoc tit.

quæ eſt præparatoria rei vendicationis.
Qarta, actio furti, ad duplum vel [i]quadruplum.
Quinta criminalis [k]accuſatio. Et hæ
plures actiones grauant [l]fures, ſicut ediuerſo
prodeſt alicui, plures habere actiones.

i §. vl. ſup. de obl. quæ ex del. naſc.
k l. fin. de fur.
l Arg. l. ne in plures. de except.

§. Appellamus.

1 *Actiones reales dicuntur vendicationes, & quid ſit vendicare.*
2 *Actiones perſonales dicuntur conditiones.*
3 *Condicere quid ſit,*
4 *Num & hodie denunciatio ſit neceſſaria:*
5 *In actionibus realibus petimus nos declarari dominos.*
6 *In perſonalibus dare aut facere petimus.*
7 *Perſonales & reales actiones tripliciter differre.*

Appellamus autem in rem quidem actiones, vendicationes: in perſonam vero actiones quibus dare aut facere oportere intenditur, conditiones. Condicere enim eſt denunciare priſca lingua. Nunc vero abuſiuè dicimus, conditionem actionem in perſonam eſſe, qua actor intendit dari ſibi oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.

ANnectit differentiam Iuſtinianus
inter reales & perſonales actiones
1 in nomine. Nam † actiones in rem
dicuntur vendicationes. Vendicare enim
propria ſignificatione eſt adpropriare, ſuũ
eſſe dicere, proprietatis affirmatione. in
2 † perſonam verò conditiones nuncupãtur
3 eò quod condicere priſca lingua † denuntiationem
ſignificarit. In actionibus enim
quibus aliquis perſonaliter cõueniebatur,
ſolebat coram aliquo, qui atteſtaretur, con
diei & conueniri, quo die in iudicio ſiſten
dum eſſet: vnde datiuo iungitur, vt, condi-
4 co tibi [a]pecuniam. Sed an † & hodie hæc de
nũciatio ſit neceſſaria? Et crebrius [b]placuit
non eſſe denunciandum debitori ex neceſſitate,
ſed bene id ex vrbanitate fieri poſſe.
Verùm ſi rectè perpẽdatur, certũ erit quod
ex iure diuino & humano omnibus modis
obſeruanda ſit hæc [c]admonitio, iuxta illud:
Si peccauerit in te frater tuus, vade, & argue
eum inter te, & ipſum ſolum, &c. Item
qua de re, inquit [d]Proculus, volo vt cum
Hibero loquaris, ne rem illicitã faciat, Ad
hæc inter iuris præcepta primũ eſt, honeſtè
[e]viuere: honeſtati autem ex diametro repugnat,
ſi quis protinus debitorem adigat,
imò & ſeipſum, ad iudiciariam moleſtiam,
quã vno aut altero verbo fortaſſe euitare
potuiſſet. Hinc [f]Imperator, Debitores, inquit,
preſentes prius denunciationibus con
ueniendi ſunt. Atque ita ego ex Oldendorpij
ſententia iudico. Porrò ex hoc &
præcedenti §. diſcẽdum eſt, vt generaliter
5 † in omnibus actionibus realibus, quas vẽ
dicationes vocant, petamus nos declarari
dominos, vel quaſi [g]dominos, non aliquid
6 nobis dari. Fallit hoc contra furem, à quo
condico rem meam, & dari [h]peto. In † perſonalibus
autem, quas conditiones nuncupant,
petimus dare, aut facere. Quod non
procedit in actionibus commodati, depoſiti,
& ſimilibus, quæ licet perſonales ſint,
petimus tamen [i]vel reddi, vel reſtitui. Nouiſsimè
pro auctario præſentis tractat[e] no
7 tabit iuris tyro, inter † actionem realem &
perſonalem triplicem differentiam. Differunt
enim primum origine: nam realis
actio ex re, vt iure, quod in re habeo, oritur:
perſonalis autem ex cõtractu, vel quaſi
ex contractu, maleficio, vel quaſi ex maleficio.
Deinde natura: quia realis perſequitur
rem, quam credit ſuam eſſe, à
quocunque poſſeſſore, etiam ſi in centeſimam
migrauerit manum, dummodo non
ſit vſucapione acquiſita: in perſonalibus
non ita, quia ſola perſona obligatur, quæ
contraxit, vel deliquit. Poſtremò effectu:
actionis enim realis effectus eſt, vt petitor
declaretur dominus vel vt pronuncietur
res ſua [k]eſſe. Effectus autem actionis perſonalis
eſt, quod actor reum conuentum
petit condemnari, vt det rem, vt in me dominium
rei trãsferat vel vt aliquid faciat.

a l. ſi inde biti in pri. rem ra. ab.
b Doc. cõmuniter hic.
c De moni sione vide c. noluit. de iud.
d In l. quidam Hiberus. de ſeru. ruſt. præd.
e l. Iuſtitia. ff de iuſt. & iur. §. iuris. ſup. eo. tit.
f In l. debitores. C. de pign. ſol. l. Aemilius. l. argẽtarius. ff de minor.
g l. & ex diuerſo. ff. de rei vend.
h Vt §. proximè præcedenti.
i l. iij. §. & redditur. & l. ſi vt certo. §. rem tibi dedi. ff. commo.
k l. Pomponius. §. ſed & u. de procur.

§. Sequens.

1 *Tertia actionum diuiſio à cauſa formali ſumpta.*

Sequens illa diuiſio eſt, quod quædam actiones rei perſequendæ gratia comparatæ, ſunt, quædam pœnæ perſequendæ, quædam miſtæ ſunt.

PRocedit Iuſtinianus † ad cauſam
1 actionum formalem, in qua maxima
vis verſatur, vt cognoſcam[a]
quomodo actio ſit edenda apud iudicem,
quid ab aduerſario petendum, vtrum res,
an pœna. Quorſum enim attinet cognoſcere,
quis ſit actionis author? quid itẽ prodeſt
ſcire, quem habeamus aduerſarium,
niſi etiam intelligamus modum & formã
agendi? Hinc ſtatuitur tertia actionum diuiſio,
quaſdam actiones rei perſequendæ
gratia competere, quaſdam pœnæ cauſa dari,
quaſdam denique mixtas eſſe. Singula
autem huius diuiſionis membra in ſequentibus
ordine repetuntur, ſicut proceſſus ad
oculum demonſtrabit.

§. Rei perſequendæ.

1 *Actiones rei perſecutoriæ quæ dicantur.*
2 *Quatuor modis obligamur alter alteri.*
3 *Tam perſonalis, quã realis actio eſt rei perſecutoria, diuerſo tamen reſpectu.*
4 *Actio depoſiti in quatuor caſibus eſt duplaris.*
5 *Extenſio ad verſ. planè in §. noſtro.*
6 *De certi condictione ex mutuo.*

Commun

7 *Communis opinio facit duplicē certi cōditionem generalem ſcilicet, & ſpecialem.*

8 *Vna tantum eſt certi conditio, contra communem. & 10.*

9 *Explicatur principium tit. quib. mo. re contra oblig. quomodo certi conditio detur ex mutuo. & nu. 10.*

11 *Conditio certi ex mutuo eſt perſonalis.*

12 *Mutuans debet eſſe dominus vel quaſi rei mutuandæ.*

13 *In mutuo res fit accipientis.*

14 *In mutuo idem genus reddendum.*

15 *Interpellatio iudicialis vel extraiudicialis mutuatario facta, quid operetur.*

16 *Actio mutui quando incipiat competere.*

17 *Quid probandum in actione mutui.*

18 *Libelli forma in actione mutui.*

19 *Conditio certi ex ſtipulatione, & actio ex ſtipulatu quomodo differant.*

20 *Non omnis qualitas rebus addita, facit rem certam.*

21 *Si ad factum agatur, actio ex ſtipulatu intendi debet.*

22 *Facta ſunt incerta.*

23 *Cui & aduerſus quem dentur prædictæ duæ actiones.*

24 *Vtramque eſſe rei perſecutoriam, & ad quid vtraque detur.*

25 *Actio ex ſtipulatu vtcunque ad pœnam detur, pœnalis tamen non eſt.*

26 *Pœnalis actio dicitur, ſi pœna per legem ſit inſtituta.*

27 *Cauſa conditionis ex ſtipulatione, & actionis ex ſtipulatu.*

28 *Quid probet actor in his iudiciis.*

29 *Libelli forma.*

30 *Commodati actio eſt directa, & contraria.*

31 *Vtraque perſonalis eſt, & rei perſecutoria.*

32 *Quid directa mandati actione perſequamur & quid contraria.*

33 *Quando naſcantur hæ actiones.*

34 *Quid probandum ſit in is actionibus.*

35 *Forma actionis commodati directæ & contrariæ.*

36 *Depoſiti actio directa & contraria.*

37 *Vtraque perſonalis eſt & ciuilis.*

38 *Directa depoſiti actio eſt etiam prætoria.*

39 *Actio depoſiti in duplum datur in quatuor caſibus.*

40 *Actiones depoſiti ciuiles ſunt perpetuæ, prætoria non item.*

41 *Actio depoſiti directa infamat. contraria non.*

42 *Forma directæ actionis depoſiti.*

43 *Forma libelli in actione depoſiti contraria.*

44 *Actio depoſiti prætoria quomodo proponenda.*

45 *Rofredi opinio defenſa circa actionem depoſiti prætoriam.*

46 *Actio mādati duplex, directa & cōtraria.*

47 *Cui detur vtraque & aduerſus quem.*

48 *Vnde naſcatur mandati actio.*

49 *Vtraque eſt ciuilis, perſonalis, rei perſecutoria.*

50 *Actio mandati directa infamat.*

51 *Mandati actio quomodo differat à negociorum geſt. actione.*

52 *Directa mandati actionis formula.*

53 *In contraria quomodo inſtituendus libellus.*

54 *Actio pro ſocio explicatur.*

55 *Quomodo ea differat ab actione communi diuidundo.*

56 *Quibus competat actio pro ſocio.*

57 *Eam eſſe directam ex vtraque parte.*

58 *Quibus caſibus detur ea actio.*

59 *Actio pro ſocio duplici fine exercetur.*

60 *Actio pro ſocio infamat.*

61 *Quid in ea actione probandum.*

62 *Libellus in actione pro ſocio.*

63 *Enarratio actionum ex empto & vēdito.*

64 *Actio ex empto cui detur.*

65 *Actio ex empto tres alias actiones complectitur.*

66 *Quid perſequamur ea actione.*

67 *An venditor teneatur præciſè rem venditam præſtare, vel liberetur præſtando intereſſe.*

68 *Actio ex vendito cui competat, & quid veniat in ea.*

69 *Vaſſallus & emphyteuta non alienant ſine conſenſu domini.*

70 *Empti actionis forma.*

71 *Forma actionis ex vendito.*

72 *Declarantur actiones locati & conducti.*

73 *Vtraque eſt ciuilis, directa perſonalis.*

74 *Actio ex locato cui competit, & ad quid.*

75 *Praxis in actione locati & conducti.*

Rei perſequendæ cauſa[a] comparatæ ſunt [b]omnes in rem actiones. Earū vero actionum quæ[d] in perſonam ſunt, eæ quidem quæ ex contractu naſcuntur, ferè, omnes rei perſequendæ cauſa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatū deductam petit actor: itē commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio, ex empto, vendito, locato, conducto. Planè ſi depoſiti agatur eo nomine, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa depoſitum ſit,[e] in duplum actionem prætor reddit, ſi modo cum ipſo apud quem depoſitum ſit,[f] aut cum herede eius de dolo ipſius agitur, quo caſu[g] mixta eſt actio.

Enarratur hoc loci primum ſuprascriptę diuiſionis membrum,
1 nempe † actiones rei perſecutoriæ. Sunt autem rei perſecutoriæ actiones, Paulo [a]autore, quibus id petimus, quod ex patrimonio nobis abeſt. Et licet non omnis actio ſit in rem prodita, ſed quædam

a In l. in honorariis. de act. & ob.

b In ſ. omnes hoc tit.

etiam in perſonam, vt ſuprà [b] ex prima a-
ctionum diuiſione patet: non tamē ita in
perſonam eſt, vt per eam ſolum perſonæ
negotium faciamus. nihil amplius conſe-
cuturi, ſed magis vt à perſona id conſequa-
2 mur,† quod nobis ex aliqua cauſa debe-
tur, ſiue hoc ſit ex contractu, vel quaſi ex
contractu, ſiue ex delicto, aut quaſi ex deli-
cto: hinc [c] enim aliter alteri obligamur.
3 Quo fit vt vtraque actio,† tam realis, quā
perſonalis, rei perſequendæ gratia prodita
habeatur, diuerſo tamen reſpectu. Sanè a-
ctio in rem datur quando eam perſequi vo
lumus rem, quam pleno iure noſtram eſſe
dicimus, vtpote quā iuſto aliquo titulo ac-
quiſiuimus: ea ſi fuerit corporea, ad actio-
nem rei vendicationis refertur: ſin autem
incorporea, ad actionem confeſſoriam &
negatoriam atque iis ſimiles ſpectat. Actio-
ne verò perſonali id perſequimur, cuius
nō ſumus domini, ſed nobis ex aliqua cau-
ſa debetur, qua perſonam ipſam vrgemus
ad id vel dandū vel faciendū, ſiue debeatur
ex ſtipulatu, ſiue aliunde. Hinc enim plu-
res in contextu noſtro actionum perſona-
lium ſpecies recenſentur, quas deinde ſi-
gillatim enarrabimus. Neque vero te mo-
ueat, quod actio realis, pariter aduerſus per
ſonam. puta poſſidentem, [d] intēditur, quaſi
ob id perſonalis eſſe videatur: nō enim eò
contra poſſeſſorem datur, quod ex alia cau
ſa nobis ſit obligatus, niſi ob rem illā quā
poſſidet, nobis vendicandam, quam ſolum
expetimus, ſed fruſtra, niſi edita actione
aduerſus eum, qui poſſidet. His ſic præli-
batis textum excutiamus.

c §. ſequens ſuprà de oblig.

d Iuxta l. officium. ff. de rei vend.

a Comparatæ, introductæ, præpoſitæ,
inuentæ. Ferè propter actionem depoſiti,
quæ mixta eſt,

b Omnes. Tam reales quàm perſonales
ciuiles quàm Prætoriæ.

c In rem actio. Quia actiones reales ſi-
ne delectu rem perſequūtur, Rem intelligi
te petitam iure dominij, vel quaſi dominij,
propter Publicianam.

d In perſo. ſunt. Perſonales enim actio-
nes ad hoc nituntur, vt ſint rei perſecuto-
riæ, vt rem perſequantur, & potiſſimè, quæ
ſunt in contractu.

4 *e Actionem in dup.* Puta † ſi reus inficiet
& neget rē apud ſe depoſitā eſſe: tū enim
cōdēnabitur in duplū, ſcilicet ad rē depoſi-
tā reddēdā, & totidē in æſtimatione. Ra-
tionē ponit Iuriſ. [e] alibi, quā repetit hîc Ac
cur. quia propter caſum fortuitū depoſitio-
nis ex neceſſitate dependētē hæc res depo-
nitur, nec poteſt eligere vel experiri fidem
depoſitarij, is qui deponit.

e In l. j. §. merito. ff. depo.

f Aut cum here. Senſus eſt horū verborū:
Si depoſitarius eſt in dolo, quia inficiatur,
ipſe tenebitur in duplū, nō eius hæres. Hę-
res enim eo caſu ad id, quod ad eū peruenit
&c uō vltra obnoxi fit, niſi & ipſe hæres do
5 lo fecerit, id eſt fuerit inficiat. Sic † Accur.
hūc tex. rectè accipit. Zaſi. addēdū putat. ꝙ
ſi depoſitarius eiúſve hæres aliàs interuer-
terit rē depoſitā, verſutè, corruperit, vel ex
dolo negligēter tractaris, pdiderit, & quic-
quid eorum ſimile dici poteſt, quod etiam
eiſdem caſibus tex. [f] noſter procedat.

f At l. quod Nerua ff. depoſ.

g Mixta eſt. In re ſcilicet & pœna: nā ha
bet mixtā cauſam perſequēdi rē & pœnā.
Expendamus modò actiones in text. enu-
meratas ſigillatim, † & primò actionē mu
6 tui, quæ dicitur certi cōdictio ex mutuo ſi-
ue ſpecialis. Eſt autē cōdictio certi quę ſpe
cialis dicit, actio perſonalis, qua petim. res
noſtras, quas alicui mutuò dedimus, ut eo-
dē genere nobis reddēdas. Dixi primò, quę
7 ſpecialis dicitur, quia ex [g] cōmuni † inter-
pretū aſſertione duplex eſt certi cōdictio.
generalis, & ſpecialis. Generalis eſt, quæ ex
omni cōtractu cōpetit:, quæ datur ex omni-
bus obligationibus puris, ex quibus quid
certi petitur excepta cauſa mutui. Specia-
lis eſt, quę dūtaxat ex mutuo conceditur.
Hæc doctrina nū vera ſit ſanè dubito plu-
8 rimū: mihiq; probabilius videtur, vnā † tā
tū certi cōdictionē eſſe generalem ſcilicet,
multas tamē ſub ſe ſpecies cōtinētē, vtpote
ſpeciales actiones tanquā genus, ꝙ ſpecies
cōplectitur, ita quod vbicunque certū pé-
titur dicatur cōdictio certi. ſed vbi iſta cōdi
ctio ad certū cōtractū reſtringitur, tū ea eo
cōtractu detur. Exēpli locū: Peto codicē
ex cōmodato certi cōdictione, iā dicitur
codictio certi ſpecialis ex cōmodato. atque
ita de aliis cōtractibus. Sic etiā intelligen-
dus eſt, [h] Iuſtinianus, dum ait, † certi condi
9 ctionē dari ex mutuo: verū eſt ſpecialē, nō
diſtinctā & ſeparatā à generali cōdictione
certi, vt vulgò eū locū interpretantur: ſed
quæ cōprehēdatur ſub ea veluti ſpecies ſub
ſuo genere. Nā certi cōdictio generalis con
currit cū omni actione, ex qua certū peti-
tur: cū omni actione, inquam, in qua venit
rē dari vel tradi. Vnde ſicut genus non ſe-
paratur à ſpeciebus, ſed eas in ſe continet
(eſt enim genus in effectu & re ipſa nihil
aliud, quā ſpecies ſimul collectæ) ita in pro-
poſito, hoc genus ſcilicet certi cōdictio, nō
diſtinguitur à ſpecialibus actionibus, id eſt,
10 à ſuis ſpeciebus, ſed eas cōplectitur. Eſt † er
go vna cōdictio certi, in ſuo genere, multi-
plex tamen in ſpeciebus. Itē illa generalis
cōdictio per ſe nihil eſt, niſi cōtrahatur ad
ſpeciē, nec poteſt caſus vllus oſtēdi, vbi per
ſe veniat id quod Bar. [i] ipſe fatetur, vtcū-
que conetur duas certi cōdictiones diſtin-
ctas & ſeparatas probare. In ſumma, cōmu
nis opinio nullo iure fundatur, & eadē fa-
cilitate deſtruitur, qua aſſeritur. Alterā ve-
rò ſententiā ſi ſequamur, nihil videbimus in
textib. legū aduerſum. Ad propoſitū cedeū-
11 do, † perſonalē hanc eſſe actionē conſtat,
quia in perſonam eſt ex contractu mutui,
qui nō niſi re ipſa interueniente certo con
ſenſu, [k] perficitur. Addidi res noſtras: quia
12 † mutuans debet eſſe dominus vel quaſi
dominus rei mutuādæ. Nā ſi rē tibi alienā
mutuarē, non eſſet mutuū, quia non fieret
de [l] meo tuū. Debent autē res eſſe fungibi-
les, quæ ſcilicet in pōdere, numero mēſura-
que cōſiſtūt: quia mutui datio in his tātum
rebus [m] verſatur. Adpoſui, quas mutuò de-
dimus quia vt hæc actio locum habeat,
neceſſe

g In l. certi condictio. ff. ſi certū pet. ſupra quib. mo. re con. oblig. in prin. vbi etiā aliqua dixi. & in rub. d. tit. ſi cer. pet.

h Suprà quib. mo. re cōtra oblig. in prin.

i In d. l. certi cōdictio.

k d. prin. quib. mo. re cont. oblig. per l. ij. ff. cert. pet.

l d. l. ij. §. appellata.

m d. prin. ſupra quib. mo. re cōtra. oblig.

13 neceſſe eſt,ſẽ † ita dari accipienti, vt eius
fiat,alioqui non poſſet ea vti. Dare[m] enim
14 eſt dominium transferre. Subiunxi,† in eo
dem genere,vt commodati & depoſiti a-
ctiones excluderem,in quibus petimus no
bis illam ipſam ſpeciem reddi,quæ tradita
eſt,& non aliud eiuſdem generis. In hoc an
tem iudicio intendimus,vt reus tantundẽ
ſoluat id eſt rem eiuſdem naturæ & [n] qua-
15 litatis. Vnde † ſi debitor interpellatus legi-
timè extra iudicium,fuerit in mora ſoluẽ-
di,ac interim minoris valere cœperit res
mutuata,tunc peti poteſt,vt præter rẽ i-
pſam cõdemnetur etiam in id,quod in-
tereſt actoris,debito tempore fuiſſe ſolu-
tam,facta ſcilicet æſtimatione,quanti plu-
rimi valuerit à tempore moræ. Si autem
nulla interpellatio iudicium anteceſſerit,
& veriſimile ſit,pẽdente iudicio variatum
iri precium & valorem rei mutuatæ, con-
ſultius eſt,vt etiam huc caſu petatur & mu
tuum,& quod intereſt facta per officium
iudicis æſtimatione,quanti plurimi fuerit
toto tempore [o] iudicij,ſicque Iuliani [p] re-
ſpõſum,ſub tit.ſi cer.peta.accipiẽdum eſt.
16 Porrò † iſta actio incipit ſtatim ex obliga
tione mutui puta. Si autem ſub conditio-
ne,vel in diem detur mutuum, pendet in-
terim,nec ante diem vel cõditionem [q] pe-
17 ti poteſt. Probat † autem actor in hoc iu-
dicio,contractum mutui effectualiter in-
teruenisse. Eſt enim mutuum contractus
re,ita quod ſine rei interuentu non ſubſi-
ſtat. Cæterum rem fuiſſe ſuam,probare nõ
tenetur,quia iuuatur veriſimili coniectu-
ra,quod res mutuò data fuerit ſua: neque
auditur aduerſarius,ſi fortè referret quæ-
ſtionem dominij,& exciperet contra agẽ-
tem,ipſum non fuiſſe dominum rei mu-
tuatæ,vt pote ſtatim ſuſpectus,quod eludu
re velit debitam [r] ſolutionẽ. Præterea re-
gulariter mutuum fit ad rogatum accipiẽ-
tis:circa verecundiã autem fieri nõ poſſet,
ſi mutuatarius diceret,pecunia illa non e-
rat tua tempore mutui dationis. Libellus
18 ita proponatur. Mutuaui † haud ita pridem
ex ære meo Titio centum aureos Rhenẽ-
ſes probos,quos ipſe nunc mihi cõtra bo-
nam fidem reddere negat:quare peto eum
mihi ad reddendam & ſoluendam iſtã pe-
cuniæ quãtitatẽ iudicialiter [ſ] cõdẽnari &c.

Altera actio,quæ hic recenſetur,eſt con-
dictio certi ex ſtipulatione. In primis au-
19 tem aduerti debet,aliam eſſe † certi con-
dictionem ex ſtipulatione,& aliam actio-
nem ex ſtipulatu. Hæc enim ita demum na
ſcitur,ſi res in ſtipulationem deducta,eſt in
certa,vel cum de re certa in genere,ſed in-
certam ſpecie fit ſtipulatio:vt ſi hominem
ſtipuletur,aut fundum ſine propria appel-
latione,aut vinum frumentúmve ſine cer-
ta qualitate:illa autem tum oritur, cum
res eſt certa,cum certum quid deductum
eſt in ſtipulationem puta quod continet
quid,quale,quantũ:vt ſi ſtipuler vini Rhe-
nenſis optimi amphoras decẽ cẽtũ aureos
Rhenenſes probos. Nã in proponenda hac
actiõe cautus ſis oportet,ne res petita for-
tè incerta appareat Ideo in exemplo lo-
20 quor de vino [t] optimo,quoniã nõ † omnis
qualitas rebus addita facit rẽ certã, ſed ea
ſola,quę primũ & ſummũ locũ tenet. Nã ſi
vini boni decẽ amphoras ſtipuler:rẽ incer
tã ſtipulari videor. Vtcũque enim qualitas
bonitatis adiecta ſit iſta tamẽ eſt incerta
qualitas:quia bono melius inuenitur,& vi
num,quod melius eſt,ipſum quoque bo-
num eſt. Quare hoc caſu certi cõdictio nõ
competeret,ſed tantum actio ex ſtipulatu,
tanquam ad rem incertam. Sic etiam in al
tero exemplo dixi,centum aureos Rhenẽ-
ſes probos:quia ſi peterem cẽtum monetæ
noſtrę Germanicę,iſta ſtipulatio nõ dicere
tur continere certum,cum varia ſint gene-
ra monetarum:quamuis ex interpretatio-
ne legis ſatis videatur certum,quia in du-
bio ſtebet intelligi [u] de moneta exiguiori,
tamen ex interpretatione legis non debet
dici certum,quod ex ipſa pronunciatione
apparet incertum. Ergo ita certi cõdictio-
ne ex ſtipulatione agi non poſſet,ſed ex ſti-
21 pulatu. Hinc conſequitur,quod † ſi agatur
ad factum,puta domum ædificari, vel de-
ſcribi librum id actione ex ſtipulatu fie-
ri debere,quia hic eſt quædam alternatio,
petẽdo factũ vel intereſſe,ꝙ tacitè in ſtipu
latione deductũ videtur,ergo [x] incertũ In-
22 de eſt,ꝙ † dicim[y] facta eſſe incerta. Sin au
tẽ ſimpliciter peterem intereſſe(ꝙ facere
poſſum)nihil obſtat,quin agi poſſit certi
cõdictiõe ex ſtipulatiõe,intereſſe enim li-
cet ab initio certũ nõ ſit,certificatur tamẽ
ex poſtfacto p ſententiã iudicis,ꝙ nõ eſt in
homine generaliter in ſtipulationẽ[z] dedu-
cto Porrò vtraque actio eſt pſonalis ex o-
bligatiõe verbis cõtracta,quã ſtipulationẽ
dicimus,quæ tamẽ catenus firma eſt,ſi fue
rit legitima ſtipulãdi cauſa ſi quidẽ vbi o-
mnino nulla fuerit cauſa,vel impoſſibilis,
aut turpis aut cõtra bonos mores,ibi nõ
cõtrahitur ſtipulatio nec p cõſequẽs actio
naſcitur,Petro de bella pertica fruſtra [a] re
23 pugnante. Datur † autẽ vtraque ſtipulãti,
prior quidem aduerſus promittẽtem cer-
ti aliquid,altera aduerſus promittentẽ rẽ
incertã,ſiue ꝓ ſe, ſiue intercedẽdo ꝓ[b] alio,
24 Sunt † ambæ rei perſecutoriæ,quia prior
ad rẽ certã altera ad rẽ incertã ꝓmiſſam
cõdicendã competit, præterea ad pœ-
nam, ſi qua adiecta ſuit, vel ad id, quod
intereſt ſtipulatoris, cuius æſtimatio eo
tempore ſpectanda eſt,quo dies obliga-
25 tionis [c] venit. Quamuis † autem actio ex
ſtipulatu plerunque perſequatur pœnam,
maxime cũ eã ſtipulati [d] ſumus,ob id tamẽ
26 pœnalis nõ dicitur quia † actio pœnalẽ vo
camus,ſi pœna per legẽ ſit inſtituta. Iſtæ ve
rò pœnę,quę plerũq; ſtipulatiõib[e] adiciũ-
tur,ſunt cõuẽtionales,& induũt nomẽ rei ꝓ
pter cõuẽtionẽ cõtrahẽtiũ,vt ita nihilomi
27 n[s] ſint rei [*] pſecutoriæ. cauſa † harũ actio-
nũ eſt ipſa verborũ obligatio,ſiue ſtipulatio
quæ ſi pura eſt,ſtatim naſcũtur,& exerceri
28 poſſũt alioq; veniẽte die vel [f] cõditiõe. † Pro
bat aũt actor ſtipulationẽ legitimè & incõ-
tinẽti factã eſſe,& ex legitima cauſa reũ ſtipu
lati

m §.ſi[c] l. tequod iſcm tis. ſuprà hoc noſtro tit.
n l.ij. cum quid. ſi cer. petat.
o Iuxta l. ædiles §.ſed eadem. de ædil. adic.
p In l. vinum. ff. ſi cer. peta.
q l.omnia quæ l.proinde. ſi cer. peta.
r l.nec vn de. C.ſi cer. peta. & l.ſi quis nec cõ dictionis. C. loc. l. nec creditores. C.de pig.ac. l.ate. Bar. in l.nam & ſi fur. in prin. ſi cer. peta.
ſ Vide Spec. in tit. de ſolut §. ſequitur.
t Vide Dol Iul. certum & l.certi cõ dictio. ſi cer. pet. & quæ dixi ſuprà de ver. obl. in princip.
u l. ſemper in obſcuris de reg. iur.
x l. vbi autem §. quid il lud aut ſi lud. de ver. ob. l. ſtipulationes non diuiduntur §. Celſus eodem tit.
y l. ſtipulationum. cũ l. ſeq. eo. tit.
z Ad quæ vide quæ verbatim ſcribunt Dd. in d. l. certi cõdi.
a Hic tra. eſt in l. ij. §. ciuitas de do li exec. l. impoſſibilis. l. generaliter. & l. Titia quæ. ff. de verb. ob.
b l. quotiens in diem cũ l. ſeq. de ver. oblig.
c Iuxta §. vl. ſuprà de verb. obl.
d Atque
e hac gl. ſuo his iã verbo, ferè.
f §§. eiuſdem duobus §§. ſe. ff. de verb. ob. ad actionem condictio. & hus ſunt referenda quæ ſuprà de ver. ob. à me dicta ſunt.

lati promiſiſſe. Quod ſi etiam intereſſe pe-
tatur, id ab actore probari oportet. Libel-
29 lus: Titius † promiſit per ſtipulationem
mihi dare x. aureos Rhenen. probos ex cau
ſa venditionis fundi mei Tuſculani, quem
à me legitimè emit, cæterùm dare recuſat.
Quare peto, vt eos mihi det, & ad dandum
mihi per veſtram ſententiam condemne-
30 tur, &c. Nunc † ad actionem commodati,
quæ duplex eſt, directa & contraria. Sci-
re enim iuris ſtudioſus debet, actionem in-
terdum directam dici, prout opponitur cō
trariæ: & eſt quæ reſpicit, & quæ datur
principaliter contrahenti, & aliam partē
ſibi obliganti. Nam ſi contractus ſint prin
cipaliter vltro citróque obligatorij, vtro-
bique directa actio conceditur, & neutro-
bi contraria, ſicut aliàs etiam [g] docui. Sic
actio commodati directa eſt, quæ com-
modanti datur, qui non eſt obligatus ex
contractu principaliter ipſi commodata-
rio, quem ſibi obligauit ad reſtitutionem
rei commodatæ. Contraria verò eſt, quæ
commodatario ipſi conceditur, qui ex cō-
tractu commodati principaliter obſtrict⁹
eſt, contra commodantem, quem habet ob
noxium, non quidem ex contractu com-
modati, ſed poſt contractum, ex æquitate
naturali: qua obligatione cogit eum, vt i-
pſi re commodata vti liceat, vt reſtituat
impenſas ſi quas maiores in re commoda-
31 ta fecit. Eſt † autem vtraque actio perſona
lis, quia in perſonam datur ex contractu
commodati, qui re conſtat [h] principaliter.
Sunt ambæ rei perſecutoriæ multis modis.
32 Directæ † enim commodati actione perſe-
quimur, primò, vt commodatarius rem i-
pſam commodatam reſtituat in ſpecie, in
hoc differens à mutuo, vbi alia eiuſdem
qualitatis reſtituitur deinde, ſi res commo
data ſit reddita deterior, vt præſtetur, quod
intereſt commodantis propriè enim dici-
tur res non reddita, quæ deterior facta red
ditur. Denique ſi conuenit inter contra-
hentes, vt res certo loco vel tempore red-
datur, quæ vtenda accipitur, huius conuē-
tionis ratio haberi debet in æſtimando da-
mno nō redditi [k] commodati, & ſic dein-
ceps. Contraria verò actione commodati
perſequimur primo vt ſoluatur, quanti in-
tereſt commodatarij, rem commodatam
ante expletum vſum non fuiſſe ablatam.
Deinde impenſas maiores, & neceſſariò in
re commodata factas, puta in curanda, re-
ficiendáve re. Demum ſi ſciens commo-
dauit rem vitioſam, rectè agitur, vt damnū
33 [l] ſarciatur. Naſcuntur † autem hæ actiones
poſt diem in cōmodato expreſſum, alioqui
poſt [m] vſum rei. Ex prædictis conſtat, cau-
ſam harum actionum eſſe, contractum cō
modati: cuius naturam alibi [n] explicatam
34 habes. Probat † autem actor in his actio-
nibus, primùm, contractum commodati
celebratum fuiſſe. Deinde, quod finitus ſit
vſus, ad quem commodato res data eſt: hoc
enim primum requiritur in commodato,
vt ad vſum aliquem res detur, qui vel na-
tura intelligatur, vel in ſpeciē ſit expreſſus,

adeò vt antea reuocari nequeat, nec rectè
agatur ad [o] reſtitutionem: & in hoc differt
à præcario. Cæterùm quid præſtet com-
modatarius, & an ad ipſum periculum per-
tineat, ſi res commodata periit, alibi diſ-
35 cuſſum eſt. [p] In † hanc autem formam pro-
poni poteſt commodati actio directa. Cō-
modaui nuper Titio equum meum grada
rium, quo commigraret Baſileam verùm
cum ipſe redierit, & reſtituere illum recu-
ſet, peto eum ad reſtituendum mihi con-
demnari: vel cum illum reddiderit dete-
riorem & claudum me ignorante, peto vt
mihi precium ſoluat, quo deteriorem fe-
cit &c. Notanter autem adieci, me igno-
rante: quia ſi quis rem deteriorem ſciens
recipiat, ſibi [q] imputabit. Forma in actio-
ne commodati contraria. Titius commo-
dauit mihi pratum ad vſum paſcendi pe-
coris per totam æſtatem: & quamuis æſta-
tis tempus non ſit finitum, ipſe tamen pro-
hibuit me, ne eodem prato vterer, ex qua
prohibitione damno affect⁹ ſum quinque
aureorum: quare peto, vt hos quinque au-
reos condemnetur mihi ſoluere, &c. Se-
36 quitur † actio depoſiti, quæ pariter duplex
eſt, directa & contraria. Directa eſt, quæ
deponenti conceditur aduerſùs depoſita-
rium, & eius hæredes ad perſequendam rē
depoſitam. Contraria autem competit de-
poſitario eiúſque hæredi, aduerſus deponē-
tem, & eius hæredem, qua venit: quod eſt
neceſſariò, vel vtiliter in rem depoſitam
impenſum: nam æquum eſt, eum habere a-
ctionem, ne obſequendo amico damnum
patiatur, & deponens locupletetur illius
37 iactura. Ambæ in † perſonam ſunt, ex cō-
tractu depoſiti, qui re [r] conſtat principali-
ter. Et ſunt ciuiles, quia ciuile autoritate
introductæ, vt in rebus depoſitis regulari-
ter vltro citróque nobis deſeruirent. Cæ-
38 terùm † directa eſt etiam prætoria, ſaltem
in quatuor ſpeciebus in text. relatis, vide-
licet cum res deponitur, vel tumultus, vel
incēdij, vel ruinæ, vel naufragij gratia, nec
dominus vllam aliam deponendi cauſam
habet, quàm vt euitet imminens ex cauſis
39 ſuprafcriptis periculum; illis † enim caſi-
bus voluit prætor depoſitarium infician-
tem dolo malo, id eſt, negantem rem apud
ſe eſſe depoſitam, in duplum obligari, cum
tamen aliàs hæc actio ſemper in ſimplum
detur. Meritò autem prætor ita conſtituit,
quia grauius eſt fidem fallere ei, qui ex ne-
ceſſitate deponit, quàm qui ex voluntate:
cum ex neceſſitate deponens propter euē-
tum fortuitum non poſſit eligere, vel expe
40 riri [s] fidem depoſitarij. Præterea † hæc iu-
dicia ciuilia ſunt perpetua, prætoria verò
depoſiti actio annalis eſt in duplum. aliàs
perpetua ad perſequendam [t] rem depoſi-
tam. Item ciuiles ſunt rei perſecutoriæ: di-
recta enim perſequitur rem alicui com-
miſſam, cum fructibus & omni [u] cauſa: cō-
traria etiam perſecutionem expenſarum
vtilium habet: vt ſi equus deponatur, æquū
eſt, vt ſuppeditatum equo paſtum recupe-
ret depoſitarius. Prætoria verò in præfatis
quatuor

g In §. item is cui. ſupr. quib. mo. re contr. oblig. videas etiā Fabrum in §. ſtem iuſtu pra de ſocietate.
h d. §. it. is qui.
i l. ſi: §. ſi reddita. ff. commod.
k l. ſi vt cer to in prin. commod.
l l. in reb⁹. §. poſſunt. ff. hoc tit. m l. in cō modato. §. ſicut autē. eo. tit.
n Videquæ dixi in d. §. it. is cui.
o d. §. ſicut autem.
p In d. § i- tem is cui.
q Vide ad hoc Azo. in l. 1. §. ſi red dita. hoc tit.
r Vt habetur in § per ſecta. & ibi dixi, ſuprà quib. mod. re con. obli.
s l. 1. §. hoc merito. ff. depoſiti. l. 1. extra de verb. ſignif. c. 1. quod in multos. ff. depoſ.
u l. 1. §. hæc actione eo. hoc tit.

quatuor caſibus mixta eſt, quia & rem & pœnam perſequitur intra annum. Subinde † actio depoſiti directa infamat, quia a-
41 gitur quodammodo de perfidia: & is notatur, qui ſuo nomine conuentus & condemnatus eſt, non qui [x] alieno. Item in ea iuratur in litem ex dolo non [y] reſtituentis nō autem in contraria, quæ non infamat, quia de fide rupta non agitur, ſed de identitate [z] depoſitarij. Directa depoſiti actio ſic inſtituitur: Commendaui † Sempronio ſpō-
42 te gratíſque accipienti centum aureos in ſacculo obſignato per Stichum ſeruum actorem meum, hac lege, vt quando vellē, & vbi vellem, confeſtim redderentur: poſtulāti autem mihi reſtituere recuſat: quare peto eum ad reſtituendum per ſententiā [a] condemnari. Cæterum quid in hanc actionem veniat, & de huius priuilegiis, alibi à [b] me diſcuſſum eſt. Forma † proponen-
43 dæ actionis contrariæ facilis eſt. Titius apud me duos equos depoſui, quorum cuſtodiā gratis, & amico animo ſuſcepi, & pro paſtu eorundem expēdi duos aureos, quos mihi reddere recuſat. Quare peto eum cō demnari, vt mihi duorum aureorum impenſas ſoluat &c. Actionem depoſiti præ-
44 toriam ita propone. Cum † nuper in platea piſcatia fuiſſet ortum horribile incendiū, & viderem iam flammam meis ædibus imminere, depoſui ſuppellectilem meam apud Sempronium in tali platea habitantem, quam admonitus reſtituere, detrectauit id hactenus: quare peto eum ſententia compelli, vt prædictas res mihi reſtituat, & ſi quas ex illis fuerit inficiatus, peto eum tunc in duplum æſtimatarum rerum condemnari, &c. Sic enim petendum eſſe in
45 libello huius iudicij, Rofredus † ex veritate aſſerit: reiecta illorum opinione, qui putabant ſimpliciter res petendas eſſe, ſi depoſitarius nolit eas reſtituere: tum in iudicio, ſi præter recuſatam reſtitutionem cœperit planè inficiari, implorandum eſſe iudicis officium ad pœnam. Errant enim hi tota via, vt & [c] Oldendorpius ait, quippe quod hæc actio prætoria principaliter ob pœnam petendam introducta ſit, alioqui ciuilis ſufficeret. Ad actionem mandati
46 tranſeamus. † Hæc conſimiliter duplex eſt. Directa, prout alium principaliter obligat mandati. & contraria, prout ille alter aduerſus principaliter obligantem agere
47 poteſt. Directa † ergo mandati actio, mandatori, eiúſque hæredi conceditur, aduerſus eum qui mādatum ſuſcepit, & non [d] expleuit, vel illud doloſè aut negligenter explicauit, ſicque damno affecit [e] mandantē (illud enim mandatario non imputabitur ſi interdum cauſam mandantis non meliorem fecerit, ſed ſi deteriorem ſua culpa reddiderit, ſemper tenebitur) vel denique mādati fines exceſsit cum detrimento [f] mandatoris. Contraria verò competit mandatario & eius hæredi aduerſus mandantem eiúſque hæredes, impleto mādato ad reputationes (ſeu Iuriſcon. vocat) & ad omnes impēſas, quas neceſſariò & vtiliter impen-
48 dit [f] mandatarius. Sunt † autē ambæ actiones ciuili authoritate introductæ: & in perſonam ſunt ex contractu mandati, qui cōſenſu perficitur, trahítque originem ex [h] amicitia: cuius contractus vim & poteſtatē abundè ſuo [i] loco oſtendimus. Non autem ideo quis obligatur ex hoc cōtractu, quia geſsit negotiū, ſed quia mandatū ſuſcepit cōceſsit amico poſtulāti officiū: idque vel hinc apparet, Nā & ſi poſt ſuſceptū mādatū nō geſsiſſet, plerúque tamē [k] tenetur. Sūt
49 † itē rei perſecutoriæ, de eo quod intereſt [l] actoris: nā per directā petitur, vt reſtituat mādatarius, quicquid ad eum ex mandatu peruenit, ſi modò poſsit reſtituere, quia res ei tradita ſit: alioqui vt cedat actioni. quā habet ad [m] cōſequendā rē. Si verò ſuſcepto mādatu negligēs fuit, petitur eatenus, quatenus mādatoris intereſt: ſi nihil intereſt, ceſſat [n] actio. Cōtraria verò actione perſequitur mādatarius, vt reſtituātur ſibi ſumptus bona fide ac neceſſariò facti, tametſi negociū non potuerit conficere, vel infeliciter geſſerit ſine [o] culpa ſua. Item vt vſuras conſequatur, ſub quibus oportuit fortè eū mutuari pecuniā ad gerendum negotium [p] neceſſarium. Denique vt ſibi pecuniam det mandans ad exequendum mandatum.
50 Porrò † mandati directa infamat, perinde atque depoſiti actio, [q] non autem cōtraria. Vnde & eleganter M. Cicero in oratione pro Roſcio Amerino ſcribit, [r] mandati conſtitutum eſſe iudicium non minus turpe, quā furti. Quibus enim in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in iis operæ noſtræ vicaria amicorum fides ſupponitur, quam qui lędit oppugnat omnium cōmune præſidium, & quātum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem. Non enim poſſumus omnia per nos agere, alius in alia eſt re magis vtilis &c. Et pauló pòſt: Idcirco turpis hæc culpa eſt, quod res duas ſanctiſsimas violat amicitiam & fidem: nam neque mādat quiſquam ferè, niſi amico: neque credit, niſi ei, quem fidelem putat. Ex prædictis omnibus ſatis cognoſcitur, quæ ſit cauſa vtriuſque actionis, ipſe ſcilicet mandati cō tractus, qui obligationē parit, ex qua deinde vtraque proficiſcitur: quidque in qua
51 uis probari debeat. Differt † autē hoc iudiciū ab actione negotiorū geſtorū, quæ domino datur etiā ignorāti rē ſuā eſſe geſtam nulla præuia iuſsione ſiue mādatu. Mandati vero iudicium nō cōpetit, niſi præceſſerit aliquis iuſſus ipſum mādatū. Quomodo itē à fideiuſsione, ſpōſione, cōſtitutione, expromiſsiōne diſcrepet, alibi à [ſ] nobis explicatum eſt. Praxis Directa mādati actio ſic
52 proponi in iudicio poteſt. Mādaui † Titio vt mihi fundū Herderanū in tali agro mille aureis à me ſtatim numeratis, à Sempronio emeret: quē ſuſcepto mādatu nō pridē poſt emit, & à vēditore per traditionē accepit, verū mihi mādāri tradere cōtra bonā fidem recuſat. Quamobrem peto ipſum Titium reum condemnari, vt fundū Herderanum, cum fructibus ex eo perceptis tradat & vt euictionis cautioni, quam accepit cedat

x l.depoſitum, C. de po. l. tutti. §. ſi quis alieno. & § vl. ff. de iis qui not. infa. & l. nihil C. de proc.
y l. j. §. ſi rem. hoc ti.
z l. rei apud d. tit.
a Caſus eſt in l. Lucius Titius. ff. depo. vbi dicitur cōmendare nihil aliud eſſe quā deponere. quod ſcitu dignū eſt: nam & hodie ſecūdum formulam huius. l. tradimus pecunias mercatoribus.
b Vide quæ docui in d. §. præterea.
c In praxi huius actionis.
d l. ſi mādauero. §. vl. & l. inter cauſas §. qui ſuſcepit ff. mand.
e l. præterea. & l. ſi procuratorē. §. j. hoc ipſo tit.
f l. diligenter. d. titul. manda.

g l. idéque §. idem Labeo, hoc ti. l. ſi vero nō remunerandi §. ſi. eod.
h l. j. ff. mand.
i Suprà de mand.
k l. ſi remunerandi §. j. hoc tit.
l l. ad cōparādas. C. hoc ti.
m d. l. ſi procuratorem §. dolo autem.
n d. l. ſi procuratorē. §. mand.
o l. qui mutuam. §. vl. hoc ti. l. etiā ſi contrariam eo.
p d. l. ſi vero non remunerandi §. ſi mihi.
q l. in re mādati. C. mand.
r Vide etiā Bud. l. prior. ib. ann. ſu. ff. l. j. de iis qui no. infa.
ſ Suprà in titu. de fideiuſ. vbi etiā Ang. Are.

cedat, præterea vt caueat mihi ſuo facto ta
lem fundum non eſſe oppignoratum, ne-
que ſeruitute aliqua oneratum, vel quouis
modo [z] deteriorem factum, quàm tempore
53 traditionis fuerit &c. In † contraria actio
ne ſic propone libellum: Flaccus nuper mi
hi commiſit adminiſtrationem bonorum
Friburgi, quam ego ſuſcepi, & in eadem bo
na, quę adminiſtraui, quinquaginta aureos
impendi. Verùm ipſe à me admonitus vt
prædictam pecuniam mihi ſolueret, hacte
nus recuſauit: quare peto eundem Flaccũ
condamnari, vt prædictos quinquaginta
aureos nomine impẽdiorum exoluat, &c.
Cæterùm quod hanc vocem, mandatu, ſu-
perius ſemper poſui, id non ocioſè à me fa
ctum eſt. Nam quum duplicia ſint [u] man-
data, publica ſcilicet & priuata (publica,
quæ propriè præcepta magiſtratuum vo-
cantur, & [x] ſunt neceſſitatis: priuata, quæ
vulgò commiſſiones dicuntur) veteres vt
hanc differentiam mandatorum exactius
ſignificarent, ſolebant dicere, mandatu, in
ablatiuo. cum mandatum priuatum intel-
ligi volebant: publicum verò per ablati-
uum, mandato, intelligebant. Inde eſt illa
locutio, quam Haloander diligenter in Pã
dectis obſeruauit mandatu meo, mandatu
Titij, quod ſigna.

z Probantur hæ clauſulæ in l. ſi procuratorem. in ſ. cum l. ſeq. hoc titu.

u Oldr. in prati hu' actio. mox à prin.
x Sic intelligitur in C. & Auth. de manda. prin.

54 Accipiamus † actionem pro ſocio. Ea
eſt perſonalis, quia in perſonam dirigitur,
nempe ex cõtractu ſocietatis priuatæ, quæ
fit, cum duo pluréſve ſic cõtrahunt, quod
lucrum & damnum inter eos commune
ſit, de vna re, vel negociatione, aut de om-
nibus bonis [y] præſentibus & futuris: tranſ-
feruntúrque illico dominia rerum in i-
pſos ſocios ipſo iure, licet ſpecialiter tradi
tio non [z] interueniat. Ex hoc igitur con-
tractu ſocij inuicem obligantur alter alte
ri ad mutuas præſtationes, ſcilicet vt ſecũ-
dum conuentionem initam rem commu-
nem gerant, vt omnia communicent bo-
na fide, [a] etiam ſi non ita ad normam ma-
thematicam ſit dictum. Ex tali rurſus o-
bligatione producitur hæc actio. Atque
huc ſpectet quod [b] Paulus ſcribit, actionẽ
pro ſocio magis ad perſonales inuicẽ præ-
ſtationes pertinere, quam ad communium
55 rerum diuiſionem. Porrò † per cauſam ma
terialem potes hanc actionem à communi
diuidundo iudicio apertè diſtinguere, quia
vt res ex ſocietate communicetur, pro ſo-
cio agimus: ſed cum iam fuerit cõmunis ex
ſocietate, vel ex alia cauſa, experiri poſſu-
mus communi diuidundo, vt rectè diui-
datur, Idque eſt quod [c] Paulus, Denique,
ait, ceſſat communi diuidundo iudicium,
ſi res communis non ſit: quaſi diceret non
habet materiam, vnde naſcatur actio com
muni diuidũdo, niſi præcedat communio.
56 Competit † autem actio pro ſocio, ſocijs
inuicem, eorúmque hæredibus, quoties al-
terum alteri ex bono & æquo præſtare ali-
57 quid oporteat: eſtque † directa ex vtraque
parte, quia vtrique ſocio eadem ratione
principaliter & directò [d] conceditur. Et
58 datur in diuerſis caſibus. Primò † ſocietate
finita ad perſonales præſtationes, ſcilicet,
fructus & redditus inuicem diuidendos,
& lucra communicanda. Deinde ſi ſocius
dolum commiſit vel præſtare detrectat
id, ad quod ſecundum naturam vel con-
uentionem ſocietatis iuſtæ tenetur, hanc
intendere poſſum etiam durãte ſocietate.
Pro generali vero ratione lucri & damni
non conceditur hoc iudicium, niſi finita
[e] ſit ſocietas. Et hoc diligenter obſerua, quia
multi Doctores hoc non ſatis perſpexere,
59 hanc † actionem duplici fine exerceri, al-
tero vt ſocius ſeruet pactiones, contractus
& præſtet quod debet in adminiſtranda
ſocietate: altero vt actori præſtentur om-
nia ex ſocietate debita cum noluerint li-
tigantes eam diutius conſtare. Cæterum
60 † condemnatus hoc iudicio fit [f] infamis, ſi
modo ſuo nomine, non alieno damnatus
[g] fuerit. Rationem Cicero pro Roſcio A-
merino grauiter aſſignat. Cum enim ſo-
cietatẽ cũ aliquo coeo, puto mihi paratũ
auxilium, quo cum alteru communicem:
inde ad eius fidem confugio, & neminem
minus, quàm eum, cui res meas commiſi,
cauere poſſum, quẽ etiamſi metuimus, ius
officij lædimus. Rectè igitur maiores eum
qui ſocium fefelliſſet, in virorum bonorũ
numero, haberi noluerunt. Idem pro Ro-
ſcio Amerino, tria eſſe priuata iudicia ſum
mæ exiſtimationis ſcribit, fiduciæ, tutelæ,
ſocietatis. Hinc eſt quod [h] Vlpianus ſocie-
tatem ius quodammodo fraternitatis in ſe
habere dicit: & [i] Iulianus huius contractus
fraudatorem nota infamiæ damnauit. Cau
ſa huius actionis ex ſupraſcriptis ſatis eſt
61 manifeſta. Probat † autem hoc in iudicio
actor initam eſſe ſocietatem vel vnius ne-
gotiationis, vel omnium bonorum. Item
ſpeciem exercendæ ſocietatis eſſe honeſtã:
quia rerum inhoneſtarum nulla eſt [k] ſocie-
62 tas. Libellus ita proponendus: Coita † eſt
inter me & Titium omnium bonorum ſo-
cietas vſque ad decennium, adminiſtrante
ipſo Titio vniuerſa ſocietatis negotia, acce
pti & expenſi rationem habendo. Verum
cum nunc lapſum ſit decẽnium, finitáque
ſocietas, peto eum ad recognitionẽ & di-
ſpunctionem rationum condemnari, & vt
quæ ſuperſunt conſignet, & viritim ſecun
dum leges conuentionis diſtribuat &c.
63 Sequuntur † actiones ex empto & vendi-
to, quas partim etiam [l] ſuprà explicauimus.
Has duas actiones eſſe iure ciuili introdu-
ctas, [m] Vlpianus probat, naſcuntúrque ex
frequentiſſimo contractu emptionis & vẽ-
ditionis, quem pariter [n] ſuprà abundè enar
ratum habes, ac per conſequens perſona-
les ſunt. Item non ſunt contrariæ, ſed dire-
ctæ ex vtraque parte, quia æquè principa-
lis eſt vtriuſque contrahentis ratio, & em-
ptoris & venditoris. Prior autem actio, ex
64 empto † ſcilicet, datur ei, qui emit rẽ præ-
ſens vel abſens, puta per nuncium [o] vel epi
ſtolam, aduerſus venditorem, vt rem ven-
65 ditam tradat. Et hæc complectitur † tres
alias actiones: primũ actionem de euictio-
ne, qua agit cõtra venditorem, ſi non fuit
domi

y Iuxta ea quæ vberrimè dixi ſuprà de ſocie. in prin. & l. j. l. ij. & l. ſocietates. in prin. pro ſoc.

a Leoine ſocietatem. cum l. ſeq. pro ſoc.

b in l. j. com. diui.

c in d. l. 4.

d § et quibuſdã infra d. præ. commodi.

e Quibus autem modis finiatur, vide in §. manet ſupr. de ſoc. & ſparſim habes in toto tit. & maximè in l. verum. §. ſocietas. ff. eod.
f d. §. ſi ex quibuſdã.

g l. j. de his qui notan. infa.

h in d. l. verum.

i in l. j. de infam.

k l. nec prætermittendum. & l. quod autem furto hoc titu.

l In §. pretium. ſupr. de empt. & vend.
m in l. pro in l. ſ. ff. de ædi. edic.
n in d. tit. de empt. & vend.

o Iuxta l. j. in fin. ff. de contrahen. empt.

dominus tel vẽdire,& res euincatur. De-
inde redhibitoriam, qua emptor infra ſex
menſes ad reſcindendum contractum age-
re poteſt, ſi res vendita habeat latens [p] vi-
tium. Poſtremò actionem præſcriptis ver
bis, ſi venditor pacta adiecta emptioni nõ
ſeruauerit, nec placitis paruerit, tum enim
hoc iudicio experiri poteſt ad completio-
66 nem pactorum. Perſequimur † autẽ empti
actione rem venditam, vt venditor tradat
rem corporalem cum fructib. & acceſſo-
riis, vel vt quaſi tradat rem incorporalem
emptam, id eſt, vt cedatur iuri, & præſte-
tur patientia ad vſum liberum. Cæterum
67 † an venditor obligetur rem venditã præ-
ſtare, vel liberetur ſoluendo intereſſe, ma-
gnus eſt inter Doct. conflictus, adeò quod
[q] Bartolus triplicem opinionẽ referat. Mi-
hi videtur æquior eſſe iſta diſtinctio, quam
& ipſe probat, videlicet rem præcisè præ-
ſtandam, ſi venditor reſtituendi facultatẽ
habeat: ſin minus condemnandum in in-
tereſſe. Et quod [r] alibi dicitur, id quod in-
tereſt, aliquando precium egredi, ſi pluris
intereſt quam res valeat, emptáve ſit: ibi
tametſi Iuriſcon. non ſtatuat apertè ſum-
mam, ad quam vſque protendatur, mihi
tamen videtur egredi vſque ad duplũ poſ-
ſe, quo hodie [ſ] palàm eſt. Item aduerte, vẽ-
ditorem debere vacuam poſſeſſionem tra
dere emptori, id eſt, quæ à nemine detinea
tur, vel poſsideatur, alias non videtur rem
68 [t] tradidiſſe. Actio † autem ex vendito, con-
ceditur venditori ad ea conſequenda, quæ
ei ab emptore præſtari oportet: in qua a-
ctione veniunt hæc, primo precium, quãti
res vendita eſt: deinde vſuræ precij poſt
diem traditionis, nã cum emptor re frua-
tur, æquiſsimum eſt eum vſuras precij [u] ſol
uere. Porrò in emptione & venditione re-
69 rum feudalium [x] ſecus eſt. Item † in emphy
teuſi, l. vlt. C. de iur. emphyt. alienare enim
hi non poſſunt, niſi domini conſenſu. Re-
liqua huc pertinentia require ex Pandecta
rum titulo, de actio. empt. & ex tit. lib. iij.
Inſtit. ſuprà de empt. & vendi. Forma prio
70 ris actionis, ex empto ſcilicet, Emi † à Seio
patrefamilias domum in tali loco, cẽtum
aureis, ipſo apertè & liberè in talem con-
tractum conſentiente, & promittente poſ
ſeſsionem talis domus tradere vacuam &
liberam. Et prædictum precium ego ipſi
ſolui, vel eo nomine ſatisfeci, vel reus fidẽ
habuit, &c. Interpellatus verò ſemel atque
iterum, non tradidit poſſeſsionem vendi-
tæ domus: quare peto eundem Seium cõ-
demnari, vt prædictam domum vendit m
eiúſque poſſeſsionem liberam mihi tra-
dat: quod ſi talem traditionem facere nõ
poſsit, ad id, quod mea intereſt, quod ad de
cem aureos æſtimo, eum condemnari, &c.
Et hæc petendi formula longè æquior, tu-
tiórque eſt, quàm ſi directò ac ſimpliciter,
traditionem [y] petas. Libellus perſecutio-
71 nis ex vendito: † Vendidi Gaio equum ta-
lis coloris viginti aureis. & eum illi tradi-
di. Admonitus autem vt ſolueret preciũ,
hactenus recuſauit: Intereſt autẽ mea tan-

p L. ex empto. § redhibitionẽ. de act. empt.
q In l. j. in prin. de act. empt.
r In d. l. j.
ſ Per l. vnicam. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt, &c.
t l. ij. de ac. empt.
u l. Iulianus. § ex vendito. & ex
x Vt patet in cond. in tione imperiali, de prohib. feud. alien. per Fed. &c.
y Vt probatur in d. l. j. § j. ff. de ac. emp. & in l. ſi tra... ... C. eo. titu.

tum, fuiſſe numeratũ preciũ cõuentũ: qua
re peto Gaiũ cõdẽnari, vt ſoluat mihi pre-
ciũ ſupradictũ, & ratum nomine dãni. De-
72 uenio † ad locati conductiq; actiones. Vtra-
73 que † ciuilis eſt, partim per rationem ſimi
litudinis, quam cum actione empti [z] & vẽ-
diti habet, partim quia id [a] Vlpianus aper-
tè tradit. Item vtraque directa, quia æquè
principalis eſt vtriuſque contrahentis ra-
tio. Vtiles tamen aliquando ſunt, quũ quis
rem, quã conduxit, alij locat: id enim per-
mittitur, niſi aliud [b] cõuenerit. Ambæ per-
ſonales ſunt ex cõtractu locationis & cõ-
ductionis, qui nulla verborum ſolennita-
te, ſed conſenſu ſolo perficitur, paritque
obligationẽ, ex qua deinde hæ duæ actio-
74 nes enaſcũtur. Datur † autem prior actio,
ex locato ſcilicet locatori, qui prædium
vrbanum vel ruſticum, aut rem mobilem,
operámve ſuã locauit, aduerſus conducto-
rem pro re locata deteriorata, aut penſio-
ne ſiue mercede [c] operarũ ſoluẽda, vel fini-
to cõductionis tẽpore, poſſeſsione euacuã-
da, ac ſine controuerſia [d] reſtituenda, & ſi
quæ ſunt his ſimilia. Non tamen antè dabi
tur hæc actio niſi vſus rei conductæ ex-
pletus ſit, vel opera antè enim non cõple-
uit [e] contractũ, niſi fortè conſuetudo loci
diuerſum obſeruet. Poſterior verò, ex con
ducto actio, conductori cõpetit aduerſus
locatorem, ſi re aut opera, quã conduxit,
frui ei non liceat: vel vt ſoluat locator id,
quod eius intereſt: vel ſi, quod in condu-
ctione cõuenit, nõ [f] præſtetur, itẽ ad reſti-
tuenda ea, quę conductor in re cõducta ſua
opera neceſſariò vel vtiliter auxerit, vel æ-
dificarit, vel inſtituerit, cũ id [g] non cõueniſ
ſet. Præterea vt remittatur ei merces ſiue
penſio propter ſterilitatẽ magnã, vbi ſcili-
cet recõpenſari non poteſt cũ vbertate ſe-
quentiũ [h] annorũ: vel propter vim flumi-
num graculorũ, ſturnorũ, aut hoſtiũ: vel ſi
vredo fructus corruperit, aut ſolis feruore
nõ aſſuetudo id acciderit, ſeu ager terræ
motu ita corruerit, vt nuſquã ſit: vel dom'
ſine culpa cõductoris incẽdio perierit: &
ſummatim propter omnẽ vim, cui reſiſti
non poteſt, agit conductor hoc iudicio ad
mercedis ſiue penſionis [i] remiſsionẽ. quæ
omnia, & horum plura, vide in vera & pu
ra ſcaturigine, ſæpe Iuriſconſultorũ elegã
tiſsimis textib. ſub tit. ff. locati & cond. Ex
prędictis habes, quę ſit cauſa vtriuſq; actio
nis, & quod hæ inter rei perſecutorias rectè
75 numerentur. Praxin † ſubnectendo, ex lo-
cato in hãc formã agi poteſt. Locaui Titio
in hoc cõſentiendi ad anni vnius ſpacium
ædes ſu[k] mercede decem aureorũ, pręſtã-
do illi habitandi vtẽdique patientiã. Cum
autẽ locationis tẽpus iam ſit elapſum, pe-
to eum ad dandum & ſoluendum dictam
mercedẽ condẽnari, & mihi prædictæ do-
mus poſſeſsionem reſtitui, &c. Conducti
actio ſic proponẽda eſt. Conduxi nuper à
Gaio domum in tali platea, de cuius pen
ſione conuentum inter nos eſt in octo au-
reis: eam tamen ſeſe mihi tradere admo-
nitus recuſat: quare peto eũ condẽnari, vt
præſta

z Vt ſupra de loca. & conda. in prin.
a In l. j. § j. de ſuperfi.
b L. nemo. C. de loc. & cond. l. ſi in venero. ff. e. & l. ſtipulatio iſta § ſi inſulam. de verb. obl.
c L. excepi. & l. ij. C. de loc. & cõd.
d l. videamus. § quã vinum. ff. loca. & l. à quis conductionis. C. eo. tit.
e L. Iulia. § offerri. de act. em. Bar. in l. ſeruus Maui. § vl. de ſti. ſeruo.
f l. conductio. ff. loca.
g l. dominus horreorum. § j. ff. eod.
h l. ſi vno anno. ff. hoc tit. & l. licet. C. eo.
i l. ex conducto. eo.

præfatam domum mihi tradas ad habitãdum more conſueto, liberè, &c. Sic etiam conducti operis experiri potes. Semper autem memineris, variandum eſſe libellum ſecundum varietatem caſuum & circunſtãtiarum. Atque ita Deo authore expediti ſimus de actionib. hoc in §. recenſitis.

§. Ex maleficiis.

1 Actiones pœnæ perſecutoriæ quæ dicãtur.
2 Pœna quomodo accipiatur.
3 Mixtæ actiones quare dicantur.
4 Mixta actio tripliciter dicitur.
5 Furtum manifeſtum quod dicatur.
6 Quadrupli pœnam prætor adiecit furto manifeſto, ideóque prætoria cenſetur.
7 Non manifeſtum furtum quid.
8 Actio furti non manifeſti eſt ciuilis.
9 In furto ſimplum, ſiue res damnificata non ineſt duplo, vel quadruplo.
10 Rei vendicatio datur ad rem furtiuam repetendam.
11 Legis aquiliæ actio duplici reſpectu mixta eſt.
12 Actio furti duplex. ciuilis & prætoria.
13 Vtraque furti actio perſonalis eſt, & quando furti delictum committatur.
14 Quibus dentur furti actiones, & aduerſus quos.
15 Conſilium dare furi quis dicatur, aut opem ferre.
16 Occultans furem aut rem furtiuam, furti tenetur.
17 An furti actiones aduerſus hæredes dẽtur.
18 Furti actio merè pœnalis.
19 Ad rei furtiuæ perſecutionem quæ actiones dentur.
20 Furti actio dupliciter intendi poteſt, ciuiliter & criminaliter.
21 Quæ ſit furti pœna hodie.
22 Hodie nulla eſt differentia inter furtum manifeſtum, & nec manifeſtum.
23 Forma proponendæ actionis furti noſtro foro accommodata.
24 In omnibus actionibus famoſis tempus & locus libello adiiciendus.
25 Actio vi bonorum raptorum definitur.
26 Cui concedatur hæc actio.
27 Quando res dicatur eſſe in bonis, vel ex bonis.
28 Hæc actio in eum datur, qui dolo malo rapit.
29 Quomodo puniantur rapientes ſine dolo.
30 Aduerſus quos competat actio vi bonorum rapt.
31 Actio vi bono. rapto. infra annum datur in quadruplum, poſt annum in ſimplum.
32 Libellus in hac actione.
33 Actio l. aquiliæ vnde dicta.
34 Actio perſonalis l. aquiliæ.
35 Cui competat.
36 Aduerſus quos detur.
37 Quid conſequamur hac actione.
38 Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe dicitur.
39 Quomodo æſtimatio fieri debeat in l. aquil. actione.
40 Hæc actio aduerſus inficiantem in duplum datur.
41 Libellus in actio. l. aquiliæ.
42 Actio ex teſtamento pro relictis eccleſiis conſequendis explicatur.
43 Actio ex teſtamento regulariter tantum in ſimplum datur ſed quando pro relictis ad pia loca intenditur eſt duplaris &c.
44 Aduerſus quẽ concedatur prædicta actio.
45 Executores teſtamentorum de omni culpa tenẽtur de qua principalis hæres teneretur.
46 Si actio ex teſtamento ex negatione intẽdatur, poteſt euadi dupli pœna: ſi ex dilatione, ſecus.
47 Vt locus ſit huic actioni, neceſſaria eſt hæreditatis actio.
48 Quibus detur actio ex teſtamento pro legatis ad pias cauſas &c.
49 Priuilegia conceſſa eccleſiis, habent locum in aliis piis locis.
50 Pœnæ non ſunt extendendæ ad caſus non expreſſos.
51 Legatum à die aditæ hæreditatis debetur.
52 Cauſa huius actionis.
53 Libelli forma in actione pro legatis piis.

Ex maleficiis vero proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ perſequendæ cauſa comparatæ ſunt aliæ tam pœnæ, quàm rei perſequendæ: & ob id [a] mixtæ ſunt. Pœnam tantũ perſequitur quis actione furti: ſiue enim [b] manifeſti agatur [c] quadrupli, ſiue [d] non manifeſti [e] dupli, [f] de ſola pœna agitur: nam ipſam rem [g] propria actione perſequitur quis id eſt, [h] ſuam eſſe petens, ſiue fur ipſe eam rẽ poſſideat, ſiue alius quilibet. Eo amplius aduerſus furem etiam [i] condictio eſt [k] rei. Vi autem bonorum raptorum actio mixta eſt, quia in quadruplo rei perſequutio continetur, pœna autem tripli eſt. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato, mixta eſt, non ſolum [l] ſi aduerſus inficiantem in duplum agatur, ſed interdum & ſi in ſimplũ quiſque agat, veluti ſi quis hominem claudũ aut luſcum occiderit, qui in eo anno integer & magni precij fuerit, tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fuerit, ſecundum iam traditam diuiſionem. Itẽ mixta eſt actio contra eos qui relicta ſacroſanctis eccleſiis, vel aliis venerabilibus locis legati vel fideicommiſſi nomine, [m] dare diſtulerint

ſtulerint, vſque adeo, vt etiã in iudiciũ voce-
tur, tũc enim & ipſam rẽ vel pecuniã, quæ
relicta eſt dare cõpelluntur, & aliud tãtum
pro pœna: & ideo [o] in duplum eius fit con-
demnatio.

CONſequenter perſequitur Iuſti-
nianus alia duo ſupraſcriptæ di-
uiſionis membra, quæ ſcilicet a-
ctiones pœnæ perſecutoriæ ſint, & quæ mix
1 tæ. Pœnæ † autem perſecutorias, appella-
mus, cum præter id, quod nobis abeſt exi-
gimus aliquid vindictæ vel affectionis cau-
ſa. Nam quicquid ex bonis noſtris non eſt,
pœna ſit [a] oportet. In quo illud aduerten-
dum eſt, quicquid partes pro pœna paci-
ſcuntur, non faciat actionem pœnalem, ſed
2 rei perſecutoriam: quia † pœna accipitur,
3 quæ legum authoritate irrogatur † Mixtæ
verò ſunt, quibus rem ſimul & pœnã per-
ſequimur ex quibuſdam maleficiis: atque
ita hoc in propoſito intelliguntur. Aliàs
4 † enim mixtæ interdum dicuntur, quod in
rem ſimul & perſonam ſint. Item mixtas
etiam vocamus, quod vterque controuer-
tentium, actoris atque rei conuenti vice
[b] in eis fungatur.

a l. ſeruus ff. de ſer. ex-
port.

b Sicut in §. quædem infra proxi-
mè ſequen. videbimus.

a Mixtæ ſunt. Quia rem iuxta & pœ-
nam complectuntur.
5 *b Manifeſti.* Manifeſtum † autẽ furtum
is cõmittit, quid deprehẽditur [c] cum furto:
nec refert à quo deprehendatur, vtrũ ab eo
cuius res fuit, aut ab alio: ſufficit ſi cum re
furtiua fuerit deprehẽſus, etiã alibi, quàm
vbi furtum fecit, priuſquam tamen eò lo-
ci peruenerit, quo deſtinauerat.
6 *c Quadrupli.* Et hanc † pœnam quadru-
pli in furto manifeſto prætor [d] adiecit, atq;
ob id hæc actio prætoria etiã [e] nũcupatur.
7 *d Non manif.* Non manifeſtum, † ſeu nec
manifeſtum (vt veteres loquebantur) fur-
tum eſt, quod poſtea [f] quandocunque de-
prehenditur: & iſtud etiam is cenſetur fa-
cere, qui conſilium, vel opem [g] fert.
e Dupli. Dupli pœnam Solon Athenien
ſium legiſlator in fures primus conſtituit
8 Gellio [h] authore. Hinc eſt, quod † actionẽ
furti nec manifeſti appellamus ciuilẽ, quia
ex legibus Solonis habet pœnam dupli,
cum ad rem ipſam quoque ſecundum So-
lonis ſententiã, & ſic in triplum cõpeteret.
f De ſola pœn. Ita quod duplum vel qua-
druplum ſit mera & ſola pœna ſeparata à
9 re furtiua. Vnde † ſimplum, id eſt, ipſa res
furtiua, in duplo, aut quadruplo nõ conti-
netur, quod in furto eſt ſingulare: regulari-
ter enim ſecus eſt, vt [i] Bar. alibi rectè do-
cet.
10 *g Prop. act.* Scilicet † rei vendicatione:
nam & hanc habet dominus ad rem, quã
furto ſubducta eſt repetendam, per quam
vendicatur res à fure, tanquam à quouis
alio poſſeſſore: nec nominabitur fur ſi a-
ctor ei parcere velit, adeò quod & ſacerdo-
tes eam intendere queant ſine metu irre-
gularitatis.
h Summa eſſe. Præſupponit enim rei

c l. ij. & iij. de fur.

d Vt eſt videre in §. pœna. I. de obli. quæ ex del. naſ.
e In §. j. infrà de perpe. & tempor. actio.
f l. nec manifeſtum. ff. de fur.
g l. is qui opem. ff. eod. tit.
h Lib. xi. ca. 18.

i In l. ſanctio legum in 4. col. in ver. quero an in duplo de pœn. & ſa. text. in l. hoc edict. §. ſ. de pub.

vendicatio dominium in agente, ſicut [k] ali-
bi dictum eſt.
i Condictio. Furtiua ſcilicet, quam [l] ſuprà
explicatam habes.
k Rei. Quæ rapta eſt.
l Si aduer. inſi. Senſus horum verbo-
11 rum eſt: legis † Aquiliæ actio duplici re-
ſpectu mixta eſt, primum ſi detur aduerſus
inficiantem, id eſt, eum qui damnificauit,
& conuentus in iudicio inficiatur, negat ſe
damnum dediſſe, ſi conuincatur mendacij,
propter inficiationem in duplum condem
natur. In hoc tamen duplo ineſt rei perſe-
cutio, mixta ergo eſt ex re & pœna. Altero
reſpectu mixta dicitur, non quidem dire-
ctò & apertè, ſed per interpretationem le-
gis, nempe cum actor, cui damnum illa-
tum eſt, experitur aduerſus reum ad ſim-
plum, ſed ità, vt ſimplum increſcat à iuſta
æſtimatione, in id, quanti plurimi fuit res
eodem anno. iſtæ excurſus æſtimationis
pœnam ingerit, idque eleganter Impera-
tor etiam [m] ſuprà dixiſſe mihi videtur.
m Dare deſtu. Intellige, fraudulenter: nã
ſi ex iuſta & rationabili cauſa differrent à
pœna [n] excuſarentur.
n In duplum. Cui duplo ineſt ipſa rei
perſecutio. Viſo textu, explicemus actio-
nes in eo enarratas ſigillatim, quæ in ſupe-
rioribus non ſunt expoſitæ, vt eſt actio fur-
ti, vi bonorum raptorum, legis Aquiliæ, &
ex teſtamento pro legatis piis. Primum vi-
12 deamus furti actionem. Ea † duplex eſt, ci-
uilis, ex furto nec manifeſto, ad pœnam
dupli, vt ad textum annotatum eſt: & præ-
toria ex furto manifeſto, ad pœnam qua-
drupli. Hæc poſterior tametſi ex prætoris
iuriſdictione proficiſcatur, perpetua tamẽ
eſt: quia abſurdum videbatur, eam anno
finiri, quæ tam frequens delictum [o] pu-
13 niret. Vtraque † perſonalis eſt, nem-
pe ex delicto fraudulentæ contrectationis
rei alienæ. Coniungo autem hæc nõ ocioſe.
Nam neque ſolus dolus ſufficit ſine con-
trectatione, neque ſola contrectatio ſine
dolo, ſiue de manifeſto, ſiue nec manifeſto
furto [p] loquaris. Quare & opem ferre, vel
conſilium dare tunc nocet. quum ſequuta
eſt contrectatio. Quinimò neceſſe eſt, con-
trectationem inuito domino fieri: nam qui
putauit ſe domini voluntate rem attinge-
re fur non eſt, quia dolo nihil fecit. Si ta-
men dominus vellet, quum ego putarem
eum nolle. non dicitur furtum fieri pro-
pter benigniorem interpretationem, [q] Vl-
14 piano authore. Dantur † autẽ hæ actiones
omnibus, quorum intereſt ex honeſta &
probabili cauſa furtum non fieri, id eſt, ad
quem redit qualecunque damnum ob rem
ſurreptam, eorúmque [r] hæredibus, aduer-
ſus eum, qui furandi animo rem alienam
contrectat, aut opem & conſilium præſtat
ſiue pubes, ſiue impubes fuerit: ſi tamen
impubes fuit, neceſſe eſt, quod ſit proximus
[ſ] pubertati, intelligátque ſe delinquere. Cõ-
15 ſilium † autem dare videtur, qui perſua-
det & impellit, atque inſtruit ad furtum

k In § omnium ſuprà hoc tit.
l In §. ſiel-taque diſer eis ſuprà eo.

m In §. his autẽ. ſuprà de l. Aquil.
n Arg. c. j. §. vaſallus. ibi pulchrè Bal. ſi cõtro. fuer. inter dom. & vaſ. in vſi. feud.

o §. furti quoque infrà de perpe. & tẽp. actio.

p Iuxta l. j. §. j. ff. de fur-to.

q In l. inter omnes. §. rectè. de fur. ad de §. placuit. I. de obli. quę ex delic. naſc.

r §. nõ autẽ I. de perp. & temp. actio.

ſ l. impuberem. ff. de furtis.

faciendum.Opem fert,qui miniſterium at-
que auxilium præbet ad ſurripiendum: itē
qui dolo malo ferramenta accommodat
ad effringendum oſtium, vel ſcalam ad
aſcendendum, ſciens cuius rei gratia id
[t] fieret.Denique aduerſus omneis conce-
ditur,qui cum ipſi furtum nō faciant, nec
principaliter conſiliū aut opem ferāt, hoc
tamen doloſè agunt,vt alij porrigatur anſa
& commoditas ſubtrahendi:vt ſi quis tibi
nummos excuteret, [u] vel armenta fugaret,
16 quo magis fur abduceret.Quo † in nume-
ro eſtis qui celat furem, vel rem furtiuam
apud ſe:tenetur enim furti nec manifeſti.
Verū ſi quum ſciret apud alium eſſe,non
17 indicet,fur [x] non eſt.Contra † hæredes au-
tem foris hæ actiones non dātur, niſi de eo
quod ad ipſos ex furto peruenit ſcientes &
18 [y] contrectantes:quia † ſunt pœnales ex v-
troque furto,& ad ſolius pœnę perſecutio-
nē ſpectant.Ideò cautus ſis oportet in is
proponendis,ne vllam facias in petitione
de re furtiua reſtituenda mētionem. Nam
19 ad eius † perſecutionē habet dominus rei
vendicationem aduerſus quemlibet poſſeſ
ſorem,item & cōdictionē furtiuam aduer-
ſus furem ipſum,hæredēmve eius,etiā poſt
ſolutam dupli aut quadrupli pœnam, ita ta
men,vt altera harum eligatur:ſicut ex di-
uerſo recepta re, aut deperdita nihilomi-
nus datur [a] furti actio.Hoc non ignoran-
20 dū eſt,has † furti actiones (ſicut & cæte-
ras ex delictis priuatis deſcendentes) do-
pliciter intendi poſſe ciuiliter & crimina-
liter.Cū ciuiliter ſeu pecuniariter intēdun
tur,actori pœna adiudicatur:cum verò cri
minaliter,& ad publicam vindictam extra
ordinem punitur reus,tunc pœna ad fiſcū
pertinet vel punitur in [b] corpus. Cæterum
21 † quanquam hæc dupli & quadrupli pœ-
na pecuniaria in fures à iure ciuili olim in
vſum recepta eſt,Fridericus tamen Impe.
[c] eius nominis primus conſtituit,eum qui
quinque ſolidos,aut plus furaretur,laqueo
ſuſpendendum eſſe:ſi minus,ſcopis & for-
pice caſtigandum.Quanquā idē [d] D.Fride-
ricus,Iniuria,inquit, ſeu furtum legitimè
puniatur.quibus verbis plerique putant ſu
periorem conſtitutionem exautoratā eſſe
quaſi iſta vox,legitimè, non pertineat ad
ſuas,ſed alias Romanorū leges.Quod mihi
ſanè perabſurdum videtur:nam qui prohibet
etiam de ſua eum lege loqui?Quod ſi con-
ſuetudinem quoque adhibeamus interpre-
tem,videamus receptam eſſe velut iuregē-
tium pœnam furcæ apud omneis,adeoque
22 † hodie nullam differentiam eſſe inter fur
tum manifeſtum,& nec manifeſtum, mu-
tatámque pœnam pecuniariam in pœnam
[e] corporalem.Forma huius † actionis inſti
23 tuendæ ad noſtrum forum accommoda-
ta.Anno præſenti quadrageſimo ſecundo,
Calendis Iulij, abſtulit mihi furto Flac-
cus ex ſtabulo contiguo ædibus meis
equum [f] ciſiarium, ad me pertinentem
iure dominij vel quaſi dominij, eundem-
que aliquandiu occultauit.Ego verò nun-
quam conſentiens huic cōtrectationi,tan-
dem reſciui,ipſum tale crimen perpetraſ-
ſe,& reperi apud eum equum prædictum.
Quare peto veſtra ſententia declarari,non
licuiſſe Flacco ſurripere mihi neſcienti rē
meam,ideóque eundem reum legitimè pu-
niendum eſſe,vtque illum puniatis,&c.Vi-
24 des † in libello tempus adijci,& locū:nam
id neceſſario in omnibus omnium crimi-
num actionibus,quæ iure aut facto infa-
mant,fieri debere interpretes rectè [g] pro-
bant.Dies autem & hora neceſſario nō ad-
ponitur.Subinde concluſionem libello ad-
poſui generalem,ſic enim malui,quàm ali-
quid extra forum petere.Nam cum hodie
diſcrimen furtorum ſublatū ſit,mutatáque
pœna pecuniaria in [h] corporalem,ſanè nec
duplum,nec quadruplum rectè petes.Si ta
men alicubi obſeruaretur etiamnum pœna
iuris antiqui pecuniaria:rectè petes furem
legitime puniri,tibiq; pœnam dari quod
aduerte.
25 Sequitur † actio vi bonorum [i] raptorum,
& hæc eſt prætoria, datúrque ei, cuius res
eſt,vel ex cuius bonis eſt,quæ rapitur, ad-
uerſus eum,qui dolo malo violenter ra-
puit,in quadruplum.Perſonalis dixi, quia
in perſonam eſt,ex delicto rapinæ,& hanc
actionem eius delicti nomine prætor [k] in-
26 troduxit.Addidi † cuius res eſt : illi enim
primum conceditur hæc actio. Sequitur,
vel ex cuius bonis eſt:quia ſiue commoda-
ta res eſt,ſiue etiam pignorata,ſiue depoſi-
ta (cum depoſitarius culpā repromiſerit)
ſiue bona fide poſſeſſa, ſiue vſumfructum
in ea habeat vel aliud ius, vt intererſit eius,
huiuſmodi rem non rapi,locum habet hæc
[l] actio. Datur ergo omnibus illis,quorum
intereſt res raptas non eſſe:nec requiritur,
quod intēdens hoc iudicium ſit dominus
ſed ſufficit ſi ipſius intererſit,ſiue res ſit in bo
27 nis eius,ſiue ex bonis.Res † in bonis alicu
ius eſſe dicitur,quando pro ea poſſeſſa ex-
ceptionē habet,& pro ea amiſſa [m] actionē:
nec refert,ſiue dominium rei habeat, ſiue
bona fide poſſideat.Ex bonis alicuius di-
citur eſſe res,quæ ad eius cuſtodiam & pe-
28 riculum [o] ſpectat.Adpoſui, † dolo malo:
quia vt hæc actio competat, dolum ma-
lum interuenire oportet,id eſt,vt quis vio
lentiam dolo committat : ſecus ſi rem bo-
na fide rapuit,ſuam eſſe putans,& impru-
dens iuris eo animo rapuit, quaſi domino
liceat etiam per vim rem ſuam auferre à
poſſeſſoribus,tum enim hoc iudicio [p] non
29 obſtringitur.Sed † ne raptores temeritatē
ſuam hoc fuco ſemper excuſent, conſtitu-
tum eſt per Imperatores, vt nemini liceat
vi rapere quamcunque rem mobilem, vel
ſe mouentem, licet ſuam eſſe putet : & ſi
quis contrà fecerit,rei quidem ſuæ domi-
nium amittit:quod ſi aliena res eſt,poſt re-
ſtitutionem etiam æſtimationē eiuſdē rei
præſtare debet.Quod generaliter tā in mo
bilibus,quā immobilibus & ſoli rebus (in
quibus propriè inuaſiones fiunt) [q] obtine-
30 re voluerunt. Adieci, † violenter rapuit:
primum

t l.in furti. §. recte tamē.& l. ſi pignore §.qui ferramenta hoc titulo.

u §.interdū aperà de obli. quæ ex delic.naſ. d. l. in furti. §. l.ib.

x l. qui vas §.j.eod.

y d.§.non autem.
z Hic.& §. vlt. ſupra de oblig.quę ex del.naſ.

a Quadmadmodum ſuprà eo. in §. ſed itaq; diſcrepantia eſt.

b Inſtit regula l. vlti. de priua. del. text. expreſſus in l.vlti. de fur.
c In §. vlt. de pa. tenē. & eius via. la.in vſi.feu.
d Altero ti. de pace tenenda.

e Hic omnibus quæ ſupra dicta ſunt in tit. de obli. quę ex deli. naſcun.per diuerſum.
f Id eſt quæſtuarium pretio dat.

g In l. editā.C.de edē. per l.libellorū. in prin. & §. quod ſi libelli. de accuſ.

h Vt ſuprà dixi. atque nadem ratio ſit de furto quocūq; modo cōtracto.
i Et explanat in tit. vi bo.rapt. ſuprà in prin.

k d.prin.& l.j. in prin. & l.ij.§.hæc actio. ff. vi bona.rapto.

l §.quia tamen. ſuprà eo.&d.l.j §. in hac actio.

m Text. in l.rē in bonis de acquir.rer. do.
n l.bonorū §.in bonis de verb. ſig.

o d.l. com bonum.

p Vt d.§. quia tamen ſuprà vi bono.rapt.

q d.§ quia tamē & l.ij. §. hæc actio vulgo.ff.eo. l. ſi quis in tantā.C.vnde vi.

primum enim ſi præcedente cõſilio coëgit
ob hoc homines armatos vel inermes, vt
raperet res alienas damnúmve in eis daret,
aut etiam qui ab alio coactis vtitur ad ra-
piẽdum, in eum datur hoc iudicium. Dein-
de, etiam ſi quis non coactis hominibus,
ſed ſolus rem rapuit alienam, licet minimũ
31 hac actione [c] tenetur. Poſtremò † dixi, in
quadruplum: in tantum enim conceditur
hoc iudicium, re tamen rapta computata
in hoc quadruplo, vt triplum ſit pœna: ob
id enim [f] mixta dicitur, & hoc infrà annũ:
poſt annum verò eſt rei perſecutoria, & in
ſimplum competit. Quadruplabitur au-
tem intra annale tempus verum rei pre-
cium, non etiam [t] quod intereſt. For-
32 mula huius actionis. Anno † præſenti,
menſe Iulio, cum, ad nuptialia ſacra fra-
tris mei vocatus, itineri me accinxiſſem
adorſus eſt me ad radices ſyluæ Hercyniæ
Clodius iſte nobilis, & violenter eripuit
mihi equum meum coloris, ruffi. perni-
cem, & annulum ſignatorium ex aureo
vnum denique torques deauratos duos
quę omnia communi æſtimatione centum
aureis venire potuiſſent. Proinde abſtulit
etiam mihi in pecunia parata aureos ſexa-
ginta: quare peto, vt reum ad quadruplum
nempe ad reſtituendum equum, annulum
& torques, & in triplum æſtimationis di-
ctarum rerum, veſtra ſententia condemne-
tis, &c.

e d.l.j.§.de in auct. ma-la.§. homi-nes & §. ide ſi propoſa-& ſupra hoc ti.§.ſed.

f His in cen-

t d.l.iij.§.in hac actione intra annũ. ff. vi bo. ra-ptor.

Accipiamus actionem legis Aquiliæ, quę
aliàs damni iniuriæ vocatur ea ciuilis in
perſonam eſt, datúrque domino aduerſus
damnificantem, cauſámve damni præſtan-
tem, vt damnum eiuſque æſtimationem
33 reſarciat. Hęc † actio ciuilis eſt ex lege A-
quilia, quam Gallus Aquilius tribunus ple
bis tulit, à quo & denominationem acce-
pit. Fuit ergo lex Aquilia plebiſcitum, quia
à plebe rogata, [u] Vlpiano authore. In per-
34 ſonam † dixi, quia ex delicto damni iniu-
ria dati. Damnum autem, ſicut hic accipi-
tur, eſt quando quis dolo, culpa, ſiue iniu-
ria ſeruum alterius, aut quadrupedem oc-
cidit, vulnerauit, vel alioqui res eius fregit,
35 rupit, [x] aut læſit. Addidi, † datúrque, domi-
no, generaliter: quia non ſolum ei qui ple-
num habet dominium, ſed etiam fructua-
rio & vſuario conceditur, item & marito
conſtante matrimonio de damnis rerum
[y] dotalium. Cõmodatario autem nullum
eſt ius agendi de damno dato, ſed [z] domi-
36 no. Subieci, † aduerſus damnificantem, vel
cauſam damni præſtantem: quia hæc actio
non ſolum in eum exerceri poteſt, qui præ-
cipuè damnum dedit, quo caſu directa eſt,
vt quæ tam ex mente, quàm ex verbis legis
competat, ſed etiam in illum datur, qui
cauſam vel occaſionem damni præſtitit,
aut impullit corrumpentem. tunc autẽ vti-
lis duntaxat Aquiliæ actio, vel in fa-
ctum Prętoria, ſecundum ſpecierum di-
uerſitatem, [a] competit, ſicut [b] alibi locu-
37 pletius explicui. Adpoſui, ad † damni dati
æſtimationem conſequendam: conſequi-
mur enim hoc iudicio non ſolum damnũ,

u l.j.ff.ad l. Aquiliam. capite aute huius l. ſup. ea publicata habet. in ti. de l. Aquilia.

x Vide quæ dixi ſuprà in princ. de l. Aquil.

y l.ſi ſeruus ſeruũ. ad l. Aquil.

z l.item Mela.§. legis autem aquiliæ.d.tit. ad l. Aquil.

a l.qua actione.§.ſed & ſi quis.ff. hoc ait.

b In §. vlt. ſuprà de lege Aquil.

id eſt, [c] quod amiſimus, ſed etiam æſtima-
tionem dãni, quo afficimur occaſione dati
[d] damni, tam in perdendo, quàm in nõ ac-
38 quirendo: qui † enim [e] cauſam damni dat
dãnum dediſſe videtur. In ſumma omnia
cõmoda qui intra annũ, quo interfectus eſt
ſeruus vel quodcunque animal ſecundum
nomine cõprehenſum, illud precioſius fa-
cerẽt, hęc ad æſtimationẽ [f] accedent. Idem
dicendum eſt de cæteris rebus corruptis, vt
quanti plurimi in diebus triginta proximis
fuerint tanti conuentus [f] condẽnetur. Hoc
39 autẽ ita accipe, quod † æſtimatio fit, quan-
ti res communiter valuit, non ex ſingulari
quadam affectione. Item quod deducatur
ab hac ęſtimatione, quicquid dominus ex
rebus corruptis animatis vel inanimatis in
vtilitatẽ ſuam verterit, puta ex boue carnẽ
& corium, ex cypho argenteo particulas
colliſas, & ſic quę ſunt [g] ſimilia eſt. † autem
40 hæc actio aliquando in ſimplum, aduerſus
confitentem damnum datum: aliquando
in duplum aduerſus inficiantem & negan-
tem, ſi corrupiſſe ab actore [h] probetur. Et
vtrumque complecti poteſt actor vna pe-
titione ſubalternata conditione, videlicet
vt petat aduerſarium condemnari in ſim-
plum, & æſtimationem damni dati, aut ſi
contra veritatem negauerit, [i] in duplum.
Nunc ad huius actionis formam. Nuper
41 † quum Titius equum meum commoda-
tò à me accepiſſet, & in iter lõgius quã pu-
tatam, produxiſſet, vulnerauit in eo itinere
in læuo femore ſatis atrociter, & inedia
ad maciem vſque confecit, qui in diebus
triginta proximis multò erat habitior &
communi æſtimatione decem aureis ta-
xatus: quare peto, vt reum confitentem ad
dandum & ſoluẽdum illa decem mihi per
ſententiã condẽnetis, vel diffitentem in du
plũ, &c. Probatur hic libellus ex tertio legis
Aquiliæ capite, de quo tã clare ſupra ſcri-
bitur, vt nihil addi amplius citra nauſeam
42 poſſit. Videamus † denique actionem ex
teſtamento, quibus relicta eccleſiis, vel aliis
venerabilibus locis petimus. Et illa perſo-
nalis eſt, in duplum cõpetẽs aduerſus eum
qui negat ex hæreditate, quam ipſe adiuit
eccleſiæ quid legatum eſſe: vel fatetur & ſi-
ne cauſa differt illius legati ſolutionẽ. Per-
ſonalis dixi, quia in perſonam eſt quaſi ex
43 [k] contractu. In duplum dixi: quia † tametſi
actio ex teſtamento regulariter rem tantũ
legatam, vel per fideicommiſſum relictam
complectatur, ſitque rei tantum perſequu-
toria, & in ſimplum detur tamen ſi quis rẽ
eccleſiæ vel aliis piis ſcholarum, vel paupe
rum locis in teſtamento relictam tantiſper
tradere differt, donec in ius vocetur, tunc
mixta eſt, & in duplum datur, quia & rẽ i-
pſam, vel pecuniã, & aliud tantũdẽ pro pœ-
na dare ac ſoluere [l] condemnandus eſt. Et
veniũt quoque fructus, ſiue vſuræ rei lega-
tę. Reliqua verò legata hæres intra annũ ſol
uere tenetur. Subieci, aduerſus eum, ſimpli-
44 citer: quia hæc † actio primum aduerſus
hæredem conceditur ex teſtamento, ſiue ſit
directus hæres, quo caſu directa: ſiue fidei-

c l.ait ſer. & l.ſeq. eo. tit. d l. qui occid.§. in hac quoque actione. d.tit. ff.& §. illud nõ ex verbis ſuprà eo.

e l.inde Neratius. §. j. hoc ipſo tit.

f Hæc pœnalis ex §. & hoc tamẽ. ſuprà eo. & l. quemadmodũ. §. vlt. ff. eod. diſcenda ſunt.

g l.ſi ſeruus §.boue ſurrepto de cõ. d. ff. fur.

h d.l. inde Neratius. §.hæc actio & l. contra negantẽ. C. eo. & hic in text. noſtro.

i Exemplo eius quod notatur in l. conductores C. locat.

k §. hæres quoque ſupra de oblig. quæ ex quaſi de li. naſc.

l Vt hic in text.

commiſſarius, & tum vtiliter competit.
45 Deinde aduerſus † executores teſtamẽti negãtes legata piis locis relicta eſſe, vel differentes fraudulenter ſolutionem, ſi in teſtamento non [m] eſſent ſcripti hæredes, quia tenentur de omni culpa, de qua principalis hæres [n] teneretur. Denique aduerſus eũ qui ab inteſtato heres eſt: nam & ab inteſtato præſentib. duobus teſtibus, ad pia loco legata deſtinari poſſe, crebrius traditum [o] eſt. Adiunxi, qui negat: quia primum propter negationem datur hæc actio. Si
46 † tamen à principio negaret, ac deinde reuocando ſuam inficiationem fateretur legatum, releuat eum talis confeſsio ad euitandam pœnam dupli, ſi modo actor experiatur aduerſus eum ex negatione, & non procraſtinatione, ſicque ex ſua confeſsione velit hęc probare. Nam ſi ex dilatione, ſiue procraſtinatione ageret tam nihil refert, ſiue neget, ſiue fateatur reus, ſemper in pœnam dupli incidit propter dilationem.
47 Adpoſui, adiuit: quia † niſi adeat quiſpiam hæreditatem vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, hanc pœnam ſoluere non obligatur, vtcunque legata piis locis non ſoluerentur. Subdidi eccleſiæ: hæc † enim actio
48 primum ipſi eccleſiæ permittitur; deinde ſingulis perſonis eccleſiæ, quibus quid legatum eſt, denique extenditur ad legata pauperum, & pro redemptione captiuorum, vt ſi ea differantur, dupli pœna inferatur: Idque verum eſſe puto, quamuis repugnet hic Accurſius, per pulchrum illud
49 dogma, quo dicitur. Priuilegia † conceſſa eccleſiis, habere locum in pauperibus & aliis [p] piis locis. In legatis tamen fiſci, aut reipublicæ Gloſſatori & Iaſoni ſubſcriberem, quod in illis dilatio legati non infe-
50 rat dupli pœnam: quia † pœnæ non ſunt producendæ ad caſus non expreſſos, niſi prorſus exiſtant ſimiles, præſertim in [q] priuilegiis. Adſcripſi, ſine cauſa: ſi enim hæres iuſtam dilationis cauſam allegare poſsit, excuſatur à pœna dupli, vt ad tex. annota-
51 uimus. Annexum eſt differt, quoniam † legatum ſtatim à die aditæ hæreditatis [r] debetur. Dies ergo ipſa loco eccleſiæ interpellat: quare ſi hæres vſque ad iuſſum magiſtratus ſolutionem protrahat pœnam [ſ] meretur. Denique dixi ſolutionem: legatarius enim hæredem cogere poteſt, vel ad
52 iurandum, vel ad ſoluẽdum. Vides † iſtius actionis cauſam eſſe, delictum mendacij, ſeu dolum in differẽdo ſolutionem. Forma
53 † libelli perfacilis eſt, vt narretur, quomodo eccleſiæ ſit legatũ factum, vel pio loco, & hæres admonitus ſoluere ſine cauſa diſtulerit, ita quod neceſſarium ſit eum vocare ad iudicium, vel legatum negauerit, vnde petatur duplum eius leg.

m Dd. in l. nulli. C. de epiſcop. & cle. Bar. in l. hæreditas. §. de hæred. inſtit.

n Ioan. de Imo. in l. cũ her. §. culpa. de leg. j.

o Vt hic cõmuniter per Dd.

p Iuxta Bal. in l. vlti. §. cum autem C. ad S.C. Trebel.

q Atque ita communiori calculo probari Zaſius hic author eſt.

r Bar. in l. vnica C. de cad. toll. cũ vulg.

ſ l. magnã. C. de contr. & cõſtipul.

§. Quædam.

1 Tres actiones in hoc. §. contentæ quare dicantur mixtæ ſcilicet famil. erciſcun. fin. regund. comm. diuid.

2 Quomodo actiones hic recenſitæ differant à perſonalibus in rem ſcriptis.

3 Familia pro hæreditate accipitur.

4 Erciſcere ſignificat diuidere.

5 Diuidundo pro diuidendo.

6 Commune qualiter in textu accipiatur.

7 Commune ex euentu, vel ex propoſito.

8 Regere pro diſcernere vel conſtituere.

9 Verbum, adiudicare.

10 Actiones perſonales quæ dicantur?

11 Quæ ſint reales actiones.

12 Quæ ſint mixtæ.

13 Quæ dicantur perſonales in rem ſcriptæ?

14 Vera differentia inter actiones mixtas, & in rem ſcriptas.

15 Actio familiæ erciſcundæ definitur.

16 Actio famil. erciſcun. quomodo ſit perſonalis mixtam cauſam habens.

17 Actio famil. erciſcund. eſt ciuilis.

18 Aduerſus quem detur.

19 Num huic famil. erciſ. actioni præſcribatur triginta annis.

20 Hæc actio non niſi inter cohæredes locum habet.

21 Differunt actio famil. hercifc. & commu. diuid.

22 Quomodo res diuidãtur per actionem famil. erciſc.

23 Quid veniat in hac actione.

24 Actio famil. erciſ. & directa & vtilis eſt.

25 Cauſa eius actionis.

26 Quando naſcatur.

27 Libellus in actione famil. erciſ.

28 Actio communi diuidundo definitur.

29 Quare ſit mixta.

30 Actio commu. diuid. eſt quaſi quædam rei vendicatio, &c.

31 Nemo inuitus in communione manere cogitur.

32 In hac actione non refert, ex qua cauſa res communis ſit.

33 Actio communi diuid. pro rebus indiuiſis competit.

34 In hac actione ſufficit poſſeſsio rei communis.

35 Quid veniat in hanc actionem.

36 Differunt actio commu. diuidun. & famil. erciſc.

37 Actio commu. diuid. differt ab actione pro ſocio.

38 Actio commu. diuid. eſt tam directa quàm vtilis.

39 Formula actionis commu. diuid.

40 Actio finium regund. diffinitur.

41 Quod hæc actio ſit mixta.

42 Quibus competat.

43 Prædia confinis & vicina differunt.

44 Fin. regun. actio datur ad nouorum terminorum

norum conſtitutionem.

45 *Item ad antiquorum reſtaurationem.*

46 *Iuriſdictionum limites.*

47 *Actio fin. regund. datum etiam ad præſtandum intereſſe.*

48 *Quid de fructibus, an & hi veniant in hac actione.*

49 *Libellus in actione finium regundorum.*

50 *Pro finibus quatuor competere remedia.*

51 *Condictio. l. ſi conſtiterit. C. fin. regund.*

52 *Actio legis Agrariæ.*

Quædam actiones miſtam cauſam obtinere videntur, tam in rem quam in perſonam: qualis eſt [a] *familiæ erciſcundæ actio quæ cōpetit* [b] *cohæredibus de diuidenda hæreditate. Item communi* [c] *diuidundo quæ inter eos redditur, inter quos aliquid* [d] *commune eſt, vt id diuidatur. Item* [e] *finium regundorum actio, quæ inter eos agitur, qui confines agros habent. In quibus tribus iudiciis* [f] *permittitur iudici rē alicui ex litigatoribus ex bono & æquo* [g] *adiudicare, & ſi vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare.*

SVbnectit D. Iuſtinianus tres alias actiones quæ pariter mixtæ ſunt aliter tamen, quam præcedentes. Hæ enim mixtæ dicuntur, quod ſimul rem & pœnam complectantur illæ vero, quod vterque litigantium actoris atque rei conuēti vice in eis fungatur: quarū

1 † tres hoc loci reſenſentur, videlicet actio familiæ erciſcundę, communi diuidundo, finiúmque regundorum. Quanquam hæ tres actiones etiam alio reſpectu mixtæ dicuntur. quod ſcilicet in rem ſimul & perſonā ſint, quod & ad reales, & ad perſonales [a] præſtationes dentur. in his enim, ſi eius rei, ob quam controuertitur, reſpiciamus partem noſtram, in rem actio eſt: ſi verò ſpectemus partem aduerſarij, ea qua nobis aliquid adiudicari poteſt, vt in pecuniam ei dādam inuicem condemnemur, in perſonam dicimur experiri, atque ita [b] Accurſ. hic non ineleganter declarat. Quod antè dictum eſt, has actiones tam in rē, quā in perſonam eſſe, hoc verum eſt, conſideratio fine & effectu earum, de ſui enim origine ſiue cauſa, ſunt merè perſonales: quia oriuntur ex quaſi [c] contractu. Differunt

2 † itaque illæ tres actiones mixtæ ob actionibus perſonalibus in rem ſcriptis, quòd illę ſunt perſonales origine, & tamen ex propria ipſarum natura, actionum realiū effectum habent. Actiones verò perſonales in rem ſcriptæ ſunt continuò perſonales tam origine, quam fine, ſeu effectu, & tamē ea quadam æquitate, non tamen ea propria ipſarū natura conceduntur aduerſus quoſcunque rei litigioſæ poſſeſſores: veluti eſt actio ad exibendum, præſcriptis verbis in pleriſque caſibus, item Interdicta perſonalia: de quo Iaſ. hic ſatis luculēter annotauit.

3 *a Famil. erciſc.* Id eſt † hæreditatis diuidendę: nam familia inter reliquas ſignificationes denotat etiam eas res, quę ad ſubſtantiam patrimonij noſtri [d] pertinent.

4 Erciſcere † vero ab Iuriſ apud veteres Iuriſconſultos pro diuidere vſurpatum eſt.

b Cohæredi. Qui ſcilicet hæreditatem indiuiſom poſſident, & in cōmuni. Nam ſi alter ex hæredibus poſſideret. negaretur tamen eſſe hæres, ea ſpecie iudex diuiſionis cognoſcit ſuper iſta præiudiciali exceptione, an ſit hęres, [e] necne. Fallit in arrogato, cui hoc iudicium competit, licet non ſit [f] hæres.

5 *c Diuidundo.* Priſcus † eſt loquendi modus, diuidundo, pro diuidendo. Commune

6 † autem hic non accipitur, ſicut ſub tit. de [g] rerum diuiſ. vbi quędam naturali iure communia ſunt omnium: nam talis communio publica & naturalis non admittit iudicium diuiſionis, quia in ſimplicitate naturali manet: ſed de eo hic agitur, quod priuatim commune eſt. vmbram quādam referens naturalis illius communionis ex quacunque legit. cauſa inter paucos diuidundo.

7 *d Commune eſt.* Vel † ex euentu, vt quia duobus aut pluribus res eadem legata, donataue eſt, aut alias in eos tranſlata: vel ex propoſito, vt quum inter partes conuenerit, quod ſint ſocij omnium bonorum, vel [h] certæ negationis.

e Fin. regund. Imitatione vetuſtatis dicitur

8 regundorū pro regēdorū. Regere † autem accipitur in hoc propoſito pro diſcernere vel cōſtituere, quoniā hęc actio propter fines, quorum contentio incideret, diſcernendos, introducta fuit. Ideóque non inſcitè dicitur [i] finalis quæſtio, & item limitis [k] actio.

f Permittitur. Lege ipſa ſic cenſente.

9 *g Adiudicare.* Eſt verbū † peculiare, & ad hoc natū, vt in his trib. [l] iudiciis vſurpetur.

Antequā ad prædictarum trium actionū enarrationem accingamur, operæpretium fuerit diſcrimē inter actiones perſonales, reales, mixtas, & in rem ſcriptas, ſuccinctè

10 & ex veritate tradere. Igitur † actiones perſonales ſunt, quæ proueniunt ex contractu, vel quaſi ex contractu, maleficio, vel quaſi ex maleficio mediante obligatione, & perſonæ [m] inhærent inſeparabiliter. Reales ſunt, quæ non habent aliquam perſonam

11 obligatam, ſed competunt ratione iuris, quod quis habet in re, puta ratione directa dominij, vel vtilis, vel præter ius ſeruitutis, pignoris aut hypothecæ, quod quis habet in re: & ſemper aduerſus rei poſſeſſores

12 dantur. Mixtæ † ſunt quæ nec merè perſonales, nec merè reales ſunt, ſed mixtā cauſam habent, quia ad vtrunque agimus, ad rem & ad perſonam, vt ſunt actiones in tex. noſtro comprehenſæ. Verbi gratia ſi ego hæres ego familiæ erciſcundæ iudicio aduerſus cohæredem meum, vt tota hæreditas diuidatur: ſanè ex eo quod partem meam peto, & ſic ad rem ago, quæ mea eſt dicitur actio realis: ex eo verò quod includitur in petitione portio cohæredis, ex quo

a In de Fa. his.

b Hic in verb. famil.

c §. item inter aliquos. Z. de oblig. quę ex quaſi contract.

d l. vlt. C. de verb. ſig. l. pronunciatio. §. familiæ ff. eod.

e Sicut in §. præiudiciales ſupra eod. annotauimus.

f ſuper famil. §. quæſita ff. eod.

g In l. ij. de rer. diui. & §. & quidē ſupra eod.

h De quo in l. ij. ff. commu. diui. & §. item ſi inter aliquos. ſuprà de obli. quę ex quaſi contr. naſ.

i In l. ſi conſtiterit. C. fi. regund.

In c. inter memoratos 17. q. 3.

l Ita gl. dicit in l. ſed & ſi rei. ff. de Public.

m Dixi in §. omnium. ſupra eod.

ad totam hæreditatem diuidendam ago, vtique ad id, quod nõ eſt meum, experior, ſed ex eo quod aliquando fit mihi adiudicatio in partem ſocij, dicor agere ad rem, quæ licet non ſit mea, poteſt tamen mihi
13 deberi. Perſonales † in rem ſcriptæ ſunt, quæ ab origine ſunt perſonales, quia naſcuntur ex contractu, vel quaſi ex contractu, maleficio vel quaſi ex maleficio, ſicut cęteræ perſonales, tameǹ quia ſemper ſequuntur poſſeſſorem rei, ad inſtar actionũ realium, illa ratione dicuntur in rem ſcriptæ. Exemplum in actione ad [n] exhibendũ: ea non eſt ex maleficio, nec quaſi, item nec ex contractu, ergo ex quaſi [o] contractu, ac per conſequens perſonalis, quia perſonam obligatam habet ex quaſi [p] contractu: tamẽ quia datur aduerſus eum, qui detinet rem ſempérque comitatur poſſeſſorem rei, dici-
14 tur in [q] rem ſcripta. Sed [+] quæ ſit differentia inter eas actiones, quæ habent cauſam mixtam, & quæ ſunt in rẽ ſcriptæ. Doctores difficultei excutiu t, & pauci ferè ſibiipſis conſtant. Ego ea in re ita ſoleo dicere. Actiones cauſam mixtam habentes principaliter & ex ſui natura participãt cum realibus: nam non poſſum portionem exigere à cohærede, niſi petã rem, in qua ius habeã. ecce vim realium. Sed quia principaliter quaſi ex contractu oritur, & principaliter veniunt perſonales præſtationes, id eſt, dationes, quibus peto mihi aliquid dari, ecce iam mixtũ quiddã. Actiones autẽ quæ ſunt in rẽ ſcriptæ, etiam principaliter & ex ſui natura ſunt perſonales, quia ex maleficio, vel quaſi ex maleficio deſcendunt. Quod autem peto rem, non principaliter peto tã quã meam, ſed ex occaſione, ideo quia iſta res mihi nocuit, quia metum feciſti in iſta re, quia clam aut vi ædificaſti in iſta re mea hoc ſi non feciſſes, iam nihil realiter tecum agerẽ. Et hæc eſt ratio, quia mixtæ conceduntur tantum aduerſus cohæredem ſociũ eúmve qui cõtrauertit de finibus: ibi enim nullus alius poſſeſſor conueniri poteſt, & ſi tertius aliquis poſsideret hæreditatem meam, iam non daretur actio familiæ erciſcundæ, ſed rei vendicatio, aut petitio hæreditatis. Cum ergo comittentur quemcunque poſſeſſurem ideo ſi in milleſimã manum veniret ſeruus, qui mihi nocuit poſſem eum petere. Emergit autem hæc actio contra principalem ex maleficio, cõtra alios poſſeſſores ex qua ſi maleficio.
15 Nunc ad actiones textus noſtri. Actio † familiæ erciſcundæ eſt perſonalis, mixtam cauſam habens, & aduerſus hæredem cõpetit, qui ſine iuſta cauſa cohæredi negat diuiſionem rerum hæreditariarũ de ſui natura diuiſibilium, quas pro indiuiſo poſsident, vt diuidat, præſtétque [r] intereſſe. Explicemus hęc verba populariter. Eſt perſo-
16 nalis † origine, quia quaſi ex cõtractu [s] naſcatur, habet tamen mixtam cauſam, quia principaliter, & ex ſui natura participat cum reali actione: nam non poſſum petere portionem à cohærede, niſi petam rem, in qua ius habeam. ecce vim realem. ſed quia principaliter veniunt perſonales præſtationes, id eſt, dationes, quib. peto mihi aliquid dari. ecce iam mixtum [t] quiddam. Eſt
17 † autem ciuilis hæc actio, quia ex lege xij.
18 tabul. profecta. Dixi † quod aduerſus hæredem competat: quia hæc actio non habet locum, niſi inter cohæredes. Interdum tamen datur aduerſus eum, qui non eſt hæres vt ſi pater habet duos filios, vnum inſtituat hæredem in modica quantitate, & alteri faciat inofficioſam donationem vltra dodrantem: hac ſpecie & is qui hæres inſtitutus eſt, aduerſus fratrem ſuum donatarium hoc iudicio experiri poteſt, ad diuiſionem [u] & ſupplementum legitimæ. Deinde conceditur & aduerſus eum, cui cohæres vendidit ſuam [x] partem, licet non detur aduerſus titulo poſsidentem, ad ſimilitudinem petitionis hæreditatis. Addidi, ſine cauſa: quia ſi hæres iuſtè recuſaret diuiſionem vt
19 quia † lapſi eſſent triginta anni, ſicq; præſcriptum eſſet huic [y] actioni tum nõ competeret: vel certè competeret, ſed opponi poſſet præſcriptio, id eſt, exceptio triginta annorum. atque ita ex Martini ſententia ego ſentio, vtcunque Accurſius, Azo, & communis interpretum [z] ſchola repugnẽt. quia enim diuiſionis negocium ex pura facultate competit, ei non [a] præſcribitur: & legibus expreſſum eſt, neminem in communione [b] inuitum detineri debere. Denique cum pactum inter cohæredes non poſſit efficere, vt nunquam diuidatur res communes, l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. ff. commu. diui. ergo nec tempus efficiet. l. nam ſatis eſt. quemad. ſer. am itt. ſubiunxi,
20 cohęredi quia † non datur hæc actio, niſi inter cohæredes: vel eos, inter quos dolo factum eſt, quo minus ſint cohæredes, vt iam dictum eſt de inofficioſa donatione. Ante omnia ergo iudex inquirere debet, an ſint cohęredes, [c] alioqui ceſſat hæc actio
21 Adpoſui, diuiſionem rerum, &c. † ad differentiam actionis communi diuidũdo, quæ competit pro diuidendis etiam aliis rebus communib. particularibus, ſiue ſingularibus vt fundo, equo &c. illa vero datur pro re vniuerſali diuidenda, ſcilicet hæreditate. item hæc ſæpius conceditur, illã tantùm ſemel niſi cauſa cognita, & ſi quid indiuiſum manſerit, agitur [d] communi diuidundo. Annexum eſt de ſui natura diuiſibilium quia res debent eſſe corporales, quæ commodam recipiant diuiſionem, vt fundus, domus numerata pecunia, ſupellex, & id
22 genus alia. Nam † ſi eſt res corporalis, quæ diuidi nequit, puta certa aliqua ſpecies, vt equus, bos, adiudicatur tota res huic, qui grauatur in danda pecunia alteri, vt fiat æqualitas: atque hoc text. noſter in fine [e] innuit. Et idem dicendum de nominibus debitorum, quę pariter nõ veniunt in hanc actionẽ quia lex xij tabularũ alioqui facit diuiſionẽ, quod ſcilicet quilibet hęredum pro ſua portione habet actiones hæreditarias actiuè & [f] paſsiuè. Idẽ quoq; iuris eſt in aliis rebus incorporalibus, vt ſeruitutibus: hæ enim omnes ſui natura ſunt [g] indiuiduæ

excepto

n Vt ſolũ eo. § præcedẽ.
o Vt ſuprà de oblig. quæ ex quaſi cõtr. naſ. in princ. p § omnia ſuprà eod.
q l. iij. §. eſt autẽ perſonal. & ibi gl. & § vlt. ad exhib.
r Ita colligitur ex l. j. ff. fam. erciſ.
s § item ſi inter aliquos. ſuprà de obliga. quæ quaſi ex cõtr. naſ.
t Ita loquitur l. vlt. Labeo. §. fam. l. aruer ff. fam. erciſ.
u l. iij. C. de inoff. dona.
x l. hæredes § ſi teſtator. ff. fam. erciſ.
y Gl. hic ſe ver. familiæ
z In l. j. § a hæc C. de ann. exc.
a Per ea quæ traditur in l. ſicut C. de præſcr. xxx. anno.
b l. vl. C. c. di. d. l. ſi ſocietas. §. ſi cũ. de co. inde. ad Bar. in l. j. ad hæc C. ann. exc.
c l. j. in ſi. fam. erciſ.
d l. ſi ſi §. vlt. ff. eo.
e Et fac. q ſam ... ſta de offi.
f l. ea quæ C. fam. erc.
g l. ſtipul. onem vt uideantur verb. obl.

exceptovſufructū, qui diuiſionē patitur, &
in hoc[h] iudiciū venit. Subieci, pro indiuiſo
poſsidēt, nā ſi à teſtatore vel ipſis coheredi-
bus eſſet facta diuiſio, illi ſtādum eſſet, nec
requireretur diuiſionis[i] iudicium. Demū
23 dixi, præſtétque intereſſe: quia † in hac a-
ctione veniunt etiam [k]fructus & ſumptus
bona fide [l]facti, & dāna data à nouo[m] hæ-
24 rede. Eſt † autē hæc actio interdū directa
interdū vtilis directa hæredibus cōceditur
iure ciuili, vtilis verò bonorū poſſeſſorib[n]
iure prætorio, & fideicōmiſſariis hæredi-
bus, quibus hæreditas ex Senatuſconſulto
25 Trebelliano [n] reſtituitur. Cauſa † illius a-
ctionis eſt, quaſi cōtractus: hęredes enim
inter ſe quaſi cōtraxiſſe [o] videtur. Naſcitur
26 † autem poſt aditam hæreditatē, quo tēpo-
re incipit eſſe communio, à qua per hanc
[p] actionē diſceditur. Cæterum hūc in mo-
27 dum inſtituenda eſt: In † teſtamento. Titij
ego & Gaius æqualiter hæredes ſumus in-
ſtituti: iſtam hæreditatem iampridem pro
indiuiſo poſsidemus, non tamen citra di-
ſcordiam, quā frequēter cōmunio excita-
re ſolet) in qua ſunt multæ res corporales
mobiles & immobiles, vnde ad eius diui-
ſionem dudum prouocare ſum coactus, tū
quod naturale vitium eſſe videbam, negli-
gi quod [q] commune eſt, tū quod ſuam quiſ-
que portionem corrumpi patitur, dum in-
uidet alienæ. Gaius autem hactenus teme-
rè recuſauit: quare peto, vt prædictam hæ-
reditatem æquis portionibus diuidatis, &
ſpeciatim ſuam cuique partem adiudicetis
pro diuiſo: quod ſi in alterutrius perſona
pregrauare videatur adiudicatio, vt hunc
inuicem alteri certa pecunia condemne-
tis, & nomine adiudicatorum alterum al-
teri de euictione ſufficienter cauere cōpel-
latis, &c. Sic fere deſcribit Iuſtinian[r] infra
[r] iudicis officiū, aut veri[s] exitūhui[s] actionis.
28 Actio † communi diuidundo eſt mixta.
& inter eos, qui res particulares de ſui na-
tura diuiſibiles ex aliqua cauſa habent cō-
munes, & pro indiuiſo poſſident, datur ad
29 diuiſionem, perſonaléſque præſtationes.
Quod ſi mixta, in perſonam ſcilicet & rē,
ex eo conſtat, quoniam partim naſcitur ex
quaſi [t] contractu, partim ex impenſis fa-
ctis in rem [t] communem. Dixi res parti-
culares, vt actionem familiæ erciſcundæ
excluderem, in qua petimus rerum vniuer
ſalium diuiſionem, vt ſupra dictum eſt.

Adieci corporales, quia iura incor-
poralia & ſeruitutes in hoc iudicio nō[u] ve-
niunt, & in hoc conuenit cum familiæ er-
ciſcundę iudicio. Subdidi de ſui natura di-
uiſibilium: Si enim res diuidi non poteſt,
ad iudicem pertinet, vni totam rem adiu-
dicare, & alteri [x] precium ſuæ portionis.
Adpoſui, ex aliqua cauſa: quoniam ſi hæres
ſolus poſsidet rem communem, detrectāt-
que diuiſionem debet exprimere cauſam
30 cōmunionis actor: eſt enim hęc actio † qua
ſi quædam rei vendicatio cōpetit que in o-
mnibus caſibus in quibus rei vēdicatio lo-
cū habet, ſed nō econtra. Sin autē vterque
poſsidet, nō eſt neceſſaria cauſæ cōmunio-
nis expreſsio, ſed ſufficit voluntatem de-
clarare, quod nolit in communione perſe-
uerare: nemo † enim inuitus in [y] commu-
31 nione manere cogi poteſt, exceptis ple-
riſque caſibus [z] alibi [a] ab Accurſio relatis.
32 Subiunxi, cōmunes, ſimpliciter: quia † ni-
hil refert ex qua cauſa res communis ſit,
an cum ſocietate: vel ſine ea, vtroque enim
caſu huic actioni locus eſt. Cum ſocietate,
veluti ſi tractatu habito lucri & dāni coi-
tur ſocietas, per quam omnia ſint in ali-
qua negotiatione communia vel etiam in
omnibus bonis: nam ex tali conſenſu na-
ſcitur non ſolum actio pro [a] ſocio, verum-
etiam communi diuidundo iudicium, nō
quidem ex conuentione ſocietatis, ſed ex
ipſa communione quæ paratur per ſocie-
tatem. Sine ſocietate autem, vt ſi incidi-
mus in communionem non ex propoſito
ſocietatis, ſed potius re ipſa, atque adeo e-
uentu: veluti euenit in re duobus legata,
vel [b] donata. Item ſi duo vnam rem ſimul
emant, vel ſi hereditas nobis communiter
obueniat, aut communiter conducamus
publica ſine animo [c] ſocietatis, Item ſi
voluntate dominorum, aut etiam caſu con
fundantur vel conſtentur [d] materiæ. Ad-
33 ſcripſi † pro indiuiſo quia ſi extra iudicium
res diuiſæ eſſent, non daretur hæc actio. In
certis autem caſibus præſumitur facta di-
uiſio: vt ſi duo fratres tenuerunt bona tan-
quā diuiſa, pro quibus quilibet per ſe ſol-
uat collectas & [e] onera. Adidi, poſsident:
34 nam vt hæc actio competat ſufficit † poſ-
ſeſsio rei communis, mediante tamē & ac-
cedente aliquo iure reali. Hinc eſt, quod ſi
duo fuerint in poſſeſſione rei ex cauſa pi-
gnoris conuentionalis, ſiue prætorij, poſ-
ſunt inter ſe diuidere res communes, op-
pignoratas, ſaluo [f] tamen iure debitorum.
duo autem bonæ fidei poſſeſſores, qui non
habent ius aliquod in re, non diuidunt,
Platea hic ad ſtipulante. Poſtremò ſubne-
xum eſt, ad diuiſionem, perſonaléſque præ
35 ſtationes, quia † hac actione principaliter
agitur ad diuiſionē earum rerum, [g] quæ cō
munes ſunt deinde veniunt & præſtatio-
nes perſonales, vt ſi quid damni datum, fa
ctùmve eſt, vel ſi quid abeſt alicui ſo-
ciorum, [h] aut aliquid ad eum peruenit ex
re communi. denique ſi ſumptus [h] fe-
cerit. Item negans diuiſionem, tenetur
hoc iudicio, ſi res communis eius culpa,
dolòve facta eſt [i] deterior. Et in hoc cō-
uenit cum familiæ erciſcundæ actione.
Conuenit quoque cum ea, quod ad præ-
ſcriptionem attinet, quanquam in eo va-
36 riatum eſt ab interpretib. Sunt † tamen
& differentiæ quædam inter vtranque a-
ctionem. Primò, quòd familiæ erciſ. actio
debetur tantùm hæredibus. communi au-
tem diuidundo actio conſortib. alicuius
rei ex quacūque cauſa ſit cōmunio. Deinde
illa datur ꝓ reb[us] vniuerſali. hæc ꝓ particu
lari. Tertiò illa tātū ſemel intēdi poteſt re-
gulariter, hæc autē ſæpi[us] Quartò in illa ve-
niūt etiā res depoſitæ, cōmodatæ, & ſimiles
quātūs non ſint hæreditariæ: in hac aūt nō
veniunt

veniunt. Poſtremò in illa ſtatim mota lite prohibetur alienatio rerum: in hac autem non, niſi poſt litem conteſtatam. Deinde

37 † differt etiam ab actiõe pro ſocio: primò, quod hæc non conceditur niſi præceſſerit, tacita vel expreſſa conuentio ſocietatis: actio autem communi diuidundo datur, etiam ſi ex incidenti fiat res communis, vt ſuprà dixi. Deinde hæc non ſemper ad diuidendum, ſed quandoque ad communicandum, illa verò ſimpliciter ad diuidendum competit. Item hæc merè eſt perſonalis & ſimplex, illa de duplicibus iudiciis vna, in quibus vterque litigãs actor & reus eſt, licet is pro actore habeatur, qui primò prouocauerit. Denique mixta eſt, in rem & in perſonam, conueniunt tamen, quod ad Perſonales præſtationes attinet. Eſt autem

38 duplex hæc † actio, directa & vtilis. Directa illis datur, qui habẽt alicuius rei corporalis communis dominium directum. Vtilis verò illis qui vtile vel quaſi domi-

39 nium habent libellus † ad formam in actione familiæ erciſ. præſcriptam fingendus eſt, dicendo, me habere cum Titio cõmunem fundum, quem iandudum communiter poſsideamus; verum cum nunc à communione diſcedere ſit mihi in animo, petam, ipſum fundum inuicem diſtribui; vel ſi ex illa re Titius percepit fructus, vel ego impenſas feci, petam reſtitutionem fructuum, & ſolutionem impenſarum. Actio

40 † finium regundorum eſt mixta, illis competens, qui habent prædia ruſtica confinia aduerſus vicinum poſſeſſorem, ad conſtitutionem nouorum terminorum, vel reparationem antiquorum, & ad præſtãdũ in-

41 tereſſe. Mixta † eſt, in perſonam ſcilicet & rem in perſonam ideo, quia ex quaſi delicto ac temeritate vicinorum naſcitur, qui fines vltra citroque latius, quàm par ſit, producere conantur. In rem verò ideo, quia domino ſuum reſtituit, & fundum ſequitur, idenque fundo magis, quàm perſone adiudicari fines vel partes intelliguntur, Paulo authore. Adiici, illis competens

42 qui † habent prædia: quia hæc actio primũ dominis prædiorum directis & vtilibus datur, deinde & emphyteutæ, vſufructuario, creditoribus pignorum, & id genus ſimili-

43 bus perſonis. Dixi, prædia † ruſtica ad differentiam prædiorum vrbanorum, quæ nõ ſunt confinia, ſed vicina, & communibus parietibus plerunque diſcriminantur: nec competit hæc actio niſi ædificium eſſet loco termini, quia tunc idem iudicatur de ædificio, quod de termino. & locus eſt fi-

44 nium regundorum actioni. Addidi, ad cõſtit. nouor. termin. nam ſi prædia terminis diſtincta non fuerint, accedet iudex perſonaliter, vt res demonſtretur, & tunc ſumptibus partium per agrimenſorem (iureiurando ei prius delato, quod in metiendo pro conſcientia ſua veritatem ſit renunciaturus, niſi tamen ex litigantium conſenſu aut publica authoritate ſit ad hoc officium deſtinatus, tũ enim omnino credendum ſine ſpeciali iuramento) diuidet, terminòſque ſecundum illius declarationẽ ponet. Et ſuper his admittitur probatio per libros antiquos, teſtes ſeniores, & famam. Vbi autem eſſet obſcuritas, & commodè terminari non poſſet ſecundum antiquos terminos, iudici permittitur ex prædio alterius alteri adiudicare, eum damnando in pecunia danda illi, cui pars prædij ablata eſt: atque ita §. noſter etiam ſentit. In his tamen iudiciis finalibus per inſpectionem oculorum terminandis, non deſideratur ſolẽnitas iudiciarij ordinis, ſed procedi poteſt ſine libello, liti ſque conteſtatione, altera parte ceſſante, vel abſentante. Subiunxi, ad reparationem antiquo-

45 rum quia † ſi termini euulſi fuerunt vel ab homine, vel fluminis inundatione, agi poteſt ad reparationem, ſiue reſtitutionem. Et competit hæc actio non tantum pro rebus corporalibus, ſed etiam incorporalibus, cuiuſmodi ſunt iuriſdictiones: poſſunt enim hoc iudicio experiri, vt ponantur limites, & ſeparentur territoria, etiam inutilis illis, qui prædia poſſident. Regulariter tamen iuriſdictionum limites ſolent eſſe flumina, montes, paludes, vel etiam certæ arbores ibi natæ, quæ communes vt plurimũ ſunt. adpoſui. ad præſtandum intereſſe: nam

47 † hoc in iudicio habetur quoq; ratio illius, quod intereſt. Quid enim, ſi quis aliquam vtilitatem ex eo loco perceperit, quem ſi-

48 cini eſſe appareat, an inique condemnatio nomine ſiet. Fructus † quoque naturales veniũt quandocunque percepti, vt nuces, caſtaneæ, pyra, poma, vuæ. Induſtriales verò, vt frumentum, poſt litem conteſtatam duntaxat percepti veniunt: nam ante iudicium aut bona fide percepit poſſeſſor, & lucrari eum oportet: aut malã fide, & condi-

49 ci poſſunt. Libellandi modus: Ego † & Titius habemus agros confines, &c. Verùm cum termini lipideíque finales, quibus agri vtriuſque diſtinguebantur, moti ſint, & Titius in arando atque fodiendo vltrò citróque plus æquo excurrat, de meo præripiat, & negotium faciat, peto vt veteres fines diligenti inueſtigatione quæſitos, veſtra authoritate renouetis, vel ſi inuenti nõ fuerint nihilominus tamen præfatos agros commodis & euidentibus terminis regatis, dirimatis, & ſeparetis, adiudicando & condemnãdo ſecundum iuris & veſtræ iuriſdictionis præſcriptum ac prærogatiuam denique præſtita de euictione cautione, alterutrum ad obſeruantiam compellatis,

50 &c. Cæterum pro † colophone huius actionis non eſt ignorandum, pro finibus quatuor competere remedia. Primum, actionem finium regũdorum, de qua hactenus dictum, quæ datur habentibus agros confines, vt termini euulſi vel à flumine, vel ab homine, relocentur, vel conuenientius reponãtur, ne amplius à te turbet, &c. Secundò condictionem ex lege Conſta-

51 tini, quia † ſi poſt litem conteſtatam occupauerit aliquid de alieno obligatur hoc reſtituere, & tantundem de ſuo. Tertio, † a-

52 ctionem legis Agrariæ pœnalem quinquaginta

p. §. vt ſit pro ſoc.

l. lij. §. eo.

m l. duo ſocietatem pro ſoc.

n l. lij. §. fin. hoc titu.

o Vide loca. de plaſta hac.

p d. l. per hoc §. hoc tit.

q Ita Aro in ſum C. communi diuid.

r l. j. ff. finium regũ. quia is Raſredus cum quaſi ex cõtractu naſcitur.

s l. in ſ. ſed & loci. §. ſi a'ter hoc tit.

t l. iij. §. 6 nium. dicto ca. fin. regũ.

u d. l. iij. §. ho. iudi. cium.

x l. j. hoc tit.

y l. cum partitiones. § omnes de tem. de ſi de. inſtrum.

z Bar in l. Th. opom. pu. ff. de do re præleg.

a l. fin. pitione. eam ſinil. hoc tit.

b vt notis c. cum cauſam de pro.

c Hic in §. ho.

d l. iij. hoc tit.

e C. Super eo de paro. chiis.

f Paulus l. ſed & loci §. j. hoc tit.

g l. iij. §. in locum. ff. §. ſi hoc n.

h in l. ſi quis finium. C. de regun.

ginta aureorum, in eum qui terminum eiecerit, locóve mouerit, ex lege Agraria, quã Gaius Cæſar [l] tulit: licet olim Numa pœnã capitalẽ conſtituerit in eũ, qui lapides finibus mouiſſet: impunè enim occidi poterat: quare ſacros, id eſt, inuiolabiles eſſe voluit Vnde Iuuenalis vult. Satyr.

l ff. de ter. mod.

Aut ſacrum effodit medio de limite ſaxum. Alibi [k] vocantur illi termini lapides finales. Quartò accuſationem criminalem ex conſtitutione Adriani Imp. qua pro conditione perſonæ, & mente facientis permittitur coërcio. & hactenus quidem de iſtis tribus iudiciis mixtis, Doctores poſt Accurſium hoc loci pertractãt etiam hæreditatis petitionem, nos autem eũ actionẽ infra [m] ſuo loco cõmodius enarrabimus.

k In §. vlt. infra de offi. iud.

l l j. & l. ij. ff. de termi. mo.

m In §. actionum. infra hoc noſtra...

§ Omnes.

1 Quarta actionũ diuiſio eſt, quod aliquæ ſunt in ſimplum duplum, triplum, quadruplum.
2 Quando in ſimplum duplum &c. agere dicamur,
3 Quare vltra quadruplum non extendatur actio.
4 actionem eſſe rei perſecutoriam, & in ſimplum dari ſunt paria.

Omnes autem actiones vel [a] in ſimplum conceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum vel in quadruplum. [b] vlterius autẽ nulla actio extenditur. In ſimplum agitur veluti ex ſtipulatione, & mutui datione, exempto, vẽduo, locato, conducto, mandato, & denique [c] ex aliis quamplurimis cauſis.

1 Subiicitur quarta † actionum diuiſio, quam occaſione ſupraſcriptæ diuiſionis annecti Imperator. Nam quod ibidem de pœna dictum eſt, latius hac diuiſione explicandum erat. Cum enim ex variis cauſarum & maleficiorum figuris varia quantitas pœnarum ſtatui & exigi poſsit, ſtatim dubitauerit ſtudioſus, quæ nam ſint iſtæ pœnæ. Meritò igitur per propriam diuiſionem explanare voluit huiuſcemodi differentiam. Eſt autem hæc diuiſio quadrifariam collecta, ſcilicet, quia actiones, vel in ſimplum competunt, vel in duplum, vel in triplũ, vel in quadruplum: vlterius autem nulla actio producitur. In ſimplum † agi-
2 mus, cum rem noſtram, vel nobis debitam vel denique pœnam aliquam ſine vlla re abſolutè perſequimur. In duplum verò, triplum, aut quadruplum tunc experimur, cum præter rem debitam exigimus aliquid vltra, quod ad æſtimationem eius rei duplo, triplo, aut quadruplo excedat. Quarum actionum exempla ſubiiciuntur in tex. Interim frigida quæſtio eſt, quare
3 † vltra quadruplum non extẽdatur actio pœnalis. Nam cum [a] vtique modus aliquis erat ſtatuendus in pœnis, viſus eſt hic ſufficere: alioqui omnium pœnarum rationes

a Oldend. In 9. actio. diuiſione.

etiam quæ in corpus exercẽtur, eadem curioſitate fruſtra torqueri poſſunt in diſputationẽ, niſi authoritatẽ ſufficere [b] dicamus.

b l. non omniũ ff. de legib.

a In ſimplum. Id eſt, ſunt rei perſecutoriæ: nam † actionem rei perſecutoriam eſ-
4 ſe, aut in ſimplum dari, ferè paria ſunt: ac per conſequens hæc verba multiplicatiua, ſimplum, duplum, triplum, quadruplum, diuerſo modo ſignificant. Duplum enim, triplum, & quadruplum, pœnalia ſunt: ſimplum verò rei perſecutionẽ continet. Hinc ait Zaſius mirũ eſſe, quod Imperator ſimplum non pœnale, adiunxerit pœnalibus. Verùm plerunque ad pœnam aliquam ſine vlla re abſolutè agimus, & tum etiam ſimplum perſequi dicimur, quod tamen mera pœna eſt atque ita defendi Imperator poteſt.

b Vlterius. Hinc tale dogma colligitur Tametſi pœna legalis aſcẽdere poſsit à duplo ad quadruplum tamen ſupra quadruplum produci nequit. Rationẽ fruſtra inquirimus, vt ſuprà dictum eſt. Scias tamen prædictam doctrinam variis modis non procedere, quod quia Accurſius & Doctores abundè pertractant, prætereundum eſſe duxi.

c Ex quamplurimis. Puta incendij, ruinæ naufragij, tumultus.

Seruus alie. Siue bonus, ſiue malus.

§ In duplum.

1 Corrumpere quomodo hic accipiatur.
2 Actio ſerui corrupti diffinitur.
3 Hæc actio directa eſt & vtilis.
4 Exemplum. vbi hac actione ſaltẽ ad intereſſe agitur.
5 Adoleſcenti corrupto & ſeducto competit hæc actio.
6 Magiſtratus, & quiuis paterfam. hoc iudicium habet.
7 Si corpus ſerui corrumpitur, nõ datur actio ſerui corrupti, ſed legis Aquiliæ.
8 Dolus requiritur, vt actioni ſer. cor. locus ſit.
9 regulariter ex conſilio & perſuaſione nemo tenetur, ſecus in hac actione.
10 Quis dicatur perſuadere.
11 Conatus puniendus in his, quæ faciliter trahuntur ad pernicioſa exempla.
12 Seruus multis modis deterior fit.
13 Cauſa actionis ſerui corrupti.
14 Libelli forma in hac actione.

In duplum agimus, veluti furti nec manifeſti, damni iniuriæ, ex lege Aquilia depoſiti ex quibuſdam cauſis. Item ſerui corrupti, quæ competit in eum cuius hortatu conſiliove ſeruus alienus fugerit, aut contumax aduerſus dominum factus eſt, aut luxurioſe viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus ſit. In qua actione earũ

etiam

etiam rerum, quas fugiendo ſeruus abſtulerit, æſtimatio deducetur. Item ex legato quod venerabilib locis relictum eſt ſecundum ea quæ ſupra diximus.

QVIA vna tantum actio ſuper additur, quæ in præcedentibus non eſt enarrata, nempe actio ſerui corrupti, ideo eam ſolam hic explicandam eſſe duximus. Cor-
1 rūpere † autem hic accipitur pro vitiare. Poteſt autem tam ad animum quàm ad corpus referri: vnde dicimus, corrumpere virginem, corrumpere ſeruum, vel filium, & corruptos eſſe mores. Nunc ad rem. A-
2 ctio † ſerui corrupti eſt prætoria: & propriè aduerſus eum competit, qui ſerui alterius animum dolo malo perſuadendo corrupit, vt deterior fieret. Explicemus hæc verba, Quod ſit prætoria, [a] Vlpian. in Pandectis ſub hoc tit. teſtatur. Dixi, ſerui, ſimpliciter, qui nihil refert, ſiue bonum ſeruū fecerit malum, ſiue malum perſuadendo deteriorem reddiderit: vtroque enim caſu
3 corrupiſſe [b] dicitur, & tum † directò conceditur hæc actio. Vtilis quoque eſt. Primò ſi quis filium vel filiamfa. perſuadēdo corrupit: quoniam intereſt noſtra, animum liberorum [c] noſtrorum nō deprauari: cum autem non agitur ad duplum, quia liberi hominis nulla eſt æſtimatio, ſed ad intereſſe ex affectione patris delato iureiurando, æſtimatione iudicis accedere. Exemplum:
4 Si † quis haberet filiam liberaliter inſtitutam, quam leui dote, puta centum aureis in matrimonium elocare poſſet: verum adoleſcens quidam eius animum ita corrumpit, vt etiam cum dote trecentorum aureorum vix poſſit alicui nubere: putant interpretes, corruptorem animi virginis obligari ad præſtationem ducentorum aureorum. Deinde vtiliter competit ipſi corru-
5 pto: verbi gratia, Quidam † bonæ ſpei adoleſcens iubetur cum viatico ad archigymnaſium ſtudiorum cauſa proficiſci. illic perſuaſione quorundam leuium hominū (quorum magna eſt vbique in academiis copia) ſeductus, viaticum ſuum ludendo, potando, & ſcortādo profundit: deciderit crebriore calculo [d] Doct. ſi parens ſuus illic neque per ſe, neque per procuratorem præſens fuerit, adoleſcenti hanc actionem dari vtiliter aduerſus perſuaſores, ad duplum æſtimationis damni ſui. Et hanc opinionem ait Faber eſſe multum æquam, tametſi Platea & Iaſ. exiſtiment eam ſummo
6 iure vix ſuſtineri poſſe. Magiſtratui † quoque & patrifa. cuilibet de ſubditis & familia ſua ſaluum eſt hoc iudicium, ſaltem vtiliter. Adieci, alterius: ſi enim ſeruum ſuum proprium quis corrumperet, aduerſus ſeipſum experiri non poſſet, idque ad ſenſum
7 patet. Subdidi, animū: quia † ſi corpus ſerui corrumperetur, puta vulnerando, exercenda eſſet legis Aquiliæ actio directa, de damno dato. Si autem ſeruo ſuaſerit, vt in tectum aſcenderet, & is aſcendēdo vel deſcendēdo ceciderit, crúſque vel aliud quippiam fregerit, aut perierit, vtili legis Aquiliæ actione cōueniri poteſt. Ita quoque dicendum, ſi corpus filij filiæve familiâs vulnerando, vel interficiendo corruptum fuerit, actionem iniuriarum dari, vel publicā accuſationem ex lege Cornelia de ſicariis. conſimiliter ſi virginis corpus eſt corruptum, in foro ciuili publica accuſatio exerceri poteſt ex lege Iulia de adulteriis & ſtupro. Subiunxi, dolo malo: quoniam ſi lu-
8 ſus † cauſa quis ſeruo alterius quid ſuaſerit, iſque eo animo deterior factus ſit, ſuadens non [e] tenebitur. Vnde qui tectum, arboremve aſcendere: ex ponte ſalire, in puteum deſcendere ſuaſerit, ſi ſeruus obediat, dum dolus abſit, ceſſat actio, etiam damno ſecuto. Pari ratione, ſi alienum quis ſeruū recepit, vt cuſtodiret, vel humanitate, aut miſericordia, aliáve probabili atque iuſta cauſa ductus, non obſtringitur. Adpoſui,
10 perſuadendo: quamuis † enim regulariter quis ex conſilio & perſuaſione non [f] teneatur, hic tamen obligatur, partim quia eſt conſilium fraudulentum, partim quia huiuſmodi cōſilium, ſiue perſuaſio, per ſe de-
11 lictum eſt, perſuadent † autem qui ſeruos ſuaſiunculis pelliciunt & ſolicitant ad improbè faciēdum: parúmque refert, an quis aliàs facturus eſſet, nec ne. Tentans enim corrumpere, non minus tenebitur, quam ſi
12 perſuaſiſſet: quia † conatus puniri oportet in his, quæ faciliter trahuntur ad pernicioſa exempla. Nam à corrumpente iam, quātum ipſe potuit, perfecta [g] res eſt. idque hoc caſu ſpeciale eſt: alioqui in aliis delictis, quæ externū factum requirunt. quid obeſt ſimplex [h] conatus? Quod ſubinde adiunxi, corrupit, hoc extendendum eſt, etiam ſi recepit, id eſt, abſcondendi cauſa ſeruum ſuſcepit, ac refugium illi præſtitit, quocunque in loco, ſuo vel [i] alieno. Addidi, vt de-
13 terior fieret, id † quod multis modis fit: vt ſi quis perſuadet ſeruo, vt iniuriam faciat, furtum committat, aufugiat, peculium intricet, amator exiſtat, vel quoduis aliud [k] delictum perpetret. Et corrumpens non tantum domino ſerui fit obnoxius, ſed aliis etiam, quibus ex ſua perſuaſione damnum
14 datum eſt. Vides cauſam † cuius actionis eſſe, ipſam perſuaſionem, quæ (vt dixi) habetur in hoc propoſito pro delicto. Pœna verò in duplum eſt, quanti ſeruus ob id, quòd corruptus eſt, fit deterior. Fit quoque in hoc iudicio æſtimatio rerum, quas corruptus ſecum abſtulit: quia omne damnū ex corruptione proficiſcens [l] duplatur. Eſt item perpetua hæc actio, datúrque hæredibus, non autem contra hæredes [m] corrumpentis. Cæterum ita proponi poteſt, ſi ad
15 noſtrum forum [n] adaptetur. Cùm † ego haberem filiumfam. liberaliter & bonis moribus educatum, huicque certam pecuniæ ſummam ſtudiorum cauſa concredidiſſem, Valerius perſuaſit illi, vt talem pecuniam dilapidaret ſcortationibus, & alea conſumeret. Et filius quidem meus ſic ſolicitatus ab eo, prodegit cum tali ſcorto quinquaginta aureos, (vel ſi ad alia vitia

corruptus

a In l. j. de ser. corru.

b d. l. j. §. ſed verum.

c l. vt tantum. hoc tit.

d Nicol. de Neapo. Ang. Fab. hic.

e l. dolo malo. de ſer. corrup.

f §. tua iſt. tum. ſupra de mand.

g §. ſed & ſi credat. de oblig. quæ ex del. na. ſuprà. & l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & ſer. cor.

h l. j. ff quod quiſque iu.

i d. l. j. §. quod autē de ſeneca.

k l. j. l. ij. & l. corrumpitur. d. tit.

l l. in hoc iudicium. eo. tit.

m l. ſed & hæres. & l. hæc actio. eo. tit. de ſer. cor.

n Ita ſecd libellum cōcipit Oldeo. in practica h. ius actionis.

correptus fuerit, nec immediatè ſecutū ſit pecuniariū dānum, tunc ſic variabis) & paratus ego ſum iurare, me talem corruptionē centū aureis, ſi poſſem, in filio meo purgaturum, cùm tāto ille factus ſit deterior: quare peto pronunciari, nō licuiſſe Valerio filium meum prædicto modo ad malos mores ſolicitare: ideóque illum ad ſoluendum cētum (vel ſecundum aliā clauſulam, ad dādos ducentos) florenos obligari, vtque ad ſoluēdū eā pecuniā condēnetis &c.

§. Tripli.

1 *Aliqua de ſportulis tractantur.*

2 *Mox ingreſſu iudicij præſtabātur ſportulæ.*

3 *Explicatio textus huius §.*

4 *Actio ex lege condictitia diffinitur.*

5 *Quod hæc actio ſit perſonalis, & mixta.*

6 *Actio condictitia datur quoties quis damnum patitur ex grauamine ſportularum.*

7 *Sportulæ quid, & vnde dictæ.*

8 *Recta cœna ſportulæ opponitur.*

9 *Centuſſis apud Marcialem.*

10 *Sportulæ iudiciales, & ſportulæ ſponſoriæ.*

11 *Actio condict. non datur, niſi aduerſus calumnioſos actores.*

12 *Quid ſit, quod Accur. ait, textum intelligi cauſatiuè, non conſecutiuè.*

13 *Quacunque ratione plus petatur huic actioni locus eſt, excepto, ſi plus tempore petatur.*

14 *Actio condict. in triplum competit aduerſus actores, & in quadruplum aduerſus executores.*

15 *Hæc actio datur aduerſus omnes, qui officijs præſunt, ſi plus debito exigant.*

16 *Quamuis actio condictitia duplicem habeat effectum, vna tamen eſt actio.*

17 *Libellus huius actionis quomodo formandus aduerſus actores.*

18 *Item quomodo proponendus aduerſus executores.*

Tripli vero agimus, cum [a] quidā maiorē, vera æſtimatione [b] quantitatem in libello [c] conuētionis [d] inſerunt, [e] vt ex hac cauſa viatores, id eſt, [f] executores litium ampliorē ſummā [g] ſportularū nomine exigerent: tunc enim id, quod [h] propter eorū cauſam damnū [i] paſſus fuerit reus, in triplum ab actore cōſequetur, vt in hoc triplo etiā [k] ſimplum, in quo damnum paſſus eſt, connumeretur: quod noſtra conſtitutio introduxit, quæ [l] in noſtro Codice fulget, quam proculdubio certum eſt ex lege condictitia emanare.

Subnectit Iuſtinianus exemplum actionis in triplum conceptæ, nempe actionem ex lege condictitia. Vt autem ea, & itē tex. præſens eò liquidius cognoſci poſſit, non eſt ignorandum, quod olim certa erant conſtituta ſalaria, ſiue mercedes, quæ
7 †ſportulæ dicebantur, quæ ex cauſarum quantitate æſtimabantur, executorib. iudiciorum, & iudicibus delegatis. Inde eueniebat, vt fraudis occaſionē actores hinc arriperent: quare vt incommodarent reis, plus iuſto petebant, maioremque in libello ſummā complectebantur, quàm eis deberetur: vt ſic executor aut viator partē ſuam ſalarij ſecundum quantitatē petitam æſtimarent, non attendendo, quid deinde conſequeretur actor, aut qua in ſumma
2 reus cōdemnaretur. Nam mox † in ingreſſu litis ante cœptum iudicium præſtari ſolebant ſportulæ iudicib. & viatorib. ſicut etiam hodie moris eſt pleriſque in locis. Huic agērium & iudicum ſiue improbitati, ſiue colluſioni & auaritię vt obuiaretur, conſtituit Iuſtinianus pœnam in exactores ſportularum iniquos, quæ per actionem ex lege condictitia peti exigique poteſt.

a *Quidam.* Actores ſcilicet. † quamuis
3 enim actio ex lege cōdictitia duplicē vim habet, vt & in triplum, & in quadruplum concedatur, priorem tamen ſolum hic expendit, alteram in ſequentem §. reiiciens.

b *Quantitatem.* Idē ſi plus loco vel cauſa peteretur: ſecus ſi tempore, vt infra dicam.

c *Conuentionis.* Iudicij: nā de iudiciali libello loquitur: tametſi ſatis nouum ſit, conuentionalia accipere pro iudicialia: Zaſio teſte.

d *Inſerunt.* Scilicet per fraudem & calumnioſe, fortè in hoc captantes gratiam iudicis, vel etiam colludentes cum eis, vt eò plus à reo ſportularum prætextu adſequantur.

e *Vt ex hac cau.* Nota dictionē, Vt. ſenſus enim eſt, vt ego puto: ſi actores eo animo plus in libello cōplectantur, vt ex hac cauſa, id eſt, talem plus petitionem executores ampliorem ſummā ſportularum exigant: ac per conſequens damnificetur reus: ſicque innuit Iuſtinianus calumnioſe, & per fraudem id ab actore fieri. Nam ſi actor veriſimili aliquo errore ductus, vltra debitum quicquam petiiſſet, excuſandus eſſet à tripli pœna.

f *Executores.* Executores iudiciorū, iudices delegati, atque adeo omnes qui officiis publicis præſident, & item nuncij, ſiue apparitores.

g *Sportularum.* Mercedis, ſiue ſalarij nomine.

h *Pro eo cau.* Id eſt. plus petitione ipſorum agentium.

i *Paſſus fue.* Quia cū actor calumnioſe vltra debitum petierit in libello, & ob id reus maiores ſportulas ſoluere coactus ſit, ergo quicquid damni reus inde accepit, debet id ab actore in triplo nanciſci.

k *Simplum.* Id eſt, dānū ipſum, quod paſſus eſt reus.

l *In noſt. Cod.* Loquitur de priore Codice, qui ante Pandectarum compilationem

tionem aditus fuit, qui hodie non ex-
tat, ac per conſequens neque hæc con-
ſtitutio, cuius hic mentio fit.
4 Actio † ex lege condictitia, eſt perſona-
lis mixta, & eo competit qui dãnum paſ-
ſus eſt ex grauamine ſportularum, aduer-
ſus actorem, qui per fraudem plus com-
plexus fuit in libello, in triplum & aduer
ſus executores, qui exigunt aliquid vltra
debitas ſportulas, in quadruplum. Ponde-
5 remus hæc verba ſigillatim. Perſonalis † eſt
quia ex delicto naſcitur, quod commit-
tunt vel actores ſummã in libello augen-
do: vel ipſi executores, aut præſidentes of-
ficiis publicis, prætextu ſportularum ex-
torquendo pecuniam vltra id, quod debe
tur. Mixta eſt, quoniam pœnæ & rei, id eſt
damni perſecutionem habet: ſic enim tex.
hic inquit, vt in hoc triplo etiã ſimplũ, in
quo dãnũ paſſus eſt, cõnumeretur. Duplũ
ergo pœna eſt. Adieci, qui damnũ paſſus
6 eſt, nam † quotieſcunque reus damnum
patitur ex grauamine ſportularum, quas
vltra debitum modum ſoluit, huic iudi-
7 cio locus eſt. Sportulas † autem hic dici-
mus mercedem illam, quam executoribus
iudiciorum, & præſidentibus officiis pu-
blicis, atque nunciis ſiue apparitoribus,
conuenti in iudicio perſoluere tenentur.
Sporta autem ſeu ſportula vaſis genus e-
rat, ab aſportando, vel à ſparta herba de-
ductum vocabulum, ex qua contexebatur
cuius meminit Plin. lib. 24. Inde ſportu-
la dicta eſt obſoniũ, quod diuites Roma-
ni ſalutatoribus ſub limine portæ dabant
8 ſecretò ipſi cœnãtes: & recta † cœna ſpor
tulæ oppoſita erat. Liberaliores ſiquidem
diuites, ciuilioreſque ſalutatoribus ſuis le-
gitimum conuiuium exhibebant, quæ re-
cta cœna dicebatur. Sordidi autem & ma
ligniores, rectæ cœnæ loco ſportulam tã-
tum præbebãt, cuius [a] Budæus etiam me-
minit. Hinc Iuuenalis.

Nonne vides quanto celebretur ſpor-
tula fumo? Quia verò in ſportulam pecu-
nia aliquãdo ſuccedebat, quæ centum æ-
9 ris continebat, vnde & † centuſsis à Mar-
tiale nõ ſemel dicitur, factum eſt, vt mer-
cedula illa quæ executoribus & viatori-
bus dari ſolebat, ſportula dici [b] cœperit.
10 Vnde † dictæ ſunt ſportulæ viatorũ, ſpor-
tulæ iudiciales, item ſportulæ quas Spon-
ſorias nuncupant, cum actor & reus pe-
cuniam contribuebant ante litem contre-
ſtatam, deponebãtque, vt qui in cauſa
ſuccubuiſſet, omnia pẽderet: quibus & ho
die vtũtur pleriſque in locis, cum appel-
latur à ſentẽtia. Inde eſt titu. in C. de ſpor.
& ſum. in diuer. iud. &c. Sanè videmus cũ
alibi, tũ etiã hic Friburgi hũc modũ ob-
ſeruari: ſi peregrinus litigare velit, neceſſe
habet ante cœptũ iudiciũ aliquã ſummã
perſoluere nũciis, & viatoribus: cuius mo-
ris veſtigia relucẽt in tex. noſtro. Ad pro-
poſitũ redeũdo, addidi in diffinitione, ad-
uerſus actorẽ: plerũque enim actores plus
debito cõprehendũt in libello, hac ratio-
ne captãtes gratiã iudicis & executorum,

vel etiã colludẽtes cũ eis, vt plus ſportula-
rũ nomine à reis cõuentis conſequantur.
Dixi, per fraudem: nam hæc actio non
11 datur, niſi † aduerſus calumnioſos acto-
res, qui per fraudem vltra quantitatem
debitam exigunt, vt eo modo incom-
modent reis. Secus eſt, ſi id abſque do-
lo, quodam veriſimili errore factum ſit:
tum enim & ſi ſportulæ vltra ſummam
debitam à reo ſoluantur, ceſſabit tamen
12 in actore tripli pœna. atque hoc † eſt quod
[c] Accur. hic ait, textum intelligi cauſatiuè,
nõ conſecutiuè id eſt, occaſione maioris
quãtitatis in libello petitæ, & nõ propter
id, quod ſit conſecutiuum. Tametſi nõ de-
ſint, qui & hoc diſputent, perperã intelli-
gentes hæc verba text. noſtri, Vt ex hac
cauſa viatores, &c. Iſta enim dictio, Vt,
ſatis explicat nobis animum actoris,
quare plus exegerit, ſicut & ad text. ſu-
prà diximus. Adpoſui, plus complexus
13 eſt generaliter: quoniam † hæc actio non
ſolum exerceri poteſt, ſi plus re, ſumma,
vel quantitate petatur, verumetiam ſi
plus loco aut cauſa libello inſeratur:
nam & tum condemnandus erit aduer-
ſarius in omni damno ſportularum. at-
que ita Platea & [d] Aretinus hic quoque
ſentiunt. Quando autem plus dicatur
peti re, loco, aut cauſa, [e] infra ſuo lo-
co explicabitur. Cæterum ſi actor plus
tempore peteret, huic actioni non eſ-
ſet locus, ob id, quòd eo caſu viato-
res ſeu executores nihil plus conſequun-
tur ſportularũ nomine. Actori tamẽ plus
tempore petenti duplicabitur tẽpus ſolu-
tioni deſtinatum, quo elapſo, ſi reum de-
nuò conuenire velit, niſi omneis litis ex-
penſas à reo factas refundat, non [f] audie-
14 tur. In † triplum dixi, nam aduerſus
calumnioſos actores in triplum eſt hæc
actio, ita tamen, quod ſimplum, id eſt, dã-
num quod incurrit reus conuentus con-
templatione plus petitionis, ipſi triplo in-
ſit veluti ſi reus in quinque aureis dam-
nificatus fuiſſet, actor xv. rependere roge-
tur. Poſtremò annexũ eſt, Et executores
in quadruplũ. quia hæc actio nõ ſolũ ad-
uerſus actores p fraudẽ plus petẽtes cõce
15 ditur, vt in tex. noſtro, verũetiã † aduerſus
executores omnes, qui exigũt aliquid vl-
tra cõſtitutas, aut cõſuetas ſportulas, Itẽ
& aduerſus omneis qui officiis præſunt, ſi
exigãt aliquid cõtra morẽ & publicam
honeſtatẽ. Quid autẽ exigere olim pote-
rãt iudices [g] delegati, quidque executorib.
dãdũ [h] fuerat poterit iuris ſtudioſus ex
Nouellis cõſtitution. diſcere. Hodie verò
quæ ſportulæ viatori, p mercedula, vel po
tius viuẽdi ſũptu in milliaria debeãtur, ex
tat Imperatoris Caroli V. Aug. Cõſtitu-
tio. Reliqua omnia relinquũtur cõſuetudi
ni vniuſcuiuſque loci, quæ legitimè ſit re
cepta. Datur autem aduerſus hos hoc iudi
ciũ non in triplum, ſed in [i] quadruplũ, cu
ius triplũ ærario irrogatur, ſimplũ læſo ce
dit. [k] Grãde enim delictũ eſt. in publicis of
ficiis exercere quæſtũ ex arbitrio, p orio: &
leges

a In l. ſi mulier. de do. inter vi-
ru & vxo.

b Vt hic in text. & no-
uel ſed ho-
die. C. de e-
pis. & cler.
licet in eo-
uel. vt litig.
iu. in exo.
&c. §. & hoc
quoque. &
in nouell.
de ſanctiſ.
epiſ. § ſpor-
tularum.

c Glo. hic ma
gna ea in
dum.

d Clemen
glo. & Inno.
in c. ſ. extra
de plus petit-
tio.
e In l. plus
autem. infra
hoc noſtro
titu.

f § penult
C. de cōmp.

g In nouel.
de iudicib.
§. ne autem.
h In nouel.
vt litiga in ex-
or. libr. § &
hæc quoque.
& in nouel.
de ſanctiſ.
epiſ. §. ſpor-
tularum. &
in nouel. de
iudicib. §.
nullis quo-
que.
i Iuste §.
ab hinc pro-
ximo.
k d. nouel.
vt liti. ng. in
exor. li. §. ſed
ſi quidem.

leges nihilo tolerabilius reputant, quàm
furtum manifeſtum, quod & ipſum qua-
drupli pœnam habet. Quanquam autem
hæc actio condictitia, vt ex prædictis li-
16 quet, duplicem † vim atque effectum ha-
beat, vt & in triplum & in quadruplum
detur, vna tamẽ actio eſt, & vtriuſque pœ-
na perſecutio ex eadẽ lege condictitia de-
ſcendit, ipſo Iuſtiniano admonente cum
hic, tum in.§.proximè ſequenti. Neque ad-
uerſatur, quod diuerſis quidem locis hac
de re diſſeritur: id enim Iuſtinianus pro-
pter diuerſitatem puniendi duntaxat fecit.
Errãt ergo qui duas hic actiones cõſtituũt.
Videmus praxin. In hunc modum poteſt
hæc actio proponi aduerſus actorem. Cum
17 † obligatus eſſem Titio tãtum in ducentis
aureis, ipſe tamen calumnioſè ſciens me
vltra hanc ſummã non teneri, aduerſus me
actionem ædidit in quadringentis, vt ſic
grauaret ſportulis. Nam ſecundum iſtam
quantitatem ſportularum nomine decem
aureos perſolui alioqui ſolum quinque ſo-
luturus: quare peto pronunciari, dictam
plus petitionem fuiſſe iniuſtam, & ideo
Titium condemnari ac compelli legitimæ
vt mihi triplum, nempe quindecim aureos
ſoluat. Aduerſus executorem verò ita in-
18 ſtituatur. Cum † nuper petiſſem mihi de-
cerni mandatum aduerſus Flaccum con-
ciuem meum à tali iudice, iſque illud de-
creuiſſet, & ſemper obſeruatum ſit in hoc
loco, vt pro executione talis mandati, per
tot miliaria dentur tres floreni. Sempro-
nius tamen reus, publicum gerẽs officium,
exegit a me ſex. Ego verò ne fruſtra eſſet
impetratum mandatum, ſolui ei talẽ ſum-
mam: quare peto pronunciari, dictam ſpor
tularum exactionem fuiſſe & eſſe iniquam
eóque nomine reum condemnari, vt mihi
quadruplum, nempe duodecim florenos
perſoluat.

§.Quadrupli.

1 *Actio, quod metus cauſa, diffinitur.*
2 *Eam eſſe perſonalem, & in rem ſcriptam.*
3 *Sufficit imperſonaliter docere metum illa-tum eſſe.*
4 *Actio quod metus cauſa eſt prætoria*
5 *Quodcunque fit vi, metu quoq; fieri dicitur.*
6 *De quo metu locatur edictum, quod metus cauſa.*
7 *Metus in legibus quintuplex.*
8 *Quid ſit metus in actione quod metus cauſa.*
9 *In metus vis ineſt.*
10 *Vis quomodo definiatur.*
11 *Etiam in criminibus pœna iniuſtè extor-quetur.*
12 *Metum non dicitur paſſus, qui nullum damnum ſenſit.*
13 *Verbum, alienare.*
14 *Actio quod metus cauſ. ex vi compulſiua naſcitur.*
15 *Quinque vis ſpecies recenſentur.*
16 *Cauſa actionis, quod metus cauſa.*
17 *Quid probet actor in hac actione,*
18 *Duobus teſtibus metum teſtificantibus plus creditur quàm mille aliis, &c.*
19 *Hæc actio intra annum in quadruplum, poſt in ſimplum competit.*
20 *Vtile eſt agenti hac actione, ſi in libello petat ſibi iuramentum in litem deferri.*
21 *Reſtituens rem metu extortam arbitrio iudicis, excuſatur à pœna quadrupli.*
22 *Simplum & quadruplum quomodo ſimul peti poſſint in hac actione.*
23 *Quomodo iudex pronũciet in actione quod metus cauſa.*
24 *Hanc actionẽ & imperſonaliter, & contra certam perſonam intendi poſſe.*
25 *Modus & forma libelli in hac actione.*
26 *Fructus veniunt in hoc iudicio,*
27 *Actio de calumniatoribus diffinitur.*
28 *Quod ſit perſonalis.*
29 *In hac actione ſola voluntas ſpectatur.*
30 *Pecuniæ appellatio.*
31 *Qui depectus eſt, actione de calumn. tenetur:*
32 *Aduerſus quos detur hæc actio de calum.*
33 *Magis delinquit qui pecuniam turpiter dat quàm qui accepit.*
34 *Accipiens pecuniã ſine calũnia, hac actione non tenetur.*
35 *Calumniæ verbum.*
36 *Calumniatores qui dicantur.*
37 *Tres calumniæ ſpecies explicantur.*
38 *Quibus & aduerſus quos detur hæc actio. & nu. 40.*
39 *Negocium facere. & nu. 40.*
41 *Cauſa actionis de calumniatoribus.*
42 *Quid in ea probari debeat.*
43 *Datur intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum.*
44 *An aduerſus hæredẽ calumniatoris detur.*
45 *Libelli forma in actione de calumniatoribus.*

Quadrupli autem agitur, veluti furti manifeſti: item de eo, quod metus cau. factũ ſit: deque ea pecunia, quæ in hoc data ſit, vt is cui datur calumniæ cauſa, negocium alicui vel non faceret. Item ex lege condictitia noſtra conſtitutio oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra noſtræ conſtitutionis normam a reis quicquam exegerint.

SEquitur quartum ſupraſcriptæ diuiſionis mẽbrum, nempe quæ actiones in quadruplũ condẽnationẽ habẽt: quarũ quatuor recẽſentur, ſcilicet furti manifeſti, & ex lege cõdictitia, quæ duæ ſupra [a] expeditæ ſunt. Itẽ

[a] Prior in §. ex maleficiis. altera in §. proximè præced.

actio,quod metus cauſa , & de calumnia-
toribus , quas hoc loci enarrabimus. Ad
1 priorem. Actio † quod metus cauſa,eſt per-
ſonalis in rem ſcripta,& à prætore illi con
ceditur , qui per metum in conſtãtem vi-
rum cadentem , ad alienandum vel dan-
dum rem aliquam compulſus eſt.
2 Quod † ſit perſonalis,ex eo liquet,quia in
perſonam illius ex delicto violentæ con-
cuſsionis dirigitur, qui metum intulit. In
rem ſcripta eſt,quia non ſolũ aduerſus eum
qui metum incuſsit,ſed aduerſus quencun
que datur , qui ex metu illato ſenſit com-
modum , licet ipſe [b] metum non intulerit.
Ideo etiam non eſt neceſſe probare , quæ
3 perſona metum ingeſſerit,ſed † ſufficit im-
perſonaliter docere , metum illatum eſſe.
Habet enim metus in ſe ignorantiam , &
ſæpe noctu fit, vel in aliqua [c] multitudi-
4 ne. Adieci , à prætore. prætoria † enim eſt
hæc actio,ex edicto,Quod metus cauſa ge
ſtum erit,ratum non haberi, ab huius edi-
cti primis verbis hæc actio denominatio-
nem habet. Olim ſic propoſitum fuit edi-
ctum.Quod vi metúſve cauſa:vis enim fie-
bat mentio propter neceſsitatem impoſi-
tam contrariæ voluntati:ſed poſtea detra-
5 cta eſt vis mentio , ideo, quia † quodcun-
que vi atroci fit,id metu quoque fieri [d] vi-
detur.Diligenter enim vbique euitant Iu-
riſconſulti periſſologiam,ſiue inanem ver-
borum congeriem. Adpoſui , per metum:
quãuis enim Stoici πάθη, quas Cicero per-
turbationes,alij affectiones appellant, qua
rum & metus pars eſt, in conſtantem , at-
que adeo patientem virum cadere non pa-
tiantur , prætor tamen Peripateticorum
ſententiam,vt veriorem ſecutus,nõ quem-
6 uis metum,ſed eum,† qui in conſtantiſsi-
mum virũ cadere poterit , ad hoc edictum
7 [e] pertinere voluit.Eſt † autem metus in le-
gibus [f] multiplex primus minarum , qui
ad hanc actionem non pertinet, quòd
minæ non incutiunt terrorem.. Secundus
facti,quando præuertſatur , periculum ſa-
lutis, vel cruciatus corporis : & is cadit in
conſtantem virum,háncque actionem pro
ducit.Tertius potentiæ qui ſcilicet incuti-
tur à principe , magiſtratu , ſuperiori ipſis
ſubditis. Quartus reuerentiæ , vt libertus
habet erga patronum , filius erga patrem,
vxor erga maritum:in eo nõ eſt locus huic
iudicio. Actus tamen per talem metum
coiti reſcinduntur officio iudicis,ſi verba
vel minæ [g] interueniant. Quintus & vlti-
mus perfidiæ,vt quum aliquis permouetur
ab aliquo,quia timet eius perfidiam:velu-
ti ſi æger rogatus à medico , vt donet ei
fundum, vel aliud quidpiam intermeden-
dum,id faciat ideo , quia timeat ne medi-
cus perfidè,cum [h] eo agat,Solum autem ſe-
cundum genus metus , qui in conſtantem
virum cadit, parit actionem quod metus
cauſa:cætera quæ per metum fiunt, reſcin-
8 duntur officio iudicis. Eſt † ergo metus
in hoc propoſito , non quilibet vanus ti-
mor . puta alicuius vexationis , aut peri-
culi remotioris , ſed præſentis mali , aut

b l. metum §. vlti. ff. quod met. cau.
c l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. hoc ti. quod met. cauſ.
d Vt l. j. hoc tit.
e l. metum accipiẽdum cum l. ſeq. hoc tit. & l. metus autẽ cauſa. ff. ex quib. cau. maior.
f Zaſ. hic poſt Iaſonẽ.
g Text. & ibi Bar. in l. j. §. qui onerãdæ. ff. quarum rer. actio non datur.
h Eſt text. pulcher in l. medicus. ff. de var. & extra cog.

veriſimiliter mox futuri iuſta formido,
quæ marito etiam in hominem conſtan-
9 tem cadit.In † metu autem vis ineſt: qua-
propter qui vi compellit,etiam ſi magiſtra
tus ſit dum id illicitè faciat,tenebitur [i] hoc
10 iudicio. Et dicitur vis † maioris mali im-
petus,cui reſiſti,aut qui repelli non poteſt.
Porrò non diſtinguitur in hoc iudicio , an
metu percellatur quiſpiam ex ſuo præce-
denti delicto , nec ne. Nam & qui in cri-
mine deprehenſus pecuniam dat , ne vio-
letur,dicitur metum pati , eíque ſuccurri-
11 tur : quia etiam † in criminib. pœna iniu-
ſtè extorquetur, niſi talis infligatur pœna
quæ iuſtè venire poterat : vt cum libertus
ingratus pecuniam dat domino , ne in ſer-
uitutem [k] reducatur..Metum † autem paſ-
12 ſus non dicitur,qui nullum damnum ſen-
ſit:quod in praxi aduertendum eſt, vt duo
coniunctim ponãtur,ſcilicet,metum inter
ueniſſe,& damnum [l] eſſe ſecutum. Dixi ad
alienandum : quia † alienare eſt verbum
13 generale , comprehendens omneis actus,
quibus res noſtræ abducuntur,ſiue fiat per
pignora , ſiue per donationem , venditio-
nem , aut alios id [m] genus modos. Ad-
iunxi,ad dandum : huic enim actioni tum
locus eſt,ſi dedit aut fecit aliquid , vt quia
vendidit , vel donauit rem, quam alioqui
non erat venditurus. Sin verò promiſsio
quidem facta eſt , re tamen ipſa nihil fuit
præſtitum , conuentus habet exceptionem
quod metus cauſa.Poſtremò ſequitur com
pulſus eſt,&c.nam ſi volens feciſſes,aut de
diſſes aliquid, non competeret hoc edictũ.
14 Sícque obſerua , actionem † quod metus
cauſa,ex vi compulſiua naſci,quæ neceſsi-
tatem imponit volũtati contrariæ, cogít-
que id facere, aliquem, quod non faceret,
15 ſi eſſet liberi arbitrij.De vi † namque abla-
tiua , actio vi bonorum raptorum conce-
ditur,item furti manifeſti, & nec manife-
ſti.De vi expulſiua,interdictum de vi & vi
[n] armata. De turbatiua interdictum Vti
[o] poſsidetis,in rebus ſoli,ſeu immobilibus
in rebus verò mobilibus , interdictum V-
trobi , cum duo ſe poſsidere contendunt.
De vi inquietatiua , interdictum quod vi
aut clam:vt ſi quis à me prohibitus,vel pu-
tans ſe prohibendum , in meo faciat &c.
16 Deinde hinc diſcis,† cauſam huius actionis
eſſe metum illatum,ſeu maleficium violen
tæ concuſsionis.Et,vt diximus, actor nihil
17 aliud † probare neceſſe habet,ſi res aliena-
ta à tertio poſſeſſa fuerit,quam metum eſſe
illatum imperſonaliter, non deſignata cer-
18 ta aliqua perſona.Et † duobus teſtibus de-
ponẽtibus de metu,maior fides adhibetur,
quam mille aliis voluntatem ſpontaneam
allegantibus.id quod omnes Doct.palma-
19 rij loco habent.Datur † autẽ actio hæc in-
tra annum in quadruplum, & poſt annum
[p] in ſimplum.Quadruplatur autem res me
tu extorta,& eius æſtimatio,ita quod ſim-
plum cõprehẽdatur in quadruplo,triplum
verò ſit pœna,propter [q] metum illatum. I-
tem hæc actio eſt [r] arbitraria,& in ea iura-
tur in litem. Vnde valde commodum eſt
actori,

i l. contin. ff. quod met. cau.
K l. nec timorem. §. proinde. ij. cum l. ſe. & l. ſi mulier. ff. hoc noſtro ti.
l Vt d. l. ſi mulier.
m Glo. eſt ſingu. in tit. de alie. feud. pater. in vſ. feud.
n ff. de vi & vi arma. & C. vnde vi. & extra de reſti. ſpol.
o ff. & C. hoc tit.
p l. ſi per vim vel metum. C. hoc tit.
q l. ſi cum exceptione. §. ſi quis. vet quadruplatur. ff. eod.
r Quodquo modo ſit intelligẽdum, dicam in §. actionũ autem. infrà hoc ti.

20 actori, vt † in libello petat ſibi iuſiuran-
dum in litem deferri, ſi enim petierit, vi-
detur acquieſcere iudiciariæ æſtimationi
ex cõmuni rerum vſu faciũdę, vt rectè hic
Angel.& Iaſ.colligunt. Quod autem pau-
lò antè dixi, hanc actionem intra annum
in quadruplum dari, hoc ita exaudien-
21 dum eſt, ſi † reus metu extortam rem iu-
dicis arbitrio & iuſſu non reſtituerit in-
tra decem dies, vel tempus ad hoc in ſen-
tentia præfinitum. Nam ſi hoc fecerit, ſim
plum tantum præſtat, & à pœna tripli li-
beratur. Satis enim clementer (inquit Vl-
pianus) cum eo prætor egit, vt daret ei re-
ſtituendi facultatẽ, ſi vult pœnam euitare.
Atque in hoc hæc actio à reliquis quadru-
plaribus actionibus [f] potiſſimè differt. Sim
22 plum † autem & quadruplum ſimul peti
poſſunt vno atque eodem iudicio, non ſim
pliciter, ſed adiecta conditione, ſi rem non
reſtituerit iuſſu & arbitrio iudicis. Ni-
ſi fortè propter rei vel perſonæ qualita-
tem commodius videatur, vt priore iu-
dicio ſimplum petat deinde rurſus vocato
in ius contumace aduerſario quadruplum
23 exigat. Pari ratione † iudex hanc petendi
formam ſecutus, primum ſimpli, deinde
quadrupli, diuerſis [t] ſententiis, aut ſimul v-
triuſque condemnationem proferre poteſt
id quod communis Doctorũ calculus pro-
bat dummodo id cum ſubordinatione fiat
vt ſic dicat Iudex, Condemno te, vt reſti-
tuas rem metu extortam intra decennium
actori: quod niſi feceris, condemno te ad
[u] quadruplum. Ad praxin deueniendo: quia
24 hæc † actio dupliciter intendi poteſt, pri-
mò imperſonaliter, deinde aduerſus cer-
tam perſonam, vtraque ſpecie libellum
proponemus. Quare ſi certam perſonam
hoc iudicio conuenias, ſic dicendum erit:
25 Titius † anno præſente me vi & metu cõ-
pulit in conſtantem virum cadente, vt ei
vineam meam viginti aureis venderem,
quam aliàs non eram venditurus centum:
vnde offerendo ei iſta viginti, quæ coactus
ſum accipere, peto eum condemnari &
compelli, vt prędictam vineam mihi reſti-
tuat cum omnib. fructibus, quos percepit,
vel quos ego percipere potuiſſem, & ſi ex-
pediat, peto mihi deferri iuramentum in
litem. Quod ſi intra tẽpus per vos ſtatuen-
dum reſtituere diſtulerit, poſtulo eum in
quadruplum condemnari, &c. Notanter
26 dixi, cum † omnibus fructibus: quoniam
in hac actione, ſi res ſit eiuſmodi, veniunt
non ſolum fructus, quos percepit, ſed &
quos percipere potuit, qui metum intulit.

Alia forma, quum imperſonaliter ex-
perimur: Eunti mihi [x] nuper ad nuptias
fratris, venerunt obuiam ad iugum ſyluæ
Herciniæ nonnulli armata manu, & iuſto
metu compulerunt me, vt traderem illis
equum meum, vnà cum catena aurea tan-
ti valoris. Et quamuis hi mihi ſunt in-
cogniti, quia tamen hic Titius præſens fue
rat eis coniunctus, ſenſitque lucrum, ideo
peto &c.

Diſpiciamus de altera actione. Actio
T. de Action.

f Iuxta. §. ſi-
pra actio.
infra hoc ti.

t Id quod
gl. voluit in
d. §. iſt actio.

u Fab. in ar.
§. non ab re.
C. vnde vi
& l. condu-
ctores. C.
locati.

x Hoc exẽ-
plum ferè ha
betur. in d. l.
ſi cum exce-
ptione. §. in
hac. verſ. per
ignorantiam
ff. quod met.
cauſ.

27 † edicti de calumniatoribus, eſt [y] perſona-
lis, & proprie in eum datur qui pecuniam
accepit, vt innocenti alicui in iudicio per
calumniam negocium faceret, vel non fa-
28 ceret. Perſonalis † eſt, quia ex delicto calu
mniandi in perſonam naſcitur. Dixi, pecu-
niam accepit: quia hic nõ ſpectatur exitus,
videlicet, donec calumnia fiat, & ad effectũ
29 perducatur. ſed ſola volũtas. Nam † ex ſola
receptione pecuniæ, & ſi calumnia ſecuta
30 non ſit, hæc actio [z] oritur. Pecuniæ † autem
appellatione hic cõprehenditur omne com
pendium & emolumentum, ſiue obligatio-
ne ſit liberatus, ſiue gratuitò acceperit pe-
cuniam vtendam, ſiue minoris conduxerit
emeritve rem, ſiue alio quocunque modo
31 commodum [a] ſenſerit. Nam † & ſi quis de-
pectus ſit, id eſt turpiter pactus, cum alio
qui nihil pecuniatum acceperit, hoc iudi-
32 cio [b] tenetur. Addidi †, innocenti: quoniam
ſi nocens tranſigendo quicquam daret, ne
accuſaretur, non eſſet locus huic [c] actioni.
Dixi alicui ſimpliciter, quia nõ diſtingui-
tur, ſiue in pecuniariis & ciuilibus cauſis,
ſiue in publicis criminibus calumnia fiat
vtraque enim ſpecie conceditur hæc actio
tametſi in criminalibus calumniator etiam
aliis pœnis obſtringatur, puta lege Iulia re
petundarũ, & l. Remmia, & [d] ſimilib. Dein-
de habet locum hæc actio, etſi quis alieno
nomine propter aliquod lucrum per ca-
lumniã alicui litem [e] moueat. Neque enim
refert, [f] Bartolo docente, vtrum actor ipſe,
vel reus conuentus, an verò procurator,
aduocatus, negociorũ geſtor, tutor aut cu-
rator turpiter acceperit ante vel poſt iudi-
cium, quando quidem omnium par eſt ne-
quitia. Item aduerſus publicanos, id eſt, te-
lonarios, ſeu gabellarios (vt barbari vocãt)
cõpetit ſi turpiter verſentur, & in telones
[g] cõcutiant. Atque etiam aduerſus eos, qui
turpiter dederunt, aut promiſerunt pecu-
niam: tametſi prætor expreſſe id nõ dixerit
exiſtimans haud dubiè id ſatis intelligi. Ma
33 gis † enim delinquit, qui pecuniã turpiter
dat, quàm qui accipit, cum malefactorẽ in
ſtruat, & malefacti eius reum ſe declaret.
Ideóque minus ille Publicanus, Bis peccas
inquit, cum peccãti obſequiũ accõmodas.
Subiunxi, in iudicio: quia ſi extra iudicium
pecuniam tibi dedi, ne calumniã mihi in-
ferres, id eſt, ne me ſpoliares, aut verbera-
res, habet locum actio quod metus cauſa,
[h] Fabro Platea: & [i] Accurſio adſtipulantib.
34 adpoſui, per calũniã: quia † ſi aduerſarius pe
cuniã accepiſſet, ne me accuſaret, ne mihi
litem moueret, non tamen id per calũniã,
ſed trãſigendi animo fecit ceſſat hoc iudi-
35 ciũ. Calũniæ † autẽ verbũ in hoc propoſito
ad res iudiciarias trahitur & dicitur alicui
in litibus per fraudẽ & fruſtrationẽ vexa-
tio, ſiue agatur, ſiue excipiatur, ſiue differa-
tur negociũ calũnioſe, a caluo, caluis, quod
36 eſt decipio, fruſtror. Inde † & calũniatores
dicti ſunt, qui per fraudem & fruſtrationẽ
alios vexãt litibus. Calumniæ verò ſpecies
eleganter [k] Marcellus probat: Aut enim,
inquit, calumniantur, aut, præuaricantur

y l. j. & per tot.
ff. de calum.

z l. & gene
raliter. § ſi
igitur. de ca-
lumniator.

a l. j. & ij. &
l. quia etiam
cũ l. ſeq. hoc
tit. de calũ.

b d. l. & ge
neraliter. §.
hoc edicto.

c l. ſi ab eo.
hoc ipſo tit.

d Sicut paſ
ſim ex titulo
de calum. &
ad S.C. Tur-
pil. in. ff. re-
petere licet.

e Iuxta d. l.
j. in princ. &
§ j. hoc tit.

f In dicto
loco.

g l. ſi quis
ab alio § vl.
hoc tit. & l. j.
§. hic titulus
de publ.

h In hoc. §.

i Gl. in rub.
ff. de calum.

k In. l. j. in
princ. ad S.
C. Turp.

aut tergiuerſantur. Calumniari eſt falſa crimina intendere præuaricari, verò crimina abſcondere, tergiuerſari, in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Hæc ille. Eſt ergo
37 prima † ſpecies calũniæ, ſi quis falſam cauſam intendat in iudicio aduerſus innocentem vt negocium ei faciat. Et cum hæc per corruptionem pecuniariam fit, tunc propriè ad hanc actionem pertinet. Secunda eſt, ſi colludens cum aduerſario, diſsimulet probationes cauſæ ſuæ deſeruientes, ad veras, aduerſæ verò partis falſas vel impertinentes admittat: tunc enim præuaricator dicitur quaſi varicator, quod diuerſã cauſam adiuuet, prodita cauſa ſibi commiſſa. Tertia denique eſt, ſi quis temerè deſerat iudicium in cauſis ciuilibus, exiſtimans ſatis iam eſſe vexatum aduerſarium: vel ſi quis in criminalibus, non impetrata ſolenniter abolitione, id eſt, ſiue permiſſu iudicis deſiſtat ab accuſando nam tunc tergiuerſator [l] dicitur. Et hæ poſteriores duæ ſpecies pertinent quoque ad hanc actionem, ſaltem vtiliter, ſi modo pecunia interuenerit. Subiect, negocium faceret &c. datur
38 † enim hæc actio primum illi, qui calumniam paſſus eſt, aduerſus eum, qui ad hoc locat operam ſuam pro pecunia, aut alio quouis lucro vt negociũ alteri faciat, Ne-
39 gocium † autem facere hic accipitur, pro moleſtiam alicui facere, ſicut & apud Vlpianum [m] alibi. Significat enim negocium inter cætera moleſtiam aut vexatiõe, non vt Rofredus cum pleriſque putat, iudiciũ nec probant hoc leges ab eo citatæ. Deinde etiam illi conceditur, qui pecuniam dedit, ne ſibi fieret negocium per calumniã, aduerſus accipientem. In hoc tamen diſtinguendum eſt: aut enim tertius aliquis pecuniam alteri dedit: ne mihi fieret calumnia, & tum ſi me mãdante, aut ratũ habente factum eſt, ipſemet dediſſe intelligor: ideóque mihi competit actio aduerſus accipientem, non ei, qui pecuniam dedit: hac enim ſpecie pecunia honeſtè quidem data eſt, [n] turpiter tamen accepta. Sin verò tertius ſponte, motúque proprio pecuniam dedit pro me, neſciente tamen, ne vexarer in iudicio per calumniam, tunc is ad ſimplum agit, repetendo id, quod expoſuit, ergo autem ad quadruplum [o] pro pœna.
40 Cauſa † iſtius actionis eſt, ipſum delictum calumniæ. In ea † autem probare
41 actorem oportet, quod reus acceperit pecuniam, vel dederit, aut dari iuſſerit alij, vt negocium faceret. Deinde, quod calũnioſe, & animo vexandi aduerſarium acceperit, & ſi calumnia ſecuta non ſit. Et quia calũniantis animus difficulter oſtendi poteſt, ideò licitum eſt [p] coniecturis & indicijs vti. Iudicia autem calumniantis ſunt, ſi cauſa ob quam denuò agit, fuerit inter eum & aduerſarium compoſita, aut ſi nihil probauerit, vel ſi à cœpta lite deſtiterit in criminalibus, & ſi quæ [q] ſunt ſimiles.
43 Datur † autem hæc actio intra annum in quadruplũ poſt annũ in ſimplũ. Annus tamen ab eo hodie computatur, quo is pe-

[l] l. præuaricatores de verb. ſig. l. athletas. §. calumniator. de his qui no. infa.

[m] In l. qui iudicio. ff. de accu.

[n] l. ſi quis ab alio in prin. de calum.

[o] d. l. ſi quis ab alio. innocẽti. & generaliter. §. ſi quid hoc ait.

[p] Lemma hi quibus. §. in perſona de tranſact.

[q] l. ij. C. de adoo. di. in. l. iij. §. dato. de teſt. l. iij. C de iis qui accu. nõ poſ. l. j. & l. ſi qs ad ſe. C. ad l. Iul. de vi. & in nouel. vt litig. in exord. lit. §. ſi quis autem.

ſciuerit, cui iniuria fuerit ſtructa In eius verò perſona qui dedit, ne alteri calũnia fieret, à die datæ pecuniæ, ſi modo experiundi [r] facultatem habuit. Porrò hæredi hæc actio non permittitur niſi in ſimplũ, ad repetendam eam pecuniam, quam defunctus
44 dedit, ne ipſi negocium fieret. In † heredem verò calumniatoris competit in id, quod ad eum peruenit. Quamuis enim crimina morte delinquentium extinguãtur, turpia tamen lucra etiam ab hæredibus [ſ] extorqueri debent. Libelli formula: Quamuis
45 † Sempronius ſciuerit mihi nihil ſecum vnquam negocij fuiſſe, ex quo iudicium mihi dictaret: ipſe tamen accepit à titio viginti aureos, vt mihi litem per calumniam inferret: quare peto pronunciari, reum prædictam pecuniam calumnioſe, & contra iuris prohibitionẽ accepiſſe: ideóque condemnari, vt mihi quadruplum eius, videlicet octoginta aureos perſoluat.

[r] l. annus ff. eo. tit.

[ſ] Alt tex. in. l. in hæredem hoc tit.

§. Sed Furti.

1 *Differunt quinque duplares actiones.*
2 *Actio furti manifeſti, & ſerui corrupti, origine ipſa pœnales ſunt.*
3 *Aliæ duplares actiones ex accidenti ſunt pœnales.*
4 *Actio legis Aquiliæ, & actio depoſiti, inficiatione quomodo duplentur.*
5 *Actio ſerui corrupti datur heredi aduerſus corrumpentem, in duplum mox ab initio.*
6 *In lege Aquilia hæres in ſimplum tantum agit contra damnificantem ſine ratione incrementi,*
7 *Et quæ ſit diuerſi iuris ratio,*
8 *Fideiubentes pro maleſactore indicatum ſolui, pro pœna, non tenentur niſi occaſione primæ obligationis.*

Sed furti quidem nec manifeſti actio, & ſerui corrupti, à cæteris de quibus ſimul locuti ſumus, eo differunt, [a] quod hæ actiones [b] omnimodo dupli ſunt at illæ, id eſt damni iniuriæ ex lege Aquilia, & [c] interdum de poſiti, inficiatione [d] duplicantur, in confitentem autem in ſimplum dantur. Sed illa quæ de iis competit, quæ relicta venerabilibus locis ſunt, [e] non ſolum inficiatione duplicatur, ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem vſqueque iuſſu magiſtratuũ noſtrorum conueniatur. In confitentem vero ante, quam iuſſu magiſtratuum conueniatur, ſoluentem ſimpli redditur.

Q*Vod hæ.* Scilicet, actio furti non manifeſti, & actio ſerui corrupti.

b Omnimodo. Id eſt, ab ipſa origine, & obligationis ſubſtantia.

c Interdum. Nempe in quatuor, caſibus,

[a] caſibus,vi tumultus,incendij, naufragij,
ruinæ.

a Vide in § rei perſe quende. ſuprà eo.

d Duplicantur. Id eſt,in duplum conce-
duntur,accedentibus tamen legitimis pro
bationibus,nec ſufficeret iuramentum:ve-
luti ſi actori damnum petenti deferret ad-
uerſarius iuſiurandum, ſi poſsit iurare, ſe
feciſſe damnum, & actor iuret, tum non
niſi in ſimplum condemnatur reus, ac ſi
confeſſus eſſet. Atque ita Accurſius hic in-
telligendus eſt. Ex qua interpretatione col
ligunt Doct. iuſiurandum non eſſe legiti-
mam probationem:quod an verum ſit, Ia-
ſon hic poſt alios abundè examinat.

e Non ſol.inſi. Senſus eſt, actio ex teſta-
méto pro legatis piis ſingulare quidpiã ha
bet: eſt enim pœnalis per inficiationẽ ſiue
negationem, & per nimiam procraſtina-
tionem,ſicut [b] alibi docui.

b In. §. ex maleficiis. ad ſ. ſuprà eod.

1 Annectitur hoc loci differentia † inter
quinque actiones duplares, ſcilicet furti
manifeſti, ſerui corrupti,itẽ legis Aquiliæ,
depoſiti in quatuor caſibus, & legatorum
piorum: ſingulæ enim hæ in duplum con-
demnationem,ſiue pœnam habent, diuer-
ſimodè tamen. Nam priores quidem duæ
actiones origine ipſa pœnales ſunt, quia
2 † pœna ineſt furto nec manifeſto,& ſeruo
corrupto eſſentialiter,ſtatim ab initio:po-
3 ſterioribus † verò tribus tantum ad ventitiè
& ex accidenti. In legis enim Aquiliæ iudi-
cio ratione primæ & eſſentialis obligatio-
nis ſimplum, id eſt, æſtimatio rei tantum
4 venit. Quod ſi damnificans † inficietur, &
neget ſe damnum dediſſe,tum demum con
uictus in iudicio,in duplum condemnatur
propter inficiationem. Sic quoque in actio
ne pro legatis piis, tantummodo res ipſa,
legati nomine relicta, præſtanda eſt,& ſic
ſimplũ. Sed ſi hęres negauerit legatũ,eiúſve
ſolutionem ſine cauſa diſtulerit, tunc ex
hoc accidenti in duplum fiet cõdemnatio
Paria dices de depoſiti iudicio in quatuor
ſpeciebus,ſcilicet,incendij,ruinæ,[c] naufra-
gij,tumultus. Et hic eſt natiuus huius literæ
ſenſus. Neque verò exiſtimes ocioſum hoc
eſſe diſcrimẽ,quoniam aliqua ex eo nota-
tu digna elici colligique poſſunt. Primum
5 enim hinc dicimus,actionem † ſerui corru-
pti concedi hæredi aduerſus corrumpen-
tem,ad pœnam dupli mox ab initio,ita vt
hæres eius, cuius ſeruus corruptus eſt, ra-
tione primæ obligationis à corrumpente,
duplum petere poſsit,idque [d] l. expreſſam
6 habetur. In † lege verò Aquilia hæres con-
tra damnificantem in ſimplum tantum a-
get,ſine ratione incrementi, id eſt, dupli,
quod aliàs creſcere poterat propter inficia
tionem:hoc eſt,tametſi is,qui damnum de-
dit,mendacij conuincatur, hæres tamen
non niſi ſimplum conſequetur. Diuerſi
7 † iuris rationem Accurſius ait eſſe, quod
prior quidem actio mox à principio, & ex
natura primæ obligationis competat: du-
pli verò incrementum in lege Aquilia
non ab ipſa origine, vel obligationis ſub-
ſtantia,ſed ex accidenti, & quodam euen-
tu veniat. Sed nec hoc ſatis eſt, niſi etiam

c d. §. rei perſequendæ. verbo. plenè. ſuprà hoc tit.

d Text. in l. hæc actio. de ſer.cor.

T.de actionibus.

cauſa adferatur, quare ex primordio du-
plum veniat. & non ex accidenti. Zaſius
[t] non in ſubtiliter & nouè, Quoniam du-
plum,inquit,in actione ſerui corrupti cum
ex damno, & in pœnam corruptionis ab
initio competat, hæreditarium eſt, & in
hæreditate inuenitur quapropter ad hære-
dem [u] protenditur. Sed in lege Aquilia du-
plum non immediatè. ſeu ab initio ex da-
mno dato venit, ſed in pœnam aduerſarij
negantis [x] emergit:vnde nõ poteſt dici hæ-
reditarium. Reus enim à defuncto non-
dum conuentus,nihil negare potuit. quod
ſi is ab hærede conueniatur, & neget, ideo
non eſt locus pœnæ dupli, quia defunctus
deceſſerat, priuſquam ipſi ius eius pœnæ
quæreretur. Quapropter ſicut in hęredi-
tate dupli pœna non inuenitur, ita ab hæ-
rede non petitur. Deinde ex ſupradicta
8 differentia inferunt interpretes,quod † fi-
deiubentes pro malefactore, ſiue homine
facinoroſo de iudicato ſoluendo pro pœ-
na, quæ illi ratione patrati maleficij ir-
roganda eſſet, non teneantur, niſi occa-
ſione primæ obligationis. Nam etſi iſte
malefactor in pœnam vel contumaciæ,
vel negationis incideret, quia iſta ea ac-
cidenti veniunt,fideiuſſores non [y] obſtrin-
gerentur.

t Tom hic, tum in ſuis intellect. fo. 57. ver. cur. actio hæred.

u d l. hæc a ctio. in prin.

x l. contra negantem. C. de l. Aqui.

y Eſt text. pulch. in l j. & ibi bar. ff. de in lit. iuran.

§. Item actio.

1 *Actio quod metus cauſa differt à cæteris quadruplaribus actionibus, quod in ea quis reſtituendo rem metu extortam, liberatur à pœna.*

Item actio de eo quod metus cauſa factũ, ſit a cæteris de quibus ſimul locuti ſumus, eo differt, quod eius natura tacite continetur, vt qui iudicis iuſſu ipſam rem actori reſtituat, abſoluatur. quod in cæteris caſibus non eſt ita, ſed omnimodo quiſque in quadruplum condemnatur, quod eſt & in furti manifeſti actione.

DIſcrimen ſubiungit Iuſtinia-
nus inter actionem quod metus
cauſa, & reliquas actiones in
quadruplum competentes. Illa
1 † enim id proprij habet, vt ſi is qui metum
intulit, rem metu extortam, iudicis iuſſu &
arbitrio reſtituat intra decem dies, vel tem
pus ad hoc in ſententia præſcriptum libe-
retur à pœna quadrupli, id quod [a] ſuprà e-
tiam in enarratione huius actionis vber-
tim oſtendi: & [b] infra etiam aliquid de hoc
amplius dicam. In aliis verò quadruplari-
bus iudiciis diuerſum obtinet, quia etſi
quis reſtituat rem, pœnam tamẽ nõ euitat.

a In §. quadrupli.

b In. §. pręterea. hoc noſtro tit.

§. Actionum autem.

1 *Vtilitas, §. Actionum autem.*

2 *Diuiſio actionum ſumpta penes cauſam ſubſtantificam.*

3 *Actiones bonæ fidei quæ dicantur.*
4 *In omnibus negotiis bona fides exigitur.*
5 *Stricti iuris actiones quæ dicantur.*
6 *Bonam eſſe diuiſionem actionum, alias eſſe bo. fidei, alias ſtricti iuris.*
7 *Explicatio textus.*
8 *Actio præſcriptis verbis in duobus tantum caſibus eſt bonæ fidei.*
9 *Quæ actiones hoc in §. explicandæ veniāt.*
10 *Differentiæ inter actiones bonæ fid. & ſtricti iuris.*
11 *In contractibus bonæ fidei dolus dans cauſam contractui, eum iure vitiat.*
12 *Quando dolus det cauſam contractui.*
13 *In ſtricti iuris contractibus dolus dans cauſam contractui non vitiat ipſo iure.*
14 *Quid interſit, an contractus ipſo iure, vel ope exceptionis infirmetur.*
15 *In bo. fid. iudiciis dolus incidens non vitiat, ſed damnum ſarcitur per actionem ex eo contractu.*
16 *In bon. fid. contractibus ex mora vſuræ debentur, ſecus in perſecutionibus ſtricti iuris*
17 *In iudiciis bo. fid. veniunt fructus à tempore moræ: in ſtricti iuris diſtinguitur &c.*
18 *In bo. fi. iudiciis etiam non dicta, nec cogitata veniunt: ſecus in ſtrictis iudiciis.*
19 *Vtrunque probatur per exempla.*
20 *In actionib. bonæ fid. vbi quis in diem vel ſub conditione tenetur, poteſt conueniri ad præſtandam cautionē: ſecus in ſtrictis iudiciis.*
21 *In bonæ fidei perſecutionibus iuratur in litē, in ſtricti iuris non item.*
22 *Quid ſit in litem iurare.*
23 *Iuramentum affectionis, & in litem, ſunt idem.*
24 *Solus iudex defert iuramentum in litem.*
25 *In iudiciis bonæ fidei reſtituens rem ſine precio deteriorationis, non liberatur à prima actione: ſecus in ſtrictis perſecutionibus.*
26 *In contractibus bonæ fid. ſimplex promiſſio ſufficit, in ſtricti verò iuris ſemper requiritur ſufficiens cautio.*
27 *Tam in bonæ fid. quā ſtrictis iudiciis tenetur quis preciſe ad dandū, nec liberatur præſtando intereſſe. contra Accur.*
28 *Verbum gerere, explicatur.*
29 *Quatuor modis geri negocium alienum,*
30 *Differentia inter geſtionem & mandatum.*
31 *Actio negociorum geſtorum diffinitur.*
32 *Eam eſſe perſonalem quaſi ex contractu.*
33 *Quibus detur hæc actio.*
34 *Vt actioni neg. geſt. locus ſit, requiritur aliquem ſponte geſſiſſe.*
35 *In eadē actione abſentia domini requiritur.*
36 *Negociorum geſtor ſubſtituere poteſt.*
37 *Quomodo ex vna negociorum geſtione diuerſæ perſonæ diuerſas acquirant actiones.*
38 *Actio nego. geſt. & directò & vtiliter competit.*
39 *Quid perſequamur hac actione.*
40 *Quando competat.*
41 *Actio neg. geſt. directa & contraria.*
42 *Cui detur contraria neg. geſt. actio.*
43 *Sufficit rem ceptam eſſe vtiliter geri, etiā ſi deinde malè ſuccedat.*
44 *Quid præſtet negociorum geſt.*
45 *In actione neg. geſt. directa quid probādū.*
46 *Quid in contraria neg. geſt. actione docendum.*
47 *Praxis in directa.*
48 *Praxis in contraria.*
49 *Actio tutelæ diffinitur.*
50 *Eam eſſe perſonalem & ciuilem.*
51 *Aduerſus quos competat.*
52 *Qui tutores hac actione teneantur.*
53 *Ante finitam tutelam, tutelæ iudicio agi non poteſt.*
54 *Ad quid agatur actione tutelæ.*
55 *Tutor mox inuentarium conſcribere debet, poſtquam eſt conſtitutus.*
56 *Quid veniat in hanc actionem.*
57 *Actio tutelæ & directa eſt, & cōtraria.*
58 *Contraria tutelæ actio explicatur.*
59 *Praxis in directa tutelæ actione.*
60 *Minor natu regulariter non poteſt per ſe eſſe in iudicio.*
61 *Actio pro tutela declaratur, tam directa, quàm contraria.*
62 *Actio pignoratitia directa exponitur.*
63 *Quod ſit perſonalis & ciuilis.*
64 *Cui competat, & aduerſus quem.*
65 *Ad quid detur.*
66 *Pignus & hypotheca in quo differant.*
67 *Ante ſolutionem totius debiti hæc actio non oritur. Falit, vt num. 69.*
68 *Quando cenſeatur ſatisfactum eſſe.*
70 *Ius offerendi.*
71 *An iuri offerēdi xxx. annis præſcribatur.*
72 *Quæ ſint probanda in hac actione.*
73 *Solutio quibus modis doceri poſſit.*
74 *Formula huius pignoratitiæ actionis directæ.*
75 *Explicatio pignoratitiæ contrariæ.*
76 *Libelli forma in contraria.*
77 *Quando recurramus ad actiones præſcrip. verb. & in factum.*
78 *Actiones in factum, & præſcriptis verbis, quomodo diſcernendæ.*
79 *Præſcribere quid ſit.*
80 *Contractus innominati qui dicantur.*
81 *Ex tribus contractibus innominatis datur*

actio

actio præſcriptis verbis.

82 *Actiones præſcriptis verbis in genere.*

83 *Actio præſcriptis verbis æſtimatoria diffinitur.*

84 *Quod ſi perſonalis.*

85 *Cui concedatur hæc actio.*

86 *Res, quæ alicui datur: æſtimatur dupliciter.*

87 *Rei æſtimatæ interitus ad quem ſpectet.*

88 *Ad quid detur actio æſtimatoria.*

89 *Formula huius actionis.*

90 *Actio præſcrip. verb. ex permutatione diffinitur.*

91 *Quod ſit perſonalis,*

92 *Quare contractus permutationis dicatur innominatus.*

93 *Permutationis verbum omnes contractus continet.*

94 *Quare in Pandectis inſcribatur titulus de rerum permutatione.*

95 *Permutatio differt à contractu, do vt des.*

96 *Permutatio non parit actionem, niſi rei interuentu veſtiatur.*

97 *Quoties vnum venit ad implementum alterius, non agitur ex implente, ſed ex impleto.*

98 *Cui detur actio ex permutatione.*

99 *Verbum, dare, non ſemper dominij tranſlationem importat.*

100 *Verba, accipere, tradere, recipere, ſuſcipere.*

101 *Ad quid competat hæc actio.*

102 *Libellus in hac actione.*

103 *Petitio hæreditatis eſt inſignis actio.*

104 *Definitio petitionis hæreditatis.*

105 *Petitio hæreditatis eſt actio mixta.*

106 *Hæres & bonorum poſſeſſor differunt.*

107 *Hanc actionem & hæredis hæredi dari.*

108 *Aduerſus quos detur petitio hæreditatis.*

109 *Quis dicatur pro hærede poſſidere.*

110 *Pro poſſeſſore quis poſſidere dicatur.*

111 *Petitio hæred. non datur aduerſus titulo poſſidentem.*

112 *Et quæ ſit eius doctrinæ ratio.*

113 *Caſus, in quibus petitio hæred. datur contra titulo poſſidentem.*

114 *Petitio hæred. eſt directa & vtilis.*

115 *Etiam dolo poſſidere deſinens hac actione tenetur.*

116 *Petitio hæreditatis ex iure eius qui petit formanda.*

117 *Petitio hæred. datur etiam ad partem hæreditatis.*

118 *Quæ veniant in petitione hæreditatis.*

119 *Hæreditas & augmentum recipit & diminutionem.*

120 *Quis bona fide poſſideat hæreditatem.*

121 *Quis poſſideat hæreditatem mala fide.*

122 *Hæreditatẽ mala fide poſſidens ad omneis fructus tenetur.*

123 *Bona autem fide poſſidens, nõ vltra, quàm locupletior eſt factus.*

124 *Quid in petitione hæred. ex parte actoris requiratur, & quid ex parte rei.*

125 *Quæ ſint neceſſaria, vt petit. hæred. exerceri poſſit.*

126 *Petitio hæred. ante aditã hæred. nõ datur.*

127 *In petitione hæred. ſufficit probatio ſolius tituli, nec oportet ſpecificare res hæreditarias.*

128 *Forma petitionis hæreditatis.*

Actionum autem quædam [a] bonæ fidei ſunt, quædam [b] ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt hæ: ex empto, vendito, locato, conducto, negociorum geſtorum, [d] mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, [e] præſcriptis verbis quæ de æſtimato proponitur, & ea quæ de permutatione competit, & hæreditatis petitio. Quamuis enim vſque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio eſſet, an non, noſtra tamen conſtitutio aperte eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

HIC §. præter cæteros exactam & diligentem meretur enarrationem, partim
1 † quia eſt omnium vtiliſſimus, partim quia ſummã ſeu compendium omnium fere contractuum & actionum comprehendit. Ponitur autem in eo quinta principalis actio-
2 num diuiſio, ſumpta † penes cauſam ſubſtantificam, vt Angelus nuncupat: hoc eſt, diuiſio iſta reſpicit intrinſeceas qualitates, quæ ſimul cum actione producuntur. ideóque ſubſtantificæ dicuntur. Nam intrinſeca qualitas velut eſſentiam rei exhibet: & ita aliquæ actiones ſunt bonæ fidei, aliquæ ſtricti [a] iuris. Quod vt intelligas, in primis admoneri te oportet, verbum hoc, Bona fides, varias habere [b] acceptiones, eó-
3 que interdum ſignificari, † quicquid a dolo fraude, calliditate alienum eſt: quo ſenſu nos bonam fidem [c] præſtare, bona [d] fide poſſidere negocium bona fide [e] contractũ, rem bona fide venditam dicimus. Rectiſſi-
4 mè ergo dictum eſt, in † omni negocio contrahendo bonam fidem [f] neceſſariam eſſe, cum ab omni contractu dolus malus abeſſe debeat. Nonnunquam & pro eo vſurpatur, quod Græci ἐπιεικές, nos bonum, & æquum dicimus. Vnde [g] Triphonius, Bona fides, inquit, quæ in contractibus exigitur, ſummã æquitatem deſiderat. Et [h] Gaius de actione negociorum geſtorum tam directa, quam contraria loquens: His actionibus, ait, inuicem experiri poſſunt, de eo, quod alterum alteri ex bona fide præſtare oportet. Hinc illa fideiuſſionis formula apud [i] Paulum, In quantum illum condemnari ex bona fide oportebit, tantũ fide tua eſſe iubes? inde etiã, iudicia bonæ fidei appellata, in quib. iudex ex prætoria formula liberam

a Sic Zaſ. declarat in ſubr. ſupra de actio.
b Franc. Duarenus in commẽ. de iniuria iurando.
c l. ſi vnum fundum. de cõtra emp.
d l. bonæ fidei de v. e. ſignifi.
e l. ex bona. de contrah. emp. & l. vbi. de reb. dud.
f l. bonam fide. C. de actio.
g l. bona fi dei. ff. depo.
h l. in. l. ex maleficio. de actio. & obl.
i In l. quæro. ff. locati.

liberam iudicandi facultatem habet, quod
ſibi æquum viſum fuerit. Nam olim Ro-
mæ cauſas priuatas prætores non iudicare,
ſed litigatoribus tantum iudices petenti-
bus dare ſolebant, qui recuperatores voca-
bantur. Ac in iudiciis quibuſdam prætor
in ea fere verba formulá concipiebat, qui-
bus contrahentes ſimul vſi eſſent, aut alias
ſecundũ rei, de qua agebatur, naturá, angu
5 ſtis † ſtrictiſque finibus iudicis poteſtatem
ſic includebat, vt fas ei non eſſet vel latum
vnguẽ ab eius præſcripto recedere, tametſi
fortè id æquum eſſe iudicaret: ob eamque
cauſam actioes ſtricti iuris appellatæ ſunt.
In aliis autem iudiciis multò laxiorem, li-
beriorémque poteſtatem formulę ipſæ tri-
buebant iudicibus: vt ecce in eo contractu
quem veteres fiduciam nominabant, vſita-
ta erat hæc formula, Vt inter bonos bene
agier oportet, & ſine fraudatione. In rei v-
xoriæ actione, Quod æquius melius, cuius
non ſolum [k] Cicero, ſed etiam [l] Proculus
& Iabolenus Iureconſulti meminerunt. In
emptione, venditione, locatione, condu-
ctione, & quibuſdam aliis cõtractibus, Ex
bona fide, formulæ adſcribebatur: idque
Ciceronis locus in Topicis ad Trebatium
oſtendit: In omnibus, inquit, iis iudiciis, in
quibus ex fide bona eſt additum, plurimus
cauſarum vſus eſt: id eſt, vt Boëtius inter-
pretatur, in quib. ita iudices dantur, vt non
ſtrictas inter litigantes ſtipulationes, ſed
boná fidem quærãt. Habes ex veritate, vn-
de bonæ fidei, ſtrictíque iuris actiones de-
nominationem acceperint, quę in aliorum
interpretum commentariis haud reperies.
Sunt ergo bonæ fidei actiones remiſsioris
& largioris iuris, ac ex æquitate pendentes,
non quod vlla ſit actio malę fidei, quoniam
in omnibus negociis ſiue contractib. bona
fides requiritur, cũ nemini certè ex nequi-
tia ſua actionem dandam eſſe, lex [m] permit-
tat: ſed ideo, quod iudex in cognitione po-
teſt habere rationem earum quoque rerũ,
quarum inter contrahentes nulla facta eſt
mentio, ſi fortè animaduertat, litigatores
inuicem alterum alteri ex bono & [n] æquo
aliquid oportere. Stricti verò iuris actiões
ſunt minus exuberãtes, nõ habent adeò lar
gam & abundanté in his interpretationem
iudices: nihil enim amplius in his cogno-
ſcũt & pronũciãt, quam quod nominatim
& expreſſe inter contrahẽtes conuentũ eſt.
In his nihil ſuppletur, vel aditur, nihil etiá
demitur, ſtant ſicut [o] truncus ſterilis, ſicut
progreſſus huius. §. latius oſtendet. Atque
hunc in modum ſi diuiſionem hanc acce-
peris intelliges eam (effectum ipſum conſi-
6 derando) ex † ſpeciebus inter ſe directè op-
poſitis conflatam eſſe, ceſſabúntque cauil-
lationes interpretum quæ hic mox à fron-
te obiiciuntur.

7 *a Bonæ fid.* Id eſt, † habent largam &
amplam interpretationem ex bono & æ-
quo,

b Stricti iur. Hoc eſt in quibuſdam
actionibus ſtrictis finib. iudicis poteſtas in
cluditur, vt fas ei non ſit tam plenam &
abundanté facere interpretationem. Nam
in effectu hoc voluit dixiſſe Iuſtinianus a-
ctionum quædam ſunt largioris & plenio-
ris, quædam verò anguſtioris & ſtrictioris
efficaciæ atque iuris.

c Sunt hæ. Scilicet, quæ hic referuntur
in textu. Sed iam obiici poteſt, quæ igitur
actiones ſunt ſtricti iuris? quia de his ne ver
bum quidem ſubnectitur. Quare Docto-
res exiſtimant, omneis actiones hic non
recenſitas nominatim ſub bonæ fidei iudi-
ciis, eſſe ſtricti iuris, ducto argumento ab
enumeratione ſufficienti. Vnde pro do-
gmate generali obſeruandum tradunt: hæc
actio ſtricti iuris eſt, quia inter bonæ fidei
non numeratur.

d Manda. Et hæ quidem actiones non
ſolum prout ſunt directæ, ſed etiam prout
ſunt contrariæ, hic intelliguntur. Sunt au-
tem actiones hic enumeratæ omnes dire-
ctæ, exceptis ſex, quæ ſunt directæ & con-
trariæ, vt ſunt actiones, mandati, commo-
dati, depoſiti, pignoratitia, tutelæ, & ne-
gociorum geſtorum.

8 *e Præſcri. ver.* Hæc † actionibus in
duobus tantum caſibus eſt bonæ fidei, ſci-
licet, quando pro æſtimato, & quando
ex permutatione competit: in aliis verò
ſemper eſt ſtricti iuris. Diuerſitatis ea eſt
ratio, quia in prædictis duabus ſpeciebus
hæc actio magnam habet cognationem &
affinitatẽ cũ contractu emptionis, & ven-
ditionis, item & locationis & [p] condu-
ctionis: quare ad earum ſimilitudinem in-
ductum eſt, vt is tantum caſibus bonæ fi-
dei diceretur.

Tametſi plures hic actiones referſitur, eas
9 † tamen hic ſolum enarrare conſtitui, quæ
in ſuperioribus. §§. non ſunt explicatæ, vt
eſt actio negociorum geſtorum, tutelæ, pi-
gnoratitia, præſcriptis verbis æſtimato-
ria, & ex permutatione, Item petitio hære-
ditatis. Quia verò pleraſque hic differen-
tias apprimè vtiles inter actiones bonæ fi-
dei & ſtricti iuris Accurſius colligit, quæ
vniuerſum omneis contractus & perſecu-
tiones reſpiciant, eas ante omnia ſigilla-
tim diſcutere, operæpretium fuerit: quo
facto, tum ad prædictarum actionum ſpe-
cialem explanationem manum admolie-
10 mur. Prima † differentia: In † contracti-
11 bus bonæ fidei dolus dans cauſam con-
tractui, facit contractum ipſo iure non
ſubſiſtere, & re integra deceptus non te-
nebitur ad perficiendum: re autem non
integra, vt quia traditio, vel aliud ſecu-
tum eſt, actio doli competet ad reſtituen-
dam rem traditam, & ad reſcindendum
contractum, quatenus de [q] facto proceſ-
12 ſit. Tunc † autem dolus cauſam contra-
ctui dare dicitur, quando aliquis dolo in-
ducitur, vt ineat contractum aliquem
bonæ fidei, quem aliàs non erat initurus,
puta vt vendat rem, quæ aliàs non erat
venalis futura. In ſtricti verò iuris contra-
13 ctibus contractus ipſo iure tenet, † datur
tamen exceptio doli [r] aduerſus agentem
& ſi decepto non poteſt conſuli per exce-
ptionem,

k Cicero lib. 1. de offic.
l l. ſi cum Cornelius de ſolut. & l. pe. ff. ſolu. mat.
m l. bona fidem C. de act. & obli.
n Vel in. §. noſtro. & in l. conſenſu. ad fin. de act. & oblig.
o l. quia tã tandem. ff. neg. geſt.
p l. 1. in prin. de æſtima. act. & l. 1. in princ. de re permut.
q Et hic eſt germanus intellectus l. & eleganter. ff. de dol. mal.
r l. dolo. C. de inutil. ſtipul.

prionem, quia iam tradidit, vel aliàs con-
tractum perfecit, actio doli [f] conceditur.
14 Effectus † autem, an contractus ipſo iure
infirmetur, vel ope exceptionis, non eſt le-
uis: quia ſi ipſo iure, tum etiamſi per ad-
uerſarium non oppponatur, ſufficit ta-
men vt de eo iudici quoquo modo con-
ſtet: obligabitur enim agentem ex officio
repellere, & ſi vlterius progrederetur, pro-
ceſſus eſſet iure nullus. Secus ſi ope ex-
ceptionis, quia oportet vt in iudicio no-
minatim & expreſſe obiiciatur, alias iu-
15 dicium valebit. Secunda: In bonæ † fidei
iudiciis ſi dolus non det cauſam contra-
ctui, ſed incidat ſolum contractus iure
quidem firmus eſt, ſed damnum ſarcitur
& reponitur per actionem ex eo contra-
ctu propter dolum: vt ſi quis alias fuerat
venditurus rem ſuam, & circunſcribitur
vt minoris [t] vendat. Secus in ſtricti iuris
cõtractibus, nam etſi dolus incidat vitium
tamen non emendatur per contractum,
ſed eliditur, vel diſſoluitur per actionem
16 vel exceptionem doli. Tertia: In † bonæ
fidei contractibus, ex mora vſuræ deben-
tur: quamprimum alter contrahentium
differt facere id quod debet, ad vſuras te-
nebitur. Quid autem ſit mora, quique
eius effectus [u] Accurſius in Pandectis ele-
ganter pertractat. Et iſtiuſmodi vſuræ ſunt
licitæ etiam iure [x] Canonum, quod verum
eſſe cognoſcitur, ſi vendidi tibi prædium,
& tradidi: túque fructus ex eo percipis,
nec ſoluis mihi precium ad diem præfi-
nitum: ſecus enim [y] eſſet, ſi rem quidem
haberes, fructus verò nullos lucrareris. In
ſtricti verò iuris perſecutionibus non ve-
niunt vſuræ ex mora citra vinculum ſti-
pulationis, etiam poſt litem [z] conteſtatam.
Nec obſtat quod [a] Paulus ait, lite conteſta-
ta vſuras currere: id enim ad bonæ fidei
contractus rectè ab Accurſio coarctari,
17 vulgò probatum eſt. Quarta: In † iudiciis
bonæ fidei ſemper veniunt fructus à tem-
pore moræ Sed in ſtricti iuris actionibus
diſtinguitur, vtrum petam id quod nun-
quam fui meũ, quo caſu fructus non con-
ſequor etiã mora facta, niſi à tempore cœ-
pti iudicij, ſeu litis conteſtatæ: nam [b] ita de-
mum omnis cauſa reſtituenda eſt, id eſt,
omne quod habiturus eſt actor, ſi litis con
teſtatæ tempore [b] ſolutio illi facta fuiſſet.
An verò id, quod aliquando fuit, vel nunc
eſt meum: tum enim ex mora indiſtinctè
18 veniũt fructus rei petitæ. Quinta: in † a-
ctionibus bonæ fidei veniunt ea, quæ ne-
que dicta, neque cogitata ſunt: in ſtrictis
verò iudiciis ea tantum debentur, quæ per
contrahentes expreſſa ſunt, aut veriſimili-
19 ter cogitari poterant Pro † priori thema-
te confirmãdo allegat Gloſſographus [c] Vl-
piani reſponſum, in qua tamen exemplum
ex profeſſo contrarium ponitur, videlicet,
quod ruta cæſa non contineantur domo
vendita, niſi ſint nominatim dicta: quare
alio opus eſt exemplo ad illud firmadum.
In contractu emptionis vel alio conſimi-

f Gl. eſt in d. l. eleganter. in verſic. ſi in hoc ipſo Bart. in l. ſi quis cum aliter de verb. oblig.

t l. ſi quis aſſirmauerit. de dolo malo. & l. Iulianus. §. ſi venditor. de act. empt.

u In l. mora in prin. ff. de vſu.

x Tex. in c. conqueſtus. extra de vſur. & ter. in l. ij. C. eod.

y Per gloſ. approbatã in l. Iulianus. ff. de act. emp.

z Text. in l. j. & ibi gl. ſing. C. de condi. inde. & in l. iij. C. de vſur.

a In l. lite ff. de vſu.

b l. videamus. ij §. ſi actionem ff. de vſur. & l. cum fundus ff. ſi cer. pet. vbi hæc habentur.

c In l. fundi §. ſi ruta. ff. de act. empt.

d Zaſi⁹ hic.

li bonæ fidei, quamuis paciſcentes nihil
dixerint, vel cogitarint etiam de vſuris
à tempore moræ præſtandis, hæ tamen
[e] veniunt. Item ſi vinum venditur, vt ad
certam diem auehatur, & venditor illud
ad præſtitutum diem non auehat, poteſt
venditor illud [f] effundere, etſi de hoc no
cogitatum quidem fuerit. Habes multa a-
lia exempla paſſim [g] in legib. Poſterius
thema probatur ex regula, que dicit, pro
expreſſo [h] haberi, quod veriſimiliter ex-
preſſum fuiſſet, ſi de eo cogitaretur. Ver-
bi gratia ſi equus mihi promitteretur per
ſtipulationem, & ſic per contractum ſtri-
cti iuris, iam veniet quoque ephippium
& capiſtrium, non aliter atque in bonæ
fidei iudicio. Item ſi promitteretur e-
quus cum ornamentis equeſtrib. perinde
deberentur omnia ornamenta, quæ habet
equus, ac ſi [i] venditus eſſet. Sexta: in
20 † actionib. bonæ fidei, vbi quis tene-
tur in diem, vel ſub conditione, po-
teſt conueniri ad præſtandam cautionem
ex iuxta [k] cauſa. Quæ autem ſit iuſta
cauſa, iudicis arbitrio relinquitur cen-
ſendum: veluti ſi perſona debitoris inte-
rim ſuſpecta fiat, & periculum ſit, eum
die veniente non [l] ſoluturum. Quod
non æquè cuſtoditur in actionib. ſtricti
[m] iuris, exceptis [n] aliquot caſib. Se-
21 ptima: in bonæ † fidei iudiciis iuratur
in litem, ſcilicet ob dolum & contuma-
ciam, non [o] reſtituentis: ſecus eſt in per-
ſecutionib. ſtricti iuris, niſi fortè ex cau-
ſa legitima id fieret, vt pote ſi iudex rem
non extantem aliter æſtimare non [p] poſ-
22 ſit. In litem † autem iurare, eſt per reli-
gionem iuriſiurandi declarare, quanti æ-
ſtimetur tota res controuerſa ab actore:
ſequitur enim iudex in hoc iuramento
affectum actoris, ſecundum quem de-
finiat totam litem, vt ſic excreſcat con-
demnatio vltra verum rerum precium,
ad puniendam fraudem & contumaciam
non [q] reſtituentis. Hinc aliàs in litem,
23 aliàs affectionis † iuramentum dicitur,
in quo non hoc conſideratur, virum in
veritate tanti interſit actoris, ſed an a-
ctor tanti rem æſtimauerit. Si tamen iu-
dex animaduertat nimis vehementem
eſſe actoris affectum, poteſt & debet
modum iuramento præſcribere, vt in-
tra certam quantitatem iuretur, vel
conceptæ per actorem æſtimationi, an-
tequam iuret, taxationem adiicere, aut
denique poſt iuramentum taxare: imò
poteſtatem habet iuramentum iam præ-
ſtitum non ſequi, ſed vel prorſus abſol-
uere reum conuentum, vel etiam mi-
noris condemnare, quàm iuratum eſt,
ex magna cauſa, & poſtea repertis pro-
24 bationibus. Cæterum † ſolus iudex ta-
le iuramentum deferre poteſt, itidémque
ſi hoc magis expedire exiſtimet, omni-
25 no [r] denegare. Octaua: In † iudiciis bonæ
fidei reſtituens rem, niſi precium deterio-
rationis ſimul reddatur, non liberatur à
prima

e l. mora. §. in bonæ fid. ff. de vſur.

f l. j. in ſi. ff. de peric. & commo. rei vend.

g In l. Titius. in ſi. ff. de ac. empt. & per diſcurſum, C. de ædil. edict.

h Quã amplè Claud. de Siſel. tract. in l. mulier. § Braſidas. ff. ad Trebel.

i l. ædilles. ij. ff. de ædil. edict. Bart. in l. eſt qui. §. nõ ſolum. ff. de furt. Zaſius hic.

k l. In omnibus. ff. de iudi.

l l. ſi fideiuſſor. §. vlt. ff. qui ſatiſ. cog.

m l. dedit tibi. in prin. ff. de condi. ob cau. &c.

n Iuxta l. ſi cum exceptione. §. quod ſi homo. ff. quod met. cau. & l. ſi a bonæ fidei. ff. de rei vend. l. ſi pecuniam. §. item ſi quis. ff. de condi. cau. da. l. grege. §. ſi ſub conditione ff. de pign. & l. prætor. ff. de dam. infe.

o l. ſi in actionu. ff. de in lit. iuran.

p Vt apparet ex d. l. in actioni.

q l. j. & l. ij. ff. de in litem iuran.

r l. videamus. §. deferre. cum l. ſeq. & d. l. in actionibus. in princip. ff. de in lit. iuran.

prima actione. Res enim reddita non dici-
tur, quæ deterior facta [f] redditur. Secus in
ſtrictis actionib. Sufficit enim rem eſſe re-
ſtitutam, etſi ſit facta deterior: poteſt ta-
men læſus precium deteriorationis iudi-
cialiter cōſequi, vt hic Iaſ. ex veritate do-
cet. Nona: In bonæ fidei perſecutioni-
bus quotieſcunque cauendum eſt, non ali
ter exigi poteſt ſufficiens cautio, id eſt fi-
deiuſſoria, vel pignoratitia, quàm ſi aduer-
ſarius non difficulter eam præſtare poſsit:
26 alioqui † ſimplex promiſsio, vel certe iu-
ratoria cautio ſufficiet. In ſtrictis verò iu-
diciis ſi cauendum eſt, ſemper requiritur
[t] ſufficiens cautio. Accurſius adhuc aliam
ſubiungit differentiam, videlicet quod in
cōtractibus ſtricti iuris teneatur quis præ-
ciſe ad dandum: in contractibus verò bo-
næ fidei liberetur quis preſtando intereſſe
Hác tamen Doctores cōmuni calculo re-
prehendunt, & penè ſine controuerſia eſt,
tam in bonæ fidei, quam ſtricti iuris con-
tractibus, obligationem ad dandum non
eximi, ſoluendo intereſſe, exceptis contra-
ctibus innominatis, id quod ipſe etiā Ac-
curſius [u] alibi ſenſit. Vbi autē rem tradi vel
fieri eſt in obligatione, tūc ſuccedit intereſ
ſe. Rationes multas [x] Barto. ponit.

f l. iij. § ſi reddita. ff. commod.

t Bart. in l. 1. ff. ſolut. matrimo.

u In l. vnica. in verb. cōtractib⁹. C. de ſentē. quæ pro eo quod inter.

x Barto. In l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. obl.

27 Diſcuſſis † inter vtraque iudicia diffe-
rentiis, ad actionum hoc loci enumerata-
rum declarationem accingamur: & primo
actionem negociorum geſtorum explice-
28 mus. Cùm autē hoc verbū, Gerere, † mul-
tis modis [y] accipiatur in hoc propoſito
pro adminiſtrare ſumitur, ſicut & in vul-
gara regula Qui per alium gerit, per ſe [z] ge
29 rere videtur. Deinde † ſcias, quatuor mo-
dis geri negocium alienum: primò cura &
ſolicitudine, vt in tutoribus, curatoribus,
procuratoribus, adminiſtratoribus. Dein-
de re ipſa cum in rem tuam impendo, etſi
tuo intuitu non fecerim. Tertio ratihabi-
tione, cum quæ tuo nomine geſsi, ratum
habes & niſi ratū haberes, nihil ad te per-
tineret. Denique ipſo geſtu, cum creditori
tuo ſoluo, te ignorante vel [a] inuito. Et di-
30 cuntur † geri negocia me ignorante: man
datum autem ſemper habet præuium iuſ-
ſum. His præmiſsis, definiamus hanc a-
31 ctionem. Actio † neg. geſtorum eſt per-
ſonalis, aduerſus eum competens, qui ſua
ſponte abſentis negocia geſsit, vt reddat
rationem adminiſtrationis ſuæ. Perſona-
32 lis † eſt, quaſi ex [b] contractu: vocatur e-
nim negociorum geſtio quaſi contractus,
tum quod in ea nō interuenit contractus,
aut conſenſus partium: tum etiam, quod
ea obligatio tacitè introducta à legibus.
ſeu æquitate perinde habetur, ac ſi orta
eſſet ex contractu. Adieci, competens, ſim-
33 pliciter: neque † enim illi tantum con-
ceditur, cuius negocia geſta ſunt, ſed ge-
neraliter cuilibet, cuius intereſt hoc iudi-
cio [c] experiri. Item & mulieribus [d] com-
34 petit. Dixi, † aduerſus eum qui ſua ſponte:
ſi enim rogatus gratificarer amico man-
dati actio cōpeteret. Item ad differentiam
tutelæ, quia tutores quoque aliena gerunt

y Olden. in praxi huius actionis.

z l. Ita tam § gesſiſſe. ff. de adminiſt. tut.

a l. ſoluendo. ff. neg. geſt. gl. in l. ſi pupil. § Itē quæritur. d. tit.

b Vt ſuprà de obli. quæ ex quaſi contra nas. § j.

c Tex. in l. actio. ff. neg. geſt.

d l. iij. hoc tit.

negocia, non tamen ſua ſponte, ſed ex ne-
ceſsitate à legibus impoſita: ideóque ſpe-
cialis actio tutelæ ad hoc prodita eſt. Sub-
35 iunxi, abſentis † negocia: quoniā in hoc iu-
dicio abſentia requiritur. ſi enim præſens
fueris, pateríſque aliū tua negocia gerere,
mandare [e] videris, & ceſſat hæc actio. Ad-
poſui, geſsit, ſimpliciter quia non refert,
an in iudicio, vel extra, item an per ſe, vel
36 per alium geſſerit, poteſt † enim negocio-
rum geſtor, ſicut & procurator, ſubſtitue-
re aliquem ad negocia gerenda, ſuo tamen
periculo: non enim excuſatur, ſi dicat ſe
credidiſſe idoneum, [f] quem ſuffecerat. Vn-
37 de ſolet euenire, quod † plerunque ex vna
eadémque negocij geſtione diuerſæ perſo-
næ diuerſas acquirant actiones. Vt ecce, ſi
cum deſtinaſſem negocia Titij gerere, a-
lius mihi mandet per ſubſtitutionem, aut
ſimplicem cōmiſsionem, vt geram, duo o-
riuntur iudicia inter Titium & me, nego-
ciorum geſtorum: inter mandantem verò
& me, mādati actio. Et ſi negocia geſturus,
accepero fideiuſſorē de indemnitate pro-
mittentem, eo caſu aduerſus dominum ne-
gociorū hæc actio competit, aduerſus fi-
deiuſſorem vero certi condictio, ſi certum
promiſerit, vel ex ſtipulatu, ſi incertum
contineat promiſsio. Poteſt etiam fideiuſ-
ſor aduerſus eum, pro quo fideiuſsit, hac ne
gociorum geſtorum [g] actione vti. Item ſi
mādatum ſolius mariti ſecutus, tam ipſius,
quam vxoris negotia geſſerim, inter ma-
ritùm & me, mandati actio erit: inter vxo-
rem verò & me, negociorum [h] geſtorum.
38 Quanquam † autem hæc actio directò tan-
tum illis conceditur, qui vltrò abſentis res
gerunt, vtiliter tamen etiam in eos locum
habet, qui aliqua neceſsitate vrgente vel
neceſsitatis ſuſpicione geſſerūt, ſi aduerſus
ipſos non ſit conſtituta propria [i] actio. Itē
qui ſe procuratores opinantur falſo, aut
curatores, cum non ſint. Sequitur in diffi-
nitione, vt reddat rationem: ad hoc enim
39 intenditur hęc actio, vt † negociorū geſtor
actus ſui ratione reddita, condemnetur in
id quod non, vt oportuit, geſsit, vel quod
ex huiuſmodi negociis [k] retinet, vel etiam
vt vſuras præſtet eius pecuniæ, quæ dem-
ptis neceſſariis ſumptibus [l] ſupereſt. Poteſt
40 † autem ſtatim exerceri cœpta adminiſtra-
tione, etiam [m] antequam finiatur.
41 Porrò † hæc actio duplex eſt, directa ſci
licet, & contraria. Directam hactenus de-
42 ſcripſimus. Contraria † datur negocio-
rum geſtori aduerſus dominum, ſi res vti-
liter geſta, ſit vt præſtetur id, quod impen-
dit neceſſario vel vtiliter non etiam [n] vo-
luptatis cauſa: item vt liberetur ab obliga-
tione pro domino negociorum ſuſcepta:
& generaliter vt præſtetur ei indemnitas
rerum [o] geſtarum. Sufficit autem rem
43 † cœptam eſſe vtiliter geri, etiamſi non ſe-
quatur proſper [p] euentus: vt ſi domum
tuam fulſi, quæ ruinam minabatur, quæ
tamen inde corruit. vel morbo pecudis
mederi volui, contrarius tamen caſus ac-
44 cidit. At verò ſi maiori ſumptu, quam † fa-
cultates

e Text. in l. ſi remunerandi. § ſi paſſus. ff. mand.

f l. nam & ſ. ruus. § vlt. ff. hoc titul.

g l. ait prætor. § vlt. & l. ſeq. ff. hoc tit. & ſupra de verb. obl. in prin.

h l. ſi mandatum. C. neg. geſt.

i Tex. in l. at qui natura. § ſi libero. C. nego. geſt. & c. l. iij. § etſi furioſi. ff. eo tunc. & l. curatoris. C. d. tit.

k l. ij. ff. hoc tit.

l l. qui aliena. in princ. hoc tit.

m Bar. in l. nam & Sceuius. § qui negocia. ff. eo. & l. non quaſi § hāc ſtipulationē rem pup. ſal. fore.

n l ex duobus. in prin. & l. quæ vtiliter. in prin. ff. nego. geſt.

o l. ſi mandatum. ff. hoc. ipſo tit. per l. ij. C. de ſenten. quæ ſi. cer. quam prof.

p Tex. in l. ij. in ſi. & l. ſed an vltro § is autem neg. geſt.

cultates domini patiantur, quid geſtum ſit
maximè ſi non adeò magna ſuberat neceſ-
ſitas hæc actio etiam vtiliter gerenti [q] de-
negaretur. Item & ſi dolus, lata vel leuis
culpa intercederet, non daretur hoc iudi-
cium. Leuiſsima autem culpa non venit,
niſi eo caſu quo diligentior aliquis geſtu-
rus fuerat, ſi ego non [r] geſsiſſem. Ab culpa
tamen leui & leuiſsima excuſatet affectio-
nis ſynceritas, [f] & imminens rei neceſsitas.
Caſus porrò fortuitus non conſideratur,
pauculis aliquot caſibus [t] exceptis. Cætera
ad hanc actionem pertinentia require ex
Pandectarum & Codicis titulo, Negocio-
rum geſtorum, Sed quæ ſunt probanda ab
45 actore in hiſce iudiciis? Et in † directa qui-
dem negociorum geſtorum actione doce-
bit actor, negocia per alium acta, ad ſe per
tinere: id quod multis modis licet. Primò,
ſi dicat rem geſtam ſuam eſſe iure domi-
nij, vel quaſi dominij, cuius adminiſtratio-
nem ſuſcepit reus, etiamſi reſpectu alterius
[u] geſsit. Deinde, ſi adſerat ſuum eſſe nego-
cium per conſequentiam, puta ratione ali-
cuius officij, quod ei adminiſtrationem ne
ceſſario imponebat. Exempli cauſa: Geſsi-
ſti vltro negocia, quæ tutor curator, pro-
curatórve gerere debuiſſet ídque illius in-
tuitu, ſcilicet ne propter neglectam admi-
niſtrationem teneretur: certè is ſi agat di-
recta, rectè abſtruet ſuum eſſe geſtum
negocium. Denique ratihabitione, nam
ſi actor docuerit, ſe ratum habuiſſe id,
quod eius nomine ignoranter geſtum eſt,
meritò obtinebit. Verbi gratia, ſi à de-
bitore actoris exigatur pecunia, vel ſi quid
ematur aut vendatur eius nomine: nam
vtrunque poteſt improbare ſi [x] maluerit.
46 In † contrario vero iudicio probare o-
portet geſtorum, quod domini contem-
platione ſit geſtum negocium. Id autem
docebit primum ex eo, quod ſciuerit pe-
riculum negocij ad abſentem pertinere.
Deinde, quod proteſtatus ſit: ſe nomine il-
lius [y] gerere. Tertio, ſi amicitiam oſtende-
rit, ex qua coniiciendum ſit eius nomine
potius geſsiſſe, quam alterius, ſatis videtur
intentionem [z] probaſſe. In omni denique
negociorum genere, ſiue principaliter &
immediatè ſiue per conſequentiam & me-
diatè ad nos pertineat, habet locum rati-
habitio. Praxis in directa neg. geſt. actione.
47 Cùm † rebus [a] meis ſic poſtulantibus nu-
per aliquandiu abfuiſſem. Titius interim
talia mea adminiſtrauit negocia ſine vllo
mandatu meo. Verùm cum ipſe pleráque
negligentius geſſerit, & plura de meo nunc
penes ſe habeat, peto vt reddita & in ſuper
ædita ratione negociorum, ad reſtituen-
da reliqua, quæ detinet, quæque, ad me
quoquo modo pertinent, per ſententiam
condemnetur, &c. Contraria ſic inſtituen-
48 da: Cum † Flaccus nuper eſſet profectus
peregrè, eius geſsi negocia, domúmque
eiuſdem, quæ ruinam minabatur, fulciri
feci, & in prædicta negocia meo ære im-
pendi XX. florenos, vel alij me obligaui ex
geſto negocio in tanta ſumma, & omnes
ſumptus prædictos conſcripſi in diario
meo, cuius tenorem in proceſſu cauſæ pa-
ratus ſum ædere. Item pro pecunia in res
ipſius Flacci impenſa, ſolui tales vſuras:
quare peto eundem Flaccum condem-
nari vt mihi ſupradictam ſummam pecu-
niæ ſoluat, cum vſuris, vel vt me obliga-
tione, ob res gerendas cũ Sempronio con-
tracta, liberet, ac omnibus modis, ne mihi
officium meum ſit damnoſum, præſtet,
méque indemnem reddat, &c.
49 Sequitur † tutelæ actio, quæ eſt perſo-
nalis pupillo competens aduerſus tuto-
rem, finita tutela, vt reddat rationem ſuæ
50 adminiſtrationis. Perſonalis † eſt, quia in
perſoná tutoris quaſi ex cõtractu naſcitur
Tutor enim & pupillus dicũtur quaſi con-
trahere, quia vſqueadeo nõ exigitur cõſen
ſus pupilli, vt & ignorãti & inuito [b] tutor
detur. Introducta autem eſt hæc actio iure
ciuili: nam cum eo iure permittatur admi-
niſtratio [c] tutelæ, ergo, & hæc actio propo-
ſita eſt in eos, qui talem poteſtatem admi-
niſtrandi conuertunt in perniciem pu-
51 pillorum. Addidi, aduerſus † tutorem, ſim
pliciter, vt omneis tutores cuiuſcunque ge
neris includerem, ſiue teſtamento ſcripti
ſint, ſiue legitimi, ſiue a iudice dati. Sed
52 † & honorarij tutores huic iudicio ſubiiciũ
tur blandiuntur enim ſibi (inquit graui-
ter [d] Vlpianus) qui putant honorarios tu-
tores omnino non teneri. Si tamen plures
adminiſtrarent, videndum eſt, vtrũ ſoluen-
do ſint omnes: nam tunc pro virilibus por
tionibus tenentur: an verò nõ quo caſu al-
ter ex alterius facto condemnari [e] poteſt.
Deinde aduertendum eſt, vtrum teſtator
vel iudex diuiſerit inter eos adminiſtra-
tionem, propter commoditatem rerũ ge-
rendarum: tum enim quilibet pro parte
ſibi aſsignata conueniri tantum poteſt. An
verò ipſi inter ſe diuiſerint, aut nemine
diuidente, aliqui geſſerint reliquis ceſſan-
tibus, ea ſpecie in ſolidum [f] tenentur ſin-
53 guli. Adiunxi, finita tutela: antè † enim
hæc actio intendi nequit: quia abſurdum
eſſet à tutore adminiſtrationis rationem
negociorum pupilli expoſcere, in qua ad-
huc perſeueraret, Vlpiano [g] authore. Qui-
bus autem modis finiatur, habes proprium
tractatum ſuprà libro primo. Inſtitu. Po-
ſtremò addidi, vt reddat rationem ſui
54 officij, ſeu adminiſtrationis: ad † hoc
namque intenditur, vt adminiſtrationis
ſuæ, omniúmque rerum geſtarum ratio-
nem reddat, ex eo die, quo per denuncia-
tionem, vel quouis alio modo reſciuerit
ſe tutorem eſſe, hoc poſtremum tamen pu-
pillum probare [h] oportet, niſi præſumptio
ſcientiæ transferat onus probandi in ipſum
[i] tutorem. Et ad tutoris officium ſpectat, ra
tiones actus ſui conficere, & pupillo [k] red-
dere. Quod vt commodius fiat, mox at-
55 que fuerit conſtitutus, repertorium † ſeu
inuentarium [l] conſcribere debet, in quod
omnia, quæ in pupilli bonis reperiuntur,
referenda ſunt, requiſito ad id tabellione
publico: id ſi facere prætermiſerit, tum

præter

q d. l. ſed an vltro in fin.

r l. ſi nego-cia. & l. ſi pu-pilli. §. vi-deam. hoc tit.

ſ Tex. not. in. l. iij. §. in terdum eo. tit.

t Quos ha bes in d. l. ſi negocia. & d. l. ſi pupil-lo prin. & §. ſed ſi quis & l. ſiue hæ redita. & l. debitor me. ff. hoc tit. l. negoci. C. eo adde l. quod res. §. vlt. ff. de legat. j.

u l. item ſi cum. & d. l. ſi pupilli. §. ſi quis pecu-niam & §. ſi quis ita ff. hoc tit.

x l. ſi pecu niam. C. hoc tit. & l. ſol-uendo. ff. eo. tit.

y l. Neſen-nius. ff. neg. geſt.

z d. l. ſi pu-pilli. §. ſed ſi ego.

a Hanc pe tendi formã probat. l. ij. & hoc titu.

b l. nec non ff de tut. & cur. dat ab his. &c. & §. tutores. vbi dixi. ſuprà de obl. quæ qua. ex con-tra naſcun.

c §. j. ſu-prà de tu.

d In l. ſi plures. §. j. de admi. tu.

e Tex. in l. j. § nunc tra ctemus ff. de tut. & ratio diſtr.

f l. iij. § ap paret. ff. tut. l. ſi domino l. inter tuto-res. ff. de ad-mi. tuto. & l. ij. C. de di-ui. tut.

g In l. ſi tu-tor. § ſi teſta mento & l. niſi finita. in princip. ff. de tut. & ratio diſtr.

h Tex. in l. quidam de-cedens. §. vl. cũm l. ſeq. de admini. tuto.

i l. ſi tutor. C. de peric. tut. vel cur.

k l. j. §. of-ficio. ff. de tut. & ratio diſtr.

l Iuxta. l. tutores. C. de admini. tuto.

præter hoc, quod contra ipſum iurari po-
teſt in litem, in id quod pupilli intereſt,
etiam vt falſarius condemnari poterit, po-
tiſsimum ſi ob neglectum inuẽtarium iu-
ſtam adminiſtrationis rationem reddere
56 [m] nequeat. Deinde † venit in hanc actio-
nem, quicquid dolo, lata culpa, vel leui geſ-
ſit, aut gerere omiſit tutor: veniunt & bo-
na pupilli, ſi quæ penes ſe retinuit. Genera-
liter enim, inquit [n] Vlpianus, de omnibus
quæ tutor fecit, quum facere non deberet
item de his quæ non fecit, rationem red-
det hoc iudicio. Tenetur tamen actor in
progreſſu explicare per poſitiones, quid
de rebus pupillaribus reliquum apud tuto
rem remanſerit: quod ſi id cõfiteatur tutor
damnandus eſt, vt reſtituat, vel rationem
reddat: ſeu verò neget, id actor per inuẽta-
rium, aut alios modos docere obligabitur.

m l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tut. l. dolo & l. ſi procurator. §. dolo ff. mand & l j. §. tutores. ff. de falſ.
n l. tutor quondam. C. arbit. tut. l. j. in princ. ff. de tut. & ratio. diſt.

57 Hæc † actio pariter duplex eſt, directa
ſcilicet, quam hactenus expediuimus: &
contraria, quam prætor introduxit [o] per
æquitatem, quum videret ius ciuile tutori
non proſpexiſſe, vt haberet aliquam de in-
demnitate actionem: atque ea ratione e-
tiam directa eſt, vt quæ ex verbis & mente
58 prætoris fluat, quod obſerua diligenter. Et
† hæc contraria actio eſt etiam perſonalis,
quaſi ex contractu, ſicut [p] ſuperior directa:
& tutori competit aduerſus pupillum,
cuius tutela eſt adminiſtrata, etiam ſi ipſe
maluerit tutorem conuenire, quia fortè
nihil ei [q] deeſt, qua repetit, ſi quid in rem
pupilli impendit, vel pro eo ſeſe obliga-
uit, vt liberetur [r] ab obligatione. Poteſt
etiam tutor hoc iudicio conſequi ea,
quæ aliàs ipſi debebantur, vt puta à patre
pupilli, quorum exactionem ideò diſtulit,
quia tutor erat, interim amittens tempore
actionem. Æquum enim eſt, vt indemni-
tatem conſequatur, niſi ſaluam habeat
adhuc actionem aduerſus [s] hæredes pa-
tris. Quamuis autem ſuprà dixerim hanc
actionem tutori dari directò, vtiliter ta-
men & ex interpretatione etiam ei conce-
ditur, qui pro tutore pupilli negocia [t] geſ-
ſit. Porrò vtraque tutelæ actio tam directa
quàm contraria, eſt bonæ fidei, & vtraque
tam hæredibus, quàm in hæredes cõpetit.

o tex. in l. j. ff. de cõtr. tut. & vtil. actio.
p d. §. tutores.
q d. l. j. §. vlti.
r d. §. tutores. in fine & ff. de con tra. iudi. tu. per totum.
s l. j. §. en in hoc. ff. de contr. tu.
t d. l. j. §. j.

59 Praxis in directa: Titius † fuit [u] tutor
meus datiuus, qui per decennium geſsit
tutorio nomine omnia negocia mea. Ve-
rùm quum nunc finita ſit tutela, ago au-
thoritate curatoris mei aduerſus prædictũ
Titium, vt rationem ſuæ adminiſtratio-
nis mihi reddat, & de malè geſtis, & de
his quæ gerere debuit, nec ea geſsit, dam-
na reſarciat, petens eum condemnari, vt
ita reddita ratione tutelæ geſtæ & omiſ-
ſæ, reliqua præſtet, & omnia bona ſua
mihi tacitè obligata pro adminiſtratio-
ne tutelæ, reſtituat, &c. Dixi autem in
60 libello, authoritate curatoris, quia † re-
gulariter minor natu agendo vel defen-
dendo ſine authoritate curatoris ſui eſſe
non poteſt. Si ergo quis experiri velit.
cogitur habere ſaltem curatorem ad litem
alias [x] repellitur: & ille curator iurabit de

u Probatur hæc forma in l. pro officio. C. de admin. tuto.
x §. item finiti ſuprà de curat.

calumnia, hoc enim iuſiurandum non ca-
dit in perſonam minoris. Poteſt tamen
minor pro arbitrio, vel litem in ſe ſuſci-
pere (vt in præſenti libello) vel transferre
in curatorem, vt is actionem in ſua perſo-
na proponat, curatorio tamen nomine,
litem conteſtetur, eámque ad finem dedu-
cat. Cæterum ſi tutor contrariam inſti-
tuat actionem tutelæ, formam non diffi-
culter ex ſupradictis colliges.

Hic quoque non eſt prætermittendum,
& aliam actionem à pretore introductam
eſſe, quæ † pro tutelæ dicitur, cui tum lo-
61 cus eſt, quando quis pupilli tutelam gerit
vt tutor, cum re [y] vera non ſit: datur enim
hæc actio pupillo aduerſus eum, qui pro
tutore adminiſtrauit tutelam, cum non
eſſet tutor: vel contra ignorans ſe tuto-
rem, cum in veritate eſſet: vel denique
ſciens ſe non eſſe, fingens tamen eſſe, vt
actione reddita reliqua præſtet, damnáque
per malam adminiſtrationem illata repo-
nat. Poteſt autem hæc pro tutelæ actio in-
tendi etiam ante pubertatem, ſi error [z] ma
nifeſtetur. Et hæc pariter bonæ fidei eſt.
ſicut ſuperior, vt hic Accurſ. rectè ſentit,
cui Iaſon & Zaſ. ſubſcribunt: aliàs enim
ſequeretur eum qui non eſt tutor, melio-
ris conditionis eſſe quam tutorem. & hoc
caſu directa eſt. Eſt quoque contraria hæc
actio, vt præcedens, ſi ille, qui pro tutore
adminiſtrauit, impenſas in tutela vtiliter,
& pro officio boni viri fecit: & tam hære-
dib. pupilli, quam in hæredes pro tutoris
datur. Formam autem huius actionis per
te facilè aſſequere, nã ferè inſtar ſuperio-
ris proponenda eſt niſi quod oſtẽdas, eum
pro tutore geſsiſſe tutelam, aduerſus quem
experiris.

y l. j. in princ. & §. j. ff. de eo qui pro tut.
z d. l. j. §. cum eo.

Nunc ad actionem pignoratitiam, quæ
tractatur in Pandectis, ſub titulo de pi-
gnoratitia actione. Et hæc pariter duplex
eſt directa, ſcilicet, & contraria. De directa
62 primo videamus. Eſt ergo actio † pi-
gnoratitia directa, perſonalis iure ciui-
li introducta, debitori competens ad-
uerſus creditorem ad repetendum pignus,
& id quod ſua intereſt, ſi ei ſatisfecerit.
63 Quod † ſit perſonalis, patet, quia ex
contractu pignoris naſcitur, per quem
creditor, qui pignus accepit, re obligatur,
vt [a] alibi abundè oſtendi: ſicque in per-
ſonam eſt. Quod autẽ ſit iuris ciuilis, ex eo
conſtat quia pro regula traditur, [b] ſemper
actionis formulam iuri ciuili tribuendam
eſſe, ſi de authoritate prætoris expreſſe non
64 conſtet. Sequitur, † debitori competens: di-
rectò enim debitori conceditur, [c] qui poſt
ſolutionem totius debiti repetit ſuum pi-
gnus. Vtiliter quoque illi datur, [d] qui
cum rem alienam pignori obligaſſet, ſo-
luit debitum. Adieci, aduerſus credito-
rem: quemadmodum enim bonum & æ-
quum eſt, vt debitor iuxta conuentionem
ſuã creditori, res quas illi pro ſecuritate op
pignorauit, tradat pro his enim cõſequen-
dis actionem habet hypothecariã, quam [e] ſu
prà enarraui: ita quoque æquitas expoſcit,

a in §. creditor. ſuprà quib. mod. re contrahit oblig.
b Tex. in l. ij. §. deinde ex his legib. ff. de orig. iur.
c Tex. in l. ſi rem alienã §. omn. ff. de pign. act.
d d. l. ſi rem alienam. §. is quoque.
e in §. item Seruiana ſuprà eod.

vt creditor

vt creditor ſoluta obligatione reddat de-
bitori res pignoris nomine ſibi traditas, i-
deóque in eum hæc [f] actio conſtituta fuit.
65 Dixi, † ad repetendum pignus, ſimpliciter:
ſiue enim ſit res mobilis, ſiue immobilis,
quæ creditori in cauſam pignoris obligata
eſt, hac actione repoſcitur. In hoc enim po
66 tiſsimum differt † pignus ab hypotheca
quod hæc nuda conuentione ſine actuali
traditione conſtituitur, pignus verò non
niſi cum traditione. Subiunxi, & quod
ſua intereſt: nam non ſolum pignus, ve-
rumetiam damnum hoc iudicio peti-
tur, ſi quod credito in re [g] pignorata de-
dit. Item ſi vendidit hoc pignus, vt reſi-
duum precij cum vſuris [h] reſtituat. Et tra-
ditum quoque eſt, poſſe debitorem petere,
vt repromittat creditor, quod pignus non
ſit factum deterius, puta ne fortè ſerui-
tutes negligentia creditoris amiſſæ ſint:
nam talem rem reſtituere debet, qualis fuit
tempore [i] pignorationis. Poſtremò additũ
67 eſt, ſi ſatisfecerit ei: nam † ante ſatisfactio-
nem & ſolutionem totius debiti, hæc actio
68 non oritur. Satisfactum † autem accipi-
mus, [k] Vlp. dicente, quemadmodum voluit
creditor, ſiue aliis pignorib. ſibi caueri vo-
luit, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſorib. ſi-
ue reo dato, ſiue precio aliquo, vel nuda cõ
uentione: & generaliter, quoties recedere
voluit creditor à pignore videtur ei ſatiſ-
factum, ſi vt ipſe voluit ſibi cauit, li-
cet in hoc deceptus ſit, ſua ſcilicet faci-
litate, non dolo [l] debitoris: alioqui non
videtur [m] ſatisfacere. Planè ſi aliam ſatisfa-
ctionem offerret, nihil [n] ei prodeſſet. Quod
autem dixi, ita demum hanc actionem na-
ſci, ſi ſolutum ſit omne debitum, hoc non
69 procedit, ſi fortè in iudicio † intendens pi
gnoratitiam, ſimul etiam ſolutionem debi
ti offerat. Quod ſi extra iudicium offert
creditori debitum, iſque nollet accipere,
non ſufficeret ad agendum, niſi etiam de-
poſita ſit pecunia: nam tum videtur ſatiſ-
factum eſt creditori, per quem ſtetit, [o] quo
minus ſequeretur ſolutio. Et hoc vulgo
70 nuncupatur † ius offerendi, quod [p] alibi
diffuſe explicant interpretes. Quamuis au-
tem Accurſius cenſet, huic iuri offerendi
71 triginta † annis præſcribi, alij tamen cre-
brius tradunt ceſſare hic præſcriptionem,
idque æquius eſt, cum nunquam poſsit eſ-
ſe bona fides poſsidentis alienum pignus.
72 Porrò hoc in iudicio † duo ſunt proban-
da per actorem: primò pignus fuiſſe tradi-
tum creditori, alias nõ naſcitur hęc [q] actio
deinde, quod totum debitum creditori, vel
alij eius voluntate ſolutum ſit, aut eo nomi
ne ſatisfactum. Poteſt autem ſolutio † va-
73 riis modis doceri. Primò, ſi oſtendat cau-
tionem ſiue inſtrumentum crediti fuiſſe ſi-
bi à creditore redditum: ſic enim videtur
etiam remiſsionem debiti & ſatisfactioné
[r] probaſſe. Secũdò, ſi probet ſe pignus ſcien
te ac cõſentiente creditore [ſ] vẽdidiſſe. Ter-
tiò, ſi ſatisfactũ ſit creditori ex fructibus,
quos percepit, vel percipere potuit ac de-
buit, ex re ſibi [t] impignorata deducuntur

tamẽ ſumptus propter fructus neceſſariò
[u] facti. Quartò, ſi creditor ex nominib. de-
bitorũ ſibi oppignoratis aliquid pecunia-
rum acceperit, id in ſolutionem debiti cõ-
putabitur, ſin autẽ non pecuniã, ſed aliter
res conſecutus ſit, eas pignori [x] retinebit.
Quintò, ſi creditor ob cauſam minus pro-
babilẽ recuſet accipere pecuniã eã debito-
re apud aliquẽ fide dignum lucro & dãno
creditoris deponente, cenſebitur ſatisfactũ
eſſe, quoniã per eũ ſtetit, [y] quominus ſolue-
retur. His modis adde & eos, quos paulò
antè recẽſui. Cæterũ quid præſtet in pigno
re creditor, [z] alibi à nobis abundè relatum
74 eſt. Forma † autẽ agendi ſic inſtitui poteſt.
Cum ego à Titio talem emiſſem fundum,
obligaui & tradidi illi literas annui reddi-
tus, &c. & deinde iuxta tenorẽ noſtræ con-
uentionis totum debitum eidem Titio ſol
ui, ac eo nomine ſatisfeci, ipſe tamen ſine
legitima cauſa recuſat mihi pignus reſtitue
re: quare peto eum condemnari, vt rem o-
bligatione pignoris liberatam mihi reſti-
tuat, &c. Porrò † actio pignoratitia cõtra-
75 ria pari ratione perſonalis eſt, quia ex eodẽ
pignoris contractu naſcitur, & creditori
competit ad ſumptus, ſi quos [a] neceſſariò
fecit in pignore conſeruando, repeten-
dos: nam & pro his retẽtione pignoris vti
poſſet. Deinde ſi debitor rem alienam im-
pignorauit domino ignorante, vel etiam
propriã, quæ tamen alij prius obligata ſit
cum vtrique debito non ſufficeret. Præter-
ea ſi rem in publicum pignoratam denuò
obligauerit. Denique ſi cuprum pro auro
pignori dederit, aut alius quibuſdam frau-
dibus creditori impoſuerit: his omnibus
caſibus ſaluum habeat creditor hoc iudi-
cium contrarium: idque adeò verum eſt,
vt non diſtinguatur, an debitor ſciuerit pi-
gnoris defectum vel ignorauerit, quia ſem
per debitori decepto hæc actio datur. Si ta
men creditor intelligens defectuoſam eſſe
rem quæ impignoratur, eam nihilominus
accipiat, hoc iudicio vti nequit: ſibi enim
imputet, [b] quod accepit. Cæterum quo-
modo pignoratitia ab hypothecaria actio-
ne differat. Ange. hic abundè tradit, id bre-
uitatis gratia omitto. Libelli forma: Cum
76 † mutuaſſem Titio viginti, ipſe in cauſam
pignoris ſuum equum mihi obligauit, quẽ
hactenus alui & foui meis expenſis, quæ ex-
currunt ad quinque aureos. Cum autẽ præ-
dictus Titius debitum mihi exoluerit, egó-
que paratus ſim illi ſuum pignus reſtituere
quare peto eum mihi ad refuſionem expen
ſarum condemnari, &c.

Expediti de pignoratitia, ad actiones præ-
ſcriptis verbis tranſeamus. Nam cum natu
ra rerum inductum ſit, vt plura ſint nego-
cia, quàm [c] vocabula, fit vt exiſtant cõtra-
ctus innominati, id eſt, qui non habẽt cer-
tas iure ciuili appellationes, ac per conſe-
quens nec vſitatas actiones. Vbicunque
77 † ergo vulgata & frequentia actionum
nomina deficiunt, vbi proprium nomen
actionis inuenire non poſſumus, tunc vel
præſcriptis verbis agendum eſt, vel ad eas

f l. debitor. §. vlt. & l. ſi pignore §. ſi prædo. de pig. act.
g d. l. ſi rem alienam. §. vl. & l. pignus. C. de pig. act.
h Tex. in l. eleganter. §. ſi vendiderit in fi. ff. de pig. act.
i Tex. in l. creditor cũ pignore. ff. de pig. act.
k In d. l. ſi rem alienã. §. omnis.
l Argu. l. j. ff. de act. emp.
m l. ſi quaſi ff. de pig. act.
n d. l. ſi rem alienam. §. vl. & l. ſeq.
o l. aliena res. §. ſi per creditorem. ff. de pig. act. & l. nec creditores. in fi. C. eo. iũcta l. ité libertis. ff. qui. mo. pig. vel hyp. ſol.
p In l. perfectiſsimi. C. de præſcri. xxx. annorum.
q d. §. vlt. ſ. qui. mod. re contrah. obli. & l. j. C. ſi pig. conuen. nu. &c.
r l. Labeo. cũ l. ſeq. & ibi Do. C. de pact.
ſ l. cũ ſe. & l. ij. C. de remiſ. pi.
t l. j. ij. & vlt. C. de pig. act. & l. j. ff. de diſtrac. pig. & l. ſi pignore. in prin. ff. de pig. act.
u l. j. C. de fruct. & lit. expen. & l. fructus. in prin. ff. ſol. mat.
x l. nomen quoque C. quæ res pig. oblig. poſ. & l. ſi conuenerit. ff. de pig. act. iuncta l. j. C. eo. tit.
y l. nec creditores C. de pig. act.
z In §. vlt. ſuprà quib. mod. re contra. oblig.
a Iuxta l. ſi neceſſarias. ff. de pign. act. & l. j. ff. de pigno. & hyp.
b l. ſi rem alienam. in prin. & l. cũ debitor. l. tutor. § contrariam. & l. ſi quis in pig. ff. de pigno. act.
c l. natura. ff. de præſcr. verb.

actiones deſcendendum, quæ in factum
78 [d] appellantur. Ne † autem temerè con-
fundas hæc duo actionum genera, ſcire o-
portet, quod actiones in factum genera-
liſsima appellatione ſumantur pro perſe-
cutione ex quantumlibet variis cauſarum
tam ciuilium, quàm criminalium figu-
ris. Actiones verò præſcriptis verbis ali-
quanto arctius referuntur ad varias dun-
taxat negotiorum ciuilium figuras, quæ
cum innominatæ ſint habent tamen nõ ni-
hil cognationis & ſimilitudinis cũ nomina
tis cõtractibus. Vbicunque ergo in delictis
vel quaſi delictis dubitatur, quæ nam cõpe-
tat actio, ibi ſemper in factum agitur. non
præſcriptis verbis: vbi verò de alicuius
contractus actione ambigitur, & æquitas
ſuadet actionem dari, tum vel præſcriptis
verbis, vel in factum agi poteſt. Sunt er-
go actiones præſcriptis verbis ex contra-
ctibus innominatis perſecutiones, vt is,
cum quo contraximus, fidem ſuam liberet
ſicut verba quibus conuentio inita eſt, exi-
79 gunt. Præſcribere † enim hoc loco ſignifi-
cat ſtatuere, ordinare variis pactionibus,
quod fieri placuerit contrahentibus, cum
non eſt alius huiuſmodi conuentionum
forma, ac exitus, niſi vt ſeruentur ſecun-
dum tenorem & præſcriptum verborum.
80 Porrò † contractus innominati dicun-
tur, qui non habent ſpeciale & proprium
nomen contractus à iure ciuili indictum,
quod ciuilem quandam formulam expri-
mat, & ſolemnem humanæ authoritatis
inſtitutionem. Horum quatuor exempla
ponit [e] Paulus I.C. videlicet, do vt des, do
vt facias, facio vt facias, facio, vt des. Ex
81 † tribus tantum prioribus actio præ-
ſcriptis verbis conceditur: nam ex quarta
ſpecie enaſcitur actio de [f] dolo, ob id cer-
tè, quia cum facta vt plurimum teneri non
poſsint, lex generaliter introducit, vt de
82 dolo ageretur. Verumtamen † conuentio-
nes, in quibus agitur de faciendo, aut de
dando ſolum ab alterutro contrahentium
ſunt [g] multò plures. item omnia pacta re-
ctè dici poſſunt contractus [h] innominati.
Præterea contractus innominati non ſem
per affirmando, ſed plerunque etiam ne-
gando conſcipiuntur. vt, do ne facias pro-
mitto non [i] facere, vt des. Denique
poſſunt duplicari contractus innominati,
vt, promitto dare ac facere, vt des & facias:
vel promitto dare, vt tu des & facias: ſed
illi comprehenduntur ſub [k] ſimplicibus.
Quanquam verò vt ex ſupradictis patet,
actio præſcriptis verbis in plurib. ſpecieb.
locum ſibi vendicet, nos tamen duos tan-
tum caſus, qui hic in textu referuntur, ex-
pediemus, ſcilicet quando de æſtimato
item quando ex permutatione agitur: in
his enim hæc actio bonæ fidei eſſe dicitur,
aliàs ipſa ſemper ſtricti iuris exiſtente. Vi-
83 deamus ergo priorem. Actio † præſcri-
ptis verbis æſtimatoria, eſt perſonalis, ei
competens, qui rem aliquam alteri certa
æſtimatione aut vendendam aut vendam
dat, ſic vt ipſi rem eandem, æſtimatio-
84 némve eius reſtituat. Dixi † perſonalis,
nam ex contractu innominato in perſo-
nam naſcitur, cum tamen olim dubita-
retur, an ad nominatos vel innominatos
contractus referri deberent. Siquidem
& emptioni, propter æſtimationem, &
conductioni, propter operas vendentis,
quas dominus conduxiſſet, & item man-
dato non abſimilis videbatur, vt elegan-
ter [m] Vlpia. docet. Addidi, rem aliquam:
85 ei † enim conceditur hæc actio, cuius eſt
res, quæ vendenda certa æſtimatione pro-
ponitur, id quod indies fieri videmus. Se-
quitur, alteri, ſimpliciter: quoniam nihil re
fert, an quis rem æſtimatam vendendam ac
cipiat cũ mercede, aut ſine mercede quod
poſtremum huic iudicio [n] magis congruit.
Adpoſui, certa æſtimatione, hoc eſt, quòd
rem quam alteri tradit, certo precio æſti-
86 mauerit. Æſtimatur † autem res, quæ
alicui datur, duplici modo. Primum pro-
pter ſeipſam, id eſt, vt conſtet valor ſiue
87 precium rei, ſi eam interire † continge-
ret, vt certa æſtimatio ſolui poſsit: qua
ſpecie tranſit periculum rei in accipien-
tem: etiamſi res culpa leuiſsima, aut for-
tuitò perierit ad æſtimationem præſcri-
ptam [o] tenebitur accipiens. Quod obſer-
ua, ſi ſcholari detur commodatò equus
æſtimatus. Pari ratione ſi fundus dotalis
datus ſit æſtimatus, facit tranſire domi-
nium in maritum, adeò vt eum liberè a-
lienare poſsit. non obſtante lege [p] Iulia de
fundo dotali non alienando, ſufficit enim
ſoluto matrimonio reddere [q] æſtimatio-
nem fundi: quod tamen ita obtinet, ſi ma-
ritus ſoluendo exiſtat. Secundo æſtimatur
res quæ ad vendendum alteri datur, non
propter ſeipſam, ſed ob id, vt alteri compe-
tum ſit quomodo res vendi debeat com-
modius: quo caſu intereſt, an is, qui rẽ ven
dendam tradit, exponens eam venalem, ro
get alterum, vt vendat: ſic enim periculum
interitus, ſi res necdum vendita perierit
ad eundem pertinebit. An verò rogatu ac-
cipientis vendenda res tradita ſit, tum ac-
cipientis periculo deperit. Atque hoc idẽ
[r] Bar. etiam voluit, etſi obſcurè loquitur,
& ſic [ſ] Vlpiani reſponſum intelligendum
eſt. Ex prædictis etiã facilè cognoſcis qua-
re in deſcriptione huius actionis additum
ſit, aut vendendam, aut vendam dat. De-
mum ſubiunxi rem ipſam, æſtimationẽm-
88 ve, quia † vtrũque in obligatione eſt alter-
natim ſcilicet, vt aut res incorrupta redda-
tur aut [t] æſtimatio eius. Libelli forma: Cum
89 † [u] equũ meum puſillũ propter pabulatio-
nis difficultatẽ in animũ induxiſſem vẽde-
re, tradidi proxenetæ Titio ad vendendũ,
æſtimatũ decẽ aureis, vt tanti venderet, nõ
minoris: eiuſque vendẽdi operã in ſe ſuſce-
pit Titius: quare peto, vt ipſum ad redden-
dũ equũ illeſum, vel eius æſtimationẽ con-
90 demneris. Sequitur † actio præſcriptis verbis
ex permutatione: & hæc pariter eſt perſona
lis, ei cõpetẽs qui rẽ ſuã animo permutãdi
dedit, vt rẽ ab altero ex permutatione cõ
91 ſequatur. Quod † ſit perſonalis, liquet quia
ex con-

d l. ij. & ij. ff. de præſcr. ver. & in fact. act.

e In l. natu ralis. ff. de præſc. ver.

f d. l. natu ralis. §. quod ſi faciam. & ibi Bar.

g Vt in l. ſe natus. §. j. de do. cau. mor.

h d. l. j. in fi. & l. ſi gratuitè. ff. de præſcri. verb.

i l. iij. in princ. ff. de condi. cauſ. da.

k l. ij. in princ. & ibi gl. communiter approba ta. de verb. oblig.

l Doct. eſt manifeſtè.

m In l. j ff. de æſtimat. act.

n l. ij. de æſti. act.

o Sic loqui tur d. l. j. §. fi. hoc titu.

p Suprà qui aliea. lic. vel non in prin.

q l. quocies. C. de iure do tium.

r In d. l. j. §. fi.

ſ In l. ſi gra tuitam §. ſi margaritas de præſcrip. verb.

t d. l. j. §. vltimo.

u Probatur hic libellus ex d. l. j. de æſti. act.

ex contractu innominato permutationis
iure ciuili [a] producitur.Et ſi obiicias,nón-
ne hic cõtractus proprium nomẽ habet &
92 quidem elegãs? quia [y] † permutatio dicitur
quomodo ergo innominatus eſt? Accur.&
reliqui commentatores variè reſpondent:
ego ex [z] Oldendorpij ſententia in huoc mo
93 dum reſpondeo:† Permutationis vocabu
lum nimis effuſum ac generale eſt, omneis
contractus tam nominatos quàm inoomi-
natos continens.Nihil enim aliud ſunt cõ
tractus,nec alio pertinent.quàm vt permu
taodo inter homines communicentur res
inuicem,conſenſu intercedente.Habet er-
go permutatio quidem nomen,ſed nomen
ſui generis,noo ſpeciale:ſtat in ſuo nomi-
ne generali nec tranſit in proprium nomẽ
contractus:nomen habet,ſed quod ſimpli-
cem illam ac naturalem ſolum rationem
ſignificat,non etiam exprimit ciui'ẽ quan
dam formulam , & humanæ authoritatis
inſtitutionem:quare aliorum contractuũ
intuitur rectè innominata cenſetur permu
tatio.Hinc † eſt, quod in tit.de rer.permu-
94 tatione,adiiciatur rerum,vt ſcilicet intel-
ligamus,ibi de illa tantum ſpecie tractari
do vt des.Si enim ex vtraque parte eſt ſpe-
cies certa preſtanda,tunc † dicitur permu
95 tatio:vt,ſi do tibi tunicam nigram , vt des
mihi tuam purpuream.Sed quando ab v-
traque parte eſt genus,vel ex altera tantum
tunc eſt cõtractus innominatus , do vt des
[a] vt,ſi do tibi veſtem vt des mihi pannum.
Sequitur.ei cõpetens,qui rem:nam † per-
96 mutatio cum ſit contractus innominatus,
ſolo conſenſu non perficitur, nec produ-
cit actionem , niſi rei interuentu [b] veſtia-
tur & roboretur.Fallit hoc, ſi ſtipulatione
ſubiecta,ea acquiratur [c] partibus. Nec ta-
men ob id dicendum eſt .ex rei traditione
actionem naci, ſed ex pacto præambulo
permutationis:per manus enim traditur,
quoties † vnum venit ad implementum al
97 terius,non agi ex implente,ſed ex [d] imple-
to.Dixi ſuam:nam ſi daretur res aliena, nõ
eſſet permutatio,[e] nec veſtiretur. Addidi,
98 animo permutandi : illi † enim competit
hæc actio,qui init contractum permuta-
tionis rerum,quíque rem ſuam dat alij , vt
certam ſpeciem recipiat vſui ſuo deſeruiẽ-
tem:quando plerunque euenit, vt quod al
teri ſupereſt,alteri deſit:veluti ſi tale vinũ
tibi do,vt tantum abs te frumenti recipiã.
Idem ſi rem meam certis pactis trado , vt
viciſſim aliam aut eiſdem,aut diuerſis le-
gibus à contrahente acciperem. Per hoc
quoque verbum Permutandi, emptionem
& venditionem excludo , quę tametſi in
quibuſdam cum permutatione conueniãt,
in multis tamen [f] inuicem differunt , ſicut
Aretinus & Iaſ.hic prodidere.Conueniunt
quia vtraque eſt bonæ fidei,ex vtraque pa
ratur conditio [g] vſucapiendi , ex vtraque
[h] præſtatur euictio,ex vtraque fit redhibi-
tio,id eſt emptionis [i] reſolutio. Differunt,
quia venditio fit ex conſenſu , permutatio
ex rei traditione : in venditione alius eſt
emptor, alius venditor , in permutatione

[y] l.verb. C.de rer.permu.? [z] V. ſ & C de rer.perm.
[a] In paral lelis actionis.
[a] Ita gl. & Doct.in d.l. j. ff. de rer. permu. & l. j.C. eo. & l. iuris gentiũ §.j.ff. de pa.
[b] Vt d.l.iuris gentiũ.in prin.& d.l.j. ff.de rer.per.
[c] l. ex placito.C. de rer. permut.
[d] l.ſi ſtipulatus & l. cũ cuiro de do lo.Bar. in d. l.ex placito.
[e] d.l.j.§.itẽ emptio. hoc tit.
[f] Vt ex l.j. ff.de rer.per mut.& l.j.& ij. ibi gl. C. eo.tit.
[g] l.ſequitur §.de illo.ff. de vſucap.
[h] l. j. C. de rer.permut.
[i] l. ſciendũ § pen.de ædil.edi.

non diſcernitur:in venditione emptor fa-
cit precium accipientis. venditor non, vt
in permutatione videtur,quod vterque de
beret facere accipientis:in vẽditione non
transfertur dominium , niſi prætioſoluto
licet res tradita ſit ſecus in permutatione.
Adpoſui,dedit:verbum enim , † dare ta-
99 metſi propriè & ſpecialiter tranſlationem
[k] dominij importet,generali tamen ſignifi-
catione tam dominij tranſlationem,quàm
ſolius poſſeſsionis [l] denotat : atque ita hic
accipitur.Sic è diuerſo verbum † accipere,
100 tradere,recipere , ſuſcipere , licet propriè
pertineant ad tranſlationem ſolius poſſeſ-
ſionis,non etiam [m] dominij impropriè &
generaliter ad transfuſionem dominij in-
terdum trahuntur.Annexi,vt rem ab alte-
ro:ad hoc enim exercetur hæc actio , vt ab
eo qui rem meam ex permutatione acce-
pit.& ceſſat tradere ſuam, illam petam &
conſequar,adeò quod etſi antequam tra-
dat,alienauerit rem,& tradiderit alij, poſ-
ſim aduerſus ipſum hoc iudicio experiri,
niſi ſtipulatio acceſſerit contractui:tum e-
nim ex [n] ſtipulatu agendum eſſet.Porrò
† ad duo competit hæc actio , nẽpe ad im-
101 plendam conuentionem , vel ad id quod
intereſt rem fuiſſe traditam:venit enim &
intereſſe in hoc iudicium, ad ſimilitudinẽ
actionis [o] exempto, poteſtque reus liberè
vel implere id,quod conuenit,vel præſtare
intereſſe.atq; ita [p] Bar.poſt Accurſiũ,reie-
cta opinione contraria.rectè voluit.Poteſt
etiam petere actor,vt non procedat con-
tractus,quoniam aduerſario nondum tra-
dente,locus pœnitentiæ:& tunc agendum
erit ad reſtitutionem rei traditæ , quaſi re
102 [q] non ſecuta.Libelli forma:Cõueni † [r] cũ
Titio,vt mihi ſuos libros iuris ciuilis da-
ret,recepturus à me equum meum album,
quem & ſtatim,vt conuenerat tradidi:ipſe
autem interpellatus temere negat , nec ſa-
tisfacit conuentioni initæ:quare peto eum
ad dandum libros, vel præſtãdum intereſ
ſe mihi condemnari.Quod ſi à conuentio-
ne diſcedere velis,ita variabis concluſionẽ:
Quare peto eum condemnari , vt equum
permutandi cauſa à me ei traditum mihi
reſtituat.Et hæc de vtraque ex præſcriptis
verbis actione in præſentiarum dixiſſe ſuf
ficiant:qui earum materiam vberius re-
quirunt,de rerũ permutatione in Pandect.
& Cod.legant.Supereſt vt petitionem hæ-
103 reditatis expediamus,quæ eſt † inſignis a-
ctio,adeò vt etiam Centũuiralis nuncupe
tur , non quidem à Senatorib. qui Romæ
centum erant numero , vt nonnulli falſo
opinati ſunt,ſed à iudicio centũuirali , cu-
ius fit in [ſ] legibus mentio. Definiamus eã.
104 Petitio hæreditatis † eſt actio mixta,hære
di competens aduerſus poſsidentem pro
hærede,vel pro poſſeſſore : vt hæreditatem
totam, vel partem conſequatur vnà cum
105 acceſsionibus.Primum hinc † dicis,hanc
actionem mixtam eſſe.quia tam in rem,
quàm in perſonam [t] dirigitur:realis enim
eſt ex poſſeſsione aduerſarij , atque item
perſonales habet preſtationes. Deinde

[k] Sicut dixi in §.ſic itaque diſcer ni § hoc noſtro tit.
[l] Atq. ita hic . & in l. naturalis.ff. de præſcript. ver. accipitur.
[m] Vt d.l.naturalis. & l. ſi rem tradi. de [v]er.oblig.
[n] l cũ precibus. C.de rerũ perm.
[o] Vt l. j.C. d.tit.
[p] In l.vl. C. de re. perm. & l. ſtipulationes nõ dividuntur ff. de ver.oblig.
[q] Tex.in l. j.in fi. ff. de rer. permu. & in d.l.naturalis.§.ſi. cum do.fallit tamen hoc in caſu l.j.C.eo. tit.
[r] Probatur in l. pen. C. hoc tit.
[ſ] In l. vlt. C. de petit. hæred.
[t] Iuxta l.hęred itatis petitio. & ibi Bald. C. de petit.hæred.

vſus ſum generali verbo, hæredis: partim
vt ſignificarem nos hic de ciuili ſucceſſo-
106 re loqui, qui † hæres dicitur, in quo pe-
titio hæreditatis locum habet: ſicque bo-
norum poſſeſſoré excluderé, qui iure præ-
torio ex bono & æquo ad ſucceſsioné ad-
mittitur: illi enim bonorum poſſeſſoria hæ
reditatis petitio conceditur. Itẽ & fideicō
miſſatiũ cui ex fideicōmiſſo vniuerſali re-
ſtituta eſt hæreditas, is nãq; fideicómiſſa-
riã hęreditatis petitioné beneficio prętoris
obtinet. Partim etiam, vt oſtenderem ni-
hil referre, ſiue is qui ſe aſſerit hæredem ex
teſtamento, vel ab inteſtato, ſiue per ſe, ſiue
per alium, quem in poteſtate habet, aut
107 etiam extraneũ hęres [u] exiſtat, adeò † quod
& hæredis hęredi concedatur hæc actio:
veluti ſi Titius hæres Seij tandem defun-
ctus, me ſucceſſorem relinquat, ſicut Titij
hæreditatem meam eſſe aſtruere poſſum,
ita & Seij: quoniam pro regula traditum
108 eſt, eum qui hæredis hæres eſt, etiam primi
teſtatoris [x] hęredem cenſeri. Adpoſui, † ad-
uerſus poſsidentem pro hęrede: is enim
qui titulo vniuerſali pro hærede vel pro
poſſeſſore poſsidet hæreditatem totam, vel
109 partem etiam minimam, huic iudicio
[y] ſubiicitur. Dicitur † autem pro hærede
poſsidere, qui contendit & aſſerit ſe hære-
dem eſſe, ſiue hoc putet ſiue ſciat ſe non eſ-
ſe. quòd ſi nec eſt, nec putat, nec aſſerit ſe
eſſe hæredem, neque hoc allegare poteſt,
vel per mendacium, neque vllam omnino
110 vel iuſtam vel coloratam poſsidendi cau-
ſam habet, tũc dicitur † pro poſſeſſore poſ
ſidere: quia interrogatus cur poſsideat, re-
ſponſurus eſt, quia poſsideo, vt prædo, fur,
raptor, & quilibet malæ fidei poſſeſſor.
Idem eſt [z] etſi quis allegaret titulum, eúm-
que probaret qui tam iure inualidus eſſet
nec haberetur pro titulo. Cęterum titu-
111 lum † ſingularem allegans, vt quia hæredi-
tatem ab aliquo bona fide emit, vel quia ei
donata eſt, aut in dotem aſsignata, aut in
ſolutum data vel alio quopiam titulo ad-
uenit, petitione hæreditatis non tenetur.
Atque hoc eſt quod per manus traditur,
petitionem hæreditatis non dari aduerſus
ſingulari titulo poſsidentem. Doct. circa
112 † diuerſi iuris rationem variant, ego illam
vt veriorem amplector: nã qui titulo ſin-
gulari poſsidet is ad cauſam dominij niti-
tur, ſuper qua, petitio hæreditatis ſe non
fundat: ſufficit enim docere, bona hęredi-
taria ſub manu defuncti fuiſſe. Itaque ius
eorum qui titulo ſingulari poſsident, lon-
gè potentius eſt, quàm quòd per petitio-
113 nem hæreditatis tollatur. Sunt † tamen
plerique caſus vbi petitio hæreditatis con-
tra titulo poſsidentem exerceri poteſt: ve-
luti ſi poſſeſſor bonę fidei hęreditatem mo
dico vendidit, vel ſi iuſtum precium inter-
uenerit, ipſe tamen venditor aut non eſt
ſoluendo aut non extat. Item qui hæredi-
tatem alienam ſciens emerit, vel eam quo-
modocũque à fiſco comparauit, vel à mu-
liere in dotem acceperit, aut ſi cui hæ-
reditas ab hærede ſcripto recepta, certa

quantitate reſtituitur, vel iuſſu teſtato-
ris paruo prætio vendidit, hi [a] omnes
hac actione non quidem directa ſed vti-
114 li obligantur, quamuis titulo ſingulari
poſsideant.

Ex quibus etiam colligis, hanc † actio-
nem interdum directam, interdum vti-
lem eſſe. Quod autem ſuprà diximus, poſ-
ſidentes pro hærede vel pro poſſeſſore,
hoc iudicio teneri, id ad eos quoque pro-
115 ducendum eſt, qui † nihil poſsident, dum
tamen dolo deſierint poſsidere, vel ſe liti
obtulerint, ac ſi poſsiderent, petitore igno-
rante: vtraque enim ſpecie [b] conueniun-
tur. Annexum eſt, vt hæreditatem &c.
116 quoniam petitioni † hæreditatis hæc na-
tura inſidet, vt non ex modo poſſeſsionis,
ſed ex iure eius qui petit, actio formetur.
Vnde qui in totum hæres eſt, is contra poſ-
ſeſſorem, licet minimam rem poſsideat
hæreditariam, ad aſſem hæreditatis aget.
117 Sic è diuerſo † in partem hæres partem
vendicabit hac actione, etiam ſi tota hæ-
reditas ab aduerſario poſsideatur. atque
in hoc cautum oportet eſſe actorem, vt
rectè formetur libellus. Vides ergo non
ſemper totam hæreditatem peti, ſed non-
nunquam partem eius aliquam, modò ta-
lis ſit pars, quæ iura [c] habeat hęreditaria
hoc eſt, vt ſit quota hæreditatis, vt vulgò
loquuntur, & contineat iura actiuè & paſ-
ſiuè, non ſit quota bonorum. Hoc autem
ſolum officio iudicis reſtituitur, quod ad-
uerſarius poſsidet, aut totum, ſi ex aſſe
hæres eſt, aut pro parte, ex qua hæres eſt,
vt [d] Gaius tradit. Debet ergo actor ſuam
perſecutionem ex ſe metiri. iudex verò ſen
tentiã ex perſona vtriuſque litigatoris. Po-
ſtremò additum eſt, vnà cum acceſsioni-
118 bus: non ſolùm † enim res hæreditariæ
ſiue corporales, ſiue incorporales, aut quæ
hęreditatis cauſa comparatę ſunt, quarúm-
ve periculum ad hæredem pertinet, quam-
uis [e] hæreditariæ non ſint, puta res pignori
datæ defuncto, aut commodatæ, aut depo-
ſitæ, in hanc actionem veniunt, verumetiã
fructus & augmenta, quæ poſt mortem te-
ſtatoris hæreditati acceſſerunt, rectè petun
tur. Sic è conuerſo plerunque habetur ra-
tio eorũ, quæ ex hæreditate perierunt. Hæ-
119 reditas † enim & augmentũ, recipit, & dimi
nutionem, primùm ex fructibus, deinde ex
precijs rerum hæreditariarum exactis, vel
quæ exigi [f] potuerunt. In hoc autem multũ
refert, an quis bona vel mala fide hæredita
120 tem poſſederit. Bonę † fidei poſſeſſor dici-
tur in hoc propoſito, [g] qui iuſto errore pu-
tabat hæreditatem ad ſe pertinere, vel qui
credebat teſtamentum validum, aut ſe pro-
ximiorem agnatum, cũ non eſſet, aut aliàs
habebat probabilem litigandi cauſam. Ma
121 læ † fidei eſt, qui nullam vnquam iuſtam
cauſam habuit poſsidẽdi, vel ab initio ſci-
uit, aut ſcire debuit, ſibi nullum ius eſſe:
quẽ Iuriſconſulti prædonem, & quaſi hæ-
reditatũ inuaſorẽ nuncupãt. Itẽ qui ab ini-
tio iuſtã ſe fouere cauſam credebat, poſteà
iuris alieni conſcius factus, vel de ſuo iure
dubitans,

u l. j. ij. & l. in prin. & §. j. & vlt. de pe. here.

x l. pater ſiſ. primis tabu lis. in ſi. vbi Bar. & allj ff. de vul. & pupill. & l. vlt. C. de hęr. inſti. & l. ſi quis filiũ §. vlt. ff. de pe- tit. hæredit.
y l. regulari ter. cũ l. ſeq. ff. hoc tit.

z Text. in l. pro hærede. cũ duabus ll. ſeq. ff. de petit. hæred.

a l. nec vllj §. j. ij. & §. ſed ſi quis ſciens. cum duobus. §. ſeq. ff. de pet. hæred.

b d. l. nec vlli. §. non ſolum.

c l. ſi quis ſer uũ §. vlt. cũ l. ſeq. ff. de le ga. ij. l. mu lier. §. vlt. ff. ad Trebel.

d In l. licet minimã ff. de pet. hære. & l. j. §. j. ff. ſi pars hęre. pet.

e l. & nõ ſo lum. ff. hoc eodem tit.

f l. ſi et venditi §. ... l. ... ff. d. tit. g d. l. ... §. ... & l. ſed etſi §. ſi ante. & §. conſu lere. ff. hoc tit.

dubitans ſe nihilominus litigare perſeue-
rat cuius generis præſumuntur omnes poſ
ſeſſores poſt motam controuerſiã,& mul-
tò magis poſt litem [h] conteſtatã. Excipien-
di tamen ſunt, qui probabilem reſiſtendi
cauſam habent,& de hoc in progreſſu iudi-
cij conſtet:atque ita puto [i] Martinum ſen-
122 ſiſſe. Ad propoſitum redeundo, malę † fi-
dei poſſeſſor tenetur ad omneis fructus ex
hæreditate perceptos,itẽ ad eos, qui perci-
pi potuerunt,aut debuerunt:item de pre-
ciis rerum deperditarum,id eſt,earum quæ
in rerum natura eſſe deſierunt, vel quæ di-
minutæ ſunt,& ex hæreditate exierunt le-
gitimè. puta per vſucapionẽ: ad hęc enim
omnia obligatur malę fidei poſſeſſor, quã-
tumcunque expreſsè [k] non petantur. Cæ-
terum † bonæ fidei poſſeſſor non vltra,
123 quam locupletior eſt factus, tenetur: nam
neque deminutorum, neque perditorum
rationem reddit,quia ſua [l] re abuti videtur
124 Ex prædictis collegiis,hac † in actione ex
parte actoris requiri,vt ad eum hæreditas
pertineat,teſtatò vel inteſtatò: ex parte
verò rei,vt is hæreditatem poſsideat titulo
vniuerſali pro hærede, vel pro poſſeſſore
Vt autem quis experiri poſsit hoc iudicio,
125 duo † ſunt neceſſaria. Primum,quod con-
ſtet de morte teſtatoris, vel per teſtes, vel
per famam certis authorib. [m] natam: mor-
tem enim niſi certò ſciat actor, non rectè
agit, [n] quia læſam habet cõſcientiam:imò
improbus cẽſeri debet [o] qui ſolicitus eſt de
addipiſcenda hæreditate viuentis. Secũdò,
126 vt agere † volens prius adierit hęreditatẽ
iure ciuili:ſicut in bonorum poſſeſſoria hæ
reditatis petitione neceſſe eſt, vt quis bo-
norum poſſeſsionem petat iure prætorio,
priuſquam agat:niſi enim adita ſit hæredi-
tas iure ciuili,vel agnita bonorum poſſeſ-
ſio iure prætorio, petitio hæreditatis non
competit. Ex quo cõſequitur,quod cũ poſt
aditionem deſinat eſſe hæreditas,& [p] con-
fundatur cum bonis ſucceſſoris, petitionẽ
hæreditatis aliquanto laxius intelligẽdam
eſſe,non propriè pro hæreditate, ſed pro
declaratione hęreditarij iuris, [q] quo actor
intendit ſuas eſſe res à teſtatore relictas. Ex
127 prædictis quoque conſtat,in petitione † hæ-
reditatis ſufficere probationem ſolius titu-
li:ſatis eſt docere actorem, quod talis res
quam petit, tantummodo poſſeſſa detentá-
ve per defunctum tempore mortis fuerit
cum tamen in rei vendicatione probandũ
ſit dominium. Quinimò cum petitio hære
ditatis ſit iudicium vniuerſale,vbi non re-
ſpicimus res vel partes principaliter, ſed
ius hæreditatis,& ob id non tenetur actor
ſpecificare res hæreditarias. In hanc formã
[r] proponi poteſt petitio hæreditatis: Cum
128 † Titius in Chriſto defunctus ſit, & ego
ſim eius proximus agnatus, vel ſim ab eo
hæres inſtitutus in teſtamento qua re peto
me declarari hæredem,& aduerſarium co-
gi ac condemnari,vt res hæreditarias mihi
reſtituat,vna cum fructibus &c. Illud e-
tiam addendum eſt velut auctarij vice:
quamuis alias non ſit receptum iure, quod

h d.l.ſed etſi §.ſi ante. ff. hoc tit. & l. j.& ij.C. eo. i Quē glo. eſt. ger. in d. §. ſi ante. pro quo tex. eſt in l. ignorans §. generaliter. ff. de libera. cau.

k l. ſi poſſeſſor.§.vlti & l. ſeq. ff. de pet.hære.

l d.l.ſed etſi §.conſuluit.

m Tex.in l. ſi quidẽ. C. ſol.mat.
n l.hæres.& l. qui hæreditatem. ff. de acqui. hær.
o Tex. in l. ij.§.interdũ ff.de vulga. & pup. ſub. & in l.j. §.ſi impuberi.ff. de coll.bon.

p Iuxta l. qui liberis §.filio impuberi.de vul. & pupil.

q l.licet mi nimam. ff. de pet.hęre. Bart.in l.iij. ff. de bon. poſſeſ.

r Hęc forma probatur ex l. iij.ff. de pet.hære.

poſſeſſor alicuius rei poſsit cogi ad oſten-
dendum titulum,diuerſum tamen in pe-
titione hæreditatis obtinet:hoc enim in ea
regulare & perpetuum eſt, quod poſſeſſor
interrogatus de qualitate poſſeſsionis, eam
declarare [s] teneatur: quod [t] Zaſius contra
Bar.adeò verum eſſe defendit, vt putet nõ
ſufficere,ſi quis ſimpliciter ſe hæredem aſſe
rat ſed neceſſe eſſe,vt declaret qualitatem
ſuæ ſucceſsionis,an ex teſtamento, vel ab
inteſtato [u] hæres ſit. quam ſententiam con-
ſuetudo optima legum interpres confir-
mat. Puto tamen id tum procedere, ſi vel
iudex vel aduerſarius petant certificari de
huiuſmodi qualitate: aliàs ſi nihil aduer-
ſus eum,qui petendo hæreditatem ſimpli-
citer ſe hæredem defuncti ait, opponatur
prorſus valebit. Atque ita Bartoli opinio
ſi mitigetur,ſuſtineri poterit.

s l. cogi. C. de petit.hæred.
t Hic.

u Per l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog.act.

§. Fuerat.

1 *De actionibus ex ſtipulatu & rei vxoriæ.*
2 *Actio rei vxoriæ in actionem ex ſtipulatu transfuſa.*
3 *Actio rei vxoriæ vnde dicta.*
4 *Surrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur & numero. 9.*
6 *Priuilegium tacitæ hypothecæ.*
7 *Priuilegium prælationis. & numero 12.*
8 *Dotis cauſa multum priuilegiata.*
10 *Extraneo etiam concedi priuilegium tacitæ hypothecæ.*
11 *Tacita hypotheca vnde dicatur.*
13 *Vxor præferenda creditoribus etiã expreſſam hypothecam habentibus.*
14 *Mulier fiſco potior in dotis cauſa.*
15 *Beneficium prælationis in dote confeſſata non habet locum.*
16 *Priuilegium Prælationis eſt perſonale.*
17 *Diffinitio actionis ex ſtipulatu pro dote.*
18 *Quibus detur actio pro dote.*
19 *Dos quid ſit.*
20 *Quid ſit donatio propter nuptias.*
21 *Dos & donatio propter nuptias æqualitatẽ iuris habent.*
22 *Sicut dos, ita & donatio propter nuptias ſubeſt tacitæ hypothecæ.*
23 *Idem in bonis paraphernis obtinet.*
24 *Aduerſus quos detur pro dote actio.*
25 *Etſi non interuenit ſtipulatio in dotis promiſsione, fingitur tamen interueniſſe.*
26 *Idem eſt, ſi ſtipulatio inutiliter interuenerit.*
27 *Tam pro certa quàm incerta dote, actio ex ſtipulatu competit.*
28 *Vt exactioni dotis locus ſit, contractum matrimonij eſſe oportet.*
29 *Actione dotis & petitur & repetitur dos.*

30 *Dos prophectitia quid, & quid aduentitia.*

31 *An & quando extraneo actio pro dote detur.*

32 *Quis dicatur extraneus in hoc propoſito;*

33 *Conſtante matrimonio dos non reperitur.*

34 *Fallit, ſi maritus ad inopiam vergat.*

35 *Quando ſoluatur matrimonium.*

36 *Res dotales diuerſimodè reſtituuntur.*

37 *In actione dotis petendæ, quid probandum.*

38 *Quid probandum in repetenda dote.*

39 *Forma libelli in dote petenda.*

40 *Forma libelli pro repetenda dote.*

41 *Maritus habet priuilegium competentiæ, in quantum facere poteſt.*

Fuerat antea & [a] rei vxoriæ actio vna ex bonæ fidei [b] iudiciis; ſed eum [c] pleniorem eſſe [d] ex ſtipulatu actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria antea habebat, cũ multis [e] diuiſionibus in actionem ex ſtipulatu, quæ de dotibus exigẽdis proponitur, tranſtulerimus, merito rei vxoriæ actione ſublata, ex ſtipulatu actio, quæ [f] pro ea introducta eſt, naturam bonæ fidei iudicij [g] tantum in exactione dotis meruit, [h] vt bonæ fidei ſit. Sed & tacitam [k] ei dedimus hypothecam. [l] Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc cenſuimus, [m] cum ipſa mulier de dote ſua experiatur, cuius ſolius prouidentia hoc induximus.

OCcaſione actionum bonæ fidei, ſubnectitur de duabus actionibus, pro † dote vel exigenda,
1 vel repetenda olim conceſſis: quarum prior ex ſtipulatu erat, & marito competebat pro dote petenda. altera rei vxoriæ actio dicebatur, quam ſoluto matrimonio vxor habebat aduerſus maritum ad repetendas res dotales. Iuſtinianus hanc poſteriorem, cum omnibus ſuis qualitatibus ſuſtulit, & in † actionem ex ſtipulatu
2 tranſfudit, vt ſic vtrique ſpecie hęc competeret.

3 *a Actio rei vxor.* Sic dicta, † quod peculiariter vxori dabatur ad repetendam dotem poſt ſolutum matrimonium.

b Iudiciis. Actionibus.

c Plen. orem. Quam rei vxoriæ actio.

d Ex ſtipul. Scilicet pro dote, quæ marito concedebatur contracto coniugio ad exigendam dotem ſibi promiſſam.

e Diuiſionib. Quas alibi [a] Accurſ. recenſet.

f Pro ea Rei vxoriæ actione.

g Tantum. Id eſt, quando pro dote petenda, vel repetenda datur, tunc bonæ fidei eſt, aliàs ſemper eſt ſtricti iuris.

h Vt bonæ fid. Retinet enim naturam actionis rei vxoriæ, in cuius locum ſuffecta eſt, propter [b] regulam, qua dicitur, ſurrogatum † ſiue ſubordinatum ſapere naturam
4 eius, in cuius locum ſurrogatur.

a In l. vnica C. de rei vxor. act.
b l. quod debitori. ff. de donat. cau. mor. l. ſi creditor. de le. j. & d. l. vnica C. de rei vxor. act. & l. j. § hęc actio ff. ſi quis teſt. li. eſ. iuſſ. fue in quib. locis Dec. hanc regulã amplè diſcutit.
c Ang. & Iaſ.

i Bon. fid. ſit. Ex vtraque parte, tam mariti quàm vxoris.

k Ei dedi. Scilicet actioni: quia hoc pri-
6 uilegium † tacitæ hypothecæ actioni dotis conceſſa eſt, non mulieri & tam in marito, quàm, in vxore locum habet.

l Præferri. Vltra tacitam hypothecam ha-
7 bet vxor etiam † priuilegium prælationis, hoc eſt, quod propter hanc tacitam hypothecam præferatur omnibus creditoribus mariti,

m Cum ipſa mu. Emphaſim habent hæc verba: quaſi diceret, hoc prælationis beneficium tum obtinet quando ipſa mulier, non etiam alius, ageret ad dotem repetendam: ſicque ipſi mulieri tantum conceſſit hoc priuilegiũ. & non tranſtulit ex rei vxoriæ actione in iudicium ex ſtipulatu.

Cum ad humani generis conſeruationẽ nihil æquè neceſſarium ſit ac matrimoniũ, quod ſine dote rarò contingere ſolet: reique publicæ interſit, vxores ſuas dotes ſaluas habere, ideò † dotis cauſa multa priuilegia
8 à [d] legibus inuenta ſunt, quorum duo hic recenſentur, quæ paucis expediẽda fuerint. Primum priuilegium eſt tacitę hypothecæ quam † mulier habet in rebus mariti pro
9 dote ſua, & contra maritus in rebus vxoris Sicut enim mariti bona tacitè ſunt obligata pro reſtitutione dotis, ita quoque maritus [e] tacitam habet hypothecam in bonis vxoris pro conſequenda dote ſibi promiſſa. Ex quo illud etiam conficitur. extraneo † quoque, qui dotem pro muliere dedit.
10 eámque ſibi reſtitui ſtipulatus eſt, hoc priuilegium concedi, vt rectè Iaſon contra Bal. & Ang. defendit. Nam hoc priuilegiũ ineſt ipſi actioni ex ſtipulatu, & non datũ eſt mulieri, hoc eſt, non eſt perſonale priuilegium, ideóque tranſit ad quencunque ſucceſſorem etiam extraneũ: id quod [f] Bartolus etiam voluit: & Iuſtiniani [g] conſti-
11 tutione comprobatur. Dicitur † autem tacita hypotheca, quia etſi de ea in contractu matrimonij nihil ſit expreſſum, ſola tamẽ legis diſpoſitione inducitur ſine vllo facto hominis ſaltem circa hypothecam concurrente. Nam ſimulátque contractum eſt cõiugium, bona hincinde tacitè ſunt obligata hic marito ad petẽdam dotem ſibi promiſſam, illic vxori ad dotem repetendam ſoluto matrimonio, maritóve ad inopiam vergente: ſola authoritate legis ipſo iure [h] enaſcitur ipſa obligatio. Et ſi impugnes, nónne concurrit etiam ibi factum hominis, ſcilicet contrahere nuptias? Reſpondeo, hoc non ad rem pertinere, quoniam hoc factum reſpicit matrimonium, in nullo reſpicit bona, ſed ſola lex diſponit & o-
12 peratur. Secundum † beneficium eſt prælationis, quod ſcilicet vxor præfertur omnibus aliis creditoribus mariti qui aut nullam omnino, aut certè tacitam hypothecam in bonis [i] mariti habent. Sed quid ſi creditores habeãt expreſſam hypothecam? & præferẽdos eſſe creditores mulieri [k] Bartolus putat in quam ſententiam vulgò deinde itum eſt. Ego verò cenſeo adhuc

d l. j. ff. ſol. matri. & l. aſſiduis. C. qui por. in pig. habe.
e l. vnic. § ſi ſi tacitã hypothecã damus ex vtroque latere. C. de rei vxo. act.
f In l. j. & l. poſt dotem ſol. ma.
g Tex. in d. l. vnica. § j.
h d. l. aſſiduis & d. l. vnica § & vt plenius.
i d. l. aſſiduis.
k In l. j. aſſiduis.

præferendam

13 † præferendam eſſe vxorem, nec iuria
ratione contrariam opinionem proba-
ri poſſe, propter generalia verba, qui-
bus leges hac de re tractantes vtun-
tur, nec inuenio vllum textum circa
hoc diſtinguentem: durum itaque eſt[l] ho-
minis diſtinctionem admittere.[l] Sic enim
[m] loquitur Imperator: In rebus dotabili-
bus vendicandis mulierem omnem habe-
re poſt diſſolutum matrimonium prærro-
gatiuam iubemus, & neminem creditorũ
mariti, qui anteriores ſunt poſſe ſibi potio
rem cauſam in his per hypothecam vendi-
care. & quæ ibi ſequuntur. Ita & [n] alibi:
Sancimus, inquit, ex ſtipulatu actionem
quam mulieribus pro dote reſtituenda de-
dimus, cuique etiam tacitam donauimus
ineſſe hypothecã, potiora iura contra om-
neis habere mariti creditores, licet anterio
ris ſint temporis priuilegio vallati. Nota.
hæc verba, Neminem creditorum, Omnes
creditores. Neque impedit argumentum à
ſimilitudine ductum, de fiſco ad dotem,
quum dos lõge pluribus & maioribus pri-
uilegiis cohoneſtetur atque ipſe fiſcus, imò
14 † mulier ſit fiſco potior in dotis cauſa. Nã
ſi reperiãtur duo inſtrumenta eodem die
facta, quorum alterum contineat, maritũ
eſſe obligatum fiſco ex aliqua cauſa, atque
eo nomine conſtitutam eſſe hypothecam
bonorum ſuorum: alterum vero habeat o-
bligationem pro dote pariter ſub hypo-
theca, hoc caſu fauore dotis præſumetur in
ſtrumentum dotale prius [o] factũ. Hóc au-
15 tem † prælationis beneficium tunc proce-
dit quandó dos actualiter & re ipſa mari-
to data fuit: ſecus ſi cauta tantum, vel (vt
vulgò dicunt) confeſſata fuit, vt quia ma-
ritus confiteatur cautione ſcripta ſe acce-
piſſe dotem, de numeratione autem non
conſtet, tum enim mulier non præfertur
cæteris creditoribus qui tamen ſua credita
probent per iuſtam[p] numerationem alio-
qui ſi nihil haberent creditores præter cau-
tionem ſcriptam, nec aliàs credita docere
poſſent, eo caſu, quia cum muliere in
16 pari cauſa ſunt, mulier veluti fauorabilior,
præcedit. Et hoc † priuilegium perſonale
eſt, competit enim ſoli mulieri, id eſt, per-
ſonæ tantum, non etiam actioni. quare e-
uaneſcit quoque cum perſona, nec ad vl-
lum alium ſucceſſorem, exceptis deſcendẽ-
tibus, [q] migrat: atque in eo à priori priuile-
gio, quod actioni inhæret, differt iſtud.
7 Nunc ad actionẽ ipſam. Actio † ex ſti-
pulatu de dote eſt perſonalis, & datur ad-
uerſus ſtipulantem pro conſequenda dote
promiſſa conſtante matrimonio, vel etiam
pro repetenda, eo ſoluto. Perſonalis eſt,
quia ex ſtipulatione, vel qualicunque do-
tis[r] promiſſione naſcitur. Dixi, datur, ſim-
18 pliciter: quia † non ſolum maritus eiúſve
pater experiri poteſt hoc iudicio ad exi-
gendam dotem promiſſam, ſed etiam v-
xor, & pater eius, ad petendam donationẽ
propter nuptias (quæ viri dos eſt) hanc a-
ctionem habet: quia æqualitas iuris inter
19 vtranque dotem [ſ] ſeruanda eſt. Dos † an-
tem eſt propriè patrimonium mulieris,
quod datur marito à muliere, parente, vel
etiam extraneo, vt onera [t] matrimonij ſu-
ſtineat. Doti reſpondet donatio propter
nuptias: eadem enim cauſa, vt vitam com-
modè tranſigant, vel maritus, vel ipſius no-
mine alius, confert. Vnde Græcis dicta eſt
ἀντίφερνα quaſi contra, vel mutua donatio.
20 Vtraque igitur eſt donatio, † vtraque ad
matrimonij neceſſitatem deſtinatur, & i-
deo tantam æqualitatẽ iuris habent, vt v-
traque dos nuncupetur etiam ab antiquis
21 [u] legum latoribus. Vnde dicimus, † dotem
& donationem propter nuptias paribus
ambulare paſſibus, id eſt, pari iure accipiẽ-
da eſſe vtriuſque [x] pacta. Quod Iuſtiniano
tandem adeò viſum [y] eſt iuſtum, vt æqua-
litatem omnimodam quantitatis etiam
nedum pactorum introduceret: quam ta-
men conſuetudo non admittit, cõtenta æ-
qualitate interpretandi iuris. Poteſt igitur
minor eſſe dos, quàm donatio propter nu-
ptias, aut contrà: poſſunt & pacta eſſe di-
ſparia, interpretatio tamẽ iuris parem de
re pari. Porrò iſtam æqualitatem dotis &
donationis propter nuptias debes etiam
ad priuilegium tacitæ hypothecæ referre,
22 quod huic actioni ineſt: quia † ſicut dos,
ita & propter nuptias donatio ſubeſt taci-
tæ hypothecæ, huiuſque nomine habet
vxor mariti bona tacitè, vi & poteſtate le-
23 gis [z] obligata. Quod † & in bonis para-
phernis, quæ vxor vltra dotem marito ad-
fert, obtinere, iure[a] traditum eſt. Redeun-
do ad diffinitionem, dixi in ea, aduerſus ſti-
24 pulantem: propriè † enim is hac actione ex
ſtipulatu tenetur, qui per ſtipulationẽ do-
tem promiſit, ſiue ſit vxor, ſiue maritus
vel parentes eorum, aut etiam extranei.
25 Quod † ſi nulla ſtipulatio dotis cauſa in-
teruenerit, ſed nudo ſimplicique pacto cõ
ſtituta eſt, adhuc huic iudicio locus erit,
non quia hæc ſimplex promiſſio per ſe il-
lud operetur, ſed quia nihilominus de iu-
re fingitur interueniſſe ſtipulatio, adeóque
ex hac ficta ſtipulatione hoc iudicium da-
tur, ob dotis ſummum fauorem: quod re-
nera maximum eſt, & mirabile dotis pri-
uilegium. Eadem ratione fauoris, ſi inuti-
26 liter † fiat iſta ſtipulatio dotis reddendæ,
perinde eſt ac ſi valida fuiſſet [b] interpoſi-
ta. Addidi, pro petenda dote, ſimpliciter:
27 quoniam † non intereſt, an certa ſpecies
vel quantitas promiſſa ſit dotis nomine,
an verò [c] collata in arbitriũ boni viri quin
imò & ſi quis dotem promiſit nulla o-
mnino adiecta quantitate, ſed quodcun-
que ipſe arbitratus fuerit, rectè ab eo, cui
ita promiſit conueniri poteſt hoc iudicio,
quoniam & hac facti ſpecie intelligitur
quantitatem dotis ad arbitrium boni [d] vi-
ri retuliſſe. Ex quo & illud diſcis, actio-
nem ex ſtipulatu, quando pro dote in
tenditur, etiam ad certum dari, contra
eius naturam: quum regulariter huic a-
ctioni non ſit locus, niſi quando certum
deductũ eſt in ſtipulationẽ. Subiici, cõſtãte
28 matrimonio. nã † vt exactioni dotis locus
ſit, oportet

l arg. l. ſi[illegible] generaliter. ff. de lo[illegible] ſtan
m in l. in reb. C. de iure dot.
n in d. l. aſſiduis. quibus accedas etiam §. his conſequens in nouel. de æqua. dot.
o Sic Bal. refert in l. diuus. C. de iure dot.
p Gloſſ. teſt quam Bald. dicit eſſe notam in d. l. aſſiduis. in verb. dote.
q Ita Bart. in l. j. ff. ſol. matri.
r l. ad exactionem. C. de dot. promiſſ.
ſ Vt in no. nel. de æqua. dot.
t l. j. l. dotis fructus. & l. res in dotem. ff. de iure dot.
u l. cum multa. §. j. C. de donat. ante nup.
x d. l. cum multæ. §. ſin autem dona tio.
y In nouella de æqual. do. §. j.
z Gloſſ. eſt in d. l. aſſiduis. ad fin.
a Tex. eſt in l. vbi. ad princ. C. de iure dot.
b Hic vſus pot. Impe. poteſtatem. Dei, quia ex nihilo facit aliquid.
c d. l. vnica. §. accedit ibi gl. C. de rei vxo. ac. e l. iij. C. de dote promiſſ.
d l. ſi cum ea. C. de dot. promiſſ. l. cũ poſt. §. gener. ff. de iure dotium.
e l. ſi quis certiem. ff. ſi cert. peta.

f l.iij. & l. promittédo. ff. de iure dotium.
g l. ſtipulationem. & l. non enim. ff. de iur. dot.

ſit, oportet conſtare, contractúmque eſſe
matrimonium: antea enim ſicut dos non
f intelligitur, ita nec exerceri poteſt hæc
actio, quoniam hác in ſe habet omnis g pro
miſſio. Adpoſui, vel etiam repetenda: non
29 †enim ſolùm petitur dos promiſſa hac a-
ctione, verumetiam data repetitur. qua in
re intereſt, an de dote profectitia vel aduē-
30 titia loquamur. Dos † profectitia Vlpiano
eſt, quæ à patre vel parente proficiſcitur,
qui filiam pro rerum ſuarum viribus dota-
re compellitur. Aduentitia verò dicitur,
quam nemo ex paternis bonis, ſed quidam
extraneus aliunde dedit. Hanc aduentitiá
vxor ipſa repetit: illam verò & parentes, ſi
eam ſibi poſt ſolutum coniugium reſti-
tuendam ſtipulanti pactive ſint, non ta-
men aliter, niſi conſentiat, vel certè nó cō-
31 tradicat h filia. Extraneo † verò non aliter
permittitur repetitio, niſi expreſsim pa-
ctus vel ſtipulatus fuerit, dotē quam pro
32 muliere dedit, ſibi reddi. Extraneum † au-
tem in propoſito accipimus, qui non ſit
parens mulieris, nec habeat eam in i pote-
ſtate. Volunt enim interpretes, fictionem
& præſumptionem ſtipulationis ceſſare in
extraneo, quinimò & ſi ſtipulatio interpo-
ſita ab eo ſit, hæc tamen actio deſinet in i-
pſo bonæ fidei eſſe, & ad naturam ſuá red
didit: quod nota dignum eſt. Et hęc quæ de
repetenda dote tradimus, eadem ad dona-
tioné propter nuptias referre debes, cum
vt ſuprà dictum eſt, pari iure cenſeantur.
33 Annexum eſt eo diſſoluto: ſiquidem † con-
ſtante adhuc matrimonio dos non repeti-
tur regulariter, nec oritur hæc actio ad re-
petendam dotem, quum dies conditionis
ante ſolutum matrimonium venire non
k intelligatur. imò & ſi antea maritus vel-
let dotem reddere, non poſſet, quia ius l pro
34 hibet. Si tamen conſtante † coniugio ma-
ritus ad inopiam vergeret, non eſſet locus
prædictæ regulæ, ſed mulier repetere do-
tem poſſet aduentitiam, ne periclitetur, &
parentes m eius dotem profectitiam: quod
tamen in extraneo non procedere n Iaſon
prodidit. Quinimò præter dotis exactioné
poteſt vxor & bona parapherna. o petere,
& item donationem propter nuptias, quá
vel ex ſtatuto, vel ex pacto poſt finitum
matrimonium lucratura ſit. Soluitur au-
35 tem † hodie matrimonium duntaxat mor-
te, aut adulterio: olim p pluribus mo-
dis contingebat ſolutio. Cæterum reſti-
36 tuuntur † res dotales ſoluto matrimonio
q diuerſimode. Res enim immobiles ſoló-
que hærentes, niſi ſtatim exhibeantur, vſu-
ræ ex his debentur: mobiles verò intra an-
37 num reddere ſatis eſt. Nunc † quæ in hac
actione probanda ſint, videamus. Et in a-
ctione quidem dotis petendæ probari de-
bet promiſſam eſſe ab aduerſario dotem,
aduerſus quem agis. Doceri autem id po-
teſt vel dotalibus inſtrumētis, vel teſtibus:
quod ſi neutrum fieri poſſit, tum partium
aſſertio inſtruenda eſt coniecturis ex qua
38 litate r perſonarū. In † repetenda verò do-
te oſtendendum eſt, ſolutionem dotis, vel

h l. ij. §. quod ſi in patris. §. voluntatem. ff ſolut. matrim.
i d.l. vnica. §. accedit.
k l. cedere diem ff. de verb. ſign.
l d.l. ij. ff. ſol. matri. & l. ij. de dote prelegata. l. j. C. ſi dos const. mat. ſolu. fu.
m l. ſi conſtante. ſolut. mat. l. vbi C. de iur. dom.
n in d. l. ſi conſtante in princ.
o Sicut deſcribitur in l. ſi ergo. §. dotiſ autem cauſa. ff de iur. do. ſom.
p Sic habes in l. conſenſu. C. de repud.
q d. l. vnica. §. ex actio. C. de rei vxor. act.
r l. cum alterum. C. de iudo. l. quæro. & l. cū poſt. §. gener. ff. eod.

donationis propter nuptias s factam eſſe,
ſimplici tamen aſſertioni coniugis non fa-
cile credetur, niſi inſtrumento confeſsio-
nis: vel cautione ſcripta adiuuetur, accedē
te lapſu t anni, vel biennij. Forma huius a-
39 ctionis pro petenda dote. Quamuis † ego
haud ita pridem per verba præſentis con-
ſenſus matrimonium cōtraxerim cum Ber
ta, eiúſque ratione reus conuentus mihi
centum in dotem promiſerit, ipſe tamē ad-
monitus iſta centum ſoluere hactenus re-
cuſauit iniuſtè: quare peto reum condem-
nari, vt numeret mihi prædictam dotem
40 ad ſuſtinēda matrimonij onera. Quòd † ſi
ad repetendam dotem agatur, ſic propo-
nenda eſt actio: Ego Berta nupſi Flacco, &
eidem in dotem dedi centum, quæ ſtipula-
ta ſum mihi reddi ſecundum euentū diei.
Quamobrem pręſente iam caſu reſtituen-
dæ dotis, ſoluto ſcilicet matrimonio mor
te mariti Flacci, peto vt Titius, qui hæ-
redem agit Flacci defuncti prædictam do-
tem reddat, eóque nomine iuſta ſententia
condemnetur &c. Et hoc quidem proce-
dit, ſi pecuniæ ſumma in dotem data ſit:
quod ſi aliæ res mobiles vel immobiles do
tis nomine traditæ fuerint, exprimendæ
ſunt in libello. Oportet etiam declarare, v-
trum res ſint æſtimatæ, quum in doté da-
rentur, an non ſint: quia priori ſpecie non
res, ſed æſtimatio u petenda eſſet. niſi mu-
lieri data ſit electio tempore dotis x con-
ſtitutæ, vel niſi ad hoc ſolum fuerit æſtima
ta, vt conſtaret, quanto fieret y fortè dete
rior. Facilè autem formas huius actionis
variabis, ſi ad donationem propter nuptias
vel petendam, vel repetendam agas, quæ
ſemper ſub appellatione dotis z intelligē-
da eſt. Obſerues etiam, pro diuerſitate ca-
ſuum libellum eſſe variandū: quia aliquā-
do vxor agit aduerſus hæredes mariti ſolu-
to matrimonio, aliquando conſtante ma-
trimonio, ſi maritus vergat ad inopiam: in
terdum aduerſus patrē, qui pactus eſt do-
tē dare, plerunque etiá maritus agit ad cō-
ſtituendam vel dandam ſibi dotem: non-
nunquam hæres mariti, interdum vxoris
hæres. Hoc interim non eſt omittendum,
41 maritum † habere priuilegium competen-
tiæ, id eſt, in quantum commodè poteſt, ne
ad a aſſem exigatur. Vnde ſi iudex maritum
in ſolidum condemnet, vel ſimpliciter
pronunciet, Condemno te ad reſtituēdam
dotem, hic maritus habebit exceptionem
priuilegij, b ſententia non obſtante: præter-
quam in caſu, ſi pater filiæ, promiſiſſet ge-
nero dotem, quam ſciret ſe non poſſe ſol-
uere, vt ſic induceret generum, tum enim
in ſolidum condemnabitur, nec habebit
c competentiæ beneficium.

s l. j. C. de do. cauſa nō num. l. ſi ex cautione. C. de non nu. pecu.
t l. vlt. C. de dot. cau. non num.
u l. quoties. C. de iur. do.
x l plerunque. ff. de iu. dom.
y l. ſi forte virum. C. eo. tit.
z d. nouell. de æqual. dom.
a l. non tantum. ff. de re iud.
b Pro quo facit l. etiam. §. licet. & l. maritum. ff. ſol. mat.
c Text. eſt elegans in l. pen. in §. de iur. dot. vide etiam Zaſiū in ſuis intellect.

§. In bonæ fidei.

1 *Veteri iure, quo ad compenſationem diffe-*
rebant actiones bonæ fidei & ſtricti iuris.
2 *Iuſtinianus conſtituit, compenſationem tam*
in ſtricti

in ſtricti iuris quàm bonæ fidei iudiciis ipſo iure conſiſtere.

3 *Depoſiti actio variè priuilegiata.*

4 *Omnis actio ipſo iure per compenſationem tollitur.*

5 *Excipitur actio depoſiti.*

6 *Vt actio per compenſationem tollatur, neceſſe eſt eam ab aduerſario oppoſitam eſſe.*

7 *Quomodo ius nouum differat à iure veteri circa compenſationem.*

8 *Compenſatio quid ſit,*

9 *Indebito ciuili tantum non opponitur compenſatio.*

10 *Vt compenſatio locum habeat, neceſſe eſt debitum eſſe liquidum.*

11 *Quantum tempus dari, debeat ad liquidandum debitum.*

12 *Debitum tertij non poteſt allegari in compenſationem.*

13 *Effectus compenſationis eſt quod vim ſolutionis habeat.*

14 *Compenſatio non poteſt excedere quantitatem debitam & compenſabilem.*

15 *Iurans ſe ſoluturum compenſationis obiectione excuſatur à periurio.*

16 *Compenſatio in iis tantum rebus locum habet quæ functionem, id eſt, promiſcuum vſum recipiunt.*

17 *Quæ res dicantur fungibiles.*

18 *Sola pecunia quantitas dicitur, & nume. 23.*

19 *Diſſimilitudo rei fungibilis impedit compenſationem.*

20 *De ſpecie ad quantitatem illicita eſt compenſatio.*

21 *Fallit, ſi ſpecie perempta deueniatur ad æſtimationem.*

22 *Quantitas ad quantitatem permittitur cõpenſatio.*

24 *In quibus caſibus prædicta regula fallat.*

25 *Si quantitas ſoluitur vt ſpecies, an ad aliam quantitatem compenſetur.*

26 *Species ad ſpeciem non fit compenſatio.*

27 *Generis ad genus non obiicitur compenſatio, contra communem opinionem.*

28 *In obligatione generis, omnes ſpecies obligantur*

29 *Genus nihil aliud eſt, quàm ſpecies ſimul collectæ.*

30 *Quomodo qualitatis ad qualitatem fiat cõpenſatio.*

31 *Expenſarum compenſatio quare in vſum recepta.*

32 *In delictis & criminibus fit compenſatio.*

33 *Ad pœnæ euitationem compenſatio admittitur.*

34 *In quibus caſibus non liceat compenſare.*

In bonæ fidei [a] *iudiciis libera poteſtas permitti videtur iudici* [b] *ex bono & æquo* [c] *æſtimandi, quantum actori* [d] *reſtitui debeat. In quo & illud continetur, vt ſi quid* [e] *inuicem præſtare* [f] *actorem oporteat,* [g] *eo compenſato, in* [h] *reliquum* [i] *is cum quo* [k] *actum eſt, debeat condemnari. Sed & in ſtricti iuris iudiciis ex reſcripto diui Marci* [k] *oppoſita doli mali exceptione,* [l] *compenſatio inducebatur. Sed noſtra* [m] *conſtitutio eaſdem compenſationes, quæ* [n] *iure aperto nituntur, latius introduxit, vt* [o] *actiones* [p] *ipſo iure* [q] *minuant, ſiue in rem, ſiue in perſonam, ſiue alias quaſcunque excepta ſola depoſiti actione, cui aliquid compenſationis nomine opponi, ſatis inìquum eſſe credimus ne* [r] *ſub prætextu compenſationis, depoſitarum rerum quis* [t] *exactione defraudetur.*

1 Veteri † iure differebant inter ſe bonæ fidei, ſtrictique iuris actiones, quantum ad compenſationem attinebat: nam in bonæ fidei iudiciis ipſo iure compenſatio admittebatur: hoc eſt eo ipſo quod iudex compertũ habebat compenſationi locum eſſe, actio mox ipſo iure ſine facto hominis, vi ipſa minuebatur ad quantitatem debitam, poteratque iudex ex officio repellere agentem, reúmque conuentum abſoluere, & ſi nihil ab eo petitum eſſet. Quinimò licet iudex reum condemnaſſet, in totam ſummam, iſque ſoluiſſet, poterat tamen nihilominus debitum compenſabile, velut indebitè ſolutum, repetere, & proceſſus erat nullus hoc enim eſt ipſo iure aliquid conſiſtere. In perſecutionibus verò ſtricti iuris, iudice etiam ſciente rem eſſe compenſabilem, non tamen fiebat compenſatio, niſi reus conuentus doli exceptionem obieciſſet aduerſario, dicendo dolo facis, quia petis quod reſtituturus es. Ea autem omiſſa & ſi in totam ſummam debiti condemnatio facta erat, proceſſus non irritabatur. Hanc
2 antiqui iuris † differentiam Iuſtinianus ſua [a] conſtitutione ſuſtulit, ſanciens compenſationẽ & in ſtricti iuris, & bonæ fidei iudiciis ipſo iure conſiſtere: ita quod neutrobi amplius ſit opus doli exceptione ſubmouere agentem, ſed quacunque ratione conſtet iudici, extare rem compenſabilem, mox ipſo iure minuatur & perimatur ius actoris ad quantitatem debitam ſiue concurrentem. Textus.

a Iudiciis. [b] Actionibus.

b Ex bono & æquo. Id eſt, ex æquitate naturali: neque enim verum eſt, aliud bonum eſſe, aliud æquum, vt [c] Accur. cenſuit: ſed bonum & æquum abſolutè bonitatem æquitatémque ſignificat, & iuris mediullam germanámque iuſtitiam, vt Budæus [d] alibi doctè enarrat.

c Æſtimandi. Taxandi.

d Reſtitui. A reo.

a In l. v. C. de cõpenſa.

b De varia iudicij acceptione vide glo. in §. præterea. ſu pa. quibus non eſt permiſ. fac. teſt.

c In l. 3. ff. de uſ. & in.

d In d. l. 3.

Inuicem

e Inuicem. E regione,

f Actorem. Quia & ipſe teneatur reo, debeat ei aliquid.

g Compenſato. Id eſt compenſatione habita cum iis,quæ viciſsim actor reo debet:eſt enim compenſatio,inuicem imputandi,quæ contrà debentur, ratio.

h In reliquum. Quod adhuc reſtat,deducto debito actoris.

i Is. Reus.

k Oppoſita. Et non aliàs:quia ſi hæc exceptio omiſſa erat,iudex non compenſabat debita.

l Comp.indu. Id eſt poteſtas dabatur iudici,vt compenſationem admitteret.

m Conſtitu. Quam in Codice habes, ſub tit.de compen.in vltima lege.

n Iure aperto. Quæ liquidæ & certæ ſunt quia debitum hinc inde eſt liquidum.

o Actiones Accuſatiuus eſt.

p Ipſo iure. Si tamen de compenſatione conſtet iudici,quia non poteſt [e] diuinare: quacunque autem ratione conſtet nihil [f] refert.

e l.ſi puta tot. ff. ad l. Aquil.
f Tex in l. ſi conſtet.C. de cõp. Doc. cõmuniter hic.

q Minuant. Ad quantitatem concurrentem,id eſt,in tanto,quantum compenſari debet.

r Sub prætex. Nam cum deponendo
3 contrahamus fiduciã amicitiæ,ideo † donata eſt depoſiti actio hoc priuilegio,quod nec compenſatio,nec alia exceptio rectè opponatur repoſcenti debitum. Sicut & illud beneficij habet,vt præferatur aliis actionibus,hoc eſt,vt prima habeatur ratio eorum,qui res vel pecunias (non tamen ſub fœnore) depoſuiſſent,ſi fortè alij quoque creditores ad bona depoſitarij [g] agerẽt.

g l.ſi homi nem.§. quoties.& l. ſequent.ff. depoſ.

ſ Exactione. Repetitione.

Generalis regula ſiue theſis,ex hoc text.
4 colligenda eſt,videlicet,quod † omnis [h] actio cuiuſcunque generis & qualitatis hodie ipſo iure per compenſationem tollatur in tantum quantum compenſari debet,ex-
5 cepta † ſola depoſiti actione. Hoc tamen
6 dogma ita temperatis,† compenſationem ipſo iure competere ſi oppoſita ſit à reo in iudicio,vt ſic de illa conſtare iudici poſsit facto & voce hominis qui iudex vtique di-
7 uinare [i] nequit. In eo enim ius,quo † hodie vtimur,à veteri potiſsimum diſcrepat, quod olim in ſtricti iuris perſecutionibus neceſſe erat ſolẽniter obiicere doli exceptionem & ſi iudex ea neglecta cõdẽnaſſet reũ,ſentẽtia obtinebat vires, niſi appellationis remedio infirmaretur. Hodie verò ſufficit compenſationẽ quibuſcũque ſimplicibus verbis ſignificaſſe iudici,& quicquid cõtrafecerit iudex,nullum firmitatis robur obtinebit, quodque reus indebitè ſoluit,repetet Cæterum differẽtiam & effectũ,an quid ipſo iure exiſtat,vel ope exceptionis,[k] Bartolus alibi ſatis explicat. Vt autem compenſationis tractatum ſatis difficilem & ſubtilem eo euidentibus cognoſcat Iuris ſtudioſus, videndum erit, quid ſit,quibúſque in rebus locum habeat cõ-
8 penſatio. Eſt † ergo compenſatio, debiti ad debitum inuicem in vim ſolutionis ad concurrentem quantitatem contributio eaque ratione introducta,quod interſit noſtra potius non ſoluere,quàm ſolutum [l] repetere,& compenſando arceantur præcaueãtúrque ſumptus & [m] moleſtiæ iudiciorum. Ad diffinitionem reuertendo,dixi in ea,debiti ad debitum,ſimpliciter:quia cõpenſatio fit non ſolum de naturali & ciuili debito,ſed in naturali tantum. In debito
9 † autẽ ciuili tantum non opponitur [n] cõpenſatio niſi aliquid ex naturali admixtum habeat,& adminiculum, quoddam accedat,vt in cirographo poſt biennium:tum enim & ciuilis obligatio ad agendum efficax eſt. Item debito [o] ex cauſa rei iudica-
10 tæ. Debes autem diffinitionem † intelligere de liquido debito:niſi enim compenſatio obiiciatur de certo indubitatóque debito,admittenda non eſt,niſi confeſtim liquidari,& facilem exitũ ſui præſtare poſ-
11 ſit. Quantum † autem temporis interuallum dari ad liquidandum oporteat, puto relinquendum eſſe iudicantis [p] arbitrio: tametſi Bart.tantum temporis præſcribat, quantum ad ſoluendum [q] daretur. Subieci, inuicem,hoc eſt inter ipſos contrahentes
12 ab vtraque parte.& non aliàs:nam † de alio non poteſt quis allegare compenſationẽ,niſi fortè pater ſit,vel dominus, aut ſocius,procuratórve in [r] rem ſuam. Annexũ
13 eſt,in vim † ſolutionis:hic enim effectus, hoc officium cõpenſationis eſt, quod vim ſolutionis habeat.ac per conſequens tollat & perimat omnem obligationẽ, ciuilem & naturalem:quia quod efficit [ſ] ſolutio,idem operatur compenſatio. Sicut ergo ſolutione eius,quod debetur, omnis obligatio [t] tollitur,ita & compenſatio perimit omnem obligationem,adeò quod ne reliquiæ quidem [u] vllæ permaneant. Subdidi,ad concurrentem quantitatem: quaſi dicerem,tantum compenſari, atque inuicem imputari debere,quãtum debiti quã-
14 titas expoſcit:neque † enim poteſt compẽſatio ſummam.ſiue quantitatem debitam & compenſabilem excedere Poſtremò dixi,contributio,quia vnum debitum fungitur vice alterius,ob id certè,quod compẽſatio pro ſolutione habetur, vt iam dictũ
15 eſt Ideo is,qui † iurauit ſe ſoluturum,liberatur compenſationis obiectione,& à periurio excuſatur non ſecus atque is,cui adiecta eſt conditio dandi, illam [x] implere compenſando non vetatur.

Conſequens eſt vt ſubiiciamus, quibus in rebus admittatur compenſatio: quo in puncto concludendum eſt non in omnibus rebus locum habere compenſationem
16 indifferenter,ſed † in iis tantum,quæ functionem,id eſt promiſcuũ vſum recipiunt. Cum enim cõpenſatio ſit imaginaria quædam ſolutio,oportet quod res inuicem recipiant functionem. Nam interpretatiua ſolutio non poteſt locum habere vbi non eſt locus veræ ſolutioni. Rei ergo fungibilis ad rem fungibilem propriè fit compen-
17 ſatio. Dicuntur † autem res fungibiles,quæ propter naturæ vel artis ſimilitudinem recipiunt

h Idem habes in l.vlti. C. de compẽ. in l.penul.C.depoſ. In c. bonafide ext.depoſ.
i d.l. ſi puta tot,& d.l. ſi conſtat.
k In l. ſi vnus.§.pactus ff. de pactis Do.communiter hic, & in l. Marce. ff.de re iudi. Decius in l. nihil intereſt ff.de reg. iur.
l Vt l.iij.ff. de compenſation.
m l. quod debetur. ti. eod. titu.
n l. quæcunque. & ibi gloſſ ff. hoc titu.
o Vt no.in l.Iulianus.ff. de condi.indeb.
p Iur.l.vlt. C.de compẽ. ibi, hæc itaque iudices obſeruent &c.
q Per l.auſterem §.qui compend.ff. de iur. fiſci.
r l.terrum. & l.ſeq.ff de compenſ.
ſ l.amplius. ff. rem rat. hab.
t vt ſuprà quib. mod. toll.oblig.in princ.
u Vt hic,& l.vlti.C. hoc titu.de compenſa.
x l.ſi peculium. §.j.ff. de ſtatulib. & Fab. hic

recipiunt functionem & promiſcuum vſum, vt frumentum cum frumento, vinum cum vino, oleum cum oleo, ſicque de cæteris rebus ſimilibus. Doct. tamẽ eas res vul
18 gò etiã quantitatem nominant, verùm barbare: ſola † enim pecunia quantitas dicitur quia per eam, quanta quæque res ſit, æſtimatur. Aliæ namque res fungibiles, vt frumentum, vinum, nomine quantitatis appellari non poſſunt, vtpote quia per huiuſmodi res nulli fit valoris æſtimatio, ſicut Zaſius in [y] ſingularib. Intellectib. ex veritate tradit, Id ſi aduertiſſent interpretes, nõ tot difficultatibus obſcuraſſent hanc materiam. Neceſſe autem eſt, vt vtriuſque rei
19 fungibilis ſit æqualis bonitas, quia † diſsimilitudo impedit compenſationem, ſicut & [z] functionem. Ex præmiſsis colligitur,
20 de ſpecie † ad quantitatem, puta de frumẽto ad pecuniam, compenſationem eſſe illicitam, cum vnum non fungatur ſpecie
21 [a] alterius: niſi † ſpecie perempta deueniatur ad æſtimationem, quia fortè ſpecies per conſumptionem ad pecuniam [b] reducatur. ſicque accipiendum eſt quod in tex. hic dicitur. Et in actione reali compenſationem competere. Neque enim locum in ea habet compenſatio, cum corpora reſtituenda ſunt. ſed cum peruenitur ad æſtimationem, ſi reus offerat æſtimationem pro fundo petito, & actor acceptet. Item ſi reus iuſſus rem reſtituere, detrectet, obque id aduerſus eum in litẽ iuretur, ac iudex plurimi æſtimet fundum, vel ipſum intereſſe:
22 nam & hac ſpecie ad quantitatem ſiue [c] pecuniam deuenitur. Cæterũ † quantitatis ad quãtitatem rectè obijcitur compenſatio, Sub quantitate autem pecuniam numera-
23 tam accipere debes, † quæ propriè dicitur quantitas, ſcilicet per quam omnis res, quãta ſit, [d] oſtenditur. & pro regula ſeruandum eſt, vbicunque vel iure vel conſuetudine pecunia ſolui poteſt pro pecunia, ibi & cõpenſationem admitti, cum ſit imaginaria
24 ſolutio. Hoc † tamen aliquoties non procedit. Primò in obligatione alternatiua, vt ſi debeas decem, aut hominem, quia hæc non poteſt compenſari cum pura, præſertim ſi actoris ſit electio: ſecus [e] ſi rei conuenti, vel debitoris. Secundò, ſi debitor quantitatis facultatem habeat ſoluendi ſpeciem pro quantitate: vt in debito ex cauſa noxali, qua dominus tenetur ad quantitatem illati damni à ſeruo ſuo: ſi tamen malit ſeruum pro iſto damno noxæ dedere, & ſic [f] ſpeciẽ ſeu corpus præſtare, liberatur. Domino ergo ſpeciei ſolutionem eligente, compenſatio [g] inutiliter opponitur. Ter-
25 tio, ſi † quantitas ſolueretur vt ſpecies, & vt corpus, vt eſt pecunia in ciſta recondita, vel ſacco incluſa, aut alioqui obſignata, quæ non expenditur vſui. [h] Barto. tamẽ & alij crebrius ſentiunt contrà, quaſi & tũ compenſatio permittatur. [i] Zaſius fœdere diſtinctionis vtranque oppinionem conciliat. Nam ſi [k] pecunia ita reconditur, vt non deſtinetur vſibus domeſticis, tum impermiſſa eſt compenſatio

y c.j. circa tertiam generis acceptionem.

z Vt traditur in l. ij. §. mutui. ff. ſi cer. pet.

a l. ſi conuenitur. ij. de pig. ac. l. ſi non fortẽ. § ſi centum de cond. inde. & l. quod dicitur de impenſis in reb. do. fa.

b l. ſi propter. & l neque. C. de cõpenſ.

c Tex. in l. qui reſtitue re. ff. de rei vẽ in l. eius re ſtũ l. le. e. titu.

d Vt l. j. ff. de contra. emp.

e Tex. in l. ſi debeas, & ibi gloſſ & Bal. & Sall. C. de comp. glo. & Bart. in l. ſi ſeruus communis §. idem dicendum. ff. de furt.

f l mile. §. j. ff. de re iu. cum ſimi.

g Gl. in l. auſi in niſi. §. j. ff. de fur. Bar. in d. §. Item dicendum.

h In l. cum fundum. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi certum peta.

i Z. ſi. hic.

k l. j lane. j. §. j. ve ſi. hoc ita. & §. ſed & ſi certo. ff. de le. j. & l. ti et ros. ſi d vet. obliga.

Cæterum ſi creditor cœpiſſet vti hac pecunia, ea ſpecie, quia ceſſat eſſe corpus, & induit rurſus veſtem quantita-
26 tis, Bartoli vera eſt ſententia, vt compenſationi [l] locus ſit. Præterea † ſpeciei ad ſpeciem non fit compenſatio: vt ſi à te fundũ petam, tu viciſsim & me tibi fundum debere obijcias, hic compenſatio reijcitur, ea ratione, quoniam vtrobique incerta eſt æſtimatio: nam in fundis corporibus & ſpeciebus valor & æſtimatio variant caditque in eis affectio, cum fundus meus fortè mihi charior ſit, quàm [m] tibi tuus. Quem-
27 admodum ſpeciei ad ſpeciem, ità † & generis ad genus compenſatio non admittitur, vtcunque contrarium vulgo receptũ ſit. Nam & ſi genus promittitur, perinde tamen eſt, ac ſi omnes ſpecies ſub genere cõ
28 tentæ promitterentur: & † in obligatione generis, omnes ſpecies obligatũ ſaltẽ electiuè. Cùm enim quælibet ſpecies ſub eo genere ſolui poſſit, conſequens eſt, oẽs eas in obligatione fuiſſe nexas, licet ſub electione, nõ copulatiuè. Sic nominales dicũt, ge
29 nus in effectu, & re † ipſa nihil aliud eſſe, quàm ſpecies ſimul collectas. Sic obligatio generis ſemp ſe ad naturã obligationis ſpeciei [n] refert: quòd ſi in ſpeciebus cõpenſari nequit, rectè nec in generib⁹, quæ nõ ſunt niſi ſpecies breuitate ſermonis collectæ, admittetur compenſatio. Eſt porrò & aliud
30 compenſationis genus, ſcilicet † qualitatis ad qualitatem: circa quod obſeruãdum eſt id, quod hic à Zaſio non inſubtiliter traditur. Nam ſæpe fit, vt cauſa in ſeipſa ſit impar, qualitate interim exiſtente pari ac ſimili, quod potiſsimum in expenſarum cõpenſatione relucet Videmus enim quotidie fieri in iudiciis. quod vnus litigatorum plus ſuſtineat ſumptuum, atque al-
31 ter (rarò enim † ſumptus ſunt vtrobique pares) quia tamen vterque litigandi cauſam habuit, iſta qualitas, ſcilicet iuſta cauſa, recipit compenſationem & æqualitatem ſumptuum. Et hæc eſt radicalis atque euidens ratio, ob quam expen-
32 ſarum [o] compenſatio in iudiciis in vſum recepta eſt. Sed † & in delictis & criminibus compenſatio fieri poteſt, vt ſi tu mihi dolum adhibuiſti, ego viciſsim tibi dolum nexui, neuter poteſt alium ſuper dolo conuenire propter compenſationis oppoſitionem, ſufficitque dicere, & tu dolum feciſti, quibuſcunque ſimplicibus, verbis etiam extra iudicium. vt [p] Barto. & [q] Dynus prodidere: & hoc quotidie in equis videmus accidere, dum permutantur. Pari ratione, ſi vir petat dotem ab vxore tanquam adultera, ex diuerſo vxor petat donationem propter nuptias à marito tanquam lenone, neutri [r] audiuntur. Conſimiliter ſi ambo ſocij æqualem negligentiam commiſerunt quæ par damnum ſocietati attulit, ipſo iure deſiſtunt inuicem obligari eſſe. & plura [s] exempla paſsim in legibus extant. Prædictis adijciendũ velut auctarij vice, quod
33 † & ad pœnæ euitationẽ compenſationi locus

l Ita tex. in l. ... ff. de ſolu. vbi dicitur, in pecu. poſſe quãtitatem & item corpus intelligi vide intel lec. Zaſ. j.

m Vt l ſi cum venerit ad finem de pign. act. & quod dicitur de impen. in re. do. fac.

n Ad quod fac. tex. in l. Mæuius §. duorum. de le. j vbi dicitur, hominis appellatio omnes homines, id eſt, ſeruos in ſe ie compendio ſermonis comprehenditur. Vide etiam Zaſ. hic, & in ſuis Intellec. & Eab.

o De expenſarum compenſatione vide Bal. in auth. generaliter. C. de epiſ. & cleri. Spe. in ti. de expend. §. nunc videndum. ; oſt prin.

p Bar. in l. verum. ff. de compen l.

q Dy. in c. in pari. de reg. iur. libr. vj adde tex. in l. ſi duo. ff. de dolo mal.

r Tex. eſt eleg. in l. viro atque vxore ff. ſolu. mat. fac. tex. & ibi Doc. in l. cũ mulier. ff. de cõ penſ.

ſ In l. ſi ambo. in prin. & §. quoties ff. de com. pen. in l. vlt. §. ſed & ſi ſtipulator. ff. de eo per quem fa. eſt quo mi. &c.

t In l. etiam. C. hoc titu. de compenſa.

u Vt d. l. etiam.

locus ſit, vt [t] Salicetus pulchrè docuit: veluti ſi aduerſus hæredem, qui diſtulit legata venerabilib. locis relicta ſoluere agatur ad pœnam dupli, iſque compenſationem obiiciat. ideo non ſolui inquiens, quia tantundẽ mihi debetur, per hoc [u] euitatur pœna. Sic etiã Faber tradit, rẽ emphyteuticam non cadere in commiſſum per ceſſaſionem ſolutionis cenſus, ſi dominus tantundem emphyteutæ debeat, ſed oppoſita compenſatione, pœnam euitari. Cæterum in quibus caſibus non ſit locus compenſationi, commentatores poſt [x] Accurſium abundè tradunt præcipui autem ſunt hi.
34 Primò † in depoſiti actione. Deinde in ſpolio. Tertiò, in caſu ſub tit. de [y] compenſa. in Pãdectis expreſſo. Quartò contra fiſcũ [z] non obiicitur compenſatio in pleriſque ſpecimus. Poſtremò aduerſus rempub. [a] cuiuſque ciuitatis aliquoties compenſatio prohibetur.

x Hic in verbo, depoſiti.
y In l. hoc negocium de compenſa.
z l. auferetur. §. qui cõpenſationem. ff. de iure fiſ.
a Vt eſt in l. in ca. C. de compenſ.

§. Præterea.

1 *Difficultas §. præterea.*
2 *Arbitrium quid ſignificet.*
3 *Arbitrarij actiones vnde dicantur.*
4 *In arbitrariis actionib. duæ ſententiæ feruntur. & num. 16.*
5 *Arbitraria non eſt nomen actionis ſed qualitatis. & 20.*
6 *Regula circa arbitrarias actiones in textu poſita tantum vna & numero 10.*
7 *Germanus & verus text. noſtri ſenſus.*
8 *Explicatio textus literalis.*
9 *Non omnes actiones ob contumaciam rei ſunt arbitrariæ.*
11 *Omnia exempla in textu poſita vni regulæ ſubiici.*
12 *Actio quod metus cauſa quomodo ſit arbitraria.*
13 *Actio de dolo qualiter ſit arbitraria. & numero 40.*
14 *Ad exhibendum actio arbitraria. & numero 60.*
15 *In arbitrariis iudiciis iudex nihil contra ipſarum naturam arbitratur.*
17 *Actio de eo quod certo loco &c. quomodo ſit arbitraria.*
18 *Noxales actiones non ea ratione eſſe arbitrarias, quia reus ante ſententiam rogetur, an litis æſtimationem ſoluere, vel ſeruum noxæ dedere malit,*
19 *Noxales actiones non ſunt arbitrariæ. vtcunque vulgo diuerſum ſit traditum.*
21 *Verba textus, vel ex noxali cauſa nouiter declarata & intellecta.*
22 *Arbitrariæ actiones quomodo differant à bonæ fidei ſtrictique iuris perſecutionibus.*
23 *Actionem aliquam eſſe arbitrariam, quid ſignificet.*
24 *Rei vendicatio eſt actio arbitraria & quare,*
25 *Excuſſa l. qui reſtituere. ff. de rei vendicat.*
26 *Actio in factum contra nautas cau. ſtab. eſt arbitraria.*
27 *Actio ex edicto de publicanis eſt arbitraria.*
28 *Actio redhibitoria eſt arbitraria.*
29 *Actio de dolo diffinitur.*
30 *Dolus bonus eſt permiſſus.*
31 *Dolus malus quid.*
32 *Actio de dolo non datur, niſi cum cauſæ cognitione.*
33 *In cauſæ cognitione quæ verſentur.*
34 *Aduerſus quas perſonas non detur actio de dolo.*
35 *Actio de dolo non datur, niſi aliæ deficiant, & ſic in ſubſidium competit.*
36 *An de dolo actio concurrat cum aliis actionibus.*
37 *Quid veniat in hanc actionem.*
38 *Actio de dolo. & quod metus cauſa differunt.*
39 *Quid oſtendendum in actione de dolo.*
41 *De libello actionis de dolo.*
42 *Actio de dolo eſt temporalis, & interdum perpetua.*
43 *Actio ad exhibendum quare introducta.*
44 *Exhibere quid ſignificet.*
45 *Actio ad exhibendum diffinitur.*
46 *Ad exhibendum actio eſt perſonalis.*
47 *Cauſa materialis actionis ad exhib. & numero 56,*
48 *Hæc actio quare dicatur in rem ſcripta.*
49 *Cui detur actio ad exhibendum.*
50 *Vt quis ad exhibendum agat, prætẽdere debet intereſſe pecuniarium.*
51 *Aduerſus quos detur hæc actio.*
52 *Quo tempore quis poſſidere debeat, vt hac actione conueniri poſſit.*
53 *Res tantum mobiles in actionem ad exhib. veniunt.*
54 *Hac actione petitur res exhiberi.*
55 *In quo loco res ſit exhibenda.*
57 *Quæ requirantur in volente hoc iudicio experiri.*
58 *Quæ ſint neceſſaria ex parte rei.*
59 *Actor probare debet reum poſſidere rem exhibendam & qualiter hoc poſſit.*
61 *Cum quæritur, quid interſit actoris, duplex eſt conſideratio.*
62 *Libelli forma in actione ad exhibendum*

Præterea

Præterea quaſdã actiones arbitrarias,
id eſt,[a] *ex arbitrio iudicis pendentes appel-*
lamus, in quibus,[b] *niſi arbitrio iudicis is, cum*
quo agitur, actori,[c] *ſatisfaciat,*[d] *veluti rem*
reſtituat, vel[e] *exhibeat, vel ſoluat,*[f] *vel ex*
noxali cauſa ſeruum dedat, condemnari de-
beat.[g] *Sed iſtæ actiones tam in rem, quam in*
perſonam inueniuntur. In rem, veluti Publi-
ciana, Seruiana de rebus colon: quaſi Ser-
uiana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In
perſonam, veluti quibus de eo agitur, quod
vi aut metu cauſa, aut dolo malo factum eſt.
Item cum id, quod certo loco promiſſum eſt,
petitur. Ad exhibendum quoque actio, ex
arbitrio iudicis pendet.[h] *In his enim actio-*
nibus & cæteris ſimilibus[i] *permittitur iudi-*
ci ex bono & æquo, ſecundum cuiuſque rei,
de qua actum eſt, naturam æſtimare, quem-
admodum actori ſatisfieri oporteat.

1 INterpretes vulgò aiunt, † mate-
riam huius §. qui actiones arbitra
rias tractat, ſubtilem & ſcabro-
ſam eſſe & malè cognitam, adeo vt Faber
præceptorem in ea deſideret, malitque di-
ſcere, quàm docere: & meritò, abſurda e-
nim videbat ab omnibus eſſe tradita. Sanè
in eius enarratione ferè omnium interpre-
tum ingenia defeciſſe, ſub ſequentia (vt pu
to) perſpicuè ſignificabunt. Prætermiſsis
autem aliorum traditionibus, vt verũ ger-
manũmque huius contextus ſenſum elicia-
mus, & arbitrariarum actionum naturam
rectè percipiamus, cum primis ſcire opor-
tet, quomodo arbitrium noſtro in propoſi
2 to accipiatur. Arbitrium † de quo hic di-
ſputamus, nihil aliud eſt, quá interlocutio
quædam iudicis, ſententiam diffinitiuá an-
tecedens, quã [a]Theophilus *προστάγμα* nuncu-
pat, [b]Placentinus ſententiam interlocuto-
riam. Sic enim ait: In omnibus actionib[us]
bonæ fidei non interponitur arbitrium, id
eſt primi iudicis interlocutoria, ſed tantũ
diffinitiua: porrò in arbitrariis duæ ſenten
tiæ feruntur. Et [c]alibi: Arbitraria dicitur rei
vendicatio, ſicut & quæcũque alia arbitra-
ria, eò, quia primũ iudex arbitratur rem re-
ſtitui, ſcilicet interloquẽdo. & poſtea pro-
nunciat diffiniendo. Itẽ [d]alibi: Arbitrium
quoque iudicis, inquit, dicitur ſentẽtia pri-
ma in actionibus arbitrariis. Ex quib[us] duo
ſunt diſcenda, velut in modum præuiæ cu-
3 iuſdã inſpectionis. Primũ arbitrarias † a-
ctiones dici, quæ ab arbitrio id eſt interlo-
cutione vel intercesſione iudicis pendent.
4 Alterũ, duas † in arbitrariis actionibus fer-
ri ſentẽtias, interlocutoriá ſcilicet, & diffi-
nitiuá: ſi reus cõuentus interlocutioni iu-
dicis ſatisfaciat, pœná condẽnationis effu-
git: ſin minus, diffinitiua ſẽtẽtia omnino
condẽnandus eſt. Porrò hoc verbũ Arbi-
5 traria, nõ eſt nomẽ actionis † proprium, ſed
qualitatis cuiuſdam, quæ certis actionibus
inhæret, vt rectè [e]Accurſ. ait. Nunc propius
accedendo ad textum, tradit in eo Iuſti-
6 nianus † arbitrariarũ actionum dignoſcen-
darũ gratia regulá tãtũ vná, videlicet quòd
in arbitrariis iudiciis reo arbitrio iudicis
ſatisfaciens, abſolui, non ſatisfaciens cõde-
mnari debeat. Eius deinde exẽpla ſubiiciẽs
actiones eas nominatim recenſet, quas ar-
bitrarias eſſe dicimus. Ex quo apparet, i-
pſum Imperatorem omneis actiones arbi-
trarias in eam regulam includere voluiſſe:
quod ſi accuratè Bartolus & cæteri perpẽ-
diſſent, non vtique tot regulas à ſententia
tex. noſtri prorſus alienas tam temerè con-
7 finxiſſent. Eſt autem hæc vera † & natiua
totius contextus noſtri [f]ſententia. Quãuis
in iudiciis regulariter permiſſum eſt iudici
cauſa cognita protinus ſententiam diffini-
tiuam ferre, vtcunque reo grauis & dura fu
tura ſit condemnatio: eſt tamẽ genus quod
dam actionum, in quibus humanius atque
benignius cum reo agendum eſt. In his e-
nim iudex priuſquam negocium ſiue cau-
ſam diffiniat, velut interceſſor quidá & a-
micabilis cõciliator arbitratur & æſtimat,
quemadmodum ex bono & æquo actori
ſatisfieri oporteat, quod ſi reus ex tali iudi-
cis arbitrio ſatisfaciat actori, obtemperet
iudici, tunc abſoluitur, & condẽnationem
euitat: ſin verò arbitrio non obtemperans,
in contumacia perſeueret vſque ad ſenten
tiam iudex omnino condemnat eum. Hęc
eſt propria ſpecialiſque arbitrariarũ actio-
num natura, & qui diuerſum tradunt. ve-
lut, in tenebris obambulantes, ſæpe im-
pingunt & diuinationes adferunt partim
impertinentes, partim legum ſententiis re-
pugnantes. Explicemus textum.

8 *a Ex arbit.* Ex † interlocutione ſiue in-
terceſsione iudicis, vt Theophilus rectè ex-
ponit.

b Niſi arb. iud. Hæc eſt generalis diſ-
finitio ſiue regula, in quam omnes actio-
nes arbitrariæ includuntur, etiam actio,
quæ certo loco promiſſum petitur, vtcun-
que Doct. communiter repugnẽt, ſicut [g]in-
fra latius oſtendam.

Arbitr. o. In his enim actionib. arbitrio
iudicis ſatisfactionem fieri oportet, non a-
ctoris voluntate. Vnde conſequitur, non
9 † ob omnes actiones ob contumaciam rei,
arbitrarias dici poſſe, vt Bar. & alij voluere
ſed eas tantum quæ in tex. recenſentur, &
quæ cum his ſimilitudinem habent.

c Satisfac. Eo enim ſecundum arbitriũ
ſiue interlocutionem iudicis ſatisfaciente,
abſolutio ſubſequi debet.

d Velut. Exempla ſunt ad regulam ſu-
pradictam adapta. Singulas autem haſce
actiones deinde diſcutiemus.

e Exhibeat. Præſtet rem inſpectioni
publicæ.

f Vel ex nox. cauſ. Quæ noxæ deditio
pro ſatisfactione haberi debet quaſi dice-
ret, ſi dominus aliqua arbitraria actione cõ
uentatur noxaliter, etiamſi arbitrio iudicis
non ſatisfaciat, ſed ſeruũ noxæ dedat, per-
inde condemnationem effugiet, ac ſi arbi-
trio iudicis ſatisfeciſſet, & hic eſt verus
horum verborum ſenſus, de quo [h]infra v-
berius.

g Sed iſtæ act. Scilicet quæ arbitrariæ
ſunt, in quibus duplex à iudice fertur

a In ſuis græcis Inſtitu. in hoc §.
b In ſumma huius tit. de act.
c In lib. de rei vendic. cap. 4.
d In ſum. C. de recep. arbitr. mox à prin.
e Gl. in l. In bonæ fidei. in verbo condemnatorum. & ibi Bart. ff. de eo quod certo loco.
f In hunc modũ hũc § grauiter & nouiter explicat Franc. Duarenus in cõmentariis de in litem iurando, ex quo multa hoc omnia ſumpſimus.
g Num. 19.
h Num. 33.

ſeotentia.

b In his enim act. Viden' impera-
torem vna qoaſi periodo omneis arbi-
trarias actiones comprehendere, ſicque
ſub vnam regulam ſupra traditam inclu-
dere.

i Permit. iudica. Scilicet interloquen-
do prioſquam ferat diffinitiuã ſententiam.
10 Ex præſeori loco collige † regulam rao-
tum vnam, quod in arbitrariis actionibus,
reus ante ſenteotiam diffinitiuam ex arbi-
trio ſiue interlocutione iudicis ſatisfaciẽs,
abſolui non ſatisfaciens condemnari de-
11 beat. Huic regulæ † omnia exempla & a-
ctiones hoc in contextu receuſitæ, optimè
conuenire, atque in eam includi, ex infrà
diceodis perſpicuè conſtabit, vtcunque in-
terpretes ex æquo omnes diſſentiant, Cum
enim in his omnib. arbitrio iudicis ſatisfa-
ciens abſoluatur, non ſatisfaciens condem
netur, conſequens eſt, omnes pradictæ re-
gulæ ſubiici. Teophilus actioots ſingulas
ferè ad hanc regulam applicat. Nam ſi vel
actiooe Publiciana, vel Seruiaoa. aut quaſi
Seruiana actum fuerit, & reus præcepto iu
dicis obſecutus, rem ante condemnationẽ
reſtituerit, abſolutionem cõſequetur. Hoc
porrò vel maximè perſpicuum eſſe poteſt
in actionibus, quod metus cauſa, & de do-
12 lo. Actio enim †, quod metus cauſa, eſt, qua
tecũ ago ad rẽ, quæ mihi per metũ ablata
eſt, de qua alibi diximus, ſi tu iam conuen-
tus hac actione, iudicis intercesſione &
iuſſu rem illam mihi reſtitueris, quadrupli
condemnationem effugis. Sic enim & Iu-
ſtinianus ipſe [k] ſuprà de hac actione lo-
quẽs: Eius natura, inquit, tacitè continetur.
vt qui iudicis, iuſſu ipſam rem actori reſti-
tuat, abſoluatur: quod in cæteris caſibus
non eſt ita, ſed omnino quiſque in quadru-
plum cõdemnatur, quod eſt & In furti ma-
nifeſti actione. Hæc ille: quaſi diceret, in
cæteris quadruplaribus actionibus etiam
ſi res ante ſententiam reſtituatur, pœna ta-
men non euitabitur. Vtcunque enim fur
manifeſtus vel raptor, ante condemnatio-
nem rem raptam, furtóve ſubductam reſti
tuant, à pœna tamen non liberantur. Sed
quæ eſt ratio? quoniam iſtæ actiones, furti
manifeſti, & vi bonorum raptorum, in nu
mero arbitrariarum nõ [l] referũtur. Quor-
ſum & ea quadrant, quæ ab [m] Vlpiano ad
alterum caput edicti, quod metus cauſa,
ſcribuntur. Edicti verba ſunt. Si res metu
ablata ſit, neque ea res arbitrio iudicis re-
ſtituatur, intra annum in quadruplum in-
dicium dabo. Vlpianus interpretari volẽs
hæc verba: Si quis non reſtituat, inquit, in
quadruplum in eum iudicium pollicetur.
ſatis enim clementer cum reo prætor egit,
vt daret ei reſtituendi facultatem, ſi vult
pœnam euitare. Et paulò poſt: Nec cui-
quam iniquum videatur, ex alieno facto
alium in quadruplum condemnari, quia
non ſtatim quadrupli eſt actio, ſed ſi res
non reſtituatur. Hæc autem actio cum
arbitraria ſit, licentiam habet reus, ab arbi
trio dato vſque ad ſententiam reſtitutio

k In §. ſed actio de eo. ſuprà hoc tit.

l In d. §. item actio de eo.

l l. qui rapinæ. ff. de furt. & l. non prodeſt. ff. vi bon. rapt.

m In l. itẽ ſi eum exceptione ff. quod met. cau.

nem rei facere: quod ſi non fecerit, iure
meritóque quadrupli condemnabitur,
13 Hactenus Vlpianus. Paria † & de doli a-
ctione idem Vlpianus, enarrans quoddam
caput edicti, de dolo [n] malo, ſcriptum re-
liquit: Arbitrio iudicis, inquiens, hac quo-
que actione reſtitutio comprehenditur, &
niſi fiat reſtitutio, ſequitur condemnatio,
quanti res eſt. Plenius Theophilus & de
dolo actionem arbitrariam eſſe oſtende-
re volens, ita exemplo declarat: Veluti il-
lectum tu me, viuo forſan obrutum, vel a-
liter deceptum, eo perduxiſti, vt rem tibi
meam traderem: tandem ego ad me reuer-
ſus, & mihi redditus, de dolo tecum agere
cœpi. Iam ſi ante condemnationem rem
illam arbitrio iudicis mihi reſtitueris, ſi-
mul & condemnationem euadis, & infa-
14 miam, quæ inde conſequitur. Sic † & ad
exhibendum actio arbitraria eſt: quia ſi
rem, quam apud te occultas, iuſſu & inter-
ceſsione iodicis exhibueris. id eſt, eam in-
ſpectioni præſtiteris, abſoluendus es: ſin
minus, ſententia diffinitiua condemnandus
es. Has tamen poſteriores duas actiones
[o] infra ſpeciatim explicabimus. Ex præ-
15 dictis colligitur, in arbitrariis † actionibus
iudicem nihil contra ipſarũ naturam arbi-
trari ſicut hactenus falſo creditũ eſt, ſed po
tius earundem naturam in pronunciando
ſequi. id quod Theophili verba ſatis per-
ſpicuè euincunt, διὰ τὸ ἰδικῶς ἐγκεῖσθαι ταῦτα
ταῖς ἀγωγαῖς, id eſt, propterea quod ſpecia-
liter ea ineſſe creduntur his actionibus.
Deinde & illud ex præmiſsis intelligi po-
16 teſt, in † omnibus arbitrariis duplicem à
iudice ferri ſententiam, interlocutoriam,
ſcilicet, & diffinitiuam. vt & [p] ſuprà dixi-
mus. Nam quod Docto. tradunt, In actio-
17 ne, qua † certo loco promiſſum petitur,
condemnationẽ protinus fieri ſine præce-
dẽte interlocutione eáque nihilominus ar-
bitrariã eſſe, id ſupradictæ regulæ cõſenta-
neũ non eſt, & fruſtra hanc actionẽ eidem
regulę ſubiecisſet Imperator, niſi etiam ſub
ea includeretur. Nec aduerſatur, quod iu-
dex id quod intereſt, in ea actione arbitra-
tur & æſtimat. idem enim & in aliis pleriſ-
que actionibus. fieri ſolet, quæ tamen ob
eam cauſam arbitrariæ non ſunt, ſicut
[q] Bartol. ipſe probat, Quare ipſe [r] Duareni
ſententiam ſequor, exiſtimantis, quod
hæc quoque actio dicatur arbitraria, ea-
dem ratione, qua ſuperiores, & ſub eadem
regula comprehendatur. Poteſt enim (ex-
empli gratia) huic actioni additus iudex pa-
riter arbitrari & interloqui, vt ſatiſdet
reus de pecunia ibi ſoluenda, vbi promiſ-
ſa eſt: qui ſi iudicis arbitrio paruerit, ab-
ſolutionem conſequetur, ſin minus, ſen-
tentia diffinitiua condemnabitur, & ita
[s] Vlpianus diſerte reſpondit. Quod de-
nique (vt ad vltimum rex noſtri exemplum
deueniam) communi interpretum aſ-
18 ſertione receptum eſt, noxales † actiones ea
ratione arbitrarias dici, quia iudex ante
ſententiam reum interroget, vtrum litis
æſtimationem ſoluere malit, an ſeruum

noxæ

n In l. arbitrio in prin. ff. de dolo malo.

o Actionem de dolo, nu. 29. actionem verò ad exhibendũ. nu. 45.

p Ad princi. huius §.

q In l. vnica ad fin. de ſent. quæ pro eo quod intereſt &c. & in l. 1. ſed quod ea Paphilo ff. de leg. 1. in l. continens. § cum ita ff de ver. oblig.

r In commen. de ſacr. litem iur.

s In l. 1. quod ſi Epheſi. §. ſoterdam. ff. de eo quod certo lo.

noxæ dedere: qui ſi reſpondeat ſe dedituru, à iudice tamen iuſſus ſeruum noxæ non dedat, condemnandus, ſit quaſi actor in litem iurauerit: hoc tamen verum eſſe, vix adduci poſſum vt credam, nam & à verbis, ſenſuque §. noſtri penit abhorret, neque vllam ſpeciem rationis habet. Officium namque iudicis eſt, in actione noxali ſub alternatione dominum condẽnare. vt is vel litis ſoluat æſtimationem, vel ſeruum noxæ [t]dedat: & ſecũdum communes regulas ſolius noxæ deditionis iudiciũ [u]nullum eſt. Niſi ergo iudex formam à lege præſcriptam in iudicando ſeruet, officio ſuo nõ rectè functus eſſe dicetur. Neque obſtabit, ſi dicas, vbicunque iudicem æquitas mouerit, interrogationem in iudicio fieri [x]oportere. Item ad officium iudicis ſpectare in interdictis quibuſdã noxalibus, vt voluntate domini primum explorata, ſeruum noxæ dedere iubeat, & [y]ſic non parentem condemnet: nam huiuſmodi interrogatio iniqua captioſaque eſt, per quam reo adimitur facultas ſibi à lege conceſſa, noxæ dedendi videlicet poſt cõdemnationem, donec iudicari [z]conueniatur. Et quamuis colore illius interrogationis videatur reo ſaluum manere hoc legis beneficium, reuera tamen & in effectu amittit illud. Dominus enim, qui ita interrogatur à iudice, ante latam ſentẽtiam non poteſt intelligere, an malit litis æſtimationem ſoluere, vel ſeruum noxæ dedere quum tamen hæc dedendi facultas vſque ad executionem ſententiæ non alia ratione cõcedatur, quàm quod iniquum ſit, nequitiam ſeruorum dominis ſupra ipſorum [a]corpora damnoſam eſſe. Conſequitur ergo, ad officium iudicis non pertinere, vt vel dominum cogat interrogationi [illegible] reſpondere, vel ſeruum noxæ dedere præcipiat, niſi fortè ſponte ſe aduerſario ſatisfacturum negauerit. Súnt ne igi-

19 tur actiones † noxales etiam arbitrariæ, Minimè verò: neque enim hæc dictio. No-

20 xalis, nomen actionis, ſed † potius qualitatis cuiuſdam certis actionibus inhærẽtis, [b]ſignificat: ſic enim & de actionibus perpetuis, aut temporalibus, aut pœnalibus, aut rei perſecutoriis, idem quæri poſſet, nĩ arbitrariæ eſſent. Ea autem quæſtio cui non abſurda videretur & inepta? cum hæc non ſint nomina actionum propria, ſed quædam qualitates inhærentes pleriſque iudiciis. Quare [c]Duareni ſententiam veram eſſe non dubito, qui ſic ſentiendum inquit: earum actionum, quæ hic enumerantur, hanc eſſe naturam, vt reus ante ſententiam interlocutioni iudicis non obtẽperans, condemnari debeat, ſi modo ſuo nomine conueniatur. Nam ſi ea noxali cauſa, noxæ deditio pro ſatisfactione habenda eſt. Exemplo res erit clarior. Actio quod metus cauſa, & de dolo, quæ arbitrariæ ſunt, non tantum aduerſus aliquem ſuo, ſed & ſerui nomine intendi [d]poteſt, Quid ergo ſi dominus, vel quod metus cauſa, vel de dolo actione noxaliter conuentus ſit, iſque iuſſus à iudice reſtituere rem quam metu dolòve extorſit, arbitrio non obtemperet? an ſi noxæ dedat ſeruum perinde condemnationem effugiet, ac ſi arbitrio ſatisfaceret? Et non videtur, quia edictum ita loquitur. Si res arbitrio iudicis non [e]reſtituatur. Hanc itaque dubitationem eximit Imperator his verbis, ſupplens quod edicto prætoris omiſſum fuit, Niſi arbitrio iudicis ſatisfaciat, vel ex noxali cauſa ſeruum dedat. Vnde ad quæſtionem propoſitam ſic reſponderi poteſt: a-

21 ctiones in tex. noſtro † enumeratæ veluti quod metus cauſa, de dolo, & reliquæ, ſiue contra aliquem ſuo nomine, ſiue noxaliter intendantur, arbitrariæ ſunt. Furti verò actio legis Aquiliæ iniuriarum, vi bonorum raptorum, quamuis ex noxali cauſa agatur, arbitrariæ tamen non ſunt. Ex prædictis facilè iam eſt colligere, quantũ

22 † arbitrariæ actiones à ſtricti iuris bonæque fidei iudiciis differant. Nam in ſtricti iuris perſecutionibus cum iudicis poteſtas verbis, quibus contrahentes vſi ſunt, adſtricta, & tanquam incluſa ſit, liberum ei non eſt, ante ſententiam quicquam benignius aut clementius arbitrari, quã verba contrahentium ipſa præſcribãt, & quã inter contrahentes dictum conuentúmque ſit, tametſi id æquum fortè eſſe iudicet. In his verò, quæ bonæ fidei ſunt, quia iudex liberam iudicãdi facultatem habet, quod ſibi æquum viſum fuerit, & minimè alligatam: poteſt & omiſſo neglectóque arbitrio, ſi ita viſum ei fuerit, protinus ſententiam ferre. Porrò in arbitrariis ſentẽtia diffinitiua non rectè fertur, niſi præceſſerit arbitrium & interlocutio iudicis.

23 Nam † arbitrariam actionem eſſe, nihil aliud ſignificat, quam aliquam actionem eſſe eius naturæ, vt iudex in ea ſententiam diffinitiuam non ferat, niſi prius, tanquam amicabilis quidam compoſitor, interloquatur, quomodo ex bono & æquo actori ſatisfaciendum ſit: cui interlocutioni ſiue intercesſioni ſi ſatisfiat, abſolutio, ſin minus: cõdemnatio ſubſequi debeat. Prædictis arbitrariis actionibus annumerandæ ſunt & pleræque aliæ, quę cum ſuperioribus ſimilitudinem habent. Primum rei vendicatio: nam & in ea arbitrium condemnationem ſolet præcedere, cui ſi reus obtemperet, abſoluitur, ſin minus, [f]condemnatur. Neque obſtat, quod videri poteſt

24 rei † vendicationem non ex iudicis arbitrio pẽdere, cum in ea interdum arbitrio neglecto res à poſſeſſore manu militari [g]au-

25 ferenda ſit: quia reſpondeo, † & in actione de dolo, & quibuſdam aliis, iudicis arbitrium nonnunquam ceſſare, quã tamen arbitrariã eſſe nemo [h]dubitat. Quod ſi [i]Vlpiani verba rectè ponderemus, conſtabit & in Publiciana, & pleriſque eiuſdem generis perſecutionibus rem à poſſeſſore auferri, nõ minus quã in rei vendicatione ſic enim ait: Qui reſtituere iuſſus iudici nõ paret, cõtẽdẽs ſe nõ poſſe reſtituere, ſi quidẽ habeat rẽ, manu militari officio iudicis

Marginal notes:

t Text. eſt in prin. penſtĩ de nox. act.

u l. ſi iſte. ff. de re. iu.

x l. vbicunque. ff. de interrog. act.

y Per. l. vlt. ff. de interd.

z l. item veniunt. §. Idem rectè de peti. hæred.

a Ad prin. infra de noxa. act.

b §. ſunt autem. infra de noxa. act.

c In locu ſupra allegato.

d l. quod diximus. ff. quod met. cauſ. l. ſi olei §. vl. & quis ad hominem. §. penul. ff. de dol. malo.

e l. ſi cum exceptione §. quæcunque quod met. cauſ.

f l. & ex diuerſo. & l. qui reſtituere. ff. de rei vend.

g d. l. qui reſtituere. de rei ven.

h Iuxta l. arbitrio. §. non tamẽ. 2 §. ſi caſu ff de dolo malo.

i In d. l. qui reſtituere.

ab eo transferri, & fructuum duntaxat, o-
mniſque cauſæ nomine condemnatio fit:
ſi vero non poteſt reſtituere, ſi quidem do
lo fecit, quo minus poſsit, is quantum ad-
uerſarius in litem ſine vlla taxatione in
infinitum iurauerit, damnandus eſt. Dein
de ſubdit: Hæc ſententia generalis &c. qui
bus verbis ſignificat, præcedētem ſenten-
tiam de executione manu militari facien-
da, ac de in litem iurādo, generalem eſſe,
& ad omnes actiones pertinere, quibus ar
bitrio iudicis quid reſtituitur. Cum enim
generali verbo vſus fuerit (qui reſtituere
iuſſus) meritò adiicit, ſe non ſolum rei vē
dicationem, ſed & pleraſque aliàs actio-
nes, quibus ad reſtituendum agitur, com-
plecti voluiſſe. Huc accedit quod idem
[k]Vlpianus ſcribit, in Publiciana actione
eadem omnia, quæ in rei vendicatione,
obſeruanda eſſe. Item cum [l]Neratius di-
cat, Publicianam actionem non ideo com
paratam eſſe, vt res domino auferatur: vti-
que à contrario ſignificat, ab eo poſſeſſo-
re, qui dominus nō eſt, auferri poſſe. Quin
imò [m]Placentinus de rei vendicatione lo-
quens: Notandū quoque eſt, inquit, quod
per arbitrium, id eſt, interlocutoriam ſen-
tentiam, iudex cum reo agit clementius:
per vltimum autem calculum, id eſt, per
diffinitiuam ſententiam, agit ſecum du-
rius, coërcétque eum ſeuerius, puta in quā
tum iurauerit petitor, etiam in infinitum.
26 Deinde actio † in factum contra nautas,
caupones, ſtabularios, inter arbitrarias
perſecutiones recenſetur: quia cum hoſpi-
tes deponunt apud eos res, quas inuexe-
runt, niſi iudicis arbitrio reſtituant, pœna
dupli premuntur: reſtituentes autem iuſ-
ſu iudicis, dupli pœnam effugiunt. Item
27 actio in factum [n]ex † edicto de publica-
nis: quia ſi publicani ab aliquibus rem au-
ferant, vel ad illicita cogant, conuenti fa-
cultatem habent ante ſententiam rem re-
ſtituere, iudice ita arbitrante, & dupli pœ-
nā euitare, quæ aliàs illis infligitur. Hinc
[o]Vlpianus ad edictum de publicanis: Et re
ſtituēdi, inquit, facultas publicano vi ab-
repτum datur: quod ſi fecerit, omni onere
exuitur, & pœnali actione ex hac parte e-
28 dicti liberatur. Demum actio † redhibito
ria: emptore enim pecus morboſum ven-
ditori redhibente, niſi venditor præcepto
& arbitrio iudicis parēs, reſtituat precium
& acceſsiones, in duplū cōdemnatur: ſi ve
rò reddat dupli pœna [p]liberatur. Poteris
fortè & alias actiones addere, ſi quæ cum
prædictis cognationē quaſi & ſimilitudi-
nē habere videbuntur. Et hæc quidē de ar
bitrarijs actionibus dicta ſint hactenus:
explicemus modò actionē de dolo, & ad
exhibendum, ſpeciatim, cū in ſuperiori-
bus neutra harum enarrata fuerit.

29 Actio de † dolo eſt perſonalis, & datur ad-
uerſus decipientē aliquē dolo malo, cauſa
cognita, ſi alia actio deficiat pro conſequē
da idēnitate, illi, qui deceptus eſt. Perſona-
lis eſt, quia ex maleficio doli mali in perſo
nā eius, qui aliū circūſcripſit, naſcitur. Se-
quitur, aduerſus decipientem: voluit enim
[q]æquiſsimus prætor naturali ratione ad-
uerſus varios & doloſos, qui aliis obeſſent
calliditate quadam, ſubuenire edicto ſuo,
ne vel illis malitia ſua eſſet lucroſa, vel de
ceptis ſimplicitas damnoſa. Dixi dolo ma
lo, ad differentiam boni doli, id eſt ſoler-
30 tiæ, † qui [r]eſt permiſſus: vt ſi machinetur
quis aduerſus hoſtes vel latrones: ſi quis
aſtutia & calliditate dolum & vim ab a-
lio ſibi illatam repellat, aut ſi quis aliud
faciat, aliud ſimulet alterius commodan-
di gratia: de hoc dolo edictū prætoris nō
loquitur, ſed de dolo malo, qui ex propo-
31 ſito hominis dolo ſi contingit, & † defini-
tur à [ſ]Labeone quid ſit calliditas, fallacia,
machinatio, ad circunueniendū, fallendū,
decipiendū alterum adhibita. [t]Bald. verò
breuius, Dolus eſt, ait, malitia in alterius
damnum prorumpens. Plerunque tamen
dolus malus etiam re ipſa emergit, vt cum
deceptus ſum vltra dimidium iuſti precij,
ita quod valor ſiue æſtimatio rei me dece-
pit, ſed nec his ad hanc actionē [u]pertinet.
32 Subiunxi, cauſa cognita, hoc eſt, cum † co-
gnitione cauſæ, hoc enim iudicium nō paſ
ſim inſtitui poteſt, ſed ita demum, ſi id cū
33 cauſæ cognitione fiat. In † cauſæ autem co
gnitione verſantur hæc tria, tempus, res,
perſona. Primum tempus, quia hodie de
dolo actio biennio à tempore doli paſsi
continuè numerando datur, & non vltrà,
etiam lite [x]conteſtata: quod ſingulare eſt
in hac actione, cum regulariter per litis
conteſtationem [y]perpetuentur iudicia o-
lim autem dabatur annus vtilis. Deinde
res, quia pro modica re hoc iudicium nō
datur; niſi enim quantitas ſit vltra duos
aureos, [z]indulgendum non eſt. Demū per-
34 ſona, vt † non cōcedatur aduerſus eas per-
ſonas, quibus pietate, officio, reuerentia
obligamur, cum ſit famoſa. Quare nec li-
beris nec libertis aduerſus parentes patro
nóſve, nec ſubditis aduerſus dominos, nec
humili aduerſus eum, qui dignitate excel-
lit, nec perdito aduerſus hominem vitæ e-
mendatioris, de dolo agere licebit. Dabi-
tur tamen aduerſus iſtas perſonas loco il-
lius in factum actio verbis temperatis, in
qua non fiet doli mentio ſed bonæ fidei,
ne ex ſuo dolo [a]lucretur. Dixi, ſi alia a-
ctio deficiat: meritò enim prætor ita de-
mum hanc actionem pollicetur, ſi alia a-
ctio non ſit, quoniam tam famoſa actio
non temerè debuit à prætore decerni, ſi ſit
alia, qua quis poſsit experiri. Sed & ſi inter
dictum ſit, quo quis experiri, vel exceptio,
qua ſe tueri poſsit, vel ſtipulatione quis
tutus ſit, puta quia doli clauſulam ſtipula-
tus eſt, vel ſperanda ſit in integrum reſti-
tutio, aut etiam aduerſus tertiū, qui dolū
non intulit, poſsit haberi regreſſus & in
ſumma, ſi vlla alia ratione indēnitati eius,
qui circūſcriptus eſt, conſuli poſsit, [b]huic
iudicio locus non eſt. Sic ergo obſerua
35 hanc † actionē non, niſi in ſubſidium, quā-
do alia remedia deficiunt, dari: neque etiā
36 hanc cum alia † actione concurrere, niſi
alia

k In l. ſed etſi res. §. in Publiciana ff. de publ.
l In l. vlt. C. eo. tit.
m Lib. j. de rei. ven. tit. 4.
n De quo in l. j. ff. de publ.
o In d. l. j. §. dixerit aliquis, & l. hoc edicto. de publ.
p Text. in l. redhibitoria. ff. de ædilit. ed.
q § quod ſi Ephe. ff. de eo quod cer. lo.
r l. j. in princ. & §. non fuit. ff. de dol. ma. c. neque ar bit. 22. q. 2.
ſ In d. l. j.
t In l. pignus. C. de pign. act.
u Tracta tur autem de eo in l. ij. C. de reſciſ. vend.
x l. vl. C. de dol. malo.
y l. vlt. C. de præſcr. xxx. ann. l. non ſolet. ff. de reg. iu.
z l. ſi oleū. in fin. & l. ſeq. ff. hoc tit. de dolo malo.
a l. nō debet. & l. ſe. ff. hoc titu. Bar. in l. infamē. ff. de publ. iudic. An. in l. ſi ſuperſtite. de dol. vbi ponunt formam actionis in factum
b d. l. j. §. ait prætor. vſque ad l. & eleganter. §. ſed & verum. & §. ſi altera l. ei à te. ff. hoc tit.

alia vel ex eodẽ æquitatis fonte profluat, vel ſit generalis:quia ſpecies non excludit ſuum [c] genus.Item & ſi cum inferiori ſub ſe concurrit,ſed non cum pari :ſicque habet ſe inſtar inuidi,qui de pari [d] dedigna-
37 tur.Annexum † eſt pro conſequenda indemnitate:nam hoc iudicio agimus , primum vt nobis reſtituatur id quod ad doloſum peruenit ex ſua vel alterius [e] fraude. Deinde,ſi nihil ad eum peruenit,& tamen deceptus ex huiuſmodi fallacia damnum accipit.pete tantum, quantum eius interfuit,id non eſſe [f] factũ.Et ſic de dolo actio duntaxat ad conſequendam indemnitatẽ competit.Hinc tradit [g] Vlpianus , ſi plures dolo fecerint,& vnus rem reſtituerit,
38 omneis liberari.Differt † ergo hæc perſecutio ab actione quod metus cauſa, quæ in [h] quadruplum datur,illa verò in ſimplum tantum. Diuerſitatis ea eſt ratio, quia in cuiuſq;poteſtate eſt,a paucioribus decipi,nec fidere paſſim omnibus: at metum effugere non eſt penes metuentes.
39 Sed † & in de dolo iudicio deſignari omnino oportet,cuius dolo malo,& quid factum ſit, quo loco,quo tempore. Scire enim debet actor , in qua re circunſcriptum ſit,nec in tãto [i] crimine vagari. Por
40 rò † quum illa actio ſit arbitraria,vt ſuprà oſtenſum eſt,ideo ſi doloſus arbitrio iudicis parens,ante ſententiã reſtituat,abſoluẽdus eſt , nec infamiam incurret : at verò ſi non reſtituat , cum poſſet , omnino cõdemnabitur , quanti in litem ex affectione , non ex vera æſtimatione,iurauerit is, [k] qui dolum paſſus eſt. Iudex tamen refrenabit,ſi modum excedat affectio. Quomodo autem dolus probari debeat, Angelus & Ioan.de Platea hic abundè docent.
41 Cæterum † non poteſt certa libelli forma hoc in iudicio oſtendi,cum ſecundum varietatem caſuum & factorum in quibus cõmittitur dolus, variari mutarique oporteat & libellum.Interdum enim verſatur dolus in bonę fidei contractibus.interdum in ſtrictis iudiciis , nonnunquam etiam extra iudicium componitur.vt [l] Zaſius poſt alios in Pandectis ſub titulo , de dolo malo, copioſe docet , & ego pleraque [m] ſuprà de hoc tradidi. Hoc tamen non eſt omittendum: quamuis ſuprà dixe
42 rim , † de dolo iudicium eſſe temporale, & [n] concludi hodie biennio,veruntamen actio in factum,in id , quo locupletior factus eſt doloſus , vel hæres eius, [o] perpetuò datur . Exceptio verò doli non ſolùm contra hæredem, ſed & contra ipſum doloſum [p] perpetuò durat , quæ differentia non eſt negligenda.

Videamus porrò actionem ad exhibẽdum , quam Iuriſconſultus quotidianam
43 & neceſſariam eſſe ait † maximè propter rei vendicationem , atque cæteras in rem actiones introductam, licet & propter alios contractus plerunque [q] detur,puta depoſiti,locati,commodati,ſi ſuper qualitate rei controuerſia incideret . Eſt autem
44 † exhiberi in noſtro propoſito nihil aliud quàm [r] rem petitam in iudicio oſtendere coram iudice in præſentia actoris & teſtium,vt per hoc ſit actori poteſtas rei iu-
45 dicialiter petendæ. Actio † verò ad exhibẽdum eſt perſonalis in rem ſcripta,quæ cuilibet intereſſe pecuniarium prætendenti datur aduerſus quencunque , qui exhibẽdi copiam habet , vt rem mobilem exhibeat,detúrque experiundi poteſtas. Quod
46 † hæc actio ſit perſonalis,non eſt dubium, quum ſint [s] verba de hoc expreſſa. Quæ
47 autem ſit cauſa † materialis ſiue obligatio, ex qua oriatur,dubitari ſolet. Et plerique tradiderunt , hanc actionem irregularem eſſe, quum nullum hic verſetur factum, vnde obligatio produci queat. Verùm ſi diligentius intueare, habet iſta actio magnam obligationem,ex qua naſcatur,quæ ex ſumma æquitate progreditur. Quid enim iuſtius quàm vt mihi ſine vllo tuo detrimento rem [t] exhibeas? ſi fuerit mea, bene quidem:ſin minus, nihil amittis exhibendo. Hoc vtique æquitas ipſa ſuggerit, etiamſi iure ſtricto deficiamus, meritò igitur obligatur poſſeſſor ad exhibendum.
48 Addidi,in † rem ſcripta: quia tametſi ſui origine perſonalis ſit, tamen aduerſus quẽcunque poſſidentem conceditur: & ſequitur continuò poſſeſſorem ſiue detentorẽ rei, ad inſtar actionis in rem. Sequitur,
49 quæ † cuilibet datur: hæc enim actio nõ ſolum domino & quaſi domino competit, ſed & omni prætendenti aliquo malo,ſua intereſſe,rem exhiberi. Debet autem alicuius intereſſe ex cauſa honeſta & probabili , puta quia in rem acturus ſit vel rei vendicatione,vel Seruiana,vel hypothecaria,vel interdicto Vtrobi,vel petiturus vſumfructum , vel optaturus ex multis rebus vnam,ſecundum relictam optionem. Cæterum ex improbabili & iniuſta cauſa nemo poteſt intereſſe [u] prætendere : ideóque ad iudicem pertinet , ſummatim cognoſcere, an alicuius interſit exhiberi rem vt ſic exhiberi iubeat,vel non,ſi nihil [x] interſit: ob id certè, ne quis proprio affectu
50 fingat [y] ſua intereſſe. Adpoſui, † intereſſe pecuniarium,vt oſtenderem omnino neceſſe eſſe in hac actione,vt quis prætẽdat intereſſe pecuniarium : aliud enim intereſſe nõ ſufficeret.tametſi enim alicuius interſit ex affectu,quod res exhibeatur,ſi tamen inde non ſequatur emolumentum pecuniarium,deneganda [z] eſt hæc actio, ſufficit probare hoc intereſſe iureiurando,vt Faber, Ange.& Platenſis [a] hic tradunt. Addi-
51 di, † aduerſus quencunque:datur enim hęc actio primùm aduerſus eum,qui naturaliter & ciuiliter poſſidet : deinde aduerſus eum qui naturaliter tantum incumbit poſſeſsioni,vt eſt vſufructuarius,vaſallus,emphyteuta & ſimiles:hi enim naturalem tãtum poſſeſsionem habent,non quidem ad hoc,vt mediante vſucapione plenum dominium conſequantur,ſed dũtaxat vt fructus ſuos faciant. Item aduerſus ciuiliter poſſidentem , vt eſt proprietarius, dominus feudi,dominus ſoli, dominus emphyteuſis

c l. certi condictio. ff. ſi cer. pe. & l. ij. & ibi gl. C. de dona.
e l. ſed ſi ex dolo. §. item ſi quid. ff. de do. malo.
f l. arbitri. §. dol. cuius & l. cũ quis perſuaſerit & l. rem quãdam venalem eo. tit.
g In l. ſi plures. ff. de do. ma.
h § item actio. de eo ſupra hoc noſtro tit.
i l. ſed & ex dol §. vlt. & l. ſeq. ff. hoc tit. l. ij. §. j. de dol. ma. & me. excep.
k d. l. arb. d. in prin. & §. j.
l Zaſ poſt doc. ff. de dol. mal.
m in §. actionũ ſupra eod.
n Vt d. l. vl. C. de dolo.
o l. itaque ſi acce pto. § vlti. ff. eod.
p l. pure mihi §. fi. de dol. ma l. & met. exce.
q l. nam & ff. ad exhibe nd.
r l. ij. ff. ad exhib.
s In l. iij. §. eſt autẽ perſonalis ff. ad exhi.
t Fa. tex. elegans in l. in ſumma. § . Varus. ff. de aqua. plu. arcend.
u Exẽplũ in l. iij. §. ſciendũ. & l. ad exhibẽdum. ff. ad exhibẽ.
x d. l. iij. §. ſelendum.
y Tex. elegans in l. pe. ff. eo. ti. ad exhib.
z Fa. l. ſi liber homo. ff. hoc tit. gl. in l. ij. in verbo ſi poſtu. C. eod.
a Per l. theſaurus. ff. d. titu. & Bar. in l. ij. in prin. ff. queád. teſt. ap.

theuſis: ſi tamen ciuiliter tantum poſsi-
dens rei exhibendæ copiam habeat, aliàs
ſufficit ſola cautio de exhibenda re, cum
in eius poteſtatem deuenerit. Prætereà ad
uerſus detentorem, vt eſt is, apud qué de
poſita, vel cui commodata, aut locata, pi-
gnori ve data res eſt, & ſi qui ſunt ſimiles
hi enim neque ciuiliter, neque naturaliter
poſsideot, cum neque vſucapiát, aut pręſcribant, nec fructus perceptos lucrentur.
Demum aduerſus nudum rei [c] cuſtodem.
Poſtremò aduerſus quemlibet, qui quo-
quo pacto exhibeodi poteſtatem habeat,
etiam ſi oon poſsideat. Parum autem re-
52 fert, ſi is qoi conuenitur, † litis conteſtatæ
tempore noo poſſederit, dummodo ante
ſententiam puſsidere, vel rem detinere
iuueniatur, oam etſi litis conteſtatæ tem-
pore poſsideret, poſtea poſsidere ſine dolo
malo deſineret, abſolueretur. Quod ſi do-
lo fecerit quo minus poſsideat, vel ré cor-
ruperit, mutauerit, interuerterit, nihilomi
nus hoc iudicio tenebitur, ſic vt táti códé-
netur, quanti aduerſus ipſum actor in lité
[d] iurauerit. Atqoe hic eſt effectus huius a-
53 ctionis non modicus. Dixi, vt † rem mobi-
lam: res enim tantum mobiles in hanc a-
ctionem veniũt: immobiles verò ſe ipſas
oſtédunt & exh bent, paténtque omnibus
inſpicere volentibus. Sed & perſonæ fami
liæ noſtræ exhibendæ ſunt, vt ſerui ſi ſuper
delictis arguantur. Dico autem, rem mobi
lem, ſimpliciter quia huc in iudicio nó re-
fert, res exhibenda per ſe extet, aut iuncta
ſit [f] aliis: vt ſi gemma incluſa ſit annulo, ro
ta currui: emblema phialis, anſa ſcypho:
ſemper enim hæc actio competit. Adpo-
54 ſui, exhibeat. regulariter † enim hoc iudi-
cio agimus vt nobis res exhibeatur, id eſt,
vt nobis eius copia fiat videnda, & appræ
hendendæ, quo magis certum ſit, reum ha-
bere rem actoris, nec poſsit poſtea celan-
do eam, aut etiam transformando, varia-
55 re. Sufficit autem † rem eo loci eahiberi,
in quo eſt: niſi re os data opera contuliſſet
eam in locum abditum, vt actori incom-
modior eſſet inſpectio, vel etiam impoſsi-
bilis: nam hoc caſu ſumptibus ſuis & peri-
culo debebit exhibere in eum locum vbi
agitur, ne ei calliditas ſua proſit. Alioq res
ibi eſt exhibeoda, vbi fuerit tempore litis
conteſtationis. Quod ſi actor petierit eam
perferri ad locum iudicij, fiet id [g] impenſis
& periculo actoris. Subiũai, deiúrque ex-
periundæ &c. quia pleræque res in ea ſunt
conditione, vt niſi per ſe extent, non poſ-
ſint ſecundũ regulas iuris vendicari: & ali
quãdu impoſsibile eſt, actiones rectè inté-
di, priuſqnam exhibeatur res, cum exhibi-
tio illa ad neceſſariam præparationé rei
vendicationis, aliarũmque actionum fiat,
atque ob id cnmpetentibus aliis remediis
hæc ad exhibendum actio ferè locum non
56 habeat. Cauſa † materialis huius actionis
eſt, ipſa naturalis æquitas. quæ neceſsitate
poſsidentem obligat ad exhibitionem fa-
ciédam quæ proximo pro futura, exhibéri
vero oocitura non eſt, vt ſupra dixi. Vt
autem quis ad exhibendum agere poſsit, re
57 quiritur † ea parte agere volentis, primò, vt
ipſius interſit ex iuſta & probabili cauſa,
rem exhiberi. Deinde vt iſtud intereſſe du
ret & litis cooteſtatæ, & condemnationis
ſiue ſententiæ tempore: nam ſi alterutro
tempore ceſſaret [h] perimeretur hæc actio.
Denique vt actor quædam iudicia vel ar-
gumenta rei exhibendæ oſtendat, per quę
appareat, quid, vel quale [i] exhiberi debeat.
Quæ autem indicia ſufficiant, putauerim
iudicantis arbitrio [k] relinquẽdum eſſe. Rei
enim qualitas interdum indicia [l] non re-
cipit vt in fragmentis, ruderibus, inque his
quæ dolo malo interuerſa, cóflata mutata
58 ſunt. Ea † parte verò rei illa ſũt neceſſaria,
ſcilicet ꝙ reus poſsideat vel detineat, do
loue deſierit poſsidere. Item quod habeat
rei eahibendæ facultatem. Cæterum ſi re[o]
negauerit ſe poſsidere rem exhibendam,
59 † actoré id probare oportet. Sed quomo-
do probabit? Reſpondet Rofre. & rectè,
interrogationes fieri poſſe non minus an-
te iudicium exhibitorium, quam petito-
rium rei vendicationis vt actor deſignet
rem aliquot arguméntis circnuſtantiarum,
tunc interrogetur reus, an talem rem poſ-
ſideat: is ſi fateatur, rectè agetur ad exhi-
bendum: ſi neget, ſupereſt actori proba-
tio, quam fortè habet, vt conuincat eum
60 mendacij. Porrò cum & hæc † actio ar-
bitraria ſit, ſi reus iuſſus à iudice per i-
pſius arbitrium & ioterlocutionem ex-
hibere rem actori, eahibeat, abſoluendus
eſt: ſi non exhibeat, refert multum an do-
lo malo iudicis arbitrio non pareat an
verò quacunque culpa. Ob dolum enim
damnari poteſt per in litem iuſiurandum
id eſt, quãnta pecunia actor litem & totá
cauſam iurato æſtimauerit, ſeu quanti ſua
intereſſe crediderit, rem fuiſſe exhibitam.
Ob culpam verò & negligentiam non ob
temperantis, ſeu non exhibentis, æſtimatio
non permittitur actori, ſed iudici. Neque
enim iuramentum deferet, ſed aliis argu-
meotis de veritate damnorum, & vtilita-
tum amiſſarum cognoſcés, æſtimabit quá
ti interſit actoris, tantique damnabit reũ
non [m] exhibentem. Et obſeruabis diligen-
61 ter, quod † cum quæritur, quid interſit a-
ctoris, duplex ſit conſideratio, altera de dá
nis & diſpendiis reum, quas amiſit, altera
de lucris & vtilitatibus oon acquiſitis &
interdum vtilitas amiſſa maioris eſt, quam
res ipſa, quam differentiam [n] Vlpianus ele-
ganter explicuit lib. 24. ad edictum. Libel
62 li [o] forma: Titius † veſté poſsidet talis colo
ris, panni Anglici, quæ ad me iure domi-
nij, vel quaſi dominij pertinet. Eam exhi-
beri in iudicio mea plurimũ intereſt, quã
doquidem védicare conſtitui, aut ius meũ
io ea perſequi. Quamuis autem à Ti-
tio poſtularim, vt mihi copiam talis veſtis
videndæ faceret, ipſe tameo talem exhibi-
tionem hactenus temere recuſauit: qnare
peto eundem Titium ad exhibendum pu-
blicitus iſtam veſtem condemnari, &c.
Atque ita ſuffragio ſummi Imperatoris

Dei

b Tex. in l. Celſus § vl. ff. ad exhi.

c d. l. iij. §. vlt. & l. ſeq. & d. l. Celſus §. j.

d l. Iulia. in prin. & §. ſi quis ré. cum §. ſeq. & l. iij. § præterea. ff. ad exhib.

e d. l. iij. §. præterea. & §. ſi quis no xali.

f l. gemma. cum l. ſeq. & l. Celſus. §. idem in ſimul. l. in- ſianus. in prin. §. j. ij. & iij. ad exhib.

g l. ſed & ſi heredi. §. quo autem loco ff. d. tit. ad exhi.

h l. ſi igni §. vlt. ad exhi.

i l. iij. in prin. hoc tit. & Arg. in l. j. ff. de tab. exhib.

l Arg. in l. ſi cum exhi buiſſet. §. ante. ff. de ſur.

m l. videamus. in fin. & l. in actionibus. §. ſed in his omnib. ff. hoc tit. & l. ij. C. eod.

n in l. Iulianus §. vl. ad exhib.

o ¶ Probatur hæc forma per totum tit. ff. ad exhib.

Dei,ſcopulos huius difficilis §. prætereuecti ſumus.

§. Curare.

1 *Epitome.§.curare.*
2 *Quilibet iudex debet ſententiam ferre certam regulariter.*
3 *Verbum,debet,& verbum, Omnino.*
4 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
5 *Princeps & Papa poſſunt in ſententia litigantium petitionem egredi.*
6 *In criminalibus non eſt opus concluſione.*
7 *Iudex quo ad qualitates, tempora, modos, loca, poteſt nō ſequi petitionem libelli in ſententia.*
8 *Sufficit ſententiam cum libello conuenire in re,cauſa,& actione.*
9 *Iudex veritatem probationis ſequi debet.*
10 *Propter confeſſionem rei conuenti toleratur diſcrepantia libelli & ſententiæ.*
11 *Sententia poteſt ferri ſuper non petitis in libello,ſi ſint de natura petitorum &c.*
12 *Quibus caſibus incerta ſententia admittatur.*
13 *Libellus actoris certam petitionem complecti debet.*
14 *Fallit in actionibus vniuerſalibus & generalibus.*
15 *Actiones vniuerſales, generales, ſpeciales quæ.*
16 *Si incertitudo ex facto aduerſarij prouenit, admittitur incertus libellus.*
17 *Idem eſt, ſi incertitudo conſiſtat in re petita.*
18 *Item ſi aliquid petatur acceſſoriè.*
19 *Quo ad interrumpendam præſcriptionem toleratur incertus libellus.*
20 *Idem,ſi in proceſſu iudicij probationes certæ ſint.*
21 *Libellus incertus valet,niſi opponatur.*
22 *In criminalibus illicitus eſt incertus libellus.*

Curare autem debet iudex,vt omnino quātum poſſibile ei ſit,certæ pecuniæ vel rei ſententiam ferat,etiam ſi de incerta quātitate apud eum actum eſt.

1 Ille §.communis † eſt ad omneis actiones, & iudices in genere inſtruit,qualiter ſententias ferre debeant, vt iure ſubſiſtant. Duo autem dogmata ex hoc textu colligemus. Primum eſt,iudicem debere certam ferre ſententiā. alterum,petitionem actoris incertam tolerari. Videamus primò de certitudine ſententiæ.Sit ergo regula,quòd quiuis iu-
2 dex neceſſitate † adſtringatur ſententiam ferre certam,etiam ſi actum ſit ſuper quātitate incerta. Hoc primum euincit ver-
3 bum, † Debet,in textu poſitum, quod neceſſitatem[a] ſignificat item verbum, Omnino,ſeu (vt alij habent) omnimodo,quod eſt intenſiuum,& adeo generale, vt omnē cauſam[b] comprehendat.Sed & ipſa hoc exigit ratio,aliàs enim in certis pronuntiationibus poſt tot iā factos labores & ſumptus litigantium, duplicarentur potius, quam tolerentur lites. Sed nonne hoc pugnat cum vulgata iuris regula, qua dici-
4 tur, † ſententiam debere conformem libello eſſe,[c] nec aliud continere, quam fuerit petitum?Nam ſi ex incerta actione, ſeu libello,ferenda eſt certa ſententia,conſequitur ſententiam à libello diſcrepare. Reſpondeo,incertum & certum ſunt qualitates, quæ non faciunt difformitatem inter libellum & ſententiam.Neque etiam perpetuò obtinet prædicta regula: multæ enim ſunt factorum ſpecies,in quibus toleratur libelli,ſiue petitionis,& ſententiæ diſcrepātia.
5 Primum enim † princeps & ſummus Pōtifex in ſententiis ſuis petitionem litigantium egredi poſſunt, atque ita vulgò Doctores[d] ſentiunt:quod ego accipio non abſolutè,ac ſine legitima cauſa,ſed ita,ſi[e] cau-
6 ſa ſubſit. Deinde non habet locū † regula in criminalibus, in quibus nec concluſione opus eſt:& ſi concluſio fiat,adhuc tamen iudex liberam poteſtatem habet,plus minúſve condemnandi,cognita qualitate delicti &[f] perſonarū. Tertiò poteſt iudex
7 † & in ciuilibus cauſis,quo ad qualitates, tempora,modos,loca,non ſequi petitionē libelli. Quid enim ſi condemnatione petita,ex actis conſtet,condemnationem fieri non oportere,atque ob id iudex reum abſoluat? iam ſentētia à libello diſcrepat, ſed circa qualitates abſoluendi vel condemnā-
8 di.Quare eleganter[g] Baldus, † ſufficere ait, ſi ſententia cum libello conueniat in re, cauſa,& actione. Primum in re petita, vt iudex de alia re non pronunciet,quàm de qua eſt petitum. Deinde in cauſa petendi, vt iudex aliam cauſam non prætendat: veluti ſi actore petente ex cauſa depoſiti,iudex ex cauſa mutui pronūciaret. Denique in actione,vt iudex actionem ab actore inſtitutam,vel condemnando,vel abſoluendo ſequatur.Quinimò poteſt iudex libellū modificare,etiā ſi nō ſit petitū,[h] Baldo authore.Quartò,ſi ab initio quātitatē petat actor minorē, deinde in progreſſu eam ſe probet maiorē,nō eò minus valebit ſentētia,quòd maiorē quātitatē cōtineat,quā
9 libellus:oportuit enim † iudicem veritatē probationis ſequi, quam in principio litis fortè nec ipſe actor[i] ſcire poterat.Quintò, ſi actor petat quinque,& reus confiteatur ſe debere decem, iudex poteſt,imò debet
10 reū condemnare in decem:hæc † enim diſcrepātia petitionis & ſententiæ propter confeſſionem rei cōuenti toleranda eſt,do-
11 cent[k] Angelo.Denique † poteſt ſententia ferri ſuper non petitis in libello, ſi tamen ſint de natura petitorum, vel correlatiua, vel

a Vt eſt gl. ... in l.ſi pro ... ff. ... Bar. in re ... C. de pignor.
b Ita Accurs. ... exceptione. §. ... & ibi Bart. ff. quod met. cauſa.
c l. vt fundus ff. com. diuid. & l. vl. C. de ... libe.
d Per c. ... de reſt. ſpol. lib. 6.
e Propter c. In cauſis extra de ſen. & re iu.
f Ita eleganter ... ff. de ... & bal. ... C. eod. ...
g In l. j. C. de ... ſententia
h In 4. l. vl. ... C. de fideic. ... per l. ... ff. de petit. hæred.
i ... §. vl. C. de appel.
k In l. ... C. de ...

vel correſpondẽtia, aut aliàs ex codẽ ſonte manantia. Verbi gratia: Petis in libello marcam argenti, iudex tres denariorum libras ſoluendas eſſe pronunciat, ſententia valet, quoniam tres libræ reſpondet marcæ argenti. Aliud exemplum: Si petatur aquæ hauſtus ex puteo meo pecorib[o] vicini, iudex decernat me puteum occludere poſſe, iam etiam decreuit hauſtum aquæ eſſe denegandum. Atque hoc eſt quod vulgò practici dicere ſolent, Quamuis hæc ſententia non comprehendat rem petitam complectitur tamen ea, quæ ſunt de natura petitorum. Vides igitur in his caſibus ſententiam libello diſformem ſuſtineri.

12 Pari ratione ſæpenumero † etiam incerta admittitur ſententia. Primùm ſi iudex in ſententia referat ſe ad aliquid ex quo certitudo ſententiæ colligi poſſit. Exẽplum: [l] Condemno te ad exſoluendum debitum iuxta cautionem obligatoriam in actis productam. Item eſt ſi iudex dicat, ſolue quod debes: ſi modò ex actis probatoriis conſtet de debito, vt ſunt teſtes, inſtrumenta, [m] confeſſiones, &c. ſecus ſi ex actis aſſertorijs, puta quia actor aſſerat in libello, ſiue in poſitionibus, ſibi [n] deberi, verùm id non probet. Sic in cauſa noxali incerta ſententia & condemnatio admittitur, hoc modo: Mæuium Titio ad decem aureos condemno, aut [o] noxam dedere. Præterea in [p] petitione hereditatis valet incerta ſententia, poteſt enim iudex pronunciare reſtituendum eſſe, quicquid ex tali hereditate ſit penes poſſeſſorem. Denique is, qui alternatiuè promiſit equum vel veſtem, ſic condemnandus eſt, vt alterum horum præſtet. His adde & alias id genus ſpecies. Atque ita expeditum ſit primum dogma.

Nunc ad alterum, quod petitionem agentium reſpicit, in quo hanc obſerues
13 regulam: Libellus † actoris niſi certam complectatur petitionem, [q] admitti non debet. Ab hac tamen regula ſequentes ca
14 ſus excipiendi ſunt. Primus: † in actionibus vniuerſalibus & generalibus toleratur generalis & incerta petitio ſine aliqua rerum ſpecificatione. Scire enim conuenit, actionum alias eſſe vniuerſales, alias generales, pleraſque ſingulares ſiue ſpecia
15 les. Vniuerſales † appellamus quibus perſequimur corpus aliquod iuris, continẽs multas res cum augmento & diminutione: vt ſunt hereditas, iuriſdictio, dos, peculium. Igitur petitio hereditatis, actio pro dote, & de peculio, ſunt vniuerſales. Generales dicuntur, quæ competunt ad hoc, quod generale eſt, diuerſas rerum ſpecies, adeoque totas negociationes comprehendens: vt eſt tutela, quæ non tantum de vna negocij ſpecie, ſed de toto adminiſtrandi pupillaris patrimonij genere accipitur. Sic & ſocietas & alia negocia. Igitur actio tutelæ, pro ſocio, negociorum geſtorum, ſunt generales. Speciales ſiue ſingulares vocantur, quibus id perſequimur, quod ſui natura, & quantum ad iuris interpretationẽ ſpeciale eſt, etiãſi acceſſoria quædã habeat: vt equus, veſtis, domus, & cæteræ ſimiles res. Actio ergo mandati, commodati, depoſiti, & [r] ſimiles ſpeciales
16 ſunt. Secundo, ſi † incertitudo ex facto aduerſarij proueniat, vt eſt in obligatiõe alternatiua cui[s] electio ſpectat ad debitorẽ: itẽ ſi quid debeatur i genere, & nec dũ facta ſit declaratio [t] per debitorem: aut ſi ſit penes reũ ſoluere vel rẽ, vel [u] intereſſe: denique ſi dubitetur, nũ res extet: tũ enim res petitur, ſi extat, ſin minus, rei nõ extãtis [x] æſtima
17 tio. Tertiò, ſi incertitudo † cõſiſtat in re petita, vt eſt quãdo agitur ad factũ, cum facta ſint [y] incerta: vel vt quis [z] cõſeruetur
18 indẽnis. Quartò, † ſi aliquid petatur acceſſoriè, puta fructus vel expenſæ, in his enim incerta admittitur petitio: vt, peto fundũ talẽ cũ fructibus, vel quãtitate eorũ: itẽ peto ſũpt[us] litis factos, & [a] poſt hac faciẽdos: itẽ peto caſtrũ, villã, eccleſiã cũ poſſeſſionib[us]
19 & [b] pertinẽtijs ſuis. Quintò, quãtũ † ad interrũpẽdã præſcriptionẽ attinet, toleratur libellus generalis & [c] incertus. Sextò, ſi in
20 † proceſſu iudicij probationes certæ ſint & ſpecificæ, libellus incertus & generalis [d] cõcludit. Vltimò vera eſt regula ſuprà tradita, ſi ab aduerſario conuento opponatur de incertitudine vel generalitate libelli,
21 ſeu petitiõis: eo enim tacẽte, libellus † procedit [e] ſine pugna, ita tamẽ, ſi deinde actor declaret pendente iudicio, quandocunque vel iudex, vel pars [f] aduerſa hoc petierit. In omnibus his caſibus permittitur incertæ quantitatis vel rei petitio. Prædictę tamen exceptiones ad ciuiles tantum cauſas coërce
22 ri debent, in † criminalibus enim id nõ eſt licitum quia non debet accuſator vagari in incerto cum diſcrimine [g] partis aduerſæ.

§. Si Quis agens.

1 *Epitome §. ſi quis agens & eiuſdem diuiſio.*
2 *In reſtitu. in integ. concedenda, cauſæ cognitio eſt neceſſaria.*
3 *Iuſta ignorantia facti alieni.*
4 *Et quibus caſibus id non procedat.*

Si quis agens, in [a] intentione ſua plus [b] cõplexus fuerit, quàm ad eum pertineat, à cauſa cadebat, id eſt rẽ amittebat, nec facile in integrũ reſtituebatur à prætore niſi minor erat xxv. annis: huic enĩ ſicut in alijs cauſis [c] cauſa cognita ſuccurrebatur, ſi lapſus iuuentute fuerat, ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitũ erat. Sane ſi [d] tã magna cauſa iuſti erroris interueniebat, vt etiã cõſtantiſſimus quiſque labi poſſet, etiam maiori xxv. annis ſuccurrebatur: veluti ſi quis totũ legatũ petierit, poſt deinde prolati fuerint codicilli, quib. aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam alijs legata data ſint, quæ efficiebãt vt plus petiſſe videretur petitor, quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur.

Sæpe

l Ita Doc. in l. vit. præt. tol. §. j. & l. in ſumma. §. amplius. ff. de re iud.

m Ita In. quæ vel. iij. C. de. ſent. quæ ſine cert. quan. prolata eſt.

n Sic intelligitur tex. in l. qui tamen. §. Pomponi[us] ff. de recep. ar.

o Vt infra de actio. in prin.

p Inſt. poſſumus. ff. ſi pars hære. petatur.

q Tex. in l. ſi in rem. ff. de rei vẽ. & l. j. §. argentã. ff. de poſ. l. prætor edixit. in prin. & §. quod tamen prætor ait. ff. de in ius voc. & c. j. ij. & iij. extra de libel. oblatio.

r Tex. eleg. in l. pro ſocio. in prin. ſoc.

s l. vbi autem nõ appar. §. i. lud. aut. l. lud. ff. de verb. obl.

t §. hæc autem. vet. præterea in fra hoc tit.

u Vt eſt ſingulariter in obligatio. nibus candetem. l. j. in prin. & ibi glo. de vet. emp. l. ſtipulationes non diuid. de ver. oblig.

x Iuxta l. ſi ſeruum. §. vlt. & ibi Bart. ll. de verb. obli.

y d. l. vbi autem non appa. et. §. quid qu.

z Tex. in l. ij. & ibi bart. C. de ſen. quæ ſi nec cert. quãt.

a Tex. in §. j. infra. de pub. iu. lai. late in §. omnia. ſup. hoc ti.

b c. cũ ad ſedem. ibi gl. & Canoniſtæ. extra de reſt. ſpol.

c Tex. & ibi bart. in l. vlt. C. de anna. excep.

d Ita Bal. in repet. l. edita. C. de pac.

e Glo. eſt in d. l. vlt. ad b. C. de anna. excep. & glo. magna. in l. ij. C. de edend.

f Iuxta. c. cũ Berthol dus. de re iudicata.

g Tex. in l. prætor dixit. ff. de iniu. Bart. in l. libellorum. de accuſ.

1 SÆpe † contingit actores plus in iudiciis petere, quá ipſis debeatur: ideo hoc loci Imperator de plus petitionibus nõnulla adnectit. Complectitur autem hic §, tres potiſsimas partes. In primis enim oſtendit iuris veteris conſtitutionem, quo iure plus petens puniebatur in amiſsione cauſæ. [a]Deinde quatuor modis plus peti tradit, re, cauſa, tempore, & loco. Denique iuris [b]noui pœnam addit, quæ plus petenti hodie infligitur, atque ita cohærens eſt materia vſque ad §. ſin minus. Singulas partes ſeorſim explicabimus. Videamus primam.

a §.pluren tem. infra eod.
b Verſ. & hæc quidẽ. hoc tit.

a Intentione. In ſua petitione, ſiue actione. Intendere[c] enim ſignificat in iure experiri vel agere. Hinc intentio pro actione vel libello rectè ſumitur.

c Dixi ſupra eod. in §.omniũ.

b Complex.fuer. Scienter vel ignoranter, dummodo ignorantia fuiſſet craſſa & affectata.

2 *c Cau.cog.* Nam † in concedendis in integrum reſtitutionibus ſemper requiritur [d]cauſæ cognitio.

d l.omnes ff.de in integ.reſt.

Iuuentute. Facilitate ſua, quod in dubio [e]præſumitur, niſi minor in dolo victu & manifeſto fuiſſet, tunc enim ei non ſuccurretur, [f]etiam hodie.

e Tex. elegans in l.g. ff.de mino.
f Per.l.vni. C. de plus peti.

d Tam mag.cauſ. Hic obſerua, iuſtam
3 † eſſe ignorantiam facti alieni, in quo prudentiſsimus etiam errare [g]poteſt. Excipiũ-
4 tur † tamen plerique caſus, in quibus facti alieni non eſt iuſtus error. Primus, ſi is qui allegat ignorantiam facti alieni, ſæpius tractaſſet illud, huiúſve tractationi [h]interfuiſſet, vt ſunt compoſitores amicabiles, arbibitratores &c. Secundus, ſi aliquid publicè promulgatum eſſet, vel affixum, nõ poſſet prætendi ignorantia à [i] quoquam indigena. Tertius, ſi alienum factum graue ſit & arduum, quod non facilè excidat [k] memoria, & ſi qui ſunt caſus [l]prædictis conſimiles.

g l.ij. ff.de iur. & fac. ignor.
h Vide bel. hoc declarantem in l.cum rem alienam. C. de leg. per l. Procula. ff. de probat.
i l.ſed & ſi pupillus. §. prætextu ff. de inſtit. act.
k & ecum ſi lorũ, in hac de ſen. exc.
l Quos require in c. cb. excõmunicato, & ibi Doct. de reſcript.

e Conſtantiſsimus. Prudentiſsimus.

Verſ. Plus autem.

1 *Quatuor modis plus peti, re, tempore, loco, & cauſa.*
2 *Vtilitas clauſulæ, Saluo iure ſuperflui.*
3 *Ante diem petens, plus tempore petit.*
4 *Duplex argumentum à contrariis.*
5 *Quod operatur oppoſitum in oppoſito, idem operatur propoſitum in propoſito.*
6 *Si certo loco ſoluere promiſiſti, iure ciuili alio loco peti non poteſt.*
7 *Prætor concedit etiam alio loco peti, quod certo loco promittitur ſolui, dummodo loci, vbi ſolutio fieri debet, mentio fiat.*
8 *Si certo loco te daturum promittas, an etiam in loco domicilij id petere poſsis. & nume. 10.*
9 *Excuſſa l.heres abſens. §. vlt. ff de iudi. & numero 10. & 11.*
12 *Clauſulæ noſtro tempore conſuetæ adponi ſcripturis & chirographis.*

Plus autem quatuor modis petitur, re, tempore, loco, & cauſa. Re, veluti ſi quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit, aut ſi is cuius ex parte res eſt, totam eam, vel maiorem partem ſuam eſſe [a]intenderit. Tempore, veluti ſi quis [b] ante diem, vel ante conditionem petierit: qua enim ratione qui tardius ſoluit quam ſoluere deberet, minus ſoluere intelligitur, eadem ratione qui præmature petit, [c] plus petere videtur. Loco plus petitur, veluti cum quis id, quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, [d]ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt: verbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit, Epheſi dare ſpõdes? *Roma [e]pure intendat ſibi dare oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia [f]vtilitatem, quam haberet [g]promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, [h] adimit ei [i] pura intentione. Propter quam cauſam [k]alio loco petenti arbitraria actio proponitur, in qua ſcilicet ratio habetur [l] vtilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopondit, quæ vtilitas plerunque in mercibus maxima inuenitur, veluti vino, oleo, frumento, quæ [m]per ſingulas regiones diuerſa habent precia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus, ſub eiſdem vſuris fœnerantur. Si quis tamen Epheſi petat, id eſt, eo loco petat, quo vt ſibi detur ſtipulatus eſt, [n]pura actione rectè agit. Idque etiam prætor monſtrat, ſcilicet quia vtilitas ſoluẽdi ſalua eſt promiſſori.*

1 HÆc eſt altera §. noſtri pars, ſub cõpendio declarans, quatuor † modis plus peti, re, tempore, cauſa, & loco. Re plus petere is dicitur, qui plus exigit, quàm ſuum ſit debitũ. Tẽpore plus petit, qui præmaturè, id eſt, ante diem vel conditionem poſtulat. Loco plus petit, qui certo loco quippiam ſibi dari ſtipulatus, id alibi repoſcit. Cauſa plus petit, qui in alternatiua, cuius electio ad reum conuentum pertinet, alteram tantum partem petit: vel qui in generali promiſsione vnã tantum ſpeciẽ exigit. Atque hæc eſt [a]ſumma huius ſecundæ partis.

a Concor. det cu.ſ. & ibi Doc. extra de plus pet.

a Intenderit. Hoc verum eſt in principali debito cum illud augetur & increſcit, ſecus eſt in [b]acceſſoriis, puta quia petit rem cum fructibus & intereſſe, progreſſus autem cauſæ docet, non deberi fructus vel intereſſe, ſed ſolùm rem principalem. Ne autem plus debito quis petere videatur, conſulit, [c]Anton. de Butr. vt hæc
2 † clauſula annectatur libello, Peto hoc, ſaluo iure ſuperflui.

b Fabr. & Ioã. de Pla. hic.
c In c. ſ. extra de libe. oblat.

b Ante diem. Siue partium conuentione dies ſit adpoſita, vt, promitto ad calendas Ianuarias: ſiue ex natura rei inſit dilatio. petens enim fructus fundi necdum
3 natos, partũve pecoris necdũ editũ, † ante diem

diem petiiſſe dicitur, nec pœnam[d] euitat. Idem iuris eſt, etſi lex dilationem indulgeat, vt in exactione dotis. Habent enim mariti hæredes annum, intra quem reſtituant dotem rei [e]mobilis. Quare dotem rei mobilis ante lapſum anni poſtulans, plus tempore petiiſſe dicitur, pœnámque meretur.

e Videtur plus pe. Vides hic eſſe du-
4 plex †argumentum à contrariis, quod in legibus perrarum eſt, quòd ſicuti qui tardius ſoluit, minus ſoluere [f]dicitur: ita qui citius petit, plus petere dicitur. Hoc eſt quod pec manus traditur, contrariorum eſſe eandem[g]diſciplinam. Quod autem ſit duplex argumentum, ex eo conſtat. quia primò arguit à tardiori ad citius, & eodẽ contextu à ſolutione ad petitionem, quod Zaſius animaduertit. Ex quo & aliud
5 dogma colligitur: Quod † operatur oppoſitum in oppoſito, [h]idem operatur propoſitum in propoſito. quod Bar. [i]alibi argutè declarat.

d Sine comme. Quia non exprimit in libello locum ſolutioni deſtinatum, quod omnino hoc caſu neceſſe, quando alio loco petitur, quàm in quem promiſſum eſt. Aliàs enim ſi creditor petat in loco conuento, non exigitur loci commemoratio: ſatisfecit enim conuentioni etiã ſine verbis expreſsis.

e Pure. Id eſt, nõ facta mentione quod Epheſi ſolutio fieri debeat.

f Vtilitatem. Quia fortè ei facilius eſt Epheſi pecuniam ſoluere, quàm extra Epheſum, idque minori diſpendio facere poteſt.

g Promiſſor. Debitor conuentus.

h Admit. Aufert, tollit.

i Pura autem. Simplici petitione, quæ non habeat annexam loci commemorationem in quo ſoluendum eſt.

k Alio loco. Quàm quo fieri debebat.

l Vtilitatis. Quia fortè Epheſi abſque vſuris contrahere nummos poſſet, quum in loco, vbi conuenitur, neceſſe illi ſit pecuniam ſub fœnore accipere.

m Per ſingulas. Variant enim rerum precia ſecundum diuerſitatem locorum maximè in rebus fungibilibus, quæ vno loco longè commodius, quàm alio, & præſtari & comparari [k]poſſunt.

n Pura actio. Ita quod loci mentionem habere non cogatur, quoniam tantundem præſtat litem in loco mouere, quantum nominatim loci mentionem facere. Ex tex. diſce hoc potiſsimum: Si cer-
6 to loco † promiſiſti ſoluere, quantum [l]ad ius ciuile attinet, alio loco id abs te petere nequeo: nam ſi alibi peterem, loco plus petiiſſe viderer. Verùm quoniam eueniebat, vt nunquam à te petere liceret, quod ita promiſſum eſſet, propterea quod tu nũquam eo venires, vbi facienda eſſet ſolutio, neque ego tecum agere poſſem: primùm in loco ſolutionis nõ, quoniam nuſquam illic inueniteris: deinde nec extra illum locum, propter plus petitioné, quia

d Tex. eſt in l. interdũ. de verb. obl.

e l. vnica. §. ex actio. C. de rei vxo. actio.

f l. ſi cui. §. minus. ff. de verb. ſig.

g De quo per Bart. in l. j. in prin. ff. de his qui ſ. v. al. iur. & Dd. in ru. ff. de acqui. poſſeſ.

h Text. hic & in l. vlt. ad fin. ff. de leg. iij. & in l. ſi contra. ff. de vul. & pup.

i In l. lucius Ripals. tem. §. ſacti ff. de verb. oblig.

k l. ideo in arbitr. ff. de eo quod certo loco ... quæ [illegible] D. Dd. ...

tunc loco plus petere iudicarer: eiuſce rei gratia neceſſe fuit, aliam agendi rationem excogitari, qua conſuli mihi poſſet. Con-
7 ceſsit †ergo prætor, vt & extra locum deſtinatum aduerſus te agerem vtiliter, ita tamen, ſi loci illius mentionem facerem, in quo fieri deberet ſolutio: & hoc modo captiunculas plus petitionis effugerem. Illud verò me facere negligente, & purè aliquid petẽte, pl[us] loco petere intelligor, ob id certè, quod ſimplici hac intentione videar tibi debitori eam auferre commoditatem, quam haberes, ſi in loco, in quem promiſſum eſt, ſolueres. Poteſt enim multis modis tua intereſſe, vt potius conueniaris in loco ſtatuto, quàm alibi, quorum nonnulli eleganter in textu tractantur, & Doctores pleróſque [l]annectunt. Dubitari tamen
8 ſolet, ſi te † certo loco daturum promiſeras, & ego petam in loco domicilij, an plus loco petere videar? Et [m] Accurſius ait, me nihil delinquere, præſertim ſi dicam, Peto decẽ mihi ſoluas hic, vel vbi ſoluere promiſiſti. Alij [n]putant hoc obtinere, etiamſi purè & ſimpliciter omiſſa certi loci [o]mentionẽ aduerſus te egerim. Sed hoc mihi cũ bono & æquo ex profeſſo pugnare videtur, adeò vt ſi mihi nominatim adferendum ſit exemplũ iniuſti iuris ex Romanis legibus, nõ aliud allaturus ſim potius, quã hoc ipſum verè ſummum ius. Videamus ergo num hæc Doctorum aſſertio infringi poſsit. Et primò quidem non videntur hi [p]Vlpiani verba recitaſſe fideliter: ait e-
9 nim Vlpianus, †Qui ita fuit obligatus, vt in Italia ſolueret, ſi in prouincia habuit domicilium, vtrobique poſſe conueniri, & hic & ibi: & non dicit de aliqua ciuitate Italiæ. Vnde propter continentiam prouinciarum poteſt in [q]loco domicilij con-
10 ueniri. Deinde contra id, †quod aiunt, etiamſi alibi præſcribatur locus ſolutioni, poſſe tamen debitorem purè conueniri, vbi habet domiciliũ, vt ratione fori, quod habet reſpectu domicilij: pugnat [r]alia lex, aſtruens, ſi in certum locum conferatur ſolutio, debitorem non poſſe conueniri in loco contractus, ſed ſolùm inſpici locum ſolutioni [ſ]deſtinatum. Sed exploratum eſt, ratione contractus non minus quàm domicilij, parari forum; quæ igitur cauſa eſt, vt ratione huius fori magis, quã illius, poſsit debitor conueniri? Præterea ſuperiori dogmati aduerſatur id, quod [t]alibi Imperator ſcribit: Qui certo loco, inquiens, ſe ſoluturum pecuniam obligat, ſi ſolutioni ſatis nõ fecerit, arbitraria actione & in alio loco poteſt conueniri &c. [u]Argumento à contrario ſenſu, quia per præteritum loquitur Imperator. Si ſolutioni ſatis non fecerit &c. ſatis apparet quandiu eſt in ſuſpenſo, an quis conuento loco ſoluturus ſit, interim eum alibi conueniri nuſquam poſſe: quia non adiicit Imperator exceptionem, niſi vbi domicilium habeat. Porrò vt verum ſit dogma ſuprà traditum, eius tamen rei non aliam video rationem, quàm quod plerunque ita

l Atque ſi ea accipienda ſt. l. j. ff. de eo quod cert. loco.

m Glo. hic in verſ. loc.

n Zaſius hic.

o Per tex in l. hæres abſens. § vlt. ff. de iu.

p In d. l. hæres abſens. § vlt.

q Iuxta l. continuo. §. cum ita prouincia. ff. de verb. ſig. l. prouinciales. cod. tit.

r l. quæro. ff. de iud.

ſ Et d. l. quæro Pet. de bel. pert. nominatim ad hoc citat in Lean traſiſſo. ff. de actio. & obli.

t In l. vnica. C. vbi eõ. qui cert. lo. d. &c.

u Ita meminit obiciſſe Volph. Hungerum D. Zaſio ante, aliquot annos. qui tum audiret Zaſi. v. nã in eum erat. nunc I. V. conſul tiſſ. eſt. & Ingolſtadij in legibus profitetur.

ita comparatum ſit, domi ſine incõmodo, & non rarò facilius ſolui, quam vbiuis alibi, quòd debitor quaſi in ſuo regno, & intra ſuas præſepes omnia promptiora habeat. Hæc autem ratio facilè confunditur per ea, quæ hîc doctiſsimè à Fabro adferuntur, aiente: Etſi notorium ſit, facilius vtiliúſque eſſe debitori ſoluere in loco vbi agitur, quàm loco conuento, actorem tamen debere facere mentionem de loco conuento, quod petitor ſemper debeat narrare [x] formã obligationis. Item quod aliquando expedit & facilius eſt, debitori ſoluere, [y] quod ſi damnoſi [z] eſt. Ex quibus graphicè videmus, nullam eſſe eam rationem, & eius reſpectu minimè poſſe debitori auferri locum, quem habet ex [a] pacto Sed & vlterius oppugnatur prædicta aſſertio, argumento à pari ex relatiuis ſumpto. Sic enim [a] alibi legitur: Is qui certo loco dare promittit, nullo alio loco, quàm in quo promiſerit, ſoluere inuito ſtipulatore poteſt. Si hoc licet creditori, ne ſibi inuito ſolui alibi poſsit, quàm loco deſtinato, nec loco domicilij etiam, quia lex hoc non diſtinguit, ſed vniuerſaliter negat: quid debitorem cogemus contra pacti conuentionem loco domicilij poſſe conueniri, & exigi, præſertim cùm maius grauamen plerunque ſit in pecunia ſoluenda, quàm accipienda? Sanè æqualitatem, relatiuorum ſi obſeruemus, quæ certè perpetuò eſt obſeruanda, & ante oculos habenda in iure, conſequetur debitorem in loco domicilij non [b] poſſe conueniri. quia nec creditori in ſuo domicilio ſolui poteſt inuito. Verùm hac opinione ſic confutata,

12 quid ad [b] Vlpiani † verba ſupra relata reſpondebimus? Fortaſsis ea verba per Imperatoris [c] conſtitutionem temperanda ſunt, (neque enim nouum eſt, [d] priores leges ad poſteriores trahere) quòd tum debitor [e] alibi etiam obligatus ſoluere, conueniri poſsit in loco domicilij, ſi loco ſuo non ſoluerit: prius verò impunè nõ poſsit Præmonet quidem hoc loco Iaſon, [f] Vlpiani verba non poſſe cauillari. verùm hæc non eſt calumnia, cum non nouam interpretationem, ſed multis retrò ſeculis natam adferam, licet ab Hungero viro doctiſsim. meique amantiſsimo primum animaduerſam. Sic enim & [g] Accurſius Vlpianũ intelligit hiſce verbis: Sine commemoratione ideo dicit, quia ipſum locum, vbi erat facienda ſolutio, in libello ponere debet, ſic: Peto vt decẽ mihi ſoluas hic, vel vbi ſoluere promiſiſti. Poſt hæc niſi ſoluat, poterit eum conuenire vbicunque dummodo conuentus habeat ibi forum, non aliàs. Hæc ſunt ibi Accurſij verba communiter recepta, quibus vides, eundem dari, quem ſuprà ex Hungero attuli, intellectum. Et hoc idem pluribus [h] aliis locis tradidit Gloſſator, vbique ſui hac in re ſimilis, vt huic facilè aſſentiar, præſertim tot accedentibus rationibus. Porrò hodie apud nos paſsim vtuntur hac

13 † clauſula in chirographis ſiue cautionib⁹ vt niſi debitor ſoluat iure tã eccleſiaſtico, quam ſeculari conueniri valeat, vbicunque repertatur, ſiue debitor per terram, ſiue per aquam vehatur &c. idque legibus [i] diſſentaneum non eſt. Contraxiſſe enim quis dicitur eo in loco, in quem confertur ſolutio debitor autem ſic paciſcens in omni loco contraxiſſe iudicatur, vbi conueniri, ab eóque debitum exigi poteſt, ſiue de principali debito, ſiue de ſumptibus, atque aliis acceſſoriis [k] loquamur. Quod tamen ita moderandum eſt, niſi debitor in loco peſtilenti vel [l] hoſtili deprehendatur, aut nauigio tranſuehatur cum aliis, docente [l] Angelo.

Iuſta igitur cauſa diuerſum ſuadẽte nõ poſſe eam, in eo, quo reperitur, loco conueniri, Angelus hoc loco ſcribit verſiculo vnum tamen ſingulariter, tene potiſsimè ſi locus ille ſuſpectus ſit ob peſtem. citat Angelus lege de ætate. cum ibi notant. per Doctores. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum quæ non videtur facere. ſed hoc expreſsimè tenet Bartolus in lege recuſare, §. ſi quis alio verſiculo nota, quod citatus ff. eodem ad Senatuſconſultum Trebellianũ Non poteſt etiam dicit Angelus conueniri in loco ſibi non tuto. pro hoc eſt notabilis textus in capitulo accedes. lege ſecunda ibi, vbi ſine mortis periculo accedere non audebat ext. vt litis non conteſtatæ non procedit & hoc videtur etiam tenere Bartolus in dicto §. ſi quis alio. & vide Oldrad. conſilio quadrageſimoſecundo. Sed & illud ibidem adiicit Bartolus, ſi locus ad quem quis conuenitur eſt manifeſtè ſuſpectus, citatio eſt ipſo nulla per capitulum paſtoralis. de re iudicata in Clementina Iuxta hoc quærit non inſubtiliter Bartolus an is, qui excipit ſe conueniri ad locum non tantum debeat inſerere cauſam. Huius rei tranſlationem reiicit in lege prima, ff. de exceptionib. quem videas. Idem iuris eſt, ſcilicet, vt non poſsit conueniri in loco per quem tranſibat nauigando lege hæres abſens, §. proinde verſicul. duriſsimum enim eſt. ff. de iudic. Sed aduerſus hanc limitationem mouet quod ſcribit Ioannes de Imola in lege cùm res. ff de legatis primo. aiens eam veram non eſſe, hac ratione. quia cogitur potuit ille promiſſor quid euenire poterat argument. leg. ſi quis domum. §. penultimo ff. loca & condi. ſibi igitur imputare debet. qui ita generaliter promiſit eáque forma Idem tamen Angelus hîc opinionis in hunc modum conciliare nititur. Aut de præſenti erat demonſtratio, quod loca quædam erunt proxi. veriſimiliter ſuſpectu, vt ſtatus præfcas illud demonſtratur. & illum præcogitur proſpicetéque potuit. & ita intelligendus eſt, Ioannes Imolæus. aliàs ſecus. quia eo loco in futurum ſuſpectu cogitare non potuit

argu.

x Vel infra proximo. §. in fi.
y §. præterea in fin. infra eo. tit.
z l. 1. §. ſi quis Epheſi ff. de eo q cert. lo. & quæ ibi annotat Bolognianus. & quod Imp. hic dicit ver. loco. ſuper qua quidẽ æquiſsima ratione fundata eſt proſſus, l. is qui. ff. eo. ti.
a In d. l. is qui. & concordãtia in. quæ citat gloſ. ibidem. pen.

b In d. l. hæres abſens. §. vlt.
c in d. l vnica. C. vbi. conu. qui cert. loco.
d l. nõ eſt. nouũ. ff. de legib.
e idẽ tradidit Volph. Hung. ſuprà citatus noui ter &c
f In d. §. vltim.

g Gl. magna hic in verb. cõmemoratione circa mediũ

h Vt la d. l. vnica. C. vbi conuen. qui cer. lo. gl. fi. sol. j. & cod.

i Per conẽ traxiſſe. de iudi.

k In c. dilect. & ibi Panor. de foro compe.
l In l cum res. de leg. j. Areti hic in liqua hac pertinentia regre ex tit. ff. de eo q certo loco & ibi Dd & in §. præterea ſuprà hoc titu.

argu.leg.inter ſtipolantem §. ſacram. vbi Bartolus ff. de vero.oblig.peſtilens. Quod de loco ſuſpecto putà peſtilenti vel conuento non tuto dictum eſt, ad tempus porrigi poſſe conſtat, nam de loco ad tempus valet argumentum, per legem vinum. ff de reb.cre..& ſi cer.pet.& l.fin.ff.de condictione tritica. & docet hoc Bartolus in dicta lege vinum. notabili ſecundo. Sic è conuerſo valet argumentum à tempore ad locum. vt latiſsime explicat Nicolaus Eueraidus libro locorum legalium. Quòd ſi iuſta cauſa minimè ſubſit, in eo, quem conuenit vel reperitur loco, conueniri poteſt, vt ſuperiùs fuſiſsimè docuimus. Quod autem dicitur quem in eo, in quo reperitur, loco conueniri poſſe de ciuili cauſa accipiendum eſt, ad cauſas tamen Capitales porrigi poteſt. idque Imperatores conſtituerunt in lege prima C. vbi de crimi agi oportet. in hæc verba Quæſtiones eorum criminum, quæ legibus, aut extra ordinem coërcentur, vbi commiſſa, vel inchoata ſunt, vel vbi reperiuntur qui rei eſſe perhibeantur perfici debere ſatis notum eſt, quo loco Accurſius citat illud ex literis ſacris. VBI TE INVENERO, IBI TE IVDICABO. Quo de ſolo DEO accipiendum cenſuit Bartolus in dicta lege prima qui (inquit) habet iuriſdictionem ſuper toto: quod de Imperatore, vel Rege dici minimè poſſe, exiſtimat. Subiicit tamen illud de vagabundo intelligi poſſe. qui vbicunque conueniri poteſt, vt obſeruatè adnotat Accurſius in dicta lege prima. Vagabundum autem definit Bartolus in dicta lege prima, in fine qui propriam habitationem non habet. citat gloſ. in l.eius, qui §.finali D.ad municipalem ſed meliorem eſſe ait in lege quarta: §.Prætor ait.ff. de dam.infec. in ver.habitationem. Quod autem diximus vagabundum vbicunque inuenitur, conueniri poſſe limita niſi caueat ſe reſponſurum in loco domicilij. nam tunc, audiendus eſt, & ei exceptio non reſpondendi in loco in quo reperitur, illi proderit, notatur in l.hæres abſens. §. fin. ff de iudiciis. notatur etiam in l.ij. §.ſed & ſi dubitetur. ff. eodem quod admittendum eſt cauſa cognita. hoc tamen debet intelligi de eligendo ſibi domicilium de nouo, vel de redeũdo ad locum, vbi priùs domicilium habuerat. nam ſi domicilium haberet, non diceretur vagabundus. quia ille vagabũdus dicitur propriè, qui habitationem firmam in aliquo loco non habet, quod habet æquitatem & verum eſt. & ſi (quod ad vagabundum attinet) longius euagari volueris vide Notabilia Corſeti quod collocata in fine iudicis abbatis Panormitani vbi diligentiſſimè ediſſerit, de emphyteuta vagabundo. vide etiam Felinum latiſsime diſponentem, in c.quoniam frequenter. verſicu. dum dicit Abbas Clericum vagabundum extra vt lite non conteſtata.

Verſ.Huic autem.

1 *Quando cauſa plus petatur.*

2 *Alternatio quid ſit.*

3 *In alternatiuis regulariter optio eſt debitoris.*

4 *An ſint paria cauſa & re plus petere.*

Plus petitur etiam ſub alternatione.

Vtrunque alternatorum in obligatione eſt.

5 *In alternatiuis creditor neceſſario alternatim petere debet.*

6 *Fallit facta alternatione in fauorem creditoris.*

7 *Variæ alternationis ſpecies.*

Electionem ad debitorẽ vel creditorem pertinere qui dignoſcatur.

8 *De vino Campano.*

9 *Purpuræ appellatio.*

10 *Promittens genus, quãcunque ſpeciem poteſt ſoluere.*

11 *Actoris petitio ſemper conformanda naturæ & qualitati ipſius obligationis.*

Plus petitionis pœna quo euitatur modo.

12 *Falſam eſſe communem doctrinam, qua dicitur, in obligatione generis nullam ſpeciem eſſe obligatam.*

Genus aliud nihil eſt quàm ſpecies ſimul collecta.

Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus eſt is, qui cauſa plus petit. vt ecce ſi quis ita a te ſtipuletur. HOMINEM. STICHVM. AVT DECEM AVREOS DARE *ſpondes? deinde alterum petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere ſtipulationis[a] promiſſoris eſt electio, vtrum pecuniam, an hominem ſoluere malit. Qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum ſibi dari oportere intendit, eripit electionem aduerſario, & eo modo ſuam quidem conditionem[b] meliorem facit, aduerſarii vero ſui[c] deteriorem. Qua de cauſa talis in ea re prodita eſt actio, vt quis intendat[d] hominem Stichum, aut aureos decem ſibi dari oportere, id eſt,[e] vt eodem modo peteret, quo ſtipulatus eſt. Præterea ſi quis generaliter, hominẽ ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat, aut generaliter vinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter[f] Cãpanũ petat aut generaliter[g] purpurã ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur, quia electionẽ[h] aduerſario tollit, cui ſtipulationis iure liberum fuit, aliud ſoluere quam quod peteretur. Quin etiã licet viliſſimũ ſit, quod quis petat, nihilominus plus petere intelligitur, quia ſæpe accidit, vt promiſſori*

miſeri facilius ſit ſoluere, quod maioris precij eſt.

1 Eclarat, quomodo † cauſa plus petatur, tum ſcilicet, cum aliquid ſub alternatione, vel in genere debetur, & alterum præciſe, vel rem in ſpecie peti contingit: nam propter ademptam de bitori electionem, plus cauſa quis periiſſe 2 cēſentur. Eſt † autē alternatio ... vt theophilus ait, hoc eſt, quæ ex diſiūctione dubiam habet preſtationem, & ancipitem exactionem.

a. l. plerunque. §. vlt. ff. de iur. dot. & l. ſi quis ſeruum. C. de eod. tit. 3 *a Promiſſoris eſt elect.* Nam † regulariter in alternatiuis ad debitorē [a] pertinet.

b Meliorem. Eligendo rem precioſio rem & quam ſibi ſperat futuram commodiorem.

4 *c Deteriorem.* Ademēdo illi electionē liberā. Sed oōne † paria ſunt plus cauſa & plus re petere? Sane cauſa cōuētionis, & res ipſa cōuētionis videntur nō differre. Sicut enim is, cui debētur decē, ſi petat quinde cim, plus re petere intelligitur: ita cui ſub alternatione Stichus aut decē debentur, ſi tātūmodo Stichum petat, quid aliud quàm plus re petit? oōne in ipſa re exceditur? Iaſon hoc prolixè tractat. Veritas eſt magnum inter hæc duo plus petendi genera eſſe diſcrimen. In ſuperiori nanque caſu cū res plus petitur, id vtique poſtulatur, quod non eſt in obligatione: nam obſtrictus in decem non etiam in quindecim tenetur. Poſteriore verò ſpecie, in alternatiuis vtraque pars eſt in obligatione, licet electiuè & electio ad debitorem pertinet: quare creditor cum alterum tantum petit, rem obligatam petere videtur, tametſi ſub electione, atq; minus delinquit quam priori ſpecie: hic petitur res obligata ſaltem ele b Zaſius hic ctiuè ibi res non [b] obligatur.

5 *d Hominem Stichum.* Ex his verbis colligendum eſt, in † alternatiuis creditorem neceſſario alternatim petere debere c Dixi in §. curare ſupra eo. tit. atque hic caſus [c] eſt, vbi incerta actoris petitio admittitur, quod tamen ita procedit, 6 ſi penes debitorem ſit optio, quod velit ſoluere. Nam † ſi iſta alternatio in fauorem creditoris facta eſſet tunc creditoris eſt electio, & rectè ad alteram tantum alternationis partem agit, [d] Bartolo tradēte. Quæ d in l. quis vsuf. ff. de pignor. act. e Præcipuè Iaſon & Zaſius. diſtinctio generaliter ad omnes alternationis ſpecies referenda eſt, quas [e] Doctores 7 hic recenſent: vt † eſt alternatio rerū ſummarum, locorum: item rerum & locorum mixtim, & eodem rerum, perſonarum, & locorum ſimul, excepta ſola perſonarum alternatione, in qua creditor ſuo tantum nomine & ſic ex altera parte alternationis [f] petere poteſt. Quomodo autem cognoſci f Text. in l. vero procuratoris. in prin. ff. de ver. obl. Id. cōmuniter. hic. poſſit, quando electio ad debitorem vel creditorem ſpectet Accurſius [g] alibi doctè g In l. Lucio. de lega. ij. explicat, & poſt eum [h] Bartolus atque h Ibidem. i In c. in al ternatiu. de regu. iur. [i] Dynus.

e Vt eodem modo peteret. Id eſt, ſub alternatione. & id quidem facere debet, ſi pœnam plus petitionis, euitare deſide-

8 *f Campanum petat aut generaliter.* Tanquam optimum. Campania † ſi quidem non mediocria, ſed optima vina profert, quale eſt Setinum, quod Octauius Auguſtus omnibus ante poſuit: & Phalernum cui Plinius ſecundas tribuit: item [k] Calenum, & ipſum nobile. k In Author Strabo libro 5. geographi.

9 *g Purpuram ſtipulatus ſit.* Purpura † enim generale nomen eſt, & eius appellatione omnis generis purpuram cōtineri, [l] Vlpianus author eſt. Tyria verò purpura eſt omnium præſtantiſſima [m] Strabone teſte, à Tyro inſula, vbi purpuræ piſcatus abundè eſt. l In l. ſi cui lana §. purpura. de leg. iij. m Lib. 16. geogr.

10 *h Aduerſario tollit.* Id eſt, promiſſori. Hic obſerua, quod † promittens in genere aliquid, poteſt quancunque ſpeciem ſoluere, quia ipſius eſt optio: & creditor ſpeciem præciſè exigens, plus cauſa petere iudicatur quum optionem debitori adimat. Debet ergo, ſi pœnam effugere velit, rem in genere petere, quæ generaliter promiſſa eſt, puta equum, hominem, veſtem. Siue [n] quid ſimpliciter, aut ſub alternatione, vel in genere promiſſum ſit, n Ioan. de Pla. & Areti. hic. 11 ſemper † petitionem actoris, & libelli conclusionem conformandam eſſe naturæ & qualitati ipſius obligationis neceſſe eſt: vt ſi pura ſit obligatio, ſimpliciter & præciſe petatur condemnari: ſin verò ſit obligatio in genere, genus in petitione verſetur. Quod ſi alternatiua ſit, eodem modo petitio ſub alternatione concipiatur, ſicque pœna plus petitionis ſemper euitabitur. Cę 12 terum quod traditur † communi calculo in obligatione generis nullam ſpeciem eſſe obligatam, ſed tantum in ſolutione, id tam à verò alienum eſt, quàm vulgo recipitur. Nam qui ad genus eſt obligatus, is ad omnes omnino ſpecies, ſub electione tamen, obligatus eſſe cognoſcitur. Eſt enim genus nihil aliud, quam ſpecies ſimul collectę: & cum qualibet ſpecies ſub eo genere ſolui poſſit, conſequitur omneis eas in obligatione fuiſſe nexas, [o] ſaltem electiuè, non connexim, quemadmodum [p] ſuprà obiter dixi. o Tex. expreſſus in l. Mæuius §. duorū. de leg. ij. Nic. de Neap. & Fa. in §. in bonæ fidei ſupra eod. p In d. §. in bonæ Zaſ. in ſuis intellectibus.

Verſ. ſed hæc.

1 *Epitome verſiculi ſed hæc.*
2 *Plus tempore petens, ſuſtinet pœnam duplicationis induciarum.*
3 *Declaratus Bar. in l. ſi pecuniam. ff. ſi certum petatur.*
4 *Pœna petentis plus tempore ante lit cōteſt. opponenda.*
5 *Actor deſiſtens ante litem conteſt. euitat pœnam duplicandæ dilationis.*
6 *Qualiter huiuſmodi induciæ duplicari debeant.*
7 *Pœnæ plus petentis re, vel cauſa, vel loco.*
8 *Circa plus petitionem variæ hypotheſes conſiderandæ.*
9 *De crimine ſtellionatus.*

10 *Reus plus iuſto negans, an puniendus.*
11 *Ratione partis poteſt negare totum.*

Sed hæc quidem antea in vſum fuerant, poſtea vero lex Zenoniana & noſtra rem coarctauit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitum, quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio. Sin autem quãtitate, vel alio modo plus fuerit petitum, in omne, ſi quod fortè damnum ex hac cauſa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, commiſſa tripli condemnatione (ſicut ſuprà diximus) puniatur.

1 SEquitur tertia pars huius. §. qui
† pœnas plus petentium iure
nouo introductas comprehen-
dit. Primò autem de pœna plus
tempore petentis agitur: deinde, quam pœ-
nam ſuſtineant, qui reliquis modis plus pe
tunt. Pœna tamen plus tempore petentis
nominatim hic non exprimitur, ſed Iuſti-
nianus ſe tantum ad Zenonis cõſtitutio-
nem refert, quam tamen non extare con-
ſtat. Eius autem effectum refert idem Iuſti
nianus infra ſub tit. de [a] exceptionib. Bre-

a §. hodie autem. infrà de excep.

2 uiter, † qui plus tẽpore petit hanc patitur
pœnam, vt reo duplicentur induciæ, nec
cogi poſsit ſuſcipere actionem etiam poſt
elapſam duplicem dilationem, niſi reſtitu-
tis ei expẽſis litis. Et hoc de omni dilatio-
ne intelligendum eſt, ſiue dilatio adiecta
ſit ab homine, ſiue ex natura rei inſit, ſiue
à lege concedatur, vt & ſuprà annotaui-
mus. Quinimò & ſi promiſsio dirigatur
ad diem incertam quando veniat, certam
tamen quod ventura ſit, nempe ad diem
mortis, idem obtinere crebrius placuit: ve
luti, promitto tibi hortum meum, cum
moriar: hæc promiſsio iure ſubſiſtit, me
enim defuncto, actio ab hæredibus meis
[b] incipiet. Iam ſi me adhuc viuente petas
hortum, poſt mortem meam duplicabun-
tur tibi induciæ, & tantiſper ius horti per-
ſequendi tibi denegabitur, quantum tem-
poris interuallum inter factam promiſsio-
nem, & mortem meam intercesserit. Paria
dicas, & ſi quis ante euentum conditionis
petieris duplicabitur ſaltem futurus euen

b Vt C. vt act. ab hæred. & cõtra hæred.

3 tus, vt [c] Bar. ſatis obſcurè ait: † hoc eſt, vt
ego interpretor, expectari debet euentus
conditionis promiſsioni adpoſitæ, qui cer-
tificabit quantum ſit duplicandum. Nam
ſi extiterit conditio, tantum temporis du-
plicabitur, quantum inter promiſsionem
& extantem conditionem elapſum eſt. Ea
verò deficiente, nihil duplicabitur, nec vl-
lam penam ſuſtinebit actor, quia obligatio
deficit: reſarciet tamen impenſas litis reo,
quem indebitè fatigauit. Porrò tum de-

c In l. ſi pecuniam. ff. ſi cer. pet.

4 mum tempore † plus petenti ſolutionis
duplicantur induciæ, ſi aduerſarius con-
uentus exceptionem illam induciarum an
te litem conteſtatam agẽti opponat: nam
ſi poſtea id fecerit, duplicationis beneficiũ
non obtinebit: ſed damnabitur ad ſolutio
nem tum faciẽdam, quando tempus, [d] quod

d Tractatur in l. exceptionẽ. C. de prob. Bal. in l. ſi extraneus. ff. de condi. cauſa da. &c. vbi etiam docet quę ſint partes iudicis in condemnatione, ſi petens ante tempus.

alter ſua ſponte indulſit, aduenerit. ideò-
que cauti ſint debitores, vt mox à primo li
mine hanc exceptionem obiiciant. Dein-
5 de ſi actorem † pœniteat ante litis con-
teſtationem dictaſſe iudicium, euitatur
hæc duplicationis pœna, quia non dicitur
petijſſe ante cœptum iudicium, ſed [e] pete-
re voluiſſe: obligabitur tamen pœnitens
ſumptus indebitæ fatigationis reo reficee-
re, [f] Hoſtienſe teſte. Sed & fiſcus impunè
poteſt ante tempus petere ea, quæ ſibi [g] de-
bentur quod Baldus receptum eſſe ait pro-
pter publicam neceſsitatem, quæ ſemper
fiſcum vrgere præſumitur. Cæterum qua-
6 liter † huiuſmodi induciæ duplicari de-
beant, an numerando ab initio, à die ſci-
licet conuentionis, ſiue promiſsionis factæ
an verò à petitionis tempore, altercatio eſt
inter Doctores [h] Barto. & [i] Platea cenſent
duplicationem ſolùm fieri debere de tem-
pore, quod [k] ſupereſt. Verùm crebriore
calculo contrarium obtinuit, quod imò to
ta dilatio ſit duplicanda, numerando à
tempore conuentionis, & ſic ab initio vſ-
que ad tempus [l] ſolutionis. Neque aduer-
ſantur Vlpiani Iuriſconſulti [m] verba, quæ
Bartolum fefellerunt: loquitur enim in pœ
na corporali, hic verò de pœna pecuniaria
[n] tractamus. Atque hæc de pœna plus
7 tempore petentis dicta ſint. Si quis † verò
loco re, aut cauſa plus iuſto petierit, at-
que hinc damni aliquid aduerſario infe-
rat, damni eius triplum reſtituere obli-
gatur: quod vulgò interpretes ad damnum
ſportularum coarctant, ob id, quia Impera
tor ſe ad ea referat, quę [o] ſuprà dixerit. Quo
circa ſi nõ interceſſerit ſportularum dam-
num, iura antiqua ſuprà diſcuſſa, immuta-
ta permanere aiunt. Quia vero iſtud non
generaliter procedit, atque adeo de pœna
plus petentium variatum eſt à multis [p] an-
8 nis, ideò ſic colligi poteſt. Primò, actor qui
ſciens † exigit à debitore cautionem maio
ris ſummæ, quàm ei debetur, & poſtea pari
ri dolo plus petit, amittit rem, ſeu debitũ
Deinde, qui non exigerit cautionem, ſed
plus debito petierit calumnioſe, etſi non
perdat debitum, triplo tamen expenſarum
& damnorum [r] punitur. Tertio, exigẽs cau-
tionem maioris ſummæ, quàm ſit debitum
non tamen agens ex ea reus eſt criminis ſtel
lionatus: niſi fortè alio delicto fuerit cau-
tionem [s] conſecutus. Quartò, qui neque
pluris ſibi cauendum curauerit, neque plus
petierit calumnioſe, ſed temerè magis,
quum probationem non habeat, is nul-
lam niſi [t] expenſarum ſuſtinet pœnam,
atque ita communis eſt Doctorum [u] ſen-
tentia contra Accurſium. Quintò, ſi a-
ctor dolo plus petat, reus dolo plus ne-
get, vtrinque compenſabuntur [x] expen-
9 ſæ. Sextò, † qui petit debitum, quod ſi-
bi ſolutum eſt, is crimine ſtellionatus
extra ordinem punitur, quod eſt in vi-
ris honeſtis, vt [y] moueantur ordine. Se-
ptimò, quando locum habet aliqua pœ-
na in prædictis ſpeciebus ob plus pe-
titionem, ea poteſt dupliciter exigi aut per
officium

e Tex. in l. amplius non petit. in prin. ff. rem rat. hab.
f c. vult. extra de plus petitio.
g Tex. elegãs in l. j. C. de condi. ex leg.
h In l. iuſtas C. de infr. lib. 10.
i Hic.
k Per text. in l. aut damnũ §. quiſquis ff. de pœnis.
l Per tex. apertum in §. hodie. infra de excep.
m In d. §. quiſquis.
n Ar. l. quid ergo § pœna grauior. ff. de his qui no. infam. & l. de interpretatione. ff. de pœn.
o In §. tripli hoc noſtri titu.
p Olden. in Cop a part. &c.
q l. vni. C. de plus petitio.
r Atque ita loquitur d. § trip l eo. & verſ. noſter hic.
s l. j & ij. de crimin. ſtellio.
t l. eum quẽ temerè in prin. ff. de iudic.
u In d. l. j. C. de plus petit. & in c. j. extra eo. tit.
x l. ſi dolo. ff. de dolo malo.
y l. i. j. ad fi. de crim. ſtellio. text. in l. ſi fideiuſſo. §. in omni. & ibi glo. ff. man.

officium iudicis in eodem iudicio ſine nouo libello, aut per condictionem ex [a] lege ſcilicet per [a] libellum. Denique ſi plus petatur, & minus probetur, debet in dubio iudex ſequi acta & probata, in quibus vis
10 [b] iudiciorum conſiſtit. Cæterum † ſi creditore plus iuſto petente, reus plus iuſto neget, quæritur, an etiam puniatur reus plus negando, ſicut creditor punitur plus petendo. Et communiter reſponſum extat, hoc reo impunè licere: eſt enim de natura litis conteſtationis, vt reus neget ſicut petitum
11 eſt: & per manus traditur, ratione † partis poſſe negari totum, id quod in [c] Conſiſtorio Rotuuilenſi perpetuum eſt. Et hæc de plus petitionibus dicta ſint hactenus.

a Ex l. vnica C. de plus petit. a Arg. l. ſi idem ff. de rei ven. & §. illud quoque iudicium. in nouel. de triêta. & ſemiſ. b l. ſolo. in fin. ff. de appel. & l. per hanc. in fi. C. de tempo. appellat.

c Va. ad hoc c. j. extra de lit. conteſta.

§. Sin minus.

1 *Continuatio & epitome §. ſin minus.*
2 *Quid ſit emendare.*
3 *Mutare libellum quid.*
4 *Cumulatio actionum quid.*
5 *Emendatio libelli quibus modis fiat.*
6 *Obſcuritas & incertitudo libelli emendari poteſt vſque ad ſententiam.*
7 *Cautela Specul. circa obſcuritatem libelli.*
8 *Emendatio in addendo conſiſtens declaratur.*
9 *Circa emendationem libelli in iudiciis ſingularibus, diſtinguendi quatuor caſus.*
10 *Emendatio libelli in re petita vſque ad ſententiam permittitur contra communem & nume. 12.*
11 *Abſolutoria vnt ex cauſa ſententia, ex alia agenti non obeſt.*
12 *Diſcuſſa l. non poteſt. ff. de iudi.*
14 *Emendatio circa libelli ſubſtantialia ſolum ante litem conteſtatam fieri poteſt.*
15 *Subſtantialia quæ dicantur.*
16 *Subſtantialia libelli criminalis.*
17 *Subſtantialia libelli in cauſa ciuili.*
18 *Emendatio circa qualitates principales ante litem conteſtatam tantum permiſſa eſt.*
19 *Qualitates aduentitiæ in libello emendari poſſunt vſque ad ſententiam.*
20 *Quæ ſint aduentitiæ qualitates in libello.*
21 *Emendatio libelli per detractionem.*
22 *Quando detractio libelli ſit illicita.*
23 *Emendatio libelli, cum reſecantur ſuperflua.*
24 *Emendans libellum tenetur reo ad expenſas indebitæ fatigationis.*
25 *Mutatio libelli, ante lit. conteſt. permittitur.*
26 *Quibus caſibus hoc non procedat.*
27 *Poſt litis conteſtationem mutatio libelli eſt prohibita.*
28 *Quando fallat prædicta regula.*
29 *Cumulatio actionum regulariter cõceditur.*

T.de action.

30 *Quibus caſibus cumulationi actionum non ſit locus.*

Si minus [a] in intentione ſua complexus fuerit actor, quam ad eum [b] pertineat: [c] veluti ſi cum ei decem aurei deberentur, quinque ſibi dari oportere intenderit: aut ſi cum totus fundus eius eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit, ſine periculo agit: in reliquum enim nihilominus iudex aduerſarium [e] in eodem iudicio ei condemnat, ex conſtitutione diuæ memoriæ Zenonis. Si quis aliud pro alio [f] intenderit, nihil eum periclitari placet, ſed in eodem iudicio, cognita veritate, errorem ſuum corrigere ei permittitur: [g] veluti ſi is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit, quod ex ſtipulatu [h] debetur.

8 Sicut plerunque † actores intentionem ſuam ita conſtituunt, vt plus petant, quàm ſibi ferè debeatur (vt hactenus dictum eſt) ſic etiam interdum contingit actorem minus iuſto, aut aliud pro alio per errorem petere: quare ſubiicitur, quo pacto ea ſpecie huic minus petenti ſubueniatur. Tractãtur autem duo hoc loci: primum de libelli emendatione agitur deinde de mutatione. Eſt autem † emendare noſtro in propoſito nihil
2 aliud quàm mendum, id eſt errorem tollere, ſalua remanente [a] ſubſtantia. Siue igitur mendum ſit ex ſuperflua [b] aliqua adiectione, ſiue ex detractione, ſiue ex nimia obſcuritate qui id corrigit, ſuperflua reſecando, concisa addendo, mutilata ſupplendo, confuſa diſtinguendo, obſcura declarando, e-
3 mendare rectè dicitur. Mutare † autem libellum, eſt variare ipſius libelli ſubſtantiã, & veteri actione relicta nouam proponere vel omiſſa repetita aliam poſtulare. Do-
4 cto. addunt & de † cumulatione actionum quę nihil aliud eſt, quàm vnius actionis cum alia in eodem libello coniunctio & [c] copulatio aduerſus eundem: id enim cumulare ſignificat.

a Laſtorum verba. ff. de de re iud. b Alciat. in l. edita. C. de eden.

c Authore Baro. in d. l. edita. & bal dus annotat in l. j. §. fi. ff. de fidei commiſ.

a In intent. In libello ſuæ intentionis.

b Pertineat. Quàm ſibi deatur.

c Veluti ſi cum. Hoc exemplum eſt in actione ſingulari, quando emendatio fit circa rem petitam, vt infrà [d] latius dicetur.

d Num. 10. & nume. 11.

d Sine periculo. Sibi non præiudicat in reliquo.

e In eodem iud. In eadem inſtantia, ex eodem libello emendato, ſiue ante ſiue poſt litem conteſtatam, vtcunque Doctores frequentius refragentur.

f Intenderit. Petierit experiundo iudicia litet.

g Veluti ſi is. Vides duobus modis fieri vt aliud pro alio petamus, re ſcilicet, & cauſa. Re, veluti ſi vnam rem pro alia poſtules: cauſa, cum aliam actionem pro alia moues & intendis.

h Debetur. In eodem enim iudicio, id eſt, in eadem inſtantia errorem ei corrigere licebit.

5 Videamus primò, quomodo † emendatio libelli ſit licita. Fit autem emendatio multis modis. Primum, cum obſcura declaramus, vt ſi libellus agentis ſit obſcurus, con-
6 fuſe poſitus, generalis incertus: † & huiuſmodi emendatio, atque obſcuritatis declaratio, vſque ad ſententiam [e] permiſſa eſt. Quod tamen ita obtinet, ſi reus conuentus de obſcuritate vel incertitudine nihil excipiat: eo enim excipiente, ante litẽ tantũ cõteſtatã licita erit emendatio, nõ etiã poſtea: antè enim non dicitur petiiſſe, ſed [f] petere voluiſſe. Et niſi ea ſpecie emendetur ante cœptum iudicium, proceſſus omnis propter obſcuritatis vitium corruet, & ſententia erit inutilis. Hinc conſuluit [g] † Specu-
7 lator cauſidicis, vt non petant declarari obſcuritatem libelli ab actore, ſed obiiciat ſimpliciter, libellum eſſe obſcurum & generalem: tum enim ſi actor prætermittat emendare, poterit deinde reus totum pro-
8 ceſſum irritare. Deinde fit † emendatio in addendo, vt ſi aliquid additur libello, & [h] adiicitur: eo caſu intereſt, an de vniuerſalibus loquamur iudiciis, an de generalibus, vel de ſingularibus. In vniuerſalibus licet addere vſque ad ſententiam. Verbi gratia: In petitione hæreditatis ſi exprimas certas res hæreditarias, nõ prohiberis deinde quãdocunque libuerit, & alias res adiicere. Quum enim in ea principaliter agatur, vt quis hæres declaretur, videtur in conſequentiam non ſolum rem petitam, ſed quamlibet aliam hæreditariam petiiſſe, & ideò emendatio non denegabitur. Idem dicas in generalibus iudiciis, vt eſt tutella, negotiorum geſtio. Nam ſi pupillus generaliter intenderet actionem tutelæ aduerſus tutorem, & exprimeret in libello res aliquas malè à tutore geſtas, poteſt vſque ad ſententiam & alia exprimere, quæ ſunt [i] cõ-
9 tra tutorem. Cæterum quomodo in † ſingularibus emendare libellum liceat, diſtinguendi ſunt quatuor caſus. Interdum enim fit emendatio in re petita, interdum circa ſubſtantialia libelli, plerunque circa qualitates principales, nonnunquã circa qualita-
10 tes aduentitias. Primùm † ſi de emendatione ad rem petitam agitur, (qua in ſpecie textus noſter loquitur) quia primò minus petebas, deinde plus velis petere, puto & ante & poſt litis conteſtationem, vſque ad ſententiam concedi emendationem, idque textus noſtri argumento, qui generaliter ait, ſi minus petitum ſit, quàm deberetur, ſine periculo agi, quia in eodem iudicio iudex aduerſarium ei in reliquum condemnat. Sed nonne hoc pugnat cum Iulij Pauli [k] reſponſo, qui ait, non poſſe videri in iudicium veniſſe id, quod poſt iudicium acceptum, id eſt, poſt litem conteſtatam accidit. Huius contrarij timore Accurſius ſic exaudit textum noſtrum: In eodem iudicio id eſt, in alia inſtantia coram eodem iudice. Sed hæc expoſitio omnino improuida eſt: neque enim potuit quicquam alienius à verbis textus reſponderi, quàm ineptè geminantem verba Imperatorem inducere: quaſi diceret, iudex coram eodem iudice condemnatur. Deinde cum iudicium pro inſtantia accipiatur, abſonum eſt, in eodem iudicio, id eſt, in alia inſtantia interpretari. Denique Zenonis conſtitutio, cuius hic meminit textus, fuiſſet ſuperuacanea: abſque illa enim conſtaret reliquum peti in alio iudicio potuiſſe, cum
11 indubitatum [l] ſit † abſolutoriam vna ex cauſa ſententiam, ex alia agenti non obeſſe, Quare Bartolus, & communis interpretum ſchola hunc textum aliter intelligunt videlicet quando emendatio antè litis conteſtationem facta eſt, cum poſſit actor emendare libellum, addendo maiorem ſummam, ſine nouo proceſſu, ex priori libello emendato: poſt litem verò conteſtatam non poſſit. Verum hæc interpretatio (pace tantorum virorum dixerim) non minus abſurda & impertinens eſt ſuperiore, cum text. nihil omnino de litis conteſtatione diſtinguat, nec verbum, [m] petierit, & verbum In iudicio ſic accipi poſſint. Verbum enim, Petere, cum ad iudicium ſingulare refertur, poſt litem [n] conteſtatam accipitur. Item iudicium ipſum non, niſi poſt litem conteſtatam [o] propriè dici, omnes fatentur. Veriſſima ergo eſt Martini ſententia (quem Fulgoſius, Faber, Angelus, & [p] Iaſon ſequuntur) exiſtiman-
12 tis actorem, † qui minus iuſto in libello petiit, poſſe in eodem iudicio, eadémque inſtantia emendare libellum, & ſummæ ſiue rei petitæ aliquid addere etiam poſt litem conteſtatam, vſque ad ſententiam. Primum enim text. noſter ſine vlla diſtinctione loquitur. Deinde hunc ſenſum expoſcunt verba, Petere, & iudicium, quæ poſt litem conteſtatam intelliguntur. Denique hoc caſu nec cauſa agendi, nec actio mutatur nec prima petitio [q] deſeritur. Neque aduerſatur huic ſententiæ [r] Pauli
13 reſponſum ſuprà citatum: † loquitur enim Paulus in iure, quod non habet exordium ante litem conteſtatam: ſi autem prius competebat, ſicque initium habebat, & ius quæſitum iam actori erat, nihil vetat quin & illud, quod venit poſt litem conteſtatam, poſſit in eodem iudicio, eadémque inſtantia [ſ] deduci. Secundus caſus:
14 Si † emendatio reſpiciat libelli ſubſtantialia, ante litem conteſtatam impunè fieri poteſt, non etiam poſteà. Et hoc dogma generaliter procedit tam in crimi-
15 nali, quam ciuili cauſa. Sunt autem † ſubſtantialia, ſine quibus actus nõ poteſt ſubſiſtere. Sic ſubſtantialia libelli in cauſa cri-
16 minali dicuntur eſſe hæc, [t] nominare † cõſulem exprimere menſem, & locum criminis, inſcribere ſeſe ad talionem: in his enim conſiſtit libelli ſubſtantia, itaque poſt acceptum iudicium emendari nõ poſſunt, ſed reus eximeretur ab accuſatione, ipſo hoc poſtulante, [u] Caſtrenſi authore. Sed & ſi reus hoc non petierit, poteſt nihilominus iudex ex officio reiicere eiuſmodi libellum, qui poſt litem cõteſtatã emen-
17 daretur. In † ciuili verò cauſa de ſubſtãtia

libel i

e Arg. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud.

f Eſt tex. in l. amplius ff. rē rat. hab.

g In tit. de libel. oblat. §. vlt. verſ. cautus.

h Vt in eſt ple tex. not.

i Vt d. l. licet ff. de iudi.

k In l. non poteſt. ff. de iudi.

l Tex. in l. quum quæritur. & l. cũ mater. §. ſi. ff. de excep. rei iudi.

m In tex. hic potuimus.

n L. ſi decem. ff. de verb. obli. & l. iuſ §. petitã. ff. de pet. hære.

o Per d. l. amplius. ff. rem rat. hab.

p Adde Alciat. in l. edita. C. de edend.

q His accedat textus in l. in delictis. §. ſi contracta. ff. de nox. ibi durãte ead. actione augetur & diminuitur petitio.

r In d. l. non poteſt.

ſ L. ſi rem obſeruatam. §. vlt. cũ ibi not. ff. de pignoratitia.

t Traditur in l. libellorum. ff. de accuſ.

u In d. l. libellorum.

libelli eſt, vt concluſio ſiue petitio libelli
rectè ex præmiſis fluat, & propoſitio [x] ordi
natim propoſitioni cohæreat: veluti ſi quis
à me fundum peteret, quia ſit ex aula Cæ-
ſaris, hæc cauſa & concluſio inepta eſſet,
ſicque vitiaretur libellus, adeò vt ne quidē
poſt litem conteſtatam emendare permiſ-
ſum ſit, eſt enim totus proceſſus nullus
reo etiam obtinente, neç obiiciente quic-
quam. atque ita ex veritate [y] Iaſon contra
18 Bartolum defendit. Tertius: Circa † quali-
tates principales ante litis conteſtationem
tantùm emendari libellus poteſt, pòſt non
poteſt: ſic enim mutaretur actio, ſeu facti
ſubſtantia. Exemplum [z] Ego aduerſus Ti-
tium intendo, quod rapuerit mihi violen-
ter veſtē meam in turba. hæc eſt vna prin-
cipalis qualitas in hac actione, ſcilicet ra-
pere [a] in turba. Si ergo ipſe libellum emen
dare vellem, & dicere, rapinam non in tur-
ba factam fuiſſe, id poſſum duntaxat ante
litem conteſtatam, poſtea nō, cum ſit qua-
litas principalis mutationem actionis re-
ſpiciens. Aliud exemplum, vbi per emen-
dationem ipſum factum mutaretur: vt ſi
maritus accuſaret vxorem adulterij cum
Titio commiſſi: hæc eſt principalis quali-
tas, quo ad factum adulterij. quare ſi emen
daret poſt litem conteſtatam, dicēdo, quod
cum Flacco adulterata ſit, ſicque aliam
nominaret perſonam, hæc emendatio fa-
cti ſubſtantiam mutaret, ideóque [b] imper-
19 miſſa eſt. Quartus & vltimus caſus: Qua-
litates † aduentitiæ emendari poſſunt in
libello vſque ad [c] ſententiam. Aduentitiæ
20 † autem qualitates ſunt, quæ nec vitiant,
neç mutant libellum, ſed huic præter neceſ
ſitatem adduntur: vt ſi tempus adiiceretur
libello, vel locus, dies, hora, aliéve id ge-
nus circunſtantiæ, vbi non eſſet neceſſa-
rium. Verbi gratia: Peto à Titio decem,
quæ mutuaui ei ante biennium in domo
Flacci: hæc eſt qualitas aduentitia, facere
mentionem de annis & loco: actio enim &
factum mutui ſubſiſtit, ſiue iſta qualitas
mutetur, ſiue non, ideóque licita eſt [d] emē-
datio. Et hactenus quidem de libelli emen
datione, quæ fit addendo. Porrò & tertiò
21 † emendatur libellus detractione, cum
qualitas vel ſumma aliqua à libello detra-
hitur: vt ſi actor petiit decem, & deinde ſal
tem quinque velit petere: vel ſi totum fun-
dum ad ſe pertinere dixerit, eum deinde
pro parte tantum petat: qua ſpecie emenda
tio regulariter conceditur vſque ad ſenten
tiam. Neque enim prohiberi actor debet, ſi
emendet in partem mitiorem, & tempera-
22 tius [e] petat. Si tamen plus petens, † ab ad-
uerſario poſt litem conteſtatam cautionē
[f] exegerit, ac deinde detrahere velit, niſi
hoc faciat ante acceptum iudicium, pœnā
legis non effugiet. Pari ratione ſi quis de-
traheret in ſubſtantialibus, vel qualitati-
bus principalibus detractio ante litem cō-
teſtatam ſolùm permittitur, nō etiam poſt-
ea: veluti ſi in criminalib. menſem, vel lo-
cū, in ciuilibus ſubſtātiam facti defalcaret.
23 Poſtremò fit emendatio, † cum reſecantur
ſuperflua, & ea pariter vſq; ad ſentētiā lici-
ta eſt. Dicuntur autē ſuperflua, quæ omitti
in libello poterant ſine iniuria cuiuſquam.
Exempli cauſa: Depoſui apud Titium ca-
lendis Decembris cyphum argenteum:
quādo Flaccus & Berta contraxerunt ma-
trimonium &c. hoc poſtremum dicitur
ſuperfluum, quia nihil ad rem pertinet. Et
hæc de emendatione annotaſſe ſufficiat.
Hoc interim auctarij cuiuſdam vice addi-
to, quod in præmiſſis omnibus vbi recipi-
24 tur † emendatio, actor emendans tenea-
tur reo conuento ad expenſas indebitæ fa-
tigationis, non autem cauſæ vel litis. Et ſi
poſt emendationem aduerſarius ad reſpon
dendum non eſſet inſtructus, indulgenda
eſt ei noua dilatio: ſecus ſi de cauſa inſtru-
ctus eſſe poſſit, Angelo hic docente, cui
etiam conſuetudo, optima legum inter-
pres, ſuffragatur.

Altera tex. noſtri pars de mutatione libel
25 li loquitur, quo in articulo breuiter duas
obſeruare regulas oportet. Prima, ante † li
tis conteſt. permittitur regulariter muta-
tio. Excipiuntur tamen caſus, in quibus
26 nec emendatio quidē licita eſt. Primus †, ſi
quis confeſſionem ſuam hoc prætex [g] re-
uocare velit. Secundus, ſi ius aduerſario
iam quæſitum auferre [h] contendat. Ter-
tius, ſi ſemel mutatio facta eſſet, vel tem
pora eam non largirētur, vel aliter iudici
ex aliqua cauſa ſederet: vt quia omiſſa ci-
uili actione quis vellet criminalem vel fa-
moſam [i] intendere. Quartus, ſi electione
perempta eſſet [k] ſequens actio: vt quia ſi-
mul admitti nequeant, vel inuicem [l] ad-
uerſentur. Quintus: ſi quis priorem actio
nem ſimpliciter differre velit, vel ſoli in-
ſtantiæ ipſius cauſa renunciare, hoc ei nō
[m] permittitur. Si autem omnino & litem
& actionem remittere deſideret, audien-
dus eſt, atque ita Bartolus ex veritate
tradit. Nec obſtat Iuſtiniani [n] conſtitutio,
quia de renunciatione inſtantiæ tātum lo-
quitur, non de remiſſione totius litis &
actionis. Sextus: In criminalibus iudiciis
impermiſſa eſt mutatio propter Senatuſcō
27 ſultum [o] Turpilianum. Altera regula eſt,
poſt litem conteſtatam non permitti mu-
tationem, quia litem conteſtando quia inſtā
tiæ ex proprio contractu [p] adſtringitur. Ali
28 quoties tamen non procedit hæc regula.
Primò, quando † per errorem aliud pro
alio petitum eſſet, vel ex alia cauſa, quàm
debebatur: licitum enim erit mutare pro-
bato errore etiam poſt acceptum iudicium
in eadem [q] inſtantia. Alias nanque præter
rationes ſuprà circa emendationem rela-
tas, nec corrigendi verbū ſatis congrueret.
Quapropter ſi ex probationibus conſtaret
iudici, verum creditorem eſſe agentem pu
tat [r] Alciatus Zenonis conſtitutioni lo-
cum eſſe fauore [ſ] dirimendarum litium,
vtcunque aliud vulgo receptum ſit, vide-
licet ſi libellus ſit nullus ab obſeruatione
iudicij, ſi variat, ab illa cauſa reum abſol-
uendū, ſaluo actori iure alio in iudicio [t] ex-
periundi. Secundò non habet locū, quando

x Ianua l. j. & ibi gl. ff. de eden.
y In d. l. edi ta.
z Zaſ. hic hoc exēplū ponit.
a l. prætor ait. ij. §. hæc autem. verſic. docere. ff. vi bon. rapt.
b Tex. elegās in l. denūciaſſe. §. quid tamen ff. ad l. Iul. de adul.
c Tex. pulcher. in l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxalib.
d Vide etiā olim exemplū in d. §. ſi detracta.
e De hoc tractat in l. quidā cū. ſi mauerit. ff. ſi cer. pet. [illegible] in l. vnic. C. de plus petit.
g L. cū præcū. ff. de lib. cau.
h l. vnica C. de plus pe tit.
i l. certi cōdictio. in princ. ff. ſi cer. pet. [illegible] l. quod ſi hæredem. §. quod eligere. ff. de tribut.
k l. vnic. C. de codicil.
m Auth. qui ſemel C. quo. & quā. iud.
n In d. auth. qui ſemel. & in §. amorem. in nouel. de litig.
o Vt Bar. tradit in l. quæſitū. ff. ad Turpil.
p Tex. in l. iij. §. idē. ff. de pecu.
q Atque ita loquitur tex. noſter in verſic. ſi quis al ad
r In d. l. edita.
ſ l. ij. ff. de præſc. ſtipu.
t l. Prædius ff. de pac. l. apud Celſum. ff. de inſti. act. & l. apud Celſum. §. idē quæritur ff. de doli excep.

ex mutatione lis non differretur, ſed ſolum fit cauſa euitandæ [u] pœnæ. Alciatus tamen diſtinguendum putat, lex conſummatum actum tantum puniat, non id minus. Tertiò non obtinet, ſi partes conſentiant, debétque iudex earum conſenſum pro rato habere [x] Baldo authore: cui & ego aſſeotior, Zenonianæ conſtitutionis argomento tanquam tali conſenſu producatur litis conteſtatio ad rem [y] motatam, Sunt & plerique alij non abſimiles caſus, quos interpretes ſuis [z] locis examinant. Cæterû quia Docto. locum communem de actionum cumulatione, hic quoque tractant, qui locus & vtilis eſt ſtudioſis Iuris, & confuſe ferè traditus, ideo & nos in compendium diſputationem illam breuiter & diſtinctè contrahemus, primum oſtendentes quando concedatur, deinde quando non con-
29 cedatur. Actionum † ergo cumulatio regulariter conceditur: nam nemini negandum eſt, vt non pluribus iuribus vtatur, ſi modò citra fraudem [a] alterius faciat, & maximè ſi quis cupidus ſit dirimẽdarum litium. Sic ſi cui plures actiones ex eadem cauſa ſuppetunt, aduerſus diuerſos illis [b] vti poteſt, dum tamen vnam ſolutionem boni [c] conſulat, ſiue illi rei debendi ſint, ſiue [d] cõſortes litis. Sic pluribus actionibus locus erit ex diuerſa cauſa contra eundem, ſiue ad diuerſam, ſiue ad eandem rem dirigantur. Cum enim res eſt diuerſa, cumulationem actionum competere nemo ambiget. Verbi gratia: Si decem petam à Titio ex cauſa mutui, & alia decem ex cauſa [e] depoſiti. Quum verò ad eandem rem ex diuerſa cauſa agimus, cumulatio actionũ quoque locum habet. Quare qui ignorans rem, quæ ſibi ex legato obuenit, fortè fortuna emit, duplici actione [f] experiri poteſt, partim ex teſtamento, partim ex empto:
30 nam altera actione rem ipſam altera precium conſequitur. Enimuero † cumulatio actionum locum non habet, primum ſi plures actiones ſint contrariæ: verbi cauſa, ſi quis inofficioſi teſtamenti quęſtionem intendit, falſi quæſtionem [g] intendere non poteſt. Proinde ab initio ſtatim deliberandum eſt, vtra actione experiri velit: nam ſi ambas proponeret, ceu contraria allegans, non reciperetur. Deinde nõ eſt locus cumulationi, quãdo plures actiones ita ſe habent, vt vna intentata aliæ perimantur. Sic in legatis rationem inibit actor, quam actionem inſtituere cupiat, perſonalem, an in rem, an [h] hypothecariam: nam pro legatis conſequendis hæ tres actiones ſunt propoſitæ, vt [i] alibi docui. Ad hæc, ſententiæ præiudicium cumulationi obſiſtit, cum abſolutoria in priori actione lata, rei iudicatæ exceptionem in poſteriore gignere poteſt. Denique executio cumulationi reluctatur, quando id, quod altera in actione ſolutum eſt, ab altera liberationem parit: vt ſi quis ex furto à familia facto, cum domino vnius ſerui nomine egerit: nam hoc in caſu aliorum actionem reiicit, quod vnius condemnationem

u Ita Bald. in d.l. ſi quis.

x Bal. in Auth. hodie. in fi. C. de iur. calum. & c. vl. extra de prob.
y d. l. ij. §. vlti. de præto. ſtip.
z In d. l. edi ... & in Auth. qui ſemel. C. quomo. & quan. iud.

a l. nullus videtur. ff. de regu. iur.
b l. iij §. vbi duo & ibi Bar. ff. de duo. reis promi.
c l. ſi pluribus. ff. de legat. j.
d c. in præſentia. extra de probat.

e Vt probari poteſt ex l. ſi idẽ cum eodem. ff. de iuriſ.

f l. huiuſmo di. §. qui ſeruum. de lega. j.

g l. cum qui §. de inoff. teſta.

h l. cũ filius §. variis. de leg. ij.
i In §. noſtra autem. ſupr. de legat.

æqui bonique [k] facere debeat. Et hæc de cumulatione actionum ſufficiant: reliqua ex [l] Doctoribus pete.

k l. j. §. vlt. ff. ſi fami. fur. fe. di. l. ſi familia. & ibi Od. ff. de iuriſ.
l In d. l. edi ta. C. de edẽ.

§. Sunt præterea.

1 *Sextæ actionum diuiſio perſecutionis effectum reſpiciens.*
2 *Solidum debitum regulariter omnes actiones præſtant.*
3 *Sex exempla, vbi quis in id tantum, quod facere poteſt, condemnatur.*
4 *Pater & dominus prò filiiſfami. & ſeruis peculiotenus tantum tenentur.*
5 *Fallit, ſi pater vel dominus in peculio dolum commiſerunt.*

Sunt præterea quædam actiones, quibus nõ ſemper ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur, ſed modo ſolidum perſequimur, modo minus, vt ecce, ſi in peculium filij ſerui ve agamus. Nam ſi non minus in peculio ſit, quàm perſequimur, in ſolidum dominus paterve condemnatur: ſi vero minus inueniatur, eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio ſit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus.

1 SExta actionum diuiſio † hoc loci enarratur, perſecutionis effectum reſpiciens: ſic enim pleriſque actionibus ſolidum debitũ, pleriſque minus aſſequimur. Solidum
2 † autem debitũ regulariter omnes actionum ſpecies præſtant. minus verò perſequimur in effectu aduerſus eas perſonas quæ in id duntaxat, quod facere poſſunt, condemnatur, habita ratione, ne egeant, néve ad nimiam perducantur egeſtatem; id quod imperator ſex exemplis vſq; ad finem præſentis tituli pertractat. Primum
3 † eſt in peculio filiifamiliâs, vel ſerui. Secundum in dote. Tertium, ſi maritus neceſſarias in rebus dotalibus impẽſas fecit. Quartum in parente, patrono, ſocio, donatore, qui ſic conueniuntur, vt tamen illis alimenta ſint ſalua. Quintum in compenſatione. Sextum & vltimum in cedente bonis propter inopiam. Primum exemplum hic §. complectitur, reliqua vero in ſequentibus ſigillatim diſcutienda venient. Quod ad primum exemplum attinet, ſciendum
4 eſt, † quod ſi debita filiifamiliâs aut ſerui excedant ipſorum peculium pater vel dominus non condemnentur in ſolidum, ſed tantum peculiotenus, id eſt, quatenus eſt in peculio, poſtquã pater aut dominus deduxerũt, quod ipſis [a] debetur. Nam nec vltra vires peculij obligati ſunt pater & dominus pro filio [b] ac ſeruo ideóq; nec cõueniri quidem in ſolidũ eos poſſe, à pleriſque
5 [c] traditũ eſt. Excipe † tamẽ à prædicto dogmate, niſi pater vel dominus in peculio dãnum cõmiſiſſent, doloſe iſtud diminuẽtes.

a §. præterea. inſtit. quod cũ eo qui in alie. poteſ. &c. & §. actiones. vbi de hoc late dixim. §. hoc noſtro cit.
b Tex. ſin gu. in l. quo ties. §. ſi q. met. & ibi gl. verbi. vel vniuerſam. ff. de pec.
c Vt Iaſon hic et Nico. de Neap. teſt.

nam

d l.ſi bonæ fidei.ff. de pecu. cū ſimilibus.

nam ea ſpecie vltra vires peculij in ſolidū
[d]obnoxij ſunt.

§.Item ſi de dote.

1 *Maritus non tenetur ad integram dotem reſtituendam,ſed quatenus facere poteſt.*
2 *Quantum facere poſsit maritus,tribus modis colligitur,ex perſons,rebus, tēpore.*
3 *Perſonæ cognitio in quibus verſetur.*
4 *Alimentorū appellatione quid contineatur.*
5 *Aeſtimatio rerum quomodò fiat.*
6 *Temporis qualitas quomodò conſideranda.*
7 *Maritus ſummo iure tenetur ad integram dotem,habet tamen priuilegiū cōpetētiæ.*
8 *Priuilegium competentiæ conceditur etiam filiis.*
9 *Quando ceſſet hoc priuilegium in marito.*
10 *Impenſæ à marito factæ in re dotali ipſo iure dotem minuunt.*
11 *Impenſæ neceſſariæ, vtiles, voluptariæ.*
12 *Maritus impenſas in re dotali neceſſario factas conſequitur.*
13 *Quo auxilio impenſas neceſſarias conſequatur maritus & num.15.*
14 *Accurſij error.*
16 *Vtiles impenſæ ipſo iure dotem nō minuunt, habent tamen exactionem.*
17 *Impenſæ voluptariæ an & quomodò debeantur marito.*

Item ſi de dote in iudicio mulier agat.placet eatenus maritum condemnari debere. quatenus facere poſsit,id eſt, quatenus facultates eius patiuntur.Itaque ſi dotis quātitati concurrant facultates eius,in ſolidum damnatur:ſin minus,in tantum, quantum facere poteſt.[a] Propter retentionem quoque dotis,repetitio minuitur.Nam ob impenſas in res dotales factas, marito quaſi retentio conceſſa eſt,quia ipſo iure neceſſariis ſumptib.dos minuitur,ſicut ex latioribus Digeſtorum libris cognoſcere licet.

HOc loci alterum exemplum
ponitur,vbi quis non poteſt in
ſolidum condemnari: vt eſt in
1 actione de dote repetenda.Maritus † enim
à muliere ad dotem conuentus, ſi non ſit
ſoluendo in totum,non tenebitur ad ſoli-
dam dotē ſed deducet alimenta:idque eſt,
quod textus ait,eatenus condemnari eum
debere,quatenus facere poteſt,id eſt ,qua-
tenus cōmodum eſt marito,ne ſcilicet egeat,ne inopia[a] prematur & egeſtate,& ſi
2 dicas,quomodo æſtimabitur,quantū † ipſe
facere poſsit,quidque ei ad vſum luitæ neceſſariū,vnde alatur,relinquendū ſit? Reſ-
pondeo ex Fabri ſentētia,tribus modis po
tiſsimum id colligi,videlicet ex perſona,ex
rebus ſiue patrimonio,& ex tēpore. Perſo-
3 næ autē † cognitio in hoc verſatur,vtrū ma
ritus plebeius ſit,an[b] dignitate clarus, vel
Doctor.In plebeio rurſus multa ſunt expē
dēda ſcilicet induſtria valetudo qualitas
opificij,operario enim,vel cōſtituto in ali-
quo officio,alimēta magis exigua cōſtituū-
tur ex dote,[c] quia deducuntur operæ arti-
ficij.Nam plerunque(inquit Vlpianus)tribut hominis,ætas, temporiſque opportunitas,naturalem cauſam operarum mutat.
Adhibenda quoque ſunt exempla aliarum
perſonarum eiuſdem ordinis , vt collatis
his omnibus,appareat quantum reo conuento ad alimenta,item ad exhibitionem
neceſſariam ſufficere debeat,vt in reliquū
4 condemnetur,Neque enim † cibaria tan-
tùm,verumetiam veſtitus,& habitatio appellatione alimentorum continentur,quādoquidem ſine his ali corpus non[d] poteſt.
Conſuetudo etiam regionis, in qua degit
5 maritus,[e] ſpectāda fuerit.Deinde fit † æſti-
matio rerum ſeu facultatem,non ad valorem proprietatis,ſed fructuum,qui percipiūtur ex bonis.Eatenus enim dicetur quis
facere poſſe,quatenus ex fructibus[f] ſupereſt, deductis alimentis:neque enim, inquit
[g] Vlpianus,fraudandus eſt alimentis quotidianis.rectéque tradit[h] Bartol.omnes leges,quæ decernunt alimenta, intelligi oportere de acceſsionibus & fructibus,non
de proprietate bonorum,mendacio tamē
eius,qui dolo malo celat quicquā. per officium iudicis[i] puniendo.Cæterum æs alienum,id eſt,quod reus cōuentus aliis debet,non deducitur huic æſtimationi, præterquam donatori & ſocio [k]aduerſus ſo-
6 cium.Tertiò & vltimò † qualitas temporis conſideranda eſt,vt ex ætate condemnandi colligi poſsit,quotannis veriſimile
ſit maritum[l] victurum.Nam inde poteſt
ſtatui,quanta pecunia ſufficiat in ſingulos
annos ad alimenta.Minores enim marito
ſeni & valetudinario deducentur ſumptus,quàm pleno ſucco & ſanguine,quem
diutius victurum veriſimile eſt.Ex prædi-
7 ctis ergo diſcis,quod & ſi maritus † ſummo iure ad integram dotem teneatur,proque ea in ſolidum cōueniri poſsit , habeat
tamen priuilegium ſiue exceptionem cōpetentiæ(vt vocant)id eſt.vt tantum ei relinquatur.vnde ali poſsit:quā quidem exceptionem & ante & poſt litem conteſtatam adeo que poſt ſententiam opponere
poteſt,qua ſe tueatur ne pluris condemnetur,quàm facere,poteſt[m] ex æquo & bono.
8 Et hoc † priuilegium non ſolum marito,
verumetiam filiis eiuſdem matrimonij indulgetur,ſi dos ab ipſis[n] repetatur. Excipiendæ tamen ſunt aliquæ circunſtantiæ,
9 † quæ faciunt ceſſare hoc beneficium.Primò,ſi facultates mariti ſufficiant,quod hic
expreſſe dicit.Deinde:ſi res dotales extarent,vel venditis quidem ipſis aliæ eſſent
coemptæ,aut[o] pecunia congeſta.Demum,
ſi marito exiſtente inope,vxor pari aut maiori prematur egeſtate,vxor in dote præferetur,cum certet de[p] damno vitando,
& ordinata charitas[q] incipiat à ſeipſo Denique adueniēte meliori fortuna ceſſat hæc
exceptio,ob que id magis tēporalē hāc eſſe
quàm

a. Ita decla ras l.C.in l. In condēnatione. ff. de regu. iur.

b l. interceſſidum dignitatem ff. de adminiſtrato.

c l.ſi quis à liberis.§. ſed ſi filius. ff de le.agn. & l.interdū ff.de op.liber. & l.ſi non ſortē §. libertus de condi.in debi.

d Tex.in l. cum alimenta. & l. legatis alimētis de ali & cib. le & l.ſeruis vrbanis. de lega.3.

e Iuxta.l.ſi ſeruus. plurium. §. ſi numerum. de leg. 1. & l.ſemper de reg. iur.

f l.qui bonis.ff.de ceſ. bon.

g l. Imperator. ff. ad S.C.Treb.

h Vtrobique tamen d.l.qui bonis , quam in d.l.imperator.

i Lius alimentorum in princ.ff. vbi pupil.educ.de.

k Tex. in l. maritus. ff.ſo. ma.& in l. verum eſt. §. id quod ſocius ff. pro ſoc.

l Secundū formam l. hæreditatū. ff.ad l.fal.

m l.eadiuerſo.§.vlt. ſolu.mat.

n l. quia tale. & l.etiam ſolut. mat.

o l.j.ff. de impen. in reb.dota.& l. in bonæ fid. in.ref. reſpon. de perul.

p Arg. gl. in l. verum ff de mino.

q l. præſes.C de ſeruit. & aqua.

quàm perpetuam, interpretes [t] tradunt.

a Propter retentionem. Regulam in-
10 de colligimus, impenſas † factas à meri-
to in re dotali, minuere ipſo iure dotem,
ac per conſequens dotis repetitionem. Di-
ſtinguendum tamen eſt circa impenſas:
quia ſub triplici habentur differentia in
11 [u] legibus. Aliæ † enim ſunt neceſſariæ, a-
liæ vtiles, aliæ voluptariæ. Neceſſariæ
ſunt, quæ niſi fierent, res periret: vbi ne-
ceſſario rei iam labenti, aut ruinam & de-
trimentum minanti ſuccurritur. Sed &
quæ ex conſuetudine omitti ſine dedeco-
re non [x] poſſunt, neceſſariæ dicuntur.
Vtiles ſunt, [u] quæ rem meliorem faciunt,
ſed non erat neceſſarium quod fierent: vt
arbuſti, paſtinatio, item ſi nobiles arbo-
res plantentur in fundo ſi ex domo li-
gnea fiat lapidea &c. voluptariæ ſunt,
quæ ad ornamentum ſolum pertinent, & e
quod ſpeciem exornant, non etiam fru-
ctum augent: quales erogantur in vir-
daria, in aquas ſalientes, in incruſtationes,
balnea & ſimilia.

12 Nunc ad propoſitũ. Neceſſarias † im-
penſas maritus ſicut & quiuis alius poſ-
ſeſſor, conſequitur: quia ſibi imputaretur
ſi non faceret, niſi ſint impenſæ, quæ rei v-
tilitatem perpetuam non reſpiciant, ſed ſo
lummodo pro tempore impendentis cõ-
modum: tum enim non deducit, ſed com-
13 penſat cum [x] fructibus. Sed † quo auxi-
lio conſequetur? Audi [y] Vlpianum hoc te
methodicè docentem Quod dicitur ne-
ceſſarias impenſas dotem minuere, ſic erit
accipiendum, non vt ipſæ res corporali-
ter diminuãtur, vt puta fundus, vel quod-
cunque aliud corpus: & enim abſurdum
eſt, diminutionem corporis fieri propter
pecuniam, quæ in dotem impenſa eſt,
quum corporis ſiue ſpeciei, ad quantita-
tem ſeu pecuniam impermiſſa ſit [z] com-
penſatio. Quod ſi hoc admitteremus, con-
ſequeretur fundum, eiúſve partem, pro-
pter impenſas deſinere eſſe dotalem; quod
abſonum eſſe [a] Vlpianus aduerſus Scæ-
uolam defendit. Manebit igitur maritus in
rei detentione donec ei ſatisfiat, & im-
penſæ reſtituantur: non enim ipſo iure
corporum, ſed dotis fit diminutio. Ibi er-
go admittimus diminutionem dotis i-
pſo iure fieri, vbi non ſunt corpora, ſed
pecuniæ: nam in pecunia ratio admittit
fieri diminutionem, quum pecuniæ ad
pecuniam ſiue quantitatis ad quantitatem
fiat compenſatio, non autem corporis
ad quantitatem ſiue pecuniam. Proin-
de ſi æſtimata corpora in dotem data ſunt
ipſo iure dos diminuetur propter impen-
ſas neceſſarias. Ex prædictis deprehen-
14 dis † erroneum eſſe quod [b] Accurſius tra-
dit, ſi tantum à marito neceſſariò eroge-
tur, quanti eſt fundus dotalis, ceſſare eum
[c] dotalem eſſe. Quod ſi tota dos ſoluta ſit,
15 non habita ratione † neceſſariarum im-
penſarum indebiti condictionem maritus
habet ad dotem reperendam, quaſi eam in
debitè [d] ſoluerit. Et hactenus de neceſſa-
16 riis. Vtiles autem † impenſæ ipſo iure do-
tem minuunt: verumtamen habent ex a-
ctionẽ: poteſt enim marit⁹, hęréſve eius a-
ctionem negociorum geſtorum intendere
aduerſus vxorem, ad eas conſequendas:
vel etiam mandati iudicium vxori, eiuſ-
que hæredibus dictare, ſi vxoris voluntate
& [e] mandato vtiliter impenſum eſt. Cæte-
17 rum † circa voluptarias diſtinguendum
puto, an vxor eas aliàs factura fuiſſet, tum
enim non ſimpliciter voluptariæ ſunt, ſed
vtilibus comparantur, idémque in vtriſ-
que iuris obtinet, an non fuiſſet factura,
qua ſpecie nihil [f] conſequetur maritus. Li-
citum tamen illi eſt tollere & abradere, ſi
res ſeparationem recipiat, idque pati de-
bet mulier niſi ipſa rẽ habere velit, paratá-
que ſit reddere ea, quæ impenſa ſunt, mari-
to. Sin verò res non ſit ſeparabilis, relin-
quẽda eſt: ita enim permittendum eſt ma-
rito auferre ornamentum, quod poſuit, ſi
pro futurum eſt ei, quod [g] abſtulerit.

§. Sed & ſi quis.

1 *Parens vtriuſque ſexus habet priuilegium competentiæ, quatenus facere poteſt.*
2 *In fratribus idem priuilegium habere locũ.*
3 *Dolo facit, qui petit quod reſtituturus eſt.*
4 *Patronus, eiúſque parentes & liberi exceptionem competentiæ habent.*
5 *Socius gaudet beneficio competentiæ, ſi occaſione ſocietatis conuenitur.*
6 *Donator conuentus ex donatione habet hoc priuilegium competentiæ.*
7 *In donatione ob cauſam ceſſat hoc priuilegiũ.*
8 *Item in permutatione pariter ceſſat.*

Sed & ſi quis cum parẽte ſuo patronove agat, item ſi ſocius cum ſocio, iudicio ſocietatis agat, non plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt. Idem eſt, ſi quis ex donatione ſua conuenitur.

QVatuor hinc ſunt eliciẽda. Pri-
1 mum, † parens vtriuſque ſexus
in infinitum conuentus à filio,
habet exceptionem competen-
tiæ, vt ſolùm condemnetur, quatenus face-
re [a] poteſt: idque non ob reuerentiam tan-
tum, & pietatem quam parentib. debemos
verum ea quoque ratione, quia cum fi-
lius parentem inopem alere obſtringatur.
multò fortius ex debito alimenta ei re-
linquere debet, ad vitandum circuitum.
2 Quid autem in † fratribus germanis, an
inuicem agentes hoc beneficium habent?
Et Faber ait, eos habere: cui & ipſe ſubſcri-
bo, ob id certè quod alimẽta ſibi [a] mutuò
debent omnium enim prædictarum perſo-
narum vna hæc ratio eſt, quòd quib. natu-
rali ratione alimenta debentur, cũ ad ino-
piam peruenerint, iis citra dolũ malũ non
poteſt totum quod habent, [d] extorqueri.
3 Dolo † facit, inquit Vlpianus, qui petit,
quod reſtituturus eſt. Sed nõ ſolũ parẽtes &
liberi

t Exemplo l. cura carrorũ. §. j. ff. de mu. & hono.
u l. imp n ſæ. ff. de ver. ſignif. Bar. in l. penul. in ff. de annu. lega.
x d. l. impenſæ. ibi Alcia.
u l. quod dicitur. §. Vtiles. ff. de impen.
x l. iij. & l. ſeq. ff. de impenſ.
y In d. l. quod dicitur. ff. de impenſ.
z Dixi in §. in bonæ fidei. ſupra hoc titu.
a In d. l. quod dicitur.
b Hic in gl. mag. in verbo, impẽſas.
c Per d. l. quod dicitur.
d Sæpe d. l. quod dicitur §. ſi dos tota.
e l. voluptariæ. & l. vtilium. ibi Barto. ff. de impen. l. j. §. ſed nec. C. de rei vxor. act.
f l. pro voluptariis. ff. de impenſ.
g d. l. pro voluptariis. & l. in fundo. & l. ſumptus. de rei ven.
a l. ſunt qui. cum l. ſeq. ff. de re iudi.
b l. ſi quis à libero. §. ſi vel parens ff. de libe. agnoſc.
a l. j. C. de alen. lib.
d l. in condemnatione. §. vlt. ff. de reg. iur.

liberi alimenta ſibi [e] debent, ſed habẽda eſt ratio conuentorum, ne egeant, etiam fratrum & ſororum, vtcunque in cõtrarium diſputent, Accurſius, Bartolus, [f] & Bald. quos collega etiam noſter hiſce diebus ſecutus eſt. Ergo dolus actoris ferendus non eſt, qui totum voluerit extorquere. Secun-
4 dum Patrono † hoc priuilegium indulgetur, ne libertus cum cauat bonis in ſolidum: idque non in patrono tantum, verũ etiam in parentibus, [g] liberiſque patroni locum habet. Faber ait, idem iuris eſſe, ſi patronus libertum conueniat, cum illum [h] alere teneatur. Ingratitudinis tamen cõuicti liberti, non habent hoc beneficium, quia tum nec alimentis [i] digni ſunt.
5 Tertium: Socius † vniuerſorum bonorum, vel etiam vnius negociationis tantum, ſocietatis iudicio conuentus, gaudet beneficio competentiæ, vt in id tantum dãnetur, quod [k] facere poteſt. Sic Vlpianus: Hoc enim, inquit, ſummam rationem habet cum ſocietas ius quodammodo fraternitatis in ſe habeat. Quis igitur de veris fratribus dubitauerit, ſi hoc in ſociis concedi- tur, Faber amplius ſubdit, hoc procedere, & ſi ſocius alia conueniatur actione, quàm ſocietatis, dummodo ſit occaſione ſocietatis, agatúrque ex contractu inito durante ſocietate: idque & [l] Angelus probat. Quar-
6 tum eſt: Is † qui ex donatione ſua conuenitur, priuilegium competentiæ habet, vt non vltrà, quam facere poſsit [m] condemnetur. Et quidẽ is ſolus cenſetur poſſe deducto ære alieno, id eſt quod aliis debet. Rationem tractantes [n] paulus & Triphonius, Pinguius enim (inquiunt) donatori ſuccurrere debemus, quàm ei, qui verum debitum perſoluere compellitur, ne liberalitate ſua inops factus, periclitetur. Prædicta tamen procedunt in pura & ſimplici donatione, quæ nullo vrgente iure, nec propter aliam cauſam fit, quàm vt liberalitatem & munificentiam quis [o] ſuam ex-
7 erceat. Secus † eſt in donatione ob cauſam maximè ſi commodum donantis reſpiciat, in ea enim ceſſat hoc priuilegium, ob id certè, quia quod ob cauſam datur, non eſt propriè donatio, ſeu liberalitas ſed potius quædam [p] permutatio vel [q] remunerario:
8 & † in permutatione non habere locum exceptionem competentiæ, indubitatum eſt. Si autem cauſa recipientis tantum fauorem & commodum reſpiciat, quia eo caſu mera eſt liberalitas, adhuc locus erit huic beneficio. Hinc eſt, quod quamuis extraneus dotem puellæ promiſerit, vt nubat (quæ eſt cauſa donationis) habeat tamen competentiæ defenſionem iſte [r] extraneus, quum cauſa donationi adiecta ſolùm puellæ fauorem ſpectet.

e d. §. ſi vel parens & l. alimenta. in princ. ff. de lib. agno.
f in l. verũ. in princ. ff. pro ſoc.
g l. patronus. ff. de re iud.
h d. l. alimenta. in prin.
i d. l. alimenta & l. vlt. ff. de lib. agnoſc.
k l. ſunt qui. ff. de re iud.
l Tex. in l. ſocium qui in eod. & quod ibi Bart. ff. pro ſoc.
m l. inter eos. § j & l. cum ex cauſa ff. de re iudic.
n l. & ex hæreditate & l. ſeq. ff. eod. titu. de re iud.
o De hac dixi in rubri. ſuprà de dona. & in quibus l. j. ff. eod.
p Tex. opt. in l. ſed ſi lege §. conſuluit. de pet. hæredi.
q l. hoc iure §. labeo. & §. vltim. iuncta l. extra. de donat.
r ita loquitur l. extraneus. ff. de iure dot.

§. Compenſationes.

1 *Exceptio compenſationis minuit debitum petitum.*
2 *Verba textus, Ex eadem cauſa, quomodo accipienda.*

Compenſationes quoque oppoſitæ plerumque efficiunt, vt minus quiſque conſequatur quam ei debeatur. Nam ex bono & æquo habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem cauſa præſtare oportet, in reliquum eum, cum quo actum eſt, condemnat, ſicut iam dictum eſt.

1 Exceptio † compenſationis oppoſita à reo conuento, minuit debitum petitum, facitque vt debitor in eo tantum, quod vltra compenſationem ſupereſt, condemnetur. Verbi gratia: Si tu mihi ſis obligatus in viginti, ego tibi viciſsim in decem, non poſſum ſolidum exigere debitum, ſcilicet viginti, nam tu compenſando deduces tua decem, ſed de hoc, quia vbertim [a] ſuprà diſputauimus (quæ tamen huc referenda ſunt) hic rurſus plura dicere ſuperuacaneum fuerit.
2 Quod autem textus hic ait, † Ex eadẽ cauſa, ita accipiendum eſt, quod vterque ſit debitor quantitatis, & ſic ex eadem cauſa: ſecus ſi vnus eſſet debitor ſpeciei, alter quantitatis, quia tunc non eſt ex eadẽ cauſa, ac per conſequens compenſatio non reciperetur, vt [b] ſuprà abundè docui.

a in §. in bonæ fidei ſuprà eodem.
b d. §. in bonæ fidei.

§. Cum eo.

1 *Poſt ceſsionem modica aliquis acquirens, ſecurus eſt.*
2 *Ceſsio bonorum non liberat ab vlla obligatione.*
3 *Cedens bonis in acquiſitis poſt ceſsionem beneficium competentiæ habet.*
4 *Quibus caſibus id non procedat.*
5 *Extenſio §. Cum eo quoque.*
6 *Quando dicatur fieri ceſsio bonorum.*
7 *Cuiuis debitori regulariter bonis cedere permittitur.*
8 *Qui diffitetur debitum, caret, ceſsionis beneficio.*
9 *Quando quis dicatur agnoſcere debitum.*
10 *Occultans vel indicare recuſans bona creditoribus ceſsionis exceptionem non habet.*
11 *Obligatus ad factũ an habeat ceſsionis ius.*
12 *Cauſa finalis ceſsionis eſt impotentia ſoluendi.*
13 *Obligatus ex delicto vel quaſi, cedendo bonis non effugit pœnam.*
14 *Cedere bonis nemo poteſt vt per hoc liberetur à muneribus publicis.*
15 *Debitor tempore initi contractus ſciens ſe non eſſe ſoluendo bonis cedere nõ poteſt.*
16 *Ceſsio non habet locum in deportato vel proſcripto.*
17 *Duritiies legis xij. tabu. circa debitores.*
18 *De conſuetudine incarcerandi debitores.*
19 *De lege Petilia.*
20 *Quando locus ſit ceſsioni bonorum.*

Inducia

11 *Inducię quinquennales ſi concedantur de-
bitori, ceſsionis ius amplius non datur.*

*Cum eo quoque, qui creditoribus ſuis bo-
nis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſierit, quod i-
doneum [a] emolumentum habeat, [b] ex integro
in id, quod [c] facere poteſt, creditores [d] expe-
riuntur: inhumanum enim erat ſpoliatum
fortunis ſuis, in ſolidum damnari.*

IN hoc §. cum ſit cauda & finis hu-
ius tituli, tractatur quoque ea ma
teria, ad quam debitores omni de
ſtituti auxilio, velut ad ſacram anchoram
confugere ſolent, ſcilicet materia ceſſionis
bonorum. Eam nos explanare conabimur
dilucidè, diſcuſſo prius textus.
1 *a Emolumentum.* Nam † ſi modica
aliqua poſt ceſſionem acquireret debitor,
ſecurus eſt nec poteſt impeti, adeò vt nec
priuilegio [a] opus habeat.
b Ex integro. Id eſt, denuò, de no-
2 uo: idque ea ratione, quoniam † ceſſio bo
norum nõ liberat ab vlla obligatione, nec
ciuili, nec naturali, ſed parit [b] ſaltem ex
ceptionem. Atque ita communi interpre-
tum ſententia obtinuit, vtcunque Accur
ſius [e] alibi putauerit, ciuilem obligatio-
nem tolli, naturali remanente, & quodam
in [d] loco vtranque perimi cenſuerit.
c Facere poteſt. Et non in ſolidum.
d Experiuntur. Id eſt, in iudicio
agunt.
3 Cedens bonis, † in iis quæ poſtea ac
quirit, beneficium competentiæ habet, vt
non vltra, quàm facere poteſt, [e] condem-
netur quod, Fabro authore, ad priores de
bitores coarctandum eſt qui tempore ceſ-
4 ſionis imminebant. Nam † ſi poſtea no-
uos conflaſſet, denegaretur illi aduerſus
eos hoc [f] priuilegium, ducto argumento à
contrario. Deinde ceſſat hoc priuile-
gium in eo, qui bona ſua in fraudem ita
alienauit, vt recuperari per actionem re-
ſciſſoriam non poſſint: puta quia aliena-
tio facta ſit in hominem potentem & rixo
ſum; nam ea ſpecie ſi ad pinguiorem for-
tunam peruenerit, in ſolidum tenebitur,
5 [g] deſtituetúrque hoc auxilio. Faber † pro-
ducit hunc §. etiam ad eum, qui bellorum,
incendij, naufragij calamitate, vel id ge-
nus ſimili, bonis ſuis exutus eſt. Nam ſi
denuò aliquid acquiſierit in ſolidum, non
obligabitur; cui & ipſe ſubſcribo. Quum
enim cedenti bonis ſubueniatur, cur non
equè miſereri oporteat oppreſſis inopina-
to caſu? Vtique id & pietas & æquitas natu
6 ræ ſuadet. Fit † autẽ ceſsio bonorũ, quũ de
bitor profitetur, ſe velle cedere omnib. bo
nis & fortunis ſuis, ſiue in iudicio, ſiue ex-
tra iudiciũ, coràm, aut per nunciũ. [h] vel per
epiſtolam. Sed permiſſum ne eſt cuiuis de-
7 bitori cedere bonis? & vtique † cuilibet id
indulgetur, cuiuſcunque ſit ſexus, & ſiue fi-
liusfamiliâs, ſiue paterfamiliâs exiſtat, niſi
ſpeciatim [i] prohibeatur. Prohibentur ta-
8 men pleræque perſonæ. Primum † is, qui
nõ agnoſcit debitum, ſed illud diffitetur.
ita, vt non poſsit conſtare, num debeat cre
ditoribus, ceſsionis ius non conſequitur.
Sunt enim plérique deperditi homines, qui
malunt bonis cedere, vbi fortè nõ cogerẽ-
tur, quàm commodare creditoribus: Tunc
9 † autem quis agnoſcit debitum, quando ex-
tra iudicium vltrò fatetur, aut fideiuſſores
ſiue pignora dat, quæ tamen non ſint ſuf-
fectura creditoribus (ſic enim debitũ red-
ditur liquidum.) Idem eſt & ſi in iudicio
confiteatur ſe debere factiſque legitimis
probationibus condemnetur per ſenten-
tiam. & hic agnoſcendi modus longè eſt v-
tilior creditoribus, quia res iudicata pro ve
ritate [k] habetur. Deinde cedere prohibetur
10 his, † qui occultat bona creditoribus, vel
11 ea [l] indicare recuſat. Tertiò, ſi † quis præci-
ſe ad factum obligatus ſit puta ſcribere li-
brũ, fodere foſſam, impermiſſa eſt ceſsio,
Ob id enim per ceſsionem liberatio ali-
12 cui contingit, quia † aliàs non ſit ſoluendo
impotentia ſoluendi efficit, vt quis cedẽdo
bonis excuſetur. Verùm in eo, qui ad fa-
ctum tenetur, ceſſat huiuſcemodi impotẽ
tia, ſi modò factum explere poteſt: ergo ce
dendo non erit immunis, Bartolo [m] autho
re. eáque ſpecie ſi ad factum compellatur
ſumptus illi adminiſtrari [n] æquũ eſt quod
ſi faciendi poteſtatem non habeat, propter
impoſsibilitatem ceſsioni locus erit, vt
13 [o] Baldus prodidit. Quartò, † obſtrictus ex
maleficio, vel quaſi ex maleficio ad pœnã
pecuniariam, cedendo bonis non effugit
pœnam, ſed ſuccedit regula, qui non poteſt
ſoluere in ære, luat [p] in corpore. Ex quo col
ligit Faber, in cauſa iniuriarum condem-
natum ad pœnã pecuniariam, etiamſi bo-
nis cedere malit, quàm pœnam ſoluere, nõ
eſſe audiendum, ſed puniendum in [q] cor-
14 pore. Quintò, ſi quis † eo reſpectu conten-
deret bonis cedere, ne publicis fungeretur
muneribus, aut collectas publicas ſolue-
15 ret, id [r] Baldo teſte, facere vetatur. Sextò. † ſi
debitor tempore, quo contractum iniit,
ſciebat ſe non eſſe ſoluendo, non habebit
[r] hanc defenſionem. Idẽ eſt, ſi ſperabat be-
neficium ceſsionis, atque eo ſecurius [t] ne-
gociatus eſt, nam & is hoc ſubſidio deſti-
16 tuetur. Poſtremò † non habet locum ceſ-
ſio in deportato ſeu proſcripto, cuius om-
nia bona fiſco applicata ſunt, nã & ſi poſt-
eà reſtituatur, priſtinàque bona recupe-
ret, bonis tamen [u] cedere non poteſt. Ha-
bes paucis, quibus flebile hoc ceſsionis be-
neficium denegetur: cæterùm reliquis om-
nibus debitoribus conceſſum eſſe intelli-
gitur. Occaſio autem huius priuilegij in-
troducendi hæc fuit. Nam vt [x] Liuius etiã
1 ſcriptum reliquit, † ex lege xij. tabularum
non modò debitores, qui nõ erant ſoluẽ-
do, in temporariam ſeruitutem ſuis credi-
toribus vt nexi addicebantur, verumetiam
lege tam dura tenebãtur, vt debitoris cor-
pus inter creditores diuidi quoque liceret.
Meminit etiam [y] Quintilianus §. [z] Gellius.
Verba legis hæc ſunt Æeris confeſsi, rebúſ-
que iure iudicatis triginta dies iuſti ſunto.
Pòſt deinde manus iniectio eſto: in ius du-
cito ni

a gloſſ. eſt ſingularis in l. nepos Proculo ad ff. de verb. ſignific.
b Tex. expreſſus in l. vnica. & ibi Cyn. Bar. Bal. & alij. C. qui bonis ced. poſſ.
c Gloſſ. in l. vbicũque ff. de fideiuſſ.
d In l. hæres à debitore §. quod ſi ſtipulator.
e Hic & l. iiij. ff. de ceſſ. bon.
f l. iij. C. de bon. auct. iudic. poſſ.
g Tex. ſingularis ſecundum verum intellectum in l. vlt. & quæ ibi Bart. ff. quę in fraud. cred.
h l. vlt. ff. de ceſſ. bono. & in l. omni. C. qui bo. ced. poſſ.
i Vt hoc text. & tot. tit. ff. de ceſſio. bon. & C. qui bon. ced. poſſ.
k Vt per Bar. in l. penul. de ceſſ. bono.
l Per gl. in d. l. penult. & l. j. C. qui bono. ced. poſſ.
m In d. ſ. j. & in l. ſtipulationes non diuid. de verb. ob.
n Argu. l. ſi ſeruiſtero. ff. de op. liber.
o In d. l. j. C. hoc titu.
p l. j. §. generaliter. ff. de pœn. & l. vlt. ff. de ſit ius voc.
q Arg. l. ſi ex parte. §. quanquã. ff. quod cũ eo &c. & notant Dd. in c. Odoardus. extra de ſolu.
r In d. l. j. C. hoc titu.
ſ Tex. elegans in l. pe. ff. de iur. dot. Bart. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. ſolu. mat.
t Arg. op. in d. l. pen. ad fin. Bart. in l. j. §. j. ff. ſi quis teſt. lib. eſſ. iuſ. fue.
u Tex. ſingularis in l. ij. ff. de ſenat. quę exclamat Luc. Ro. in ſing.
x lib. 2. ab vrbe cond.
y Lib. 2. orat. inſt. c.
z Lib. 20. cap. 1. inde etiam lib. l. 16. xij. tab. in titu. 8. de re iud. & ibidem Oldendorpius.

coni iudicatum facit(hoc eſt,niſi ſoluat, vel ſatisfaciat ſententiæ iudicis.) Et paulò inferius:Tertijs autem nundinis,ſi interea pactus non ſit,capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregrè vænum ito.Et ſi plures forent,quibus reus eſſet iudicatus tertijs nundinis partes ſecando. Hæc autẽ lex ob id olim eſt introducta,vt audacia leuiorum hominum in contrahendis paſſim debitis reprimeretur, quia prædura
18 videbatur:deinde mitiori quadã ratione receptum eſt, debitores † ob æs alienum carceribus mancipari poſſe:qui in quibuſdam ciuitatibus etiam hodie habentur eo loci,qua iter eſt,vt facilius qui ſic detinentur,emendicent,donec creditoribus ſatis fiat. Quod quidem inſtitutum ſi propter ciuile debitum in eum exerceatur,qui nulla ſui culpa,ſed fortuna ſic volente non ſoluendo efficitur,ſatis crudele eſt,& neſcio an homine,ne dicam Chriſtiano, dignum.Eſt enim contra naturalem æquitatẽ carceris ſqualor,& creditor de duritia redargui[a] poteſt, cùm nihil amplius hoc pacto conſequatur, quàm vt debitorem aliàs miſerabilem amplius adfligere pergat:teeeo, quod liberi hominis corpus & corium non poſsit eſſe in obligatione, [b] nec in commercio.Sin verò in [c] decoctores illos & ventres vſurpetur, qui & aleam ludere,& largis poculis pecuniam etiam aliundè conflatam. diu noctúque prodigere pergunt,relictis domi vxore & liberis propè inedia morituris, tantum abeſt vt reprehendi poſsit,vt etiam vtiliſsimum, & perquàm neceſſarium iudicari debeat: cùm reipub. quoque interſit, ne quis re ſua[d] malè vtatur.Portò ſupraſeri
19 tam legis XII tabularum duritiem.† lex Petilia relaxauit, ſtatuens, ne quis ob æs alienum necteretur:& vt pecuniæ creditæ, bona debitoris,non corpus obnoxium eſſet. Poſtremò [e] Impp. ſunt amplexi legem Petiliam,concedentes prætetea debitoribus hoc ceſsionis beneficium,vt carceris ſitum & ſqualorem effugerent. Habet ta-
20 mẽ † hoc ceſsionis ius non aliter locum quàm ſi debitores bonis ceſſerint non quibuſdam,ſed [f] omnibus.Nec tamen per hoc liberatur quis à debito, vt & ſuprà annotatum eſt,ſed exceptionem tantùm acquirit,ne detrudatur in carcerem ídque donec pinguior fortuna arriſerit:nam tum denuò conueniri poteſt, deducto tamen, ne interim [g] egeat, Poteſt autem cedens bonis res à teſtatore prohibitas alienari, ſibi retinere, ſed non earum commoditatesitem & vſumfructum,& feuda, & emphyteuſim eccleſiaſticam. Nec intereſt creditorum,quia per hoc non grauantur vllo modo: & quamuis debitor huiuſcemodi res ſibi non retineret, nullum tamen ex his emolumentum ad creditores peruenire [h] poſſet.Hoc non eſt omittendum,quòd ſi maior creditorum pars conſentiat,in-
21 duciæ † quinquennales concedi poſsint debitoribus, vt demum hoc quinquennio finito ſatisfaciant,hoc pacto,ne bonis cedant,id quod inducijs ſemel obtentis [i] amplius non datur.

Hæc ſunt, auditores chariſsimi, quæ mihi in hunc inſignem de Actionibus titulum colligenda videbãtur.Cæterum de opera & labore meo in hunc larga manu impenſo boni conſulite, cuius mihi non modicæ mercedis loco putabitur, ſi vos profeciſſe ſenſero.Tu verò,Lector candide,ſi quid boni hæc noſtra Scholia continent,accipe,vtere,& fruere:ſin minus,autori,needum virilem ætatem ingreſſo, veniã præſta facque ſi ſcis,melius. Eſt enim cuiuſque ſcientis & ingenui hominis,in hoc & huiuſmodi operibus minus probè dicta,in melius cãdidè corrigere,& quod deeſſe cognouerit, citra inuidiam adiũgere. Etenim hoc nos vltrò & ingenuè pollicemur,quòd cuiuſque doctioris & melius ſentientis arbitrio ſtare velimus,aut cadere, quicquid in hanc rem Auditorum noſtrorum gratia corraſimus.

Ioach. Mynſingeri Dentati.I.C.ſcholiorum in tit.Inſtit.de Actionibus,finis.

a l.ſeruus ea.ff.de ſer. exportan. & gl. pulchra in d.l.j. C. qui bo.ced. poſſ.

b Iuncta l. inter ſtipul. §. ſacram. de ver. obli. & le.Testa. hic.

d §.ſed & maior. de his qui ſui vel alie. iur.

e L.j.C.de tract. & trib. libr.10. obſta alia C.de act. & obli. & §. quia vero.in nouell.vt nulli iudic. lic. ha.loc ſeruus.

f d. l.j.& l.cum & C. hoc titu.

g Vt in tex.his & l. in qui. & l. qui bonis.ff. de ceſ.bon.

h §.ſaltem ſuprà de viſu fru.Bald. in d.l.j.C. hoc noſt. titu.

i Tex. eſt in l. vlt. & ibi Dd. de hoc tract. C. qui bon ced.poſsint.

PARAPHRASIS IN TITULUM DE ACTIONIBUS.

IOANNE CRUCEO AUTHORE.

Libro Inſtitutionum quarto.

§. Superest.

SUMMARIA.

1 *Ius omne vel ad perſonas, vel ad res pertinet.*
2 *Actiones compoſitæ ex legibus.*
3 *Cneus Flauius ſcriba ſcientiã iuriſconſultorum compilauit vt lege quiſque agere poſſet. quod ſublatum eſt.*
4 *Actionis diffinitio.*

1 CUM omne ius, quo vtimur, † aut ad perſonas pertinere, vel ad res, vel ad actiones dixerimus, [a] duóque prima membra declarata ſint, reliquum eſt, vt de tertio quoque dicamus.
2 † Actiones igitur ex legibus compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent, quas ne populus, prout vellet, inſtitueret, & certas & ſolennes eſſe iuriſcon. voluerunt, & appellatur hæc pars iuris, legis actiones. Poſſet agi lege nec ne pauci quondam ſciebant, [b] faſtos enim vulgò non habebant, erant in magna potentia qui conſulebantur, à quibus etiam dies tanquam à
3 Chaldæis petebantur. † Inuentus eſt ſcriba Cneus Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & ab ipſis Iuriſcon. eorum ſcientiã compilarit. Itaque irati illi, quòd ſunt veriti, ne dierum ratione prouulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, verborũ eadem compoſuerunt, vt in omnibus rebus ipſi intereſſent. Cæterum hodie iſtę iuris formulæ aucupatione ſyllabarum inſidiantes cunctorum actibus radicitus amputatæ ſunt: neque vlli prorſus non impetratæ actionis in maiore vel minore iudicio agenti opponitur exceptio, ſi aptam rei & propoſito negotio eam eſſe conſtiterit. Verum cum omnis inſtitutio debeat à definitione proficiſci, vt intelligatur id de quo diſputetur, precium eſt operæ vt quid
4 ſit actio videamus. † Eſt igitur actio, ius in iudicio perſequẽdi, quod ſibi debitum eſt.

a §. ſi. ſupra de iure nat.

b Cicero pro Murena. l. j & ij. C. de totum. ſ b a. Cicero libr. offic.

§. Omnium autem actionum.

SUMMARIA.

1 *Actiones omnes aut in rem aut in perſonam, & quæ in rem ſint explicatio.*
2 *In perſonam actionum intellectus.*
3 *Actio eſt ex conuentione, & ex facto.*

OMnes actiones, quibus inter partes apud eos qui iudicandi arbitrandi ve poteſtatem habent, de quacunque re, ſiue corpore ſiue in-
1 corporea diſceptatur, † aut ſunt in rem aut in perſonam. In rem actiones non requirunt quenquam obnoxium eſſe obligatúmque, ſed competunt iuris, quod quis habet in re, ratione: nam ſi quis iure gentium aut iure ciuili dominium acquiſiuit, ei in rem actio competit [a], etiam vtili duntaxat domino, veluti ſi quis in perpetuum fundum fruendum cõduxerit à municipibus, & ſi dominus directus non ſit tamẽ placuit competere ei in rem actionem, [b] aduerſus quemlibet poſſeſtorem, quia ea ſemper aduerſus eum eſt, qui rem poſsidet.
2 [c] † In perſonam vero dicuntur, quia cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad faciendum aliquid vel dandum, & ſemper aduerſus eundem locum habet hæc actio: quæ aliquando ex conuentione oritur, &
3 interdum ex facto. † Ex conuentione actio competit, quoties quis, ſui lucri cauſa cum aliquo contrahit, veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & cæteris ſimilibus. Ex facto autem actio eſt, quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipſe admiſit, veluti ſi furtum vel iniuriam commiſerit vel damnum dederit.

a l. in rem. ff. de rei vi.

b l. j. ff. ſi ager. vectigal.

c l. actionum genera. ff. eod.

§. Aeque ſi agat.

SUMMARIA.

1 *Confeſſoria actio in edibus vtendi fruendi vel eundi, agendi per fundum alienum.*
2 *Negatoria actio qui negat ius vtendi fruendi &c.*
3 *Actiones negatoriæ & confeſſoriæ non receptæ in rerum corporearum iudiciis.*
4 *Actor magis eſt qui ad iudicium prouocauit.*

SImili ratione dicẽdũ de re incorporea, nam de ſeruitutibus actio competit nobis tam confeſſoria,
1 quàm negatoria. † Confeſſoria ei qui ſibi competere contendit ius ſibi eſſe in fundo, vel ædibus vtendi fruendi, vel eundi agendi per fundum alienum, vel ex eo aquæ ducendæ. Similiter dicas de prædiis vrbanis, puta ſi quis agat ius ſibi cõpetere ſuæ domus altius eleuandæ, proſpiciendi atque proiiciendi aliquid vel tignũ immittendi in parietem vicinum. Hæc autẽ in rem actio confeſſoria nulli alij quàm domino ſuadi competit. Seruitutem enim nemo

nemo alius vendicare poteſt, quam is qui
dominium in fundo vicino habet, cui ſer-
a uiturem dicit deberi[a].†Negatoria compe-
a l.ij. ff ſi ſeru. vendi.
tit ei qui negat, veluti ſi quis aduerſæ parti
ius non eſſe contendat vtendi fruendi, eun
di agendi, aquæ ducendæ, altius extollēdæ
domus, proſpiciendi, proiiciendi vel immit-
3 tendi: †Quæ duo actionum genera in rerū
corporearū iudiciis minimè recepta ſunt,
nā in his ſeruitutibus poſſeſſor idem iuris
eſt & petitor, & ſi forte non habeam ædifi-
catum altius in meo, aduerſarius meus poſ-
ſeſſor eſt, & ædificare me volentem pro-
hibere poteſt, & ciuili actione & interdicto
quod vi aut clam. Sed ſi eius patiētia ædifi-
cauero, ego poſſeſſor ero effectus[b]. In cor-
b l.& ſi forte.§.ſciendū ff ſi ſerui. vēdi.
poralibus vero actor nō poſſidet, nec cui-
quā poſſeſſori cōpetit actio, qua poſsit in-
ficiari rē actorē pertinere. Sanè vna ſpecie
poſſeſſor nihilominus actoris fungitur par
tibus, nā in iudiciis familiæ erciſcūdæ, com
muni diuidūdo, & finiū regūdorū quæreba
tur quis actor intelligeretur, quia par cauſa
4 omniū videtur: †ſed placuit Caio eū magis
c l.in tribus ff.de iudi.
eſſe actorem, qui ad iudiciū prouocaſſet[c].

§·Sed iſtæ.

SVMMARIA.

1 *Actionum diuiſio*
2 *Actio publiciana.*
3 *In rem Prætoria competit interdum actori.*

SEd actiones, quarū mētio habita
1 eſt, †ciuiles ſunt, & cetere id gen[a],
quæ ex ciuili iure proficiſcuntur,
quædam etiam prætoriæ dicuntur (exque
tam in rem, quàm in perſonam) quæ à præ
toris iuriſdictione comparatæ ſunt, eas e-
tiam exemplis clarioribus (id quod de ci-
uilibus à nobis factum eſt) exponamus. Si
enim aliquid traditum ſit ex iuſta cauſa à
non domino, & nondum vſucaptum pe-
tat, prætor iudicium dat, meritò dat re
nondum vſucapta, nam ſi vſucapta eſſet,
habet ciuilem actionem, nec deſiderat ho-
a l.j. ff. de publi.
2 norariam[a]. † Aliquando tamen quibuſ-
dam nec ex iuſtis poſſeſsionibus compe-
tit publiciana actio, namque pignora-
titiæ & precariæ poſſeſsiones iuſtæ ſunt,
ſed ex his non ſolet competere talis actio,
illa ſcilicet ratione, quia neque creditor,
neque is qui præcario rogauit eo animo
nanciſcitur poſſeſsionem, vt credat ſe do-
b l.quæcunque.§.interdum. ff. de publi.
3 minum eſſe[b]. †Plerūque igitur in rem præ-
toria competit actori, vt intendat ſe rem a-
liquam vſucepiſſe, quam minime vſucepit,
vel contrà, vt is ad quem rei poſſeſsio reuer
ſa eſt, dicat aduerſam partem non eam vſu
cepiſſe, quam vſucepit.

§·Namque ſi cui.

SVMMARIA.

1 *Actionis Publicianæ intellectus.*
2 *Partes iuris quædam enumeratæ, quibus quis dominium nanciſcitur.*
3 *Publiciana datur etiam ſi res ſit adiudicata.*

NAmque ſi ex iuſto emptionis titu
lo alicui à nō domino res tradita
ſit, nec eius ſola traditione domi-
nus effici potuerit, ſi caſu aliquem perdiderit
poſſeſsionem, nullam habet ciuilem actio-
nem, qua quis ſuum dominium vendica-
re ſolet. Cæterum quoniam ea ſpecie ini-
quum erat actionem non comparari,
1 †prodita eſt, à Publicio prætore actio, qua
quis intendit aliquid ſe vſucepiſſe, quod
vſu minimè cepit à cuius poſſeſsione ce-
cidit, quam ex iuſta cauſa nactus fuerat.
2 †Multę enim ſunt iuris partes & cauſę qui
bus dominium quis nanciſcitur[a], puta
a l.j.§ ſed cur. cum ll. ſequen. ff. de publi.
legatum, & donationes cauſa mortis fa-
ctæ, quam amiſſa poſſeſsione competit pu-
bliciana, quia ad exemplum legatorum ac-
cipiuntur: vel ſi cui dotis nomine tradita
res eſt: item ſi res ex cauſa iudicati, vel ſol-
uendi cauſa tradita ſit, vel ex cauſa noxæ
deditionis: item ſi ſeruum ex cauſa noxali,
quia à domino nō defendebatur, iuſſu præ
toris duxero, & amiſero poſſeſsionē, com-
3 petit publiciana †. Sed & ſi res adiudicata
ſit, etiam publiciana competit. Si obtulerit
reus æſtimationem litis, competere publi-
cianam Iulianus lib. XXII. digeſtorū ait:
lis enim æſtimata venditioni ſimilis eſt.
Marcellus etiam eum, qui à furioſo, igno-
rans eum, furere, acquiſiuit poſſe vſuca-
pere reſpondit, ergo publicianam habebit
Si petenti tibi rem iuſiurandum detulerit
Titius, túque iuraueris tuam eſſe, competit
tibi publiciana, ſed aduerſus Titium dun-
taxat ei enim ſoli nocere debet iuſiuran-
dum qui detulit.

§·Rurſus.

SVMMARIA.

1 *Poſsidens animo rem, poteſt vſucaptam intra annum vendicare.*
2 *Reſtituitur abſens pro ciuitate licet Reip. cauſa non abſit.*

ITem contrà, ſi quis Reipub.
cauſa abſens vel apud hoſtes
præſentis rē, aut quia eam ſecū
1 detulerit †, aut domi animo
poſsidendi reliquerit[a] per filium vel ſer-
a l.etiam.§. qui ad nundinas. ff de acq.hæred.
uum vſuceperit, cōceditur domino rei (ſi ia
qui poſsidet deſiit abeſſe) intra vtilem an-
num vſu tamen captione reſciſſa vēdicare.
Quod etiam à prætore permiſſum eſt qui-
buſdam aliis, ſiqua alia cauſa videbitur[b],
b l. ſed etſi §.quoties ed duab. ll. ſeq. ff ex quib.cau maio.
quæ clauſula edicto inſerta neceſſaria eſt:
multi enim caſus enumerari poterunt, qui
deferent reſtitutionis auxilium, vt quoties
æquitas reſtitutionem ſuggerit, ad hanc
2 clauſulam deſcendēdum eſt. †vt puta quis
pro ciuitate legatione functus eſt, æquiſsi-

mum eſt enim eum reſtitui, licet Reip. cau
ſa non abſit. Idem putat Vlpianus, & ſi te-
ſtimonij cauſa ſit euocatus ex qualibet pro
prouincia, vel in vrbem vel ad principem.
Sed & his qui cognitionis gratia, vel ap-
pellationis peregrenati ſunt, ſimiliter ſub-
ueniendum eſt. Et generaliter quotieſcun-
que quis ex neceſsitate, non ex voluntate
abfuit, dici oportet & ſubueniẽdum. Nec-
non & ſi quis ex cauſa probabili abſuerit,
puta ſtudiorum cauſa forte procuratore
ſuo defuncto ne capiatur per iuſtiſsimam
abſentiæ cauſam.

§. Item ſi quis.

SVMMARIA.

1 *Res alienata in fraudem creditorum licet creditoribus repetere, ac ſi debitores eſſet cum fructibus.*
2 *Verbum rei.*
3 *Fraudationis geſta.*

PRæthereà ſi debitor vt creditores
ſuos fraudaret, rem ſuam aliena-
uerit, bonis, quæ ſuperſunt, ex præ
ſidis decreto à creditoribus poſ-
1 ſeſsis, † ipſis conceditur, infirmata aliena-
tione intra vtilem annum eam petere, hoc
eſt, intendere alienatam non eſſe, ob quo
eam cauſam debitoris ſemper fuiſſe. Per
hanc actionem res reſtitui debet cum ſua
ſcilicet cauſa, & fructus non tantum qui
percepti ſunt, verumetiam hi qui percipi
potuerunt à fraudatore veniunt, ſed cum
aliquo modo, ſcilicet vt ſumptus facti de-
ducantur, nam arbitrio iudicis non prius
cogendus eſt rem reſtituere, quàm ſit im-
2 penſas neceſſarias cõſequatur [a]. † Verbum
rei continet in ſe omnem omnino in frau-
dem factam alienationem, vel quemcunque
contractum, ſiue rem alienauerit, ſiue debi
torem acceptilatione vel pacto liberaue-
rit. Idem erit probandum, & ſi pignora li-
berauerit, vel aliũ quem in fraudem credi-
3 torum propoſuerit. † Geſta fraudationis
cauſa accipere debemus non ſolum ea, quæ
contrahens geſſerit aliquis, verumetiam, ſi
forte data opera ad iudicium non adfuerit,
vel litem mori paſſus ſit, vel à debitore ſuo
non petierit, vt tempore liberaretur. Et o-
mnino qui aliquid fecit, vt deſinat habere,
quod habet, ad hanc actionem pertinet [b].

a l. ait prætor. §. per hanc. ff. quæ in fraud.

b l. vel ei. ff. quæ in fraud.

§. Item Seruiana.

SVMMARIA.

1 *Seruianæ actionis origo ex pignore.*
2 *Pignoris & hypothecæ differentia & vtriuſque etymologia.*

PОrrò de pignore iure honorario
1 † naſcitur actio quæ Seruiana, &
quaſi Seruiana dicitur. Competit
Seruiana agere volenti de coloni aut in-
quilini rebus, quas inuectas & illatas Pom
ponius libro X L. variarum lectionum o-
bligatas eſſe ſcribit, [a] non ſolum pro pen-
ſione, ſed & ſi deteriorem habitationem fe
cerint culpa ſua. Quaſi Seruiana: quæ etiã
hypothecaria vocatur, prodita eſt credito-
ribus pignora ſua hypothecáſve volẽtibus
2 perſequi †. Inter pignus & hypothecã, quan
tum ad actionem hypothecariã pertinet,
tantum nominis ſonus differt [b]. De qua
enim re inter aliquos conuentum fuerit, vt
obligetur pro debito, vtraque nomine hy-
pothæcariæ actionis comprehenditur, qua
creditor experiri poterit aduerſus quemli-
bet poſſeſſorem. Sed in hoc differũt, quod
pignus propriè rei mobilis conſtituatur,
quod etiã à pugno appellatum eſt, quia res
quæ pignori datur, manu traduntur [c]. Ger-
manè etiam pignus dicimus, quod ad cre-
ditorem tranſit, hypothecam autem, cum
non tranſit poſſeſſio ad creditorem [d]. nam
ea res quæ nulla ſecuta traditione, ſolo pa-
cto tenetur, germano hypothecæ nomine
dicitur comprehendi.

a l. 3. ff. in quib. cau. pi.

b l. res hypothecæ. ff. de pigno.

c l. plebs. ff. de verb. ſig.

d l. ſi rem ff. de pigno. act.

§. In perſonam.

SVMMARIA.

1 *Actio de conſtituta pecunia in quibus conſiſtit.*

OPeræpreciũ eſt, vt etiam actio-
num in perſonam, quas prætor
ex ſua iuriſdictione propoſuit,
exempla ſubiiciamus veluti de
conſtituta pecunia. Ait prætor [a]. Qui
pecuniam debitam conſtituerit, ſi appa-
reat eum, qui conſtituit neque ſoluiſſe, ne-
que feciſſe, neque per actorem ſteterit quò
minus fieret, quod conſtitutum eſt, ſoluere
cogã. Huic ſimilis eſſe actio receptitia vi-
debatur, quæ tamen ſolennibus verbis com
poſita inuſitato receſſit veſtigio, & neceſ-
ſariũ nobis viſum eſt magis pecuniæ cõſti-
1 tutæ actionis naturam ampliare. † Cum igi
tur actio de conſtituta pecunia in his tan-
tummodo a veteribus concluſa eſt caſibus
quæ vt exigeret res quæ in põdere, numero
mẽſuráve ſunt, in aliis autem rebus nullam
haberet communionem, noſtra conſtitu-
tione [b] diffiniuimus, vt liceat omnibus ſpe
ciebus cõſtituere non ſolum res, quæ pon-
dere, numero, menſuráve ſunt, ſed etiam
alias omnes ſiue mobiles, ſiue immobiles,
ſiue ſe mouẽtes, ſiue inſtrumenta, vel alias
quaſcunque res, quæ in ſtipulationem de-
duci poſſunt. Item de ſeruorum peculio
filiorúmque familias prætor propoſitam
habet actionem, Ait prætor [c]. Quod cum
eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium
geſtum erit, actionem de peculio in domi-
num patrémve dabo, Item proponit actio-
nem, ex qua quæritur, an actor iuſiurãdum
præſtiterit. Itẽ propoſuit quam plures alias
actiones. de ſingulis videamus.

a l. 1. §. ait prætor ita. l. ſi duo. ff. de conſt. pec.

b l. receptitia. C. de conſtitut. pecunia.

c l. 1. ff. de pecu.

De conſtituta

§. De conſtituta.

SVMMARIA.

1 *Debitum ex quacunque cauſa poteſt conſtitui.*

DE conſtituta pecunia actione
experitur qui aduerſus eumqui
pro ſe, vel pro alio ſoluturum
ſe conſtituit, idque ſi fiat citra
vllam ſtipulationem, alioqui ſi ſtipulatio
interuenerit, actione ex ſtipulatu tenebitur
quæ ciuilis eſt, non prætoria, nam iure ciui
1 li introducta eſt. †Debitum autem ex qua-
cunque cauſa poteſt conſtitui id eſt, ex quo
cunque contractu, & ſi ex cauſa exceptio-
nis quis precium debeat, vel ex cauſa dotis
vel ex cauſa tutelæ. Debitum autem vel
natura ſatis eſt [a], ſi quis autem conſtituerit,
quod iure ciuili tantum debeat, an conſti-
tuendo teneatur quæritur, & eſt verum (vt
Pomponius ſcribit [b]) eum non teneri.

a l. j. §. debitum. ff. de conſti. pecu.

b l. quod ſi. ff. de conſti. pecu.

§. Actiones autem de peculio.

SVMMARIA.

1 *Pater non obligatur ex perſona filij, nec dominus ex ſerui.*
2 *Peculium eſt veluti ſeruorum filiorúmque familias patrimonium.*
3 *In peculio res mobiles & ſoli ſunt.*
4 *Actio de peculio aduerſus ſeruum.*

DE ſeruorū autem filiorúmque fa-
milias peculio actiones ideo à
prætore aduerſus dominum pa-
trémve comparatæ ſunt, quia
quamuis ex eorum conuentionibus ciuili
iure minime obligentur, quod non patitur
1 alterū ex alterius perſona teneri, † & ob id
patrem ex perſona filij non obligari, neque
dominum ex ſerui, qui quod ad ius ciuile
attinet, pro nullo habetur, non tamen &
iure naturali, quia quod ad ius naturale
attinet, omnes homines æquales ſunt [a]. Sed
prætor æquitatem ſecutus, peculio tenus
dominum patrémque familias condemna
2 ri voluit, †nam peculium veluti ſeruorum
filiorúmque familias patrimonium eſt,
quod (vt ſcribit Florentinus) ex eo conſi-
ſtit, quod parſimonia ſua quiſque parauit
vel officio meruit, à quolibet ſibi donati,
idque velut proprium patrimonium ſer-
uum ſuum habere quis voluerit [b]. † In pe-
3 culio res eſſe poſſunt omnes & mobiles &
ſoli [c]. Peculio igitur tenus ex contractibus
ſerui filiíque familias, dominus patérve
tenebitur. Quin immo interdū non ſolum
peculio tenus, verumetiā de dolo actione.
Si filiofamilias dos data ſit, an pater dun-
taxat de peculio actione cōueniretur, quæ-
rebatur. Vlpianus arbitratus eſt [d], non ſolū
de peculio conueniri, ſed & ſi quid præter-
eà dolo malo patris capta fraudatáque eſt

a l. quod attinet. ff. de reg. iur.

b d. l. peculium. ff. de peculio.

c l. quam Tuberonis. §. in peculio ff de pecu.

d l. in bonæ fidei. ff. de pecu.

mulier cōpetere actionē: nam ſi habeat res,
nec reſtituere ſit paratus, æquum eſt eum,
4 quanti ea res eſt, condemnari †. Itē ſi ſeruo
res pignori data ſit, non ſolum de peculio
competit actio, verū hanc quoque habeat
actionē, & ſi quid dolo malo domini ca-
ptus fraudatúſque eſt actor. Videtur autem
dolo malo facere dominus, qui cū haberet
reſtituendi facultatē, non vult reſtituere.

§. Item ſi quis poſtulante.

SVMMARIA.

1 *Iuſiurandum nemine deferente non prodeſt quicquam.*
2 *Periurij nulla quæſtio.*

1 ITem ſi quis iurauerit, † nemine
ei iuſiurandum deferente, prætor
id iuſiurādum nō tuetur, ſibi enim
iurauit. Alioqui facilimè quiſque ad iuſiu-
randum decurrens nemine deferente, one-
ribus actionum ſe liberaret [a]. Sed ſi iura-
mento delato iurauerit, reus quidem acqui
rit exceptionem ſibi aliíſque actor vero a-
ctionē acquirit, in qua hoc ſolū quæritur,
2 an iurauerit dari ſibi oportere [b]: † nec per-
iurij refertur quæſtio, nec de dolo actio
cōpetet, nam vt Pōponius, ait per iuſiuran
dū tranſactū videtur [c], quod & Marcellus
libro VIII. digeſtorū probat, ſtari enim re-
ligioni debet, ſufficit (inquit Paul⁹) periurij
pœna Niſi fortè aliquis legatū, vt pote ſibi
relictū petierit, & teſtamenti fortè tabulis
nō apparentibus pro eo iuſiurandum ei ab
hærede delatū fuerit, iſque præſtiterit, aſſe-
rēs legatū ſibi relictū eſſe, idque tādē cōſecu
tus fuerit, poſteà autem apparuerit nihil ei
penitus fuiſſe relictū; nam ea ſpecie nobis
viſum eſt [d], reperi ab eo legatū, nullúmque
ex huiuſmodi periurio lucrū ei obuenire.

a l. iij. ff. de iureiur.

b l. nā poſtea. §. iureiurando. ff. de iureiur.

c l. quod ſi deferente ff. de do.

d l. ſi. C. de reb. credit.

§. Pœnales.

SVMMARIA.

1 *Actione non ſolùm tenetur pœnali qui corrumpit prætoris album, ſed & edicto qui tollit.*
2 *Agens per alium per ſeipſum facit.*
3 *Libertus ſine venia in ius patronum vocans tenetur actione pœnali.*
4 *Parentes vſque ad tritauum appellantur. quos ſine venia in ius vocare non licet.*
5 *Actio in eos qui vi eximunt pœnalis.*

ACtiones etiā pœnales ex prætoris
iuriſdictione multæ comparatæ
1 ſunt, † veluti ſi quis id quod iuriſ-
dictionis cauſa in albo vel in charta, vel in
aliena materia propoſitum eſt, dolo malo
corruperit, dat prætor in eū quingētorū au
reorū iudiciū. Doli mali autē ideo in verbis
edicti fit mentio, quia ſi per imperitiā, vel
ruſticitatem, vel ab ipſo prætore iuſſus, vel

caſu aliquis fecerit, nnn teneatur. Edicto
etiam tenetur & qui tollit, quàmuis non
cnrrupetit. Item & qui ſuis maoibus fecit,
a & qui alij mandauit.†Sed & ſi alius ſine dn
lo malo fecit, alius dnln malo mandauit,
qui mãdauit tenebitur:ſi vterque doln ma-
lo fecerit, ambo tenebuntur. nam & ſi plu-
res fecerint, vel corruperint, vel mandaue-
rint, omnes tenebuntur. adeo quidẽ, vt nõ
ſufficiat vnum qnidẽ eorum pœnam lue-
3 re[a].†Item ſi ſine venia libertus patronum
in ius vncauerit, quinquaginta aureorum
ex edicto prætnris iudicinm in eum datur
vel à præfecto vrbis quaſi inofficioſus ca-
ſtigatur, ſi innpia dignoſcitur labnrare[b].
Præterea actionem pœnalem prætnr in-
trnduxit in eum, qui ſine venia parentem
in ius vocaſſet. Parentem vtrinſque ſexus
4 accipe. Sed an in infinitum quæritur, †qui
dem parentes vſque ad tritauum appellari
aiunt, ſuperiores maiores dici veteres exi-
ſtimaſſe Pnmponius refert: ſed Caſsius o-
mnes in infinitum parentes dicit[c]. Item
prætor pœnalem cnmparauit actionem in
5 eum†, qni vi exemerit illum, qui vocatus
eſſet in ius, vt eum enim actin datur, qua
id nnn cnntinetur, quod in veritate eſt. ſed
quanti ea res eſt ab actore æſtimata, de qua
cnntrouerſia eſt. & ſi plures deliquerint, in
ſingulos, eñpetit, & nihilominus qui exem
ptus eſt nbligatus remanet.[d]

a l. ſi quis. cum l. ſeq. ff. de iuriſd. omnium iu di.
b l. in eum. cum. l. ſeq. ff. de in ius vocan.
c l. quiſque. ff. de in ius vocan.
d l. ſi per a- lium. ff. ne quis eum.

ſ. Præiudiciales.

SVMMARIA.

1 *Actiones præiudiciales ad libertos & ad partum agnoſcendum ſe extendunt.*

SVnt & aliæ, quæ præiudiciales di-
cuntur, qualis eſt. qua quæritur an
aliquis liber ſit: nam ſi quis ex ſer-
uitute in libertatem proclamat, petitor
eſt: ſi vero ex libertate in ſeruitutem pe-
tatur, is actnris partib⁹ fungitur, qui ſuum
ſeruum intendit. Cum ergn de hac re du-
bium eſt, vt poſsit iudicium nrdinem ac-
cipere, hnc antè apud iudice, qui de liber-
1 tate cogniturus eſt, diſceptatur, † vtrum
ex libertate in ſeruitutem, an ex ſeruitute
in libertatem agatur.[a] Item ea actin, qua
quæritur, an aliquis libertus ſit, præiudicia
lis eſt. Quoties enim, an quis libertus ſit,
cnntenditur, reddi pręiudicium Vlpianus
ſcribit.[b] Item de partu agnnſcendn pręiu-
dicialis eſt, namque ſi parens filium neget,
vel contrà, ſummatim eum, apud quem a-
gitur, oportet ſuper hoc cognoſcere: & ſi
apparuerit parentem aut filium eſſe, tunc
ali iubebit: qund ſi nnn cnnſtiterit, alimẽ-
ta non decernantur[c]. Et ſi alimenta decre-
uerit iudex, quærendum ſi filius ſit an non,
non enim cauſa alimẽtorum præiudicium
facit veritati[d]. Ex his tribus actinoibus
vna ciuilis eſt, qua queritur, an quis liber
ſit, cæteras autem prætnr ex ſua iuriſdictio-
ne comparauit.

a l. liberſo. §. ſi quis. ff. de libe. cauſ.
b l. quoties. ff. ſi liber. in ge eſſe dica.
c l. ſi quis. §. vel parẽs. ff. de libe. agnoſc.
d l. iudex ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

ſ. Sic itaque

SVMMARIA.

1 *Dare, dominium rei transferre eſt,*
2 *Proprium quod eſt, amplius noſtrum fieri non poteſt.*
3 *Fures non effugiunt infamiæ notam.*
4 *Quot actiones dantur illi cui furtum factum eſt.*

SIc itaque diuiſis actinnibus, certi
iuris eſt, neminem poſſe rem ſuam
ita petere ab alio, ſi apparet eum
dare nportere: quia quod actoris eſt, ei da-
1 ri minimè oportet, †nam dare, dnminium
rei transferre eſt: neque enim res qne Ti-
tij eſt, magis eius eſſe poteſt, ne amplius qui
dem quam ſemel, ſæpius autem deberi po-
teſt[a]: nam ſi rem legatarij quis legauerit, di-
2 ximus[b] inutile eſſe legatũ.† quia quod pro
prium eſt ipſius, amplius eius fieri nnn po-
teſt. Ea de cauſa Vlpianus neminem rem
ſuam vtiliter ſtipulari reſpõdit[c], quod ve-
rum eſt, ſi pura ſit ſtipulatio: nam ſi rem
ſuam ſub conditinne quis ſtipuletur, Pnm
pnnin placuit[d] vtilem ſtipulationem vide-
ri, ſi cnnditinnis exiſtentis tempore res nõ
3 ſit ſtipulantis. †Planè cum fures re ipſa &
npinione hominum nõ effugiant infamiæ
nntam, furtiua conuenti condictione, qua
etiam tenentur ſi res deſierit eſſe in rebus
humanis, ſemper enim moram facere vi-
deotur[e], in odium eorum, vt plurium a-
ctinoum mole grauentur, cnnſtitutum eſt,
vt ab ipſis extra dupli aut quadrupli pœ-
nam actor ita rem ſuam petat, ſi apparet,
eos dare oportere, licet aduerſus eos pro-
dita ſit actio, in rem qua actor ab eis rem
ſuam vendicati poſsit. † Is itaque cui fur-
4 tum factum eſt, habet actinnem furti, con
dictinnem, vendicationem, & ad exhiben-
dum actionem[f]

a l. & in eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iu di.
b §. ſed ſi rem. ſupra de lega.
c l. nemo. ff. de ver. obli.
d l. ſi rem meam. ff. de verb. oblig.
e l. in re. ff. de condict.
f l. ſi pro fure. §. ſi fur ff. de condi. furt.

ſ. Appellamus.

SVMMARIA.

1 *Vendicationes in rem, condictiones in perſonam.*
2 *Condicere verbum antiquum quid.*

1 ACtinnes in rem nominamus †ven
dicatinnes in perſonã autem, qui-
bus cum aliqun agimus, qui tene-
tur nobis ad faciendum aliquid vel dandũ
cnndictiones: nam cum hatum interpre-
tandarum, ſcientia apud collegium ponti-
ficum eſſet, à quibus hæc fiebat denuncia-
tio, effectum eſt, vt ea appellatinne voca-
2 rentur: † antiqun enim ſermone condicere
denunciare eſt. Cæterum cum hodie iſtæ
iuris fnrmulæ, quibus hæc fiebat denuncia
tio ſublatæ ſint[a], abuſiuè dicuntur cnndi-
ctinnes, in perſnnã actinnes, nnmina enim
conuenientia rebus eſſe debent[b].

a l. j. & 1. C. de formu. ſubla.
b §. eſt & aliud. ſuprà de dona.

Sequens

§. Seq uens.

SVMMARIA.

1 *Rem qui perſequitur, competit actio in rem.*
2 *Actionum enumeratio quæ ex cõuentione oriuntur in perſonam.*
3 *Redhibitoria duplicem habet condemnationem.*
4 *Deponens rem coactus neceßitate, in eum creſcit perfidiæ crimen.*

SVbſequitur alia actionum diui-
ſio, quòd quædam dicuntur,
quibus rem perſequimur, quæ-
dam quibus pœnam, & quędam
quibus rem ſimul & pœnam.
1 † Quibus rem perſequimur ſunt omnes
in rem actiones. Item in perſonam (quæ ex
2 conuentione oriuntur) ferè omnes, † veluti
actiones quibus mutuum perſequimur, aut
rem in ſtipulationem deductam, commo-
dati, depoſiti, mãdati pro ſocio, ex empto,
vendito, locato, conducto, & cæteræ ſimi-
3 les. † Ferè omnes dicimus propter redhi-
bitoriam, quæ duplicem habet condemna-
tionem, [a] aliquãdo enim in duplum, inter-
dum in ſimplum venditor condemnatur:
nam eum ſi neque precium, neque acceſ-
ſionem ſoluat, neque eum, qui eo nomine
obligatus erit, liberet, in duplum precij &
acceſsionis Caius condemnari iubet. ſi ve-
rò reddere velit precium & acceſsionem,
vel eum, qui eo nomine obligatus eſt, libe-
ret, in ſimplum. Planè ſi actione depoſiti
quis agat de re quæ tumultus, incendij rui-
næ, naufragij cauſa depoſita eſt, in depoſi-
tarium in duplum, in hæredem eius, quod
dolo malo eius factũ eſſe dicitur, qui mor-
tuus eſt, in ſimplum, quod ipſius, in duplũ
actio datur: idque non immeritò, nam hæ
cauſæ comprehendunt fortuitam depoſi-
tionis cauſam ex neceſsitate venientem, nõ
ex volũtate. Eum autem harum cauſarum
gratia deponere accipe, qui nullam depo
nendi cauſam aliam habet, quàm enume-
ratorum caſuum imminens periculum:
quippe qui volens deponit, nec redditur
id quod depoſitum eſt, ſimplo contentus
4 eſſe debet: † cum verò neceſsitate coactus
deponit, creſcit perfidiæ crimen, & publi-
ca vtilitate coërcendũ eſt: eſt enim inutile
in huiuſmodi cauſis fidem frangere, [b] in
quibus erit actio mixta, qua rem ſimul &
pœnam actor perſequitur.

a l. redhibi toria. ff. de ædili. edict.

b l. j. §. j. & §. m... ff. depo.

§. Ex maleficiis.

SVMMARIA.

1 *Ex maleficio actiones pœnam & rem, & pœnam interdum ſolam perſequuntur.*
2 *Furti manifeſti & non manifeſti pœna.*
3 *Vi bonorum raptorum actio mixta.*
4 *Damni iniuria dati actio per l. Aquiliam introducta.*
5 *Iniuria occidere quid.*
6 *Pœnalis actio legis Aquiliæ.*
7 *Quod metus cauſa actio in quadruplum, interdum in ſimplum.*
8 *Condictio ex lege, & finium regundorum actio.*
9 *Actio in eum qui legata aut fideicommißa distulit.*

EX facto autem ſiue maleficio com
parãtur actiones, quoties ex eo o-
bligatur quis, quod ipſe admiſit:
1 quarum quædam ſunt, † quibus pœnam tã
tum perſequimur, quædã verò quibus pœ-
nam ſimul & rem, ea de re miſtam habent
cauſam. Pœnę tantum perſequendæ cauſa
furti actio comparata eſt, ſiue enim expe-
2 ritur quis furti manifeſti actione, † pœna
eſt quadrupli, ſiue non manifeſti, pœna eſt
dupli, in quam actionem nihil præter pœ-
nam venit, nã rem ipſam alia actione per-
ſequimur, ſcilicet vendicatione, quæ eo no
mine comparata eſt, ſiue aduerſus furem,
ſiue aduerſus alium quemlibet poſſeſſorem
in cuius furis odium effectum eſt, vt etiam
in eum competat condictio, hæredem ve e-
3 ius, licet non poſsideat. [a] † Bonorum vi ra-
ptorum actio etiam mixtam cauſam ha-
bet: nam in rei perſecutione tripli pœna
continetur, quadruplum non totum pœ-
nam eſſe diximus, [b] ſed in quadruplo ineſſe
rei perſecutionem, vt pœna tripli ſit, ſiue
comprehendatur raptor in ipſo delicto, ſi-
ne non: ridiculum enim eſt, leuioris condi
tionis eum eſſe qui vi rapit, quàm qui clã
amouet. Sed & prodita eſt actio de damno
iniuria dato, quæ etiam mixta eſt, non tan-
tum ſi aduerſus negantem quis experiatur,
in duplum, ſed & aliquando in ſimplum:
4 nam conſtituimus [c] † damni iniuria dati a-
ctionem conſtitui per legem Aquiliam, e-
iúſque primo capite cautũ fuiſſe, vt ſi quis
alienum hominem, alienámve quadrupe-
dem, quæ pecudum numero ſit, iniuria oc-
ciderit, quãti ea res in eo anno plurimi fue
5 rit, tantũ domino dare damnetur. † Iniuria
autem occidere intelligitur, qui nullo iure
occidit. Itaque qui latronem inſidiatorem
occiderit, non tenetur vtique, ſi aliter peri
culum effugere non potuerit. Si quis igitur
hominem tuum qui hodie claudus, aut mã
cus, aut luſcus erit, occiderit, qui in eo an-
no integer aut precioſus fuerit, non tanti
teneatur, quanti hodie erit, ſed quanti in eo
anno plurimi fuerit. Qua ratione credi-
6 tum eſt, † pœnalem eſſe hanc legis Aquiliæ
actionem, quia non ſolum tanti quiſque
obligatur, quantum damni dederit, ſed ali-
7 quando longe pluris. † Item quod metus
cauſa actio intra annum mixta eſt, nam ſi
quis non reſtituat, in quadruplum aduer-
ſus eum actio competit, quadruplicabitur
autem omne quodcũque reſtitui oportuit,

a § fin. ſupra de obl. quæ ex delict.

b §. j. ſupra de vi bono. rapt.

c §. j. ſupra de le. aquil.

ſatis enim clementer cum reo prætor egit,
vt daret ei reſtituendi facultatem, ſi vult
pœnam euitare. Poſt annum verò in ſim-
8 plum competit.[d] † Præterea aliquando cō-
dictione ex lege rem ſimul & pœnam per-
ſequimur, namq; ſi quis rei alienæ apud ſe
conſtitutæ poſſeſsionem inuaſerit, non ſo-
lum eam reddere debet, verumetiam æſti-
mationem eius reſtituere compellitur.[e] Itē
ſi apparuerit eum qui finium regundorum
actione expertus eſt, aut rem alienam v-
ſurpare voluiſſe, quàm aliquid ſententia
decideretur, non ſolùm quod malè pete-
bat, ſed tantum agri modum, quantum te-
9 merariè ademit, amittet.[f] † Mixta inſuper
actio eſt aduerſus eum, qui legata aut fidei-
commiſſa ſacroſanctis eccleſiis, vel aliis ve-
nerabilibus locis relicta ſoluere fraudulēter
& ſine iuſta cauſa vſque ad ſuſceptū iudi-
cium diſtulerit, ea enim ſpecie non ſolum
legatum, vel fideicōmiſſum dare cogitur,
verumetiam tantū pœnæ nomine, & ob id
dupli erit condemnatio. tantus enim eſt
huiuſmodi relictorū fauor, vt etiam ſi in-
debita ſoluantur, non repetantur.[g]

d l. ſi cum exceptione. §. 1 & ſequ. ff. de eo q. met. cau.

e l. ſi quis. C. vnde vi.

f l. ſi conſtiterit. C. fin. regun.

g §. ſi. ſupra de obli. quæ ex quaſi con.

§. Quædam actiones.

SVMMARIA.

1 *Perſonales actiones mixtæ veluti familiæ erciſcundæ.*
2 *Actio communi diuidundo mixta.*
3 *Finium regundorum actio mixta.*
4 *Menſores mittere ad iudicem pertinet.*

QVædam actiones ſunt tam in rē,
quàm in perſonam, & ob id mi-
xtam cauſam habere dicuntur,
nam conſtant ex duobus, id eſt,
1 ex rebus atque præſtationibus, † quæ ſunt
perſonales actiones,[a] cuiuſmodi eſt familiæ
erciſcundæ actio, quæ competit hæredibus
de hæreditate diuidenda Hæc actio ortum
habet ex lege xij. tabu. neceſſarium enim vi
debatur hæredibus à communione reſilire
volentibus aliquam actionem comparari,
qua inter eos res hæreditariæ diſtribueren-
tur,[b] nam per hanc actionem hæreditas di-
uiditur ſiue ſit teſtamentaria, ſiue legitima.
Et generaliter eorū duntaxat diuidi hære-
ditas poteſt, quorum poteſt eſſe hæreditas.
2 [c] † Item communi diuidundo actio mix-
ta eſt, quæ inter eos eſt, quibus aliquid cō-
mune eſt, vt id inter eos diſtribuatur, in
qua nihil venit vltra diuiſionem rerum i-
3 pſarū, quæ communes ſunt.[d] † Item actio
finium regundorum mixtam cauſam obti-
net, nam in perſonam eſt, licet pro vendi-
catione rei ſit.[e] Eſt autem inter eos qui a-
gros habent confines, nam locum habet in
confinio ruſticorum prædiorum, in vrba-
norū diſplicuit neque cōfinia hæc ſunt, ſed
magis vicinia dicuntur.[f] Hæ tres actiones
tales ſunt, vt in eis ſingulæ perſonæ duplex
ius habeāt, agentis, & eius cum quo agitur,
[g] in quibus quæritur quis actor intelligatur

a l. 1. & l. labeo. §. tam. ff. famil. erciſc.

b l. 1. ff. fa. erciſ.

c l. ij. ff. fa. erciſ.

d l. in com. ff. commu. diuid.

e l. 1. ff. fin. regund.

f l. iiij. §. hoc iudi. ff. fa. erciſc.

g l. iudicium ff. fin. reg.

quia par cauſa omnium videtur: ſed magis
placuit eum videri actorem, qui ad iudiciū
prouocaſſet.[h] Si actione familiæ erciſcun-
dæ agatur, ſingulas res, ſingulis hæredibus
iudicem adiudicare oportet, & ſi in alterius
perſona prægrauet adiudicatio, hunc inui-
cem cohæredi pecunia certa condemnabit.
[i] Simili ratione dicendum in communi di-
uidundo actione, nam ſi de vna re, veluti
de fundo agatur, ſi quidem commodè diui
ſionem regionibus patiatur, ſingulis eius
partes adiudicabit, & ſi alterius pars præ-
grauet, eum inuicem certa pecunia alteri
condemnabit. Quòd ſi diuidi non poſsit
commodè, veluti ſi de homine fortè, vel
multo actum ſit, ea ſpecie totus vni adiu-
dicabitur, qui inuicem pecuniā certa con-
4 demnabitur.[k] † De finibus cognoſcendis
ad iudicis officium pertinet menſores mit-
tere, & per eos dirimere ipſam finium re-
gundorum quæſtionem, vt æquum eſt, ſi i-
ta res exigit, oculiſque ſuis ſubiectis locis,
[l] cui permittitur, vt vbi non poſsit commo
dè dirimere fines, adiudicatione contro-
uerſiam dirimat. Et ſi fortè amouendæ ve-
teris obſcuritatis gratia per aliam regionē
fines dirimere iudex velit, poteſt hoc face-
re per adiudicationem & condemnationē:
qua ſpecie opus eſt, vt ex alterius prædio
adiudicandum ſit, quo nomine is cui ad-
iudicatur, inuicem pro eo quod ei adiudi-
catur, certa pecunia condemnandus eſt.[m]

h l. nihil. §. in trib. ff. cōmu. diui.

i §. ſi familiæ. infrà de of. iudi.

k §. eadem infra de of. iud.

l l. ſi irruptione. §. ad officium ff. fin. reg.

m l. 1. & l. ij. ff. fini. reg.

§. Omnes autem actiones.

SVMMARIA.

1 *Vltra quadruplum nulla actio competit.*
2 *Furtorum duo genera.*
3 *Actio ſerui corrupti in duplum.*

OMnes actiones vel in ſimplum, vel
in duplum, vel in triplum, vel in
quadruplum comparatæ ſunt, † vl
1 tra quadruplum nulla actio competit. In
ſimplum eſt actio, vbi agitur ex ſtipulatu,
ex mutuo, ex empto, vendito, locato, cōdu-
cto, mandato, exque cæteris ſimilibus cau-
ſis, quibus vltra id quod conuentum eſt,
petitur nihil.

Verſic. In duplum.

AGitur in duplum, veluti furti non
2 manifeſti. † Furtorum autem duo ge
nera eſſe diximus,[a] manifeſtum, &
non manifeſtū. Manifeſtus fur eſt, non ſolū
is qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiā
is qui in eo loco deprehenditur quo furtū
fit: veluti qui in domo furtum fecit, & nō-
dum egreſſus ianuam deprehenſus fuerit,
aut qui in oliueto oliuarum, aut in vineto
vuarum furtum fecit, quandiu in eo oliue-
to, aut vineto deprehenſus fuerit. Imò vlte-
rius furtū manifeſtum extenditur, quādiu
eam rem fur tenens viſus vel deprehenſus
fuerit, ſiue in publico, ſiue in priuato, vel à
domino, vel ab alio, antequam eo peruene
rit, quò deferre vel deponere deſtinaſſet.
Sed ſi pertulit quò deſtinauit, tametſi de-
prehen

a §. furtorum. ſupra de obliga. quæ ex delic.

prehendatur cum re furtiua, non eſt mani-
feſtus fur. Nec manifeſtum furtũ quid ſit,
ex his quæ diximus, intelligitur: nam quod
manifeſtum non eſt, id ſcilicet, nec manife
ſtum eſt. Hæc actio furtij nec manifeſti in
duplum ex lege xij. tab. proficiſcitur.[b] Item
in duplum eſt damni iniuriæ actio, nã con
tra negantem ex lege Aquilia, ſi damnum
per iniuriam dediſſe probetur, dupli pro-
cedit condemnatio. [c]Item actio depoſiti in
duplum competit ex quibuſdã cauſis: nã ſi
quis agat de eo, quod tumultus incendij, rui
næ, naufragij cauſa depoſitum eſt, diximus
[d]in depoſitarium in duplum, in hæredem
eius, quod dolo malo eius factum eſſe dice
tur, qui mortuus eſt, in ſimplũ, quod ipſius
in duplum, actionem dari. † Item actio ſer
3 ui corrupti in duplũ comparata eſt, qua te-
netur is, cuius perſuaſionibus alicuius ſer-
uus fugerit, aut vitã luxurioſam viuere cœ-
perit, aut quolibet alio modo eius mẽtem
corruperit. Qui igitur ſeruũ alienũ ſolici-
tat ad aliquid faciendũ vel cogitandũ im-
probè hac actione tenetur. Sed vtrũ ita de-
mũ tenetur, ſi bonæ frugi ſeruũ pepulit ad
delinquendum, an verò & ſi malũ hortatus
eſt, vel malo ſeruo monſtrauit quemadmo
dum faceret: & eſt verius & ſi malè mon-
ſtrauit quemadmodũ delinqueret, teneri eũ
hac actione. Imò etſi erat ſeruus omnimo-
dò fugiturus, vel furtum facturus, hic verò
laudator huius propoſiti extitit, tenetur: nõ
enim oportet laudando augeri maliciam.
Siue ergo bonũ ſeruũ fecerit malũ, ſiue ma-
lum fecerit deteriorẽ, corrupiſſe videtur.
[e]In hac actione etiã rerũ æſtimatio venit,
quas ſecũ ſeruus abſtulit, quia omne dãnũ
duplicatur, neque intereſſe Paulus reſpon-
dit,[f]an ad eũ perlatæ fuerint res, an ad aliũ,
ſiue etiam conſumptæ ſint, iuſtius enim eſt
eũ teneri, qui princeps fuerit delicti, quàm
eum quæri, ad quem res perlatæ ſunt. Item
in duplum competere actionem ex legato
ſacroſanctis eccleſiis, vel aliis venerabilib⁹
locis relicto ſupra conſtituimus.[g]

b §. ſic au tem. infra de noxa. actio.
c l. contra. C. de leg. Aquil.
d §. vel per ſequendæ. ſupr. eo.
e l. 9. ff. de ſer. corrup.
f l. in hoc. ff. de ſer. corrup.
g §. et ma ledictis. ſup. eod.

§. Tripli.

SVMMARIA.

1 *In triplum actionis ſpecies.*

1 IN triplum actio eſt, †cum ab a-
ctore plus petitur, quàm debitum
ſit; idque vt reus grandiorẽ ſpor-
tularum cauſa pecuniam ſolueret litis exe-
cutori, qui etiam viator appellatur (certa e-
nim nomine ſportularum ſumma viatori-
bus præſcripta eſt) [a]nã eo caſu quod cauſæ
nomine damnũ reus ſuſtinebit, id ei in tri-
plũ actor reſarciet. in quo tamen ſimplum
cõtinebitur, cuius damnum ſuſtinuit, quod
ex noſtra conſtitutione, quæ ex lege condi
ctitia promanauit, introduximus.

a §. ſtudiũ de litem. & remiſſ. coll. iiij.

§. Quadrupli.

SVMMARIA.

1 *Furti manifeſti actio quadruplicatur.*

2 *Quod metus cauſa interdum in quadru-
plum eſt.*

3 *Pecuniam accipere.*

4 *Actio aduerſus viatores in quadruplum.*

IN quadruplum autem actio
1 eſt, furti manifeſti, †in qua non
quod intereſt quadruplicabi-
tur, ſed rei verum precium. Sed
& ſi res in rebus humanis eſſe deſierit, cum
iudicatur, nihilominus iudicatio facienda
eſt:[a]nam inter omnes conſtat, etiam ſi ex-
tincta res ſit furtiua, attamen furti remane
re actionem aduerſus furem. Proinde mor
tuo quoque homine, quem quis furto ab-
2 ſtulit, viget furti actio. † Item actio quod
metus cauſa in quadruplum eſt: nã ſi quis
non reſtituat, in quadruplum aduerſus eũ
competit actio, quadruplicabitur autem
quodcunque reſtitui oportuit, quæ tamen
poſt annum in ſimplum eſt. [b] Item in qua-
druplum agitur in eum, qui vt calumniæ
cauſa negotium faceret, pecuniam accepiſ-
ſe dicitur: quam actionem non ſolum ad
pecuniarias cauſas, ſed etiam ad publica
crimina pertinere. Pomponius ſcribit, ma-
ximè cum ex lege Iulia repetundarum te-
neatur, qui ob negotium faciendum, vel
non faciendum per calumniam pecuniam
acceperit Qui autem accepit pecuniam ſi-
ue ante iudicium, ſiue poſt iudicium ſuſce-
3 ptum, tenetur. † Pecuniam autem accepiſſe
dicitur, etiam ſi aliquid pro pecunia acce-
piſſet. Et generaliter, ſi quid omnino com
pendij ſenſit propter hoc, ſiue ab aduerſa-
rio, ſiue ab alio quocunque, dicendum eſt
eum hac actione teneri. Hæres etiam eius
in id, quod ad eum peruenit, tenetur: nam
eſt conſtitutum turpia lucra ab hæredibus
quoque extorqueri, licet crimina extinguã
4 tur. [c]†Item agitur in quadruplum aduer-
ſus viatores, qui plus à reis, quàm à nobis
conſtitutum eſt, compilauerint: quibus ma
iores pœnæ & corporales maculæ imponẽ
dæ ſunt, ſi malè fuerint circa lites verſati,
vt ſciant, non eſſe cauſas à ſe deludendas,
nec lucri gratia aliquod eis vitium impo-
nendum.[d]Et hoc quoque nouiſsimè præci-
pimus ab omnibus iudicibus in omni loco
noſtræ Reip. cuſtodiri vt ne executori con-
cedant aliquid amplius à quacunque per-
ſona ſportularum nomine percipere, quàm
noſtris legibus declaratum eſt. Sed ſi quidẽ
inuenerint aliquid amplius exigentem, li-
centiam habeant & comprehendendi hu-
ius, & includendi, & quadrupli exigendi,
quod plus acceperit: vt ſimplum quidem
damnum paſſo reddatur, triplum verò in-
feratur ærario.[e]

a l. in furti. ff. de furt.
b l. ſi cum exceptione ff. de conc. caus.
c l. j. iij. & v. ff. de ed. lum.
d l. ij. §. ſponte.
e §. & hoc quoque. vt litis. iur. coll. iiij.

§. Sed furti.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum negans in duplum condemnatur.*

2 *Aduerſus negantes quæ relicta ſunt eccle-
ſiis*

ſiue actiones in duplum, ſi diſtulerint ſoluere, in ſimplum dantur.

Cæterum actiones furti nec mani-
feſti, & ſerui corrupti à cæteris,
quas enumerauimus, in hoc dif-
ferunt, quod in duplum ſemper competũt
1 illæ verò ſcilicet damni iniuria dati, † &
aliquando depoſiti propter inficiationẽ in
duplũ: nam contra negãtẽ ex lege Aquilia,
ſi damnum per iniuriã dediſſe probetur,
dupli procedit condemnatio: [a] aduerſus
confitẽtem competit in ſimplum. [b] Quod
& de actione depoſiti ſuprà diximus. Eũ
tamen qui iurauit ex ea actione, quæ infi-
ciando creſcit, aliquid ſibi deberi, ſimpli.
non dupli perſecutionem ſibi acquirere
Pedius ait. Abundè enim ſufficit exonera-
re petitorem probandi neceſsitate, cum
omiſſa hac parte edicti, dupli actio inte-
2 gra maneat. [c] † Sed actio quæ de his com-
parata eſt, quæ ſacroſanctis eccleſiis vel a-
liis venerabilibus locis relicta ſunt, non
ſolùm per inficiationem, ſed etiam ſi frau
dulẽter & ſine iuſta cauſa vſquequo in ius
trahatur hæres ſoluere diſtulerit, in duplũ
eſt: In hæredem verò qui confitetur & an-
tè ſoluit, quàm præſidiis juſſu conuenia-
tur, in ſimplum erit,

a l. contra. C. de lege aquil.
b l. inde ne ratione ff. ad leg. aquil.
c l. eā qui ff. de annu. tur.

Verſ. Item actio.

Item de eo quod metus cauſa à cæte-
ris, de quibus ſimul diximus, [a] in
hoc diſsidet, quòd quiiuſſu magiſtratus
rem reſtituat, à quadrupli ſolutione li-
beretur. in illis verò res ita non habet,
ſed ſemper in quadruplum fit condemna-
tio: quadruplicabitur enim omne quod-
cunque reſtitui oportuit, ſatis enim cle-
menter cum reo prætor egit, vt daret ei
reſtituendi facultatem, ſi vult pœnam e-
uitare: poſt annum autem ſemper in ſim-
plum actio eſt.

a §. quadrupli ſupra eo.

§. Actionum

SVMARIA.

1 *Actiones bonæ fidei & ſtricti iuris.*
2 *Aeſtimatoria præſcriptis verbis actio.*
3 *Petio hæreditatis bonæ fidei,*

Actionum autem quædã ſunt bo-
næ fidei, & quædam ſtricti iuris.
1 † Bonæ fidei ſunt actiones em-
pti, venditi, locati, conducti, negotiorum
geſtorum, depoſiti pro ſocio, tutelæ com-
modati pignoratitia, familiæ herciſcun-
dæ communi diuidundo, & æſtimato-
ria, quæ propoſita eſt tollendę dubitatio-
nis gratia: fuit enim dubitatum, cum res
æſtimata vendenda datur, vtrum ex ven-
dito ſit actio propter æſtimationem: an ex
locato, quaſi rem vẽdendã locaſſe videar:
an ex cõducto, quaſi operas conduxiſſem:
an mãdati, quia mãdato meo hoc factum
eſt. melius itaque viſum eſt hanc actionem
proponi, quoties enim de nomine contra-
ctus alicuius ambigeretur, conueniret ta-
2 men aliquam actionem dari, † dandam
æſtimatoriam præſcriptis verbis actionẽ
Vlpianus ſcribit. [a] eſt enim, inquit nego-
tium ciuile geſtum, & quidem bona fide:
quare omnia & hic locum habent, quæ in
bonę fidei iudiciis reperiuntur. Æſtimatio
autem periculum facit eius, qui ſuſcepit:
aut igitur ipſam rem debebit incorruptã
reddere, aut æſtimationem, de qua conue-
nit. Item ea actio quę ex rerum permuta-
tione deſcendit, eſt bonæ fidei: [b] nam re-
bus certa lege traditis, ſi huic non parea-
tur, præſcriptis verbis dandam actionem
3 iuris authoritas demonſtrat. [c] † Item pe-
titio hæreditatis bonæ eſt fidei, qua demũ
is tenetur, qui vel ius pro hærede, vel pro
poſſeſſore poſsidet, vel rem hęreditariam,
licet minimam, Itaque qui vel ex aſſe. vel
ex parte hæres eſt. intendit quidem hære-
ditatem ſuam eſſe totam, vel pro parte.
[d] Nam quamuis vſque ad hæc noſtra tem-
pora incertum fuerit ſiue inter bonæ fidei
actiones collocanda eſſet, ſiue non. con-
ſtituimus [e] (ne in poſterum dubitetur) vt
& ipſa hæreditatis petitio omni modo bo-
næ fidei iudiciis connumeretur.

a l. 1. ff. de æſti. actio.
b l. permutatione. C. de rerum permuta.
c l. rebus. C. de rer. permu.
d l. regulariter. cum l. ſeq. ff. de peti. hæred.
e l ſi. C. de peti. hæred.

§. Fuerat.

SVMMARIA

1 *Dotes omnes per pleniorem ex ſtipulatu actionem exiguntur.*
2 *Mulier in vendicanda dote habet prærogatiuam.*

Enumerata antea fuerat in iudi-
ciis bonæ fidei rei vxoriæ actio,
1 qua ſublata voluimus [a] † om-
nes dotes per pleniorem ex ſti-
pulatu actionem exigi, ſiue interpoſita fue-
rit ſtipulatio, ſiue non. Sed non ignoran-
tes ex ſtipulatu actionem ſtricto iure eſſe
vallatam, & non ex bona fide deſcendere:
tamen quia nouam naturam de dote ſti-
pulatio ſibi inuenit, accommodauimus ei
à natura rei vxoriæ etiam bonæ fidei be-
neficium. Et vt vberius dotibus proui-
2 deremus. tacitam hypothecam dedimus.
† mulierem quoque in vendicanda do-
te omnem habere prærogatiuam, & ne-
minem creditorum mariti, qui anterio-
res ſunt. poſſe ſibi vendicare cauſam po-
tiorem cenſuimus, [b] res enim ab initio v-
xoris fuit, & naturaliter in eius permanſit
dominio. Quamuis enim in mariti patri-
monium legum ſubtilitate tranſire videa
tur, non propterea rei veritas confundi-
tur. Sciendum tamen eſt hoc priuilegium,
quo mulier præfertur aliis creditoribus
in hypothecis ad hæredem extraneũ non
tranſire. [c]

a l. vnica C. de rei vxo. act.
b l. in rebus. C. de iur. do.
c l. vnic. C de priuile. dot.

§. In bonæ

§. In bonæ fidei.

SVMMARIA.

1 *Compenſatio tam in rem quàm in perſonam introducta.*

2 *Depoſita res non compenſatur.*

IN contractibus bonæ fidei alter
alteri obligatur, in id quod alterũ
alteri ex bono & æquo præſtare
oportet[a], quapropter in actionibus ex hu-
iuſmodi contractibus natis, iudici libe-
rè conceditur[b], ex bono & æquo æſtimare,
quantum dari aut reſtitui debeat actori.
Item in bonæ fidei iudiciis ſi ab ipſo reo
actor etiam pulſetur, compenſato eo, quod
actorem inuicem præſtare oportet, reum
cõdemnabit in reliquum. Cęterum in ſtri-
cti iuris actionibus ex diui Marci reſcri-
pto tunc demum compenſatio fiebat, cum
1 doli mali exceptio opponebatur. † Com-
penſationem tamen introduximus[b] ipſo
iure ex omnibus tam in rem, quam in
perſonã actionibus, vel aliis quibuſcũque,
ſi ius ex quo compẽſatur ita liquidũ ſit, &
apertum, vt poſſit ei, apud quem agitur, fa-
2 cilem ſui expeditionem demonſtrare †. Ex
quibus excipitur ſola depoſiti actio: nã de-
ponẽti pecunias, vel res quaſdã, earũmque
nomine agenti nulla compenſatio vel de-
ductio opponatur à quoquã aduerſus eum
qui depoſuit, actionem in rem vel in per-
ſonam, vel hypothecariam prætendente, ne
contractus, qui ex bona fide oritur, ad per-
fidium trahatur[c], néve compenſationis ve-
lamento rerum depoſitarum repetitione
quis defraudetur.

a §. ſi ſupra de obliga. quæ ex contr.

b l. ſi. C. de compenſ.

c l. penult. ff. depoſ.

§. Præterea.

SVMMARIA.

1 *Actiones arbitrariæ vnde pendeant.*

2 *Reus non exhibens rem, arbitrio iudicis res taxatur.*

3 *Certo loco non ſoluere intereſt interdum actoris interdum rei.*

4 *Noxalis actio arbitraria.*

5 *Arbitraria actio Publiciana, & ſeruiana in rem.*

6 *Iuſiurandum refrenatur taxatione iudicis & arbitratu.*

QVædam in ſuper actiones arbi-
1 trariæ † hoc eſt ex arbitrio iu-
dicantis dependentes, appellan-
tur: in quibus niſi iudicantis ar-
bitrio reus ſatisfaciat actori, vel vti rem re
ſtituat, damnandus veniat: nam qui rem
reſtituere iuſſus iudici non paret, ſi quidem
habeat rem, manu militari officio, iudicis
ab eo poſſeſſionem trãsferri, & fructuum
duntaxat omniſque cauſæ nomine condẽ-
nationem fieri Vlpianus ſcribit[a]. Si verò
non poteſt reſtituere, ſi quidem dolo facit
quò minus poſſit, eum, quantũ aduerſarius
in litem ſine vlla taxatione in infinitum
iurauerit, damnandũ eſſe. Sed iudex poteſt
præfinire certam ſummam, iſque ad quam
iuretur. & ſi iuratum fuerit, licebit iudici
2 vel abſoluere, vel minoris cõdẽnare[b]. † I-
tem ſi reus rẽ nõ exhibeat, actio arbitraria
eſt, in qua reus cõtumax per in litẽ iuſiurã-
dum petitori dãnari poſſit, iudice quãtita-
tem taxãte. itẽ ſi reus, cũ certo loco ſoluẽ-
dum eſſet, non ſoluat, arbitraria eſt actio,
3 ſi modo in alio loco agatur. † quæ vtriuſq;
vtilitatem continet tam actoris, quam rei.
Quod ſi rei intereſt, minoris fiet pecuniæ
condemnatio quam intentatum eſt: aut ſi
actoris, maioris pecuniæ fiet[d]. interdũ iu-
dex, qui ex hac actione cognoſcet (cum ſit
arbitraria) abſoluere reum debet, cautione
ab eo exacta de pecunia ibi ſoluenda, vbi
promiſſa eſt. Quid enim ſi ibi vel oblata a-
ctori dicatur, vel depoſita, vel ex facili ſo-
luenda, nónne debebit interdũ abſoluere?
In ſumma æquitatem quoque ante oculos
habere debet iudex, qui huic actioni addi-
4 ctus eſt[e], † itẽ ſi reus ex noxali actione ſer-
uum non dedat arbitraria eſt actio. Noxa-
lis actio appellatur, quæ non ex contractu,
ſed ex noxia atque maleficio ſerui aduer-
ſus dominium inſtituitur, cuius actionis
vis & poteſtas hęc eſt, vt ſi damnatus fuerit
dominus, liceat ei deditione ipſius corpo-
ris, quod deliquerit, euitare litis æſtimatio-
nem[f]: quod ſi non fecerit, arbitraria eſt a-
ctio: Arbitrariæ actiones quædam ſunt in
5 rem, & quædam in perſonam. † in rem, ve-
veluti Publiciana, & Seruiana, quæ com-
perit agere volenti de coloni, aut inquilini
rebus, quæ inuectæ & illatæ non ſolum pro
penſione tenẽtur, verumetiã ſi deteriorem
habitationem fecerint culpa ſua. Itẽ quaſi
Seruiana prodita creditoribus pignora ſua
hypothecáſve volẽtibus perſequi, quæ etiã
hypothecaria dicitur. In perſonam, veluti
actio de eo quod metus cauſa, aut dolo ma
lo factum eſt. Arbitrio enim iudicis reſti-
tutio cõprehenditur, & niſi reſtitutio fiat,
ſequitur condẽnatio, quanti ea res eſt. Ideo
autem nõ adiicitur certa quantitas, vt poſ
ſit per contumaciam tanti reus condemna
6 ri, quanti actor in litem iurauerit. † Sed of-
ficio iudicis debet in vtraque actione ta-
xatione iudicis iuſiurandum refrenari[f]. I-
tem de eo quod certo loco, & ad exhiben-
dum actiones dependent ex arbitrio iudi-
cis. Namque in his & cæteris ſimilibus
iudiciis iudici conceditur ex æquo & bo-
no æſtimare (prout rei natura, de qua liti-
gatum eſt, deſiderat) quomodo actori ſa-
tisfieri debeat.

a §. qui reſtituere. ff. de rei vend.

b l. in actio. ff. in litem iuran.

c l. j. ff. ad exhib.

d l. arbitraria. ff. de eo quod certo.

e l. qui . . . § interdum ff. de eo quod cert. loc.

f l. j. ff. de noxa. act.

g l. arbitrio ff. de dolo.

§. Curare.

SVMMARIA.

1 *Index certam quantitatem in ſententia debet exprimere.*

Maximam

MAximam operam iudicem dare oportet, vt omnino, (ſi id fieri poſſit) certæ pecuniæ, vel certæ rei ex libello pronunciet ſententiam: nã ſi iudex ita ſententiã tulerit, vt omnem debiti quantitatem cum vſuris competentibus ſoluere reum condemnet, hanc ſententiam iudicati actionẽ præſtare non poſſe diuus Gordianus ad Æmiliũ reſcripſit[a]: ſed ita demũ ſine certa quantitate factam condẽnationẽ authoritate rei iudicatæ cenſeri,

a l. hęc ſententia. C. de ſenten. quæ ſine cer. quã.

1 † ſi parte aliqua actorum certa ſit quantitas expreſſa. Sẽtentiã certam ferri volumus, etiã ſi de quantitate incerta apud iudicem litigatum eſt, in cauſis enim quæ incertæ eſſe videntur, iudex qui eas dirimendas ſuſcepit, per ſuam ſubtilitatem inquirere debet, & eius, quod reuera debetur, ſententiam ferre[b].

b l. vnica. §. ij. C. de ſent. quę pro eo quod intereſt. pro.

§. Si quis agens.

SVMMARIA.

1 *Plus petens in libello quàm oportebat olim cadebat à ſuo iure,*
2 *Caſus in eo qui plus petierat.*
3 *Lex falcidia.*

1 ACtor † qui in libello ſuo plus concluſerat quàm debitũ eſſet, à ſuo iure cadebat, nec ſine magno negotio eum prætor in integrum reſtituebat, niſi eſſet minor XXV. annis, cui in hac cauſa ſubueniebat (quemadmodũ in aliis cum cauſæ cognitione) ſi ſua facilitate aut iuuentute laberetur. Planè ſi tam iuſtus facti error, qui plerunque prudentiſsimos fallit[a], intercedebat, etiam XXV. annis majori prætor ſuccurrebat: gratia exemplis

a l. ij. ff. de iur. & fact. igno.

2 † Si de toto legato actũ ſit, & poſtea codicillis prolatis conſtiterit legati partem ademptam eſſe, aut aliis quibuſdã legata relicta eſſe, quæ res efficiebat, vt plus exegiſſe videretur actor, quam nouem vncias, & ob id legata diminutionem accipiebant. Quamuis enim olim XII. tabul. lege libera eſſet legandi poteſtas, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare, viſum eſt tamen hanc legandi licentiam coarctare,

3 † & lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quẽ dodrantem, id eſt, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit ſiue plures, apud eum eóſve pars quarta remaneat[b].

b §. j. ſuprà de leg. falci.

§. Plus autem.

SVMMARIA.

1 *Plus petitur quatuor modis.*
2 *Pecuniarum diuerſæ vſuræ.*

QVadrifariam autẽ plus petitur, re,

1 † tẽpore, loco & cauſa, quib⁹ quatuor modis petitor à ſua cauſa cadebat, id eſt rem ſuam amittebat. Re: puta ſi quis pro C. quæ ei debebãtur CC. intentione ſua complexus fuerit: Vel ſi actor, cuius ex parte fundus eſt, totum eum vel maiorem partem petierit. Tempore: veluti ſi quis ante diei vel conditionis euentum egerit. Quemadmodum enim minus ſoluere dicitur, qui tardius ſoluit, quàm ſoluere eum oporteat: ita etiam qui ante tẽpus petit, plus petere intelligitur. Loco: veluti ſi quis de eo, quod ſtipulatus eſt ſibi dari certo loco, alio agit abſque mentione loci illius, in quo dari oportet: gratia exempli: Si Titius quod ſtipulatus fuerit Epheſi ſibi dari, Romę purè, id eſt, ſine Epheſi commemoratione dicat à promiſſore dare ſibi oportere. Nam ſi Romæ experiatur, non debet detracto altero loco experiri, ne auferat loci vtilitatem[a], quam haberet is, qui promiſit, ſi Epheſi ſolueret: nam ſi Epheſi peteretur, ipſa ſola ſumma peteretur, nec amplius quid, niſi quod eſſet in ſtipulationem deductum, vel ſi temporis vtilitas interuenit[b]. Quòd ſi alio loco ageretur, cõmemoratione facta, arbitraria eſſet actio, quæ promiſſoris vtilitatem continet, ſi Epheſi, vbi ſe ſoluturum recepit, ſolueret: quæ vtilitas in mercibus maximè verſatur in quibus an & lucri ratio habeatur, non ſolius damni? dicendum eſt & lucri habendam rationem[c]. & ideo in arbitrium iudicis hæc refertur actio, quià varia ſunt precia rerum per ſingulas ciuitates regionéſque,

a l. ij. §. ſi quis. ff. de eo quod cer. lo.

b l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. loc.

c l. non vtique. § vlt. eũ l. ſeq. ff. de eo quod cer. loc.

2 maximè vini, olei, frumenti. † Pecuniarum quoque licet videatur vna & eadẽ poteſtas vbique eſſe, tamen in aliis locis facilius, & leuioribus vſuris inueniuntur, aliis difficilius grauioribus vſuris. Si quis tamen eo loco, quo ſibi dari ſtipulatus eſt, purè agat, rectè experitur: eo enim caſu ſoluendi vtilitas ſalua eſt ei, qui promiſit.

§. Huic autem.

SVMMARIA.

1 *Electione quando plus petatur.*
2 *Genere plus petitur.*

CAuſa: veluti ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pãphilum, deinde de altero agat, veluti de Sticho tantũ

1 aut Pamphilo. † Hoc ideo plus petere dicitur, quia in hac ſtipulationis ſpecie eius eſt electio, qui promiſerit, vtrum Stichum aut Pamphilum ſoluere velit. Qui enim Stichũ aut Pamphilum promittit, eligere poteſt, quem ſoluat, quamdiu ambo viuunt. Cæterum vbi alter deceſsit, extinguitur eius electio, ne ſit in arbitrio eius an debeat, dum non vult viuum præſtare, quem ſolum debet[a]. Is igitur qui Stichum tantum, aut Pamphilum tantum ſibi præſtari oportere dicit, tollere vult electionem promiſſori, eáque ratione vult quidẽ facere ſuam conditionem meliorem promiſſoris verò deteriorem. Quapropter actori introducta eſt ex ſtipulatu actio, qua petat Stichũ aut Pamphilum, hoc eſt, vt eodem petat modo,

a l. non vtique. ff. de eo quod cer. loc.

2 modo, quo ſtipulatio concepta eſt †. Cauſa etiam plus petitur, veluti ſi quis generatim hominem ſtipulatus ſit, deinde ſpeciatim Pamphilum intendat ſibi dari oportere, vel ſi generaliter vinum promiſſum ſit, deinde ſpecialiter Campanum petat: aut in genere purpuram ſtipulatus ſit, dein de in ſpecie de Tyria agat, plus intēdere dicitur, quia tollere vult promiſſori electionem, cui libertas data eſt iure ſtipulationis aliud, quàm de quo actum eſt, præſtare. Quinimo licèt viliſſimū ſit, quod petitur, nihilominus plus cauſa petere dicitur: nam ſæpenumero euenit, vt aduerſario longe facilius ſit illud præſtare, quod precioſius eſt.

§. Sed hæc quidem.

SVMMARIA.

1 *Zenoniana lex ſuccurrit huic qui pl' petit.*

Ceterum quod diximus plus petē tē à ſua cauſa cadere, antea id obſeruabatur †, hodie verò Zenoniana lege, noſtraque conſtitutione correctum eſt. Et eum, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litem inferre auſus eſt, Zenonianæ legi ſubiacere cenſemus quam ſacratiſſimus legiſlator de his qui tempore plus petierunt. protulit, vt & inducias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionis continet, ſi contempſerit, in duplum habeant hi, qui talem iniuriam paſſi ſunt, & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis antea acceperint, vt actores tali pœna perterriti tempora litium doceantur obſeruare[a]. Sed ſi re. loco, & cauſa plus petatur, reo in triplum actio eſt, qua perſequitur damnum, quod cauſæ nomine ſuſtinuit, in quo tamen triplo ſimplum continebitur, cuius damnum paſſus eſt, vt ſuo diximus loco[b].

a §. hodie Infra de except.

b §. tripl. ſupra eo.

§. Si minus.

SVMMARIA.

1 *Minus petens quàm debeatur, conſtitutione Zenonis adiuuatur.*

1 Si actor † in libello ſuo minus concluſerit, quàm ei debeatur, nō pro pterea à ſua cauſa cadere ītelligitur, puta ſi cum C. aurei deberētur, L. petierit: aut ſi cū tota domus ad eum pertineret, partem ad ſe pertinere intēderit, nā in reliquū ab eodē iudice reus, ſecūdū Zenonis conſtitutionem, condemnari debet.

a l. edita. C. de eden.

§. Si quis aliud.

SVMMARIA.

1 *Emendare & mutare actionem licet.*

1 Qvum actionis editio ſpeciem futuræ litis demōſtret, † quam emēdari, vel mutari liceat[a], is ſine periculo agit, qui aliud pro alio petierit, nam ei apud eundem iudicem cognita rei veritate errorem ſuum corrigere vſque ad litis conteſtationem conceditur. Si quis igitur (quod emendationis exemplum eſt) Stichum petierit, ante litem cōteſtatam Pamphilum, qui reuera debetur petere poterit, aut (quod mutationis) ſi quis intenderit. X. ex teſtamento dari ſibi oportere, que reuera ex ſtipulatu debentur, ante litem conteſtatam ex ſtipulatu petere poterit.

a L. edita. C. de edend.

Præterea quædam actiones ſunt, quibus conſequimur ſolidum, & quædam quibus minus conſequimur: veluti ſi de peculio ſerui filiive familias agit quis: ſiquidem non minus eſt in eo, quàm ſit id de quo agitur, inſolidum aduerſus dominum patrēmve fiet condemnatio. Quòd ſi minus ſit in peculio, eatenus condemnatio fiet, catenus in eo erit.

§. Item ſi de dote.

SVMMARIA.

1 *Mulier de dote agens cum marito, non tenetur quàm in id quod poteſt maritus.*

2 *Marito licet aliquando dotem retinere, & diminuere.*

1 Item ſi mulier de dote cum marito agat, † eum in id quod facere poteſt, condemnari exploratū eſt: ſed hoc hæredi non eſt præſtandum, quia tale beneficium perſonale eſt, & cum perſona extinguitur. Eleganter quærit Pomponius lib. XVI. ex Sabino: ſi paciſcatur maritus, ne in id quod facere poſſit, condemnetur, ſed in ſolidū: an hoc pactum ſeruandum ſit? & negat ſeruari oportere. quod quidem & Vlpiano verū videtur. namque contra bonos mores id pactum eſſe melius eſt dicere, quippe cum contra receptā reuerentiā, quę maritis exhibēda ſit, id eſſe appareat[a]. Quod hæredi nō eſſe præſtandū dicitur, accipe hæredem extraneum, nam cōmunes filios, qui patris hæredes extiterunt. in id quod facere poſſunt, condemnandos, Labeo ait[b]. Si ergo mariti bona doti correſpondeant, eius in ſolidum fiet con demnatio, ſi nō concurrant, in id quod facere poteſt, qui facere poſſe creditur, nullo deductò ære alieno[c]. Ob retentionē quo-
2 que dotis mulier minus cōſequitur: † nam licitum eſt marito dotem retinere propter ſumptus neceſſarios in res dotales factos, quibus ipſo iure dos diminuitur. Quod ita accipiendum eſſe Pomponius ait[d], non vt ipſæ res corporaliter diminuantur, vt puta fundus, vel quodcunque aliud corpus, etenim abſurdum eſt diminutionem corporis fieri propter pecuniam: cęterum hæ res facerent deſinere eſſe fundum dotalem.

a L. maritū. ed. dotē. ll. ſeque. ff. ſo. matr.

b l. etiam. ff. ſol. matr.

c l. mariti. ff. ſolu. mat.

d l. quod diēs de imp. in reb. dota. fact.

vel

vel partem eius. Manebit igitur in rerum detétione donec ei ſatisfiat, non enim ipſo iure corporum, ſed dotis fit diminutio. Ibi ergo admittitur diminutionem dotis ipſo iure fieri, vbi non ſunt corpora, ſed pecunia. nam in pecunia ratio admittit diminutioné fieri, quæ omnia ex amplioribus pandectarum voluminibus intelligere eſt.

§. Sed & ſi quis.

SVMMARIA.

1 *Socius non in plus quàm facere poteſt condemnatur.*

SI quis etiam cum parente patronóve petita venia experiatur, item ſi ſocius pro ſocio actionem aduerſus ſociũ intentet, † non in plus, quam ipſi facere poſſunt, fiet condemnatio: qui facere poſſe dicuntur, nullo deducto ære alieno[a]. Item qui ex ſua liberalitate & donatione conuenitur, non in ſolidum condemnabitur, ſed in id quod facere poteſt, qui omni ære alieno deducto facere poſſe intelligitur[b].

a l.math°. ff.ſol.matr.

b d.l. maritus.

§. Compenſationes.

PRæterea compenſatione oppoſita quis plerunque minus conſequitur, quàm ei debeatur, ex bono enim & æquo iudici permiſſum eſt, compenſato eo, quod inuicem is qui agit, ex iure liquido & aperto præſtare debet, reum in reliquum condemnare. Excepta tamen depoſiti cauſa, nam eo nomine agenti nulla compenſatio opponi poteſt, ne contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam trahatur, vt ſuprà dictum eſt[c].

a §. in bonæ fidei. ſupra eo.

§. Cum eo quoque.

SVMMARIA.

1 *Cedens bonis non eſt fraudandus alimentis quotidianis, ſi bona poſtea acquiſierit.*

ITé qui bonis ceſsit, ſi quid poſteà acquiſierit, in quátum facere poteſt conueniendus eſt: ſed ſi modicum aliquid acquiſiuit, iterum eius bona non veneunt. Vnde ergo modum hunc æſtimabimus, vtrum ex quátitate eius quod acquiſitum eſt, an vero ex qualitate? & putat Vlpianus[a] ex quantitate id æſtimandum eſſe, quod quæſiit: dũmodo illud ſciamus, ſi quid miſericordiæ cauſa ei fuerit relictum. puta menſtruum vel annuum alimentorum nomine, non oportere propter
1 hoc bona eius, iteratò venundari, † nec enim fraudandus eſt alimentis quotidianis. Idem eſſe ait & ſi vſusfructus ei ſit conceſſus vel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum ei alimentorum nomine ſatis eſt.

a l. qui bonis ff. de ceſſ. bono.

IOANNIS CORASII TOLOSATIS IVRISCONS. CELEBERRIMI, SENATORISQVE REGII TOLOSAE CLARISSIMI.

* * *

In Titulum Iuſtiniani de actionibus, Commentariolus.

§. Supereſt.

Suppereſt,[a] vt de actionibus[b] loquamur. Actio autem[c] nihil aliud eſt[d], quàm ius[e] perſequendi[f] in iudicio[g], quod ſibi debetur[h].

SVMMÆ RERVM.

1 *Actionis nomen generale.*
2 *Perſequutio.*
3 *Vendicatio.*
4 *Formulæ ſublatæ.*
5 *Ius pro facultate.*
6 *Debere verbum.*

a §. vlti. de iure natu.
b l. j. ff. de ſtatu homi.

a SVpereſt. Quoniam Iuſtinianus[a], ordinem Pauli[b] ſequutus, de perſonis primùm tractare, deinde de rebus, & poſtea de Actionibus, vt ſe promiſerat: quòd circa hæc tria, ius vniuerſum populi Romani verſaretur. Atque hactenus quidem ſedulò, de perſonis, ac rebus diſſeruiſſet: iuſto nunc ordine conueniens putauit, de Actionibus diſputare. Præſertim quòd de obligationibus proximè dictum ſit, è quibus, actiones plerunque originem ducunt, atque deriuantur[c].

c l. licet §. ea obligatio ff. de procura.
d l. pecuniæ §. actionis ff. de verbo. ſignif.
e l. actiones ff. de actio. & obligat.
f l. actionis ff. de verb. ſig.
g d. l. actione ff. de actio.
h l. fi. C. de here. vend. l. actionu. ff. de actionib. & obligat.
i d. l. pecuniæ §. actionis.
k l. actionu̅ genus. ff. de actio. & oblig.
l §. appellamus. l. eod.
l. actio in perſonā. ff. de actio. & obl. ff.
m d. §. actionis.
n l. hæreditas in fi. ff. de pet. hæred.
o l. qui per colluſioné. § vlti. ff. de actio. empt.

b Actionibus. Actionis † nomen, quemadmodum Vlpianus ſcribit[d], generale eſt, & ſpeciale. Generatim acceptum, omnem omnino actionem cótinet, tam in rem, quàm in perſonam, tam etiam directam, quàm vtilem[e]. Atque adeò perſecutiones, † hoc eſt, officij Iudicis implorationes[f]. Et interdicta cæteráque remedia, quæ actionum inſtar obtinét, earúmque loco proponuntur[g]. Contracta verò ſignificatione, actiones in perſonam, & in rem duntaxat cóprehédit[h], & contractiſsimo, non niſi ſolas actiones in perſonā ſolemus Actiones dicere[i]. Aut alio nomine códictiones[k]. Quæ verò in rē intenduntur, † védicationes, aut petitiones appellantur[l]. Perſequutionis autem nomine, propriè ſignificantur poſtulationes illæ extraordinariæ, quæ officij Iudicis implorationes vulgò dicuntur,[m] & quibus actionum loco vtimur,[n] vbi ſcilicet nulla actio prodita eſt, quam tamen æquum foret competere[o].

c Actio autem. Actionis nomé apud alios authores, pro oratoris pronúciatione vſurpari ſolet, quam Cicero, è voce, atque motu conſtare dixit[p]. Aut pro oratione ipſa, ſiue cùm habetur, ſiue cū ſcripta eſt[q]. Nónunquam pro eo, quod dicimus vulgò operationem, vt cum Cicero, virtutis laudé omnem, in actione conſiſtere dixit.[r] Apud Iuriſconſultos verò licet quādoque actū[ſ] interdum accuſationem[t] ſignificet plerunque tamen notat facultatem illam experiundi in iudicio, ad id quod nobis debitū eſt[u], vt & hic Iuſtinianus oſtendit. ſic dictam (vt Theophilus ait) quod reos, & debitores, per eam ad iudicium agamus.

p Cice. in Orat.
q Valla lib. iiij. cap. ...
r Cicer. j. offic.
ſ l. iiij. §. fi. ff. de vſuca. inter vir.
t l. j. c. quādo ciuil. actio.
u l. nihil aliud ff. de actionib. & obligat.
x d. l. nihil aliud.

d Nihil aliud eſt. Tota hæc diffinitio, ad verbum deſcripta eſt, ex lege Iuuétij Celſi[x] nihil aliud eſſe Actioné dicétis, quàm ius quod ſibi debeatur, iudicio perſequendi. Quam vel ex eo probam, & integram eſſe apparet, quòd genere conſtet, & differentiis. Genus in hac diffinitione, *ius*, eſt. Reliqua verba differētiæ ſunt. Rectè porrò Celſus, & Iuſtinianus dixerūt. *Nihil aliud eſt.* Licet enim olim eſſet, ſolennis quædā verborum conceptio, primùm à collegio pontificum, deinde à prætore impetrata:[y] formulis † tamen illis veteribus penitus ſublatis,[z] actionem hodie ſatis eſt aptam rei, & propoſito negotio conuenientem, proponere, vt meritò nihil aliud ſit actio, quàm ius, &c.

y l. ij. §. deinde ex his. ff. de orig. iu.
z l. j. & ij. C. de formu.

e Ius. Hoc eſt † legitima poteſtas, & facultas. Quomodo etiam Iuriſcōſulti dixerunt, vſumfructum ius eſſe, vtédi fruendi:[a] Iter, ius eundi: Actum, ius agendi: Aquæductum, ius aquæ ducendæ:[b] & iis ſimilia. Facultatis quoque agendi meminit Caius.[c] Et actioné in ſua poteſtate habere, quando vtatur ſuo iure, Paulus reſpondit[d]. Sanè verò cū actio ius ſit, vt hic docet Iuſtinianus, & quæ iuris ſunt, ad hæredes tranſeant[e]: nō dubium eſt, quin actiones hæredibus, & cótra hæredes, regulariter dentur[f]. An autem iuris ciuilis vel gentium ſit actio, loco commodiore, à nobis diſputatum eſt[g].

a l. j. ff. de vſufr.
b l. j. ff. de ſeruit. ruſti. prædio.
c l. ſi ff de eo q certo loco.
d l. pure §. ſi ff de dol. excep.
e l. cū hæredes ff. de ac. q. poſſ.
f § nō autē. d. perpet. actio. in fi.
g l. ij. § d. q de ex his ff. de orig. iur.
h l. ait. Prætor. §. ſi debitorē ff. quæ in fraud. cred.
i l. extat ff. quod met. cauſ. penul. & ſi. l. ſi quis in ge... lul. de ... pib.
k l. j. ff. de exceptio.

f Perſequendi. Perſequendi dixit, vt intelligamus quod nobis debetur, non priuata noſtra authoritate à debitore extorquendum (niſi forte eum fugientē deprehendamus[h];) ſed per iudicé, repoſcendum eſſe[i]. Poteſt quoque dici, hoc verbum adiectum ad differentiam exceptionis, quæ non eſt ius perſequendi, ſed repellendi, & excludendi intentionem agentis[k].

tutam,mixta quandoque dicatur.[a] Sed de mixtis actionibus loco magis idoneo plu-
4 ra[c].Actiones † item,quæ in rē ſcriptæ dicũtur[y],in perſonam nihilominus ſunt, cũ ad dandum,faciendúmve,intendantur[z].In rem ſcriptæ ideò appellatæ,quòd earũ verba,generaliter,& in rem,cōcepta ſint, nec ad perſonam referantur.Vt alibi præter cæteros aduotauimus[b].

f *Obligatus eſt.*Vt enim obligationis cauſa,contractus eſt:ſic perſonalis actinnis, ipſa obligatio[c]. Et vulgò dicimus,ex paciſcentium contractu obligationem,& ex obligatione actionem naſci[d].

g *Ex contractu.*Contractus † propriè di-
5 citur,quaſi mutuus,& ſimultaneus paciſcentium tractatus[e].Quamuis hic, paulò extenſiùs contractus nomen accipi debeat. Vt idipſum,quod quaſi contractum,dicere ſolemus,comprahendat. Nam & inde obligationes,& actiones,in perſonam naſcuntur[f].

b *Ex maleficio.* Aut ex eo , quòd † quaſi
6 maleficium vocamus:cùm ſcilicet,quis ex propoſito non peccauit,ſed tamen aliquatenus culpæ reus eſt ob nimiam veluti imprudentiam:aut quia malorum hominũ opera vſus fuit[g].Et ita ſub maleficio,quaſi maleficium,Iuſtinianus comprehendit:ſicuti quaſi contractum,ſub contractu.

i *In perſonam.* Sic appellatæ, quòd obligati ſemper perſonam ſpectent,nec aduerſus alium locum habeant[h]. Nec item rem propter quam competunt , vllo modo ſequatur. ſed obligatæ perſonæ viſceribus, perpetuò adhæreat[i]. Qua ratione Scæuola reſpondit[k],eum qui modios aliquot frumenti,de fundo ſuo,annuos præſtare promiſerat,ad præſtationem , poſt venditum etiam fundum,teneri:non item emptorem licet in venditione, addita ſint ea verba, *Quo iure,quaque conditione. is fundus hodie l.Titij.& ita venit.itaque habetur.*Vnde ſi quando legimus actionem perſonalem, comitari rem,cuius gratia prodita eſt : vt cùm Vlpianus ſcripſit actionem commodati contra hæredem particularem, qui totius rei reſtituendæ facultatem[l] habet, inſolidum dari:præter naturam actionis contingit,ſingulari bonæ fidei fauore, quæ maxima in commodato deſideratur. Quod & ſatis aperit Iuriſconſultus , dum ait, *quaſi hoc boni iudicis arbitrio conueniat*[m].

*Intendit.*id eſt,† in iudicio petit[n] à quo
K verbo , deduxerunt Iuriſconſulti paſsim,
7 *Intentionis* nomen.pro libello, & formula illa petitionis iudicialis.quæ ab actore offertur in iudicio[o]. Dixerunt quoque boni authores,intendere litem,[p] actionem[q] , & controuerſiam[s] , pro eo quod eſt litem, actionem,ſeu accuſationem proponere,aduerſus aliquem aut iudiciariam mouere controuerſiam.

l *Dare aut facere.* † *Ego (dare facere,)* li-
8 cet omnium codicum fides repugnet,legere malo:quòd ea ſint veteris formulæ verba,ad quā reſpicit hîc Iuſtinianus, vt ſubiiciam.Et latini quique authores, ſed præſertim Iuriſconſulti noſtri , ita loqui ſoliti fuerint[t].Itaque Calpburnius (inquit Cicero,) illum adegit,quicquid ſibi dare facere oporteret , ex fide bona[t].His porrò verbis,(*Dare facere*) notat Iuſtinianus, antiquam actionis formulam. *Si apparet eum dare facere oportere.*[u] Etenim qui expetiebatur,hæc verba dicebat : *Aio te mihi dare facere oportere*[x].Aut, (vt Theophilus hîc ait) *ſi apparet aduerſarium dare facere oportere,condemna eum iudex.* Sed loco magis opportuno,hęc fuſiùs à nobis explicabuntur[y].

m *Oportere.*verbum hoc,† oportere,ad ve-
9 ritatem referri vult Paulus. non item ad facultatem iudicis pertinere,qui vel pluris vel minoris condemnare poteſt[z]. Nam ſi contendat Actor in libello,centum ſibi dari oportere,pluris ex cauſa reus condemnari poterit.velut ob aduerſarij cōtumaciā,[a] aut infitiationem[b],vel ratione expenſarũ, aut eius quod intereſt[c].Minoris verò,ſi vel de tota ſumma probatum non ſit , vel ſi pendente iudicio,pars cœpit non deberi[d].

n *Et aliis quibuſdam modis.* Actio perſonalis ſcilicet,proponi poteſt,aliis inquam modis,quàm vt dicere debeamus , aduerſariũ dare facere oportere. veluti in actione perſonali ad exhibendum,vt res exhibeatur[e]. condictione incerti, vt obligatione quam ſine cauſa contraximus, liberemur. [f] Præterea in actione commodati,depoſiti,& ſimilibus,quibus nec vt detur nobis experimur: (cùm rerum proprietatem , ſemper retinuerimus[g],& dominiũ nō poſsit, niſi ex vna cauſa cōtingere[h]:) nec itē vt quicquā fiat,ſed vt res nobis reddatur & reſtituatur[i]. Nec ad rem pertinet,quod faciendi verbo reddendi etiam cauſa contineatur[k] : Nam hoc generali quadam acceptione verum eſt ſecundum quam,pariter dicere poſſumus, verbo (*facere*) dationem quoque comprehendi[l]. Denique cùm ego contra aduerſarium,qui me ſuum ſeruum eſſe iactitat, vt vel ab iniuria temperet,vel ſi quid habet in nos proponat[m], neque ad dādum agimus, neque ad faciendum,ſed tamen iis omnibus caſibus,in perſonam obligati,actiones

o diriguntur.

Nullo iure. Neque ex contractu videlicet,nec quaſi ex contractu , neque ex maleficio,nec quaſi ex maleficio.) quibus modis obligationes duntaxat produci ſolent: (cùm nihil inter dominum,& cōtrouerſæ rei poſſeſſorem,huius rei nomine geſtum,contractúmve ſit.

p *Actiones in rem.* Quibus res noſtras ab aliis poſſeſſas petimus:& ſemper (inquit Vlpianus) aduerſus eum locum habent , qui poſsidet[n].Quo ſatis intelligimus finem,& ſcopum harum actionum,eſſe rem, vt perſonalium perſonam.[o] Vnde in earum formulis,quæ à Prætore præſtituebantur, (vt infrà dicam[p]) non perſona,ſicut in perſonalibus,ſed res certa deſignabatur. In petitione † namque fundi,iſtiuſmodique rei
10 immobilis.hæc erant verba ſolennia.*Fundum,qui eſt in agro Sabino hunc meum eſſe*

Fff 2 aio:

a l.hæredi tatis C.illo t.t.
x in d. §. quędam.
y l.verũ §. cũ autē ff. ſi metus cauſa
z l.iij.§.eſt autē ff.ad exhibend.
a l.j.& d.§. cum autē t. quod metus cauſa.
b libr j.Miſcell.cap.12.
a l.licet §. ea ff.de procura.
d l.ex placito C.de rer. permu.
e l.Labeo §.contractũ ff. de,verbo. ſign.
f l.ij.ff. de neg.ge. l.iiij. §.j.ff.de act. & oblig.
g §.j.& ro. tit.de oblig. quæ quaſi ex delict. d. l.iiij.§. ſi iudex cũ ſeq.
h l. actionũ verſ.in perſonā ff.de actio.& obli.
i l.1.§.ſi hęres ff.ad Treb.
k l. vlt. §. vlt.ff. de cōtrahen.emp.
l l.j.§.hæres.ff. cōmoda.
m dicto §. hæres. in fi.
n §.ſi quis agens § ſi quis aliud infrà hoc ti.
o l. ſi quis intentione. ff. de iudi.
§ ſi quis agens.
p Cicero pro Cæcina.
q Cicer.pro Milone.
s Cic.ad Heren.

t l.deſire debemus §.ſi .l.ſi à ſolo no.l.cū ſtipulamur.ff. de verb.obl l.ſi ita ſtipulatus.ff. de leg.e.l.ſæpè. §.j.ff.de verbo.ſignif.
t Ci.3.offi.
u § ſi quoque quibus modis re cōtrahi. §. ſic itaque de actio.
x l. verbũ oportere ff. de verbo.ſign ſic.
y § ſic itaque
z d.l.verbũ oportere.
a l.1 ff.de in litē iuran.
b § at aduerſus. de pœ.tem. litig.
c l.termina to C.de fructib
d l.ſi ſeruus e.ff de cōdi. furt.
e l.j.§.eſt autem ff ad exhib
f l qui ſine ff de condi. ſine cauſa.
g l.rei commoda.ff.cōmod. h l.heres.§.fin. ff. depoſit.
h l.1.§ ex pluribus ff. de acquirēda poſſeſſ.
i l.officium ff de rei vendica.
k l.faciēdi. de verbo.ſignific.
l l.ſi hæres ff.de legat.1. l.verbũ facere ff de verbo. ſignific.
m l.diffamari. C. de ingen.& manu.
n l.actionũ ff de actio. & obli. l.1. C.vbi in rē actio.
o l 1.§ ſi hęres. ff.ad Trebel.d. l. actionem.
p §.ſic itaque hoc tit.

aio:ibi ego,te iure,manu conſertum voco[q]. In rei verò mouentis, vẽdicatione, hæc: *Hanc ego rem, ex iure Quiritum, meam eſſe aio*[r]. Aut promiſcuè de rebus, tam mobilibus, quàm immobilibus, hæc procedente tempore eſſe cœperunt. *Si apparet me huius rei dominum eſſe, aduerſariũ, iudex cõdemna*[ſ].

q *Rem corporalem.* Meminit rei corporalis Iuſtinianus: quia incorporalia non vendicantur[t].

r *Poſsideat quis.* Aduerſùs eum poſsidentem, vt ex Vlpiano diximus, domino competit in rem actio[u]. Et qui petitorio iudiciò vti volet, priùs requirat (inquit Caius) an is, contra quem agere vult, poſsideat[x].

1 Diocletianus & Maximianus etiam † poſſeſsionem, parere actionem aduerſario reſcripſerunt[y]. Poſsidere autem intelligitur qui dolo malo deſiit poſsidere[z]. vnde & is actione in rem conueniri poteſt[a]. ſicut & quicunque etiam rem detinens, facultatemque habeos rei reſtituendæ[b]. Nam licet propriè non poſsideat, in poſſeſsione tamen reperitur[c].

ſ *Suam eſſe.* Hoc eſt, eius rei dominiũ habere: Suum enim dictio, ad dominiũ refertur[d]. Quo ſatis intelligimus, non poſſe hac actione experiri, niſi qui dominus eſt[e]. Dominium tamen quodcũque ſufficit, ſiue directum, ſiue vtile[f]. Ergo actionis in rẽ duplex cauſa reperitur, ex parte actoris dominium, ex parte rei poſſeſsio[g].

t *Se eſſe dicat.* Et poſſeſſorem. Nam ſi ſe poſsidere negaret, actionis in rẽ[h] perſecutio, velut maximo extremorũ deficiẽte, nulla eſſet. Improbè tamẽ ſe poſsidere negãti, pœna addita eſt à lege: quoniam mendacij conuictus poſſeſsione ſpoliatur, quæ transfertur in actorem[i]. Poſtremò ad has actiones in rem, & in perſonam, non prætereundum, quod moribus noſtris receptum eſt, nõ omnino cũ iure cõcordã. Solẽt quippe Galli actiones reales plerũque dicere, quibus res ſoli vẽdicamus, vbi præſertim quæritur, quis iudex eſſe debeat[k]. Perſonales verò, quibus mobilia, aut ſe mouẽtia, nõ etiã

2 immobilia, perſequimur, Puras † perſonales, pragmatici dicunt. quas corã iudicibus eccleſiaſticis, Regia lex inſtitui vetat[l].

Cicero pro Murena Gell. lib. xx. cap. 9.
r l. 1. §. 1. ff. de rei vend. Cicero in Top.
ſ Teophilus hic.
t l. vendicatio ff. de rei vendica.
u l. actionũ ff. de action.
x l. 1. C. vbi in rem actio.
y l. qui petitorio §. de rei vend.
z l. vnica C. de alien. iud.
a l. qui dolo. l. parẽ. ff. de reg. iu.
a l. fin autẽ §. ſed & ſi is qui l. is qui dolo ff. de rei vendi.
b l. officium ff. de rei vẽdi.
c l. 3. ff. ſi ff. de acquir. poſſ.
d l. Quintus §. argẽto ff. de auro leg.
e l. in rẽ ff. de rei vend. d. l. actionũ.
f l. 1. §. fin. ff. ſi ag. vectig. l. 3. §. ſi quid autem ff. de ſuperficib.
g cap. examinat. de iud. d. l. vnica. d. l. in rẽ.
h l. actionũ ff. de actio. & obli. d. l. vnic.
i l. vlt. l. ff. de rei vend.
k l. 1. 2. & 3. C. vbi in rẽ actio.
l Ordinatio Francisci de brulius.

§. Aequè.

Æquè[a], ſi agat quis[b], ius[c] ſibi eſſe[d], fundo fortè vel ædibus[e] vtendi, fruendi,[f] vel per fundum vicini[g] eundi, agendi, vel ex fundo vicini, aquam ducendi, in rem actio eſt[h]. Eiuſdem generis[i] eſt actio, de iure prædiorum vrbanorum. Veluti ſi quis agat ius ſibi eſſe, altius tollendi[k], proſpiciẽdi've[l], vel proiiciendi[m] aliquid, vel immittendi[n] tignum in vicini ædes. Contrà quoque[o] & de vſufructu[p], & de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, item prædiorum vrbanorum, inuicem prodita ſunt actiones[q]: vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario,[r] vtendi fruendi, eundi agendi, aquamve ducendi, item[ſ] altius tollendi,[t] proſpiciendi've, vel proiiciendi, immittendi ve. Iſtæ quoque actiones, in rẽ ſunt, ſed negatiuæ.[u] Quod genus actionis[a] in controuerſiis rerum corporalium proditum non eſt. Nam in his[y] is agit, qui nõ poſsidet[z]. Ei verò qui poſsidet[a], non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe[b]. Sanè vno caſu[c], qui poſsidet, nihilominus is actoris partes obtinet, ſicut in latioribus, Digeſtorum Libris, opportunius apparebit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Seruitutum actiones.*
2 *Vendicatio ſeruitutis cui detur.*
3 *Vſusfructus apud quem ſit.*
4 *Seruitus vnde dicta.*
5 *Confeſſoria actio.*
6 *Altius tollendi ſeruitus.*
7 *Aedificiorum vetus forma ſeruanda.*
8 *Proſpiciendi ſeruitus.*
9 *Proiiciendi ſeruitus.*
10 *Immiſſum, & proiectum.*
11 *Negatoria actio.*
12 *Poſſeſſori quando actio datur.*

a Æquè Proſequitur Iuſtinianus, poſtremum diuiſionis membrum, ſuprà traditum[a]. nempè actionum in rem. Quarum aliæ pro rebus incorporalibus, nimirum pro ſeruitutibus, proditæ ſunt: vt confeſſoria, & negatoria,[b] ſicuti rei vendicatio (de qua dictum eſt) pro corporalibus.

b *Si agat quis.* Rei, cui ſeruitus debetur, verus, hoc eſt directus dominus.[c] Neque enim

1 alij quàm vero domino † datur actio directa pro ſeruitute.[d] Nam quod Caius ſcribit, creditori, qui pignoris nomine prædium tenet, vendicationem ſeruitutis competere,[e] de vtili petitione ſeruitutis accipiendum, Iulianus alibi docet.[f] Sic in ſuperficiario, & emphyteuta, qui domini rerum veri non ſunt, ſed dominij tantùm vtilitatem habent,[g] idem dicendum. vt videlicet, actionem pro ſeruitute habeant[h], cæterùm vtilem, non directam.[i] Eadem ra-

2 tione, nec fructuarius directò † ſeruitutem vendicare poteſt. Quin & Vlpianus, non vno in loco, negat apertè, ius ei vendicandæ ſeruitutis competere,[k] Quod ſuo nomine, ex alio eiuſdem iuriſconſulti reſponſo interpretamur.[l] Nam nomine domini, quaſi procurator eius, videlicet, non prohibetur, directa vendicatione ſeruitutis vti.[m] Quod & alibi fuſiùs diſſerui.[n]

c *Ius.* Ab ipſa rei proprietate ſeparatum. Cùm enim non poſsit alicui proprius fundus ſeruire:[o] qui proprietatem habet, nequit intendere ius ſibi eſſe vti frui.[p] Eſt enim vſusfructus, ius alienis rebus vtendi.

3 [q] Et † ideò nõ dicitur vſumfructũ habere, qui fundo ſuo quaſi dominus vtitur.[r]

d *Sibi eſſe*, De præſenti. Nam articulus eſt præſentis temporis, vt Pomponius ait, demonſtrationem in ſe continet[ſ]. Quo intelligimus, actione in rem, nos ad ſeruitutem,

a § præced.
b l. 2. ff. ſi ſeruit. vendic. & hic.
c l. 1. ff. com. præd.
d l. 2. ff. ſi ſeruit. vendic.
e l. creditori ff. de op. nou. nuncia.
f l. ei qui ff. de ſeruit.
g l. 1. §. fin. ff. ſi ag. vectig.
h l. in prouin ciali §. pe. ff. de no. oper. l. 1. §. 1. ff. de ſuperficieb.
i d. l. ei qui ſecundo reſponſo.
k l. 1. § pen. ed. l. vſusfruct. §. ceterũ ff ſi vſusf. peta.
l l. 1. § item Iulianus. ff. de remiſſio.
m l. 1. § fin. ff. de nou. oper. d. § ſed Iulian.
n d. l. ei qui colam. 4.
o l. in re cõmuni §. de ſer. vrb. prædio.
p l. vſusfruct. ff. ſi vſusf. peta.
q l. 1. ff. de vſufruct.
r l. cum in fundo in prin. ff. de iure dotium.
ſ l. ſi ita ſcriptum §. ff. de auro leg.

ſeruitutem,quæ noſtra eſt, iámque nobis
conſtituta,es petiti [l]. Vt enim promiſſa ſer
uitus conſtituatur,in perſonam actio pro-
dita eſt, [a] ex pactionibus contrahentium,
vel teſtamento enata [z].

e *Fundo fortè vel ædibus.* Alieno, vel alie-
nis.Cùm (vt dixi) nō poſsit dominus age
re,ius ſibi eſſe fundo ſuo vti frui [y]. Neque
enim res noſtræ nobis ſeruiunt [a].

f *Vtendi fruendi.* Seruitutes,non à ſeruan-
4 do dictæ,de quibus alibi tractatur [a]:ſed † à
ſeruiendo, Quædam perſonarum ſunt, vt
vſus,& vſusfructus:quædam rerum,vt ru-
ſticæ,& vrbanæ [b] Earum omnium:& per-
ſonarum & rerum ſingulatim exēpla pro-
fert Iuſtinianus (Nam & pro omnibus,a-
ctiones in rem proditæ ſunt [c].) à ſeruitute
vſusfructus perſonali initium faciens.

g *Fundum vt. vti.* Sanè dixit vicini.quia res
ſua vt præmonui,nemini ſeruit [d].Et ideo ſi
quæſiero dominiū.prædij ſeruientis in vni
uerſum,tota ſeruitus cōfunditur & euane-
ſcit [e]. Hic autē,vſq; ad verſic. (*Euſdem ge
neris*) de ſeruitutibus ruſticorum prædiorū
agit Imperator,nimirum de ſeruitute Iti-
neris,actus,& Aquæductus [f].

h *In rem actio eſt.* Quæ † confeſſoria ap-
5 pellatur:ei prodita, qui ſeruitutem ſibi cō-
petere contendit [g],aduerſus omnes, qui eū
ſua ſeruitute vti non patiuntur [h].

i *Euſdem generis.* Hoc eſt eiuſdem naturę,
& conditionis [i],nimirum in rem.

K *Altius tollendi.* Inexplicabilis hinc nodus
oritur,qui interpretes [k] hactenus,valde ma
lè habuit.Cū enim naturalis libertatis iure
6 † liceat vnicuique ædificare, tollereq́; etiā
in infinitū, [l] & obſcurādo lumina vicini [m],
altiùs ædificatum:in rem actionē domino,
pro ſeruitute,& otioſè,& ridiculè,iuſtinia
nus prodere videtur,cū hoc nō ſeruitutis,
ſed libertatis naturalis iure cōpetat [n]. Cur
enim agerē,vt patiaris me meas ædes altiùs
tollere,quod pati,naturali,ciuiliq; ratione
tenetis? Ego non vno in loco aperui quid
aduerſus alios hac in re ſentirē [o]. Sciēdum
itaque facultatē altiùs tollēdi ædificij vni-
7 cuique liberam eſſe,† formam & ſtatū an-
tiquorum ædificiorū cuſtodienti, [p] & legi-
timū ſpaciū,à vicina inſula intermittēti [q].
Neque enim aliter,poteſt vel altiùs, vel la-
tiùs ædificādo vicini cōmodū minuere, [r] ni
ſi hoc ius ab ipſis vicinis quæſierit:quo ca
ſu altiùs tollere poterit,ſuprà veterē formā
& nō habita ratione, definiti à lege ſpatij.
non quidem iure libertatis, ſed impoſitæ
ſeruitutis [ſ].

l *Proſpiciendi vt.* Hoc ius † ſeruitutis, ad
8 lumina pertinet [t].& ſeruitutis (*proſpectus*)
appellatur ei cōpetens,vt aduerſus alios, à
nobis alibi annotatū extat [u]. qui ius habet
proſpiciendi, hoc eſt ſpectandi,in prędium
vicini.Atque ita Theophilus exponit.

m *Proiciendi aliquid.* Hoc eſt †, prouehen-
9 di, & protendendi aliquid extra murum,
& parietem. vnde & proiectum Quod
10 † ab immiſſo ſic Labeo diſtinguit [x], vt
proiectum nuſquam conquieſcat: qualia
ſunt Mæniana, ſeu ædiculæ penſiles, vnde
T.de action.

nobis in vicos,& plateas aſpectus eſt [y]. &
ſuggrundia.hoc eſt eminentes tecti partes,
arcendis ſtillicidiis deſtinatæ. Immiſſum
autem aliquo in loco requieſcit, veluti li-
gna,trabéſque ſuprà vicini domum [z].

n *Immittendi.* Quid ſit immittere, & in
quo differat proiectum ab immiſſo, iam
ex Labeone docuimus [a].

o *Contrà quoque.* Expoſita confeſſoriæ actio-
nis natura,ad negatoriam tranſcurrit Iu-
ſtinianus.

p *De vſufructu.* Quæ perſonalis ſeruitus eſt [b].

q *Productæ ſunt actiones.* Quæ † negatoriæ
11 dicuntur:per quas nimirum negat domi-
nus, in ſuo fundo alteri ſeruitutem com-
petere [c], vt in ſubiectis à Iuſtiniano exem-
plis.

r *Aduerſario.* Qui de ſeruitute contro-
uerſiam facit,atque adeò fortè, iam de fa-
cto ea vtitur: quia puta fundo meo frui-
tur, per fundum meum vadit, aut iumen-
ta agit, vel illinc aquam ducit [d], aut a-
liter prædium mihi liberum tenere non
ſinit.

ſ *Item.* Si quis (ſubaudi) intendat, ius
non eſſe aduerſario.

t *Altius tollendi.* Veluti ſi contra veterem
ædificiorum formam,aut non relicto legi-
timo ſpacio [e], velles tuas ædes altiùs tolle-
re.Cùm enim hoc tibi non liceat (vt ſuprà
oſtendimus [f]) poſſum ego rectè agere,
ius tibi non eſſe altiùs tollere [g] Et multo
magis, ſi vel contractu, vel teſtamento,
ius quæſiſſem, ne omnino altiùs tibi tol-
lere liceat [h].

u *Negatiuæ.* Id eſt negatoriè conceptæ.Nā
& ideò negatoriæ appellantur,quòd ei cō-
petant,qui ſeruitutem,in fundo ſuo, alte-
rum habere negat [i].

x *Quod genus actionis.* Negatoriæ ſcili-
cet.

y *In his.* In controuerſiis nimirum rerum
corporalium.

z *Is,qui agit non poſsidet.* † Poſſeſſori verò
12 actio, qua neget rem alterius eſſe, nun-
quam datur [k] ſicuti dixit Vlpianus [l], cùm
ſufficiat ei,quòd poſsideat. Quoniam (vt
alibi idem ait) de ſuo,non de alieno iure,
quenque agere oportet [m]. hoc eſt, vt rem
quam petit,ſuam eſſe dicat,cauſámque iu-
dici probet:non vt eam aduerſarij eſſe ne-
get. Nā alioqui rectè reus opponeret, Res
controuerſa cum primis mea eſt. Deinde
quamuis mea non ſit,non tamen ideò tua
vnde in pari cauſa,quia poſſeſſor, vincere
debeo [n]. Solus ergo qui non poſsidet, in
corporalibus agere poteſt,vt rem ſuā ab al
tero detentam recipiat [o] eiúſque poſſeſsio-
nem adipiſcatur [p].

a *Et vero qui poſsidet.* fundum, domum,
aut aliam rem corpoream.

b *Neget rem actoris eſſe.* De ſuo enim,
non de alieno iure, oportet actorem ex-
periri [q]. Eique ſufficere debet, quòd poſ-
ſideat. Vnde nunquam (inquit Vlpia-
nus) actio poſſeſſori datur [r], qua, vi-
delicet, rem neget actoris eſſe [ſ], vt ſtatim
diximus.

e *Vno caſu.* Quiſnam ille caſus ſit, quo ſimul quis & poſsideat, & actoris vices ſuſtineat, necdum planè liquet, aliis in alias ſententias euntibus. Ego vt quod tantum ſentio, breuiter dicam hunc locum ſemper intellexi, de interdicto, vti poſsidetis. idque ex Vlpiani verbis[t], *Interdum (inquit) vti poſsidetis poſſeſſorem, prætij euetur: actio enim nunquam vltro poſſeſſori datur.* vt ita Iuſtinianus, memoratum à ſe confusè caſum, ad aliquam propriam ſpeciem actionis, non referat: ſed ad iſtiuſmodi interdictum, in quo verum eſt poſſeſſorem, partes actoris ſuſtinere. & de illo æditum nominatim in Pandectis tractatum[u]. Interdicta autem licet propriè actiones non ſint: actionis tamen verbo continentur[x]. Nec præterea Iuſtinianus caſum exprimit, quo poſſeſſorem, actorem dicat: ſed actoris partes obtinere. Atqui longè aliud eſt quem actorem eſſe, & actoris partibus fungi[y].

> t l.j. §. penult. ff. vti poſsid.
>
> u In ſito. ff. vti poſsid.
>
> x l. actionis verbo ff. de verb. ſig.
>
> y l. in exceptionibus ff. de probationi. l. ſi eo. ff. ſi liber. ing. eſſe dic.

§. Sed iſtæ.

Sed iſtæ[a] quidem actiones[b], quarum mentionem habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles, ex legitimis, & ciuilibus cauſis[c] deſcendunt[d]: Aliæ autem ſunt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione[e] comparatas habet, tam in rem[f], quam in perſonam[g]. Quas & ipſas neceſſarium eſt exemplis oſtendere[h]. vt ecce[i] plerunque[k] ita permittit Prætor, in rem agere, vt vel actor dicat ſe quaſi vſucepiſſe[l], quod non vſuceperit: vel ex diuerſo[m] dicat aduerſarium ſuum[n] non vſucepiſſe, quod vſuceperit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Honorariæ, & ciuiles actiones.*
2 *Ius dicens pro Prætore.*
3 *Iuriſdictio pro edicto.*
4 *Exempla rem obſcuram illuſtrant.*
5 *Plerunque, dictio.*
6 *Quaſi, pro tanquam.*

a *SEd iſtæ.* Tractat hîc Iuſtinianus efficientem cauſam actionum, per incidentem diuiſionem. Nam aliæ ſunt 1 † ciuiles, vt quarum iam meminimus, & ſi quæ iis ſimiles ſunt. Aliæ honorariæ, id eſt prætoriæ: quas nimirum Prætor ex ſua iuriſdictione propoſuit[a].

b *Actiones.* In rem videlicet tam pro corporeis, quàm pro incorporeis rebus prodita.

c *Legitimis, & ciuilibus cauſis.* Nimirum à lege, Senatuſconſulto, aut aliis iuris ciuilis partibus[b], quas alibi Papinianus commemorat[c].

d *Deſcendunt.* Hoc eſt proficiſcuntur, & ſuam ducunt originem.

e *Iuriſdictione.* Hoc eſt Edicto. Nam quia ad ſolum Prætorem, ius dicendi officium in vrbe Roma pertinebat, inde factum eſt, vt & 2 ius † dicentis verbo, Prætor ſignificaretur[d]: Et iuriſdi-3 ctionem †, pro Prætoris edicto iuris authores vſurpare ſoleant[e], ac nonnunquam perpetuam iuriſditionem dicere[f]. Quod ex Cornelij lege Prætores non temporariis edictis, vt olim, ſed perpetuis, ius redderent. quemadmodum non vno in loco annotauimus[g].

> a l. actionum §. 1. ff. de act. & oblig.
>
> b §. 3. de per. & temp. actio.
>
> c l. ius ciuile ff. de iuſtit. & iure.

f *Tam in rem.* Vt Publiciana, Reſciſſoria, Pauliana, & Hypothecaria.

g *Quàm in perſonam.* Veluti de conſtituta, de peculio, & in factum, ex iureiurando.

h *Exemplis oſtendere.* Hinc edocentur 4 iuris præceptores †, vt rem obſcuram, exemplis patefaciant, & illuſtrent. Nihil enim eſt tam difficile, quod exemplis congruentibus, non fiat manifeſtum[h]: dum & illud meminerint, nimios ea in re eos eſſe non oportere. Vno enim propoſito ſe contentum Iulianus ait[i].

i *Vt ecce.* Ex actione, quæ ab inuentore Publicio, fuit Publiciana appellata, primum petit exemplum Iuſtinianus.

k *Plerunque.* Dictio † plerunque, quæ 5 pro ferè ſemper ſolet vſurpari[k], hic pro nonnunquàm, & aliquando, accipitur, vt in illo Ciceronis loco, Fortuita ſunt, quæ plerunque, non ſemper eueniunt[l].

l *Quaſi vſucepiſſe.* Dictio † quaſi, pro 6 tanquam, ponitur[m], vt cùm cicero dicebat Græcas literas ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens[n]. Vt ſic velit Iuſtinianus, actorem in hac ſpecie, rem æquè ſibi vendicare, atque ſi iam vſucepiſſet, ſeu cœptam vſucapionem compleuiſſet. Etenim dicet Actor, *Aio hanc rem, ex iure Quiritium, meam eſſe, Quaſi à me vſucaptam.* Vnde contextus noſtri verba, (*Actor dicat, ſe quaſi vſucepiſſe, quod non vſuceperit*) ſic exponi debent vt actor rem quam necdum vſuceperat, nihilominus ſuam eſſe dicat, tanquam vſucaptam[o]. Nam ſi de tempore poſſeſſor opponat, iuuabitur actor, qui ex iuſta cauſa, rem à non domino bona fide accepit[p], vt non minus Bonafides, quàm verum dominium, actori præſtare quodammodo credatur[q].

m *Vel ex diuerſo.* Tranſcurrit, Publiciana intermiſſa, ad reſciſſoriæ exemplum. Nempè cùm aduerſus poſſeſſorem, qui rem meam vſucepit, ac poſsidet, experior ego, qui Reipublicæ cauſa abfui, tanquam ille non vſuceperit.

n *Aduerſarium ſuum.* Et poſſeſſorem.

> d l. ſi filius qui patri ff. de vulg. l. j. ff. de minorib.
>
> e l. j. §. ait autem ff. de poſtulan. l. quamuis ff. de in ius vocan. l. poſtquam § imperator. §. vi leg. no l. Diuus e. ff. de falſis.
>
> f l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict.
>
> g l. b. 4. Miſcella cap. 6. & in l. 2. ff. de orig. iuris.
>
> h l. Prætor §. videamus ff. de collat. bonor. & l. reſponſum. C. de tranſact.
>
> i l. ſi re valuerat vel §. ad legem Aquiliam l. 1. §. cognoſcit de officio præfect. vigil.
>
> k Cicero de diuinatio.
>
> m l. adoptionem ff. de adopt. l. vel ſic in ſi ff. de dona. cau. mor. l. ſed certo lo prin. ff. quibuſq. vn. l. nec vllam § ſi. ff de pec. heredi. l. 9. in prin. ff de cond. cau. da.
>
> n Cicero de ſenectute.
>
> o §. ſequenti.
>
> p l. 1. l. ſed cum qui § ſi. & l. ſequen. ff. de public.
>
> q l. bonæ fidei. ff. de regul. iur.

§. Nanque ſi cui.

Nanque ſi cui[a] ex iuſta cauſa[b], res aliqua[c] tradita fuerit[d], (veluti ex cauſa emptionis, donationis, dotis, aut legatorum) & necdum eius rei dominus[e] effectus eſt[f] ſi eius rei poſſeſſionem caſu amiſerit[g], nullam habet in rem directam actionem[h], ad eam perſequendam. (Quippè ita prodita ſunt iure

tare ciuiles actiones, vt quis dominium ſuum vindicet. Sed quia ſanè durum erat [k], *eo caſu deficere actionem: inuenta eſt à Prætore actio* [m], *in qua dicit is qui poſſeſsionem amiſit, eam rem ſe vſucepiſſe* [n], *quam vſu non cepit, & ita vindicat ſuam eſſe* [o]: *quæ actio Publiciana appellatur: quoniam primum à Publico Prætore in edicto propoſita eſt* [p].

SVMMÆ RERVM.

1 *Publiciana.*
2 *Traditio ad publicianam neceſſaria.*
3 *Directa actio.*
4 *Vtilis actio.*
5 *Publicianæ æquitas.*
6 *Publicianæ color.*

a N*Anque ſi cui.* Cùm duo Prætoriarum actionum in rem exempli, Iuſtinianus generatim propoſuiſſet, nimirum † Publicianæ, & Reſciſſoriæ actionis: priùs exemplum ſpeciatim hîc exequitur.

b *Ex iuſta cauſa.* Hoc eſt iuſto titulo tali nimirum, qui ſi à domino proceſsiſſet, ſequuta traditione, tranſtuliſſet dominium, in accipientem [a], vt in ſubiectis à Iuſtiniano exemplis.

c *Res aliqua.* Siue corporalis, ſiue etiam incorporalis. Nam de ſeruitutibus, exemplo confeſſoriæ actionis, (quæ ciuilis eſt:) Publiciana datur [b].

d *Tradita fuerit.* A non domino, quem tamen accipiens dominum eſſe putabat [c]. Sanè traditionis meminit Iuſtinianus, quoniam † traditionem præceſsiſſe oportet, vt naſcatur Publiciana [d]: cùm actor rem ſuam eſſe dicat, tanquam vſucaptam [e], & non poſsit ſine poſſeſsione, contingere vſucapio [f]. In incorporalibus verò, quia nulla propriè eſt traditio: vſum eius iuris, & patientiam, pro traditione accipiemus [g].

e *Nec dum dominus.* Nam ſi dominus effectus eſſet, ciuili, & directa rei vendicatione poſſet experiri [h]. Quare non haberet opus Publiciana noſtra, & honoraria actione [i].

f *Effectus eſt.* Non per traditionem, cum tradens non eſſet dominus [k]. Et nemo dominium quod non habet, ipſe in alium transferre poſsit [l]. Non item per vſucapionem, quæ licet cœpta fuerit, non tamen completa [m].

g *Amiſerit.* Ante completam à ſe vſucapionem. Nam ea perfecta, quæſitũ fuiſſet actori dominium [n]: & ita haberet directam rei vendicationem [o], vnde ceſſaret Publiciana [p].

h *Directam actionem* Hoc eſt ciuilem, 3 rei vendicationem: quæ ideo † directa dicitur, quia ad vulgaris legis verba, accommodatur, rectàque dirigitur, vt ei ſoli cõpetat, qui dominium habet [q]. Nam vbi propter manifeſtam, & expreſſam legis voluntatem, æquitate aliqua ſuadente, datur 4 actio vtilis † vocatur: quaſi contra ſtrictã iuris rationem, & verborum ſubtilitatem, pro vtilitate communi, prodita [r]. Qua ratione Publiciana quoque, ad ius ciuile relata, vtilis dici poteſt, collatione nimirum facta, cum rei vendicatione, quæ directa nuncupatur, licet ſi eam ad edictum Publicij referamus, directæ nomen habeat: quòd directò videlicet, & ex euidenti Prætoris voluntate, ducatur [s]. Et alia ratione vtilis, ſeu quaſi Publiciana cùm ſcilicet, nõ ex verbis edicti datur, ſed ex interpretatione. Veluti ſi res fortè non tradita, legis authoritate, pro tradita habetur [t].

i *Vendicet* Atqui (ſubaudi) Poſſeſſor bonæ fidei, licet titulum habeat, dominium tamen non acquirit, ante completum legitimum tempus vſucapionis [u].

k *Durum erat* Sanè durum erat, eũ qui 5 cum titulo, & bona fide † rem nactus eſſet, & aliquo tempore poſſediſſet, iure ſuo temerè priuari, non prodita ei videlicet actione, qua rẽ perſequeretur aduerſus eum, qui rem ipſam, nulla æquitate, aut ſaltem minore, detineret. Nam ſi pari iure niteretur, melior eſſet proculdubiò cõditio poſsidentis [x]: multóque magis ſi potiore, quia poſſeſſor dominus eſſet [y]: niſi ab eo fortè, cauſam haberet actor [z]. Nam & tunc ſanè durum, & iniquum foret, aduerſus eum licet dominium, actionem non dari [a]. Quapropter & ſi Publicianam, exceptione dominij repellere nitatur, de dolo poterit actor meritò replicare [b].

l *A Prætore.* Qui cùm æquitatem, ſemper ob oculos habeat [c]: non tam ad ſtricti iuris regulas attendit, quàm de bono & æquo ſolicitus eſt [d].

m *Actio.* Publiciana, ad exemplum rei vendicationis [e].

n *Se vſucepiſſe* Actor qui verè non vſucepit, nihilominus dicere poteſt, cùm agit 6 † Publiciana, ſe vſucepiſſe. & hoc colore rei poſſeſsionem quam ſuam aſſerit, ab eo auocare, qui minori iure nititur [f]. Idque primùm propter titulum, & bonam fidem agentis, quæ plerunque non minùs præſtat, quàm veritas [g]. Deinde ob defectum iuris, in reo conuento; quem bonæ fidei emptori, qui eſt in cauſa vſucapiendi, præferri, periniquum eſſet [h]. Vt interim miſſa faciam, quæ de permiſſu mendacij, plerique omnes hîc diſputant, & veriùs nugantur.

o *Suam eſſe.* Hoc eſt ſuam eſſe contendit, tanquam vſucaptam [i], & tanquam ſuã vendicat, vt paulò antè adnotaui [k]. Quo ſatis intelligimus, iudicium iſtud Publicianæ, ad proprietatem magis, quàm ad poſſeſsionem reſpicere [l].

Propoſita eſt. Huius edicti verba, ad hunc modum Vlpianus refert, Ait Prætor:

SI QVIS ID QVOD TRADITVR EX IVSTA CAVSA NON À DOMINO, ET NONDVM VSVCAPTVM PETAT, IVDICIVM DABO

Rurſus

a l. vt eum qui ff. de publicia.
b l. ſi ego §. 1. ff. de publicia.
c l. 1. l. eum, qui §. fin. ff. de publicia.
d d. l. eum qui §. finali.
e vt hic in fin. §. 2. vbi dixi.
f l. 3 de poſſeſsione ff. de vſucapione poſſ. & §. poſſeſsione de tergo. iuris in vi.
g l. quoties 2. ff. de ſeruitut. & l. ſi ego §. 1.
h l. in rem ff. de rei vindic. § omni id ſupra. hoc eſt.
i l. 1. verſ. 2. ff. de publicia.
k l. 1. ff. de publi.
l l. nemo plus ff. de reg. iur.
m l. 1. ff. de vſucapio.
n l. Traditionibus C. de pact. §. per traditionem de rer. diuiſio.
o d. l. in rem.
p l. 1. ff. de publi.
q l. actio ff. de neg. geſt. § ... l. 4 leg. Aqu.

r l. quia actionum ff. de præſcrip. verb. l. penult. ff. 6 quod in pauper. vide quæ dixi l. his verbis ... ff. de adopt.
s l. 1. ff. de public.
t l. nec quaſi ff. de rei vendica.
u l. 1. ff. de vſucapio.
x l. ſiue autem §. ſi duobus ff. de publicia.
y l. pen. & vlt. ff. de publicia.
z l. penult. ff. de except. rei vend.
a l. ſi à Titio ff. de rei vend. l. apud Celſum §. ſi à Titio ff. de except. d. l.
b d. l. ſi à Titio d. § ſi à Titio.
c l. quod ſi ephebi ff. de eo quod cert. loc.
d l. et ſi quis. §. idem l. ab eo ff. de religioſ.
e l. in honorariis §. poſſ. de actio. & obli.
f §. præter, vbi dixi.
g l. bonæ fidei ff. de reg. iur.
h l. ſi à Titio ff. de rei vendica.
i l. traditionibus C. de pact.
k §. præcedent.
l l. eum qui § pen. ff. de publici.

§. Rurſus.

Rurſus [a] *ex diuerſo* [b] *ſi quis cum Reipublicæ cauſa* [c] *abeſſet, vel in hoſtium poteſtate* [d] *eſſet, rem* [e] *eius qui in ciuitate* [f] *eſſet, vſuceperit* [g], *permittitur domino* [h], *ſi poſſeſſor Reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc* [i] *intra annum* [k], *reſciſſa vſucapione* [l], *eam petere* [m], *id eſt ita petere, vt dicat poſſeſſorem* [n], *vſu non cepiſſe* [o], *& ob id rem ſuam eſſe. Quod genus actionis* [p], *quibuſdam, & aliis* [q] *ſimili æquitate motus, Prætor accommodat, ſicut ex latiore Digeſtorum, ſeu Pandectarum volumine* [r], *intelligere licet.*

SVMMAE RERVM.

1 *Rurſus, particula.*
2 *Abſentiæ cauſa quando legitima.*
3 *Abſens quando reſtituatur.*
4 *Tunc, dictio.*
5 *Reſtitutionis tempus.*

a l. 1. §. ſi quis ff. vt in poſſeſſ.

1 R*Vrſus* Particula hæc † *Rurſus*, idem propriè, quod denuo, & iterum ſignificat [a]. Nonnunquã tamen pro è contrario vſurpatur, vt Cùm Gnatho ille. Terentianus dicebat:

Quicquid dicunt laudo, id rurſum ſi negant laudo, id quoque.

Negat quis, nego Ait, aio.

b Terentius in Eunucho.

Et ita hîc à Iuſtiniano accipitur, ſubindicante ſe ſpeciem præcedenti cõtrariam, expoſiturum. Nec obſtat, quòd verba ſequentia, ex diuerſo, idem etiam quod è cõtrario ſignificent. Nam & dictiones idem ſignificantes, particulæ. Rurſus non ineleganter coniunguntur. Nam cum idem, vox hæc *Rurſus*, quod denuo notet, vtrunque tamen Plautus ſimul coniunxit:

Reuertor rurſus denuo Carthaginem.

Si quis mandare vultis, aut curarier [c].

c Plautus in Pœnulo.

b *Ex diuerſo.* E contrario, verè enim actio in rem, quæ ſequitur, naturæ præcedentis aduerſatur. Cùm enim in Publiciana, de qua nunc egimus, Prætor vſucapionem, necdum completam, adiuuaret: & pro perfecta haberet: Hic è diuerſo, vſucapionem planè completam, reſcindit, & pro nulla habet.

c 2 *Reipublicæ cauſa abeſſet.* Et † ita cauſa abſentiæ non poterat non eſſe legitima, dummodò non ſui commodi cauſa, non vltra tempus legitimum, non data opera, aut aliter dolo malo, Reipublicæ cauſa abeſſet.

d l. item a. l. & quidam l. non verè Reipublicæ l. hi qui. ff. ex quib. cau. maio.

d *In hoſtium poteſtate.* Qui capti ſunt ab hoſtibus, licet per ſe non poſsint vſucapere: cùm non poſsideant, ab aliis nimirum poſſeſſi [f]: per ſubiectas tamen perſonas, ex re peculiari, non tantùm cœptam vſucapionem perficere, ſed & nouam inchoare poſſunt [g].

e l. ait prætor. § 1. ff. ex qui. cau. maio.
f l. homo liber § quæcunque ff. de acq. re. do.
g l. iuſto §. vlt. ff. de vſucapio. d. l. ait Prætor. § hi plane.
h l. vlt. ff. ex qui. cau. maio.

e *Rem* Siue mobilem, ſiue etiam immobilem tametſi non deſint, qui ſpeciem hîc ad rei immobilis exemplum accommodari poſſe negent.

f *Eius qui in ciuitate.* Idem ſi abſentis, ex cauſa quoque Reipub. aut altera æquè iuſta [h].

g *Vſuceperit.* Hoc eſt cœptum vſucapionis tempus, impletum fuerit, nulla
3 † tamen concurrente negligentia præſentis quem intelligere debes actionem, ad interrumpendam vſucapionem in iudicio deduxiſſe, amicóſque abſentis, (ſi qui fortè in ciuitate erant:) interrogaſſe, num abſentem defendere vellent, Et cùm nemo defenderet, actionis ſuæ exercitio, ſe fruſtratum [i], vel alia fortè rerum neceſsitate impeditum, ne actionem intenderet, aut perſequeretur [k]. Nam ſi ſine cauſa tacuiſſet, non reſtitueretur: ſed locum omnino haberet, vſucapio. Quæ meritò negligẽtes coercet [m].

i l. item §. penul. l. ergo ff. ex qui. cau. maio.
k l. non enim ff. ſi q. cau.
l l. pupillus in ſi ff. quando frud. cre.
m l. 1. ff. de vſucapio.
n l. traditionibus C. de pac. § 1 de vſucapio.
o l. ſi vt certo § ſi duobus ff. commo.
p l. vnica C. de nudo iure quir. tollen.
q l. 1 § 1. ff. ex qui. cau. maio.
r l. 1 § vl. & ff. de cond. & demonſt.

h *Domino.* Contra quem vſucaptum eſt, Et qui re ad viuum reſecata, dominus dici non poteſt. cum vſucapione poſſeſſor dominium quæſierit [n], quod apud duos pro ſolido eſſe non poteſt [o]. Verum Iuſtinianus dominium appellat, quò faciliùs rem demonſtret [p]. Et quoniam breui recepturus eſt dominium, Prætoris beneficio [q].

i 4 *Tunc.* Quoniam hîc articulus, tunc † (vt Pomponius ait:) temporis extremitatem ſignificat [r], non dubium, quin hac voce, Iuſtinianus momentum illud temporis deſignet, à quo annus reſcindendæ vſucapionis incipit. Nimirum ſimul atque poſſeſſor, vſuceperat reuerſus eſt. Et ita præſenti de ea re experiundi poteſtas ſit [s].

ſ l. 1. § vlt. ff. ex quib. cau. maio.
t l. 1. § vlt. ff. ex qui. cau. maio.
u l. vlt. C. de tempor. reſti. petend.

k *Intra annum.* Vtilem [t], in cuius locum ſuccedit hodie quadriennium cõtinuum, ex die quo annus vtilis currebat [u].

l 5 *Reſciſſa vſucapione.* Poſt reditum † eius qui vſucepit, intra annum vtilem: aut hodie ex noua Iuſtiniani lege, intra quadriennij continui tempus [x], is contra quem vſucaptum eſt, poſtulabit à Prætore, vſucapionem reſcindi, eáque reſciſſa, rem tanquam ſuam vindicabit [y]. Hincque videmus actionem hanc reſciſſoriam, propterea dici, quod per eam reſcinditur vſucapio [z].

x d. l. vltima.
y l. in hone ratis § pe. ff. de oblig. & obligat.
z l. ſi nemo § 1 & vlt. ff. ex qui. cau. maio.

m *Eam petere.* Rem nimirum vſucaptam, cum fructibus etiam eius temporis, quo abſens defenſus non eſt [a]. Reſtitutio enim (inquit Paulus,) ita facienda eſt, vt integrum ius ſuũ quis recipiat [b].

a d. l. nec non §. vlt.
b l. quod ſi minor §. ſc. ff. de minor.

n *Poſſeſſorem.* Qui verè vſucepit.

o *Vſu non cepiſſe.* Nemo enim videtur re excluſus, ſicuti Paulus ait, quem Prætor in integrum reſtituturum ſe pollicetur [c].

c l. nemo. vide ff. de reſtitu. in integrum.

Actionis. nimirum Reſciſſoriæ.

p q *Quibuſdam & aliis.* Veluti conuerſa rota, cum res abſentis eſt, à præſente vſucapta. Quo caſu ſanè frequentiori, Reſciſſoriam actionem competere, certum eſt. Qua reuerſus, vſucapione Prætoris aditi auxilio reſciſſa, rem vindicabit tanquam ſuam, & perinde ac ſi nunquam vſucapta fuiſſet [d]. Sunt & aliæ multæ

d l. 1. l. nec non § ait & § vlt. ff. ex qui. cau. maio.

Reſtitutionis

Reſtitutionis caúſæ, quas cùm percenſere difficillimum eſſet Prætoris arbitrio lex æſtimandas reliquit [e].

r *Pandectarum volumine*. Sub titulo ex quibus cauſis maiores xxv. annis in integrum reſtituantur.

e d.l.j.§. vltim.

§. Item ſi quis in fraud.

Item ſi quis [a] in fraudem [b] creditorum [c], rem ſuam [d] alicui [e] tradiderit [f], bonis eius [g] à creditoribus poſſeſsis [h], ex ſententia [i] Præſidis [k] permittitur [l] ipſis creditoribus [m], reſciſſa traditione [n], eam rem [o] petere [p], id eſt dicere, eam rem traditam [q] non eſſe, & ob id, in bonis debitoris manſiſſe.

SVMMAE RERVM.

1 *Pauliana actio.*
2 *Fauiana.*
3 *Pauliana an ſit in rem.*
4 *Fraus ex conſilio.*
5 *Creditores qui.*
6 *Nudæ traditionis nulla vis.*
7 *Hypothecaria excuſsionem deſiderat.*
8 *Pretium quando reſtitui debeat.*
9 *Fructus an in reuocatoria veniant.*

a *Item ſi quis*. Aliam actionem in rem, à Prætore inuentam, Iuſtinianus hîc commemorat, per quam perfecta alienatio, ex bono & æquo reſcinditur, vt per ſuperiorem reſciſſoriam docuerat Imperator, vſucapionem completam retractari, vocatur autem hæc noſtra actio, de qua agimus, 1 † Pauliana quam conceſsit Prætor creditoribus, ad reuocanda alienata per debitores, in illorum fraudem [a]. quod iure ciuili non poterant, cum illa bona amplius debitoris nõ eſſent, vt pote tranſlato in accipientem, licet fraudis participem, dominio [b]. Prætoris verba hæc ſunt. QVAE FRAVDATIONIS CAVSA GESTA ERVNT, CVM EO, QVI FRAVDEM NON IGNORAVERIT, EI CVI DE EA RE ACTIONEM DARE OPORTEBAT, INTRA ANNVM QVO EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT, IVDICIVM DABO IDQVE ETIAM ADVERSVS IPSVM, QVI FRAVDEM FECIT, SERVABO [c]. Præter hanc Paulianam, adhuc eſt alia 2 Reuocatoria actio †, quæ Fauiana appellatur patrono competens, ad reuocanda quæ in fraudem eius, à liberto geſta ſunt [d]. Cum qua, eandem illam puto, quæ Caluiſiana dicitur [e]. In hoc, hæ duæ, à noſtra Pauliana differunt, quòd illæ in perſonam ſint [f]. Pauliana † ve- 3 rò in rem, vt indicat Iuſtinianus [g]. Cùm enim de actionibus Prætoriis in rem, & poſteà de perſonalibus, ſe dicturum propoſuiſſet, non ante actiones in perſonam, ſe exponere manifeſtat, quam actionem de conſtituta aggrediatur [h]. Sed & hoc apertè ſcribit hîc Theophilus, nimirum Paulianam in rem eſſe. Et argumento eſt, quòd rerum poſſeſſores, nullo iure obligatos perpetuò ſequatur [k] contra perſonalium naturam [l]. Poſtquam, ſcilicet, creditores in poſſeſsionem miſsi fuerint, (hoc enim præcedere oportet, vt Iuſtinianus hîc indicat.) A quo tempore lex interpretatur, res alienatas ſemper fuiſſe in bonis debitoris [m], & ita creditorum, qui in eius locum ſucceſſerunt, ac domini permiſſionem in poſſeſsionem facti intelligantur [n]. Quæ cùm in Fauiana, non conſiderentur, (neque enim patronum mitti in poſſeſsionem oportet priuſquàm intendatur) in perſonam dicitur [o], quòd ex ſolo debitoris alienantis dolo naſcatur, nec vllum verum, vel fictum dominium, in creditoribus præſumatur.

a l. videamus §. in Fauiana ff. de vſur. l. j. l. ait Prætor. l. hac ff. quæ in fraud. cred.
b l. ſi ſciẽs ff de contrahen. emp.
c l. j. ff. quæ in fraud. creditor.
d l. j. ff. ſi quid in frau. patro. d. §. in Fauiana.
e l. 2. ff. ſi quid in frau. patro.
f d. l. j. §. hæc actio.
g §. ſed l. ſic iuncto §. in perſonã.
h d. §. ſed iſte.
i d. §. in perſonam.
k l. hac in factum. ff. quæ in frau.
l j. §. ſi hæres ff. ad Trebell.
m vt hoc §. in fin.
n l. ſi finit §. Iulianus ff de dam. infec. l. à Diuo Pio §. ſi pignora. ff. de re iud.
o d. l. j. §. hæc actio.

b *In fraudem*. Quam in iure ciuili non ex euentu duntaxat, † ſed ex conſilio quo- 4 que conſideramus [p]. Et ideo vtrunque hîc exigimus, vt alienatio reſcindatur nempè conſilium, & euentum [q]. Quia fraudandi cauſſa alienet, qui bona ſua ſcit non ſoluendo eſſe [r]. Porrò fraus præſumitur in eo, qui cum ſciret facultates ſuas æri alieno diſſoluendo non ſufficere, alienauit [ſ]. In accipiente verò, ſi poſt denunciationem à creditoribus factam, ne emeret, nihilominus emit [t].

c *Creditorum*. Quo verbo † continen- 5 tur omnes, quibus ex quacunque cauſſa, vel actione, aliquid à fraudatore debetur [u]. Adeò quidem, vt ſi ſub conditione debitum ſit, ea deinde exiſtente, reuocetur alienatio in fraudem facta [x]. Licet enim is cui ſub conditione debetur, ſecundum ſtrictam verborum ſignificationem, creditor non ſit [y]: cùm non poſsit ab inuito debitum extorquere [z]. Et ideò non ſimpliciter creditor, ſed conditionalis appelletur [a]: recepta tamen legis interpretatione, creditor dicitur [b]. Et cum euenerit conditio, retrò ſemper, propriè creditor intelligitur fuiſſe [c]. Sanè autem dixit *creditorum* Iuſtinianus Qui ſi non in fraudem hominum, ſed legis, facta eſſet alienatio, mero iure corrueret [d]: ac ideo nullam deſideraret reuocationem [e].

d *Rem ſuam*. Vel ſibi debitam remiſerit, liberando putà debitores [f]. Neque enim hac actione dominia tantum recuperantur, ſed etiam actiones remiſſæ reſtaurantur, ſe & liberati in fraudem debitores, reponuntur in priſtinam obligationem [g].

e *Alicui*. Fraudis conſcio. Nec enim ſatis eſt, debitorem fraudulenter bona ſua alienaſſe, niſi qui accepit, eius quoque fraudis ſit particeps [h]. Quamuis in alienatis in fraudem patroni, ſufficiat alienantem in dolo eſſe [i]. Porrò & in iis, qui liberalitatem acceperunt

Vlpianus

p l. fraudis. ff. de reg. iur.
q l. ait Prætor § j. l. ſi quis ff. quæ in fraud.
r l. in fraudem. ff. qui & à quib. l. 2. C. de ſer. pigd.
ſ l. ſi quis cum haberet ff. quæ in fraud.
t l. ait Prætor §. ſi quis particeps illo titu.
u l. ſi cum fideicommiſſaria. verſic. creditores. ff. qui & à qui. l. creditores l. creditorũ. ff. de verbo. ſignific.
x d. l. ſi cum fideicom. §. penul.
y l. conditionales eſt l. ſequent. ff. de verbo. ſignif.
z l. debitor. illo titulo.
a d. l. conditionales.
b d. l. credi tores.
c l. is cui ff. de actio. & oblig.
d l. ſi libertus ff. de iure patron. l. nõ dubium C. de legib.
e l. nam & ſi ff de iniuſt. teſta.
f l. 2. l. omnes in princ. ff. quæ in fran. cred.
g l. hac in factum l. omnes. illo titu.
h l. qui autem. §. hoc edictum. l. ait Prætor in princ. & §. quod ait Prætor ff. quæ in fraud.
i l. j. §. dolum ff. ſi quid in frau. patro.

Vlpianus reſpondit, dolum alienantis ſufficere[k]: ne cum creditorum iactura locupletes fiant. Et quia illis de lucro certantibus, non adeò fauendum ratio ſuadet, quã creditoribus, contendentibus effugere damnum[l].

f *Tradiderit.* Ex cauſa iuſta, & idonea vel ad dominij tranſlationem, vt venditionis, dotis, donationis, vel ad conſtitutionem iuris in re, veluti pignoris[m]. Nudæ quippe traditionis, ratio nulla habetur[n], in hoc præſertim tractatu, quo Prætor creditoribus proſpiciens, reuocat ea, quæ in fraudem creditorum ſunt aliena-
6 ta[o]. Qui autem † ſimpliciter tradit, alienare non intelligitur[p], ſed ad tranſlationem dominij, ſaltem vtilis, & pignoris nexum, nomen alienationis refertur[q]. Si tamen rem ſuam pro derelicto quis habuerit, vt alter eam vſucapione, aut alio modo ſuam faciat, huic actioni reuocatoriæ locus erit[r], cum & is alienare dicatur[ſ]. Contrà verò debitores, qui id agunt ne acquirent, aut locupletentur, hæreditatem putà repudiando, aut non acceptando donationem, ad hoc edictũ non pertinent[t], Cùm nec ij quidem intelligantur alienare[u].

g *Bonis eius.* Debitoris videlicet, qui in fraudem alienauit.

b *Poſſeſsis.* Nec ſufficientibus, ad æris
7 alieni exolutionem[x], quod ex † eorum excuſsione liquebit[y]. Neque enim liceret, alienationem reſcindere, niſi debitoris bonis excuſsis, appareat, re vera fraudatos creditores[z]. Vt nec hodie hypothecariam intendere contra pignoris poſſeſſorem, priuſquàm facta bonorum principalis, atque adeò fideiuſſorum eius diſcuſsione[a].

i *Ex ſententia.* Inſtituunt ergo primum creditores, veterem actionem perſonalem contra debitorem: cuius bona (quoniam ille ſatisfacere nequit) in ſolutum creditoribus dantur. Sed ob alienationem fraudulenter factam, quia reperiuntur non ſufficere, Prætoris auxilium emergit, fingens bona ſemper in dominio debitoris manſiſſe, in cuius locum reponit creditores, qui hac interpretatione, domini creduntur: & hanc actionem in rem proponunt. Quæ ſi non præcederet, hæc miſsio in poſſeſsionem, ſanè in perſonam eſſet[b]. Porrò autem, ſubtili iure, nullo remedio creditores adiuti erant: ſiquidem ij, in quos alienatio facta eſt, tametſi fraudis conſcij fuerint, nihilominus domini fiant[c], à quibus inuitis ideo non debent poſſe propriæ res auelli[d]. Sed tamen æquitate Prætoris, per Paulianam ſubuentum eſt[e].

k *Præſidis.* In prouincia, aut Prætoris in vrbe. Quamuis nihil prohibeat, quominus dictam Romæ ſententiam, in prouinciis Præſides exequi poſsint[f].

l *Permittitur.* Intra annum vtilem, ex die factæ diſcuſsionis, venditionis-que bonorum, computandum[g]. De eo tamen quod ad fraudatorem, aut alium quemuis peruenit, dolóve malo factum eſt, quominus perueneri, poſt annum etiam hanc actionem competere Vlpianus reſpondit, ex Prætoris ſententia, qui putauit iniquum, ex fraude quemquam lucrum facere[h].

m *Creditoribus.* Quibus prætor æquitatem ſequutus, actionem dedit aduerſus eos qui res poſsident, vt reſtituant.[i]

n *Reſciſſa traditione.* Hoc eſt alienatione ſeu tranſlatione dominij, in vim traditionis ſequuta. Quam credito-
8 res hac in ſpecie reſcindunt, ſine vlla etiam reſtitutione precij, † niſi quatenus in bonis debitoris, adhuc extaret[k]. Quamuis vbi res à liberto, in fraudem patroni, diſtractæ ſunt, pretium emptor non amittat, vt pote cui liberum ſit, vel iuſto pretio rem emptam retinere, vel pretio recepto à re diſcedere[l]. Nec eſt obſcura differentiæ ratio. Siquidem Reuocatoria non aliter creditoribus detur, quàm ſi accipiens, fraudis & ipſe conſcius ſit[m]. Patronus verò, quicquid in fraudem à liberto geſtum eſt, reuocat: licet, accipiens fraudem ignoret[n].

Et hoc eſt, quod Vlpianus ait cum de dolo emptoris non diſputetur, ſed de dolo liberti[o].

o *Eam rem.* Cùm † fructibus etiam
9 non modò perceptis, ſed etiam (facta tamen legitimorum ſumptuum deductione:) qui percipi potuerunt[p]. Eſt enim hæc Pauliana actio, rei reſtituendæ gratia prodita[q] à Prætore: qui id agit, vt perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet[r]. Verbum autem, *reſtituere*, (quod eſt rem in eo ſtatu, quo retrò fuit præſtaret[ſ]) fructus & omnem cauſam contine[t], ſicut etiam in Reuocatoria patrono conceſſa, reſponſum eſt[u]. Sed hoc ipſum tamen ſic interpretatur Venuleius, vt ij fructus in reſtitutionem veniant, qui alienationis tempore, terræ cohærebant, & poſt cœptum iudicium recepti ſunt, non item alij medio tempore percepti[x].

p *Petere.* Pro quantitate tamen, & modo reſtantis debiti. Nam rem integram & maximi fortè pretij, pro exiguo quodam debito poſcere, valde iniquum eſſet, Nec hodie mittitur actor in poſſeſsionem bonorum contumacis, niſi pro rata debiti declarari[y].

q *Traditam.* id eſt alienatam. Nam traditionis verbo hoc, in §. Iuſtinianus vbique non nudam traditionem, ſed tranſlationem iuris, vel dominij ſignificat.

§ Item Seruiana.

Item[a] Seruiana[b], & quaſi Seruiana, quæ etiam[c] Hypothecaria[d] vocatur, ex ipſius

k l.qui au tem §.ſi hos ff. quæ in fraud.credi to.
l l.vlt.|C. de codicillis.
m l.qui au tem §.apud Labeonem ff. quæ in fraud.l.j. & l.3.ff.de pu. in l.nunquã nuda ff. de acq.rer. do.
o l.j.ff.quæ in frau.credi to.
p l.alienationis ff. de verbo. ſign.
q l.fin. C. de reb.alien.
r l.ſed & ſi ff. quæ in fraud.
ſ d.l. alienationis.
t l.qui autem in prin. ff. quæ in fraud.
u d.l. alienationis.
x l.a.C. de reuo.ijs quæ in fraud.
y l.j.l.ignorũ C.illo tit.
z d.l.j.& 2.
a §.ſed neque de fideiuſſo. coll.j.
b l.j.§ hæc actio ff. ſi quid in fraud. patro.
c l.ſi ſciens in fi.ff.de cõtrahen.emp.
d l.id quod noſtrum. ff. de reg iuris.
e l. videamus §.in Faniana ff. de vſur.l j. ff. quæ in fraud.cred.& hic.
f l.à diuo Pio §.j.ff. de re iud.
g l.qui au-
tem § ſi l. ait Prætor §.ſi debitorem in fi. ff. quæ in frau. cred.
h d. l. ait Prætor §.vltimo
i l. hac in factum. ff. quæ in frau.
k l.ſi debitor cum l. ſequen.ff quæ in frau. cre.
l l.j. §. ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in fraud. patro.
m l.qui autem §.hoc edictum l.ait Prætor in princ. & §. quod ait Prætor ff.quæ in fraud.
n d.l.j. §. dolum.
o d.§ ſi quis in fraudem.
p l.ait prætor. §. per hanc ff quæ in fraudem.
q l. vltim. § ſi à ſocero ff. quæ in fraudem.
r l. videamus 2. § in Fauiana. ff. de vſur.
ſ l. vlt. §. vlt.ff.de ver boc. ſignifi.
t l.præterea. ff. de rei vend.l.'reſtituere.ff. de verb.ſignifi. d.§.in Fauiana.
u l.j.§.vlt. & l.2. ff. ſi quid in frau. patro.
x l.vlt.§.ſi procurator 2. Reſpõ.ff. quæ in frau. cred.
y §.ſi verò ſemel de exhib.re. coll. v. aut & qui lurat C. de bon. autho. iud. poſsid.

ipſius Prætoris iuriſdictione [s], *ſubſtantiam capiunt* [t]. *Seruiana autem experitur quis* [g], *de rebus coloni* [h], *quæ pignoris iure* [i] *pro mercedibus* [k] *fundi, ei tenentur. Quaſi Seruiana autem eſt, qua creditores, pignora, Hypothecæ ſue perſequuntur* [l]. *Inter pignus autem, & Hypothecam, quantum ad actionem Hypothecariam* [m] *attinet, nihil intereſt. Nam de qua re* [n] *inter creditorem, & debitorem, conuenerit* [o], *vt ſit pro debito obligata, vtraque hac appellatione continetur: ſed in aliis differentia eſt* [p]. *Nã pignoris appellatione, eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit* [q]. *At eam, quæ ſine traditione, nuda conuentione* [r] *tenetur, propriè Hypothecæ appellatione, contineri dicimus.*

SVMMAE RERVM.

1 *Hypothecaria.*
2 *Seruiana.*
3 *Saluianum interdictum.*
4 *Inuecta in rem cõductam, quomodo obligentur.*
5 *Prædiorum vrbanorum, & ruſticorum, differentia.*
6 *Hypothecariæ vis.*
7 *Hypothecariæ, & pigneratitiæ differentia.*
8 *Gallorum mos, de Hypothecariis.*
9 *Pignus nudo pacto contrahitur,*
10 *Hypothecæ & pignoris differentia.*

a ITem ſeruiana. Præter Publicianam, reſciſſoriam, & Paulianam, de quibus ſuprà dictum eſt, reperitur alia in rem actio, quæ & ipſa ex Prætoris iuriſdictione deſcendit, † nimirum hypo- 1
thecaria: quæ ſi de rebus inuectis à colono, in rem conductam, pro mercede intendatur, Seruiana dicitur. Si verò creditoribus ad pignorum perſecutionem detur, quaſi Seruiana. Quæ omnia familiariter pertractat hic Iuſtinianus.

b *Seruiana.* Sic à Seruio † Prætore, qui primùm eam edicto ſuo propoſuit, appellata. Inter quam, & Saluianum † interdictum, hoc intereſt: quia iudicium Seruianæ actionis, in rem eſt, & ita petitorium [a], vt potè, quod aduerſus poſſeſſores rerum inuectarum, competat [b]. Licet enim creditor nudam poſſeſſionem auocet [c], quæſtio tamen proprietatis etiam vertitur, ſiquidẽ oporteat illum non modò rem obligatam ſibi probare, ſed præterea eam in bonis debitoris fuiſſe, tempore contractæ obligationis [d]. Interdictum verò Saluianum, poſſeſſorium eſt [e] adipiſcendæ, videlicet poſſeſſionis, rerum coloni, dominis rei locatæ tacitè obligatarum [f]. Cùm ſcilicet inter creditorem, & debitorem, de pignoris poſſeſſione certatur [g], cum tamen Seruiana, aduerſus alios quoque poſſeſſores detur, vt diximus.

2
3

c *Quæ etiam.* Nimirum quaſi Seruiana.

d *Hypothecaria vocatur.* Quaſi Seruiana hypothecariæ nomen, & quidem propriè ſibi vendicat. Quamuis & ipſam hypothecariam, Iureconſulti Seruianam aliquando nuncupent [h].

e *Prætoris iuriſdictione.* id eſt, Edicto [i]. Iuriſdictionis enim verbo, ad Prætores relato, Prætoris edictum ſignificari, ſuprà oſtenſum eſt [k].

f *Subſtantiam capiunt.* Et ideò Paulus reſpondit, ex pacto pignoris honorario, id eſt Prætorio iure, actionem naſci [l]. Quod mirum pleriſque videtur: cùm pignus, nuda conuentione conſtituatur [m], & non ſoleant ex pactis nudis actiones dari [n].

g *Experitur quis.* Fundi domus, aut alterius rei locatæ dominus.

h *Coloni.* Vel etiam inquilini & multò magis, cum eius res † inuectæ, & illatæ in 4
prædium conductum citra diſcrimen vllum, tacitè ſint pignori locatori [o], non ſolùm pro penſionibus, ſed etiam pro deterioratione rei, quæ culpa contingit conductoris [p]: adeò quidem, vt nec domini locatoris ſit ſcientia neceſſaria [q]. Bona verò coloni, (hoc eſt eius qui ruſticum prædium conduxit [r]) non aliter pignoris iure vendicat, quàm ſi eo ſciente, & conſentiente illata fuerint [ſ], hoc eſt nominatim conuentum ſit, vt mercedis nomine tenerentur [t]. Sic enim ſcientiam, & voluntatem, pro expreſſa conuentione, interpretari abſurdum non eſt [u]. Cùm ad id præſertim nos pertrahat Theophili authoritas [x], & cogat propemodum Neratius, qui cauſam taciti pignoris, † in vrbanis tantùm prædiis, conſiderans, 5
in ruſticis contrà ſeruari dicit [y]. Vnde quod generaliter Iuſtinianus ait, inuectas res, & illatas à conductore, dominiis pro penſione, tacitè obligari [z]: ad inquilinos, hoc eſt, vrbanorum prædiorum conductores [a], ex aliis compluſculis Iuriſconſultorum locis, neceſſariò coarctandum eſt [b]. Diuerſitatis autem ratio illa imprimis apparet, quòd plerunque vſu veniat, vt coloni in prædiũ ruſticum, res duntaxat ad agriculturã pertinentes inueherent, ſuper quibus publico agrorum colendorum fauore [c], lex nec obligationem, nec executionem facilè permittit [d]. Occurrit & altera ratio, quia in ruſticis prædiis, ſatis eſt conſultum alia via domino, cui fructus, qui in prædiis naſcuntur, tametſi nihil dictum ſit, tacitè pignoris nomine obligari intelliguntur [e]. Quod iuris, & prærogatiuæ, cum locatori domus, aut alterius vrbani prædij, in quo non naſcuntur fructus, concedi non potuerit: alia via lex ei putauit ſuccurrendum, nimirum vt tacitam haberet rerum inuectarum hypothecam [f].

i *Pignoris iure.* Si pacto id actum ſit in-

ter

a l. ſi cũ venditor ff. de euictio. & hic.
b l. j. C. de prætor. & ſal. interd.
c d. l. ſi cũ venditor.
d l. & quæ nondum §. j. l. ſi ab eo ff. de pign.
e §. ſequẽti inſt. de interd.
f l. j. & ij. ff. de Salu. interd.
g d. l. j. C. de prætor.

g d. l. j. C. de prætor.
h l. ... §. j. ff. ad exhib. l. ſi debitor ff. de pign. action. §. ... l. ſi ſuper rem l. ſi ab eo ff. de pign.
i ... ff. de poſtul.
k §. ſed iſte hoc tit.
l l. ſi tibi ff. de pignor. & ff. de pact.
m l. j. ff. de pig. actio.
n l. iuriſgẽt. §. igitur nuda ff. de pact. l. ſi ... C. locati.
o l. ... quia in prin. ff. de pac. l. j. ff. de migrãd.
p l. ij. ff. in quib. cau. pig. tac. contrah.
q l. certi loris C. de locat.
r l. ... pignoris ff. de acq. poſſ.
ſ d. l. certi iuris.
t l. eo iure ff. in quib. cau. pig. tacit. contrah.
u l. Pomponius ff. in quibus cau. pig. tacit. contrah.
x Theophil. hic.
y d. l. ... ſere.
z l. vlt. C. in quib. cau. pign. tacit. contrah.
a d. l. ... pignoris.
b l. ... in princ. & §. ... in quib. cau. pign. tacit. contrah. l. ... quia.
c ... agricultores C. quæ res pign. oblig. poſſ.
d ... executores ...

b 1 *Iuriſdictione.* Id eſt †edicto, vt nô vno loco ſuprà admonuim[a b]. Tria porrò edicta propoſuit Prætor, quibus actiones ad perſequendum, quod nobis deberetur, ſe daturum pollicitus eſt: nimirum de conſtituta pecunia, de peculio, & in factũ ex iureiurando.

c *De pecunia conſtituta.* Cuius vim proximo §. cum Iuſtiniano explicabimus.

d 2 *Receptitia.* Qua †olim tenebantur argentarij, aut alij quiuis debitores, qui ſe pecuniam, licet non ante debitam, ſoluturos conſtituerant[c]: ſic dicta, quòd omnem omnino obligationem, in ſe reus ſic conſtituens reciperet. Eam antiquatam fuiſſe, eiúſque vim vniuerſam, in actionem conſtitutæ pecuniæ transfuſam, docet paſsim Iuſtinianus[d].

e *Noſtra conſtitutione.* Inſerta in Iuſtiniano noſtro codice, ſub tractatu pecuniæ conſtitutæ[e].

f *De peculio.* Cuius naturam, paulò pòſt exponit[f].

g *Actor iurauerit.* De hac agit paulò infrà[g].

h 3 *Alias complures.* Veluti †de albo corrupto, De in ius vocando patronum, vel parentem, De vi eximendo eum, qui in ius vocatus eſt, & alias pœnales Prætoris edicto propoſitas, de quibus non multò pòſt Iuſtinianus[h] ediſſerit.

b in §. ſed iſtæ & in §. item Seruia na.

c l. 1. C. de conſtit. pec.

d in d. l. 2. & hic.

e l. 2. C. de conſtit. pec.

f in §. actio nes autem.

g in §. item quis po- ſtulante.

h in §. pœnales.

5. De conſtituta.

De conſtituta[a] autem pecunia[b], cum omnibus[c] agitur, quicunque vel pro ſe, vel pro alio, ſoluturos[d] ſe conſtituerint[e], nulla, ſcilicet. ſtipulatione, interpoſita[f]. Nam alioqui[g], ſi ſtipulanti promiſerint, iure ciuili[h] tenentur.

SVMMAE RERVM.

1 *Conſtituere.*
2 *Conſtituti origo.*
3 *Pecuniæ verbum.*
4 *Nuda pacti conſtituti.*
5 *Stipulatio an iuris ciuilis.*

a 1 DE conſtituta. Conſtituere in †hoc tractatu nihil aliud eſt (vt & Iuſtiniani verba indicãt) quàm antiquum debitum, pro ſe, vel pro alio, ſoluturum ſe promittere[a]. Quod contrahendi genus, propter eas potiſsimum pecunias, quæ ciuili iure peti nõ poſſunt, inductum eſt[b]: veluti †eas quæ 2 naturali tantùm obligatione debentur, & alias id genus[c]: alioqui ſi id, quod debetur actionem ciuilem pariat, fruſtrà iterum videretur conſtitui & vanum eſſet Prætoris auxilium[d]: niſi eo nomine, vt duabus obligationibus de eadem re concurrentibus, (vbi præſertim pro alio facta eſt conſtitutio[e]:) tutior, liberiórque nobis ſit experiundi facultas[f]: aut vt têporariam actionem efficiat perpetuam.

a l. j. § pe. & vl. l. eum qui. §. quod exigimus. l. hactenus ff. de conſt. pecu.

b l. j. §. vlt. ff. illo titu.

c d. l. j. §. vl.

d l. j. § j. ff. nau. caupo. l. ſi vſusfru- ctus § vl. ff. de vſusfru.

e l. vbi quis ff de conſt. pec. l. filiusf. ff de iniũ verſo.

f l. cum fi- l. §. pen. ff. de leg. 2. l. ... ff. de ...

b 3 *Pecunia.* Pecuniæ †nomen, latiſsimè patens, non tantùm nummos: ſed res omnes mobiles, & immobiles, atque adeò iura, & incorporea quæcunque comprehendit[g]. Et quamuis pro ſubiecta materia pecuniam duntaxat numeratam, quandoque contineat[h]: & paulò extenſiùs, res aliquando conſtantes pondere, numero, vel menſura[i]: ſub tractatu tamen noſtro conſtitutæ pecuniæ, extẽſiſsimè accipi debet, vt ad omnes res referatur[a].

c *Cum omnibus.* Cuiuſcunque ſexus, & conditionis ſint, dummodò non careant iudicio[l]. Vnde & cum mulieribus, quæ ſe ſoluturas pro ſe conſtituerunt, de conſtituta rectè agi poteſt[m]: quamuis, ſi pro alio conſtituerint (quia hoc vim interceſſionis habet) inuẽtur Velleiano[n].

d *Soluturos.* Id ſcilicet, quod qualitercũque priùs debebatur[o]. Neque enim per hanc actionem patitur lex, vt creditor res indebitas conſequatur[p]. Quamuis aliud pro alio rectè poſsit conſtitui, veluti pro nummis debitis, frumentum[q].

e *Conſtituerint.* Siue præſentes per ſemetipſos, ſiue abſentes, per nuncium, aut epiſtolam, aut quibuſcunque verbis[r], dummodò animus interueniat conſtituendi[ſ].

f 4 *Stipulatione interpoſita.* Sed nuda †dũtaxat conuentione, & ſimplici promiſsione, in conſtituto intercedente, quam prætor ciuilis legis ſubtilitate contempta naturali æquitati fauens, hoc edicto tuetur[t]: ſicuti & nudam pignoris conuentionem[u].

g *Nam alioqui.* Quaſi dicat, Prætorẽ non otioſè ſua adhibere remedia. Si igitur ſtipulatio interpoſita eſſet, cùm inde validiſsima iure ciuili ſtipulanti detur actio[y]: ſupernacaneum fuiſſet Prætori ſuum impertiri auxilium[z].

h 5 *Iure ciuili.* Quod ex ſtipulationis contractu, duas prodidit actiones: Condictionem certi, ſi certa ſit ſtipulatio: & ex ſtipulatu, ſi incerta[a]. Hinc autem dici ſolet, quamuis cæteri cõtractus penè omnes Iuriſgentium ſint[b]: ſtipulationem †tamen iuris ciuilis eſſe. Quod præter Modeſtini reſponſum[c], verborum illæ formulæ, & ſolennia quibus ſtipulatio præſcripta eſt, perſpicuum faciunt[d]. Hic verò textus non omnino reuincit: qui non ideo dicit, promiſſorem iure ciuili teneri, quòd ſtipulatio iuris ciuilis ſit aut ad differentiam iuriſgentium: ſed vt diſcerneretur à conſtituto, quod totum ex iuriſdictione Prætoris dimanauit[e]. Sed de his nos alibi latiùs.

g l. pecuniæ verbum & l. pecuniæ nomine. ff. de verb. ſig. eu. totum. j. q. j.

h l. j. ff. ad macedo. l. j. C. de prob.

i l. j. §. cre ditam. l. ſingularia ff ſi cer pet. l. talis. ff. de le. j.

k l. 2. §. pe. C. de conſt. pec.

l l. j. §. j. & 2. ff de cõſt. pecu

m d. l. j. §. j.

n l. j. & toc. tit. ff. ad vel leia. d. l. 2. §. j. ff. de cõſt. pecu.

o l. j. §. ſi. l. eum qui §. quod exigimus. l. hactenus. ff. de cõſt. pecu.

p l. 42. §. j. C. de conſt. pecu.

q l. j. §. an poteſt. ff. illo tit.

r l. qui autem §. ſi. ff. de conſt. pe.

ſ l. j. §. cum quis l. ſi ſtip. tit.

t d. l. j. in principio.

u l. j. ff. de pign. actio. l. ſi tibi. § de pignore. ff. de pactis.

x l. j. §. j. ff. nau. caup.

y §. j. de verbo. oblig.

z l. ſi vſusfructus §. vl. ff. de vſusfruc.

a l. ſi quis certum. ff. ſi cert. pet. §. j. de verb. obli.

b l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iur.

c l. ea quæ ff. de acqui. rer. do.

d l. j. §. ſi ſtipulatio ff. de ver. obli.

e l. j. ſi princ. ff. de conſt. pecu. §. in perſo nã. hoc tit.

5. Actiones.

Actiones[a] autem de peculio[b], ideo aduerſus patrem, dominumve[c], comparauit Prætor, quia licet ex contractu[d] filiorum, ſeruorumve ipſo iure[e] non teneantur[f]: æquum tamen

men eſt[g] *peculio tenus*[h]*, (quod veluti patrimonium*[i] *eſt filiorum, filiarumq́; item ſeruorum) condemnari eos.*[k]

SVMMAE RERVM.

1 *Actiones adiectitiæ.*
2 *Peculium quadruplex.*
3 *Filiusfami. quando obligetur.*
4 *Ipſo iure.*
5 *Tenus, præpoſitio.*
6 *Patrimonium*
7 *Filiusfamil. ob æs alienum carceratur.*

a
1 ACtiones. In plurali † actiones dixit, quia non vno certóque agendi modo, ſed variis ex cauſis, experiri poſsimus, de peculio ex iis nimirū, qb⁹ alioqui actiones dãtur, vt ex mãdato, depoſito, tutela, & ſimilibus. Neque enim credendum eſt, actionem de peculio, ſpeciem eſſe actionis, à cæteris diſtinctam: ſed adiectitiam duntaxat qualitatem, aliarum actionum. Quippè agitur contra patrem, vel dominum, ex contractu qui cum filio, vel ſeruo, celebratus eſt, adiecta illa formula perſequendi, de peculio[a]. Nam alioqui non permitteretur creditori perſequutio[b], cum neque pater, neque dominus ex contractu filij, vel ſerui, teneantur[c], niſi quatenus eſt in peculio[d]. Ideóque Vlpianus, mandati, depoſitique nomine, patrem, vel dominum, de peculio tantùm conueniri dixit[e].

b
2 *De peculio.* Profectitio † ſcilicet, hoc eſt à patre, aut ab alio patris contemplatione, profecto[f]. Neque enim caſtrenſe peculium, quod filiusfamilias, in caſtris quæſiuit, huc poteſt pertinere, cum in filiisfamilias vice patrisfamilias fungantur[g], nec vllum ius parentes habent[h], ac proinde filii rectà conueniantur[i]. Eadémque ratione nec huius loci eſſe poteſt, peculium quaſi caſtrenſe, quod filius familias vel ſalario publico, vel liberalitate principis quærit[k]: cum nec in eo quidem, pater vllum ius habeat[l]. Denique nec aduentitium: in quo cum pater hodie ſolùm capiat vſumfructum: nomine filij cuius eſt proprietas, non niſi tãquam legitimus adminiſtrator conueniri poteſt[m]. Porrò peculij verbo, hîc intelligimus modicam illam pecuniam, quã pater filio, aut dominus ſeruo, ad negotiandum concedit, à paternis dominicíſve rationibus ſeparatam[n].

c
3 *Patrem dominumve* Etiã ſi prohibuerint, † cum filio vel ſeruo cõtrahi[o]: Tantiſper quippe tenebuntur pater, & dominus, dum peculij adminiſtrationem filio, ſeruòve permittunt[p]. Si igitur nexum obligationis effugere velint, adimãt illis peculium: túmque (niſi in fraudem factum probetur[q]) ſolus filius (quem conſtat ex omni contractu obligari poſſe[r]) poterit à creditoribus conueniri[s]. Seruus non item, qui ex contractu naturaliter tantùm obligatur[t]. Quocirca ſibi imputabunt creditores, qui cum eo poſt domini prohibitionem contraxerunt,

d *Ex contractu.* Multóque minus ex delicto, ex quo patrem, dominúmve innocentem, conueniri nimis iniquum eſſet[u]. Vnde nec quidem de peculio tenebuntur[x], niſi quatenus locupletiores facti eſſent[y], aut ex contractu delictum deſcenderet. Quia filiusfamilias puta, in depoſito, aut tutela, fraudem commiſiſſet[z].

e
4 *Ipſo iure.* Nempe † ciuili. Ius enim ipſum ciuile, (vt alibi multis probaui[a]:) eiuſque mera authoritas, à partibus, & auxilio Prætoris ſeparata, hac locutione *Ipſo iure* ſignificatur[b]. Vt ita fieri ipſo iure dicatur, quod mera ciuilis legis conſtitutione, ſine aliquo aduẽtitio auxilio, effectum habet[c].

f *Non teneantur.* Iure ciuili, ex alterius contractu, nemo obligatur. Adeò quidem vt nec pater pro filio, nec maritus pro vxore, & econtrà, nec item dominus pro ſeruo, teneatur[d].

g *Aequum tamen eſt.* Ne decipiantur videlicet bona fide contrahentes, cum filiis, & ſeruis[e], quibus cum pater & dominus adminiſtrationem peculii permittunt, tacitè de eorum geſtis, quatenus eſt in conceſſo peculio, ſe obligare intelliguntur[f].

h
5 *Peculiotenus.* Id eſt, quatenus † eſt in ipſo peculio, non vltrà[g]. *Tenus* enim præpoſitio, idẽ ſignificat, quod *vſque ad* Antiochus à Scipione deuictus, (inquit Cicero,) Tauro tenus regnare iuſſus eſt[h], id eſt, vſque ad Taurum. Et Horatius.
Eſt quoddã prodire ten⁹, ſi nõ datur vltrà[i].

i
6 *Veluti patrimonium.* Veluti dixit, vt & alibi Vlpianus[k], quia propriè † patrimonium dicitur, eius qui ſuæ eſt poteſtatis. Nanque bona paterna ſignificat, hoc eſt, hæreditatem, a patre relictam[l]. Parentes (inquit Cicero) clariſsimos habere debemus, quod ab iis vita, patrimonium, libertas ciuitas, tradita eſt[m].

k
7 *Condemnari eos.* Patrem videlicet, & dominũ. Nam quod ad filios familias † attinet, inſolidum illi tenentur, & condemnãtur[n]. Cúmque nihil habeãt proprij, poterunt (ni bonis cedant:) carceri mancipari[o]. Qui igitur (inquit Vlpianus,) cum filiofamilias contraxerit, duos debitores habet, filium inſolidum, & patrem quatenus eſt in peculio[p].

a l. ſi ſolet. §. vlti. ff. de dolo ma.
b l. j. l. pen. C. quod cũ eo.
c l. j. & tot. tit. C. ne fil. pro pat.
d l. j. ff. de pecul. l. dominum C. quod cum eo.
e l. 1. §. cui mandauit. l. depoſui. & l. depoſiti. in princ. ff. de pecul.
f l. ſed et ſi plures. §. in arroga. ff. de vulg. l. profectitia. ff. de iure dotium.
g l. 2. ff. ad Macedoni.
h l. j. C. de caſtrẽſ. pec.
i l. ex caſtrenſi. §. vlti. ff. de caſtr. pec.
k l. vl. C. de inoffi. teſt.
l l. cũ multa C. de bo. quæ lib.
m l. cũ oportet. l. ſi. C. de bon. quæ lib.
n l. j. l. depoſiti. §. vl. ff. de pecul.
o l. ſi quis ſeruum. §. vl. ff. de peculi.
p d. l. ſi q. §. vlti.
q l. ſumma ff. de pecul.
r l. tam ex contractibus ff. de iud. l. filiusfami. ff. de act. & obli.

ſ l. & idem ff. de pecu.
t l. ſeruus ff. de act. & oblig.
u l. paterfa. ff. de hære. inſti. l. ſancimus. C. de pœn.
x l. j. §. ſi ſeruus ff. de his qui deiece.
y l. j. §. ex ſententia ff. de pecul.
z l. j. C. q. cum eo. l. depoſiti. ff. de pecul.
a l. ſeruitutes j. nu. 26. de ſeruit.
b l. j. §. vl. ff. de ſuper. ſic. e. l. inter fideiuſſores ff. de fideiu.
c §. nũ aute de perpe. actio d. §. vlt.
d l. j. & tot. tit. ne fil. pro pat. l. j. & tot. tit. C. ne vxor pro marito. l. penult. C. quod cũ eo.
e l. ſi longius §. vlt. ff. de iud.
f l. filiusfamilias ff. de donatio.
g l. j. & C. quod cũ eo. l. pen. C. illo tit.
h Cic. pro Deiotaro.
i Horat. epiſt. 1. lib. 1.
k l. 6. ex duobus §. j. ff. de pecul.
l l. cũ ff. cum eo pupillus ff. rem pup. ſalu.
m Cic. ad Quirites poſt reditũ
n l. filiusf. ff. de act. & oblig. l. tam ex contractibus ff. de iud.
o l. vet. C. qui bo. ced. poſſ.
p l. ſi quis cum filio. ff. de pecul.

§. Item ſi quis poſtulante.

Item ſi quis[a]*, poſtulante*[b] *aduerſario*[c]*, iurauerit*[d] *deberi*[e] *ſibi*[f] *pecuniam*[g]*, quam petere*[h]*, neque ei*[i] *ſoluatur, iuſtiſsimè accommodat*[k] *ei talem actionem*[l]*, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit*[m].

SVM

SVMMAE RERVM.

1 *Iuſiurandum quando actionem pariat.*
2 *Iuriſiurandi formulæ.*
3 *Cauſa in iuramento non exprimenda.*
4 *Actio quæ ex iureiurando.*
5 *Periurium quando reus obiciat.*
6 *Periurij pœna.*

a *SI quis*. Actor ſcilicet, de quo nos hic agere argumento eſt verbum peieret, quod ſequitur, & actionum perſonalium tractatus, in quibus reus, qui delata ab actore conditione, iurauit, exceptionem ſolam quærere ſibi poteſt[a]. Quamuis 1 † in rei vendicatione reo qui iurauit rem ſuam eſſe, aduerſus deferentem, qui caſu poſtea poſſeſſionem nactus eſt, actio in factum detur.

b *Poſtulante*. Id eſt deferente iuſiurandum. Neque enim tuetur lex aliquid iuramentum, quàm ſi aduerſario poſtulante, hoc eſt deferente, præſtitum ſit[c].

c *Aduerſario*. Per ſe, vel per procuratorem, cui vel id nominatim mandatum ſit, vel vniuerſorum bonorum adminiſtratio permiſſa[d].

d *Iurauerit*. Eo modo ſcilicet, quo iuſiurandum delatum eſt[e]. Neque enim ratum eſſet iuſiurandum, (inquit Vlpianus,) ſi cùm ego tibi detuliſſem, vt per Deum iurares, tu per caput tuum, aut filiorum tuorum, iuraueris[f]. Sed ſi ita iuratum eſt, quoquo modo ſit delatum, iurantem Prætor tuetur. Omne enim iuſiurandum lex approbat, per quod voluit quis iura-
2 ri[g], ſiue † per ſalutem ſuam[h], aut principis[i], ſiue per caput ſuum, aut filiorum[k], ſiue per genium, aut principis venerationem[l], aut quouis alio modo. Quod vtcunque probauerint Ethnici, apud nos nullum hodie videtur idoneum iuſiurandum, quam quod Deo teſte adhibito præſtatur[m]. In nomine Domini (ait Eſaias de Aſſyriis, & Ægiptiis, in fœderis ſocietatem, cum Iſraële vocandis agens) iurabunt[n]. Et ſanè Deus ipſe in iuriſiurandi religione, ita nomen ſuum inuocari voluit, vt qui aliter iurarent, eos impietatis, & defectionis coarguat. Filij tui (inquit) dereliquerunt me: & iurant in iis, qui non ſunt Dij[o], Solus quippè ſcrutator cordium Deus eſt, conſcientiæque hominis teſtis, perfidiæque, & impietatum omnium vindex integerrimus, ſolus eſſe poteſt[p].

e *Deberi*. Licet non expreſſa cauſa[q].
3 Quemadmodum enim † in iudiciis ſententia, neque cauſæ[r], neque quantitatis debitæ[ſ] expreſſio vlla neceſſaria eſt: ſed ſufficit reum ſimpliciter condemnari, quod ad acta litis pronunciatum referatur[t]. Ita & in iureiurando, ſatis eſt actorem cui conditio fuit delata, ſimpliciter iurare ſibi deberi. licet cauſam non exprimat, cùm ea intelligatur, ſuper qua iuratum eſt[u].

f *Sibi*. Vel domino, ſi procurator, vel defenſor actoris erat, cui reus iuſiurandũ detulit[x].

g *Pecuniã*. Quod verbum extenſiſsimè hîc accipimus, vt res omnes tam mobiles, quàm ſoli, atque adeò incorporales, contineat[y]. Iuſiurandum quippè (vt Vlpianus ait) non tantùm in pecunia numerata, ſed & in cæteris quoque rebus, in vniuerſum, locum habet, vſque adeò, vt de operis quoque deferri poſsit[z].

h *Peteret*. Actor, qui iurauit.

i *Ei*. Nempè actori, qui iurauit: aut ei, qui in actoris locum ſucceſſit, titulo etiam ſingulari, veluti emptionis, & ſimili[a].

k *Accommodat*. Prætor ſcilicet. Non enim iure ciuili, ex iureiurando datur actio, ſed Prætor propoſuit illam ſua iuriſditione[b].

l *Actionem*. Quam Vlpianus[c], & Dio-
4 cletianus[d], in factum vocant. Alibi † tamen Vlpianus, agi poſſe ex contractu dicit. Veluti ex empto, ſi rem ſibi venditam actor iurauerit[e]. Quod ſumma ratione conceſſum eſt: ſiquidem iuſiurandum, ab actore præſtitum ſit, non vt veterem actionem minuat, ſed magis vt confirmet, contractúmque in dubium reuocatum, probet[f], Vnde iureiurando præſtito, ſi ex contractu agatur, & reus ipſe rurſum conuétionẽ neget, aut cõtrouertat, iuriſiurandi replicatione commentum illius tolletur[g]. Cùm autem ei exceptionem, & replicationem lex multò magis concedat, cui actionem permiſit[h]: non dubium, quin iuſiurandum, actori actionem, exceptionem & replicationem inducat[i].

m *An iurauerit*. Præſtito ab actore iu-
5 reiurando, non † ampliùs quæritur, an res debeat, quaſi ſatis iuriſiurandi religione probatum ſit: ſed id tantum ſpectamus, an actor iurauerit,[k] rectè videlicet, & ritè, ea nimirum forma, qua conditio delata eſt[l]. Vnde nec audiretur reus, qui de periurio etiam approbato, vellet excipere: ſed omnino religioni ſtãdum eſt[m]. Pœnáque periurij, (inquit Paulus) ſufficere debet[n].
6 † Quæ (vt Cicero ſcribit) diuina, exitiũ eſt, humana dedecus[o]. Et alibi Imperator, iuriſiurandi, inquit, contempta religio, ſatis Deum vltorem habet[p]. Quo ſatis intelligimus quàm ſacroſanctum, priſci Romanorum ſtolidæ ſuperſtitionis tantum cultores, Dei cultum atque reuerentiam exiſtimarint. Et tamen non deſunt hodie, efferati Epicurei, falsò Chriſtianorum nomine ſeſe venditantes, qui Deum, vel impientiſsimè eſſe negant, vel ſi ſit humana non curare contendunt,

5. Pœnales.

Pœnales [a] *quoque actiones, Prætor penè*

a l. nam & poſtea §. 1. ff. de iureiu. § æquè. de excep.
b l. ſed & ſi poſſeſſor 2. reſpon. ff. de iureiur.
c l. 3 § 1. ff. de iureiur.
d l. iuſiurandum quod §. vl. cum l. ſeq. ff. de iureiur.
e l. 3 §. vlt. ff. de iureiuran.
f d § vl. cũ l. ſeq. & ſeq.
g l. non erit in prin. ff. de iureiu.
h l. qui per ſalutem. ſl ſeq.
i § 1. de fideicom. hæred.
k l. 5. §. vl. & l. 4 ff. de iureiur.
l l. ſi duo patroni §. vl. ff illo ti. cum cap. & ſi Chriſtus de iureiu. c. & iurabunt 22 q. 1.
m Eſaias 9.
n Hiere. v.
p Eccle. 23. Hier. 3. Iac. 6.
q l. ſi actor ff. de iureiur.
r c. ſicut. c. cum Bertoldus in fi. de re iud.
ſ l. ſi ſumma ff. de re iud.
t in ſi.

u d. l. ſi actor.
x l. nam & poſtea § penul. ff. de iureiur.
y l. pecuniæ 1. & 2. ff. de verb. ſign. l. 3. § fin. C. de cõſt. pec.
z l. iuſiurandum 2. in prin. ff. de iureiur.
a l. ait Prætor 1. & 2. ff. de iureiur. § in perſonam in fin. ſupra hoc tit.
b l. ait Prætor 2. in fi. cum l. ſeq. ff. de iureiur.
c l. ſed & ſi poſſeſſori 2. reſpon. ff. de iureiuran.
d l. actori C. de reb. cred.
e l. ſi duo. § ſi quis iurauerit 7. ff. de iureiur.
f l. non erit § dato ff. de iureiu.
g l. 1. C. de except. § 1. de replicatio.
h l. 1. §. hic autem ff. de ſuperficie l. Iulius § 1. ff. de reg. iu.
i l. duobus §. vlt. l. non & poſtea §. 1 & § pe. ff. de iureiur.
k l. non erit § dato l. duobus § vl ff de iureiur.
l l. 5. § vlt. ff. illo titul.
m l. quod ſi deferente ff. de dolo. l. aduerſus ff. de excep.
n l. nam ſufficit ff. de dol.
o Cic. 2. de legib.
p l. 2. C. de reb. cred.

nullas[b], *ex ſua iuriſditione*[c] *introduxit, veluti aduerſus eũ*[d], *quid quod ex albo*[e] *eius corrupiſſet*[f] : *& in eum*[g], *qui patrenum, vel parentem*[h], *in ius vocaſſet*[i], *cum id non impetraſſet*[k]. *Item aduerſus eum*[l], *qui vi*[m] *exemerit*[n] *eum, qui in ius vocaretur*[o], *cuiuſve dolo, alius exemerit*[p] : *& alias innumerabiles.*

SVMMAE RERVM.

1 *Pœnales, & rei perſequutoriæ.*
2 *Penè dictio.*
3 *Luit in corpore, pœnam, qui bona non habet.*
4 *Album Prætoris.*
5 *Vocatio in ius, quomodo olim fieret.*
6 *Anteſtari.*
7 *Vocari in ius quæ perſonæ vetentur.*
8 *Parentis appellatio.*
9 *Emancipationis vis:*
10 *Veniæ petitio.*
11 *Vt eximentis pœna.*

a *P*Onales. Non vnius generis actiones, in perſonam Prætor, ex ſua
1 iuriſditione introduxit. † Quaſdam enim ad rei perſequutionem propoſuit, quibus videlicet perſequimur, id quod ex noſtro patrimonio nobis abeſt: vt de conſtituta, de peculio, & de iureiurando, de quibus iam dictum eſt[a]. Quaſdam verò pœnales, ſeu (vt alij loquuntur) pœnarias[b], quibus, ſcilicet, ad vindictam agimus, & pœnam perſequimur, ab eo cui nihil ex bonis noſtris adeſt[c] Veluti de albo corrupto, de in ius vocãdo, ne quis vocatum in ius vi eximat: quas ſigillatim hîc explicat Iuſtinianus Gallorum porrò mores, nullas pœnales actiones, iuris Pontificij exemplo, receperunt[d]: apud quos pœnæ omnes ſunt arbitrariæ.

a §. in perſonam hãs uſque.
b Fab. Quintil. lib. vij. c. v.
c l ſeruus ff. de ſer. ex portu. l. ſeleudum ff. ex quib. cauſ. maio.
d c. frater nitas 12. q. 2.

b *Penè multas.* † Antiquus codex meus,
2 *permultas*, habet, & magis conuenit.

c *Iuriſditione.* Id eſt, edicto. Iuriſditionis quippe nomen (ſicuti frequenter inculcaui:) ad Prætores relatum, Prætoris edictum ſignificat[e].

d *Aduerſus eum.* Prima pœnalis actio, quæ aduerſus corrumpentem Prætoris album, pœnam quinquaginta aureorum perſequitur[f]: & quæ ſumma libram auri conficit, hoc eſt aureos noſtræ monetæ cen-
3 tum[g]. Eam porrò † pœnam qui præſtare nequeunt, in corpus torquentur[h]. Quod in omnibus iudiciis pœnalibus generaliter eſt conſtitutum ne legis minas, & authoritatem, egentes homines eludant[i]. Rurſus quia locuples ſuis pecuniis inſolenter elati, contemnebant hoc iudicium, pœna quoque falſi, in eos hodie propoſita eſt, qui edicta, dolo malo corrumpunt[k].

e l. j. §. eni autem. ff. de poſtul. dixi. §. ſed iſtæ & §. in perſona.
f l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi.
g Budæ lib. v. de aſſe & ſcat. lib. 3. Diſceſſio. ca. 17.
h d. l. ſi quis id q.
i l. vlt. ff. de in ius voc. l. i. §. vlt ff. de pœn.
k l penul. ff. ad l. Cor. de falſis.

e *Ex albo.* Hoc eſt, † tabella ipſa gy-
4 pſata, & dealbata, in qua moris olim fuit Prætoribus, edicta ſua publicè proponere: vt cùm ſcirent, hoc modo ciues, de quaque re Prætor dicturus eſſet, ſe commodè præmunire poſſent[l]. Sed de Prætorum albo nos alibi latiùs[m].

f *Corrupiſſet.* Vel ſuſtuliſſet, aut horum alterum fieri mandaſſet[n].

g *Et in eum.* Tranſgreditur ad alteram pœnalem actionem, quæ eſt de in ius vocando. Ad quam præcognoſcendum, vocationem in ius olim priuata authorita-
5 te, † nullo Prætoris aut alterius cuiuſuis magiſtratus imperio implorato, fieri potuiſſe. Et ſi cunctabantur vocati, in ius venire, iniecta manu, inuiti duci poterant. (Quod Terentius ſignificat[o], & Cicero. *Debere tibi dicis Quintiũ procurator negat: Vadari vis promiſit: in ius vocas, ſequitur: iudicium poſtulas non recuſas*[p]. Dum vocans aliquem ex præſentibus anteſtaretur, hoc eſt in teſtem rogaret, quod tacta illius aure, fieri ſolebat, vt memor fieret ſe teſtem eius rei futurum. Itaque
6 tenens auriculam dicebat, *Licet* † *me anteſtari*, id eſt teſtimonio tuo, hac in re vti? Cùm ſi præſens ille reſpondebat licet, iniiciebat manum in aduerſarium, & ducebat in iudicium. Niſi autem ita antè ſtatus eſſet, qui manũ iniicere volebat, iniuriarum reus cõſtituebatur. Hoc cum primis patefaciunt xij. tab. verba: *Si in ius vocatis anteſtamino, & capito.* Deinde Plautini loci[q]. Sed vnius referre verba, ſatis erit. Ait igitur Saturio Paraſitus, ad Dorpalum Lenonem:

l l. 2. § eodem tempore ff de origine iur. §. iubemus de litigi. coll. 8.
m lib. 4. Miſcella. c. vj.
n d l. ſi quis id quod.
o Terentius in Eunucho & Phormione.
p Cicero Quinctio.
q Plau. in Curgulione In Pœnulo & in perſa.

Age ambula in ius Leno. D O. Quid me in ius vocas?
S A T. Illic dicam, apud Prætorem, ſed ego in ius voco.
D O. Nonne anteſtaris? S A T. Tu an ego cauſa carnifex.
Quoiquam mortali libero, aureis atteram?
Qui hic commercaris ciueis, homines liberos?
D O. Sine, dicam. S A T. Nolo. D O. Audi.
S A T. Sum ſurdus, ambula
Sequere hàc

Et Horatius.

Caſu venit obuius illi.
Aduerſarius, & quo turpiſſime? magna
Exclamat voce: & licet anteſtari. Ego vero
Oppono auriculam, rapit in ius, clamor vtrinque,
Vndique concurſus, ſic me ſeruauit Apollo[r]

7 Certas porrò † perſonas lex excepit: quarum alias in ius vocari omnino vetuit, ſine permiſſu Prætoris. vt parentes, & patronos[s]. Alias in ius vocari permiſit, ſed non inuitas ad tribunal capi, vt eum qui domi ſuæ eſt[t]. Ille enim ſi aditum ad ſe præſtet, vel ex publico conſpiciatur, in ius quidem verbo vocari poterit, non autem inde trahi inuitus[u]. Iis ergo

r Horat. 1. Sermonum Satyr. 9.
s l. 4. §. 1. ff. de in ius voc.
t l. nemo de domo. ff. de regu. iur.
u l. plerique l inde & ſi 18. ff. de in ius voc.

ergo perſonis,quæ neque ſequuntur vocátē in ius,neque inuitæ duci poſſunt,(quarum obiter Caius meminit [x]:) annumeramus parentes,& patronos, quos nec quidem ſimplici verbo,ſine permiſſu Prætoris,in ius vocare fas eſt;ne temere violetur ratio pietatis,& reuerentiæ naturalis.[y] Cuius legis præceptum ſi violaret audacia, Prætor ſi vel filius patrem,(quibus caſibus lis inter eos eſſe poteſt, quos alibi videre eſt[z])aut etiam matrem, aliúmve quẽcunque aſcendentem, ſine præcatione veniæ,in ius vocauerit, dat Prætor in eum, velut pietatis & reuerentiæ naturalis contemptorem, quinquaginta aureorum iudicium.[a] Eadémque pœna libertus afficitur, qui patronum ſine permiſſu Prætoris in ius vocat.[b] Ne autem ineptia fortè ſua fretus hoc edictum contemnat, additum eſt,vt ſi prematur paupertate, quaſi inofficioſus litigator caſtigetur[c].Quod& in iure noſtro frequẽs eſt:[d] ne inopes legũ pœnas,alioqui deludant[e]. Sanè verò, hodie neminem licet in ius vocare, ſine apparitore, & præcepto iudicis: ſed præſertim inuitum in iudicium trahere, niſi de cuius exhibitione,iudex pronunciauit, vetitum eſt[f].

h *Parentem*.Quo nomine† accipi de-
8 bet,in hoc tractatu, quicunque in infinitum aſcendens, cuiuſcunque ſexus.[g] Sed quod ad patrem attinet,cum illi lege Romulea ius vitæ, neciſque in filium tributum eſſet:[h] tantáque conceſſa authoritas, vt omnia ſibi quæreret,quæ fili[e] ipſe quæſiſſet:[i] ac proinde nulla poſſet inter patrem,& filium,lis conſiſtere:[k] nonne ſatis patri conſultum erat,ipſo iure, nempè ciuili, abſque hoc noſtro Prætoris auxilio? Reſpondeo quòd non,cùm & pleriſque caſibus, iure quoquo ciuili, lis filiof.miliàs cum parente eſſe potuerit.[l] Præterea eodem iure ciuili, emancipatio fuit introducta: per quam filij patriam poteſtatem ita exuebant,vt iam non filij,ſed extranei cẽſerentur:[m] ac proinde poſſent liberè contra patres experiri,[n] tanquam ipſis hanc facultatem parentes conceſsiſſent.[o] Quocirca ne iis caſibus, filij irreuerenter litigarent,pernecеſſarium fuit Prætoris auxilium: cuius edicto perpetuo cautum eſt, ne filius parentem (quem tanquam Deũ, inquit Cicero, colere, & venerari debemus:[p]) in ius aliter vocet, quàm ſi id à Prætore poſtulauerit, & impetrauerit,[q]
9 Quamuis †enim, filius emancipatione deſierit in patris eſſe poteſtate:[r] manet tamen ratio pietatis,ac naturalis honor, & reuerentia[s] manet:& illud ius ſanguinis: quæ iura nulla ciuilis legis authoritate, cõuelli poſſunt[t].

i *In ius vocaſſet*. Niſi filium, aut libertum excuſaret officij neceſsitas:[u] quia pupilli nomine, (cuius ipſe tutor erat:) aduerſus parentem, vel patronum experiretur.[x] Nec enim poteſt quicquam illi imputari,qui tutelæ adminiſtrationem, ſine cauſa non potuit recuſare.[y] Secus ergo ſi tanquam alterius procurator ageret, cùm non ſoleat procurator inuitus dari[z].

k *Non impetraſſet*. Licet petiiſſet. †Cũ
10 enim oporteat veniam à Prætore poſtulatam,& impetratam:[a] ſimplex petitio veniæ, non ſufficit.[b] Quinimò nec debet Prætor,niſi cauſa cognita,veniam concedere[c].

l *Item aduerſus eum*. Explicatur hîc tertia pœnalis actio, quæ in factum prodita eſt, à Prætore, contra eum, qui vocatum in ius, vi exemerit, vt pœnarum formidine compeſcantur, quibus iudiciorum authoritas, contemptui eſſe ſolet[d].

m *Vi*.Quamuis dolus malus,non interueniat:ſatis eſt enim (inquit Vlpianus,) vi ereptum[e].

n *Exemerit*. Hoc eſt quoquomodo fecerit, quominus vocatus in iudicio ſiſteret[f],quod ſanè probandum eſt. Nam ſi vi ereptus, nihilominus in ius productus ſit,[g] quia verba cum effectu ſunt accipienda, ceſſabit edicti pœna[h].

o *Vocaretur*. Etiam iniuſtè, & per calumniam[i]: (non enim priuati eſt,ſed magiſtratus ius dicere,[k]) modò ad ordinarium iudicem vocatus ſit. Nam ſi quis ad pedaneum, hoc eſt datum iudicem, vocatum eximat, ceſſabit huius edicti pœna[l].

p *Alius exemerit*. Quia facere intelligitur,qui per alium facit.[m] Si quis per alium in ius vocatum vi exemerit,ſiue preſens fuerit, ſiue abſens, hac actione tene-
11 tur.[n] In †eũ ergo qui vi exemerit,in factum iudicium datur: quo non id continetur, (inquit Vlpianus:) quod in veritate eſt, ſed quanti ea res, ab actore fuerit æſtimata,[o] hoc eſt tenetur eximens, non in id, quod verè actor poſſet conſequi. (Nam & ſi calumnioſè vocatus ſit,quia veluti vi ereptus,nihil fortè debebat,eſt huic edicto locus) ſed ad æſtimationem rei,de qua eſt controuerſia.[p]

§. Præiudiciales.

Præiudiciales [a] actiones, in rem eſſe videntur:[b] quales ſunt,[c] per quas quæritur, an aliquis liber,[d] an libertus[e] ſit, vel ſeruus vel de partu agnoſcendo.[f] Ex quibus vna ferè illarum legitimam cauſam [g]habet, per quã quæritur an aliquis liber ſit. Cætera ex ipſius Prætoris iuriſdictione, ſubſtantiam capiunt.

SVMMAE RERVM.

1 *Præiudicium.*
2 *Præiudicialis actio.*
3 *Actio præiudicialis triplex.*
4 *Denuntiatio poſt diuortium.*
5 *Liberale iudicium.*

a Præiudiciales. Iudicium eſt, quod litem,& cauſam dirimit.
1 † Præiudicium à præ, & iudico dictũ,

 Iudicium

x l. qui ne quer. ff. de verb.ſig.
y l.4.§.j.eſt. de in ius voc.
z l.lis nulla. ff. eod.
a l.4.§.j. l.pen. ff. de in ius voc.
b §.v.l. de pœn.te.li. l.4.§.j. d. l.pen.
c l.vlt. ff. d. in ius voc.
d l.j.§.vlt. ff. de pœn.
e l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd.
e l. ſi quis iniuriam. ff. de iniur.
f l.vlt. C. de exhib.re.
g l.4.§.pa ren. ff. de in ius voc.
h l.in ſuis ff. de lib. & poſt. l.vl. C. de pa. po.
i l. placet. ff. de acqu. hæred. §.7. per quas er ac.
k l.lis nul la. ff. de iu. l.vlt. C. de in ius voc.
l Accu. & Doc. d.l.lis nulla. & d. l.vlt.
m §.eman cipati. eod. quæ ab inteſta.
n d.l.v. C. de in ius voca.
o l.eliof. ff. vi lega. no ca.
p Cicero pro Roſcio Amerino.
q l.4.§.j. vel.§.v.l.de pœ te litiga.
[illegible]
z l.aliusſa. §. inuitus. ff. de procu.
a §.vlt. de pœn.te.liti.
b l.4.§.j.l. ſed ſi hac §. prætor ait. ff. in ius voc.
c d.§. prætor ait.
d l.j.§. quis in alia §.j. ff. ne quis eum qui in ius.
e l.j.§.vl. ff. ne quis eum.
f l.ſed exi mendo. ff. eo tit.
g l.j.§.vlt. ff. quod quiſque iur.
h l.pen. §. docere. ff. ne quis eũ.
i l.ii per alium §.j. ff. ne quis eum.
k l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. l.nõ eſt ſingu. ff. de reg. iur.
l l.j.§.j. ff. ne quis eum.
m l.ſi a tamen.§. geſſiſſe. ff. de admin. tuto.
n d.l.ſi per alium. in princip.
o d.l. ſi per alium.§.j.
p d.l.ſi per alium. §.j.

Iudicium præcedit,& res eſt(inquit Aſco-
nius,) quæ cum ſtatuta fuerit, iudicaturis
exemplum adfert, quod ſequantur[a]. Cui
Tranquilli in Iulio Cæſare, adſtipulator au
thoritas. Et ſtatim(inquit) Quæſtor eius, in
præiudicium aliquot criminibus abreptus
eſt. Plinij item ad Seuerum, Curtauus(in-
quit) orabat, vt ſibi donarem portionem
meam, ſeque præiudicio iuuarem. Vnde &
in iure præiudiciorum verbo, incidentes
illæ cauſarũ cognitiones ſignificantur, quæ
ante principalem terminari debent, quo
cõmodior paretur via, ad principalis de-
ciſionem[b]. Quamuis & non incidens quo
que quæſtio, ſed ante iudicata, vel aliquo
modo ſtatuta, quæ ad præſens iudicium
ita pertinet, vt alterutri litigatorum, vel
prodeſſe, vel nocere poſsit, præiudicium
in iure noſtro interdum dicatur. Ea porrò
præiudicia, admitti non debẽt, quibus iu-
dicia maioris momenti interpellantur[c].
Vnde exceptione ne præiudicium prædio
fiat, excluduntur[d]. Quoniã autem inciden
tium negotiorum tractatio[e], ſemper ab eo
qui in his vocatus eſt, & via quodãmodo
plerũque exceptionis obiicitur[f], præiudi-
ciorum tractatũ, ſub titulo de exceptioni-
bus Iuriſcõſulti inſeruerũt[l], nõ quòd ex-
ceptiones ſint: Nam ab eis præiudicia, iu
ris authores ſeparant[g]. Sed quia manifeſtã,
rei conuenti defenſionem, ſicut exceptio,
continẽt. Nihil tamen interim prohibet,
quo minus, & actione propoſita, quando-
que moueantur[h]. Ac proinde actionis ver
bo apud Vlpianum. Pomponius præiudi-
cium contineri dixit[i]. Vt mirum non ſit,
cur inter hæc præiudicia, pleráſque actio-
nes (quas præiudiciales vocat,) Iuſtinia-
nus hoc loco referat: cũ rectè, ac propriè,
actiones nominentur. Vbi præſertim nec-
dum lis aliqua cœpta, aut cõteſtata erat[k].
Finge enim Pamphilum, Titio mouere de
hæreditate controuerſiam, & Titiũ oppo-
nere Pamphilum ſeruum ſuum eſſe, Pam-
philius præiudicio experietur, vt liber de-
claretur[l], in quo ſi obtinebit, hæreditatis
iudicium perſequetur. Si verò vincatur,
erit ſublata hæreditatis petitio[m]. De qua-
rum exemplis, nos ſtatim cum imperato-
re dicemus.

b *In rem eſſe videntur.* Actiones Præ-
torias tractaturus Iuſtinianus, ab iis primũ
orſus eſt, quæ in rẽ ſunt[n]: deinde actiones
in perſonam commemorauit[o]. Præiudi-
2 ciales † porrò. licet ex Prætoris iuriſdi-
ctione, propemodum omnes comparatas,
nec omnino realibus, nec omnino perſo-
nalibus, audet connumerare: ſed cum tẽ-
peramento dicit, videri in rem eſſe, hoc
eſt realium magis, quàm perſonalium na-
turam redolere: quod per eas non agamus
vt ex ante geſto nobis detur, vel fiat: ſed,
vt de iure noſtro pronuncietur, nimirum
rerum noſtrarũ, quas petimus, nos domi-
nos declarari[p]. Veluti in memorato à no-
bis exemplo, Pamphilus petebat, ſe libe-
rum, & ſuũ declarari. Vnde liberior Theo-
philus, has actiones in rem ſimpliciter

a Quintil. lib. 5. c. 7. & 0. ra. inſtitu. lib. 5. c. 2.

b l. vlt. ff. ſi liber. inge. eſſe dica.

c l. per mi norem. ff. de iud. l. di uus. §. fi. ff. de petitio. hæred.

d l. fundũ ff. de excep. l. vlt. C. de ord. cog.

e l. vlt. ff. ſi libertus.

f ff. de excep. præſc. & præiudi.

g d. rubr. ff. de excep.

h l. 1. § per hanc. ff. de rei vend. l. Impp. ff. de priui. credi to. l. quoties. ff. de proba.

i l. actio. nis. ff. de actio. & obli. & d. l. Imperatores. d. l. quoties.

l d. l. vlt. & l. quoties.

m l. 1. C. de ord. cogni.

n §. ſed I. ſte cũ ſeq. ſupra hoc titu.

o § in per. ſonam. cũ ſeq.

p §. omnia ſupra hoc tit.

dixit[q].

c *Quales ſunt* Tria † præiudicialium a-
3 ctionum exempla Iuſtinianus adfert.

d *An aliquis liber* Vel ſeruus. Agit enim
hoc loco Iuſtinianus, de liberali iudicio,
quo videlicet diſceptatur, an quis liber ſit,
an ſeruus[r]. Et hoc eſt primum præiudicio-
rum exemplum, quod nos paulo antè craſ-
ſius expoſuimus.

e *An libertus* Quia verbi gratia, cùm Ti
tius à te tanquam patronus, obſequium
peteret, aut operas, tu te ingenuum, vel
alterius patroni libertum, aſſeruiſti vel
econtrà, cum in Titium famoſam actio-
nem inſtituiſſes, Titius ſe patronum di-
xit[ſ]. Et eſt hoc alterum præiudicialis actio-
nis exemplum.

f *De partu agnoſcendo* Veluti † quia mu-
4 lier, poſt diuortium, & intra triginta dies,
ipſi marito, ſe ex eo prægnantem denun-
ciet, quo editum deinde partum, cogatur
agnoſcere[t]. Idem quoque ſi filius, vel ma-
ter, pro filio, ad alimentorum petionem,
priuſquam contra Titium veniat, ſe vt fi-
lium agnoſci petit, & Titium patrem pro
nunciari[u]. In hoc enim præiudicio, ſi ob-
tinebit filius, ad alendum damnabitur pa-
ter: Si vincatur, ſublata prorſus erit alimen
torum petitio[x].

Legitimam cauſam Vna eſt ex tribus
memoratis actionibus præiudicialibus, quę
in rem, ciuilis, tota fere videtur, nimirum
5 prima illa, qua liberale † iudicium exer-
cetur, cum in ea ſe dominum alter, & ad-
uerſarium ſeruum, alter ingenuum ſe, aut
ſui iuris contendat, Et ita domini cauſa
ſicut in rei vendicatione, in iudicium de-
ducatur[y].

q Theo. phil. hic.

r l. 3. & ſeq. tit. ff. de li. bera. cauſ.

ſ l. vl. ff. ſi liber. inge. eſſe dica.

t l. 1. § per. no & §. vlt. l. 1. § 1. ff. de lib. agnoſc.

u l. ſi quis. §. ſi vel pa. rens. ff. de lib. agnoſc.

x d. §. ſi vel parens.

y l. in rẽ. ff. de rei vẽ. §. omnium ſupra hoc tit.

§. Sic itaque diſcretis.

*Sic itaque[a] diſcretis actionibus[b] cer-
tum eſt, non poſſe actorem ſuam rem[c] ita ab
aliquo petere,* Si paret[d], cum dare oporte-
re[e]. *Nec enim quod actoris eſt, id ei dari o-
portet[f]. Scilicet, quia dari cuiquam intelli-
gitur, quod ita datur, vt eius fiat[g]. Nec res
quæ iam actoris eſt, magis eius fieri poteſt[h].
Planè odio furum[i], quo magis pluribus a-
ctionibus teneantur[k], effectum eſt, vt extra
pœnam dupli[l], aut quadrupli[m], rei reci-
piendæ[n] nomine, fures etiam hac actione te-
neantur[o].* Si paret[p], eos dare oportere,
*quamuis ſit aduerſus eos, etiam hæc in rem
actio, per quam rem ſuam quis eſſe petit[q].*

SVMMAE RERVM.

1 *Actionum formulæ.*
2 *Prætor actiones dat.*
3 *Formulæ præſcriptæ iudicibus.*
4 *Dominiũ ex pluribus cauſis non contingit.*
5 *Condicitur res propria à fure.*
6 *Fures qui.*
7 *Fur, quot actionibus teneatur.*
8 *Condictio furtiua, & actio furti.*

Sic itaque

a Sic itaque. Expoſitis ſingulatim
membris, ſummæ illius diuiſio
nis actionũ in reales, & perſo-
nales, tam ciuilium, quã Præto
riarũ, pergit hoc loco Iuſtinianus, vim &
effectum actionis in perſonam, explicare.

b *Diſcretis actionibus.* Id eſt diuiſis, a-
ctionibus, in eas nimirum, quæ in rẽ ſunt,
aut in perſonam.

c *Suam rem.* Cuius videlicet dominium
habet[a], cùm non poſsit dominium, vt ſta-
tim ſubiicit, ex pluribus cauſis cõtingere.

d *Si paret.* Fuerunt olim, vt Cicero ſcri
1 bit [b] formulæ, de omnibus rebus † con-
ſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut
ratione actionis errare poſſet. Hic ergo
Iuſtinianus his verbis. *Si paret, eum dare
oportere,* veterem formulam notat actio-
nis in perſonam, quam & alibi expreſsit[c].
2 Eam † Prætor à quo actiones oportebat
impetrari: cauſa cognita dabat[d]. Officio
quippè Prætoris, vt Pomponius ait, cõti-
nebatur, actionem dare, vel denegare[e]. De-
inde conſtituebat litigatoribus iudices,
3 † quibus præſcribebat quoque formulam,
quam ſequerentur. Veluti ſuam rem ven-
dicare volenti hanc agẽdi formulam pre-
ſtituebat: *Fundum qui eſt in agro Sabino ex
iure Quiritium, meum eſſe aio.* Aut ſi rei
mobilis, fiebat vendicatio. *Hanc rem, iure
Quiritium, meam eſſe aio*[f]. Aut promiſcuè,
de vtraque rerum ſpecie. *Si apparet, me rei
qua de agitur, dominium eſſe: tu iudex aduer
ſarium condemna*[g]. Volenti autem in per-
ſonã actione experiri, vſitata formula hæc
erat: *Aio, te mihi dare oportere.* Aut, *ſi ap-
paret, L. Titium mihi dare, facere oportere,
eum condemna*[h]. Datis porrò actionibus,
iudices prætor, vel ex Centumuiris, vel ex
iis in quos conſenſerant litigatores conſti
tuebat[i], qui recuperatores dicti ſunt. Iis iu
dicãdi formulã, & æquitatẽ, quã ſequeren
tur præſcribebat[k]. Hanc in actione reali,
exempli cauſa: *L. Octauius, iudex eſto: Si
paret, rem qua de agitur, actoris eſſe, aduer-
ſarium condemna.* Et in actione in perſonã
hanc: *Si paret L. Titium, Caio Seio dare fa
cere oportere, tu eum condemna*[l]. Neque po
terat iudex, à prætore datus, aliter quàm
præſcriptum illi foret iudicare[m], quòd ſim
plicẽ facti notionem haberet,[n] licet in ar-
bitro, contra. Cùm ei nullã iudicandi for
mulã, Prætor præſcriberet[o]. Quod & di-
ſertè ſignificat Cicero[p]. Et alibi diximus,
ad ſimilitudinem iſtiuſmodi iudiciorum,
quæ à prætoribus olim concipiebantur,
emanant in hoc regno reſcripta regia, ad
hanc formulam. *S'il vous appert,* &c.

e *Dare oportere.* Aut (*facere oportere*) ſi
factum erat, in obligatione. Vel ſi traditio
aut reſtitutio, vt in commodato, & depo-
ſito, (*tradere oportere*) Aut (*reſtituere
oportere*) Et ſic de ſimilibus.

f *Dari oportet.* Eſt enim dare, dominium
transferre[q]. Non poteſt autem reus do-
minium transferre, quod non habet[r], nec
ipſi actori dominium, niſi ex vna cauſa
contingere[ſ].

a l. Quinti. §. argento. ff. de aur. legat.
b Cicero pro Roſcio Comœdo.
c §. is quo que g. mo. re. cõt. obli.
d l. j. §. vlti. ff. de ven. inſpicien. l. 7. in princ. ff. de ſuperficie. Cic. pro Cecinna.
e l. veluti. ff. de verbo. oblig. d. l. j. §. vlt.
f Cicero pro Muręna Gell. lib. xx c. ix.
g Theophil. ius. §. omnium ſupra hoc tit.
h l. quod te. ff. ſi cert. peta.
i l. 2. §. j. l. ſi in iudic. ff. de iud. l. ex conſenſu ff. de appel. la dixi lib. 3. miſcel. c. xviij.
l Cicero actione 3. 4. & v. in Verrem. de diuinatio. pro Roſ. Comœdo.
m Cic. pro Comœdo.
n l. an prætor ff. de re iud.
o l. eoſdem ff. de arbit.
p Cicero pro Roſcio Comœdo.
q l. ſi ita di ſtributum ſit. ff. de ęd. emp. l. vbi autem §. ſi. ff. de verbo oblig.
r l. traditio ff. de acquir. re. do.
ſ l. iij. §. ex pluribus ff de acq. poſ.

g *Vt eius fiat.* Verbo enim Dari, ſicuti di
ximus, dominij tranſlatio ſignificatur[t].
Nec videntur data (inquit Iulianus) quæ
eo tempore, quo dantur, non fiunt accipiẽ
tis[u]. Quamuis & nonnunquam pro ſub-
iecta materia, dationis verbo, traditio
demonſtretur[x].

h *Magis eius fieri poteſt.* Quod propriũ
eſt alicuius (inquit Iuſtinianus) non po-
4 teſt amplius illius fieri[y]. Nec idẽ, † poteſt
ex pluribus cauſis noſtrum eſſe, ſicuti po-
teſt ex pluribus cauſis nobis deberi[z]. Eſt
enim dominium, quid perfectum, rei au-
tem perfectæ, cùm nihil ſuperaddi poſ-
ſit[a], non poteſt, niſi ex vna cauſa domi-
nium contingere.

i *Odio furum.* In odium furis, dominiũ
tranſlatum fingitur in eum, vt actioni in
perſonam, hoc eſt condictioni furtiuæ, ſit
locus[c]. Nemo, inquit Vlpianus, rem ſuam
5 † condicere, hoc eſt actione in perſonam
6 petere niſi à fure poteſt[d]. Furum † autem
verbo intelligendi ſunt, quicunque malæ
fidei poſſeſſores[e]. Neque enim à furibus
modò res noſtras cõdicere poſſumus, ſed
etiã ab iis, qui res mobiles vi eripuerunt[f].
à prædonibus, qui prædia noſtra, eorúm-
ve fructus inuaſerunt[g], & ab iis omnibus
(vt generaliter Martianus definit) qui non
ex iuſta cauſa poſsident[h], ſeu, vt Iuſtinia-
nus ait, *à quibuſque,* (Sic enim non *qui-
buſdam* legendũ autumo) malæ fidei poſ-
ſeſſoribus[i], qui rem alienam ſcienter con-
trectando, ad retrodandum ſe obligaſſe vi
dentur[k]. Vt dubium non ſit, verbo *furis,* &
apud Vlpianum[l], & Iuſtinianũ[m], quemcũ-
que iniuſtum poſſeſſorem, venire.

k *Pluribus actionibus teneatur.* Queãd-
modum non minimo cõmodo eſt, actori,
7 varias † de eadem re actiones habere[n], ita
valde[o] reo oneroſum, pluribus actionibus
teneri, conuenirique poſſe[o] præſertim vbi
illatum vna, ex furtiua cauſa, aut ex male-
ficio deſcendit[p]. cùm, re etiam ſine dolo
& culpa ipſius debitoris perempta, nihilo
minus teneatur[q]. Sanè verò quoniam hic
Iuſtinianus fures pluribꝰ actionibꝰ impli-
8 cari, generaliter docet ſciendum, † præter
criminalem accuſationem, qua fur im-
peti poteſt[r]: quatuor actionibus, ciuiliter
eum teneri. utti ad duplum, vel quadru
plum, pœnæ nomine[ſ]. Rei vendicatione,
& in conſequens ad exhibendum, quæ eſt
illius præparatoria[t]. Denique condictio-
ne furtiua[u]. Quæ licet infamiã iuris non
irroget[x]: opinione tamen hominum, non
effugit reus infamiæ notam[y].

l *Dupli.* Qua tenetur fur non manife-
ſtus[z].

m *Quadrupli.* Qua pœna, fur manifeſtus
tenetur[a].

n *Rei recipiendæ.* Per actionẽ furti, is cui
furtum factum eſt, pœnã petit legitimã[b]:
hoc eſt dupli, ſi furtum non fuerit manife
ſtum, & quadrupli, ſi manifeſtum[c]. Condi
ctio verò furtiua, vt & hic Iuſtinianus o-
ſtendit, rei perſecutionem continet[d].

o *Hæc actione te te-tur.* Nimirum con-
dictione

t d. l. ſi ita d. §. vltimo.
u l. nõ videtur ff de reg. iur.
x l. ſi ſtipulatus ff. de vſur.
y § ſed ſi rem. de legat.
z l. non vt ex pluribus ff. de regu. iur. l. & an eadem §. j. ff. de excep. rei. iud.
a l. 2. C. de vnd. liberta.
b l. iij § ex pluribus ff. de acq. poſ.
c l. ſi pro fo re ff. de cond. fur.
d l. vlt. ff. vſufructua. quemad. ca.
e l. rerum j. in fi. ff. re amota. § ſi tamẽ. in fi. ff da rei diuiſio.
f l ſi re mo ſeſtus §. ſi ff de cond. furt. l. j. §. vlt. ff. de aq. Teluca.
g l. ſi vrba ra ff. de cõdic. indeb.
h d. l. certũ lo ſi.
i d. §. ſi ta mao lo ſo. le vt hic.
l. vlt. ff. vſufructua. quemad. c.
m §. ſi de obl g. quæ ex delict. & hic.
n l. cum ſi lmt. §. pen. ff. de leg. ij.
o l. j. ff. vi bono. rape. l. cum ex v. no. ff. de ac. & oblig.
p l. qui furtum ff. de condi. furt.
q l. ſi pro fure. § vl & l. ſeq. ff de cond. furt.
r l. vlt. ff. de fur.
ſ §. vlt. de obl. g. quæ ex delict.
t l. ſi pro fure §. j. ff. de cond. furt.
u tot. tit. ff de cõd. fur. & hic.
x l. ceſſat. ff. de actio. & obl.
y l. hor arl. ff. de obſeq.
z §. in fu. pri. hoc tit.
a § quadrupli hoc tit.
b l. ſi pro fure § j. ff. de cõd. fur.
c d §. ad duplum. d. §. quadrupli.
d d. l. ſi pro fure § j.

dictione furtiua. Quæ nec ſuperuacanea ideo exiſtimanda eſt, quod eius quoque rei nomine, vendicatio detur:[e] ſi quidem condictionem intendere, multò commodius ſit. Nam qui in rem actione vti vult, dominium deducere, & docere debet.[f] Cuius tamen valde difficilis eſt probatio[g]. Qui verò condictione experitur, nihil præter ipſum furtum, probare neceſſum habet.[h] Licet enim condictio ei tantùm competat, qui dominus eſt,[i] fur tamen audiendus non eſt, qui quæſtionem dominij refert.[k] Deinde vindicatio, non niſi aduerſus poſſeſſorem datur,[l] ſiue fur eam poſſidet, ſiue alius quiſpiam[m]: condictio verò furtiua, aduerſus furem, hæredem eius, tametſi rem ſurreptam non poſſideant[n].

e §. vlt. de oblig. quæ ex delict. d. l. ſi p. o fure. §. j
f l. in rem. ff. de rei vē.
g l. cum res C. de prob.
h l. itaque. §. j. ff. de fur.
i l. ſi ne manifeſtus. §. vl. ff. de cō. fur. l. eum qui. § quoniam in fin. ff. de furt.
k l. bona fi dea vel po. ff. depoſ.
l l. actionū. ff. de act. n.
m § vlt. de obli. quæ ex delicto.
n l. ſi pro fure. § vl. ff. de cōd. fur.
d §. vlt. de obli. quæ ex delict.
o §. vlt de oblig. quæ ex delict.

p *Si paret.* Formula eſt actionis, in perſonam de qua paulo antè dixi.

q *Eſſe petit.* vindicatio rei videlicet, quæ ad rei ſurreptæ perſequutionem contra poſſeſſorem, datur:[o] vt ſtatim plenè dictum eſt.

5. Appellamus.

Appellamus[a] *autem in rem quidem actiones, vindicationes.*[b] *In perſonam vero actiones, quibus dare, aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere*[c] *enim eſt denunciare*[d] *priſca lingua. Nunc verò abuſiuè*[e] *dicimus, condictionem,*[f] *actionem in perſonam eſſe, qua actor intendit dari, ſibi oportere. Nulla enim hoc tempore, eo nomine denunciatio fit*[g].

SVMMAE RERVM.

1 *Vindiciæ.*
2 *Vindicatio.*
3 *Conſerere manum.*
4 *Conſertum manu ex iure vocare.*
5 *Condicere.*
6 *Denuntiare.*
7 *Condictio eſt actio in perſonam.*
8 *Denuntiatio extra iudicium an neceſſaria.*

a *Appellamus.* Necdum à perſonalium, & realium differentiis, digreditur. Nam hic rationem nominis, ad vtrumque ſcribit Iuſtinianus.

b *Vindicationes.* Vindicare, eſt rem ab alio poſſeſſam in ius, poteſtatémque noſtram, velut propriam, reuocare.[a] Vindicationes, à vindiciis appellatæ ſunt. Dice-
1 bantur autem olim *vindiciæ,* † vt Feſtus Pompeius oſtendit, res eæ, quæ ex fundo de quo erat controuerſia, in ius allatæ erant. Quod ipſum Budæus noſter, ex Cicerone, & Gellio luculenter explicat.[b] Gel-
2 lius enim, de vendicatione, † hoc eſt, vt nos loquimur, rei vendicatione, quæ in re

a l. Quintus §. argento. ff. de auro legat.
b Budæ. l. ij. ff. de ori. iur.

præſenti, traducto illinc Prætore, ex lege xij. tabu. olim iure fiebat. Poſtquàm Prætores, adauctis Italiæ finibus, cœperunt grauioribus negotiis occupari, deſitum refert, Prætorem, in rem ipſam deduci. Sed cū de fundo, aut re immobili, diſceptaretur, ab actore aduerſarium manu prehēdi & in rem præſentem duci: ſimúlque profectos in agrum, inde aliquid terræ, veluti glebam vnam, in ius ad Prætorem deferre & in ea gleba tanquam in toto agro omnibus verbis vendicare. Eorum autem verborum formulam, hinc fuiſſe Cicero indicat.[c] *Fundus, qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur, meus eſt: eum ego ex iure, meū eſſe aio: ibi ego te manu, ex iure, conſertum voco.* Cui is à quo res vindicabatur reſpondebat, *Vnde tu me ex iure, manu conſertum vocaſti, inde ibi te ego reuoco.* Porrò autē vt
3 conſerere † manum, dicimur cum hoſte,
4 ſic (inquit Varro) ex iure, manu † conſertum vocare.[d] Cum enim non liceret Prætori, grauioribus curis implicito, in agrum proficiſci: inſtitutum eſt, vt Gellius ait, cōtra xij. tabulas, tacito conſenſu, vt litigantes, non ex iure apud Prætorem manum conſererent. ſed ex iure manu conſertum vocarent, hoc eſt alter alterum, ex iure ad conſeruandam manum, in rem de qua agitur veniret, ſimul profecti,[e] vt expoſitum eſt.

c Cicero pro Murena.
d M. Varro. libr. de ling. lat. v.
e Gell. lib xx. ca. x.

c *Condicere eſt denunciare,* Condicere,
5 † priſco verbo, denunciare ſignificat. Craſſus cum mihi conduxiſſet (inquit Cicero) cœnauit apud me, in mei generi Craſsipedis hortis.[f] Et Suetonius Sexto Claudio, libidinoſo, ac prodigo ſeni, olim ab Auguſto ignominia notato, & à ſe ante paucos dies increpito, cœnam ea lege condixit, nequid ex conſuetudine immutaret, vtque nudis puellis miniſtrantibus cœnaretur.[g]

f Cic. libr. j. Epiſtola.
g Sueto. in Tiberio.

d *Denunciare.* Denuntiare † eſt prædice-
6 re, ſignificare. Et (quoniam in malam partem vſurpari ſolet:) propriè comminari. Hinc denuntiare periculum, inimicitias, bellum, & iis ſimilia. Et in iure noſtro denuntiare eſt teſtato alteri ſignificare, vt aliquid faciat, vel non faciat[h].

e *Abuſiue.* Adeóque impropriè, ſolo videlicet nominis veſtigio, retento.

f *Condictionem, actionem in perſonam.* Cō-
7 dictionis verbo, licet omnes † omnino actiones perſonales, contineri videantur[i]. (Nam ex omni cauſa, contractúve, quo certum petitur, certi condictio competit:[k]) contrahi tamen ſolet, ad eas actiones in perſonam, quæ proprium nomen non habent. Quales ſunt, condictio ob cauſam indebiti, furtiua, & ſimiles.

g *Denuntiatio fit.* Olim igitur, cùm aliquis conuenjendus erat, ſolebant vrbani
8 † creditores (quemadmodum, & ipſe Cicero perſpicuū facit[l]) extra iudicium, familiariter, debitorem commonere, vt ſolueret.[m] tandémque non ſatisfaciente debitore, ei diem dicere, & denuntiare, qua in iudicio ſiſtendum eſſet. Non enim per appari

h l. ſi conuenerit. ff. de pig. act. l. quæ vero ē l. ſeq. ff. de adult. l. in executione. §. inſolidum. ff. de verbo. oblig.
i l. actionū. ff. de act. & oblig. l. duobus §. recepit. ff. de iureiu. l. certi. ij. ff. rer. amota.
k l. certi cō dict. o. ff. ſi cert. pet.
l Cicero pro Quintio.
m l. debitoris C. de pi. l. ſi conuenerit. ff. de pig. act.

appatitores olim, ſicut hodie, ſed priuata actoris authoritate, rei in ius vocabantur, quod oſtendi ſuprà[a]. Litigioſi verò, atque ad rixas, & iurgia conciti, omni humanitate, denunciationis ſpreta, iubebant duntaxat certa die debitorem ad litigandum adeſſe. A qua prædictione dicti, & denunciatione, actiones in perſonam, cōdictiones appellatas, docet hic Iuſtinian[b]. Quod nomen adhuc retinuerunt, licet nullam hoc tempore iſtiuſmodi denunciationem, fieri oporteat, cùm per apparitorem, & iudicis præcepto, non priuata, vt olim partis authoritate, ad iudicium quis venire iubeatur.

a in §. pœnales.

§. Sequens.

Sequens illa diuiſio eſt[a], quod quædam actiones, rei perſequendæ gratia[b] comparatæ ſunt: quædam pœnæ perſequendæ[c], quædam mixtæ ſunt[d].

SVMMAE RERVM.

1 *Rei perſecutoriæ.*
2 *Pœnæ perſecutoriæ.*
3 *Mera pœna.*

a *Diuiſio eſt.* Hucúſque Iuſtinianus, primam (vt mihi videtur:) actionum diuiſionem, ex materia petitam, diligenter & accuratè tractauit: qua diſtinxit, vniuerſas actiones, in eas quę in rem, & quæ in perſonam, dicuntur[a], immiſcens opportunè cauſam actionum efficientem, & earum authores, vnde ſumpta fuit incidens illa diuiſio, in ciuiles, & prætorias[b]. Nunc verò ad cauſam finalem pergens, ſic actiones à fine deduxit, vt vel ad perſecutionem rei, vel pœnæ, vel rei ſimul & pœnæ, intendātur. Neque enim alius nobis agendi ſcopus eſſe poteſt.

a §. omnis.
b §. ſed iſtæ.

b *Rei perſequendæ gratia.* Actiones † illæ, rei perſecutionem, definitore Paulo, continere dicuntur, quibus perſequimur, quod nobis abeſt: vel quia noſtrum ſcilicet, vel quia nobis debitum[c], vt interim actiones quoque in perſonam, ferè omnes, nedum in rem, eſſe rei perſecutorias cognoſcamus, vt apertiùs Imperator exprimit[d].

1

c l. in honorariis §. 1. ff. de act. & oblig.
d §. ſequenti.

c *Pœnæ perſequendæ.* Ex maleficio, vel quaſi ex maleficio[e], aut etiam ex conuentione, creditoris, non intereſt[f]. Nam & eā actionem, quæ ex pœna in conuentionem deducta oritur, licet ex contractu debeatur, quatenus tamen nihil actori abeſſe dici poteſt, non rei (vt alij) ſed pœnæ † perſequutoriam puto[g]. Vt & cōtra conditio furtiua, quamuis ex furti maleficio deſcendat: quia tamen rē ipſam tantū perſequitur rei potius, quàm pœnæ, dicitur perſequutoria[h]. Meram † porrò pœnam, tunc perſequi dicimus, cùm ad id agimus, quod patrimonio noſtro non abeſt[i]. Quo ſatis intelligimus, pœnam propriè, vt hoc in loco, ad actorem referri. Poteſt enim, quod intereſt actoris, pœna dici, reſpectu rei conuenti[k].

2
3

e §. ex maleficiis. infr. hoc tit.
f l. ſi pullatio iſta § al terl ff. d ver. obligat. §. al. eri de inutis ſtip.
g l. ſeruus. ff. de ſer. export. l. p a. ff. de ſepu. vio la. l. ſecundū. ff. ... ma.
h l. 6 pro fure. § 1. ff. de condict. fur. § ex maleficiis hoc tit. l. vnic. ... ti. ff. ſi quis ... dic.
k l. 1. §. ſi plures ff. de eo per quē fac. erit.

d *Mixtæ ſunt.* Quibus ſcilicet, rem ſimul, & pœnam, ex quibuſdam maleficiis, perſequimur: vt in actione vi bonorum raptorum, Aquiliæ legis, & ſimilibus, de quibus ſuo loco[l].

l d. §. ex maleficiis.

§. Rei perſequendæ.

Rei perſequendæ cauſa, comparatæ ſunt omnes in rem actiones[a]. Earum verò actionum, quæ in perſonam ſunt, eæ quidem quæ ex contractu[b] naſcuntur ferè omnes[c] rei perſequendæ cauſa, comparatæ videntur. Veluti quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatum deductam, petit actor. Item, commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio, ex empto, vendito, locato, conducto. Planè ſi depoſiti agatur, eo nomine quod tumultus incendij, ruinæ, naufragij[d] cauſa, depoſitum ſit, in duplum[e], actionem Prætor reddit[f], ſi modo cum ipſo[g], apud quem depoſitum ſit, aut cum hærede eius, de dolo ipſius[h] agitur: quo caſu mixta eſt actio[i].

SVMMAE RERVM.

1 *Actiones rei perſecutoriæ.*
2 *Depoſiti fauor.*
3 *Inficiatio actionem auget.*

a *In rem actiones.* Cùm enim actiones † illæ, perſequutionem rei continere dicantur, quibus perſequimur, quod ex patrimonio nobis abeſt[a]: & per reales, propriè vindicemus, id quod patrimonio noſtro ademptum eſt[b], non dubium quin actiones in rem, perſequendæ rei cauſa, ſignificanter propoſitæ dicantur[c]. Nam & ſi quando per eas, ob aduerſarij peruicaciam, arbitrarias factas, pœnam quoque quadrupli, aut quāti, in litem iuratū ſit, perſequi videamur[d]: hoc tamen præter naturam, earum accedit, iudiciſque officio conſequimur, vt ſuo loco dicemus[e].

1

a l. in honorariis §. 1. ff. de act. & oblig.
b l. in rem l. officiū. ff. de rei vindica. § omnis de actio.
c vt hoc §.
d l. ſi cum exceptione. §. hæc autē actio ff. q metus ca. l. arbitrio ff. de dol.
e §. præterea. hoc tit.
f §. 1. de oblig. quæ quaſi ex contract.

b *Ex contractu.* Aut quaſi ex contractu, vt negociorum geſtorum, tutelæ, & ſimiles: quas hîc contineri non dubito[f].

c *Ferè omnes.* Ferè dixit, propter actionem depoſiti, quam mixtis actionibus, iis nimirum, quæ & pœnam, & rei perſecutionem continent, interdum annumerandam, paulò pòſt Iuſtinianus docet.

d *Naufragij cauſa.* Grauiſsima eſt, illius improbitas, & perfidia, qui concreditam ſuæ fidei rem, ob vrgentē tumult' incēdij, ruinæ, naufragij, aut ſimilē neceſsitatē, ſibi traditam fuiſſe negat. Quocirca ſeueriter coërcēdā, publicè vtile eſſe dixit Vlpian[g].

g l. 1. §. 1. & ſ. ff. depoſ. l. 1. § 1. ff. de incendio.

e *In duplum.* Contra depoſitarium inficientem, & ſequutæ ipſius inficiatione, cōtra eius hæredem[h], vt ſequitur. Vbi verò nulla tali neceſsitate, depoſitū factum eſt, in ſimplum duntaxat datur actio: nec ſu-

h l. 1. §. 1. ff. depoſiti.

ſtinet

ſtinet depoſitarius, licet depoſitū negans, hanc dupli pœnam[i], mendacij tamen con uictus, notatur infamia[k]:

i d.l.§.1. & l.1.§.1. ff. de iis qui not. infa. l. qui depoſitum C. de depoſit.

f Prætor reddit. Sic † enim Prætor, edi-
2 cto ſuo, quod ad hāc rem pertinet, loquutus eſt: QVOD NEQVE TVMVLTVS, NEQVE INCENDII, NEQVE RVINAE, NEQVE NAVFRAGII CAVSA, DEPOSITVM SIT, IN SIMPLVM: EARVM AVTEM RERVM, QVAE SVPRA COMPREHENSAE SVNT, IN IPSVM, IN DVPLVM, IN HAEREDEM EIVS, QVOD DOLO MALO EIVS FACTVM ESSE DICETVR. QVI MORTVVS SIT, IN SIMPLVM. QVOD IPSIVS, IN DVPLVM IVDICIVM DABO.

g Cum ipſo. Cuius fidei, res credita fuit. & qui nunc improbè, depoſitum inficiatur. Nam hæres eius, hac dupli pœna non tenetur, ſed in id tantùm quod ad eum peruenit, niſi & ipſe hæres, dolum committat[m], vt ſubiicit Iuſtinianus.

l l.1.§.1. ff. de poſiti.

h Ipſius. hæredis ſcilicet, rem apud defunctum depoſitam, ſcienter inficiantis.

m d.l.1.§.1.

i Miſta eſt actio. Actio † depoſiti, ex
3 quatuor iſtis cauſis, tumult[o], incēdij, ruinę, & naufragij, contra inficiantem depoſitum creſcit[n]. Nec enim competit duntaxat, ad rei depoſitæ, ſed etiam ad pœnæ, hoc eſt æſtimationis rei, (quæ cum re aggregata duplum facit:) perſecutionem, ac proinde mixta actio dicitur.

n §. ſed furti. infra hoc titu.

§. Ex maleficiis.

Ex maleficiis[a] vero, prodita actiones, aliæ tantum pœnæ perſequendæ cauſa comparatæ ſunt: aliæ tam pœnæ, quàm rei perſequendæ: & ob id mixtæ ſunt. Pœnam tantum perſequitur quis actione furti[b], ſiue manifeſti[c] agatur quadrupli[d], ſiue non manifeſti[e] dupli[f], de ſola pœna[g] agitur. Nam ipſam rem propria actione[h] perſequitur quis, id eſt ſuam eſſe[i] petens, ſiue fur ipſe eã rem poſſideat ſiue alius quilibet[k], eo amplius aduerſus furem[l], etiam condictio eſt[m] rei[n]. Vi autem bonorum raptorum[o] actio, mixta eſt, quia in quadruplo rei perſecutio continetur, pœna autem tripli eſt[p]. Sed & legis Aquiliæ[q] actio, de damno iniuria dato, non ſolum ſi aduerſus inficiantem[r] in duplum agatur: ſed interdum, & ſi in ſimplum quiſque agat, mixta eſt[ſ]. Veluti ſi quis hominem claudum[t], aut luſcum[u], occiderit, qui in eo anno[x] integer, & magni pretij fuerit. Tanti enim damnatur, quanti is homo, eo in anno plurimi fuerit, ſecundum iam traditã diuiſionẽ[y]. Item miſta eſt actio, cõtra eos qui relicta ſacroſanctis eccleſiis[z], vel aliis, venerabilibus locis, legati, vel fideicommiſſi nomine, dare diſtulerint[a]. Vſque eo, vt etiã in iudicium vocarentur, tunc enim & ipſam rem, vel pecuniam quæ relicta eſt, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna. Et inde in duplum[b] eius fit condemnatio[c].

SVMMÆ RERVM.

1 *Condictio furtiua. rei perſequutoria.*
2 *Furtum manifeſtum.*
3 *Furum manifeſtorum pœna.*
4 *Pœna dupli.*
5 *Raptoris pœna.*
6 *Inficiatione quando creſcat actio.*
7 *Aquiliæ legis actio, an miſta.*
8 *Luſcus.*
9 *Eluſcare.*
10 *Luſcitio, luſcioſus.*
11 *Piorum relictorum fauor.*

a *EX maleficiis.* Tranſit ad alterum propoſitę diuiſionis membrum, nempè ad actiones, non rei, ſed pœnæ perſequēdæ gratia cõparatas: quæ, ꝓprie ex maleficiis oriũtur, vel qua-
1 ſi ex maleficiis, licet & in iis † ſit reperire, rei perſequutoriam, veluti condictionem furtiuam, ad ſurreptæ rei perſequutionẽ[a]. Cuius & hoc loco meminit Iuſtinianus, vt & in deſcendentibus ex contractu, pœnæ perſequutoriam. quatenus, videlicet, nihil abeſt actori: vt cùm pœna in conuẽtionem deducta eſt, ſi nihil actoris intereſt[b].

a l. ſi pro fu re §. 1. ff de cond. furt.

b *Actione furti.* Furti actio (inquit Vlpianus) pœnam petit legitimam.[c] Et Iuſtinianus, furti actio (inquit) ſiue dupli, ſiue quadrupli, ad pœnæ tantùm perſecutionem, pertinet[d].

b l. ſeruus. ff. de ſer. ex. por. & § alio. rt. de inuti. ſtip. dicitu §. ſequen. ſupra hoc tit.

c *Manifeſti.* Manifeſtum † furtum, is di-
2 citur commiſiſſe, qui priuſquam perferat rem ad locum deſtinatum, cum furto deprehenditur, aut in loco, quo furtum fit[e]. Eiuſmodi fures, idem Papinianus in admiſſo deprehenſos vocat[f], quod videlicet ita conuicti, & deprehenſi ſint, vt factum ipſum inficiari non poſſint.

c d. l. ſi pro fure § 1.
d §. vl. de oblig. quæ ex delict.
e l. 3. l. ſiue igitur. l. ſi quis. ff. de fur. §. 3. de oblig. quæ ex delict.
f l. ſi dominus §. de præſcr. ver.
g §. pœna. de obl. quæ ex delict.

d *Quadrupli.* Quæ pœna eſt hodie furti
3 manifeſti[g], licet olim † ſeuerior pœna, manifeſtis furibus, ex lege xij. tab. irrogaretur: quippè liberi homines, verberibus caſtigati, iis quibus furtum factũ erat, addicebãtur. Serui verò de ſaxo præcipitabantur. Quoſcunque verò vetus illa lex Decemuiralis, occidi permiſit, qui vel noctu in furto deprehẽſi eſſẽt: vel interdiu, ſi ſe telo, cũ prehenderẽtur, defenderent[h].

h Gell. li. 11. c. 18.

e *Non manifeſti.* Quia deprehẽſione manifeſtum furtum fieri, ex Vlpiano docuimus[i]: iam ſatis apparet, quod ſit furtum non manifeſtum[k]: id videlicet, quod manifeſtum dici non poteſt[l].

i l. 3. l. ſiue igitur. l. ſi quis in ſeruitute ff de fur. l. ſi dominus. ff. de præſcr. ver.
k l. 1. ff de his qui ſunt ſui.
l Loco manifeſtum ff. de fur.
m d. §. pœna.

f *Dupli.* Hanc † pœnam dupli, quam pro
4 non manifeſto furto, noſtræ leges[m] irrogant: primus induxit Salaminius ille Solõ ex ſeptẽ ſapientibus vnus, qui Athenienſibus leges dedit. Is lege lata fures dupli pœna coërcendos cenſuit: hac in re, vt in cæteris mitior multò, quàm Draco prim[us] Athenienſium legũ lator, qui fures quoſcunque, capitis ſupplicio, ſeuerè omnis,

vindican

a Gell. lib. 11.c.18.

vindicandos ſanxit[n].

g *De ſola pœna.* Totum enim duplum, vel quadruplum, pœna eſt: in neutro quorum, res ipſa annumeratur[o], ad cuius nimirum perſequutionẽ, dominus extrinſecus habet, vel rei vẽdicationem, vel condictionem furtiuam[p]. Extrinſecus autem dixit Iuſtinianus, dominum, cui res furto ſubtracta fuit, rei perſequutionẽ habere[q]: propter diuerſam actionis originem. Neque enim ſicut actio furti, vendicatio, ex obligatione deſcendit, ſed ex dominio[r].

o §. pœna. & §. ii. de obli. quæ ex delic.
p l. ſi pro fure §. j. ff. de cõdi. furt. d. §. vltimo.
q d. §. vlti.

h *Propria actione.* Nempè rei vẽdicatione[ſ], qua res noſtras à quibuſcunque poſſeſſoribus vindicamus[t].

r l. in rẽ ff. de rei vẽd. cum vulg.
ſ d. l. ſi pro fure, §. j.
t d. § vltimo. l. actionũ ff. de acti. & oblig. § . omniũ. hoc ti.

i *Suam eſſe.* Neque enim poteſt res, ab aliquo vendicari, niſi quæ ſua ſit, hoc eſt cuius dominium habeat[u]: ac proinde dicimus, actionem in rem, non dari niſi ei, qui dominium habet[x].

u l. Quintus §. argento §. de aur. leg.
x l. in rem ff. de re. vindic. d. l. actionum d. §. omnium

K *Alius quilibet.* Non idem in cõdictione furtiua: qua licet dominus rem ipſam perſequatur[y], non tamen poſſeſſor quilibet, ea tenetur: ſed fur duntaxat, aut hæres eius[z], vt ſtatim dicam. Cæterùm hi, licet non poſsideant, condictione tamen furtiua tenentur: idque Iuſtinianus ſcribit[a]: Quod tamen condictione furtiua hæredẽ teneri Iuſtinianus ait, id pro ea, qua hæres eſt, parte accipiendum Vlpianus ſumma ratione tradit.

y d. l. ſi pro fure §. primo.
z d. l. ſi pro fure §. vltimo.
a §. vlt. de obli. q̃ ex delic. in fi.

l *Aduerſus furem.* Hæredémve eius, quãuis non poſsideat[b]. Quo hæredis verbo, quoſcunque ſucceſſores, Vlpianus intelligit[c] iuris ſcilicet, hoc eſt vniuerſales[d]. Nã qui in rem ſingularem ſuccederent, vt legatarij, emptores, & alij id genus, hac actione non tenerentur[e].

b § vlt. de obl. q.
c d. l. ſi pro fure §. vlti.
d l. quedã §. j. ff. de edend.
e l. ſed nec ff. de cond. furt.

m *Condictio eſt.* Quæ condictio furtiua appellatur, de qua iam ſatis multa diximus[f].

f §. ſic itaque hoc tit. & hic.

n *Rei.* Furtiuæ: Nam & ideo condictio hæc, furtiua dicitur.

o *Vi bonorum raptorum.* Qui rapiũt res alienas licet furti actione teneantur in duplum[g]. Sunt enim fures: & quidem improbiores: propriam tamen actionem, eius delicti nomine Prætor induxit quæ *vi bonorum raptorum* appellatur † quadrupli intra annum, poſt annum verò ſimpli[i]. Licet enim raptor actione furti non niſi in duplũ, quaſi non manifeſti conueniatur[k]. Prætor tamen hunc, cum Papiniano, furẽ manifeſtum exiſtimans[l], quadrupli pœna ſpeciali actione, coërcendũ cenſuit[m]. Cur autem raptor, qui ſicuti diximus, fure improbior eſt, leuiùs puniatur: quàm manifeſtarius fur? eam rationem probo: quòd raptor dominum latere nõ potuerit, ſicut quem niſi in facinore deprehendiſſet, dominus certam perſonã ignoraſſet, in quã ius ſuum perſequeretur.

5

g l. j. ff. de vi bono. rapto.
h l. ſi te C. qui. ex cau. infa. irrog.
i l. 2. ff. vi bo. rapto.
i §. j. vi. bo. rapt.
k l. j. ff. vi bono rapto.
l l. ſi vendidero §. j. in fine, ff. de Furt.
m d. l. 2. d. §. j.

p *Pœna tripli eſt.* Quadruplum in actione vi bonorum raptorum, non totum, in pœna eſt: ſed triplum duntaxat, vt ita inſit in quadruplo, rei perſequutio[n].

n §. valde uo. ope nu iis col. v. d. j. j.

q *Legis Aquiliæ.* Damni, iniuriæ actio, per Aquiliam legem, conſtituta eſt, in eos, qui alienum hominem, aut quadrupedẽ alienam, quæ pecudum numero eſſet, (quia gregatim paſceretur) ſine cauſa occidiſſet, vt tantùm domino dare tenerentur, quanti plurimi, res illa eo anno fuiſſet[o]. Cæterarum verò rerũ nomine, præter hominẽ, & pecudem occiſos, quanti ea res proximis triginta diebus, fuiſſet[p].

o l. 2. ff. ad legem Aql. § . j. de lega. Aquil.
p l ſi, ſeruus ſeruum §. tertio autem. ff. ad leg. Aquil. §. capite tertio & §. illud palam de leg. Aquil.

r *Aduerſus inficientem.* Creſcit, † inficiã

6 do hæc Aquiliæ legis actio[q]. Nam quæ in confitentem ad ſimplum duntaxat competit: aduerſus negantem, qui teſtibus, aut aliàs conuincitur, ſe damnum iniuria dediſſe, in duplum procedit condemnatio[r]: ita vt non totum duplum pœna ſit, ſed ſola damni dati æſtimatio, extra rem ipſam comprehendatur[ſ]. Quod & ſic accipi debet, ſi dolo malo, & fraudulenter, facta ſit inficiatio[t]. Quam prætereà vſque ad conteſtationem litis, impunè reuocari poſſe conſtat[u]. Sed & lite conteſtata, minori ſuccurrẽdũ, Octauenus apud Paulũ cenſuit[x], in hoc ſcilicet, vt pro confeſſo habeatur & ita in ſimplum tantùm, fiat condemnatio[y].

q l. cũ qui. tẽptin. ff. de iureiu. §. j. de pœn. te. litig.
r l. inde neratius § pe. ff. ad le. Aquil. l. cõtra negantem, C. de leg. Aquil. §. ſed furti. hoc tit.
ſ l. ait lex ff. ad leg. Aquil.
t §. ſtudiũ de triente & ſemiſ. coll. j.
u l. electio. §. neque. ff. de noxa. actio.
x d. §. neque.
y l. ſi ex cauſa §. nunc videndum. ff. de mino.

ſ *Miſta eſt.* Alibi tamen † Vlpianus[z], &

7 Iuſtinianus[a], hanc actionem Aquiliæ legis pœnalem ſimpliciter dicunt. Et ideo contra hæredem, cæteróſque ſucceſſores, eam dari negant. Sed hæc omnia ſic accipienda ſunt: vt quoniam hac actione, non ſolùm actor perſequitur, quantùm verè damni paſſus eſt, ſed etiam longè pluris: cum tantùm petat, quanti plurimi res eo anno, aut triginta diebus proximis, fuit[b], ſecundum ſuprà traditam diſtinctionem. Et nõ nunquam in duplum, veluti contra negãtem[c], detur hęc actio, pœnalis ſit[d]. Cęterùm, quoniam in ea æſtimatione quanti plurimi, & pœna dupli aduerſus inficiantem, ineſt rei perſequutio[e]: miſta quoque dicitur, cum & rei quoque, perſequutionẽ contineat.

z l. inde Neratius §. hanc actionem ff. ad l. Aquil.
a §. his autem verbis de l. Aquil.
b l. 2. l. ſi ſeruus. §. 3. ff. ad l. Aquil.
c d. l. inde Neratius § pen. d. l. contra.
d d. hanc actionem d. §. his autẽ.
e l. ait lex. ff. ad le. Aquil.

t *Hominem claudum.* Qui alterum pedem curtum habet, aut natura infirmum, claudus dicitur, quẽ ideò morboſum eſſe, Caius ſcribit[f]. Sed tamen eiuſmodi homines, ad venerem propenſiſsimos, & præpotentes eſſe, philoſophi tradunt: quòd vitio crurum, parum alimenti, ad inferiora delabatur, totúmque ferè, in ſuperioribus contineatur: eiúſque pars plurima, conuertatur in ſemen[g].

f l. § item morboſus. ff. de ædilitio edict.

u *Luſcum.* Monoculus, † ſeu qui altero

8 oculo caret, luſcus dicitur, propriè, quaſi luce vna carẽs. Quales fuiſſe Annibalem, Antigonum, Philippum, & Sertorium, optimos Imperatores, prodit hiſtoria. Inde

9 † eluſcare, apud Iuriſconſultos, pro eo quod eſt oculum effodere[h]. Et eluſcatus ſeruus, pro eo cui alter oculus, erutus eſt. Dicitur quoque luſcus, qui viſu eſt hebeti & infirmo, interdiúque & vbi plus luminis eſt, minus videt[i]. Quod genus morbi

10 proinde, luſcitionem † apud Vlpianũ, Ofilius vocari dicit[k]. Vbi ſcilicet homo, lumine adhibito, parum, aut nihil videt. Et luſcioſi dicuntur, vt ex feſto, Nonio, & Fulgentio, conſtat: qui propter viſus hebetu

g Cœl. Rho. dig. lib. 14. c. v.
h l. ſeruum ff. de pign.
i l. inter ſtuprum §. pe. ff. de verb. ſignific.
k l. ſi Ofilius. §. vlt. ff. de ædil. edicto.

hebetudinem, nequeunt, niſi ſemicluſis oculis, contueri, ac proinde plus veſperi vident, quàm meridie, vel adhibito lumine.

x *Eo in anno.* Ex die occiſi hominis, aut quadrupedis numerando, niſi longo poſt illatum vulnus interuallo, mors ſequuta eſſet. Quo caſu ex die vulneris annum cõputabimus[l].

y *Traditam diuiſionem.* Suprà in tractatu legis Aquiliæ[m].

z *Sacroſanctis eccleſiis.* Quibus, licet olim nihil relinqui poſſet[n]. Lege tamen à Conſtantino lata, legati illis poſſe, & quocunque titulo relinqui, permiſſum eſt[o].

a *Dare diſtulerint.* Dolo malo, & ſine cauſa[p]. Nam ſi iuſtis rationibus, nullam meretur pœnam[q].

b *In duplum.* In quo, (vt iam monuit Iuſtinianus:) ineſt ipſa rei perſecutio.

c *Condemnatio.* Fauit † maiorem in mo-

11 dum, vbique Iuſtinianus, piis cauſis: quibus relicta legata, indictis nõ leuibus pœnis, validiſsimè tuetur. Nam ſi hæres, aut alius quilibet, à quo legatum relictum eſt, non vltrò illud intra ſex menſes præſtiterit, ab inſinuatione teſtamenti numerandos, ad fructus & vſuras, & omnem legitimam acceſsionem, ab ipſo etiam mortis teſtantis tempore computandos, tenetur[r]. Et ſi patiatur, ſe eius rei nomine deduci, in iudicium, & rem ipſam legatam, & aliud tantundem[f]. Quod ſi ſemel atque iterum, iuſſus ab Epiſcopo, nihilominus adhuc moretur, omni ſucceſsionis emolumento priuatur[t]. Quam tamen pœnam, reſpectu aliorum legatorum, hæres non ſuſtinet: niſi per annum integrum, iuſſus à magiſtratu ſoluere, diſtulerit[u].

l l. ait lex. ff. ad l. Aqui.
m his autẽ verbis de lege Aquilia. n c. tuturũ. xij. quæſt. j.
o l. j. C. de ſacroſanct. eccle.
p c. j. §. vaſallus à de feud. cont. fit inueſt. & agna. ſufcu.
q c. j. §. cũ autẽ ſi de Inueſt. feud. oſtere. fuer.
r §. ſi autẽ legatum. de eccleſiaſt. ti. coll. 8.
f §. ſed fur. in ſi. hoc ti. & hic.
t §. ſi autem qui hoc facere de eccleſ. tit. col. 8.
u §. ſi quis autẽ nõ implens. de hæred. & Fal. coll. j. Auth. hoc ampliꝰ C. de fideicommi.

5. Quædam.

Quædam actiones[a], miſtam cauſam obtinere videntur, tam in rem, quàm in perſonam: qualis eſt familiæ erciſcundæ[b] actio[c]: quæ competit cohæredibus[d], de diuidenda hæreditate. Item communi diuidundo[e] quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune eſt[f], vt id diuidatur[g]. Itẽ finium regundorum[h] actio[i]: quæ inter eos agitur, qui confines agros habent[k], in quibus tribus iudicijs permittitur iudici rẽ alicui ex litigatoribus, ex bono & æquo adiudicare. Et ſi vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicẽ, certa pecunia alteri condemnare[l].

SVMMAE RERVM.

1 *Miſtæ actiones.*
2 *Erciſcere.*
3 *Familiæ erciſcundæ iudicium.*
4 *Communi diuidundo actio.*
5 *Finium regundorum.*
6 *Fines agrorum ſacri.*

a QVædam actiones. Quoniam de

1 miſtis actionibus, quæ videlicet & † rei, & pœnæ perſequutionem continent, Iuſtiniano dicere operæ precium fuit: quo propoſitam à ſe de pœnalibus, & perſecutoriis actionibus diuiſionem[a], quàm commodiſsimè explicaret. Obiter hoc loco de actionibus quæ & ipſæ miſtam cauſam habere videntur (cæterùm alio reſpectu) diſſerendum putauit, ne, ſuperioribus dũtaxat cognitis, ſibi quiſpiam blandiretur, non alias actiones præter illas, miſtam cauſam habere. Quædam igitur actiones (inquit) miſtam cauſam obtinere videntur, alio tamẽ reſpectu, quàm quòd partim pœnam, partim rem, perſequantur, illo nimirum, quòd in ſe & actionis in rem, & actionis perſonalis naturam, habeant: ac in iis vterque, & actor & reus ſit[b].

b *Familiæ erciſcundæ.* Hoc eſt hæreditatis diuidundæ: familiæ quippè verbo, ad res relato, ſignificatur hæreditas[c]. Quod & verba illa vetuſtiſsimæ legis xij tabularum, indicant: *Vti quis ſuper pecunia, familiáve ſua, legaſſit, ita ius eſto. Si inteſtatus moritur, familia pecuniave ſua, agnatorum gentiliumque eſto*[d].

2 Erciſcere † autem, priſco loquendi modo, idem quod diuidere, ſignificat[e].

c *Erciſcundæ actio.* Quam ex lege, xij. tabularũ profectam, Caius oſtendit[f]. Di-

3 citur † autem hoc iudicium, miſtam cauſam habere, quia cum actionibus in rem habet, commune dominium, ex parte agẽtis, qui ad rem ſuam agit, quam non poſsidet[g]. Cum actionibus autem in perſonã, habet communem obligationem præcedentem. Oritur quippè hæc actio, quaſi ex contractu[h] Nam adeundo hæreditatem, videntur hæredes contrahere[i], prætereà habet præſtationes, quæ (inquit Labeo) perſonales actiones ſunt[k]. Etenim ſi ſumptus (verbi gratia) bona fide fecerit cohæres, hac actione cum vſuris ex die moræ, poteſt eos à cohæredibus petere[l]. Et ſi ſolus, hæreditarij fundi fructus, perceperit, aut rem hæreditariam corruperit, cõſumpſeritve, eo nomine condemnabitur[m].

d *Cohæredibus.* Volentibus, à communione diſcedere, cohæredibꝰ actionẽ dari, qua inter eos res hæreditariæ diſtribuerentur, neceſſarium viſum fuit[n], vt præcluderetur via diſcordiis, præſertim propinquorum, quas materia communionis ſæpe excitare[o] ſolet.

e *Communi diuidundo.* Hoc eſt † actio

4 quæ de re communi diuidenda, datur: quã pariter miſtam cauſam habere, vel ex eo conſtat, quòd realium exemplo, ratione dominij intendatur[p]: & ſequatur quemlibet rei poſſeſſorem: licet titulo ſingulari poſsidentem[q]. Cum actionibus verò in perſonã, eo nomine participat, quòd perſonales habeat præſtationes[r]. Ratione quippè fructuum perceptorum, & neceſſariarum impenſarum, hæc actio competit[f]: quaſi ex contractu naſcatur hæc obligatio[t], vt de iudicio familiæ erciſcundæ dictum eſt.

f *Commune eſt.* Vel ratione rei[u], quia veluti duobus eadem res ſimul legata, donatáve

a §. ſequẽt. ſupra hoc ſua.
b l. actio. in verbo §. vl. ff. de obl. & actio.
c l. pronũciatio. §. j. ff. de verb. ſig. l. vlt. in fi. C. illo tit.
d Cicero ad Heren. d. l. pronuntiatio §. j.
e Ostel. fra ver ff. de cõ diuideb.
f l. j. ff. fa. erciſ.
g d. l. j. ff. fa mil. erciſc.
h §. item ſi inter de obli. quæ quaſi ex cõtrac.
i l. apud Iulia §. vlt. ff. quib. ex cau. in poſſ.
k l. ſed Labeo. in fi. ff. fa. erciſc.
l . hic conſequenter.
m ſumptuũ ff. il u tit. m §. ſi fa miliæ de of ſic iudic.
n l. j. ff. fa. erciſc.
o l cum pater. §. dulciſ ſimis. ff. de lega. 2.
p l. per hoc iudicium ff. cõ diuid.
q l. j. Com. diuid.
r §. item ſi inter de obli. quæ quaſi ex cont.
f l. j. ff. com mu. diuid.
t d. §. item ſi inter.
u l. hæredes §. non tantùm ff. famil. erciſ.

c l.ij.C com. diui.y l.item ſi inter de oblig. quaſi ex contract. y l. pro ſocio §.vl. ff. pro ſoc.l.i.j. ff. comm. diuid.

natáve eſt [x]. Vel ratione conſenſus putà, ob coitam ſocietatem: quæ ſi interueniat, hoc quoque iudicium, nedum pro ſocio datur [y].

g *Vt id diuidatur.* Aut vt fructus ab altero ex re communi percepti, communicentur: vel impenſæ in re communi factæ, pro parte reſtituantur, vel damnum in eum, ab altero datum, ſarciatur [z].

a l. iij. l. ſi quis putans §.j.l. & ſi nô omnes §.venit. ff. com. diuid.

b *Finium regundorum.* Antiquo † loquen-
5 di modo, dixerunt Iuriſconſulti, *regundorum*, pro regendorum. Eſt autem in propoſito regere, idem quod diſcernere, & conſtituere: vt ſic intelligamus hanc actionem, ad diſcernendos, conſtituendóſque agrorum fines, quoties de illis inter vicinos controuerſia eſſet, bono publico proditam [a]. Quippè terminorum rectè diſtinctorum ratio magnam ciuilium diſſenſionum occaſionem amputat: vt de termino iure cecinerit poëta.

a l.ij ff. finiũ regund.

Omnis erit ſine te, litigioſus ager.

6 Quem Numam † ſacraſſe primùm ferunt: Addita capitis pœna, in eum, qui lapides finibus mouiſſet, quos ſacros, & inuiolabiles eſſe voluit: vnæ Iuuenalis [b]:

b Iuuenalis Satyr. xv.

Improbus aut cãpum, mihi ſi vicinus ademit,
Aut ſacrum effodit, medio de limite ſaxum.

c] l.j. ff. fin. regundorũ.

i *Actio.* Obtinet hoc quoque iudicium, mixtam cauſam. Nam in perſonam cum primis eſt [c]: cum ex tuo, plerunque meum fiat, hoc eſt quod tuum erat, mihi adiudicetur [d], & perſonales habeat præſtationes [e], quaſique ex contractu, aut ſi mauis ex maleficio, oriatur [f], contra eum qui fines agri ſui, vltrocitroque, latiùs extendere conatur, quàm par ſit, vel lapides finales furatus eſt, vel arbores excedit [g]. Cum actionibus autem in rem, id habet commune, quia ex dominio actoris proficiſcitur, hæc, actio [h], per quam recepit quod ſuum eſt [i]. Vnde & proprietatis controuerſiæ, eam cohærere, Conſtantinus reſcripſit [k].

d l.iij.ff.ſi familia. e l.ſed & lo et §.j illo citra. f §. item ſi inter. de obli.quæ quaſi ex delict. d.l.j.& l.iij. g §. vlt.de offic iud. h d.l.j.d.l. ſed & loci §1. i l. ſi irruptione in prin. ff. fin. regundo. k l.iij.C. ſin. regund. l l.ſi conſtiterit & l. penul.C.fin. regundo. m a. inter memoratos xvj.q.iij. n §.ſi familiæ & §.vlt. de offi.iud.

k *Confines agros habent.* Et de finibus, inter ſe contendunt. Vnde & finalis quæſtio, & finale iurgium [l]. Et Pôtifex limitis actionem appellauit [m].

l *Condemnare.* Sicut idem Iuſtinianus, ſingulatim, & familiariter, poſteà demonſtrat [n].

§. Omnes.

Omnes autem [a] *actiones, vel in ſimplum* [b] *conceptæ ſunt, vel in duplum* [c] *vel in triplum, vel in quadruplum. Vlterius autem* [d], *nulla actio extenditur* [e]. *In ſimplum agitur, veluti ex ſtipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis quàmplurimis cauſis.*

SVMMÆ RERVM.

1 *Verba multiplicatiua.*
2 *Actio an excedat quadruplum.*

T.de actionib.

a *Omnes autem.* Cùm de actionibus pœnalibus, ſuprà quædam Iuſtinianus dixiſſet, quæ non ad eandem quantitatem, omnes competunt, hoc loco declarare pergit, quæ pœnarum quantitas, & pro quibus rebus, ſtatui ſoleat, & exigi: vt non obſcurum ſit videre, in ſecundam principalem actionum diuiſionem [a], hanc incidere, à quantitate materię, circa quam actio verſatur, deſumptam.

a de qua in §.ſequen.

b *In ſimplum.* Cùm rem noſtram, videlicet, vel nobis debitam, perſequimur, vt ita cognoſcamus, actiones in ſimplum competentes, à rei perſecutoriis, non admodum differre. Pręterquàm cùm ad pœnam aliquam, ſine vlla rei perſequutione, agimus.

c *In duplum.* Hęc verba † multiplicatiua,
1 duplum, Triplum, Quadruplum, pœnalia ſunt. Tunc enim ita experimur, cùm præter rem debitam, aliquid vltra petimus, quod ęſtimationem eius rei, duplo, triplo, aut quadruplo, excedat. Quarũ rerum per plura Iuſtinianus innectet, exempla.

d *Vlterius autem.* Hoc eſt, vltra pœná quadrupli quem modum, lex in pœnis ſtatuẽdum putauit. Cur autem hũc potiùs, quàm alium, fruſtrà mihi videtur in dubium reuocari [b].

b l. nam ex omnium ff. de legib. c l.iij. §.vlt. ff.de calumniato. d l.j.in prin. & d.l.iij §.vlt. ff.de calumniato. e vt hîc. f l.vlt.C de his qui à non dom.ma. g d.l.vlti. ma. h §. ſic igitur in fine, vt iud. ſine quoq. ſuff. ij. i l.Iulianus. in prin. ff.de actio. empt. k l.iij.verſ. pen. ff.de incend. l d.l.Iulianus.d. verſ. pe.

e *Nulla actio extenditur.* Nuſquam ſanè le-
2 gimus, ſolam † vnam actionem, vltra quadruplum protendi quãuis duabus, aut pluribus, ex eodem negotio, plus quadruplo, nonnunquam conſequamur [c]. Veluti ſi à Titio pecuniam acceperis, vt mihi calumniæ cauſa, negotium faceres. Deinde à me quoque tantundem, forte ne faceres, duabus actionibus in factum, ex edicto illo de calumniatoribus, te conuenire potero, & vnaquaque in quadruplum dabitur: tum eius quod à me, tũ eius quod ab alio, accepiſti [d]. Sed & licet actio nulla quadruplum egrediatur [e], pœna tamen extra ordinem, aliquando vlteriùs producitur [f]. Veluti ſi quis principis authoritate, ſeruum alienum manumittat. Nam verò domino, poſt reſtitutum imprimis mancipium, duo ſimilia, eiuſdem ſexus, & artis, domino, & tria fiſco, in pœnam principem decipientis, præſtare cogitur [g]. Quinimò quoties de coërcitione criminum grauiorum agitur, poteſt pœna, bona omnia reorum exhaurire [h]. Cæterùm id nõ contingit actionis iure, de qua hîc agimus, ſed via accuſationis. Sed adhuc pleriſque mirum, prima fronte videbitur: quòd dicat hîc Iuſtinianus, ſuprà quadruplum, legis pœnam produci non poſſe: cùm Vlpianus reſponderit eum, qui ſcienter morboſum pecus vendidit, cuius poſteà contagione, totus grex interiit, aut tignum vitioſum, cuius vitio ædes corruerint [i], vel etiam clauum, è naui ſuſtulerit, dederítque cauſam naufragij [k], rerum omnium, & detrimẽtorum, nomine teneri [l]. Quibus caſibus certum eſt, multò plùs quadruplo, hac obligatione contineri. Quocirca conſiderandum, de vera, & propria pœna hîc agere Iuſti-

 nianum:

nianummimicũ ea, qua actor id quod ſibi non abeſt, perſequitur [m]: quæ mera pœna dicitur [n]. Et de hac rectè dixit Iuſtinianus, nullam actionem eius nomine, vltra quadruplum extendi [o]. Cæterùm ex parte ipſius rei, pleriſque caſibus, poteſt latiùs protendi actio [p], quod tunc actor, magis id, quod ſua intereſt, quàm pœnam perſequi dicatur [q]: licet & hoc ipſum, quandoque larga ſignificatione, dicatur pœna [r].

m l. ſciendũ ff. qui ſa[tiſd.] cog. l. ma. l. ſer[uũ] ff. de ter. corrupt.
n l. vnic. in fi. ff. ſi quis ius dic.
o vt hic.
p d. l. Iulianus d. l. iij. verſi. pe.
q d. l. ſeruus diui §. ſequens.
r l. j. §. ſi plu[ri]s ff. de eo per quẽ fac[tum] erit.

§. In duplum.

In dupliũ agimus, veluti furti nec manifeſti [a], *damni iniuria ex lege Aquilia* [b], *depoſiti ex quibuſdam cauſis* [c]. *Item ſerui corrupti* [d], *quæ cõpetit in eum* [e], *cuius hortatu* [f], *conſilioue* [g], *ſeruus alienus* [h] *fugerit, aut contumax aduerſus dominum factus eſt, aut luxurioſè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus ſit* [i]. *In qua actione etiã carũ rerũ quas fugiendo ſeruus abſtulerit, æſtimatio deducitur* [k]. *Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum eſt: ſecundum ea quæ ſuprà diximus* [l].

SVMMÆ RERVM.

1 *Furti pœna.*
2 *Serui corrupti pœna.*
3 *Haloan[dri] lectio reiecta.*
4 *Theodorida vatidica.*
5 *Conſilium quando obliget.*

a 1 NEc manifeſti. Pœnam † furti manifeſti, quadrupli. Nec manifeſti autem dupli eſſe, Iuſtinianus ſupra, non vno in loco docuit [a], ita vt totum duplum aut quadruplum, pœna ſit [b]: nec rem ipſam comprehendat, quam actione propria perſequimur [c].

b Lege Aquilia. Actio legis Aquiliæ, qua damnum iniuria datum perſequimur, contra negantem ſe damnum dediſſe, & mendacij conuictum, in duplum creſcit [d]. Sed tamen hoc duplum, totum pœna non eſt, vtpotè quo ipſa quoque res, contineatur [e].

c Ex quibuſdam cauſis. Nimirum tumultus, incendij, ruinæ, & naufragij. Propter quas neceſsitatis cauſas, ſi depoſitum factum probetur, aduerſus inficiantem ageretur in duplum depoſiti [f]: ita vt in duplo, res ipſa comprehendatur [g].

d 2 Serui corrupti. In qua † actione, Paulus ait, non extra rem duplum: ſed id quod damni datum eſt, duplari [h]. Sic enim enim particula *Non*, Pauli reſponſum, vulgarem lectam

3 † contra Haloandrum ſequuti, vel ex verbis edicti, legendum probamus, *Qui ſeruum alienu recepiſſe, perſuaſiſſe ve quid ei dicetur, dolo malo, quo eum deteriorem faceret in eum, quanti ea res erit in duplum iudicium dabo.*

e In eum. Peſsimum genus hominum alienos ſeruos corrumpentium, lex ſeueriter vindicandũ putauit, quòd Reipublicæ plurimùm intereſt, nec improbos, nec contumaces, aduerſus dominũ eſſe ſeruos. Nulla quippè domus eſt, (vt Xenophon dicebat [k]:) quæ conſiſtere poſsit, ſi mali ſint

4 ſerui. Sanè † Theodoridam vatidicam fœminam, ſeruos ad fallendum inſtituentẽ, à Demoſthene accuſatam, & morte mulctatam, Plutarchus author eſt [l].

f Hortatu. Etiamſi malum hortatus, quia ei furtum facturo, quemadmodum delinqueret, oſtendit. Neque enim oportet inquit Vlpianus, laudando augeri malitiam [m].

g 5 Conſilio ve. Quod † itaque dicitur, neminem ex conſilio obligari: licet non expediat ei cui datur [n]: ſanè accipiendum eſt, ſi non fraudulentũ ſit [o]. Alioqui cùm res ſacra ſit, vt eſt in veteri diuerbio, conſiliũ: ac proinde religioſè, ſyncerè, puréque dandum, pœnas luere debet, qui rem ſacram, ac diuinam, perfidia violarit [p], cõſultoriq; malum cõſilium, oportet peſsimum eſſe [q].

h Seruus alienus. Aut etiam filiusfamiliâs. de quo licet edictum non loquatur, vtilis tamen actio, contra corrumpentem ex edicti ſententia competit æſtimanda, (inquit Paulus) officio iudicis, quia intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum, non corrumpi [r].

i Deterior factus ſit. Dolo malo ſcilicet. Nam ſi non malo animo, puta luſus gratia, deteriorem feciſſet, non teneretur ſerui corrupti [ſ], licet vtili actione, de lege Aquilia, ob damnum datum, poſſet conueniri [t].

k Æſtimatio deducitur. Vt omne damnum videlicet rerum ſurreptarum, aut alio nomine contingens, dupletur [u].

l Suprà diximus. In §. ex maleficiis. in fi.

a §. pœnæ de obli. quæ ex malefi. cõ. ſuprà hoc tit.
b l. ſi pro fure ſ. j. ff. de cõ. l. furt.
c § vlt. de oblig. quæ ex de[li]. d. §. ex maleficiis.
d l. inde Neratius. §. pe. ff. ad l. Aquil. l. ſum qui ff. de iure. & n. & l. cõtra. C. de leg. Aqui. d. § ex maleficiis.
e l. ait. lex ff. ad l. Aquil.
f l. j. §. j. ff. depo. in rei perſecutõe vbi diſſ. ſupra hoc tit.
g d. l. j. §. j.
h §. tot. vbi dixi.
h l. vt eſt verſ. in hac ff. de ſeru. corr. p.
i l. j. in prin. l. ſi quis ſeruum verſic. datur ff de ſeru. corru.

k Xenophõ in Pædia Cy[ri].
l Plutarchus in Demoſthene.
m l. j. §. perſ. ff. de ſer. cor rup.
n l. ij. & §. vlt. ff. mãd. c. nullus de reg. iur. in vj.
o l. conſilij ff. de regul. iur.
p l. eleganter §. vlt. cũ l. ſeq. ff de dolo.
q Gell. lib. iiij. c. v. Marco lib. de re ruſt. iij. c. j.
r l. vt tamẽ §. j. ff. de ſeru. corru.
ſ l. iij. ff. de ſer. corrup.
t §. pen. & vlt. de leg. Aqui. l. iiij. ff. de ſer. cor rupt.
u l. in hoc iudiciũ ff. de ſer. corrup.

§. Tripli.

Tripli verò [a] *agimus, cùm quidam* [b], *maiorem vera æſtimatione quantitatem, in libello conuentionis* [c] *inſeruunt, vt ex hac cauſa* [d], *viatores* [e], *id eſt litium executores, ampliorem ſummam* [f] *ſportularum* [g] *nomine exigerent. Tunc enim id quod propter eorum cauſam* [h], *damnum paſſus fuerit reus, in triplum ab actore conſequetur. Vt ex hoc triplo, etiam ſimplum* [i], *in quo damnum paſſus eſt, connumeretur: quod noſtra conſtitutio introduxit, quæ in noſtro Codice fulget* [k]. *Ex qua proculdubiò certum eſt, condictitiam legem* [l] *emanare.*

SVMMÆ RERVM.

1 *Libellus conuentionis.*
2 *Viatores.*
3 *Salaria exequutorum.*
4 *Sportulæ.*
5 *Sportula.*
6 *Bule.*
7 *Condictitia lex.*

Tripli

a Ripli vero. Declaratis actioni-
bus, quæ in ſimplum, & quæ in
duplum competunt, ad eas de-
cendit, quæ in triplum concipiuntur.
b *Quidam.* Actores ſcilcet.
c *Libello conuentionis* Scriptum illud, quo
1 actor petitionis ſuæ rationē, & † ſpeciem
litis futuræ, in iudicio exprimit, libellus
conuentionis appellatur [a]. Illa verò ſcri-
pti formula, qua accuſationis ſuę cauſam,
accuſator exponit, libellus inſcriptionis
dicitur [b].

a l. j. ff. de edend. c. vlt. de libelli oblat. & hic.
b l. libellorum ff. de accuſat.

d *Vt ex hac cauſa.* Et ita dolo malo, ca-
lumnioſè, & per fraudem: vt interim co-
gnoſcamus actorem qui probabili aliquo
errore ductus, vltra debitum quicquam
petiit, extra tripli pœnam eſſe.
e *Viatores.* Quo nomine, † ſicuti Iuſti-
2 nianus hic exponit: ſignificantur miniſtri
illi, & apparitores, qui iuſſa magiſtratus
exequuntur [c], à viando, hoc eſt iter facien-
do ſic appellati, quòd videlicet frequens
eorum eſſet, ab agris in vrbem via, quod
deſertè verba Columellæ oſtendunt. *Illis*
temporibus (inquit) proceres ciuitatis in
agris morabantur, & cum cōſilium publicum
deſiderabatur, à villis arceſſebantur in ſena
tum. ex quo, qui eos euocabant, viatores no-
minati ſunt. Nam frequens eorum ab agris
in vrbem via erat [d].

c l. magiſtratum §. non tamen ff. de reb. cred. vlt. ff. de iudi.
d Columel. lib. j. de re ruſt.

f *Ampliorem ſummam.* Salaria, ſeu (vt vo-
3 cant) ſportulæ, executoribus † in ius reū
vocantibus, ſecundum quantitatem in li-
bello conuentionis, ab actore incertam,
olim exoluebantur [e]. Suidas ſcribit, deci-
mam partem eius, quod à debitore pete-
batur pro ſportula dari ſolitam [f]. Qua frau
dis occaſione arrepta, eueniebat plerunque
vt actores plùs iuſto peterent, quò reos gra
uiùs premerent, & oneraręnt.
g *Sportularum nomine.* Hoc † eſt merce-
4 dis, ſalariive nomine. Sportæ olim ſpor-
tulæ, & ſportellæ, ſicut fiſci, fiſcinæ, & fi-
ſcellæ, receptacula erant numorum. Spor-
5 tula † quoque obſoniū illud tumultuarium
dicebatur, quod nobiliores clientibus, &
aſſeclis ſuis, abiectæ conditionis, ſine ap-
paratu dabant in limine domus ipſi, ſecre-
tò cœnantes, cui rectam cœnam opponi
Tranquillus ſignificat [g]. Rectæ quippè cœ-
næ verbo deſignabatur legitimum conui-
uium, quod magno apparatu, & iuſto ci-
ſcunbentium ordine fiebat. In locum poc-
rò ſportulæ, dari pecunia cœpit, centum
videlicet quadrantes, ex qua ſibi coëme-
rent omnia, quæ ad victum pertinerent,
Martialis [h].

e Theophilus hic.
f Alciat. lib. Diſpunctio. 3. c. 17.
g Sueton. in Domitiano.

Sportula nulla datur, gratis conuiua recūbis.
Dic mihi quid Romæ Gargiliane facis?
Vnde tibi togula eſt, & fuſcæ penſio cellæ?
Vnde datur quadrās? Vnde vir es chiones?
Ex quo mercedulæ illæ, quæ vel magi-
ſtratibus, vel aduocatis, vel etiam viatori-
bus, hoc eſt miniſtris iudicum, dantur, i
ſportulæ dici cœperunt Meminit & ſpor-
tularum Marcellus [k]. Sed non in eadem
omnino ſignificatione. Nam pro iis pecu-
niis vſurpat, quæ per liberalitatem lætitiæ

h Martial. lib. v. Epigramma.
i §. ſportularum de ſanctiſſ. ep. ic. coll. 9. §. ſi autem ciuilis. vt litig. iur. in exec. lit. coll. v. Authen. ſed hodie c. de epiſ. & cleri.
k l. ſi mulier. 3 ff. de donat. inter vir. & vxo.

cauſa, Decurionibus diſtribui ſolebant.
Qui enim (vt Plinius ad Traianū ſcribit)
virilem togam ſumebant, vel inibant ma-
giſtratum, vel nuptias faciebant, vel opus
publicum dedicabant, totam βουλὴν, hoc eſt
vniuerſum Decurionum ordinem, atque
etiam è plebe non exiguum numerum, vo-
6 care † ſolebant, binóſque denarios vel ſin-
gulos dare.
h *Propter eorum cauſam.* Hoc eſt, propter
illam, actorum plùs petitionem.
i *Simplum.* Id eſt, dānū ipſum, quod reus paſ
ſus eſt, vt duplū, ſcilicet, dūtaxat, pœna ſit.
k *Fulget.* Splenduiſſe aliquādo, hanc cōſtitu-
tionē, in Iuſtinianeo Codice, hinc diſcim[l].
At nunc ita intercidiſſe cōſtat, vt vix ve-
ſtigiū remāſerint. Et ſi quod ſimulachrum,
aut effigies apparere poteſt, extat ſub Va-
lentiniani legibus [l], ex quibus tamen, nec
ſportularum ratio, planè liquet, nec quæ
fuerit ſumma, iudicibus, aut apparitoribus
iudicialibus, definita, ſportularū nomine.
l *Condictitiam legem.* Hoc † eſt condictio-
7 nē, ex lege Nā quoties ex conſtitutionibus,
actio datur, neque tamen nomen actioni
imponitur, generaliter condictionē ex lege
eam nominamus [m]: vt ambigendum nō ſit,
quin condictitiæ verbo, condictio ſignifi-
cetur [n]. & ita per cōdictitiā legē (vt Theo-
philus hic declarat) condictio ex lege.

l l. j. & 2. C. de ſportul.
m l. vnica. ff. de condict. ex lege.
n l. ſi quis certum §. ſi cert. peta. l. ſi duo §. vlt. Iulianus de edend.

§. Quadrupli.

Quadrupli [a] *autē agitur, veluti furti ma*
nifeſti [b]: *Item de eo, quod metus cauſa* [c] *factū*
ſit: Déq; ea pecunia [d], *quæ in hoc data ſit, vt is*
cui datur, calumniæ cauſa negotium alicui fa-
ceret [e], *vel non faceret: Item lex condictitia*
[f] *ex noſtra conſtitutione* [g] *oritur, in quadru-*
plum, condemnationem imponens iis executo-
ribus litium, qui contra noſtræ conſtitutionis
normam, a reis quicquam exegerint [h].

SVMMÆ RERVM.

1 *Furum manifeſtariorum pœna.*
2 *Metus actio.*
3 *Calumnioſè negotium faciens.*
4 *Negotiorum facere quid.*

a Vadrupli. Subnectit hic Iuſti-
nianus, quatuor actionis exēpla,
cuius nomine procedit in qua-
druplum condemnatio.
b *Furto manifeſti.* Olim, vt ſuprà monui [a],
manifeſtarij fures, lege Decēuirali, iis addi-
cebantur, quorū res ſurripuerāt. Et ſi ſerui
1 eſſent, † de ſaxo Tarpeio deiiciebantur [b].
Hodie verò pœna quadrupli, in eos ſtatu-
ta fuit [c] vt & olim apud Iudęos, ex lege Mo
ſis [d], ita vt totū quadruplū, pœna ſit, nec rei
reſtitutio illi annumeretur [e]. Manifeſti porrò
cò furti, conuicti dicūtur, qui in admiſſo
ita comprehēſi ſunt, vt nulla tergiuerſatio-
ne, delictum celare poſsint [f].
c *De eo quod metus cauſa.* Cuiuſmodi † a-
2 ctio datur contra eum, qui incuſſo graui
metu, rem abſtulit: intra annum in quadru-
plum, poſt annum in ſimplū [g], ſeruata reo

a §. ex maleficiis.
b Gell. lib. xi. noct. Attic. c. 18.
c §. pœna de oblig. quę ex delicto & hic.
d 2. Reg. 12.
e l. ſi pro fure §. j. ff. de condi. furt. §. vlt. de obli. quę ex delict.
f l. 3. l. ſine igitur l. ſi quis in ſerui tute ff. de furt.
g l. ſi per vim C. de his quę vi metúsve ca. ſ.

facultate reſtituendi rem, vſque ad ſententiam: & ita ſuffugiẽdi pœnã [h]. Sed & in hoc quadruplo, ſimplum ineſt vt, videlicet in condemnatione, rei reſtitutio contineatur, & pœna ſit triplum duntaxat [i].

d 3 *De que ea pecunia.* In eum, † qui vt calumnioſo iudicio aliquẽ diuexaret, vel vt non calumnioſè diuexaret, pecuniam accepit, intra annum quadrupli, poſt annũ ſimpli, in factũ actio prodita eſt [k]. In quo quadruplo (ſicut in actione quod metus cauſa, dictum eſt [l]) ſimplum ineſt, vt ſcilicet reſtitutio: & triplum pro pœna tantùm præſtetur [m]. Quo nomine differunt hæ duę actiones, ab actione furti manifeſti: licet eas omnes ſimpliciter conferat, hic Iuſtinianus. Quia in furti manifeſti actione, quadruplum totum pœna eſt: & extra rem computatur [n].

e 4 *Negotium faceret.* † Hoc eſt, per calũniã, & iniuſtè vexaret, ac moleſtaret [o]. Quod ita eſſe negotium, innocenti, Quintilianus dixit [p]. Et Cicero non vno in loco facteſſere negotium [q].

f *Lex condictitia.* Sic hãc literã reſtituimus. Hoc eſt cõdictio ex lege. Nã cõdictitia verbo, (vt ſuprà declarauimus [r]) condictio ſignificatur [s].

g *Noſtra conſtitutione.* Hanc quoque intercidiſſe, veriſimile eſt, cum nuſquam de ea in iure, quicquam legatur.

h *Exegerint.* Veluti in tali ſpecie. Libellum aduerſario meo miſi, quo verã debiti ſummam complexus ſum. Viator verò, ſportularũ nomine decem coronatos accepit; cũ ei duo tantùm fortaſſe deberentur. Certè condictione ex lege, ad quadruplum, octo aureorum, cum eo agi poterit [t].

h l. ſi cum exceptione §. 1. 4. in hac & §. hęc autẽ actio. ff. quod me. cauſ.
i d. l. ſi cum exceptione. §. quatenus.
k l. 1. ff. de calũniato.
l d. § quatenus.
m l. in hereditatem § 1. ff. de calumniato.
n l. ſi pro fure §. 1. ff. de condictione furtiua. §. vlt. de obli. quæ ex delict.
o l. qui iudicio ff. de accuſa.
p Fab. Quintil. lib. 5. c. 13.
q Cic. pro Cluentio in Verrem. & in Epiſtol.
r §. præcedenti.
s §. ſi quis certum ff. ſi certum peta. l. ſi don. §. idẽ Iulianus ff. de iureiur.
t Thophilus hic.

§. Sed furti.

Sed furti quidem nec manifeſti [a] actio, & ſerui corrupti [b], à cęteris [c] de quibus ſemel locuti ſumus [d], eo differunt: quod hę actiones [e] omnimodo duplæ ſunt [f]. At illæ, id eſt damni iniuriæ, ex lege Aquilia, & interdum depoſiti [g], inficiatione duplicantur [h], in confitentem autem in ſimplum dantur. Sed illa quæ de iis competit, quæ relicta venerabilibus locis ſunt, non ſolum inficiatione duplicantur, ſed etiam [i] ſi diſtulerit relicti ſolutionem, vſquequo iuſſu magiſtratuum noſtrorum, conueniatur. In confitentem verò antequam iuſſu magiſtratuum conueniatur, ſolutionem [k], ſimpli redditur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Fideiuſſor de cremento inficiationis non tenetur.*
2 *Hæredis non ſoluentis legatum pœna.*

a *Ec manifeſti.* De hac actione furti, non manifeſti, ſuprà dictũ eſt [a].

b *Serui corrupti.* Huius quoque actionis naturam, ſuprà expoſuimus [b].

c *A cæteris.* Nimirum vi bonorum raptorum, Aquiliæ legis, depoſiti, ex quibuſdam cauſis, & ex teſtamento, de iis quę piis locis ſunt relicta.

d *Simul locuti ſumus.* In §. ex maleficiis. & §. rei perſequendæ in fine.

e *Hæ actiones.* Furti non manifeſti videlicet, & ſerui corrupti.

f *Omnimodo dupla ſunt.* Siue reum neget, ſiue etiã vltrò cõfiteatur [c]. Vnde Vlpianus, Hęc actio etiã aduerſus fatentem, in duplũ eſt, quãuis Aquilia inficiantẽ tantũ coërceat [d].

g *Interdum depoſiti.* Vbi videlicet, vrgente vna ex quatuor cauſis neceſsitatis, tumultus incendij, ruinæ, vel naufragij, eſt depoſitum, quod depoſitarius poſteà perfidè negat [e].

h 1 *Inficiatione duplicantur.* Et ita † per accidens illud negationis, non ex genuina actionis natura: vt meritò putem, eius ſimplæ nomine quo actio ex improbitate, & perfidia rei negantis creuit, fideiuſſorem non poſſe conueniri [f].

i *Sed etiam.* Senſus eſt, actionem ex teſtamento pro legatis piis, non ſolùm eo caſu in duplum creſcere quo hæres improbè legatum negat: ſed tunc etiam, cum ſolutionem procraſtinatus, in iudicio ſe conueniri patitur [g].

k 2 *Soluentem.* Ante ſex menſes, à die inſinuationis teſtamenti numerãdos. Intra † quos ſi non vltrò ſoluit, hæres legatum, ad pias cauſas relictũ, & fructus, & vſuras, & omnẽ legitimam acceſsionem, à die mortis teſtãtis, præſtare tenetur [h].

a in § ex maleficiis & in §. in duplũ.
b d. §. in duplũ.
c Theophilus hic.
d l. doli §. penul. ff. de ſer. corrupt.
e d. §. rei perſequẽdæ in fi.
f l. certum & l. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. fideiuſſorem magiſtratuũ. ff. de fideiuſ.
g §. ex maleficiis in fi. vbi dixi hoc titulo.
h § ſi quis legatu. de eccleſiaſt. tit. authẽt. §. ex maleficiis in fi.

§. Item actio de eo.

Item actio [a] de eo, quod metus cauſa, factũ ſit, à cæteris, de quibus locuti ſumus, eo differt quod eius natura tacitè continetur: vt qui iudicis iuſſu, ipſam rem actori reſtituat, abſoluatur [b] quod in cæteris caſibus [c] non eſt ita ſed omnimodo quiſque in quadruplum condemnatur: quod eſt & in furti actione [d].

SVMMÆ RERVM.

1 *Quadrupli pœna quomodo vitetur.*
2 *Raptor reſtituendo non effugit pœnam.*
3 *Pœnitentia non purgatur furtum.*

a *Item actio.* Expoſitis differentiis, quæ ſunt inter actiones ad duplũ competentes, Iuſtinianus quàm commodiſsimè, differentiam hîc vnam adnotauit inter actiones, in quibus condemnatio quadrupli verſatur. Diſcrimen 1 autem illud eſt, quia † in actione, quod metus cauſa, qui rem reſtituit, quadrupli pœnã euitat, quod non eſt in cæteris quadruplatibus iudiciis.

b *Abſoluatur.* Magna ſanè eſt huius legis clementia, qua reo qui, metu incuſſo, rem abſtulit, facultas datur poſt iuſſum iudicis, rem reſtituendo, quadrupli pœnam effugere

effugere[a]. Atque hinc adparet, non ſtatim actionem de eo, quod metus cauſa, quadrupli eſſe: ac ideò non poſſe actorem, rectà in quadruplum eam intendere, ſed ita demum, ſi res iuſſu judicis non reſtituatur[b].

c *Cæteris caſibus.* Putà in actione vi bonorum raptorum, & furti manifeſti. Neque
2 † enim raptori prodeſt, ad euitandam quadrupli pœnam, rem ante iudiciũ reſtituere[c]: ſicuti nec furi, ſi ante condemnationem, rem furto ſubtractam reſtituat[d].

d *Furti manifeſti actio.* Neque enim fur, ideò quadrupli pœnam euitaret, quòd rem
3 paratus eſſet reſtituere[e] Nemo enim † tali peccato, (ſicuti Vlpianus non vno in loco ait:) pœnitentia nocens eſſe deſinit[f].

a l. ſi cũ exceptione. §. j. & §. hæc autẽ ff. quod met. cau.
b d. l. ſi cũ §. in hac in n. a. h. c.
c l. pen. ff. vi bon. rapt.
d l. qui ea mente ff. de furt.
e d. l. qui ea mẽte.
f l. quod ſe ſigerunt. in prin. ff. de ædil. edict. & d. l. qui ea mẽte.

§. Actionum.

Actionum[a] autem, quædam bonæ fidei[b] ſunt, quædam ſtricti iuris[c]. Bonæ fidei[d] ſunt hæ[e], ex empto[f], vendito, locato, conducto[g], negotiorum geſtorum[h], mandati[i], depoſiti[k], pro ſocio, tutelæ[l], commodati[m], pignoratitia[n], familiæ erciſcundæ[o], communi diuidundo[p], præſcriptis verbis[q], quæ de æſtimato[r] proponitur, & ea, quæ ex permutatione[s] competit, & hereditatis petitio[t]. Quamuis enim vſque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei iudicia, connumeranda eſſet annon, noſtra tamen conſtitutio, aperte eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Bona fides.*
2 *Ex fide bona.*
3 *Prætoris formulæ.*
4 *Strictum ius.*
5 *Bonæ fidei & malæ fidei actiones.*
6 *Actiones ex bono, & æquo.*
7 *Negotiorum geſtorum actio.*
8 *Mutuum, cur non bonæ fidei.*
9 *Præſcriptis verbis actio.*
10 *Aeſtimatoris actio.*
11 *Permutationis contractus.*

a Actionum. Tertia principalis actionum diuiſio. Sunt enim omnes actiones, vel bonæ fidei, vel ſtricti iuris, ſeu (vt Martianus ait) ſtricti iudicij[a], Hoc eſt quædam ſunt, in quibus amplam habet, & liberam poteſtatem iudex, circa ea, quæ à partibus etiam prætermiſſa ſunt, ex bono & æquo iudicandi[b], perinde ac ſi nominatim, à contrahentibus fuiſſent comprehenſa[c] (*quædam ſunt ſtricti iuris*) hoc eſt, in quibus ſtrictam iuris rationẽ, ad corticem verborum, iudicem ſequi oportet, nulla extrinſecus quæſita interpretatione[d]: vt in actione ex ſtipulatu, quam Iuſtinianus, non ex bona fide, ſed ex ſtricto iure deſcendere dixit[e], quia in ea iudicis officium, nihil poteſt, niſi reſpectu eorum, quæ ſtipulatione ſunt nominatim comprehenſa[f]. Et ſi quando in ſtricti iuris iudiciis legamus, iudicem laxiorem illam facultatem habere, ex bono & æquo ſtatuendi: hoc non ex prima actionis natura contingit, ſed per accidens aliquod, ob pecuniariam, putà, rei conuenti, ad iudicis iuſſum rẽ reſtituere cunctãtis[g].

b *Bonæ fidei.* Bona fides, verbum, † deſi-
1 gnare ſolet purum illum, & ſyncerum animum, ab omni calliditate ſeparatum[h]. Indéque tractum, vt naturalis æquitas, & ſimplicitas ab omni iuris ſubtilitate, & ſtricta ratione diſtincta, quam Græci ἐπιείκειαν, nos bonum & æquum, dicimus in iure noſtro, Bonæ fidei verbo, plerunque ſignificetur[i]. Et ea iudicia, in quibus non tam exactam iuris rationem, & verborum ſubtilitatem, quàm contrahentium animum, ex naturali illa ſimplicitate, & bonitate æſtimatam, iudicem ſequi oportet, Bonæ fidei dicta ſint[k], quòd in his videlicet, de apicibus iuris minimè ſit diſputandum, ſed de eo tantùm, quod æquitati, & bonæ fidei cõueniat[l]. Qua in re magni iudicis eſt ſtatuere, (vt Cicero ſcribit[m],) quid quenque, cuique, ex bona fide, id eſt ex bono & æquo, præſtari oporteat[n]: tantundémque valeat officium iudicis, quantùm in ſtipulatione, aperta verborum expreſſio[o]. Vnde & olim quo tempore Prætores, actiones dabant, & iudicia (quia Prætor iudices cõſtituendo, formulam illis dabat, ex cuius præſcripto iudicarent[p], ſi quãdo de iſtiuſmodi cõtractibus emergebat quæſtio, nulla data formula, liberam poteſtatem Prætor iudicibus à ſe datis, de ea re ex bono & æquo iudicandi faciebat, additis his ver-
2 bis, *Ex † bona fide iudicato.* quod Cicero, non vno in loco ſignificat[q]. Vnde Seneca,
3 ad † Prætoris formulam alludens, qua iudices de contractibus ſtricti iuris dati, duntaxat tenentur: cùm aliis libera ſit facultas ex bono & æquo iudicandi. *Clementia (inquit) liberum arbitrium habet, nec ſub formula, ſed ex æquo & bono, iudicat*[r]. Verum audiamus Ciceronem. *In omnibus iis iudiciis (inquit,) in quibus ex fide bona eſt, additũ plurimus eſt cauſarum vſus*[ſ]. Quoniã vt (Boëtius interpretatur[t]) iudices, in iis ita dantur, vt non ex ſtricta iuris ratione, & ſcrupuloſa verborum proprietate, ſed ex bono, & æquo iudicent, de illo etiam, quod à partibus, nominatim comprehenſum nõ eſt[u]. Et alibi, *Atque iſte dolus malus, etiam legibus erat vindicatus. Vt tutela xij. tab. & circunſcriptio adoleſcentium lege plectoria, & ſine lege iudiciis in quibus additur ex bona fide*. Deinde paulò inferius. *Q. Scæuola Pont. Max. ſummam vim eſſe dicebat, in iis arbitriis omnibus, in quibus adderetur Ex bona fide, fideique bonæ nomẽ exiſtimabat manere lat iſſimè, idque verſari, in tutelis, ſocietatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ ſocietas, contineretur*[x]. Itẽ aliquantò antè, cùm de negotio Claudij loqueretur. *Calpurnius (ait) arbitrũ illi adegit, quicquid ſibi dare, facere, oporteret. Ex bona fide*[y].

a l. in actionibus verſ. planè ff. de in lit. iurand.
b §. in bonæ fidei iudiciis infr. eo.
c l. quia tantundem ff. de neg. geſt.
d l. qui à tantundem ff. de neg. geſt.
e l. vnica §. fed & ſi dote. C. de rei vxo. actio.

f d. l. quia tantundem d. l. quoque.
g l. ſi cum exceptione §. hæc autẽ & §. quatenus. ff. quod met. cau. §. pœ. circa. hoc tit.
h l. ſi cũ fundũ ff. de contrahẽ. empt. l. ſi mandato § j. ff. mãda. l. emediæ ff. de var. cog. l. bonã fidem C. de actio. & obl. l. l. a. ſi quis §. hæc actio. ff. de relig. l. ſi mandauero §. Iulianus. ff. mãda. l. 1. § ſi. ff. d. precar. la vi. hæc.
l l. ſi fideiuſſor § quædã ff. mand.
m Cicero lib. 3. Offic.
n l. a. in fi. ff. de actio. & oblig. §. vlt. de oblig. quæ ex conſenſ.
o l. qui à tantundẽ ff. de neg. geſt.
p d. l. § ſi. itaque de actio.
q Cicer. in Top. & 3. offic.
r Seneca lib. de clementia 2.
ſ Cicero in Top.
t Boët. in ſuo comment. Top. Ciceronis.
u l. 1. in fin. ff. de oblig. & actio. l. quia tantũdẽ ff. de neg. geſt.
x Cicero 3. officio.
y Cic. 3. off.
z Cicero pro Q. Roſcio.

Hinc quoque manaſſe puto, formulam il-
lam fideiuſsionis, apud Paulũ, *Inquantũ il-
lum condemnari ex bona fide oportebit, tantũ
fide tua eſſe iubes* [a]? Sanè verò, licet ex hoc
veteri iudicij accipiẽdi more, Bonæ fidei
iudicia dicta ſint: ac etiãnũ hodie, nomẽ re-
tineãt: ſcrupuloſa tamẽ illa formularum ſu
perſtitio, & impetratio actionum, Conſtan
tini lege antiquata, iampridem fuit [b].

c *Stricti iuris.* Seu, vt Martianus vocat,
ſtricti iudicij [c]. Sic dictæ, quod in iis iudi-
ces, liberum non habeant, ſicut in bonæ
fidei iudicis, ex bono, & æquo, ſtatuendi
4 arbitrium, ſed † ſtricto iure vtãtur. Vt po-
tè quorum poteſtas ſit, certis formulis, &
anguſtis verborum, adſtricta, & incluſa.
Neque enim iudicare poſſunt, niſi ex præ-
ſcripto legis, & de iis, quæ nominatim ſunt
in cõtractum deducta [d]. Velut in actione
ex ſtipulatu [e], quam ideò Iuſtinianus, non
ex bona fide deſcendere, ſed ſtricto iure
vallatam dixit [f]. Nec incognitũ, ſtrictum
ius, in ciuili diſciplina, prædurã illam, ex-
actam, & plenam rigoris interpretationẽ.
verbis, etiam contra bonum & æquum, te-
naciter inhærentem, ſignificare [g]: ac pro-
inde bono, & æquo, hoc eſt ipſi naturali,
& ſimplici æquitati, plerunque opponi ſo
litam [h].

d *Bonæ fidei.*) Poſſunt quoque actiones, fe-
5 rè omnes, quæ hic enumerantur, † malæ
fidei dici: ſed alio reſpectu: quia, videlicet,
ob malam fidem, aduerſarij, plerũque red-
duntur [i]. Et aliæ quædam, vt actio de do-
lo [k], adeòque omnes ferè actiones in perſo
nã. *Inde* (inquit) Cicero *tot iudicia de fide
mala tutelæ, mandati, pro ſocio, fiduciæ, reli-
qua quæ ex empto, vendito, cõducto, aut loca
to, contra fidem fiunt, inde euerriculum mali
tiarum omniu, iudicium de dolo malo* [l]. &c.
Nec eſt ignota, protrita illa contractuum,
actionúmque ex ij deſcendentium, diffe-
rentia: vt quædam dolum malum dũtaxat
recipiant, quędam dolum, & culpam [m]. Ex
quo patet, non vſquequaque recipiendum,
quod alij tradiderũt, nullas eſſe malæ fidei
actiones. Nam & contractus malæ fidei,
Imperator dixit [n].

e *Sunt hæ,* Quæ hic videlicet enumeran-
6 tur, & præter † has, aliæ quædã: nimirum
actio præſcriptis verbis, quæ precarium re
uocare volenti, conceditur [o]. Et quæ ex
fiduciis competunt. Vt Cicero indicat [p].
Nec enim fiduciæ verbo, ſolos depoſiti,
& pignoris cõtractus, quorum hic memi-
nit Iuſtinianus, venire putandum eſt: ſed
aliam omnem conuentionem, qua rem no
ſtram, alicui ſic cõmittimus, vt nobis ean-
dem aliquando reſtituat [q], ſic dicta, quod
reddendi fides interponatur. Veluti in
precario [r], & imaginaria illa venditione,
quæ ſub redimẽdi lege fieri ſolet [s], & aliis
id genus conuentionibus, in quibus cum
perfidioſum ſit, & nefarium, fidem fran-
gere: ſi frangatur, ex fide bona agi, iuſtum
eſt [t]. Qui fiduciam enim, accepit maximè
fidem præſtare debet [u]. Sed & actionem
iniuriarum, ex bono, & æquo, eſſe, dixit

a l. quæro. in ſ. pein. ff. locat.
b l. j. & 2. C. de formul.
c l. in actionibus. verſ. plane. ff. de in lit. iurã.
d l. ſi. C. de cõpenſa. d. l. quia tantum dem.
e l. quicquid l. ſi ita ſtipulatus ſ. Chryſogonus. ff. de verbo. oblig.
f l. vn. ſ. ſed & ſi nõ ignoramus C. de rei vxo.
g l. non ſolum ſ. j. ff. de ritu. nup. l. 2. ſ. itẽ Varus ff. de aqua. pluu.
h leg. in iis ff. de cond. & demon. l. ſ. placuit. C. de iud.
i l. j. ſ. merito l. et arud ff. depoſ. l. ſi mandato 2. ſ. j. ff. manda. l. ad reſcindẽdã C. de reſcind. vend.
k ſ. j. C. de dolo.
l Cicero de nat. Deo.
m l. contractus ff. de reg. iur.
n l. ſi fraude C. de præſcrip. long. tempo.
o l. 2. ſ. pen. ff de precar.
p Cicero lib. 3. offic.
q Boet. in Top. Cice. & in lib. 6. Miſcell. c. 9.
r d. l. 2. ſ. penul.
s l. is qui ſ. ſi ab igno ao ff de manumiſ. l. 2. C. de pact. Inter empt.
t Cic. pro Roſcio Comœdo. & pro Cecina.
u Cicer. in Top.

Vlpianus [x]. Idémque de actione funeraria,
in qua ideo iubet, iudicẽ, ad æquitatem, nõ
ad meram iuris rationem, attendere [y]. Idem
de actione ſepulchri violati, Papinianus
reſpondit [z]. Ex qua ideò Prætor cenſuit,
eum qui dolo malo violauit ſepulchrum,
quanti æquum videbitur, condemnari [a].
Condictionem quoque indebiti, ex bono,
& æquo, introductam conſtat [b]. Cuiuſmo-
di iudicia, & alia id genus, quid prohibet
in album actionum bonæ fidei referre? ni-
hil ſanè, præter formulam illam, *Ex bona
fide* quæ iſtiuſmodi iudiciia, olim addita
non fuit. Cæterùm cùm hodie, ſublata ſit
protſus illa formula [c]. Et ex bono, & æquo
iudicia duntaxat, bonæ fidei metiamur, me
moratas actiones, in bonum & æquum
conceptas, in album actionum bonæ fi-
dei nunc referre, poſſumus: cum & his iu-
diciis, humana ſocietas, maximè conti-
neatur, & conſeruetur. Denique actioni rei
vxorię, quę olim ſoluto matrimonio, ad
repetitionem dotis, dabatur: formulam il-
lam, adhebat Prætor: *Quod æquius, melius* [d].
Vnde & bonæ fidei erat, vt & hodie actio
ex ſtipulatu, in illius locũ ſubrogata [e]: quæ
tamen hîc non enumeratur, vt meritò pu-
tem, contra cæteros, ab hac actionum enu-
meratione, rectum non poſſe, niſi affirma-
tiuè duci argumentum: cùm nõ omnes bo-
næ fidei actiones, Iuſtinianus recenſue-
rit [f]. Cur autem hæ, & illæ, à nobis memo-
ratæ, potiùs quàm alię, bonæ fidei ſint? im-
promptu cauſa eſt, ex Cicerone [g]. Quo-
niam conuentionibus, ex quibus hæ actio-
nes deſcendunt tota humanæ vitæ ſocietas
continetur: quas ideò velut humano gene-
ri magis neceſſarias, vtpote ſine quibus ſo-
cietas humana, vix conſiſtere poſſet, foue-
re, & quibuſcunque modis tueri, par eſt [h].
f *Ex empto.* Emptiones, venditiones, lo-
cationes, conductiones, ſocietates, & man-
data, contractus ſunt bonæ fidei: in quibus
ideo, alter alteri obligatur, in id quod ex
bono & ęquo, viciſsim pręſtari debet [i].
g *Conducto.* Ideóque debet locator condu
ctori, & contrà conductor locatori præſta
re, quod bonum & æquum eſt; tametſi in
contracto prætermiſſum ſit: nec fortaſſe à
contrahentibus cogitatum [k]. Et cum in bo
næ fidei iudiciis, ex mora vſuræ debeantur [l],
Diocletianus reſcripſit, actionem ex loca-
to, & conductu, cum ſit bonę fidei poſt mo
ram vſuras legitimas admittere [m].
h *Negotiorum geſtorum.* Si quis † abſentis
7 negotia ſine eius mandato geſſerit, lex vult
inuicem eos obligari, actione negotio-
rum geſtorum: qua viciſsim poſſunt ex-
periri de eo, quod ex bona fide, alterum,
alteri præſtare oportet [n]: vt nulla ſit du-
bitatio, quin actio negotiorum geſtorum,
bonæ fidei ſit [o]. *Quid enim eum* (inquit Ci-
cero, huius generis iudicia tractans:) *qui ne-
gotia aliena curaſſet, et cuius ea negotia fuiſ-
ſent? Quid eum qui mandaſſet, eũ ve cui mã
datum eſſet, alterũ alteri præſtare oporteret?
quid virum vxori, quid vxorẽ viro, tradide-
rit* [p]. Actionem autẽ negotiorum geſtorũ,
bonæ

x l. nõ ſolũ ſ. j. ff. de iniur.
y l. at ſi quis ſ. hac actione. ſ. & generaliter ff. de religioſ.
z l. penult. ff. de ſepul. viola.
a l. 2. in prin. illo titulo.
b l. pen. ff. de cõd. ind.
c l. j. & 2. C. de formul.
d l. pen. ſ. vlt. ff. ſol. mat. l. ſi cum Cornelius ff. de ſoluto.
e l. vnica ſ. ſed & ſi non ignoramus. C. de rei vxo. actio ſ. fuerat non tium.
f l. 2. ſi. pen. ff de precar.
g Cicer. lib. 3. officio.
h l. iurigentiũ in prin. ff. de pac.
i l. 2. in fi. ff. de actio. & oblig ſ. vlt. de obli. quæ ex delict.
k l. ea cõductione prin. l. ſi vulnera. uerit ff. locati ſ. pe. de locat.
l l. mora ſ. in bonæ fidei ff. de vſur.
m l. præſes. C. locati.
n l. ex maleficiis ſ. 1. & reſp. ff. de actio. & obliga.
o l. quia tam tundem ff de neg. geſt.
p Cicero in Top.

bonæ fidei intelligo, vtrinque, vt de actione mãdati dixi, & ita tam directam, quàm contrariam [q].

i *Mandati.* Fidei bonæ nomen, in mandatis potiſsimum, verſari paulò antè ex Cicerone oſtendimus [r]. Vnde non dubium, quin ex contractu mandati, actiones vtrinque dentur de eo, quod alterum alteri, ex bona fide præſtare oportet [l].

k *Depoſiti.* Dubitari non oportet, (inquit Vlpianus) Cicero. hãc actionẽ, bonæ fidei eſſe, in quam ideo fructus, partus, & omnis cauſa veniunt [t]. ſed & ſi Depoſitarius, in depoſiti ſerui, putà, alimentis, aut curatione, ſumptus fecerit, cõtraria depoſiti actio, ei dabitur [u] quæ & ipſa bonæ fidei cenſeri debet [x].

l *Pro ſocio, Tutelæ,* In ſocietatibus quoque, & tutelis, bonæ fidei nomen verſari, iam citati Ciceronis loci demonſtrant [y] in térque bonæ fidei iudicia, hæc duo, & fiduciæ excelluiſſe, Cicero pluribus oſtendit [z]. Verùm quoniam non modò contra tutorem pupillo, tutelæ actio datur, quæ bonæ fidei eſt [a], ſed etiam tutori viciſsim contra pupillum, ſi quid in eius rem impẽderit: quæ contraria dicitur [b]. Debet ea quoque inter bonæ fidei actiones, haberi.[c]

m *Commodati,* Quia hæc actio, bonæ fidei eſt: tradit Vlpianus, in ea iurari in litẽ, ſicut in cæteris bonæ fidei iudiciis [d]. Quoniam verò actiones, in commodato inuicem propoſitæ ſint. Nam & commodatario, ſi vel in curando equo, commodato ſumptus fecerit, vel commodans re commodata, cum vti non permittat, contrariũ commodat iudicium datur [e]. Quod & ipſum quoque, bonæ fidei iudiciis, aggregãdum eſt [f]: cur † mutuum, quod tantam habet cum commodato affinitatem, vt alterum ab altero, nomẽ mutuetur [g]: inter bonæ fidei actiones, non numeratur? in promptu cauſa eſt: quia cum ex eo ſemper quid debeatur, certum ſit: cùm enim tranſlatum ſit dominium, in accipientem [h], nec ſpecie debeatur: ſed genus [i], quod perire nequit [k], & æque bonũ, ex cõtractus natura tametſi nihil nominatim fuerit actũ, præſtandũ ſit [l]: tãta eſt in mutuo debiti certitudo, vt nihil prorſus adpareat, quòd ex æquo, & bono, poſsit arbitrari iudex, circa rei reſtitutionem. Adde quòd nec veteres, huic mutui contractui quia vt plurimùm vſurarũ cauſa, iniretur, fauendum cenſuerunt [m].

n *Pigneratitia.* Non tantùm directa, quæ debitori datur, ad pignoris repetitionem debito ſoluto [n], ſed etiam contraria, creditori competẽs, ob impenſas neceſſarias, in rem oppigneratam erogatas [o].

o *Familiæ erciſcundæ,* Hoc iudicium, licet non propriè, naſci ex cõtractu dicatur. ſed quaſi [p]: tamen ſocietatis exemplo, (cum quo tantam ſimilitudinem habet, vt paſſim cohæredes, ſocij dicantur:) inter bonæ fidei iudicia, optimo iure recenſetur [q]. *Simillima* (inquit Cicero) *& maxime germana ſocietas hæreditatis eſt. Quemadmodum ſocius in ſocietate habet partem ſic hæres in hæredibus habet partem. Vt hæres ſibi ſoli non cohæredibus petit: ſic ſocius ſibi ſoli, non ſociis petit, Et quemadmodum vterque pro ſua parte petit: ſic pro ſua parte, quã hæreditati adiit ſocius, ex ea qua ſocietatem coiit* [r]. Cùm itaque familiæ erciſcundæ actio bonæ fidei ſit: non dubium, quin iudex, in ea liberam habeat poteſtatem, ex bono & æquo ſtatuendi [ſ].

p *Communi diuidundo.* Eadem ratione hæc actio, cõmuni diuidũdo, qua familiæ erciſcũdæ, bonæ fidei iudiciis adnumeratur: nimirum quia ſocietas inter eos eſt, qui rem cõmunem habent [t]. *Socij enim putandi ſunt,* (inquit Cicero,) *quos inter, res communicatur.*[u] Vnde & in hoc iudicio, libera poteſtas iudici datur, totum negotium, ex bono & æquo æſtimandi, & vni ex litigatoribus, ſi ita illi videatur, rem controuerſam adiudicãdi, eo in pecunia inuicem condemnato [x]. Atque hinc apparet, cur Finium regundorum actio, in hunc ordinem non referatur: cùm nulla ſit inter vicinos ſocietas, nullúmque inter eos geſtũ, ex bona fide negotium, vt inde naſci poſſit bonæ fidei actio.

q *Præſcriptis verbis.* Actio † quæ ex cõuentionibus innominatis datur, tum videlicet, cùm cauſa ſubeſt, (nam ex ſimplici. nudáque conuentione, actionem non naſci, conſtat)[y]: præſcriptis verbis, & nonnunquam in factum, dicitur. Etenim Prætor, à quo olim actiones impetrabantur [z], certas actionum formulas, ad quas priuatæ lites accõmodarẽtur, de iis, tãtùm cauſis, expreſſerat, quæ ad tuendam communis vitæ ſocietatem, præ cæteris neceſſariæ videbantur [a]. de reliquis, certam agendi formulam, nõ conſcripſerat, nec ſanè de omnibus poterat, ob variam, & emergentem quotidie, de nouo negotiorum multitudinem [b]. Vnde (cùm de contractus nomine, ambigeretur, actionẽ tamen dari, ex geſto negotio, æquum erat) generalem actionẽ, ex præſcriptis verbis, & negotio geſto, lex ciuilis inſtituit [c], extra ordinem, ſic contrahentibus vtilitatis cauſa ſubueniens [d]: quam ideo præſcriptis verbis vocauit, & in factum [e], quòd demonſtrato, per ſimplicem rei geſtæ narrationem facto perinde vtiliter ageretur, ac ſi proprium, & ſpeciale actionis nomen propoſitum fuiſſet [f]. Quoniam verò, à iure ciuili inſtituta fuit. ciuilis paſsim appellatur. Vbi tamẽ nouus aliquis caſus emergit, qui nullam actionẽ, nec quidem incertã, ciuilis lex prodidit, & tamen actionem dari æquum eſt, Prætor, (qui ius ciuile, vt Papinianus ait, ſubſequitur [g]) ſupplens in eo, quod legi deeſt actionem in factum, vtilem, tribuit [h]: eadémque, æquitate, prodita fuit in factum exceptio quoties videlicet, alia deficeret: & nihilominus æquum eſſet, actionem ab actore propoſitam impugnari [i]. Et ideo Theophilus, Hæc exceptio, inquit, in factum dicitur, quia, διηγηματικῶς, id eſt narratiuè, opponitur [k]. Præſcriptis autẽ verbis actio, nunc incerti, nunc incerta, vocatur

tur[l] ideò, quòd nec certum habeat nomẽ, nec ex certa, definitáque conuentione.deſcendat:nec item,certa ſit ei à Prætore data formula,ſed narratiuè tantùm proponatur[m].Sanè & hæc exceptio,à Prætore accommodatur,vbi ciuilis in factum deficit ſicuti de actione iam diximus[o].

l Iuriſgẽtium verſi. & ideò ff. de pac.l.ſi.rebus.C.de re.permut.l. & inter C. de inutil. ſtip.l.legem l. cum res C.de dona. m d.§.j.de exceptio. n d.l.quoties. o d.j.ff.de æſtimat. actio. p d. l. j. Theophi. hic.

c *De æſtimato*. Vnde & præſcriptis verbis æſtimatoria appellata[p]. cui tum locus eſt,quemadmodum Theophilus docet, cũ

10 †res æſtimata,certo prætio vendenda datur,vt accipiens,vel rem ipſam,vel conſtitutum pretium,referat[r].Cùm autem negotium ciuile,hic bona fide gerarur, omnia quæ de bonæ fidei iudicijs dicuntur, in hac præſcriptis verbis æſtimatoria, locum habere,Vlpianus ſcribit[q],& apertius hic Iuſtinianus,eam inter actiones bonæ fidei reponit.

q d.l.j. §. finali. r l.j.ff. de rerum permuta. ſ l.ex placito C.de rerum permuta. t l.j.ff. de rerum permuta. u l. iuriſgentium.in princ.ff. de pac.d.l.j. x l.naturalis §.j ff. de præſcrip. verb.l.quoniam.l. rebus l.vlt.C. de re.permuta.

d *Ex permutatione*. Et ita †traditione, ex

11 altera parte ſequuta[ſ].Ex ſolo quippè permutationis placito,conſtat nemini actionem competere[t]. Et permutatio, inquit Paulus,ex re tantùm tradita,initium obligationi præbet[u],ne alioqui dicamus, ſolo conſenſu,conſtitui obligationem:quod in iis duntaxat conuẽtionibus,receptum eſt, quæ proprium contractus nomen, aſſumunt[u].Statim autem atque res, ab altero permutatium præſtita eſt,hæc actio præſcriptis naſcitur,vt vel res,de qua conuenit,præſtetur:vel quanti noſtra intereſt[x]. Quod ſi alter nolit rem tradere,cõdictione,res tradita,quaſi cauſa non ſequuta, repetetur[y].Hinc porrò patet, permutationis contractum,bonæ fidei eſſe. Quod & apertè Diocletianus innuit[z].

y l.j.in fi. ff.de rer.permut. cum precibus l. pen. C.illu. d l naturalis §.j. z l.a.C.de rer. permuta. a l.vlt.in fi.C.de petitio. hæred.

e *Hæreditatis petitio*. Quam omni veterum diſputatione ſublata,retulit Iuſtinianus,ſua lege,in ordinem iudiciorum bonæ fidei[a]:vt & hic ſubnectit.

5 Fuerat.

Fuerat[a], & antea rei vxoriæ[b] actio, vna ex bonæ fidei iudicijs[d]. Sed cùm pleniorem eſſe, ex ſtipulatu actionem, inuenientes, omne ius quod res vxoria ante habebat, cum multis diuiſionibus, in actionem ex ſtipulatu, quæ de dotibus exigendis[e] proponitur, tranſtulerimus[f]: meritò rei vxoriæ actione ſublata, ex ſtipulatu actio quæ pro ea[g] introducta eſt naturam bonæ fidei iudicij[h], tantum in exactione dotis[i] meruit: vt bonæ fidei ſit[k], Sed & tacitam[l] ei dedimus[m] hypothecam. Præferri[n] autem alijs creditoribus in hypothecis tũc cenſuimus[n], cum ipſa mulier[o] de dote ſua[p] experiatur. Cuius ſolius[q] prouidentia hoc induximus,

SVMMÆ RERVM.

1 *Res vxoria.*
2 *Rei vxoriæ actio.*
3 *Formula æquiùs meliùs.*
4 *Dotis actiones.*
5 *Actio ſubrogata.*
6 *Hypotheca tacita.*
7 *Priuilegium dotis an perſonale.*
8 *Prælationis prærogatiua in dote.*

a FVerat. Proſequitur tractatum iudiciorum bonæ fidei, quibus olim actionem rei vxoriæ, adnumeratam, Iuſtinianus refert & hodie actionem ex ſtipulatu,in illius locum introductam.

b *Rei vxoriæ*. Dos,quia proprium eſt mulieris,patrimonium[a]:ab initio vxoris ſemper fuit, naturaliterque permanſit in

1 eius dominio[b]:Res † vxoria olim dicebatur.Nam id vxoriũ propriè dicitur, quod vxoris eſt,& ad eam omnino pertinet.Vnde qui prorſus vxori ſeruit,& addictus eſt, vxoris dicitur Virgilius[c]:

Pulchrámque vxorius vrbem. Extruis, Et Plaut.*viuer. ſub vxorio imperio*, dixit[d], Horatiúſque poeticè dixit,*vxorius amnis*[e].

a l.j.§. ſed virum in fi. ff. de mino. b l. in rebus C.de iur. dot. c Virgil.li. 7. Aeneid. d Plaut.in Aſinar. e Horat.libro j.carmi. Ode 2. f Gell.libr. 4.noct.Atti. c.3. g Valer. Max.libr.2. c.j. h Sulpitius libro de dotibus. Gell. vbi ſupra.

c *Actio*. Rei †vxoriæ actio,quingentis

2 ferè annis,poſt vrbem conditam,introducta eſt.Neque enim ante neceſſariæ viſæ fuerunt,de dote repetenda actiones, cùm nulla fierent diuortia[f].Cæterùm cùm Sp. Carbilius Ruga,cùm vxore,in fœcunditatis gratia, diuortium feciſſet,anno vrbis cõditæ,DXXIIII.aut (vt alij Annales produnt) DXXVII.P.Valerio Flacco, & M. Attilio Regulo Conſulibus[g],cautiones rei vxoriæ,neceſſarias viſas fuiſſe,Seruius Sulpitius ſcriptum reliquit[h].Hincque duo diligenter obſeruari volo. Primum nullam fuiſſe apud veteres,dotis repetitionẽ,ſoluto per mortem vxoris matrimonio.Eã enim cum apud virum *æquius meliuſque* remanere,cenſuit Antiquitas,Alterum actionem de dote,non poſſe iuriſgentium dici: vtpotè quæ poſt Carbilianum,duntaxat diuortium,fuerit inuecta.

Vna ex bonæ fidei iudicijs. Inter iudicia,bonæ fidei,in quibus verba illa, *Ex bona fide*,addi ſolebant, vt ſuprà iam oſtendimus, duo præ cæteris,excelluiſſe Cicero ſcribit[i]: Fiduciæ,nimirum,& rei vxoriæ.In illo enim,illud etiam additur:*Inter bonos, benè agier oportet*.In arbitrio rei vxoriæ, quod eſt de Dotis repetitione ſoluto matrimo-

3 nio,illud †*Quid æquius melius*.Cuius quoque formulæ, noſtrates Iuriſconſulti, meminerunt[k].Eam autem,& Ciceronis ſententia,Boëtius diſertiſsimè explicat[l] cuius ego verba, ad maiorem antiquitatis fidem,hic referre operæpretium duxi. *Et autem*,inquit, *iudicium vxoriæ Rei quoties poſt diuortium de dote contentio eſt*,Dos enim,licet matrimonio conſtante, in bonis viri ſit,eſt tamen in vxoris iure,& poſt diuortium,veluti res vxoria, peti poteſt. Quæ quidem Dos, interdum his conditionibus,dari ſolebat. Vt ſi inter virum, vxorémque,diuortium contigiſſet,*Quod melius æquius eſſet*,apud virum remaneret,reliquum dotis reſtitueretur vxori:id eſt, vt quod ex dote,iudicatum fuiſſet,melius æquius eſſe,vt apud virum maneret, id ſibi vir

i Cicero in Top.& 3.officio. k l. pen. §. vlt.ff. ſol. matri.l. ſi cũ Cornelius. ff.de ſolutio. l Boet. in Com.ReToſi. ad Topic. Ciceronis.

vir retineret. Quod verò non eſſet æquius melius apud virum manere, id vxor poſt diuortium reciperet. In quo iudicio, non tantùm boni natura ſpectari ſolet, verum etiam comparatio bonorum fit: vt nõ tam quod æquum, ſed quod melius æquiúſque eſt, id ſequendum ſit. Quæ omnia ex præcedentibus cauſis, inueſtigari ſolent. Nam ſi viri culpa, diuortium factum eſt, æquius melius eſt, nihil apud virum remanere. Si mulieris eſt culpa, æquius melius eſt ſextans retineri: Hactenus ille.

e *Dotibus exigendis.* Soluto matrimonio:
4 quo tẽpore dabatur † mulieri, rei vxoriæ actio ad res dotales repetendas [m]: Marito verò, ad promiſſæ dotis exactionem, ex qualiſcũque promiſſione, data fuit actio [n]. Quæ ab actione rei vxoriæ, eo nomine intererat: quòd hæc, non niſi dos promiſſa fuiſſet, marito competeret [o]: túmque diceretur, ſine dote matrimonium [p]. Actio verò rei vxoriæ, mulieri, quæ nihil etiam de dotis reſtitutione, ſibi cauerat, dabatur [q]. Vnde & in actione ex ſtipulatu, in illius locũ introducta, Iuſtinianus ſtatuit, vt tametſi nulla de reſtituenda dote, appareat interpoſita ſtipulatio, nihilominus interueniſſe fingatur [r]: in fauorem ſcilicet, mulieris. Nam ſi extraneus dotem ſimpliciter dediſſet, non cenſeretur eam ſibi reddi ſtipulatus, ſed mulier ipſa [s].

f *Tranſtulerimus.* Extat adhuc tranſlatio hæc, in illa bene longa conſtitutione, quã Iuſtinianus ad populũ Cõſtantinopolitanũ, & vniuerſos prouinciales, edidit [t].

g *Pro ea.* Rei vxoriæ actione.

h *Naturã bonæ fidei indui.* Quoniã † ſubrogatum, eius naturam referre debet, cui
5 ſubrogatur [u]: actio ex ſtipulatu, licet ſuipte natura ſtricti iuris ſit, nec ea bona fide deſcendat [x], tamen quia loco actionis rei vxoriæ, (quæ vna fuit ea bonæ fidei iudiciis,) ſubſtituta eſt: accepit eius conditionem, naturam, & beneficium, vt bonæ fidei ſit, cùm de dote datur [z].

i *Tantum in exactione dotis.* Actio ex ſtipulatu, eo duntaxat caſu, bonæ fidei fit, quo pro dotis exactione datur, in cæteris manet ſtricti iuris [a].

k *Bonæ fidei ſit.* Ex parte quoque mariti, cùm ei datur ad promiſſæ dotis exactionem. Sic enim ex vtroque latere, Iuſtinianus huic actioni, tacitam dedit hypothecam [b].

l *Tacitam.* Certis perſonis, ſingulari præ-
6 rogatiua, lex † concedit, tacitam in bonis debitoris, hypothecam, veluti fiſco [c], pupillo in bonis tutoris [d], aut ſecundi mariti, qui tutricem non reddita ratione, vxorem duxit [e]. Domino, in bonis ab inquilino, in vrbanam habitationem inuectis [f]. mutuanti denique, in rei refectionem [g]. Ad quarum perſonarum exemplum, profitetur Iuſtinianus, ſe in huiuſmodi actione ex ſtipulatu de dote, tacitam tribuere hypothecam: tam mulieri, ad dotis repetitionem: quàm etiam viro, ad promiſſæ dotis exactionem [h].

m *Et debemus.* Actioni nimirum ex ſti-
7 pulatu, pro dote [i]; Quæ cùm † ad hæredes mulieris, ſecũdum ſui naturam, tranſmittatur [k]: non dubium, quin ius quoque taciæ hypothecæ, quod illi datũ eſt [l], & mulieri viuenti iam cœperat competere, hæres vxoris habeat, licet extraneus [m]. Quod enim Imperator ait, priuilegia quibus in actione de dote, mulieres vtuntur, ad hæredes non tranſire [n]; & Iuſtinianus teſtatur, multis ſe aliis, præter mulierem, eiuſmodi priuilegia concedere [o], de illis ſanè prærogatiuis, accipiendum eſt, quarum in mulierem viuentem, nulla facta fuerat executio: veluti prælationis, tam in perſonali, quàm in hypotheca [p]. Quod & ſi lex filiis concedat, non tamen tanquam ſucceſſoribus, aut hæredibus, ſed ſingulari filiationis beneficio [q]. Solius quippe mulieris, pudicitia, id genus priuilegia, leges induxerũt [r].

n *Præferri.* Prælationis † priuilegium
8 in dote, mulier duplex habet. Primum in perſonalibus actionibus, vt cæteris creditoribus anteponatur [s]. Cuius exemplo Iuſtinianus, alterum in hypothecis indulſit: vt potior ſit in hypotheca mulier, cæteris creditorũ hypothecis, licet anterioribus [t]. Quod vt de tacitis nulla eſt controuerſia, ita de expreſsis, adhuc ſub iudice lis eſt, an videlicet anterioribus, & expreſsis aliorum hypothecis, mulier præponatur. In qua ſententia procliuior ſemper fui: tum quòd illi cedat creditor, in rei refectionem [u]; quem tamen quibuſcunque creditoribus, quamlibet tempore anterioribus, præferri conſtat [x], tum quod Iuſtinianus, ſe nouum hoc prælationis beneficium, in hypotheca mulieri tale concedere profiteatur, quale veteri lege habebat in perſonalibus [y]: in quibus nemo neſcit, mulierem omnibus creditoribus, etiam tempore anterioribus prælatam fuiſſe [z]. Adde (ſi placet) quod Iuſtiniani verba, hoc priuilegium concedentis, mulieri, latiora ſunt, & ampliora [a], quàm vt ad eum caſum coarctari poſsint quo priuilegium hoc prælationis, in hypotheca, quod prægrande, & excellens Imperator eſſe voluit: vel minimum redderetur [c], ſi contra tacitas videlicet hypothecas, quæ permodicæ ſunt: (eas ego nunc enarraui:) priuilegium hoc, vim ſuam tantùm protenderet. Quæ verò de fiſco [d] & ex cõſtitutionibus Iuſtiniani [e] ſolẽt obiici, plena manu alibi ſuſtulimus [f].

o *Cum ipſa mulier.* Aut eius filii: in quos ſingulari beneficio, priuilegium hoc prælationis, in hypotheca, tranſit [g]: licet in alios hæredes, aut ſucceſſores, non tranſmittatur [h].

p *De dote ſua.* Aut eius augmento: quod pars, portióque dotis, eſſe intelligitur [k]. Quod ſi non ad dotem ſuam, nec ad augmẽtũ, ſed de donatione propter nuptias mulier experiatur: hac prærogatiua nõ fulgehit [l]. Licet enim pro ea, ſicut pro dote, mulier hypothecam habeat [m]: non tamen prælationis prærogatiuã. Neque enim lex mulieres fouet, vt lucrum faciant, ſed ne detrimentum

detrimentum accipiant, ſuiſque rebus defraudentur [n]. Nec ſanè par eſt, lucri, & dāni ratio [o].

q *Cuius ſolius.* Nimirum mulieris: vt intelligimus, hoc priuilegium perſonæ mulieris tributum, ad hæredes non tranſire [p]: eum ceſſante perſona, quæ facit locum beneficio ipſum quoque beneficium, ceſſet [q]: ſolis filiis, ſingulari iure tributum eſt, vt hoc priuilegio vti poſsint [r].

n d.l.vlt.§. vltim. o l. vlt. in fi. C. de codicill. p l.vn. C. de priuileg. dot. §.1. vt exact. inſta. dot. col. vij. q l.p.ff. de iure immun. & l. in omni bus cauſis ff. de reg. iur. r l. vlt. §. vltim C. qui potior. d.§ h.

§ In bonæ fidei.

In bonæfidei [a] iudiciis libera poteſtas [b] permitti videtur iudici, ex bono & æquo [c], æſtimandi, quantum actori reſtitui debeat [d]; in quo & illud continetur, vt ſi quid inuicem [e] præſtare actorem [f] oporteat [g], eo compenſato [h], in reliquum [i] is cum quo actum eſt, debeat condemnari [k]. Sed & in ſtricti iuris iudiciis [l], ex reſcripto Diui Marci [m] oppoſita doli mali exceptione [n], compenſatio inducebatur. Sed noſtra conſtitutio [o], eaſdem compenſationes, quæ iure aperto [p] nituntur, latius introduxit, vt actiones ipſo iure minuant [q], ſiue in rem [r] ſiue in perſonam, ſiue alias quaſcunque [s], excepta ſola depoſiti actione [t], cui aliquid compenſationis nomine opponi, ſanè iniquum eſſe credimus, ne ſub prætextu compenſationis [u] depoſitarum rerum quis, exactione defraudetur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Iudicis arbitrium.*
2 *Bonum & æquum.*
3 *Bonæ fidei actionum natura.*
4 *Vſuræ quando debeantur.*
5 *Naturalis obligationis effectus.*
6 *Compenſatio quid.*
7 *Compenſatio quando opponenda.*
8 *Compenſationi quando locus.*
9 *Ius apertum.*
10 *Ipſo iure.*
11 *Compenſatio an ipſo iure minuat: & qui accipiendum.*
12 *Depoſito non obiicitur compenſatio.*
13 *Solus dictio.*

a IN *bonæ fidei.* Enumeratis accuratè actionibus bonæ fidei, nunc Iuſtinianus vim earum enumerare pergit: quo & illud dignoſcere poſsimus, in quo maximè ab actionibus ſtricti iuris, iudicia bonæfidei differunt.

b *Libera poteſtas.* Boni tamen viri arbi-
1 trio incluſa. Cùm † enim iudicis arbitrio, ſimpliciter aliquid relinquitur, id non abſolutæ illius voluntati, ſed quaſi viro bono, & innocēti, cōmiſſum intelligi debet [a].

c *Ex bono & æquo.* hoc eſt, ex naturali æquitate, & abſoluta quadam bonitate, ſeparata, à ſubtili ratione iuris [b] quippe
2 † bonum, & æquum, ſignificat rectam illam animi conſtitutionem, & ſimplicitatem naturæ, ab omni verſutia, & mero ſummi iuris artificio ſeparatam [c]. Vt intelligamus hæc verba: *Ex bono & æquo*; tum in vſu eſſe, cùm non ex verborum ſubtilitate aut legū præſcripto, rē ad viuum reſecamus: ſed naturæ æquitatem amplexi, de iure ſummo & ſtricta legis ratione. remittimus [d].

a Libro vdicio §.1. ff. de contract. emp. l. ſi ſic legatum. in prin. ff. de le. 1. l. ſi libertus ita. ff. de oper. liberto. b l. 1. in prin. vbi Bud ff. de iuſt. & iure

c l. ar. ſi quis §. hæc actionum § & generaliter ff. de religioſ. l. non ſolùm ff. de iniur. d l. ſi ſeruū §. ſequen. ff. de verb. obli.

d *Reſtitui debeat.* Cùm † contractus bo-
3 næ fidei, hoc peculiare habeant, vt contrahentes. non in id modò quod actum eſt, ſed & in illud quod ex æquo bono præſtari oportet, inuicem obligentur [e], vbi de illis in iudicio naſcitur controuerſia, concedit lex, meritò iudici, liberam facultatem: non ex ſtricti iuris ratione, ſed ex bono & æquo, neglecta verborum contractus ſubtilitate, æſtimandi, quantum actori, reum dare oporteat [f]: cum contrà ſit, in ſtricti iuris obligationibus: in quibus non, niſi ex magna cauſa poteſt iudex, verba conuentionis tranſilire [g]. Vt noſter Paulus dicat; non minùs valere iudicis officium in iudiciis bonæ fidei, quàm in ſtricti iuris nominatim rerum facta expreſsio [h]. Hincque manāt frequētatæ, illæ in iure noſtro, inter bonæ fidei, & ſtricti iuris iudicia, differentiæ. ſed illa potiſsimum, in iudiciis bonæ fidei, ſtatim ab initio, fructus debentur [i],
4 & poſt moram † vſuræ [k]. in iudiciis verò ſtricti iuris, fructus à tempore tantùm cōteſtatæ litis veniunt, niſi actionem propoſuerit actor, ad id quod ſuum eſt, vel fuit: quo caſu, à die moræ præſtātur [l]. vſuræ autem, nunquā niſi lite conteſtata currunt [m]. Et in pecunia credita, non aliter veniunt, quàm ſi in ſtipulationē fuerint deductæ [n]: ne contingat in mutuo accipientē obligari in plus, quàm re vera numeratum ſit [o]. Quæ omnia, præter aliorum ſententiam, paulò pleniùs alibi expoſuimus [p].

e l. 1. in fin. ff. de actio. & oblig. § vlt. de oblig. quæ ex conſenſu.

f d.l. 1. § vltim. g l. quicquid ff. de verbo. oblig. h l. quia tantum ff. de neg. geſt. i l. 1. § hoc autem ff depoſ. l. videamus §. ex eo ff de verb. ſignif. ff. de vſur. k l. præſes C. de locat. mora. § in bonæ fidei. ff de vſur. l d.l. vt leo mutu in prin. & §. ſi aſſinonem. m lege. lite ff. de vſur. n l. Titius. ff de præſcr. ver. l. quamuis C. de vſu. o leg ſi tibi. ff de pac. l. eaſ. §. ſi tibi ff. ſi cert. pet. p libro. 2. Miſcel. c. vij. q lege pen. ff. de cōpenſa. l. eius C. eod. tit. r l. in rem §. 1. ff. de cōpenſa. ſ l. etiam ff. de compenſa. t l. ſi cui ſi gēs tium § igitur nuda ff. de pactis. u d.l. eiuſ. x d. dō §. igitur nuda. y lege 1. §. fin. ff. quod quiſque iur. z l. ſi in aream ff de cond. inde. lege Paulus ff. de except. dol. a dicto §. igitur nuda. b l. quæcūque ff de cōpenſatio. c l. quod in diem apprin. & de lege quacunque. ff. de cōpenſatio. d d. §. igitur nudas e l. ff. de exceptio.

e *Inuicem.* Et proprio nomine. Neque enim creditor compenſare cogitur, quod alij, quàm debitori ſuo debet [q]: tametſi ille alter, cui debetur conſentiat [r].

f *Actorem,* Ipſi videlicet reo conuento.

g *Oporteat.* Quamuis naturaliter duntaxat debitum [ſ] obligatio quippè † natura-
5 lis, tamen ius non tribuat agendi [t], ius tametſi tribuit compenſandi [u]: vt & excipiēdi [x], & impediendi repetitionem ſoluti [y], faciliùs nanque lex nobis concedit, vt quod iam apud nos eſt retineamus, ac conſeruemus: quàm vt ab aliis poſſeſſum extorqueamus [z]. Nec obſtat quod obligatio naturalis, in iudicium deducta, euaneſcat oppoſita exceptione [a]: & quæ per exceptionem perimi poſſunt, in compenſationem non veniant [b]. Nam hæc Iauoleni verba, ad obligationem naturalem, cum ciuili cōiunctam, referenda ſunt. quæ ſi exceptione elidi poſsit, quia dies puta nondum venit in compenſationem deduci nō poteſt [c]. nos de ſimplici obligatione naturali, agimus, quæ propriè non dicitur perimi exceptione, cum nullam actionem pariat [d], & exceptio ſit excluſio actionis [e]: ſed magis dicitur defectu actionis, inanis reddi.

h *Compenſatio.* id eſt contributo eo, quod viciſsim

vicißim actor debet reo. Compenſatio
6 † & enim,nihil aliud eſt,quàm debiti, & crediti,mutua inter ſe contributio[f], quam ſumma ratione voluit lex, vicem ſolutionis obtinere[g]:quod noſtra magis interſit, pecuniam retinere,quam ſolutam repetere[h].Sic enim iudiciorum anfractus,& moleſtias deuitamus, quas alioqui deuorare cogeremur[i].

i *In reliquum*.Quod videlicet,conſtat, adhuc reum debere,poſt compenſationem. Cæterum ſi nihil reliquum eſſet, quia tantundem videlicet actor debuiſſet,quantum ipſe à reo petiit:nulla poſſet ſequi condemnatio: ſed totum inuicem compenſaretur[k]. Quod ſi aliquid adhuc amplius, ab actore deberetur,non poterit in id iudex actorem condemnare,cùm reus, qui tantum compenſationem obiecit,id non petierit[l].Quocirca reum oportebit, reconueniendo ſuis actionibus, coram eodem iudice,ſi velit,contrà actorem experiri[m], & ita conſequi ab actore,quod eũ amplius præſtare oportet[n].

k *Debeat condemnari*.Aut non oppoſita compenſatione,ante ſententiam,iudicati executio impediri[o].Cùm enim compenſationis exceptio ſententiam non impugnet,ſed approbet potius: ex quo ſoluere
7 † videtur,qui cõpenſat[p],poterit ea quãdocũque,etiã in ſentẽtiæ executione opponi[q],

l *Stricti iuris iudicia*. In quibus ſumma, & exacta eius,quod actum eſt,ratio habetur[r].adeóque,vt quod nominatim expreſſum nõ eſt,conſultò omiſſum intelligatur[s].

m *Diui marci*.M.Antonium philoſophũ, intelligit,optimum,& felicißimum principem,qui Antonio Pio ſucceßit.

n *Doli mali exceptione* Non admittebatur olim compenſatio
8 † in iudiciis ſtricti iuris:quòd in illis (vt dixi) ſtricta iuris cõſtituti ratio,haberetur[t]:niſi poſt emiſſum D.Marci Cæſaris reſcriptum, quod compenſationem admitti iuſsit,per viam exceptionis doli.veluti ſi centum à me ex mutuo,vel ſtipulatione petebas, qui mihi ex alia cauſa,quinquaginta debebas.non poteram compenſationem obiicere,quam iudex admiſſurus eſſet,niſi per exceptionem doli dicendo dolo facis.petendo,quod mihi,à quo petis,te quàmprimum reſtituere oportebit.Et ideo quod apud Vlpianum Iulianus ſcripſit, in actione ex ſtipulatu, compenſationem potuiſſe obiici[u]:per hãc exceptionis doli viam, accipiendum eſt. Nam & Saluius Iulianus. Marci quoque Cæſaris ſeculo floruit:ac multo poſt tẽpore,vt ex veterum hiſtoriis, opportuniore loco probaui[x].

o *Noſtra conſtitutio*.Extat adhuc hæc cõſtitutio, quam ad Ioannem Præfectum Prætorio, Iuſtinianus ſcripſit[y],

p *Iure aperto*.Hoc
9 † eſt claro, liquido, non inuoluto,nec dubio. Ita enim compenſationes,obiici iubemus,inquit Iuſtinianus,ſi cauſa ex qua compenſatur,liquida ſit,nec multis ambagibus innodata, facilem ſui exitum, iudici præſtare poſsit. Nam quæ grauiorem requirunt indaginem,alij iudicio reſeruari debent[z].

q *Ipſo iure minuunt*.Hoc
10 † eſt ſtatim, atque creditor,reuicem aliquid debere incipit,tantundem eius actio minuatur,quantum ipſe debet[a].ac proinde, reſpectu eius quãtitatis,mero iure contingat liberatio: vt meritò reſponſum ſit,eum qui cõpenſare petens ſoluit,cõdictionem habere, quaſi indebito ſoluto[b]. Hic enim verbis Ipſo iure,mera ciuilis legis conſtitutio, ſignificatur[c],quæ ſtatim operatur,ſine vllo hominis miniſterio[d]:vt alibi fuſius tractaui[e]. Sed tamen quod dicitur,propter compen-
11 † ſationem, debitum ipſo iure minui: ſic accipiendum eſt,ſi id à parte proponatur, & propoſitum probetur: vt iudici planè cõſtet pecuniam inuicem deberi[f]. Neque enim iudex diuinare poteſt, an quicquam actor viciſsim debeat,vt ita locus ſit compenſationi[g].Cæterùm poſteaquam conſtiterit,pecuniam inuicem deberi,Ipſo iure,pro ſoluto,compenſatio habebitur, ab eo tempore,quo ab vtraque parte deberi cepit[h] .Sic enim dicitur portionem legis Falcidiæ,ipſo iure,apud hæredem remanere[i],legatáque ipſo iure minuere[k]. Et tamen conſtat,tale beneficium,et tãtum prodeſſe,qui petierit[l] .Sic dotem, per neceſſaria impenſas ipſo iure minui,paſsim iuris authores tradiderũt[m] :cùm tamẽ certũ ſit. id nõ fieri,niſi nominatim ꝓpoſitũ fuerit[n].

r *Sed in rem*.Cùm actione in rem,ad ſpeciem,& certum corpus agitur[o]: nec ſpeciei,ad quantitatem fiat compenſatio[p] vt non eſt hic locus accipiendus, cùm de reſtitutione ipſius rei, tractatur, in actione reali:ſed cum ad æſtimationem,neceſſariò deuenitur,quia res ipſa puta,perempta eſt, aut alter præſtare poſſe deſiit[q].

ſ *Actiones quaſcunque*.Veluti mixtas, quæ neque in rem tantùm,neque etiam in perſonam,dici poſſunt:ſed mixtam potius vtriuſque cauſam obtinere[r].

t *Excepta ſola depoſiti actione*.Cui
12 † nõ vult Iuſtinianus,vllam compenſationem, deductionem,aut doli exceptionem obiici poſſe[ſ]:ne quæſito aliquo colore, rei reſtitutio,perfidè nimis impediatur[t]. Sed tamen non ſola eſt depoſiti actio, cui compenſatio non obiicitur.Nam nec pecunia, ob negotium exercitus,alicui data compẽſationis iure retineri poteſt[u]:vt nec item publica vectigalium,tributorum olei, frumentive publici, pecunia[x]. Quinimmò nec poſſeſsionem alienam,iniuſte occupãtibus,compenſatio datur[y]:vt ſic intelligamus,dictionẽ,*Sola*,
13 † caſus parẽ,aut maiorem rationem habentes,non excludere:vt nec aliæ id genus dictiones[z], quod non vno in loco probaui[a].

u *Sub prætextu compenſationis*.Id eſt, hoc colore,compenſationis,quæſito.

§.Præterea.

Præterea[a], *quaſdam actiones arbitra-*

riis,

f l.1.ff.de compenſa. g l.ſi ab ſ. qui pot. l.vul. ff. de libera. h l.3.ff.de compenſa. i l.ſi ſi paia. ff. de ſi deiuſſo. l.minori. hoc ff. de minor.

k l.ſi ctiam C.de compenſa.

l l.vl. fundiſſ. C. de iudic. l.vlt. C.de iudic. libera. m l. cum Papinianus C.de ſentẽ. l. in tribus §.vlt. ff. commodo. n l.i. cum miles §. ff. de compen. a C.illo uſo. p l.ſi debi. ſo. §. quia poteſt. q l. Neſeniu. §. vlt. ff.de re iud. doce ſc §. vlt. ff. & tut. s l.1. quæ. ſundem ff. de neg.geſt. t l.1. quic. quid ff. de verbo obli. ad quia ſanctiuſdem de.

u l.ſ.omnibus §.vlt.ff. de compenſa.

x l.1.§.vl. in fin.ff.de orig.iur.

y l.vlt. C. de compenſa.

z l.vlt. ad princip. & verſi. penul timo.C. de cõpenſatio. a l.poſteaquam ff. de compenſa. l.ſi conſtat C.illo tit. b l. quod dicitur §. poſt.ff.de impen.lege ſi umbo iuſt. princ.ff. de compenſ. c l.3.§.vlt. ff.de ſuper ficie. d l.in ſuis ff.de ſuis & legit. e l. ſeruitutes 1.ff. de ſeruit. f l.ſi conſtat l.vlt. C. de compenſa §. penu. hoc titu. g l.ſi pacta tot in haſt. ad l.Aquil. h d.l.ſi cõſtat.C. de compenſatio. i l.3. §. ſi quæſi.quo. legato. k l.penu. C.ad l.Falcid. l patrem ff. quæ in fraud cred. l. vlt. C.ad l.Falcid. m l.ſi is §. quod dicitur ff de iu re dot. l. quod dicitur ll de impenſ.l.vnic. §. ſed nec ob impenſas C.de rei vxo. n §. item ſi de dote vbi dicam infra. hoc titu. o l.ſi in rẽ ff.de vindi. q l.ſi non fuitem §.ſi centum. ff. de condi.inde.l.vlt. C. de compenſa. q l.ſi commercia ad princ ff. de rei vindi l. neque l. ſi propter C. de compenſa. r l. actionis verbo §. vltimo ff. de actio. & obli.§. quadã hoc tit. ſ l.vlt. C. de compenſ. hoc.C. depoſit. t §.3 de depoſi. l.vl.1 & hoc §.in fine. u l.i.b negotium ff. de cõpenſa. x l.3 C.l.in titu.

y l.vlt. in fi C.ll.tit. z l.3 ff.de condi.caut.l.vlt.C.de legibus. a l.ii. de impub.l.admonendi.ff.de iureiurando.

rias, id eſt ex arbitrio [e] iudicis pendentes, appellamus: in quibus: niſi arbitrio iudicis [d], is cum quo agitur actori ſatisfaciat [e], veluti rem reſtituat [f], exhibeat [g], vel ſoluat [h], vel ex noxali cauſa [i] ſeruum dedat [k], condemnari debeat [l]. Sed iſtæ actiones [m], tam in rem, quàm in perſonam inueniuntur. In rem veluti Publiciana [n],
Seruiana, de rebus coloni, quaſi Seruiana, quæ etiam hypothecaria [o], vocatur. In perſonam: veluti quibus de eo agitur, quod vi, aut metus cauſa [p], aut dolo malo [q], factum eſt. Item cùm id, quod certo loco [r] promiſſum eſt, petitur. Ad exhibendum [s] quoque arbitrio iudicis, pendet. In his enim [t] actionibus, & cæteris ſimilibus [u], permittitur iudici [x], ex bono & æquo [y], ſecundum cuiuſque rei, de qua actum eſt, naturam, æſtimare quemadmodum actori ſatisfieri oporteat [z].

SVMMAE RERVM.

1 Senſus huius §.
2 Arbitrarium quid.
3 Arbitraria actio.
4 Actiones quæ arbitrariæ, & numerus.
5 Rei vindicatio an arbitraria.
6 Noxalis quomodo arbitraria.
7 Publiciana cur arbitraria.
8 Hypotheca an arbitraria.
9 Doli mali actio.
10 Loci adiectio facit actionem arbitrariam.
11 Iudicis omnia abſolutoria.
12 Arbitrariæ actiones quæ.

a P*Rætereà.* Cùm in actionibus bonæ fidei, dixerit Iuſtinianus, iu-
5 dici † liberam eſſe poteſtatem, ex bono, & æquo, æſtimandi, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat: non ſpectato, ſubtili verborum artificio, aut ſtricta iuris ratione [a], à contrario admonuit in iudiciis ſtricti iuris, diuerſum eſſe: nullum in iis iudex habere arbitrium, condemnandi, vel abſoluendi, niſi quatenus contractus, aut diſpoſitionis qua de agitur verba, ſubminiſtrant [b]: quòd arctè earum actionum natura, verum hoc loco interpretatur. Nã propter accidens aliquod, veluti moram rei non ſoluentis loco deſtinato, aut pernicaciam eiuſdem, non parentis iuſſui iudicis. poſſunt ſtricti iuris iudicia fieri arbitraria: vt in iis videlicet (quemadmodum in bonæ fidei) iudex poſsit ex bono & æquo arbitrari neglecto verborum, aut ſubtili legis præſcripto, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat [c].

a §. præcedenti.

b l. quia in eundem ff. de neg. geſt. l. quicquid ff de verbo. oblig.

b *Arbitrarias.* Arbitrarium † porrò,
2 dicere ſolemus, quod neque lege, neque conſtitutione vlla, definitum, alterius arbitrio relictum eſt [d]: quaſi ex alterius arbitrario pendens [e]. Indéque in iure noſtro, arbitraria pœna, quæ lege definita non eſt, ſed iudicis poteſtati relicta [f], & arbitraria conditio quæ non ex fortuna pendet, ſed
3 ex mera alicuius voluntate [g]. Denique † arbitraria actio, quæ non habet certam ſummæ condemnationem, ſed ad nutum, & arbitrium iudicis, refertur [h]: qui in iſtiuſmodi actionibus, ante definitiuam ſententiã, arbitrari, interloquendo ſolet, quomodo actori ſatisfaciendum ſit, iubendo putà rẽ reſtitui, aut exhiberi: cui iuſſui reus parens abſoluitur: non parens verò, condemnatur, quanti iudex ex bono, & æquo, ſecundum cuiuſque rei naturam, æſtimauerit, actoris intereſſe [i]. Quod arbitrium, in iudiciis bonæ fidei, ante definitiuam ſententiã, iudex non habet: in quibus protinus reum condemnari neceſſe eſt [k]. Vnde & hoc proprium arbitrariarum actionum, dicit hic Iuſtinianus: & eas, earúmque naturam, à iudiciis bonæ fidei, Papinianus diſertè ſepa-
4 rat [l]: vt ſic † intelligamus, arbitrarias actiones, non à quolibet arbitrio dici, ſed ab eo quod iudex ante definitiuam ſententiam, de re reſtituenda, exhibenda, vel ſoluenda, benignè interponit [m]. Vnde nec credendũ, (quod tamen, plerique omnes falsò docuerunt: omnes omnino actiones, ob rei contumaciam, arbitrarias dici poſſe: Sed eas tantùm, quæ à Iuſtiniano commemorãtur: & quæ, cum his, magnam ſimilitudinem habent [n], cùm non in omnibus, arbitrium illud iudicis interueniat [o], quod infrà attingam. Ex iis autem non eſt obſcurum intelligere, quàm longè, latéque, diſtent arbitrariæ actiones, à bonæ fidei iudiciis: in quibus liberam habet iudex, ex ipſius iudicij natura poteſtatem protinus, ex bono & æquo condemnandi, non expectata rei contumacia, in non parendo eius arbitrio [p].

c l. j. in fi. princ. ff de vſur.
d l. fin. C. de contr. emptio.
e l. j. ff. de iure delib.
f l. aliud eſt ſicuti l. ſi quis pœna ff de verbo. ſignif.

g gl. in l. j. & ibi Doct. ff. de cond. & demonſtra.
h l. 2. in princ. ff. de eo quod cer. lo.

i l. arbitrio in prin. ff. de dol. l. ſi cum exceptione. §. j. §. hæc autem §. perdiius ff. quod met. cau.
k l. in bonæ fidei ff. de eo quod cert. loc. l. ſi ſi liosa §. j. & 3. ff. ſol. ma.
l l. 3. in fi. princ. ff. de vſur.
m vt ho.

n vt hic in fine.
o l. qui reſtituere in fine. ff. de rei vindic.

c *Ex arbitrio.* Hoc eſt nutu, & voluntate [q]. Ad alicuius arbitrium, & nutum, inquit Cicero, totum ſe fingere, & accommodare [r]. Sanè verò, arbitrium poſteà Imperator, in alium ſenſum vſurpat: nimirum pro iuſſu iudicis, & prima illa ſententia, qua velut commonendo, iudex rem actori reſtitui, exhiberi, vel aliter ſatisfieri iubet: cui pronunciato, ſi non pareat reus definitiua ſententia ſequitur qua condemnatur: vt præſter actori, quod iudici, bonum & æquum videbitur [s]. Amplius in hoc regno multa fiſco inferenda reus non parens damnati ſolet.

p l. in bonæ fidei ff de eo quod cer. lo. l. ſi ſi liosa §. j. ff. ſolu. mat. & §. præcedẽt.
q l. ſi ſeruus § vlt. ff. de noxali
r Cicero de oratore.

d *Arbitrio iudicis.* Arbitrium hîc, vt dixi iuſſum illum iudicis, interlocutorium, præcedens ſententiam definitiuam, ſignificat, quo iudex pronunciat, rem actori reſtituendam, vel exhibendam, aut aliter actori ſatisfaciendum [t], cui iuſſui, ſi non pareatur, ad definitiuam deueniet iudex, qua pertinaciam rei, nõ comparentis, coërcebit [u]. Nec ignoro eſſe actiones quaſdam, in quibus aliquando ceſſet hoc arbitrium potiúſque feratur definitiua ſententia: & quæ tamen arbitrariæ, nihilominùs appellentur [x]. Cuius rei rationem puto, quia arbitrium iudici ex natura actionis inerat ex accidenti: licet illi fuerit denegatum: quia, putà, res quæ reſtitui debebat, iam interierat [y]. Quorſum enim, tunc arbitraretur iudex,

s l. qui reſtituere in fi. ff. de rei vindicatio. & ſtatim dicam.

t l. arbitrio in prin. ff. de dol. l. ſi cum exceptione. §. hæc autẽ & Perdius ff. quod met. cau.
u d. §. hæc autem & hic.
x l. 2. & § ff. de eo quod cer. lo. d. l. arbitrio. §. j.
y d. l. arbitraria 4 primo.

iudex, rem quæ non eſt, in rerum natura, reſtitui[e]? In actione quoque de eo, quod certo loco, tametſi arbitraria, nonnunquã iudex, neglecto arbitrio, protinus quanti exiſtimauerit actoris intereſſe, cõdemnat[a]; vbi ſcilicet, ſuperuacaneum eſſet, interloquutorio illo arbitrio, vti quod ad explorandam rei voluntatẽ, lex præcedere vult[b]; quia videlicet mora iam contracta, nollet actor pecuniam ſolui, vbi promiſſa eſſet[c]. Alioqui datum eſt etiam, in hac actione iudici arbitrium, vt iubeat reum, pecuniam deſtinato loco ſoluere, eiuſque rei nomine dare fideiuſſores. Cui ſi pareat arbitrio, reus abſoluetur, ſi non paruerit, damnabitur[d].

e *Satisfaciat.* Intra tempus, à iudice præſcriptum[e]. Nam & id arbitrio iudicantis, relictũ intelligi debet[f]: vt pro cuiuſque facultate, illud admoderetur[g]. Alioqui, ſi non ab eo definitum ſit: intra tẽpus quod reis poſt condemnationem indulgeri ſolet[h], quod eſt hodie, quatuor menſium[i].

f *Rem reſtituat.* Veluti in † directa rei
5 vendicatione: in qua reſtituere iuſſus, ſi iudici non paret, quanti actoris interfuerit condemnatur[k]: & ſi dolo fecerit, quo minus reſtituere poſſet: quanti aduerſarius in infinitum iurauerit, ſeruato ſemper iudici arbitrio, refrenandi iuſiurandum[l]: ne hac arrepta occaſione, in immenſum iuretur[m]. Itaque veriſſimum eſt, rei vendicationem, arbitrariam eſſe: cùm & in ea iudicis arbitratu, res reſtituatur[n]. & eam his verbis [*Rem reſtituat*] ſatis exprimat Iuſtinianus[o]. Licet enim in depoſito, commodato, & ſimilibus actionibus, in perſonam, ad rei reſtitutionem agatur[p]: non tamen ad actiones eiuſmodi, quæ bonæ fidei ſunt[q], hæc verba poſſunt referri: cùm iudicia bonæ fidei nequeant arbitraria dici[r]: & ideò à Iureconſultis diſertè ſeparantur[s]. Nec item me mouerit, quod in rei vendicatione, manu militari, res extans à contumace, iudicis officio auferatur[t]. in arbitrariis autem, ſequatur ex contumacia rei cõdemnatio[u]. Nam illud arbitrio iudicis relinquitur, an rem poſſeſſam contumaci auferat, vel deferat iuſiurandum in litem, actori[x].

g *Vel exhibeat.* In actione quoque ad exhibendum, iudici arbitrium commiſſum eſt[y], qui primum rem exhiberi iubet, & ſi non exhibeatur, reum condemnat, quanti petitor in litem iurauerit[z]: vt dubitari nullatenus debeat, quin hæc actio ſit arbitraria: quod & Iuſtinianus diſertè, hoc loco, & paulò pòſt, exprimit.

h *Vel ſoluat.* Huiuſce rei exemplum, ex actione de eo, quod certo loco, quàm commodiſſimè petemus. Etenim ſi agat quis, vt reus loco deſtinato ſoluat, id iudex confeſtim arbitrabitur: cuius iuſſui, & arbitrio ſi non paruerit reus condemnabitur, in id quod actoris intereſt[a]. Quod ſi prius, quàm conueniretur reus, moram contraxerit, non ſoluens conuenio loco, non interponetur arbitrium, ſeu interlocutorius ille iuſſus: ſed protinus actore volente, fiet condemnatio, in id quod actoris intereſt, loco deſtinato ſolutum fuiſſe[b].

i *Ex noxali cauſa.* Verſatur quoque, in actione noxali, iudicis arbitrium[c]. Domi-
6 nus † quippè ſerui qui noxam fecit, æſtimationem damni dare iubetur[d], reſeruata ei facultate, dedendi ſerui pro noxa[e]. Cui ſententię ſi paritum non ſit, damnabitur, in quantum iudex ęſtimauerit damni dati, & impendiorum nomine[f]: vt ridiculi ſint qui cenſent, hãc noxalem actionem, in arbitrariarũ numerum, & ordinem tũc tantùm referendam, cùm ex edicto quod metus cauſa, aut de dolo, intenditur[g], non etiam, vbi ex aliis cauſis, noxaliter agitur, veluti, furti, vi bonorum raptorum, legis Aquiliæ, aut iniuriarũ: quo quid inſulſius, aut magis Iuſtiniani noſtri verbis, & ſententiæ, repugnans, dici poteſt? Nec me mouerit, quod iudicia furti, & vi bonorum raptorum, arbitraria non ſint[h]: Nam fateor, vbi proprio nomine, cõtra aliquem intenduntur: non item, ſi ſeruorum nomine, ex noxali cauſa[i]. Nec item obſtat, quod in tractatu noxalis actionis, arbitri iſtius interloquutorij, ex quo dici arbitrarias actiones probauimus, nuſquam mentio fiat. Nam præterquàm quod, permultis legum contextibus[k], euicimus id falsò tradi, demus verum eſſe. At non ideo minus, Iuſtiniani authoritate, arbitraria dici debet. Nã & Publicianam, in arbitrariarum numerum, refert hic Imperator, cum tamen in toto Publicianæ tractatu, ne ſemel quidem vlla arbitrarij mentio fiat.

k *Seruum dedat.* Hoc dandi ſeruum pro noxa beneficium, dominus à lege accipit[l]: quæ nimis iniquum exiſtimans, ſeruorum nequitiam, dominis ignorantibus, delictũ cõmiſſum, (nam ſi ſcirent, tenerentur quaſi, & ipſi crimen admiſiſſent[m].) vltra illorum corpora, damnoſam eſſe: conſtituit, deditione ſerui noxalis, dominũ liberari[n]. Quam noxę dedendi facultatem, dominus habet, etiam poſt ſententiam[o]: quandiu actione iudicati non conueniatur[p].

l *Condemnari debeat.* Non ergo actio quæcunque, arbitraria dici debet, in qua iuſſus ille iudicis, (quẽ Iuſtinianus hic, cùm Iureconſultis, arbitrium vocat:) interuenit. ſed illa, in qua poſt ipſum arbitrium, litis æſtimatio, iudicis arbitratui relinquitur[q].

m *Iſtæ actiones.* Arbitrariæ, ſcilicet.

n *Publiciana.* Qua rem à non Domino, bona fide, & titulo quæſitam, velut noſtrã,
7 vindicamus[r]. Eam † igitur iudex, reſtitui actori iubebit: abſoluetúrque reus, ſi reſtituat[ſ]. Alioqui manu militari, ſicut in rei vendicatione, res ab eo auferetur: quòd ſi dolo deſierit poſſidere, ſequetur grauis illa condemnatio, quanti in litem actor iurauerit in quantúmque iudex æſtimauerit, ſicut in rei vendicatione, condemnabitur[t]. Huius autem arbitrij, licet nulla prorſus mentio fiat, in tractatu Publicianæ[u]: minimè tamen dubitandum eſt, quin talem iuſſum interuenire oporteat prius, quàm

a l. vlt. ff. [illegible]
b l. [illegible] cum exceptione § j & § nec autem ff. quod metus cauſa
c d. l. 3. § [illegible]
d l. quod [illegible] ff. de eo quod certo loco.
e l. in fraudem § [illegible] ff. de iure fiſci.
f l. j. ff. de iure delib.
g l. debitoribus ff. de re iud.
h l. ſi debitori ff. de iud.
i l. 2. C. de vſur. rei iud.
k l. qui reſtituere ff. de rei vend.
l l. 5. § 1 ff. ad exhiben.
l [illegible] § j. ff. de dolo.
m l. videamus §. fin. & l. [illegible] ff. de [illegible]
n d. l. qui reſtituere l. in prin. & in fi.
o in hoc §.
p l. [illegible] § [illegible] & §. [illegible] commodati [illegible] ff. depoſiti.
q §. actionum [illegible]
r l. [illegible] ff. de eo quod certo loco
ſ l. [illegible] ff. de vſur.
t d. l. qui reſtituere
u l. [illegible] ff. de [illegible] l. arbitrio ff. de dolo.
x l. [illegible] & d. l. qui reſtituere ff. de rei vend.
y l. 3. § ibidem [illegible] § vlt. ff. ad exhib.
z l. vlt. § j. ff. de appel. l. [illegible] § item [illegible] ff. ad eo [illegible] C. [illegible]
a vt hoc §.

b l. 2. in prin. l. 3. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de eo quod certo loco.
c vt hoc §.
d l. j. ff. de noxal.
e l. miles §. decem ff. de re iud. § j. in ſi. de offic. iud.
f l. vlt. ff. de interdic. l. [illegible] §. quod ait Prætor ff. quod vi aut clam.
g l. quod diximus §. j. ff. quod met. cauſ. l. ſi olei § pen. ff. de dolo.
h §. item actio. hoc tit.
i l. vlt. ff. de interdic. & §. decem.
k d. l. miles §. decem ff. de re iud. & l. vlt.
l d. l. miles §. decem.
m l. [illegible] de noxa. l. [illegible] C. illo titu.
n §. [illegible] no xal.
o l. [illegible] ff. de noxal.
p l. item [illegible] §. [illegible] redit ait ff. de petitio. hæred.
q l. ſi cum exceptione §. has [illegible] ff. quod met. ca. l. qui reſtituere ff. de rei vend.
r §. ſed iſtæ vbi dixi ſuprà hoc tit. l. vlt. §. ſi à ſocero ff. que in fraud. credit.
ſ l. qui reſtituere ff. de rei vend.
t [illegible]
u in tit. ff. de Publici. [illegible]

nanciſcatur judex, liberam illam poteſta-
tem æſtimandi, quanti actoris interſit [x].
Nam & in publiciana, eadem omnia Mar-
cellus præcipit obſeruari, quæ in rei vendi-
catione, conſtituta ſunt [y].

o *Hypothecaria.* Per quam creditor pi-
gnora, hypothecáſve contra quemcunque
8 poſſeſſorem, perſequitur [z]. Itaque † primum
iudex poſſeſſori præcipiet, vt creditori rem
pigneratam reſtituat: cuj arbitrio ſi pareat
aut pecuniá creditori ſoluat, reus abſolue-
tur: Alioqui, cùm hæc actio in rem ſit [a], ma
nu militari, res ab eo auferetur [b]: quòd; ſi
dolo deſiit poſsidere, vel ambagibus delu-
ſerit præceptum iudicis, tanti condemna-
bitur, quanti in litem ab actore iuratū fue-
rit [c]: moderando in omnibus arbitrio iu-
dicis iureiurando: ne hac arrepta occaſio-
ne, in immenſum iuretur [d].

p *Quod vi aut metus cauſa.* In hac præ-
ſertim actione, arbitrium primarium iudi
cis, & interloquutorium iuſſum, priuſquá
ad grauem illam quadrupli condemnatio-
nem, deueniatur, præcedere oportere, cum
ex compluſculis iuris locis [e], tum vel maxi-
mè, ex repetita de hac re Vlpiani ſententia
conſtat [f]: idque non tantùm, vbi contra a-
liquem ſuo nomine, ſed etiam ſi nomine
ſerui, qui metum adhibuit, noxaliter inten
datur iudicium [g].

q *Aut dolo malo.* In hac † quoque actio-
9 ne, quam Cicero euerriculum omnium
malitiarum vocauit [h]: iudicis arbitrio, re-
ſtitutionem comprehédi, & niſi reſtitutio
fiat, ſequi condemnationem, quanti ea res
eſt, Paulus luculéter oſtendit [i]. Paulo pòſt
adiiciens, non ſemper in hoc iudicio, arbi-
trium iudici dandum: veluti ſi manife-
ſtum eſt, rem reſtitui non poſſe, quia ſer-
uus dolo malo traditus defúctus ſit: ac pro
inde tunc reus, quanti actoris intereſt, pro-
tinus condemnandus erit [k]. Et hæc vera,
(quod & in actione, quod metus cauſa di
ctum eſt [l]:) non ſolùm vbi quis proprio
nomine ſed etiam ſi nomine ſeruorum qui
dolū cōmiſerunt, noxaliter conueniatur [m].

r *Certo loco.* Qui certo † loco conſtituit
10 pecuniam ſe ſoluturum, ſi promiſsioni nō
ſatisfecerit, arbitraria actione, poteſt etiá
in alio loco conueniri [n], cæterum diuerſi-
modè, quippe contra eum agi poteſt, vt cō
uento loco ſoluat [o], túmque verſabitur ar-
bitrium illud iudicis, & interloquutorium
præceptum, quo, pecuniam ſolui deſtina-
to loco iubebit. Cui arbitrio, ſi vel cautio-
ne data, reus obtemperet, abſolutionem cō
ſequetur [p], ſi verò non pareat reus, quanti
actoris interfuerit cōdemnabitur [q]. Quod
ſi, mora iam contracta, velit actor, qui ſua
fortè intereſſe putat, non amplius loco
conuento pecuniam ſolui, rectà experiri,
in id quod ſua intereſt, pecuniam deſti-
nato loco ſolutam non eſſe, nullo ar-
bitrio iudicis præcedente, reus, quanti
actoris interfuerit, damnabitur [r]. Nec
ideo minùs dicetur actio arbitraria. Quod
enim arbitrium illud, quod definiti-
uam præcedere debet, hoc caſu ceſſet.

x vt hoc §.
y l. cum qui §. ſed & ſi poſſeſſori ff. de Publi-
cia.
z l. ſi eum venditor ff. de eui ctio. l. a. C. ſi vnus ex plurib.
a l. pigno- ris. ff. de pig. § item Ser- uiana hoc tit.
b l. qui re ſtituere ff. de re. vend.
c l. ſi fun- dus. §. in vē- ditione ff. de pigno.
d l. videa- mus § vl. ff. de in lit. iu.
e §. quadru pli. § item actio hoc titu. & hic
f l. ſi eum exceptione §. j. § hæc au tē & §. Pæ- dius. ff. quod met. cauſa.
g l. quod diximus §. j. illo titu.
h Cicero li. 3. de nat. Deo.
i l. arbi- trio in prin. ff. de dol.
k d. l. arbi trio §. j. in fi ne.
l l. quod diximus. §. j. ff. quod metus cau- ſa.
m l. ſi oleū §. pe. & l. ſi quis affir- mauerit §. pe. ff. de do lo.
n l. vnica. C. vbi cōue. qui cert lo. l. ſi duo § j. ff. de conſt. pec.
o l. j. l. 4. ff. de eo quod cer. loc.
p l. quod ſi Epheſi §. j. ff. de eo quod cert. loc.
q d. l. j. §. fin. eam l. ſeq.
r l. ſi heredi l. in bo- næ fidei & d. l. j §. fin. ff. de eo quod cer. lo.

contingit, ex accidenti, & quadá veluti ne-
ceſsitate [s], quam non tam ſpectare debe-
mus, quam actionis propoſitæ naturam, in
qua vt probauimus, hoc iudicis arbitrium,
proculdubio verſatur [t].

ſ j *Ad exhibendum.* Quomodo in hac actio-
ne iudicis arbitrium verſetur, & cur in or-
dinem arbitrariarum, referatur, iam ante
dictum eſt.

t *In his enim.* Ratio cur iſtiuſmodi actio-
nes, arbitrariæ dicantur, hoc eſt ex arbitrio
iudicis pendentes. Hinc auté, & ex ſequen-
tibus verbis, obſerua non omnes actiones,
ob rei contumaciam, arbitrarias dici poſ-
ſe [u]. (quod tamen plerique falsò autumāt)
ſed illæ duntaxat, quæ hic recenſentur, &
illis ſimiles, in quibus nimirū iudex, priuſ-
quàm negotium definiat, interloquendo
arbitratur, quēadmodum actori ſatisfieri
debeat: cuius arbitratui, ſi nō pareatur, gra-
uis ſequitur condemnatio, in quantū etiam
ab actore iuratum ſit [x]. Quod autem non
11 pauci, ex Iuſtiniano obiiciunt, † omnia iu-
dicia abſolutoria eſſe, hoc eſt arbitriū iu-
dici datum, abſoluere reum, qui ante con-
demnationem actori ſatisfecit [y], non val-
de ad rem mihi pertinere videtur. Siqui-
dem eiuſmodi ſatisfactio, non procedat ex
iudicis arbitrio, (quod nos exigimus, vt a-
ctiones arbitrariæ dicantur [z]:) ſed ab vl-
tronea rei voluntate, bonam fidem agno-
ſcentis. quo caſu, *Officio iudicis* (inquit Iu
ſtinianus) *conuenit, eum abſoluere, & pœni
tenti parcere* [a].

u *Cæteris ſimilibus.* Qualis eſt, † rerū amo-
12 tarum actio, quæ cùmprimis ſtricti iuris
eſt [b]: & in ea, ſi arbitrio iudicis mulier res
amotas non reddat, æſtimatio à iudice fa-
ciunda eſt, quanti vir in litem iurauerit [c].
Ad hanc quoque ſpeciem referri poſſe vi-
detur actio in factum de Publicanis: quæ
ſtricti iuris iudiciis dubio procul annume
ratur [d]: in qua præterea, reſtituta re ſurre-
pta, dupli pœnam publicanus euitat [e].
Fauiana item actio, poteſt in hunc nume-
rum reponi: cùm & ſtricti iuris ſit [f]: & in
ea ſi res non reſtituatur, tanti condemne-
tur reus, quanti in litem ab actore iuratum
ſit [g]. Deinde Pauliana, per quam reus iu-
dicis arbitrio, cogitur reſtituere: & ſi reſti-
tuerit, abſoluitur contrà; ſi cōtumax fue
rit cōdemnatur, quanti actoris intereſt [h].
Interdicta quoque reſtitutoria, iudiciis ar-
bitrariis annumerantur [i]: vtpote ex qui-
bus, niſi iudicis arbitratu res reſtituatur,
ſequatur condemnatio inquantum iudex
æſtimauerit [k]. Denique actio confeſſoria,
qua agitur de pariete reficiendo. Iubetur
enim aduerſarius, rem ipſam præſtare, hoc
eſt idoneum parietem, aut cautionem: cui
præcepto ſi paruerit, abſoluetur. Quòd ſi
neque rem præſtet, neque cautionem, tanti
condemnabitur, (inquit Paulus) quanti
actor in litem iurauerit [l].

x *Permittitur iudici.* Vnde iura, quæ in iis
actionibus dicunt, tanti damnari reū con-
tumacē, quanti ab actore in litem iuratum
ſit [m], ſaluo ſemper iudicis arbitrio, & taxa-
tione

s l. arbitrio §. j. in fi. ff. de dol.
t d. l. quod ſi Epheſi § j.
u §. item a- ctio. de eo q me. cau.
x l. arbitrio §. j. ff. de dol. l. qui reſti- tuere ff. de re vend.
y § vlt. de perpe. & tēp. actio.
z vt ho: §.
a d. § vlt.
b §. actionū ſupra hoc ti tulo.
c l. ſi cū dos §. vlt. ff. re. amota.
d d. §. actio num
e l. j. & l. hoc edicto in prin. ff. de publica.
f d. §. actio- num.
g l. emetur in §. ff. ſi quid in fraud. patro.
h l. ait Præ- tor §. per hac l. vlt. §. ſi à tuo in. ff. quæ in fraud. cred.
i l. qui re- ſtituere in fi. ff. de re. vēd. & l. vlt. ff. de interdic.
l l. harum ff. ſi ſeruit. vendic.
m l. qui re- ſtituere ff. de rei ven l. d. l. ſi cū dos §. & d. l. tene tur in fi. ff. hasuum.

a l. arbitrio §. j. ff. de do lo. l. j. §. j. ff. ad exhib.
a l. videamus §. iurari l. in actionibus ff. de in lit. iur.
p l. ideo ff. de eo quod cer. loc.

tione accipi debent[n]: ne alioqui hac arrepta occaſione, in immenſum iuretur[o]. Itaque rectè dicit hîc Iuſtinianus, permitti iudici, qui rerum circunſtantiis diligenter perpēſis, ex bono & æquo æſtimabit, quēadmodum actori ſatisfieri debeat[p].

y *Ex bono & æque.* Hoc eſt, non ex ſtricta iuris ratione, & legum præſcripto: ſed quatenus illi neglecto ſubtili iure bonum, & æquum viſum fuerit.

z *Oporteat.* Ex quo priori iudicis præcepto de re, putà, reſtituenda reus non paruit.

§. Curare.

Curare[a] autem debet index[b], vt omnino quantum poſsibile ei ſit[c], certa pecunia[d], vel rei[e] ſententiam ferat[f]: etiamſi de incerta quantitate[g], apud eum actum ſit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Sententia certa ferri debet.*
2 *Incertitudo ſententiæ quando permiſſa.*
3 *Certum quid.*
4 *Sententia conformis libello.*

a Curare. Quoniam docuit Iuſtinianus in bonę fidei iudiciis, liberam eſſe iudici poteſtatem arbitrandi, quemadmodum actori ſatisfieri debeat[a]: Nec diuerſum paulò poſt reſpōdit in actionibus arbitrariis[b]. Hoc loco admonet iudicem, ne hac collata ſibi à lege poteſtate abutatur, & laſciuiat, vt omnino curet certam proferre ſententiam. Quippè iudicis proprium eſt, lites dirimere[c], & ſua ſententia controuerſiis imponere finem[d]. Non autem componit litem, ſed magis litem, de lite, ſerit, qui profert ſententiam obſcuram, incertam, vel ambiguam.

a §. in bonæ fidei ſupra hoc tit.
b §. præcedenti in fin.
c l. quidam æſtimauerunt ff. de reb. cred.
d l. idem Pomponius §. recepiſſe ff. de arbi. c. ſiné de dol. & contu.

b *Iudex.* Arbitérve. Nam apud Vlpianum, Pomponius reſpondit: arbitrum, inutiliter ſententiam incertam dicere veluti: *Quantum ei debes redde[e].* Et arbitria, ad ſimilitudinem iudiciorum redacta[f], ad finiendas lites pertinent: pollicetúrque arbiter, iudicis exemplo, ſe finem controuerſiis, ſua ſententia impoſiturum[g]: finem verò litibus non imponit: vt diximus, ſed magis lites conſerit, qui vel ambiguás, vel incertas fert ſententias.

e l. quid tamen §. pe. ff. de arbit.
f l. j. ff. illo tit.
g d. §. recepiſſe.

c *Quantum poſsibile ei ſit.* Nam† ſi fieri
1 non poteſt, vt certam iudex proferat ſententiam, non vult lex eum ad impoſsibile ligari[h]. Veluti ſi de obligatione generis actum eſt, quia homo generaliter promiſſus ſit: aut de obligatione diſiunctiua, quia
2 Stichus aut Pamphilus debeatur: † in genere quoque vel diſiunctiuè condemnabit[i]: ne ſi ad ſpeciem deueniat, iniuriam irroget reo, qui in iſtiuſmodi obligationibus, electionem habet[k]. Idem dicendum, ſi dominum ſerui noxalis, iudex aut damni æſtimationem, aut ſeruum noxæ dedere condemnet[l]: ne ſi ſimpliciter litis æſtimationem dare iubeat, velle videatur auferre legis beneficium[m].

h l. vl. ff. quæ ſen. ſine app. reſcind.
i §. huiuſmodi ſupra hoc tit. l. eum §. vl. ff de condic. indebi. ſeruíque §. vl. ff. de iur. dot.
l §. j. in fi. de offi. iud.
m l. miles. §. decem ff. de re iud.

d *Certa pecuniæ.* Hoc eſt quantitatis, ſi de quantitate actum ſit.

e *Velrei.* Hoc eſt ſpeciei, ſi de ea agatur.
3 Certum porrò† in ſententia dicitur exprimi, quòd per ſe, licet non habeat certitudinem, habet tamen per relationem ad aliud: veluti ad acta[n], aut teſtamentum, vel codicillos[o]. Et ideò valet ſententia, *Solue, quod petitum eſt*, aut, *quantum petitum eſt*: modò actor ſummam in petitione expreſſerit[p]. Idémque ſi iudex, ſic condemnet. *CAI, quod habes ex teſtamento, vel codicillis Meuij, reſtitue Titio*, dum appareat poſteà certa quantitas teſtamento, vel codicillis relicta[q]. Vulgò quippè dicimus, pat eſſe aliquid per ſe certum, vel per relationem ad aliud[r]. Certam quoque dicimus ſententiam pro natura negotij: tametſi prima fronte, nobis incertitudinem continere videatur: veluti ſi hominem, qui in genere promiſſus erat, ſimpliciter dati iudex iubeat. Aut Stichum, vel Pamphilum, (cū diſiunctiuè eſſent in obligatione) aut decem, vel ſeruum noxæ dedere[ſ]: cùm iſtiuſmodi ſententiis ſatis definiatur, quod in controuerſia poſitum erat.

n l. j. C. de ſent. quæ ſine cer. quāti pro.
o l. ait Prætor §. j. ff. de re iud.
p l. in ſūmæ in prin. ff. de re iud. & l. j.
q d. l. ait Prætor §. j.
r l. hæc venditio §. pe. ff. de cont. empt. l. aſſiduo ff. de bær. inſt. l. vbi ff. de verb. oblig.
ſ §. j de offic. iud.

f *Sententiam ferat.* Condemnando, vel abſoluendo[t], idque purè, non ſub cōditione[u]: alioqui in pendenti eſſet iudicium, & incerta ſententia[x]: cùm conditio ſuſpendat actum[y]. Qua de re diffuſiùs alibi dixi[z].

t l. j. ff. de re iud.
u l. j. §. biduum ff. quand. app. ſit.
x l nō quemadmodum ff. de iud.
y l. cū ad præſens. cū ſeq. ff. ſi cer. pet.
z l. ſeruitutes l. aſſ. r4. ff. de ſeruitutib.

g *Etiamſi de incerta quantitate actum eſt.* Veluti in id, quod intereſt, ſimpliciter[a]. Aut quia filius petit legitimam[b]: vel agitur de incerta quantitate, ex aliis cauſis, ex quibus propter naturam obligationis, cōceſſum eſt, petitione incertā vti. Nam regulàriter libellus, certam non continens petitionem, non admittitur[c]. Sed & eo caſu, quo de incerta quantitate actū eſt, certam debet iudex proferre ſententiā: ſi hoc in eius poteſtate poſitum ſit: Alioqui litis condemnationem ſequi neceſſum habet, vt in obligatione generis, & diſiunctiua oſtendimus[d]. At verò dixerit quiſpiam: Si actor in libello, quantitatem incertam cōplexus eſt, qui fieri poteſt, vt iudex certam ferat ſententiam? Cùm conſtet iudicem, nil poſſe, vltra id; quod in iudicium deductum eſt[e]: & ſtultum eum iudicem dicat Iuſtinianus; qui in aliud condemnat, quàm petitum ſit[f]? Reſpondeo, non ideo ſententiam à libello diuerſam eſſe; quod petitio incerta, per eam certior, & clarior fiat[g]. Sicuti nec qui excutit ſpicás, nouam frumenti ſpeciē facit, ſed eam quæ in obſcuro erat, detegit[h]. Etenim actor vtcunque incertam exprimat quātitatem, ad id tamen, re vera quod ſibi debetur, agit[i]. Iudex autem in id quod debitum apparet,
4 reum condemnat: vt meritò † ſemper dicatur, libello conformis ſententia, nec aliud quàm fuerit petitum continere.

a l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo.
b l. ſi quis in ſuo C. de inof. teſta.
c l. ſi in re ff de rei vē. l. j. ff de edend. & l. j. & 2. de lib. obla.
d §. huic autem infra hoc tit.
e l. vt fundus ff. cō. diuid.
f l. vlt. C. de fideico. liber.
g vt hoc §.
h l. adeo. §. cum quis in ſin ff. de acq. rer. do.
i §. j. hoc tit.

§. Si quis agens.

Si quis [a] agens [b], intentione [c] ſua, plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat, cauſa cadebat [d], id eſt rem amittebat. Nec facile in integrum reſtituebatur à Prætore [e], niſi minor erat XXV. annis. Huic enim ſicuti in aliis cauſis [f], cauſa cognita [g], ſuccurrebatur: ſi lapſus iuuentute [h] fuerat, ita ei, & in hac cauſa [i] ſuccurri ſolitum erat. Sanè ſi tam magna cauſa iuſti erroris, interueniebat, vt etiam conſtantiſſimus quiſque labi poſſet: etiam maiori XXV. annis ſuccurrebatur: veluti ſi quis totũ legatum petierit, poſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam aliis legata data ſint: quæ efficiebant, vt plus petiiſſe videretur, petitor quàm dodrantem: atque ideo, lege Falcidia legata minuebantur [k].

SVMMAE RERVM.

1 *Cauſa cadendi ſuperſtitio.*
2 *Plus petere coram arbitris.*
3 *Cauſa cadere.*
4 *Plus petens quando cauſa cadat.*
5 *Falcidia ipſo iure minuit.*

a 1 SI quis. Fuit olim hæc veterum †ſuperſtitio: vt qui in actione inſtituenda, vel verbo lapſus eſſet, caderet cauſa, hoc eſt rẽ vere debitam amitteret. Cuius ſuperſtitionis, veſtigia quædam apud Britannos, quos nunc Anglos dicimus, adhuc reſident: qui nonnunquam totum inſtrumentum reiicere ſolent, ſi cognomen aliquod, vel vna tantùm litera, ſecus ſcriptum fuerit, quàm oporteat.

b 2 *Agens.* In iudicio. Nam †ſi coram arbitris plus petierat agens, cauſam nõ perdebat. vt Cicero diſertè ſignificat [a]. Pecunia, inquit, tibi debebatur certa, quę nunc petitur per iudicem, in qua legitimæ partis ſpõſio facta eſt. Hic tu ſi ampliùs H-S. nummo petiiſti, quàm tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti propterea quod aliud eſt iudicium, aliud arbitrium: iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitriũ incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totã litem, aut obtineamus, aut amittamus: Ad arbitriũ, hoc animo adimus: vt neque nihil, neque tantùm quãtum poſtulauimus, cõſequamur. Hanc autem notam H-S. ſeſtertiũ numũ apud M. Ciceronem ex Voluſij Mætiani Iuriſconſul. libro ſingulari diſtributionũ intelligas.

c *Intentione.* Hoc eſt petitione ſua, quam libellum vocamus [b]. à verbo intendere, quod in iure noſtro, poni ſolet pro eo, quod eſt petere in iudicio [c].

d *Cauſa cadebat.* Id eſt, †inquit Iuſtinia-
3 nus, rẽ amittebat. Ita ius ciuile, inquit Cicero, habemus conſtitutum, vt à cauſa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit [d]: frequentius tamen dicitur cadere cauſa. Si turpe exiſtimas, inquit Cicero, te aduocato, illum ipſum quem contra veneris, cauſa cadere [e]. Et ad Trebatiũ, quod ſi ſcribere obitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent [f]. Porrò noua Iu-
4 ſtiniani lege [g], vno duntaxat caſu, †plus petens cauſa cadit: cum videlicet, pluris cautionem, dolo exegit: & ſuper pluris petitione, litem eſt conteſtatus. Qua de re, diffuſiùs infra [h]. Sed & Claudium Cæſarẽ legimus, ex bono, & æquo, iis actiones reſtituiſſe, qui plus petendo, iure agendi excidiſſent [i]. Ad hæc Cicero atque etiam, ante iudicium, de conſtituendo ipſo iudicio, contentio eſſe ſolet: cum aut ſit ne actio, illi qui agit, aut iámne, aut núm iam, eſſe deſierit: aut illáne lege, his ne verbis, ſit actio, quæritur. Quæ etiam, ſi antequàm res in iudicium veniat, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta, non ſunt, tamen in ipſis iudiciis, permagnum habent ſæpe pondus, cum ita dicitur plus petiiſti, ſero petiiſti, non fuit tua petitio, nõ à me, non hac lege, non his verbis, nõ hoc iudicio [k].

e *A Prætore.* A quo omnes, in integrum reſtitutiones, cauſa cognita procedunt. Scilicet, inquit Modeſtinus, vt iuſtitiam earum cauſarum examinet, an veræ ſint, quarum nomine ſingulis ſubuenitur [l].

f *In aliis cauſis.* Solet minoribus XXV. annis, ſui facilitate læſis, vel alterius dolo circumſcriptis, per in integrum reſtitutionẽ, ex æquiſsimo Prætoris edicto ſubueniri, Etiam in iudiciis, ſiue dum agant, ſiue dũ conueniantur, capti ſint [m].

g *Cauſa cognita.* Neque enim temerè lex minoribus ſuccurrit: ſed cauſa cognita [n], ſi videlicet præſentibus aduerſariis, aut per contumaciam abſentibus graui dolo aduerſarij, aut magna ſui negligentia, & facilitate, circumuenti probentur [o].

h *Lapſus iuuentute.* Hoc eſt iuuenili leuitate, & inconſultæ ætatis temeritate ductus [p].

i *Et in hac cauſa.* Nam & in iudiciis, minoribus ſubueniendum, ſiue agendo, ſiue defendendo, circumuenti ſint, Vlpianus reſpondit [q]: adeò quidem, vt ſi quaſi contumax, damnatus ſit, in integrum reſtitutione iuuetur [r].

k *Legata minuebantur.* †Ipſo iure, ſcili-
5 cet, Quippè conſtat, legata quæ ſuprà dodrantem hæreditatis, relicta ſunt, per legẽ Falcidiam, ſtatim, & ipſo iure minui [s], & in eam cauſam eſſe, quaſi nec relictum eſſet, quod egreditur dodrantem [t].

a Cicero pro Q. Roſcio.
b l. ſi quis intentione. ff de iudi. l. generaliter. ff. de excep. §. ſeq. verſ. loco & §. ſi minus.
c § omniũ §. ſi quis a. ſed hoc et
d Cicero 2. de inuentione.
e Cicero pro Murena.
f Cicero li. 7. Epiſtol.
g L. vnic. C. de plus pe.
h §§. ſeqq.
i Suetõ. in Claudio.
k Cicero in partitionibus.
l l. 1. §. ff. de reſtitut. in integ.
m l. 1. l. ait Prætor §. non ſolum ff. de mino. rib.
n L. verum §. ſciendum ff. de minorib.
o l. nam poſtea § ſi minor ff. de receptur. l. in cauſę §. cauſa l. quod ſi minor §. 3. ff. de mino.
p d. L. verũ § ſciendum d. l. quod ſi minor § 3.
q d. l. ait Prætor §. non ſolũ. 3.
r l. minor etiam ff. de mino.
s l. pen. C. ad leg. Falc.
t l. 1 § ſi quis ff. quo legato.

§. Plus autem.

Plus autem [a], quatuor modis petitur: re, tempore, loco, & cauſa. Re, veluti ſi quis pro decem aureis, quæ ei debebantur, viginti petierit. Aut ſi is cuius ex parte res eſt, totã eã, vel maiorẽ partẽ ſuã eſſe intẽderit. Tẽpore, veluti ſi quis ante diẽ [b], vel ante cõditionẽ [c] petierit. Qua enim ratione [d], qui tardius ſoluit, quã ſoluere deberet, minus [e] ſoluere intelligi

intelligitur: eadem ratione, qui præmaturè petit, plus petere videtur. Loco plus petitur; veluti cum quis id quod certo loco, ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione illius loci[f] in quo ſibi dari ſtipulatus eſt: verbi gratia ſi is qui ita ſtipulatus fuerit, Epheſi dare ſpondes? Romæ, purè intendat[g], dari ſibi oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia vtilitatem quam habet promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, adimit ei pura intentione[h]: propter quam cauſam, alio loco[i] petenti, arbitraria actio[k] proponitur, in qua ſcilicet, ratio habetur vtilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopondit. Quæ vtilitas plerunque in mercibus, maxima inuenitur: veluti vino, oleo, frumento, quæ per ſingulas regiones, diuerſa habent pretia[l]. Sed & pecunia numerata, non in omnibus[m] ſub eiſdem vſuris[n] fænerantur. Si quis tamen Epheſi petat, id eſt eo loco petat, quo vt ſibi detur, ſtipulatus eſt: pura actione[o], rectè agit[p]: idque etiam Prætor monſtrat ſcilicet, quia vtilitas ſoluendi, ſalua eſt promiſſori.

SVMMÆ RERVM.

1 *Dies pars obligationis.*
2 *Plus petens cauſa cadit.*
3 *Petens ante conditionis euentum.*
4 *Argumentum à contrariis.*
5 *Bis dat qui cito.*
6 *Arbitraria actio ex loco.*
7 *Vſuræ quadrantes Semiſſes, & centeſimæ.*

a P*Lus autem.* Quia præcedenti contexto, docuit Iuſtinianus, pœnam plus petentis eſſe, vt cauſa cadat: hoc eſt omni actione excluſus, rem amittat: hic percommodè tractat, quot modis dicatur quis plus petere.
b *Ante diem.* † Cùm enim dies ſicuti quan-
1 titas, pars ſit obligationis[a]: ſicuti maiorem quantitatem petens, quam re vera debeatur, plus petere dicitur: ita qui ante diē
2 † petit[b], ac proinde lege xij. tabularum, cauſa cadebat, hoc eſt, actione excludebatur creditor, qui ante diem agebat[c]: non quidem ſtatim, cum primùm agere cœperat. Tunc enim illi exceptione pacti dilatoria, à Prætore impetrata, *cuius pecuniæ dies non veniſſet*, repellebatur. Cæterùm adueniente die, ſi pergebat agere creditor, peremptoria exceptione ex lege xij. tabularum excludebatur. Quod cum plus tempore petiiſſet, ipſo iure cecidiſſet cauſa[d]. Sed ad perfectam antiquitatis cognitionem, Ciceronis verba ſubſcribamus. Quid his paucis diebus, inquit, nónne nobis in Tribunali Q. Pompeij, Prætoris vrbani, familiaris noſtri, ſedentibus, homo ex numero diſertorum, poſtulabat, vt illi vnde

a l.j.§.j.ff. de edend.
b l.continuus §.cum ita ad fi. ff. de verbo. obliga.
c §.præcedenti.
d §.appellantur de exceptio.

T.de actionib.

peteretur, vetus atque vſitata exceptio, daretur. *Cuius pecuniæ dies non fuiſſet* quod petitoris cauſa, comparatum eſſe, intelligebat, vt ſi ille inficiator probaſſet iudici, ante petitam pecuniam eſſe, quàm eſſet cœpta deberi, petitor rurſus cum peteret exceptione excluderetur: quod ea res in iudiciū ante veniſſet[e]. Hactenus Cicero.
c *Ante conditionem.* Incertam. Qualis illa
3 eſt, *Si nauis ex Aſia venerit.* Secus † ſi conditio certa fuerit, hoc eſt omnino extitura. qualis, *Si intra calendas, cœlū digito non tetigeris.*[f] Cùm obligatio tunc pura, intelligatur[g], atque ideò protinus agi poſsit[h]. Incerta porrò conditione pendente, quia nihil adhuc debetur, ſed ſpes eſt tantùm debitum iri[i]: neque obligatio vlla, neque actio, nata eſt[k]: vt non dubium ſit, quin ante conditionem petens, plus petere dicatur[l]. Sed tamen hic non cadebat cauſa: quippè eueniente poſtea conditione, rurſus agere poterat[m]. Cui non poterat eſſe impedimento, quæ proceſsit de facto petitio. Cùm enim nihil vt dixi, interim deberetur[n], nihil conſumi quoque potuit aut amitti, ante conditionem petendo[o]. Ac proinde nec ei rurſus agenti, & nouo iure ſubnixo, rei iudicatæ exceptio obſtabat[p]. Secus autem diximus, in eo qui ante diem petit: cùm iam cœpiſſet deberi pecunia, licet necdum dies petitionis veniſſet[q]: vt mirum prima fronte videatur, cur Iuſtinianus hic, has obligationes in diem, & ſub conditione, naturæ in propoſito diuerſæ, coniunxerit: niſi id ab eo factum dicamus, quod pœna Zenonianæ conſtitutionis, quæ ſola hodie contra plus petentes, exercetur: vtroque caſu pariter locum
d habeat[r].
4 *Qua enim ratione.* Argumentatur † hic Iuſtinianus, ab oppoſitis, & contrariis. Qui ratiocinandi modus, non ſolùm in iure noſtro frequens, & fortiſsimus habetur[ſ]: ſed in cæteris etiam diſciplinis. Illud perſpicuum eſt, (inquit Cicero) rerū omnium in contrarias partes cognitionem ex iiſdem ſuppeditari locis[t]. Et alibi, Contrariorum, contraria ſunt conſequentia[u].
e *Minus ſoluere.* Plurimùm è ſolutione, temporis lapſum detrahere, iuris authores, non vno in loco ſignificant. Minus ſoluit inquit Vlpianus, qui tardius ſoluit. Nam tempore minus ſoluitur[x]. Et ſolidum ſolui negat Caliſtratus, cùm tardiùs ſoluitur[y]. Deinde Iuſtinianus, plus eſt (inquit) ſtatim dare: minùs verò, poſt tempus dare[z]: & frequentatum eſt ex Seneca diuerbium il-
5 lud, † *Bis dat, qui cito dat*: & tardum beneficium, ingratum eſſe. Vnde Auſonius noſter.
Si bene quid facias, facias cito: Nā cito factū,
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.
f *Sine commemoratione illius loci.* Hoc eſt, nulla reo conuento delata conditione ſoluendi, eo loco quo promiſſum eſt: quod detracto loco, experiri dixit Vlpianus[a]. Et paulò pòſt Iuſtinianus purè intendere vocat.

e Cicer. lib. j. de oratore.
f l.in illa ff. de verbo. obliga.
g l.ſi pupillus §.j ff. de nouationibus ne ceſſario ff. de pericul. rei vend.
h l.impoſſibiles in fi. & d. l.in illa ff. de verbo. obliga.
i §.ex conditionali de verb. obli.
k l.cedere diē ff. de verbo. ſignif.
l l.quinquam do §.hi.ff. ad Velleya.
m l. hoſt §.pe.ff. ędil. edic.
n l.grege §. fin. de vign.
o d.l.cedere diē §.ex cō ditionali.
p l.ſi mater §.eadem ff. de excep. rei iud.
q l.pen. C. quand. dies leg. d.l.cedere
r §.& hæc quidem vbi dicam infrà, hoc tit.
ſ l.j.§.huius rei ff. de, offi. eius l.& ſi contra. a l.ilb de vulgar. l.vit.§ vlti.ff. de leg. iij.
t Cicero lib. ij. de oratore.
u Cicer. iij. Tuſcula.
x l.ſi cui §. vlti.ff. de verbor ſignif.
y l.ſolidū ff. de ſolutio.
z §.antepenul. de fideiuſſo.
a l.ij.§.vlti. ff. de eo quod cert. loco.

g *Purè intendat.* Detracta ſcilicet, loci mẽtione, vt iam adnotauimus.

h *Pura intentione.* Hoc eſt ſimplici, & abſoluta petitione: qua videlicet, nullam facit, adiecti loci commemorationem: nec offert ſe habiturum rationem eius, quod rei intereſſet, alio loco ſoluere.

i *Alio loco.* Quàm conuento, & ſolutioni deſtinato.

k *Arbitraria actio.* Vbi † certo loco, pe-
6 cuniam debitor ex conuentione, ſoluere debet, ſi nõ ſatisfaciat, arbitraria actione, creditor aduerſus eum, in alio loco, vti poteſt [b]: in qua ratio habetur eius, quod creditoris intereſſe poteſt, pecuniam ſuo loco ſolutam non eſſe [c]. E diuerſo, ſi creditor, nulla mora per debitorem adhuc contracta alio loco peteret: arbitraria quoque actio reo proponitur in qua pariter, illius vtilitatis ratio habetur, quæ ipſi debitori, competitura fuiſſet, ſi ſuo loco, pecunia fuiſſet exacta [d]. Arbitraria enim actio, inquit Vlpianus, vtriuſque vtilitatem, tam actoris, quàm rei, continet [e].

b l. vnic. C. vbi conue. qui cert. loc.
c §. præterea vbi dixi ſupra hoc tit.
d l. 1. § vlt. ff. de eo quod cert. loc. & hic.
e l. 2. in prin. ff. de eo quod cert. loc.

l *Diuerſa habent pretia.* Varia rerum eſſe pretia per ſingulas ciuitates, & regiones, præſertim vini, olei, & frumenti, Caius oſtendit [f]. Et nonnullam pretij varietatem (inquit Paulus) loca, temporáque, adferunt [g]. Neque enim tantidem Romæ, vt in Hiſpania, oleum æſtimatur: nec continuis ſterilitatibus tantidem, quanti ſecundis fructibus.

f l. ideo ff. de eo quod cert. lo.
g l. pretia rerum §. vlti. ff. ad leg. Falcid.

m *In omnibus.* Locis.

n *Sub eiſdem vſuris.* Alijs quippè locis, pecuniæ, leuioribus vſuris, alijs grauioribus, inueniuntur [h], Vt modum vſurarũ, ex more regionis, in iudicijs bonæ fidei conſtituendum, cenſeant Iuriſconſulti [i]. Romæ
7 vbi † magnus erat fœneratorum numerus, vſuræ quadrantes, vſitatiſsimæ fuerũt: cùm in centenos aureos, videlicet annuè terni, præſtabantur. Sic dictæ, quòd ea eſſet quarta centeſimæ pars. In prouincijs verò, vbi rari erant qui fœnus exercerent, Semiſſes hoc eſt ſeni aurei, aut numi, pro vnoquoque centenario [k]. Quàuis vtrobique, nõnunquàm grauiores, & aliquãdo leniores, frequententur [l]. Omnium tamẽ maxima, grauiſsimáque fuit, centeſima [m] (quæ ſcilicet, centeſimo menſe, ſortem æquabat: in centenos nimirum aureos, ſingulis menſibus, aureũ vnum dependens [n]) præterquàm in nautica pecunia, ex qua pro duobus commeatibus, pro traiectu videlicet pecuniæ & mercium retrò importatione, ex ea pecunia comparatarum, duę centeſimæ, non vltra, poterant deberi [o].

h d. l. ideo in fin.
i l. 1. ff. de vſur. l. tutor qui §. ſed & ſi ff. de admi. tuto. apud Iulianum §. 1. ff. de lega. 1.
k Theophilus.
l d. l. tutor, qui §. ſed &
m l. qui ſine ff. de nego. geſt. d. l. tutor. §. ſed & ſi.
n Budæ. l. nihil intereſt ff. de damn. infecto. Alciatus libro De ſpundio. 3. c. 1.
o l. 1. l. nihil intereſt verſ. pe. ff. de nau. fœno.

o *Pura actione.* Id eſt ſimplici, & abſoluta petitione: quæ videlicet, nullius loci commemorationem faciat.

p *Rectè agit.* Cùm deſtinatum ex conuentione locum, ſequatur.

§. Huic autem.

Huic autẽ [a], qui loco plus petere intelligitur proximus eſt [b], is qui cauſa [c] plus petit: vt ecce ſi quis ita ſtipuletur à te hominem, Stichum, aut x. aureos, dare ſpondes? deinde alterum petat, veluti hominem tantùm, aut decẽ aureos tantùm. Ideò autem plus petere intelligitur, quia in eo genere ſtipulationis [d], promiſſoris eſt electio [e]: vtrum pecuniam, an hominem ſoluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm, vel hominem tantùm ſibi dari oportere, intẽdit, eripit electionem aduerſario: & eo modo, ſuam quidem conditionem meliorem facit aduerſarij verò ſui deteriorem. Qua de cauſa, talis in ea re prodita eſt actio, vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos x. ſibi dari oportere, id eſt, vt eodem modo peteret [f] quo ſtipulatus eſt. Præterea ſi quis generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat, aut generaliter vinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Campanum [g] petat: aut generaliter purpuram [h] ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam [i] petat, plus petere intelligitur [k]: quia electionem aduerſario tollit, cui ſtipulationis iure liberum fuit, aliud ſoluere, quàm quod peteretur. Quinetiam licet viliſſimum [l] ſit, quod quis petat, nihilominùs plus petere intelligitur: quia ſæpe accidit, vt promiſſori facilius ſit, illud ſoluere, quod maioris pretij eſt.

SVMMÆ RERVM.

1 *Proximus.*
2 *Cauſæ verbum.*
3 *Diſiunctiua confert electionem debitori.*
4 *Vinum Campanum.*
5 *Campania regio.*
6 *Purpura.*
7 *Tyria.*

a HVic autem. Expoſitis tribus illis: primis, plus petitionis membris Re, Tempore & loco, aggreditur poſtremũ Iuſtinianus, quod cauſa dicitur.

b *Proximus eſt.* † Hoc eſt valde ſimilis,
1 nec ab eo admodũ differens. Vnde Philto Plautinus ſenex, ad Lesbonicum adoleſcentem:

Semper tu facito, hoc Lesbonice cogites,
Id optumum eſſe, tute vt ſcis optumus: ſi id ne
quiueris ſaltem vt,
Optumis ſis proximus [a].

c *Cauſa.* † Cauſę generale verbum, ad o-
2 mnes actus, ciuiles, & criminales, iudiciarios, & extraiudiciarios pertinens [b]: Ex ſubiecta materia, declarandum eſt: quo ſenſu, vox tam latè patens, reſtringi debeat [c]. vt & hic coarctatur, cauſæ appellatio: vt modum obligationis ſignificet [d], quo aliter, quàm re, tempore, & loco, poteſt rei conditio, deterior fieri: quamuis hæc omnia, cauſæ, verbo contineri ſatis conſtet [e].

a Plau. in Trinumo
b argu. ſuper quæſtioni. de offic. de leg. c. forma. de verbo. ſignif.
c l. cauſas C. de tranſactio.
d l. obligationũ. §. modus ff. de actio. & obliga.
e l. grecè §. illud ff. de fideiuſſo.

d *In eo genere ſtipulationis.* Vbi videlicet illa, aut illa res, diſiunctiuè promiſſa eſt

e *Promiſſoris eſt electio.* Frequentata in
3 iure regula, † in diſiunctiuis ſeu (vt vocãt) alternatiuis

alternatiuis,vbi illud:aut illud promiſſum eſt;rei electinnè eſſe, vtrum præſtare maluit[f]. Quandiu ſcilicet, vtraque res extat. Nam altera perempta,extinguitur electio, ne ſit in arbitrio promiſſoris, an debeat[g]: tametſi & eo caſu,re citra culpam, & dolum eius, perempta detur ei facultas ſoluendi,extinctæ rei æſtimationē[h]. Quamuis enim ſolā res,quæ extat in obligatione,ſit,hoc eſt verè debeatur[i]:rei tamen interemptæ pretium, ſolui poteſt[k]. nec nouum, aliud eſſe in obligatione, & aliud in ſolutione[l].Rurſus hanc regulam, hic ex Iuſtiniano interpretamur, in hoc genere obligationis,vbi ſcilicet,res,vel quantitas diſiūctiuè promiſſa eſt.Nam in alternatione locorum,electio creditori tribuitur: ne ſit in poteſtate rei,alium locum ſemper eligentis obligationem deludere[m].

f *Eodem modo peteret.* Id eſt diſiunctiuè, & ſub alternatione.Et ita toleratur incerta petitio,ex neceſſitate:cum non ſit in arbitrio actoris,rem certam petere[n].

g *Vinum Campanum.*†Quod omniū aliorum,optimum habetur[o]: quàmuis Theo-
4 philus hic, omnium peſſimum aſſeueret.
5 Eſt ſanè † Campaniç hora,quam nunc Toſcanam dicimus,frugum, vitium, & olearum,fertilitate, cęteras omnes ſuperans[p]. nihil mollius cœlo,inquit Florus[q], nihil vberius ſolo.Ideò ſummum Liberi patris, cum Cerere certamen,dicitur. Tria celeberrima illa vina profert Campania:Seriņum,quod D.Auguſti iudicio,longè cęteris excelluit.Falernum item,cui Plinius ſecundas cōceſsit.denique Caleuū.& ipſum, non ignobile[r].

h *Purpuram.* Purpura,piſcis eſt,teſta contectus:vnde ex genere coochatū dicitur, qui florem illum (vt Ariſtoteles[ſ], & Plinius[t] ſcribunt) tingendis expetitum,& nigricantis roſæ ſplendore ſublucentem, in mediis faucibus retinent,ab hoc piſce,gratiſsimus ille omnium color, purpura, appellatus eſt[u].

i *Tyrium.*R † Tyro Phœniciæ vrbe, o-
6 lim Sarra nūcupata,quam totam inſulam eſſe Strabo ſcriptum reliquit. Purpura,
7 † Tyria dicta eſt: quæ omnium pretioſiſſima,ſemper habita fuit[x].Vtpote quæ gratiſsimū omnium colorem,haberet in modum concreti ſanguinis,& roſæ nigricantis. Strabonis verba ſubnectere collubuit, [illegible]. Vnde Vitruuius[y],purpuram pro ſolis propinquitate, colorem habere,ſcribit.Puniceum inquit purpuræ colorem,procreat Africa,id eſt quaſi violaceum:Tyrus autem rubeum.

k *Plus petere intelligitur.* Cùm petat, quod debitum non eſt[z]: & electionem eripiat aduerſario, vt ſequitur. Nec obſtat, quòd in obligatione generis, quælibet ſpecies, ſit in obligatione[a]: Sicut in obligatione diſiunctiua vtraque res,promiſſa[b]. (comparatæ ſunt enim in iure noſtro hæ obligationes[c].) Nam id,non ſimpliciter quidem verum eſt:ſed electiuè,vt aiūt,hoc eſt ſalua eligendi facultate Poteſt quippè debitor, à quo certa ſpecies periit, aliam eligere, quam præſtet[d].

l *Vilißimum ſit.*Cum enim promiſſoris ſit electio:debet tota rei æſtimatio, ad ipſius debitoris arbitrium, referri: contra cuius voluntatem,nec melius quicquā, nec pretioſius videri poteſt[e].Nam & hac ratione, Neratius reſpōdit,inuito vſuario, nō poſſe proprietatū,rei ſpeciem cōmutare. Deteriorem enim cauſam. (inquit) vſuarij facere non poteſt,facit autem deteriorem,in meliorem etiam ſtatum,commutando[f].

f l.ſi in emptione §.poſtremo ff. de contr.emp l.plerūque §.vlt.ff.de iure do.l.ſi quis ſeruum C. de cond.ob cau. dat.c.in alternatiuis de reg.iur.in 6.
g l.3. in prin.ff de eo quod certo loco.
h l.eum reo §.ſed ſi ſeruus ff. de leg.1.
i l.Stichum aut Pamphilum in prin. ff. de ſolutio.
k d §.ſed ſi Stichus.
l l.ſi quis ſtipulatus ſit mille ff. de ſolutio.
m l.3.circa princi. ff de eo quod cert.lo.
n l.1.§.quia autē ff. quod legat.
o l.vbi autē ff. de verbo. oblig.
p Strab.lib. geograph 5. Plinius lib. 3.c.5.
q Florus lib.3.
r Strabo, vbi ſuprà.
ſ Ariſtoteles lib.5.de natura animal.
t Plini lib. 9.
u l.ſi cui §. vlt.ff.de leg. 3.& ibi.
x Strabo lib. geogra. 16.
y Vitruu. lib.7 cap.13.
z l.cum ii §. vlt.ff.de edē.edict. a l.Menius §.duobus ff. de leg.1.l.ſi optio ff. qui & à quib.
b l.ſi duo ſu ff.l.illud autē illud ff. de conſt.pec.l. ſi illud aut illud ff. de leg.2.
c l.1.§.1.ff de verbor. oblig.&l.cū ſi § vlt.
d l.ſi in emptione §.pe. ff. de contr. emp. l. cum incertus ff. de leg.3. & hic.
e l.heredem §.ſi.eo l.ſeq. ff.de vſufru. l.item quæritur §.3.ff. locat.
f l.vlt. ff. de vſu & habitatio.

§. Sed hæc quidem.

Sed hæc quidem[a], *anteà in vſu fuerant. Poſteà verò lex Zenoniana*[b], *& noſtra*[c], *rem coarctauit: Etſi quidem tempore plus fuerit petitum,quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ, loquitur conſtitutio*[d]. *Sin autem quantitate,vel alio modo*[e], *plus fuerit petitū, in omne,ſi quod fortè damnum*[f], *ex hac cauſa* [g] *acciderit,ei contra quem plus petitum fuerit, commiſſa tripli condemnatione*[h], *(ſicut ſuprà diximus*[i]*:) puniatur.*

SVMMÆ RERVM.

1 *Zenoniana lex.*
2 *Pœna cadendi cauſa.*
3 *Temporis duplicatio.*
4 *Commiſſa pœna,commiſſa bona.*

a SEd hæc quidem. Declarat hîc Iuſtinianus, veterem illam plus petentium pœnam,eadem cauſa,& rem amittendi,noua lege ſublatā fuiſſe: & aliam paulò mitiorem, plus petentibus indictam.

b *Lex Zenoniana.* † Quæ iniuria tempo-
1 rum,& incuria librariorum intercidit:niſi quod ſummam eius alibi refert Iuſtinianus[a],& ſtatim dicam.

c *Et noſtra.* Deſideratur hæc quoque Iuſtiniani cōſtitutio. Neque enim hic locus, ad illud placitum referri poteſt,quo Iuſtinianus nouè cōſtituit:eo tantùm caſu plus petentem cauſa cadere,quo per dolum malo ris pecuniæ,quàm deberetur, cautionem extorſit ſuper eáque litem eſt cōteſtatus[b]:
2 cum † illa cuius hîc meminit, in triplum, & in omne damnum puniret,quod ex hac cauſa reo accidiſſet[c]. Eadémque ratione, neque huc torqueri poteſt, nouella lex[d], quæ Iuſtinianus actores, litem pluris æſtimantes,vt cognitione cauſæ ſubtracta defenſori,& delata præſidi,reos contererent, litis diſpendio punit[e].

d *Loquitur conſtitutio.*Quā Zenonem conſtituiſſe Iuſtinianus ſcribit, vt ſi creditor
3 ante tempus egerit, quod † reliquum eſt temporis,

a §. hodie. de exceptio.
b l.vnica C. de plus peti tio.
c vt hoc §. ſa fi. d §.ſi dicare de deffio. cauſ.colla.
e dicto §.& iudicare. f §. hodie de exceptiō.

e *Ei.* Petitori ſeu actori, non etiam iudici: qui vltrò non poteſt, errorem partis
1 corrigere. Vtcunque † enim iudex, aduocatorum, vel litigatorum defectum in iure ſupplere poſsit [c]: in facto tamen nõ ſupplet [d], præterquàm in iis, quæ pertinent ad publicam vtilitatem [e]. Officium ergo iudicis, in ſpecie noſtra erit, ſi actor errorẽ ſuum non correxerit, à petitione, & eius iudicij obſeruatione, reũ abſoluere [f]. Nec ideo prohibetur actor, alio iudicio, rem verè debitam perſequi [g].

d *Veluti ſi is.* Quia † duobus modis acci-
3 dere poteſt, vt aliud pro alio petamus, re nimirum, & cauſa. Re, cùm vnam rem, pro alia petimus. Cauſa, cùm aliam actionem, pro alia mouemus, & intendimus: vtriuſque ineptæ, & erroneæ petitionis, ſingula proponit exempla: quorum primum, ad errorem rei pertinet, alterum ad errorem cauſæ.

e *Intenderit.* Hoc eſt, petierit, vt ſtatim dixi.

§. Sunt præterea.

Sunt præterea [a] quædam actiones, quibus non ſemper ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur [b]: ſed modo ſolidum perſequimur, modò minus: vt ecce [c], ſi in peculium filij, ſerui ve, agamus [d]. Nam ſi non minùs in peculio ſit, quam perſequimur, in ſolidum dominus, pater ve, condemnatur [e]. Si verò minus inueniatur [f], eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio ſit [g]. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine [h] proponemus.

S V M M AE R E R V M.

1 *Perſequi.*
2 *Pater ex contractu filij quando obligetur.*
3 *Peculium quam deductionem patitur.*

a SVnt præterea leſeritur hic poſtrema actionum diuiſio, quæ exactionis & perſequutionis effectum, reſpicit. Etenim, quædam ſunt actiones, quibus ſolidum quod nobis debetur exigimus: vt omnes regulariter. quædam verò, quibus non idipſum conſequimur, quod nobis debitum apparet, & harum exempla perſequitur Iuſtinianus, ad vſque tituli finem.

b *Perſequimur.* Id eſt, † conſequimur, &
1 exigimus.

c *Vt ecce.* Primum exemplum, actionis de peculio, qua contra patrem, aut dominum, nec perſequi, nec conſequi, ſolidũ poſſumus, cum obligatio, vires peculij nõ exceedat [a].

d *Agamus.* Contra patrem, aut dominũ,
2 † qui ex contractu, filiorum, ſeruorúmve non obligantur [b]: niſi quatenus eſt in peculio [a].

e *Condemnatur.* Cùm vterque (ſicuti diximus) teneatur ex ſerui, vel filij obligatione, quatenus eſt in peculio.

f *Minùs inueniatur.* Citra dolum, & fraudem patris, vel domini: alioqui in ſolidum etiam vltra peculij vires, ambo conueniri poſſent [d].

g *In peculio ſit.* Non vltrà. Neque enim tenetur pater, ex contractu filij, aut dominus ex contractu ſerui: niſi quatenus eſt in
3 peculio, vt iam dictum eſt. Sed † & de peculio deduci oportet, quod patri, vel domino, filius, aut ſeruus, debebat [a].

h *Suo ordine.* Nempè proximo tractatu, qui quod cum eo inſcribitur.

§. Item ſi de dote.

Item ſi [a] de dote, iudicio [b] mulier [c] agat [d] placet eatenus maritum [e] condemnari debere, quatenus facere poſsit [f], id eſt, quatenus facultates eius patiuntur [g]. Itaque ſi dotis quantitati, concurrant [h] facultates eius, in ſolidum damnatur. Si minùs, intãtum, quantùm facere poteſt. Propter retentionem [i] quoque, dotis repetitio minuitur. Nam ob impenſas [k] in res dotales [l] factas, marito [m], quaſi retentio [n], conceſſa eſt: quia ipſo iure [o], neceſſariis ſumptibus [p], dos [q] minuitur: ſicuti ex latioribus Digeſtorum libris [r], cognoſcere licet.

S V M M AE R E R V M.

1 *Beneficium cauſæ, an perſonæ.*
2 *Perſonæ quæ non ſolidè conueniuntur.*
3 *Impenſæ vtiles, neceſſariæ, voluptariæ.*
4 *Retentio dotis ob impenſas.*
5 *Dos ipſo iure minuitur.*

a ITem ſi. Alterum hîc actionis exemplum proponitur, qua minùs interdum conſequimur: quá nobis debitum ſit, per actionem nempè de dote.

b *De dote iudicio.* Aut ex alia cauſa, quã
1 dotis [a]. Hoc † quippè beneficium, non cauſæ eſt, ſed perſonæ [b], reuerentiæ (vt Iuſtinianus ait) debitum maritali [c]. Si tamen cauſa ex contractu deſcendat, aut quaſi ex contractu [d]. Nam ſi ex delicto, mulier contra maritum agat, ob res puta ſurreptas, rerum amotarum, in ſolidum vir condemnari debet [e]: ne alioqui de improbitate ſua beneficium conſequi, & ob ſuũ facinus dotem lucrifacere videatur [f]. Idem quoque in ſociis, reſponſum eſt, vt hoc beneficium amittant, ſi ex delicto conueniantur [g].

c *Mulier.* Aut alius, nomine mulieris, vel à muliere cauſam habens: vt ſecundus maritus, cui prior, ſequuto diuortio, velut mulieris debitor, dotem promiſerat [h]: aut fiſcus, dote publicata [i].

d *Agat.* Siue ſoluto matrimonio, (quod regulare eſt [k]: ſiue etiam conſtante. Qui bus caſibus, dos manẽtibus nuptiis, repeti poteſt:

poteſt: veluti ob inopiam mariti [l].

e a *Maritum*.Cui †ſingulariter ob magnã quæ ab vxore illi debetur reuerentiam,lex indulſit [m]:vt intelligamus,tribui aliis perſonis,quæ de dote conueniretitur , ſimile beneficium [n]:nec ad hæredes tranſire,prȩterquàm ad filios [o]. Sed & ipſi ſocero (quia parentis locum obtinet) contra nurum, de repetitione dotis agentem,idem beneficinm tribui videtur: vt in id,videlicet, duntaxat damnetur,quod facere poteſt [p]. Idémque in ſocero, aduerſus quem gener agit,de dote promiſſa,cõſtante matrimonio,& ita manente affinitate [q]. Nam dirempto matrimonio,(cùm ampliùs ſubtili iure ſocer non ſit [r]:)ſi dotem promiſſam gener petat,hoc iure vtimur,ne fruatur ſocer,hoc beneficio [s]:niſi magna cauſæ æquitas,aut perſonæ qualitas,id exigat [t].Quod arbitrio iudicis,æſtimãdũ relinquimus [u]. Et hoc eſt (vt mihi videtur) quod Labeo ſcripſit,*Ex cauſa , & perſona , id tribuendum* [x]:quaſi dicat , ſuadente cauſa , & perſonæ qualitate,ſtrictam illam iuris cationem,prætermitti poſſe [y].

f *Quatenus facere poſſit*. Alimentorũ ratione habita,ne egeat [z].Nam & profectò nimis inhumanum eſſet,totum quod habet,ab inope,& miſero marito extorqueri nullámque ſuæ neceſſitatis rationem haberi.

g *Patiuntur*.Spectato,vt Paulus tradit, rei iudicatæ tempore [a].

h *Concurrant*.Id eſt,ſufficiant facta videlicet ſupradicta deductione dotis,& alimentorum.

i *Propter retentionem*. Docet hoc loco Iuſtinianus,mulierem aliquando non cõſequi ſolidam dotem,& ſi maximè maritus locuples ſit:cum ille videlicet retentionem obiicit,quæ dotis minuit ipſo iure quantitatem.

lz 3 *Ob impenſas*.Neceſſarias,†ſcilicet [b]: quia vtiles impenſæ in res dotales erogatæ,nec dotem minuunt,nec aliter à marito exiguntur,quàm ſi voluntate mulieris factæ ſint,& aliunde ſoluendo mulier exiſtat [c].Vnde quod Iuſtinianus ait , marito, qui nonnihil vtiliter in fundum dotalem, vxore ignorante,impẽdit,negotiorum geſtorum actinnem dari [d]:ſic(vt mihi quidem videtur)accipi debet.vbi mulier habet aliunde,quo rependat,hunc vtilẽ ſumptum.Nam ob impenſas ſanè iniquum eſſet,eam dote carere [e]. Voluptariæ verò impenſæ , mulieris etiam voluntate factæ, (quamuis alioqui ſoleat hîc conſenſus,actionem impendenti tribuere [g]:)nullam habent exactionem [f].Sed tenetur duntaxat,mulier pati,vt maritus auferat ,quod poſuit ornamentum,ſi commodè ſeparari poteſt [h].Sunt autem impenſæ neceſſariȩ, (ne quid ignoremus:) quæ neceſſitatem habent,impendendi,ne res pereat , vel fiat deterior:vt collabans ædificium reficere , in demortuarum arborum locum alias ſubrogare:in valetudinem ſeruorum impendere,& his ſimilia [k]:quæ modò nõ ad præſentis anni commodum tantùm , ſed ad perpetuam agri vtilitatem , reſpiciunt [l]. Sed & quæ non poſſunt,ſecundum regionis conſuetudinem,niſi cum dedecore prætermitti, neceſſariis impendiis annumerantur [m].Quod ſi nulla ſit neceſſitas , alio iure inquit Vlpianus,habentur [n]:quia vel vtiles ſunt,vel voluptariæ.Vtiles dicũtur, quæ rem meliorem faciant,nec deteriorẽ eſſe ſinant [o]. Vt ſtercorare agrum,nouelletum facere,hoc eſt vineam ex nouellis vitibus conſerere,ſeruos artibus inſtruere,& id genus alia [p]. Voluptariæ verò ſunt,quæ non rei fructum augent, ſed ſpeciem tantùm exornant [q]:vt ſunt picturæ,viridaria, incruſtationes,hoc eſt parietum, pauimẽtorúmque integumenta,ex cruſtis [r].

l *In res dotales*.Sanè dixit in res dotales. Nam quæ impenſæ in ipſam dotem factæ non eſſent,hoc eſt,in aliam rem mulieris, quàm dotalem , nec dotem minuerent [ſ], nec vllam haberet earum nomine maritus retentionem [t]:ſed iudicio negotiorum geſtorum [u] ,vel ſi voluntas mulieris interceſſiſſet ,mandati [x] ,maritum vti oporteret.

m *Marito*.Hæredive eius:qui licet in ſolidum damnetur:compenſationem tamen ob impenſas habet [y].

n 4 *Quaſi retentio*.Quaſi †retentionem vocat,quia res ipſa dotalis,ob impenſas neceſſarias,non dicitur propriè retineri , ſed ipſo iure minui:hoc eſt,pro rata , impenſarum minor fieri [z].Nec ob impenſas dotis retentio concedatur:cùm impenſæ neceſſariæ eius quantitatem , ipſo iure minuant:vtiles verò,vel mãdati actione: vel negotiorum geſtorum,exactionẽ habeãt [a].

o *Ipſo iure*.Hoc eſt ſtatim,cũ erogatæ ſunt, nullo alio hominis facto,intercedente [b]. Qui loquendi modus,vnde fluxerit , alibi copioſè diſſeruimus [c].

p *Neceſſariis ſumptibus*. Qui dicantur ſumptus vtiles,voluptarij,& neceſſarij , iã expoſuimus.

q *Dos* Hoc eſt dotis quantitas ,& æſtimatio [d].Neque enim credendum eſt, corporea rerum dotalium,diminui [e]: cùm nulla fiat corporis,& pecuniæ confuſio [f] , nec compenſatio qu intitatis,ad ſpeciem [g] :ſed

5 † ipſam iuris dotalis vniuerſitatem , hoc eſt rerũ dotaliũ quãtitatẽ,& ęſtimationẽ [h]. Quẽadmodum in ſimili Vlpianus ſcribit, per æs alienum,non certi loci facultates, ſed vniuerſum debitoris patrimonium, imminui.

e *Digeſtorum libris*. In quibus , paſsim frequẽrata eſt,& tractata illa regula, Dos per neceſſarias impenſas,ipſo iure minuitur [k].

§.Sed & ſi quis

Sed & ſi quis [a] *cum parente* [b] *ſuo patronóve* [c] *agat* [d] *:item ſi ſocius cum ſocio* [e] *iudicio ſocietatis* [f] *agat:non plus actor conſequitur , quàm aduerſarius eius facere poteſt. Idem eſt* [g] *ſi quis ex donatione* [h] *ſua* [i] *conuenlatur* [k].

Summa

SVMMÆ RERVM.

1 *Parens quis.*
2 *Socius quando inſolidum experitur.*
3 *Donator non conuenitur inſolidum.*
4 *Donatio, & pactum de donando.*

a SEd & ſi quis. Pergit adhuc Iuſtinianus, commemorare perſonas, à quibus ſolidum quod nobis debetur, non ſemper exigimus, vt pote quæ in id tantùm damnentur, quod facere poſſunt. Cuius generis ſunt, parens patronus, ſocius, & donator, de quibus hîc.

b *Parente* Parentes † hîc, vt in edicto de
1 in Ius vocando, vtriuſque ſexus accipe, & in infinitum [a], vt non tantùm pater, mater, auus, auia, proauus, proauia, ſed & omnes deinceps ſuperiores, contineantur [b]: licet ſubtiliore verbi proprietate perſpecta, ad tritauum vſque, Romani, parentes tantum dixerint. Superiores, qui non habent ſpeciale nomen, maiores appellantes [c]. Sed certè honeſtius eſt, ob naturalis pietatis fauorem, de quo hîc agimus, parentes in infinitum accipere [d]. Cùm autem maior, in liberis humanitatis ratio videatur [e]: beneficium hoc parentibus nominatim indultū, multò magis liberis, cum à parentibus cōueniuntur, conceſſum crediderim [f]. Atque adeò fratribus germanis. Nam illa ratione ſociis id lex tribuit, quia ſocietas (inquit Vlpianus) ius in ſe quodammodo, fraternitatis habet [g]. Nec minùs debet poſſe natura, quàm accidens [h], nec veritas, quàm fictio [i]. Denique quoniam, & fratres alimenta ſibi mutuo debent [k]. Vnde vitandi ſaltem circuitus gratia, cogitur frater, qui contra germanum agit, rationem habere, ne egeat: cui inopi neceſſaria ſubminiſtrare teneretur [l]. Amplius puto non inter parentes modò liberos, & fratres, verū etiam inter omnes omnino Chriſtianos; perpetuò obſeruandum: ne quicquid licet ſibi vindicent: ſed ſeſe fraterna charitate omnes inuicem complectentes, non vltrà quàm facere poſsint alij alios onerent [m].

c *Patronóve.* Atque adeò eius liberis, & parentibus [n]: quibus honorem haberi lex voluit, vt nec famoſæ in eos actiones, inſtituerentur, nec vltrà damnarentur, quàm facere poſſent [o].

d *Agat.* Impetrata venia. Neque enim aliter fas eſt filio, aut liberto, parentem, aut patronum, in ius vocare [p].

e *Si ſocius cum ſocio.* Habet enim in ſe ſocietas, ius quoddam fraternitatis [q]. Socium autem vniuerſorum bonorum; Vlpianus hîc accipi vult [r]: cùm tamen ex Sabini ſententia, alibi contrarium docere videatur: nimirum etiamſi omnium bonorum ſocij non ſint, ſed vnius rei, in id tantùm quod facere póſsint, nihilominùs conueniendos [s]. Cuiuſmodi reſponſa, ne [illegible] continere videantur: ſic declaranda ſunt, vt quoties occaſione, & nomine ſocietatis agitur, huic beneficio ſit locus: ſiue de bo-
2 nis vniuerſis, † ſocietas coita ſit: ſiue de re certa, putà vna aliqua negotiatione [t] (niſi is quo cū agitur, ſe ſocium fuiſſe negaret [u]) totum enim hoc priuilegium, ad ſocietatis rationem refertur [x]. Socius tamen omnium bonorum, id præcipuum habet: vt etiam non ex cauſa ſocietatis conuentus, priuilegio fruatur [y].

f *Iudicio ſocietatis.* Hoc eſt occaſione ſocietatis, & ex contractu [illegible] ſocietatis: licet alia actione, quàm pro ſocio, vt plerumque conceditur [z].

g *Idem eſt.* Imò aliquid amplius: cùm donatori pinguius ſuccurratur, non tantùm habita ratione ne egeat, ſed vt æs quoque alienum deducatur: cum in aliis, alimentorum duntaxat habeatur ratio [a]. Magis au-
3 tem illi, quam marito, patri, patrono, † & ſocio, qui verum debitum perſoluere cōpelluntur: magna æquitate lex ſubueniendum cenſuit: ne liberalitate ſua factus inops periclitetur [b]. Cui rei, vt obuiam eamus, videndum eſt (inquit Cicerò) vt cautior ſit, & moderatior liberalitas, néve in ea maior benignitas, quam facultas exiſtat [c].

h *Donatione.* Hoc eſt promiſsione, donationis cauſa, ſine vlla traditione facta: quæ hodie ex noua Iuſtiniani conſtitutione, efficax eſt ad agendum [d]. Nec ignoro, hoc magis pactum de donando dici, quàm donationē: quæ propriè (vt Cicero ait [e].) abſque traditione, & acceptione, nulla intelligitur [f]. At hoc loco, ex ſubiecto tractatu, ad conuentionem donationis, verbum coarctare cogimur. Nam ſi res ſemel præſtita fuiſſet, tamet ſi ad donatorem, fortè fortuna rediiſſet: Vt quiuis alius poſſeſſor, inſolidum donator exigeretur [g]. Planè dona-
4 tionis † verbo, ſatis intelligimus meram liberalitatem, nullo iure debitam [h]: vt illud quoque cognoſcamus, eum qui conuenietur ex promiſsione ob cauſam remunerationis, aut ſimilem, hoc vti beneficio nō poſſe [i]. Cùm ea propriè donatio non ſit, ſed debiti ſolutio [k], & velut genus quoddam permutationis [l].

i *Sua.* Hæredes ergo, & fideiuſſores, qui non ex ſua ſed aliorum, nempè defunctorum, aut principalium liberalitate, conueniuntur: hoc beneficium, cum perſonale ſit, non habebunt [m]. Quocirca in vniuerſum, id recipiendum eſt, de hæredibus, & fideiuſſoribus earum perſonarum, quæ in id tantùm quod facere poſſunt, damnantur [n], præterquàm in filiis mariti, qui de dote impetuntur [o].

k *Conueniatur.* Siue actione primaria, ex ſtipulatione, putà, donationis cauſa facta: ſiue alia ex eo contractu originem habente [p]. Modo tamen, conueniatur ab eo, cui donauit. Nam ſi ab alio debitum perſequēte, veluti à creditore, cui donatarius, donatorem delegauerat, inſolidum damnabitur [q].

§. Compen

§. Compenſationes.

Compenſationes [a] *quoque oppoſita* [b] *plerunque* [c] *efficiunt, vt minus quiſque conſequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono, & æquo* [d] *habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem cauſa* [e], *præſtare oportet in reliquum eum* [f], *cum quo actum eſt condemnat* [g], *ſicut iam dictum eſt* [h].

SVMMAE RERVM.

1 *Compenſatio quomodo ipſo iure minuat.*
2 *Plerunque dictio.*
3 *Compenſatio quando non admittatur.*
4 *Locus Iuſtiniani emendatus.*

a Compenſationes. Quid ſit compenſatio, quamobrem inducta, aliaque multa, de compenſationum natura, vi, & effectu, opportuno loco dicta ſunt, quæ hîc inculcare non attinet [a].

b *Oppoſita.* Quod ergo dicitur, † com-
1 penſationem, omnes actiones, ſiue in rem,
ſiue in perſonam, ipſo iure minuere [b]: ſic accipiendum eſt, ſi reus opponat, & allleget ius illud, compenſandi [c]. Neque enim iudex diuinare poteſt, quid inuicè oporteat actorem reo præſtare [d]. Quod ipſum, ſuo loco latius exequuti ſumus [e].

c *Plerunque.* Id eſt, † ferè ſemper [f]. Pau-
2 ci quippè ſunt caſus, quibus ceſſet compenſationis beneficium. Nos vbi ſuprà, præcipuos memorauimus [g].

d *Ex bono & æquo.* Hæc quoque verba, non vno in loco, iam expoſuimus [h]: vnde peti, quæ curioſus lector deſiderat, poterunt.

e *Ex eadem cauſa.* Hoc eſt æquè certa, & liquida, taliſque naturæ, vt vltro, citroque, facilè contribuatur: quia ſinge quantitas
3 debeatur, vtrinque [i]. Alioqui † conſtat, nec incerti debiti, cum liquido: nec item ſpeciei, ad ſpeciem: adeòque nec ſpeciei, ad quantitatem: (cùm non fiat corporis, & pecuniæ contributio [k]) compenſationem admitti [l].

f *In reliquum eum.* Emendato † ſic hunc
4 locum ex vetuſto meo codice [*In reliquum, iudex eum cum quo, &c.*] Nam & verbum *iudex,* hîc deficere, eſt, qui non videat, nemo: & ita vt repoſuimus, Iuſtinianum loqui ſolitum, præcedens ille locus oſtendit, quo de minus petente tractat [m].

g *Condemnat.* Id eſt, condemnare debet. Quòd ſi iudex compenſationis rationem nô habuerit, ſalua nihilominùs manet reo petitio, cui non obeſt exceptio rei iudicatæ [n], niſi cognita cauſa, iudex reprobaſſet compenſationem [o].

h *Sicuti iam dictum eſt.* Paulò antè, cùm de vi iudiciorum bonæ fidei ageremus [p].

a §. in bonæ fidei ſupra. hoc tit. & l. vlt. C. de compenſa. d. §. in bonæ fidei.
b vt hoc. §.
d l. ſi pater ff. ad l. Aquil.
e in d. §. in bonæ fidei.
f l. j. §. j. ff. de offic. præfec. vig.
g d. §. in bonæ fidei, in fin.
h §. actionum. & §. in bonæ fidei. hoc titu.

i l. vlt. C. de compenſa. d. §. in bonæ fidei.
k l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condict. indebi.
l l. ſi conuenerit ad princ. ff. de pign. actio. d. l. vlt. d. §. in bonæ fidei.
m §. ſi minus hoc tit.
n l. quod in diem §. j. ff. de compenſa.
o l. ſi nauerem §. vlt. ff. de nego. geſt. l. j §. præterea ff. de contra. act. tutel. d. §. j.
p d. §. in fidei.

§. Cum eo quoque.

Cum eo quoque [a], *qui creditoribus ſuis* [b] *bonis ceſſit* [c], *ſi poſteà aliquid acquiſierit, quod idoneum emolumentum* [d] *habeat, ex integro* [e], *in id quod facere poteſt, creditores* [f] *experiuntur* [g]. *Inhumanum enim erat ſpoliatum* [h] *fortunis ſuis, in ſolidum condemnari.*

SVMMAE RERVM.

1 *Cedens bonis quatenus condemnandus.*
2 *Ceſsionis bonorum origo.*
3 *Ceſsionis beneficium cui denegetur.*
4 *Ceſsio an per procuratorem.*

a Cum eo quoque. Poſtremum, earum perſonarum exemplum, quæ non in ſolidum, ſed quate-
1 nus duntaxat † facere poſſunt, condemnantur, hîc inſerit Iuſtinianus, de debitore videlicet, qui cùm ſoluendo non eſſet, bonis ſuis ceſsit. Deinde facultates aliquas comparauit. Nam is à creditoribus, quibus bona ceſſa non ſuffecerãt, conueniri quidem poterit. Cæterùm non inſolidum, ſed in quãtum facere poteſt [a]. Inhumanum quippè foret, eum qui fortunis omnibus vltro fuit ſemel euerſus, inſolidum condemnari [b].

b *Suis.* Sua ſanè bona dici poſſunt, etiam poſt ceſsionem antè, quàm à creditoribus diſtracta ſint [c]. Ad quod vſque tempus, poteſt pœnitere, & ceſsionem reuocare, ſi ſe ſoluturum offerat [d].

c *Bonis ceſsit.* Debitores † olim, qui æs a-
2 lienum diſſoluere non poterant, creditoribus lege xij. Tabularum: ex legibus Solonis tranſlata [e], in temporariam ſeruitutem, addicebantur: adeò quidem, vt poſſent creditores, debitorum corpora vincire, ligare, nectere, membráque, & artus diſſecare, & dilaniare [f]. Qua feneſtra patefacta, fœneratores in humani, nefandas crudelitates quõdam exercuerũt, vt facta ſeceſsione plebis, coactus fuerit Senatus P.Q.R. ferream illam legem antiquare, & conſtituere, ne deinceps necterentur debitores [g]. Cuius conſtitutionis Diocletianus meminit, cùm ait, iura non pati, vt ob æs alienum liberi homines ſeruiant [h]. Saluum tamen ius ſemper fuit creditoribus, coniiciendi debitorem in carcerem publicum [i]. Quo etiam onere, vt debitores aliqua via liberarẽtur, induxit lex ceſsionis beneficium magnum quidem, cùm efficiat ne debitores etiam condemnati, in carcerem detrahantur [k]. Cæterùm miſerabile [l], & omnium (vt Iuſtinian. ait) calamitoſiſsimum auxiliũ [m]: quo
tamen, nec omnibus vti conceſſum eſt.
3 † Nam qui tenetur ex delicto vel quaſi, cedendo bonis, non effugit pœnam: ſed eam in corpore luit [n]. Nec item, qui ſpe huius beneficij contraxit [o]. Quod eum feciſſe veriſimile eſt, qui ſe contractus tempore ſciebat, non eſſe ſoluendo [p]. Denique nec ceſſio bonorum fieri poteſt, publici muneris fugiendi gratia [q]. Alioqui, ſolet regulariter hoc beneficium, cuicunque indulgeri, etiam filiofamilias.

a l. is qui bonis ff. de ceſſio bon.
b vt hoc §. in fin.
c l. j. ff. de ceſſio. bon.
d l. 2. C. qui bo. ced. poſ. quam pœnitet & d. l. j. ff. de ceſſio. bon.
e Plutarc. in Solone.

f Gell. lib. 20. c. j. Quintilia. lib. 3. inſtitution. orato.
g Liuius lib. 8. Halicarnaſ. lib. 6.
dict. l. 2. §. deinde cum eſſet ff. de orig. iur.
h l. ob æs. C. de actio. & obliga.
i l. 1. de ex ac. tributo. lib. 10. C.
k l. 1. C qui bo. ced. poſ.
l l. vltim. prin. C. illo tit.
m §. ſi quis autem. vt determ. ſit nu. clerico. coll. j.
n l. vlt. ff. de in ius voc. l. j. §. vlt. ff. de pœn.
o l. penu. in fin. ff. de iur. doc.
p d. l. penult.
q l. propter C. qui bo. ced. po.

filiôfamilias[r]. Fit autem ceſsio bonorum, ſola voluntate, quocunque modo declarata, ſiue verbo, ſiue per nuncium, aut epiſtolam. Et tam in iudicio, quam extra ius[ſ].

r l. pen. C. qui bo. ced. poſſ.

ſ l. vl. ff. de a ſu. bo. l. I omni. C. qui bo. ced. poſſ.

4 Ludouicus tamen xij. cõſtituit, ne in Gallia per procuratorem fieri poſſet ceſsio bonorum[t].

t Ludo. 12. ord. 70.

d *Idoneum emolumentum*. Nam ſi modicũ aliquid quæſiiſſet, non ideo moleſtandus eſſet debitor[u]. Modum autem eius rei, prudens iudex æſtimabit, ex quantitate eius, quod acquiſitum eſt[x].

u l. qui bonis ff. de ceſ ſio. bono.

x l. I. C. de bo. aut. iud. poſſ. l. ſi debitores & d. l. qui bonis ff. de ceſsio. bono.

e *Ex integro*. Id eſt denuo, & de nouo. In hoc enim tantùm prodeſt debitoribus, ceſsionis beneficium, vt carceris iniuria, non etiam vt obligatione liberentur[y]. Quocirca mero iure poteſt, qui ceſsit bonis conueniri: cæterùm exceptione tutus eſt[z].

y l. I. C. qui bo. ced. po. l. I. C. de bo. aut. iud. poſſid.

z d. l. I. C. de bo. aut. iud.

f *Creditores*. Qui erant ante ceſsionem. Nam ſi qui ex contractu poſteà inito, debitorem obligatum habent, ſolidum ab eo petere poſſunt, nec illis obſtabit ceſtionis exceptio[a].

a d. l. I. in prin. arg. à contrario.

g *Experiuntur*. Is qui bonis ceſsit, ſi quid poſtea acquiſierit: inquãtum facere poteſt, inquit Vlpianus, conuenitur[b].

b l. I. ff. de ceſsi. bono.

h *Spoliatum*. Vltro, & ſua voluntate, vt creditoribus ſatisfaceret. Sed hic tandem actiones cum Iuſtiniano, in laudẽ Chriſti Optimi Maximi, qui nos conſeruet, terminentur. Pius autem lector, boni conſulat, & virtutẽ amare pergat. Ioãnes Coraſius. Iurecos. Toloſæ, pridie Nonas Ianuarij, 1544. primum ſcripſit, dein Ferrariæ, ſub annum 1553. recognouit.

Finis.

ANT 1319615

TEL.22659
Achille Fiore
NAPOLI

Digitized by Google